HUGONIS
CARDINALIS
OPERA OMNIA
IN UNIVERSUM

Vetus, & Novum Teſtamentum.

TOMI OCTO.

HUGONIS
DE SANCTO CHARO
S. Romanæ Ecclesiæ Tituli S. Sabinæ
PRIMI CARDINALIS
ORDINIS PRÆDICATORUM,
TOMUS PRIMUS
In Libros Genesis, Exodi, Levitici, Numeri, Deuteronomii, Josue, Judicum, Ruth, Regum IV. Paralipomenon II. Esdræ IV. Tobiæ, Judith, Esther, & Job.

OPUS ADMIRABILE OMNIBUS CONCIONATORIBUS,
ac Sacræ Theologiæ Professoribus pernecessarium:

IN QUO DECLARANTUR SENSUS OMNES,
Litteralis scilicet, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus, maxima cum studentium utilitate.

EDITIO ULTIMA PRÆ CETERIS RECOGNITA,
a mendis expurgata, pristinoque candori restituta.

VENETIIS, MDCCLIV.
Apud Nicolaum Pezzana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

PIO LECTORI.

Quibus Characteribus Expositionis Sensus indicentur.

*SCIO te haud parum posse admirari, Candide Lector, cum in hac operis insignis editione varios, multosque introspexeris characteres, signaque, & notas non usquequaque forte omnibus aliunde cognitas. Qua ut te levemus ambiguitate, dabimus operam. Quatuor esse modos, sive sensus sacram exponendi Scripturam, reor, te haud ignorare: Historicum videlicet, sive litteralem, primo, per quem res gesta ad litteram recitatur. Est deinde Allegoricus, per quem alius ex alio sumitur intellectus, diciturque Mystica, vel interpretativa locutio. Tertius est sensus Tropologicus, idest, Moralis, per quem mores ornantur, & dicitur sermo conversivus. Quartus est Anagogicus, ab ana, quod sursum significat, per quem ad coelestia ascendimus: Et de his tractatum habemus. His quatuor modis, quasi quatuor rotis divina Scriptura tota revolvitur. Auctor autem hujus operis postillando Bibliam, non singula capitula omnibus his exponit sensibus, sed aliqua dumtaxat uno, pleraque pluribus interpretatur intellectibus. Nos vero cum Auctoris postillationem textui Bibliæ applicare aggressi sumus, enixius observare curavimus, ut in qualibet facie, sive aspectu folii, sive uno, sive pluribus textus exponatur sensibus, tantum tamen semper de postilla, quantum de textu ipso reposuimus. Et si quando uno solo textus exponitur sensu, nullum speciale comperies signum, eo quod textus, & expositio consequenter de latere folii unius in aliud latus continuetur. Sin vero pluribus exponitur sensibus, diligentius animadvertendum est. In continuatione sensus Historici, sive Litteralis, tale △ apponi signum, cum verbo videlicet, in quo talis sensus in alio latere folii cum eodem △ signo continuatur. Porro ubi sensus Allegorici denotatur continuatio, talem Λ Lector comperies notam, & ea quidem pariformiter, cum verbi, in quo talis sensus in alio folii latere continuatur, repetitione. Quod si Mysticus continuandus veniat sensus hujusmodi, haud dubio comperies ⊖ signum, & id quidem similiter, ut prædiximus, cum verbo continuationis in alio latere æquali signo ⊖ notato. Postremo si quando Tropologicam, sive Moralem Auctor comperitur fecisse expositionem, talem offendes * Indicem, denuo cum verbo, in quo idem sensus in alio folii latere cum consimilis signi * repetitione.*

MARGINARIÆ AUCTORITATES, ET LECTIONES variæ quomodo applicentur.

N*Eque id te lateat velim, quod si quandoque eveniat aliquam concordantiam, sive auctoritatem sumptam ex Biblia, Decretorum libro, aut aliis Auctoribus poni in loco, ubi simul textus, & apparatus concurrunt, si tunc ante talem concordantiam, sive auctoritatem comperitur hujusmodi signum †, scito, illam concordantiam ad apparatum Expositionis spectare. Sin vero nullum appositum concordantiæ fuerit signum, ipsam ad textum pertinere intelligas. Nisi quando textus hujus nostræ Bibliæ ab aliis communibus Bibliis discrepet, tunc etenim consimile † signum circa verbum in textu discordans, & consimile in margine cum hac adjectione Alias † positum reperitur.*

QUID IN EXPOSITIONE TEXTUS, & Glossæ Magistri observandum.

A*Dverte, quisquis es diligens Lector, frequentius hunc nostrum Hugonem Doctorem eximium, qui eruditioni quorumlibet intendens omnibus prodesse studuit, non modo in sua explanatione textum sacræ Scripturæ, sed & Glossam magistralem in suis difficultatibus exposuisse, ut & studio suo, quod frequens erat, efficax præstaret adminiculum, & studiosis sacræ Scripturæ profundam altius investigandi daret occasionem: Quapropter si nonnumquam in septimo Tomo tibi visa fuerit Expositio aliena, & præter litteræ processum, noli existimare corruptum, quod a textu devium putatur, sed diligenti scrutamine considerare festina, quæ difficilia in Glossa magistrali minus erudita videntur, & scrupulosa, invenies hic ea ipsa candide, lucidissimeque pertractata, & complanata. Vale.*

EX-

EX APPARATU SACRO
ANTONII POSSEVINI.

HUGO Charensis e Diœcesi Ebredunensis in Delphinatu Galliæ, Ordinis Prædicatorum, non autem Barcinonensis Hispanus, neque Episcopus, ut quidam falso putarunt, sed Barchinonettæ, sive (aliis) in oppido S. Chari natus, Presbyter Cardinalis Tit. S. Sabinæ, quem item B. Antoninus e Provincia Galliæ dicit extitisse: ac cujus hodieque extat Barchinonettæ Conventus (ut vocat) Dominicanorum haud ignobilis, ab ipso, (ut fama est,) erectus, & auctus. Quem Humbertus Viennensis V. Generalis Magister Ordinis Prædicatorum ad suum Institutum admisit, quique Innoc. IV. Pont. Max. fuit in Germaniam ad Imperii Electores Legatus missus, ut in abrogati Friderici II. locum, Imperatorem alium sufficerent. Edidit in universam Scripturam Commentarios juxta quadruplicem sensum, Scholastico, idest, brevi sermone absque ullo fuco sæcularis eloquentiæ. Præterea Indicem magnum in Biblia, *Concordantias Bibliæ* prænotatum, laboriosissimum sane (ut ait Sixtus Senensis) & immensi tædii, ac temporis Opus, sed sacrorum Voluminum studiosis magnopere necessarium, & in quo singulas divinæ Scripturæ dictiones declinabiles secundum consequentiam litterarum accuratissima diligentia digessit, annotatis non solum libris, sed etiam librorum Capitibus, & Capitum lineis, in quibus unaquæque desiderata dictio contineretur. Sunt, qui existimant hoc Opus ob immensi temporis, laborisque dispendium, cui unius hominis vita satis esse non poterat, hortatu Hugonis injunctum fuisse quingentis studiosis Patribus diversorum Cœnobiorum ea ratione, ut singuli singulas dictiones in Alphabeticas Classes redigerent; sicque brevi tempore multorum sedulitate perfectum fuisse Opus, quod postea tam Græci, quam Hebræi sunt imitati. Rabbi enim Isaac Nathan, Judæus, & Euthalius, Rhodius Monachus, ille Hebraicas Bibliorum Concordantias, hic Græcas collegit. Quas quidem Romæ Sixtus Senensis vidit in antiquis membranis Græca manu descriptas: illas vero typis Justiniani Venetiis excusas. Obiit Lugduni ann. 1262. Sciendum est, aliquando Alexandro Alensi fuisse adscriptos commentarios in Psalmos, qui vere sunt Hugonis. Qui etiam scripsit librum, cui titulus, *Speculum Sacerdotum*, sive *Ecclesiæ*, quod & separatim fuit additum alteri, inscripto, *Manipulus Curatorum*, quique Lugduni excusus fuit: sed & scripsisse Summam de Casibus, ait Eisingrenius. Claruisse autem illum, inquit Sixtus, ann. 1130. Eisingrenius vero ann. 1244. ut mendum esse in numero Sixti putem. Extare autem manuscriptum audio ejusdem compendium Theologicæ Veritatis in septem libros distributum, & Hugonis, (nescio an istius) Dialogum de Creatione Mundi manuscriptum in Bibliotheca Cæsarea Viennæ. *Hæc Possevinus.*

VITÆ

VITÆ VENERABILIS DOMINI

D. HUGONIS
DE S. CHARO,
S. R. E. CARDINALIS,

PRIMI EX ORDINE PRÆDICATORUM ASSUMPTI,

Compendiosa descriptio,

Per R. P. F. Vincentium Justinianum, SS. Theol. Baccal in studio S. Crucis Coloniensis, ejusdem Ordinis SS. Theol. Professorem ordinarium, ex variis probatisque Scriptoribus excerpta.

HUGO Charensis, vel de S. Theodorico, vel de *a* Celidorio, vel de *b* S. Jacobo, primus ex Ordine Prædicatorum S. R. E. Cardinalis, natione *c* Burgundus, primo juventutis flore, Lutetiæ Parisiorum, liberalibus disciplinis operam dedit, tantosque in virtute, doctrinaque fecit progressus, ut SS. Theolog. Baccalaureus effectus, sacras ibidem litteras cum laude omnium, Auditorumque frequentia publice docuerit. Sacro deinde afflatus numine, necnon Auditoris sui B. Humberti de Romanis, quinti familiæ Dominicanæ Generalis Magistri, mundo, ejusque illecebris calcatis, in Festo Cathedræ Petri Apostolorum Principis *d* anno reparatæ salutis 1227. ut ex Gerardo Lemovicensi, in Chronico ejusdem Humberti jussu, conscripto, & publicato, *lib.* 4. *de Vitis Fratrum cap.* 10. §. 2. manifeste constare potest; Prædicatorum togam a B. Jordane II. ejusdem Ordinis Magistro petiit, & obtinuit.

a Sic appellatur in Chr. pervetusto de vir. illust. Ordin. Pred.
b Sic etia vocatur a Bern. de Lucemburgo in suo Chr.
c Catalaunum Barcinonensé, dicunt Trithemius, Ber. Geneb. & Gesnerus, sed falluntur.
d Anno 1226. secundum Hieron. a Capugnano, & Francisci Dragon, sed non tam vere.

Monasticam vero disciplinam professus, præclara adeo probitatis, & ingenii sui documenta exhibuit, ut sacris initiatus, Patrum suorum summo consensu, inter Doctores sacros continuo adscriptus fuerit, ac tertius ex Ordine Prædicatorum, Theologiæ Cathedram in Academia Parisiensi, summa cum laude rexerit, ut testantur Stephanus Salanacus, Bernardus Guido, & Thomas Malvenda in Annalibus Prædicatorum, anno Christi 1237. *c.* 30. Quo in officio constitutus, disputatione solemni per Guillelmum, Parisiensem Episcopum, in Cœnobio Prædicatorum ejusdem urbis instituta, cum aliis SS. Theologiæ Doctoribus plura beneficia obtinentes, damnavit. *e* Variis deinde in Cœnobiis Priorem egit, demum Provinciæ Franciæ Prior Provincialis renunciatus est. In iis Officiis ex obedientia susceptis, Pastoris vigilantissimi, & disciplinæ religiosæ egregii Magistri partes, cum verbo, tum exemplo adeo cumulatissime implevit: ut vita functo memorato Jordane viro sanctissimo, ad totius Ordinis Magistratum, in Conventu duodevigesimo, quem Capitulum Generale vocant, Bononiæ ann. 1238. celebrato, cum B. ALBERTO illo, re, & nomine MAGNO, datis

e Vide Cantipr. lib. 1. de apib. c. 19. an. Frand. l. 3. Bzovrũ an. 1228. n. 16. Malvendam.

datis ab Electoribus suffragiis, pari lance, semel, iterum, ac tertio certarit. *f* De eodem Hugone in Generalem assumendo in sequenti electione actum etiam reperio: vacante etenim Ordinis Magisterio, per cessionem S. Raymundi ann. 1240. factam, totius Ordinis Vicarium Generalem toto illo annali interregno egit, ad annum usque sequentem 1241. quo in vigilia Pentecostes, in Generali Capitulo Parisiis congregato, rite, & legitime in Magistrum Ordinis Quartum, B. JOANNES Teutonicus, Pontificius olim Pœnitentiarius, & Bosinensis quondam Episcopus electus fuit.

Interea *g* fama doctrinæ Hugonis, & sanctimoniæ ejus cum primis ad aures GREGORII IX. Pontificis Maximi vulgata est, a quo accersitus, ut fidei, & unionis negotia curaret Constantinopolim destinatus est, anno salutis 1233. una cum F. Petro ejusdem Ordinis Prædicatorum, & F. Aymone, & Rodulpho Ordinis Minimorum, viris virtute, & religione conspicuis, morum honestate præclaris, & Scripturarum sanctarum scientia præditis *h*. Eisdem causis motus Gregorii successor INNOCENTIUS Papa IV. integritatis, & eruditionis acer Censor, Archiepiscopum Lugdunensem dixit anno salutis 1244. Et paulo post in Collegio S. R. E. Cardinalium sub titulo S. Sabinæ cooptavit, ut testantur Vincentius Bellovacensis, ejusdem coœtaneus *lib. 31. Specul. Histor. cap. 152.* & registra Vaticana, in jejuniis Quatuor temporum Adventus ejusdem anni *i*. Has dignitatum provincias sponte deferente Pontifice, recusavit, sed eodem summo Hierarcha præcipiente, ac regio precatu, & Ordinis beneplacito accedente, subire coactus, ægro tandem animo acceptavit, susceptas tamen egregie administravit, nec illis ornatus a priore vita ad latum usque unguem discessit *k*.

Erat Pontifici Innocentio charus, quippe qui morum gravitatem, solertiam, rebus in agendis prudentiam adverterat, sibique ad Pontificiam molem sustinendam, intimum administrum adsciverat: sub idem tempus anni 1245. in Concilio Lugduni celebrato, Fridericum II. capitalem Ecclesiæ hostem facinoribus suis exigentibus imperio privarat Innocentius, & alium in abrogati Friderici locum sufficere cogitabat; ad hujus muneris feliciter obeundam provinciam, non nisi Hugonem nostrum reperit aptiorem, ideoque Legatum a Latere Sedis Apostolicæ in Germaniam, ad Imperii Electores misit *l*, ut eo suasore, alius sufficeretur, vel ut placet aliis *m* in eum finem destinatus est, ut confirmaret Guillelmum Hollandiæ Comitem in Regem Romanorum electum. Cujus negotii provincia justissime, rite, & intrepide administrata; peragratisque Germaniæ partibus, ubi & quinque insignibus pietate viris instituendæ Cruciferorum Familiæ opem tulit, referente Barbosa *in summa Decisionum Apostol. collect.* 379. Leodium venit, ibique in Ecclesia S. Martini sermonem de augustissimo Eucharistiæ Sacramento coram ingenti multitudine habuit, & astantem populum de multiplici fructu solemnitatis ejusdem (quam dum in minoribus esset officiis, nempe *Provincialis FF. Prædicatorum*, specialius in Ecclesia singulis annis celebrari pro viribus procurarat) iterum admonuit, diligenter instituit, & auctoritate Apostolica præcepit *n*. Ad Pontificem deinde se contulit, a quo summis honoribus acceptus, majorique in pretio habitus fuit.

Cardinalitii officii non immemor, & in privatis, & in publicis Con-

f Vide Leand. Alb. lib. 5. de vir. illust. Ord. Præd.

g Sebast. de Olmeda, & Malven. ann. Christi 1241. c. 2.

h His tit. afficiûtur, a Gregor. IX. in Bulla, quam h bes apud Brovium to. 13. ann. 1233.

i Hinc liquet decipi Onuf. in Chron. dum dicit creatum Card. an. 1231. & alios, qui dicunt fuisse promotum an. 1242.

k Plat. in Innoc. & alii.

l Sixtus Sennensis lib. 4. Biblioth. Sanct. Michael. Pius, & alii.

m Brovius ubi sup. an. Chr. 1281. & Nauclerus generatione 42.

n Joann. Diestenius apud Brovium ubi sup. an. 1230.

Confiliis fe probum , & fidelem Confiliarium præftitit , & talem , qualem exigit S. BERNARDUS *lib.* 4. ad Eugenium fcribens , nimirum , ut fi Pontifex vellet deviare , ille non fineret , frænaret præcipitem , dormitantem excitaret , quique pro fua reverentia licentius extollentem reprimeret , excedentem corrigeret , conftantia , & fortitudine nutantem firmaret , erigeret diffidentem , & pro fua fide , & fanctitate , ad quæque honefta , & fancta , eum , & alios provocaret . Hæc præclara devoti , & melliflui Bernardi de Cardinalis officio documenta , & alia probi Senatoris munera , opportune exequi non omifit , fed omnibus rationibus privatis pofthabitis , quid fecundum DEUM effet , & pro bono Ecclefiæ , privatim , & publice , liberrime pronunciabat : quo in genere illud memorabile eidem accidiffe teftantur veterum monumenta . Quod quandoque ut reticeret verbum, ingens auri pondus , mille fcilicet Turonenfium libras oblatas , magno animo fprevit ; nihil fibi antiquius ducens , DEI gloria , & Chriftianæ Reipublicæ commodo . Pauperibus, viduis, & orphanis pecunia , confilio non defuit , fed omnibus tanquam pium parentem fe exhibuit.

Otio perpetuum bellum indixerat , & poft nocturnum breve fomnum , orationi , lectioni , fcriptioni librorum , reliquum tribuebat ; Catalogum autem eorum , qui in notitiam meam devenerunt , accipito . Super Genefim, & in univerfa Biblia, Juxta quadruplicem fenfum Commentaria . Præter hæc in 4. lib. Sent. Petri Lombardi fcripfit. *o* Præterea Abbreviationem quandam in eofdem . Item Speculum Miffæ . Expofitionem in Hiftoriam Scholafticam per modum Poftillæ . Infuper Concordantias Bibliorum , infinitum pene opus , Herculea plane audacia , primus excogitavit , & compofuit , & FF. fuorum Prædicatoriæ Familiæ ope perfecit , & auctiores reddidit , incredibili rei litterariæ proventu . Compendium Theologiæ edidit, necnon Speculum S. Ecclefiæ , quod alii fpeculum Religioforum vocant. Canonem Carmelitarum circa annum falutis 1248. ejufdem Innocentii juffu , una cum Guillelmo Anteradenfi Epifcopo ex ordin. Prædicat. affumpto declaravit , temperavit , temperatumque illis fervandum tradidit . *p* Epiftolam denique elegantem fcripfit , cum effet Legatus de Latere , per Alemaniam , Daciam , Bohemiam, Poloniam, Moraviam. De Fefto Serenifs. Patriarchæ Dominici Ordinis Prædicatorum Conditoris celebrando , iis fuæ præftantis eruditionis fpecimen reliquit pofteris . Sicut autem de Origene , & D. Hieronymo dicitur , quod ille in Cantica , ifte epiftolas fcribendo feipfos fuperarint , ita & Hugo , cum ceteros fere fcriptores vicerit , feipfum tamen fcribendo in Ifaiam, Pfalmos, & Evangelia fuperavit.

o Ex Luxemburgo Ant. Senensi Triticamio, & aliis.

p Chronica lit. & Galeanidol. Jantiq. Carmel. Leander, Bzovius, & alii.

Multis igitur pro Ecclefia Dei exantlatis laboribus , curifque perfunctus , tot libris egregie confcriptis , pluribus virtutum infigniis clarus, cum fupremum vitæ fuæ diem jam proximum confpiceret , Ecclefiafticis Sacramentis rite fufceptis , mortem lætus afpexit anno falutis 1262. 14. Kalendas Aprilis . *q* Ferunt autem , antequam e vivis excederet , in hæc verba prorupiffe : Maluiffem morbo Elephantino in ordine meo Prædicatorio captum egiffe vitam , quam Galero ifto caput meum fuiffe infignitum. Vita functus eft Urbe Veteri , ibique in templo Fratrum fuorum, præfentibus ad facri funeris obfequia permultis, tum Ecclefiarum Prælatis, tum etiam S. R. E. Cardinalibus,

q Secundum Bellarmin. & Jac. Gualterű obiit an. 1264. fecundum Ant. Senenfem in Chronico Par. 137. obiit

bus, & ipſo Urbano IV. tum ſummo Pontifice ſepultus eſt. Deinde aliquot poſt annos aperto ejus ſepulchro, integer quaſi, & incorruptus inventus, Lugdunum translatus fuit: ubi per Venerab. Patrem D. Guidonem, qui poſtea ſummus Pontifex electus, Clementis IV. nomen aſſumpſit, ingenti populi multitudine, multaque Clericorum, & Prælatorum frequentia aſtantibus, iteratæ ſepulturæ, in choro FF. Prædicatorum ad Aquilonem, magna cum ſolemnitate, honore, & devotione, cum infraſcripto Elogio conditus eſt.

ann. 1272. Verùm monumenta Præd. Leander, Pius, Maſſæus, &c. ann. 1262. dicunt obiiſſe.

In hoc ſepulchro jacet vir Venerab. Deo, & hominibus gratioſus, Fr. Hugo de Celidorio Viennenſis Diœceſis r*, tituli S. Sabinæ quondam Presbyt. Cardinalis, luminare magnum Eccleſiæ, Ordinis FF. Prædicatorum lucerna: Theologiæ Pariſiis Doctor egregius; famoſus Scripturarum traditor, & Expoſitor prælucidus; verbi Dei Prædicator eximius; oliva pietatis; palma juſtitiæ; ſpeculum honeſtatis; Religioſorum Patronus; veritatis præco; pater pauperum; & ſolatium miſerorum. Obiit anno 1262. quartodecimo Kalendas Aprilis.*

r Intellige de urbe Vienna, in Delphinatu ad Rhodanum ſita, intra fines Burgundiæ antiquitus comprehenſa.

Hæc ſunt de Hugone, quæ ex variis Auctoribus in tui gratiam, Candide Lector, colligere licuit; æqui, bonique conſulito. VALE.

INDEX

INDEX
LIBRORUM TOTIUS
Sacræ Scripturæ :

QUI NEMPE IN SINGULIS TOMIS EXPOSITI, atque digesti sunt.

REVE.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS,

ET DOMINI,

DOMINI HUGONIS
DE SANCTO CHARO,
S.R.E. Tituli S. Sabinæ, primi Cardinalis de Ordine D. Dominici,

IN POSTILLAM SUPER GENESIM

PROLOGUS.

Psalm. 118. *Joan. 1.*

PRINCIPIUM verborum tuorum veritas, Deus Pater, imo & operum, Scriptum est enim; Sermo tuus veritas est. *Joan.* 17. idest, Filius tuus, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, qui & dicit: Ego sum principium, qui & loquor vobis, *Joan.* 8. unum cum Patre, & Spiritu sancto principium. Nam Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unum sunt. 1. *Joan.* 5. Unum quidem principium omnium, una essentia, unus Deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. *Rom.* 11. In quo verbo Tota Trinitas, unus auctor, unum principium omnium rerum ostenditur. In primo potentia, in secundo sapientia, in tertio bona voluntas, sive benignitas commendatur. Potentissime siquidem omnia ex nihilo creavit Deus; sed & creata sapientissime locis congruis ordinavit; sed & benignissime ordinata propter nos in suo ordine conservavit. Cogita ergo rerum principium, quod est nihil, & lauda potentiam; attende ordinem, & mirare sapientiam; considera finem, & occurrit tam benigna utilitas, quam utilis benignitas Creatoris. Nam sua bonitate, & nostra utilitate fecit omnia Deus. Ergo tria debent in rerum universitate attendi: Quid est, Quomodo est, Propter quid est unumquodque. Sed fuerunt quidam, qui primum tantum attendentes, & alia negligentes, abusi sunt creaturis, in eis penitus delectantes; unde & dicunt: Fruamur bonis, quæ sunt; & utamur creatura tanquam in juventute celeriter. *Sapient.* 2. Qui dicti sunt voluptuosi. De quibus dicit *Tullius ad Brutum:* Voluptatem summum bonorum esse, vox pecudum videtur esse, non hominum. Legimus etiam nonnullos fuisse, quibus unica fuit solicitudo, modum, & ordinem investigare factorum; ad quid facta sint, inquirere negligentes, cibo quidem parcissimo, atque vilissimo contenti: unde & se Philosophos nominaverunt; sed a nobis vani, & curiosi rectius appellantur. Unde *Apostolus:* Evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, *Roman.* 1. Utrisque successerunt viri prudentes, qui & facta, & factorum ordinem diligentius transeuntes, ad quid facta essent, inquirere studuerunt; Nec latuit eos, quia propter suam bonitatem fecit Deus omnia, & propter suorum utilitatem. Hi sunt viri spirituales, sic utentes hoc mundo quasi non utentes. *1. Cor. 7.* Primi voluptate, secundi vanitate, tertii veritate sunt repleti. Si vis ergo ad notitiam veritatis pervenire, incipe transilire, ut nec affectu concupiscentia creaturarum, sicut in voluptuosis; nec investigatio, sicut in curiosis detineat intellectum. Sic fecerunt tertii, qui per Scripturam nobis agnitam veritatem communicantes, sacram doctrinam sub certis limitibus tradiderunt. Quorum primus Moyses fuit, secundo Prophetæ, tertio Apostoli, & Evangelistæ. Quorum omnium fuit una intentio, homines scilicet a malo retrahere, & ad bonum provehere. In his enim duobus consistit perfecta justitia, ut dicit *Augustin.* Unde tota sacra Scriptura circa hæc duo versatur. Unde Dominus per *Oseam decimo primo*. In funiculis Adam traham te, in vinculis charitatis. In funiculis Adam trahit; cum ti-

morem incutit, aut dolorem: In vinculis charitatis, cum vel beneficia exhibita recolit, vel exhibenda promittit. Hinc Moyses legem duræ cervicis populo traditurus, beneficia Dei tam ipsis, quam Patribus collata commemorat, & ampliora promittit; pœnas etiam in transgressores illatas recolit, & adhuc inferendas minatur. Hæc sunt uncinus, & ansula, quibus cortinæ tabernaculi jungebantur, idest, Vetus, & Novum Testamentum in doctrinam unam, quasi in unam cortinam conveniunt faciendam. Quæ quatuor pretiosis coloribus variantur, bysso, hyacintho, cocco bis tincto, & purpura. Per byssum candidam, quæ est quasi tegimen cortinæ, historiæ veritas designatur. Per hyacinthum coloris aerei, allegoriæ subtilitas figuratur. Per coccum bis tinctum, qui flammei est coloris, anagoge, quæ ad cœlum sublevat, ubi igniculus Sion fit caminus, insinuatur. Per purpuram tropologia designatur, quæ de moribus agens promovet ad amorem. Hæ sunt quatuor rotæ Ezechielis, in quibus est spiritus vitæ. Hæ sunt quatuor alæ duorum Cherubin sese super oraculum contingentes. Hæc sunt quatuor flumina Paradisi ab eodem fonte manantia, idest, a Christo, in quo sunt omnes thesauri scientiæ, & sapientiæ absconditi a sæculis. Hæc sunt quatuor operimenta tabernaculi. Hi sunt quatuor venti, a quibus insufflatus spiritus interfectorum ossa arida suscitavit, *Ezech.* 37. Historia narrat, quid factum; allegoria docet quid intelligendum; anagoge, quid appetendum; tropologia, quid faciendum. Nos igitur duo media relinquentes ad præsens, primum, & ultimum, secundum quod Deus dederit, prosequemur, a primo libro, & ultimo exordium capientes, caudam cum capite pariter offerentes. Ipsi enim offerimus hoc sacrificium, qui dicit: Ego sum Alpha, & Omega. *Apocal.* 1. *& ult.* idest, principium, & finis. Principium, in quantum quidem est veritas; finis in quantum vita; sed & medium in quantum via. Ego, inquit, sum via, & veritas, & vita. *Joan.* 14. Via rectificans oberrantes; veritas illuminans ignorantes; vita vivificans morientes. Primo ergo inquirendum est, quæ sit materia primi libri, idest, Geneseos; quis auctor; quæ intentio; quæ utilitas: quis modus agendi. Materia duplex est, historica, & mystica. Historica materia est majoris mundi, idest, Macrocosmi creatio materialis. Mystica vero materia est minoris mundi, idest, hominis plasmatio spiritualis. Auctor est Moyses, hominum mansuetissimus, verus Dei famulus: cui Deus facie ad faciem dignatus est apparere: cui Deus sicut futura, ita mundi creationem præteritam revelavit. Quamquam non absurde credi possit sanctos antiquos Patres etiam Adam, posterorum suorum frequenti memoriæ tradidisse, vel etiam scripto ad laudem Dei commendasse, & sic ad Moysi notitiam pervenisse. Quod videtur innuere Judas, qui auctoritatem Enoch *in Epistola sua* inducit. Intentio Auctoris est falsitatem errantium circa rerum principium eliminare, & veritatem astruere. Siquidem duplex est opus sapientis, mentientes posse manifestare, & dicere verum, de quibus novit. Utilitas magna, erroris declinatio, & agnitio veritatis. Finis, gloria Dei. Modus agendi talis est: Primo errores trium, idest, *Platonis*, *Aristotelis*, *& Epicuri* eliminat, ostendens omnium rerum unum solum principium esse, ubi dicit: In principio creavit Deus cœlum, & terram. Secundo de ornatu, & distinctione rerum juxta senariam operationem prosequitur. Tertio de peccato hominis, & ejectione ejusdem de Paradiso. Quarto de propagatione hominis. Quinto de ablutione mundi per diluvium. Sexto de humani generis multiplicatione, descendens usque ad Patriarchas. Ostendens ultimo quomodo Jacob, & filii ejus venerunt in Ægyptum, ubi Jacob moriens benedixit filiis; & in morte Joseph terminatur liber iste.

Explicit Prologus.

EJUSDEM

EJUSDEM REVEREND. PATRIS,

D. HUGONIS CARDINALIS,

Epistolæ B. Hieronymi ad Paulinum, de omnibus divinæ Historiæ libris,

EXPOSITIO

CAPITIS PRIMI.

EPISTOLA B. HIERONYMI

AD PAULINUM PRESBYT.

De omnibus divinæ Historiæ libris.

CAP. PRIMUM.

FRATER *a* Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit & suavissimas litteras, quæ a principio amicitiarum *a* fidem probatæ jam *b* fidei, & veteris amicitiæ nova præferebant. Vera enim illa *c* necessitudo est, & Christi *d* glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non *e* subdola, & palpans adulatio; *f* sed Dei timor, & Divinarum Scripturarum *g* studia conciliant. *h* Legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias, *i* novos adiisse populos, maria transiisse: ut eos quos ex libris noverant, *k* coram quoque viderent. Sic Pythagoras *l* Memphiticos vates: Sic plato *m* Ægyptum, & Archytam Tarentinum, eamdemque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissime peragravit; ut qui Athenis magister erat, & potens, cujusque doctrinam Academiæ *n* gymnasia personabant, fieret peregrinus, atque discipulus, malens aliena verecunde discere, quam sua impudenter ingerere. Denique cum litteras quasi toto Orbe fugientes persequitur, captus a Piratis, & venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captivus vinctus, & servus: tamen quia philosophus † *o* majore mente se fuit. Ad *p* Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hispaniæ, Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus; & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis, *q* celebrandumque miraculum, ut urbem tantam ingressi, aliud *r* extra urbem quærerent. Apollonius, sive ille magnus, ut vulgus loquitur, sive philosophus, ut Pythagorici tradunt, intravit *s* Persas, pertransivit *t* Caucasum, *u* Albanos, *x* Scytas, *y* Massagetes, opulentissima Indiæ regna penetravit; & ad extremum latissimo *z* Phison amne *a* transmisso pervenit ad *b* Brachmanas, ut Hiarcham *c* in throno sedentem aureo, & de *d* Tantali fonte *e* potantem, inter paucos discipulos de natura, de motibus ac siderum cursu audiret docentem, Inde per *f* Elamitas, *g* Babylonios, *h* Chaldæos, *i* Me-

FRATER *a* Ambrosius, &c.] Præmittitur autem Epistola Hieronymi ad Paulinum, quæ dici potest quasi procemium, sive principium Galeatum. Sicut enim galea ceteris armis superponitur, & supereminet, ita hoc procemium omnibus libris sacræ Scripturæ præponitur. In quo Hieronymus primo communiter Scripturam multipliciter commendat. Secundo sacram Scripturam specialiter commendans, locum excellentissimum obtinere demonstrat. Tertio a se removens arrogantiæ suspicionem, doctrinam magistrorum laudat. Quarto invehitur contra magistros indoctos, qui prius sunt canalis, quam concha; & contra exponentes sacram Scripturam ex sensu suo, non juxta Sanctorum auctoritatem; & etiam contra illos, qui student Philosophis, sacræ Scripturę studiis prętermissis. Quinto propriam materiam omnium librorum sacræ Scripturæ breviter ostendit. Dicit ergo: [Frater Ambrosius]

a Fidem] idest, certitudinem.

b Fidei,] idest, fidelitatis. *c* Necessitudo] idest amoris vinculum indissolubile. *d* Glutino] scilicet charitatis.

e Subdola,] idest, ficta. *f* Sed Dei timor,] Poeta, Non odium fecere metus, non orta resolvit gratia; diligimus pariter, pariterque timemus. Ipse metus sit noster amor.

g Studia] i. amor.

h Legimus] Hic incipit generalis commendatio Scripturæ.

i Novos] idest, sibi ignotos.

k Coram] personaliter, & præsentialiter.

l Memphiticos] Memphis, viros Ægypti.

m Ægyptum,] ubi videt libros Moysi, ubi multa didicit.

n Gymnasia] idest, studia. Gymnasium dicitur a gymnas gymnadis, quod est lucta; vel a gymnos, quod est nudus: & dicitur proprie locus luctæ, quia nudi solent colluctari. Inde dictum est studium, quia ibi fit colluctatio mentalis. Unde *Eccl.* 51. Colluctata est anima mea cum sapientia, & in faciendo illam confirmatus sum. Et item dicit de hac lucta *Greg.* Cum ad studendi agonem venimus, contra malignos spiritus luctam sumimus. Maligni autem Spiritus nihil proprium in hoc mundo possident. Nudi ergo cum nudis luctari debemus: quia si vestitus quisquam cum nudo congreditur, citius ad terram dejicitur, quia habet unde teneatur. Unde de Beato Gregorio dicitur, quod quando accedebat ad studendum, dicebat illum versum: Declinate a me maligni, &c. [*Psal.* 118.]

o Majore mente] idest, majoris mentis fuit tunc, quam prius. Simile 2. *Reg.* 3. David proficiens, & semper seipso robustior. Et est modus loquendi, ut mulier egregia forma, idest, egregiæ formæ.] Vel major emente se, idest, illo, qui emit. Vel major emente se. [al. † major emente.]

p Ad Titum] idest Patavinum.

q Celebrandumque] idest, memorandum.

r Extra] idest præter.

s Persas,] idest, populos.

t Caucasum,] idest montem.

u Albanos,] populos.

x Scythas,] populos.

y Massagetas] populos.

z Phison amne] idest, flumine.

a Transmisso] idest, transito.

b Ad Brachmanas,] idest, populos.

c Hiarcham] idest, philosophum. [*Hora. 1. ser.*]

d Et de Tantali fonte] idest, sapientiæ sæculi, quæ sic dicitur, quia semper sui sitim parit.

Tantalus a labris sitiens fugentia captat
Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ (*Flumina.* [*Ovid. 2. fa. storum.*]

Sacra Scriptura sitiat, quia est puteus aquarum viventium. Sed puteus altus est, ut haurire quis nequeat sine hauritorio charitatis. In malevolam enim animam non introibit sapientia, *Sap. c.* 1. Hæc sola litteratum facit. *Hieron.* Nescit litteras, qui sacras ignorat. [*Cant. 4. Joan. 4.*]

e Potantem,] discipulos suos.

f Elamitas,] populos.

g Babylonios,] populos.

h Chaldæos,] populos.

i Medos,] populos.

a Assyrios,] populos *b* Parthos,] populos.
c Syros,] populos *d* Phœnices,] populos.
e Arabes] populos, *f* Palæstinos,] populos.
g Alexandriam,] civitatem.
h Æthiopiam,] regionem, scilicet.
i Ut Gymnosophistas,] idest, Philosophos studio luctantes.

Valerius lib. 4. Et Laertius in vita Thaletis.

k Famosissimam] Legitur in *Valerio Maximo*, quod cum quidam emisset jactum retis a quibusdam piscantibus in mari juxta templum Delphici Apollinis, & contigisset, quod piscatores in illo jactu mensam auream extraxissent: emptor jactus eam volunt habere; piscatores autem contradixerant, dicentes tantum de piscibus intercessisse pactionem: tandem in hanc cessere sententiam, quod septem Sapientes consulerent super hoc, cujus esse deberet. Sapientes vero super hoc oraculum Apollinis petierunt. Et responsum est eis, ut sapientissimo omnium daretur, & ita consilio illorum septem Sapientum data est, & consecrata illa mensa Apollini.
l In fabulo.] idest, in littore Sabuloso, ubi erat templum Apollinis. Et super hoc tanta excrevit fama, quod Apollonius ad eam videndam perrexit. Dicunt tamen quidam, quod sex Sapientum illorum adjudicaverunt eam Soloni, qui erat septimus, quem sapientissimum reputabant; sed ipse dedit eam Apollini, qui honorem ei fecerat.
m Plenissime] de Philosophis scilicet, ita sequentibus litteras per orbem terrarum.

dos, *a* Assyrios, *b* Parthos, *c* Syros, *d* Phenices, *e* Arabes, *f* Palestinos, reversus *g* Alexandriam, perrexit *h* Æthiopiam, ut *i* Gymnosophistas, & *k* famosissimam Solis mensam videret in *l* fabulo. Invenit ille vir ubique, quod diceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc *m* plenissime octo voluminibus Philostratus,

CAPITULUM secundum.

QUID *n* loquar de sæculi hominibus? cum Apostolus Paulus *o* vas electionis, & *p* magister Gentium, qui de conscientia tanti in se *q* hospitis loquebatur. (An experimentum *r* quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?) post Damascum, Arabiamque lustratam, *f* ascenderit Jerosolymam, ut videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim: (Hoc enim mysterio *t* hebdoadis, & *u* ogdoadis futurus Gentium prædicator *x* instruendus erat.) Rursumque *y* post annos quatuordecim, assumpto Barnaba, & Tito *z* exposuerit cum Apostolis Evangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis ἐνεργείας *a* energiæ viva vox, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Unde & *b* Æschines, cum *c* Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam adversus eum habuerat, mirantibus cunctis, atque *d* laudantibus, suspirans ait: *e* Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem?

EXPOSITIO CAP. II.

QUID *n* loquar] hoc secundo capitulo commendat specialiter sacram Scripturam a viris sanctis, qui in ea laboraverunt. *o* Vas electionis] *Act. 9.* *p* Magister Gentium,] 2. *Tim.* 1. *q* Hospitis] idest, Christi. *r* Quæritis] 2. *Cor. ult.* *f* Ascenderit] *Galat.* 1.
t Hebdoadis,] idest, Veteris Testamenti, cui deservit hebdoas, idest, septenarius.
u Ogdoadis,] idest, Novi Testamenti, cui deservit ogdoas, idest octonarius propter octavam resurrectionis. Vel hebdoadis, idest, septenarii, & ogdoadis, idest octonarii; & tunc construuntur cum hoc ablativo (mysterio.)
x Instruendus] in hoc, quod intellige per mansionem septem & octo dierum apud Petrum, se constitutum doctorem Veteris, ac Novi Testamenti, aliter esset contrarium, quod dicitur *Gal. cap.* 1. Veni videre Petrum. *Interlin.* Non discere. *y* Post annos] idest a conversione Pauli, scil. annos 14. *Gal.* 2. *z* Exposuerit, idest contulerit.

a Energiæ] idest interioris operationis, ab eo quod est in; & ergo, quod est labor, sive operatio. *b* Æschines] orator. *c* Rhodi] insulæ. *d* Laudantibus] eam. *e* Ipsam audissetis] Æschines, & Demostenes fuerunt duo oratores adinvicem altercantes, ut sæpe faciunt rethores, & poetæ. Æschines victu postea Æschine exulante apud Rhodos insulam, cum legeretur oratio illa, qua victus fuit, commendavit orationem Demosthenis, dicens. *e* Quid, si ipsam, &c.] Et fuit laus magna ab hoste laudari. Sed Æschines in hoc laudabilior fuit; quia in hoc ostendit ipse omnem invidiam a se penitus relegatam.

CAPITULUM tertium.

NEC *f* hoc dico, quod sit in me aliquid tale, quod, vel possis, vel velis discere: sed *g* quo ardor tuus, & discendi studium etiam absque nobis per se *h* probari debeat. Ingenium docile, *i* & sine doctore laudabile est. Non quid invenias, *k* sed quid quæras, consideramus. *l* Mollis cera, & ad formandum facilis, etiamsi artificis, & *m* plastæ cessent manus, tamen *n* virtute totum est, quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi, & Prophetas didicisse se *o* gloriatur: ut armatus spiritualibus telis, postea diceret confidenter; Arma enim *p* nostræ militiæ non carnalia sunt, sed potentia *q* Deo, ad destructionem *r* munitionum, cogitationes *f* destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & *t* captivantes omnem intellectum ad obediendum Christo, & parati subjugare cunctam inobedientiam. Timotheum scribit *u* ab infantia Sacris litteris eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam, quæ data sit ei per impositionem manus *x* Presbyterii. Tito præcipit, ut inter ceteras virtutes Episcopi, quem brevi *y* sermone *z* depinxit; scientiam quoque in eo *a* eligat Scripturarum, Obtinentem, *b* inquit, eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes revincere.

EXPOSITIO CAP. III.

NEC *f* hoc dico] In hoc capitulo tertio removens a se arrogantiæ suspicionem, commendat magistrorum doctrinam. Prius enim debet quis discere a magistris, quam docere, & frequens exercitatio discipuli sibi exercitium comparabit.
g Quo] idest, ut
h Probari,] idest, exercitari.
i Et] idest, etiam. *2. Tim. 3.*
k Sed quid quæras,] *1. Tim. 4.* *Ambros.* Intentio tua operi tuo nomen imponit. *l* Mollis cera,] Per simile probat, quod ingenium licet docile, tamen doctore indiget: sicut cera mollis licet potestate sit qualibet figurarum, tamen actu nulla, donec plastes, vel artifex manum apposuerit. *m* Et plastæ] formatoris. *ad Tit. 1.*
n Virtute] idest, potestate.
o Gloriatur:] *Act.* 22.
p Nostræ militiæ] 2. *Cor. cap.* 10.
q Dei, vel Deo,] idest per Deum. *r* Munitionum,] idest rationum, quibus se muniunt hæretici. *f* Destruentes,] & militamus. Repete, nos dico destruentes cogitationes, idest consilia eorum mala. Vel ratione suppositi fiat constructio, ut ibi, Præneste sub ipsa. *t* Captivantes omnem intellectum ad obediendum, &c.] Hoc contra præsumentes de ingenio suo, & nolentes audire ab alio. *u* Ab infantia] contra senes elementarios. *Quo semel est imbuta recens*, &c. *Thren.* 3. Bonum est viro, cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua. Philosophus: Non parum refert a juventute assuescere. *Prov. cap.* 22. Proverbium est, Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. *Eccles. cap.* 7. Filii tibi sunt? erudi illos, & curva illos a pueritia eorum. *x* Presbyterii,] idest, collectionis Presbyterorum. Ad consecrationem enim Episcopi tres ad minus debent esse Episcopi. *y* Sermone] idest *Timoth.* 3.
z Depinxit;] idest, descripsit.
a Eligat] idest, eligendam ostendat.
b Inquit,] ad *Titum* 1.

Horatius in lib. epist.

91. dist. quo in alteo. De temp. & Antiocp.

EXPO-

EXPOSITIO

CAP. IV.

SAncta *a* quippe] Hic assignat Hieronymus differentiam inter justitiam simplicem, & eruditam, eruditam præferens. Unde *Gloss.* super *Timoth. cap.* 5. Innocens conversatio quantum prodest exemplo, tantum nocet silentio.

b Si non resistat.] cum possit.

c Per Malachiam] *cap.* 1. & 2.

d Sacerdotes legem.] Ibi *Gloss.* Si sacerdos de lege interrogetur, doceat; resistentes convincat: alioquin frustra jactat dignitatem, cujus non exhibet operationem.

e Deuteronomio] *cap.* 32.

f Daniel] *c.* 12.

Psalm. 1. *g* Sacratissimæ] idest, secretissimæ propter difficultatem, vel sacratissimæ, quia de incarnatione Verbi, & morte ejus, & die judicii agit.

h Firmamentum.] quod plus est, subaudi: juxta illud 1. *Cor.* 15. Differt stella a stella in claritate.

i Electionis?] *Act. cap.* 9.

k Quia vas legis, & Scripturarum sanctarum] Ergo Dominus elegit Paulum, quia vidit eum idoneum, quod falsum est, quia gratuita penitus est electio Dei; ergo hic agitur de electione prædicationis, non prædestinationis.

l Pharisæi stupent in Domini doctrina;] *Matth. cap.* 7.

Isa. 54. 2. *m* In Petro,] *Act. cap.* 4.

n Enim] idest sed.

Luce 4. *o* Juxta quod scriptum est θεοδίδακτοι, idest, docibiles, vel dociles Dei. Revera docibiles Deo erant.

p Nisi forte rusticum.] Forte vos vultis dicere eos imperitos quasi rusticos: sed improbat Hieronymus probans quod a Deo edocti sunt.

q Imperitus,] 2. *Corinth.* 11.

r Sermone,] lingua materna.

s Scientia] inspirata, supple.

t Joannes rusticus,] genere.

u Piscator, &c.] supple, officio.

x Et unde illa vox?] quasi dicat: Non didicit hoc ab homine, quia indoctus piscator erat, quando vocatus fuit; ergo a Deo habuit hoc, & ita verum est, quod fuerunt docibiles Deo.

y Λόγος] logos. Logos, & verbum idem sunt, & sicut logos multa significat, sic & verbum. Et quia posset aliquis credere, quod verbum in una significatione conveniret Christo, & non omni: ostendit *Hieron.* quod in omni.

Joan. 1. *Matth.* 4.

CAPITULUM
quartum.

SANCTA *a* quippe rusticitas solum sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesia Christi, tantum nocet si destruentibus non *b* resistat. Malachias propheta, imo *c* per Malachiam Dominus interrogavit *d* Sacerdotes legem. In tantum Sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege. Et in *e* Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo quoque centesimo decimo octavo: Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione justi viri, cum eum David arbori vitæ, quæ est in Paradiso, compararet inter ceteras virtutes etiam hoc intulit. In lege Domini voluntas ejus; & in lege ejus meditabitur die, ac nocte. *f* Daniel in fine *g* sacratissimæ visionis justos, ait, fulgere sicut stellas, & intelligentes, idest, doctos quasi *h* firmamentum. Vides quantum inter se distent ista rusticitas, & docta justitia. Alii stellis, alii cœlo comparantur. Quanquam juxta Hebraicam veritatem, utrumque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur Paulus Apostolus, vas *i* electionis? Nempe *k* quia vas legis, & Scripturarum sanctarum armarium. *l* Pharisæi stupent in Domini doctrina; & mirantur in *m* Petro, & Joanne, quomodo legem sciant, cum litteras non didicerint. Quicquid *n* enim aliis exercitatio, & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat: & erant, *o* juxta quod scriptum est θεοδίδακτοι docibiles Deo. Duodecim annos Salvator impleverat, & in Templo senes de quæstionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. Nisi *p* forte rusticum Petrum, rusticum dicamus Joannem, quorum uterque dicere poterat: Et si *q* imperitus *r* sermone, non tamen *s* scientia. *t* Joannes, rusticus, *u* piscator, indoctus: Et unde *x* illa vox obsecro: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum? λόγος, *y* logos Græce multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa uniuscujusque rei, per quam sunt singula, quæ subsistunt: quæ universa recte intelligimus in Christo.

CAPITULUM
quintum.

HOC *z* doctus Plato nescivit; hoc Demostenes eloquens ignoravit. *a* Perdam, inquit, sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam. Et quamquam *b* stultitia prædicationis in cruce sit: *c* tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non sæculi hujus, nec *d* Principum sæculi istius, qui destruuntur: sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinavit Deus ante sæcula. Dei sapientia, Christus est. *e* Christus enim Dei virtus, & Dei sapientia. Hæc sapientia in mysterio abscondita est; de qua & noni Psalmi titulus prænotatur: Pro occultis filii, in quo sunt omnes *f* thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat, *g* prædestinatus est ante sæcula. Prædestinatus autem, & præfiguratus in lege, & Prophetis. Unde & prophetæ appellabantur *h* videntes, quia videbant eum, quem ceteri non videbant. *i* Abraham vidit diem ejus, & lætatus est. Aperiebantur cœli

EXPOSITIO
CAP. V.

HOc *z* doctus Plato, &c.] Sapientiam divinam removet a Philosophis, dicens hic ad commendatione sacræ Scripturæ, quod nescit litteras, qui eam ignorat. Sed quod dicit hic Platonem ignorare, videtur contrarium Augustino dicenti super *Epistolam* ad *Coloss.* 3. quod Plato habuit notitiam de patre, & filio; sed incarnationem non novit. Sed non est; quia quod hic dicitur nescire, intelligi debet ante descensum in Ægyptum: vel supplendum, nescivit per se, sed in libris Moysi hoc didicit, vel nescivit, quia imperfecte scivit, vel nescivit, idest, inutiliter scivit: vel nescivit distincte, & proprie.

a Perdam, inquit,] 2. *Cor.* 1. *Abdias* ante medium: Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau, *Isai.* 29. Peribit sapientia a sapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abscondetur: contra Jerusalem loquitur.

b Et quamquam stultitia] idest, quamvis prædicatio crucis stultitia reputetur.

c Tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos.] 1. *Corinth.* 2.

d Principum,] idest, Philosophorum. *e* Christus enim Dei virtus.] 1. *Cor. c.* 1. *f* Thesauri sapientiæ, &c.] *Coloss.* 2. *g* Prædestinatus est] *Rom.* 1. *h* Videntes,] 1. *Reg.* 9. *i* Abraham vidit, &c. *Joan. cap.* 8.

a Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. Revela, inquit David, oculos meos; & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est; & b revelatione opus est, ut intelligatur, ac revelata c facie Domini gloriam contemplemur. Liber in d Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur; quem si dederis e homini scienti litteras, ut legat, respondebit tibi: Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse litteras; tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reseraverit, qui habet clavem David; qui f aperit, & nemo claudit; qui claudit, & nemo aperit. g In Actibus Apostolorum sanctus Eunuchus, imo vir, (sic enim eum Scriptura cognominat,) cum legeret Isaiam prophetam, interrogatus a Philippo: Putasne, intelligis, quæ legis? respondit: quomodo possum, nisi aliquis me h docuerit? Ego (ut de me interim loquar) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Æthiopia, idest, de extremis mundi finibus, venit ad templum, reliquit aulam regiam; & tantus amator divinæ scientiæ fuit, ut etiam in vehiculo sacras litteras legeret. Et tamen cum librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volveret, labiis personaret, ignorabat eum, quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Jesum, qui clausus i latebat in littera. O mira Doctoris virtus! eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, fidelis, & sanctus est: ac magister de discipulo, plus in k deserto fonte Ecclesiæ, quam in aurato Synagogæ templo reperit. Hæc a me l perstricta sunt breviter (neque enim Epistolaris angustia evagari longius patiebatur;) ut intelligeres te in Scripturis sanctis sine prævio, & monstrante semitam, non posse ingredi.

CAPITULUM sextum.

TACEO m de Grammaticis, Rhetoribus, Philosophis, Geometris, Dialecticis, Musicis, Astronomis, Astrologis, Medicis; quorum scientia mortalibus satis vel n utilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ μάθημα, in o doctrinam, τὸν λόγον, in p rationem, τὴν ἐμπειρίαν, & q usum. Ad minores r artes veniam, & quæ non tam λόγῳ † logo, quam manu administrantur. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorum, lignorumque cæsores, s lanarii quoque, & t fullones, & ceteri, qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricant, absque Doctore non possunt esse, quod cupiunt. Quod Medicorum est, promittunt Medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarum ars est, quam sibi omnes passim u vindicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc x delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi præsumunt, lacerant, docent antequam discant. Alii adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de Sacris litteris philosophantur: Alii discunt proh pudor? y a feminis, quod viros doceant, & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imo z audacia edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad Scripturas sanctas post sæculares litteras venerint, & sermone composito aures populi mulserint; quicquid dixerint, hoc legem Dei putant. a Nec scire dignantur, quid Prophetæ, quid Apostoli senserint; sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia; Quasi grande sit, & non vitiosissimum dicendi genus, depravare sententias, ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem. b Quasi non legerimus c Homerocentonas, & Virgilio-

---

Psal. 118. a Ezechieli, qui populo peccatori, &c.] *Ezechiel cap.* 1.

b Revelatione opus est, ut intelligatur,] *Rom.* 7.

c Facie Domini gloriam contemplemur.] *secunda Corinth. cap.* 3.

d In Apocalypsi septem sigillis] idest, septem Sacramentis.

e Homini scienti,] *Isa.* 29.

f Qui aperit, & nemo claudit, &c.] *Isai. capit.* 22. *Apocalyps. cap.* 3.

g In Actibus Apostolorum] *cap.* 8.

h Docuerit?] Ecce quomodo probat, quod necessaria est magistri doctrina.

i Latebat in littera.] Hoc est contra Glossarum superfluitatem. In littera enim est Jesus, sed clausus; ideo qui vult invenire eum, litteram inspiciet.

k In deserto,] idest, in sacra Scriptura; quæ quasi deserta tunc erat, ac inculta; sed postea per sanctos Expositores declarata est, & ornata: sicut fons prius desertus, & incultus, pedetentim ebullit, & inde in magnum fluvium excrescit. Vel Philippus plus reperit in Eunucho, qui fuit fons Ecclesiæ, sed tunc desertus; & per ipsum Philippum eruditus reperit Eunuchus.

l Perstricta sunt,] hoc est, de commendatione sacræ Scripturæ, & doctrinæ.

EXPOSITIO

CAP. VI.

TAceo m de Grammaticis, &c.] In hoc capitulo invehitur Hieronymus contra indoctos magistros, qui prius sunt canalis, quam concha; & contra ampullose loquentes; & contra exponentes sacram Scripturam ex suo sensu, non juxta Sanctorum auctoritatem; & contra eos, qui student Philosophis sacræ Scripturæ studiis postpositis.

n Vel utilissima] idest, multum utilis.

o Τὸ μάθημα,] idest, Mathematicam.

p Rationem,] idest, Logicam.

q Usum] idest, Physicam, vel Ethicam.

r Minores artes,] scilicet, Mechanicas.

s Lanarii] qui faciunt pannos.

t Et fullones] qui tingunt pannos.

u Vindicant,] idest, vindicare putant.

x Delirus] discors, scilicet.

y A feminis,] ad litteram: vel feminis, idest, effeminatis. *al. † lingua.*

z Audacia,] idest, temeritate: Putant.

a Nec scire dignantur, &c.] quasi dicat, Sensum Scripturæ ad sensum suum retorquent, cum e converso debeat esse. Sensus enim sacræ Scripturæ studio quærendus est, non faciendus.

b Quasi non legerimus] Continua: Incongrua aptant testimonia, quasi non legerimus Homerocentonas: quos scilicet incongrue adaptare conantur incarnationi Christi. *Ierem. 2. lib. 9. ep.*

c Homerocentonas, & Virgiliocentonas] in *Isidoro* legitur, quod Proba uxor Adelphi Proconsulis in laude Christi versata composuit Virgiliocentonas, idest, Virgilianis versibus carmen de Christo contextum. Eadem, ut dicunt, dicta est Centona, & quosdam versus Homeri incarnationi Christi conata est adaptare; & hoc est Homerocento, idest, carmen versibus Homeri contextum, & a centona scilicet compositum, vel a centum tractum est Homerocentonas, & Virgiliocentonas: quia plurima volumina composuit illa Centona centum talibus versibus distincta. Vel a centro; quia hujusmodi carmen quibusdam punctis quasi centris distinguitur. Vel a Centone, quod est filtrum, unde *Isidor. Ety. lib. 1. c. 38.*

Juven. 6. Satyra. unde *Juvenalis*: Intravit calidum veteri centone lupanar. *Virg. in buc. eglo. 4.* a Et circulatorum] quia sicut circulus sine caret, & principio; ita in hujusmodi inquisitionibus non est *Æneid. 2.* principium, neque finis: unde *Aristoteles* hujusmodi poetarum carmina cir- *Æneid. 5.* culos vocat. Vel ludum circulatorum dicit, in quo pueri in circulo sedent, & unus in circuitu post terga currit portans aliquid, quod ponit retro aliquem nescientem, sic isti faciunt; nesciunt, ubi ponant adaptationes suas.

centonas; ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum: quia scripserit, Jam redit & virgo; redeunt Saturnia regna: Jam nova progenies cœlo dimittitur alto; & patrem loquentem ad filium, Nate meæ vires mea magna potentia solus: & post verba Salvatoris in Cruce, Talia perstabat memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc & a circulatorum ludo similia, docere quod ignores, imo (ut cum stomacho loquar) nec hoc quidem scire, quod nescias.

CAPITULUM septimum.

VIDELICET *b* manifestissima est Genesis: in qua de *c* creatura mundi, de exordio *d* generis humani, de *e* divisione terræ, de *f* confusione linguarum, & gentium usque ad *g* exitum scribitur Hebræorum. Patet Exodus cum *h* decem plagis, cum *i* Decalogo, cum mysticis, divinisque præceptis. In promptu est Leviticus liber: in quo singula sacrificia, imo singulæ pene syllabæ, & vestes Aaron, & totus Ordo Leviticus spirant cœlestia sacramenta. Numeri vero nonne totius Arithmeticæ, & Prophetiæ k Balaam, *l* & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continet? Deuteronomium quoque *m* secunda lex, & Evangelicæ legis præfiguratio, nonne sic ea habet, quæ *n* priora sunt, ut tamen nova sint omnia de veteribus. Hucusque Moyses, hucusque πεντάτευχος, Pentateuchus: quibus quinque *o* verbis loqui se velle Apostolus in *p* Ecclesia gloriatur. *q* Job exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? *r* Prosa incipit, *s* versu labitur, *t* pedestri sermone finitur: omnesque leges Dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus. Et (ut de *u* ceteris sileam,) resurrectionem corporum sic prophetat, ut nullus de ea, vel manifestius, vel *x* cautius scripserit. Scio, *y* inquit, quod Redemptor meus vivit: & in novissimo die de terra surrecturus sim, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non *z* alius. Reposita est hæc spes mea in *a* sinu meo. Veniam ad *b* Jesum Nave, typum Domini, non solum in gestis, verum etiam & in nomine. *c* Transiit Jordanem, *d* hostium regna subvertit, dividit *e* terram victori populo, & per singulas urbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia Ecclesiæ, cœlestisque Jerusalem spiritalia regna describit. In Judicum libro quot Principes populi, tot figuræ sunt. Ruth Moabitis Isaiæ explet vaticinium dicentis, *f* Emitte Agnum Domine, dominatorem terræ, de *g* petra deserti ad montem filiæ Sion. *h* Samuel in Heli *i* mortuo, & in k occisione Saul veterem legem abolitam; porro in *l* Sadoch, atque David novi Sacerdotii, novique Imperii sacramenta testatur. Malachim, idest, tertius, & quartus Regum liber a *m* Salomone usque ad *n* Jechoniam, & ab *o* Jeroboam filio Nabat usque ad Osee, qui ductus est in *p* Assyrios, regnum Juda, & regnum describit Israel. Si Historiam respicias, verba simplicia sunt: si in littera sensum latentem Ecclesiæ paucitas, & *q* hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur. Duodecim Prophetæ in unius voluminis angustia coarctati, multo aliud quam sonat in littera, præfigurant. *r* Osee crebro nominat Ephraim, Samariam, Joseph, Jezrahel, & uxorem fornicariam, & fornicationis filios, *s* & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se

EXPOSITIO CAP. VII.

Videlicet *b* manifestissima, &c.] In hoc capitulo *Hieronymus* descendit ad propositum, ostendens materiam uniuscujusque Libri totius Bibliæ breviter; sicut fit in *proœmio* super librum Regum. Unde & Galeatum proœmium, seu principium dicitur, sicut & istud.

c Creatura mundi,] *cap.* 1.

d Generis humani,] *cap.* & 2.

e De divisione terræ,] 10. & 11.

f Confusione linguarum,] *cap.* 11.

g Usque ad exitum] *cap.* 46.

h Decem plagis,] 9. 10. 11. & 12.

i Decalogo,] *cap.* 20.

k Balaam,] *cap.* 22. & 23.

l Quadraginta duarum] *cap.* 33.

m Secunda] secundo data.

n Priora sunt, &c.] in aliis 4. 51.

o Quinque verbis] idest, Pentateucho.

p Ecclesia gloriatur.] *primo Corint. cap.* 14.

q Job exemplar.] Hunc librum, ut dicunt, composuit *Moyses*, ideo statim post Pentateuchum ponitur.

r Prosa] usque ad *tertium capitulum*

s Versu] a *tertio* usque ad *principium* 42. quod nostra translatio non potuit observare.

t Pedestri] idest, humili sermone, a *principio* 42. usque ad *finem*.

u De ceteris] supradictis ab eo.

x Vel cautius] idest, fidelius.

y Inquit, quod Redemptor meus vivit:] *cap.* 19.

z Alius.] licet alteratus.

a Sinu] idest, mente.

b Ad Jesum] idest, Josue, qui & Jesus dictus est, filius Nave.

c Transit Jordanem] *cap.* 3.

d Hostium] a 7. usque ad 13.

e Terram victori populo, &c.] a 14. usque ad 23.

f Emitte Agnum, Domine, dominatorem terræ,] 16.

g De petra] idest, de Ruth.

h Samuel in Heli] Liber Regum secundum nos distinguitur in quatuor libros; secundum Hebræos in duos: quorum primus dicitur Samuel, continens duos primos; alter dicitur Malachim, idest, Regum, continens duos ultimos.

i Mortuo,] 1. *Reg. cap.* 4.

k Occisione] 1. *Regum fine.*

l Sadoch,] 2. *Regum cap.* 8. David.] 2. *Regum capit.* 2.

m Salomone] 3. *Regum* 3.

n Jechoniam] 4. *Regum* 24.

o Jeroboam] 3. *Regum* 12.

p Assyrios,] 4. *Reg. cap.* 17.

q Hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur.] Per regnum Juda Ecclesia; per regnum Israel hæretici intelliguntur.

r Osee crebro nominat Ephraim, Samariam, &c.] *cap.* 1. Jezrael] civitas est.

s Et adulteram cubiculo clausam mariti,] *cap.* 2.

a reditum præstolari. b Joel filius Phatuel describit terram duarum tribuum, c eruca, brucho, locusta, & rubigine vastante consumptam: & post eversionem prioris populi, effusum iri Spiritum sanctum super d servos Dei, & ancillas, idest, super centum viginti credentium nomina & e effusum iri in cœnaculo Sion. f Qui centum viginti ab g uno usque ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in Psalterio mystice continentur. Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringuens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim digne exprimat tria, & h quatuor scelera Damasci, Gazæ, Tyri, Idumeæ, filiorum Ammon, & Moab; & in septimo, octavoque i gradu Judæ, & Israel? Hic loquitur ad vaccas k pingues, quæ sunt in monte Samariæ, & ruituram domum l majorem, minoremque testatur. Ipse m cernit fictorem locustæ, & stantem Dominum super murum litum, vel n adamantinum, & o uncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra, non p famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Abdias, qui interpretatur servus Domini, pertonat contra Edom, & sanguineum, q terrenumque; fratris quoque Jacob semper æmulum hasta r percutit spiritali. Jonas columba pulcherrima, s naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam revocat, & sub nomine Ninive, t salutem Gentibus nuntiat. Michæas de Morasti u cohæres Christi, vastationem annuntiat filiæ x latronis, & obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit Judicis Israel. y Nahum consolator Orbis z increpat civitatem sanguinum, & post eversionem illius loquitur: Ecce super montes pedes a evangelizantis, & annuntiantis pacem. Habacuc luctator b fortis, & rigidus stat c super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, ut Christum in Cruce contempletur, & dicat: d Operuit cœlos gloria ejus, & laudis ejus plena est terra. Splendor ejus ut lux erit: e cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus. Sophonias speculator, & arcanorum Domini cognitor, audit clamorem a f Porta piscium, & ejulatum a g secunda, & contritionem a h collibus. Indicit quoque ululatum habitatoribus i Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, dispersi sunt universi, qui involuti erant argento. Aggæus festivus, & lætus, qui seminavit in lacrymis, ut in gaudio meteret, destructum k templum ædificat, Deumque patrem inducit loquentem. Adhuc unum, modicumque, & l ego commovebo cœlum, & terram, & mare, & aridam; & movebo omnes Gentes, & veniet desideratus cunctis Gentibus. Zacharias memor Domini sui, multiplex in Prophetia, m Jesum vestibus n sordidis, & lapidem oculorum septem; candelabrumque o aureum cum totidem lucernis, quot oculis; duas quoque olivas a sinistris lampadis cernit, & dextris; ut post p equos nigros, rufos, varios, albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Jerusalem, pauperem Regem vaticinetur, & prædicet sedentem super pullum q filium asinæ subjugalis. Malachias aperte, & in fine omnium Prophetarum, de abjectione Israel, & vocatione Gentium, r Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab Ortu enim Solis usque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, & Danielem quis possit vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Evangelium. s Secundus virgam nuceam, & ollam succensam a t facie Aquilonis; & u pardum expoliatum suis coloribus; & quadruplex diversis metris nectit Alphabetum. x Tertius principium, & y finem tantis habet obscuritatibus involuta, ut apud Hebræos istæ partes cum exordio z Geneseos ante annos triginta non legantur.

a Reditum] 2.
b Præstolari.] idest expectare.
c Eruca, brucho, locusta, &c.] idest, quibus designantur quatuor vitia quatuor virtutibus contraria.

al. decem. al. duodecim.

d Servus Dei, & ancillas,] 2.
e Et effusum] scilicet, Spiritum sanctum effusum nunc, tunc effundendum ad *Ephesios, capit.* 1. Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.
g Ab uno usque ad] Numera ab uno usque ad quindecim omnes numeros colligendo, & summa est centum viginti. Et hoc est.
f Qui centum viginti, &c.] Ad quindecim ascendit, qui charitatem implet, quæ quindecim affectus habet, *primæ Corinthior. capit.* 13. ibi, Charitas patiens est, benigna, &c. Unde & dalmatica debet habere altrinsecus quindecim ordines fimbriarum. Item ab quindecim ascendit, qui mandata Veteris, ac Novi Testamenti custodit: juxta illud *Ecclesiast.* 11. Da partes septem, nec non & octo. Talis ascendit per quindecim gradus, qui erant in templo, *Michææ cap. quinto* Suscitabit Dominus super eum septem pastores, & octo primates. Item, qui per virtutes quindecim graduum ascendit (ut dicitur super *Psalmos.*) habebit Spiritum sanctum, qui in centum viginti Discipulos missus est.
h Quatuor scelera] 1. & 2.
i Gradu], id est, loco.
k Pingues,] 4.
l Majorem,] 6.
m Cernit fictorem] 7.
n Adamantinum,] secundum, *Septuaginta.*
o Uncinum] 8.
p Famem panis,] 8.
q Terrenumque] idest, fratrem.
r Percutit] idest, unum solum capitulum habet Abdias.
s Naufragio] 1.
t Salutem] 3.
u Cohæres] idest, qui interpretatur cohæres Christi.
x Latronis,] 5.
y Nahum consolator Orbis] supple, interpretatur.
z Increpat] 3.
a Evangelizantis,] 1. *in fin.*
b Fortis,] 3.
c Super custodiam] 2.
d Operuit] 3.
e Cornua in manibus] id est, sæculi potestates. Vel ad literam cornua in manibus ejus id est, manus ejus in cornibus crucis: hypallage.
f A Porta piscium,] idest, curiosorum.
g A secunda,] carnis concupiscentia.
h Collibus.] scilicet superbiæ. *Psal.* 1[illegible]
i Pilæ,] Jerusalem.
k Templum] 1.
l Et ego] 2.
m Jesum vestibus] idest Sacerdotem magnum.
n Sordidis,] 3.
o Aureum] 4.
p Nigros,] 6.
q Filium] 9.
r Non est mihi,] 1.
s Secundus,] scilicet Jeremias.
t A facie] 1.
u Pardum] 13.
x Tertius] scilicet Ezechiel.
y Et finem tantis habet, &c] a quadragesimo usque ad finem.
z Geneseos ante annos triginta] idest, usque ad judicium rationis. Hoc est contra novellos magistros. Sed est senectus mentis: de qua *Sapientiæ cap. quarto* Senectus venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. Cani sunt sensus hominis; & ætas senectutis vita immaculata.

a Quartus

a Quartus vero, qui & extremus inter quatuor Prophetas, *b* temporum conscius, & *c* totius mundi *d* Philo historicus, lapidem *e* præcisum de monte, sine manibus, & regna omnia subvertentem, claro sermone pronuntiat. David *f* Simonides noster, *g* Pindarus, & *h* Alcæus, *i* Flaccus quoque, *k* Catullus, & Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo Psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus, & amabilis Domini *l* mores corrigit, *m* naturam docet, *n* Ecclesiam jungit, & Christum, sanctarumque nuptiarum dulce canit *o* Epithalamium. Esther in Ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & *p* interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes convivii, & diem celebrem mittit in Posteros. Paralipomenon liber Instrumenti Veteris Ἐπιτόμη *q* epitome, tantus ac talis est, ut absque illo, si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina juncturasque verborum, & prætermissæ in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur Evangelii *r* quæstiones. Esdras, & Nehemias, adjutor videlicet, & consolator a Domino, in unum volumen arctantur, *f* instaurant templum, *s* muros extruunt civitatis: omnisque illa turba populi redeuntis in patriam; & descriptio Sacerdotum, Levitarum, Israel Proselytorum; ac per singulas familias murorum, ac turrium opera divisa, aliud in *u* cortice præferunt, aliud retinent in *x* medulla. Cernis me Scripturarum amore raptum, excessisse modum Epistolæ, & tamen non implesse, quod volui. Audivimus tantum, quid nosse, quid cupere debeamus; ut & nos quoque possimus dicere. Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore. *y* Ceterum Socraticum illud impletur in nobis. Hoc tantum scio, quod *z* nescio. Tangam & Novum breviter Testamentum. Matthæus, Marcus, Lucas, & Joannes, *a* quadriga Domini, & *b* verum Cherubin, *c* quod interpretatur scientiæ plenitudo, per totum corpus *d* oculati sunt, *e* scintillæ micant, *f* discurrunt fulgura, *g* pedes habent rectos, & in sublime *h* tendentes, *i* terga *k* pennata, & ubique volitantia, *l* tenent se mutuo, sibique perplexi sunt, & quasi rota in rota volvuntur, & *m* pergunt, quocumque eos flatus Spiritus Sancti duxerit. *n* Paulus Apostolus ad septem scribit Ecclesias: octava enim ad Hebræos a plerisque *o* extra numerum ponitur. Timotheum instruit, ac Titum. Philemonem pro fugitivo famulo deprecatur. Super quo tacere melius puto, quam pauca scribere. Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si noverimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cujus laus est in Evangelio, animadvertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam. Jacobus, Petrus, Joannes, Judas, septem epistolas ediderunt, tam mysticas, quam succinctas, & breves pariter, ac longas; breves in verbis, longas in sententiis: ut rarus sit, qui non in earum lectione *p* cæcutiat. Apocalypsis Joannis, tot habet Sacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te, frater charissime, inter hæc vivere, ista *q* meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere: Nonne tibi videtur *r* jam hæc in terris regni cœlestis habitaculum? Nolo offendaris in Scripturis sanctis, simplicitate, & quasi vilitate verborum; quæ vel vitio Interpretum, vel de industria sic prolatæ sunt, ut rusticam *f* Concionem facilius instruerent, & in una, eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam *t* petulans, & hebes, ut hæc me nosse pollicear, & eorum fructus carpere, quorum *u* radices in *x* cœlo fixæ sunt: sed velle fateor, *y* Sedenti me præfero: magistrum renuens, comitem spondeo,

a Quartus] Daniel scilicet.
b Temporum] 9.
c Et totius mundi] idest, 10. 11. & 12.
d Philo historicus,] idest, amator historiarum.
e Præcisum] 2.
f Simonides] lyricus poeta fuit. Alii dicunt, Symphonides a symphonia.
g Pindarus] fuit symphonista, vel secundum alios Græcus poeta.
h Alcæus,] lyricus poeta.
i Flaccus,] idest, Horatius.
k Catullus,] poeta Veronensis; de quo dicit *Ovidius*, Mantua Virgilio gaudet: &c.
l Mores] in *Proverbiis*.
m Naturam] in *Ecclesiaste*.
n Ecclesiam] in *Canticis*.
o Epithalamium.] carmen nuptiale.
p Interfecto Aman,] *septimo*.
q Epitome,] idest, summa, vel recapitulatio.
r Quæstiones.] de diversitate Genealogiæ.
f Instaurant] 3.
s Muros] a 3. *Nehemiæ* usque ad 7.
u In cortice] literæ, supple.
x In medulla.] id est, in sensu spirituali.
y Ceterum,] id est, præterea.
z Quod nescio.] id est, me nihil scire. Sed quomodo poterat hoc Socrates, vel Hieronymus dicere, cum esset falsum? Solutio. Nihil scit homo plene, dum est in via: & est, Scio, quod nihil scio perfecte.
a Quadriga] *Cantic.6.* *b* Et verum,] idest, verus Cherubin. Cherubin improprie accipitur; est enim numeri pluralis, & generis masculini; hic autem ponitur singulariter, & neutri generis.
c Quod] idest, qui.
d Oculati sunt,] idest, præterita declarant, & præsentia, & futura.
e Scintillæ micant,] exemplo alios accendunt ad bonum.
f Discurrunt fulgura,] idest, comminationes, quibus a malo revocant.

g Pedes rectos,] Pedes sunt amor Dei, & proximi, recti per intentionem ad Deum.
h Tendentes,] *Ezech. cap.* 1.
i Terga] onerati labore propter Deum.
k Pennata,] virtutibus.
l Tenent se mutuo,] quia idem dixerunt; unde & unus per alium exponitur.
m Pergunt quocumque] quia in omnibus abjecta propria voluntate, implere voluntatem ejus cupiunt.
n Paulus Apostolus ad septem] id est Romanor. Corinth. Galath. Ephes. Philipp. Colossens. Thessalonicens.
o Extra numerum ponitur.] quia dicunt eam non esse Pauli, sed Lucæ, vel Clementis, sed male.
p Cæcutiat.] id est, parum videat.
q Ista meditari.] *Ecclesiastic. capit.* 50. in *fin.* Beatus, qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper.
r Jam hæc] idest, in his.
f Concionem] id est plebem.
t Petulans,] idest, petulantia, & hebetudo faciunt sæpe, ut quis putet se scire, quod nescit.
u Radices] idest, virtutes.
x In cœlo fixæ sunt:] per intentionem.
y Sedenti] id est, audienti: quasi diceret, Vellem esse plus quam audiens. Aliqui libri habent hanc literam: Sed velle me fateor, sed eniti me profiteor. Et est sensus. Non polliceor me nosse, sed fateor me velle hoc, scilicet nosse; sed profiteor me eniti, ad hoc scilicet cognoscendum. Et quasi diceretur. Quis tuus esset magister? Ipse respondet. Non magistrum renuens, &c. Aliqui libri habent: Sedenti me præfero, & tunc est ibi punctus. Velle me fateor, scilicet nosse hoc: sedenti etiam, idest, torpenti me præfero, in hoc, quod volo hoc; nec tamen volo esse magister, sed comes.

a Ape-

a Aperitur,] *Matth. capitul. septimo Luc. capit. undecimo.*
b Discamus in terris, quorum nobis scientia perseverat] idest, non vana, quorum scientia perit. Contra, quoniam omnis scientia destruetur. 1. *Corinth.* 13. Solutio. Destruetur scientia secundum imperfectionem, & modum; manebit secundum substantiam. Vel dic, scientia perseverat, idest, fructus scientiæ.

Petenti datur, pulsanti *a* aperitur, quærens invenit. *b* Discamus in terris, quorum nobis scientia perseverat in cœlo. Obviis te manibus excipiam: & (ut inepte aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiam,) quicquid quæsieris, tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicavit, referens honestatem morum tuorum, contemptum sæculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam, & eloquii venustatem, etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te, & hærentis in salo naviculæ funem magis præcide, quam solve.

CAP. VIII.

c NEmo *d* renuntiaturus sæculo *e* bene potest vendere, quæ contempsit, ut venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est, Avaro tam deest, quod habet, quam quod non habet. Credenti totus mundus divitiarum est; Infidelis autem etiam obolo indiget. Sic vivamus *f* quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Victus, atque vestitus, divitiæ Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, projice. Tollenti *g* tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens, caute, & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus unde *h* alat pauperes suos? Totum Deo dedit, qui se obtulit. Apostoli navem tantum, & retia reliquerunt. Vidua duo *i* æra misit in gazophylacium, & præfertur Crœsi divitiis. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

Explicit Epistola S. Hieronymi Presbyteri ad Paulinum Presbyterum.

INCIPIT PROLOGUS S. Hieronymi Presbyteri in Pentateuchum Moysi.

DESIDERII *k* mei desideratas accepi epistolas, qui quodam *l* præsagio futurorum cum *m* Daniele sortitus est nomen, obsecrantis, ut translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone *n* Pentateuchum, *o* Nostrorum auribus traderem. *p* Periculosum opus certe, & *q* obtrectatorum *r* latratibus patens: qui me asserunt in septuaginta Interpretum *s* Sugillationem *t* nova pro veteribus *u* cudere, ita *x* ingenium quasi vinum *y* probantes. Cum ego sæpissime testatus sim me, *z* pro vili portione in *a* tabernaculo Dei offerre, quæ possim, nec opes alterius aliorum paupertate fedari. Quod ut *b* auderem, Origenis me studium provocavit, qui editioni *c* antiquæ Translationem Theodotionis miscuit, asterisco, &

EXPOSITIO CAP. VIII.

c NEmo] Et quia tardum videtur ei, ut spolietur eis, quæ sibi cursuro ad bravium *sunt* impedimento, præsertim si vult renunciare sæculo, vel jam mente renuntiavit.
d Renunciaturus sæculo] ubi etiam mora.
e Bene potest vendere, quæ contempsit, &c.] quia negotiatio vix sine peccato fit. Aut contempsit in tantum, ut venderet, in sumptus supple, faciendos.
f Quasi nihil habentes,] 2. *Cor.* 6.
g Tunicam,] *Matth. cap.* 5.
h Unde alat] imò habet, & habebit (navem) *Matt.* 4.

D. HUGONIS Cardinalis, &c.

Prologi S. Hieronymi in Pentateuchum

EXPOSITIO.

DESIDERII mei, &c.] Post primum prœmium, quod potest dici principium galeatum, sicut dictum est, ponit *Hieronymus* secundum procemium, idest, epistolam quamdam, quam scripsit ad Desiderium Episcopum, familiarem suum, qui rogaverat eum, ut Pentateucham transferet de Hebræo in Latinum: Nondum enim translatum erat nisi de Hebræo in Græcum, & de Græco in Latinum. Sed quia multæ corruptiones erant, ibi propter falsitatem exemplarium, & imperitiam Translatorum. Et quia dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ; ideo petiit Desiderius. Cui obtemperans Hieronymus transtulit Pentateuchum de Hebræo in Latinum. Ostendit autem in hac epistola *Hieronymus* septuaginta Interpretes, qui primo transtulerunt de Hebræo in Græcum, multa subticuisse de Hebraica veritate. Et hoc est: Desiderii, &c.] Et nota, quod idem est procemium, prologus, præfatio, argumentum. Sed est etiam procemium ad librum, & procemium in librum. Procemium ad librum est, ubi prælibantur quædam antecedentia, quædam necessaria, quoad prudentiam eorum, quæ in libro dicuntur. Procemium in librum est, ubi libri partes, & ordo partium, modus, materia, causa, utilitas, & hujusmodi, & tota libri continentia prælibatur.
k Desiderii mei,] scilicet amici.

l Præsagio] idest, divinatione.
m Daniele, &c.] qui Daniel. 9. dictus est vir desideriorum: non quòd Daniel dictus sit Desiderius, sed Daniel interpretatur vir desideriorum.
n Pentateuchum] dicitur à πεντέ, quod est quinque, & τεῦχος volumen.

o Nostrorum] id est, Latinorum.
p Periculosum]
q Obtrectatorum] id est, invidorum.
r Latratibus] id est, detractionibus.
s Sugillationem] idest, vituperationem, vel reprehensionem: & sumitur à gula. Suggillare enim propriè est strangulare; quasi sub gula arctare.
t Novà] idest, novam Translationem de Hebræo in Latinum, post Translationem *Septuaginta*, qui de Hebræo in Græcum transtulerunt, & multi postea de Græco in Latinum.
u Cudere,] id est, fabricare, unde, incus in qua ferrum formatur.
x Ingenium] meum scilicet.
y Probantes.] Metaphorice loquitur. Vinum vetus adveniente novo acescit, quasi dicat. In hoc quod ipsi dicunt translationem meam esse in sugillationem septuaginta Interpretum, probant ipsi, idest, approbant ingenium meum: quia credunt, quod translatio mea eliminet veteres Translationes. Vel. Quia vetus vinum melius est novo, similiter credunt ingenium Antiquorum acutius quam Modernorum: quod est fallum, & contra *Prisciamum*; qui dicit in *principio majoris voluminis*. Quanto juniores, tanto perspicaciores. Et est sensus: Probantes ingenium quasi vinum: idest, sicut vinum vetus subtilius novo, ita ingenium: & in hoc reprobant ingenium meum, & translationem quasi hebetem, & ineptam. Vel, Probantes ingenium] meum scilicet, quasi vinum vetus, quod acescit veniente novo. Vel, Sicut novum vinum quando paratur, inflatur: ita dicunt me superbum, & præsumptuosum: quia post tantos Translatores præsumo transferre. Et est sensus: Probantes ingenium meum quasi novum, idest dicentes, istud præsumptuosum sicut vinum novum, & tumultuosum, ac loquax.
z Pro vili portione] quasi, ipsi reputant me præsumptuosum: cum tamen ego judicio meo exiguum, quid testatus sim, me ponere.
a In tabernaculo] idest, in Sacra Scriptura. Vel, Pro virili portione] idest pro debita parte. Et est sumptum a legibus, ubi virilis portio dicitur, cum hæreditas filiis æqualiter dividitur.
b Quod ut auderem] transferre, scilicet. *c* Antiquæ] idest, *Septuaginta*.

al. viriti *al. virilis præsum.*

a Ju-

a Jugulat,] idest, dimittit. *b* Et maxime,] dimittit scilicet. *c* Codicibus] secundum *Septuag.* *d* Ex Ægypto.] *Osea* 11. *Matth.* 2. *e* Nazaræus] *Isa.* 11. *Matth.* 2.
f Compunxerunt:] *Zachar.* 12. *Joan.* 19. *Apoc.* 1.
g Flumina] *Prov.* 5. *Joan.* 7. In Proverbiis nostra translatio, quæ est *Bedæ*, ut dicitur, habet sic: Fontes tui deriventur foras. Translatio *Hieron.* habet: Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Tamen alii dicunt, quod 10. *cap. Proverb.* ubi nos habemus: Vena vitæ, os justi: Ibi translatio *Hieron.* habet: Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Quod satis videtur, quia & hæc auctoritas est ibi *Interlin.* *h* Et quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, &c.] *Isai.* 64. & 1. *Corinth.* 2.
i Syntagma,] id est, expositionem. Et dicitur a syn, quod est acies, vel tactus; quia littera, & expositio litteræ sic se debet contingere, quod consonent in idem. Alii dicunt syntagma, idest ordinationem, a syn, quod est, con & tagma, quod est ordinatio. Ad hoc enim, ut intelligantur, oportet inspicere ordinationem litteræ præcedentis, & sequentis. Vel forte ne quis diceret hæc in Hebraica veritate secundum sensum contineri, & non ad verbum; ideo dicit, Proprium syntagma desiderant: & ita cum non inveniamus hæc in translatione Septuaginta, recurrendum est ad Hebraicam veritatem, ubi hæc habent principium proprium, sicut & formam eamdem.

obelo, idest stella, & veru opus omne distinguens; dum aut illucescere facit, quæ minus ante fuerant; aut superflua quæque *a* jugulat, & confodit; & *b* maxime, quæ Evangelistarum, & Apostolorum auctoritas promulgavit. In quibus multa de veteri Testamento legimus, quæ in nostris *c* codicibus non habentur, ut est illud. Ex *d* Ægypto vocavi filium meum: & Quoniam *e* Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem *f* compunxerunt: &, *g* Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ; &, Nec *h* oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se; & multa alia, quæ proprium *i* συνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos, ubi hæc scripta sint; & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in *k* Osea; secundum in *l* Isaia; tertium in *m* Zacharia; quartum in *n* Proverbiis; quintum æque in *o* Isaia. Quod multi ignorantes, Apocriphorum *p* deliramenta sectantur, & *q* Iberas nænias libris *r* authenticis præferunt. *s* Causas erroris non est meum exponere. *t* Judæi prudenti factum *u* dicunt esse consilio, ne Ptolemæus unius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem divinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco *x* faciebant, quia in Platonis dogma cadere *y* videbatur. Denique ubicumque *z* sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt; ut & Regi *a* satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et *b* nescio quis primus auctor Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus divisi, eadem scriptitarint: Cum *c* Aristæus ejusdem Ptolemæi ὑπερασπιστῶν, & multo post tempore Josephus nihil tale retulerint; sed in una basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim *d* vatem, aliud est esse interpretem. Ibi Spiritus ventura prædicit; hic eruditio, & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert. Nisi *e* forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro *f* Ctesiphonte, afflatus Rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta Interpretes, aliter per Apostolos Spiritus Sanctus testimonia texuit: ut quod illi *g* tacuerunt, *h* hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus Veteres? Minime: Sed post priorum studia in domo Domini, quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante Adventum Christi, & quod nesciebant, dubiis protulere sententiis; nos post passionem, & resurrectionem ejus, non tam prophetiam, quam historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus melius & proferimus. Audi igitur, æmule, obtrectator, ausculta. Non damno, non reprehendo Septuaginta; sed confidenter cunctis

k Oseæ,] *cap.* 11. *l* Isaia] *cap.* 11. *m* Zachar.] *cap.* 12.
n In Proverbiis;] secundum quosdam 10. secundum alios.
o Isai.] *cap.* 64. *p* Deliramenta] idest, dissonantias.
q Iberas] idest, fabulas vanas Hispaniæ. Vel proprie dicuntur Iberæ næniæ, cantilenæ nutricum ad pacandos infantes; & est sumptum nomen a sono cantilenæ, & dicuntur Iberæ, quia in Hispania forte fuerunt primo inventæ hujusmodi cantilenæ. Vel næniæ dicuntur carmina, quæ tumulis mortuorum superscribuntur ad laudem mortuorum, quibus nil vanius: Nam quid prodest mortuis laus, vel adulatio talis? Et dicuntur sic, quia Hispani primo talia invenerunt. *r* Libris authenticis] idest Hebræis, ubi est veritas, & auctoritas.
s Causas erroris] Et quasi quis quæreret, quare sic erraverunt Septuaginta, & alii? Respondet.
s Causas erroris non est meum exponere.]
t Judæi, &c.] in eorum, idest, Septuaginta excusationem. *u* Dicunt] Judæi eos hoc fecisse ex industria. Ubi enim Hebraica veritas mentionem facit de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, aut omnino tacuerunt, aut aliter interpretati sunt propter Ptolomæum Regem Ægypti unius Dei cultorem, qui nondum poterat capere mysterium Trinitatis, & præcipue ne hoc dogma Platonicum magis, quam Theologicum videretur. Plato enim locutus est de τοῦ νοῦ τοῦ ἀγαθοῦ, idest, Patre, & paterno intellectu, & anima mundi, idest Spiritu Sancto, qui replet orbem terrarum. Et quod *August.* super *Epist. ad Cor.* testatur, & *Hieron.* hic, tamen in alio proœmio, videtur contradicere: sed ibi solutum est.
x Faciebant,] Septuaginta.
y Videbatur.] Ptolemæus, scilicet.
z Sacratum] idest Sacramentum aliquod.
a Satisfacerent,] aliter veritatem interpretando.
b Nescio] quasi dicat: Etsi forte excusatio de Septuaginta Interpretum errore recipiatur; tamen hoc nullo modo approbandum est, quod quidam eos singulos per cellas singulas divisos scripsisse mentiuntur. Quia si hoc verum fuisset.
c Aristæus ὑπερασπιστὴς,] idest fidelis interpres: ab hyper, quod est valde, & pistis, quod est fides. Nardi pistici pretiosi, *Joan. cap.* 12. Vel hypera pistes, idest, Notarius: ab hyper, quod est super, & pistan, quod est assistens, vel pistis, quod est fides; quasi super alios Regis fideliter assistens.
d Vatem,] idest, Prophetam.
e Nisi forte putandus est, &c.] quasi dicat: Revera aliud est interpres, aliud Propheta. Quod si aliquis negat, sequetur hoc ridiculum, quod Tullius, qui quosdam libros de Græco transtulit in Latinum; dicetur eos transtulisse Rhetorico afflatus spiritu.
f Pro Ctesiphonte.] *Plato* nomine discipulorum libros suos intitulabat, ut Timæus Platonis. Sic forte composuit hunc librum, quem Protagoram Platonis appellavit, vel quia in eo loquens introducitur, vel de eo ibi quædam dicuntur. Oeconomicus dicitur liber Xenophontis a dispensatore Xenophontis intitulatus, vel a materia, de qua ibi agitur, sic dictus est. Tertius liber dicitur Demosthenis pro Ctesiphonte, idest liber Demosthenis pro causa Ctesiphontis factus: sicut liber Tullii, in quo agitur causa regis Dejotari, intitulatur Tullius pro Dejotaro. Vel ut quidam libri habent, Proctesiphontem, & tunc est sensus, iste transtulit librum illum, quem Demosthenes scripsit ad Proctesiphontem. Et ita patet, quod si Septuaginta vates dicuntur, eadem ratione & Tullius, quia fuit Interpres.
g Illi tacuerunt,] idest, Septuaginta.
h Hi] idest Apostoli.

illis Apostolos praefero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante Prophetas inter *a* spiritalia charismata positos lego: in quibus ultimum *b* pene locum Interpretes tenent. Quid livore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi tibi in translatione videor errare; interroga Hebraeos; diversarum urbium Magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui *c* codices non habent. *d* Aliud est, si contra se postea ab Apostolis usurpata testimonia *e* probaverunt; & *f* emendatiora sunt exemplaria Latina quam Graeca, Graeca quam Hebraea. Verum haec contra invidos. Nunc te precor, Desideri charissime, ut quia tantum opus me subire fecisti, & a Genesi exordium capere, orationibus juves: quo possim eodem Spiritu, quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

Explicit Prologus S. Hieronymi in Pentateuchum.

a Spiritalia &c.] 1. *Cor.* 12. Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primo Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores.

b Pene locum, &c.] imo ultimum, sive penultimum.

c Tui codices] supple secundum Septuaginta.

d Aliud est,] quasi diceret: O aemule, si dicere volueris Hebraeos haec testimonia non habere, & ab Apostolis falso usurpata, quia in Translatione Septuaginta non inveniuntur, qui in libris suis omnia, quae Hebraica veritas apposuerunt. Hoc quidem dicere aliud genus defensionis est, in quo tamen nulla verisimilitudo, cum officium, & cura eorum essent falsa destruere.

e Probaverunt;] scilicet Apostoli.

f Et emendatiora] Ironice loquitur: quasi diceret, O aemule, si velis dicere Latina exemplaria veriora, quam Graeca, & Graeca quam Hebraea; & ita suggilare translationem meam, quae immediate sumpta est ab Hebraea, hoc non est verum, nec verisimile. Quanto enim vinum recentius, tanto melius; & quanto de vase in vas transfertur, tanto deterius. Sic de Exemplaribus.

Prologorum, sive Epistolarum S. Hieronymi Expositio explicit.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,

D. HUGONIS DE S. CHARO,

S. R. E. Tituli S. Sabinae Cardinalis primi de Ordine D. Dominici,

IN POSTILLAM SUPER GENESIM

EXPOSITIO CAPITIS PRIMI.

IN principio creavit Deus coelum, & terram, &c.) Agit Moyses in hoc libro de primordiali rerum creatione, ut universa creatura suo creatori obediat. Per hanc enim materialem creationem mundi, spiritualis hominis creatio designatur. In secundo, idest, Exodo, de exitu Israel de Aegypto, & transitu maris rubri, & ingressu deserti; per quod spiritualis exitus designatur, scilicet de vitiis ad virtutes. In tertio vero, & in quarto, quia in hoc exitu facti sumus Reges, & Sacerdotes, ut dicitur *Apoc. cap.* 1. agit de sacrificiis, & bellis. In Levitico quidem de sacrificiis, in Numeris de bellis. In quinto vero, idest, Deuteronomio, tota lex breviter, & utiliter replicatur, ubi additur qualiter maledictiones debemus vitare, & benedictiones adipisci. Unde versus, Intrat in Aegyptum Genesis liber; Exodus exit; Sacrificat Domino Leviticus; in Numeris est Pugna gravis; legem replicat tibi quintus, & addit: Dans mala multa malis, & bona multa bonis. Intitulatur autem liber iste apud Hebraeos a suo principio, sicut liber Matthaei a suo. Hic agitur de creatione primi Adam, per quem generamur ad mortem. Ibi de secundo Adam, per quem regeneramur ad vitam. Quare autem Moyses ita alte incipiat, haec est ratio: quod durum, & grave, & asperum est, difficile observatur, si nullum custodienti praemium proponatur, & negligenti nullius poenae timor incutiatur. Quod attendens Moyses, cum dura, & gravia mandata, aspera, & pene importabilia judicia rudi populo ex Aegyptiaca mollitie exeunti, & multis deliciis effeminato traditurus esset, beneficia Dei, & gratiam multiplicem tam in ipsos, quam in Patres exhibitam replicat, & plura in futuro promittit exhibenda. Ea etiam, quae sibi non obsequentibus illaturus est, recolit, & ab ipso mundi exordio incipit, beneficia Dei humano generi exhibita, & praecipue Judaico populo diligenter prosequens. Et quoniam ea sola, quae ad hominis usum creata sunt, dicere intendit, ideo de Angelis, qui etiam hominibus serviunt, in principio agit; Et ne populo ad idololatriam prono, quam in Aegypto didicerat, plures Deos praedicare videretur nullam Trinitatis mentionem expresse facit; quam tamen in omnibus Dei operibus intelligimus. In creatione rerum ex nihilo, potentiam Patris; in dispositione, sapientiam Filii; in conversatione, benevolentiam Spiritus Sancti.

In prin-

LIBER GENESIS,

Qui Hebraice dicitur

BERESCITH.

C A P. I.

IN *a* principio creavit *b* Deus *c* cœlum, & *d* terram. Terra autem erat *e* inanis, & *f* vacua: & *g* tenebræ *h* erant super faciem abyssi, & Spiritus † Domini ferebatur super aquas.

▲ *a* In principio.] Hoc nomen principium, quandoque tenetur essentialiter tantum, & dicitur de tribus personis singulariter, & simul, & significat divinam essentiam, & connotat effectum in creatura. Unde *Aug. in* 5. *de Trin. c.*14. Relative ad creaturam Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, sunt unum principium sicut unus creator. Quandoque personaliter, & copulat notionem, ut pater est principium filii, & filius Spiritus Sancti. *Jo.*1. In principio erat verbum. *Gloss.* 1. In patre, qui est principium sine principio, filius, qui est principium de principio. Quandoque etiam tenetur personaliter, & copulat primam auctoritatem. Unde *Aug.* 4. *de Trin.* Pater est principium totius deitatis, idest, eorum in quibus tota deitas. Quandoque significat initium essendi in tempore. Et tunc quandoque tenetur essentialiter significatione, & personaliter suppositione. Et sic quandoque pro patre, ut ibi; In principio erat verbum. Quandoque pro filio, ut hic· In principio creavit. Quandoque pro Spiritu Sancto. Ista distinctio multis locis necessaria est.

a In principio.] Hic æternitas Dei notatur. *b* Creavit] idest, de nihilo sua auctoritate fecit. Hic notatur omnipotentia, & eliditur trium error; *Platonis*, scilicet, qui posuit tria principia sine initio, idest, æterna; Deum, ideas, & Hylen. *Arist.* qui posuit duo, ut dicunt, scilicet Deum, & mundum, & sine principio Deum operatum de duobus, scilicet materia, & forma. *Epicuri*, qui duo posuit, inane scilicet, & atomos, & in principio quasdam soliditates in terram, alias in aquam, alias in aerem, alias in ignem. *Interl.* dicit, quod creavit in tempore. Contra alibi; Nihil creavit in tempore. Solut. Nihil creavit in tempore, idest, infra tempus. *c* Cœlum,] Contra *Eccl.* 1. Primo omnium creata est sapientia, non ergo in principio creavit cœlum, &c. Solut. Primo omnium dicit propter dignitatem: Vel primo omnium, idest, ante ipsum nihil; Vel primo omnium creata, idest, prævisa creari; Vel creata, idest, genita secundum quod de filio exponitur. Vel prima, idest una de primis, vel inter primas creaturas sicut fides dicitur prima, idest una de primis. Item super Epistolam ad Titum, dicit *Hier.* quod Angeli servierunt Deo ante tempora. Sed expone, servierunt Deo, idest, in præscientia Dei, sicut illud *Apoc.* 13. Agnus, qui occisus est ab origine mundi, idest, prævisus occidi. (Cœlum,) idest, superlunarem regionem. *d* Terram.] inferiorem. Vel (cœlum,) idest, superiora duo elementa: Terram duo inferiora. Vel secundum *Aug.* Cœlum empyreum cum Angel. Terram materiam omnium corporum. Unde in *lib. conf.* 12. Duo fecisti, Domine, alterum prope te, alterum prope nihil. Vel (cœlum, & terram,) i. utriusque materiam informem. Materia vero de nihilo facta est, sed mundus de materia informi. Dicitur autem materia informis, non quia careat forma omni, sed venustate, secundum quod dicitur; Mulier informis. Est enim duplex forma, scilicet forma confusionis, & forma distinctionis. Primam habuit primordialis materia in sui creatione, unde chaos appellatur; Secundam recepit postea. Vel secundum *Aug* per cœlum, & terram, utriusque spiritualis, & corporalis creaturæ: materia informis intelligenda est. Et nota, quod simul creata sunt cœlum, & terra. Sed quod simul factum est, simul dici non potuit, quia cœlum simul ut factum est, sanctis Angelis est repletum, ideo de ipso nihil dicit, sed de terra prosequitur, quæ ideo ultimo nominatur, quia de ipsa dicturus erat, & propter indignitatem. *e* Inanis,] i. inutilis. *f* Vacua:] i. sine habitatore. Vel (inanis) sine germine, i. sine herbis, & arboribus. (Vacua) sine potentia germinandi. Simul enim Deus terræ dedit & germen, & potentiam germinandi, quando dixit: Germinet terra herbam, &c. i. idest, germen, & potentiam germinandi, quam ei confero, simul recipiat. Vel (inanis) i. sine dispositione. [Vacua,) idest, sine ornatu. Dispositio est de cohærentibus, ornatus de separatis. *g* Tenebræ] i. absentia lucis. *h* Erant super faciem abyssi,] i. superficies machinæ mundialis erat obscura propter lucis absentiam. Machinam, quam prius dixerat terram, vocat abyssum pro sui confusione, & obscuritate, unde, & Græce dicitur chaos. Est autem abyssus propriæ profunditas aquarum in visceribus terræ latentium. Attenditur autem hæc confusio secundum Theologum quoad vaporationem. Ab initio enim singula locum suum tenent, sed aquæ vaporabiles erant, usque ad sublunarem globum, tenues ad modum nebulæ. Secundum Philosophum vero attenditur illa confusio quoad elementorum permixtionem in unum chaos. Unde illud, Corpore in uno frigida pugnabant calidis, humentia siccis. Ut patet in multo, ubi fæx vino permixta est, donec paulatim resideat. Sic elementa paulatim loca sua sortita sunt, ut dicit Philosophus. Et nota ex hoc, (Tenebræ erant super faciem abyssi,) dogmatizaverunt quidam tenebras esse æternas; Alii prius Deum creasse tenebras, quam lucem. Sed tenebræ nihil aliud sunt, nisi absentia lucis. Et quod dicit *Dan.* 3. Benedicite lux, & tenebræ Domino, hoc dicit, quia absentia lucis utilis est hominibus, & avibus, & feris, unde talis absentia materia est laudandi Deum, Vel possunt dici tenebræ umbra in aere ex objecto corporis, vel ipsa aeris superficies obscura. *i* Spiritus Domini] idest, Spiritus Sanctus. Nota quinque esse necessaria ad operandum, materia, necessitas, potentia, sapientia, & voluntas. Materia ostenditur, ubi dicit, (in principio creavit) Necessitas, ubi dicit, (Inanis, & vacua) Potentia, ubi dicit, (Domini) Sapientia, ubi dicit, (Spiritus) tanquam voluntas artificis supra materiam ædificii faciendi, quid de quo faciat considerans.

▲ *a* Dixitque

Allegorice. *a* In principio] idest, in filio, qui dicit, Ego sum principium, qui & loquor vobis. *Joan.* 8. Et *Apoc.* 1. Ego sum alpha, & omega. *b* Creavit cœlum,] idest, cum testamentum, cœlestia promittens. *d* Et terram,] idest, vetus testamentum terrena promittens. Utrumque testamentum in Christo creatum est. Unde *Exod.* 26. Cortinæ tabernaculi, quæ figurant vetus, & novum testamentum, opere plumario compositæ sunt. Pluma est acus, Acus vero Christus in primo adventu perforatus in passione, punget in secundo sicut acus, quando venerit in majestate. Per cuspidem acus significatur potestas divinitatis, quæ punget in judicio. Per foramen acus, fragilitas humanitatis, quæ fuit perforata in Cruce. Utrumque Testamentum dicitur Cœlum, ubi de divinitate agitur. Terra, ubi de humanitate. Cœlum propter sensum spiritualem, terra propter litteralem. Et benedicit, quod in filio factum est vetus, & novum testamentum, quia filius verbum est, in quo facta scriptura. *Job.* 33. Semel loquitur Deus. *e* Terra autem inanis,] idest, vetus testamentum inutile, quia lex neminem ad perfectum ducit, *Hebr.* 7. *f* Et vacua;] ab ornatu, quem habuit postea per Christum, & expositores. *Prov.* 15. Lingua sapientum ornat scientiam. *g* Tenebræ erant super faciem abyssi,] quia scriptura profunda est, & obscura. *Psalm.* 17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. *Jo.* 4. Puteus altus est. Item *Joan.* 5. Scrutamini scripturas, illæ enim loquuntur de me, quasi dicat. In profundo invenietis me. Unde tenebræ tantum in superficie erant, quia intus est Christus, qui dicit, Ego sum lux mundi. *Jo.* 8. qui in passione dissolvit velum litteræ. Sed adhuc tenebræ sunt super faciem Judæorum 2. *Cor.* 3. Usque in hodiernum diem ipsum velamen manet in lectione veteris testamenti non revelatum. *Isa.* 29. Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati.

Moraliter. *a* In principio] idest, In filio. Filius est creator Cœli, idest, bonorum, & terræ, idest, malorum. *Isai.* 45. Formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Cœli sunt Sancti. *Psal.* 18. Cœli enarrant, &c. Terra, mali, *infra* 3. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. *e* Terra autem erat inanis,] Mali sunt inanes, vacui a bono; Boni vero sunt inanes, vacui a tumore superbiæ. *Luc.* 1. Esurientes implevit bonis, &c. *Philippens.* 2. Christus exinanivit semetipsum, formam servi accipiens. *g* Tenebræ] peccatorum, vel ignorantiæ. *h* Super faciem abyssi,] idest, super cor peccatoris. *Jer.* 17. Profundum est cor hominis, & inscrutabile. *Isai.* 29. Væ, qui profundi estis corde. Facies, pars eminentior, significat rationem. *Jerem.* 2. Filii Mempheos, & Taphnes constupraverunt te usque ad verticem. *Isai.* 1. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Caro enim per luxuriam, spiritus per superbiam, vel malitiam corrumpitur. Vel abyssus, genus humanum, super quod erant tenebræ ante adventum Christi. *Ephes.* 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. *i* Spiritus Domini ferebatur super aquas.] quia quocunque fluant homines per peccata, semper superfertur Dominus, sicut avicula super nidum, cum pulli ejus rapiuntur, clamitans. *Jer.* 3.

* Tu

Dixitque Deus: *a* Fiat lux. Et *b* facta est lux. Et vidit *c* Deus lucem, quod esset bona, & *d* divisit lucem a tenebris: *e* appellavitque lucem diem, & tenebras noctem. *f* Factumque est vespere, & mane dies unus. Dixit quoque *g* Deus: Fiat *h* firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis: Et fecit Deus *i* firmamentum: k divisitque aquas, quæ erant sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. *l* Vocavitque Deus firmamentum cœlum: Et factum est vespere, & mane dies secundus.

▲ *a* Dixitque Deus: Fiat lux,] idest, Verbum genuit, in quo erat, ut fieret lux. Vel facilitatem notat, idest, tam facile lucem fecit, ut quis loquitur. Lucem dicit lucidam nubem, claritate quadam tenui superiores mundi partes illuminantem. Hæc fuit de materia præjacenti, in quam etiam resoluta est facto Sole, sicut dicitur de Stella Magorum, & columba Christi. Alii dicunt, quod de nihilo creata est cum cœlo, & terra in Oriente: quæ ad modum Solis circumagitata, superius, & inferius hemisphærium illuminabat. Licet enim aquæ totum aeris spatium continerent: erant tamen vaporabiles, & tenues, unde poterat ibi lux illa lucere; cum etiam nautæ faciant aquas spissiores lucidas: artificio scilicet, oleo de ore emisso sub aquis. *Commendatur* autem auctor Deus a facilitate operandi, ubi dicitur: Dixit. A dispositione, ubi dicitur: Fiat lux. Ab approbatione operis, ubi dicitur: Vidit Deus. Item circa creaturam notantur tria: Perfectio, ubi dicitur: Vidit Deus lucem, quod esset bona. Distinctio, ubi dicitur: Divisit lucem a tenebris. Terminus naturæ, ubi dicitur: Factum est vespere, & mane. *b* Et facta est lux.] Per fiat, intelligitur essentia lucis in Dei præscientia. Per facta est, essentia ejusdem in propria natura.

Matth. 2. & 3.

c Et vidit Deus] idest, quæ placuerat in præscientia, ut fieret, placuit in essentia, ut maneret. Vel tropice: (Vidit) idest, videri fecit, idest, visibiliter fecisset, si esset, qui videre posset. *d* Et divisit lucem a tenebris:] Hic incipit dispositio, tamen aliquid addit de creatione, quia simul cum luce tenebras creavit, idest, umbram ex objecto corporis tenebrosi ad ipsam lucem. Et ita tenebras, & lucem creando divisit loco, & qualitate, ut numquam simul essent, sed semper e regione. Intelligitur etiam hic divisio Angelorum: Stantes lux, cadentes tenebræ dicti sunt. *e* Appellavitque lucem diem,] idest, talem fecit, ut conveniret ei hoc nomen dies, scilicet, clarum. Et dies dicitur a dian, quod est claritas. Lux vero dicitur a luendo, quia luit, idest, purgat tenebras. Et dicuntur tenebræ, quia tenent oculos, ne videant. Factumque est vespere,] Luce enim facta in Oriente, procidente ad Occidentem ad modum Solis, factum est vespere, & eadem migrante sub terra, & veniente ad ortum, factum est mane, & sic factus est dies unus naturalis ex viginti quatuor horis. Hoc notandum, quod mane est terminus finalis præcedentis diei, initium vero, & pars sequentis. Unde prima non dicitur habuisse mane, quia mane duplicem habet respectum: Est terminus finalis præcedentis diei, & initialis sequentis. *g* Dixit quoque Deus: &c.] Prosequitur Moyses opus secundæ diei, & de distinctione operis primæ diei. Opus primæ diei, fuit opus creationis: opus secundæ, & tertiæ, opus distinctionis: opus trium sequentium, opus ornatus. Unde primo agit Moyses de creatione, secundo de distinctione, tertio de ornatu. *h* Fiat firmamentum] Firmamentum, superficies mundi sensibilis ex aquis congelatis in crystallum, ut dicunt, alia omnia sensibilia continens ad similitudinem testæ ovi. Et dicitur firmamentum; quia firmum, & quia terminus est aquarum, quæ super ipsum sunt, intransgressibilis. Et nota quod dicit: Fiat firmamentum, & similiter: Fecit firmamentum: & post, Factum est firmamentum. In primo notatur factio firmamenti in Dei præscientia: In secundo, factio ejusdem in materia: In tertio factio ejusdem in perfecta essentia. Vel in primo Dei præscientia, in secundo Angelorum notitia, in tertio productio ad esse. Non ita dictum est de luce, quia Angelica natura primo fuit in Dei præscientia, secundo in sui essentia, unde tantum bis dictum est. Fiat lux, & facta est lux. Et nota, quod hujus diei operi non adhibetur benedictio, triplici de causa. Prima est, quia prævidit lapsum Angelorum hac die futurum. Unde Ecclesia hac die celebrat de Angelis ad honorem stantium. Secunda est, quia binarius est infamis numerus. Tertia, quia opus hujus diei inexpletum, tertia die perficitur, unde & operi illius diei bis benedicitur. *k* Divisitque aquas, quæ erant sub firmamento] De quibus: Qui tegit aquis superiora ejus. Et item, Benedicite aquæ, quæ super cœlos sunt. Et sunt aquæ istæ congelatæ ad modum crystalli: Unde a quibusdam dicuntur cœli crystallini, vel sunt vaporabiles ad modum nebulæ. Et cur ibi sint, novit Deus. *l* Vocavitque Deus firmamentum cœlum] idest, tale fecit, quod debeat dici cœlum, a celando, quia celat omnia inferiora sub se.

Psal. 103. Psalm. 3.

▲ Beda.

* Tu fornicata es cum amatoribus multis, nunc saltem revertere, & ego suscipiam te, dicit Dominus. Ideo dicitur *Isaiæ* 55. Invocate eum, dum prope est. Semper enim circumvolat nos Dominus. *Matth.* 23. Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Item fertur Spiritus Domini super cor peccatoris per notitiam, quia nihil latet eum. *Eccl.* 23. Oculi Domini multo plus lucidiores super Solem circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes.

Moraliter.

a Fiat lux.] Homo justus lux est, & peccator tenebræ. Hi divisi sunt merito, & præmio. 2.*Cor.* 6. Quæ participatio justitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? Prima dies a plena luce inchoavit, & luce occidente in vesperum declinavit. Sed iterum luce redeunte ad ortum, lucem recepit; quia primus homo factus est in luce plena, idest, in peccati immunitate, post in tenebras ignorantiæ, & peccati cecidit. Sed iterum de morte ad vitam per Christum resurgentem ad lucem redit. *Ephes.* 5. Exurge, qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Nos vero omnes primo fuimus tenebræ, quia omnes nascimur filii iræ. *Ephes.*2. Sed per gratiam baptismalem, vel pœnitentiam sumus lux. *Ephes.* 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Allegorice.

Allegorice. *a* Fiat lux.] Lux, boni Angeli; tenebræ mali, ut dictum est. Vel lux, Sacra Scriptura. *Ps.*118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. *Prov.*6. Mandatum lucerna est, & lex lux. Si vis videre hanc lucem, primo stude, ut sis in luce per cordis munditiam. *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit sapientia. *i* Et fecit Deus firmamentum;] Firmamentum, Sacra Scriptura, quæ firma est. Unde *Proverb.* 12. Labium veritatis, firmum erit in perpetuum. *Deuteron.* 33. Tingat in oleo pedem suum, ferrum, & æs calceamentum ejus, idest, tingat affectum suum in gratia spirituali, & sic prædicatio ejus fortis fiet, & durabilis. Item Scriptura Sacra confirmat bonos in bono. *Psalm.* 32. Verbo Domini cœli firmati sunt. Item est intransgressibilis, quia in ea nemo debet esse nimis subtilis inquisitor. *Proverbia fin.* Non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. *Ibidem* 25. *in fin.* Sicut, qui mel comedit multum, & non est ei bonum, sic perscrutator Majestatis opprimetur a gloria. *k* Divisitque aquas, &c.] Aquæ super firmamentum, sunt mysteria nobis abscondita. Aquæ sub firmamento, sunt opera Domini in præsenti facta, vel eorum notitia. Nunc enim quasi parvuli potamur aquis inferioribus, sed in futuro potabimur aquis superioribus, quasi optimo vino. *Psalm.* 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Inter aquas dividit Dominus, quia docet nos in præsenti esse contentos lacte simplicis doctrinæ. *Ecclesi.* 3. Altiora te ne quæsieris, quasi dicat. Aquas superiores noli bibere, idest, cœlestia secreta nimis inquirere, sed quæ præcepit tibi Dominus, quasi dicat. Inferioribus aquis sis contentus.

Aliter. Aliter.

l Vocavitque Deus firmamentum cœlum:] Sacra Scriptura dicitur cœlum, quia in ea multa nobis abscondita celantur. Vel (Firmamentum,) Ecclesia. Aquæ superiores, prælati: Inferiores, subditi. Vel (Firmamentum,) Christus. Aquæ superiores, cœlestes delectationes. Inferiores, terrenæ, & carnales, quæ dicuntur maria, juxta illud *Ecclesi.* 16. Omnia flumina a mari exeunt, & in mare revertuntur. Has dividit firmamentum, quia Christus per amaritudinem passionis magnum chaos interposuit, ut nullus valeat ab his ad illas transire. Quidam non bene dividunt inter has aquas, quia sub specie virtutis vitium intus nutriunt. *Matth.* 7. Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Luc. 16.

Moraliter. *i* Firmamentum] Anima rationalis Aquæ superiores, sancta desideria, & mundæ cogitationes. De quibus;

* Bene

Beda, Strabus. Septem sunt cœli.
- Aer
- Æther
- Olympus
- Spatium
- Firmamentum
- Cœlum Angelorum
- Cœlum S. Trinitatis.

Hieronymus e converso. Primo cœlum sanctæ Trinitatis. Secundo Angelorum. Tertio firmamentum, & sic de aliis.

Mundus
- Tota machina mundialis. Phil. Pan. idest, omne.
- Regio sublunaris. *Jo.* 12. Princeps hujus mundi.
- Cœlum empyreum propter sui munditiam,
- Homo, totius mundi in se habens imaginem. *Marc. in fin.* Prædicate &c.
- Superior pars rationis, idest, synderesis. *Jo. cap.* 3. In mundum venit.

Dixit vero *a* Deus: *b* Congregentur aquæ, quæ sub Cœlo sunt in locum unum, & *c* appareat arida. Factumque est ita. Et *d* vocavit Deus aridam, terram, congregationesque aquarum *e* appellavit maria. Et vidit *f* Deus, quod esset bonum, & ait: *g* Germinet terra herbam virentem, & *h* facientem semen, & *i* lignum pomiferum faciens fructum *k* juxta genus suum, *l* cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & † afferentem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque † sementem secundum speciem suam.

al. † ferentem.

al. † semen.

Δ *a* Dixit vero Deus: Congregentur aquæ,] Tertio die congregavit Deus aquas, quæ erant sub firmamento in locum unum, quæ licet plura obtineant loca, tamen dictæ sunt congregatæ in unum, quia continuantur in unum intra viscera terræ. Et potuit esse, ut aquæ, quæ totum aeris spatium occupabant vaporabiles, solidatæ modicum obtineant locum, vel terra paululum subsedit, ut intra se eas, tanquam in matrice concluderet. Et sic apparuit arida terra, scilicet quæ prius latebat sub aquis. Et tunc proprie dicebatur humus ab humore; Arida vero tunc proprie dicta est, aquis in unum collectis, a sui natura. Terra vero dicitur, quia teritur pedibus, vel aliis tribus elementis circumpositis. Solum, a soliditate. Tellus, quia tolerat hominis labores, vel quia ejus fructus tollimus.

d Et vocavit Deus aridam terram,] idest, talem fecit, quæ sic proprie deberet vocari, vel vocari voluit, vel prævidit. *e* Appellavit maria.] Expone similiter. Hebræi enim quamlibet aquarum congregationem appellant maria. *f* Et vidit Deus,] idest, quod placuit in verbo, placuit in opere.

g Et ait: Germinet] idest, germen, & germinandi potentiam a me suscipiat. Non successive germinavit, ut primo flores faceret, postea fructus, sed simul fructus habuit, & potentiam fructificandi. Et hæc potentia dicitur natura, idest, vis rebus insita ex similibus producens similia. Hinc multi autumant mundum factum in autumno, sed in vere creditur creatus, & recreatus.

h Et facientem semen,] Unde alia renascantur, ut sic generatio rerum perpetua. Nota: Sementis solet dici antequam feratur, dum adhuc est in sementitio, idest, in horreo: semen dum seritur: seminium quando jactum est. Solet etiam dici semen hominum, seminium animalium, sementis arborum, & herbarum.

Δ *a* Et vidit

Moraliter, Dan. 3.

* Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino. Et *Job.* 12. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, subvertent terram. Inferiores sunt terrena desideria, & immundæ cogitationes 4. *Reg.* 2. Habitatio hujus civitatis optima est, sed aquæ pessimæ sunt.

Allegorice.

b Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, &c.] Aquæ sub firmamento, sunt infideles sub Sacra Scriptura: Boni enim sunt supra, quia justo non est lex posita, 1. *Timoth.* 1. Sed injustis, ut eos coerceat a malo. Hinc est, quod in *Ezech.* 1. Rotæ sequuntur animalia, quia Scriptura magis sequitur justos; quam justitia eam. Aquæ istæ congregatæ sunt in unum, quando cessavit persecutio, quæ invaluerat tantum in primitiva Ecclesia, & † reddita est pax Ecclesiæ, & tunc apparuit arida, idest, Ecclesia. Vel (congregentur,) idest, congregabuntur in locum inferni. Unde *Isai.* 24. Congregabuntur congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur.

al. relicta.

c Et appareat] idest apparebit, (arida) scilicet Ecclesia quoad bonos ab humore noxio. De quo *Job.* 40. Sub umbra dormit. Et quoad malos arida ab humore gratiæ. De hac ariditate *Luc.* 23. Si in viridi hæc faciunt, in arido quid fiet? *d* Et vocavit Deus aridam, terram,] Ecclesia arida facta ab humore noxiæ concupiscentiæ, recte vocatur terra, quia tunc incipit teri. 2. *Timoth.* 3. Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. *Isai.* 54. Ecce creavi fabrum sufflantem in igne prunas. Fabri sunt mali, qui tribulant modo bonos in igne tribulationis. Econverso mali modo prosperantur. *Psal.* Ecce peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt divitias. De hoc admiratur *Job.* 21. Quare impii vivunt, sublimati sunt, confortatique divitiis? Postea determinat: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *Jerem.* 12. Congrega eos quasi gregem ad victimam. Solet dici: Terra es, & in terram ibis, sed mortuus est terrenus Adam, & venit cœlestis, unde nunc dicitur: Terra es, & in cœlum ibis: Vis audire hoc? *Matth.* 5. Beati, qui persecutionem patiuntur; &c.

Psalm. 72.

Infra 3.

Mystice.

Mystice. *e* Congregationesque aquarum appellavit maria,] idest, delectationes temporales, quia in amaritudinem terminantur, quamvis sæcularibus dulces videantur. *Isai.* 57. *in fin.* Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum. Item aquæ inferiores, sunt carnalia desideria, quæ debent congregari in unum locum, idest, in mente ad dolendum. *Psalmus.* Congregans quasi in utre aquas maris. Quod in utre reponitur, ad aliquem usum servatur. *Isaiæ* 38. Recogitabo tibi, &c. Mali congregant aquas istas in utre suo, idest, in corde ad delectandum, & opere, & cogitatione. *Prov.* 22. Stultitia colligata est in corde pueri, sed virga disciplinæ fugabit eam. *Oseæ* 13. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est peccatum ejus, &c.

Psalm. 32.

c Appareat arida.] Sublatis aquis appareat arida, sic sublatis peccatis appareat Deo facies mentis nostræ. *Cant.* 2. Ostende mihi faciem tuam.

e Congregationes aquarum appellavit maria.] idest, delicias temporales. *Prov.* 14. Extrema gaudii luctus occupat. Item divitiæ dicuntur mare, quia plenæ sunt amaritudine. *Gregor.* Cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur. *Oseæ* 12. Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis. *g* Germinet terra herbam] idest, ipsa Ecclesia minores fideles.

i Et lignum pomiferum] idest, majores. Vel (terra,) idest, anima, (herbam) idest, bona desideria, & sanctas meditationes.

i Et lignum pomiferum] idest, bona opera, unde provenit odor bonæ famæ. *Matth.* 5. Luceat lux vestra. Vel herba, minora opera de virore fidei prodeuntia. Lignum pomiferum, majora. In hoc quod dicit: (Virentem) monemur considerare fragilitatem humanam, quæ mane viret, vespere decidit, indurat, & arescit. Lignum pomiferum radicem habet, dilatationem, erectionem, folia, fructus, sic justus debet habere charitatis radicem. *Gregor.* super *Joan.* Nihil habet viriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. Item dilatationem charitatis, quæ se extendit ad sinistram per patientiam, ad dexteram per benevolentiam. 1. *Cor.* 13. Charitas patiens est, &c. Erectionem spei: Folia, sanam doctrinam: Fructus, bona opera. *k* Juxta genus suum,] Hoc fit quando homo homini bona sua communicat per pietatem, & in malis illius compatitur per compassionem. De primo, *Job* 31. Si comedi buccellam meam solus. De secundo, *Job* 5. Visitans speciem tuam non peccabis. 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, &c. Proprie juxta genus suum facit fructum, qui misericors est. Naturalis enim est omni homini misericordia. *Job* 31. Ab infantia crevit mecum misericordia, & de utero egressa est mecum. Vel juxta genus facit fructum, qui in labore, & dolore pœnitentiæ vivit. *Job* 5. Homo nascitur ad laborem, *infra* 3. In sudore vultus tui, &c. Lucifer quæsivit hic requiem, & ideo miser cecidit ut in æternum laboret, & doleat. *Isai.* 14. Ascendam, &c. *l* Cujus semen in semetipso] In semeptipso semen habet, qui testimonium habet propriæ conscientiæ, qui de se magis sibi, quam adulatoribus credit. *Eccles.* 27. Homo sensatus in sapientia manet, sicut Sol: Nam stultus ut Luna mutatur. Sic & illi qui proprias conscientias in aliorum linguis posuerunt *Beatus Bernardus*: Qui conscientias suas in alienis linguis posuerunt, modo magni, modo parvi, modo nulli videntur, prout linguis hominum eos vituperare placuerit, vel laudare

Psalm. 83.

* Morali-

Δ *a* Et vidit Deus, quod esset bonum:] idest, approbavit, vel bonum visibile fecit. *b* Dixit autem Deus:] Prosequitur opus quartæ diei, in qua, & in sequentibus agit de ornatu mundi. In prima enim agit de creatione: In duabus sequentibus de distinctione. Incipit autem ab ornatu superiorum, idest, firmamenti, sicut & in distinctione fecerat. Et hoc est.

Et vidit *a* Deus, quod esset bonum: Factumque est vespere, & mane dies tertius. Dixit *b* autem Deus: Fiant *c* luminaria in *d* firmamento cœli, & *e* dividant diem, ac noctem, & sint in *f* signa, & *g* tempora, & *h* dies, & annos, & *i* luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo *k* luminaria magna, luminare majus, ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti, & stellas. Et posuit eas Deus in firmamento cœli, ut lucerent super terram, & præessent diei, ac nocti, & dividerent lucem, ac tenebras. Et vidit Deus, quod esset bonum: Et factum est vespere, & mane dies quartus. Dixit *l* etiam Deus: Producant aquæ *m* reptile *n* animæ viventis, & *o* volatile super terram, sub *p* firmamento cœli.

c Fiant luminaria,] idest, Sol, Luna, & Stellæ. Stellæ sunt in firmamento fixæ, secundum quosdam vel prope ipsum, secundum alios: Sol, & Luna, & ceteri planetæ sub stellis in æthere. *e* Et dividant] Quia Sol existens super terram, *diem facit*, existens sub terra, noctem, *quam* Luna, & Stellæ illustrant. *f* In signa,] serenitatis, & tempestatis. Vel (in signa, & tempora,) idest, in signa temporum, ut scilicet distinguant inter quatuor tempora anni. Non enim facta sunt in signa eventuum, quasi omnia contingant per constellationes, sicut dicunt quidam. Contra quos disputat *Aug.* satis *in lib. de Civit. Dei.* *h* Dies, & annos,] Pluraliter dicit propter diem naturalem & usualem, & annum solarem & lunarem. *k* Luminaria magna,] lumine, & corpore, non tantum comparatione stellarum. *l* Dixit etiam Deus:] Opus quintæ diei est. *m* Reptile] idest, pisces. Sicut enim terra habet sua reptilia, ita & aqua, scilicet pisces. *n* Animæ viventis,] quæ tamen cum corpore moritur. Sola anima rationalis perpetua est; vegetabilis, & sensibilis cum corpore moriuntur, nec proprie dicuntur animæ, sed potentiæ quædam. *o* Et volatile] Nota, volatilia facta sunt de aquis, licet eorum locus sit aer: Aer enim non erat tantæ corpulentiæ, ut de ipso formarentur. Posset tamen Deus de aere, si vellet, ea facere, & propterea facilis est transitus de aqua in aerem, & e converso aqua de facili rarescit in aerem, & aer condensatur in aquam. *n* Animæ viventis,] idest, quod sit anima vivens. *p* Sub firmamento, idest, in aere. Et est contra *Platonem*, qui ponebat Angelos factos ad ornatum aeris, cum tamen constet, omnes Angelos creatos in empyreo, sicut anima creatur in corpore.

De majorit. & obed. c. solite.

Δ *n* Creavitque,]

Moraliter. * Moraliter. *c* Fiant luminaria] Luminaria, idest, justi. *Philipp.* 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Et recte justi luminaria dicuntur, quia sicut luminaria, quicquid dicant mali, semper in bono perseverant. *Prov.* 12. Non contristabit justum quicquid ei acciderit. *d* In firmamento] *Philip.* 3. Conversatio nostra in cœlis est. *e* Dividant diem, ac noctem,] Hic notatur discretio, de qua *B. Bern.* Discretio non est tam virtus, quam auriga virtutum. 1. *Thes.* 5. Omnia probate, quod bonum est, tenete. Hoc est dividere inter diem, & noctem. Vel. *k* Duo luminaria] sunt duo testamenta. Luminare majus, novum testamentum: Luminare minus, vetus testamentum. Vel luminare majus, & minus, doctores majores, & minores, qui debent lucere in firmamento Sacræ Scripturæ, non sub modio commodi temporalis, vel sub lecto carnalis voluptatis. *Matth.* 4. Nemo accendit lucernam, &c. vel sub sacco cilicino. *Apoc.* 6. Sol factus est quasi saccus cilicinus, idest, lumen Prælati, vel Doctoris absconditum sub horrore peccati. Et nota, quod dicit. Sub firmamento, non super, quia non plus sapere quam oportet sapere. *Rom.* 12. *Job.* 26. Qui tenet vultum solis sui, & posuit super eum nebulam, terminum circundedit aquis, *Prov.* 23. Noli laborare, ut diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum, & ne erigas cor tuum ad divitias, quas habere non potes. Omnes aves sub firmamento habitant, sed quædam in aere, quædam in terra, quædam in aquis, quædam nunc in aere, nunc in aquis. Primi, contemplativi: secundi, activi: tertii, studiosi: quarti, qui nunc orationi vacant, nunc studio Scripturarum. De quibus 2. *Cor.* 5. Sive mente excedimus Deo, sive sobrii sumus vobis. *f* In signa,] Boni sunt in signa, tribus modis. In signum, cui contradicetur. *Luc.* 2. Hic positus est in signum, cui contradicetur. *Job.* 16. Tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me quasi in signum. Secundo sunt in signum, i. in spectaculum. 1. *Cor.* 4. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Angeli quidem tam boni, quam mali diligenter nos inspiciunt. *B. Bern.* Illos invidiæ passio, istos misericordiæ compassio sollicitat, ut in nos intendant incessanter. Tertio modo sunt in signum futuri. Hoc enim, quod modo boni patiuntur, certissimum signum est, quod mali, qui modo florent, non remanebunt impuniti. *Isa.* 32. Super humerum populi mei ascendunt spinæ, & vepres. *g* Et tempora,] Tempus malorum modo est, sed tempus bonorum in futuro erit. *Jo.* 7. Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum. *Luc.* 19. Et nunc quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. *Jer.* 17. Diem hominis non desideravi. *Job* 3. Quare data est misero lux. *h* Et dies, & annos] dies singuli, justi; anni collectio justorum. *Job* 3. Non computentur in diebus anni. Dies, & anni in se revolvuntur, sic boni semper ad propriam conscientiam revertuntur, considerantes propriam fragilitatem. *Sap.* 8. Intrans in domum meam conquiescam. *i* Luceant in firmamento] idest, in Christo. Boni enim apud Deum semper lucidi sunt, licet sint mundo despecti. *Job* 12. Deridetur justi simplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum. Vel

C

Aliter. *k* Duo luminaria] Christus, & Moyses. Luminare majus Christus, qui præfuit populo novæ legis. Luminare minus, Moyses, qui præfuit populo Judaico. Stellæ, Prophetæ, & Apostoli. Vel luminare majus, Christus, qui præest diei, idest, justis. Luminare minus, B. Maria, quæ præest peccatoribus. Stellæ, alii Sancti. Firmamentum, Ecclesia. Aquæ fluidæ genus humanum. *Eccl.* 1. Generatio advenit, & præterit, terra autem in æternum stat, idest, Ecclesia. 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. Pisces, qui remanent in aqua, unde facti sunt: mali sunt, qui remanent in corruptione peccati, in qua nati sunt. *Osee* 2. Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam nudam secundum diem nativitatis suæ. *Ecel.* 16. In die ortus tui non est præcisus umbilicus tuus. Aves, quæ sursum elevantur ab aquis, sunt, qui habent cor elevatum a terrenis ad coelum, & tamen sub firmamento, quia semper recogitant infirmitatem suam. *Eph.* 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi. Vel per aquam Baptismus accipitur. *Zach.* 14. Exibunt aquæ vivæ de Jerusalem, medium earum ad mare orientale, & medium ad mare novissimum, quia baptizatorum una pars elegit amaritudinem in præsenti propter Christum, cui nomen oriens; alia pars fluit ad amaritudinem æternam; & hoc est mare novissimum. *Josue* 3. Aquæ intumescentes ad instar montis apparuerunt procul ab urbe, quæ vocatur Edom, quæ vero inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum, descenderunt. Per quas intumescentes, intelliguntur boni, qui sub pedibus suis totum mundum habent, unde & procul sunt ab Edom, idest, amore terrenorum. Edom enim interpretatur terrenus. Per aquas, quæ in mare mortuum descenderunt, significantur mali, qui descendunt in infernum, ubi semper vivent in morte. *Psal.* Mors depascet eos. *Apoc.* 9. Quærent homines mortem, & non invenient eam, desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Justum est enim, ut qui semper vixit in culpa, nunquam moriatur in pœna.

Aliter. *Psalm. 48.*

m Reptile] cupidi. *B. Bern.* Age miser, sequere ducem tuum. Oculi tui sublime videant, multiplica præbendas, hinc ad Archidiaconatum evola, ad Episcopatum aspira, paulatim ascendis, sed non paulatim descendes, imo tanquam fulgur impetu vehementi.

n Animæ viventis,] Mali modo vivunt, sed non sentiunt. *Proverb.* 23. Vulneraverunt me, & non dolui verberaverunt me, & non sensi. Duplex est desperatio de vulnerato, vel quando non sentit vulnus, vel quando nimis sentit. Prima non quærit Medicum, secunda non sustinet.

Δ Mo-

a Creavitque Deus *b* cete grandia, & omnem animam viventem, atque *c* motabilem, quam produxerant aquæ in species suas; & omne volatile secundum genus suum: Et vidit Deus, quod esset bonum, benedixitque eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, avesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere, & mane, dies quintus. Dixit quoque *d* Deus: *e* Producat terra *f* animam viventem in *g* genere suo: *h* jumenta, & *i* reptilia, & *k* bestias terræ, secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terræ: juxta species suas, & jumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus, quod esset bonum, & ait: *l* Faciamus

Δ *a* Creavitque] idest plasmavit, idest, de præjacenti materia fecit.

b Cete grandia,] Hic accipitur cete neutrius generis indeclinabile. *Isai.* 27. accipitur masculini generis, & declinabile. Et occidet cetum, qui est in mari.

c Motabilem,] id est, mobilem de esse ad non esse.

2. sent. dist. 15. — 32. q. 1. Respons.

g Jumenta, & reptilia, & bestias, &c.] Quærit hic *Aug.* de nocivis animalibus, & perniciosis, & venenosis, an creata fuerint ad vindictam hominis. Et videtur velle *Aug.* quod talia fuerint creata innoxia, sed post peccatum cœperunt esse nociva homini, cum ante non possent. Et nota, quod reptilium tria sunt genera: Quædam trahentia, ut vermes, qui se ore trahunt. Quædam serpentia, ut colubri, qui vi costarum se trahunt, & rapiunt. Reptantia pedibus, ut lacertæ, botracæ. Minutorum vero sunt sex genera. Quædam ex exhalationibus habent esse, ut bibiones ex vino, papiliones ex aqua, Quædam ex corruptione humorum, ut vermes in cisternis. Quædam ex cadaveribus, ut scarabei, vel scabrones ex jumentis. Quædam ex corruptione lignorum, ut teredines, Quædam ex corruptione herbarum, ut tineæ ex oleribus. Quædam ex corruptione fructuum, ut curculiones ex fabis. Quæ sine corruptione nascuntur per generationem tunc facta sunt. Quæ autem ex corruptione nata sunt, post peccatum, facta sunt homini nociva propter tria. Propter punitionem: Punitur enim homo, cum ab illis læditur, vel timet lædi. Propter correctionem: Corrigitur enim, cum sciat hæc peccato suo accidisse. Propter instructionem: Instruitur enim videns hæc minima sibi nocere posse, recordatur suæ fragilitatis, & humiliatur coram Deo, & quærit veniam de peccato. Quia etiam quædam sæviunt in mortuos: totum est ad hominis instructionem, ne scil. timeat aliquod genus mortis, quia capillus de capite ejus non peribit. De herbis, & arboribus infructuosis potest dici, quod ante peccatum fuerunt fructuosæ, sed post peccatum, & propter peccatum, factæ sunt infructuosæ, & nascuntur potius homini ad laborem, & dolorem quam ad utilitatem. Vel potest dici, quod post peccatum orta sunt hujusmodi, quia dictum est homini: Pariet tibi terra spinas, & tribulos. Vel potest dici, quod omnis arbor, & herba utilis est, sed in pluribus latet nos utilitas. Et quod dictum est piscibus: Crescite, & multiplicamini, his etiam dictum intelligitur. *l* Faciamus hominem, &c.] Facta, & ornata domo, introducitur habitator. Et loquitur Deus secundum Judæos ad Angelos; secundum Catholicos loquitur Pater ad Filium, & Spiritum Sanctum: Vel est vox communis trium personarum. Et quod dicitur pluraliter: [Faciamus,] & [nostram] notat pluralitatem personarum. Quia dicitur singulariter, [ad imaginem, & similitudinem] notat unitatem essentiæ.

2. sent. dist. 15. — Luc. 21. — Infra 3.

Imago, quoad naturalia, similitudo quoad gratuita. Vel imago, quoad potentiam cognoscendi, similitudo, quoad potentiam diligendi dicitur. Vel imago Dei dicitur homo quantum Δ ad potentiam

Moraliter. Moraliter. Pisces,] Boni activi, qui propter solicitudinem proximi juxta terram repunt. [Aves,] contemplativi, qui sursum volant. [Aquæ,] sunt concupiscentiæ. Ex his aquis producitur reptile, idest, qualibet bonus, cujus mens circa terram versatur, idest circa corpus, ut illud excolat per disciplinam, & abstinentiam, & spinas, & tribulos, idest mala desideria, & immundas cogitationes amoveat. *Isai.* 26. Justitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores ejus. *d* Dixit quoque, &c.] Littera plana est.

Mystice. Mystice, Tria ponit Moyses, Reptile, bestias, jumenta, per quæ significantur illa tria. 1. *Jo:* 2. Omne, quod est in mundo, &c. Hæc tria de terra oriuntur, quia de amore terrenorum universa malitia ortum habet 1. *Tim.* 6. Radix omnium malorum cupiditas. Per reptile significantur cupidi, qui circa terram repunt. *B. Bern.* Circuinit ut sedulus explorator, simulat, dissimulat, sequitur, obsequitur, manibus, & pedibus repit, ut quoquo modo se ingerere queat in patrimonium crucifixi. Per jumenta, luxuriosi, *Joel.* 1. Computruerunt jumenta in stercore suo. Per bestias superbi. *Job* 29. Conterebam molas iniqui. Hæc tria significantur *Job* 12. Per jumenta, pisces, & volucres, ibi; Interroga jumenta, & docebunt te. Ideo diabolus dicitur avis, quando tentat de superbia: dicitur bos, quando tentat de luxuria: piscis, quando tentat de avaritia. *Job* 40. Numquid extrahere poteris Leviathan homo? Numquid illudes ei quasi avi? Fenum quasi bos comedet. *Jer.* 16. Mittam piscatores multos, & piscabuntur eos; & post hoc mittam eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum. Piscatio piscium est, venatio ferarum, & avium.

15. dist. 4. sento dist. — D

g In genere suo:] Mali sunt de terra, & verbo, & opere. Verbo. *Joan.* 3. Qui de terra est, de terra loquitur. *Isai.* 29. Erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit. Opere. *Philipp.* 3. Gloria eorum in confusione, qui terrena sapiunt. *Psal.* Etenim in corde iniquitates operamini in terra, injustitias manus vestræ concinnant. Vel in bono. *e* Producat terra] Id est, Ecclesia.

Psalm. 57.

f Animam viventem,] fideles vitam Sanctorum imitantes.

g In genere suo:] ut fidelis fidelem generet verbo, & exemplo, ut cortina cortinam trahat, & qui audit dicat, veni. Duplex autem est genus hominis. Unum ex parte animæ a Deo. *Actor.* 17. Genus cum simus Dei, non debemus æstimare auro, & argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominum aliquid divinum esse simile. Alterum ex parte corporis, a corruptione putredinis, *Job* 17. Putredini dixi, &c. Hujus duplicis generis consideratio necessaria est, Hæc contra desperationem. *Isai.* 49. Nunquid potest oblivisci mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui. Et Dominus ad discipulos. Cum orabitis, dicetis: Pater noster; qui es in cœlis, &c. *Matt.* 6. *B. Bern.* Oratio, quæ indulcescit paterno nomine, omnium petitionum mearum impetrandarum mihi fiduciam præstat. Alia consideratio est utilis contra præsumptionem. *Eccl.* 10. Quid superbis terra, & cinis? Et consideratio exitus reprimit avaritiam. 1. *Tim.* 6. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nihil auferre poterimus. *Beatus Bernardus.* Angustum est foramen mortis, nihil ex omnibus asportare licebit. Aurum, & argentum nonnihil est, & utrumque sibi retinet mundus; peccatum vero nihil est, ideo nulla potest foraminis angustia coarctari. *Seneca.* Quid stultius, quam deficiente via augere viaticum? Consideratio medii reprimit luxuriam. *Ecclesi.* 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam ex die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturæ in matrem omnium.

h Jumenta,] fortes activi, qui portant onera debilium. *Job* 24. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bonum viduæ. Hoc faciunt detractores, & invidi, qui illos, qui juvant pauperes, detrahendo expellunt a ministerio eorum. *Galat.* 9. Alter alterius onera, &c.

i Reptilia,] humiles, & simplices in Ecclesia. *Proverbior.* 30. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formicæ populus infirmus, lepusculus plebs invalida, locusta Regem non habet, & egreditur universa per turmas suas, stellio manibus nititur. Hæc reptilia, idest, justi, ore se trahunt per confessionem: corpore per carnis afflictionem. pedibus per peregrinationem.

k Bestias] Bestiæ, quæ in solitudine versantur, significant claustrales. *Job* 39. Quis dimisit onagrum liberum in solitudine.

Moraliter. Moraliter. *l* Faciamus, &c.] Tria notantur per faciamus, Adjutorium, consilium, deliberatio. Et etiam contra longos deliberatores notatur decretum, & propositum faciendi. Non enim dicit: An faciamus, sed simpliciter, faciamus. De primo: *Proverb.* 18. Frater, qui juvatur a fratre, quasi civitas firma. De secundo: *Ecclesi.* 32.

a hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; *b* & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, universæque terræ, omnique reptili, quod movetur in terra. Et *c* creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit illum: *d* masculum, & feminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: *e* Crescite, & *f* multiplicamini, & *g* replete terram: & *h* subjicite eam: & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus, quæ moventur super terram. *i* Dixitque Deus: Ecce *k* dedi vobis *l* omnem herbam afferentem semen super terram: & *m* universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui: *n* ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & universis, quæ moventur in terra: & in quibus est anima vivens, ut habeant ad *o* vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta, quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum est vespere, & mane dies sextus.

ad potentiam non moriendi, similitudo quantum ad morum sanctitatem. Vel imago quantum ad innocentiam; similitudo quoad justitiam. Factus est igitur homo ad imaginem Dei, ut imitetur eum in innocentia, & assimiletur ei in justitia. Vel ad imaginem, ut cognoscat: ad similitudinem, ut diligat. Et notatur hic dignitas hominis in tribus. Primo, quia cum deliberatione factus est, quod notatur in hoc quod dicit, faciamus. Secundo, quia non solum in genere suo, sicut &c. factus est, sed ad imaginem, & similitudinem Dei. Tertio, quod statutus est Dominus omnium, quod notatur, ubi dicitur, & præsit. Sic autem inter reptilia, ad depressionem superbiæ. *b* Et præsit] Hoc exponit *Greg.* in Moral. dicens. Non est data homini prælatio, ut dominetur subditis: sed bestiis terræ, & volucribus, & piscibus, & hominibus, in eo quod induunt faciem horum, ubi enim non delinquimus, pares sumus. Omnium constitutus est dominus homo. Sed in maximis dominium perdidit per peccatum, ut in leonibus, ut sciat quantum amiserit. Et in minimis, ut in muscis, & pediculis, ut sciat quam vilis effectus fuerit per peccatum. In mediis adhuc habet dominium, ut sciat, se habuisse in omnibus aliis & ad solamen, & adjuvamen. *c* Et creavit Deus &c.] Ut dicunt: Iste versus non est in Hebræo, sed Dominus hoc sæpius repetit, quia oportet sæpius reminisci, quod mundus cogit oblivisci. *d* Masculum, & feminam creavit] Idest, plasmavit eos. Nunc sic construe: Deus creavit hominem, non solum unum, sed duos, & in duplici sexu, quia masculum, & feminam creavit, idest, plasmavit, idest, non hermaphroditos, qui viri, & mulieris simul habent instrumentum. Et quod dicitur hic de muliere, præoccupatio est, quia infra agetur de formatione mulieris. Et quod nominat duos sexus divisim, & distincte, vitium sodomiticum damnat. *e* Crescite,] idest, fœcunditatem sexus accipite. *g* Et replete terram:] prolis posteritate: quod sine conjunctione viri, & mulieris fieri non potuit. Unde dicunt, quod hic instituit Dominus conjugium. In quo confutantur hæretici, qui dicunt opus nuptiarum non posse fieri sine peccato mortali. Et nota, si non peccasset homo: sicut digitus digitum tangit absque pruritu: sic homo uxorem suam cognosceret ad prolis propagationem. Et cum vellet Deus, hominem in empyreum sine morte transferret. *h* Subjicite] vobis, usibus necessariis. *i* Dixitque Deus:] Post plasmationem hominis: agit de cibo ejus. Factus enim fuit animalis, idest, alimonia indigens: unde si non comederet, deficeret. Immortalitas enim illa, qua creatus fuit immortalis, non fuit, non posse mori: sed posse non mori.

Infr. 5. Eccles. 17. ar. ex. dist. c. illud 13. q. 3. c. hoc 35. q. 10. c. 1. 28. q. 4. c. numquid, in fin. 32. q. 2. §. 1. De Trino, cap. uno, lib. 6. Greg. lib. 14. Moral. c. 21.

k Dedit vobis] & posteritati vestræ.

n Ut sint] hic, idest, in hac vita mortali: quia in futuro non erit fames, sed plena satietas. *Psal.* Satiabor, cum apparuerit gloria tua. *o* Ad vescendum.] non ad luxuriandum. *Eccl.* 10. Beata est terra, cujus rex nobilis est. *Rom.* 14. Regnum Dei non est esca, & potus: sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. *Aug.* Sumenda sunt alimenta ut medicamenta.

Psal. 16.

* Fili, sine consilio nihil facias? & post factum non pœnitebis. De tertio *Prov.* 4. Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. *Luc.* 14. Quis ex vobis volens ædificare turrem, nonne prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum? De quarto, i. de illis, qui semper deliberant, & nunquam proponunt, dicit *Isai.* 38. Dum adhuc ordirer, succidit me. Unde super hunc locum dicit *B. Bern.* contra tales: Amicos consule, magnum est, quod proponis, quantos maledicta ista sapientia abstulit Deo? *Matth.* 24. Væ prægnantibus, & nutrientibus in illa die. Item per [faciamus] notatur exhortatio aliorum ad simile faciendum. *Isai.* 2. Venite, ascendamus ad montem, & ad domum Dei Jacob. Item imploratio auxilii. Moyses *Numer.* 10. Obsecro veni nobiscum. *a* Hominem] Per hominem, prælatum, qui ad imaginem Dei debet esse factus. *Matth.* 5. Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est. In hoc autem, quod tota Trinitas facit hominem, notatur, quod prælatus debet in tribus maxime præpollere, In potentia, quæ refertur ad patrem. *Eccl.* 7. Noli quærere judex fieri, nisi valeas virtute irrumpere. In sapientia, quæ refertur ad filium. *Prov.* 7. Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. In benignitate, quæ refertur ad Spiritum sanctum. *Greg.* Dum mansuetudo per irā amittitur, supernæ similitudinis imago vitiatur. *Seneca*: Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Item prælatus debet fieri ad imaginem Dei per sapientiam: Ad similitudinem per virtutem. *Matth.* 24. Quis putas est fidelis servus, & prudens? *B. Bern.* Fidelis qui diligit, prudens qui intelligit Dei voluntatem. *c* Creavit Deus] Non rex, non preces, non pretium, non caro, non divitiæ. *Joan.* 10. Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, fur est, & latro.

Moralitas.

Eccl. 19. c. 14. q. 2. c. quidam. vers. Floriam.

d Masculum, & feminam creavit eos.] scilicet prælatos, qui debent esse femina per mansuetudinem. *Eccl.* 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Masculus per disciplinam. *Eccl.* 30. Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella. *e* Crescite,] in gratia. *f* Multiplicamini,] in bonis operibus, *g* Replete terram:] idest, Ecclesiam doctrina, & exemplo.

Allegoria.

Allegorice. *k* Ecce dedi] Nota ordinem. Post benedictionem gratiæ, post crementum virtutum, & dominium super malos corrigendos, dicitur, [Ecce dedi] Quia prælatus si talis est, dignus est cibi sustentationem habere. *1. Cor.* 9. Si vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si carnalia vestra metamus? *Deut.* 25. Non alligabis os bovi trituranti. *Gal.* 6. Communicet autem is, qui catechizat, in omnibus bonis. *l* Omnem herbam] idest, simplicem victum, non cara fercula. *Luc.* 10. Edentes, & bibentes quæ apud illos sunt. *n* Ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus,] quia unus communis debet esse cibus subditorum, & prælati. Non debet prælatus quærere diverticula, ut lautius procuretur. *Eccl.* 32. Rectorem te posuerunt, &c. *o* Ad vescendum.] non ad luxuriandum. *B. Bern.* Res pauperum sunt res Ecclesiarum, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicquid earum non Domini, sed dispensatores præter usum necessarium sibi accipiunt. *1. Cor.* 9. Ordinavit Deus his, qui evangelio serviunt, de Evangelio vivere. *B. Bern.* Vivat inquit, non ditetur, non infletur, non luxurietur, non ampla palatia fabricet, non extollat de facultatibus Ecclesiæ consanguineos suos, non nepotes, non filias dixerim, nuptui tradat.

Moraliter

Aliter moraliter. *a* Hominem] Per hominem quilibet justus, qui præest piscibus, & volucribus, & bestiis, idest cunctis malis moribus. Per masculum, discretio: Per feminam, compassio. Hæc duo debent esse in quolibet justo simul. *Exod.* 23. Pauperis non misereberis in judicio, ne sit compassio sine discretione. *Job* 5. Visitans speciem tuam non peccabis. *Gloss.* Speculum infirmitatis propriæ sit infirmitas aliena. *Greg.* Inde ei, qui super omnia est, propinquamus, unde nos per compassionem proximi sub nosmetipsos deponimus, ut non sit discretio sine compassione. *Psal.* Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Bonitatem compassionis, disciplinam correctionis, scientiam discretionis. *g* Replete terram:] idest, corpus bonis operibus, ut non vacet. *Psal.* Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. *h* Subjicite] *1. Cor.* 9. Castigo corpus meum, &c. *k* Ecce dedi vobis omnem herbam] idest simplicia exempla Sanctorum. *m* Et universa ligna,] idest majora exempla Sanctorum ad imitandum. Hi sunt funes, quibus Jeremias extractus est de lacu: *Jer.* 38.

Psal. 118.

Psal. 127.

EX-

EXPOSITIO CAP. II.

IGitur perfecti sunt] creati sunt: distincti sunt: ornati sunt. *a* Igitur perfecti sunt cœli: Idest, duo superiora elementa.

CAP. II.

IGitur *a* perfecti sunt cœli, & *b* terra, & omnis *c* ornatus eorum: *d* Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat: & *e* requievit die septimo *f* ab † omni opere, quod *g* patrarat. Et *b* benedixit diei septimo, & *i* sanctificavit illum: quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit Deus, ut *k* faceret.

b Et terra,] idest, duo inferiora. Sex diebus perfecta est rerum conditio: quia senarius est primus inter perfectos numeros. Nihil enim fecit post sextum diem, idest, quod non factum fuit prius, vel in materia, vel in exemplo, vel in causa.

c Ornatus] communiter accipitur ad ornatum, & ad distinctionem. *d* Complevitque:] idest nihil novum fecit. Vel Complevit] idest, completum ostendit per hoc, quod cessavit. Potens enim, & sapiens artifex non cessat, donec perfecerit opus suum. Unde cum Dominus sit summe potens, & summe sapiens, in eo quod cessavit, ostendit opus suum esse perfectum. Vel, [Complevit,] idest, completionem apposuit, scilicet, ipsum diem septimum. Alia translatio habet: Septima die consummavit, idest, ultimum opus novum fecit. Quod enim septimo fecit jam factum erat, vel in materia, vel in exemplo, vel in causa.

Exod. 20. Hebr. 4. De feriis 4. inst.

e Requievit] idest, cessavit ab opere *Isai. 6.* Et *Apoc. 4.* similiter. Seraphim requiem non habebant. Vel, [Requievit] idest, suam requiem ostendit. Mutabilitas enim rerum ejus stabilitatem declaravit. Nam contraria juxta se posita magis elucescunt. Ipse autem stabilis manens dat cuncta moveri. Vel [Requievit:] idest, rationali creaturæ in se requiem dedit: ut illuc scilicet toto desiderio feramur, quo requiescamus. Unde *Aug.* in libro confess. Inquietum est, Domine, cor meum, donec venerit ad te. Unde & dicit, quod Deus locutus est a se, in quo solo requiescere potest. Vel, [Requievit septimo die,] idest, requieciturum in sepulcro septimo die significavit. *f* Ab omni opere,] Non dicit in opere, ut homo, qui cum fessus est, quiescit in domo, vel lecto, quem fecit, sed ab opere, idest, extra universum opus in seipso requiem habuit: ubi & nobis requiem dedit. *Jo:* 16. In me pacem habebitis. In hoc, quod dicit.

Boeth. de consol. philosoph. l. 3. metro. 9.

g Patrarat.] innuit opus fore, quod nondum fecerat. Est enim opus creationis, distinctionis, ornatus, quartum est opus propagationis, a quo nunquam cessat *Jo:* 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor.

h Benedixit diei septimo,] idest, sanctificavit, idest, sanctum, & celebrem esse voluit, idest, observari instituit. Hanc observantiam, sanctificationem vocat Dominus, *Exod.* 20. Memento, ut diem Sabbati sanctifices. Vel [Benedixit] idest, in eo sibi benedictiones, idest, laudes gratiarum fieri voluit. Benedicere enim est laudare, gratias agere, sanctificare, multiplicare bona, optare bonum. *i* Et sanctificavit] idest, sibi consecravit, idest, ceteros operum exercitio deputans, illum suo cultui mancipavit.

k Ut faceret.] idest, quod creavit in materia, ut faceret in essentia. Vel, [Ut faceret,] idest, ut de eis alta produceret: septima dies non dicitur habuisse vespere, sicut nec prima, mane. De die octava nulla fit mentio, quia gaudium æternum, quod in octava ætate expectamus, tantum erit, quod non potest excogitari. *Isai* 64. Oculus non vidit, &c.

l Istæ sunt generationes &c.] Creationem maris, & feminæ simul dixerat Moyses, quæ tamen non simul esse cœperunt, ideo repetit, ut explicet, quod sub brevitate dixerat. Repetit etiam & de aliis creaturis, dicens; [Istæ sunt] Et nota, quod quidam determinant hic opera sex dierum. Alii infra, ibi. Cognovit Adam uxorem suam. Alii inferius, ibi. Hic est liber generationis. Sed hoc non est curandum. [Istæ sunt generationes] idest, operationes, scilicet, creatio, distinctio, ornatus. [Istæ sunt] idest, tales, ut diximus: Accipitur generationes passive, idest generata. Operans enim, & operatio ejus unum sunt, sed operata multa.

Infr. 4. infr. 5.

m In die,] Hinc elicit *Aug.* omnia simul esse facta. Sed

dicit Beda, [In die] idest, in tempore. Vel potest dici. [In die] idest, in principio temporis, quando omnia simul facta sunt in materia.

o Et omne virgultum agri antequam] idest, prius fecit Dominus virgultum in materia originaliter, quam appareret super terram ortum essentialiter.

Istæ *l* sunt generationes cœli, & terræ, quando creata sunt, in *m* die, quo fecit Dominus Deus *n* cœlum, & terram: & *o* omne virgultum agri, antequam oriretur in terra; omnemque herbam regionis, *p* prius quam germinaret. *q* Non enim pluerat Dominus Deus super terram: & homo non erat, qui operaretur terram; *r* sed fons ascendebat e terra irrigans universam † superficiem terræ.

al. † faciem.

p Vel, priusquam oriretur, ut modo, scilicet beneficio roris, & pluviæ, & labore humano. Simul enim creavit Deus arbores cum fructibus, & potentiam fructificandi. Et quod sic exponi debeat, patet per hoc, quod sequitur.

q Non enim pluerat] *Isidor.* Per diem enim intelligit omne tempus, per terram, omnem creaturam visibilem, per virgultum, & herbam omnem creaturam invisibilem propter virorem, hoc est, quod simul creavit Deus tempus, & temporalia.

r Sed fons ascendebat] Non simul, quia sic esset diluvium, sed horis statutis. Vel [Fons] idest, fontes, quia unus solus fons non posset hoc facere sine diluvio, imo quia nondum erant montes, qui postea per diluvium facti sunt. Hebræus exponit [Fons] idest, nubes, quia nomen Hebræum æquivocum est ad fontem, & ad nubem. Et innuit hic Moyses, quod etiam tunc non erat terra sine irrigatione Aquarum. Ex humore enim, & calore generantur omnia. Unde talis creata est terra, quod sine beneficio aquæ germinare non posset.

A *a* Formavit igitur

Moraliter.

Moraliter. *d* Complevitque Deus die septimo] Septem dies possunt assignari reparationi, quæ fit in anima per septem dona Spiritus Sancti: Prima dies sapientiæ comparatur: Sapientia enim animam illuminat, quia conjungit eam summæ luci, & Deus prima die lucem fecit. Secunda intellectui: Intellectu enim verum bonum a non vero bono dividimus, & firmamentum, quod est opus secundæ diei, aquas superiores ab inferioribus divisit. Tertia, qua congregantur aquæ inferiores in locum unum, consilio, quo omnes aquæ hujus sæculi congregantur in unum. Quarta fortitudinis, & sic de aliis. Vel, Septem dies, septem virtutes sunt, tres Theologicæ, & quatuor Cardinales.

Mystice.

Mystice. *n* Cœlum, & terram, &c.] Quatuor dicuntur hic, herba, virgultum, terra, cœlum, per quæ quatuor status hominum designantur. Herba, incipientes; virgultum, proficientes; terra, firmi, & perfecti: cœlum, beati. Ista quatuor notantur *Isai.* 44. ibi. Iste dicet, Domini ego sum. Ecce status incipientium. Qui enim incipit pœnitere, tunc primo potest dicere: Domini ego sum. Ille invocabit in nomine Jacob; Ecce status proficientium, qui luctantur contra vitia. Hic scribet manu sua Domino: Ecce status perfectorum. Perfectorum enim tantum subscribere, id est, docere interest. Et in nomine Israel assimilabitur: Ecce beatorum status. Possunt etiam hæc quatuor ad Christum referri. Primo enim fuit herba, quando in præsepio reclinatus est, fœnum ante jumenta. Virgultum fuit in prædicatione sua, quia tunc protulit fructum multiplicem. *Isai.* 53. Ascendet sicut virgultum, & radix ejus de terra sitienti. Radix ejus divinitas. Sicut enim a radice occulta, totus fructus oritur, sic ex ejus divinitate occulta oritur totius nostræ redemptionis fructus. *Isai.* 45. Vere tu es Deus absconditus. Terra fuit Christus in Passione. Terra enim in medio est, & ipse patiendo in cruce, operatus est salutem in medio terræ. Item terra infimum locum tenet, & plus non potuit descendere, nec Christus magis potuit humiliari, quam ut pateretur pro nobis *Jo:* 15. Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. *Isai.* 5. Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? *Psal.* Infixus sum in limo profundi. Item terra movetur, & ipse non est motus, quando dixerunt ei. Si filius Dei es, descende de cruce. Cœlum fuit in resurrectione, & ascensione.

Psalm. 68. *Matth. 27.*

a Formavit igitur Dominus Deus hominem de *b* limo terræ, & *c* inspiravit in *d* faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in *e* animam viventem. *f* Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis *g* a principio, in *h* quo posuit hominem, quem formaverat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum soave: *i* Lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque *k* scientiæ boni, & mali. Et *l* fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum: qui inde dividitur in quatuor capita. *m* Nomen uni Phison: Ipse est, qui circuit omnem terram *n* Evilath, ubi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est: Ibique invenitur *o* bdellium, & lapis *p* onychinus. Et nomen fluvio secundo *q* Geon: Ipse est, qui circuit omnem terram Æthiopiæ. Nomen vero fluminis tertii *r* Tigris, Ipse vadit contra *f* Assyrios. Fluvius autem quartus ipse est *t* Euphrates.

a Formavit igitur.] Epilogat Moyses prædicta, ut addat, Dominus. Supra ubique vocaverat Deum Moyses, hic primo dicit Dominum, quia nunc primo habet servum proprie. *b* De limo] idest de terra limosa, argillosa, quantum ad corpus, & hoc dicit Moyses, ut semper recolat homo vilitatem suam. *c* Et inspiravit] Alia translatio habet, [Et insufflavit,] Et est sensus utrobique: Creavit Deus animam, & posuit in homine, quæ eum spirare, & vivere facit. *Isai.* 42. Dans flatum populo.

B

2. dist. c. quo jure 12. q. 2. Moyses. De consf. dist. 1. c. hi duo. Job 8. Sap. 10. 1. Cor. 15. 40. dist. 5. clud.

d In faciem] Pars pro toto. *e* In animam viventem.] idest non mortalem, Vel [In animam viventem,] idest ut esset animal vivens. De anima Adæ quæstio est, utrum creata fuerit cum Angelis in cœlo, & post infusa corpori: an in ipso infundendo creata? Sed de aliis certum est, quod infundendo creantur, & creando infunduntur: Et satis probabile est de illa similiter, ut sicut omnium Angelorum uniformis est creatio, ita & omnium animarum:

f Plantaverat] Antequam formaret Deus hominem, fecit ei locum, in quo habitaret, scil. Paradisum voluptatis, sed non in eo factus est homo, sed translatus, ut sciret, se talem locum habere ex gratia, non a natura.

g A principio,] idest tertia die. Simile *Jo*: 8. Homicida fuit ab initio, idest, a sexto die, in quo peccavit homo. Vel [principio,] idest, a prima parte versus Orientem. Unde alia translatio habet: in Eden ad Orientem.

h In quo posuit hominem,] ut de fructibus sustentaretur edendo, & delectaretur videndo. *i* Lignum etiam vitæ, &c.] *Gloss.* in altero hominis signum obedientiæ, quam debebat, in altero sacramentum vitæ æternæ, quam obediendo mereretur. Lignum vitæ dictum, quia divinitus accepit, ut qui ex eo manducaret, corpus ejus stabili sanitate firmaretur, nec ulla infirmitate, vel ætate in deterius, vel in occasum laberetur. *Strabus.* Lignum vitæ hanc naturaliter virtutem habebat: ut qui ex ejus fructu comederet, perpetua soliditate, & beata immortalitate vestiretur: nulla infirmitate, vel anxietate, vel senii lassitudine, vel imbecillitate fatigandus.

k Lignumque scientiæ] quo tacto, per experientiam scitur, quid sit inter bonum, quod relinquitur, & malum, quod sequitur. *Gloss. August.* Lignum scientiæ boni, & mali, erat corporale, sicut aliæ arbores: nec cibo noxium: Qui enim fecit omnia bona valde, nihil mali in paradiso statuit. Sed mala transgressio præcepti. Oportebat autem, ut homo sub Domino positus ab aliquo prohiberetur: ut virtus esset merendi obedientia: quæ sola verissime virtus est rationali creaturæ degenti sub potestate Dei: sicut primum, & maximum vitium tumoris, velle uti sua potestate, quod est inobedientia: non erat unde homo se Dominum habere cogitaret, nisi aliquid ei juberetur. Arbor ergo non erat mala, sed scientiæ dicta noscendi bonum, & malum, quia post prohibitionem erat in illa transgressio futura: qua homo experiendo disceret, quid esset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Nec de fructu, qui nasceretur inde, positum est nomen: sed de ipsa re, quæ transgressionem secuta est.

l Et fluvius egrediebatur, &c.] *August.* Alia translatio: Fons exit de Eden, qui irrigat paradisum, &c. Hæc flumina gentibus, per quas fluunt, notissima sunt. Duobus vetustas mutavit nomina. Geon enim nunc Nilus vocatur: Phison, Ganges, Tigris, & Euphrates antiquam nominationem servaverunt. Debemus hæc prius ad litteram accipere: nec figuratam tantum locutionem putare: sed & res esse, & aliquid significare. Sed aliorum fontes noti dicuntur: aliorum omnino ignoti: ideo non videntur ad litteram ex uno fonte dividi. Sed locus ille Paradisi remotus est a cognitione hominum: qui in quatuor partes aquarum dividitur. Sed flumina, quorum fontes noti esse dicuntur, sub terras eunt; & post longos tractus erumpunt: ubi tanquam suis fontibus nota esse perhibentur: sicut sæpe faciunt flumina. Exibat ergo fluvius de Eden, idest, de loco delitiarum: & irrigabat Paradisum. ligna, scilicet, pulchra, & fructuosa. *Gregor. Moraliter.* Quatuor fluminibus de Paradiso egredientibus terra irrigatur, idest, solidum mentis nostræ ædificium, prudentia, temperantia, fortitudo, justitia, continent: quia his quatuor virtutibus tota boni operis structura consurgit: Quatuor flumina paradisum irrigant: quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni desideriorum carnalium æstu temperatur.

15. dist. c. canones in princip. De consecr. dist. 4. c. Ecclesia paradiso Eccles. 24.

m Nomen uni Phison: & hic significat prudentiam: quæ omnibus, omnia. Phison interpretatur mutatio oris.

n Evilath,] regio Indiæ, quæ post diluvium possessa est ab Evila filio Jectam, filii Heber Patriarchæ Hebræorum. Evilath interpretatur parturiens: quia aliquis loquens veritatem magis parturit, quam pariat. *Plin.* dicit, regiones Indiæ præ ceteris venis aureis abundare.

o Bdellium,] secundum Plinium, arbor est aromatica, magnitudine oleagina, cujus lacryma lucida, gustu amara, boni odoris: sed odoratior infusione vini.

p Onyx] ut dicit *Gloss.* est lapis pretiosus, sic dictus: quia permistum habet candorem ad humani similitudinem unguis: quia unguis Græce dicitur onyx, Antiqua translatio habet carbunculum, & prasium. Carbunculus est ignei coloris: & dicitur illustrare tenebras noctis. Prasius est viridis: Unde Græce a porro, quod Prason dicitur, nomen accipit.

q Geon:] Hic est Nilus, qui significat temperantiam.

r Tigris:] dicitur a sua nimia velocitate. Hic est fortitudo. *f* Contra Assyrios,] idest, contra adversarios prudentiæ. *t* Euphrates.] idest, frugifer, qui significat justitiam. Nec dicitur, quam terram circumeat: quia in vicino irrigat terram promissionis: & facile a populo, qui hæc lecturus erat, cognosci poterat. Frugifer, quia facit terram fructiferam.

Δ Tulit ergo

Mystice.

Mystice. *a* Formavit igitur &c.] Deus pater, vel Trinitas formavit hominem, scilicet, Christum, qui fere servus Dei fuit: quia tota vita fideliter servivit: Unde nunc primo congrue dicitur, Dominus Deus *Isai.* 42. Ecce servus meus, suscepi eum. Adam factus est ad formam Dei, ut esset Dominus omnium; & Christus factus est ad formam hominis jam miseri, ut esset servus omnium. Nos igitur formam Christi, non formam Adæ sumamus. Adeo enim Christus reformavit formam Adæ, ut nos sua forma formaret. *Rom.* 13. Induimini Dominum nostrum Jesum Christum. Et nota, quod corpus, quod induitur, non aptatur vesti, quæ induitur: sed vestis corpori: hic e converso. *Aug.* Non tu me mutabis in te, &c.

b De limo terræ,] idest, de beata Virgine. Limus, terra tenax, & tractabilis: & beata Virgo tenax in proposito. *Luc.* 1. Quomodo fiet istud, &c. Sed si tenax, non tamen pertinax, ut cognovit Dei voluntatem. Unde, Ecce Ancilla Domini. Tractabilis fuit. *Isai.* 11. Egredietur virga de radice Jesse. *Bernard.* Revolve totam Evangelii seriem: Et si, quid durum, si quid asperum inveneris in Maria, deinceps eam suspectam habeas, & ad eam accedere verearis. Hoc etiam omnibus conveniret, ut essent tenaces, & tractabiles: Non tantum tenaces, hoc enim severitas est: Nec tantum tractabiles, hoc enim est remissio vitiosa. *e* In animam viventem] Nunc est tempus formandi animas, in futuro erit tempus reformandi corpora. Sed multi hodie hoc obliti, totam curam impendunt ad reformandum corpora: & anima misera nuda est coram Deo. *Ezech.* 16. Non es recordata dierum adolescentiæ tuæ: quando eras nuda, & confusione plena. *Greg.* Reforment homines hujus temporis, imo deforment sua corpora: qui de operibus vermium, & pellibus murium gloriantur, plane gloriam mendicantes. Sed si vera caro fueris, corpus humilitatis nostræ reformabit idem artifex, qui formavit.

Δ *a* Tulit ergo

a Tulit ergo Dominus Deus hominem, & *b* posuit eum in Paradiso voluptatis, ut *c* operaretur, & *d* custodiret illum. *e* Præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali *f* ne comedas. In quocumque *g* enim die comederis ex eo, morte morieris. *h* Dixit quoque Dominus Deus: *i* Non est bonum esse hominem solum, *k* faciamus ei *l* adjutorium *m* simile † sui. *n* Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & universis

Δ *a* Tulit ergo Dominus Deus] *Interlin.* assumpsit carnem, & factus homo, qui est caput Ecclesiæ, *Gloss. Hier.* Et sumpsit Dominus Deus hominem, & posuit, &c.] Pro voluptate in Hebræo habetur, Eden. Ipsi ergo *Septuaginta* nunc Eden interpretati sunt voluptatem: *Symmachus* vero qui paradisum florentem ante transtulerat, hic amœnitatem, vel delicias posuit. *Gloss. Gregor.* in *moral. lib.* 19. *c.* 17. Tulit ergo Dominus Deus hominem, &c. Pensandum est, quia bona prodesse nequeunt, si mala non caventur, quæ subrepunt. Perit enim omne, quod agitur, nisi solicite in humilitate custodiatur, Unde ut operaretur, & custodiret, &c.] Operatur enim, qui agit bonum, quod percipitur, sed quod operatur non custodit, cui hoc subrepit, quod prohibetur. Unde oportet & semper bona agere, & nos in ipsis bonis operibus caute in cogitatione custodire, ne si mentem elevent bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi. De libris quoque non canonicis, sed ad ædificationem editis testimonium proferimus: Eleazar in prælio elephantem feriens stravit, sub ipso vero occubuit. Sunt enim, qui vitia superant, sed sub ipsis superbiendo succumbunt. *b* Et posuit eum in Paradiso] *Isidor.*

Mystice. Ex eo, quod additum est: Et custodiret,] innuitur, qualis operatio esset; quia in tranquillitate beatæ vitæ, ubi mors non est, omnis operatio est, custodire, quod tenes: Datum est enim præceptum, ut de omni ligno Paradisi sumerent, sed non de ligno scientiæ boni, & mali] Idest non sic eo fruerentur, ut integritatem naturæ suæ usurpando vetitum violarent. Tulit ergo hominem extra Paradisum formatum, ut ipse homo operaretur non laboriose, sed deliciose, & sic Dominus custodiret illum, scil. hominem, vel homo paradisum, ne perderet illum. Vel sic, ut homo operaretur quantum voluntati satis esset, non quod indigentia cogeret: Et custodiret illum Paradisum, homo scil. id est, attenderet, ut quod faceret in terra per agriculturam, custodiret in se per disciplinam, idest, ut sicut ager colenti homini obtemperaret, ita homo obtemperaret Deo præcipienti, ut sumpto præcepto redderet fructum obedientiæ, sicut ager reddit fructum culturæ. Sed quia homo noluit, sed reddidit spinas inobedientiæ, ideo & terram similem invenit, quæ spinas, & tribulos germinat laboranti. Vel sic, ut Deus operaretur illum hominem, scil. non ut homo esset, quis jam erat homo; sed ut justus esset homo, & beatus, custodiret illum Paradisum, scil. idest, coleret. Et qualis esset illa operatio, dicit *Isidor.* ubi mors non est, omnis operatio est, & custodire quod tenes. *e* Præcepit] Jussio in duobus consistit, in præcepto, & prohibitione, & ideo utrumque datur homini. Unde peccaret homo, si non comederet de concesso, sicut peccavit comedendo de vetito. Et quærit *Aug.* quomodo poterat homo loqui, vel loquentem intelligere, qui non didicerat? Et solvit. Quia talis creatus est, ut loqui sciret, & loquentem intelligeret. *f* Ne comedas.] Dictum est hoc viro, ut per ipsum transiret ad mulierem nondum formatam. Vel forte præoccupatio est, quia simul illis factum est præceptum. *g* In quocunque enim die comederis] *Interlin. Symmach.* melius, mortalis eris.

h Dixit quoque Dominus Deus, &c.] *Aug.* Vel forte in mente ipsius hominis dixit, sicut loquitur quibusdam Sanctis in ipsis. Unde, Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Aut aliqua ipsi homini facta est revelatio per Angelum, aut in somnis, aut in extasi, aut aliter, sicut Prophetis, vel per aliquam creaturam corporalem vox sonuit, sicut de nube. Hic est Filius meus dilectus. *k* Faciamus] Supra dixerat, masculum, & feminam creavit eos, modo formationis modum exponit. *l* Adjutorium] ad filios procreandos, quia ad aliquos usus erant ei adjutorium cetera animalia. *m* Simile] Similia enim ex similibus naturaliter procreantur. Sed ne superflua videretur formatio mulieris, subdit. *n* Formatis igitur Dominus Deus de humo] idest de quodam materiato ex terra, & aqua. Aliter esset contrarium, quod supra dictum est, pisces & volucres ex aqua factos, sed aqua illa non fuit purum elementum, sed terræ permixtum.

Δ Ut valeret

O *a* Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso,] idest, Deus Pater Christum in Ecclesiam militantem: quando scilicet, eum fecit quasi unum ex nobis: Vel quando de Judæis ad gentes translatus est. Excæcatis enim Judæis, plenitudo gentium subintravit. *Rom.* 11. Hoc idem est, quod Maria cum Joseph tulit de Judæa puerum in Ægypto. *Matth. c.* 2. Et dicitur Ægyptus locus voluptatis, idest, Ecclesia de gentibus, quia Christus per adventum suum amarum convertit in dulce. *Ezech. c.* 36. Terra illa inculta facta est ut hortus voluptatis. *Is.* 19. *in fin.* Benedictus populus Ægypti. *Isai. c.* 51. Ponet Dominus desertum ejus quasi delicias.

c Ut operaretur.] Operatur Dominus in se, per se; in nobis, pro nobis. Per se, creando, ut *supra* 1. In principio creavit, &c. Et justificando. *Isai. c.* 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, idest, per me. In se, recreando creaturam. *Psal.* Operatus est salutem in medio terræ. In nobis, cooperando. *Isai.* 26. Omnia opera nostra operatus es nobis, Domine. Pro nobis, glorificando bonos, malos condemnannando. *Isai.* 63. Dies ultionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. De utroque opere, idest, salvationis. *Isai.* 28. Irascetur ut faciat opus suum, alienum est opus ejus ab eo, ut operetur opus suum.

d Et custodiret] non solum operatur in Ecclesia, sed & custodit. *Psal.* Nisi Dominus custodierit civitatem, &c.

e Præcepit] Deus Pater, præcepit Christo, ut ex omni ligno Paradisi comederet, excepto ligno scientiæ boni, & mali, idest, ut simplices eligeret ad prædicandum, non litteratos. Unde Philippus eligitur in Apostolum, non Nathanael, quia peritus juris. *Jo. c.* 14. Et 1. *Cor. c.* 1. Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, *lib.* 1. *Moral. c.* 4. Apparuit Judas cum tribus millibus virorum, qui gladios, & tegumenta non habebant. Judas Christus, qui cum pauperibus, idiotis sine gladio scientiæ apparuit in hoc mundo.

i Non est bonum esse hominem] idest, non expedit, Christum esse solum in Paradiso. Solus esset Christus, si mortuus non fuisset. *Jo. c.* 12. Nisi granum frumenti, &c. *Ps.* Singulariter sum ego, donec transeam.

l Adjutorium simile sui] Hi sunt Prælati, & Doctores, & Prædicatores. 1. *Cor.* 3. Dei adjutores sumus. Sed non est verus adjutor, qui non est similis ei. Fecit enim adjutorium simile sui. *Rom.* 8. Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Sed qualis fuerit Christus, dicit *Psalm.* in persona ejus: Ego sum pauper, & dolens, salus tua, Deus, suscepit me. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

n Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & universis, &c.] idest, activos, & contemplativos adducit Pater ad Christum, ut imponat eis nomina, ut a Christo dicantur Christiani. *Jo.* 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum, &c.

O Immisit ergo

* Moraliter. *a* Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso] idest, Prælatum in Ecclesiam, per electionem. Unde in hoc, quod factus est homo extra Paradisum, prohibetur successio hæreditaria in Ecclesiastica dignitate. *B. Bernardus.* Iste est dignus Archidiaconatu, utpote Principis nepos, imo magis dignus, quia Episcopi consobrinus, in quo est tota episcopata progenies. Ita erat in veteri lege, quod filius patri succedebat, modo non sic. *Heb. c.* 7. Translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat.

c Ut operaretur] in se.

d Et custodiret] subditos. *Actorum* 20. Attendite vobis, & universo gregi. *Proverbiorum* 6. Discurre, festina, suscita amicum tuum: Ecce opus. Ne dederis somnum oculis tuis: Ecce custodia. *Cant. cap.* 1. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi.

f Ne comedes.] idest, ne innitaris prudentiæ tuæ. Nec tibi, sed gratiæ Dei adscribe, si quid scis, si quid facis. 1. *Corinthior.* 15. Gratia Dei sum id, quod sum

▲ *b* Ut videret,] Oculos Adæ illuminavit, ut omnia posset videre: sicut legitur, Benedictum totum mundum vidisse in radio Solis. *c* Quid vocaret] idest, ex quibus proprietatibus eis imponeret nomina. Et hæc impositio facta est in generibus singulorum, non in singulis generum.

d Omne enim,] idest, eo nomine, quo Adam, vocavit singula, eodem vocantur adhuc, vel æquipollenti, vel usque ad confusionem linguarum.

D *f* Adæ, &c.] inter omnia animantia sibi adducta. *h* Soporem, non somnum, sed extasim, in qua creditur interfuisse cœlesti Curiæ, ubi, multa futura vidit. Unde evigilans prophetavit de conjunctione Christi, & Ecclesiæ, & diluvio futuro per aquam, & judicio futuro per ignem, ita dicit

volatilibus cœli: *a* adduxit ea ad Adam, ut *b* videret, quid *c* vocaret ea: *d* Omne enim, quod vocavit Adam *e* animæ viventis, ipsum est nomen ejus. Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & universa volatilia cœli, & omnes bestias terræ. *f* Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus. *g* Immisit ergo Dominus Deus *h* soporem in Adam. Cumque obdormisset, *i* tulit *k* unam de costis ejus, & *l* replevit carnem pro ea. Et *m* ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in *n* mulierem, & *o* adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: *p* Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc *q* vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. *r* Quamobrem *s* relinquet homo patrem suum, & matrem, & *t* adhærebit uxori suæ, & *u* erunt duo in carne una. *x* Erat autem uterque nudus: Adam scilicet, & uxor ejus, & non erubescebant.

Aug. Alii dicunt, quod vere dormivit, & de dormiente sumpta est costa, ut læsus non credatur homo, vel ut potentia Dei major appareret, qoia non est excitatus. De costa vero viri, non de terra, formata est mulier, ut eam vir plus diligeret. De medio autem, non de capite, non de pede; ne domina, vel omnino subjecta putetur, sed socia. *k* Unam de costis] cum carne. *n* In mulierem,] idest, corpus mulieris ministerio Angelorum, de carne faciens carnem, de osse ossa.

p Hoc nunc os] Hoc adverbium, nunc, traxit Judæos in errorem, ut dicant aliam mulierem prius factam, de qua supra: Masculum, & feminam, & nunc secundam, quasi dicat Adam: Prior mulier facta est mecum de limo terræ, sed hæc nunc facta est de carne mea. Josephus dicit, mulierem extra Paradisum esse formatam, & cum viro in Paradisum translatam. Et quia nulla fit hic mentio de anima mulieris, opinati sunt quidam eam traductam de anima viri, sicut corpus de corpore. Sed ipsa est de nihilo, sicut anima viri. Per hoc autem, quod Scriptura ubique loquitur singulariter de muliere, convincitur error Judæorum, qui dicunt duas fuisse uxores Adæ, de quibus fingunt innumerabiles Genealogias. *q* Hæc vocabitur virago,] idest, a viro acta, ut sicut materia mulieris sumpta est de viro, ita nomen de nomine sumeretur.

r Quamobrem] quia de viri latere sumpta est, vel propter conjugium, quod ibi confirmatum est.

s Relinquet] corporali habitatione, vel affectu dilectionis: Sæpe enim major est affectus in uxorem, quam in parentes. Vel relinquet patrem, & matrem, ob hanc rem, idest conjugium, quasi dicat, non jungetur patri, vel matri conjugio. Hæ duæ personæ tantum hic excipiuntur a matrimonio. *Levit.* 18. & 20. & in Evangelio, plures. *u* Et erunt duo in carne una.] idest, ad unam carnem pueri gignendam, vel in uno carnali opere. Sed quia utrumque istorum habent fornicatores, ideo expone sic, & melius. [In una carne,] idest, uterque habebit potestatem corporis alterius. 1. *Cor.* 7. Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir: Similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. *x* Erat autem] Parum agit de statu hominis ante peccatum, quia parum fecerunt. *g* Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam.] idest, Deus Pater somnum mortis in Christo. Et dicitur mors Christi sopor, propter celeritatem, & facultatem resurgendi, & voluntatem moriendi. *Psal.* Ego dormivi, & somnum cepi. Quasi voluntarius. *Isai.* 53. Oblatus est, quia ipse voluit, *Jo.* 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Vel aliter, Immisit Dominus Deus soporem,] idest, quietem contemplationis in Prælatum: Est autem triplex sopor, scil. corporis, mortis, & contemplationis. Unde & Dominus ter invenit discipulos dormientes. *Matth.* 26. Primo redarguit, secundo non prohibuit, tertio commendavit. De tertio *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. *i* Tulit unam de costis] idest, austeritatem, & rigorem Prælati.

Matth. 19. *Mystice.* *Psalm.* 3. *Moraliter.*

l Et replevit carnem,] idest, compassionem, & mansuetudinem eum habere voluit. *Matth.* 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et *B. Bernardus*: Conqueritur, quia in principio nimis austerus fuit, ideo paucos lucratus est Deo. *m* Et ædificavit,] idest, ex sua compassione subditos roboravit. Unde tribus de causis passus est Dominus Petrum labi, Ut sciret ex seipso compati infirmitati aliorum, ut temeraria præsumptio supprimeretur, ut spes veniæ per simile peccatoribus præberetur.

Matth. 19. *Marc.* 10. 1. *Cor.* 6. *Ephes.* 5.

C A P. III.

SED & *y* serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus; Qui dixit ad mu-

o Adduxit eam] Ita subditi debent venire ad Prælatum, non e converso. *Jer. cap.* 15. Ipsi convertentur ad te, & tu non converteris ad eos. Modo e converso est *Isai.* 24. Sicut populus, sic Sacerdos. *B. Bernardus.* Et utinam non pejor, quam populus, sit Sacerdos.

A

p Hoc nunc os] quasi dicat Prælatus: Hi sunt ex fortitudine mea fortes, & ex compassione mea compassibiles. Ad hæc duo genera subditorum se debet conformare Prælatus, ut fortibus exemplum fortitudinis præbeat, & infirmis compatiatur *Ezech. c.* 3. Veni ad transmigrationem, & ad acervos novarum frugum. Per transmigrationem, fortes: Per acervos novarum frugum, infirmi. 1. *Cor.* 9. Factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacerem: Omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem. *r* Quamobrem relinquet homo] idest, Prælatus, omnem affectum carnalem circa parentes.

t Et adhærebit uxori suæ,] idest, Ecclesiæ, per amorem, & solicitudinem. *Deuteron.* 33. Qui dicunt patri, & matri, nescio vos; illi ad gradum Leviticum promoventur.

* *a* Adduxit ea ad Adam,] Formatis animalibus ad Adam adducuntur, idest, homines animales formati in conscientia per contritionem, debent ad Prælatum in confessione adduci, ut videant quid vocet, idest, ut discrete absolvat, & Christo reconcilieт. *Matth.* 16. Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis, &c. Et nota, quod dicit.

Moraliter.

b Ut videret quid vocaret] quia Prælatus tantum illos debet absolvere, quos novit esse suos. Unde sigillatim debet cognoscere suos. *Proverbior.* 27. Diligenter cognosce vultum pecoris tui, greges quoque tuos considera. *Joann.* 10. Qui intrat per ostium, Pastor est; huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & vocat eas nominatim *Exod.* 33. Novi te ex nomine. Vel cuncta animantia adduxit Dominus ad Adam, id est, omnes motus animales ante faciem boni viri, ut videat, in quo erravit. *Apoc.* 4. Animalia habebant oculos ante, & retro, ut videat, quid fecit, & quid faciendum.

e Animæ viventis,] Tantum vivis per gratiam imponitur nomen. Unde & Lazarus. *Lucæ cap.* 16. Lazarus nominatur, & non dives. Nomina honorum scripta sunt in cœlo, nomina malorum in terra. *Jerem.* 17. Recedentes a te, in terra scribentur; quia quod in terra scribitur, vel pulvere elationis, vel aqua carnalis voluptatis cito deletur.

EXPOSITIO CAP. III.

y SED & serpens erat callidior] Dicitur naturaliter: Unde caput tegit, corpore exposito. *Matthæi* 10. Estote prudentes sicut serpentes, &c. Et accidentaliter, quia diabolus loquebatur. Ejectus enim diabolus de Paradiso spirituum, invidit homini, quod esset in Paradiso corporum: sciens quod si peccaret homo, sicut ipse ejiceretur. Timens autem a viro deprehendi, mulierem primo aggressus est in serpente, qui tunc erectus erat, habens vultum virgineum, ut dicit Beda.

a Cur

lierem: *a* Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso, *b* vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus, ne *c* comederemus, & ne tangeremus illud: *d* ne forte moriamur, Dixit autem serpens ad mulierem; Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, *e* aperientur oculi vestri: & *f* eritis sicut Dii, scientes bonum, & malum. Vidit *g* igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum: & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo: Qui comedit, & *h* aperti sunt oculi amborum. Cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt *i* folia ficus, & *k* fecerunt sibi perizomata. Et *l* cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso, ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & uxor ejus a facie Domini Dei in *m* medio ligni Paradisi. Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam audivi in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit: *n* Quis enim indicavit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Dixitque Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi † de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? *o* Quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi. Et *p* ait Dominus Deus ad serpentem: quia fecisti hoc: *q* maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: *r* Super pectus tuum gradieris, & *s* terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

al. † non habet de ligno.

a Cur præcepit] idest, ut comederetis, sed non de omni, quærit, ut ex responsione occasionem inveniat dicendi ad quod venerat, quasi dicat, quod malum inde accideret?

b Vescimur:] idest, vescendi licentiam habemus.

c Ne comederemus, & ne tangeremus] idest, ne tangeremus, & ne comederemus. Et videtur mentiri mulier, quia de tactu nulla fuit facta prohibitio, sed tantum dictum est: de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Forte Adam exponens mandatum Domini mulieri dixit, ne tangeret illud lignum, quia ex tactu facile fit casus in gustum. Similiter *Tobiæ* 2. Vide ne forte furtivus sit: Non enim licet nobis edere, aut attingere de furto.

a. dist. c. 1. §. sed pon. Jandum 30. dist. c. sen- po dirsurb. serpens.

B

32. q. 1. cap. Adam, & d. mulier a.

d Ne forte.] Illud forte addidit mulier de suo. Sed cum forte sit adverbium dubitandi, dubitavit mulier, ergo peccavit ante comestionem pomi. Solut. Forte, est adverbium eventus, & dixit, forte, quia eventus ad utrumque se habuit. Et nota, quod diabolus inter omnes creaturas primo nominavit Deum: ut patet hic. Similiter in Evangelio primo vocat Jesum Nazarenum, quia novitas multum placet ei. Item quærit *Aug.* quare Deus permisit tentari hominem, quem sciebat casurum? Respondet, quia non esset laudabile homini, si bene vivere posset; quia, nemo male vivere suaderet, cum in natura posset, & in potestate haberet velle non consentire, Deo juvante: & ut alii casum istum timerent, & caverent, & propter bonum, quod inde secutum est, scil. incarnatio, passio &c. Nec est mirum si Adam permisit tentari, qui proprium Filium voluit tentari: Dederat enim ei talia arma, quæ nisi prior abjecisset, invicta firmitate eum tuerentur. Et *Aug.* Non permitteret summus Paterfamilias in sua Republica malum fieri, nisi inde bonum eliceret.

De prædest. 3. c. ut cognoverunt. Marc. 1.

Matth. 4.

e Aperientur oculi vestri:] non quia prius essent clausi, sed ut videntes nuditatem suam erubescerent, & ut sentirent, quod prius non sentiebant. Et potuit trahi ad duo, sicut Prophetia Caiphæ. Diabolus intellexit de oculis, idest, de rivulis concupiscentiæ, mulier de oculis intelligentiæ.

Joan. 11.

f Et eritis sicut Dii, &c.] *Gloss. Greg.* Primum parentem diabolus tribus modis tentavit. Gula, vanagloria, avaritia. Et tribus modis superavit. Gula, cum cibum vetitum comedendum suasit. Vana gloria, cum dixit: Eritis, sicut Dii. Avaritia, cum addidit: Scientes bonum, & malum. Avaritia enim etiam altitudinis est, cum supra modum sublimitas ambitur. Unde: Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sed eisdem modis a secundo victus est homine, quibus primum se vicisse gloriabatur.

Philipp. 2.

g Vidit igitur, &c.] *Eccl.* 26. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum. *Thren.* 3. Oculus meus deprædatus est animam meam *Job.* 31. Pepigi fœdus, &c.

h Aperti sunt] Ecce per comestionem pomi aperiuntur oculi. *Greg.* super *Job.* 24. Culpa oculos claudit, pœna aperit. Unde & dives in inferno Lazarum respexit in gloria, quem nolebat videre in miseria: *Lucæ* 16. Clauduntur oculi eorum, qui edunt de ligno scientiæ boni, & mali, idest, qui propriam voluntatem sequuntur. Unde signanter prius dictum est: boni, & post mali, quia qui hic bonum experiri volunt, in futuro malum experientur. Unde mali comedunt lignum scientiæ boni, & mali, sed sancti viri e converso comedunt lignum scientiæ mali, & boni, 1. *Petr.* 1. Prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias. Unde *Marc.* 15. signanter dicitur: Et dabant ei bibere vinum myrrhatum, & noluit bibere, quia Christus hic myrrham bibit, ut postea vinum biberet. *Habacuch.* 2. Vinum potantem decipit. Et *infra* Væ qui potum dat amico suo mittens fel, & inebrians, ut aspiciat nuditatem illius. Primo debet esse cibus, postea potus. Unde & Christus primo cibavit Apostolos corpore suo die cœnæ, & postea potavit eos die Pentecostes aqua sapientiæ salutaris.

D

Eccl. 15. De pon. dist. 1. c. & venit. De penit. dist. 5. c. Judas. Marc. 15. c. 32 q. 5. c. Adam.

k Fecerunt sibi perizomata:] idest, succinctoria, vel brachas. *l* Et cum audissent.] *Gloss.* Unde hora nona Christus spiritum emisit, qui sexta hora crucifixus fuit: ut eadem hora restitueretur homo, qua de Paradiso ejectus.

m In medio ligni] idest, sub ligno scientiæ boni, & mali, quod est in medio Paradisi.

De penit. dist. 2. c. serpens.

n Quis enim indicavit] *Glos.* Quis te ad hanc infirmitatem deduxit, nisi quod præceptum meum non observasti? Qui non humiliter confitens, sed superbe se excusans, & in auctorem mulieris culpam retorquens.

o Quæ respondit:] *Interlin.* Similiter superbe se excusat, & in conditionem serpentis culpam jactat.

p Et ait Dominus Deus, &c.] Serpens non interrogatur, quare fecerit, quia non ipse propria voluntate, & natura fecit, sed de illo diabolus, & per illum, & in illo, qui jam pro impietate, & superbia æterno igni destinatus fuerat. Et ad ipsum ergo refertur, quod serpenti dicitur, & qualis humano generi futurus sit, ostenditur.

q Maledictus es] *Glos.* Diabolus qui occulte serpit: Sicut enim per serpentem loquebatur, ita in serpente maledicitur.

r Super pectus] idest, superbiam, quia in pectore impectus animi dominatur. *s* Et terram comedes.] In Hebræo habetur, *asphar* idest, favillam, vel pulverem.

A *a* Inimicitias

Mystice. *m* In medio ligni] boni, & mali se abscondunt: Qui peccatum suum per hoc, quod audit, vel docet Theologiam, celare contendit. 1. *Petr.* 2. Sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. Vel ligna sunt boni, inter quos latent mali, cum tamen deberent fugere, secundum quod dicitur *Deut.* 23. Si fuerit aliquis inter vos nocturno pollutus somnio, ejiciatur extra castra usque ad vesperam. *Greg.* Nocturno somnio polluitur, qui occulta cogitatione peccat.

Mystice.

i Folia ficus,] Per ficus Clerici, qui si boni, optimi, si mali pessimi. *Jerem.* 24. Quid tu vides, Jeremia? Et dixi: Ficus bonas, bonas valde, ficus malas, malas valde, quæ comedi non possunt, quia Clerici corrigi vix possunt, quia faciunt sibi perizomata de foliis ficuum, idest, verbis peccatum suum, vel defendunt, vel occultant. Et nota, quod non foliis ficuum sanatur vulnus, sed ficubus ipsis, idest, bonis operibus. *Isai.* 38. De Ezechia, &c.

a Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & b tu insidiaberis calcaneo ejus. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo c ærumnas tuas, & d conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, e maledicta terra in f opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. g Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Et vocavit Adam nomen uxoris suæ h Eva: i eo quod mater esset cunctorum viventium. Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus k tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: l Ecce Adam factus est m quasi unus ex nobis, sciens bonum, & malum. n Nunc ergo o ne forte mittat p manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum. Et emisit q eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. r Ejecitque Adam: & s collocavit ante Paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.

C A P. IV.

ADAM vero t cognovit u Evam uxorem suam. Quæ concepit, & peperit Cain, di-

a Inimicitias ponam. *Gloss. Grego.* in Moral. Caput serpentis conterere, est initia suggestionis manu sollicitæ considerationis a cordis aditu extirpare, qui cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneo molitur, quia quem prima tentatione non percutit, decipere in fine tendit. Si autem cor in tentatione corrumpitur, sequentis actionis medietas, & terminus ab hoste possidetur, quia totam sibi arborem fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vitiavit. b Et tu insidiaberis.] *Interlin.* Si in illicita labatur, vel fini, cui maxime insidiatur diabolus.

c Ærumnas,] difficultates vincendæ pravæ consuetudinis. d Conceptus] idest affectus ad bonum opus paratos per consuetudinem bonam, victa consuetudine prava, cautius obtemperabis rationi, ne per aliquam perniciosam consuetudinem defluas. *Gloss. Aug.* Hos esse labores humani generis in terra nemo ignorat; & quod non essent, si felicitas quæ erat in Paradiso teneretur, indubitanter constat. e Maledicta terra, &c.] Terræ maledixit, non aquis, quia homo de fructu terræ contra vetitum manducavit, nec de aquis bibit, & in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum. Animalia quoque terrestria plus maledictionis habent, quam aquatilia, quia plus vivunt de maledicta terra. Inde Christus post resurrectionem, de pisce manducavit, non de terrestri animali. *Gloss. Strab.* Terra maledicitur, non Adam; ut cuncti, propter quos hæc scripta sunt, terrerentur, ne similia facientes simili pœna plecterentur. Ipse vero Cain, qui primæ prævaricationi fratricidium addidit, maledicitur, cum dicitur; Maledictus eris super terram. f In opere tuo:] *Gloss. Interlin.* non ruris colendi, sed peccato, sicut in *Hebræo* habetur. g Spinas,] *Rab.* Spinæ antea erant, sed non ut laborem homini inferrent, cui post peccatum fuerunt ad laborem, & afflictionem; sicut serpentes, & quæcumque noxia, ante erant innoxia. Et notandum quod Adæ extrinseca imponitur pœna, cum dicitur: Maledicta terra in opere tuo, mulieri vero intrinseca, cum dicitur: Multiplicabo ærumnas tuas, &c. quia seducta seduxit virum. h Eva:] idest vita. i Eo quod mater esset, &c.] Reddit causam nominis, quare vocaverit eam vitam. Animalitas conversa ad rationem, mater est vivorum, idest, bonorum operum. k Tunicas] quibus significatur mors, quæ post peccatum debetur naturæ. l Ecce Adam, &c.] Dupliciter potest intelligi: [Quasi unus ex nobis] idest Deus, quod pertinet ad insultationem, sicut dicitur: Unus ex Senatoribus, id est, Senator. Vel quod Deus esset non natura, sed creatoris sui beneficio, si sub eo manere voluisset. Sciens bonum, & malum, quasi potestatem Dei pœna sua disceret esse inevitabilem, quia pati noluit beatus, & consentiens, & habebit scientiam per pœnam, quam Deus habuit per sapientiam. m Quasi unus] idest, quasi nec illud, quod volebat, assecutus est; & perdidit, quod factus est. n Nunc ergo] Verba Dei sunt. o Ne forte mittat] Aposiopesis est, quæ irato, vel perturbato congruit. p Manum suam, &c. Impleto numero electorum, gustaturi erant de ligno vitæ, & sic ad beatum statum migraturi, sed custodia est adhibita, ne qui indigni facti sunt, attingant ulterius. q Emisit eum] supple quasi excommunicando, sicut homines nunc quoque pravi emittuntur ab Ecclesia. r Ejecitque Adam:] *Hier. Septuaginta.* Et ejecit, & habitare fecit contra Paradisum voluptatis, & statuit Cherubin, & flammeam rhompheam, quæ ponitur ad custodiendam ligni vitæ viam. Alius sensus est in *Hebræo.* Ait enim: Et ejecit Dominus Adam, & scilicet habitare fecit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, &c. non quod Adam habitare fecisse contra Paradisum voluptatis, sed illo ejecto, ante fores Paradisi Cherubin, & flammeum posuit gladium, ne quis posset intrare. s Et collocavit, &c.] Hoc per cœlestes potestates etiam in paradiso visibili factum esse credendum est, ut per Angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia, non tamen frustra, sed quia aliquid de Paradiso significat spiritali. [Et collocavit, &c.] Cherubin, plenitudo scientiæ, hæc est Charitas, quæ plenitudo legis est divinæ. Gladius flammeus pœnas temporales, quæ versatiles sunt, quoniam tempora volubilia sunt. Ad arborem igitur vitæ non ingreditur, nisi per Cherubin, idest plenitudinem scientiæ, idest charitatem, & per gladium versatilem, idest tolerantiam temporalem. [Et collocavit, &c.] Hoc est per ministerium Angelorum igneam custodiam constituit. Flammeus gladius tribulationes, & labores, & dolores hujus vitæ, quibus nos exercemur: Vel sententia justæ damnationis, quæ homini data est, qui ita damnatus est, ut Christi Passione redimi posset. Unde gladius versatilis dicitur, quia potest removeri. Remotus est enim Enoch, & Heliæ, & quotidie removetur fidelibus de hac vita ad supernam beatitudinem transeuntibus. Nec dicit flammam, & gladium, sed flammeum gladium. Qui enim ad paradisum redeunt, necesse est, ut igne Spiritus Sancti omnes concupiscentias hujus vitæ exurant, & gladio verbi Dei omnia noxia præcidant.

De penit. dist. 1. cap. Adam.

EXPOSITIO CAP. IV.

ADAM vero t cognovit, &c.] Breviter transit Moyses generationes Adæ, ad tempora festinans Abrahæ, & plures filios, & filias subticet, quæ Methodio martyri in carcere oranti revelata sunt, cum multis aliis. Et sicut dicit *Gloss.* Virginitas in Paradiso, opus autem conjugii extra celebratur. Fuisset tamen in Paradiso honestum conjugium, nisi prius inobedientia meruisset exilium, quam Deus induxisset carnale consortium.

△ Possedi.] *Hebræus*

Moraliter. t Adam vero cognovit] in Paradiso continuerunt, egressi statim ad carnales delicias transierunt. Deficiente enim spirituali solatio, curritur ad temporale: Unde 1. *Reg.* 15. Dum diceret Samuel Sauli: Abjecit te Dominus, statim Saul dixit: Honora me coram populo, quasi dicat: Ex quo amisi solatium Domini, curram ad solatium mundi. Utrumque enim simul haberi non potest. *Matth.* 6. Non potestis Deo servire, & mammonæ. *Hieron.* Nimis delicatus est miles, qui vult gaudere cum mundo, & in futuro regnare cum Christo. Multi hodie currunt ad solatium mundi, spreto solatio Christi: unde conqueritur Dominus *Jerem.* 2. Dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Bonus autem spreto gaudio mundi quærit a Christo solatium, propter quod ipsum dimisit. In *Psalm.* Redde mihi lætitiam salutaris tui. Vel Adam in Paradiso continens fuit, extra cognovit uxorem; idest clerici, dum sunt Parisius, continentes sunt, & boni, sed cum ad partes suas redierint, laxant habenas, & rumpunt vincula. *Jerem.* 5. Ipsi cognoverunt viam Domini, & judicium Dei sui, & ecce magis hi simul fregerunt jugum, ruperunt vincula. u Evam] Eva vita, habens duos filios, quia duo genera hominum. Cain primogenitus animales: Abel secundo natus, spirituales. 1. *Cor.* 15. Primum quod est animale, deinde quod Spirituale, & bene possessio, & luctus fratres dicuntur, & possessio primogenita, quia *extrema gaudii luctus occupat.* *Prov.* 14. Item 22. Hæreditas, ad quam in principio festinatur, Ecce Cain, in fine carebit benedictione, Ecce Abel.

infr. 4. — Moraliter. — Psal. 50.

*d Cain

A *a* Possedi.] *Hebræus* habet, cooperata sum cum Deo: Quæ littera exponit istam. Est enim sensus: (Possedi hominem per Deum,) idest, acquisivi, Deo cooperante. In primis parentibus solus Deus operatus est, in ceteris cooperatus: Ipse per auctoritatem operatus, parentes per ministerium. Et alludit interpretationi nominis, quod dicit possedi: Cain enim interpretatur possessio. *b* Rursumque] Cain 15. anno Adæ natus est, Abel 30. Adā enim etsi in perfecta ætate factus est, tamen unius diei fuit, & unius anni, & sic de aliis. Et interpretatur Abel, nihil habens, quia parum vixit. Vel luctus ab eventu, quia parentes pro morte ejus centum annis fuerunt in luctu.

Hebr. 11.

Psalm. 77.

cens: *a* Possedi hominem per Deum, *b* Rursumque peperit fratrem ejus Abel. *c* Fuit autem Abel pastor ovium, & *d* Cain agricola. *e* Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. *f* Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de *g* adipibus eorum. *h* Et respexit Dominus ad Abel, & ad *i* munera ejus: ad *k* Cain vero, & ad munera illius non respexit. *l* Iratusque est Cain vehementer: & concidit vultus ejus. Dixitque *m* Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? Sin autem male, *n* statim *o* in foribus, *p* peccatum aderit? *q* Sed sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: *r* Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain adversus Abel fratrem suum, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain: Ubi est *s* Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio *t* Numquid custos fratris mei sum? Dixitque ad eum: *u* Quid fecisti?

c Fuit autem] ad litteram pastor ovium. Multum commendantur pastores, *infr.* 46. Viri pastures sumus. De David dicitur: De post fœtantes accepit eum. Ecce duorum fratrum studia diversa: Abel pastor, Cain tanquam avarus, & cupidus, agriculturæ operam dedit. *e* Factum est] Creditur, Adam docuisse filios, ut offerrent Deo primitias, & decimas. *g* De adipibus] i. de pinguioribus gregis: Modo non est sic. *h* Respexit Dominus ad Abel,] idest, gratus fuit ei. Quod enim amamus, libenter respicimus. *i* Et ad munera] idest, ad devotionem offerentis. Ipsa enim actio offerentis meritoria fuit: Et inde, primo dicit [ad Abel,] quia non offerens propter munera placet Deo, sed potius e converso. Deus enim non quantum, sed ex quanto considerat. Alia translatio habet: inflammavit Deus super Abel, & munera ejus, ex quo conjicitur, quod oblatio placuit Deo. Sic enim fiebat ad litteram tunc, quod ignis descendebat de sublimi, qui consumebat sacrificia bonorum, ut legitur *Jud.*6. De sacrificio Gedeonis. Et 3. *Reg.* 18. de sacrificio Eliæ. *k* Ad Cain] idest, Cain, & munera ejus displicuerant Deo. *m* Dixitque Dominus ad eum.] *Gloss.* Quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte dividas, peccasti? Quiesce: Ad te conversio ejus, & tu dominaberis illius. In *Hebræo* alius est sensus: Quare irasceris, & quare concidit vultus tuus? Nonne si bene egeris, dimittetur tibi, & si male egeris, ante fores peccatum tuum sedebit? Ad te societas ejus? Sed tu magis dominare ejus, quare irasceris, & invidia cruciatus, vultum in terram dimittis? Nonne si bene egeris, dimittetur tibi omne delictum? Vel secundum *Theodotionem*: Acceptabile erit, hoc est, munus tuum suscipiam, sicut suscepi munus fratris tui. Quod si male egeris, illico peccatum tuum ante vestibulum tuum sedebit, & tali janitore comitaberis. Sed quia liberi arbitrii es, moneo, ut peccatum non tibi, sed tu peccato domineris. *n* Statim in foribus aderit?] idest, manifestum erit, sicut id quod in ostio manifestum est. *p* Peccatum] idest, pœna pro peccato, vicem janitoris obtinebit, quia semper concomitabitur te, sive introeas, sive exeas: Juxta quod dicitur in *Psalm.* 120. Dominus custodiat, i. custodiet introitum tuum, & exitum tuum. *o* In foribus] i. in voluntate, inde ad actum quasi per januam egressurus. Omne enim peccatum adeo est voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum, ut dicit *Aug.* Vel, [Aderit] idest, insidiabitur tibi. Unde *Eccl.* 27. *in fin.* Illusio, & improperatio superborum, & vindicta, sicut leo insidiatur illi. Vel [Aderit] idest, adesse tibi debet, ut reprimat illud, & non permittas ingredi. Et ista lectio concordat cum eo, quod sequitur. *q* Sed sub te] quasi dicat, in te est, ut cohibeas, si vis. *r* Egrediamur] *Hieron.* dicit, quod hoc superflue apponitur in libris nostris, & Samaritanorum: Non enim legitur quid, sed forte dixit ei verba Domini increpantis. Ubi est?] Non ignorans quærit, sed fratricidium improperans. *t* Nunquid] Contumaciter respondit, quasi dicat, injuste quæris a me ubi sit, cujus me custodem non fecisti.

Moraliter. * *d* Cain agricola] quia divites hujus mundi terram, & carnem suam colunt quasi Deum. *Philip.* 3. Quorum Deus venter est, & gloriam in confusione. Boni liter excolunt carnem suam, sed aliter, disciplinando scilicet *Prov.* 24. Diligenter excole agrum tuum. Abel commendatur, quia de grege obtulit. Grex, virtutes, & bona opera. *Prov.* 13. Redemptio animæ viri, propriæ divitiæ. Cain displicet, quia se non obtulit, *Eccl.* 34. Dona iniquorum, &c.
g De adipibus] Quidam habent animas aridas. Unde *Judic.* 1. Dixit Axa patri suo: Terram arentem dedisti mihi. Adeps est interna devotio, quæ maxime nascitur ex duobus, ex recordatione præteritorum beneficiorum, & cogitatione futurorum.

Sap. 10. *Joan.* 3.

Allegorice. Allegorice *d* Cain agricola,] Per Cain populus Judaicus, per Abel gentilis cum capite suo Christo. Et bene per Cain populus Judaicus, qui totus terrenis possessionibus deditus fuit. *Joan.* 11. Si dimittimus eum, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Per Abel, qui luctus interpretatur, Christus significatur, qui ter legitur fuxisse. In Lazari suscitatione, *Joan.* 11. Quando vidit Jerusalem, *Luc.* 19. In Cruce. *Hebr.* 5. Cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus est. Unde *Isa.* 53. vocat eum virum dolorum, & scientem infirmitatem. Item Abel interpretatur, nihil habens: Et Christus Dei filius nihil omnino habuit, *Matth.* 8. Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Pauper in ingressu, pauperior in progressu, pauperrimus in egressu. Item Abel fuit pastor: Et Christus dicit *Joan.* 10. Ego sum pastor ovium, 1. *Petr.* 2. Conversi estis ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum. Cain occidit Abel, & Judæi Christum. *Apoc.* 13. Agnus, qui occisus est ab origine mundi, idest, in morte Abel præfiguratus occidi. Unde *Matth.* 21. Judæi intelliguntur in parabola ibi dicta de agricolis, qui occiderunt filium.
f Abel quoque obtulit de primogenitis gregis,] & Christus seipsum primogenitum ex multis fratribus. Populus fidelis grex. *Luc.* 4. Nolite timere pusillus grex. Christus primogenitus, ad *Rom.* 8.
g Et de adipibus] Duplex est pinguedo. Interior, quæ dicitur adeps, charitas, vel devotio. *Jeremiæ* 31. Inebriabo animas Sacerdorum pinguedine. Est enim pinguedo exterior divitiæ temporales. *Job* 15. Cooperuit faciem ejus crassitudo. *Augustinus* in libro Confessionum. Inflata facies mea claudebat oculos meos: auris tinniebat, & inani philosophia pinguedo ignem accendit, *Job* 21. Ad diem perditionis servatur malus.
l Iratusque est Cain] & Judæi contra Christum. Unde de Joseph *infra* 37. Nun poterant eum videre, eo quod a patre plus amaretur, & ideo quia plus Abel, quam Cain. *Sapient.* 15. Gravis est nobis ad videndum, quia dissimilis est aliis vita illius.
s Ubi est Abel] Hæc quæstio proponitur Prælatis, & Clericis omnibus negligentibus in correctione minorum, quasi dicat: Attende, ubi est Abel, idest, anima subditi tui per negligentiam tuam damnata, in luctu æterno, maxime cum vixeris de decimis, & eleemosynis ejus. Et hæc accusatio fiet in judicio contra clericos. *B. Bernardus*: Venient ante tribunal Christi, & audietur pupillorum querela gravis, & accusatio dura contra eos, quorum vixere stipendiis, nec diluerunt peccata. *Moraliter.*
u Quid fecisti?] Considera peccatum tuum. Pauci sunt, qui hoc faciant. *Jerem.* 8. Non est, qui super peccato suo agat pœnitentiam, & dicat, quid feci?
s Item [Ubi est Abel frater tuus.] Hoc dicitur cuilibet accipienti Eucharistiam, quasi: Vide quomodo custodis. Sed respondet Cain fratricida: Nescio.]
t Nunquid,] quasi dicat: Non est mihi tanti, ut velim eum custodire? Sed quid dicit Dominus?

* *a* Vox

a Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur *b* maledictus eris super terram, quæ *c* aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. *d* Cum operatus fueris eam, non dabit † fructus suos. *e* Vagus, & *f* profugus eris super terram. Dixitque Cain ad Dominum: *g* Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce *h* ejicis me hodie a facie terræ, & a facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur, qui inveniet me, occidet me. Dixitque ei Dominus: Nequaquam fiet ita, sed omnis, qui *i* occiderit Cain, *k* septuplum punietur. *l* Posuitque Dominus in Cain signum, ut non eum interficeret omnis, qui invenisset eum. *m* Egressusque Cain a facie Domini, habitavit in terra profugus, ad Orientalem plagam Eden. Cognovit autem Cain uxorem suam; quæ concepit, & peperit Henoch. Et *n* ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch. Porro Henoch genuit Irad; & Irad genuit Maviael; & Maviael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech. Qui *o* accepit uxores duas: nomen

al. † tibi.

Δ *a* Vox sanguinis] quasi dicat: Licet tu non confitearis, tamen sanguis fratris tui effusus vicem clamantis obtinet, nec opus est confessione, vel accusatione, ut condemneris. Vel (Vox sanguinis clamat) idest, adeo evidens factum, ac si clamaret sanguis. Unde *Interlin.* Evidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Judæi sic exponunt: [Vox sanguinis] idest, vox eorum, de quorum sanguine est, scilicet Adam, & Eva luxerunt eum. Vel, [Vox sanguinis] idest, illi, qui succederent ei, nisi eum interfecisses. Abel enim martyr, & pastor, & virgo fuit. *b* Maledictus.] Merito maledicitur Cain, & non Adam, quia sciens pœnam primæ prævaricationis, tamen fratricidium addidit. Unde plus peccavit, quam Adam, sicut innuit *Gloss.* Et quæ sit maledictio, subdit. *d* Cum operatus] quasi dicat, parum, vel nihil fructus etiam cum labore multo percipies. Vel [Maledictus eris super terram, idest, ab his, qui sunt super terram, quia omnes maledicent tibi, idest, imprecabuntur tibi mala pro fratricidio.

e Vagus] huc errans, atque illuc. *f* Profugus] procul de patria fugatus. *Hebræus* habet timidus, more scilicet, profugi. *g* Major est iniquitas, &c. *Prov.* 18. Impius cum venerit in profundum vitiorum, contemnit.

h Ejicis me hodie a facie terræ,] idest, a loco, in quo tecum loquor. Et dicitur ejici, quia gravis, & onerosus factus est omnibus, etiam sibi, quod jam in præsentia Domini non audeat comparere. *Job* 7. Posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis. Et nota, sicut lux infirmis oculis odiosa est, sanis autem delectabilis; & sano palato panis suavis, & infecto amarus, ita facies Domini sanæ menti delectabilis est, infirmæ autem offendiculum. *i* Occiderit Cain,] subauditur, liberabit eum a magna pœna, idest, si quis occideret Cain, liberaret eum a magna pœna. Quare? hic distingue. Quia *k* Septuplum punietur:) idest, punitio de ipso fiet per septem generationes, & septima occidetur, quia Lamech, qui fuit septimus ab Adam, interfecit eum. Unde alia translatio habet. Septem vindictas exolvet. Vel, [septuplum punietur,] idest, pro septem peccatis punietur usque ad septimam generationem. Septem enim peccata fecit. Non recte divisit, fratri invidit, dolose eum in agrum duxit, procaciter occidit, negavit, desperavit, pœnitentiam agere noluit. Vel, [Septuplum punietur.] Personaliter ille, qui occiderit Cain, plus punietur, quam Cain propter prohibitionem homicidii, quæ nondum facta erat. Ponitur etiam quandoque, septuplum, temporaliter. Unde exponunt, septuplum, idest, temporaliter. *l* Posuitque,] ut sciretur ab omnibus excommunicatus a Domino, & punitus, ne occideretur ab aliquo, sed longo labori reservaretur.

m Egressusque Cain a facie Domini,] idest, a præsentia illius creaturæ, in qua Dominus loquebatur ei.

o Accepit uxores duas,] contra præceptum Domini, vel contra jus naturale, quod dictat, quod una unius sit uxor. *Interlin.* contra naturam, & morem] idest, honestam conversationem. *n* Ædificavit] Hic patet, quod jam multi homines erant, licet eorum generatio taceatur, quos Cain convocavit ad urbem, quorum auxilio fecit eam.

Δ Et dicit

Moraliter. * *a* Vox sanguinis fratris tui clamat] idest, veniam petit pro peccatore, eo quod indigne sumpsit. *Hebr.* 10. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia eum, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? *Eodem* 12. Accessistis ad mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem melius clamantem quam Abel, videte ne recusetis loquentem. Bene dicit, melius clamantem, quam Abel. Sanguis Abel clamat vindictam. *Ps.* 78. Vindica, Domine, sanguinem, &c. Sed sanguis Christi clamat pœnitentiam. *Ezech.* 33. Nolo mortem, &c. *b* Maledictus eris,] *Job* 24. Maledicta sit pars illius in terra. *c* Quæ,] scilicet terra, [aperuit os,] Ecclesia aperuit os suum ad suscipiendum sanguinem Christi ad tria. Ad potum *Jo.* 6. Sanguis meus vere est potus. Ad lavacrum *Apocal.* 7. Laverunt stolas suas in sanguine Agni. Ad decorem. Sanguis enim ejus genas Ecclesiæ decoravit. *Cant.* 4. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absque eo, quod intrinsecus latet.

e Vagus,] Omnis peccator instabilis est, *Thr.* 1. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est. De Clerico, qui multiplicat præbendas, vere potest dici: Vagus, & profugus eris super terram: modo Parisiis, modo Rhemis. Sed bonus Clericus, qui non quærit datum, sed fructum, residet in Ecclesia sua, de quo *Psal.* 1. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est.

g Major est] Nota quatuor sunt, quæ aggravant peccatum. Qualitas generis, frequentia, diuturnitas, impœnitentia. Sed quantumcumque magnum sit, major est misericordia Dei. Quod si vis scire, pone peccata in statera Crucis *Job* 6. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris hæc gravior appareret. Peccata trahunt ad infernum, sed calamitas pœnitentiæ præponderans elevat ad cœlum. Non igitur te dejiciat qualitas peccati, idest, nova adinventio peccati: Novior enim Domini Passio. *Jerem.* 31. Novum faciet Dominus super terram, &c. *Isai.* 12. Notas facite in populis adinventiones ejus. Item, non te dejiciat peccati frequentia; habilis est enim Dominus ad remittendum. *Jerem.* 3. Fornicata es cum amatoribus, &c. Item nec te turbet peccati diuturnitas. Nullum enim peccatum æternum est, sed misericordia Domini ab æterno, & usque in sæculum sæculi. *Psalmus.* Ne memineris iniquitatum nostrarum, &c. Item nec te turbet, quod aliquando diffidentiam habuisti. Confidentiam habe, & veniam consequeris. *Hebr.* 4. Accedamus ad thronum gloriæ ejus cum fiducia, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in tempore opportuno.

m Egressusque Cain] Qui per peccatum egreditur a facie Domini, habitationem quærit in deliciis versus ad Orientem. *Ezech.* 8. Vide viros habentes dorsa ad templum, & orantes ad ortum Solis.

o Qui accepit, &c.] Lamech interpretatur doctrina, vel disciplina cordis, seu cor servitutis, & significat illos Doctores, vel Prælatos, qui ex corde servire deberent Deo, & docere subditos: Sed duas uxores accipiunt: una tamen tantum legitima est, idest, Ada, quæ interpretatur testimonium, significans sapientiam, de qua debet sumi omne testimonium. *Sapient.* 8. Hanc amavi, & exquisivi, & proposui illam sponsam mihi assumere. Alia uxor subintroducta est, nec est, vel una, Sella scilicet, quæ interpretatur umbra, & signat hypocrisim, quæ verba prætendit sanctitatis. Omnes hypocritæ cum Lamech bigamo sunt bigami, partim Deo, partim mundo servire volentes. Sed dicitur *Matth.* 6. Nemo potest duobus dominis servire. Vel prima uxor, quæ & una, est pœnitentia, quam quilibet sibi debet inseparabiliter desponsare in hac vita. Sed multi volunt huic uxori dare libellum repudii: Quibus dicitur per Angelum *Matth.* 1. Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Et secunda uxor, quæ vel una non est, est gloria, quam nemo debet sibi accipere hic: Filius enim Dei eam sibi retinuit uxorem. *Isai.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Propter hanc mortuus est Joannes, quia dicebat Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. *Marc.* 6.

▲ Et dicit *Josephus*, quod rapinis, & violentiis opes congregans invitabat eos ad latrocinia, & simplicitatem hominum ad mensurarum, & ponderum inventionem permutavit: Terminos terræ primus posuit: Civitates muravit ob timorem eorum quos lædebat.

dinem suam, non Dei, ad quam ipse factus est, sed eam amiserat per peccatum. Unde sicut ipse factus fuerat a Deo innocente, & immortali, innocens, immortalis, idest, potens non mori: ita ipse factus peccator, & mortalis genuit peccatorem, & mortalem; & hoc est ad similitudinem, & imaginem suam. Et nota, quod *Methodius*, & *Josephus* dicunt, septingentorum triginta annorum Adam fuisse, quando genuit Seth. Sed Moyses prætermisit centum aunos luctus pro morte Abel. Dicitur autem Ecclesia ab Abel incepisse, quia si ab Adam incepisset, non fuisset continua DCCCCXXX præter centum annos luctus: secundum *Methodium*, & *Josephum*.

▲ Henoch

uni Ada; & nomen alteri Sella. Genuitque Ada Jabel; qui fuit pater *a* habitantium in tentoriis, atque pastorum: & nomen fratris ejus † Jubal, ipse fuit *b* pater canentium cithara, & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri. Soror vero Tubalcain Noema. Dixitque *c* Lamech uxoribus suis Adæ, & Sellæ: Audite vocem meam uxores Lamech: auscultate sermonem meum: Quoniam *d* occidi virum in *e* vulnus meum, & adolescentulum in *f* livore meo. *g* Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech vero *h* septuagies septies. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium: vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem vocavit Enos. Iste *i* cœpit invocare nomen Domini.

al. † Tubal. al. † Juba.

C A P. V.

HIC *k* est liber generationis Adam in die, qua creavit Deus hominem. Ad † similitudinem Dei fecit illum: masculum, & feminam creavit eos, & benedixit illis: & vocavit nomen *l* eorum Adam in die, quo creati sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit † filium *m* ad imaginem, & similitudinem suam; vocavitque

al. † imaginem.

a Habitantium] Abel fuit primus Pastor: iste tentoria ad mutanda pascua invenit, greges ordinavit, characteribus distinxit: separavit greges secundum genera, oves a capris: secundum qualitates, unicolores a variis: secundum ætatem agniculos a matribus: commituras certis temporibus faciendas intellexit, & multas alias curiositates circa greges invenit. *b* Pater canentium] fuit, non instrumentorum, quæ longe post inventa fuerunt, sed consonantiarum: ut labor pastoralis quasi in deliciis duceretur. Et ne ars inventa periret, scripsit eam in duabus columnis. Una lateritia contra diluvium ignis: Altera marmorea contra diluvium aquæ; præsciebat enim futura. *c* Dixitque Lamech uxoribus] Secundum Josephum, Lamech divinitus sciens, videnfque Cain omni pœna subjacere, & sibi majorem pœnam deberi, prædixit hæc uxoribus. Hic enim diu vivens incurrit caliginem oculorum, & venationem exercens pro delectatione tantum, & pellium adeptione, quia nondum erat esus carnium concessus: ad indicium pueri eum ducentis dirigens sagittam, inter fruteta latitantem Cain interfecit, putans eum feram, & iratus super hoc, puerum interfecit. Et hoc est. *d* Occidi virum] idest Cain. *e* In vulnus meum,] idest, illatum a me. Vel meum, idest, pro quo vulnerabor. *f* In livore meo] idest, baculo. Et distingue inter livorem, & vulnus. Livor enim fit baculo, vel pugno, vel aliquo tali, ubi sanguis non effunditur, sed sub cute nigrescit: Vulnus autem fit sagitta, vel gladio.] [Vel in livore,] idest, zelo furoris. [Vel in livore meo,] idest, damnatione mea. *g* Septuplum ultio dabitur de Cain,] idest, gravis ultio sumetur de Cain, quia occidit fratrem suum. *h* Sed septuagies septies] idest, multo gravior sumetur de Lamech, quia occidit Cain. Vel sic, [Septuplum ultio dabitur de Cain,] gravis ultio sumetur de illo, qui occidit Cain, idest, de me: sed septuagies septies, idest, multo gravior sumetur de illo, qui occiderit Lamech. Hoc dicebat timens ne uxores suæ occiderent eum. Vel Cain dicitur punitus septuplum, quia septem generationibus fuit in miseriis, & ærumnis, & in septima occisus: Lamech vero dicitur punitus septuagies septies: quia septuaginta septem animæ egressæ de illo diluvio perierunt: in quo ipse adhuc vivens puniebatur: forte sciens hoc per revelationem sibi factam propter peccatum suum. *i* Iste cœpit invocare] Sed nunquid Adam prius invocavit, vel Abel? Responsio: Ideo dicitur prius invocasse: quia invenit verba deprecatoria ad Deum. Unde *Interlin.* dicit: Invocare, idest, colere, & deprecari. Vel ideo, quia primus invenit imagines quasdam, per quas excitaretur devotio orationum.

13.7.1.9 sed objicitur.

E X P O S I T I O C A P. V.

HIC *k* est liber] Epilogat Moyses de Adam, ut ad filiorum generationem convenienter accedat. *l* Nomen eorum Adam] non quod mulier sic vocata fuerit, sed quia res nominis convenit ei, sicut & viro. Adam enim interpretatur homo, vel terrenus, vel rubra terra, vel indigna. Et est simile *Luc.* 1. Et vocabis nomen ejus Jesum. *Gloss.* Non impones, quia ab æterno impositum est, idest, ab æterno convenit res nomini, idest, Salvator. Vel ideo, quia de viro sumpta est mulier, unde quasi unum nomen imponitur viro, & feminæ. *m* Ad imaginem, & similitu-

A Mystice. *k* Hic est liber] Iste est titulus veteris Testamenti. Titulus autem novi Testamenti: Liber generationis Jesu Christi. *Matt.* 1. Hic generatio Adæ terreni texitur: ibi autem generatio Adæ cœlestis: Ut sicut portavimus imaginem terreni, ita portemus & imaginem cœlestis, Primus quidem Adam de terra terrenus, secundus autem de cœlo cœlestis, 1. *Cor.* 1. Tota spes primæ generationis erat in terrenis divitiis, sed advenit liber generationis Jesu Christi promittens cœlestia. Igitur sicut cessant legalia, debent cessare promissa. *Hieron.* Sicut sacrificia non nisi in figura instituta sunt, ita non est longe a vero; temporalia tantum fuisse promissa, & data in figura æternorum. Et addit: Si aurum, & argentum reducis in Ecclesiam, reducis & sacrificia. Et sicut permisit Deus hostias sibi immolari, ut sibi potius quam dæmonibus offerrentur: ita & divitias dedit eis, ut potius eas a Deo, quam a dæmonibus expectarent. Postquam ergo advenit veritas, cesset umbra, non amplius audiatur illa vox vetus: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. *Isai.* 1. Jam enim vox turturis audita est in terra dicens: Agite pœnitentiam, appropinquavit enim regnum cœlorum, *Matth.* 4. Sicut dicit *B. Bernardus*. primæ generationis erat immunda nativitas, vita perversa, mors periculosa. Venit Jesus: primum abstulit conceptionis suæ munditia: secundum sanctæ conversationis exemplo: tertium pretio mortis suæ. Et nota tria, quæ fecit Dominus in prima generatione. Creavit, benedixit, nomina imposuit. Et in secunda tria similiter facit: Recreat per gratiam in Baptismo: benedicit in profectu virtutum, & bonorum operum coadjuvando: imponit nomina glorificando in futuro. *Isai.* *sexagesimoquinto* Vocabit servos suos nomine alio, *supra* 32. Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel.

A Mystice. al. Enon habet filium.

Eccl. 17. supr. 1.

Cant. 2.

m Ad imaginem, & similitudinem suam.] Adam ad similitudinem suam generat filios, & Jesus ad similitudinem suam recreat jam creatos, *prima Corinthior. cap. decimoquinto* Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus tales terreni, & qualis cœlestis tales cœlestes. Et nota, quod factus est homo ad similitudinem Dei in tribus. In intellectu sine errore, in voluntate sine contrarietate, in memoria sine oblivione, ut per intellectum bonum a malo discerneret, per voluntatem intellecta bona diligeret, per memoriam intellecta, & dilecta bona jugiter memoraret. Et distingue quinque Trinitates. Prima est increata, a qua cecidit homo; secunda creata, quæ cecidit; tertia per quam cecidit, quarta in quam cecidit; quinta per quam resurget. Prima Trinitas est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, potentia, sapientia, benignitas. Secunda Trinitas, ratio, voluntas, memoria. Tertia Trinitas, suggestio, delectatio, consensus.

Nota de quinque Trinitatibus.

● Per

a Henoch] Nota ſicut in generatione Cain unus, id eſt, Lamech fuit peſſimus: ita in generatione Seth unus fuit optimus, ſcil. Henoch.

b Ambulavitque cum Deo:] de virtute in virtutem, & bonus fuit, & in bono proficiens. *Michææ* 6. Indicabo tibi o homo, quid ſit bonum, & quid Deus requirat a te: Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſolicite ambulare cum Deo tuo. Nos ſumus ſoliciti ambulare cum potentibus hujus mundi, & nolumus Deo noſtro facere ſocietatem. Vel aliter [Ambulavit cum Deo:] ideſt, translatus a Deo in Paradiſum terreſtrem, ubi & Elias poſtea raptus eſt, 4. *Regum* 2. Et creditur, quod iſti duo exibunt ante Antichriſtum, converſuri corda patrum ad filios, 2. *Malach.* 4.

Quidam ambulant.
- Cum Deo, prælati, rectores, *infra* Noe vir juſtus, &c.
- Poſt Deum, humiles pœnitentes, 1. *Reg.* 14. Aſcendit Jonathas manibus, & pedibus reptans, & armiger ejus poſt eum.
- Ante Deum, ſuperbi, præſumptuoſi, *Iſai.* 59. Averſi ſumus, ne iremus, &c.
- Poſt tergum Dei noſtri: & Petro volenti præcedere, dicitur: Vade retro, *Marc.* 8:
- A Deo: apoſtatæ inobedientes, *Iſai.* 31. Convertimini ad me, ſicut, &c.

nomen ejus Seth. Et facti ſunt dies Adam, poſtquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios, & filias. Et factum eſt omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth poſtquam genuit Enos octingentis ſeptem annis: genuitque filios, & filias, Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum: & mortuus eſt: Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Poſt cujus ortum vixit octingentis quindecim annis: & genuit filios, & filias. Factique ſunt omnes dies Enos nongentorum quinque annorum: & mortuus eſt. Vixit quoque Cainam ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainam, poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios, & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainam nongenti decem anni, & mortuus eſt. Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis: & genuit Jared. Et vixit Malaleel, poſtquam genuit Jared, octingentis triginta annis: & genuit filios, & filias. Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt. Vixitque Jared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch. Et vixit Jared, poſtquam genuit Henoch, octingentis annis: & genuit filios, & filias. Et facti ſunt omnes dies Jared nongenti ſexaginta duo anni, & mortuus eſt. Porro Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit † Mathuſalam: Et ambulavit Henoch cum Deo: & vixit Henoch, poſtquam genuit Mathuſalam trecentis annis: & genuit filios, & filias. Et facti ſunt omnes dies *a* Henoch trecenti ſexaginta quinque anni: *b* ambulavitque cum Deo, & *c* non apparuit, quia tulit eum Deus. Vixitque *d* Mathuſala centum octoginta ſeptem annis: & genuit Lamech. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus annis: & genuit filios, & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nongenti ſexaginta novem anni, & mortuus eſt. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: vocavitque nomen ejus Noe, dicens: *e* Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus.

al. † Mathuſalem.

c Non apparuit,] *Sapient.* 4. Placens Deo factus eſt dilectus, & vivens inter peccatores translatus eſt. Raptus eſt, ne malitia immutaret intellectum illius, aut ne fictio deciperet animam illius. *Eccleſiaſt.* 44. Henoch placuit Deo, & translatus eſt in Paradiſum, ut det Gentibus ſapientiam. Judæi translationem Henoch ſeptimo numero potius attribuunt, quam ſanctitati ejus, cum multi ſanctiores eo legantur. Quidam etiam Judæi dicunt, quod Henoch fuit Angelus incarnatus, & Elias fuit Phinees filius Eleazari Sacerdotis. Sed fabula eſt. Hic Henoch cum Elia alimonia Spiritus ſancti, vel fructu vitæ ſuſtentatur: in quo oſtenditur, quod homo ſemper viveret, ſi non peccaſſet.

d Mathuſalam, &c.] Iſte ſecundum *Septuaginta* ultra diluvium vixit. Sed *Hieronymus* probat, quod ipſo anno diluvii mortuus eſt.

e Iſte conſolabitur] quia per ipſum facta eſt reparatio generis humani, vel quia prædicabat diluvium imminere ad pœnam malorum, & ſolatium bonorum.

O Per hanc tertiam Trinitatem cecidit, ſecunda a prima. Quarta eſt impotentia, ignorantia, concupiſcentia. Quinta eſt fides, ſpes, charitas. Intellectus, ſive, ratio cecidit in lapſum triplicis ignorantiæ: Veri falſi, boni mali, commodi incommodi. Voluntas ſimiliter cecidit in triplicem voraginem, in concupiſcentiam carnis, in concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. Memoria etiam cecidit in triplicem foveam cogitationum, ideſt, in affectuoſas, quibus carni utilia cogitamus; curioſas, quibus ea, quæ mundi ſunt, inutiliter cogitamus; otioſas, quibus vana, & inutilia cogitamus. Sed eſt triplex fides, præceptorum, miraculorum, promiſſorum, quæ rationem tripliciter reformant. Per miracula quoad ignorantiam veri, & falſi; per præcepta quoad ignorantiam boni, & mali; per promiſſa quoad ignorantiam commodi, & incommodi. Spes etiam triplex eſt, veniæ de præteritis, gratiæ in præſenti, gloriæ in futuro: per quam triplex incommodum memoriæ reparatur. Charitas etiam in tribus conſiſtit. In corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, 1. *Timoth.* 1. Quæ etiam triplex eſt, Amor Dei, tui, & proximi. Et nota, quod generatio bonorum terminatur in decem propter obſervantiam Decalogi, malorum vero in undecim propter tranſgreſſionem ejuſdem. Item in generatione bonorum nulla femina numeratur, quia nihil in nobis femineum invenitur. Generatio vero malorum in femina terminatur, quia quod in eis eſt, molle, & femineum eſt. *Exod.* 1. Pharao, ideſt, diabolus interfectis maribus jubet feminas reſervari, Dominus etiam permittit molles, & effeminatos eſſe, *Iſai.* 3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis, & corruet populus. Nec vacat, quod femina, quæ ultimo ponitur in generatione malorum, Noema dicitur, ideſt, voluptas, quia etſi mali videntur aliquid bene incipere, totum vertunt ad corporis voluptatem. *Galat. tertio*. Cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini. Item nota quatuor generationis ſpecies. Prima ſine viro, & femina; ſecunda de viro ſine femina; tertia de viro, & femina. Omnes iſti per peccatum corruerant, unde excogitavit Dominus quartum modum de femina ſine viro. Hic fuit mirabilis, *Jerem.* 31. Dominus creavit novum ſuper terram, femina circumdabit virum. Hæc generatio alias reformavit, *infr.* 15. Generatione quarta revertentur huc. Contra tres primas generationes providit Dominus tres regenerationes. Prima eſt in Baptiſmo, ſecunda in pœnitentia, tertia erit in gloria. Inde eſt, quod trium nativitates celebrantur in Eccleſia, Joannis, Beatæ Virginis, Jeſu Chriſti, quia ſine peccato nati ſunt. *Beatus Bernardus* contra illos, qui non celebrant Conceptionem Virginis dicit: Etiam nec Nativitas celebraretur, ſi ſine peccato nata non fuiſſet. Joannes Domini gratia: Ecce prima regeneratio per gratiam baptiſmalem. Maria amarum mare: Ecce ſecunda in pœnitentia. Jeſus Salvator: Ecce tertia, quæ erit in gloria.

e Iſte conſolabitur nos] &c. *Eccl.* 44. Noe inventus eſt perfectus, juſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio; ideo dimiſſum eſt reliquum terræ, cum factum eſt diluvium.

D

Noe

Noe Christum significat, tum ratione nominis, tum ratione actuum. Noe enim interpretatur requies, & Christus dicit *Joan.* 16. In mundo pressuras, in me autem pacem habebitis. Noe datæ sunt septem animæ, & per eum salvatæ sunt, & Christo datæ sunt septem Ecclesiæ, de quibus loquitur Joannes in *Apocal. per totum.* Noe salvavit familiam suam per navem in aquis diluvii, & Christus familiam suam per Crucem in aquis baptismi. *Sap.* 14. Exiguo ligno committunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. De Noe dicitur. Iste consolabitur nos, & Christus dicit per *Isa.* 40. Consolamini, consolamini, popule meus. *Isa.* 91. Spiritus Domini super me, &c. Et *inf.* Ut consolarer omnes lugentes, ut ponerem consolationem lugentibus Sion, supple, misit me. *Mich.* 4. Congregabo claudicantem, & eam, quam abjeceram, colligam; & quam afflixeram, consolabor. *Ps.* Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, &c. *a* Et mortuus est.] Hæc clausula frequenter recitatur, & in fine vitæ omnium apponitur; ad significandum, quod omnes illi clamant ad nos, ut memores mortis simus. *Eccl.* 38. Memor esto judicii mei, sic enim erit & tuom. Mihi heri, & tibi hodie. Nota omnium interpretationem.

Psalm. 91.

Vixitque Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonagintaquinque annis: & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni, & *a* mortuus est.

CAP. VI.

b NOe vero, cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Japhet. Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, *c* videntes filii *d* Dei *e* filias hominum, quod essent pulchræ, *f* acceperunt uxores sibi ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus: *g* Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia *h* caro est. *i* Eruntque dies illius centum viginti annorum. k Gigantes autem erant super terram in diebus illis, Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias

EXPOSITIO CAP. VI.

b NOe vero cum quingentorum esset annorum] Secundum Bedam tamen quingentorum duorum annorum erat. Sed Scriptura non curat minutias.

c Videntes] Dicturus Moyses de diluvio, causam præmittit, quæ est luxuria. *d* Filii Dei] idest, filii Seth religiosi, vel incubi, idest, dæmones, qui cum mulieribus concubuerunt, & genuerunt gigantes, ut dicunt. *e* Filias hominum,] i. de stirpe Cain, humum sapientium. *f* Acceperunt] victi concupiscentia. Ideo malum est respicere mulieres. *Greg.* Non licet intueri, quod non licet concupisci. *Ps.* Averte oculos meos, &c. *Job* 31. Pepigi fœdus, &c. *c* Videntes filii] Nehemiæ *ult.* Vidi Judæos ducentes Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas, & filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Judaice. Azotus interpretatur ignis uberum, idest, voluptas carnis. Ammon, populus iniquus, aut populus inutilis, vanitas mundi. Moab ex parte, iniquitas diaboli, idest, soperbia. Has uxores accipiunt filii Dei, idest, Clerici contra præceptum Domini. *Deut.* 7. Non inibis fœdus cum eis, neque misereberis earum, nec sociabis cum eis conjugia. Hi nesciont loqui Judaice, quia raro, aut nunquam ad confessionem peccati, vel laudis accedunt. g Non permanebit spiritus meus] idest, indignatio mea, quasi dicat: nec ita indignabor, quod velim eum corrigere per flagella. *B. Bern.* Crudelior est omni indignatione hæc misericordia Domini, qua parcit peccatoribus, nec corrigit per flagella. In libro *Prosperi* legitur: Peccator cum peccat, non ideo a Domino non videtur, quia male agentis pœna differtur: gravius enim in eum discernitur, cum & ipsa correctio denegatur. *Isai.* 26. Misereamur impio, & non discet facere justitiam. In eodem, dicunt Angeli ad Dominum: Indulsisti, Domine, indulsisti genti, nunquid glorificatus es? quasi dicat non; Vel.] [Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum,] idest, non puniam æternaliter, sed temporaliter, idest, non accendet Dominus omnem iram suam. *Sap.* 16. Non in perpetuum ira tua permansit, sed in brevi ad correctionem turbati sunt. *h* Quia caro est.] idest fragilis, quasi dicat, ideo miserebor, qoia fragilis. Non ita de diabolo, quia spiritus est tantum, & non caro, & sine suggestione peccavit, ideo sine redemptione punietur. Et nota, quod Dominus quandoque punit, extra parcendo. *Osee* 4. Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ. Quandoque flagellando, *Isa.* 47. Iratus sum super populum meum, contaminavi hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua. Quandoque concupiscentiis tradendo. *Rom.* 1. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiont corpora sua. Quandoque excæcando, & indurando, *Isa.* 63. in fin. Quare errare nos fecistis, Domine, de viis tuis, & indurasti cor nostrum, ne timeremus te? [Caro] *Isa.* 64. Et tunc, Domine, Pater noster es, nos vero lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos; ne irascaris Domine satis. *Job* 13. Contra folium, quod a vento rapitur, ostendis potentiam tuam.

Ps. 118.

i Eruntque dies] Inducias dat eis Dominus, & locum pœnitentiæ. Et secundum statum hoc dixit Dominus, antequam arca incepta esset, scilicet centum viginti annis ante diluvium, sed increscente malitia, acceleravit vindictam. Et nota hic duplicem Dei misericordiam. Unam in præfinitione termini, cum dicit: Erunt dies illius 120. annorum. Alteram in acceleratione vindictæ, 2. *Mach.* 6. Etenim non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. Sed Dominus invitus accedit ad pœnam, & cito tollit illatam. Unde deliberat de vindicta, *Isa.* 27. Quis dabit me spinam, & veprem? In prælio gradiar super eam, succendam eam pariter. An potius tenebo fortitudinem meam? quasi dicat, non ibo. Et subdit quare: Pacem faciet mihi, faciet mihi pacem. Etiam dolet, quando flagellat, *Is.* 1. Heu consolabor super hostibus meis. [Eruntque dies illius, &c.] *Strabus*: Eruntque dies illius centum viginti anni ante diluvium, scil. ad agendum pœnitentiam: Sed quia in malitia perseveraverunt, ante præfixum terminum, centesimo anno deleti sunt. *Hier.* [Non permanebit Spiritus, &c.] *Hebræus*: Non judicabit spiritus meus homines in sempiternum, quoniam caro sunt: hoc est, quia fragilis est hominum conditio, non eos æterno cruciatui reservabo, sed hic reddam, quod merentur. Clementia est ergo, non severitas, quod peccator hic pro scelere visitatur. Unde Deus iratus dicit: Non visitabo super filias eorum, cum fornicatæ fuerint, &c. Et alibi: Visitabo in virga iniquitates eorum, &c. Ne autem videatur crudelis, quia locum pœnitentiæ non dederit, adjungit: Et erunt dies eorum centum viginti anni. Non enim intelliguntur prædicti anni esse humanæ vitæ, cum post inveniatur homo amplius vixisse, sed intelligitur ante annos viginti, quam inciperet arca fieri, quæ facta legitur centum annis, hoc Deum tantum ad Noe dixisse prænuntiando diluvium, non vitæ humanæ deinceps futuræ præscribendo spatium, sed eorum, quæ in diluvio erat deleturus.

Eccl. 18. *Ps.* 89.

Osee 4. *Ps.* 88.

k Gigantes] scil. quidam homines, immanes corpore, superbi viribus, inconditi moribus. Unde gigantes, quasi terræ filii dicuntur. In *Hebr.* habetur cadentes. Dicunt enim quidam Judæi, quod Angeli de cœlo cadentes, acceperunt sibi uxores, quos supra dixit Moyses filios Dei. Unde illud: Non permanebit spiritus meus, exponunt sic: Spiritus meus Angelicus non permanebit in æternum in homine, idest, in commixtione humanæ naturæ, sed certo tempore, scil. centum viginti annis. Et dicunt ideo diluvium fuisse, ut hanc copulam destrueret. *Methodius* dicit: Cain causam diluvii fuisse, quia filii Cain abutebantur uxoribus fratrum suorum: post uxores abusi sunt viris supergradientes: post exarserunt homines in alterutrum: post filii Seth concupierunt filias Cain contra præceptum Adæ, & inde nati sunt isti gigantes. Post diluvium etiam nati sont alii gigantes in Hebron filii Enach, qui transierunt in Ægyptum, & dicti sunt Titanes.

Num. 13.

Δ *a* Potentes

Myst'ce. *k* Gigantes] gy, quod est terra, per quos recte significantur amatores terrenorum, qui revera dicuntur cadentes. Quantumcumque enim isti ascendant in oculis mundi, magis cadunt in conspectu Dei. *Psalm.* Oculos suos statuerunt declinare in terram. *Jer.* 17. Domine, omnes, qoi te derelinquerant, confundentur; recedentes a te in terra scribentur, *Isa.* 26. Terram gigantum detrahes in ruinam. *Prov.* 21. Vir, qui erraverit a via doctrinæ, in coetu gigantum commorabitur.

Mystice. *Ps.* 16.

◯ *a* Po-

hominum; illæque genuerunt, isti sunt *a* potentes a sæculo viri famosi. *b* Videns autem Deus, quod multa *c* malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, *d* pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra. Et præcavens in futurum, & *e* tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit: hominem, quem creavi a facie terræ, *f* ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad volucres cœli. *g* Pœnitet enim me fecisse eos. Noe vero invenit gratiam coram Deo. Hæ generationes Noe, Noe vir justus, *h* atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit, & genuit tres filios, Sem, Cham, & Japhet. Corrupta est autem omnis terra *i* coram Deo, & repleta est iniquitate: Cumque vidisset Deus terram esse corruptam (*k* omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe: Finis *l* universæ carnis *m* venit coram me. *n* Repleta est terra iniquitate a facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. *o* Fac tibi arcam de

Δ *a* Potentes a sæculo] idest, a principio sæculi, vel longo tempore, *Baruc.* 3. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magni, scientes bellum, non hos elegit Dominus. *b* Videns autem Deus, &c.] Non in Deum pœnitentia cadit, aut dolor cordis, cui est de omnibus tam fixa sententia, quam certa præscientia, sed utitur Scriptura usitatis verbis coaptans se nostræ parvitati, ut ex cognitis incognita cognoscamus. Nam ira Dei non est perturbatio animi, sed judicium, quæ erogatur peccatori. Cogitatio vero cordis ejus, mutandarum rerum immutabilis ratio.

Infr. 8.

c Malitia hominum] Unde *Isai.* 24. Defluxit orbis, altitudo populi terræ infirmata est, & terra infecta est ab habitatoribus suis. *Osea* 4. Non est veritas in terra, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit.

B

1. Reg. 15. Eccl. 44.

d Pœnituit] *Antropopatós* est, & ponitur antecedens pro consequente, quasi dicat: Faciet Dominus, quod fecit pœnitens, scilicet mutabit opus suum, & hoc fecit voluntate, dispositione sua immobili permanente. [Pœnituit.] *Interlin.* Usitatis verbis nobis loquitur Scriptura, ut ex cognitis procedat ad incognita.

e Tactus dolore.] Hoc dicitur, ut ostendatur aliquo modo immensitas divinæ offensæ. Vel est *Antropospatos*, quando scilicet Deo, quod est hominis dicitur convenire. Judæis fecerunt eum dolere extrinsecus crucifigendo, sed non intrinsecus peccando.

f Ab homine,] idest, a majore usque ad minorem, *Ezech.* 9. A sanctuario meo incipite. *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion. *Eccl.* 40. Ab eo, qui utitur Hiacyntho, &c.

g Pœnitet me] *B. Bernard.* Pœnitet me, idest pœna tenet, idest, tenebit me, quia feci. *Isai.* 46. Ego feci, & ego feram. *Isai.* 43. Servire me fecistis in peccatis vestris, præbuistis mihi laborem in iniquitatibus vestris. *Zech.* 13. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in medio eorum, qui diligebant me. *h* Atque perfectus]

Est perfectio.
- Sufficientiæ, quam facit charitas. *Matth.* 5. Estote perfecti sicut Pater vester, &c.
- Comparationis, ut hic: Perfectus fuit in generationibus suis, idest, respectu suorum.
- Ordinis, *Levit.* 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum.
- Religionis, *Matth.* 19. & *Marc.* 10. Unum tibi deest: Si vis perfectus esse, &c.
- Prælationis, *Joann.* 15. Majorem hac dilectionem.
- Securitatis, 1. *Jo.* 4. Perfecta charitas, &c. foras mittit timorem.

i Terra] idest homo, propter quem cuncta creata, quo peccante omnia dicuntur corrupta. *Isai.* 24. Transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum. *Isai.* 33. Dissipatæ sunt viæ, cessavit transiens per semitam.

k Omnis quippe caro,] idest, homo, quo peccante, omnis caro dicitur corrupisse viam, quia propter eum omnis caro creata affligitur. *l* Finis] *Ezech.* 7. Afflictio una, afflictio ecce venit. [Finis] venit, venit finis. *m* Venit] beneplacito mihi judicio.

n Repleta est terra] idest, habitatores terræ, *Ezech.* 7. Fac conclusionem, quoniam terra plena est judicio sanguinum, & civitas plena est iniquitate. *o* Fac tibi arcam de lignis] scil. fortibus, & insolubilibus, & bene coarctatis, quæ alia translatio dicitur quadrata, ut nec vi ventorum, nec diluvii inundatione solvatur.

Δ *b* Bitumine

Mystice. Ps. 36.

Θ *a* Potentes.] *Psal.* Ecce peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt divitias. Et tanguntur hic per hæc nomina, Gigantes, potentes, famosi, tria, in quibus maxime gloriantur filii hujus sæculi, divitiæ, potentia, sapientia. *Hier.* 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, non glorietur fortis in fortitudine sua, non glorietur dives in divitiis suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me. *b* Videns autem] Duo notat hic Dominus, scil. impœnitentiam, & propositum adhuc peccandi, *Eccl.* 21. Fili, peccasti, non adjicias iterum, sed de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. *o* Fac tibi arcam] Verba patris ad filium præcipientis, ut sibi ædificet arcam, i. Ecclesiam, quasi dicat non alii. *Eccl.* 2. Ædificavi mihi domos. Et *Pr.* 9. Sapientia ædificavit sibi domum. Ex quo modo loquendi instruuntur Prælati, Doctores, & Prædicatores, ut non sibi, sed Christo ædificent, & profectum Ecclesiæ adscribant. Sunt enim quidam, qui sua quærunt, non quæ Jesu Christi. De quibus *Bern. in lib. de consider.* O venerandam sponsam talibus inclytam Paranymphis, qui ejus assignata cultui proprio dedicare quæstui non verentur. Et in eodem.

Mystice. Philip. 2.

Θ Mirum

C

Allegorice. Ps. 78.

Δ Allegorice. *o* Arca] Christi humanitas, quæ omnes fluctus persecutionum sustinuit. *Ps.* Omnes fluctus tuos induxisti super me. Et omnes, qui ad fidem ejus confugiunt, salvat. *Sap.* 14. Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Hæc arca facta est de lignis Sethim, ubi quatuor intelliguntur. Levia sunt, & caro Christi levis est sine omni peccato. *Isa.* 19. Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Imputribilia, & caro Christi imputribilis, *Psal.* Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Fortia, & Christus fortis ad alligandum fortem diabolum. *Luc.* 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Si autem fortior illo superveniens vicerit illum, universa arma ejus auferet. Similis albæ spinæ, & caro Christi similis carni peccatrici. *Rom.* 8. Deus mittens filium suum in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum. Item facta est arca de lignis lævigatis, idest planis, & caro Christi plana fuit sine omni macula, & sine ruga. *Job* 31. Si declinavit gressus meus de via, si secutus est oculus meus cor meum, si manibus meis adhæsit macula, seram, & alias comedat. Quinque cameræ in arca, & quinque vulnera in carne Christi. Per quæ & homines, & jumenta salvasti, Domine. *Cant.* 2. Veni columba mea, in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, &c. Sed signanter dicitur.

Ps. 15. Eph. 5. Ps. 35.

Δ *a* Mansiunculas

Moraliter.

* Moraliter. *o* Arca,] conversatio viri justi, quæ fluctibus persecutionum concutitur in hoc mari. 2. *Tim.* 3. Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Præcipit ergo Dominus cuilibet justo, ut arcam faciat, i. ut bonam conversationem habeat. Ligna sunt opera, quæ debent esse lævigata, i. plana absq; omni scrupulo offensionis, & reprehensionis. *B. Bern.* de sancto Malachia. Prima fuit virtus corporis sui, quod ita composite semper agebat, ut nihil posset inveniri in eo, quod posset offendere intuentes, 1. *Cor.* 10. Sine offensione estote. Item imputribilia debent esse opera per intentionem, quadrata per stabilitatem, albæ spinæ, similia, i. peccatoris pœnitentis vitam exprimentia. Sunt enim quidam imperiti, qui nolunt agere pœnitentiam, ne videantur peccatores fuisse, non attendentes, quod Dei filius, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, 1. *Pet.* 2. factus est in similitudinem carnis peccati. *Rom.* 8. 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, mendacem eum facimus, & verbum ejus in nobis non est. Hæc arca bicamerata debet esse per contritionem, & confessionem, & tricamerata per satisfactionem. Quæ consistit in tribus. In oratione, & jejunio, & eleemosyna. De quibus habemus *Matt.* 5. & 6. Habet etiam quinque mansiunculas. Prima est stercoraria, i. consideratio iniquitatis, & propriæ fragilitatis, *Amos* 4. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras. *Luc.* 13. Domine, dimitte illam

* & hoc

▲ *b* Bitumine, quod est gluten firmissimum, quo linita ligna nulla violentia dissolvuntur. *c* Trecentorum] scil. geometricorum, quorum quilibet septem cubitis humanæ manus impletur. *e* Arcæ] *Aug.* In prima habitatione, idest, in inferioribus semel camerata erat arca. In secunda super inferiorem habitationem, bicamerata. In tertia vero super secunda, tricamerata. Alii dicunt in inferioribus duas fuisse mansiunculas, & sic arcam fuisse bicameratam. Harum inferior stercora suscipiebat. Secunda escas, quæ apothecaria dicebatur. In superioribus tricamerata erat, ubi homines, & animalia congrua distensione continebantur.

lignis levigatis. *a* Mansiunculas in arca facies, & *b* bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus: Et sic facies eam; *c* Trecentorum cubitorum erit *d* longitudo *e* arcæ; quinquaginta cubitorum *f* latitudo; & triginta cubitorum *g* altitudo illius.

▲ *a* Fenestram.

Mystice. ⊙ Mirum est, quod clerici aliud esse, aliud videre volunt. Habitu milites, quæstu clericos, sed actu neutrum exhibent; quia nec pugnant, ut milites, nec evangelizant, ut clerici. Arca igitur de lignis Sethim imputribilibus, & lævigatis facta est, Ecclesia de Sanctis viris; imputribilibus per continentiam, & abstinentiam; & lævigatis, idest, planis sine offensione. 1. *Cor.* 10. Sine offensione estote Judæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego. Et quadratis, virtutum quadratura. Quadratum autem difficile movetur de loco suo; & si movetur, firme stat ubi cadit. Sic boni clerici, vix moventur ad prælationes. Et si forte fiat eis vis, firme stant, idest, bene se habent in prælatione. *Prover.* 17. Gemma gratissima expectatio præstolantis, quocumque se vertit, prudenter intelligit. E converso mali cito moventur, & postea promoti male stant, *Isa.* 23. Quasi in Cethim consurgens trans freta, ibi quoque non erit requies tibi. Et de Sobna præposito templi dicitur *Isa.* 22. Coronans coronabit te tribulatione; quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam; ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, & ignominia domus Domini tui. *a* Mansiunculas] fac Christo in Ecclesia militante, quia ibi diversitas meritorum. Et in triumphante, quia ibi diversitas præmiorum. *Jo.* 14. In domo Patris mei, &c. Et *Aug.* (*Lib. conf.* 8.) Displicebat mihi, quicquid agebam in sæculo præ dulcedine Dei, & decore domus ejus, quam dilexi. Et *post*: In qua alius sic, alius sic ibat. *b* Bitumine] idest, charitate linivit eam Christus interius, & exterius. Bitumen, quod est gluten indissolubile, significat charitatem Ecclesiæ, de qua *Cant. ultim.* Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, hoc est, diluvium non poterit dissolvere bitumen arcæ. Interius, & exterius linita est arca, quia Ecclesiæ duplex est charitas. Interior in affectu, exterior in effectu, *Isa.* 58. Cum effuderis animam tuam esurienti: Ecce affectualis charitas. Et animam afflictam repleveris bonis, orietur in tenebris lux tua: Ecce exterior in effectu. Bona est exterior, sed melior interior, quia omnis gloria ejus ab intus est. (*Psalm.* 44.) Bicamerata est arca, idest, Ecclesia quoad activos, & contemplativos. Et tricamerata quoad tria genera hominum, quæ sunt in Ecclesia Dei, scilicet Noe, Daniel, Job, idest, rectores, continentes, conjugati. *Ezech.* 14. Si fuerint tres viri in medio ejus, Noe, Daniel, & Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas. Item quinque cameræ sunt in Ecclesia militante, secundum *Aug.* Infima est sentina, per quam significantur luxuriosi, qui saltem nomine non numine, numero non merito sunt de Ecclesia cum bonis in Sagena Evangelica. (*Matth.* 13.) *Isa.* 7. Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminis Ægypti; Musca, quæ est in extremo fluminis Ægypti, propter immunditiam, & inquietudinem dicitur luxuria. Et recte dicitur in extremo fluminis, idest, Nili, qui in septem dividitur rivos, quia luxuria inter septem mortalia extremum locum tenet propter fœtorem, & immunditiam. Post sentinam sequitur stercoraria, idest, avaritia. Divitiæ enim stercora sunt, quæ in unum congregatæ foetent, dispersæ fœcundant. Unde sicut cloaca non est ad ornatum domus, sed ad necessitatem; ita divitiæ debent esse ad necessitatem Ecclesiæ. Et sicut quis quanto minus potest, immoratur in cloaca, ita debet & in divitiis. *Eccl.* 5. Noli attendere ad possessiones iniquas. *Senec.* Nihil magni æstimes, quod caducum est. *Isid.* Longe quippe a Deo est animus, cui vita ista adhuc dulcis est. Tertia autem est apothecaria. Hi sunt sacri verbi prædicatores, in quibus est refectio, & unguenta animarum. Qui tamen magis mercedem propriam diligunt, quam ægrotantium sanitatem. De quibus *Oseæ* 9. Dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Area, & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis. Quarta est mansio immitium animalium, idest, Prælatorum, & Principum, in subditos more ferarum sævientium. De quibus *Ezech.* 19. Et tu, fili hominis, assume planctum super Principes Israel, & dices: Quare mater tua Leæna inter Leones cubavit, in medio leunculorum enutrivit catulos suos, & eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est, & didicit prædam capere, hominemque comedere? Quinta est camera mitium, idest, claustralium. De quibus *Isa.* 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit; vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur; & puer parvulus minabit eos. Ultima est mansio hominum, & avium, idest, solitariorum, qui propter altitudinem contemplationis comparantur aquilæ. *Job* 39. Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum. *d* Longitudo] trecentorum cubitorum, quæ latitudinem sexies continet, significat, quod a primo justo usque ad ultimum per sex ætates habuit Ecclesia fidem Trinitatis operantem per dilectionem. *f* Latitudo arcæ] quæ quinquaginta cubitorum fuit, significat remissionem peccatorum, quæ fit per gratiam, quæ infusa est quinquagesimo die a Pascha super Apostolos, qui Ecclesiam dilataverunt per universum orbem. *g* Altitudo] triginta cubitorum est expectatio promissorum, quæ debetur observantibus Decalogum cum fide Trinitatis.

⊙ *d* Ostium *Allegorice.*

▲ *a* Mansiunculas in ea facies,] non mansiones, quia tantum humiles in ea habitant. *Matth.* 19. Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. *b* Bitumine] charitatis linita est caro Christi interius, & exterius, ut omnium vitiorum nostrorum carnalium, & spiritualium tenacitas solveretur. Peccatum quidem gluten est, sive vinculum. *Prov.* 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum constringitur. *Is.* 52. Solve vincula colli tui, captiva filia Sion. *B. Bern.* loquens de Deo, qui vere est, quomodo ligari possit, & nos, qui nihil sumus, distinguit tria genera vinculorum. Funes, clavos, & gluten. Funis dure ligat, & fortiter. Clavus durius, & fortius. Gluten suaviter, & secure. Funes sunt verecundia, & intuitus honestatis, qui retinent a peccato. Sed funes cito putrescunt, & intensa tentatio cito rumpit hos funes. Clavi sunt timor gehennæ, & timor offensæ. Gluten est charitas, qua Deo, & proximo copulamur suaviter. Hoc vinculum indissolubile debet esse. Hoc vinculo ligatus erat Paulus, qui dicebat: Certus sum, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua poterit me separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. *Rom.* 8. *d* Longitudo arcæ] est longanimis patientia Christi, qua mala nostra sustinuit, & nos adhuc ad pœnitentiam expectat. *Rom.* 2. An divitias bonitatis, & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *f* Latitudo] Charitas Christi, qua patienter pro nobis persecutiones malorum portavit, & bona sua nobis benigne communicavit, 1. *Cor.* 13. Charitas patiens est, benigna est. *g* Altitudo] arcæ, est Christi humilitas, qua exaltari meruit. *Phil.* 2. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum.

▲ Ostium Arcæ *Moraliter.*

* & hoc anno, usquedum fodiam circa illam, & mittam stercora, idest abominationem peccatorum, quæ feci, reducam ad memoriam. Apothecaria, idest, bonorum operum, & virtutum repositoria. *Joel.* 1. Demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ, quoniam confusum est triticum. Camera immitium animalium, severitas justi, qua movetur contra peccatores increpando. *Oseæ ult.* Parvuli eorum elidantur, & fœta ejus scindantur. *Ps.* 67. Increpa feras arundinis, &c. Camera mitium mansuetudo erga devios, & fragiles. *Galat. ult.* Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis. Quinta camera est hominum, & avium, quia quilibet justus debet esse homo laborando per opus, & avis volando per meditationem. Inde est, quod sponsus in Canticis aliquando vocat sponsam in agrum actionis, aliquando jubet, ut non excitetur de (*Cant.* 7. *Cant.* 2. 3. & 8.)

loco

loco contemplationis. Sunt vero quidam, qui volunt tantummodo aves esse. De quibus *Apostol.* 2. *Thess.* 3. Qui non laborat, non manducet. *Psal.* 72. In labore hominum non sunt. Alii sunt, qui semper laborantes in terra, nunquam de cœlestibus meditantur, quibus dicitur. *Isa.* 51. Elevare, elevare, consurge, Jerusalem. Longitudo, fides. Altitudo, spes. Latitudo charitas. Ostium, liberum arbitrium. Fenestra, quæ supra ostium disponitur: gratia, quæ movet liberum arbitrium. Consummatur arca in uno cubitu, hoc est in perfectione consiliorum. *Marc. c.* 10. Unum tibi deest: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Linita est arca bitumine charitatis, interius, quoad Deum, exterius quoad proximum.

al. † arca.

a Fenestram in † *b* ea facies & in cubitu *c* consummabis summitatem ejus. *d* Ostium autem arcæ pones ex latere deorsum. *e* Cœnacula, & tristega facies in ea. *f* Ecce ego adducam diluvii aquas super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est *g* subter cœlum, & universa, quæ in terra sunt, consumentur. *h* Ponamque fœdus meum tecum: & *i* ingredieris arcam tu, & filii tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum: Et *k* ex cunctis animantibus universæ carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum, masculini sexus, & feminini. De volucribus juxta genus suum, & de jumentis in *l* genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum: Bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint vivere. *m* Tolles igitur tecum ex omnibus escis, quæ mandi possunt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi, quam illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.

D

modi, non est dicendum in arca fuisse. Quæ autem in aquis, & in terris communiter vivunt, sicut lutri, vituli marini, extra Arcam habebant loculos præparatos, quibus se possent recipere velut in aridis. De avibus quoque marinis, & fluvialibus idem sentiendum. Quia cuncta animalium genera includuntur in Arca, significat quod ex omnibus gentibus, & nationibus congregata est Ecclesia: Sicut in disco Petri munda, & immunda sunt animalia. *Actor.* 10. Sic in Ecclesiæ Sacramentis versantur boni, & mali.

l In genere suo,] Per ista animantia diversi generis significantur boni, & mali, qui sunt in Ecclesia simul, numero saltem. Hoc est, quod legitur *Matth.* 13. De sagena ex omni genere piscium congregante. Et *Act.* 10. De disco, qui ostensus est Petro plenus quadrupedibus, & serpentibus, & volucribus. Hic est uterus Rebeccæ, ubi duo populi pugnabant, *infra* 25.

▲ *a* Fenestram] Hanc tradunt Judæi crystallinam fuisse. *b* In ea.] 3. *Reg.* 6. Ostium lateris medii erat in pariete domus dextræ. *c* Consummabis, &c.] Congrue arca in summo velut tecto quodam angusto cacuminata est, ut imbrium minas diffunderet, & ima in aquis stabilitate quadrata consistens, nec impulsu ventorum, nec impetu fluctuum, nec inquietudine animalium, quæ intus erant, inclinari posset, aut mergi. *e* Cœnacula] *Isidor.* dicit, Cœnacula esse inferiores mansiones, tristega vero tres superiores, quasi tria tecta. *Beda* super *Actor.* 20. dicit: [illegible]: stege Grece, tectum latine, & tristega triplicia tecta dicuntur. Trica tricæ, mora, vel mansio, vel ornamentum, quo mulieres ligant crines. Unde *Eccles.* 31. Hora surgendi non te trices. Alia littera habet, non te tristes. *f* Ecce ego, &c.] Comminatur Dominus diluvium, ut vel sic timerent homines peccare. Simile *Ezech.* 31. Et flumina eorum, quasi oleum adducam, ait Dominus Deus. *g* Subter cœlum,] Bene dicit, quæ subter cœlum sunt, quia ut dicit *Eccles.* 1. Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole, & ecce universa vanitas. Et ideo posuit in Sole tabernaculum suum, non sub Sole, idest, Ecclesiam, ut non figeret spem in terra cum malis, quos subvertit quotidie diluvium vitiorum. *h* Ponamque foedus] de te, & de familia tua conservanda ad reparationem generis humani.

i Ingredieris,] Ecce seorsum nominat viros, & seorsum mulieres; in egressu vero conjunctim ponit eos viros cum uxoribus; per quod significatur, quod tempore luctus, & afflictionis non est vacandum amplexibus. *Eccl.* 2. Est tempus amplexandi, & est tempus longe fieri ab amplexibus. Et *Zach.* 15. In die illa erit magnus planctus in Jerusalem, & plangent terræ familiæ, & familiæ seorsum: familiæ domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum. *Joel.* 2. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, 2. *Reg.* 11. dixit David ad Uriam: Numquid de via venisti, quare ergo non descendisti in domum tuam? Et ait Urias ad David: Arca Dei, & Israel habitant in papilionibus, & Dominus meus Joab, & servi Domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar in domum meam, ut comedam, & bibam, & dormiam cum uxore mea? Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam hanc rem.

k Et ex cunctis animantibus universæ carnis] *Augustin.* Quæritur de minutissimis animantibus: quales sunt mures, & stelliones, quales & muscæ, & scabrones, scarabei, & pulices, si numerus servatur. Solut. Quæ non de coitu generantur, sed de terræ humore, vel cadaverum, vel aliarum rerum corruptione nascuntur, non fuit necesse in arca esse. Quod innuitur, cum dicitur: De volucribus juxta genus suum, & de jumentis in genere suo: Illa quoque, quæ in domibus versantur, sicut pulices, & mures, & muscæ non fuit necesse secundum numerum esse, quæ intelliguntur tunc in domibus plura fuisse. Quæ autem ex commixtione diversi generis nascuntur, sicut muli, burdones, & hujus-

▲ Tolles

▲ *d* Ostium arcæ,] hujus, Christus, *Joann.* 10. Ego sum ostium. — Mystice.

a Fenestra] per quam lux intrat in Arcam. Beata Virgo, per quam venit in mundum Christus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. — *Joan.* 1.

▲ *d* Ostium arcæ,] vulnus lateris. De hoc ostio dicitur 3. *Reg.* 6. Ostium lateris medii erat in pariete domus dextræ. — Allegorice.

a Fenestra,] plagæ manuum, & pedum. *Proverb.* 7. De fenestra domus meæ prospexi per cancellos. Arca in conum tendens, in cubito consummatur; & vita Christi in angustia passionis super Crucem consummata est, *Luc.* 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec perficiatur? Per sentinam, sive stercorariam, ut pro eodem accipiantur, secundum *Bedam*, significantur improperia Christi. *Numer.* 19. Fimus vitulæ rufæ, jubetur comburi extra castra: Christus enim ad litteram extra civitatem passus est. Unde *Hebr.* 13. Exeamus ad eum extra castra, improperium ejus portantes. Et bene deberemus improperium ejus portare: Ipse enim peccata nostra portavit in corpore suo super lignum. 1. *Petr.* 2. Apothecaria, prædicatio Christi, in qua omnis bonorum affluentia, omnes reficiens laborantes. *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. Per tertiam, quæ immitium animalium, duritia vitæ Christi. *Psal.* 68. Pauper, & dolens ego sum. Per quartam, quæ est mitium, significatur mansuetudo Christi. *Matth.* 11. Discite a me, quia mitis sum, &c. *Jerem.* 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Quinta, in qua homines, & aves, significat duplicem statum Christi. Christus enim homo fuit in passione, sed avis in Ascensione. *Job* 5. Homo natus ad laborem, & avis ad volatum.

m Tolles igitur, &c.] *Ambros.* Solet quæri de animalibus, quæ tantum putantur vesci carnibus, utrum præter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati, quæ aliorum alendorum necessitas coegisset includi: vel quod magis credendum est, præter carnes alimenta esse potuerunt, quæ omnibus convenirent. Multa enim animalia, quibus caro cibus est, fructibus, promiscue vescuntur, maxime fico, & castaneis. Potuit ergo vir sapiens, & justus, divinitus admonitus, quæ cuique congrueret, alimoniam præter carnes reperire, & condere; & omnibus vesci coegit fames. Et nihil est, quod Deus suave, & salubre facere non possit: qui etiam ut sine cibo viverent, divina facultate donaret. — 2. *Petr.* 2.

EXPOSITIO CAP. VII.

Dixitque *a* Dominus ad eum, &c. [*b* Justum coram] Per hoc ostendit Dominus se in tribulatione suos non deserere. *Sapient. ultim.* In omnibus enim magnificasti populum tuum, Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis *Psal.* Cum ipso sum in tribulatione.

A

2. Petr. 2.

Psal. 90.

c Ex omnibus animantibus mundis tolles septena, & septena:] *Raban.* Non geminatum septenarium, idest, 14. sed tantum septem debemus accipere. Similiter duo, & duo, non quatuor, sed duo tantum, masculum, & feminam. Et notandum, quod animalia munda impari numero, idest, septenario introducuntur, immunda vero pari, quia impar numerus virtutis speciem prætendit; par vero infirmitatem. Plura sunt munda, ut egressus Noe de arca haberet, quid immolaret, & manducaret. Impari numero, quia impar numerus indivisibilis est, par vero divisibilis, per quod notatur bonorum incorruptibilitas, & malorum corruptio.

al. † tolle. 32. & 1. 2. 4. impress.

al. † non mundis.

B

Matth. 24.

d Septena, & septena:] Fuerunt, qui dicerent de mundis tantum sex masculos, & sex feminas ad procreationem, & septimum ad immolandum. Sed hoc patet esse falsum per hoc, quod subdit, masculum, & feminam. Et nota, quod Moyses hic vocat animalia munda, vel immunda secundum tempus suum, idest, secundum legem, licet tunc dicebantur, quæ naturaliter esui hominum non sunt apta. Vel in comparatione magis mundorum dicuntur immunda.

e Immundis] Omnia munda sunt naturaliter, sed comparatione melioris naturæ quædam dicuntur immunda, sicut bos leone melior, quia homini necessarior, propter quem creata sunt omnia.

f Adhuc] Simile *Aggæi* 2. Adhuc unum modicum, &c, & movebo terram.

g Quam feci] Delere potest Dominus omnia, quia ipse cuncta de nihilo fecit. *Sapient.* 22. Quis tibi imputabit, si damnaveris nationes, quas fecisti.

Moraliter.

Moraliter. *d* Septena, & septena:] ponuntur in arca de mundis, quia in septenario perfectio eorum exprimitur, qui per septem dona Spiritus sancti tendunt ad unitatem spiritus in vinculo pacis.

f Adhuc, &c. ego] Sancti exponunt, intelligentes per diluvium aquas Baptismi, ubi omnia peccata delentur, *Zachar.* 13. In illa die erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ: peccatorem vocat illum, qui per alium peccat. Menstruatam, illum, qui per se; qui Baptismus, & peccata, quæ sola voluntate fiunt, & peccata, quæ per alterius suggestionem committuntur, purgat, & diluit: Vel inundationem temporalis persecutionis. De qua *Nahum* 1. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se, & in diluvio prætereunte consummationem faciet. Sed potest distingui quadruplex diluvium, scilicet Baptismi, temporalis tribulationis, iniquitatis, pœnæ gehennalis. De primo *Ezech.* 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. De secundo *Job* 38. Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens? De tertio *Oseæ* 4. Maledictum, & mendacium, & furtum, & adulterium inundaverunt. De quarto *Matthæi* 24. Sicut fuit in diebus Noe ante diluvium, ita erit & adventus filii hominis. Duo prima diluvia sunt bonorum: duo ultima sunt malorum. Est etiam quintum diluvium gloriæ, quod est beatorum: *Matthæi* 25. Euge serve bone, & fidelis, &c.

C

h Septem dies,] Quia transeunte veteri lege, quæ deservit hebdomadi, idest, septenario, & adveniente nova, quæ deservit octoadi, idest, octonario, Baptismus venit.

al. † genus suum.

i Mense secundo, idest, duo menses, sexaginta dies sunt, unde idem significatur per secundum mensem, & per sexcentesimum annum, scilicet sex ætates: In quarum sexta arca ædificata est, idest, Ecclesia fundata, & aperti sunt fontes Baptismi, & irrupit confessio fidei prædicante Jesu, & Joanne. Et factum est diluvium vitiorum, mense secundo Jar, qui a Latinis Majus dicitur.

k Rupti sunt] *Interlinear.* ut non sensim de more fluerent, sed repentina inundatione terram operirent.

l Et cataractæ] Cataractæ, fenestræ, scilicet, nubes, quæ apertæ sunt, ut inde insolitæ, & majores pluviæ funderentur. Cataractæ vero proprie sunt ostia Nili, sed abusive pro omnibus fenestris ponuntur.

m Apertæ sunt,] *Nahum* 2. Portæ fluviorum apertæ sunt, & templum dirutum est ad solum, idest, quinque sensus laxantur in concupiscentias, & anima prolabitur ad terrena.

n Ingressæ sunt ad Noe] *Augustinus*: Præcepit Dominus superius septena, & septena de mundis, duo, & duo tolli de immundis; quomodo ergo nunc dicit duo, & duo intrasse, sive de mundis, sive de immundis? Sed hoc non refertur ad numerum mundorum, & immundorum, sed ad masculum, & feminam. In omnibus enim masculus, & femina duo sunt. Notandum vero quod dicitur: In qua erat spiritus vitæ] non solum de hominibus, sed & de pecoribus dictum, quia quidam de Spiritu sancto volunt intelligi, quod scriptum est: Insufflavit in faciem ejus spiritum vitæ: Sed quidam codices habent melius, flatum vitæ.

o Inclusit] In hoc innuit nobis Dominus, quod semper est murus, & juvamen suorum. *Zach.* 2. Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio

CAP. VII.

Dixitque *a* Dominus ad eum: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: te enim vidi *b* justum coram me in generatione hac. Ex *c* omnibus animantibus mundis † tolles *d* septena, & septena: masculum, & feminam: de animantibus vero † *e* immundis duo, & duo, masculum, & feminam: Sed & de volatilibus cœli septena, & septena, masculum, & feminam, ut salvetur semen super faciem universæ terræ: *f* Adhuc enim, & post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam, *g* quam feci de superficie terræ, Fecit ergo Noe omnia, quæ mandaverat ei Dominus. Eratque sexcentorum annorum, quando diluvii aquæ inundaverunt super terram. Et ingressus est Noe, & filii ejus, uxor ejus, & uxores filiorum ejus cum eo in arcam propter aquas diluvii. De animantibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod movetur super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus, & femina, sicut præceperat Deus Noe. Cumque transissent *h* septem dies, aquæ diluvii inundaverunt super terram. Anno sexcentesimo vitæ Noe, *i* mense secundo, septimo decimo die mensis, *k* rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & *l* cataractæ cœli *m* apertæ sunt, & facta est pluvia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Japhet filii ejus: uxor illius, & tres uxores filiorum ejus cum eis in arcam: Ipsi & omne animal secundum genus suum, universaque jumenta, in † genere suo: & omne, quod movetur super terram, in genere suo; cunctumque volatile secundum genus suum. Universæ aves, omnesque volucres *n* ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina, & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ: Et quæ ingressa sunt, masculus, & femina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus, & *o* inclusit eum Dominus deforis. Factumque est diluvium quadraginta diebus super ter-

medio ejus. Inclusit.] *Interlin.* quod homo facere non poterat, ne aquæ introirent, Deus exterius bituminavit. *a* At elevaverunt] quia Ecclesia per tribulationes exaltatur proficiens & numero, & merito. *Job* 9. Qui Arcturum & Oriona, Hyadas & interiora Austri. Et comparatur Ecclesia Arcturo, quia semper vertitur, & nunquam mergitur, imo, dum vertitur, erigitur.

D

Eccles. 39.

b Super aquas,] quia mali succumbunt tribulationibus, sed boni prævalent. *Isa.* 28. Flagellum mundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. *c* Quindecim cubitis altior] Quindecim constant ex septem, & octo. Et significat requiem animarum, quæ habetur in septima ætate plene post resurrectionem corporum, quæ erit octava die, & octava ætate. Montes excelsi, significant eminentiam scientiæ, quam operiunt aquæ, & excedunt quindecim cubitis, quia nemo potest attingere ad sciendum quanta erit gloria, & requies electorum, quam habent

Cap. 10. 11 q. 5. cap. quid ergo.

a dist. c. non est, §. naturale.

ram, & multiplicatæ sunt aquæ, & *a* elevaverunt arcam in sublime a terra. Vehementer enim inundaverunt, & omnia repleverunt in superficie terræ. Porro arca ferebatur *b* super aquas, & aquæ prævaluerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub universo cœlo. *c* Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat. *d* Consumptaque est omnis caro, quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quæ reptant super terram. Universi homines, & cuncta, in *e* quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Et delevit omnem substantiam, quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile, quam volucres cœli, & deleta sunt de terra. Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca,

per aquas baptizati. *Isai.* 64. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te. Idem significatur per centum quinquaginta, & per 15. quia centum quinquaginta constant ex septuaginta & octoginta, & in sacra Scriptura idem significat numerus compositus, & suus simplex. [Quindecim cubitis] Sunt, qui putant nec terræ qualitatem talem, nec altitudinem montium tantam ante diluvium fuisse, qualis, & quanta est hodie. *d* Consumptaque] Hoc factum est, ut & creatura Creatoris injuriam in homines vindicaret. *Sap.* 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Post pauca excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Et licet aqua ita desævierit contra inimicos Dei, tamen Noe, & suis nihil nocuit, imo tanquam justis servivit. Unde *Sap.* 16. Creatura enim tibi factori deserviens exardescit in tormentum contra injustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. *e* In quibus spiraculum vitæ] idest, illos, qui putant se vivere magnificantes se coram hominibus. *Job* 9. Ego in judicium veni, ut qui non vident, videant; & qui vident, idest, videre se putant, cæci fiant.

EXPOSITIO CAP. VIII.

RECordatus *f* est, &c.] Oblivio non cadit in Deum, sed quemadmodum oblivisci dicitur, quando non juvat; ita dicitur recordari, quando juvat. *Psal.* Non obliviscetur misereri Deus.

Psalm. 76.

g Omnium] quia cura est ei de omnibus pusillis, & magnis. *Luc.* 12. Nonne duo passeres veneunt dipondio, & unus non est in oblivione coram Deo. *Exod.* 10. Cuncti greges pergent nobiscum, nec remanebit ex eis ungula. *Sap.* 12. Non est alius Deus, nisi tu, cui cura est de omnibus. *h* Abduxit. &c.] Al. De illo spiritu intelligi potest, de quo dictum est: Spiritus Domini ferebatur super aquas: Tunc ferebatur, ut congregatis in unum locum terra appareret; nunc adducitur, ut ablatis aquis diluvii, faciem terræ revelaret. Vel potest per spiritum, ventus intelligi, juxta illud; Et stetit spiritus procellæ: cujus scilicet flatibus aqua recederet. *Osee* 13. Adducet Dominus ventum urentem de deserto ascendentem, & siccabit venas ejus. Ventus urens Spiritus sanctus ascendens de deserto, idest de cœlo, desiccans venas concupiscentiarum.

c. p. 1.

Psal. 106.

Et nota, sicut ventus aquas luto mistas exsiccat, & puras aquas magis pluere facit: sic Spiritus sanctus aquas concupiscentiarum exiccat, ut in prædicta auctoritate lacrymarum aquas fluere facit. *Psal.* Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, &c.

Psal. 147.

Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

CAP. VIII.

RECordatus *f* est autem Deus Noe, cunctorumque animantium: & *g* omnium jumentorum, quæ erant cum eo in arca, & *h* adduxit Spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ, & *i* clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli, & prohibitæ sunt *k* pluviæ de cœlo. *l* Reversæque sunt aquæ de terra euntes, & redeuntes, & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. Requievitque arca *m* mense septimo: vigesima septima die mensis super *n* montes Armeniæ. At vero aquæ ibant, & decrescebant usque ad decimum mensem. Decimo enim mense, primo die mensis apparuerunt cacumina montium. Cumque transissent quadraginta dies aperiens Noe fenestram arcæ quam fecerat, dimisit *o* corvum qui *p* egrediebatur, & non rever-

i Clausi sunt fontes] Hoc est, quod dicitur in *Psalm.* Congregans sicut in utre aquas maris. Dominus enim tribulationum amaritudinem temperat, & cohibet, ne in oppressionem Ecclesiæ ebulliant. *Nahum* 1. Increpans mare, & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum adducens. *Isai.* 1. Ecce in increpatione mea desertum faciam mare: ponam flumina in siccum.

Psal. 32.

A

k Pluviæ] idest, tentationes diaboli prohibentur, ne procedant usque ad subversionem. *Job* 38. Quis conclusit ostiis mare, & *post* Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: Usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus, &c.

l Reversæque sunt] *Eccles.* 1. Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur.

m Mense septimo] ab Aprili, non ab ingressu.

o Dimisit corvum] *Josephus* dicit, quod corvus omnia inveniens adhuc inundantia rediit ad arcam. Alii dicunt, quod illectus cadavere non rediit. Et si quæritur, quomodo postea fuit propagatio corvorum.

Ω Respondent,

Moraliter.

Moraliter. *n* Montes Armeniæ. Armenia interpretatur avulsio, & significat Sanctos, qui de aquis mundi hujus avulsi, & transplantati ad humorem gratiæ fructificant. *Jer.* 17. Et erit quasi lignum, quod transplantatum est super aquas, quod ad humorem mittit radices suas. De aquis istis, scilicet, gratiæ, dicitur *Job* 12. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, si emiserit eas, subvertent terram, idest, terrenitatem. Et nota, quod dicit: Arca requievit super montes Armeniæ mense septimo, quia in judicio futuro in ætate septima superbi, qui modo sunt montes, subjicientur Sanctis, quos modo conculcant. *Sap.* 5. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum. Et *post*: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. *Malach. ult.* Calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die, quam ego facio, dicit Dominus. Et nota, quod modo divisa sunt utile, & jucundum. Tribulatio enim est utilis modo, sed non jucunda *Hebr.* 12. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: sed in fine conjungentur simul utile, & jucundum. Unde sequitur: Postea vero fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. Unde etiam Sancti gaudebunt in suppliciis malorum. Quod probat *Beatus Bernardus* per has duas auctoritates: In omnibus requiem quæsivi. *Eccles.* 24. Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit. *Apocal.* 14. Si enim in omnibus requiem habebit Christus, & Sancti in omnibus sequentur eum; ergo sicut delectabitur in justitia malorum, & Sancti similiter. *Psalm.* 57. Lætabitur Justus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.

p Qui corvus egrediebatur, & non revertebatur] cadavere natante illectus, idest, luxuria. *Osee* 5. Non dabunt cogitationem, ut revertantur ad Dominum, quia spiritus for-

*nicationis

Ω Respondent, quod bene potuit invenire comparem suum. Alii dicunt, quod interceptus fuit aquis. Sed tunc non fuisset propagatio. Sed ex quo regressus est corvus quare emisit Noe columbam? Forte quia corvus nullum signum attulit.

a Donec siccarentur] Secundum *August.* idest, nunquam: Tali modo loquendi sæpe utitur Scriptura. *Matth.* 1. Accepit Joseph conjugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. 1. *Reg.* 3. Heli non poterat videre lucernam, antequam extingueretur.

B

tebatur, *a* donec siccarentur aquæ super terram. Emisit *b* quoque columbam post eum, ut videret, si jam cessassent aquæ super faciem terræ. *c* Quæ cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam. Aquæ enim erant super universam terram. Extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe, quod cessassent aquæ super terram: Expectavitque nihilominus septem alios dies, & emisit columbam, quæ non est reversa ultra ad eum. Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminutæ *d* sunt aquæ

c Quæ cum non invenisset] Quæstio est, quomodo columba non invenerit, ubi resideret, cum jam nudata essent cacumina montium, secundum narrationis ordinem? Quod recapitulatione potest solvi, ut posterius narrata intelligantur, quæ facta sunt prius, aut potius nondum siccata fuerant. *Gloss.* Et ita non poterat quiescere in palude, sicut nec in aquis. *d* Imminutæ sunt aquæ] Post septimam ætatem, tempore scil. resurrectionis omnino deficient aquæ tribulationis quoad bonos. *Isai.* 51. Gaudium, & lætitiam tenebunt, & fugiet dolor, & gemitus. *Isai.* 25. Auferet Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de universa terra. Etiam aquæ Baptismi tunc deficient, quia Bonis non erit necessaria purgatio, & malis impossibilis. *Exod.* 21. Si emeris servum Hebræum, sex annis serviet tibi, in septimo egredietur liber gratis, *Job* 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. *B. Bern.* Sex tribulationes justorum, sunt lucta contra carnis, & corporis desideria, & quinque sensuum voluptates, septima mors. Nec dicit *Job* in septima non inveniet te malum, sed non tanget te malum, quia mors Bonorum non gravat eos: unde & somnus dicitur. *Psal.* Cum dederit dilectis suis somnum, &c. *Jo.* 11. Lazarus amicus noster dormit, idest, quia amicus, ideo dormit.

Psal. 126.

Est dormitio.
- Naturæ. *Matth.* 26. Dormite jam, & requiescite.
- Mortis. 1. *Thess.* 4. Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus.
- Culpæ. *Ephes.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.
- Gratiæ. *Cantic.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat.
- Gloriæ. *Psal.* In pace io idipsum, dormiam, & requiescam.

Et bene dicit [Sexcentesimo primo anno, imminutæ sunt aquæ] quia in sexta ætate terminabitur Baptismus. Unde *Jo.* 2. Sex hydriæ tantum positæ sunt in purificatione Judæorum. Septima non est opus:

Ω *a* Aperiens

Moraliter.

* nicationis in medio eorum est, & Dominum non cognoverunt. Ecce quot mala facit luxuria. Ex quo enim spiritus fornicationis possedit cor, statim recedit cognitio Dei. *Prov.* 2. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur. Potest etiam per corvum significari scholaris aliquis, qui Parisios mittitur, ut bonos rumores contra diluvium afferat, sed sæpe aquis Scripturæ intercipitur, vel cadaveri, idest præbendæ illicitur, nec revertitur ad arcam, idest ad parochiam suam, quæ miserat eum. *Prov.* 7. Non est vir in domo sua, abiit via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ Lunæ reversurus est in domum suam. Sed columba est bonus scholaris, qui studet, ut proficiat illis, qui miserunt eum, & tempore suo redit ad arcam, ferens ramum in ore, idest, doctrinam cum bono opere, per bonam famam. *Cant.* 2. Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. *b* Emisit quoque] Hic notatur quadruplex emissio. Primo emittitur corvus, sed illectus cadavere non revertitur. Secundo emittitur columba, quæ non inveniens ubi pes ejus requiesceret, revertitur. Item emittitur columba, quæ ferens ramum olivæ, revertitur. Item emittitur, sed non revertitur. Noe, Christus mittens Prælatos, & Prædicatores ad considerandum terram, ad revocandum perditos, ad curandum infirmos, ad consolandum mæstos. Sed corvus, idest, malus Prælatus, illectus vanitatibus, & voluptatibus hujus mundi, ad arcam Ecclesiæ non revertitur. Sed columba, idest, bonus Prælatus, non inveniens nisi luctum, & sordes in temporalibus, ubi mentis pedem figere non potest, revertitur. Audi corvum non regressum, sed cadavere irretitum. *Sapient.* 2. Venite, & fruamur bonis, quæ sunt, tanquam in juventute celeriter. Vino pretioso, & unguentis non impleamus, & non prætereat nos flos temporis. *Isai.* 22. Ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & jugulare arietes; comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. *Sophoniæ* 2. Vox cantantis in fenestra, corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur ejus. Vox cantat in fenestra, quando delectationis illecebra sensui suggeritur; & tunc quandoque ratio cantu, & modulamine capitur. Et post, corvus in superliminari auditur, idest, ratio procrastinat emendationem de die in diem. *Augustin. in lib.* 8. *Confess.* Cogitationes, quibus meditabar in te, Domine, similes erant conatibus expergisci volentium, qui tamen superati soporis altitudine, demerguntur. Nec erat, quod tibi responderem dicenti mihi: Surge, qui dormis, nisi tantum verba lenta, & somnolenta: modo ecce modo, sine paululum, sed modo, & modo non habebat modum, & sine paululum in longum ibat. Item columba emittitur ad revocandum perditos, & revertitur portans in ore ramum olivæ, quia bonus Prælatus pacem, & misericordiam prædicans, fructum suæ prædicationis reportat Domino. *Isai.* 57. Creavi fructum labiorum, pacem; pacem ei, qui longe est, & ei, qui prope est, *Psalm.* Venientes autem venient, cum exultatione portantes manipulos suos. *Oseæ ultim.* Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Item quod columba ramum olivæ detulit ad arcam in ore, significat, quod extra Ecclesiam baptizati possunt reverti ad Ecclesiam per osculum pacis. Ultimo missa columba non est reversa, quia transitus de fide ad speciem significatur ibi, a qua nullus bonus revertitur. De corvinis pastoribus, qui ea, quæ dicta sunt, faciant dicit Dominus *Ezech.* 34. Facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum, eo quod non esset pastor. Neque enim quæsierant pastores gregem meum, sed pascebant semetipsos, & greges meos non pascebant. Et *infra*: Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas. Et *infra*: Quod perierat requiram, quod abjectum erat, reducam; quod confractum fuerat, alligabo; & quod infirmum fuerat, consolidabo. Item corvus emittitur de arca, quando aliquis vagatur a conscientia sua, & sæpe, vel aquis concupiscentiæ intercipitur, vel cadaveri luxuriæ illectus retinetur. Ideo dicit Dominus cuilibet, qui est in arca, idest, in Ecclesia, *Isai.* 26. Ingredere io domum tuam, & intra in cubiculum tuum. Hoc est, quod in secreto mentis nostræ nos debemus abscondere, ne simus sicut corvus, qui evolans ab arca non rediit, donec aquæ siccarentur. Vita præsens diluvium est, quod siccatur in morte; & tunc malus redit ad conscientiam: *Sapient.* 4. *in fine*: Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates eorum. *Roman.* 2. Ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in illa die, cum judicabit Deus occulta hominum. *Gregorius*: Quomodo angustæ erunt viæ undique reprobis: Superius erit judex iratus, subtus horrendum chaos, a dextris peccata accusantia, a sinistris infinita dæmonia ad supplicium trahentia, intus urens conscientia, foris mundus ardens. Miser peccator sic deprehensus, quo effugies? Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Si quæris quis te accuset: Dico, quod totus mundus, quia offenso Creatore, omnis creatura habet per[...]dinem odio.

Psalm.

Ω a Aperiens Noe tectum] Tectum arcæ involutio myfteriorum. Modo tectum eft fuper aquam, & tunc aperietur. *Jo.* 14. Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifeftabo ei meipfum. 2. *Cor.* 3. Cum converfus fuerit Ifrael ad Deum, auferetur velamen. *c* Egredere] Ecce Noe præcedit, ita Chriftus femper nos præcedit in omni bono. *Ifai.* 52. Non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis, præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Ifrael: ex quo tamen mortem non evadimus, quia Domini, Domini exitus mortis. *Pfal.* 67. *b* Menfe fecundo] *Strabus*, ideft, Majo. Noe annum fecit in arca, & ipfa die, qua ingreffus fuerat, egreffus eft. Ingreffu eft enim decima feptima die menfis fecundi, nunc dicit, quia egreffus eft feptima, & vigefima die ejufdem menfis. *Sup.* 7. & *infr.* 8. Sed fciendum eft, quia fi præfenti diei addantur 11. qualis Luna eft hodie, talis erit poft annum ipfa die. Quando ergo Noe ingreffus eft 17. Luna, vel 17. dies menfis fecundi fuit; ideo poft annum 11. additis, fuit 27. dies, & 27. Luna. *d* Crefcite, & multiplicamini] Modo imminutus eft numerus bonorum, fed in futuro poft diluvium augebitur. *Prov.* 28. Cum furrexerint impii, abfcondentur homines, & cum illi perierint, multiplicabuntur jufti. *f* Ædificavit autem Noe] Sic Moyfes poft tranfitum maris, & fubmerfionem hoftium, gratias egit Deo, dicens: Cantemus Domino, &c. *Exod.* 15. Per quod inftruit nos Scriptura, ut poft victoriam, & evafionem periculorum, gratias referamus. Quod quia non fecit Ezechias, infirmatus eft ufque ad mortem. *Ifai.* 38. Unde *Ifai.* 43. Non obtulifti mihi arietem holocaufti tui, nec victimis tuis glorificafti me. *g* Mundis,] Ecce quare feptem de mundis pofita fuerunt in arca, ut fepeimo immolato, fex fufficerent propagationi, & hominis efui. *Nahum.* 1. Celebra, Juda, feftivitates tuas, & redde Altiffimo vota tua, quia non adjiciet ultra, ut tranfeat per te Belial, quafi dicat, totum diluvium exundavit. *Thren.* 4. Completa eft iniquitas tua, filia Sion, non addet ultra, ut tranfmigret te. *b* Odoratufque eft] ideft, talis oblatio placuit Deo, ficut odor fuavitatis placet homini. Et eft hic argumentum, quod opera legis funt, vel erant meritoria. Vel [Odoratus,] ideft, fecit redolere fuaviter, & odorari. Et hoc unum eft de miraculis, fcil. quæ tunc temporis acciderunt, fcil. quod locus odoriferus ibi erat, ubi tanta fanguinis effufio fiebat.

i Prona funt] quafi dicat, ideo magis excufabiles funt, quia fragiles. *k* Non igitur ultra percutiam,] ideft, non ultra percutiam terram generali diluvio aquæ propter peccata hominum.

l Non requiefcent] ideft, toto tempore poft, erit temporum viciffitudo ad hominum fervitium. Hoc eft, modo ver, poft æftas, poft autumnus, poft hyems. Ufque ad diluvium non fuerant ita diftincta tempora, quia nec ante diluvium pluerat, quia necdum aquæ collectæ fuerant in nubes, ut dicunt. *Myftice.* Myftice *e* Egreffus eft ergo] Nota ordinem: Egreffus Noe de arca, fignificat egreffum de hoc mundo ad vitam æternam in refurrectione. Primo, Noe, & filii ejus; fecundo, uxores eorum; deinde animalia. Noe Chriftus, qui primus egreffus eft ad gloriam refurrectionis. 1. *Cor.* 15. Chriftus refurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Filii Noe, Apoftoli, & majores Sancti. Animalia, minores electi. Talis eft egreffus ad Patrem. Ideo dicitur *Tob.* 11. ubi dicit Raphael minori Tobiæ: Si placet, præcedamus, & lento gradu fequentur iter noftrum familiæ fimul cum conjuge tua, & cum animalibus. Dignum eft enim, quod qui priores funt in merito, potiores fint in præmio. E converfo debet effe egreffus ad pugnam. Unde *infr.* 33. Jacob timens Efau, tres turmas facit. In prima ponit ancillas cum filiis earum, in media Liam & filios ejus, in ultima Rachel cum filiis tanquam chariores. Et dicunt fuper hunc locum *Gregor.* & *Auguft.* quod redeunti, primo advenit timor fervilis, deinde initialis, tertio timor purgati animi, id eft, timor caftus. Nota igitur, quod tam in egreffu ad pugnam, quam in regreffu ad patrem, femper Chriftus eft in capite. *12. ge. 1.* Ibi Noe, hinc Jacob, per utrunque Chriftus. Ipfe enim primo refurrexit ad gloriam, ut dictum eft, & primus bibit calicem Paffionis. Unde *Auguft.* Calicem Paffionis prius bibit Medicus, ne eum poftmodum abhorreat ægrotus. De hoc Medico *Eccl.* 38. Honora Medicum propter neceffitatem. Et *infr.* eo. Altiffimus de terra creavit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. *f* Ædificavit] Poft egreffum de arca offert Noe, quia Chriftus tunc offeret Patri victimas pacificas. Unde *Jofue* 8. Poft victoriam de rebus Hiericho, & Hai, obtulit Deo victimas pacificas, & holocaufta. Per holocaufta, perfectiores, qui fe totos offerunt Domino. Per victimas imperfecti, omnes tamen offerentur Domino, & erunt in requie, etiam extremi, 1. *Machab.* 5. Erat Judas congregans extremos, qui cito folent remanere, fed nec Chriftus tales defpicit, nec relinquit. *Aliter.* Vel fic [Egreffus] eft Noe de arca, ideft, Chriftus de utero Virginis: Ædificavit altare, ideft, Crucem, ubi victimas pacificas, ideft, femetipfum obtulit Deo Patri, nos ei reconcilians. *Rom.* 5. Cum effemus inimici, reconciliati fumus Deo per mortem filii ejus. *Ephef.* 2. Ipfe eft pax noftra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ folvens inimicitias in carne fua, legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in femetipfum in unum novum hominem faciens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per Crucem. Altare noftrum igitur fit fides Chrifti, fuper quod offeramus nofmetipfos hoftiam vivam, & Deo placentem. Super hoc Altare prima holocaufta fuerunt Apoftoli. *Matth.* 12. Tauri mei, & altilia mea occifa funt.

b Odoratufque eft] Deus pater tanquam odorem fuaviffimum fufcepit Apoftolos, & Martyres, quos Chriftus obtulit ei. *Infr.* 27. cum Ifaac fenfit fragrantiam veftimentorum Jacob, dixit: Ecce odor filii mei ficut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Jacob, Chriftus, veftimenta, Sancti, *Ifai.* 49. Vivit Dominus, his omnibus velut ornamento veftieris. Fragrantia, odor bonæ converfationis.

fuper terram. Et *a* aperiens Noe tectum arcæ, afpexit, viditque quod exficata effet fuperficies terræ. *b* Menfe fecundo, feptima, & vigefima die menfis, arefacta eft terra. Locutus eft autem Deus ad Noe, dicens: *c* Egredere de arca tu, & uxor tua: filii tui, & uxores filiorum tuorum tecum: cuncta animantia, quæ funt apud te: ex omni carne tam in volatilibus, quam in beftiis, & univerfis reptilibus, quæ reptant fuper terram, educ tecum, & ingredimini fuper terram. *d* Crefcite, & multiplicamini fuper eam. *e* Egreffus eft ergo Noe, & filii ejus: uxor illius, & uxores filiorum ejus cum eo; fed & omnia animantia, & jumenta, & reptilia, quæ reptant fuper terram, fecundum genus fuum egreffa funt de arca. *f* Ædificavit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus *g* mundis, obtulit holocaufta fuper altare. *h* Odoratufque eft Dominus odorem fuavitatis, & ait ad eum: Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines. Senfus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona *i* funt ab adolefcentia fua. *k* Non igitur ultra percutiam omnem animam ficut feci. Cunctis diebus terræ fementis & meffis, frigus & æftus, æftas & hyems, nox & dies *l* non requiefcent.

C A P. IX.

A

BEnedixitque Deus Noe, & filiis ejus, & dixit ad eos: *m* Crefcite, & multiplicamini, & † implete terram,

Al. replete.

EXPOSITIO CAP. IX.

BEnedixitque Deus Noe, &c.] *m* Crefcite, & multiplicamini,] Homo in terrorem ceteris animalibus præponitur in folatium tranfactæ vindictæ, ne pauci homines a pluribus beftiis opprimantur, & fciant fe irrationalibus, fed non rationalibus dominari. Ad folatium enim dat eis hoc dominium. *Sup.* 5. & 8. & *infra eod.*

Ω a Terror

Myftice. Myftice. *m* Crefcite, & multiplicamini,] Hoc bene convenit Ecclefiæ, quæ fatis dilatata eft. *Pfal.* 79. Multiplicafti propagines ejus, & replevit terram. *Ezech.* 16. Multiplicata es, & grandis effecta es, &c. *Ifai.* 60. Ponam te in fuperbiam fæculorum, &c.

Ω a Terror

& *a* terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum universis, quæ moventur in terra. Omnes pisces maris manui vestræ *b* traditi sunt: & *c* omne, quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum. *d* Quasi olera virentia tradidi vobis omnia: *e* excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. *f* Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de *g* manu † omnium bestiarum, & de manu hominis, & de *h* manu viri, & ‡ de *i* manu fratris ejus *k* requiram animam hominis. *l* Quicumque effuderit humanum sanguinem, *m* fundetur sanguis illius: ad *n* imaginem quippe Dei factus est homo. Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios ejus cum eo: *o* Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos, & ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum, tam in volucribus, quam in jumentis, & pecudibus terræ, cunctisque, quæ egressa sunt de arca, & universis bestiis terræ. Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii: neque erit deinceps diluvium dissipans terram. Dixitque Deus: Hoc signum fœderis, quod do inter me, & vos & ad *p* omnem animam viventem, quæ est vobiscum in genera-

Gregor. 21. lib. moral. cap. 11.

Ω *a* Terror, ac tremor vester, &c.] *Gregor.* Homo non rationalibus, sed irrationalibus prælatus est natura; ideo dicitur ei, ut ab animalibus, non ab hominibus timeatur, quia contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri. Unde antiqui Patres, non reges hominum, sed pastores pecorum fuisse dicuntur. Omnes ergo homines, natura æquales genuit, sed pro variis meritis, alius alios dispensatio Dei justa, & occulta præponit, ut humana formidine peccare metuerent, qui divina judicia non formidant. Non autem præpositi ex hoc timore superbiant, in quo non suam gloriam, sed subditorum quærunt justitiam, non enim hominibus, sed bestiis dominantur.

al. tremendarum.
al. non habet † de manu.
Matth. 26.
Apoc. 13.

b Traditi sunt:] *Deuter.* 14. Omne, quod mundum est, comedite.

d Quasi olera virentia] In quibus nullus scrupulus conscientiæ est. *Rom.* 14. *in princip.* Qui infirmus est, olus manducet. Primo homini herba conceditur in cibum, nunc autem conceditur caro. Hoc est, quod infirmis temporalia concedunt. *Rom.* 14. Qui infirmus est, &c. Innovatis autem per gratiam, caro; illa inquam caro, de qua *Jo.* 6. Caro mea vere est cibus.

e Excepto quod carnem] Esus carnium concessus videtur post diluvium propter infecunditatem terræ, & hominis fragilitatem. [Excepto, quod carnem.] De hoc *Act.* 15. dicit Jacobus: Placuit Spiritui sancto, & nobis, ut abstineatis ab immolatis simulacrorum, & suffocato, & sanguine, & fornicatione. Sed ad tempus dictum est hoc, propter vitandum scandalum infirmorum. Et revocatum, ad *Titum* 1. ubi dicitur: Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum. Mystice autem in suffocato, prohibetur vitium gulæ. In sanguine vero homicidium, ne scil. propter delectationem edendi sanguinem; delectemur in effusione sanguinis humani. Unde periculosum valde est officium lictorum, & carnificum, quia quadam usuali frequentia ad effundendum humanum sanguinem fiunt proniores.

f Sanguinem enim] quasi dicat, ideo prohibeo effusionem sanguinis; quia ego requiram sanguinem animarum vestrarum, idest, animatorum vestrorum, scil. corporum. [Sanguinem] *Lev.* 7. Sanguinem omnis animalis non sumetis in cibo, tam de avibus, quam de pecoribus. Omnis anima, quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. Et prohibetur ad litteram tam hic, quam ibi homicidium.

g De manu omnium bestiarum, & de manu hominis,] i. suam ultionem de omni effundente sanguinem, sive manu propria, sive ministerio bestiarum effusus fuerit sanguis. Aliquando enim principes tradebant bestiis Martyres lacerandos, vel ignibus concremandos. *Hebr.* 11. Obturaverunt ora leonum extinxerunt impetum ignis: effugerunt aciem gladii. Vel sic. [De manu omnium bestiarum, & de manu hominis] idest, hominum ferocium, & etiam cujuscumque hominis. Unde quasi explicando, subdit. *h* De manu viri,] idest, hominis fortis, & audacis. *i* Et de manu fratris ejus] scil. occisi, quasi dicat, de manu omnium requiram, etiam fratris ejus, qui occisus est.

l Quicumque effuderit sanguinem humanum] sive suum, sive alium.

m Fundetur] idest, punietur pro sanguinis effusione. Similis modus loquendi est *Matth.* 26. Quicumque acceperit gladium, gladio peribit.

n Ad imaginem] quasi dicat, ideo non debet effundi sanguis humanus, quia ad imaginem, &c. Vel sic. Ideo de omni effundente sanguinem sumitur ultio ita gravis, quia graviter peccat. [Quippe ad imaginem Dei factus est, &c.] quam destruit, qui occidit. Alii sic exponunt. *k* Requiram] idest, colligam in novissimo die, licet exhaustum a bestiis. Juxta illud *Luc.* 21. Capillus de capite vestro non peribit. Sic habet locum talis conjunctio. Alii dicunt, quod sanguis humanus omni sanguine dulcior est; & ideo ne propter esum sanguinis sese interficerent, prohibet hic Dominus effusionem sanguinis humani, & esum.

o Ecce ego] quia homines maxime timebant, ne Dominus iterum inundaret aquas diluvii, & quia Noe quotidie orabat, ut non fieret, sicut refert *Josephus*, pepigit cum eis fœdus Dominus, quod ultra non fieret diluvium, & in signum hujus fœderis posuit arcum in nubibus. Et est signum duorum, scilicet judicii præteriti, per aquam ne timeatur, & futuri per ignem ut timeatur. Inde est, quod habet duos colores, ceruleum, qui aquosus est, & exterior, quia diluvium aquæ jam præteriit: & rubeum, qui est igneus, & interior, quia judicium ignis venturum est. Et tradunt Sancti, quod quadraginta annis ante judicium non videbitur arcus. Sed cum arcus naturaliter fiat ex repercussione solis ad nubem aquosam, quomodo est signum? Forte ante diluvium, nec pluvia, nec nubes fuerant. *p* Et ad omnem animam] Hoc convenit bonis, quorum anima carnem vivificat; ut facta carnis mortificet. *Rom.* 7. Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Isai. 54.

Ω *a* Arcum

Mystice.

Θ *a* Terror, ac tremor] Ante peccatum dederat Dominus Adæ dominium super bestias; hic Noe innovat pactum, quod bene convenit Christo, cujus tremor incubuit super homines, & dæmones. *Marc.* 5. *in princip.* Quid mihi & tibi, Jesu fili Dei Altissimi? Adjuro per te Deum, ne me torqueas. *Luc.* 10. Dedit eis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones.

c Omne, quod movetur, & vivit,] Per hoc significatur, quod boni, qui moventur operando per charitatem, & vivunt fide, sunt prædicatoribus in cibum, quia tales comedunt prædicatores, & incorporant magis, & magis corpori Ecclesiæ. Malos vero prius occidere oportet, & postea comedere. Unde *Act.* 10. dicitur Petro: Macta, & manduca. Et *Luc.* 6. Apostoli prius confricabant spicas removentes paleam, & postea manducabant.

e Excepto quod] Ecce dat nobis Dominus carnem in cibum, sed excipit carnem cum sanguine. Quod tribus modis exponitur. Uno modo, carnem comedere cum sanguine, est in peccato carnis delectari. Nomine enim sanguinis peccatum intelligitur, *Osee* 4. Sanguis sanguinem tetigit. *Isai.* 9. Vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. *Isai.* 59. Manus vestræ pollutæ sanguine, & digiti vestri iniquitate. Secundo modo, in peccato alterius delectari. Sicut multi gaudent de lapsu alterius. *Eccles.* 27. *ante finem*: Qui laqueum ponit aliis, peribit in illo. *Job* 31. Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat? Tertio modo, hominem in peccato fovere, vel eum in peccato imitari. *Matth.* 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

f Sanguinem enim animarum] Sanguis animæ, lacrymæ sunt, ut dicit *Aug.* quas Dominus vindicat in oppressores pauperum, & viduarum. *Eccles.* 35. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque in cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

tiones sempiternas. *a* Arcum meũ ponam in nubibus: & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Cumque obduxero nubibus cœlum apparebit arcus meus in nubibus, & *b* recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima vivente, quæ carnem vegetat: & non erunt ultra *c* aquæ diluvii ad delendam universam carnem:

Ω *a* Arcum meum] *Strabus*. Arcus duos colores habet, ceruleum, & igneum: quæ duo judicia exprimunt. Unum aquæ, quod præterit: aliud ignis, quod venturum est in fine sæculi. Unde cæruleus color extrinsecus, igneus intrinsecus. *Alc.* Arcum dedit Deus in signum securitatis, ne homines formidolosi timerent altero diluvio deleri, pluviarum inundationes sæpe cernentes. Hic in cœlo positus est, ut ab omnibus videri possit, & pro quacunque tribulatione ad eum attollamus cordis oculos, qui habitat in cœlis. Quia vero arcus non est nisi ex radiis Solis, & humida nube: videtur, quod ante diluvium non fuissent pluviæ: poterat autem ex rore, vel fontium inundatione terræ fœcundari.

b Recordabor] More nostro loquitur, qui viso signo, quod in memoriam alicujus rei faciendæ ponimus, statim illius recordamus.

c Aquæ diluvii] generalis, scil. Pluries enim factum est diluvium particulare, ut in *Aug.* 18. *de civ. Dei cap.* 8. legitur, & etiam nostris temporibus.

Ω *a* Signum

Mystice. ⊙ Arcum meum ponam] Mystice, Arcus iste signum est fœderis inter Deum, & homines, habens cornua versus terram, & incurvaturam superius. Et quandiu sic erit, non oportet nos timere sagittam. Significat autem sacram Scripturam, de quo *Job* 19. Arcus meus in manu mea instaurabitur. Quod fit, quando quod studendo cognoscitur, bene vivendo impletur. Sed est arcus dolosus, qui emittentem sagittam vulnerat. *Oseæ* 7. Reversi sunt, ut essent absque jugo, facti sunt, ut arcus dolosus: Hi scil. qui bene dicunt, & male vivunt. In *libro Prosperi* dicitur: Bene loqui, & male vivere, nihil aliud est, quam se sua voce damnare. Arcus iste constat ex ligno veteris Testamenti, quod durum est, & chorda novi Testamenti, quæ flectit rigorem ejus. Audi duritiam ligni, animam pro anima: oculum pro oculo; dentem pro dente. *Exod.* 21. Audi & mollitiem chordæ. Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. *Matth.* 4. *Luc.* 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Ligni cornua mobilia sunt, sed medium manet immobile, quia cæremoniæ recesserunt per novum Testamentum, & moralia remanserunt. *Matth.* 5. Dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt. Iste arcus bicolor est, ceruleus, & igneus, quia sacra Scriptura docet duo judicia, unum per aquam, quod jam factum est; aliud per ignem, quod est futurum. Vel arcus ceruleus est per promissionem gloriæ: aqua enim refrigerat. Igneus per comminationem gehennæ. *Job* 37. Audiet auditionem in terrore vocis ejus. Ecce comminatio. Et sonum de ore ejus procedentem: Ecce promissio. Iste arcus ponitur in nubibus cœli, idest, in prædicatoribus verbi Dei, qui sunt nubes: pluendo per eruditionem, tonando per comminationem, coruscando per bonam operationem. *Isai.* 5. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. In talibus enim positus est arcus Scripturæ. Unde *Isai.* 8. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Hoc arcu pugnant egregii pugnatores, idest, prædicatores, 1. *Paralip.* 5. Filii Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manasse, viri bellatores scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum. Arcus tenditur in studio, postea sagittatur in prædicatione. *Gregor. 6. Moral. cap.* 24. Non est perfectus prædicator, qui vel propter contemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. Boni igitur prædicatores debent esse filii Ruben per scientiam, & Gad per bonam vitam, & Manasses per contemptum mundi. De filiis Ephrem, idest, divitibus prædicatoribus, dicit *Psalm.* 77. Filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conversi sunt in die belli. Quid est arcum mittere, idest, de manu projicere, nisi bene dicere, & nihil facere? Tales convertuntur in die belli, quia dicitur eis: Qui prædicas non furandum, furaris, *Rom.* 2. *Matt.* 23. Super Cathedram Moysi, &c. Arcus iste bene ponitur in signum fœderis inter nos, & Deum, sicut in compositione solet aliquis titulus elevari, quo convincuntur recedentes a pacto. *Job* 31. Librum scribat ipse, qui judicat, ut in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi, per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi offeram illum, quasi dicat: Ecce, Domine, liber mandatorum tuorum, vide, si impleverim illum, & solve, quod promisisti. Et ipse dicet: Euge, serve bone, & fidelis, &c. *Matth.* 25. Alioquin nisi hoc diceret, posset argui de promisso per Scripturam *Isai.* 1. Quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me; dicit Dominus. Si Dominus videret hunc arcum in nubibus, statim fœderis, idest, misericordiæ quam nobiscum pepigit, recordaretur. Sed quia non videt, ideo oblitus est nostri. *Psal.* Quare oblitus es mei, & quare tristis incedo, &c. *Psal. 41.* Bene potest respondere Dominus, quia non video in nubibus arcum, idest, sacram Scripturam in prælatis, & prædicatoribus. *Proverb.* 29. Cum defecerit prophetia, dissipabitur populus. *Isai.* 24. Transgressi sunt leges, Mosaicam scilicet, & Evangelicam: & venit tertia, scilicet, lex Justiniana, quæ turbat utramque. *Ecclesiastici cap.* 28. Lingua tertia multos commovit. Et bene congruit, quod sequitur: Lingua tertia mulieres viratas, idest, fortes ejecit. Ad litteram, quia Legistæ hodie divortia quærunt, & faciunt. Solet dici, quod duæ linguæ laudant Deum, & adhuc tertia silet. Modo verius potest dici, quod duæ tacent, & tertia loquitur. Aliter.

Aliter. *a* Arcum meum ponam] Arcus iste Christus est. *Zach.* 9. Extendi mihi Judam, quasi arcum. *Gloss.* idest, Christum, *Isai.* 49. Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas. *Eccles.* 43. Vide arcum, & benedic, qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo. Lignum hujus arcus, divinitas, chorda, humanitas satis in Passione extensa. Ab hoc arcu procedunt sagittæ præceptorum, & comminationum. Hic arcus bicolor fuit in Passione per aquam, & sanguinem de latere manantem. Arcus fit, Sole intrante nubem: & Christus factus est, filio Dei intrante in Virginem. Ignis, & aqua in nube; virginitas, & fœcunditas in Virgine. Cornua hujus arcus modo sunt versa ad nos; & ideo non timemus. *Tit.* 3. Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris, &c. Ecce cornua versa sunt ad nos: sed in fine vertetur arcus, quando veniet in nubibus cœli cum virtute magna, & potestate: Ecce cornua superius. Tunc jaciet quinque sagittas. Prima communis omnibus: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. *Threnor.* 1. De qua *Hieron.* Sive bibam, sive comedam, &c. *Matth. 26.* Secunda tantum malis, scil. Esurivi, & non dedistis, &c. Tertia tantum bonis: Esurivi, & dedistis, &c. Quarta tantum malis: Ite maledicti. *Matth. 25.* Quinta tantum bonis: Venite benedicti, &c. De his sagittis dicitur *Job* 6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Istæ quinque sagittæ, quinque plagas faciunt. Prima timorem, secunda pudorem, tertia dolorem, quarta admirationem, quinta lætitiam sempiternam. Et hi sunt quinque panes, quibus Dominus satiat quotidie quinque millia hominum. *Joan.* 6.

Thema de B. Maria Magdalena. *a* Arcum meum ponam] Arcus fit ex repercussione radiorum Solis in nube aquosa. Nubes fuit Magdalena, peccatorum scilicet, multitudine obscura. Aquosa fuit, quando lacrymis pedes Domini lavit. Radius Solis fuit repercussa, idest, gratia Dei respersa; & sic facta est arcus bicolor quidem: igneus per gratiæ repercussionem, aqueus per lacrymarum effusionem; & sic ponitur in nubibus cœli, idest, inter Sanctos, ut sit fœdus inter nos, & Deum. Quis igitur jam valeat desperare, qui videat arcum istum? qui, inquam, videat, quod peccatrix tam ignominiosa effecta est inter Sanctos tam gloriosa? *Oseæ* 2. Dabo vallem Achor ad aperiendam spem. Achor, interpretatur pervertens, vel perturbatio. Ipsa prima plurimos turbavit, atque pervertit in vallem, idest, profunditatem peccatorum, hæc tamen facta est arcus cœli, idest, speculum Ecclesiæ, ut jam non sit locus alicui desperandi. Arcus iste debet semper tempore pluvioso videri.

⊙ Mystice. *d* Cœpitque

Ω *a* Signum fœderis,] Fœdus pacis publice solet per præcones clamari. Et ex parte Domini clamaverunt Angeli: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ex parte nostra: Apostolus *Rom.* 5. Justificati ex fide, pacem habeamus ad Deum. *Origen. eod. ad Rom.* miratur, quomodo hanc pacem tam solemniter factam tam de facili volumus immutare.

C — al. non habert illum.

b Erant igitur filii Noe, &c.] Recapitulat de filiis Noe, ut texat eorum generationem.

c Ipse est pater Chanaan.] Hoc dicit: quia de ipso Chanaan statim dicturus erat.

Eritque arcus meus in nubibus, & videbo † illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum, & inter omnem animam viventem universæ carnis, quæ est super terram. Dixitque Deus Noe: Hoc erit *a* signum fœderis, quod constituit inter me, & omnem carnem super terram. *b* Erant igitur filii Noe, qui egressi sunt de arca: Sem, Cham, & Japheth. Porro Cham, *c* ipse est pater Chanaan. Tres isti sunt filii Noe, & ab his disseminatum est omne hominum genus super universam terram. Cœpitque *d* Noe vir agricola exercere terram, & *e* plantavit vineam: *f* Bibensque vinum inebriatus est. & *g* nudatus jacebat in tabernaculo suo. Quod *h* cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scil. patris sui

d Noe vir agricola] *Zach.* 13. Homo agricola ego sum: Adam exemplum meum ab adolescentia mea, quasi dicat: hoc fuit studium antiquorum.

f Bibensque vinum] Post diluvium Noe inebriatus est, quia forte nesciebat vino posse inebriari. Nec enim ante diluvium leguntur homines vino usi; ideo de Noe dicitur, quod plantavit vineam. Nudatio femoris sequitur ebrietatem, sicut libido satietatem. *h* Cum vidisset Cham] Cham ridet, dum membra videt detecta parentis: Judæi risere Dei pœnam patientis.

Ω At vero

Mystice. ⊙ Mystice. *d* Cœpitque Noe] Noe Christus, qui est agricola Ecclesiæ. *Jer.* 14. Quare colonus factus es in terra, quasi viator declinans ad manendum? Ita quærit Jeremias, admirans quod cœlicola factus sit in terra colonus. Et respondet *Isai.* 52. In Ægyptum descendit populus meus in principio ut colonus esset ibi, quasi dicat: Populus meus colonus erat, & volo ei esse similis, eadem via descendens, quia & populus *Luc.* 10. Samaritanus eadem via descendit, qua descenderat ille, qui incidit in latrones. In hoc dat exemplum humilitatis, & conformitatis Prælatis. *Eccl.* 32. Rectorem te posuerunt, &c. *e* Et plantavit vineam:] idest, Synagogam. *Isai.* 5. Vinea facta est dilecto meo. Et *infr.* Vinea Domini exercituum domus Israel est. Vino hujus vineæ, idest, persecutione inebriatus est Noe. *Job* 16. Exprobrantes percusserint maxillam meam, saturati sunt pœnis meis. In hoc, quod dicitur, inebriatus, notatur affluentia, & oblivio sui. Plures enim potationes faciunt ebrium, & oblitum sui. Unde Petrus eum quasi oblitum sui monuit, dicens: Propitius esto tibi, Domine. *Matth.* 16. Sed non acquievit ei Dominus, imo repulit eum quasi adversarium, & inimicum humano generi, dicens: Vade retro satana, tu mihi scandalum es. Volebat enim bibere vinum suæ vineæ. *Jo.* 18. Calicem, quem dedit mihi pater, non vis, ut bibam illum? Certe multiplex fuit potus iste: Contumeliarum, detractionum, verberum, alaparum, sputorum, aceti, mortis. Unde propter multitudinem appellatur ebrietas. *Thren.* 3. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio. Confregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere. Sed quia homo hoc non attendit; ideo subdit: Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, & absinthii, & fellis. Memoria memor ero, dicit Ecclesia pro filiis suis, & tabescet in me anima mea. Hæc recolens in corde meo, in Deo sperabo. Item est aliud vinum, quo Christus inebriatus est, scil. vinum charitatis, qua in tantum dilexit nos, ut & mori propter nos voluerit. Psalm 22. *Psal.* Et calix meus inebrians quam præclarus est. De hoc dicitur *infr.* 43. quod Joseph cum fratribus suis inebriatus est. Sequitur.

g Et nudatus in tabernaculo,] idest, in medio suorum, ad majorem confusionem. Ad litteram, propriis vestibus, vel a suis derelictus. *Job* 19. Noti mei quasi alieni recesserunt a me: dereliquerunt me propinqui mei. Vel, Nudatur, quia tunc maxime apparuit assumpta humanitas, & infirmitas. Hanc nuditatem multi contemnunt, non intelligentes mysterium Crucis, & utilitatem disciplinæ. *Prov.* 15. Stultus ridet ad disciplinam patris sui, idest, Christi, qui pro nostris debitis tam aspere disciplinatus est. *Isa.* 53. Attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum. Adhuc irridetur Christi nuditas in membris suis imitantibus eum. *Job.* 12. Deridetur justi simplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum. Qui tamen dicturi sunt: Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam. *Sap.* 5. *B. Bern.* Ægyptiaca malitia, & Herodiana crudelitas est, natum persequi Salvatorem, & allidere parvulos Israelis. Si quid enim ad salutem pertinens, si quid religionis exigitur, quicumque reluctatur, quicumque repugnat, cum Ægyptiis masculos Israelitici germinis necare conatur, imo cum Herode nascentem persequitur Salvatorem. Mali materiam irrisionis quærunt in Cruce, Crucis bajulos irridentes. Quod notatur hic, cum dicitur.

D

h Cum vidisset Cham verenda, scil. patris] Sed boni subtilius, &

Moraliter. ⊙ *d* Cœpitque Noe. Noe Prælatus, cujus officium est primo exercere terram corporis sui, ut postmodum terram subditorum exerceat, 1. *Cor.* 9. Castigo corpus meum, & & in servitutem, &c. 1. *Tim.* 4. Exerce te ad pietatem, 1. *Tim.* 3. Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? *Isai.* 26. Justitiam non fecimus in terra nostra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. Sed signanter dicit. [Cœpitque Noe, &c.] Semper enim dicendum est cum *Psal.* Et dixi: nunc cœpi. (Psal. 76.) *Eccles.* 18. Cum consummaverit homo, tunc incipiet. Noe plantat vineam, quando Prælatus verbo, & exemplo ædificat Ecclesiam. *Proverb. ultim.* De fructu manuum suarum plantavit vineam. Plus enim proficit opere, quam sermone. Tunc autem bibit vinum de vinea, quando de profectu suorum gloriatur. Sed quando plus debito, suo profectu gloriatur, tunc inebriatur, & nudatur merito, & præmio, *Job* 31. Si vidi Solem cum fulgeret in die: idest, si gloriatus sum in prospera conversatione subditorum, & Lunam incedentem clare: idest, arrisi claritati famæ meæ, & osculatus sum manum meam, quod est iniquitas maxima, & negatio contra Deum: idest, si laudem quæsivi de opere meo.

g Vel, Nudatus jacebat Noe in tabernaculo suo,] quando Prælatus commendat opera sua inter domesticos suos, & propter immoderatam gloriam permittit eum Dominus cadere in aperta peccata. *Jerem.* 13. Ego implebo Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Jerusalem ebrietate, idest, impleri permittam. Et in fine *cap.* Quia oblita es mei, & confisa es in mendacio, ecce ego nudavi femora tua. Aliquando enim accidit hoc Prælatis, ut deturpent femora sua per luxuriam. Unde 2. *Regum* 10. *in princip.* Nunciis David truncantur tunicæ usque ad nates. Cham ridet, nunciat aliis. Hi sunt mali subditi, qui peccata Prælatorum aliis manifestant. Et nota, quod in Noe suggillatur gloriatio de profectu bonorum, in Cham insultatio de excessu malorum. *B. Bern.* A dextris, & a sinistris providendum est nobis: Nam a dextris insidiantur nobis tria, quæ timenda sunt de profectu bonorum, scil. inanis gloria, invidia, æmulatio indiscreta. Videntes enim aliqui non invidentes, quod Daniel ex parsimonia sua consecutus sit prophetiam, laborant incaute, & nimis abstinent, & profani fiunt potius, quam Prophetæ. A sinistris insidiantur similiter tria. Exultatio, contra quod *Proverb.* 24. Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exultet cor tuum. Revelatio, quod valde periculosum est, nisi tali, qui velit, & possit prodesse, & non obesse. Abominatio: Tales enim abominatores, qui non condescendunt infirmis, abominabitur Dominus *Isai.* 65. Qui dicunt, recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es: Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens. *Orig. ad Rom.* Quidam statim peccatores abjiciunt, & ab Ecclesiæ societate depellunt, hi volunt facere, ne Christus aliquid nostri portare velit, cum nullus ita perfectus sit, qui non indigeat portari a Christo, qui libenter omnes portat. *Isai.* 46. Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo.

esse nudata, *a* nunciavit duobus fratribus suis foras. *b* At vero Sem, & Japheth, pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: Faciesque eorum aversæ erant, & patris virilia non viderunt: Evigilans autem Noe ex vino, *c* cum didicisset, quæ fecerat ei *d* filius suus minor, ait: *e* Maledictus Chanaan puer servus servorum erit fratribus suis. Dixitque; *f* Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan servus ejus. *g* Dilatet Deus Japheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus ejus. Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis, & impleti sunt omnes dies ejus nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus est.

C A P. X.

HÆ *h* sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Japheth. Natique sunt eis filii post diluvium. Filii Japheth, *i* Gomer, & *k* Magog, & † *l* Madai, *m* & Javam, & *n* Thu-

Greg. 35. l. Moral. c. 20.

Ω *b* At vero Sem, & Japhet,] *Greg. in Moral.* Aversari dicimur, quod reprobamus. Quid ergo est, quod filii verenda patris superjectis dorso palliis aversi veniendo operiunt, nisi quia bonis subditis sic Præpositum suorum mala displicent: ut tamen hæc ab aliis occultent? Operimentum aversi deferunt, quia dijudicantes factum, & venerantes magistrum, nolunt videre, quod tegunt.

9. dist. c. in Scripturis.

d Filius suus minor,] Minor statura. Vel minor, id est, indignior. Vel de Japheth dicitur, qui cum minor esset natu, prudentior fuit Cham majore. Peccavit autem Cham in tribus, quia non operuit, quod debuit; & quia risit, quod dolere debuit; & quia quod solus vidit, aliis propalavit. Juxta illud *Matth.* 18. Si peccaverit in te, &c. Judæus dicit, quod Cham virilia patris abscidit, ne alios filios haberet, cupiditate hæreditatis habendæ. Quod conjectant ex hoc, quod sequitur. Videns, quæ fecerat ei. Sed non est credendum.

3. q. 4. c. Beati f in fin. 24. q. 1. c. Iam ergo.

e Maledictus Chanaan puer,] Et quia terram Chanaan promissurus erat Dominus filiis Israel, ut sic scirent nomen ejus. [Maledictus Chanaan] Non filio suo, sed filio filii maledicit, quia sciebat ipsum in spiritu non personaliter servitturum fratribus suis, sed semen ejus: nec omnes de semine ejus, sed tantum illos, qui de Chanaan. Et est sensus: Non læteris, o Cham de filio tuo Chanaan: sicut nec ego de te. Vel ideo maledixit Chanaan, & non Cham, quia Deus benedixit eum in egressu de Arca. Unde *Num.* 23. dicit Balaam: Quomodo maledicam populo, cui benedixit Dominus? *Greg.* Patre peccante, punitur filius, quia reproborum nequitia hic diu proficit, sed in posterum perit. *Chrysostomus* dicit: Hæc maledictio venit in Gabaonitas. *Josue* 9.

f Benedictus Dominus] Prophetia est, quia prævidit in filiis Sem nomen, & cultum unius Dei permansurum, ceteris ad idololatriam transeuntibus. Benedixit autem Deo, cujus gratiæ hoc imputandum est.

g Dilatet Deus] Hoc iterum prophetia est. Gentes enim, quæ de Japheth dilatatæ sunt, & numero, & cultu deorum; nunc autem Deo auctore insertæ sunt trunco olivæ, ut dicit Apostolus *Rom* 11. Hebræus hoc refert ad gentes, quæ fuerunt de Japheth, & in magnis solemnitatibus in Jerusalem convenire solebant. [Dilatet Deus Japheth] Gentiles. *Gloss. Isai.* 54. Dilata locum tentorii tui. *Isai.* 49. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi ut habitem inter Gentiles. Quia igitur lata est multitudo credentium, a latitudine quæ Japheth dicitur, latitudo nominatur. Quia autem ait: [Habitet in tentoriis Sem,] de nobis prophetatur, qui in eruditione, & scientia Scripturarum ejecto Israel versamur.

Mysticè.

Ω tilius, & interius intuentes, in ea gloria inveniunt, in nullo alio gloriantes. *Galat. ult.* Absit mihi gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi. 1. *Corinth.* 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Sed multi revera Crucem, & Crucis molestias prædicant, sed eam cum Christo ferre nolunt. Quod innuitur, per quod sequitur.

a Nunciavit duobus] *Matth.* 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant autem onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem suo nolunt ea movere. Sed Sem, & Japhet, idest, boni Doctores, & Prælati, pallium ponunt in humeros, idest, charitatem in opere, & operiunt verecunda patris, imitando ejus Passionem. Si enim participem me facio ignominiæ viæ tuæ, in parte velo ignominiam tuam, & porto eam. Sed quid est, quod aversa facie incedebant operire verenda patris, nisi quod bonis subditis Præpositorum suorum mala displicent, & tamen ea aliis, quantum possunt occultant? sicut dicit *Greg. in Moral.* De reverentia Prælatorum dicit *Bern.* Non sufficit exterius obtemperare Prælatis, nisi interius quid sublimiter sentiamus de eis. Etsi enim adeo indigna alicujus Prælati vita operitur, ut nihil omnino excusationis, nihil dissimulationis admittat, propter eum tamen, a quo omnis potestas est, excelsum eum reputare debemus, non propriis personæ meritis, sed ordinationi divinæ, & dignitati officii deferentes. *Idem*: Sileamus interim de magistris Ecclesiarum Prælatis: sic enim faciendum est; & sic placet illis, ut evadant humana judicia; ut tandem incidant in judicium, quod in his, qui præsunt, fiet, sicut innuit, quod dicitur *Sapient.* 6. Judicium durissimum fiet his, qui præsunt. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter patientur tormenta. Item per hoc quod retro aspicientes incedebant, significatur, quod non debemus de operibus nostris hic quærere remunerationem, sicut hypocritæ, sed in futuro, quibus dicit Dominus *Matth.* 6. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

A

1. Paral. 5.

al. † Madal.

c Cum didicisset, quæ fecerat ei filius suus minor, &c.] Hoc est, quia Dominus per minores, & simplices nos versutos, & callidos arguit in judicio, qui modo patris verenda nolumus operire per imitationem. Simplices, & idiotæ sibi coelum rapiunt, & nos cum litteris nostris ad inferna demergimur. Vetulæ peregrinantur, & nos in stratis eburneis lascivimus. *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion, qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterii, bibentes in phialis vinum, optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Joseph, quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium. *Job* 10. Instauras testes tuos contra me. *Matt.* 12. Viri Ninivitæ surgent cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Mirabile, imo miserabile est: Ninivitæ ad duo verba Jonæ induerunt se sacco, & tota die verberant aures nostras sacra verba, & tamen non movemur. Et illud terribile: Meretrices, & publicani præcedent vos in regno Dei *Matth.* 21.

E X P O S I T I O   C A P. X.

HÆ *h* sunt generationes filiorum Noe,] Benedictis duobus filiis Noe, & medio maledicto, generationes eorum texuntur, ex quibus septuaginta duæ generationes ortæ sunt, 15. de Japheth, 30. de Cham, 27. de Sem. Ad quas misit Dominus septuaginta duos discipulos, *Luc.* 10.

i Gomer,] Hi sunt Galatæ, secundum Josephum, qui Latine Gallogræci dicuntur.

k Et Magog,] idest, Scythæ, qui & Massagetes dicuntur, vel putantur.

l Madai,] idest, Medi.

m Javan,] idem Jones, qui & Græci, a quibus Jonium mare, & quinta lingua eorum Jonica dicitur.

Linguæ Græcorum sunt quinque:
- Attica, i. Atheniensiū.
- Æolica.
- Dorica.
- χοινν, i. communis.
- Jonica.

n Thubal,] idest, Iberes, qui & Hispani, a quibus Celtiberia, licet quidam Italicos suspicentur.

Ω *a* Mosoch,

bal, & *a* Mosoch, & *b* Thiras. Porro filii Gomer, *c* Ascenez, & *d* Riphat, & *e* Thogorma. Filii autem Janan, *f* Elisa, & *g* Tharsis, *h* Cethim, & *i* Dodanim. Ab his *k* divisæ sunt insulæ gentium in *l* regionibus suis unusquisque secundum linguam suam, & familias in nationibus suis. Filii autem Cham, *m* Chus, & *n* Mesraim, & *o* Phuth, & *p* Chanaan. Filii Chus, *q* Saba, & *r* Evila, & *s* Sabatha, & *t* Regma; & Sabathaca, Filii Regma, *u* Saba, & *x* Dadan. Porro Chus genuit *y* Nemrod; *z* Ipse cœpit esse potens in terra, & erat *a* robustus venator coram Domino. Ab hoc exivit proverbium: Quasi Nemrod robustus venator *b* coram Domino. Fuit autem principium regni ejus Babylon, & Arach, & Archath, & Chalanne in terra Sennaar. De terra illa egressus est *c* Assur, & *d* ædificavit Ninivem, & plateas civitatis, & Chale: Resen quoque inter Niniven, & Chale: Hæc *e* est civitas magna. At vero Mesraim genuit Ludim, & Ananim, & *f* Laabin, & † Nephthuim, & † Phetusim, & Chasluim, de quibus egressi sunt Philisthiim, & Chapturim. Chanaan autem genuit *g* Sidonem primogenitum suum, *h* Hethæum, & Jebusæum, & Amorrhæum, Gergesæum, Hevæum, *i* & Aracæum, Cynæum, & *k* Aradium, *l* Samarithen, & *m* Amathæum: Et per hos disseminati sunt populi Chananæorum. Factique sunt termini Chanaam venientibus a Sidone Geratam usque Gazam, donec ingrediaris *n* Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim usque † Lesa. Hi filii Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terrisque, & gentibus suis. De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum *o* Heber, fratre Japhet majore. Filii Sem, *p* Elam, & *q* Assur, & *r* Arphaxad,

al. † Nephuim. al. † Phetrusin.

al. † lesa.

a Mosoch,] idest, Cappadoces, quorum Metropolis hodie Mathaca dicitur. *b* Thiras.] a quo Thraces. *c* Ascenez,] quos Græci Regmos vocant. *d* Et Riphat,] idest, Paphlagones. *e* Et Thogorma.] idest, Phryges. *f* Elisa,] a quo Elisei, idest, Græci, qui & Æolides dicuntur. *g* Et Tharsis,] idest Cilices, quorum civitas Tharsus civitas Pauli. *h* Cethim,] a quo Cethæi, vel Cithii, quorum civitas hodie dicitur Cithis.

i Et Dodanim,] hi sunt Rhodii.

B

k Ab his divisæ,] idest, filiis Noe divisis in septuaginta duos populos, quindecim Japheth, triginta Cham, viginti septem Sem, & his post linguarum divisionem terra divisa est. Vel his, id est, filiis Japheth, terra in qua habitaverunt, scil. Europa inter se divisa est. Et similiter de filiis Cham, & Sem intellige. *l* In regionibus suis,] Hoc per prolepsim, idest, præoccupationem, necdum enim linguæ divisæ.

1. Par. 1.

m Chus,] Hæc est Æthiopia.

n Mesraim,] idest, Ægyptus. *o* Phuth,] idest Libya, unde fluvius Mauritaniæ Phuth, & omnis regio Phutensis dicitur.

p Chanaan.] a quo Chananæi: Hic obtinuit terram, quam Judæi postea possederunt, ejectis Chananæis. *q* Saba, a quo Sabæi. *r* Et Evila,] pars Æthiopiæ occidentalis: Getuli in parte remotioris Africæ adhærentes. *s* Sabatha, a quo Sabatheni, qui nunc Astabari secundum *Hieron.* *t* Regma, & Sabathaca.] *Hier.* Paulatim antiqua nomina perdiderunt, & quæ nunc pro antiquis habeant, ignoratur. *u* Saba,] idest Arabia, alia quam superior. Et differunt in Scriptura. Illa enim per Samech, hæc per Schin scribitur. Ubi enim dicimus: Reges Arabum, & Saba dona adducent: in *Hebræo* habetur: Saba, & Saba. *x* Et Dadan.] Æthiopiæ ultima regio.

Psal. 71.

y Nemrod,] qui princeps superbæ turris. Vel gigas Nemrod, qui ultra naturam cœlum penetrare voluit: significat diabolum, qui ait: Ascendam super astra cœli. *Is.* 14. Item *Michea* 5. Suscitabo super eum septem Pastores, & octo primates homines, & pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis ejus. Item per Nemrod significantur Principes, & Prælati, propter duo scil. propter amorem dominandi, & austeritatem imperii. Amor, seu dominandi voluntas reprehenditur a Domino: *Matth.* 23. Vos autem nolite vocari Rabbi: Unus est enim magister vester, omnes vos fratres estis. Unde de Alchimo, qui volebat fieri Sacerdos, legitur 1. *Machab.* 9. Percussus est Alchimus, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os ejus, & dissolutus est paralysi. Et si voluntas dominandi ita punitur, quanto magis punietur procuratio, & intrusio imprudens? De austeritate dicitur *Ezech.* 34. Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, & non greges meos. Lac comedebatis, & lanis operiebamini: Et *infra*. Quod perierat, non quæsiistis, sed cum austeritate imperabatis, &c. Porro Nemrod secundum Josephum, nova regni cupiditate tyrannidem rapuit, & fuit auctor ædificandæ turris, quæ tangeret cœlum. *z* Ipse cœpit esse potens] vel gigas, secundum alios. [Potens in terra] *Ps.* Potens in terra erit semen ejus. *Jerem.* 17. Recedentes a te, in terra scribentur. Sed boni scribuntur in cœlo. *Luc.* 10. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo.

Psalm. 118.

a Robustus venator] idest, hominum oppressor, & extinctor, quos allexit ad ædificandam turrim, ut contra Deum construerent. Cantiparien. dicit. Venatorem sanctum non legi. In *Jer.* tamen 16. legitur: Venatores ex omni monte colligam. Est autem venatio illicita ex persona, ut a Clerico: ex tempore, ut in Quadrag. ex causa, ut si fiat causa voluptatis corporis, ut Lamech. Sed si fiat a paupere Laico causa pascendi se, & familiam suam, sustinendum est, & ex tali venatione tenetur decimas dare. Aucupium vero si fiat in licio, vel fistula, licitum est. Unde: Fistula dulce canit, volucrem dum decipit anceps. Sed in falconibus, & cæteris sumptuosis, illicitum credo, nisi forte regibus, & hujusmodi, quibus etiam sericis vestibus uti licet, non pro se, sed pro regibus, ne vilescat regia potestas, & minus timeatur. Et nota, quod in generationis serie post diluvium non dicitur: Et mortuus est, sicut dicebatur ante. Et est ratio litteralis. Ante diluvium ideo apponitur, ut intelligatur solus Enoch exceptus a morte. Post diluvium autem nullus exceptus est usque ad tempus legis. Ratio mystica est, quia per diluvium Baptismus, & ante Baptismum omnes involvebat mors, submergens eos ad minus in limbum, post Baptismum non. Vel quia per diluvium extremum judicium figuratur, ante quod omnes morti addicti sunt, post vero nullus, quia boni in perpetuum vivent, malos autem mors depascet æterna. Sic enim justum est, ut qui sine termino vixit in culpa, sine fine vivat in pœna.

3. & dist. 5. quæ sunt venatoribus De cler. venat. cap. 1.

C

De decim. c. non est.

1. Par. 1.

Psal. 48.

b Coram Domino.] Hoc maxime Clericis convenit, qui abominationes suas faciunt ante faciem Domini. *Isai.* 65. Populus, qui ad iracundiam provocat me, ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, seipsos, scilicet, dedicant diabolo in locis voluptuosis. *Jerem.* 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?

c Assur,] Imperium Assyriorum, quod primum fuit sub Nino, qui ædificavit Niniven, quæ propter pœnitentiam pulchra appellatur.

d Ædificavit] secundum Hebræos, quamvis Ninus filius Beli ædificavit.

e Hæc est civitas] scilicet, Ninive.

f Laabin,] Hæc est Libyes, quæ prius Phuth.

g Sidonem] a quo Sidon civitas Phænicis.

h Hethæum, & Jebusæum, &c.] Hos populos expulit Israel de terra promissionis.

i Aracæum,] *Hieronymus*. Hic condidit Arcas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani.

k Et Aradium,] a quo Aradii, qui Aradiam Insulam tenuerunt.

l Samarithen,] a quo Samaria.

m Et Amathæum:] ab Assyriis, vel Hebræis Antiochia, sicut apud veteres Emath vocatur.

n Sodomam, & Gomorrham, &c.] Hæ civitates notæ sunt sua subversione.

o Heber,] Heber, qui est quintus a filio Sem, idest, quintus a Noe per filium Sem, utrum quia Hebræi dicuntur ex illo appellari, vel quia per illum generatio ad Abraham transit, quid ergo probabilius sit Hebræos dici, tanquam Heberæos, vel tanquam Abraheos, merito quæritur. *p* Elam] a quo Elamitæ principes Persidis. *q* Et Assur,] Assur qui ædificavit Niniven, a quo Assyrii. *r* Arphaxad,] a quo Chaldæi.

s Lud,

a Lud,] a quo Lydii. *b* Aram.] a quo dicti Syrii, quorum metropolis eft Damafcus. *c* Hus,] a quo terra Hus, quam 70. Auxitidem, ideft, auftralem dicunt. Unde Vir erat in terra Hus nomine Job: Hic condidit Traconitidem, & Damafcum. *d* Hul,] a quo Armenii: Hi ab Euphrate fluvio Afiæ partem ufque ad Indicum Oceanum tenent. *e* Gether,] a quo Arcamanii five Arcarii. *f* Et Mes.] a quo Mefii, quos *Septuaginta* Mofoch, ideft, Meones dicunt. *g* Elmodad, & Saleph.] Hæ gentes a fluvio Cono poffederunt omnem regionem, quæ vocatur Geria.

D

al. † Mefa.

al. † Jaram.

al. † Jophir.

al. † Obad.

& *a* Lud, & *b* Aram. Filii Aram: *c* Hus, & *d* Hul, & *e* Gether, & † *f* Mes. At vero Arphaxad Genuit Sale: de quo ortus eft Heber. Natique funt Heber filii duo. Nomen uni Phaleg, eo quod in diebus ejus divifa fit terra, & nomen fratris ejus Jectan. Qui Jectan genuit *g* Elmodad, & Saleph, & Azarmoth † Jare, & Aduram, & Uzal, & Decla, & Hebal, & Abimahel, Saba, & † Ophir, & Evila, † & Jobab. Omnes ifti filii Jectan. Et facta eft habitatio eorum de Meffa pergentibus ufque Sephar montem orientalem. Ifti filii Sem fecundum cognationes, & linguas, & regiones ib gentibus fuis. Hæ familiæ Noe juxta populos, & nationes fuas. Ab his divifæ funt gentes in terra poft diluvium.

C A P. X I.

Erat *h* autem terra labii unius, & fermonum eorumdem. *i* Cumque proficifcerentur de Oriente, invenerunt *k* campum in terra Sennaar, & *l* habitaverunt in eo. Dixitque alter ad proximum fuum: *m* Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro faxis: & *n* Bitumen pro cæmento, & dixerunt: Venite, faciamus nobis *o* civitatem, & turrim, cujus culmen pertingat † ad cœlum, & celebremus *p* nomen noftrum *q* antequam dividamur in univerfas terras.

al. † ufque ad.

o. dift. c. non eft ∮. fus vero.

EXPOSITIO CAP. XI.

Erat *h* autem terra] Terra, ideft, Ecclefia: erat unius labii, id eft unius fidei: uniufque profeffionis, antequam per hærefes divideretur. De hoc labio *Sophon.* 3. Reddam populis meis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & ferviant ei humero uno. *Actor.* 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. Corde fcimus: anima afficimur. Idem ergo fentiebant, & in eodem confentiebant. Diffonantia in affectu fchifmaticum facit, fed diffonantia intellectus hæreticum. Utrobique non fervatur vinculum charitatis. 1. *Cor.* 1. Obfecro vos per nomen Domini noftri Jefu Chrifti, ut idipfum dicatis omnes: Ecce unitas intellectus. *Et non fint in vobis fchifmata*: Ecce unitas affectus. Et hoc eft, quod dicitur hic: Erat terra labii unius, & fermonum eorumdem. Per unitatem labii unitas intellectus, per identitatem fermonis, identitas affectus intelligitur. Vel Terra erat unius labii: quando quinque fenfus hominis convenerunt unanimiter in obfequium Dei. Hoc eft, quod dicitur *Ifai.* 19. In illa die erunt quinque civitates in terra Ægypti loquentes lingua Chananæa, ideft commutata in Hebræam. [Erat autem, &c.] *Auguftin.* Dictum eft fuperius, quod filii Noe, vel filiorum ejus diftributi funt per terras fecundum linguas fuas: fed hic per recapitulationem poftea commemorat, quod prius erat. Sed obfcuritatem facit, quod eo genere locutionis, ita contexit, quafi de his narratio, quæ poftea facta funt, confequantur.

k Campum] Quilibet gaudet de inventu fuo. Cupidi gaudent de inventione præbendæ. Sed bonus dicit cum *Pfalmifta*. Tribulationem, & dolorem inveni. *m* Venite faciamus] *Sapient.* 2. Venite, & fruamur bonis, quæ funt. [Venite] Timebant iterum diluvium: ideo auctore Nemroth voluerunt fibi conftruere turrim: in qua diluvium non timerent. *n* Et Bitumen] quod aquis diffolvi non poteft, nec aliqua re, nifi menftruo fanguine poftquam ficcatum fuerit. *o* Civitatem,] quam Deus non ingreditur. *p* Nomen noftrum] *Sap.* 2. Nomen noftrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum noftrorum.

Ω *a* Ut

Myftice.

Myftice. *i* Cumque proficifcerentur] Nemrod, & ejus complices, ideft Hæretici, Schifmatici, & fuperbi, de oriente proficifcuntur, ideft, a Chrifto recedunt, cui nomen eft oriens. *Zachar.* 6. Ecce vir oriens nomen ejus. *k* Invenerunt campum in terra Sennaar] quod interpretatur fœtor eorum, vel excuffio dentium. Is eft ordo, & ad talem finem deveniunt, qui honores ambiunt, & a Chrifto recedunt, ideft, in latitudine voluptatis, de cujus fœtore corrupti dentes difcretionis excuffi funt ficut locufta, ut non poffint molere cibum veritatis, nec difcernere inter bonum, & malum. *Heb.* 3. Omnis, qui lactis eft particeps, expers eft fermonis juftitiæ. *Sap.* 4. Cain profugus fuit a facie Domini in Eden, ideft, in locum deliciarum. Miferi homines perditis fpiritualibus confolationibus quærunt folatium in vanis, & caducis. Hoc eft fodere fibi cifternas diffipatas, quæ aquas non continent. *Jer.* 2. Dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, & foderunt fibi cifternas diffipatas, quæ non valent continere aquas. Et nota, quod qui fugit ab Oriente, dorfum habet ad Orientem: Et multi in dignitatibus fublimati dorfum vertunt ad Chriftum. 2. *Par.* 29. Averterunt facies fuas a Tabernaculo Domini, & præbuerunt dorfum. Item Sennaar mundus, qui eft fœtor eorum, ideft, bonorum. Sic enim fæpe fit relatio, ficut dicitur Samfon fol eorum, ideft, bonorum; bonis enim fœtet mundus. *Mich.* 2. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem, propter immunditiam ejus corrumpetur putredine peffima. Boni etiam fœtent mundo. *Exod.* 5. Fœtere feciftis nomen noftrum coram Pharaone. Et quod mundus, & bonus fibi fint ad invicem abominatio, habes *Galat. ult.* Mihi mundus crucifixus eft, & ego mundo. *B. Bern.* Quæcumque mundus reputat crucem, ego delicias reputo; & quæ mundus delicias, ego reputo crucem. [Turris Babel:] fuperbia mundi, quæ contra Deum erigitur, fed confufa deficitur. *Ifai.* 14. In cœlum confcendam fuper aftra cœli. Afcendam fuper altitudinem nubium, fimilis ero altiffimo: Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. *If.* 30. Erit vobis fortitudo terræ Ægypti in confufionem, & fiducia umbræ Ægypti in ignominiam. Ifti funt lateres pro faxis. In latere lutum cum palea conglutinatur, & poftea coquitur. In palea vanitas: in luto iniqua voluptas: in glutino obftinata malitia defignatur. De his lateribus dicit *Job* 31. Si ambulavi in vanitate, & feftinavit in dolo pes meus. *If.* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quafi vinculum plauftri peccatum. De hac turre fuperbiæ dicit *Job* 20. Si afcenderit in cœlum fuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quafi fterquilinium in fine perdetur. [Divifio linguarum] Divifionem fignificat defideriorum per varias voluptates. *Ofeæ* 9. Abjiciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus. *Ecclefiaft.* 3. Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diftendantur in ea.

A

l Et habitaverunt] Non dicit tranfierunt, quod tolerabile effet. *Numer.* 20. Obfecramus, ut nobis tranfire liceat per terram tuam; non ibimus per agros, nec per vineas; non bibemus aquas de puteis tuis, fed via publica gradiemur. Verba funt filiorum Ifrael ad regem Edom. Et felix talis tranfitor mundi de habitantibus terram. *Apoc.* 8. Væ, væ, væ habitantibus in terra. Ter dicit væ propter illa tria. 1. *Joh.* 2. Omne, quod eft in mundo, &c. propter quæ væ incurritur æternum.

q Antequam dividamur] Mali ab uno capite movent greffus fuos, fcil. a fuperbia, quæ eft initium omnis peccati. *Ecclef.* 10. Et diverfas vias fectantur, quia fcindunt fe per hæres, & ad diverfa peccata declinant. Quod fignificatur *Judic.* 15. per vulpes Samfonis, quæ caudas habent colligatas, fed facies diverfas, & divifas 3. *Regum* 18. dicit Achab: Eamus, & dividamus iter noftrum, fi forte inveniamus pafcua jumentis noftris. Quidam pafcunt jumentum fuum fœno luxuriæ, *Job* 40. Ferrum ut bos comedet. Alii vento inanis gloriæ. *Ofeæ* 12. Ephraim pafcit ventum, & fequitur æftum. Alii terra avaritiæ, *fupra* 3. Terra comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Alii ftercore humano, detractores, fcilicet, Deo odibiles. *Ezechiel.* 4. Subcinericium, & hordeaceum comedes, & ftercore humano operies illud, in oculis hominum. Sed omnes ad eundem finem revertuntur. *Ifaiæ* 24. Congregabuntur in congregatione unius fafcis in lacum, & claudentur ibi in carcere.

Rom. 1.

Descendit autem Dominus, ut *a* videret civitatem, & turrim, quam ædificabant filii *b* Adam, & dixit: Ecce unus est populus, & unum labium omnibus: Cœperuntque hoc facere, nec desistent a *c* cogitationibus suis, donec eas opere compleant: *d* Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita *e* divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, & cessaverunt ædificare civitatem. Et idcirco vocatum est nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universæ terræ. Et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum. Hæ generationes Sem: *f* Sem centum erat annorum, quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium. Vixitque Sem, postquam genuit Arphaxad, quingentis annis, & genuit filios, & filias. Porro Arphaxad, vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale, trecentis tribus annis, & genuit filios, & filias. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale, postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber, postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis, & genuit filios, & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg, postquam genuit Reu, ducentis novem annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu, postquam genuit Sarug, ducentis septem annis, & genuit filios, & filias. Vixit vero Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitque Sarug, postquam genuit Nachor ducentis annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Nachor viginti novem annis, & genuit Thare. Vixitque Nachor, postquam genuit Thare, centum decem, & novem annis; & genuit filios, & filias. Vixitque Thare septuaginta annis. & genuit *g* Abram, & Nachor, & Aram. Hæ sunt autem generationes Thare. Thare genuit Abram, & Nachor, & Aram. Porro Aram genuit Loth. *h* Mortuusque est Aram ante Thare patrem suum in terra nativitatis suæ in *i* Hur Chaldæorum. Duxerunt autem Abram, & Nachor uxores: Nomen uxoris Abram, Sarai: Et nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aram patris Melchæ, & patris Jeschæ. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aram filium filii sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui, & eduxit eos de *k* Hur Chaldæorum, ut irent in terram Chanaam. Veneruntq; usque Aran, & habitaverunt ibi. Et *l* facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Aran.

a Ut videret civitatem,] *Judith. 6.* Intuere, Domine, superbiam eorum, & respice in humilitatem nostram, *Isai. 37.* Aperi oculos tuos, Domine, & vide, & audi omnia verba Sennacherib.

b Filii Adam,] quasi dicat, homines fragiles, & mortales, unde gravius est. *B. Bern.* Si tam dure animadversum est in Angelum apostatam, nec ei profuit, quod cognata potentibus superbia esse dignoscitur, quid de me fiet misero, & superbo?

B

c Cogitationibus suis,] Dominus dissipat consilia malorum. *Job 5.* Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint manus eorum complere, quod volunt.

d Venite igitur, descendamus,] Ad Angelos dixisse intelligitur. Vel secundum illud: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Nam singulari numero subjunctum est: Divisit eos, &c. sicut ibi: Creavit Deus hominem ad imaginem, &c.

Sap. 1.

e Divisit eos, &c.] Naturale est, inter superbos semper schismata esse. *Proverb. 13.* Inter superbos semper jurgia sunt. *Judicum 7.* Versus est gladius uniuscujusque, & mutuo se interficiebant. In hac divisione linguarum nihil novum fecit Deus, sed dicendi modos, & formas loquelarum diversis gentibus divisit, unde easdem syllabas, & ejusdem potestatis litteras aliter conjunctas in diversis linguis invenimus, & sæpe eadem nomina, vel verba aliud significantia.

C

Unde ubi dicimus in *Psalm.* 2. In virga ferrea, in Græco habetur ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, in raydo sidera. Igitur in Latino sidera non ferrea significat, sicut in Græco, sed astra.

f Sem centum erat annorum,] *Beda.* Magna nobis quæstio nascitur secundum litteram, quomodo Sem biennio post diluvium centum esse annorum dicatur, cum supra, quingentesimo anno Noe natus asseratur, & sexcentesimo anno ejusdem Noe diluvium venisse legatur. Ut ergo numerus temporum sibimetipsi non repugnet, intelligendum est, aut Noe duos plus quam quingentos annos habuisse, quando natus est Sem, aut duos minus ad sexcentos annos, quando venit diluvium, aut Sem habuisse centum & duos annos, quando natus est Arphaxad. Solet enim sic loqui Scriptura nonnunquam, ut & si modicum supersit, vel desit, plenarium tamen, & perfectum in computo numerum sonet. Videtur autem verisimile, ut mea fert suspicio, quod cum natus esset Sem, duos super quingentos annos habuisse Noe, neque falsum dixit Scriptura, quia quingentos annos habuit etiamsi quingentos, & duos annos habuerit, quia nimirum minor numerus intra majorem continetur. Forte autem sanctæ scriptor historiæ, diligentius hoc loco curavit explicare, dicendo: Sem biennio post diluvium centum fuisse annorum, quia se meminit annum nativitatis ejus, quasi negligentius annotasse.

g Abram, & Nachor,] Ordo præposterus. Abram propter dignitatem præponitur. *Augustinus*: Non simul, sed suis temporibus, ex quo gignere cœpit. Nec attendendus est in his ordo nativitatis, sed significatio futuræ dignitatis, in qua excellit Abram.

A

h Mortuusque est Aram,] idest, ab igne consumptus, ut ajunt Hebræi, quem adorare noluit.

i In Hur Chaldæorum.] Hur secundum Josephum, nomen est civitatis, ubi hactenus sepultura Aram ostenditur. Hebræi dicunt, Hur, ignem.

2. Par. 1. Josue 24.

k De Hur Chaldæorum.] *Hieronymus* in Hebræo, in Hur Chesin, id est in igne Chaldæorum. Hinc fabulantur Hebræi, quia Abram in igne sit missus, quia ignem noluit adorare, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus de idololatriæ igne effugerit. Unde ad eum dicitur: Ego sum, qui eduxi te de Hur Chaldæorum. *l* Et facti sunt, &c.] *August.* Usquebuc facti sunt dies Thare ducenti quinque anni, & mortuus est in Aram. Prius dicitur, quod cum esset Thare septuaginta annorum genuit Abram, & postea cum omnibus suis mansit in Charram, & mortuus est. Et dictum est Abræ, ut exiret de Charram, & exivit cum esset septuaginta quinque annorum. Sed per recapitulationem ostenditur vivo patre Dominum præcepisse, & Abram de Charram exiisse, cum esset septuaginta quinque annorum, & pater centum quadraginta quinque, si dies vitæ ejus ducenti quinque anni fuerunt, ut ideo scriptum sit: Fuerunt anni vitæ Thare ducenti quinque anni in Charram, quia ibi implevit annos totius vitæ.

Solvitur ergo quæstio per recapitulationem, quæ insolubilis est, si post mortem Thare diceremus Dominum dixisse Abrahæ, ut exiret de terra, quia non erat septuaginta quinque annorum, cum pater jam mortuus esset, qui eum anno ætatis septuagesimo genuerat, ut post mortem patris esset centum triginta quinque annorum, si omnes anni patris ducenti quinque fuerunt. Sed quia quidam volunt annos Abræ computari, ex quo liberatus est de igne Chaldæorum, secundum Hebræorum traditionem, potest dici, quia Scriptura, quæ ait: Cum esset Thare septuaginta annorum genuit Abram, & Nachor, & Aram, non intelligi voluit, quod septuagesimo anno tres genuerit, sed quando generare cœpit, memoravit. Fieri autem potest, ut Abram posteriorem genuerit, sed privilegio dignitatis prior nominatus sit, sicut factum est ibi: Jacob dilexi: Esau odio habui. Et in *Paralipomenon*: Judas

Mal. 1. 1. Par. 5.

das ordine quartus, prior, nominatus eft: a quo Judæi dicti propter regiam Tribum.

EXPOSITIO CAP. XII.

Dixit autem Dominus ad Abram. *a* Egredere de terra] Notandum, quod jam egreffus fuerat de terra fua: fed tunc egreffus fuerat corpore non mente, & voluntate, habebat enim animum forfitan revertendi, quando dictum eft ei: Egredere, &c.

A

Ω *a* Jure

CAP. XII.

Dixit autem Dominus ad Abram: *a* Egredere de terra tua, & de *b* cognatione tua, & de *c* domo patris tui; & *d* veni in terram, quam monftravero tibi. *e* Faciamque te in gentem magnam, & *f* benedicam tibi, & *g* magnificabo nomen tuum, *h* erifque benedictus: *i* Benedicam benedicentibus tibi, & k maledicam ma-

Myftice.

Myftice. *a* Egredere, &c.] Deus pater loquitur ad Chriftum, qui per Abram fignificatur. Sonat enim pater excelfus, vel videns populum, vel electus. Et Chriftus, pater: *Ifai.* 63. Tu enim pater nofter, & Abraham nefcivit nos. Excelfus eft. *Pfalm.* 112. Excelfus fuper omnes gentes Dominus, & fuper cœlos gloria ejus. *Ifai.* 2. Quiefcite ab homine, cujus fpiritus in naribus ejus; quia excelfus reputatus eft. Hic Chriftus, qui modo humilis eft, fed in judicio excelfus reputabitur, & tunc habebit fpiritum indignationis in naribus, in palato, quando dicet: Ite maledicti, &c. *Matth.* 25. Item ipfe eft videns populum fuum. *Pfalm.* 33. Oculi Domini fuper juftos, &c. *Cant.* 2. En ipfe ftat poft parietem noftrum, refpiciens per feneftras, profpiciens per cancellos. Feneftræ, per quas lumen in domum intrat, & funt latæ interius, & exterius, funt prælati boni, quorum confcientia dilatatur compaffione charitatis, & converfatio exterior lucet opere pietatis: Cancelli, qui ftricti exterius, fed lati interius, funt humiles in Ecclefia, de quibus 3. *Reg.* 91. Derelinquam mihi in Ifrael feptem millia virorum, quorum genua non funt curvata ante Baal. Item ipfe eft electus. *Ifai.* 41. Ecce fervus meus, fufcipiam eum: electus meus, complacuit fibi in illo anima mea. Dicit ergo pater ad Chriftum. Egredere de terra, ideft, Judæa. *b* Et de cognatione tua,] Judæorum fcil. de quibus natus es fecundum carnem.
c Et de domo] ideft, fynagoga. *Jo.* 2. Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. *d* Et veni in terram, quam &c.] ideft, ad gentilitatem. *If.* 55. Ecce teftem dedi eum populis, ducem, ac præceptorem gentibus: Ecce gentes, quas nefciebas, vocabis, & gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current. Idem dicit *Pfalm.* 17. Populus, qui non cognovit, fervivit mihi. Chriftus igitur definito concilio accepto Patris, egreffus eft de Judæa in Apoftolis fuis. Unde qui prius dixerat: In viam gentium ne abieritis. *Matth.* 10. dicit poftea: Prædicate Evangelium omni creaturæ. *Marc. ultim.* Et *Matth. fine* Euntes docete omnes gentes. *Jer.* 12. Reliqui domum meam, dimifi hæreditatem meam. Egreffus ifte fignatus eft. *Joan.* 19. ubi dicitur: Et bajulans fibi Crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum. Per Calvariam intelligitur gentilitas. Et quia extra civitatem crucifixus eft, dedit intelligi, quod fructus Crucis ad extraneos veniret, non ad domefticos, ideft, Judæos. Nos igitur, qui fumus Calvariæ, exire debemus ad eum ejectum extra caftra tanquam leprofum. *Hebr.* 13. Exeamus ad eum extra caftra, &c. *e* Faciamque te] Chriftus paucos de Judæis habuit fequaces, fed plurimos de gentibus. Nec fuiffet magnum paucos Judæos convertere, ficut dicitur *Ifai.* 49. Parum eft, ut fis mihi fervus ad fufcitandas Tribus Jacob, & fæces Ifrael convertendas: Dedi te in lucem gentium ufque ad extremum terræ. Hoc eft, quod dicitur hic: Faciam te in gentem magnam, quia revera non effet decens, pro tam parvo negotio, tam magnum legatum mittere.

Act 2.

f Benedicam tibi,] ideft, multiplicabo tuos. *Jo.* 12. Nifi granum frumenti, &c. *g* Magnificabo nomen tuum,] ideft, fidem nominis tui. *Cant.* 1. Oleum effufum nomen tuum. Primo fuit quafi inclufum in vafe nomen Domini. *Pfal.* 75. Notus in Judæa Deus, &c. Judæi nomen Domini, & notum refpuerunt, fed nos ignotum recepimus cum honore. *h* Erifque benedictus:] Primo in gentium converfione. Secundo in fui corporis myftici glorificatione. *i* Benedicam benedicentibus tibi,] Hic benedictione finiftræ, gratiam, & bona cetera largiendo, & poft, benedictione dextræ in gloriam recipiendo, quando dicet: Venite benedicti, &c. *Matth.* 25. *Ephef.* 1. Qui benedixit nos in omni benedictione fpirituali. *k* Maledicam maledicentibus tibi,] maledictione pœnæ, quando dicet: Ite maledicti, &c. *Matth.* 25.

Θ *a* In te

31. q. 4. & recurrat. ... Moraliter.

Moraliter. *a* Egredere, &c.] Abraham, anima cujuslibet fidelis intelligitur. Hur Chaldæorum, incendium vitiorum, Pater diabolus, juxta illud *Joann.* 8. Vos ex patre diabolo eftis. Terra terrenorum dilectio. Cognatio, dæmonum multitudo, qui per culpam quafi per fanguinem peccatoribus conjunguntur. *Job* 40. Ecce Behemoth, quem feci tecum, &c. Domus, prava converfatio. Dicit ergo Dominus cuilibet [Egredere de terra,] ideft de amore terreno. Vacuæ enim & nocivæ funt terrenæ divitiæ, maxime appetitus earum. 1. *Timoth.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli.
b Et de cognatione] ideft, de pompis diaboli, ejus focietatem fugiendo. *Jacob.* 4. Refiftite diabolo, & fugiet a vobis.
c Et de domo patris] ideft, hoc fæculo nequam, & converfatione ejus, ut pater mundus, & mater concupifcentia fint nobis mortua, & nos ipfis, ut vere dicamus: Mundus mihi crucifixus eft, & ego mundo. *Gal.* 6.

Aliter.

a Egredere, &c.] Hoc dicit Dominus Prælatis, Clericis, Clauftralibus, qui per Abraham bene defignantur, quia funt electi a Deo. 1. *Petr.* 2. Vos eftis genus electum, regale Sacerdotium. Qui debent effe excelfi vita, & fcientia præeminentes. Unde in Arca Noe ultimam manfionem poffident homines, & aves, *fupra* 7. Debent etiam videre populum cogitationum, & affectionum fuarum. His ergo dicitur. [Egredere de terra tua,] ideft, de amore terrenorum.
b Et de cognatione tua,] ideft, de carnali concupifcentia, quæ nobifcum eft nata.
c Et de domo patris tui,] ideft, memoria mundi, & carnali affectu parentum. Unde Dominus in prima miffione difcipulorum excludit amorem terrenorum. *Matth.* 10. Nolite poffidere aurum, neque argentum. Et in fine fermonis addit de amore parentum: Non veni pacem mittere in terram, fed gladium. Veni enim feparare hominem adverfus patrem fuum, & filiam adverfus matrem fuam. *Pfal.* 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & oblivifcere populum tuum, & domum patris tui. *Num.* 18. In terra eorum nihil poffidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego enim fum pars, & hæreditas veftra in medio Ifrael. *Hier.* Nimis avarus eft, cui non fufficit Deus. *Deut.* 33. oftendit Deus, qui funt veri Levitæ: Qui dicunt, inquit, patri fuo, & matri fuæ: nefcio vos; & fratribus fuis. Ignoro vos, &c. Modo vero ftatim, ut aliquis factus eft prælatus, novam, & innumeram invenit parentelam. *If. ult.* Adducent omnes fratres veftros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis. Dominus in Cruce pendens, matrem habuit a dextris, quam Joanni commendavit. *Jo.* 10. Ita quicumque afcendit crucem prælationis, vel religionis, parentes debet habere a dextris, ut eos fcil. diligat ad bona æterna, & gratiæ Dei committat. Alioquin dicitur contra ipfum: Væ qui ædificat civitatem in fanguinibus. *Hab.* 2. ideft, Ecclefiam in parentibus. In *eodem.* Væ qui multiplicat non fua, ufquequo aggravat contra fe denfum lutum? Hoc contra carnales, & avaros prælatos, & clauftrales. Sed nota, quod Dominus licet compateretur matri, non tamen voluit de Cruce defcendere, ita nos, qui ferimus crucem Domini, propter parentes noftros, non debemus ad carnalia declinare. *e* Faciamque] Audi, quid promittat Dominus egredienti de domo patris: Si relinquis amicos carnales, multiplicat Deus amicos fpirituales. *Marc.* 17. Nemo eft, qui reliquerit domum, aut fratres, aut forores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evangelium, qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc domos, & fratres, & forores, & matres, & filios, & agros cum perfecutionibus, & in fæculo futuro vitam æternam. *Sap.* 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.
i Benedicam,] ideft, multiplicabo in bonis fpiritualibus illum. *Deut.* 33. Benedic, Domine, fortitudini illius, & opera manuum ejus fufcipe, &c.

* *b* Egreffus

ledicentibus tibi, atque in *a* te benedicentur universæ cognationes terræ. *b* Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus, & *c* ivit cum eo Loth. *d* Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de *e* Aran. *f* Tulitque Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui, *g* universamque substantiam, quam possederunt, & *h* animas, quas fecerant in Aran, & egressi sunt, ut *i* irent in terram Chanaan, Cumque venissent in eam, *k* pertransivit Abram terram usque ad locum *l* Sichem, usque ad *m* convallem illustrem. *n* Chananæus autem tunc *o* erat in terra. Apparuitque Dominus Abram, & dixit ei. Semini

a In te benedicentur] in Christo, qui de te. Vel in te, id est, in forma tui, sicut diceretur alicui: Benedicat tibi Dominus sicut benedixit Abræ. Similiter *Ruth*. 4. Faciat Dominus huic mulieri sicut fecit Liæ, & Racheli, quæ ædificaverunt domos in Israel. *d* Septuaginta quinque] Supra dictum est, quod Thare septuaginta annorum fuit, quando genuit Abram, Nachor, & Aram. In fine ejusdem cap. dictum est, quod ducentorum quinque annorum fuit Thare, quando mortuus est. Hic dicitur, quod Abram septuaginta quinque annorum fuit, quando egressus est de Aran post mortem Thare. Ista tria incompatibilia sunt; imo oporteret in egressu de Aran, quod esset centum triginta annorum. Triplex est solutio. *Aug*. dicit, quod Abram vivente patre exierat de Aran, ubi reliquerat eum cum Nachor fratre suo. Et quod hic dicitur, [Septuaginta quinque annorum erat, &c.] per recapitulationem, quia jam exierat. Et sic debet legi littera, ut illud, [Egredere de terra, &c.] intelligatur dictum Abræ, patre suo adhuc vivente, & hoc, quod dicitur hic [Septuaginta quinque annorum erat, cum egrederetur,] verum est. Vel aliter, cum dicitur supra [Septuaginta annorum erat Thare, quando genuit Abram, Nachor, & Aram,] idest, quando cœpit eos generare, & eos genuit temporibus suis, & ita quando genuit Abram, forte erat centum triginta annorum. Hanc etiam solutionem innuit *Aug*. Hebræi aliter dicunt, scil. quod Abram plurium annorum erat, quando egressus est de Aran, quam septuaginta quinque, sed illud tempus pro amisso habetur, quo mansit in Hur Chaldæorum, & ideo non computatur hic. *h* Et animas, &c.] animantia, quæ, ibi acquisierant.

Act. 7.

B

Gen. 11.

l Sichem,] quæ *Jo*. 4. dicitur Sichar. Sichem civitas, quæ corrupte dicitur Sichar, & interpretatur humerus. *m* Convallem] Pentapolim, quæ nunc mare salis, vel mortuum dicitur, & lacus Asphalti, & Salina vallis. Vallis ista dicebatur Pentapolis, vallis illustris, mare Salis, vallis salinarum, lacus Asphalti, lacus Judaici bituminis, mare mortuum: nunc autem dicitur lacus diaboli. Pentapolis dicebatur a quinque civitatibus. Vallis illustris, propter fœcunditatem, & amœnitatem. Mare salis, idest sterilis: & quia uxor Loth ibi versa est in salis effigiem. Lacus Asphalti, quia nigras glebas bituminis vomit, Asphaltum enim est bitumen, quod dicitur Judaicum, quia in Judæa reperitur. Tamen dicit *Hieron*. super *Ezech*. Asphaltum Græci stagnum bituminis vocant. Mare mortuum dicitur, quia nihil in eo vivit. Si quid vivum immergitur, statim superexilit. Lucerna ardens supernatat, extincta mergitur. Dixit *Josephus*, quod Vespasianus quosdam vinctis post tergum manibus, jussit in eo projici, & omnes, quasi vi spiritus desuper fluctuabant. In arboribus circumpositis poma nata usque ad maturitatem, coloris sunt vividi; matura autem, si incidas, favillas intus invenies.

Ω *a* Dabo

Mystice.

Θ *a* In te benedicentur universæ cognationes terræ. *Ps*. 93. Beatus homo, quem tu erudieris, idest, in tui doctrina, & imitatione habueris. Et commendatur hic vinculum fraternæ charitatis *Jo*. 13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. *c* Et ivit cum eo Loth.] Loth interpretatur declinans, & significat chorum Apostolorum, qui cum Domino semper iverunt, etiam in mortem *Jo*. 11. Eamus & nos, & moriamur cum eo. Ita dixit Thomas ad condiscipulos. Pauci sunt Thomæ similes. Et benedicitur, Loth cum eo, quia Christus semper præcedit suos. *Exod*.33. Mittam præcursorem tui Angelum, ut ejiciam Chananæum, &c. *d* Septuaginta quinque annorum erat] Ad litteram, septuagesimo quinto anno post nativitatem Domini destructa est Jerusalem, & tota Judæa. Dominus enim triginta tribus annis vixit ante passionem, & quadragesimo secundo anno post destructa est Jerusalem per Titum, & Vespasianum, ut dicit *Josephus*. Et tunc penitus egressus est Christus. *e* De Aran.] idest, de superbia Judæorum. Aran enim interpretatur sublimis. *Rom*.11. Propter incredulitatem fracti sunt Rami. *f* Tulitque] scil. Christus carnem humanam, & spiritum humanum assumpsit, egrediens de Aran, idest, de sublimi, ut iret in Chanaam, idest in mundum. De hoc exitu dicitur *Jo*. 16. Exivi a patre, & veni in mundum. *k* Pertransivit Abram terram usque ad locum Sichem,] quod interpretatur humerus. Ipse enim super humerum suum labores nostros sustinuit. *Is*. 9. Factus est principatus super humerum ejus, quando scil. crucem pro nobis tulit. *Is*. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Et nos quid retribuimus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? Ecce reputavimus eum, quasi leprosum, & percussum a Deo. *m* Convallem illustrem.] quæ significat Christi egregiam humilitatem. Quæ in duobus maxime fuit. In sustinendo humiliter contumelias, & tormenta. *Sap*.2. Contumelia, & tormento interrogemus eum. *n* Chananæus] idest diabolus. *o* Erat in terra] idest, in mundo. *Jo*. 12. Princeps hujus mundi ejicietur foras.

Θ *a* Qui

Moraliter.

* *b* Egressus est, itaque Abram sic præceperat ei Dominus,] idest & mente, & corpore exivit de mundo, bonus claustralis. Sed sunt quidam, qui etsi corpore, nondum tamen mente egressi sunt. *Bern*. Sunt aliqui, qui etsi corporaliter reliquerunt Ægyptum; ad quæcumque tamen Ægyptiaca tenerrime respirant. Item *Idem*: Sunt qui retinent amicis suis, quod abjiciunt a seipsis, pro præsenti commodo. & prosperitate suorum, inani solicitudine æstuantes. Crudeles plane, qui diligunt proximos suos, non seipsos: crudeles inquam vel in se, vel in suos, sed verius in utrosque. *f* Tulitque, &c.] Qui egreditur, ex toto debet egredi, ut vere dicat cum Philosopho: Omnia mea mecum porto. Et cum Apostolo: Mihi mundus crucifixus, & ego mundo. *Gal. ultim*. Uxor, caro, quam tollimus, cum in bonis operibus exercemur. *Jo*. 5. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Unde & Judith cum Abra sua ivit ad Holofernem occidendum. Aliter, secundum quod *B. Bern*. exponit illud *Luc*.11. Quis ex vobis habet amicum, & venit ad illum, & petit tres panes, &c. Amicus iste, spiritus humanus est, qui petit a Christo panem veritatis, rationi; panem charitatis, voluntati; panem fortitudinis, corpori. Nam sæpe, nec ratio intelligit, quæ debet; nec voluntas diligit intellecta; & caro impedit, ut non quæcunque volumus, faciamus. Probabile est cum amicus iste tribus indigeat panibus, quod non solus venerit. Venit ergo cum uxore, & mancipio, idest, cum voluntate, & corpore. Ratio famelica est veritatis, voluntas charitatis, corpus vero fortitudinis habet opus. Sic ergo Abram, ratio; uxor, voluntas; Loth, corpus; Hi tres semper se debent concomitari. Sed David de his tribus, quod se deseruerint, conqueritur. Cor meum conturbatum est in me: Ecce voluntas famelica. Dereliquit me virtus mea: Ecce fortitudo lassata. Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum: Ecce ratio cæca. *g* Universamque, &c.] Hoc est, quod nullam omnino memoriam debemus jam habere de mundo, ex quo convertimur ad Deum. *Jer*. 4. Si reverteris ad me Israel, ait Dominus, ad me convertere. Si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis, &c. *Exod*. 10. Cuncti greges pergent nobiscum, nec permanebit ex eis ungula, quæ necessaria sunt in cultum domini Dei nostri. *k* Pertransivit, &c. usque ad locum Sichem,] Quidam exeunt de mundo, sed non pertranseunt usque ad Sichem, quia laborare recusant. Contra istos dicitur *Jer*. 31. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam directam. *Sept*. Da cor tuum in humerum. Putas istis dicatur: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. *Matth*.11. *m* Convallem, &c. Hic duplex humilitas innuitur. Interior, cordis: exterior, conversationis. *Ps*. 103. Qui emittis fontes in convallibus. Sic igitur exiens de mundo debet transire per Sichem, & convallem, i. obedientiam, & humilitatem. Beata virgo transivit per convallem, quando dixit: Fiat mihi secundum verbum tuum. Sichem, quando dixit: Ecce ancilla Domini. Et nota: de Aram transit ad convallem. *Eccl*.3. Quanto magnus es, &c. Per

Ps. 39.

* Cha-

tuo *a* dabo terram hanc. *b* Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab Occidente habens *c* Bethel, & ab Oriente *d* Hai. Ædificavit quoque ibi altare Domino, & *e* invocavit nomen ejus. Perrexitque Abram vadens, & ultra progrediens *f* ad meridiem. *g* Facta est autem fames in terra. *h* Descendit igitur Abram in Ægyptum, ut *i* peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra. Cumque prope esset, ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai uxori suæ: Novi, quod pulchra sis mulier, & quod cum viderint te Ægyptii, dicturi sunt: Uxor ipsius est: & interficient me, & te reservabunt. Dic *k* ergo, obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, & vivet anima mea ob gratiam tui. Cum itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem, quod esset pulchra nimis. Et nunciaverunt principes Pharaoni, & laudaverunt eam apud illum: & *l* sublata est mulier in domum Pharaonis; Abram vero bene usi sunt propter illam. Fueruntque ei oves, & boves, & asini, & servi, & famulæ, & asinæ, & Cameli. *m* Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum ejus *n* propter Sarai uxorem

Ω. *a* Dabo terram hanc.] *Interlin.* Qui renuncians idololatriæ altare Domino ædificavit, contempto igne Chaldæorum.
d Hai.] Civitas in Tribu Juda.
e Invocavit nomen ejus.] quia cultor unius Dei.
f Ad meridiem, Quo nunc ierit, subticet Moyses causa brevitatis; vel quia notum; habitavit enim in Damasco; unde & nomen ejus in civitate Damascena, usque hodie habetur in gloria, & adhuc vicus ostenditur, qui dicitur habitatio Abram. Damascus est Metropolis Syriæ, sic dicta a Damasco filio Eliezer Procuratoris Abrahæ.

C

h Descendit] dicit propter situm loci, quia terra Chanaan est in montibus. Et est hic argumentum, quod fames fugienda est. *k* Dic ergo, obsecro, &c. *Aug.* Quæritur cur Patriarcha voluit mentiri, ut diceret sororem suam, & non potius Deo commisit, qui si vellet ejus pudicitiam, apud Pharaonem conservare posset. Sed veritatem voluit celari, non tamen mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris. Et in hoc ostenditur, quia nemo debet tentare Deum suum, dum habet, quid faciat rationabili consilio. Fecit enim pro vita sua, quod potuit; quod autem non potuit, Deo commisit, in quem speravit, cui pudicitiam conjugis commendavit. Nec eum fides, aut spes fefellit. Non igitur audeat Deum tentare homo, dum habet, quo rationabiliter, quod cavere oportet, evadat. Nec Paulus de protectione Dei desperavit, aut fidem perdidit, quando in sporta submissus inimicorum manus aufugit. Ipse autem Abram si interrogatus illam uxorem suam indicaret, duas res Deo committeret, & vitam suam, & uxoris pudicitiam.

12. q. 2. c. quæritur. — *2 Cor. 11. Act. 9.*

l Sublata est, &c.] *Raban.* Excusatur Sarai, quæ in domum Pharaonis transfertur invita, non solum in hoc, quod non inquinatur corpus, nisi mentis consensu, sed etiam in hoc, quod conveniente, & permittente viro suo factum est. *Augustin.* Apud Pharaonem tandiu potuit esse intacta, quia in Esther legitur, quod puellæ non statim ad reges introducebantur, sed uno anno custodiebantur, & sex mensibus oleo Myrtino ungebantur, & aliis sex mensibus in diversis ornamentis erant: Potuit ergo per has inducias temporis intacta manere. Et interim bene usi sunt Abram Ægyptii, donec Pharau a Deo flagellatur, & cognoscens, quod esset uxor ejus, redderet intactam.

Hest. 2.

m Flagellavit, &c.] Uxorem ejus, & uxores servorum, quia steriles faciens, vel propria infirmitate, & tumultu earum.
n Propter Sarai uxorem Abraham] quam intactam volebat servare.

Ω. Vocavitque

Mystice. ◯ *b* Qui ædificavit] Christus ædificavit altare, dum se patri obtulit in Cruce.
c Inter Bethel, & Hai,] quia Christus medium statum tenuit inter militantem Ecclesiam, quæ per Bethel intelligitur, & triumphantem, quæ per Hai. Bethel enim domus Dei interpretatur: Et Hai oculus.
g Facta est autem fames] Christus, sterilitate præmissa, & immissa in Judæis, transivit ad gentes, ut in eis se reficeret. Nam in Judæis fame moriebatur. Hoc est, quod dicitur *Marc.* 11. Cum exiret Jesus a Bethania, esurivit: cumque vidisset ficum a longe habentem folia, venit, si quid forte inveniret in ea. Et cum venisset ad eam, nihil invenit in ea præter folia. Non enim tempus ficorum erat, & maledixit ei. Modo Dominus ad quosdam venit, volens in eis refici, & non invenit nisi folia. Quid ergo faciet Dominus? Revera maledicet eis, & transibit inde ad alios. Hoc est, quod legitur 3. *Reg.* 17. quod Helias facta fame, transivit in Sareptam Sidoniorum ad mulierem, quæ pavit eum.
h Descendit igitur Abram in Ægyptum,] idest, Christus ad gentes. Sed nota, quod dicit.
i Ut peregrinaretur ibi:] Christus enim natus de Judæa peregrinus fuit in gentibus. Et hoc est, quod legitur *Ruth.* 1. In diebus unius judicis facta est fames in terra. Abiit ergo homo de Bethleem Juda, ut peregrinaretur in regione Moabitide cum uxore sua, ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimelech, & uxor ejus Noemi, & duo filii, alter Maalon, & alter Chelion. Elimelech, interpretatur Dei mei regnum, & significat Christum. De quo *Ps.* 45. Tu es ipse Rex meus. Uxor, cum qua descendit, est Ecclesia, quæ & soror, & sponsa. *Cant.* 4. Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa mea. Et dicitur recte Noemi, idest pulchra. Unde *Cant.* 4. Quam pulchra es, amica mea, &c. Duo filii, Prophetæ, & Apostoli. Maalon, de fenestra, vel a principio sonat, & significat chorum Prophetarum, qui a principio futura, quasi de fenestra, idest, de longe viderunt. Chelion, incendium, vel consummatio, & significat Apostolos, qui consummati fuerunt incendiu charitatis. Hanc uxorem voluerunt Ægyptii corrumpere, quando fidem ejus Martyricidæ pervertere conati sunt. Sed Pharao agnito, quod esset uxor Abram, dimisit eam. Et tyranni probata veritate fidei, in pace Ecclesiam dimiserunt.

Infr. — D — *De præd. i.e. voluisse, & do...*

* Chanaan contemplativa intelligitur, per Ægyptum activa. *g* Facta est autem fames, &c.] facta fame, id est, urgente necessitate, debet Abram, idest, Prælatus de contemplativa descendere ad activam, non ut incola, sed quasi peregrinus, qui completa necessitate, statim redire debet. Activa enim vita debet esse in tolerantia, contemplativa in desiderio. Unde & sponsa, quando vocatur, ut exeat ad agrum actionis, dicit: Lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos? *Cant.* 5. Unde & in reditu ad contemplationem dicit. Nolite me vocare Noemi, quod est pulchra, sed vocate me Marath, quod est amara, quia amaritudine replevit me Dominus: Egressa sum plena, & vacuam me reduxit Dominus. *Ruth.* 1. Uxor autem prælati, sapientia, & etiam soror. *Prov.* 7. Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. Unde & hic dicit Abram: Dic obsecro, soror mea es, & tamen es uxor. *Sap.* 8. Quæsivi eam sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius.

Moraliter.

Vel aliter: Per descensum Abræ in Ægyptum, significatur descensus Clerici ad sapientiam sæcularem, qui descensus debet, quasi peregrinatio reputari, ut citius revertatur. Hoc est, quod legitur *Exod.* 12. quod filii Israel, tulerunt farinam de Ægypto, qua usi sunt usque ad manna. Hoc est, quod sæcularis sapientia debet deficere, quando perventum est ad manna Sacræ Scripturæ. Sed descendit Abram fame ingravescente, quia tunc tolerari posset descensus ad sæcularem sapientiam, si esset defectus Sacræ Scripturæ. Sicut legitur 1. *Reg.* 13. quod quia faber ferrarius non inveniebatur in Israel, descendebant filii Israel in Philisthiim, ut acuerent gladios. Sed hodie ad quid descendunt tot, & tanti filii Israel ad scientias sæculares, cum sint tot fabri Theologiæ in Israel, cum quibus possent acuere gladios ingenii, præsertim cum non sit penuria peritorum in scientia sæculari. *Judith.* 7. legitur, quod non longe a muris erant fontes, ex quibus furtim hauriebant aquam ad refocillandum potius quam ad potandum. Et hoc faciebant, quia defecerunt fontes civitatis. Sic hodie si defecisset doctrina Sacræ Scripturæ, egredi possent ad fontes sæcularis scientiæ, ad refocillandum, non ad satiandum; & furtim, idest, occulte, ut in ea tanquam in furto erubescerent deprehendi.

Aliter.

Ω *a* Vocavitque, &c.] Quomodo scivit Pharao, quod Sarai esset uxor Abram: Quia Sacerdotes ejus sacrificantes hoc indicaverunt ei, & quia propter hoc flagellatus erat a Domino.
b Abram viris] ut scil. præberent ei ducatum, & custodirent, ne quis molestaret eum.

Abram, *a* Vocavitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est, quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, quod uxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce conjux tua, accipe eam, & vade. Præcepitque Pharao super *b* Abram viris, & deduxerunt eum, & uxorem illius, & omnia, quæ habebat.

C A P. XIII.

ASCENDIT *c* ergo Abram de Ægypto ipse, & uxor ejus, & omnia, quæ habebat: & *d* Loth cum eo ad australem plagam. *e* Erat autem dives valde in possessione argenti, & auri. *f* Reversusque est per iter, quo venerat a meridie in Bethel, usque *g* ad locum, ubi prius fixerat tabernaculum *h* inter Bethel, & Hai in loco altaris, quod fecerat prius, & invocavit ibi nomen Domini. Sed & Loth, qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, & armenta, & tabernacula, nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul. Erat quippe substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter, Unde & *i* facta est rixa inter pastores gregum Abram, & Loth. Eo autem tempore Chananæus, & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Loth: Ne quæso sit *k* jurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, *l* fratres enim sumus: Ecce universa terra coram te est, recede a me, obsecro. Si *m* ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Elevatis itaque Loth oculis, vidit *n* omnem circa regionem Jordanis, quæ universa *o* irrigabatur, antequam subverteret Dominus Sodomam, & Gomorrham, sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus *p* venientibus in Segor. Elegitque sibi Loth regionem circa Jordanem, & recessit ab Oriente. *q* Divisique sunt alterutrum a fratre suo, Abram habitavit in terra Chanaan: Loth vero moratus est in oppidis, quæ

EXPOSITIO CAP. XIII.

ASCENDIT *c* ergo Abram &c.]
e Erat autem dives] Sed unde habuit Abram hujusmodi thesauros: Dicit magister in historiis, quod docuerat Ægyptios Astronomiam, qui dederant ei multa. Unde patet, quod licet magistris a discipulis accipere dona. Erat autem dives divitiis scilicet, humanitatis, & divinitatis. *Proverb.* 31. Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu vero, scilicet B. Virgo supergressa es universas: Quia in te congregasti divitias, fœcunditatis, scilicet, & virginitatis simul, & in utero tuo continuisti novem mensibus divitias divinitatis, & humanitatis, quod nulla alia. *Prov.* 7. Abiit via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit: Ecce quod Christus dives ascendit, in die plenæ lunæ reversurus ad judicium, scilicet impleto numero filiorum Ecclesiæ. Et hoc est, quod dicitur hic. *f* Reversusque est per iter, quo venerat] Quia eadem charitate, qua venit primo adventu, veniet & secundo. *Bern.* Venit in humilitate ad animas reformandas, veniet in majestate ad corpora reformanda, ut quasi infirmorum vasculo abundantiorem impertiatur honorem.
h Inter Bethel, & Hai] Est autem Bethel civitacula in duodecimo lapide ab Helia ad dexteram euntibus Nephtalim, quæ prius Luza, idest, Amygdalus vocabatur in Tribu Beniamin: Hai vero in Tribu Juda separata sacerdotibus. Bethel domus Dei interpretatur: Hai oculus, vel fons. *k* Jurgium inter me, & te,] Notandum, quanta cura sit sancto viro conservandæ pacis.
l Fratres enim sumus.]

Tribus modis dicuntur fratres in Sacra Scriptura.
- Natura, ut Jacob, & Esau, *infra* 25.
- Cognatione, ut Abram, & Loth. Loth enim fuit filius Aram fratris Abræ, *sup.* 11.
- Gente, sicut omnes Judæi. Unde si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, &c. *Lev.* 25.

n Vidit omnem, &c.] Simile; Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, &c. idest, placuerunt ei. (*Sup.* 1.)
o Irrigabatur,] a Jordane.
p Venientibus, &c.] idest, sicut paradisus terrestris irrigatur a fonte aquæ, qui prorumpit in medio ejus, & Ægyptus a Nilo, ita regio illa a Jordane, in illa parte, qua venitur in Segor.
q Divisique] idest, uterque divisus est ab altero. Vel ipse, & frater ejus diviserunt se alterutrum, idest, in diversas partes tendentes. Alia littera habet: Divisi sunt alter a fratre suo. Hæc littera correctior est.

Ω *a* Coram

Mystice. *c* Ascendit ergo Abram.] Mystice. Christus cum carne assumpta cœlum ascendit de hoc mundo. Unde & Angeli dicunt ei: Quis est iste, qui venit, &c. *If.* 63.
Moraliter. *d* Et Loth] idest, sancti cum eo re, omnes spe.
e Ascendit ergo Abram] de Ægypto, quando aliquis recedit a mundana conversatione possidens aurum contritionis, quod est optimum, quia in terra Evilath nascitur optimum aurum, & argentum confessionis. (*Sup.* 2.) Cum his duobus necesse est de Ægypto exire, idest, de peccato, *Rom.* 10. Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, *Psalmus* 104. Eduxit eos cum argento, & auro, 1. *Mach.* 2. dicitur, quod Mathathias moriens substituit sibi Simonem, & Judam. Mathathias donum gratiæ: Simon autem audiens mœrorem, idest, contritio: Judas confessio. Hos duos debemus in nobis substituere; si forte moriatur aliquando Mathathias, id est, gratia Dei. *f* Reversusque est per iter quo venerat] Quia sicut peccata fecimus, sic debemus sigillatim quantum possumus confiteri. *If.* 38. Recogitabo tibi omnes annos, &c. *Psalm.* 6. Lavabo per singulas noctes lectum meum, idest, per singula peccata conscientiam meam purgabo gemitibus, & lacrymis, confessione, & oratione. *g* Usque ad locum,] *Apocalip.* 2. Memor esto, unde excideris, & age pœnitentiam, & priora opera fac.
h Inter Betel, & Hai] Quia omnis pœnitens debet facere pœnitentiam, aut aliter non valet intrare Ecclesiam in spe remunerationis æternæ.
i Facta est rixa] Ecce inter quos, & a quibus fit hodie rixa, & contentio: Inter pastores religiosorum. Et quare? Quia substantia eorum multa, & ideo nequeunt communiter habitare. Ideo dicitur *Amos* 6. Væ qui opulenti estis in Sion. Vel per Abram ratio: Per Loth sensualitas, sive caro accipitur, greges affectiones, & desideria eorum. Pastores cogitationes, vel prudentia spiritus, & prudentia carnis, inter quas est rixa continua. *Gal.* 5. Caro concupiscit, &c. Sed dicit ratio.
k Ne quæso sit jurgium inter me, & te,] Et est castigatio rationis volentis carnem sibi pacificare orationibus: Sed non potest nisi prius recesserit Loth, idest, caro mortificata fuerit jejuniis, vigiliis, disciplinis. Hæc tria carnem mortificant, & spiritum vivificant. *Rom.* 8. Si Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.
m Si ad sinistram, &c.] Hoc dicit Spiritus, sive ratio; quia quod dextrum est carni, sinistrum est spiritui, & e converso. In quo enim delectatur caro, spiritus contristatur. Hoc etiam figuratur in dispositione Crucifixi. Dexteram enim habuit ad Aquilonem, ubi est sinistra mundi. Secundum signum est ejus sinistra ad Austrum, ubi dextera mundi. Quasi hoc ipso dicat. Quod mundus bonum reputat, ego malum, & e converso. Et quærit *B. Bernard.* Et quis decipitur? Non dubites quin mundus decipiatur. Siquidem sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. Christus vero Dei virtus, & Dei sapientia est. 1. *Cor.* 1. Virtus, ut non possit vinci, sapientia, ut nequeat decipi. Væ igitur filiis hujus sæculi, qui dicunt malum bonum, & bonum malum. *If.* 5. Sicut Loth, qui eligit declivia circa Jordanem, & ab Oriente recedit. *Greg.* Loth amœna eligit, utilia refugit, de loci pulchritudine capitur, ab hostibus captivatur. Virtutum enim deserit consortium, qui speciem eligit, non veritatem. *Aug.* Væ illis, Domine, qui diligunt nutus tuos, propter te.

* *b* Lera

Ω *a* Coram Domino] dicitur, quia Dominus per se punit eos, non per homines. Vel [Coram Domino] quia cum homines non putarent istud peccatum magnum. Dominus maximum reputavit [Domino] cui crimen puniendum committitur: nam & hominibus manifestum crimen, sed non puniendum.

erant circa Jordanem, & habitavit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores *a* coram Domino nimis. Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est Loth ab eo: *b* Leva oculos tuos, & vide a loco, in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad *c* Orientem, & Occidentem: Omnem terram, *d* quam conspicis, tibi *e* dabo, & *f* semini tuo usque in *g* sempiternum, faciamque semen tuum *h* sicut pulverem terræ. Si *i* quis † potest hominum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. *k* Surge † & *l* perambula terram in *m* longitudine, & latitudine sua, quia tibi *n* daturus sum eam.

d Quam conspicis,] *Gl.* Quasi aspice per quatuor climata orbis. Possessio Palestinæ promittitur ei, & semini ejus. Quia in quibusdam Codicibus mare pro Occidente ponitur, ideo fit, quia Palæstina mare habet ab Occidente.

D

e Ad Orientem,] *Isai.* 43. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni da, & Austro noli prohibere, affer filios meos de longinquo. *Gloss.* Christo promittitur hæreditas omnium gentium, qui Ecclesiam suam per totum mundum diffudit: Cui Pater dicit: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, *Psal.* 71. Dominabitur a mari usque ad mare. *e* Tibi] idest tibi in semine tuo. Et est promissio hæc conditionalis, scilicet, si mandata mea custodierint. Sed non stetit conditio, & ideo nec totam terram possederunt. *f* Semini] Per semen intelligitur opus bonum. *Bernard.* Non pereunt opera nostra, ut videtur, sed æternitati, quasi semina quædam jaciuntur. Stupebis insipiens cum pro semine modico copiosam videris surgere frugem, sive bonam, sive malam pro diversa qualitate sementis. *Is.* 60. Tunc videbis, & affiues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

al. † possit. *Ps.* 2.

al. † ergo. *Inf.* 17. & 26. *Rom.* 4.

g In sempiternum,] Sempiternum & æternum duobus modis dicitur, scilicet, vel quod non habet terminum, vel cui non statuitur terminus: Sic accipitur hic secundum historiam. Unde *Horatius*:

Horat. lib. 1 epistolar.

Serviet æternum, qui parvo nesciet uti.

Primo modo accipitur hic secundum mysterium.

h Sicut pulverem] idest, multum: Et est hyperbole.

i Si quis potest hominum] idest, sicut illud puro homini est difficile, vel impossibile, ita & hoc. *l* Perambula terram] *Interlin.* Ne putetur ea terra tantum promitti, quæ ab Abram in eodem loco stante poterat videri. *n* Tibi,] idest, his, qui de te nascuntur. *p* Mambre] Mambre, & Eschol, & Aner fuerunt tres fratres, & a primogenito cognominata est vallis, & isti confœderati sunt Abræ. Habitavit autem Abram circa terebinthum: cujus radices adhuc apparent, quam *Josephus* vocat proprio nomine Ogygi. [Convallem Mambre] quæ sic vocatur a Mambre amico Abræ. *q* In Hebron.] Civitas est in tribu Juda, quæ & Cariatharbe dicitur, idest, civitas quatuor. Cariath enim Hebraice civitas, Arbee quatuor: Ibi enim situs est Adam maximus, Abraham, Isaac, & Jacob.

Moraliter. Psal. 118.

* *b* Leva oculos,] idest, cœlestia contemplare, quod non potest quis facere, nisi prius fuerit dimissus a Loth, idest, a carnalibus desideriis. Unde, Declinate a me maligni, &c. Per Orientem accipitur futurum judicium. *Matth.* 24. Sicut fulgur exit ab Oriente, ita erit adventus filii hominis. Per Occidentem mors, vel casus, vel fragilitas humanæ conditionis, quæ quotidie accidit. Per Aquilonem versutiæ dæmonum, & pericula hujus mundi. Per Meridiem beneficia Christi nobis jam exhibita, & majora adhuc exhibenda. Hæc debet quilibet contemplari jugiter. Prima contemplatio sollicitudinem generat, qualiter scil. poterit homo respondere in judicio, quando reddet rationem villicationis suæ. *Ps.* 111. Beatus, qui miseretur, & commodat, &c. *Is.* 38. Domine, vim patior, responde pro me. *Job* 9. Si voluerit homo contendere cum Deo, non poterit respondere ei unum pro mille. Secunda generat vigilantiam præparandi se, qualiter possit homo occurrere cum decem millibus Christo, qui cum viginti millibus venit. *Matth.* 25. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Tertia generat cautelam, & sobrietatem. 1. *Pet.* 3. Sobrii estote, & vigilate, quia adversarius vester, &c. Quarta generat spem, & amorem.

Luc. 16.

Luc 14.

h Semen tuum sicut pulverem] Per semen quod sicut pulvis multum, & modicum est, significantur boni, modici per humilitatem, multi per charitatem. Apostolus enim, ut omnes lucrifaceret, est omnibus omnia factus.

1. Cor. 9.

k Surge] a torpore. *Prov.* 24. Usquequo piger dormies. *l* Perambula terram] viventium, scilicet per contemplationem.

A

m In longitudine, & latitudine,] i. considera præmiorum æternitatem, & immensitatem. 2. *Cor.* 4. Id quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Æternum: Ecce æternitas. Supra modum: Ecce immensitas. Pondus: Ecce soliditas. Non enim erunt ibi vana gaudia sicut hic, sed vera.

o Movens igitur Abram tabernaculum suum, venit, & habitavit juxta *p* convallem Mambre, quæ est in *q* Hebron. Ædificavitque ibi altare Domino.

CAP. XIV.

FACTUM *r* est autem in illo tempore, ut *s* Amraphel rex Sennaar, & *t* Arioch rex Ponti, & *u* Chodorlahomor rex Elamitarum, & *x* Thadal rex gentium inirent bellum contra † Bara *y* regem Sodomorum, & contra Bersam regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Bale, ipsa est Segor. Omnes hi

al. † basa

o Movens igitur Abram tabernaculum] Statim prius promissum movet tabernaculum. *Job* 36. Annunciat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, & ad eam possit ascendere: Ecce promissio. Et statim subditur: Super hoc expavit cor meum, & emotum est de loco suo: Ecce motio tabernaculi.

p Juxta convallem Mambre,] quæ interpretatur visio, vel perspicacia. Et bona conjunctio vallis Mambre, quia quanto perspicacius videt quis cœlestia, tanto humiliatur in seipso. Unde Daniel, viso viro vestito lineis corruit in terram, ut legitur *Daniel.* 10.

EXPOSITIO CAP. XIV.

FActum *r* est autem, &c.] *s* Amraphel] interpretatur: Dixit ut caderet: Superbia vitæ, quæ cadere facit.

t Arioch] ebrius, Concupiscentia carnis. *u* Chodorlahomor] decorus manipulus: Hypocrisis.

x Thadal] sciens jugum: Avaritia, sive concupiscentia oculorum. *y* Regem Sodomorum, &c.] Sodoma, & Gomorrha, Adama, Sebois, Bala, sive Segor, erant quinque reges habentes. In tantum enim jam processerat libido dominandi, quod quælibet civitas suum regulum habebat, quorum plurimi alicui majori serviebant: tandem omnes subditi sunt Monarchæ Assyriorum. Chodorlahomor Rex Elamitarum, sibi subjugaverat quinque civitates prædictas, & tributarias fecerat sibi, & duodecim annis jam servierant ei in tributo: tertio decimo anno denegaverunt tributum; proinde Chodorlahomor quartodecimo assumptis secum tribus Regibus, scilicet, Rege Balim, Rege Ponti, Rege gentium [speciale nomen est hoc alicujus nationis,] venit contra illos quinque Reges, qui sibi tributum negaverant.

Ω *a* In vallem

Moraliter.

Moraliter. *r* Factum est autem, &c.] Hæc sunt quatuor vitia, concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitæ, hypocrisis, quæ quinque reges impugnant, idest, omnes homines quinque sensibus deditos, ut sibi servire compellant. Vel aliter

u Chodorlahomor,] idest, decorus manipulus, diabolus. De quo *Ezech.* 28. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & decore perfectus. Ipse est rex Elamitarum, idest, sæcularium. Unde & princeps mundi dicitur *Job* 12. Iste volens subjugare infirmos, quinque sensibus deditos, adjungit sibi alios tres socios.

s Amraphel] idest, superbiam.

t Arioch] idest, luxuriam.

x Thadal] idest, avaritiam. Hæc omnes fere subjugat: *Jerem.* 6. Omnes a minimo usque ad majorem avaritiæ student.

* *a* In

convenerunt in *a* vallem Sylvestrem, *b* quæ nunc est mare salis. *c* Duodecim enim annis servierunt Chodorlahomor, & tertio decimo anno recesserunt ab eo. Igitur anno quarto decimo venit Chodorlahomor, & reges, qui erant cum eo, *d* percusseruntque *e* Raphaim in *f* Astaroth, & Carnaim, & *g* Zuzim cum eis, & Emin in ✝ *h* Sabe; *i* Cariathaim, & *k* Chorreos in montibus Seir usque *l* ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. *m* Reversique sunt, & venerunt *n* ad fontem Mesphat, *o* ipsa est Cades, & percusserunt omnem regionem Amalechitarum, & Amorrhæum, qui habitabat in *p* Asason-Thamar. Et egressi sunt Rex Sodomorum, & Rex Gomorrhæ, Rexque Adamæ & Rex Seboim, necnon & Rex Balæ, quæ est Segor, & direxerunt aciem contra eos in valle Silvestri, scil. adversum Chodorlahomor Regem Elamitarum, & Thadal Regem gentium, & Amraphel Regem Sennaar, & Arioch Regem Ponti, quatuor reges adversus quinque. *q* Vallis autem Silvestris habebat *r* puteos multos bituminis: Itaque Rex Sodomorum, & Rex Gomorrhæ terga verterunt, *s* cecideruntque ibi, & *t* qui remanserant, fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum, &

a In vallem Sylvestrem,] *Interl.* vel illustrem.
b Quæ nunc est mare] scilicet post subversionem Sodomæ.
c Duodecim enim annis] Causam belli exponit.
d Percusserunt, &c.] *Hieron.* alia editin: Et ceciderunt gigantes in Astaroth Carnaim, & gentes fortes simul cum eis, & homines in Sabe civitate, antequam Sodomam pervenirent. Quatuor reges profecti de Babylone, interfecerunt gigantes, hoc est Raphaim. Robustos quoque Arabiæ, & Zuzim, & Emin in civitate Sabe, quæ usque hodie sic vocatur. Zuzim autem, & Emin terribiles, & horrendi interpretantur, pro quo *Septuaginta* magis sensum sequentes, gentes fortissimas posuerunt, & revertentes venerunt ad fontem judicii, hoc est, Cades, per anticipationem dicitur, quia postea sic vocatum. Significat autem locum apud petram, qui fons judicii nominatur, quia ibi populum Deus judicavit.

B

e Raphaim,] familia gigantum.
g Et Zuzim] similiter.
f Astaroth, & Carnaim,] nomina locorum.
h Sabe;] civitas est.
i Cariathaim,] populus. Nec est una dictio Sabe Cariathaim, sed duæ.
k Chorrhæos] Vel horræos, illos scil. populos habitantes in montibus, quos deleverunt filii Esau, & habitaverunt pro eis. Unde si montes illi dicti sunt, montes Seir, ab Esau, prolepsis est hic.
n Ad fontem Mesphat,] petram, de qua Moyses produxit aquam. *Infr. 36. Deut. 2.*
o Ipsa est Cades,] Ubi postea populus murmurans judicatus est.
p In Asason-Thamar.] In Asason, idest, in urbe palmarum, ubi superbi reges victoriam adepti sunt. Hoc autem oppidum Engaddi, balsami, & palmarum fertile. Sed Asason-Thamar, urbs palmarum interpretatur.
r Puteos multos bituminis.] In quibus forte latuerunt quatuor reges victi a quinque regibus.
s Cecideruntque] non reges, sed multi de suis, quia *infra* dicetur, quod occurrerunt Abræ. Vel [ceciderunt] idest, victi latuerunt. Vel [ceciderunt] de curribus.

Ω *b* Et

Moraliter. * *a* In vallem, &c.] Vitia confluunt in convallem, quia ad inferna demergunt. *Judic.* 6. Madiam, & Amalech, & orientales populi castrametati sunt in valle Israel, quæ interpretatur, semen Dei. Hi sunt novitii, & teneri in bona conversatione, ad quos dejiciendos conveniunt dæmones. Sed sæpe Gedeon, idest, circumiens in utero, superat, quia dum bonus novitius intra suam conscientiam manet, nihil extra se quærens, diabolus superatur, ideo Dominus sanato dixit: Vade in domum tuam. *Matth.* 9. *l* Usque ad campestria,] quæ interpretatur Onager, idest, Asinus Silvestris. In Asino, luxuriosi. *Ezech.* 23. Quorum carnes sunt ut carnes Asinorum. Per Silvestris, significantur novæ, & inauditæ adinventiones luxuriæ, ad quas perducit Chodorlahomor, idest, hypocrisis. *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores sunt. *Eccles.* 1. Non fueris hypocrita in conspectu hominum. *Luc.* 10. Vidi Sathanam, sicut fulgur de cœlo cadentem. *Gloss.* Aliquantum facile est, humanam laudem non quærere; difficillimum, oblatam respuere. Difficile est laudabiliter vivere, ut laus humana non capiat. *Hieron.* Non quæras gloriam, & non dolebis, cum ingloriosus eris. Qui laudem non appetit, nec contumelias sentit. Non ideo te bonum æstimes, quia bonus prædicaris. *Greg.* Sancti non solum gloriam supra modum non appetunt, sed etiam hoc primum fugiunt, quod se amari sentiunt. Tunc veraciter hoc, quod agit homo, bonum est, quando ei placere conspicit, a quo est. Magnus unusquisque esse studeat, sed tamen aliquo modo se esse nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat. Bono operi dum laus obviat, mentem operantis immutat. Sic autem opus fiat in publico, quatenus intentio maneat in occulto. Fraudem Deo facimus, quoties de bono opere nosmetipsos, non Deum laudamus.
m Reversique, &c.] Revertuntur usque Cades, quod interpretatur sancta, per Antiphrasim, quia dæmones, obtentis minoribus, student etiam deludere majores. *Job* 40. Absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus. *Isai.* 10. Nunquid non ut Damascus sic Samaria, quomodo invenit manus mea regna idoli, sic & simulacra eorum de Jerusalem, & Samaria. Hoc est, seductis minoribus, sperat seducere fortiores.
p In Asason-Thamar.] quæ interpretatur urbs palmarum. Et significat illos, qui volunt semper aliis præferri, sive in scientia, sive in alio. Et recte significantur tales per Asason-Thamar. Ibi enim erat copia balsami, & tales semper quærunt odorem suæ famæ. Sed dicuntur Amorrhæi, idest, amaricantes, sæpe enim sunt in amaritudine. *Bernard.* Vides aliquem cupidum inflantis scientiæ, in amaritudine morabitur oculus ejus, quoties videbit aliquem, quo se posteriorem judicet, vel putet ab aliis reputari. Nondum sanata sunt vulnera, quæ tibi in primo patre in ascensu hujus montis inflicta sunt, & adhuc in propria persona conaris ascendere.

* *a* Universa, *Moraliter.*

q Vallis autem Silvestris.] In tali loco non est tutum confligere. Si vitas hostem, incidis in puteum. Si puteum evadis, incidis in bitumen. Vallis Silvestris, mundus. Hostis, diabolus. Puteus, carnalis concupiscentia. Bitumen, divitiarum temporalium appetitus. *Isai.* 24. Formido, & fovea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Ecce qui fugerit a facie formidinis, cadet in foveam, & qui se explicuerit de fovea, tenebitur laqueo. Hæ duæ sunt situlæ diaboli, quibus semper haurit aquam in puteo hujus mundi, una surgente, altera mergitur. *Prov.* 30. Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, affer, affer, *Job* 18. Immisit in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat. Ibi *Greg.* In maculis retis ambulans, quo se ambulando expedire magis nititur, eo fortius obligatur. Unde *Apost.* 1. *Timoth.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. *t* Et qui remanserant,] Ita qui remanent post gladium diaboli, debent fugere ad montem claustri. Sic 1. *Machab.* 2. Mathathias fugit cum filiis ad montem, & reliquerunt quæcumque habebant in civitate. Et *infr.* 19. Loth salvavit se in monte fugiens de Sodomis. Sæpe autem cum aliquis evadit unum peccatum, incurrit aliud. Vitia enim complexa sunt, & sese mutuo juvant. *Job* 41. Corpus ejus quasi scuta fusilia, & compactum squamis sese prementibus, una uni conjungitur. *Greg.* Fugitivum suum ope vicaria, vitia retinent. *Isai.* 34. Clamabunt pilosi alter ad alterum. 1. *Machab.* 4. Legitur, quod Gorgias primo quæsivit Judam in castris, & non invenit, & postea quæsivit in monte. Diabolus sæpe quærit aliquem in castris carnis per tentationem luxuriæ, si ibi non invenit, quod quærit, quærit in monte, idest facit de continentia superbire, & sæpe fit reciprocatio, ut propter superbiam continentiæ cadat quis in luxuriam. Et Dominus sæpe permittit tentari de aliquo, ne tentati de alio succumbamus. *Bern.* Consideranda est erga nos divinæ dispositio pietatis, quæ nos aliquibus tentationibus permittit occupari, ne deteriores occurrant.

Gomorrhæ, & *a* universa, quæ ad cibum pertinent, & *b* abierunt. Necnon & Loth, & substantiam ejus, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce *c* unus, qui evaserat, nunciavit Abram Hebræo, qui habitabat in convalle *d* Mambre Amorrhæi fratris *e* Eschol, & fratris *f* Aner: Hi enim pepigerant fœdus cum Abram. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Loth fratrem suum, *g* numeravit expeditos *h* vernaculos suos, trecentos decem & octo, & persecutus est eos usque *i* Dan. Et divisis sociis, irruit super eos nocte. Percussitque eos, & persecutus est usque Hoba, quæ est ad lævam Damasci. Reduxitque omnem substantiam, & Loth fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque, & populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ejus, postquam reversus est a cæde Chodorlahomor, & regum, qui cum eo erant in valle Save, quæ est vallis regis. At vero, *k* Melchisedech Rex Salem, *l* proferens panem, & vinum (*m* erat enim Sacerdos Dei altissimi) *n* benedixit ei, & ait:

Ω. *b* Et abierunt,] ideo fugiendum est malum consortium. *d* Mambre] proprium nomen.

g Numeravit expeditos] idest, non uxoratos, de quibus in sequentibus dicitur. Exceptis his, quæ comederunt juvenes. [Vel expeditos] idest, strenuos, sive promptos.

h Vernaculos] Vernaculi dicuntur in domo sua nutriti.

i Usque Dan.] *Interlin.* Ubi unus de fontibus Jordanis oritur, qui nunc dicitur Dan. *Hieron.* Dan oppidum Phœnicis, quod nunc Paneas dicitur. Dan autem est unus de fontibus Jordanis, alter enim Jor vocatur, qui interpretatur rivus. C Duobus ergo fontibus, qui non procul a se distant, in unum rivulum federatis Jordanis appellatur. *k* Melchisedech] Domino panem vinumque libavit. Christus idem faciens pactum vetus evacuavit.

l Proferens panem, & vinum,] non in cibum, sed in Sacramentum, non homini, sed Deo. Et unde poterat hoc facere?

m Erat enim, &c.] Vel sic. [Proferens panem, & vinum, benedixit] Et superfluit. Et bene poterat benedicere: [Erat enim Sacerdos.] Tamen *Josephus* exponit aliter, quod Melchisedech multa xenia ministravit eis, & magnam abundantiam optimarum rerum eis exhibuit. Quod potuit facere. [Erat enim, &c.] Hunc Melchisedech dicunt Hebræi fuisse Sem, filium Noe, & usque ad Isaac vixisse, & omnes primogenitos a Noe pontifices fuisse usque ad Aaron. Hinc dicit Apostolus ad *Hebr.* 7. Sine patre, & sine matre, non quia non habuit, sed quia Scriptura non memorat eos. In quo significatur: quod Sacerdotes, & ceteri, qui assumpti sunt ad divinum officium, non debent nimium affectum erga parentes habere, ut vere possint dicere, patri, & matri: Nescio vos, & fratribus suis: Ignoro vos. *Deuter.* 33. Et ut successio tollatur in Ecclesiastica dignitate, & ut Christi sacerdotium per ejus sacerdotium competens designetur. Christus vero nec finem habet, nec principium, sed & sine patre fuit in terris, & sine matre in cœlis. *n* Benedixit] sicut major minorem.

Ω. *a* Benedictus

Moraliter. * *a* Universa, quæ ad cibum pertinent,] Dæmones libenter tollunt, quæ ad cibum animarum pertinent, idest, verba prædicationis, & doctrinæ. *Matt.* 13. Omnis, qui audit verbum Dei, & non intelligit, venit malus, & rapit, quod seminatum est in corde ejus. Hoc est, quod legitur *Judith* 7. quod Holofernes præcidi fecit aquæductum, ne influeret civitati, idest, prædicationem. Et hoc fit ex magna ira Dei, qua permittit, ut diabolus prædicatores exterminet, tamen diabolus semper suos prædicatores relinquit, qui Sacram Scripturam vel depravant, vel emolliunt, vel evacuant.

b Et abierunt.] Nota: Diabolus postquam de aliquo triumphaverit, quasi inutilem contemnit, & abit, sicut faciunt libidinosi amatores. *Judicum decimosexto* præcisis crinibus, idest, virtutibus, expellit Dalila Samsonem. Notandum autem, quod diabolus recedit a victo multis de causis, occultans tentationes. Primo, quia inutilem putat. *Jerem. trigesimo octavo*. Demerserunt te in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt a te. Et 2. *Regum decimotertio*. Amon ejecit Thamar corruptam. Vel recedit diabolus, ut anima illecta magis provocetur, & quæ prius sollicitabatur ab eo, sollicitet ipsum præveniendo tentationes, & sic magis peccet. *Ezech. decimosexto*. Factum est in te contra consuetudinem mulierum fornicationibus tuis, in eo, quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti. *Eodem supra*. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus, ut intrarent ad te. Item diabolus recedit, ut postea fortius impugnet, & ille avidius peccet, quanto diutius abstinuit a peccato. Item, ut sæpius vincere possit, sicut principes, qui ex toto nolunt excoriare fœneratorem, ut iterum possint excoriare. *Habacuch* 1. Super omnem munitionem ridebit. Item, ut per frequens recidivum in desperationem standi demergat. *Eccles.* 7. Ne iteres verbum in oratione, idest, ne facias, quo oporteat iterare. Ita facit diabolus. Sed e converso sæpe Deus tales relevat, & colligit, quos sic despiciendo relinquit, & sic decipitur sæpe diabolus *Job* 5. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium pravorum dissipat. Et subdit D quomodo Savium faciet egenum a gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. 1. *Regum* 30. David puerum lassatum, & quasi inutilem relictum assumit contra hoc, quod diabolus devictos quasi inutiles relinquit. Item contra hoc, quod diabolus recedit, ut sæpius peccare faciat, sæpe prævenit Dominus diabolum reversurum, ut quasi stultus inveniat se spoliatum ab eo, quem prius possidebat. *Jerem.* 22. Qui egressus est de loco isto, non revertetur huc amplius. Item contra hoc, quod diabolus per frequens recidivum vult inducere, in desperationem, facit sæpe Dominus, quod eo ipso convertitur peccator, quo frequentius cecidit. 1. *Reg.* 22. Convenerunt ad David omnes, qui oppressi erant ære alieno.

Hebr. 7. *De consecr. dist.* 2. *c. In calice. &c. accipite.*

Mor aliter. * *c* Ecce unus, qui evaserat,] idest, ratio, vel Spiritus Sancti inspiratio, nunciavit Abræ, idest, prælato, stragem, quam fecerant dæmones, ut succurrat. Sed nota, quod ejicitur Abram Hebræus, idest, transitor. Non enim idoneus est prælatus succurrere captivis a diabolo, nisi sit transitor, non quærens hic mansionem, sed futuram inquirens. Sed non sic hodie est, domos, & domos constituunt sibi prælati. *Mich.* 2. secundum *Septuaginta*: Duces populi mei ejicientur de domibus deliciarum. *Jerem. vigesimosecundo*. Væ qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa, qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque synopide, idest, Sanguine Christi. Dicit *Gloss. Hieronym.* Nunquid regnabis, quoniam conferes te cedro? *Matt.* 8. Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos, Filius autem hominis, &c. Et nota, quod Abram cum tribus sociis exivit reducere captivos.

d Mambre] quod interpretatur visio, vel perspicacia, idest, intelligentia veritatis.

e Eschol,] idest, ardor charitatis.

f Aner:] idest, lucerna, verbo scilicet, & exemplo. Rectus est ordo. Primo enim, intelligentia veritatis. Secundo, ardor charitatis. Tertio, bonum opus, & verbum prædicationis, *Bernard.* Ardere parum est, lucere vanum est, ardere, & lucere perfectum est. *Joann.* 5. Erat Joannes lucerna ardens, & lucens. Diabolus Lucifer fuit, non igneus, sed frigidus. Unde, & dicit *Isai.* 14. Sedebo in monte, in lateribus Aquilonis.

g Numeravit expeditos] Expediti vernaculi virtutes animi, & opera bona, vel boni prædicatores, quos prælatos debet eligere ad auferendum prædam diabolo, qui debent esse expediti, idest, non uxorati, nec curiositati, vel vanitati, vel voluptati dediti, sed vernaculi, idest, humiles, & simplices. *Deuteron.* 20. Uxorati præcipiuntur remanere a bello domi. Et debent esse trecenti, idest, debent habere fidem crucis. Thau enim, sive Taph Græca littera signat trecentos, & habere debent fidem Trinitatis, & opera bona. Decem & octo enim constant ex ternario, & senario. Et nota, quod Rex Sodomorum occurrit Abræ in Save, quæ est vallis regis, & significat humilitatem. Hoc est, quod vana gloria, sæpe hominem post victoriam

Deut. 24.

* vitiorum

℞ *a* Benedictus Abram Deo excelso,] idest, a Deo excelso, quasi dicat, Deus excelsus multiplicet Abram in omnibus bonis.

b Et benedictus Deus excelsus,] quasi hæc victoria Deo excelso est assignanda, & ei gratiarum actio pro beneficiis exhibenda.

a Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cœlum, & terram, & *b* benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et *c* dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: *d* Da mihi animas, cetera tolle tibi. Qui respondit ei: *e* Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem cœli, & terræ, quod a filo subtegminis *f* usque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne *g* dicas, ego ditavi Abram, *h* exceptis his, quæ comederunt juvenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum Aner, Eschol, & Mambre. Isti accipient partes suas.

c Et dedit ei decimas] Hic primo leguntur decimæ datæ ab Abram, primitiæ vero ab Abel. [Dedit ei decimas] in quo Levi tanquam minor decimatus est. *e* Levo manum] sicut faciunt jurantes.

f A filo subtegminis usque ad corrigiam] Subtegmen est filum, quod stamini intexitur, sed corrigia deforis ligat. Et sic notat, nec interiora, nec exteriora munera, id est, nec munus a corde, nec munus ab ore, nec munus a manu velle suscipere, implens illud *Isai.* 33. Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere. Ita fecit Moyses, & Samuel. *f* Usque ad corrigiam] 1. *Reg.* 12. Samuel ad Judæos: Conversatus sum coram vobis ab adolescentia mea usque ad diem hanc: Ecce præsto sum, loquimini coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum, si quemquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam accepi munus, & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt: Non es calumniatus nos. E converso videatis quid accidit Gedeoni, qui post victoriam munera accepit. Dixit enim: Date mihi inaures ex præda vestra: Et accipiens fecit Ephod ex eis, & fornicatus est in eo omnis Israel *Judic.* 8. *g* Ne dicas,] idest, ne dicere possis, quasi dicat, nolo vendere libertatem meam. Cujus exemplum recolens Martinus Cardinalis contentus quinque equitaturis: cui, cum una illarum quinque claudicaret, Florentinus Episcopus unam dedit. Qui longo tempore post Romam venit, & petiit patrocinium Martini. Cui: Permitte me prius recipere meam libertatem. Et reddidit ei equum, quem dederat sibi, postea dixit ei: Si justam habes causam, stabo. Utinam tales essent omnes. *h* Exceptis his, &c. partibus] *Interl.* Juste cuique tribuit, quod suum est.

11. q. 3. cap. dicat.

Moraliter. * vitiorum in specie humilitatis dejicit. Unde fit, quod qui multa, & magna evaserat, ibi succumbat. Quod significatur 1. *Machab.* 6. Ubi legitur, quod Eleazarus oppressus fuit ab Elephante, quem straverat. Non sic fecit David, sed Goliam, idest, superbum diabolum proprio gladio interfecit. Quod fit, quando quis ex ipsa tentatione superbiæ sumit materiam humiliandi se. *Bern.* Elata siquidem cogitatione pulsatus, si ex eo sumis occasionem humilitatis, ut tanquam de superbo, & abjecto homine sentias de teipso, Goliam Goliæ gladio superasti. Post regem Sodumorum occurrit Melchisedech, idest, Christus cum gaudio suscipiens de vitiis triumphantes, non permittens eos succumbere. 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus, qui non patietur, &c. Profert autem Melchisedech panem, & vinum, idest, Christus memoriam Passionis suæ, quæ maxime valet contra tentationes. Per panem enim caro Christi, per vinum sanguis intelligitur. *Joh* 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. *d* Da mihi animas,] Hoc dicit diabolus Prælato. Heu multi hodie Prælati pactum fecerunt cum diabolo, diabolus habet animas, ipsi habent cetera omnia, idest, lac, & lanam. Et Christus, qui & animas creavit, & sanguine suo redemit, bona temporalia ei concessit, nihil habet, quasi proscriptus. *Gal.* 3. Ante quorum oculos Jesus Christus proscriptus est, diabolo, scil. & prælatis. Nonne jam Prælati multi ipso facto dicunt diabolo: Mitte sortem nobiscum, marsupium sit unum omnium nostrum. Et nota triplex damnum: Damnum animarum, damnum corporum, damnum rerum. Primo, succurrit

Prov. 1.

Theologia. Secundo, Physica. Unde necessaria est. *Eccles.* 38. Honora medicum propter necessitatem. Tertio, peritia legum sæcularium. Hoc damnum minimum: Unde & hæc scientia novissimum debet tenere locum in scientiis 1. *Corinth.* 6. Sæcularia judicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia constituite ad judicandum. Prælati libenter accipiunt curam animarum, & tamen non curant eas. *Bernardus* Prælati copiosissimæ charitatis sunt in suscipienda, imo accipienda animarum cura, at de his illis cura minor, & de animarum salute novissima cogitatio est.

A

11. q. 3. cap. dicat.

e Levo manum] Ille levare potest manus, qui excutit eas ab omni munere. Sunt autem quidam, qui munera non quærunt, sed oblata recipiunt: Et sunt quidam, qui non quærunt, sed respuunt, tepide tamen: unde & tandem recipiunt. Sunt qui quærunt, & recipiunt. De his omnibus dicit *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Et qui sunt illi, docet *Isai.* 1. loquens ad Jerusalem: Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.

CAP. XV.

His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua *i* magna nimis. Dixitque Abram: Domine Deus, quid *k* dabis mihi? Ego *l* vadam absque liberis, & *m* filius procuratoris domus meæ, *n* iste Damascus Eliezer: Addiditque Abram: Mihi autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Statimque sermo Domini factus est ad eum dicens: *o* Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de *p* utero tuo, ipsum

EXPOSITIO CAP. XV.

His itaque transactis, &c. *i* Magna nimis.] Quia de præda nihil accipere voluisti, ideo ero protector tuus contra hostes tuos: [Et merces tua magna nimis] idest, supra merita. Vel incomprehensibilis, juxta illud *Isai.* 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te.

k Quid dabis mihi?] quasi dicat, quid valet mihi, quod promittis, cum non habeam hæredem: Et dicit hoc Abram non ex diffidentia, sed ex desiderio sciendi, quid daturus erat ei: Sicut B. Virgo dixit; Quomodo fiet istud: Non dubitando, sed modum quærendo.

Luc. 1.

l Ego vadam, &c.] quasi dicat, Procurator meus Eliezer filium habet cui hæreditatem relinquere potest, ego vero non: Quid igitur mihi valet promissio tua, cum desit hæres? Et est ibi aposiopesis, quæ solet fieri causa gaudii, vel doloris, vel comminationis. Et debet sic suppleri. *n* Iste Damascus est filius Eliezer procuratoris domus meæ.] Vel sic [Iste scil. Damascus Eliezer] supple filius erit hæres meus, cum non habeam proprium. *o* Non erit] quasi dicat frustra hoc dicis, non erit ita: Non enim hic.

p De utero tuo,] idest, substantia, quasi dicat non habebis hæredem adoptivum, sed naturalem.

℞ *a* Suspice

Mystice.

Mystice. *k* Quid dabis] Noluit Abram aliquod munus accipere a rege Sodomorum, sed a Deo quærit remunerari post victoriam hostium petens filium. Sic post victoriam vitiorum debet quilibet esse solicitus de opere bono, & conversatione aliorum. *Matth.* 19. Petrus volens certificari de præmio sicut Abram, dicit Domino: Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo erit nobis: Hoc est, quod hic dicitur, [Quid dabis mihi.] Et sicut hic agitur de semine, ita ibi.

l Vadam absque liberis,] Hoc dicit Christus patri, quasi dicat, non habebo filios spirituales.

m Filius procuratoris] per quem significantur Judæi, qui putaverunt esse hæredes Christi. Unde dixerunt: *Matth.* 21. Ecce hæres, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Sed per hoc perdiderunt ipsi hæreditatem, & translata est ad alios, idest, ad Christianos. *Thren.* 5. Translata est hæreditas nostra.

p De utero tuo,] Omnes fideles nati sunt de utero Christi, quia eos per Passionem in Cruce peperit, cum de latere ejus

habebis heredem. Eduxitque eum foras, & ait illi: *a* Suſpice cœlum, & *b* numera ſtellas, ſi potes. Et dixit ei: Sic *c* erit ſemen tuum. Credidit † Abram Domino, & reputatum eſt illi ad *d* juſtitiam. Dixitque ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Hur *e* Chaldæorum, ut darem tibi terram iſtam, & poſſideres eam. At ille ait: *f* Domine Deus, unde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſim eam: Et † reſpondens Dominus: *g* Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium: turturemque, & columbam. Qui tollens univerſa hæc diviſit † per medium, & utraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit. Aves autem non diviſit. Deſcenderuntque volucres ſuper cadavera, & abigebat eas Abram. Cumque Sol occumberet: Sopor irruit ſuper Abram, & horror magnus, & *h* tenebroſus invaſit eum. Dictumque eſt ad eum: *i* Scito prænoſcens, quod pere-

B

al. † non habes Abram. Rom. 4. Gal. 3. Jac. 2.

11. qu. 1. c. cum igitur, § hac ergo.

al. † reſpondit.

Ω *a* Suſpice cœlum,] Solet quæri, ubi Deus promiſit Abrahæ lucem æternam, ſive ſanctam, ſicut cantatur in offertorio mortuorum, & ſemini ejus. Et dicunt quidam, quod hic. [Suſpice cœlum, &c.] juxta illud *Dan.* 12. Qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Unde ſenſus eſt: Progeniem claram, & vitam æternam, quæ dicitur lux, promiſit Deus Abræ, cum dixit.

b Numera ſtellas] *Gloſ.* Rab. Duplex ſignificatio promiſſi ſeminis datur. Oſtenſis ſtellis dicitur ei: Sic faciam ſemen tuum, ideſt, gentem Chriſtianam, cujus tu pater futurus es in fide, ſcilicet faciam reſurrectionis lumine coruſcare. Oſtenſa vero arena dicitur: Sic erit ſemen tuum, &c. ideſt, copioſa erit gens Judæorum, ſed arida, & infœcunda. *d* Ad juſtitiam.] ideſt, ad juſtificationem: Fide enim juſtificatur homo. *Rom.* 3. Juſtitia Dei eſt per fidem Jeſu Chriſti ſuper omnes, qui credunt in eum. Et eſt hic argumentum, quod gratia cauſaliter præcedit peccati remiſſionem. *e* De Hur Chaldæorum,] ideſt, de igne: Vel de civitate ſecundum *Joſephum*. *f* Domine Deus, &c.] Judæus dicit, quod Abraham in parte dubitavit, unde propter illam hæſitationem fuit ſemen ejus in afflictione. [Domine Deus] *Interl.* Signum quærit non tentando, ſed ſperando, & modum quærendo. Hic mos inolevit Judæis, ut ſigna petant, 1. *Corinth.* 1. *g* Sume, inquit], quaſi dicat, immolabis mihi hæc, & oſtendam tibi ſignum per hoc, quod acceptabo tuam oblationem. *h* Tenebroſus] Vel quædam caligo tenebroſa ſuperveniens, quæ incuſſit illi timorem, vel potius pavorem, ſive horrorem, quæ fuit pars ſigni.

Ω *a* Semen

Myſtice: ℧ Sanguis noſtræ redemptionis, & aquæ noſtræ ablutionis exivit. *Iſai.* 46. Audite me domus Jacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini a meo utero, & geſtamini a mea vulva uſque ad ſenectam. Nota, familiariter ſe dicit Chriſtus matrem: Peperit enim nos cum dolore magno in lecto duro ſatis, ideſt, in Cruce. *Iſai.* 66. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus. Peperit autem nos per latus dextrum, quia de latere viri ſumpta fuit mulier, per quam mortui eramus. Eſt igitur Chriſtus mater: nihilominus eſt & pater; ſed pater creando ex nihilo, mater pariendo cum dolore magno. In partu vero dolor eſt non ſolum matris, ſed etiam fœtus: Sic boni filii, cum pariuntur Chriſto per pœnitentiam, dolorem habent in contritione, & carnis maceratione. Non enim ſufficit dolor matris, ideſt, Chriſti, ſed exigitur dolor filii. *Matt.* 16. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me; Suam dicit non meam, q. d. Dolor meus non ſufficit, niſi adſit & veſter. Iſti ſignum habent, quod ſint filii Chriſti, qui ſtigmata crucis portant. *Gal. ult.* Stigmata Chriſti jugiter in corpore meo porto. 1. *Joh* 5. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Spiritus ſcil. charitatis, aqua lacrymarum, ſanguis afflictionis carnis. Si hæc tria relucent in te, teſtimonium habes, quod filius Dei ſis, ſicut dicit *B. Bern.* Prædictæ clauſulæ debet addi: Et hi tres unum ſunt, imo uno deficiente, adeſſe cetera non præſumas. Signanter autem ponitur ſpiritus utrobique, & in teſtimonio, quod datur in cœlo, & in illo, quod in terra, quia eadem eſt charitas viæ, & patriæ. Charitas enim nunquam excidit. 1. *Cor.* 13. *Iſai.* 35. Vivit Dominus, cujus igniculus in Sion, &c. *a* Suſpice cœlum,] Hoc factum eſt, quando Chriſtus oravit ad patrem.

c Sic erit ſemen tuum.] Semen Chriſti, ideſt, fideles hic comparantur ſtellis, ſupra pulveri, & arenæ. Utrumque bene convenit: Boni enim ſunt pulvis per humilitatem, qua ſe omnibus viliores reputant. Et ſicut pulvis adhæret pedibus, ita boni per humilitatem adhærent humanitati Chriſti. *Matt.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Nahum.* 1. Dominus, nebulæ pulvis pedum ejus. Nebulæ ſancti, qui ſunt pulvis adhærens pedibus Chriſti, ideſt, humilitati ejus. *Bernard.* Verus humilis non vult prædicari humilis, ſed reputari vilis. Item arena ſunt, quia continue fluctibus tribulationum tunduntur. 2. *Timoth.* 3. Omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur, *Jerem.* 5. A facie mea non dolebitis, qui poſui arenam terminum mari. Item ſtellæ ſunt, quia magni ſunt, ſed modici apparent. Lucidi ſunt per bonam converſationem, & bonam famam, Firmamento, ideſt, Chriſto affixi, fide, ſpe, & charitate. *Philippenſ.* 2. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes.

al. † ea.

C

Actor. 7.

g Sume, inquit, mihi vaccam, &c.] Chriſto dicitur, ut ſumat ſibi, ideſt, ad fidem colligat tria animalia, ideſt, homines tribus vitiis mancipatos. Per vaccam, quæ agros habitat, avari. Per arietem ducem gregis, ſuperbi. Per capram fœtidam, luxurioſi. Per turturem, & columnas, ſignificantur boni, quia tam boni quam mali vocantur ad fidem. *Matth.* 13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ, &c. *Iſai. ſexageſimo*. Omne pecus Cedar congregabitur tibi. Turtur ſolivaga, contemplativi ſolitarii: Columba gregatim volans, congregationes religioſorum. Uterque gemitum habet pro cantu, & ſimpliciter intuentur, quia omnes religioſi in valle lacrymarum poſiti lugent non pro ſuis tantum, ſed pro totius mundi peccatis: Et beati, qui ſic lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. *Matth. quinto*. Animalia dividantur, quia inter malos ſemper ſunt jurgia, & diſcordiæ, quia ubi quilibet quærit, quod ſuum eſt, non poteſt eſſe unitas. 1. *Corinth.* 3. Cum ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis? Aves autem non dividuntur, quia boni ſemper ſervant unitatem in vinculo pacis. *Actor.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, &c. Volucres deſcendentes ſunt dæmones, qui deſcendunt ſemper ſuper cadavera, ideſt, in conſcientias peccatorum. Sed Abram, ideſt, Chriſtus abigit eos, dum ad pœnitentiam peccatores expectat. In futuro vero non abiget, ſed permittet dæmonibus eos diripere. *Jerem.* 7. Projecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui: Et *infra eod.* Erit morticinum populi hujus in cibum volucribus cœli, & beſtiis terræ, & non erit, qui abigat.

Prov. 15.

Moraliter.

g Sume inquit mihi vaccam, &c.] Per vaccam humilis ſubjectio: Per capram pœnitentia: Per arietem fortitudo: Per turturem caſtitas: Per columbam charitas. Vacca triennis, quia humilis majori, æquali, & minori ſe ſubjicit. Capra trima, contritio, confeſſio, ſatisfactio. Aries trium annorum, quia fortes debemus eſſe ad injurias, contumelias, verbera. Animalia dividuntur, ut humilitas exhibeatur ſuo ſuperiori, in his, quæ ad Deum, non in his, quæ contra Deum. In pœnitentia, ne quid nimis, vel ne quid minus fiat. Fortitudo non ſit effrænata, ſed diſcreta. Turtur, & columba non dividuntur, quia caſtitas mentis, & corporis utraque exigitur. Charitas ad Deum, & proximum, utraque neceſſaria eſt. Volucres ſunt importunæ cogitationes. *Greg.* In ipſo orationis ſacrificio ingerunt ſe importunæ cogitationes rapere, vel violare cupientes, ſed manu ſanctæ diſcretionis debemus cuſtodire, quod foris offerimus, ne maligni ſpiritus, & perverſæ cogitationes rapiant. *Eccleſ.* 10. Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti.

i Scito prænoſcens,] Tria dicuntur hic, quæ fuerunt in Chriſto per experientiam, & debent eſſe in nobis per imitationem. Peregrinatio, ſervitus, afflictio. Peregrinatus eſt Chriſtus; primo, de cœlo in terram deſcendens. Secundo, de civitate extra portam, Crucem bajulans.

*Tertio

grinum futurum sit *a* semen tuum in terra non sua, & subjicient eos servituti, & *b* affligent quadringentis annis. Veruntamen gentem, cui servituri sunt, ego judicabo: & post hæc *c* egredientur cum magna substantia. *d* Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. *e* Generatione autem quarta revertentur huc: Necdum enim *f* completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus. Cum ergo occubuisset Sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas. In die illo pepigit Dominus cum Abram fœdus, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, a fluvio Ægypti usque ad fluvium † magnum Euphratem. *g* Cinæos, & *h* Cenezæos, & *i* Cedmonæos, & Ethæos, & Pherezæos: *k* Raphaim quoque, & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos, & Jebusæos.

al. † Non habet magnum.

C A P. XVI.

IGitur Sarai uxor Abram non genuerat liberos, sed habens ancillam Ægyptiam, nomine Agar, dixit marito suo: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: *l* Ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa

a Semen tuum] populus Israel. *b* Affligent quadringentis annis.] Sed nonne Joseph imperavit in Ægypto: Quid est ergo, quod hic dicitur. Affligent eos quadringentis annis: Et Apostolus ad *Gal.* 3. dicit, quod lex data est post quadringentos, & triginta annos. Solut. Notandum, quod ab ista promissione usque ad nativitatem Isaac, fuerunt viginti quinque anni. Et a nativitate Isaac usque ad exitum de Ægypto fuerunt quadringenti quinque anni. Hos autem quinque annos reliquit Moyses, more Sacræ Scripturæ, quæ non curat minutias numerorum, sed tantum limites. Et computat hic Moyses a nativitate Isaac. Stephanus vero in *Actor.* 7. & Apostolus ad *Gal.* 3. totum comprehendunt ab ista promissione, usque ad exitum de Ægypto. Quia autem hic dicitur: Affligent eos quadringentis annis,] sic legendum est, ut dicit *Aug.* ut hæc determinatio, quadringentis annis referatur ad hoc. Peregrinum erit. Et interponitur: [Affligent eos, &c.] Vel Affligent eos quadringentis annis, idest, quadringenti anni in afflictione complebuntur a nativitate Isaac scilicet [Affligent] *Interl.* extranei. [Quadringentis annis] *Interl. Hieron.* In afflictione quadringenti anni complebuntur. *e* Generatione autem quarta] *Septuaginta* dicunt, quinta. Sed quarta generatio refertur ad Tribum Sacerdotalem, Levi enim genuit Caath: qui Amram, qui Aaron, qui Eleazar, qui cum Aaron egressus est de Ægypto. Nec dicas generationes, vel personas, sed successiones, ut tot sint generationes, quoties ibi legitur genuit. Quia *Septuaginta* dicunt, quinta refertur ad regiam Tribum. Judas enim genuit Phares, qui Esron, qui Aran, qui Aminadab, qui Naason, qui Salmon, qui cum patre egressus est de Ægypto. Secundum Sacerdotalem Tribum, in quarta generatione; secundum regiam, in quinta redit populus de Ægypto, sicut dicit *Gloss.* Dicitur autem hic generatio, successio personarum, non persona, ut quoties ponitur, genuit, tot sint generationes. Unde patet, quod quinque personæ quatuor generationes faciunt. *f* Completæ sunt] Sed nonne digni erant gehenna? Sic ergo multo fortius amissione terræ. Præterea cum dicat *August.* quod qui est in mortali, non est dignus etiam pane, quo vescitur. Sol. Non sequitur. Iste meruit gehennam, ergo quamlibet minorem pœnam. Ut fornicatione meretur quis gehennæ incendium, non tamen suspendium. Aliqui dicunt, quod etiam videtur velle *Aug.* quod omnis, qui est in mortali, indignus est omni bono, etiam vita ipsa. Sed certe nec adhuc sequitur: Est indignus omni bono, ergo est dignus omni malo. Fallacia consequentis. Tamen aliqui dicunt, quod Amorrhæi digni erant amissione terræ secundum merita sua. Sed quod dicitur hic, intelligunt sic. Nondum volebat eos expelli a terra sua, expectans eos ad pœnitentiam. [Completæ sunt] *Interl.* ut jam debeant amittere terram suam. *g* Cinæos, &c.] Decem gentes numerat hic, quas promittit Dominus se daturum semini Abræ. Cinæi sunt posteri Jethro, soceri Moysi, qui fuerunt fœderati filiis Israel, non subditi. *h* Cenezæos,] idem sunt populi, qui & Horrhæi, quos occiderunt filii Esau. *i* Cedmonæos,] Idem quod Hevæi, unus populus de septem. *k* Raphaim,] gigantes, quorum terram obtinuerunt filii Loth, Moab, & Ammon. Unde & terra eorum terra gigantum dicitur.

Moraliter. * Tertio de mundo ad cœlum rediens. *Luc.* 19. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reverti. Et nos similiter debemus peregrinari hic tripliciter: Primo per humilitatem: Secundo per pœnitentiam. Et sic tertio peregrinabimur cum ipso in cœlum. Qui non habet primam, & secundam peregrinationem, non habebit tertiam. In cujus signum Dominus post resurrectionem, & peregrinus apparuit, & in forma peregrini, quasi dicat, solis peregrinis apparebo in gloria. Vis audire de prima peregrinatione, quod sine illa non habeatur tertia. *Matt.* 18. Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Audi & de secunda: Nonne oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam. *Luc. ult.* Stultus est, qui per aliam viam vult ascendere in cœlum, quam Christus ascendit: quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, caput scilicet cum corpore. Item servitus in eo fuit, & laboris afflictio. *Isai.* 44. Servire me fecistis in peccatis vestris, & præbuistis mihi laborem in iniquitatibus vestris. Et nos debemus ad invicem servire. *Gal.* 5. Per charitatem spiritus servite invicem. Item affligere nos debemus, quia Dominus liberat afflictos. *Exod.* 3. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & sciens dolorem ejus descendi, ut liberem eum. Ad hæc tria invitat nos Dominus. *Matt.* 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum: Ecce peregrinatio magna quidem, qua homo exit a suis possessionibus, a suis parentibus, a seipso. Et tollat crucem suam: Ecce servitus. Et sequatur me: Ecce afflictio. Peregrini revertentur ad patriam. *Jerem.* 30. Convertam eos ad terram, quam dedi patribus eorum, & possidebunt eam. Servi libertatem habebunt. *Rom.* 8. Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Afflicti delicias invenient. *Jerem.* 31. Populus, qui remanserat a gladio, vadet ad requiem suam Israel. *Isai.* 51. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adjicias, ut bibas illum ultra. Dominus calicem habet in manu sua, in cujus fundo sunt fœces, superius vinum clarum, & merum, in medio mistum. Fœces, sunt pœna damnatorum, ubi nihil est vini, idest, gaudii. Vinum merum, jucunditas Beatorum, ubi nihil est fœcis, idest, tristitiæ, vel doloris. Mistum gaudium præsens, quod multis amaritudinibus est respersum, quo Dominus modo potat. Sed in fine potabit infimo, & supremo. *Psal.* 74. Calix in manu Domini vini meri, plenus misto, &c. usque bibent omnes peccatores terræ. *c* Egredientur cum multa substantia.] idest; cum multitudine bonorum operum. Bona enim opera sunt divitiæ, quibus redimuntur a pœnis pro peccatis debitis. *Prov.* 13. Redemptio viri propriæ divitiæ. Justi pauperes ingrediuntur, sed divites egrediuntur. Mali vero, & pauperes ingrediuntur, & pauperes egrediuntur. *Eccles.* 5. Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic revertetur pauper. *d* Tu autem ibis ad patres tuos] liberandos a Limbo inferni. *e* Generatione autem quarta revertentur huc:] Prima generatio, naturæ: secunda, culpæ: tertia, gratiæ: quarta, gloriæ. In hac revertemur ad patriam, a qua modo peregrinamur. 2. *Cor.* 5. Dum sumus in hoc corpore peregrinamur a Domino. Vel prima generatio, cogitationis; secunda, locutionis; tertia operis; quarta perseverantiæ, quæ sola coronatur. 1. *Cor.* 9. Omnes, qui in stadio sunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium, scil. perseverans. 2. *Tim.* Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. *Matt.* 10. Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Vel prima generatio sine patre, & sine matre: Adam. Secunda de patre sine matre: Eva. Tertia de patre, & matre: Abel, Cain. Hæ tres perierunt. Venit quarta de matre sine patre, Christus quæ alias reparavit. Et hoc est: Quarta generatione revertentur huc.

33. q. 7. cap. fi. de reliqui.

32. q. 4. c. dixit Sara, & 2. ad qu. § 1. in princ. & c. quia tamen, & q. 7. cap. tantum valet & 56. distin. cap. Ismael.

EXPOSITIO CAP. XVI.

IGitur Sarai uxor Abræ, &c. *l* Ingredere ad ancillam meã.] Sed nonne Lamech reprehensus est, qui primo divisit

carnem suam in duas: multo fortius Abram debuit reprehendi, qui post illius reprehensionem idem fecit. Sed dicimus, quod Lamech hoc fecit ex libidine, & propria auctoritate, Abram vero plus amore prolis, & divina dispensatione. Rabanus autem tripliciter excusat Abram de coitu isto. Per legem nondum promulgatam de conjugio, per intentionem Abræ de prole habenda, per voluntatem uxoris.

a Suscipiam, &c.] *Interl.* mihi adoprando.

b Contra me:] Hoc dicit, non quia Abram persequetur Sarai, sed quia dissimulabat factum Agar, ac si nesciret.

c Despectui me habet:] *Interlin.* quasi de hærede præsumens.

d Affligente] Utrum verbis, an verberibus, incertum est.

e In via Sur in deserto,] *Interl.* Consequenter Ægyptia in via Sur, quæ per eremum ducit ad Ægyptum, festinabat ire Ægyptum.

f A facie Dominæ meæ Sarai ego fugio.] Mirum est, quod non dixit, veculæ illius,

g Multiplicans, &c.] *Interl.* Ex persona

al. † liberos. al. † acquievisset. al. † cœperant.

B

al. † sinu suo.

al. † non habet aqua.

C

a suscipiam † filios. Cumque ille † acquiesceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam suam, post annos decem, quam habitare † cœperant in terra Chanaam, & dedit eam viro suo uxorem. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. Dixitque Sarai ad Abram: Inique agis *b* contra me: ego dedi ancillam meam in † sinum tuum, quæ videns, quod concepit, *c* despectui me habet: judicet Dominus inter me, & te. Cui respondens Abram: Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, utere ea, ut libet. *d* Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit. Cumque invenisset illam Angelus Domini juxta fontem † aquæ in solitudine, quæ est in via Sur in *e* deserto, dixit ad illam: Agar ancilla Sarai unde venis, & quo vadis? Quæ respondit: A *f* facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei Angelus Domini: Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu ipsius. Et rursum; *g* Multiplicans inquit multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps: Ecce, ait, † concepisti, & paries filium: *h* vocabisque nomen ejus Ismael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam. Hic *i* erit ferus homo, *k* manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum, & *l* e regione universorum *m* fratrum suorum figet *n* tabernacula. Vocavit autem nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus, qui vidisti *o* me. Dixit enim: Profecto hic vidi *p* posteriora videntis me: propterea appellavit puteum illum, Puteum viventis, & videntis me: ipse est inter Cades, & Barad. Peperitque Agar Abræ filium, qui vocavit nomen ejus Ismael. Octoginta, & sex annorum Abram erat, quando peperit ei Agar Ismaelem.

Dei loquitur Angelus. *h* Vocabisque, &c.] In veteri testamento invenis quatuor personas, quibus ante nativitatem impositum est nomen a Domino: Ismael hic: Isaac, *infra* 17. Samson *Jud.* 13. secundum aliam litteram, Josias. 3. *Reg.* 13. Quod autem legitur *Isai.* 45. Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, &c. ubi videtur Dominus imposuisse nomen ipsi Cyro nondum nato. Dicimus, quod non imposuit ei nomen, quia non dixit; Vocabitur Cyrus, vel Cyrus erit nomen ejus, sed tantum, quod futurum erat, prædixit. Similiter Balaam *Num.* 24. prophetavit de B. Virgine, appellando eam quodam nomine, quod interpretatur stella maris, sicut hoc nomen, Maria. In novo testamento duos invenis, quibus positum est nomen a Domino: Joannes Baptista, *Luc.* 1. & Jesus, *eod.* Sed nonne *Isai.* 7. impositum est Christo, & aliud nomen, ubi dicitur: Et vocabitur nomen ejus Emmanuel. *i* Hic erit ferus homo,] Vel, rusticus secundum alios. *Hieron.* In Hebræo habetur, phara, quod interpretatur onager, significat semen ejus habitaturum in deserto, idest, Sarracenos vagos, incertis sedibus, qui omnes gentes, quibus desertum ex latere jungitur incursantes, impugnantur ab omnibus. *k* Manus ejus contra omnes,] Hoc non in ipso, sed in suis posteris completum est. *l* Et e regione] idest, contra fratres, quod non ipse, sed Cedar filius ejus fecisse legitur. *m* Fratrum suorum] *Interl.* qui de semine Abræ. *n* Figet tabernacula,] *Interl.* militabit. *o* Vidisti me.] *Interl.* propitius fuisti. *p* Posteriora] Forte Angelus, qui loquebatur ei, apparuit in forma humana, cujus posteriora vidit.

EXPOSITIO CAP. XVII.

POstquam *q* vero, &c.] In hoc capitulo continetur mutatio nominis Abram, & Sarai, & pactum circumcisionis. *r* Ego Deus] qui possum humiliare, & exaltare. *t* Ambula coram me,] *Prov.* 4. Vias, quæ a dextris sunt, novit Dominus, perversæ vero sunt, quæ sunt a sinistris. [Ambula coram me,] secundum placitum meum. *u* Esto perfectus.] *Interl.* ut non timore, sed amore servias. *x* Ponamque fœdus] *Interl.* promissionem.

q Postquam vero, &c.] Abraham accedens ad centenarium annorum, recepit promissionem de habendo filio, scil. Isaac, & mutationem nominis, in quo signatur, quod homo accedens ad perfectionem morum, recipit promissionem de habendo risu æterno, & mutationem nominis, & dilatationem. Unde Jacob transito Jaboch, quod interpretatur pulvis, vel lucta, vocatur Israel. *Oseæ* 1. Et erit in loco, ubi dicetur eis: non populus meus vos, dicetur eis filii Dei viventis. Ecce mutatio nominis. Primo enim non populus, modo filii dicuntur Dei. *r* Dominus:] Hic notatur profectus in gratia. *s* Ego Deus] ecce status incipientium: [Ambula] proficientium. [Esto perfectus,] perfectorum. Deus interpretatur videns. Hic igitur duo consideranda sunt, quæ dicit. [Ego Deus omnipotens.] Coram vidente erubescimus peccare. Coram potente timemus. Pudorem igitur, & timorem

Ω *b* Cecidit — Allegorice, & Moraliter.

al. † concipies. Judic. 13. Luc. 1.

D

A

CAP. XVII.

POstquam vero *q* nonaginta, & novem annorum esse cœperat, apparuit ei *r* Dominus: dixitque ad eum: *s* Ego Deus omnipotens: *t* Ambula coram me, & *u* esto perfectus. *x* Ponamque fœdus meum inter me, & te;

nobis incutit, cum dicit: Ego sum Deus omnipotens. *Eccles.* 15. Fortis in potentia, & videns omnes sine intermissione. Oculi Domini ad timentes eum. Pudor igitur videntis, & timor potentis nos revocent a peccato. Quia vero declinare a malo non sufficit, nisi fiat bonum, subditur: *t* Ambula coram] i. secundum beneplacitum. *Mich.* 6. Indicabo tibi, homo, quid sit bonum, & quid requirat Dominus a te, utique facere judicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare coram Deo tuo, *Boetius in consolatione Philosophiæ*, magna est nobis necessitas bene agendi, si dissimulare non volumus, quia cuncta agimus ante oculos judicis cuncta cernentis. *x* Ponamque fœdus] Hic promittit Deus pater omnibus fidelibus dare, scil. filium suum in fœdus pacis, & reconciliationis. *Isai.* 49. Dedi te in fœdus populi mei. Filius dicitur fœdus inter nos, & patrem, quia medius, unde mediator Dei, & hominum est, & dicitur. 1. *Tim.* 2. Item fœderis signum in altum ponitur, & ipse in alto suspensus est, inter cœlum, & terram, ut iram patris in se reciperet, opponens se pro nobis. *Ps.* 87. In me transierunt iræ tuæ, &c. *Sap.* 18. Commotio in eremo facta est multitudinis, sed non diu permansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, servitutis suæ scutum opponens, & orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitutit iræ tuæ, & finem imposuit necessitati. Ita fecit Christus, sicut facit mater, quando pater vult filium verberare, sub pallio suo protegit eum. *Isai.* 49. Sub umbra manus suæ protexit me. Manus patris, filius, quia pater per filium operatur. Umbra manus, caro Christi, cujus fossis abscondi perutile est. *Isai.* 2. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo a facie timoris Domini. Umbra illa est sana, quæ est in fossis terræ, & ideo desiderat sponsa. *Cant.* 2. Sub umbra illius, quem desiderabam, sedi, ne terror iræ tuæ terreret me. Arbor enim æstum continet in se, & protegit sedentes sub se. *Exod.* 33. Protegam te dextera mea, donec transeam, tollam manum meam, & videbis posteriora mea, idest, fidem incarnationis habebis: Et ego protegam te dextera mea, i. filio meo.

* *a* Multiplicabo,

Ω *b* Cecidit Abram.] Simile *Daniel.* 10. Boni cadunt in faciem humiliando se in conspectu Dei, videntes ubi cadunt, in quo discretio. *Philipp.* 3. In anteriora se extendentes posteriorum obliti. Mali cadunt retro, non videntes ubi cadunt. *Ecclef.* 19. Est, qui nequiter se humiliat. De quo casu *infra* 49. Fiat Dan coluber in via, Cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro.

Infra eod.

c Ego sum,] *Interl.* immutabiliter.

al. ponam.

d Et pactum meum tecum,] quasi dicat, sicut ego sum immutabilis, ita & pactum meum tecum immutabile erit. *e* Nec ultra vocabitur] Dicunt Hebræi, quod Deus ex nomine suo, quod apud illos tetragrammaton est, he, litteram Abrahæ, & Saræ addiderit. Dicebatur autem Abram, quod est pater excelsus, postea dictus est Abraham, quod est pater multarum; nam gentium in nomine non habetur, sed subauditur. Nec mirandum, quod cum apud Græcos, & nos, a. littera videatur addita, apud Hebræos, he littera addita dicatur, idioma enim Hebrææ linguæ, he, consuevit scribere, & a. legere, sicut e contrario, he, pronunciare, a. scribere.

Eccles. 44. Rom. 4.

f Regesque] David, Ezechias, & alii bene se, & subditos regentes.

g Pactum] circuncisionis, scilicet.

h Foedere sempiterno,] Non quod circuncisio sempiterna fuerit, & in perpetuum observanda, sed figuratum per circuncisionem, sempiternum est, scilicet, munditiam cordis.

i Deus tuus,] voluntate, qui sum potestate.

k Possessionem æternam,] *Interl.* quia aliquid æternum per eam figuratur. Vel æternam, idest, in hoc sæculo habendam [Possessionem æternam] *August.* Scriptura vocat æternum, cujus finis non constituitur, aut quod non ita fit, ut deinceps non sit faciendum, idest, quod ita fit, quod iterum sit agendum, quantum pertinet ad agentem, sicut celebratio Missæ, & hujusmodi, quæ ita fit, ut semper sit facienda tempore suo. Dicitur etiam æternum, quod fine caret, & principio, & quod cum sæculo durat, quantum pertinet ad curam, vel potestatem facientis. Unde.

Servies æternum, qui parvo nesciet uti.

Horat. lib. Epist. 1.

l Circuncidetur] Modo exponit pactum. *Gloss. Strab.* Tribus de causis hoc præcipitur Abrahæ. Primo, ut per obedientiam mandati placeat, per cujus prævaricationem Adam displicuerat. Secundo, ut hoc signo a ceteris nationibus discerneretur. Tertio, ut in eo membro circuncisus, quo libido solet dominari, castitatem sibi servandam, & impudicitiam rescindendam cognosceret. Vel propter remedium originalis peccati, & propter mysterium, ut sicut in carne, sic in corde fiat in Baptismo, in poenitentia, & in generali resurrectione plenissime. Et sicut hic in circuncisione nomen novum impositum est Abrahæ, & Saræ, sic Hebræi in circuncisione semper imponunt nomina pueris, & nos in Baptismo.

Ω *c* Masculus

Moraliter.

* *a* Multiplicabo, &c.] Nimis subito multiplicata est Ecclesia. Et timendum est, quod vitiis. Multiplicatio enim temporalium, ut dicitur, innuit diminutionem spiritualium. *Isai.* 9. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Et dicit *Bernard.* super hoc. Vere non magnificasti lætitiam, cum nihil minus appareat decessisse meriti, quam muneris accessisse.

b Cecidit] Audita promissione multiplicationis, humiliatur Abraham, quasi gratias agens Deo, a quo omnia recognoscit *Eccles.* 1. Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. Et quia se humiliavit Abraham in promisso, ampliatur, & confirmatur promissio. Unde subditur.

c Ego sum, & pactum meum tecum,] quasi dicat, sicut ego sum immutabilis, sic promissio tibi facta. Unde su-

& *a* multiplicabo te vehementer nimis. *b* Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitque ei Deus: *c* Ego sum, & † *d* pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium: *e* Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te: Faciamque te crescere vehementissime, & ponam in gentibus, *f* regesque ex te egredientur: Et statuam *g* pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum, post te in generationibus suis *h* fœdere sempiterno, ut sim *i* Deus tuus, & seminis tui post te. Daboque tibi, & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaam in *k* possessionem æternam, eroque Deus eorum. Dixitque iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post in te in generationibus suis. Hoc est pactum, quod observabitis inter me, & vos, & semen tuum post te; *l* Circuncidetur ex vobis *m* omne masculinum, & circuncidetis carnem præputii vestri, ut sit in

per illud. Respexit Deus humilitatem ancillæ suæ, dicit *Bernardus*. Quo merito quæris? quia mentem ejus meritum non occupabat humanum, quo minus influeret Dei gratiæ plenitudo. Invenit gratia vas vacuum, & affluenter intravit. Etiam Pharisæus vacuus recessit, quia plenitudinem simulavit. Publicanus vero, qui se exinanire, & vas vacuum exhibere curavit, gratiam retulit ampliorem. *Luc.* 18.

Luc. 1.

d Pactum meum] Dominus init pactum cum prælato, aliter non posset fieri pater multarum gentium. 1. *Corinth.* 15. Gratia Dei sum id, quod sum. De hoc pacto. *Isai.* 22. Vocabo Eliachim servum meum; filium Elciæ, & induam eum tunica tua, idest, potestate prælationis. Eliachin enim interpretatur, Dei mei resurrectio, & prælatus debet resuscitare animas morientes. *e* Nec ultra vocabitur.] Non vult Dominus, ut prælatus attendat gradum suæ dignitatis, & vocari se velit Abraham, idest, pater excelsus, imo servus servorum, ut omnibus serviat. 1. *Corinthior.* 9. Cum essem liber ex omnibus, omnium me servum feci. Et Christus qui erat pater excelsus, factus est servus, qui cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum, formam servi accipiens. *Philippen.* 2.

B

22. q. 4. c. recurrat, §. his itaque.

25. q. 1. c. ideo, §. ind gr.

l Circuncidetur] In carnali circuncisione spiritualis nobis indicitur. Indicitur in præsenti, & præfiguratur futura, quando omnis corruptio abscindetur a nobis, quando, scilicet, mortale hoc induet immortalitatem, &c. 1. *Corinthior.* 19. In præsenti etiam nobis duplex circuncisio prætenditur, mentis, & carnis, idest, interiorum, & exteriorum, quæ ministerio corporis fiunt. Et hæc duplex circuncisio notatur *Ezechiel.* 44. ubi dicitur: Sufficiant vobis scelera vestra domus Israel, quia inducitis filios alienos incircuncisos carne, & corde, idest, cogitatione, & opere, in sanctuarium Domini. Hic arguitur, qui malis dat beneficia Ecclesiastica. Debet autem circuncidi lingua, ne loquatur falsa, vel otiosa. Pes, ne currat ad illicita. Manus, ne accipiat libenter munera, & ne perpetret mala. Auris, ne audiat sanguinem, idest, detractionem. Oculus, ne videat vanitatem. *Isai. trigesimotertio*. Quis ex vobis habitabit cum ardoribus sempiternis, idest, in gloria, ubi omnes charitate ardebunt? Et cum vellet dicere, circuncisi, dixit, in modum circuncisionis. Qui ambulat in justitiis: Ecce pedum circuncisio. Qui loquitur veritatem: Ecce linguæ. Qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: Ecce manus. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem: Ecce aurium. Et claudit oculos suos ne videat malum: Ecce oculorum. Malum autem dico omne illicitum. *Gregorius* Non licet intueri, quod non licet concupisci. Dominus duobus modis circuncidit nos, Baptismo, & immissione tribulationum, ut bene purgetur sanies vulneris nostri, quo fuimus vulnerati in Adam.

m Omne masculinum, & circuncidetis carnem præputii vestri, &c.] Masculi, idest, boni, sive opera bona, jubentur circuncidi; de feminis non jubetur, idest, de malis. Mala enim non circuncidi, sed penitus debent abscindi. Unde de Asa rege Judæ legitur 3. *Regum decimoquinto* quod abstulit omnes effeminatos de terra Non sic Pharao, sed mares projecit, & abscidit, & feminas reservavit. *Exod.* 1. Hæc est circuncisio diaboli. In circuncisione Domini, boni circunciduntur, idest, purgantur. *Malach. tertio* Sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, idest, bonos, qui addiderunt fidei opera bona. *Joan. decimo quinto* Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Non enim est opus nostrum tam bonum, quin purgatione indigeat. Omnes enim justitiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ. *Isai.* 64.

Ω c Masculus, cujus præputii caro, &c.] Omnis homo de stirpe vestra, aut circuncidetur, aut de vobis expelletur. [Masculus, cujus præputii caro] *Isidor.* Quæritur, quomodo pueri incircuncisi, qui pactum Dei irritum non fecerunt, sed qui eos circuncidere neglexerunt, perire debent? Sed quia pactum Dei non secundum opus, sed secundum originem in primo homine irritum fecerunt, in quo omnes peccaverunt. Nascuntur enim omnes non proprie, sed originaliter peccatores, ideo pereunt omnes, qui per regenerationem non liberantur. *Hieronymus*. Quæri solet, quomodo feminæ salvabantur, quæ non circuncidebantur? Fide scilicet, & hostiarum oblatione, sicut ante circuncisionem viri sancti mundabantur. *Actor.* 15. Fide purificans corda eorum. *d* Irritum fecit.] idest, reus est pacti irriti facti per Adam. Reus dico originalis peccati. *e* Sed Saram: Et benedicam ei,] *Hieron.* Errant, qui putant primum Saram per unum, r. scriptam fuisse, & postea additum esse alterum, r. Et quia, r. apud Græcos centum significant, multas super hoc nomine suspicantur ineptias, cum, & utcunque velint vocabulum commutatum, non Græcam, sed Hebraicam debet habere rationem. Hebræum enim est. Nemo enim altera lingua quemlibet vocans, Etymologiam sumit vocabuli ex altera. Sarai ergo primum vocata est, per Schin, Res, Jod. Sublata ergo Jod; addita est, He, littera, quæ per, a. legitur? & vocata est Sara. Antea enim dicebatur princeps mea, quasi unius familiæ mater, postea absolute princeps omnium, scil. gentium princeps futura. Quidam pessime suspicantur, eam prius lepram fuisse vocatam, & postea principem, cum lepra Sarat dicitur, quod in nostra lingua videtur habere aliquam similitudinem, sed in Hebræo penitus est diversa. Scribitur enim per, Samech, & Ayn, & Res, & Tau, quod a tribus superioribus, idest, Schin, Res, He, quibus scribitur Sara, manifeste distat.

f Cecidit Abraham, &c.] *Hieron.* Post paululum sequitur, [Et vocabis nomen ejus Isaac,] qui risus interpretatur, de risu Abrahæ, non de risu Saræ. Postquam enim ex risu Abrahæ vocatus est filius ejus Isaac, legitur Saram risisse. *g* Risit in corde] *Interl.* Gavisus est, unde filius ejus Isaac risus vocatur. *h* Putasne] *Interl.* Applaudendo dicit, non disceptando. *Rom.* 4. Nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam esset centum annorum, & emortuam vulvam Saræ. *i* Ismael] Per Ismaelem Judaicus populus designatur, pro quo antiqui patres rogaverunt, ne penitus excæcaretur.

n Super Ismael] *Hieron.* Sciendum, quod quatuor in veteri Testamento suis nominibus aperte antequam nascerentur, vocati sunt.

videlicet. { Ismael, *sup.* 16. | Isaac, ut hic. | Samson. *Jud.* 13. | Josias. 3. *Reg.* 13. }

Lege scripturas, hoc dicit. Quia in *Judic.* secundum literam nostram non habetur impositio nominis Samsonis expresse, sed secundum Septuaginta. *o* Benedicam ei, & augebo, &c.] Ismael benedicitur benedictione sinistræ, Isaac benedictione dextræ, sicut *infr.* 27. Legitur, quod Isaac benedixit Jacob. Det tibi Deus de rore cœli, idest, spiritualium abundantiam, & de pinguedine terræ, id est, temporalium affluentiam. Esau prius dicitur: Det tibi Deus de pinguedine terræ, quam principaliter affectabat. Ad Isaac. *l* Constituam pactum meum, &c.] Pactum vero Domini cum Isaac, populo, scil. fideli, quem mater Ecclesia per fidem, & Baptismum generavit. *m* In fœdus sempiternum,] quia æternæ vitæ possessio ei soli promittitur, qui cum capite suo Christo regnum cœli semper possidebit.

§ dist. 5. ab exordio. 15 q. 1. cap. ideo tor. nom. octavo. De consecrat. dist. 4. cap. quod autem & c. ex quo, & c. sed baptizata.

C

signum *a* fœderis inter me, & vos. *b* Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, quam empticius, circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra; Eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. *c* Masculus cujus præputii caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum *d* fecit. Dixit quoque Deus ad Abram: Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed *e* Saram: Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum. Eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. *f* Cecidit Abraham in faciem † *g* & risit in corde suo, dicens; *h* Putasne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum. Utinam *i* Ismael vivat coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, *k* vocabisque nomen ejus Isaac. Et constituam *l* pactum meum illi in *m* fœdus sempiternum, & semini ejus post eum. *n* Super Ismael quoque exaudivi te: Ecce *o* benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde.

al. † suum.

Ω *a* Ascendit

Moraliter. * *Greg.* Bona nostra non sunt pure bona, sed mala nostra sunt pure mala. Sed quid est, quod carnalis circuncisio in instrumento generationis carnalis fieri jubetur, nisi quod, & instrumentum spiritualis generationis circuncisione indiget, hoc est lingua. *Prov.* 18. Mors, & vita in manibus linguæ. Et dicit *Bern.* Si sola vita esset in lingua, non esset circuncisio facienda: si sola mors, non circuncisione opus esset sed abscissione. De hac circuncisione dicit *Eccles.* 22. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum? Et dicit *Beatus Bernardus* Bene signaculum certum, ut nec vitalem ædificationem clausura damnet æterna, nec rursus lethalis pernicies liberum sortiatur egressum. *a* Ut sit in signum fœderis, &c.] Veri amici in signum fœderis, & amoris servare solent ad invicem aliqua insignia, & munuscula sibi ad invicem data. Unde Christus, qui vere amicus noster est, cicatrices vulnerum, quæ propter nos sustinuit, adhuc reservat, & nos servare debemus tribulationis, laboris, & doloris insignia, in signum fœderis, & amoris inter nos, & ipsum. Hoc est, quod 4. *Regum* 2. Elias pallium suum reliquit Elisæo. Pallium Christi, tribulatio, & angustia. Pallium circundat, & Christus dicit: Tribulatio, & angustia invenerunt me. Applicemus igitur nobis hoc pallium, & ornemur eo. *Jeremiæ trigesimoprimo* Tympanis tuis ornaberis, idest mortificatione carnis.

Psal. 118.

b Infans octo dierum] Qui sint isti octo dies, moraliter ostenditur. 2. *Petr.* 1. Ubi enumerantur octo virtutes, quæ se habent ad spiritualem circuncisionem omnino, sicut octo dies ad carnalem. Prima est fides. Ex fide nascimur spiritualiter, & vivimus. Juxta illud *Habacuc.* 2. Justus ex fide sua vivet. *Joan.* 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, idest, fide, quæ datur in aqua baptismi a Spiritu Sancto. Secunda est virtus, i. strenuitas operis, quæ bene sequitur fidem, quia fides sine operibus mortua est. *Jac.* 2. Sed quia non quæcumque opera sunt vita fidei, sed tantum illa, quæ discrete facta sunt, recte tertio ponitur scientia, tanquam tertia dies. Sicut enim opus vita est fidei, ita discretio est vita operis. Quarta dies est abstinentia, per quam declinatur malum. Et ita in his quatuor perfecta justitia monstratur. Quinta dies est patientia, quæ, si declinari non potest malum, æquanimiter sustineatur. Sexta est pietas, qua homo non solum malis aliorum compatitur, sed etiam illis bona sua communicat. Et rectus est ordo. Viri enim Evangelici non solum mala sustinent a malis, sed illis benefaciunt. *Matt.* 5. Benefacite his, qui oderunt vos: Sed quia multi etsi mala patienter sustineant, & bona sua libenter communicent, tamen aliquando turbantur. Et ideo recte septimo ponitur fraternitatis amor, quasi septima dies, quo pax cum hominibus servatur. Octava dies, charitas, in qua omnino circuncidetur puer, omnia propter Deum abjiciens. Charitas enim non quærit, quæ sua sunt. His octo diebus, octo effectus spiritualis circuncisionis respondent. Primus est contemptus divitiarum. Secundus fuga dignitatum. Tertius erga carnales non affici. Quartus, contumelias non timere. Quintus, injurias tolerare. Sextus, dolores, & angustias corporales cum gaudio sustinere. Septimus, non horrere mortem. Octavus, non timere ignominiam. Hos effectus ponit *August.* in quadam auctoritate de doctrina Christiana, loquens de Christo. Satellites voluptatum, divitias perniciose populi appetebant. Pauper esse voluit. Honoribus, & imperiis inhiabant: Rex fieri noluit. Carnales filios suos magnum bonum putabant: Tale conjugium, prolemque contempsit. Contumelias super abyssum horrebant: Omne genus contumeliarum sustinuit. Injurias esse intolerabiles arbitrabantur: Quæ major injuria, quam justum, innocentemque damnari? Dolores corporis execrabantur: Flagellatus, atque cruciatus est. Mori metuebant: Morte mulctatus est. Ignominiosissimum genus mortis putabant crucem: Crucifixus est.

1. Cor. 13.

Ω *a* Ascendit Deus ab Abraham.] idest, discedens ab eo ascendit. Ascensus iste notat, quod quanto magis homo divina perscrutatur in corde suo, tanto magis incomprehensibilem se ostendit Deus. Unde: Accedet homo ad cor altum, &c. Hoc autem quod Abraham omnes vernaculos circuncidit, significat, quod nullus excluditur a spirituali circuncisione, nisi ipse spontaneus se excludat: non enim personarum acceptor est Deus, &c. *Act.* 10. *b* Vernaculos domus suæ,] Vernaculus dicitur domi nutritus: Empticius, in propria persona emptus: Originarius, qui nunc servus glebæ dicitur, scil. colonus. *c* Statim in ipso die,] *Interl.* quia obedientia complenda est sine mora.

Duodecim Duces generabit, & faciam illum † in gentem magnam. Pactum vero meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto, in anno altero. Cumque finitus esset sermo loquentis cum eo, *a* ascendit Deus † ab Abraham. Tulit autem Abraham Ismaelem filium suum, & omnes *b* vernaculos domus suæ, universosque, quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ, & circuncidit carnem præputii eorum, *c* statim in ipso die, sicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta novem erat annorum, quando circuncidit carnem præputii sui, & Ismael filius ejus, tredecim annos impleverat tempore circuncisionis suæ. Eadem die circuncisus est Abraham, & Ismael filius ejus, & omnes viri domus illius, tam vernaculi, quam emptitii, & alienigenæ pariter circuncisi sunt.

CAP. XVIII.

APPARUIT *d* autem ei Dominus in convalle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso fervore diei. Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset, *e* cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi, & *f* adoravit in terra: & dixit: *g* Domine, si inveni gratiam in *h* oculis tuis, *i* ne transeas servum tuum, sed *k* afferam pauxillum aquæ, & laventur pedes vestri, & requiescite sub arbore: † Ponam buccellam panis, & † confortate cor vestrum, postea transibitis. *l* Idcirco enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt: *m* Fac, ut locutus es, *n* Festinavit Abraham in tabernaculum *o* ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria *p* sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum *q* tenerrimum, & optimum, deditque puero. *r* Qui festinavit, & coxit illum. Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis. Ipse vero stabat juxta eos sub arbore. Cumque comedissent, dixerunt ad eum: Ubi est Sara uxor tua? Ille respondit: Ecce in *s* tabernaculo est. Cui dixit: Revertens veniam ad te *t* tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua. *u* Quo audito *x* Sara risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes, provectæque ætatis, & *y* desierant Saræ fieri *z* muliebria: *a* Quæ risit occulte, dicens? *b* Postquam consenui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara † dicens: *c* Num vere paritura sum anus? Nunquid Deo est, quicquam difficile? *d* Juxta condictum revertar ad te hoc eodem tempore, *e* vita comite, & habebit Sara filium. Negavit Sara dicens: Non risi, timore perterrita, Dominus *f* autem: Non est, inquit ita, sed risisti. Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos *g* contra Sodomam, & *h* Abraham simul gradiebatur, deducens eos. Dixitque Dominus:

EXPOSITIO CAP. XVIII.

APparuit *d* autem ei Dominus] *Gregorius*: Probabile est, eos sumpsisse corpora ab aere, ex quo comederunt. *Josephus* dicit tres Angelos missos in specie humana, ut unus nunciaret Abrahæ de filio habendo, duo subverterent Sodomam. Eusebius ait: primo omnium prophetarum Abrahæ Verbum Dei cum in figura apparuisset humana, vocationem gentium pollicetur; & sic apparuit ei Filius, quem adoravit. Sed quia nusquam legitur, Patrem apparuisse in subjecta creatura: Dicit, quod Angeli apparuerunt, in designatione duorum præconum, scilicet, Eliæ, & Joannis Baptistæ, quorum unus prævenit primum adventum, alter præveniet secundum: Sive in designatione Moysi, & Eliæ, qui cum eo apparuerunt in transfiguratione. *Matth.* 17. Nusquam tamen legitur plene Filius apparuisse in forma humana ante incarnationem. Ideo quod dicit *Eusebius*, intelligimus sic: Filius apparuit in humana forma, idest, Angelus, per quem figurabatur filius, in carne humana appariturus, & illum adoravit Abraham dulia, ut dicunt quidam; sed verius est, quod latria, quia non ipsum Angelum, sed Filium in ipso adoravit, sicut innuit quædam *Gloss.*

e Cucurrit] *Interl.* studio hospitalitatis, hoc in exemplum relinquens nobis. *Hebr.* 13. Hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim quidam placuerunt Deo, Angelis in hospitio receptis.

f Adoravit, &c.] *Interl.* unum, qui tres vidit.

g Domine si inveni, &c.] *Interlin.* Deum in Angelis sentiens, mavult Domino loqui, quam Angelis.

h In oculis tuis, &c.] in beneplacito tuo.

i Ne transeas servum tuum,] idest, ne transitorie fruar visione tui.

k Afferam paxillum,] Ad hospitalitatis officia revertitur, quæ Angelis exhiberi possunt, cum ex elementis corpoream formam assumunt, quod Abraham intelligens, Deitatem in unitate adorabat, & dispensationi Angelicæ in forma visibili ministrabat.

l Idcirco, &c.] ut hæc officia vobis exhiberem.

m Fac, ut locutus es.] ne charitatis viderentur vitare officia.

n Festinavit] ne senex tepide ministrare videretur.

o Ad Saram,] ut mulier infidelis per virum fidelem salvetur.

p Sata] *Isidorus*: 1 satum continet modium, & dimidium.

q Tenerrimum,] idest, novellum.

r Qui festinavit,] *Origenes*: Senex currit: Sara accelerat: puer festinavit, nullus piger invenitur in domo sapientis.

s In tabernaculo] *Interlin.* quasi non est mulieris in publicum prodire.

t Tempore isto,] idest, anno revoluto, in eodem die.

u Quo audito Sara risit] *Augustinus* arguitur Sara, quia risit, & non Abraham, cum similiter riserit, quia illius risus admirationis fuit, hujus dubitationis: quod dijudicare potuit, qui corda novit. Negat Sara se risisse, cum Deum non possit latere, sed forte homines putabat. Abraham vero Deum intelligebat, sed humanitatis officia exhibendo, quæ tantum infirmæ carni necessaria sunt, mirum est, nisi homines prius arbitratus est, sed in quibus Deum loqui intelligeret, quibusdam signis divinæ majestatis apparentibus, sicut in hominibus Deum apparuisse sæpe Scriptura testatur, sed postea Angelos fuisse cognoverunt.

x Sara risit] quia nondum fidem adhibuit.

y Desierant Saræ] quibus deficientibus mulier desinit parere, ut commendetur miraculum, si sterilis pariat.

z Muliebria:] idest, menstrua.

a Quæ risit occulte, &c.] disceptando de oraculo.

b Postquam consenui] Naturalem consequitur rationem.

c Num vere paritura sim anus?] Quasi quare plus acquievit naturæ, quam divinæ potentiæ?

d Juxta condictum] quasi dicat, sicut dixi, fiet.

e Vita comite,] Anthropopathos est.

f Dominus autem, &c.] Adhuc femineam incredulitatem increpat.

g Contra Sodomam, &c.] Quia cum Abraham tractaverant de futura misericordia: jam contra Sodomam judicium intentant.

h Et Abraham simul gradiebatur, deducens eos.] eventum futurorum ignorans. Sed Dominus, sicut vult pios scire præmia justorum, sic non ignorare supplicia impiorum.

Ω *a* Cum

Ω *a* Cum futurus sit in gentem, &c.] Non solum præmia, sed etiam obedientia justitiæ filiorum ejus promisit Deus Abrahæ, ut circa eos etiam promissa compleantur. *b* Scio enim, &c.] quasi ideo notifico ei judicia mea, ut sequacibus suis nota faciat.
c Ut custodiant] eo fine.
d Viam Domini,] præcepta.
e Clamor Sodomorum,] Evidentia publicati flagitii, quæ accusatore non eget.

Quatuor peccata, quorum clamor pervenit ad Deum.
- Sodomitarum, ut hic: Clamor Sodomorum, &c.
- Homicidarum, *supra* 4. Vox sanguinis fratris tui, &c.
- Oppressorum. *Exod*, 2. Ascendit clamor eorum ad Dominum, &c.
- Detentorum mercedes mercenariorum. *Eccles*.34. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.

Clamor Sodomorum,] *Aug*. Si hæc verba non dubitantis, sed irascentis, & minantis accipiamus, nulla quæstio est. Humano enim more ad homines loquitur Deus, & ira ejus sine perturbatione est, quia immutabilis est. Sæpe autem sic minando dicimus: Videamus si non tibi facio, & si non tibi potero favere, vel sciam, idest, experiar utrum non possim. Sed perturbatio non cadit in Deum: Mos autem humanæ locutionis est, cui se Deus coaptat, ut humanæ infirmitati conveniat.

2.q.1.c Deus De accusat. c. qualiter. 2. q. 1. cum dilecti 1. De simo. c. licet Heli.

f Aggravatum est] consuetudine, quasi superposito lapide.
g Descendam, & videbo,] ut a præcipitatione judicii compesceret mala Sodomæ, prius voluit probare, quam judicare. *Greg*. Peccatum vero cum voce, culpa est in actione; peccatum vero cum clamore, culpa cum libertate. Descendam, & videbo] mala hominum, non ante credamus, quam probemus. Et ecce per Angelos ad cognoscenda mala descendit. Et tanto crimine involutos inveniens, quasi patientiam prætermisit, & eos igne judicii ante diem judicii prævenit, qui cum tranquillitate judicat, ut majora crimina tarde credantur, & veraciter agnita citius puniantur. *h* Ut sciam.] idest, scire faciam. *i* Ait: Nunquid perdes?] Per justitiam paucorum, vult impetrare misericordiam multorum.

Greg. lib. 19. moral. c. 15.

D

k Quinquaginta justi.] *Interlin*. Aliqui remissione digni, quia quinquagesimus, idest, jubilæus, remissionis est annus. *l* Non est hoc tuum,] Orando dicit hoc non invehendo. Vel non est hoc tuum, idest, tuum judicium non est tale. Non est tuum,] ut innocens pereat.
m Qui judicas] idest, juste disponis.
n Quinquaginta justos,] idest, aliquos dignos remissione culpæ, & pœnæ.
o Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis.] *Gloss. Greg*. Mystice. Sancti quanto magis divinitatis interna prospiciunt, tanto magis se nihil esse conspiciunt. Nusquam legitur Abraham cinerem se, & pulverem professum esse, nisi cum meruit Dei locutionem habere. Et ait: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis. Fortasse enim se aliquid esse crederet, si veram essentiam, quæ super ipsum est, non sensisset. Unde & David exclamavit. Memento, Domine, quoniam pulvis sumus, &c. Nota non prius reputat se pulverem Abraham, quam cum Deo loquatur. [Cum sim cinis, &c.] Sublimitatem promissionis temperat subjectione humilitatis. *p* Ne quæso, inquit, indigneris,] quia videbatur interrogans Dominum arctare responso, temperat præfatione, quod quærit.

Psal. 102.

q Abiit Dominus,] Sciebat enim, nec ibi unum esse præter Lot. Ad exaggerandam iniquitatem hoc dicitur, sicut apud *Jer*. 5. Videte, si inveniatis hominem facientem justitiam, quasi invenite vel unum, & parco ceteris.

Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum, cum *a* futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? *b* Scio enim, quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, ut *c* custodiant *d* viam Domini, & faciant justitiam, & judicium, ut adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus est ad eum. Dixit itaque Dominus: *e* Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum *f* aggravatum est nimis. *g* Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, annon est ita, *h* ut sciam. Converteruntque se inde, & abierunt Sodomam. Abraham vero adhuc stabat coram Domino, & appropinquans, *i* ait: Nunquid perdes justum cum impio? Si fuerint *k* quinquaginta justi in civitate, peribunt simul, & non parces loco illi propter quinquaginta justos, si fuerint in eo? Absit a te, ut rem hanc facias, & occidas justum cum impio: fiatque justus sicut impius: Non *l* est hoc tuum, qui *m* judicas omnem terram: Nequaquam facias judicium hoc. Dixitque Dominus ad eum: Si invenero Sodomis *n* quinquaginta justos in medio civitatis dimittam omni loco propter eos. Respondens Abraham ait: Quia semel cœpi, *o* loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis. Quid si minus quinquaginta justis, quinque fuerint, delebis propter quadraginta quinque universam urbem? Et ait; Non delebo si invenero ibi quadraginta quinque. Rursumque locutus est ad eum: Sin autem quadraginta inventi fuerint, quid facies? ait, Non percutiam propter quadraginta. *p* Ne quæso, inquit, indigneris, Domine, si loquar. Quid, si inventi fuerint ibi triginta? Respondit: Non faciam si invenero ibi triginta. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum? Quid, si inventi fuerint ibi viginti? Dixit: Non interficiam propter viginti. Obsecro, inquit, ne irascaris, Domine, si loquar adhuc semel: Quid, si inventi fuerint ibi decem? Dixit: Non delebo propter decem. Abiit *q* Dominus, postquam cessavit loqui ad Abraham, & ille reversus est in locum suum.

E X P O S I T I O   C A P. XIX.

VEneruntque duo Angeli] Qui fuerunt cum Domino, Vel alii, secundum quosdam, mali, ut dicunt, quia ad puniendum missi. Sed verius videtur, quod boni, qui fuerunt cum Domino.

s Sedente Loth,] expectante cujuslibet hospitis adventum.

Ω *a* Qui cum vidisset.

Moraliter.

Moraliter *r* Veneruntque duo, &c.] Duo mittuntur, quia ad expugnandum malos, & liberandum bonos. Unde & *Jos*.2. Duo mittuntur viri ad explorandum Jericho, ubi & Rahab liberatur cum domo sua, & alii occiduntur. Per Sodomam significatur mundus. Per duos Angelos prædicatores, quos Dominus misit, binos & binos, propter geminam charitatem, aut propter mali destructionem, & boni ædificationem. *Jer*. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te hodie super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Vel per duos Angelos, Elias, & Henoch, *Apocal*.11. Daho duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis.

Luc. 10.

s Sedente Loth,] Loth sedebat in foribus expectans hospites, quos reciperet. Et ad tales divertit Dominus. *Lucæ duodecimo*. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum, &c. *Proverbiorum* 17. Gemma gratissima, expectatio præstolantis. Quia sicut gemma fulget in auro, ita hospitalitas in viro justo. Per fores in quibus sedet Loth, quinque sensus, ubi debet sedere quilibet justus, ne aliquis ingrediatur, aut egrediatur, nisi per eum. *Isaiæ capit. sexagesimo*. Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas, idest, ad sensus custodientes. Sæpe enim per has fenestras intrant latrones, qui domum spoliant, & dominum domus interficiunt. *Jeremiæ cap. sexto*. Ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domos vestras disperdere parvulos deforis, &c.

C A P. XIX.

VEneruntque *r* duo Angeli Sodomam vespere: *s* seden-

* *b* Sur-

te Loth in foribus civitatis. *a* Qui cum vidisset eos, *b* surrexit, & ivit obviam eis, & *c* adoravit pronus in terram, & dixit: Obsecro Domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lavate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. *d* Qui dixerunt: Minime, sed in platea manebimus. *e* Compulit illos oppido, ut diverterent ad eum: ingressisque domum illius, *f* fecit convivium, *g* coxit azyma, & comederunt. Prius autem quam irent cubitum, viri *h* civitatis vallaverunt domum illius a puero usque ad senem, omnis populus simul. Vocaveruntque Loth, & dixerunt ei: *i* Ubi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, ut cognoscamus eos. Egressus *k* ad eos Loth, post tergum occludens ostium, ait: Nolite, quæso, fratres mei; nolite malum hoc facere. *l* Habeo duas filias, quæ necdum cognoverunt virum; *m* educam eas ad vos, & abutimini eis, sicut vobis placuerit, *n* dummodo viris istis nihil faciatis mali, quia ingressi sunt sub † umbra culminis

Ω *a* Qui cum vidisset eos, &c.] Dum occurrit Loth, & adoravit, Angelos videtur intelligere, dum ad refectionem corporis invitat, homines videtur putare. Sed de his, & de illis, qui Abrahæ apparuerunt, idem intelligendum est. Ex hoc autem loco Scripturæ, & multis aliis, commendatur virtus hospitalitatis. Unde Paulus: Hospitalitatem nolite oblivisci; per hanc enim quidam placuerunt Deo Angelis hospitio receptis. *b* Surrexit, &c.] Ut appareret quam hospitalis esset. *c* Adoravit] i. inclinavit, ut sic facilius impetraret, quod intendebat.

Heb. 13.

B

d Qui dixerunt: Minime,] Argumentum, quod non debemus oblatam statim recipere, licet proponamus ea post instantiam recipere, quod patet per Angelos, qui responderunt, minime, cum tamen haberent in propositum ibi manere.

Luc. 24.

e Compulit illos oppido,] *Job* 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.

f Fecit convivium] quia humana forma indutos videbat.

l Habeo duas filias] *Aug.* Quæstio est, utrum admittenda sit compensatio flagitiorum, vel quorumlibet peccatorum, ut faciamus mala, ne fiant graviora ab aliis, an perturbationi Loth non consilio sit tribuendum, merito quæritur. Et nimirum periculosissime hæc compensatio admittitur. Si autem perturbatio mentis fuerit, nullo modo imitanda.

m Educam eas, &c.] Mos fidelium est, ab omni injuria hospites defensare.

n Dummodo viris istis nihil, &c.] Homines tantummodo putabat.

Ω *a* Ut advena

Moraliter. * *b* Surrexit, & ivit obviam] Loth occurrit, & cogit intrare. *Luc. ult.* Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Et certe quanto magis instat vespere hujus vitæ, deberemus cogere Dominum orationibus, jejuniis, eleemosynis, vigiliis, ut maneret nobiscum. Regnum enim Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matt.* 11. Judæi in ramis palmarum occurrerunt Domino, sed minime receperunt in hospitio, imo cum tota die prædicasset, in vespera cogebatur exire, & ire Bethaniam in domum Mariæ, & Marthæ. *Marc.* 11. Circumspectis omnibus cum jam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. *Hier.* Quia nulli adulatus fuerat, in tanta urbe hospitium non invenit.

g Coxit azyma, & comederunt. Prius autem quam irent cubitum,] Duo tempora significantur hic, scilicet, tempus refectionis, & tempus quietis. In præsenti nos pascit Dominus pane laboris. *Psal.* 126. Surgire, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, *supra* 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. In futuro erit tempus quietis, cum dederit Dominus dilectis suis somnum, quando solum illi, qui laboraverunt, quiescent. Unde Lucifer, qui prius volebat quiescere, quam laborasset, expulsus est in locum, ubi perpetuo laborabit.

h Viri civitatis vallaverunt domum] Viri civitatis sunt dæmones, qui vallant nos undique, rapere cupientes, ut si ad modicum exierimus domum conscientiæ nostræ, statim rapiamur, & corrumpamur ab eis, *inf.* 34. Egressa est Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam, & rapuit, & dormivit cum illa. Dina interpretatur causa hæc, vel judicium istud, & significat animam, quæ egreditur extra se, ut causas inquirat, & judicet, quæ ad se non pertinent. Sichem, labor, & significat diabolum, qui procurat, quantum potest, laborem hominum, qui statim ut videt animam extra se vagantem, statim diligit eam, & rapit, & corrumpit. Malum igitur est egredi domum suam, & ibi sustinere obsidionem, in qua nos obsidet a dextris, prosperis; a sinistris, adversitatibus. A tergo, recordatio peccatorum, ad delectandum; ab interiori, tentatio peccatorum ad faciendum. *Psalm.* 17. Circumdederunt me dolores mortis. *Job* 19. Semitam circumsepsit, & transire non possum. *Eccl.* Simul venerunt latrones ejus, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Si igitur undique obsidemur, per quam viam fugiemus? Utique per cœlum. Hæc via restat nobis. 2. *Paralip.* 13. Jeroboam ignorantem Judam, suo ambiebat exercitu, respiciensque Judas vidit instare bellum ex adverso, & post tergum, & clamavit ad Dominum. 2. *Paral.* 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus; hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

al. † umbraculum.

14. *dist.* a. *quod ait.* 32. *c.* 7. *a. afferebat.*

i Ubi sunt viri,] Isti viri, quibus abuti volunt dæmones, sunt intellectus, & affectus, qui habent hospitium apud unumquemque. Intellectum nituntur corrumpere curiositate, affectum voluptate. Sed rogandus est Elias, idest, Christus, ut spiritus ejus duplex fiat in nobis, idest, spiritus sapientiæ, qui affectum nostrum sopore suo imbuat, ut voluptatem oblatam a dæmonibus non admittat, quia gustato spiritu, desipit omnis caro. *Prov.* 27. Anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Et spiritus intellectus, qui intellectum nostrum illuminet, ut rejecto animi omni errore, & animi omni curiositate, veritatis viam teneamus. Et hoc quidem obtinebimus, si sermones Dei humiliter attendamus, quia declaratio sermonum tuorum, Domine, illuminat, & intellectum dat parvulis.

Ps. 18.

k Egressus ad eos Loth,] Vir justus dona gratiarum apud se hospitantia, nulla ratione debet exponere, nec in publicum prodere. *Deuteron.* 15. Non arabis in primogenito bovis, idest, in prima bona actione tua, officium prædicationis non præsumas. Loth ut salvet hospites suos, exponit se periculo, & non, ut salvemus dona gratiarum, quæ apud nos hospitantur, debemus exponere omni periculo, & labori etiam usque ad mortem. *Matthæi* 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. 1. *Machab.* 4. dixit Judas sociis suis: Ne timueritis multitudinem eorum, & imperium eorum, ne formidetis. Egrediamur igitur cum Loth per orationes, & eleemosynas, & post tergum ostium claudamus, ne nobis absentibus valeat fur subintrare. Sunt enim dæmones quasi fures, & si expellis unum per eleemosynam, aut per jejunium, alius intrat per vanam gloriam, aut per tristitiam. *Matth.* 6. Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora, &c. Et *eodem*: Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Judic.* 20. legitur: quod Benjamin persequitur hostes, & vidit post tergum civitatem suam accensam, & ideo victus est, & occisus.

l Habeo duas filias,] Duæ filiæ Loth, quas exponit pro hospitibus suis, sunt caro, & anima, quæ debemus flagellis exponere, & contumeliis pro virtutibus conservandis. Carnem flagellis, animam contumeliis. *Sap.* 2. Contumelia, & tormentis interrogemus eum. Et nos debemus respondere huic quæstioni libenter, sicut Christus. Mansuetudine quoad contumelias. *Jacob.* 1. Abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Patientia, quoad flagella. *Jac. ult.* Patientes estote, fratres usque ad adventum Domini. De utroque 1. *Cor.* 4. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus. Hi bene respondebant quæstioni.

* *l* Noli respicere

mei. At illi dixerunt: Recede illuc. Et rursum: Ingressus es inquiunt, ut *a* advena: numquid ut judices? Te ergo ipsum magis, quam hos affligemus. Vimque faciebant Loth vehementissime. Jam prope erat, ut infringerent fores, & ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clauseruntque ostium, & eos, qui foris erant percusserunt *b* cæcitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent. Dixerunt autem ad Loth: Habes hic tuorum quempiam, generum, aut filios, aut filias? *c* Omnes, qui tui sunt, *d* educ de urbe hac: delebimus enim locum istum, *e* eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos. *f* Egressus itaque Loth, locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias ejus, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi *g* ludens loqui. Cumque esset mane, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, & tolle uxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in scelere civitatis. *h* Dissimulante illo, *i* apprehenderunt manum ejus, & manum uxoris, ac duarum filiarum ejus, eo quod parceret Dominus illi, & eduxerunt eum, posueruntque extra civitatem, ibique † locuti sunt ad eum, dicentes: *k* Salva animam tuam: *l* noli respicere post tergum, *m* nec stes in omni circa regione, *n* sed in monte salvum te fac, ne & tu simul pereas. Dixitque Loth ad eos: Quæso Domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te, & magnificasti † misericordiam tuam, quam fecisti mecum, ut salvares animam meam, *o* nec possum in monte salvari, ne forte apprehendat me malum, & moriar. Est *p* civitas † hæc juxta, ad quam possum fugere, parva, & salvabor in ea. *q* Numquid non modica est, & vivet anima

Ω *a* Ut advena:] & quasi peregrina judicia non recipimus. *b* Cæcitate] idem est acrisia, aurisia, avidentia, non quidem privatio visus, sed passio quædam, quæ facit non videri, non omnia, sed quæ opus est non videri. Dicitur autem acrisia, ab a, quod est sine, & crisis, quod est judicium, quia ea percussus sine discretione est. *c* Omnes, qui tui sunt, &c.] Familiares Loth merito ejus possent salvari, si voluissent, cum eo. *Gl.* a malis longe fieri. *d* Educ de urbe] Argumentum, quod aliquis meretur gratiam, qua salvari potest. Utrum autem ex condigno, vel de congruo, quæritur. *e* Eo quod increverit, &c.] quasi plus valuit apud eos malum insolitum, quam bonum insolitum.

f Egressus itaque Loth] *Hieronym.* Quæstio est in sequentibus Filiæ Loth, virgines fuisse dicuntur, & ipse ad Sodomitas dixit: Ecce duæ filiæ meæ, quæ non cognoverunt virum, &c. nunc autem dicitur habuisse generos. Sed quidam arbitrantur eas, quæ viros habuerunt, in Sodomis periisse, & quæ virgines erant, cum patre exiisse. Sed Hebraica veritas habet: Egressus est Loth, & locutus est ad sponsos, qui accepturi erant filias ejus. Virgines ergo erant filiæ, necdum fuerant matrimonio copulatæ. Et ita generos vocat, non quia jam essent, sed quia futuri generi erant. *g* Ludens loqui.] quos pravæ consuetudinis amor ligaverat. *Job* 12. Deridetur justi simplicitas, &c. *h* Dissimulante] Qui aliquo carnali affectu malorum consortium exire dissimulant, crebra bonorum admonitione cogendi sunt, ne bonos mores corrumpant exempla malorum. [Dissimulante] idest, exire volente, sed nullum indicium exitus per aliquem apparatum monstrante. Vel ad litteram, vix poterat exire carnali ductus affectu. *Augustin. lib.* 8. *Confessionum.* Detinebant me nugæ nugarum, & vanitates, antiquæ amicæ meæ, & succingebant vestem meam carnem, submurmurantes, dimittisne nos, & ultra non erimus tecum amodo, & in æternum, & amodo non licebit tibi hoc, aut illud in æternum?

i Apprehenderunt] Apprehendere, est subito, & firmiter prendere ad se, ita facit, quando vult aliquem egredi de peccato, quasi compellit eum subito. *Sap.* 4. Placita erat Deo anima illius, propter hoc properavit eum educere de medio iniquitatum.

k Salva animam tuam:] non redeas ad Sodomam.

o Nec possum] *Andreas* dicit, quod iste mons erat prope civitates illas, quæ fuerunt subversæ, & timuit Loth ne mons subverteretur, & ideo nolebat ascendere. Sed quare eodem modo non timebat, ne Segor subverteretur, cum textus dicat quod juxta erat; Ideo potest dici, quod mos est timidorum semper velle latere. Vel senex & laborem viæ, & frigora montium perhorrescebat.

p Est civitas] Hanc civitatem dicunt Hebræi primo dictam Balaan, deinde Balisan. *Isai.* 15. dicitur: Vitula conternans, a con & ternario, quasi ter movens, quia tertio terræ motu absorpta est post alias quatuor civitates. [Est civitas hic, &c.] Segor, quæ sic vocata est, ex quo Loth dixit: Est civitas parva, &c.

q Nunquid non modica] *Interl.* Hoc est, non sufficit imbecillitati meæ ad vitam. Vel sic: Non est magnum, si eam salvas propter salutem meam, quia parva est, ut non subvertatur, quandiu scilicet, fuero in ea, quia post, Loth exeunte, & montem ascendente, subversa est.

Ω *a* Quia

* *l* Noli respicere] Quidam exeuntes de mundo in claustrum, retro respiciunt divitias, quas dimiserunt, vel quas habere potuerunt. Contra quos *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, &c. Etiam quidam dimittentes actum peccandi, adhuc habent peccata præ oculis. Et hoc tripliciter. Vel recolendo cum delectatione, vel carnaliter dolentes super hoc, quod dimiserunt pingues præbendas: quas etiam periculose tenebant, vel ad gloriam, & jactantiam. *Beatus Bernardus* contra religiosos, qui se jactant de his, quæ fecerunt in sæculo, vel in claustro, claustrales quosdam videns cursum numerare, quæ vel fortiter gladiatorio, vel argute disputatorio gessere conflictu, & adhuc sophistæ. Antiqui etiam claustrales sophismatibus gloriantur. Periculosum est præterita peccata recordari, ut dicit *Beatus Bernardus*, sicut credo. Et *August.* dicit, quod volentes fecimus, nolentes quandoque cum delectatione recordamur, quod tantum pœna peccati est, si de ipsa delectatione doleamus, si vero placeat, graviter peccamus. Ideo recte dicit Apostolus *Philipp.* 3. Quæ retro sunt obliviscens, in anteriora me extendo.

m Nec stes] Hoc est, quod dicitur 1. *Regum* 15. Percute Amalech, & demolire universa ejus. Non enim sufficit demoliri peccatum, nisi & omnis ejus circumstantia, & adjacentia, & occasio destruantur. Unde si amasti aliquam, non debes postea commorari, vel colloqui illi etiam de bonis propter recidivum. *Jeremiæ* 50. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini, hoc est de tota provincia, & circumstantia peccati. Et estote quasi hœdi ante gregem, idest, sicut fuistis prævii in peccato, sic duces sitis aliorum in via justitiæ per bonum exemplum.

n Sed in monte] Hic nota tria, Sodomam, Montem, Segor. Carnalia desideria, altitudo perfectorum, vita communis. Primum fugiendum est, secundum appetendum. *Matth.* 19. Si vis perfectus esse, &c. Sed notandum, quod duo sunt necessaria in ascensu montis, idest, in aggressu perfectionis. Sapientia, sive discretio, magnanimitas, quæ vix simul inveniuntur. Sapientes enim raro ardua aggrediuntur, dicentes: Non est audacia tuta. Quidam etiam supra vires indiscrete ascendunt. *Lucæ cap.* 14. Quis ex vobis volens Turrim ædificare, &c. Ecce hic commendatur sapientia. In aggressu arduorum, magnanimitas. *Prov.* 15. Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Quidam etiam sub specie discretionis velant inertiam suam. *Bern.* Quantos ista maledicta sapientia supplantat, & conceptum in eis extinguit spiritum, quem Dominus voluerat vehementer accendi? Amicos consule: proba teipsum. Angelus consilii vocat te; tu autem alienum consilium præstolaris. Abscondi ignem in sinu meo, & exulto jam latere, nudatis visceribus, jam sanie defluente, adhuc consulendum est, an adhuc excutiam illum? Amicos consulat, qui non legit. Inimici hominis domestici ejus. Probet se, qui de sua virtute confidit, quia divina virtus omnino probata est.

* *b* Ingressus

Moraliter. — D — Sap. 10. — al. † locutus est Dominus ad eum: salva. — Sap. 10. al. † habet gloriam. — al. † hic. — E — 2. Pet. 2. — 4. Reg. 6. — Matth. 10.

mea? Dixitque ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem, pro qua locutus es: Festina, & salvare ibi, quia non *a* potero facere quicquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor. Sol egressus est super terram, & Loth *b* ingressus est Segor. Igitur *c* Dominus *d* pluit super Sodomam, & Gomorrham, sulphur, & ignem *e* a Domino *f* de coelo, & subvertit civitates has, & omnem *g* circa regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terræ *h* virentia: *i* Respiciensque uxor ejus

Ω *a* Quia non potero] idest nolo. Simile *Jo.* 12. Non poterant credere, quia dixit *Isaias*: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant, &c. *Is.* 6. Imo bene poterant, sed nolebant. Unde exponitur: Non poterant, idest nolebant, & in illa voluntate pertinaces erant.

Vel [Non potero] idest, merita tua exigunt, ut non faciam, donec egrediaris. Simile *Marc.* 6. Non poterat ibi aliquas virtutes facere, idest, merita illorum exigebant, quod non faceret. Poterat igitur per potentiam, sed non poterat per justitiam. *b* Loth ingressus est Segor.] fugiens incendia Sodomæ. *c* Igitur Dominus pluit super Sodomam, &c.] *Greg.* Sulphur, fœtor carnis, ignis, ardor carnalis desiderii, cum Dominus carnis scelera punire decrevisset, qualitate [*Isai.* 27. In mensura contra mensuram] ultionis innotuit macula criminis. Sulphur enim fœtet, ignis ardet. Qui ergo ad perversa carnis desideria fœtore arserant, jure sulphure, & igne perierunt, ut ex justa poena discerent, quod injusto desiderio fecissent. Sed notandum, quod primos peccatores aqua diluvii exterminavit, *supr.* 7. qui similiter offenderant Deum concupiscentia carnis. Sodomitæ vero gravi supplicio, ignis scil. & sulphuris diluvio perierunt. Licet enim illi mensuram excederent, quasi naturaliter peccabant, illi vero contra naturam; ideo gravissimi supplicii exemplo perierunt. [Super Sodomam, & Gomorrham,] *Bern.* Flamma gehennalis moram non sustinens, execrabilem venit istam tollere nationem, necnon etiam tellurem, utpote conciam tantæ confusionis, absumpsit ignis, & spiritus procellarum. Et attende quatuor in hoc execrabili peccato. Ardorem immoderatum, fœtorem, tenacitatem, & contagium. Unde societas maxime declinanda, & fugienda est. Contra prima duo misit Dominus ignem, & sulphur: contra tertium, ipsum locum æterna sterilitate damnavit: contra quartum, omnem circa regionem quasi mala vicinitate infectam punivit. *Isai.* 33. Projecit civitates, non reputavit homines, quia revera, qui hoc peccatum faciunt, homines non sunt.

d Pluit super Sodomam, &c.] ut terra in æternum aresceret, nec sicut post diluvium viresceret. *e* A Domino] divino judicio, quia pudore, & ardore luxuriæ computruerunt. *f* De cœlo,] quia clamor peccati eorum ascenderat in cœlum. *g* Circa regionem,] pari contagio corruptam. *h* Virentia:] *Interl.* quibus delectati fuerant.

Ω *a* Statuam

aliter. * *b* Ingressus est Segor.] Vide ordinem. Prius educitur Loth de Sodomis, deinde sole orto ingreditur Segor, postea puniuntur Sodomitæ. Egressio Loth de Sodomis, significat exitum de peccato. Ortus solis super terram, significat filii incarnationem. Punitio Sodomorum, damnationem reproborum. Orto sole, Loth ingreditur Segor, idest, Christo incarnato, prædestinati ingrediuntur Ecclesiam. Vel Loth ingreditur Segor orto sole, quia quilibet declinans a vitiis infra limites parvitatis colligitur, & humiliatur considerans Dei beneficia circa genus humanum. Et hoc est, quod dicit *Habac.* 3. Incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus. Quia Christus dicatur Sol, patet *Malach. ult.* Vobis timentibus, &c. *Chrys.* Miratur terra novam stellam in cœlo, sed non minus novum solem cœlum miratur in terra. Educto Loth de Sodomis, & ingresso in Segor pluit Dominus, quia in fine vocatis bonis a morte in vitam, & assumptis ad se, reprobi damnabuntur. Quod significatur *Isa.* 10. Cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Jerusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, qui significat reprobos, & superbos. Item Sodomitæ nocte peccaverunt, & mane puniti sunt, quia peccata modo latent, sed in aperto, & publico punientur. *Dan.* 7. Judicium sedit, & libri aperti sunt. *Matth.* 10. Nihil opertum, quod non reveletur, & nihil occultum, quod non sciatur. *Oseæ* 6. Judicia tua quasi lux egredientur. *Soph.* 1. Scrutabor Jerusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis. *Job* 24. Oculus adulteri observat caliginem, dicens: Non videbit me oculus. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis, & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Dominus in primo adventu fuit quasi aurora, sed peccatores umbram mortis reputaverunt odientes lucem. *Jo.* 3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorum opera mala. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Dominus in mundo candelam attulerat, quam mali fugiunt, & exsufflant. Sed in die judicii, & in fine, qui modo latent in tenebris, ut fures tunc deprehendentur. *Jer.* 2. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel ipsi, & reges eorum, principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum.

c Igitur Dominus] Nota tria. Prius convicti sunt Sodomitæ, secundo excæcati, tertio combusti. Idem ordo. *Job* 34. Novit Dominus opera eorum, & inducet noctem, & conterentur. Specialiter autem attribuitur hoc factum filio, quia culpa erat in humana natura, quam ipse solus assumpturus erat.

d Pluit super, &c.] Quatuor hic attenduntur. Fœtor sulphuris, ardor ignis, æterna sterilitas, lacus dulcis amaricatio. Unde dicitur mare mortuum, in quo nihil vivit, lucerna ardens supernatat, extincta submergitur. Ista invenies in mundo, qui per Sodomam significatur. Sulphur, fœtor luxuriæ. Ignis, ardor cupiditatis. Æterna sterilitas, vanitas superbiæ. Lacus mutatus in mortuum, in quo nihil vivit, occupatio mundanorum plena amaritudine mortua, quia ducit ad amaritudinem æternam. *Ezech.* 47. Aquæ istæ intrabunt in mare. In hoc lacu lucerna ardens supernatat, extincta demergitur. Prælatus lucerna *Jo.* 5. Erat Joannes lucerna ardens, & lucens. Prælatus si ardet, supernatat mundum, & quæ mundi sunt contemnens, & conculcans. *Apoc.* 12. Mulier amicta sole, idest, lucerna ardens, scil. Prælatus, & luna sub pedibus ejus, idest, mundus lucerna extincta demergitur, quia Prælatus peccatorum, & ignorantiæ tenebris involutus, a mundo conculcatur, & vilipenditur. *Oseæ* 4. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem sublevabunt animas eorum, & erit sicut populus, sic Sacerdos. *B. Bern.* Et utinam non pejor populo sit Sacerdos. De fœtore mundi, idest, luxuria. *Is.* 34. Interfecti eorum projicientur, & de cadaveribus eorum ascendit fœtor. Cadavera sunt universa caro mortuorum, sed fœtida per luxuriam. Sed multi fœtorem non sentiunt, quia remedium apponunt ad nares suas, speciem, & pulchritudinem mulieris potius attendentes quam fœtorem. *Ezech.* 8. Ecce viri dorsa habentes contra templum, & faciem ad Orientem. Et ecce applicant ramum ad nares suas. Ramus est species, & delectatio, quam considerant; & ideo fœtorem non sentiunt. Hic fœtor bene ostenditur *Prov.* 7. ubi dicit meretrix: Aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo, veni inebriemur uberibus. Miser myrrha, & aloen non advertit in lecto meretricis, & solum cinnamomum considerat. Hinc est, quod *Jo.* 11. dicitur Lazarus quatriduanus fœtere. Tres enim dies sunt Domino deputati, quos ipse specialiter consecravit: Dies parasceve, in qua crucem tulit: dies Sabbati, in qua in sepulchro quievit: dies Dominica, in qua resurrexit. *Luc.* 13. Hodie, & cras dæmonia ejicio, & sanitates perficio, & tertia die consumor, &c. Isti tres dies debent nobis sufficere. Sed quidam, imo plurimi quartum diem addunt, scil. diem voluptatis. *B. Bern.* Adinventio filiorum Adam quartum adinvenit sibi diem; & ideo quatriduani sunt, & fœtent. Primus dies, dies vitæ, & laboris; secundus, dies mortis, & quietis; tertius, dies resurrectionis: Væ illis, qui in quarto dormiunt, & quiescunt. *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic consolationem, &c. *i* Respiciensque uxor] Sic quandoque exeuntes de mundo ad claustrum respiciunt retro, recolentes delectamenta, quæ in seculo habuerunt, similes Judæis dicentibus *Numer.* 11. Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, & porri, & cæpæ, & allia: anima nostra est arida, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi manna. Non sic Paulus respexit retro. *Phil.* 3. Ea, quæ retro sunt, obliviscens, in anteriora me extendo. Retro sunt duo, quæ oblivioni danda sunt. Bona præte-

* rita, ne

Psal. 10.

Is. 24. *Jer.* 50. 23. q 5. c. quid ergo ... *David.* ... De Pœn. dist. ... plures, ... auctoritas. De consec. ... Clerici.

E

post se, versa est in *a* statuam salis. *b* Abraham autem consurgens mane, ubi steterat prius cum Domino, intuitus est Sodomam, & Gomorrham, & universam terram regionis illius, viditque ascendentem favillam de terra quasi *c* fornacis fumum. Cum enim subverteret Dominus civitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & *d* liberavit Loth de subversione urbium, in quibus habitaverat. *e* Ascenditque Loth de Segor, & mansit in *f* monte, *g* duæ quoque filiæ ejus cum eo. *h* Timuerat enim manere in Segor. Et *i* mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ ejus. Dixitque *k* major ad minorem: *l* Pater noster senex est, & *m* nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos juxta morem universæ terræ: Veni, inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo, ut servare possimus ex patre

Ω *a* Statuam salis.] quam Josephus dicit se vidisse. *c* Quasi fornacis fumum.] Per reliquias combustionis, imprimitur nobis memoria subversionis ad exemplum correctionis. *d* Et liberavit Loth] Patet meritis Abrahæ Loth fuisse liberatum, quem Scriptura justum appellat.

F Et sciendum, quia justus erat, non sicut Abraham, sed comparatione Sodomitarum. Sed nonne supra dictum est, quod Loth meritis suis salvatus est? unde & Dominus dixit ei; Non potero quicquam facere, &c. Sol. Ideo dicitur meritis Abrahæ salvatus, quia Abraham justior ipso erat, & utriusque meritis salvatus est. Ipse justus appellatur. *Sap.* 10. *e* Ascenditque Loth de Segor, &c.] *Hier.* quæritur, cum primum fugæ montis Segor prætulerit, & eam, in qua habitaret, liberari voluerit, cur rursus de Segor ad montem transierit. Respondebimus, veram esse Hebræorum de Segor conjecturam, quod frequenter terræ motu obruta, primum Bale, postea Salisa dicta sit, timuitque Loth dicens: Si ceteris stantibus ista sæpe subversa est, quanto magis in communi ruina non poterit liberari. Et hanc occasionem infidelitatis causam incestus fuisse. Qui enim ceteras viderat subverti, & hanc stare, seque auxilio Dei erutum, de eo, quod sibi concessum audierat, ambigere non debuit. *f* In monte, &c.] in quem prius monente Domino ascendere noluit. *i* Mansit in spelunca] quam infirmitati ejus, & timori Dominus concesserat, & ipse elegerat. *h* Timuerat enim] Filiarum. *Interim.* Loth inexcusabilis, primo quia Angelo non credidit, deinde quia inebriatus est, & fuit peccatum causa peccati. *k* Dixitque major ad minorem, &c.] *Hier.* Quod pro excusatione dicitur filiarum, quia genus humanum defecisse putaverunt, ideoque cum patre accubuerunt. Non autem excusat patrem, quod sequitur. Et nescivit quod dormissent cum eo, & cum surrexissent ab eo. Appungunt desuper Hebræi obelo, quasi superfluum, quasi incredibile sit, quia rerum natura non capiat coire quempiam nescientem. Didicerant filiæ Loth consummationem mundi futuram per ignem, sed tanquam puellæ, non perfecte. Neque enim sciebant, quod Sodomitis igne vastatis, multum spatium integrum remaneret, & suspicatæ sunt tale aliquid factum, quale in temporibus Noe audierant, & ad reparandum genus humanum, superstites se esse cum patre. Et quamvis grande eis crimen concubitus patris, gravior videbatur impietas, si servata castitate spem posteritatis delerent; ideo consilium ineunt, & patris mœstitiam, & rigorem vino molliunt, & singulæ singulis noctibus suscipiunt ab ignorante conceptum, nec repetunt.

Ω *b* Dormivitque

Ezech. 16. — *Sap.* 10.

Bernard. * rita ne eorum fiat recordatio ad gloriam. Mala præterita, ne eorum fiat recordatio ad delectationem. Qui hæc duo respicit in statuam salis vertitur. Statua habet speciem hominis, sed non habet spiritum vivificantem, quia talis habet habitum religiosi, sed non habet animum, ad quem redit diabolus cum septem spiritibus nequioribus se. B. *Bern.* Vis tu videre domum mundam, & ornatam, sed vacantem, hominem intuere, qui deseruit manifesta peccata, & corde penitus arido solas manus movet ad opera mandatorum, intus autem servus est propriæ voluntatis, gloriæ cupidus, ambitionis amator. Item isti sunt statua salis, quia bona facientes exterius, bono exemplo alios condiunt, & dulcorant. De istis dicitur *Zach.* 11. O pastor, ecce sal; & idolum, ecce statua. Item pœna Sodomæ significat pœnam judicii, ubi similiter reprobi aspicientes retro, vertentur in statuam salis. Respicient retro, dum plangent ea, quæ dimiserunt. *Apoc.* 18. Negotiatores terræ flebunt super illam, & lugebunt, quoniam merces eorum nemo emet amplius. Item vertentur in statuam per stuporem, quem habebunt de immutatione facta circa se, & circa bonos. *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Item statua erunt, idest, immobiles ad pœnitendum; sed tamen fortes ad patiendum. Item statua salis erunt, dum de eorum pœnis sancti gaudebunt. *Apoc.* 18. Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa. Boni non respiciunt retro, imo sursum. *Isai.* 65. Ecce ego creo cœlos novos, & terram novam, & non erunt in memoria priora, nec ascendent super cor, sed gaudebitis, & exultabitis usque in sempiternum in his, quæ ego creo. *a* Abraham autem consurgens] Abraham est quilibet vir justus, qui mundum intuetur, nec videt de illo ascendere nisi fumum superbiæ, & favillam inanis gloriæ, quæ de vanitate procedunt. Sed ad hoc, quod vir justus bene videat transitum temporalium, oportet, quod stet in loco, in quo Dominus locutus est cum eo sicut Abrahæ. Quod exponit *Gregor.* Ille solus transitum mundanorum considerat, qui divinæ gratiæ radiis illustratus, transeuntia permanentium collatione dijudicat. *e* Ascenditque Loth de Segor,] Nota consilio Angeli divertit Loth in Segor, nolens ascendere montem, modo consilio proprio ascendit, & cadit in peccatum. In hoc significatur, quod quidam suggestione diaboli transformantis se in Angelum lucis, viam perfectionis aggrediuntur, qui postea gravius eos præcipitare conatur. Quod significat *Jer.* 41. ubi dicitur: quod octoginta viri parati erant offerre in domum Domini. Egressus autem Ismael in occursum eorum, incedens, & plorans ibat, & dixit eis: Venite ad Godoliam: Qui cum venissent in medium civitatis, interfecit eos. Quod exponit *Greg. in Moral.* Sic Ismael diabolus provocans ad aggrediendum majora, quibus aggressis indiscrete, gravius corruere facit. Item *infra* 30. dicit Esau ad Jacob: Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Esau est diabolus, qui ardua proponit Jacob, idest, alicui fideli. Sed quid respondet Jacob? Domine mi, ecce nosti, quod parvulos habeam tenellos, & oves, & boves fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti greges una die. Non obedit statim Jacob, sed considerat possibilitatem, & infirmitatem ostendit. Iste spiritus malus, qui hoc suggerit, non discernitur nisi a spiritualibus viris. Unde *Jacob* 3. Sapientia, quæ desursum est, primum quidem pudica, deinde pacifica. Quod exponit B. *Bernardus*: Omnem cogitationem, in qua hæc duo non concurrunt, a Dei sapientia alienam esse non dubites. Aliquando enim pudica videtur cogitatio, virtutis prætendens imaginem, sed necesse est, quod pacifica sit, quod est, si spirituali, & spiritualium virorum consilio regitur. Item Loth egressus de Sodomis, statim montem ascendit, proprio usus consilio, & diabolus noviter conversos vocat ad statum perfectionis, & postea urget diabolus dolore præteritorum, molestia præsentium, timore futurorum. De talibus novitiis dicit B. *Bern.* Utinam, qui continere non valent, vel continentiam temerrime profiteri, vel cælibatui dare nomina verentur, contraherent, esset eis proculdubio melius in humili gradu fidelis populi salvari, quam in Dei sublimitate deterius vivere, & districtius judicari. Nunc autem libertatem, in qua vocati sunt in occasionem videntur dedisse carnis, abstinentes quidem a remedio nuptiali, & in omne deinceps flagitium defluentes. *g* Duæ quoque] Istæ duæ filiæ, quæ nos sequuntur ad statum perfectionis, sunt concupiscentia carnis, & superbia vitæ. Si una moritur, altera reviviscit. Major filia superbia, quam primo genuit diabolus in cœlo: minor concupiscentia, quam genuit Adam in paradiso. Dixit ergo major ad minorem. *l* Pater noster senex, &c. veni, inebriemus eum] Hoc est; quod quanto propinquiores sumus fini, tanto crebrius instat diabolus ad peccandum. *Apoc.* 12. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.

m Nullus virorum remansit in terra,] Cum vitia omnes sæculares occiderint, quærunt religiosos. *Luc.* 11. Cum immundus spiritus exierit ab homine, quasi satiatus, vadit per loca arida, & inaquosa quærens requiem, & non inveniens dicit: Redibo ad domum meam, unde exivi, &c.

40 dist. si qualibet. 1. q. 4. c. dixit Sara. 31. dist. c. lecto dist. 4. 15. qu. 1. c. inebriaverunt. 2. Cor. 11.

* *a* Dederunt

Ω *b* Dormivitque cum patre.] Quem Sodoma non vicit ; vina vicerunt.

Moraliter. * *a* Dederunt itaque patri suo bibere vinum] & postea dormierunt cum eo. Ita facit diabolus, primo suggerit licita, ut inde illicita trahat. Unde & in licitis, & in minimis habendus est modus. *Eccles.* 19. Qui modica spernit, paulatim decidet. Duo sunt modica, ex quibus minime oritur omne malum. Remissio propositi rigoris, & indulgentia licitorum. *c* At ille non sensit,] Superbia enim excæcat hominem, & latenter se ingerit, etiam inter virtutes, ut nescias quando, vel recedat. *Aug. 7. Confess.* Inflata facies claudebat oculos. *Greg.* Quanto magis superbia est, tanto minus videtur. *Os.* 7. Alieni comederunt robur ejus, & ipse nescivit. *d* Ecce dormivi] Prima filia, idest, superbia, heri dormivit cum patre suo, & foetum genuit, & vocat aliam, ut & ipsa concipiat ex patre. Sic unum vitium vocat aliud. *Job* 40. Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.

G

nostro semen. *a* Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa: Et egressa est major, *b* dormivitque cum patre. At ille *c* non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. Altera quoque die dixit major ad minorem : *d* ecce dormivi heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, ut salvemus semen de patre nostro. Dederunt & illa nocte patri † vinum. Ingressaque minor filia dormivit cum eo: Et nec tunc, quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ Loth de patre suo. Peperitque major filium, & vocavit nomen ejus Moab. Ipse est pater Moabitarum usque in præsentem diem. Minor quoque peperit filium, & vocavit nomen ejus Ammon, idest, filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

al. † bibere.

Item duæ filiæ generant Moab, & Ammon, idest, superbiam, & luxuriam, quia partus sequitur ventrem. Unde superbia generat superbiam ; luxuria luxuriam. *Ezech.* 16. Qualis mater, talis filia: De istis filiabus *Nehemiæ ult.* Vidi Judæos ducentes uxores Azotidas, & Moabitidas, & Ammonitidas, quorum filii loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Judaice. Isti Judæi faciunt contra mandatum Domini. *Deuter.* 23. Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum.

EXPOSITIO CAP. XX.

PRofectus *f* inde] idest, convalle Mambre.

h In Geraris] terra Palæstinorum. Gerare interpretatur advenæ appropinquantes ad regnum fide, & opere, 2. *Cor.* 5. Dum sumus in hoc sæculo peregrinamur a Domino. *i* Dixitque de Sara uxore sua,] *Inter.* Dum habet homo quid faciat, non debet tentare Deum. *Isidorus*: Tacuit uxorem, dixit sororem, ne ipse occideretur, & illa ab alienigenis captiva possideretur, certus, quod a Deo inviolata servaretur, sicut apud Pharaonem, *sup.* 12. Et similiter dixit Isaac, *infr.* 26. Unde Abimelech somnio commonitus intactam reddidit.

k Per somnium] *Joan.* 33. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina, ut avertat hominem ab his, quæ fecit, & liberet a superbia. *m* Manuum mearum] *Interl.* Conjugii fidem servare volens, non concubinam quærens. *Job* 22. Salvabitur innocens in munditia manuum suarum. *n* Dixitque ad eum Deus:] *Aug.* Quod dicitur Abimelech pro Sara: Et peperci tibi, ne peccares in me: advertendum est, Deum fecisse, quando monuit, uxorem esse Abrahæ, quam putabat sororem. Et notandum, quod in Deum peccatur, cum talia committuntur, quæ putant homines, vel non esse peccata, vel levia haberi tanquam in carne peccata. *o* Ne peccares in me,] *Interlin.* Peccantes in proximum, in Deum peccamus.

p Ut tangeres eam,] Videtur, quod non committat flagitium, si eam cognosceret, quia volebat eam non fornicario modo, sed uxorio. Item Dominus prohibet ei testimonium, quod simplici corde hoc fecit ; ergo innocens fuit. Solutio. Si Abimelech cognovisset eam, adulterium commisisset, quia non poterat eam ducere in uxorem, cum haberet virum viventem, & ignorantia excusasset eum a tanto, non a toto, quia non adhibuisset omnem diligentiam inquirendo de ipsa, quam deberet apponere. Ad aliud dicimus, quod Dominus ideo dixit, simplici corde, non quia sine peccato fecerit, sed quia sine peccato facere intendebat.

CAP. XX.

PRofectus *f* inde Abraham in terram australem, habitavit inter *g* Cades, & Sur, & peregrinatus est in † *h* Geraris. Dixitque *i* de Sara uxore sua: Soror mea est. Misit ergo Abimelech Rex Geraræ, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium *k* nocte, & ait illi: En morieris *l* propter mulierem, quam tulisti : habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem, & justam interficies: Nonne ipse dixit mihi : Soror mea est, & ipsa ait: Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia *m* manuum mearum feci hoc. Dixitque *n* ad eum Deus : Et ego scio, quod simplici corde feceris, & ideo custodivi te, *o* ne peccares in me, & non dimisi, ut *p* tangeres eam. Nunc igitur *q* redde uxorem viro suo, quia *r* propheta est, & *s* orabit pro te, & vives. Si autem nolueris reddere, scito, quod morte morieris

A

al. † terra.

q Nunc igitur] Solvitur commissum, dum restituitur amissum, &c. ergo usurario, & raptori solvitur commissum, quando restituuntur ablata ; ergo non est necessaria confessio, vel satisfactio. Solutio. Ideo dicitur solvi commissum, quia sine hoc non dimittitur, si adsit facultas restituendi.

B

12. q. 4. c. nemo.

r Quia Propheta est,] præloquens: Ita habet Hebræus. Hoc dicit, quia quanto major est, cui infertur injuria, tanto majus est peccatum. Unde dicit *Greg. in Decalog.* quod quidam joculator psallebat ante virum quemdam sanctum invitum, expostulans panem: Et faciens ei dari panem vir sanctus, dixit: Panem habes, sed scias, quod statim morieris. Et illico ruit tegula de domo super eum, & expiravit miser. Ecce dixit: O quam periculosum est contristare sic virum sanctum !

s Et orabit] ut facilius veniam consequaris. Nam si injuriam passus orat pro inferente injuriam, citius parcitur illi. *Job ult.* Job servus meus orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia.

Ω *a* Vocavit

Moraliter. *f* Profectus inde, &c.] Visa pœna malorum, providet sibi Abraham, idest, quilibet vir justus. *Prov.* 21. Mulctato pestilente sapientior erit parvulus. 19. ejusdem, dicitur: Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Unde *Psalm.* 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, quibus scilicet, caveam, & fugiam mala, & volabo, & requiescam ?

Moraliter.

g Inter Cades,] Cades interpretatur fons judicii : Sur angustia. Justus ergo bene habitat inter Cades, & Sur, considerans hinc angustias præsentes, inde futurum judicium. Hinc dolor, inde timor, quasi duæ mulæ, inter quas molitur justus, ut fiat panis, & possit comedi a Christo, & Ecclesiæ incorporari. Item per Sur potest accipi dolor de præteritis, per Cades cautela de futuris.

l En morieris] Arguitur Abimelech, qui tulit Saram, licet eam non tetigerit. Multo igitur fortius prælati nostri, & clerici arguendi sunt, qui tollunt, vindicant sibi, non unam Saram, sed multas Saras, idest, præbendas multas, & Ecclesias multas, & dignitates multas tangentes, imo corrumpentes eas malo exemplo, quærentes non fructum, sed datum: Et cum ipsi tangere non deberent, quia eunuchi debent esse : *Esther.* 1. Misit Rex septem eunuchos, ut adducerent sibi Vasthi. Officium eunuchorum solet esse, assistere Regibus, & Reginis, & custodire puellas, quas corrumpere non valebant. Sed officium eunuchi mutatum est, non custodes virginum sunt modo, sed corruptores. *Eccl.* 20. Concupiscentia spadonis devirginavit juvenculam.

* *d* Tulit

Ω *a* Vocavit omnes fervos fuos,] Ne temere videretur repudiare conjugium; ideo vocavit eos, & ut acciperet ab eis confilium. Nihil enim fine confilio faciendum. *Eccl.* 32. Fili, nihil fine confilio facias, & poft factum non pœnitebis.

b Regnum meum] Ecce quod peccatum principis redundat in populum. Unde 2. *Reg.* 24. quod David numeravit populum fuperbe, pœna redundavit in plebem. Et etiam propter Achor punitus eft populus, *Jofue* 7.

C

c Filia patris] Alia translatio apertius, a patre, & non ex matre. Erat enim filia Aram fratris Abrahæ: non foror Loch.] Filia patris] Hoc multipliciter exponitur. Primo fic: Eft filia patris, fupple fui, mei fcilicet fratris. Vel filia patris mei, & non matris meæ, ideft, neptis mea eft ex parte patris fui, non ex parte matris. Unde alia translatio habet: Soror mea eft a patre fuo, non a matre. Sicut enim dicebant cognatos fratres, ita cognatas dicebant forores. Vel fic. [Soror mea, filia patris mei] primogeniti, fcil. Aram, quem vocat patrem, quia primogenitus, & quia educaverat eum. Tamen quidam dicunt, quod Thare mortua matre Abraham, & mortuo Aram, duxit in uxorem, uxorem Aram, & ex ea genuit Saram. Unde hic dicitur filia ejus naturalis, fed fupra dicitur filia Aram, legalis fcilicet. *g* Hoc erit tibi in velamen] ideft, in memoriam verecundiæ, quia in mendacio deprehenfa es. Unde quafi exponendo fubdit.

h Quocumque, &c.] Vel elegans irrifio eft: Hoc erit in velamen, ideft, in exhibitione funeris, quafi dicat: Anus es, & vicina funeri, & tamen mentita es; habe igitur hæc ad expenfas funeris tui, & omnium, qui tecum funt. Judæi enim multa expendebant in fumptu funerum, unde & multi depauperati funt. Vel ad vela emenda, ut veles faciem tuam, ne ameris ab aliis.

k Concluferat enim Deus] Abimelech infrigidaverat Dominus, & uxorem, & ancillas concluferat propter Saram; & ad preces Abrahæ fanantur.

Moraliter. * *d* Tulit igitur Abimelech oves,] ideft, principes gentium, qui prius Ecclefiam tollere conabantur, ampliffime ditaverunt. *Is.* 60. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabajoth miniftrabunt tibi. Cedar, mœror, vel tenebræ, ideft, mundus: Nabajoth, ideft, Apoftoli, & Apoftolici viri, qui miniftrant Ecclefiæ, & cuftodiunt gregem, & regunt duobus cornibus, exemplo bonæ vitæ, & verbo fanæ doctrinæ. Per hoc, quod dicit. *e* Terra coram vobis] ideft, ante oculos, fignificatur libertas conftruendi Ecclefias, quam Principes concefferunt, & maxime Conftantinus tempore Silveftri Papæ 1. *Efd.* 7. Ego Artaxerxes Rex, ftatui, atque decrevi omnibus cuftodibus arcæ publicæ, qui trans flumen funt, ut quodcunque petierit a vobis Efdras Sacerdos, fcriba legis Dei cœli, abfque mora detis ufque ad talenta argenti centum. Et cum hic dicitur, mille argenteos, utrobique perfectio defignatur, quam debet habere Ecclefia in membris fuis.

g Hoc erit tibi in velamen] Hoc, quod prædicatores Ecclefiæ debent ei incutere verecundiam, fua fcelera oftendendo. *Ezech.* 43. Fili hominis, oftende domui Ifrael templum, & confundentur ab iniquitatibus fuis. Hoc templum eft corpus Chrifti, Chrifti Cruci affixum, quod debent oftendere Prædicatores peccatoribus, ut confundantur bona confufione. De qua *Ecclefiaft.* 4. Eft confufio adducens peccatum, & eft confufio adducens gloriam. *i* Memento te deprehenfam.] Sara deprehenfa eft, ideft, quæ credebatur foror, cognofcitur effe uxor; fic in futuro. Ecclefia, quæ modo cognofcitur foror Chrifti, naturæ conformitate cognofcetur uxor pofita in Regia dignitate quafi Regina. 3. *Reg.* 2. Pofitus eft thronus matri Regis, quæ fedit ad dexteram ejus. *f* Ecce mille] Per mille argenteos, fignificantur temporalia, quæ data funt Chrifto, & Ecclefiæ, non nobis, qui inde luxuriamus, & extollimus nos, & parentes. Sed nota, quod datæ funt hæc Saræ in velamen oculorum, ideft, in excæcationem Prælatorum, qui funt oculi Ecclefiæ. Nonne bene cæci funt, cum temporalia præponunt fpiritualibus? *Ifaiæ* 42. Quis cæcus nifi fervus Domini? Qui vides multa, nonne cuftodies? Dicitur, quando Conftantinus dedit Ecclefiæ divitias temporales, quod auditum fuit: Hodie infufum eft venenum in Ecclefia. Utinam B. Benedictus faceret fignum Crucis, & effunderetur venenum priufquam biberetur. *Luc.* 22. Illuditur Dominus velato capite. Et dicit quidam Sanctus, quod exterius velamen Chrifti, quo velatus illufus eft, fignificat interius velamen Petri. Nonne velata erat facies interior Petri, quando dixit? O homo, non fum: Et non novi hominem illum. *Tob.* 2. legitur, quod domi dormiens, ftercoribus hirundinum excæcatus eft. *Levit.* 20. Habens albuginem in oculo, non promovetur. Nec legitur cum aliquo difpenfaffe. Quid eft ergo, quod tam de facili difpenfatur modo cum clerico habente obolum in oculo, & etiam oculum in obolo? Multi hodie in Ecclefia cæci funt, habentes velamen in facie: Propter quod dicit Dominus *Jo.* 9. Ego veni in mundum, ut qui non vident, videant; & qui vident, temporalia fcil. cæci fiant ad ea. Et Ecclefia orat: Revela oculos meos, ideft, remove hoc velamen ab oculis meis, & confiderabo mirabilia de lege tua. Item hæc data funt in velamen oculorum, ideft, ad erubefcentiam clericorum. Redditus enim temporales hodie cedunt eis ad pudorem: Ipfi enim quafi mimi, vel pueri nihil erubefcunt accipere, femper ad manum alterius refpicientes. *Ecclef.* 40. Vir refpiciens ad menfam alienam, non eft vita illius in cogitatione victus. Alit enim cibis alienis animam fuam. Mirum eft, data fibi in ignominiam, commutans in gloriam; ficut mulieres fatuæ, quibus dantur monilia ad claudendum finum, & indecentiam mamillarum. *Ezech.* 7. Ornamentum monilium fuorum in fuperbiam pofuerunt.

D

A

al. † Dominus.

13. q. 2. cum per fortiarias.

De pen. d. 1. c. Voluiffe, §. ferpens.

Heb. 11. Luc. 22. Matth. 26

Ps. 118.

tu, & omnia quæ tua funt. Statimque de nocte confurgens Abimelech *a* vocavit omnes fervos fuos, & locutus eft univerfa verba hæc in auribus eorum. Timueruntque omnes viri valde. Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid fecifti nobis? Quid peccavimus in te: quia induxifti fuper me, & fuper *b* regnum meum peccatum grande? Quæ non debuifti facere, fecifti nobis. Rurfumque † poftulans, ait: Quid vidifti ut hoc faceres? Refpondit Abraham: Cogitavi mecum dicens: Forfitan non eft timor Dei in loco ifto, & interficient me propter uxorem meam. Alias autem vere foror mea eft, *c* filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam uxorem. Poftquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc mifericordiam facies mecum in omni loco, ad quem ingrediemur, dicens, quod frater tuus fim. *d* Tulit igitur Abimelech oves, & boves, & fervos, & ancillas, & dedit Abraham. Reddiditque illi Saram uxorem fuam, & ait: *e* Terra coram vobis eft, ubicumque tibi placuerit, habita. Saræ autem dixit: *f* Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, *g* hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum funt, & *h* quocumque perrexeris, *i* memento te deprehenfam. Orante autem Abraham, fanavit Deus Abimelech, & uxorem, ancillafque ejus, & pepererunt. *k* Concluferat enim Deus omnem vulvam domus Abimelech, propter Saram uxorem Abraham.

al. † expoftulans. al. explorans.

CAP. XXI.

Vifitavit *l* autem † Deus Saram, *m* ficut promiferat, & implevit, quæ locutus eft. *n* Concepitque, & peperit

Ω *o* Quem genuit.

EXPOSITIO CAP. XXI.

Vifitavit *l* autem Deus Saram,] Completo tempore folvit Deus promiffum: Fidelis enim eft Deus in omnibus verbis fuis; ideft, verax in promiffis. *Ps.* 104.

m Sicut promiferat,] *Supr.* 18.

Myftice. Myftice. *l* Vifitavit autem Deus Saram,] Sara beata Virgo, quam vifitavit Deus Pater, ficut promiferat per Prophetas. *Ifai.* 7. Ecce virgo, &c. *Jerem.* 31. Novum faciet, &c. *n* Concepitque, & peperit,] Ifaac, ideft, Chriftum. *Ifaiæ* 8. Acceffi ad prophetiffam, & concepit, & peperit filium. Non quidem cum dolore, ficut dictum eft Evæ, in dolore paries filios

tuos

Ω c Quem genuit] Ad differentiam illius, quam sibi genuerat Agar. d Circumcidit eum] Quia Isaac octavo die circumcisus est. Inde omnes Judæi octavo die circumcidunt filios suos. Sed quia Ismael tredecim annorum erat quando circumcisus fuit, ideo Arabes, qui ex eo processerunt, toto tempore circumcidunt. i Ablactatus est.] tertio anno, & receptus est ad mensam patris. k Cumque vidisset] Varie sentiunt Glossæ de ludo isto. Quædam dicunt, quod Ismael fecerat luteas imagines, & cogebat Isaac adorare eas, propter quod indignata est Sara, timens ne eum traheret ad cultum, & ritum idololatriæ. Vel quia ludendo quasi major opprimebat, in quo intellexit Sara, quod primogenita sibi vellet vindicare quasi prior. Vel lubricum, & lascivum esse docebat, sicut ipse erat. Et hunc ludum vocat Apostolus persecutionem. *Gal.* 4.

Jos. 24.

filium in a senectute sua, tempore, quo prædixerat ei Deus. b Vocavitque Abraham nomen filii sui c quem genuit ei Sara, Isaac, & d circumcidit eum octavo die, sicut præceperat ei Deus, cum centum esset annorum. Hac quippe ætate patris natus est Isaac. Dixitque e Sara: Risum fecit mihi Deus, quicumque audierit, corridebit mihi. Rursumque ait: f Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei g jam seni? h Crevit igitur puer, & i ablactatus est. Fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus. k Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum

Ω a Dure] Mystice. ☉ tuos. *Sup.* 3. sed absque omni dolore. *Isai.* 66. Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus ejus, peperit masculum. Quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile?

a In senectute] Duo in typum Salvatoris præcesserunt, scil. Isaac, & Joannes Baptista. Uterque natus de sterili, & provectæ ætatis. Isaac interpretatur, risus. Joannes, gratia. Et Jesus commune gaudium est, & totus gratia. Ex gratia vero gaudium. *Luc.* 1. Vocabis nomen ejus Joannem, & erit tibi gaudium. Sed quomodo peperit in senectute beata virgo? Bene in illa inquam senectute, de qua dicitur *Sap.* 4. Senectus venerabilis est, vita immaculata.

b Vocavitque Abraham] Abraham Deus pater. Sara beata Virgo. Isaac, Christus. Pater Christo nomen imposuit, & ideo stabile est. Matres aliquando nomen imponunt filiis, sed non est stabile. Rachel moriens, vocavit filium suum Bennoni, sed non permansit; sed Jacob vocavit eum Benjamin, & permansit. *Infra* 35. Sic enim mater nostra Eva, omnes nos in peccato suos servos vocavit, sed pater noster, idest Christus, nos vocat amicos, *Joan.* 15. Jam non dicam vos servos, vos autem dixi amicos. *Oseæ* 1. Concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad eum: Voca eum Jezrael, idest, semen Dei. d Circumcidit eum octavo die] Et Deus pater Christum octava suæ resurrectionis circumcidit ab omni pœnalitate, & passibilitate, & nos cum eo in spe, tandem in re.

e Dixitque Sara:] Risum, idest, gaudium. Quinque gaudia habuit beata Virgo specialia. In annunciatione, in nativitate, in resurrectione, in ascensione, in sua assumptione. Alii filii prius sunt dolor matris, & post gaudium. Christus e converso, gaudium in conceptione, dolor in passione. *Luc.* 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Pertransibit dicit, idest, perfecte transibit, quia totus dolor eliminatus est per gaudium resurrectionis. f Quis auditurus, &c.] Verba sunt admirantis, & exultantis. Jam enim desperabatur de salute humani generis, & Pater misit Filium. *Sap.* 18. Cum quietum silentium, vel medium [secundum aliam litteram] continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, exiliens de cœlo a regalibus sedibus venit. Jam enim omnes tanquam lassi defecerant a clamore, nullum volebat audire Deus pater, unde omnia jam silebant. Clamaverunt enim Patriarchæ ante legem, clamaverunt & Prophetæ sub lege. *Isai.* 64. Utinam dirumperes cœlos, & descenderes. *Exod.* 4. Mitte, Domine, quem missurus es. Sed quando venit plenitudo temporis, misit Deus, &c. *Gal.* 4. g Jam seni,] 3. *Reg.* 1. Rex David senuerat, & non poterat calefieri, &c. Hoc est, Deus pater quasi tepuerat ab amore humani generis, & non poterat calefieri operibus antiquorum, sed inventa est Sunamitis, idest, beata Virgo, quæ eum calefecit. Et non tetigit eam, hoc est, nascendo virginitatem non abstulit. *Ezech.* 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. princeps ipse sedebit in ea. *B. Bernard.* Tanto tempore fluenta gratiæ defuerunt, quia nondum intercesserat aquæductus, per quem fluenta gratiæ emanarent.

h Crevit igitur puer,] idest, Christus. Ad litteram corpore, & scientia, & virtute, secundum opinionem hominum. *Luc.* 2. Puer autem crescebat, & confortabatur. Ablactatus est] Tertio anno fuit Isaac ablactatus, & Christus tertia die resurrexit, quando separatus est ab ubere matris, id est a pœnalitate, quam habuit a matre, & receptus ad mensam. Sed in die judicii, plenius ablactabitur in se, & in membris, quando ipse cum toto corpore suo recipietur ad mensam Patris. Et tunc faciet Abraham, idest, Deus pater, magnum convivium, quod cœna dicitur. *Luc.* 14. ubi dicitur: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos, idest, omnes electos. Hæc cœna figurata fuit *Esther* 2. ubi legitur, quod Assuerus pro Vasthi fecit regnare Esther, & jussit convivium præparari permagnificum pro conjunctione, & nuptiis Esther, & dedit requiem universis provinciis, & dona largitus est, juxta magnificentiam principum. Alii reges dant castra, & faciunt milites morituros; ipse autem dat regnum, & facit reges in æternum regnaturos. Bonum est servire tali principi, cui servire regnare est.

B

32. q. 4. c. recurrat.

k Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem] Sara Ecclesia. Isaac quisque fidelis. Abraham, Christus. Agar, mundus. Ismael filii mundi hujus, qui sapientiores sunt filiis lucis. *Baruch* 3. Filii Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, ipsi negotiatores terræ, & Theman, & confabulatores, & exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ; viam autem sapientiæ nesciunt. Quia stultam facit Dominus sapientiam hujus mundi, 1. *Cor.* 1. Breviter igitur in hoc, quod Sara providet Isaac, notatur discretionis zelus, quam debent habere Prælati erga subditos. *Rom.* 12. Qui præest in solicitudine. In hoc, quod Abraham dure accepit, notatur misericordia Christi circa peccatores. In hoc autem, quod postea ejecit, notatur justitia ejusdem. In hoc autem, quod Agar cum filio suo ejicitur, notatur quod filii hujus sæculi non sunt digni habere hæreditatem. *Isai.* 47. Non est solium filiæ Chaldæorum. Tolle molam, tolle farinam. idest, quasi ancilla, servile officium exerce. Ludus quo Ismael ludit cum Isaac, est gaudium temporale, sed Sara, idest, Ecclesia, procuratorem hujus gaudii jubet ejici. *Jer.* 15. Non sedi in Concilio ludentium. *Tob.* 3. Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui. Hunc ludum vocat Apostolus persecutionem. *Gal.* 4. Unde *Jerem.* 15. Erue me ab his, qui persequuntur me. Est enim hujusmodi ludus, qualis est ludus canis cum porco, qui ludendo mordet eum. *Prov.* 10. Quasi per risum stultus operatur scelus. Dominus igitur ad preces Ecclesiæ, lusores, imo ut verius dicam, illusores, & in præsenti ejicit a merito, & in futuro omnino secludet a præmio. Sed nota, quod est ludus bonus, qui consistit in exequendis mandatis, & obsequiis divinis. 2. *Reg.* 6. dicit David: Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Sed multi ludum istum laborem reputant, quod notatur *Joan.* 6. ubi cum dixisset Dominus: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, idest, nisi imitati fueritis ejus Passionem, non habebitis vitam in vobis. Dixerunt quidam ex discipulis ejus: Durus est hic sermo, & quis potest audire eum? Talibus non placet ludus David. Unde & duobus modis conantur corrumpere ipsum, vel adulando, vel detrahendo. Adulatio corrumpit intentionem, detractio necat opus. De adulatione *Prov.* 7. Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, similis erit maledicenti. *Isai.* 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te subducunt. De detractione 2. *Reg.* 6. Quam gloriosus fuit Rex Israel hodie, discooperiens te ante ancillas servorum suorum. *Ecclesi.* 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit.

Luc. 16.

Isaac filio suo: dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc, & filium ejus. Non enim erit hæres filius Ancillæ cum filio meo Isaac. *a* Dure accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero, & super Ancilla tua. *b* Omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Sed & filium Ancillæ faciam in gentem magnam, quia *c* semen tuum est. *d* Surrexit itaque Abraham mane, & *e* tollens panem, & utrem aquæ imposuit scapulæ ejus *f* tradiditque puerum, & dimisit eam. *g* Quæ cum abiisset, errabat in solitudine *h* Bersabee, *i* Cumque consumpta esset aqua in utre, abjecit puerum *k* subter unam arborem, quæ ibi erat, & abiit: Seditque e regione procul *l* quantum potest arcus jacere. Dixit enim: Non *m* videbo morientem puerum. Et sedens contra, levavit vocem suam, & *n* flevit, *o* Exaudivit autem Deus *p* vocem pueri, Vocavitque Angelus Domini Agar de cœlo, dicens: Quid agis

a Dure] Saræ revelatum erat, ut sic fieret, sed nesciebat Abraham, quod esset ei revelatum. Sed nunquid Abraham hoc erat revelatum, cum esset Propheta, ut supra dictum est: Ad hoc dicit *Gloss.* quod primo revelatum est Saræ, deinde Abrahæ, quia Prophetæ non noscunt omnia nisi ex voluntate revelantis, & tunc Abraham dure accepit, antequam esset ei revelatum, motus paterno affectu. Vel ambo prius nescierunt quid esset, & hoc dixit Sara muliebri levitate, vel in spiritu, & tamen non intellexit, quid diceretur. Sicut Caiphas, quando ait: Expedit, ut unus moriatur &c. *Jo.* 11. *b* Omnia,] i. per omnia. Vel, [Omnia, quæ] i. quæcunque dixerit, ut hæc dictio quæcunque teneatur infinite. *c* Semen tuum] *Rom.* 9. Non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis, reputantur in semine. *e* Tollens panem, &c.] *Aug.* Sumpsit panem, & utrem aquæ, & dedit, & imposuit in humeros ejus, & puerum, &c. Quæritur quomodo imposuit in humeris puerum tam grandem. Nam qui fuerat antequam natus esset Isaac, quatuordecim annorum, circumcisus cum esset Abraham nonagintanovem, & natus sit Isaac centenario patre. Ludebat autem Ismael cum Isaac, quando Sara commota est, utique cum puero grandiusculo, qui jam fuerat ablactatus, profecto plusquam sexdecim annorum fuit, quando cum matre expulsus est. Sed ut hoc, quod cum parvulo lusit, per recapitulationem dictum accipiamus, antequam ablactaretur Isaac, etiam sic amplius quam tredecim annorum puer humeris matris non potuit imponi, sed subaudiendum est, dedit puerum suum, &c. *g* Quæ cum abiisset] *Isai.* 19. Miscuit Dominus spiritum vertiginis, & erroris in medio Ægypti, i. mundi: Unde difficile est ibi esse, & non errare. *h* Bersabee,] Hoc dicit per anticipationem, quia hoc nomen nondum impositum erat, sicut patebit infra, ubi assignatur ratio nominis, & causa impositionis, & est nomen putei, & loci, & oppidi. *m* Non videbo morientem] *Aug.* Quæritur, quomodo mater puerum annorum amplius quindecim sub arbore projecerit, Videtur enim dici, quod eum portaverit. Sed intelligendum est ab animo projectum esse, tanquam mortuum, secundum illud: Projectus sum a facie oculorum tuorum. *p* Vocem pueri] idest, vocem matris pro puero flentis. Simile *Matth.* 20. Nescitis quid petatis. Dicitur enim petitio filiorum facta pro filiis.

Gal. 4. d. 47. dist. Quodcumlibet, 12. q. 2. cap. non omnis, & q. 4. c. recurrat, & c. ducat.

Rom. 9.

Psal. 30.

Ꝙ *d* Eodem tempore

Mystice.

Ꝙ *d* Surrexit itaque Abraham mane,] Diluculo resurrectionis cœpit Christus dividere bonos a malis, solis bonis apparens, cum prius quasi communis omnibus cohabitasset. *e* Tollens panem, & utrem aquæ imposuit scapulæ ejus] i. affluentiam temporalium largitur Dominus illis, quos a se ejicit, hæreditatem reservans filio. Unde signum est, quod a Domino sit ejectus, qui ita affluit in temporalibus. Unde dicit auctoritas: Continuus successus temporalium manifestum est divinæ reprobationis indicium. Signanter autem dicitur, quod imposuit scapulæ. In scapulis enim grave onus portatur, sed inter brachia onus leve, & jucundum. *Cant.* 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. *B. Bern.* Habete hunc fasciculum dilectum non retro in humeris, sed ante præ oculis, ut portantes, & non odorantes, & onus premat, & odor non erigat. Quæ autem temporalia sunt post tergum habenda. *Osee* 5. Ululate in Bethaven, post tergum Benjamin. Bethaven domus vanitatis, hæc est abundantia temporalium. Juxta illud: Filii hominum, ut quid diligitis vanitatem, &c. Et *Isai.* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, quæ est post tergum Benjamin, i. bonorum; qui sunt filii dextræ. *Phil.* 3. Ea, quæ retro sunt, obliviscens, &c. *f* Tradiditque] Abraham, i. Deus pater filios suos tradidit Christo docendos, sed filios Agar, mundi amatores tradidit mundo. *Jo.* 17. Quos dedisti mihi, ego custodivi. Mundus autem male custodit filios suos, quia errat, & ipsi cum eo, sicut hic dicitur. *g* Quæ cum abiisset, errabat] *Ps.* 106. Erraverunt in solitudine in inaquoso, viam civitatis habitaculi non invenerunt. Et dicit *Bern.* hoc exponens: Hæc solitudo superborum est, qui se solos reputant, & se solos elevant. Et si litteratus est, odit socium suum. Astutus in sæcularibus negotiis neminem vellet sibi similem reperiri. Et bene dicitur, hæc solitudo inaquosa: Superbia enim devotionis, & lacrymarum fontem desiccat. *i* Cumque consumpta esset, &c.] Aqua consumpta projecit Agar filium, sic mundus misere aporiatum, & fatigatum abjicit, 1. *Reg.* 30, dixit puer Ægyptius: Dereliquit me Dominus meus, quia ægrotare cœpi. Tunc ægrotat homo, quando deficiunt vires dandi, & serviendi mundo. Tunc autem moritur, quando ponit voluntatem mundanam. Unde & mundus eum rejicit a se sicut mare mortuum. Et sicut mortuus non redit cum mari, ita qui nunc mortuus est mundo, non redit ad ipsum, nec mente, nec corpore. Et si redit, reviviscit illa inquam vita, de qua *Jer.* 15. Væ mihi mater mea, quare genuisti me virum rixæ, & misericordiæ. Et *Job* 3. Pereat dies, in qua natus sum. *k* Subter unam arborem,] Arbor ista crux est. *Cant.* 7. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. Subter quam cum miser homo videt, quod pater suus mundus, & mater sua concupiscentia dereliquerunt eum, fugit ad imitationem illius, qui in ea dormivit, & Dominus assumit eum, sicut & latronem dextrum assumpsit. *Ps.* Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. *l* Quantum potest arcus jacere.] Arcus est divina comminatio. *Ps.* Dedisti timentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Mundus fugit a crucis imitatione, ubi relinquit pauperem ejectum quantum potest jacere arcus, i. usquequo extendit se divina comminatio: hoc est, usque in profundum inferni. Tantum enim potest jacere arcus divinæ comminationis. *Isai.* 14. dixit Lucifer. In cœlum conscendam, Et respondens Dominus ait: Ad infernum detraheris usque in profundum laci. Et quanto plus trahitur arcus, tanto profundius vulnus infigit: ita quanto plus se elongant amatores mundi a crucis imitatione, tanto profundius jacientur in infernum. 1. *Reg.* 25. dicit Abigail ad David: Inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu, & circulo fundæ. Hæc est rotatio Agar, i. mundi sub cruce pauperem dimittentis. *m* Non videbo] Hoc est, quod mundus crucem reputat mortem, & omnes, qui se pro Christo mortificant, reputat mortuos. Unde nec etiam eos videre vult. *Sap.* 2. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ ejus. *Gal. ult.* Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. *B. Bern.* Quæ mundus diligit, reputo crucem; & quæ ego diligo, reputat mundus crucem. *n* Flevit.] Mos est carnalium flere, quando vident filios, vel parentes convolare ad martyrium, vel ad claustrum. Et de talibus dicitur *Jer.* 22. Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletum: plangite eum, qui egreditur, a Christo scil. quia non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis suæ, i. terram viventium, ad quam natus est. *Luc.* 23. Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros, q. d. Super filium crucis non est flendum, sed super delicatos, qui non bajulant crucem. *o* Exaudivit autem Deus *p* vocem pueri, &c.] Sub arbore crucis clamantes exaudivit Dominus, i. ad effectum audit. *Cant.* 8. Sub arbore malo suscitavi te. Et super aquæ penuriam exauditur puer. *Jud.* 1. Axa insidens asino impetravit a patre irriguum superius. Hoc est, quod anima carnis mortificationi insidens impetrat a Deo aquas devotionis, compunctionis, & etiam aquas spiritualis intelligentiæ. *Dan.* 1. Malassar tollebat cibaria, & vinum potus eorum, dabatque legumina; pueris autem his dedit Dominus scientiam, & disciplinam in omni libro.

Ꝙ *a* Noli timere

Psal. 4.

C

Luc. 23.

Ps. 26.

Ps. 58.

Ω *d* Eodem tempore] Videns Abimelech Dominum esse cum Abraham, pacem quærit cum eo. Juxta quod *Prov.* 16. dicitur: Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos ejus convertet ad pacem. Ipse enim mediator est, & potest reformare pacem inter discordes.

e Posteris] Iste enim non solum de se, sed etiam de posteris suis sollicitus erat. Simile 1. *Reg.* 20. dixit Jonathas ad David: Si vixero, facies misericordias Domini, si vero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a domo mea in sempiternum. *f* Quam feci tibi,] *Supra* 20. dedit Saræ mille argenteos, & terram suam exposuit. *g* Idcirco vocatus est locus ille Bersabee, &c.] *Hier.* Duplex est causa, cur appellatus sit in Hebræo Bersabee, vel quia septem agnas accepit Abimelech de manu Abrahæ; septem enim dicuntur Sabee, vel quia ibi juraverunt. Sabee enim significat juramentum. Si ante hanc causam, supra hoc nomen legimus, per prolepsim dictum est, sicut Bethel, & Galgala, quæ antequam hæc vocabula haberent, aliter vocabantur. Notandum ex prioribus, & præsenti loco, quod Isaac non sit natus ad quercum Mambre, vel in valle Aulone Mambre, ut in Hebræo habetur, sed in Geraris, ubi Bersabee usque hodie oppidum est, quæ provincia ante non grande tempus, ex divisione præsidum Palæstinæ, salutaris dicta est: unde habitavit Abraham, in terra Palæstinorum diebus multis.

Infr. 26.

al. † conversatus.

D

Mystice. ☉ *a* Noli timere] q. d. Super illum, qui crucem bajulat, non est timendum. *Jer.* 49. Relinque pupillos tuos, & ego vos vivere faciam, & viduæ tuæ in me sperabunt. Pupillus est, cujus pater mundus, & mater concupiscentia, mortui sunt. Et vidua, cujus maritus, i. amor mundi mortuus est: *Jo.* 4. Quinque viros habuisti, & hic, quem habes, non est tuus vir. *b* Surge,] a peccato, scil. *Ephes.* 5. Surge, qui dormis. *c* Et tene manum illius,] i. imitare opera ejus. Sæpe enim majores consideratione minorum prius conversorum, ad Dominum convertuntur, & ipsi, & qui fuerant magistri erroris, fiunt discipuli religionis. *Jer.* 12. Et erit, si eruditi didicerint vias populi mei, ut jurent in nomine meo: vivit Dominus, sicut docuerunt populum meum jurare in Baal, ædificabuntur in medio populi mei.

EXPOSITIO CAP. XXII.

Jac. 1. QUæ *b* postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham,] Contra. Dicit Jacobus: Deus neminem tentat. Sol. Deus neminem tentat ad malum. Unde quasi exponens se Jacobus subdit: Intentator enim malorum est. Et nota, tentat homo, tentat Deus, tentat diabolus. Homo ut sciat, Deus ut probet, diabolus ut decipiat. *i* Abraham, Abraham.] Expressio nominis signum est familiaritatis. Simile. *Exod.* 33. Novi te ex nomine. Et *Luc.* 16. Lazarum quasi familiarem nominat, divitem non. *Jo.* 20. dixit Dominus, Maria: & ipsa, Rabboni: Cognita, cognoscit. Geminatio autem nominis, magnæ familiaritatis est signum. Vel potest dici, quod in Veteri Testamento fit geminatio ista, non in novo, ad significandum, quod in Veteri Testamento erant surdi ad audiendum verbum Domini, sed in Novo Testamento, dociles.

Agar? *a* Noli timere: Exaudivit enim Deus vocem pueri de loco, in quo est. *b* Surge, tolle puerum, & *c* tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos ejus Deus. Quæ videns puteum aquæ, abiit, & implevit utrem, deditque puero bibere, & fuit cum eo. Qui crevit, & moratus est in solitudine, factusque est juvenis sagittarius. Habitavitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti. *d* Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus ejus ad Abraham: Deus tecum est in universis, quæ agis: Jura ergo per Deum, ne noceas mihi, & *e* posteris meis, stirpique meæ, sed juxta misericordiam, *f* quam feci tibi, facies mihi, & terræ, in qua † versatus es advena. Dixitque Abraham: Ego jurabo. Et increpavit Abimelech propter puteum aquæ, quem vi abstulerant servi illius. Respondit Abimelech: Nescivi, quis fecerit hanc rem, sed & tu non indicasti mihi & ego non audivi præter hodie. Tulit itaque Abraham oves, & boves, & dedit Abimelech. Percusseruntque ambo fœdus. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech: Qui sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum. At ille: Septem inquit agnas accipies de manu mea, ut sint in testimonium mihi, quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco *g* vocatus est locus ille Bersabee, quia ibi uterque juravit, & inierunt fœdus pro puteo juramenti. Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps militiæ ejus, reversique sunt in terram Palæstinorum. Abraham vero plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen Domini Dei æterni, & fuit colonus terræ † Philisthinorum diebus multis.

al. † Palæstinorum.

CAP. XXII.

QUæ postquam gesta sunt, *b* tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: *i* Abraham, Abraham. At ille respondit: *k* Adsum. Ait illi: *l* Tolle *m* filium *n* tuum

k Adsum] Statim respondet, non sicut servus, qui etiam respondere contemnit. *Isai.* 65. Vocavi, & non respondistis; locutus sum, & non audistis *l* Tolle] Fortis tentatio. [Tolle] Non per alium, sed propria manu. *m* Filium] Non servum. *n* Tuum] non alienum.

Mystice. Ω *a* Unigenitum Mystice. *b* Tentavit Deus Abraham] Sancti sic exponunt, Abraham, Deus pater. Isaac filius. Quid est ergo, quod tentat Abraham, si Abraham Deus pater est? Sed nota, quod 1. *Jo.* 4. dicitur: Deus charitas est, & charitas ipsa Deum patrem non solum tentavit, sed etiam compulit, ut traderet filium suum unigenitum propter nos. *Rom.* 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit Deus illum. *i* Abraham, Abraham.] Geminatio nominis innuit, quod charitas pulsabat viscera patris, etiam ante filii incarnationem. *B. Bern.* Veritate, & justitia in terra remanentibus, ut miserum hominem flagellarent, pax & misericordia successerunt in cor patris, & patris pulsantes viscera, pio quoddam susurro loquebantur: Nunquid in æternum projiciet Deus, & non apponet, ut complacitior sit adhuc? Nunquid obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Et bene ad impetrandum redemptionem humani generis, geminatur hoc nomen Abraham, quod interpretatur pater multarum, quasi dicat, charitas: Tu qui es pater multarum, succurre ei. *k* Adsum.] Ecce Deus pater obedit statim imperio charitatis; Quid igitur faciet homo? *Magister Hugo de S. Victore*: O charitas, quam magnum vinculum tuum, quo & Deus ligari potuit. Si ergo contra Deum fortis fuisti, multo magis contra homines prævalebis. *l* Tolle] Pater tulit, idest, tradidit filium. *Rom.* 8. Qui proprio filio, &c. *n* Tuum] consubstantialem tibi.

A

al. qu i. e. quælibet, sc. quandoque.

Psal. 67.

Infr. 32.

Moraliter. ☉ *a* Unigenitum, Moraliter. *b* Tentavit Deus] Jam ad præceptum Domini ejecerat Abraham Agar, & filium, & peregrinabatur in Geraris, & post tentatur: Sic quilibet justus cum incipit bonum, incipit tentatio. *Eccl.* 2. Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. *Sap.* 3. Tentavit illos, & invenit eos dignos se. *i* Abraham, Abraham.] Geminatio nominis, idem quod *Levit.* 17. & *Ezech.* 14. ubi dicitur: Homo, homo, quasi dicat: Homo interior, & homo exterior promptus debet esse ad obediendum in duobus; scilicet ad flagella, & opera. *Ps.* 107. Paratum cor meum, &c. *k* Adsum.] Ecce prompta obedientia. *Act.* 9. Domine, quid me vis facere? *Isai.* 6. Ecce ego, mitte me: *l* Tolle filium] Per Isaac intelligitur gaudium quodcumque, in quo cor hominis delectatur, quod præcepit Dominus offerri sibi, & recipiemus centies tantum. *Marc.* 10. Nemo est, qui reliquerit domum, &c. qui non accipiet centies tantum nunc in hoc tempore. Offertur Isaac, nec moritur, sed sanctificatur. *B. Bern.* Vere bene dicitur de Domino: Qui fingis laborem in præcepto. Non enim est labor, sed fictus est labor, servire Domino. Putatur labor, quod est magna recreatio. Fictus labor, onus leve, jugum suave. Multi sunt, qui gaudium exterius libenter dimittunt, quando eis præcipitur: etiam ex-

Psal. 93.

a unigenitum, b quem diligis, c Isaac, & d vade in e terram visionis: † atque offer eum ibi in f holocaustum g super unum montium, quem monstravero tibi. Igitur Abraham de h nocte consurgens, i stravit asinum suum ducens secum k duos juvenes, & Isaac filium suum. Cumque l concidisset m ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem praeceperat ei Deus. n Die autem tertio

al. † atque ibi offeres eum in.

℞ a Unigenitum,] Non unum de multis. b Quem diligis,] quasi in senectute gentium, & a Deo quasi contra naturam datum. c Isaac,] Non Ismael, sed Isaac, qui fuit causa gaudii tibi. Ipsum nomen, dolorem aggerat, quasi illum, in quo tibi semen promissum est. d Vade] Exaggeratio doloris, & tentationis. Si enim statim occidi praeciperet, quasi ex impetu, sustinendum esset, sed per tres dies ducere jubet filium, ut visu, & societate, & colloquio filii retardari possit. Alcuinus: Non statim jussus est Abraham filium occidere, sed triduo ad immolandum ducere, ut longitudine temporis tentatio augeretur. Per triduum enim crescentibus curis, paterna viscera cruciantur, & prolixo spatio pater filium intuetur, cibum cum eo sumit, tot noctibus pendet puer in amplexu patris, cubat in gremio, & per singula momenta in paterno affectu dolor occidendi filii incumulatur. e In terram visionis:] Terra visionis dicitur, quia de longe poterat videri. Unde *Isai.* 22. dicitur vallis divisionis. f In holocaustum] Ut nihil remaneat de ipso ad solatium patris. g Super unum montium,] In Judaea erat quidam monticulus ceteris eminentior, quem monstravit Dominus Abraham ad immolandum filium ibi; dictus mons Moria, in quo tradunt Hebraei templum postea factum, altare factum ibi, ubi Abraham fecerat suum altare: & ibi vidit David Angelum reponentem gladium in Aream, scil. Ornam Jebusaei. Unde *Isai.* 2. dicitur: Erit mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes. De quo etiam praecepit Dominus *Deut.* 12. Ne immolarent alibi. Sed objicitur de Elia, quia 3. *Reg.* 18. Alibi immolavit, scil. in monte Carmelo; ergo peccavit. Solut. Non peccavit, quia in dispensatione hoc fecit, quod patet per hoc, quod ignis de coelo holocausta consumpsit. h De nocte, idest, non expectat diem, sed statim mandatum Domini satagit adimplere. i Stravit asinum] Per asinum, accipe alios necessarios apparatus. l Cumque concidisset] Nota tantum duo ligna fuerant in substantia Crucis, unum erectum, aliud transversum. Quoddam autem lignum infixum fuit rupi, cui affixa est Crux. Tabula etiam quaedam superposita fuit a Pilato, cui erat inscriptus titulus; & ita quatuor ligna in Cruce, duo principalia, & duo conjuncta. n Die autem tertio] *Hier.* Notandum, quia de Geraris usque ad montem Moria, idest sedem templi, iter trium dierum sit, & Abraham illuc die tertio pervenisse dicitur. Male ergo putant, Abraham tempore illo habitasse apud quercum Mambre, cum inde ad montem Moria vix unius diei plenum iter sit.

℞ d Revertemur

Mystice.

◎ a Unigenitum,] Per naturam, licet multos habeas per adoptionem. c Isaac, idest, Christum, gaudium patris, gaudium matris, gaudium universorum. d Vade in terram visionis,] Duplex est visio. Una per speciem manifesta, alia per fidem aenigmatica. A prima dicitur triumphans Ecclesia, Jerusalem. A secunda militans dicitur etiam Jerusalem, & sic accipitur hic. Et licet pater ubique sit, videbatur tamen a mundo recessisse, per subtractionem beneficiorum. *Job* 39. Nonne per sapientiam tuam plumescit accipiter? Accipiter iste, Deus pater, qui a mundi cavea quasi silvester avolarat, sed viso reclamatorio carnis filii sui, quasi domesticus redit ad manum hominis, a qua Adam eum fecerat avolare. f In holocaustum] Ceteri sancti dicuntur sacrificia, quia partim pro se passi sunt: Sed Christus dicitur holocaustum, quia nihil pro se, sed pro nobis totus incensus est. Unde per vitulam rufam significatur, quae tota cremabatur. *Lev.* 16. g Super unum montium] Ille mons est charitas, super quem totum negotium incarnationis, praedicationis, passionis, consummatum est. *Isai.* 40. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion. h De nocte consurgens] Nox fuit tempus legis, ubi omnia sub figuris latebant. 1. *Cor.* 10. Omnes sub nube fuerunt. Dies, tempus gratiae, ubi clausa aperta sunt. *Rom.* 13. Nox praecessit, &c. Vel nox, fuit tempus ante legem: Diluculum fuit tempus legis: Dies tempus gratiae. De nocte igitur surrexit, quia etiam ante praefiguratus est occidi. *Apoc.* 13. Agnus, qui occisus est ab origine mundi. i Stravit asinum] Asinus judaicus populus, stramentis, idest, caeremoniis oneratus. *Act.* 15. Hoc est onus, &c. Asinus fert, & nescit quid; sic Judaei mysterium Incarnationis, & Passionis ferunt, & nesciunt. k Duos juvenes,] Duo juvenes, duo populi, qui in mortem Christi consenserant, quos lapis angularis, idest, Christus conjunxit in unum, in nativitate pastores, & Magos; in passione latronem, & Centurionem; in resurrectione Petrus, & Joannes simul currunt ad sepulchrum, idest, duo populi ad Christi fidem. l Cumque concidisset ligna] Ligna concidit pater, quando Crucis materiam praeparavit. n Die autem tertio] Tres dies, sunt tria tempora: Ante legem, sub lege, sub gratia. Primum usque ad Moysen: secundum usque ad Joannem: tertium usque in finem saeculi, in hoc passus est Dominus. Vel tres dies, prima dies venditionis, secunda dies captionis, tertia dies crucifixionis.

◎ a Elevatis

Moraliter.

* tertius quod est in contemplatione dimittendum est, si Praelatus praecipiat exteriora officia exercere. Quod notatur in hoc, quod dicit: a Unigenitum, quem diligis,] Item per filium unigenitum significatur spiritus, sicut per ancillam caro. Ejecta igitur ancilla, idest, carnalibus vitiis derelictis, praecipitur cuilibet, ut tollat filium suum, idest, occidat spiritualia vitia. Ideo enim Deus pater pro nobis filium occidit, ut nos occidamus filium nostrum propter ipsum. 4. *Reg.* 6. legitur de duabus mulieribus, quae condixerunt sibi de comedendis suis filiis, & occidendis. Sed uno occiso, & comesto, altera abscondit suum. Timeo, ne multi nostrum defraudent Dominum, qui jam occidit filium suum, & ipsi suum abscondunt. Sed melius esset occidere, & perdere filium, quam sic custodire. *Joan.* 12. Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Sed quia difficile est, vel forte impossibile, non gaudere temporaliter, & esse in mundo. Subdit: d Et vade in terram visionis:] idest, in religionem, quae dicitur terra visionis, quia a longe videt, & a longe videtur. A longe videt usque in coelum. *Joan.* 13. Nunquid ad praeceptum tuum elevabitur aquila, idest, contemplativus, & in arduis ponet nidum suum. In petris manet, & in praeruptis silicibus, idest, in duritia, & arduitate regularis observantiae, atque inaccessis rupibus, ne a colubro tortuoso laedantur pulli sui. Inde contemplatur escam, & de longe oculi ejus prospiciunt. Esca contemplativi, Christus est, quem de terra videt in coelo ad dexteram Patris. Unde *Act.* 7. Stephanus inter lapides dixit: Ecce video coelos apertos, &c. Et a longe videtur quasi spectaculum omnium. 1. *Cor.* 4. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. g Super unum montium] *Deut.* 12. Cave, ne offeras holocaustum in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus. Iste mons, Christus est, quem monstravit Dominus *Matth.* 3. Hic est filius meus dilectus. Extra hunc non est ritus sacrificii. 1. *Cor.* 3. Fundamentum aliud nemo ponere potest praeter id, quod positum est, Christus Jesus. h De nocte consurgens] *Thren.* 2. Consurge in nocte, & lauda in principio vigiliarum. Ad litteram enim de nocte purior est oratio. *Bern.* Quando nocturnus sopor indicit silentium, tunc liberior, & purior erit oratio, nullo turbata clamore, vel strepitu, nulla insipientis laude tentata. i Stravit asinum,] idest, stramenta praeparavit corpori. *Eccles.* 33. Cibaria: virga, & onus asino, panis, & disciplina, & opus servo. Panis ne deficiat, disciplina ne lasciviat, opus ut proficiat. Sed quae stramenta hujus asini? *Marc.* 11. Adduxerunt pullum ad Jesum, & imposuerunt illi vestimenta sua, idest, afflictiones, jejunia, vigilias, & hujusmodi. k Duos juvenes] Duo juvenes discretio, & magnanimitas, quae nunquam debent deesse. Nam discretio sine magnanimitate iners est, magnanimitas sine discretione, praeceps. m Ligna in holocaustum] Christi beneficia, & exempla Sanctorum: Ignis charitas. Istis ventilabitur consideratio peccatorum. n Die autem tertio] Tres dies, quibus itur ad montem, Dominus videt, idest, ad claustrum, abrenunciatio omnis extrinsecae proprietatis, desertio propriae voluntatis, utriusque professio castitatis.

* f Ignem

Ω d Revertemur ad vos.] Sed quomodo dicit hoc Abraham, cum haberet in proposito immolare Isaac: & volebat etiam? ut dicit *Alcuinus*. Solutio: Credebant firmiter eum postea suscitari, per quem multiplicatio generis fieret, sicut promiserat Deus; sed tamen hoc noluit revelare servis, quia secreta Domini non sunt talibus revelanda. Juxta illud: Pectoris arcanum, non est committere famulum: Rimis servorum, quia fictile pectus eorum. Sed secundum hoc minor fuit tentatio, si credebat suscitandum. Solutio: Duo fuerunt in Abraham maxime meritoria: Fides implendæ promissionis in filio, & anxietas in morte ejus. Licet crederet suscitandum, imo, etsi sciret cito suscitandum, non poterat tamen non dolere de morte filii, sicut nec Beata Virgo, quæ certissime sciebat filium suscitandum tertia die. Unde *B. Bernard.* contra quosdam dicentes eam non doluisse: Quis tu homo abundans in sapientia, ut non mireris filium Dei in corpore patientem, & mireris matrem suam in corde compatientem? Sed nunquid resuscitandum credebat? Utique, & fideliter. Nunquid ergo dolebat? Utique: Sed vehementer. *i* Cumque colligasset] *Josephus* refert verba patris ad puerum, dicentis: Quia sicut ex voluntate Dei ingressus fuerat mundum mirabiliter, ita ex voluntate Dei necesse erat egredi mirabiliter, quasi quem Dominus judicasset dignum non ægritudine, non bello, aut aliqua passione humanam vitam finire, sed cum orationibus, & sacrificiis animam ejus ad se revocare, & quod suscitaret eum ob implendas promissiones; & sic Isaac libens accessit ad aram, & mortem. Et dicit *Alc.* quod indubitanti animo mactare volebat filium. Laudandus in constantia offerendi, & in fide suscitandi. Ergo Abraham credidit filium suscitandum, & aliter accidit; ergo credidit falsum; ergo falsum subest fidei. Sol. Abraham non credidit falsum, quia non credidit simpliciter filium suscitandum, sed sub hac conditione, si ipsum immolaret. Unde *Hebr.* 11. Fide obtulit Abraham Isaac, arbitrans, quia a mortuis suscitare eum est potens Deus. *l* Nunc cognovi, quod timeas Deum,] idest, feci te cognoscere. Similiter dicitur in sequentibus: Vocavit nomen loci illius, Dominus videt, idest, videre fecit, significans per efficientem id, quod efficitur. Ut frigus pigrum dicitur, quia pigros facit. Item [Nunc cognovi] Ergo Abraham sciebat se habere timorem; ergo sciebat se habere charitatem, & omnem virtutem, quia qui habet unam, habet omnes. Contra *Eccles.* 9. Nemo scit, an amore, an odio dignus sit; ergo nemo scit, an habeat charitatem. Solutio: Duplex est cognitio, scilicet scientiæ, & experientiæ. Cognitione scientiæ, nemo scit se habere charitatem, sed cognitione experientiæ bene potest. *Rom.* 8. Quis separabit nos a charitate Christi? ergo probatio dilectionis, exhibitio est operis.

11. q. 3. c. Si qualiter, §. Abraham.

a elevatis oculis, vidit locum *b* procul, dixitque ad pueros suos. *c* Expectate hic cum asino, ego, & puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus *d* revertemur ad vos. Tulit quoque *e* ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. Ipse vero portabat in manibus suis ignem, & *f* gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & ligna, ubi *g* est victima holocausti? Dixit Abraham: Deus providebit sibi victimam holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter, veneruntque ad locum quem ostenderat ei Deus: in quo ædificavit *h* altare, &

m Propter me] idest, obedientiam meam.

p Inter vepres] *Hebr.* habet: In virgultis Sabeth hærentem cornibus: Et est Sabeth genus virgulti. Hic erravit *Eusebius*, qui dicit Sabeth Hircum erectum ad carpendum frondes.

Ω a Appellavit-

Mystice.

Ω *a* Elevatis oculis vidit locum] Deus pater dicitur oculos elevare, ut nos similiter faciamus, quod est cœlestia contemplari, & desiderare. *b* Procul] Pater, & filius viderunt locum passionis a longe, idest, ab æterno. Vel [Procul] idest, remoti a cogitationibus Judæorum, & Gentilium, qui mala voluntate mortem Christi voluerunt. *Isai.* 55. Quomodo exaltantur cœli a terra, &c. Vel ideo procul, quia Charitas, qua Christus passus est, procul est ab omni alia Charitate, major omnibus. Unde dicitur *Matth.* 26. quod Petrus a

longe sequebatur. Sunt autem sex, in quibus præeminet passio Christi, Sanctorum omnium passiones. Tempore, quia prior passus est. *Joan.* 15. Si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Multitudine tormentorum. Omnes enim pœnæ conflatæ sunt in Christo afflictio, paupertas, vilitas, mors turpissima conjuraverunt in ipsum. Unde ipse dicit: Omnes fluctus tuos induxisti super me. Versus. Sputa, flagella, minæ, probra, clavi, lancea, spinæ, Felici fine sunt nostræ meta ruinæ. Vilitate. Nullus enim ita abjectus fuit sicut ipse. *Isai.* 53. Vidimus eum novissimum virorum. Acerbitate. *Thren.* 1. Attendite, & videte, si est dolor, &c. Causa, quia non pro suis, sed pro nostris peccatis mortuus est. *Rom.* 5. Christus pro nobis mortuus est. Utilitate, quia omnibus causa salutis ejus passio quantum in se fuit.

Psal. 87.

C

1. Math. 2.

desuper ligna composuit. Cumque *i* colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de cœlo clamavit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: *k* Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam: nunc *l* cognovi, quod timeas Deum, & non pepercisti filio tuo unigenito propter *m* me. Levavit Abraham *n* oculos suos, viditque post *o* tergum arietem inter *p* vepres hærentem cornibus. Quem assumens, obtulit holo-

c Expectate hic cum asino,] Duo juvenes, idest, Judæi utriusque regni, scilicet Israel, & Juda, cum asinaria tarditate, & duritia. *Oseæ* 3. Diebus multis expectabis me, non fornicaberis, & non eris cum viro, quia non sunt modo idololatræ, nec habent sponsum Christum. *d* Revertemur] Completo sacrificio Christi. *Isai.* 10. In veritate reliquiæ convertentur. Nondum completa est immolatio Christi, quia adhuc patitur in membris suis. *Col.* 1. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia. *e* Ligna] Et Christus crucem suam tulit. *Joan.* 19. Et bajulans sibi crucem exivit. *Isai.* 9. Factus est principatus ejus super humerum ejus. *Isai.* 22. Dabo clavem domus David super humerum ejus. *f* Ignem, & gladium.] Pater portat ignem, & gladium in manibus, idest, charitatem in operibus. Ignis enim charitas dicitur, quia peccata consumit. *Luc.* 12. Ignem veni, &c. Et gladius similiter, quia separat a mundo. *Matt.* 10. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. * *f* Ignem, & gladium] Ignis, & gladius zelus, & discretio. Zelus, si solus est, errat; scientia, si sola est, inflat. *g* Ubi est victima?] Sic dicit spiritus, vix credens se posse pertingere ad tantæ perfectionis gratiam. Hoc est, quod dicitur supra: Putasne centenario nascetur filius? *h* Altare] Crucis Domini. *i* Cumque colligasset] funibus, scil. mandatorum, circum ligatis exemplis Sanctorum, quæ sunt panni, quibus extrahitur Jeremias de lacu. *Jerem.* 38. Et quæ sint hæc vincula, dicit *B. Bern.* Funis, Clavus, Gluten. Funis pudor, Clavus timor, Gluten amor. *k* Non extendas] Mysterium patet. *n* Abraham,] quilibet justus, Isaac hilaritas, Aries caro. Quid est, quod Angelus jubet arietem immolari, & Isaac vivere, nisi quia vult Dominus, ut cum hilaritate fiat pœnitentia? *Matth.* 6. Cum jejunatis, nolite fieri sicut Hypocritæ tristes. Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava. Unge caput, ut sine murmure fiat jejunium. Faciem lava, ut sine vento inanis gloriæ sit. Ista duo, ut dicit *Bern.* scil. murmur cordis, & inanis gloria, solent jejunium plurium enervare. Unde murmurantibus dicitur: unge caput, gloriantibus faciem lava. *o* Viditque post tergum arietem,] Ita quilibet justus post tergum debet habere carnem suam, ne curam ejus faciat in desideriis. Quidam vero arietem suum semper habent ante oculos, tantum quæ carnis sunt cogitantes, quorum Deus venter est, & gloria in confusione. *p* Inter vepres hærentes cornibus.] Vepres, sunt vestis asperitas, cibi ariditas, disciplinæ severitas. Cornua, sunt spes, & timor. Vel vepres sunt puncturæ peccatorum. Duo cornua jejunium, & oratio, quibus omne genus dæmoniorum debellatur. *Matth.* 17. Hoc genus non ejicitur nisi per orationem, & jejunium. *Hier.* Oratione sanantur pestes mentis, jejunio pestes corporis,

Moraliter.

Sup. 17.

Moraliter.

Rom. 13. Phil. 3.

caustum pro filio. *a* Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Unde usque hodie dicitur, in *b* monte Dominus videbit. *c* Vocavit autem Angelus Domini Abraham secundo de cœlo dicens: Per memetipsum *d* juravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. *e* Reversus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, & habitavit ibi. His ita gestis, nunciatum est Abraham, quod *f* Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitum, & Buz fratrem ejus, Chamuel patrem Syrorum, & Chased, & Azau. Pheldas quoque, & Jedlaph ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abraham. Concubina illius nomine Roma, peperit Thabee, & Gaon, & Thaas, & Maacha.

C A P. XXIII.

Vixitque autem *g* Sara centũ viginti septem annis, & *b* mortua est in civitate Arbee, quæ est *i* Hebron in *k* terra Chanaan. *l* Venitque Abraham, ut *m* plangeret, & fleret eam. Cumque *n* surrexisset ab officio funeris, *o* locutus est ad filios Heth dicens: Advena sum, & peregrinus apud

Ω *a* Appellavitque nomen, &c.] *Hier.* Pro eo, quod hic habetur videt, in Hebræo, videbitur, scriptum est. Hoc apud Hebræos exivit in proverbium, ut in angustiis constituti, & Dei optantes auxilio sublevari, dicant, in monte Dominus videbit, idest, sicut Abrahæ misertus est, miserebitur nostri. Unde & in signum dati Arietis, solent cornu clangere primo die Septembris. *b* In monte Dominus videbit.] Quia ibi fecit Abraham videre Dominum suum. Ubique Dominus videt, sed vidit, dixit, pro apparuit, idest, videre fecit, sicut illud: Nunc cognovi, quod timeas Dominum, idest cognosci feci. Per efficientem enim significatur id, quod efficitur, sicut pigrum frigus dicitur, eo quod pigros facit. *Eccl. 44. Hebr. 6.*

D

c Vocavit autem Angelus] idest, Christus, magni consilii Angelus, vel Angelus ipse in persona Dei loquebatur, *Gal. 1.*

d Juravi,] scil. de semine multiplicando ex Isaac, & de terra danda semini ejus. Et dicit, juravi, i. firmiter promisi, & veraciter solvit, ac si jurasset. *e* Reversus est Abraham] i. in fine mundi, fides de gentibus ad Judæos revertetur. *f* Quod Melcha, &c.] Quæ soror Saræ. Saram duxit Abraham, Melcha vero Nachor. Vel aliter. Hus de cujus stirpe Job. Unde vir erat in terra Hus nomine Job. *Hieron.* de Melcha uxorem Nachor, filia Aram natus est Hus, de cujus stirpe descendit Job, sicut est scriptum *Job* 1. Vir erat in terra Hus nomine Job. Male igitur existimant Job de genere Esau esse. Quod enim in fine libri ejus habetur, quod de Syro sermone translatus sit, & quartus ab Esau, & reliqua, quæ ibi continentur, in Hebræo non habentur. Secundus natus est de Melcha Buz, ex cujus genere Balaam divinus, sicut Hebræi tradunt, qui in *Job* dicitur Eliu. 32. Primum vir sanctus, & Propheta Dei, postea per inobedientiam, & desiderium munerum, dum Israeli *Num.* 22. Maledicere cupit, divino vocabulo nuncupatur. Unde iratus est Eliu filius Barachel Buzites, &c. *Job* 32. Chamuel vero pater est Damasci. Ipsa enim vocatur Aram, quæ hic pro Syria scripta est, & ipso nomine legitur in Isaia.

EXPOSITIO CAP. XXIII.

Vixitque *g* autem Sara centum viginti septem annis,] *b* Et mortua est.] *Hieron.* Mortua est Sara in civitate Arbee. [Quæ est in valle Mambre] hoc in authenticis libris non habetur. Arboth paulatim a legentibus, ac scribentibus corruptum est. Neque putandum est *Septuaginta* nomen civitatis barbaræ, Hebraice, atque corrupte aliter, quam in suo dicitur transtulisse. Arboth enim nihil omnino significat, sed dicitur Arbee, idest, quatuor, quia ibi Abraham, Isaac, & Jacob conditus est, & Adam prius, sicut Jesu libro aperte demonstratur. *i* Hebron] Hebron est civitas, quæ & Cariatharbe dicitur, i. civitas quatuor. Cariath enim civitas, Arbee quatuor, quia ibi sepulti sunt quatuor Patriarchæ cum uxoribus suis. *m* Plangeret] Ecce argumentum, quod condolendum est mortuis. *Ecc.* 2. Super mortuum plora, quia deficit lux ejus, & super fatuum plora, quia deficit sensus. In Veteri Testamento mortem cujuslibet sequebantur planctu, quia omnes descendebant ad infernum, vel in limbum, vel in lacum. Sed in novo non sic. Unde in morte Josue, qui Christum significat, non legitur luctus fieri. *Josue ult.* 1. *Thess.* 4. Ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent. Inde est, quod de nullo mortuo ante adventum Christi celebrat Ecclesia, exceptis septem Machabæis.

Ω *a* Ut

Moraliter. Moraliter. *g* Vixit autem Sara] Sara interpretatur princeps, vel Carbo, seu velamen, vel angustia, & significat quemlibet justum, qui debet esse princeps sui ipsius dominando. *Prov.* 16. Melior est patiens viro forti, & qui dominantur animo suo, expugnatore urbium. Debet esse carbo accensus igne charitatis, & alios accendens. *Prov.* 25. Si inimicus tuus esurierit, ciba illum; & si sitit, da illi potum; & sic carbones congeres super caput ejus. *Psal.* 17. Carbones succensi sunt ab eo. Debet esse velatus per pudicitiam, in angustia per pœnitentiam. Et bene congruit, quod dicitur: Vixit 127. annis. Centenarius enim quadratus est numerus, viginti septem cubitus, in quo notatur perfectio charitatis, & fidei. In quadrato enim perfectio fidei. Et si hæc habet Sara, tunc moritur in civitate Arbee, quæ est Hebron. Arbee interpretatur quatuor, & significat Ecclesiam, quæ est in quadro posita. *Apoc.* 21. Civitas in quadro posita est, quanta est longitudo, tanta est latitudo. Hebron interpretatur visio sempiterna. Recte igitur ibi moritur Sara, quia justus in Ecclesia moriens ad sempiternam evolat visionem. Est autem triplex mors. Naturæ, culpæ, & gratiæ. In prima moritur caro. In secunda moritur anima. In tertia moritur totus homo. Prima separat animam a carne, secunda dividit gratiam a mente, tertia sejungit totum hominem a curis sæculi. De prima dicitur *Eccl.* 41. O mors, quam amara est memoria tua. De secunda: Mors peccatorum pessima. De utraque *sup.* 2. Quacunque hora comederis, morte morieris. De tertia *Num.* 23. Moriatur anima mea morte justorum. Prima etiam est omnium. *Sap.* 7. Unus est introitus omnibus ad vitam, & similis exitus. Secunda malorum. Tertia bonorum. Mortui prima morte sepeliuntur in mundo, secundi in inferno, tertii in cœlo. *Luc.* 16. de divite, & Lazaro. *k* In terra Chanaan] Chanaan interpretatur mutatio, & boni mutantur in morte de bono in melius. 1. *Cor.* 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. *Job* 14. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. *Psal.* 33.

D

l Venitque Abraham, ut plangeret, & fleret eam,] genus humanum mortuum erat, venit Christus de cœlo, ut fleret hunc mortuum. *Greg.* Nihil aliud traxit Christum de cœlo, nisi quod ad plangendum cadaver nostrum venit, quod projectum erat in agro Damasceno, more vulturis. Nos ergo similiter debemus plangere, & nos, & proximos nostros mortuos in peccato. *Isai.* 22. Amare flebo, nolite incumbere ut consolemini me super vastitate filiæ populi mei, &c. *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? *n* Cumque surrexisset,] In die Paschæ surrexit Dominus ab officio funeris, ad quod venerat: Obsequium funeris in quatuor est. In lacrymis, in vigiliis, in orationibus, in oblationibus. Et Christus lacrymas dedit. *Joan.* 11. Domine veni, & vide, & lacrymatus est Jesus. *Hebr.* 5. Cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus est pro sua reverentia. In vigiliis fuit. *Matth.* 26. Non potuisti una hora vigilare mecum? In orationibus fuit. *Luc.* 6. Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione. In oblationibus fuit, quia & seipsum obtulit in Cruce Deo patri pro nobis. *Hebr.* 9. Si sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ rufæ aspersus inquinatos sanctificat, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo viventi. *o* Locutus est, &c.] Filii Heth, sunt Angeli cœli cives, a quibus Christus homo peregrinus fuit usque ad ascensionem, & tunc rediit in terram suam. *Matt.* 25. Homo quidam peregre profectus est. Unde & tanquam ignoto, & peregrino dicunt ei cives cœli: Quis est iste, &c. *Isa.* 63. Et ipse respondet *hic*. Advena sum,

* Et

vos, *a* date mihi jus sepulchri vobiscum, ut *b* sepeliam mortuum meum. Responderuntque filii Heth: Audi nos, Domine, *c* Princeps Dei es apud nos, in *d* electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit, quin in monumento ejus sepelias mortuum tuum. *e* Surrexit Abraham, & *f* adoravit populum terræ, filios videlicet Heth. Dixitque ad eos: Si placet animæ vestræ, ut sepeliam mortuum meum, audire me & intercedite apud Ephron filium † Soor, ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: Pecunia digna tradat mihi eam coram vobis in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth: Responditque † ad Abraham cunctis audientibus, qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens: Nequaquam ita fiet, domine mi, *g* sed magis ausculta, quod loquor. Agrum trado tibi, & speluncam, quæ in eo est, *h* præsentibus filiis populi mei: Sepeli mortuum tuum. Adoravit Abraham coram populo terræ, & locutus est ad Ephron circumstante plebe: Quæso, ut audias me: Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, & sic *i* sepeliam mortuum meum in eo. Respondit Ephron: Domine mi, audi: Terra, quam postulas, † quadringentis argentis siclis valet. *k* Istud est pretium inter me, & te, *l* sed quantum est hoc? Sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth † *m* quadringentis siclis argenti, & probatæ monetæ publicæ: *n* Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat *o* spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse quam spelunca, & omnes *p* arbores ejus in cunctis terminis per circuitum, Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis, qui intrabant portam civitatis illius. Atque ita sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre, hæc est Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager, & antrum, quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti a filiis Heth.

CAP. XXIV.

ERat *q* autem Abraham senex, dierumq; multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad servũ seniorem domus

Ω *b* Ut sepeliam mortuum] More sacræ Scripturæ masculum pro femina ponit. Simile *Marc.* 5. Quis me tetigit? Quis, dicit Dominus, sciens tamen, quod mulier tetigerat eum. *c* Princeps] i. magnus, & honorabilis, quia Deus tecum est. *d* In electis sepulchris nostris] Hoc est in confusionem Sacerdotum sepulturas vendentium. *Eccles.* 7. Mortuo non prohibeas gratiam, &c. *e* Surrexit Abraham, &c.] *Aug.* Quæritur, quomodo Abraham adoravit populum terræ, cum scriptum sit *Deut.* 10. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies: Sed non in præcepto dictum est: Dominum Deum tuum adorabis solum, sicut dictum est: Et illi soli servies. Talis enim servitus soli Deo debetur, quæ Græce λατρεία, latria dicitur. Unde damnantur idololatræ hanc servitutem scil. idolis, exhibentes. Nec moveat, quod alibi prohibet Angelus hominem se adorare. *Apoc.* 19. & admonet, ut Deus potius adoretur. Talis enim apparuerat, qui pro Deo adorari poterat; & ideo adorator corrigendus erat. *Gregor.* aliam assignat rationem, quia scil. videbat humanam naturam supra angelicam exaltatam.

Matth. 4.

al. † Soor.

al. † habet Ephron.

22. q. 2. c. quæsita.

f Et adoravit] i. supplicando honoravit. *g* Sed magis] Id dicebat Ephron, ut magis posset extorquere. *h* Præsentibus] in contractu venditionis, & emptionis debent testes adhiberi, & etiam annotari. Unde *Jer.* 32. quando emit agrum in Anatoth, adhibuit testes, & litteras conscripsit. *i* Et sic sepeliam] Non vult Abraham gratis recipere, sciens illud *Isai.* 33. Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere. *k* Istud est pretium,] Tantum oportet dare te, si vis eum habere. *l* Sed quantum est hoc? q. d. parum est ad valorem. Vel magnum, quasi nimium est hoc, & non posses tantum pretium invenire. Sicut dicit *Hier. in Gloss.* Iste prius dicebatur Ephron, i. perfectus, vel confirmatus; post venditionem vero dictus est Ephran, i. infirmus, vel imperfectus: In quo significatur, quod qui loca sacra, & religiosa vendunt, diminuunt nomen suum apud Deum. Sed iste reprehenditur ex venditione, ergo Abraham reprehensibilis fuit ex emptione, imo potius reprehendi potest Abraham, quam Ephron, quia Ephron forte nesciebat sepultos ibi esse Adam, & Evam: Abraham vero hoc bene sciebat; unde etiam videtur peccasse, quando precibus cogebat Ephron, ut venderet ei agrum illum, maxime cum ille vellet eum dare. Præterea si non peccavit Ephron vendendo agrum, quare reprehenditur a *Hier.* Solut. Abraham non peccavit emendo agrum illum, in quo erat sepulchrum, sicut nec peccat, qui emit fundum, in quo est Ecclesia, maxime cum agrum emerit ad opus cœmeterii: Ephron autem peccavit, quia carius vendidit agrum propter sepulchrum Adæ, & Evæ, quod erat ibi. Vel forte vendendo non peccavit, tamen reprehensibilis est, quia instabilis fuit in bona voluntate, qua voluit agrum dare Abrahæ; & quia pretio victus fuit, ideo mutatum est nomen suum, & loco hujus litteræ o, posita est a. A vero prima est in alphabeto Græcorum, & o ultima. Principium vero imperfectionem importat, finis vero perfectionem. Et ipsa nominis mutatio ostendit, quod de perfecto factus est imperfectus.

Moraliter. * Et peregrinus apud vos. *a* Date mihi jus sepulchri vobiscum] i. mihi, & meis requiem vobiscum. Justa est petitio ista, sed & humilis. Ipse jam emerat, & care quidem, sed & adhuc postulat sibi dari. Quid igitur faciet miser homo? Christum oportuit pati, & sic intrare in gloriam suam. *Luc. ult.* Et homo vult hic quiescere; & sic intrare in gloriam alienam. Non sic impii, non sic. Sed quo pretio emit Christus hoc sepulchrum? *m* Quadringentis siclis argenti probatæ monetæ] i. pretio. *n* Confirmatusque est ager] Ager est Ecclesia. *o* Spelunca duplex] vita activorũ, & contemplativorũ. Contemplativi, superius cœlestia meditantes, activi, inferius negotia procurantes. *Luc.* 17. Duo erunt in agro, unus assumetur, alter relinquetur. *p* Arbores] sunt Sancti, radices quorum, i. cogitationes, & desideria terræ viventium sunt infixæ, inde humorem gratiæ contrahentes, unum fructificant fructum, qui permanet in æternum. *Psal.* 1. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est, &c. Nota, quod dicitur [illegible] arbor. Sancti enim lignum sunt præcisum a mundo, & plantatum in cœlo, & ita facti sunt arbores paradisi, qui prius fuerunt arbores mundi. Secus decursus aquarum, quia modo aquæ gratiarum in decursa sunt. *Cant.* 4. Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. Sed quidam plantati sunt secus stagnum aquarum, quia gratiam sibi datam nolunt aliis communicare. Quibus dicitur *Prov.* 5. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide, q. d. primum disce, & postea doce. Quidam semper bibunt, sed nunquam dividunt aquas suas. *Prov.* 28. Vir, qui festinat ditari, & aliis invidet, ignorat, quod egestas superveniat ei. *Luc.* 12. Stulte, hac nocte repetent animam tuam, & ea, quæ parasti, cujus erunt? Alii aquas suas dividunt antequam biberint de cisterna sua, i. ante docent, quam didicerint. Contra quos dicitur *Job* 38. Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terræ consurgere facis? Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terra. Et *infr.* Quis enarrabit cœlorum rationem? *Eccl.* 28. Lingua testificans adducet mortem.

Psal. 1.

22. q. 5. c. postquam.

al. † quadringentos siclos.

al. † quadringentos siclos.

Hebron. de sep. 1.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

ERat *q* autem Abraham senex, &c. Dixitque ad servum, &c.] Sermonem propheticum, qui ante Apostolos ad vocandam de gentibus Ecclesiam directus est.

Ω *a* Qui

Mystice. Mystice. *q* Erat autem Abraham, &c.] Abraham Deus pater, qui suo filio voluit Ecclesiam copulare, & misit Eliezer, i. chorum prophetarum, quos jurare fecit, ne accipiant Isaac, i. Christum, uxorem de filiabus Chanaan, i. de Judæis, sed de gentibus. *Oseæ* 1. Vade, sume tibi uxorem fornicariam, &c.

Moraliter. Moraliter. *q* Erat autem Abraham] Abraham pater, & Isaac Christus Eliezer prælatus, vel prædicator, qui debet ponere manum suam subter femur Abrahæ, idest, opera sua, Christi conversationi quantum potest conformare. Et dicitur subter, quia nemo potest tantum facere, quantum ipse fecit. *Psal.* 115. Quid retribuam

suæ, qui *a* præerat omnibus, quæ habebat: *b* Pone manum tuam subter femur meum, ut *c* adjurem te per Dominum Deum cœli, & terræ, ut non *d* accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito, sed *e* ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac. Respondit servus: Si noluerit mulier *f* venire mecum in terram hanc, num reducere † debeo filium tuum ad locum, de quo tu egressus es? Dixit Abraham: *g* Cave, ne quando reducas filium meum illuc. Dominus Deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra nativitatis meæ, qui locutus est mihi, & juravit dicens: Semini tuo *h* dabo terram hanc, *i* ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo. Sin autem mulier *k* noluerit sequi te, non teneberis juramento, filium tantum *l* meum ne reducas illuc. *m* Posuit ergo servus manum sub femore Abraham Domini sui, & juravit illi super sermone hoc. *n* Tulitque decem camelos de grege domini sui, & abiit, ex *o* omnibus

al. † habeo.

Ω *a* Qui præerat] Iste Eliezer erat dispensator domus Abrahæ, cujus fidei omnia commiserat. Non ita scrupulosi erant antiqui, nec suspiciosi, quin omnia sua fidei servorum committerent. Sed modo prælati volunt audire etiam de minimis rationem. *B. Bern.* ad Eugenium: Mira res satis, Episcopi habent ad manum, cui credant animas; cui autem credant facultatulas, non inveniunt. Sed ut liquido detur intelligi, quod patienter ferimus jacturam Christi, quam nostram quotidianas expensas quotidiano scrutinio reciprocamus, & continua Dominici gregis detrimenta nescimus. *Idem*. Quid turpius Episcopo, quam incumbere suppellectili, & substantiolæ suæ scrutari singula, sciscitari de omnibus, morderi suspicionibus, moveri leviter ad quælibet perdita, vel neglecta? Idem. Quoniam dispensatorem debemus habere fidelem, & prudentem. Si utrumque non possumus, fidelem; si neutrum, non est curandum. *b* Pone manum tuam, &c.] *Greg. Alleg.* Manum sub femore jubet ponere, & per Deum cœli jurare, quia illius caro per illud membrum descensura erat, qui filius Abrahæ esset ex humanitate, & Dominus ex divinitate, quasi tange filium meum, & jura per Deum meum. Unde non super femur, sed sub femore manum ponere jubet, quia inde descensurus erat qui homo, sed super homines esset, unde dignum non fuit, ut manum super femur poneret, quia nulla caro super illam est. *d* Ut non accipias] Quasi, quia indignos vos exhibuistis, & repulistis verbum *Dei*, ecce convertimur ad gentes. *e* Sed ad terram] scil. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. *f* Venire] i. credere, quasi si præputium noluerit sociari circumcisioni, prædicabitur ibi tantum verbum Dei. *h* Dabo terram,] scil. Judæam, cui post prædicandum. *l* Filium tantum meum ne, &c.] Hoc est verbum meum, ne prædices tantum in gentilitate. *m* Posuit ergo, &c.] *Hier.* Tradunt Hebræi, quia in sanctificatione ejus, i. in circumcisione juravit; nos autem dicimus eum jurasse in semine Abrahæ, i. in Christo, qui ex illo nasciturus erat: juxta illud: Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. *n* Tulitque decem camelos] *Chrys.* Camelus, divitem prædicatorem significat, qui mundum videtur animal, quia verba Dei ruminat, sed quia pede molli, idest, affectu terram complectitur, quam debuit ungula dissipare, Dei sententia immundus judicatur. *Levit.* 11.

Infr. 47. — Act. 13. — Psal. 2. — Matth. 1.

Ω *a* Profe-*

*Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi; &c. *Tob.* 12. Per eum repleti sumus bonis, quid illi adhuc dignum poterimus dare? *c* Ut adjurem] Adjurat enim Dominus prælatos, & prædicatores, ut non accipiant Christo uxorem de filiabus Chanaan quod interpretatur negotiatio, vel motus eorum: Filiæ igitur Chanaan, sunt omnes molliter in sæculo viventes, negotia sæcularia instabiliter sectantes. Tales Christo matrimonio non conjungentur. Unde *Greg.* De filiabus Chanaan uxor duci prohibetur, quia Christo nullæ reproborum animæ conjungentur. *Levit.* 21. dicitur de Sacerdote: Virginem ducet; viduam, & repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet. Vidua est, cui usus voluptatis, non affectus mortuus est. Repudiata, quam mundus repudiat, non ipsa mundum. Meretrix, & sordida, quæ in sordibus peccatorum sordescit adhuc. Nullam talem sibi copulat Dominus, sed virginem, i. mundam. *Ps.* 44. Adducentur regi virgines. Hoc est, quod legitur 3. *Reg.* 1. Quæramus Domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foveat eum, dormiatque in sinu suo. *Greg.* Puer, qui ad uxorem deducendam mittitur, Prophetarum, & Apostolorum, & omnium Doctorum ordo est, qui dum verbum prædicationis faciunt, cujusque animæ quasi conjungendæ unigenito filio provisores sunt. *g* Cave, ne quando reducas] Abraham eductum de Chaldæa, prohibet reduci illuc; quod male custodiunt quidam prælati religiosi, qui monachos suos eductos de mundo, iterum ad mundana negotia pertractanda emittunt. *Luc.* 17. Qui fuerit in tecto, &

biwaliter — Sap. 19.

vasa ejus in domo, ne descendat tollere illa, & qui in agro similiter non redeat retro: Memores estote uxoris Loth. *k* Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis juramento,] Hoc est, quod dicitur *Ezech.* 3. Si annunciaveris impio, ut avertatur a via sua mala, & ille non fuerit conversus ab impietate sua, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Et nota, quod Episcopus benedicens, vel consecrans Monialem, & quasi sponsam faciens Domino, vicem gerit Eliezer. Caveat ergo sibi, ne de duabus filiabus Chanaan, i. negotiatricem, & instabilem sponsam domino copulet. Hoc enim juravit Eliezer, & eodem juramento tenetur Episcopus.

B

i Ipse mittet Angelum] Ante prædicatorem mittitur Angelus Domini. *Exod.* 23. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in terram, quam paravi tibi. Et revera Angelus iste necessarius est, quia ut dicit *Greg.* Frustra laborat exterius lingua prædicatoris, nisi adsit interius gratia redemptoris. *m* Posuit ergo servus manum] Eliezer interpretatur Dei mei adjutorium: Et est typus prælatorum, doctorum, & prædicatorum, qui sunt Dei coadjutores in regimine populi, secundum quod dicit Apost. 1. *Cor.* 3. Dei adjutores sumus, qui debent ponere manum sub femore Abraham, i. Christi hominis conversationem, suis operibus imitando prædicare, 1. *Cor.* 4. Laboramus operantes manibus nostris. Unde subdit. Rogo ergo vos imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *n* Tulitque] Sicut dicit *Greg.* Per camelum, quod est animal oneriferum, significatur patientia: per denarium, significatur obedientia mandatorum. Ista duo semper debent ire cum Eliezer, ut sit patiens in malis sustinendis, & obediens in bonis exequendis. Justum est enim, ut quæ verbum Dei annunciat, primum verbo obediat. *Prov.* 21. Vir obediens loquitur victorias. *Exod.* 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. *Ps.* 91. Bene patientes erunt, ut annuncient. Merito autem illius prædicationi non obeditur, qui prædicationi aliorum obedire contemnit. Unde & qui prædicant, & docent alios, & si non propter aliud, deberent tamen obedire aliis sibi prædicantibus, ne merito suo verbum Dei, quod Deus per ipsos enunciat, privetur fructu suo. *Job* 41. De prædicatione talium: In stipulam conversi sunt ei lapides fundæ, quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. *Jer.* 1. legitur, quod Dominus misit manum suam, & tetigit os Jeremiæ, quem mittebat ad prædicandum, quasi hoc ipso diceret ei: Operare, & prædica. *Prov.* 19. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. *Bern.* de obedientia, & patientia: Uterque cibus durus est, nisi apponatur condimentum sapientiæ, alioquin clamabunt filii Prophetarum, mors in olla, 4. *Reg.* 4. Consistit autem in tribus hæc sapientia, ut dicit *Bern.* Ut sit justitia in intentione, hilaritas in affectione, humilitas in reputatione. De primo dicitur *Col.* 3. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia facite in nomine Domini Jesu Christi. De secundo *Rom.* 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur. *Eccl.* 31. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Et dicit Apostolus rationem 2. *Cor.* 9. Hilarem enim datorem diligit Deus. *Levit.* 11. Non comeduntur pisces, sed immundi sunt, qui non habent squamas patientiæ, & pinnulas hilaritatis, quibus saliant versus cœlum. De tertio. *Luc.* 17. Cum omnia bene feceritis, dicatis: servi inutiles sumus. Justitia debet esse in intentione, ut sit recta, hilaritas in affectione, ut sit læta humilitas in reputatione, ut actio sit Deo, & hominibus grata. *o* Ex omnibus bonis] Bona Domini sunt paupertas, angustia, fames, vilitas, humilitas; morum honestas, animarum zelus, doctrinæ pabulum, quæ quasi divitias pauperibus erogandas debet portare secum prædicator, ut tanto citius ad sequendum Deum persuadeat, quanto auditoribus in seipso monstrat quod prædicat. Sic faciebat Paulus *Gal. ult.* Stigmata Domini Jesu Christi jugiter in corpore meo porto. Vel bona Domini,

* sunt

Ω *a* Profectusque perrexit] *Josephus* dicit, quod magno labore pervenit illuc, quia illa via in hyeme lutosa est, in æstate siccissima, & silvæ latronibus plenæ. Et venit in Charram civitatem Mesopotamiæ, in qua habitabat Nachor, unde egressus est Abraham mortuo Thare, Mesopotamia interpretatur elevatio cujusdam vocationis. Nachor requies luminis.

c Juxta puteum] Sacra Scriptura puteus dicitur in locis obscuris, fons in manifestis.

f Domine Deus, &c.] Prius debet orare prædicator, ut sermo Dei currat, & fructificet in auditoribus. Domine Deus, &c.] *Act.* 4. Nunc Domine respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. *g* Obsecro] *Isa.* 64. Occurristi lætanti, & facienti justitiam.

bonis ejus portans secum. *a* Profectusque perrexit Mesopotamiam, ad urbem Nachor. Cumque camelos fecisset accumbere extra *b* oppidum *c* juxta puteum aquæ, *d* vespere, *e* eo tempore, quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: *f* Domine Deus Domini mei Abraham, occurre hodie *g* obsecro mihi, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce *h* ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam, Igitur *i* puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam ut bibam, & *k* illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam præparasti servo tuo Isaac, & per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum domino meo. *l* Necdum intra se verba compleverat, & ecce *m* Rebecca egrediebatur filia Bathuel, filii Melchæ uxoris Nachor fratris Abraham, habens *n* hydriam in *o* scapula, *p* puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & *q* incognita viro. *r* Descenderat autem ad fontem, & impleverat hydriam, ac *s* revertebatur. *t* Occurritque ei servus

i Igitur puella, &c.] Puella quælibet anima. Hydria, sæcularis scientia. Aqua, sententia bona.

k Illa responderit :] aliis tacentibus. Videtur Eliezer auguria quæsivisse, quæ prohibita sunt. *Lev.* 19. Et respondet *Aug. in gloss.* quod aliud est petere, ut miraculum fiat ad judicium faciendi, aliud observare ea, quæ mira non sunt, & per ea quærere judicium futuri, hoc enim non est prohibitum. Nec peccavit Elias, quando quæsivit ignem de cœlo. 3. *Reg.* 18. *l* Necdum intra se, &c.] *Act.* 10. Adhuc loquente Petro, &c.

m Rebecca] patientia verbum Dei humiliter susceptura.

n Hydriam] sæcularem scientiam.

o In scapula,] idest in exercitio operum. *p* Puella decora] De qua dicitur: Concupivit rex speciem tuam ; Et Astitit regina a dextris tuis. *Ps.* 44.

q Et incognita viro.] nulli hæresi consentiens.

r Descenderat autem ad fontem,] *Jo.* 4. Jesus fatigatus ex itinere sedebat super fontem: Hora autem quasi sexta venit mulier de Samaria haurire aquam.

t Occurritque ei servus] *Greg.* Qui cupit fratrem suum prævenire regnando, præveniat eum obsequendo.

Ω *a* Pauxillum

Moraliter. * sunt Christi Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio, Spiritus Sancti missio, quæ debet prædicator quasi institor Dei explicare in nundinis Ecclesiæ. Unde *Ezech.* 27. Juda, & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. Per frumentum intelligitur Christi humilitas, juxta illud *Jo.* 12. Nisi granum frumenti &c. Per balsamum, quod odoriferum est, & putredinem arcet, Passio Christi, cujus recordatio omnium peccatorum putredinem sanat. *Num.* 21. Fecit Moyses serpentem æneum, & posuit pro signo, quem percussi aspicientes sanabantur. Fracto alabastro corporis Domini. *Marc.* 14. Tantus odor exivit, quod mortuus est omnis serpens, & domus conscientiæ impleta est ex odore. *Jo.* 12. De hoc odore dicitur 2. *Cor.* 2. Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Per mellis dulcedinem, gaudium resurrectionis. Unde & post resurrectionem obtulerunt ei discipuli favum mellis. *Luc. ult.* idest, gaudium, de sua resurrectione. Per oleum, Sancti Spiritus missio. Oleum enim, & cibum condit, & noctem illuminat: Et Spiritus Sanctus missus in discipulos, & affectum condivit, ut amara eis dulciter saperent. *Act.* 2. *Deut.* 33. Inundationes maris quasi lac sugent, &c. Et intellectum illuminavit, ut omnia prædicanda cognoscerent. *Jo.* 14. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Per resinam, quæ est medicinalis, significatur spes ascendendi in cœlum, quæ usque ad diem Ascensionis Domini Ecclesiæ deficiebat. *Jer.* 8. Nunquid non est resina in Galaad, & medicus non est ibi ? Sed oportebat, quod iste medicus ascenderet, & ostenderet viam. *Joan.* 16. Expedit, ut ego vadam, &c. *b* Extra oppidum] Extra oppidum manet Eliezer, quia prædicator extra carnis curam vivere debet. In cujus signum etiam Dominus extra castra crucifixus est. *Hebr.* 13. Exeamus ad eum extra castra, improperium ejus portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem. *Osee* 11. Ego Deus, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar civitatem. *c* Juxta puteum] Puteus est Sacra Scriptura, juxta quam sedet Eliezer, & cameli, i. prædicatores, & prælati, ut inde hauriant aquam sapientiæ salutaris: *Eccl.* 15. De qua sitim suam, & aliorum reficiant. Sitim inquam illam, de qua dicit Dominus per *Amos* 8. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. De hoc puteo dicitur *Jo.* 4. Puteus altus est : unde ergo habes aquam vivam ? *Cant.* 5. Oculi ejus sicut columbæ super rivos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident juxta fluenta plenissima. Oculi ejus, sponsæ, idest Prælati, & prædicatores, castitatis, & innocentiæ lacte loti debent esse, sicut columbæ, idest, simplici, & recta intentione super fluenta Sacræ Scripturæ residere, ut ibi insidias diaboli percipiant, & evitent, & doceant evitare. *d* Vespere,] quando sol temporalis prosperitatis jam declinavit: tunc enim tempus est aptum doctrinæ, & prædicationi. Et hoc est, quod dicitur *Luc. ult.* Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit, &c. *e* Eo tempore,] In hoc instruuntur prædicatores, ut considerent tempus aptum, quando debeant loqui, & quando silere. *Eccl.* 3. Est tempus loquendi, quod valde debet [illegible]. *Matth.* 24. Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. *Prov.* 25. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. *Eccles.* 20. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lascivus autem, & imprudens non servabit tempus. *Eodem.* Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. *f* Domine Deus] Sicut dicit *Gl* primo debet prædicator orare, ut sermo Dei currat, & fructificet in auditoribus. *Coloss.* 4. Orantes pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Et in apocryphis Esther legitur, quod cum vellet intercedere pro salute Judæorum apud Assuerum, oravit dicens: Da mihi fiduciam rex Judæorum, Domine universæ potestatis, da mihi sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, ut pereat ipse, & qui ei consentiunt. *Esth.* 14. Leonem dixit Assuerum, idest Christum; hostem, Aman, idest diabolum. *Jud.* 9. quando volebat exire ad interficiendum Holofernem, idest diabolum, oravit dicens : Da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, ut domus tua permaneat in sanctificatione tua, & omnes gentes agnoscant, quia tu es Deus, & non est alius præter te. *h* Ecce ego sto] q.d. prædicator: Bene debeo exaudiri a Domino, quia ego sto prope fontem Sac. Scripturæ. Ille enim stat prope Sacr. Scripturam, qui immobiliter, & diligenter laborat ad videndum veritatem Scripturæ, ut aliis succurrat. Unde & B. Stephanus vidit Jesum stantem quasi paratum succurrere. *Act.* 7. Sed multi jacent, qui tantum in Scripturas suas delicias quærunt, & de aliis non curant: Quibus dicitur *Prov.* 5. Deriventur fontes tui foras. *Eccl.* 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multa tempora invenies illum. *Is.* 21. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti.

m Ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel,] Rebecca est quælibet anima, quam quærere debet prædicator, uxorem Domino suo, idest Christo, habens hydriam in scapula, id est scientiam in opere. Vel hydria in scapula, cor hominis in exercitio operis. Unde vir, quem Dominus invenit secundum cor suum *Act.* 13. dicebat: Anima mea in manibus meis semper. Et Dominus: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. *Luc.* 23. In manus patris opera bona. *s* Ac revertebatur.] Hoc est contra scolares, qui

* semper

G

Ω *a* Pauxillum aquæ] desiderio prædicatorum. Horum desiderium ostenditur *Num.* 11. ubi dicit Moyses: Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Deus spiritum suum?

b Celeriterque] *Act.* 9. Domine, quid me vis facere.

rumque veritas sit, quibus voluntas, propter quam intimandam verba fiunt, satis appareat.

Ω *a* Veni, * semper hauriunt in studio commorantes, & nunquam revertuntur, ut aliis propinent de suo hauritorio. 3. *Regum quinto* legitur, quod Salomon mittebat operarios suos in Libanum, & erant ibi per mensem, & post revertebantur, & erant in domibus suis per duos menses: Sic scholares, cum vacaverint aliquanto tempore studio, debent reverti, & esse in domibus suis, idest Ecclesiis suis, duobus mensibus, idest, æstate, & hyeme, idest toto tempore: Non sicut quidam in æstate sunt in Ecclesiis, ut fructus colligant, & in hyeme Parisios revertuntur, ut ibi expendant, non curantes si interim gregem suum dæmones deripiant. *Proverbiorum septimo* dicit meretrix, idest diabolus: Veni, inebriemus uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies: Non enim est vir in domo sua, abiit via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reversurus in domum suam.

Moraliter.

f Protulit vir inaures] *Hier.* Bache, quod hic pro didrachmate ponitur, semiuncia est. Sechel vero, qui Latine sed corrupte siclus, dicitur uncia.

h In domo patris tui] Dignus hospes testimonio vicinorum eligitur.

i Locus spatiosus ad manendum.] *Greg.* Allegorice. A priore populo naturæ legem se novisse Ecclesia monstravit, & prædicationem amplo charitatis gremio suscepit. Doctori enim spatiosa mansio est in corde auditoris, latitudo charitatis, Unde: non angustiamini in nobis, angustiamini in visceribus vestris, quasi suscipiendæ doctrinæ locum mentis dilatate, ad cogitanda carnalia coarctate. *Non angustiamini in nobis.* 2. *Cor.* 6. Os nostram patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est: Non angustiamini, &c.

k Inclinavit se] nihil sibi tribuens, sed gratiæ Dei.

D

l Fratris Domini] Omnes fideles, fratres sunt Christi. *Matth.* 12. Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ille frater meus, & soror, & mater est.

al. † bibendum.

& ait: *a* Pauxillum aquæ mihi ad † sorbendum præbe de hydria tua. Quæ respondit: Bibe, domine mi. *b* Celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adjecit: Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensque hydriam in *c* canalibus, recurrit ad puteum, ut hauriret aquam, & haustam omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam *d* tacitus, scire volens utrum prosperum fecisset iter suum Dominus, an non. *e* Postquam autem biberunt cameli, *f* protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem. Dixitque ad eam: *g* Cujus es filia? Indica mihi: Est in *h* domo patris tui locus ad manendum? Quæ respondit: Filia Bathuelis sum filii Melchæ, quem peperit Nachor. Et addidit dicens: Palearum quoque, & fœni plurimum est apud nos, & *i* locus spatiosus ad manendum. *k* Inclinavit se homo, & adoravit Dominum dicens: Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam, & veritatem suam a domino meo, & recto me itinere perduxit in domum *l* fratris domini mei. Cucurrit itaque puella, & nunciavit in domum *m* matris suæ omnia, quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, ubi erat fons. Cumque vidisset inaures, & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis, Hæc locutus est mihi homo, venit ad virum, qui stabat juxta camelos, & prope fontem aquæ, dixitque ad eum: Ingredere, benedicte Domini: Cur foris stas? Præparavi domum, & locum camelis. Et introduxit eum in hospitium, ac destravit camelos, deditque paleas, & fœnum, & aquam ad lavandos pedes camelorum, & virorum, qui venerant cum eo. Et *n* appositus est in conspectu ejus panis. Qui ait: *o* Non comedam donec loquar sermones meos. *p* Respondit ei: Loquere. At ille: *q* Servus, inquit, Abraham sum: Et Dominus benedixit domino meo valde; magnificatusque est, & dedit ei *r* oves, & boves, *s* argentum, & aurum, *t* servos, & ancillas, & *u* camelos, & asinos: Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia, quæ habuerat. Et *x* adjuravit me dominus meus, dicens: Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito, sed ad domum

m Matris] dicit, & non patris, quia pater mortuus erat. Vel propter familiaritatem majorem, quam habent filiæ erga matres. Vel forte mater habebat domum separatam, sicut fit apud divites, ubi uxor domum propriam habet, & vir propriam.

n Et appositus est, &c.] Officium implet hospitalitatis, ne non recepto verbo, excutiatur pulvis in testimonium cassati laboris. *Matth.* 10.

o Non comedam] Non quærit, quæ sua sunt. 1. *Cor.* 13. *Joan.* 4. Rabbi manduca: At ille: Habeo alium cibum manducare. *Philipp. ultim.* Non quæro datum, sed fructum.

p Respondit ei: Loquere,] Non vult metere carnalia, nisi prius seminaverit spiritualia. 1. *Cor.* 9.

q Servus, inquit,] Commendatio personæ, sicut illud: Paulus servus Jesu Christi. *Rom.* 1.

r Oves,] simplices. Boves, prudentes. *Job* 1. Boves arabant, asinæ pascebantur.

s Argentum,] eloquentes. Aurum, sapientes. *Eccl.* 28. Aurum tuum, & argentum tuum conflа. *t* Servos,] serviliter pro temporalibus servientes. *u* Camelos,] in tribulatione patientes. *x* Et adjuravit me Dominus, &c.] *Aug.* Sententia est eadem, verba non omnia vel ipsa, vel ita dicta sunt, quod propter eos dicendum est, qui Evangelistis calumniantur, & detrahunt, quod in aliquibus verbis non omnino conveniunt, cum res, & sententiæ eædem. Hunc enim librum unus scripsit, qui ea, quæ supra dixit, cum mandaret Abraham, vel reliqua ponere potuit, si ad rem pertinere judicaret, cum veritas narrationis non exegerit, nisi ut rerum sententia-

c In canalibus,] Per canalem intelligitur cor humanum, quod prius debet esse concha per disciplinæ susceptionem, quam fiat canalis per doctrinæ effusionem. *Jac.* 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.

Iap. 11.

d Tacitus,] Ita Prælatus diligenter debet agnoscere subditos. *Prov.* 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, gregesque tuos considera.

e Postquam autem biberunt, &c.] Ex quo auditores verbum prædicatoris benigne receperunt, non restat, nisi quod proferatur eis obedientia geminæ charitatis, quæ per inaures significatur, & bona opera, quæ per armillas. *Prov.* 25. Inauris aurea, & margarita fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Inauris aurea, doctrina Catholica, quæ aure percipitur: Margarita fulgens, doctor virtutibus pollens. Sunt autem duæ inaures, quia doctrina in duobus consistit, in eruditione fidei, & in instructione morum, vel in destructione mali, & ædificatione boni. *Jud.* 10. quando exivit ad Holofernem, assumpsit dextralia, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornavit se. Idem *Ezech.* 16. Dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Idem per dextralia Judith, & Armillas Ezechielis, scilicet, bona opera. Idem per lilia, & torquem, scilicet, duplex castitas, mentis, & corporis: Per inaurem, doctrina: Per annulos, sive circulos, fides. Ista quatuor sunt necessaria prædicatori cuilibet, operis exemplum, doctrinæ verbum, castitatis lilium, fidei perfectio.

g Cujus es filia?] Quæstio prædicatoris ad animam, quasi dicat, filia diaboli per culpam, quæ fuisti Dei filia per creationem, fiat Dei filia per gratiam.

* Egressus

patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorem filio meo. Ego vero respondi domino meo: Quid, si noluerit venire mecum mulier; Dominus, ait, in cujus conspectu ambulo, mittet Angelum suum tecum, & diriget viam tuam, accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris a maledictione mea, cum veneris ad propinquos meos, & non dederint tibi. *a* Veni ergo hodie ad fontem, & dixi: Domine Deus Domini mei Abraham, si direxisti viam meam, in qua nunc ambulo: ecce sto juxta fontem aquæ, & virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit a me: da mihi pauxillum aquæ ad bibendum ex hydria tua, & dixerit mihi, & tu bibe, & camelis tuis † hauriam, ipsa est mulier, quam præparavit Dominus filio domini mei. Dum hæc mecum tacitus volverem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula, descenditque ad fontem, & hausit aquam. Et ajo ad eam: Da mihi paululum bibere. Quæ festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis potum tribuam. Bibi, & adaquavit camelos. Interrogavique eam, & dixi: Cujus es filia? Quæ respondit: Filia Bathuelis sum, filii Nachor, quem peperit illi Melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem ejus, & armillas posui in manibus, pronusque adoravi Dominum, benedicens Domino Deo Domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam fratris domini mei filio ejus. Quamobrem si facitis misericordiam, & veritatem cum domino meo, indicate mihi: Sin autem aliud placet, & hoc dicite, ut vadam ad dexteram, sive ad sinistram. *b* Responderunt Laban, & Bathuel: A Domino egressus est sermo, & non possumus *c* extra placitum ejus quicquam aliud tecum loqui: En Rebecca coram te est: tolle eam, & proficiscere, & sit uxor filii Domini tui, sicut locutus est Dominus. Quod cum audisset puer Abraham, adoravit in terra Dominum: *d* Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere: Fratribus quoque ejus, & matri dona obtulit. Initoque convivio vescentes, pariter & bibentes manserunt ibi. *e* Surgens autem mane locutus est puer, Dimittite me, ut vadam ad dominum meum. Responderunt frater ejus, & mater: *f* Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam. *g* Dimittite me, ut pergam ad dominum meum. Et dixerunt: *h* Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. Cumque vocata venisset, sciscitati sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadam. Dimiserunt ergo eam, & *i* nutricem illius, servumque Abraham, & comites ejus, imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes: Soror nostra es: Crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca, & puellæ illius *k* ascensis camellis, secutæ sunt virum: Qui *l* festinus revertebatur ad dominum suum:

al. † tribuam.

a Veni ergo hodie ad fontem, &c.] & virgo, quæ egredietur] *Hieron.* In Hebræo scriptum est: Ecce ego stans super fontem aquæ, & erit adolescentula, quæ egredietur ad hauriendum, &c. Pro adolescentula in *Hebræo* legitur aalma, sicut in *Isaiæ*, ubi in nostris codicibus scriptum est: Ecce virgo concipiet, &c. in *Hebræo* legitur: Ecce aalma concipiet. Notandum ergo, quod aalma semper virginem significat, & habet etymologiam, apocrypha, idest, abscondita. Nam in *Job* 28. ubi scriptum est de sapientia: Et abscondetur ab oculis omnis viventis: In *Hebræo* dicitur naalma. Ergo aalma, quod interpretatur abscondita, idest, virgo nimia diligentia custodita, majoris laudis videtur esse quam virgo: Nam virgo potest esse corpore, & non spiritu sive mente, quæ vero abscondita est, epithesin, idest, proprium virginitatis habet, ut & virgo, & abscondita sit. Et quæ abscondita est, juxta idioma Hebrææ linguæ consequenter & virgo est, quæ autem virgo, non statim abscondita. Hoc idem verbum in *Exod.* 15. de Maria sorore Moysi adhuc virgine, legimus. Ostendant igitur Judæi alicubi positum aalma, ubi adolescentulam, & non virginem sonet.

E

b Responderunt Laban, & Bathuel, a Domino egressus, &c.] *Augustinus*, Aut Abraham Prophetam noverant, & prophetice a Domino dictum, quod per illum dictum fuerat, agnoscebant, aut signum, quod servus narravit, locutionem Domini appellaverunt: Hoc enim magis de Rebecca dictum est: Abram enim non de Rebecca, sed de aliqua ex Tribu, vel cognatione sua dixerat: Et hoc ad utrumque, ut immunis esset servus a juramento, si non impetrasset, quod non dicitur, cum aliquid prophetatur, certam enim decet esse prophetiam. Et nota, quod Bathuel jam mortuus erat, quod probatur per hoc, quod supra dixit Moyses: Cucurrit puella in domum matris. Sed in morte injunxit Bathuel uxori, & filio suo, ne darent Rebeccam alicui, nisi de genere suo. Unde quod dicitur hic, sic debet exponi. [Responderunt Laban, & Bathuel,] idest, uxor Bathuelis, pro ipso narrans, scilicet, ut verba ejus, & mandatum.

F

c Extra placitum] *Actor.* 5. Si a Domino est, non dissolvetur.

d Prolatisque vasis, &c.] Rebecca non ornatur auro Bathuelis, quia non sunt digna ornamenta barbari, & imperiti: de domo Abrahæ accepit ornamenta, quia patientia de domo sapientiæ ornatur. A puero Abraham suscepit inaures, idest, aurea in auribus verba, brachialia, idest, aurea in manibus opera, & alia ornamenta, quibus figurantur diversa virtutum genera. *Jer.* 31. Adhuc ornaberis tympanis tuis. Cultus muliebris est sapientia secularis. *Ezechiel.* 16. Pervenisti ad mundum muliebrem, ubera tua intumuerunt, & pilus germinavit, & eras nuda, & confusione plena.

e Surgens, &c.] *Exod.* 12. Filii Israel cum festinatione egressi sunt de Ægypto.

f Maneat puella, &c.] Ita faciunt seculares, si ex toto retinere non possunt, saltem procrastinant bonum propositum filiorum.

35. q.2. c.

g Dimittite me,] quasi dicat, non est neophytus, diu dimittendus cum carnalibus.

h Vocemus puellam,] Hic primo consensus mulieris legitur requisitus, & inde præ jure habitum est, ut requiratur. Tamen *Ambrosius* in quodam decreto videtur dicere, quod non fuit requisita super sponsalibus, sed de die profectionis.

32 q 2.c hoc notandum.

i Et nutricem] Hæc nutrix dicitur Debora, idest, apis, quæ pungit, & mel facit. Unde significat spem in tribulationes. Spes enim præmii dulcorat pœnitentiæ laborem. *Gregorius* Considerata magnitudo præmii, minuit vim flagelli.

G

k Ascensis camelis,] Per camelos gibbosos hic accipe peccata, quæ ascendimus; quando vitia nobis subjicimus, & tunc super camelos elevamur. *Euseb.* De peccatis faciendi sunt gradus, quibus ad altiora conscendamus. Idem significatur 1. *Reg.* 25. ubi legitur, quod Abigail surrexit, & ascendit asinum; & quinque puellæ cum ea, & facta est uxor David. David, & Isaac idem, comites idem. Rebecca, & Abigail idem, puellæ idem, asinus, & camelus idem.

l Festinus, &c.] *Lucæ* 2. Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio. *Job trigesimo octavo* Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent, Adsumus? Fulgura, prædicatores, nunc nimis ferientes, nunc miraculis coruscantes: Qui dicunt, Adsumus, cum non suis viribus, sed Deo attribuunt, quod fortiter se egisse cognoscunt. Unde *Zachar.* 6. Corona facta de auro, & argento in capite Jesu magni Sacerdotis ponitur, quia

Ω quicquid eloquentiae, vel sapientiae in Sanctis reperitur, totum in laudem Dei cedit, nihil sanctorum viribus, sed Dei virtuti ascribitur. *Is.* 6. Postquam vidit Dominum reprehendit se, dicens: Vae mihi, quia tacui. *a* Eo tempore] *Gloss.* Nisi enim Christus incarnatus, tentatus, &c. Ecce fasciculus myrrhae, qui commoratur inter ubera sponsae. *Cant.* 1.

b Et egressus, &c.] *Hieron.* Per terram australem, Geraram significat: unde ad immolandum adductus fuerat. Egressus est, ut exerceretur in campo. In Hebraeo legitur: Egressus est Isaac, ut loqueretur in agrum inclinata jam vespera: Ubi significatur, quod Dominus solus orat in monte. *Matth.* 14. Et Isaac, qui typus Domini fuit ad orationem, quasi virum justum domo egressum, & vel nona hora, vel ante solis occasum, spiritales victimas Deo obtulisse. Item [Eo tempore] *Gloss.* Deambulabat Christus de sputis ad colaphos, de colaphis ad flagella, tandem ad crucem. Hoc est quod legitur 4. *Reg.* 4. quod Eliseus incubuit super puerum, os super os habens, manus super manus, oculos super oculos, & surgens deambulabat per domum, & iterum incubuit, & oscitavit puer. Tanguntur autem tria membra, per quae primus homo peccavit. Unde *sup.* 3. Vidit mulier lignum, tetigit, & comedit. *h* At illa tollens, &c.] *Hieron.* Alia editio theristrum, quod etiam nunc est genus Arabici vestimenti, quo mulieres illius provinciae velantur. Theristrum a theros, quod est aestas, idest, pallium aestivale, & est mulierum tantum, vel a teres quod est rotundum, idest vestis rotunda. Pallium peccati confusio, quo operitur quilibet, quando videt Isaac, idest quando recordatur Dominicae Passionis. Ex hac enim recordatione duo nascuntur in nobis, pudor, & dolor. Pudor, quia Christus in Crucis angustiis patitur, & nos in deliciis. *Hieron.* Non decet sub spinato capite membrum vivere delicatum. Dolor, quia pro nobis patitur. *Ezech.* 16. Suscitabo pactum meum tecum, & recordaberis viarum tuarum, & confunderis. Et *infr.* Pactum meum suscitabo ego tecum, & scies, quia ego Dominus, & ut recorderis, & confundaris, & non sit tibi ultra aperire os prae confusione tua. *i* Quae gesserat,] *Marc.* 6. Convenientes Apostoli ad Jesum, renunciaverunt ei omnia, quae egerant, & docuerant. *k* Qui introduxit eam] *Cant.* 8. Apprehendam te, & ducam in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae.

* *b* Egressus fuerat, &c.] Ager mundus, Isaac Christus, egressus, idest incarnatus, ad meditandum illud summum consilium incarnationis, passionis, & redemptionis nostrae. Hanc meditationem fecit Christus in cubili suo, idest, in Cruce. *Is.* 27. Meditatus est in spiritu suo duro per diem aestus. In hac meditatione Christus multa didicit per experientiam. *Eccl.* 39. In terram alienigenarum gentium transiet: bona enim, & mala in omnibus tentabit, cor suum tradet ad vigilandum diluculo. *Jer.* 29. Ego scio cogitationes, quas cogito super vos, ait Dominus; ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dem vobis finem, & patientiam. Haec studia, & has meditationes produxit Dominus in lucem in Passione. Pauci enim de antiquis patribus sciverunt has meditationes, quibus cogitabat redimere mundum morte sua. *c* Inclinata jam die.] Cum mors appropinquat, egrediendum est in agrum poenitentiae, vel religionis, unde coelestia contemplemur. Aliter enim quomodo perveniet ad vitam aeternam, nisi in praesenti vita eam fuerit contemplatus? *Job* 39. In praeruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus: unde contemplatur escam, & de longe oculi ejus prospiciunt. *Jer.* 6. Consurgite, & ascendamus in meridie: Vae nobis, quia inclinata est dies, & longiores factae sunt umbrae vesperi. Surgite, & ascendamus in nocte, quasi dicat, qui non fecerit in juventute, saltem faciat in senectute: Dominus enim nullum respuit, nec senem, nec puerum. *Matth.* 20. Paterfamilias mittit operarios in vineam suam, & mane, & hora tertia, & sexta, & nona, & undecima: idest, infantes, pueros, adolescentes, juvenes, senes, & decrepitos. *Isaiae* 46. Audite domus Jacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulva, ego ipse, & usque ad canos ego portabo. Per uterum, & vulvam intelligitur patientia, & benignitas Domini, qua ad poenitentiam nos adducit, quam tamen multi contemnere videntur. *Rom.* 2. An divitias bonitatis ejus, & patientiae, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? *Job* 24. Dedit ei Deus locum poenitentiae, & ille abutitur eo in superbia.

Margin: 30.q.5.a.non solum. — Vel sic teristrum scribitur sine h. — Moraliter.

a Eo tempore Isaac deambulabat per viam, quae ducit ad puteum, cujus nomen est viventis, & videntis. Habitabat enim in terra Australi, & *b* egressus fuerat ad meditandum in agro *c* inclinata jam die. Cumque *d* levasset oculos, vidit camelos venientes procul. *e* Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de camelo, & ait ad puerum: *f* Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei? Ipse est *g* dominus meus. At *h* illa tollens cito pallium operuit se. Servus autem cuncta, quae *i* gesserat, narravit Isaac: *k* Qui introduxit eam in tabernaculum Sarae matris suae, & accepit uxorem, & in tantum dilexit, ut dolorem, qui ex morte matris acciderat, temperaret.

C A P. X X V.

ABRAHAM *l* vero aliam duxit uxorem, nomine

d Cumque levasset, &c.] Gibbi camelorum, tumor peccatorum, quem videt Isaac, cum levat oculos, quia in comparatione perfectorum, qui prius videbantur sibi boni, seipsos inveniunt peccatores. *Job* 4. Nunquid homo Dei comparatione justificabitur, aut factore suo purior erit? Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem, quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur? Boni semper se comparant meliori, & inde humiliantur, sed mali imperfectioribus se semper comparant, ut aliquam habeant excusationem suae malitiae. *Eccles.* 32. Peccator homo vitabit correctionem, & secundum voluntatem suam inveniet comparationem.

e Rebecca, &c.] Prius vidit Isaac, postea videt Rebecca, idest, Christus primo videt nos oculo misericordiae, ut nos postea videamus ipsum. *Psalm.* 60. Sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, &c. Non quia nos dileximus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. 1. *Jo.* 4. Supra audito Isaac nunciari, ascendit Rebecca super camelos, hic viso Isaac descendit de camelis. Ascendere super camelos, est carnis vitia conculcare: Descendere de camelis, est carnis voluntatem penitus abnegare, quod fit considerata Christi Passione. *Job ult.* Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla, & cinere. *f* Quis est ille homo] Ita quaerit gentilitas, & synagoga. Et respondet praedicator: Ipse est Christus, teste Scriptura *Jo.* 5. Scrutamini Scripturas, illae enim sunt, quae testimonium perhibent de me. Et nota, quod nec Scriptura sine praedicatore, nec praedicator sine testimonio Sacrae Scripturae sufficit notificare Christum gentilitati. *Rom.* 10. Quomodo credent, si non audierunt? quomodo audient sine praedicante? Unde *Jo.* 12. Philippus, os lampadis, idest, Scriptura, adducit cum Andrea, idest, virili, gentiles ad Jesum.

g Ipse est Dominus] *Matth.* 12. Dominus est filius hominis etiam Sabbati.

Margin: A 32.q.4.§.his & c.1.

E X P O S I T I O C A P. X X V.

ABraham *l* vero duxit, &c.] Dicunt Hebraei Ceturam nomen appellativum, & interpretatur copulata, vel conjuncta. Dicunt enim hanc fuisse Agar, quae mortua Sara, de concubina transivit in uxorem. Et videtur Abrahae excusari aetas, ne senex novis nuptiis lasciviisse videatur. Sed non videtur velle littera, quod sit appellativum, cum dicat, nomine Ceturam: Unde videtur, quod fuerit proprium nomen mulieris. Item quod haec non fuerit Agar, videtur velle textus, ubi dicit, quod Abraham filiis concubinarum pluraliter largitus est munera, & ita plures concubinas habuit, scil. Agar, & Ceturam. Item si Cetura esset eadem, quae Agar, quando numerantur filii Ceturae, nominaretur inter illos Ismael, quod non fit. Restat igitur, quod alia fuit Cetura quam Agar: Et ita dicit *Isidor.* in *Gloss.* & *Alcuinus*. Abraham vero duxit aliam, &c.] *Gloss. Hier.* Cetura Hebraice copulata, aut conjuncta. Unde Hebraei suspicantur mutato

Ω nomine

Mystice. *l* Abraham vero duxit uxorem nomine, &c.] Abraham, Christus: Sara, Ecclesia Catholica: Agar, infideles Veteris Testamenti: Cetura Haeretici Novi Testamenti, ac schismatici. Hoc autem quod Abraham in descensu aetatis duxit uxorem, significat, quod virtus in infirmitate perficitur. 2. *Cor.* 12. Et bene Sara mortua ducitur Cetura, quia primus

Margin: Mystice.

Ω majo-

a nomine, eamdem esse Agar, quæ Sara mortua de concubina transierit in uxorem. Et videtur Abrahæ excusari ætas, ne senex novis nuptiis lascivisse arguatur. De Cethura autem nati filii Abraham, juxta historicos Hebræorum, occupaverunt Troglodyten, & Arabiam usque ad maris rubri terminos. Dicitur autem Afer ex posteris Abrahæ exercitum adversus Lybiam duxisse, & ibi victor consedisse, a quo Africam [& debet scribi per unum f. secundum Priscia.] posteri ejus nuncupaverunt. *Isid*. All. Mortua Sara duxit Abraham Cethuram, non propter incontinentiam, quia jam grandævus, nec propter filiorum procreationem, quia illi semen quasi stellæ cœli ex Isaac promissum erat: Sed sicut Agar, & Ismael figuraverunt carnales veteris Testamenti, sic Cethura, & filii ejus Hæreticos, qui se ad Testamentum novum existimant pertinere, sed utraque concubina, sola Sara uxor. Unde: Una est columba mea, &c. *Cant. 6.*

al. † Jamram. al. † Jecsan 1. Par. 1. al. † Jesue. al. † Loomim. al. † Opher. al. † Epher.

Cethura, *a* quæ peperit ei † Zamran, & † Jexan, & Madan, & Madian, & Jesboch, & † Sue. Jexan quoque genuit Saba, & Dadan. Filii *b* Dadan fuerunt, Assurim, & Lathusim, & † Laomim. At vero ex Madian ortus est Epha, & † Afer, & Enoch, & Abida, & Heldaa: Omnes hi filii Cethuræ. *c* Deditque Abraham cuncta, quæ possederat Isaac, filiis *d* autem concubinarum largitus est *e* munera, & *f* separavit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viveret, ad *g* plagam Orientalem. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni, & deficiens, *h* mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, & plenus *i* dierum, *k* congregatusque est ad populum suum. Et *l* sepelierunt eum Isaac, & Ismael

a Quæ peperit] quia juvencula de sene concipere potest. *b* Filii Dadan, &c.] *Hier.* Assurim in negotiatores transferri putant. Lathusim in æris, ferrique metalla cudentes: Laomim Philarchos, idest, princeps multarum Tribuum, & populorum. Alii ab hac Assurim Syros dici putant, & a plerisque filius Abrahæ ex Cethura occupatas Indiæ regiones. *e* Munera,] temporalia.

g Ad plagam, &c.] quia adversatur ei, de quo dicitur: Oriens nomen ejus. *Zach.6.* *h* Deficiens] ponitur hic in bono, sicut ibi: Defectio tenuit me, &c. Est enim defectus malus, cum quis cadit a bono. Deficiens mortuus, &c.] Et est defectus bonus, cum quis deficit in malo. Et quanto quis magis senescit in opere bono, tanto magis defectum suum recognoscit. *Ps.* Defecit in salutare tuum anima mea. Et alibi: Concupivit, & deficit anima mea in atria Domini. Et nota processum Abrahæ: De Hur Chaldæorum venit in Charram Mesopotamiæ, ibi mortuus est pater ejus, inde venit in Sichen, quæ est in terra Chanaan, inde in convallem illustrem, inde iter Hethei, & Hai, inde in Damascum, inde fame cogente descendit in Ægyptum, inde rediit inter Bethel & Hai, inde ad convallem Mambre juxta Hebron, ibi promissionem recepit de Isaac nasciturо, inde peregrinatus est in Geraris, postea habitans in Bersabee, ibi natus est Isaac, inde profectus est in convallem Mambre, ibi mortuus est, & sepultus cum Sara uxore sua.

Ps. 118. Ps. 118. Ps. 83.

Ω *b* Hæ sunt

Mystice.

Θ majoribus primitivæ Ecclesiæ, scil. Apostolis, & aliis successerunt Hæretici. 2. *Pet.* 2. Fuerunt vero, & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. *Act.* 20. dicit Paulus: Scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobisipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se, propter quod vigilate. *Matth.* 7. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos, &c. Hoc figuratum fuit in veteri Testamento in multis locis: *Exod.* 1. Mortuo Joseph, surrexit rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph. *Jud.* 1. Mortuus est Josue filius Nun, & surrexerunt alii, qui non noverunt Dominum, & opera, quæ fecerat cum Israel. Et bene Cethura significat Hæreticos. Interpretatur enim copulata, & Hæretici omnes copulati sunt in unum, vinculo erroris. *Jud.* 15. Cepit Samson trecentas vulpeculas, caudasque earum invicem junxit, & faces ligavit in medio, quas igne succendens dimisit, ut huc illucque discurrerent. *Job* 41. Corpus ejus quasi scuta fusilia, & compactum squamis sese prementibus, una uni conjungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eas. *Eccl.*21. Stupa collecta, Synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Item Cethura interpretatur thymiasma, quod bene convenit hæreticis, & schismaticis, qui non habent nisi odorem exterius, de sapore nihil. Odor bonorum purus est, & impermixtus, sed odor malorum mixtus est fœtore. *Exod.*5. Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone. *Amos* 5. Projeci festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. De odore bonorum. *Eccl.*24. Quasi balsamum non permixtum odor meus. *Cant.* 1. In odore unguentorum tuorum curremus. *Bern.* Si currit ad odorem, volaret ad gustum. Et inde est, quod contemplativi dicuntur aves volantes, quia gustant de sapore, sed activi tantum odorem sentiunt. Unde homines dicuntur currentes. *Job* 5. Homo natus ad laborem, & avis ad volandum nascitur. Exponitur † & in bono, quod Abraham in senectute Cethuram ducit, quia quilibet justus in sua senectute maxime odorem bonæ conversationis sibi debet assumere in uxorem, idest, inseparabiliter, & ex illa generare sex filios, idest, sex opera misericordiæ, quæ sunt: vestio, poto, cibo, tectum do, visito, solor. *Matth.*25. *c* Deditque, &c.] Isaac, idest, bonis dantur immobilia, quasi hæreditas, quam pro nullo munere commutare volunt: Unde 3. *Reg.* 21. dixit Achab Naboth: Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meam, & dabo tibi pro ea meliorem. Respondit Naboth: Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. *Ps.*32. Beata gens cujus est Dominus Deus ejus. *d* Filiis autem concubinarum] dedit mobilia. *Osea 6.* Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Juda, misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. *Ps.*75. Dormierunt somnum suum omnes viri divitiarum, &c. Istæ divitiæ, iste somnus, signa sunt: imo multis causa perpetuæ damnationis *Luc.*6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Consolatio enim temporalis via est ad cruciatum æternum: Et e converso, cruciatus temporalis, via est ad consolationem æternam. *Luc.* 16. Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala; nunc hic consolatur, tu vero cruciaris. *f* Et separavit, &c.] Hæc est illa dolorosa separatio, de qua *Matth.*25. Congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis, & statuet, &c. *g* Ad plagam Orientalem.] Mali habitant ad Orientem in hac vita, quia hic quærunt delectationem, non attendentes illud *Prov.* 5. Favus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus: novissima autem illius amara quasi absinthium. *Ezech.* 8. Vidi, & ecce quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem. *Supr.*4. Egressus Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden, idest, deliciarum. 1. *Reg.* 14. legitur, quod Jonathas summitatem virgæ suæ tinxit in melle, & applicuit ad os suum, & vix evasit, quod non fuerit interfectus. Quid igitur de illis, qui toti in deliciis sunt submersi? *Is.* 27. In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, judicabit eam. *Apoc.* 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.

al. † in bono.

84. dist. cap. porro.

13. q. 2. cap. Hebræam. De sepul. c. 1.

i Plenus dierum,] Boni implent dies suos bonis operibus, & implentur diebus suis, idest, meritis operum suorum, *Is.*65. Non erit ibi amplius infans dierum, & senex, qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Mali vacuos habent dies, noctes vero plenas, quia qui male agit, odit lucem. *Jo.* 3. *Job* 7. Ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi. *k* Congregatusque est ad populum suum.] *Orig.* dicit quod est quædam familia mitium, cui præest Moyses, quædam patientium, cui præest Job, quædam continentium, cui præest Daniel. Et unusquisque congregabitur in morte ad familiam suam: Mitis cum mitibus, virgo cum virginibus, iracundus cum iracundis, luxuriosus cum luxuriosis. *Lev.* 25. Unusquisque rediet ad familiam suam pristinam, quia Jubilæus est. *Eccl.*27. Volatilia ad sibi similia conveniunt, & veritas ad illos, qui operantur illam, revertetur. *l* Et sepelierunt eum Isaac,] Abraham mortuus sepelitur a filiis in spelunca duplici: Et omnes Christiani Christum pro se mortuum debent abscondere in mente sua, in intellectu per jugem memoriam, & in affectu per compassionem. De memoria. *Eccl.* 29. Gratiam fidejussoris tui ne obliviscaris: dedit enim animam suam pro te. *Heb.*12. Recogitate eum, qui talem sustinuit a pec-

Θ cato-

filii sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filii † Seor Hethæi e regione Mambre, quam emerat a filiis Heth. Ibi sepultus est ipse, & Sara uxor ejus. Et post *a* obitum illius benedixit Deus Isaac filio ejus, qui habitabat juxta puteum nomine viventis, & videntis. *b* Hæ sunt generationes Ismael filii Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia famula Saræ, & hæc nomina filiorum ejus in vocabulis, & generationibus suis: Primogenitus Ismaelis *c* Nabajoth, deinde Cedar, & Abdeel, & Mabsan, Masma quoque, & Duma, & Masa, Adad, & Thema, & † Jachur, & Naphis, & Cedma. Isti sunt filii Ismael, & hæc nomina per castella, & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum. Anni vitæ Ismael, centum triginta septem, & deficiens mortuus est, & appositus ad populum suum. Habitavit autem *d* ab Evila usque *e* Sur, quæ respicit *f* Ægyptum introeuntibus Assyrios: Coram cunctis fratribus suis obiit. Hæ quoque sunt generationes Isaac filii *g* Abraham. Abraham genuit Isaac: Qui cum quadraginta esset annorum, *h* duxit uxorem Rebeccam, filiam Bathuel Syri de *i* Mesopotamia, sororem Laban. *k* Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis. Qui exaudivit eum, & *l* dedit conceptum Rebeccæ, sed *m* collidebantur in utero ejus parvuli. Quæ ait: Si sic mihi *n* futurum erat, quid necesse fuit concipere? *o* Perrexitque † ut consuleret Dominum. Qui respondens ait: *p* Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, & *q* major serviet minori. *r* Jam tempus pariendi venerat, & ecce gemini in utero ejus reperti sunt.

Ω *b* Hæ sunt generationes] Hi populi ante filios Isaac computantur, cum sint de semine Abrahæ: non tamen computantur in semine, quia prius est quod animale est, deinde quod spiritale. 1. *Cor.* 15. Unde post computationem carnalium ponitur genealogia Isaac, de quo facta est promissio, & electorum propaganda successio.

c Nabajoth,] a quo regio a mari rubro usque ad Euphratem, Nabajothea dicitur.

d Ab Evila] idest, India, vel Æthiopia.

e Sur,] quoque est solitudo inter Cades, & Barad, *supr.* 16. Extendens desertum usque ad mare rubrum, & Ægypti confinia.

f Respicit Ægyptum] regio, quam circuit Phison, ab Evila nepote Noe sic vocata est, *supr.* 10. Et est solitudo contra faciem Ægypti.

g Filii Abraham.] Hoc repetitur, ut sequentia commodius annectantur.

i De Mesopotamia,] regio fertilis, quæ sic Græce vocatur, quia media inter duo flumina Tygrim, & Euphratem. Nam mesos medius, Potamus fluvius dicitur, hinc Hippotamos, idest, fluvialis equus.

k Deprecatusque est Isaac, &c.] Quamvis in Isaac promissa erat successio, tamen implenda erat precibus Dei præfinitio.

o Perrexitque Rebecca, &c.] forsitan ad aram, quam erexit Abraham, vel ad secretum locum, in quo quietus oraret. *p* Duæ gentes] idest, Idumæi, & Judæi.

q Et major serviet minori.] Ad litteram, Esau servivit Jacob, quando ei primogenita vendidit, vel quia eum persecutus est. Nam quod lima ferro, flagellum grano, fornax auro facit, hoc impius justo. Hoc etiam impletum est, quando David superavit Idumæos, & tributarios sibi fecit. 2. *Reg.* 8. Quod etiam prophetavit Isaac, quando benedixit minorem pro majore.

r Jam tempus pariendi venerat, & ecce, &c.] *Hieron.* Ubi nos pilosum posuimus, in Hebræo habetur Seir. Unde Esau sicut alibi legitur Seir, idest, pilosus dictus est. *Is.* 21. Ad me clamat ex Seir, &c.

Ω *b* Rufus erat.

O catoribus contradictionem adversum semetipsum, ut non fatigemini animis vestris deficientes. Multum enim exercitatur ad bonum spiritus humanus ad recordationem Dominicæ Passionis. Unde 1. *Mach.* 6. Elephantes ostenderunt sanguinem uvæ, & mori, ad acuendos eos in prælium. Christo ergo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. De compassione *infr.* 37. Scissis Jacob vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum Joseph multo tempore. Ita faciunt boni, qui per Jacob designantur, sed mali non curant. *Amos* 6. Bibentes in phialis vinum, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Joseph. *a* Post obitum] Post mortem Christi multiplicatus est populus Christianus. *Jo.* 12. Nisi granum frumenti, &c. Plures enim conversi sunt ad fidem post mortem Christi, quam per ejus prædicationem. *Jud.* 16. Multo plures interfecit Samson moriens, quam ante vivus occiderat.

h Duxit uxorem.] Matrimonium Isaac, & Rebeccæ, significat conjunctionem risus, spei, & patientiæ, quæ inseparabiliter debent conjungi in corde cujuslibet fidelis. *Rom.* 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Unde & Rebecca soror Laban est, idest, gaudii. Laban enim interpretatur candidatio. Recte autem dicitur, quod Rebecca venit de Mesopotamia, idest, de medio aquarum, idest, tribulationum, quia tribulatio patientiam operatur, *Rom.* 5. Item Abraham Deus pater, & Isaac Deus filius, qui copulat Rebeccam, idest, humanam naturam, quæ in primo parente aruerat per peccatum, sed postea refloruit in Isaac, idest, in Christo, qui sine peccato fuit. Et hoc est, quod Rebecca prius sterilis fuit, postea concepit. Totum processum nostri status, ostendit in se Christus. In conceptu floruit, sine peccato conceptus in utero Virginis: Unde & in Nazareth, quod interpretatur flos, nutritus est. Postmodum fructificavit in prædicatione, & miraculis. Tandem aruit in Passione, & postea refloruit in resurrectione. Et iterum fructificavit in Spiritus sancti missione. In hoc dedit exemplum, ut nos dupliciter fructificemus. Ante mortem, dum adhuc sumus in sæculo per eleemosynarum largitionem. *Dan.* 4. Redime peccata tua eleemosynis. Deinde post mortem, quando intraverimus religionem per devotam orationem. *Matthæi sexto.* Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.

k Deprecatusque est] Christus pro Ecclesia rogavit. *Jo.* 17. Ego pro eis rogo, non pro mundo, idest, amatoribus mundi. Et nota ordinem orationis Domini. Primo orat pro se: Pater venit hora, clarifica filium tuum. Secundo pro Apostolis, qui omnia propter ipsum dimiserunt: Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Tertio pro omnibus credituris: Non pro eis rogo tantum, sed pro omnibus, qui credituri sunt per verbum eorum in me.

l Et dedit conceptum Rebeccæ,] idest, Ecclesiæ, quæ concipit per bonam voluntatem, & parit per operis executionem. *Actuum* 2. Quid faciemus viri fratres? Ecce conceptus. Agite pœnitentiam: Ecce partus. Ecclesia concepit in die Pentecostes, quando recepit Spiritum sanctum. *Act.* 2. Et habuit in utero, quamdiu fideles tempore persecutionis latebant, volentes, sed non audentes prædicare, *Is.* 37. Dies tribulationis, & angustiæ, & correctionis, & blasphemiæ dies hæc, quia venerunt filii usque ad partum, & virtus non est pariendi. Et *Apoc.* 12. Mulier in utero habens, cruciatur, ut pariat. Et tunc etiam

m Collidebantur in utero ejus parvuli.] Ecclesiæ. *Actuum* 6. In diebus illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos. Et 11. *ejusdem*: Colliditur Petrus, & duriter increpatur, eo quod transisset ad gentes. Et 13. Facta est dissensio inter Paulum, & Barnabam. Adhuc hodie dirumpitur uterus Rebeccæ, idest, Ecclesiæ, filiis certantibus, quis primo egrediatur in lucem prælationis, ut clamare valeat merito:

n Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?] Duo parvuli, qui colliduntur in utero Rebeccæ, sunt boni, & mali in gremio Ecclesiæ, inter quos pugna perpetua. *Apoc.* 14. Factum est prælium magnum in cœlo, idest, in Ecclesia, Michael, & Angeli ejus, idest, boni præliabantur cum dracone, idest, cum malis, & draco pugnabat, & Angeli ejus, idest, mali. Vel Isaac animus justi. Uxor ejus caro. Pro cujus sterilitate, animus orat ad Dominum, & concipit caro fructum bonorum motuum. Duo parvuli sunt duo genera motuum, bonorum, scilicet, & malorum. Prius egreditur malus; nam prius est, quod animale est. Deinde quod spiritale. 1. *Corinth.* 15. Jacob tenet plantam Esau, quia bonus motus nititur retrahere malum motum, ne procedat in consensum.

O *a* qui

a Qui † primus egressus est, *b* rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatumque est nomen ejus Esau. *c* Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellavit eum Jacob. Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt parvuli. Quibus adultis, *d* factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: *e* Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. *f* Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur, & *g* Rebecca diligebat Jacob. *h* Coxit autem Jacob pulmentum. Ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait: *i* Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido *k* lassus sum. Quam ob caussam vocatum est nomen ejus Edom. Cui dixit Jacob: Vende mihi primogenita tua. Ille respondit: En *l* morior: Quid mihi proderunt primogenita? Ait Jacob: Jura ergo mihi. *m* Juravit Esau, & vendidit primogenita, & sic accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit parvipendens, quod primogenita vendidisset.

al. † tribus. Josue 14. Osee 12.

b Rufus erat,] idest, vir sanguinum. *e* Jacob autem vir simplex] Quod Græce dicitur aplastos, hoc Latini simplicem sunt interpretati, ab a quod est sine, & plastos quod est fictio. Proprie autem aplastos, non fictus: Unde quidam sine dolo interpretati sunt, dicentes: Erat Jacob sine dolo habitans in domo, ut magna sit quæstio, quomodo per dolum acceperit benedictionem, qui erat sine dolo. Sed ad figurandum aliquid magnum hæc Scriptura præmisit. Hic enim, maxime ibi, cogimur intelligere spiritualia, quia sine dolo erat, qui dolum fecit.

D

h Coxit autem Jacob pulmentum, &c.] *Hier.* Rubeum, vel fulvum, Hebraice Edom dicitur. Ab eo autem, quod rubeo cibo Esau primogenita vendidit, fulvi, idest, Edom nomen accepit.

i Da mihi de coctione] Stultus ardescit ex desiderio gulæ, propter vilem cibum. *k* Lassus sum.] *Sap.* 5. In via perditionis, & iniquitatis lassati sumus. *m* Juravit] *Greg.* Sciendum autem, quod nos quinque modis vitium gulæ tentat. Aliquando enim indigentiæ tempus prævenit. Aliquando tempus non prævenit, sed cibos lautiores quærit. Aliquando, quæ sumenda sunt, accuratius parari appetit. Aliquando qualitati ciborum, & tempori congruit, sed in quantitate sumendi mensuram excedit. Aliquando vero abjectum est, quod desiderat, sed tamen ipso æstu desiderii deterius peccat. Jonathas mortis sententiam meruit, quia in gustu mellis constitutum tempus edendi antecessit. Populus ex Ægypto ductus, in eremo occubuit, quia despecto manna petivit carnes, quas lautiores putavit. Filiorum Heli prima culpa est, quod ex voto eorum Sacerdotis puer non de more vellet coctas carnes de sacrificio accipere, sed coquendas quærebat, quas accuratius exhiberet. Et cum dicitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, & saturitas panis, & abundantia, ostenditur inde periisse, quia cum vitio superbiæ mensuram refectionis excessit. Hinc Esau primogenita amisit, quia magno æstu despicabilem cibum, idest, lenticulam concupivit, neque cibus, sed appetitus in vitio est. Unde lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & abjectiones cum reatu concupiscentiæ degustamus. Esau enim primatum pro lenticula perdidit, Elias in eremo virtutem carnes edendo servavit. Hinc diabolus, quia non cibum, sed cibi concupiscentiam, caussam esse damnationis intellexit, primum sibi hominem, non carne, sed pomo subdidit, & secundum pane tentavit. Hinc est, quod plerumque culpa Adæ committitur, etiam cum vilia sumuntur. Neque enim Adam solus, ut pomo vetito abstineret, prohibitionem accepit. Cum enim alimenta saluti nostræ contraria Deus indicat, ab his etiam quasi per sententiam vetat, & cum cupientes noxia tangimus, vetita gustamus. Ea vero sumenda sunt, quæ naturæ necessitas quærit, non quæ edendi libido suggerit.

Greg. mor. lib. 30. c. 18. — 1. Reg. 14. Num. 11. 1. Reg. 2. — Ezech. 16. — Ut hi. — 1. Reg. 1. 7. Sup. 3. Matth. 4.

Mystice.

Q *a* Qui primus egressus] Primi egrediuntur, qui prima quærunt, & amant, idest, temporalia, sicut pueri, qui libentius comedunt fructus virides quam maturos. *Eccl.* 10. Væ terræ, cujus rex puer est, & cujus Principes manu comedunt. *Is.* 28. Quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud. *Matth.* 23. Amant primos recubitus in cœnis, primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro. *Prov.* 28. Qui festinat ditari, non erit innocens. *b* Rufus erat,] Sine additione sumitur in malo, ut hic, cum additione vero sumitur in bono. Unde 1. *Reg.* 16. Erat David rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie. Esau interpretatur quercinus, & significat steriles in bono. Quercus enim arbor est sterilis, nec fert fructum nisi porcorum. *Is.* 1. Erubescetis super hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus foliis. *c* Protinus alter] Spirituales tenent plantam malorum, idest, retinent, ne pes eorum ad malum currat. *Job* 18. Tenebitur planta ejus laqueo. Vel quia illud, quod sub planta est, conculcatur. Jacob manu tenet plantam Esau, quia quod boni eligunt ad operandum, mali abjiciunt, & conculcant tanquam vile. *d* Factus est Esau] *Gregorius*. Venatio Esau, vitam illorum significat, qui exterioribus voluptatibus fusi, carnem sequuntur. Agricola quoque dicitur, quia amatores sæculi, tanto colunt exteriora, quanto interiora sua inculta relinquunt. *Prov.* 24. Per agrum pigri hominis transivi, & per vineam viri stulti, & totam repleverant urticæ. Et nota, quod est venatio avium, qua scilicet mali persequuntur bonos. *Thren.* 3. Venatione ceperunt me, quasi avem inimici mei. Et est venatio ferarum, qua scilicet boni venantur malos. *Jerem.* 16. Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte, idest, de omni superbia, & de omni colle, idest, de omni avaritia, & de cavernis petrarum, idest, de luxuria. Isaac libenter vescitur de venatione, idest, eleemosynas divitum hujus sæculi libenter recipit Christus. Item de venatione libenter comedit, quia Christus in tribulatione, & patientia bonorum delectatur.

Heb. 12. d. 23 c. 1. queritur, si erat ergo.

f Isaac amabat Esau,] idest, Dominus videtur amare reprobos, quibus dat temporalia. *Malach.* 2. Omnis, qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: Ita dicunt stulti. *Ps.* 72. Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.

g Et Rebecca diligebat Jacob.] idest, Ecclesia simplices, qui habitant in tabernaculis suæ conscientiæ fovet, & nutrit. *Job* 1. Vir erat in terra Hus nomine Job, & erat ille vir simplex, & rectus. *Matth.* 10. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ.

i Da mihi de coctione] In hoc contractu significatur, quod reprobi propter lenticulam, idest, temporalia, vendunt æternam hæreditatem. *Thren.* 1. Omnis populus gemens, & quærens panem, dederunt quæque pretiosa pro cibo, ad refocillandam animam suam. *Bern.* Non plus satiatur cor hominis auro, quam corpus vento. Unde *Osee* 12. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. Et numerat hic *Gregorius* quinque modos, quibus fit vitium gulæ. Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose. Mel Jonathæ. 1. *Reg.* 14. Carnes eremi. *Num.* 11. Panes sodomitæ, *Ezech.* 16. Lens Esau. *Gen.* 25. Phinees arguit olla gulam. 1. *Reg.* 2. Sed videtur, quod Jacob peccaverit dupliciter. Primo, quia non fecit illud mandatum, cum posset: Pasce fame morientem, si non paveris, occidisti. Secundo, quia emit primogenituræ jus, quod est spirituale. Solutio: Ad primum dicimus, quod Esau laborabat vitio gulæ, non necessitate naturæ. Ad secundum dicimus, quod Jacob non emit jus primogenituræ, sed redemit. Revelatum enim fuit ei, quod sibi debebatur. Alii dicunt, quod jus primogenituræ non erat spirituale, tamen erat ei annexum spirituale, scilicet, jus benedicendi. Unde sicut non peccat, qui emit fundum, cui est annexum juspatronatus, quia spirituale transit cum principali, ita nec Jacob. Consistit autem jus primogenituræ in quinque. In veste speciali, qua induebatur primogenitus in sacrificiis offerendis. In finali benedictione patris. Item in benedictione, qua in solemnitatibus, & conviviis benedicebat. Item duplam portionem recipiebat in ferculis, & in divisione hæreditatis. Item dominus erat aliorum. Et duraverunt hæc primogenita usque ad Aaron, & tunc cesserunt Domino.

86. dist. cap. Pasce.

l En morior:] Mali se mori æstimant, si temporalibus non abundant. *Is.* 50. Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.

EXPOSITIO CAP. XXVI.

ORta *a* autem fame, &c.] Quærit *Aug.* utrum post venditionem primogenitorum factum sit, quod narratur hic de Abimelech, an per recapitulationem dictum quod prius factum fuit. Mirum enim videtur si tunc vivebat Abimelech, qui supra tulerat Saram. Et ostendit *Aug.* satis posse stare, & continuam esse narrationem. Sed post dicit, quod probabilius est, hoc dici per recapitulationem. Vel forte fuit alius Abimelech iste, alius ille, de quo *sup.* 20. *g* Et peregrinare] Quasi in loco isto peregrinans esse quem in successoribus possessurus es, ut Dominus. *k* In semine tuo] scil. quod est Christus. *l* Omnes gentes] idest aliqui de omnibus gentibus. *m* Præcepta,] scilicet affirmativa. *n* Et mandata] prohibitiones. *o* Cæremonias, Sabbati, & circuncisionis observantias. *p* Qui cum interrogaretur, &c.] Non mentitur, patrueles enim erant, sicut dictum est de Abram, & Sara, *sup.* 20.

CAP. XXVI.

ORTA *a* autem fame super terram post eam sterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad *b* Abimelech regem Palæsthinorum in *c* Gerara. *d* Apparuitque ei Dominus, & ait; *e* Ne descendas in Ægyptum: *f* sed quiesce in terra, quam dixero tibi, & *g* peregrinare in ea, *h* eroque tecum, & benedicam tibi. Tibi enim, & semini tuo dabo universas regiones has, complens juramentum, quod spopondi Abraham patri tuo, & *i* multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: Daboque posteris tuis universas regiones has, & benedicentur in *k* semine tuo *l* omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit *m* præcepta, & *n* mandata mea, & *o* cæremonias, legesque servaverit. Mansit itaque Isaac in Geraris. *p* Qui cum interrogaretur a viris loci illius super uxore sua, respondit: Soror mea est. Timuerat enim confiteri, quod sibi esset sociata conjugio, reputans, ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumque pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur prospiciens Abimelech Palæsthi-

Ω *b* Quare

Mystice. Mystice. *a* Orta autem fame] Duplex fames, una sub Abraham, altera sub Isaac, duplicem defectum significat, prophetiæ scil. & Evangelii apud Judæos. Prima in veteri Testamento, secunda in novo. Prima sub Elia fuit, quando non pluit annis tribus, & mensibus sex. 3. *Reg.* 17. Secunda sub Claudio Imperatore, quam prædixit Agabus propheta. *Act.* 11. *Prov.* 29. Cum defecerit prophetia, dissipabitur populus. Ad litteram, deficiente prophetia, fuit captivitas Babylonis, & Judæis nolentibus recipere Evangelium, facta est destructio totius Judææ sub Tito, & Vespasiano. *b* Ad Abimelech] Abimelech interpretatur pater meus rex, & significat populum gentilem, qui ductu propriæ rationis unum Deum cognoverunt in cœlis. *Rom.* 1. Invisibilia Dei a creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas, ita ut sint inexcusabiles, quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt. Ad hunc fugit Isaac tempore famis. Hoc est quod Apostoli Judæis nolentibus recipere verbum Dei, transierunt ad gentes. *Act.* 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis vitæ æternæ, ecce convertimur ad gentes. *c* Gerara.] Interpretatur maceria, vel paries, & significat cumulum iniquitatum, quæ dividunt inter nos, & Deum nostrum: Hunc venit dissolvere Christus, formam servi accipiens. Unde *Ephes.* 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvens inimicitias in carne sua: Ecce Christus in Geraris. *e* Ne descendas] Quod præceptum est Abrahæ, & Jacob, postea prohibetur Isaac, in quo notatur, quod aliquando descendendum est in mundum, aliquando non. Mundus enim ipse contra seipsum prædicat. *Nahum.* 2. clamat Ninive: State, state, q. d. stabilibus, & permanentibus adhærere, quia ego fluo, & fugio. Unde expone sic: *e* Ne descendas in Ægyptum,] idest, non confidas in humano auxilio, vel mundano. *Is.* 30. Væ filii desertores, qui ambulatis, ut descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti. 2. *Par.* 16. Ægrotavit Asa, nec in infirmitate quæsivit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est, ideo dormivit cum patribus suis, & mortuus est.

Luc. 5. Is. 59. Phil. 2.

Moraliter. Moraliter. *a* Orta autem fame] Duplex fames, duplicem gratiæ defectum significat, unum ante baptismum, alterum in patiente recidivum. Orta secunda fame, idest, peccatore recidivante, non restat, nisi quod eat. *c* In Gerara.] Idest, in carnem, quæ est paries dividens inter nos, & Deum. *Cant.* 2. En ipse stat post parietem nostrum. *Amos* 5. Qui innititur manu sua super parietem, mordebit eum coluber. Inniti manu super parietem, est præsumere de operibus carnis, vel omnia operari propter carnem, idest, curam carnis facere in desideriis, & tunc mordet coluber, idest diabolus. Est autem triplex paries, ad quem debemus convertere faciem, ut sanemur. Primus est caro Christi. Secundus caro proximi. Tertius caro propria. Ad primum debemus converti compatiendo, regratiando, quod pro nobis nasci in carne, & pati dignatus est, & imitando. *Is.* 38. Convertit Ezechias faciem suam ad parietem, & adoravit Dominum. Ad secundum debemus converti, proximi necessitati subveniendo, *Job* 5. Visitans speciem tuam non peccabis. Ad tertium debemus converti, castigando desideria pruritentia, ac illicitos motus reprimendo, & mala præterita flendo, & futura cavendo. *Ps.* 6. Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum: Ecce timor de futuro. Sana me, Domine: quoniam conturbata sunt ossa mea: Ecce dolor de præterito. Si quis igitur tentatur a propria concupiscentiam fugiat ad regem Palæsthinorum, idest, ad abstinentiam, quæ regit, & reprimit Palæsthinos, idest, malos motus. *Is.* 26. Justitiam non fecimus in terra nostra: ideo non ceciderunt habitatores ejus. *d* Apparuitque] Justitiam facienti in propria terra, idest, castiganti carnem suam modo debito, apparet Dominus. *Jud.* 6. Cum Gedeon excuteret, & purgaret frumenta in torculari, ut fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus tecum virorum fortissime. Et revera fortissime: Fortissimus enim est coram Deo, qui seipsum vincit. *Prov.* 16. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Sed nota quod dicitur: Cum Gedeon excuteret, & purgaret frumentum in torculari, i. impurum a puro divideret, ut fugeret Madian, i. diabolum: tunc apparuit ei Angelus Domini: quia hoc debet intendere quilibet in affligendo se, ut vitia destruat, & naturam conservet. Et tunc dicit Angelus, Dominus tecum virorum fortissime: Alioquin minatur mortem evaginato gladio. Unde *Num.* 22. Occurrit Angelus Balaam nimis asinam suam affligenti, volens eum interficere, nisi asina declinasset. Ideo dicitur *Nahum.* 3. Intra lutum, & calca, subigens tene laterem, quasi dicat, considera utilitatem, & fragilitatem tuam, & calca carnis lasciviam: tamen subigendo carnem, tene laterem, idest sustenta naturam: Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat, *Ezech.* 18. *Ps.* Holocaustum & pro peccato non postulasti. Item: Si voluisses sacrificium, dedissem utique, &c. *e* Ne descendas] idest ne recidives. Et dicitur cuilibet. *Eccl.* 21. Fili peccasti, non adjicias iterum, sed de præteritis deprecare, ut dimittantur. *f* Sed quiesce in terra, quam dixero tibi, & peregrinare] idest in pœnitentiam, & afflictionem carnis, esto quietus per patientiam, & peregrinus per fidem, quia cito transiet hæc afflictio. *Heb.* 11. Fide Abraham demoratus est in terra repromissionis, quasi in aliena, in casulis habitans cum Isaac, & Jacob cohæredibus repromissionis ejusdem: Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex, & conditor Deus. Boni peregrinantur in pœnis, tendentes in requiem, sed mali peregrinantur in deliciis, tendentes in pœnas. *Is.* 28. Audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Israel. Flagellum inundans cum transierit, a bonis, scil. eritis ei in conculcationem. *h* Eroque tecum,] *Matth. ult.* Vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Est autem Deus cum homine protegendo a malo, conservando in bono, promovendo in melius. *Ps.* 17. Dominus firmamentum meum, dans firmitatem promovendo in melius, & refugium conservans in bono, & liberator a malo. *i* Multiplicabo semen] idest Prophetas, Apostolos, doctores, & prædicatores. *Is.* 5. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, &c.

Rom. 13. Ezech. 33. Psal. 39. Psal. 50.

O *a* Vidit

norum rex per fenestram vidit *a* eum jocantem cum Rebecca uxore sua: Et accersito, ait: Perspicuum est, quod uxor tua sit: Cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit: Timui, ne morerer propter eam. Dixitque Abimelech: *b* Quare imposuisti nobis? Potuit coire quispiam de populo cum uxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis hujus uxorem, morte morietur. *c* Seminavit autem Isaac in terra illa, & *d* invenit in ipso anno centuplum. Benedixitque ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat *e* proficiens, atque succrescens, *f* donec magnus vehementer effectus est. Habuit quoque possessiones *g* ovium, & armentorum, & *h* familiæ plurimum. Ob hæc *i* invidentes ei *k* Palæstini: omnes *l* puteos, quos foderant servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo, in tantum ut ipse Abimelech diceret ad Isaac: *m* Recede a nobis, quoniam potentior nostri factus es valde. Et *n* ille discedens, ut veniret ad torrentem *o* Geraræ, habitaretque ibi: rursum fodit alios puteos, quos foderant servi patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthiim. Appellavitque eos iisdem nominibus, quibus ante pater vocaverat. *p* Foderunt in torrente, & repererunt aquam vivam. *q* Sed & ibi jurgium fuit pastorum Geraræ adversus pastores Isaac: dicentium: Nostra est aqua. Quam ob rem nomen putei ex eo, quod acciderat, vocavit calumniam. Foderunt & alium, & pro illo quoque rixati sunt, appellavitque eum inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen ejus *r* latitudo, dicens: Nunc dilatavit nos Dominus, & fecit crescere super terram. *f* Ascendit autem ex illo loco

Ω *b* Quare imposuisti nobis?] scil. tam periculosum onus, i. decipisti: Unde impostores. *c* Seminavit autem Isaac in terra illa, &c.] *Hier.* Licet in alia terra seminavit Isaac, non puto, quod tanta ei fertilitas hordei fuerit. Unde melius arbitror, quod habetur in Hebræo, & quod *Aquila* transtulit: Invenit in illo anno centuplum æstimatum. Tacens autem Scriptura genus frugum, quod centuplicaverit: videtur cunctarum in illo virtutum ostendisse multiplicationem. *f* Donec vehementer, &c.] Multiplicatio hordei non magnificat. *Ps.* 18. In omnem terram exivit sonus eorum, &c. *h* Et familiæ plurimum.] i. multos sibi familiariter obsequentes. *k* Palæstini,] filii alieni. *o* Geraræ] Vallis est, locus angustus, & profundus, ubi non posset habitare Isaac, postquam multiplicatus est. Torrens, medius est inter montem, & vallem, altior valle, minor monte, & in tali loco habitavit Isaac. *p* Foderunt, &c.] Non erant ibidem aquæ, quia tunc non foderant, sed in torrente, & alveo desiccato: Ibi enim, quasi ditiorem sibi elegerant mansionem. *r* Latitudo,] In *Hebræo* Robooth. Unde probatur illud, quod *sup.* dictum est: Ipse ædificavit Ninivem, & Robooth, i. plateas ejus. *f* Ascendit] Fons sapientiæ verbum Dei. *Eccl.* 1.

Ω *a* Multiplica-

Mystice. ☉ *a* Vidit eum jocantem cum Rebecca.] Isaac Christus: Rebecca Ecclesia, quæ dicitur sponsa propter nimiam charitatem, & soror propter naturæ conformitatem. Jocus, in quo exprimitur conjugalis affectus, ludibria Crucis. De quo Ludo. 2. *Reg.* 6. ubi dicitur: Ludam, & vilior fiam. Lusit Christus, quando illusus fuit a Judæis: Et vilior factus est, quando nudus in Cruce suspensus est. *Prov.* 8. Delectabar per singulos dies coram eo, omni tempore ludens, & deliciæ meæ esse cum filiis hominum: *Aliter.* Vel Isaac spiritus, Rebecca caro, jocus subjectio, qua spiritus sibi carnem subjicit, quasi uxorem, ut generet fructus bonorum operum, jejunando, vigilando, disciplinando. Si caro sibi spiritum subjiciat, jocus est contra naturam. Hoc est enim, quod terra sustinere non potest. *Prov.* 30. Per tria movetur terra, & quartum sustinere non potest, per ancillam scilicet cum fuerit hæres dominæ suæ. *c* Seminavit autem Isaac in terra] Terra, corpus; semina, bona opera pœnitentiæ. Tota enim vita justi in duobus est, in pati malum, & facere bonum, i. labor, & dolor. *Ps.* Laborem, & dolorem consideras. De malis dicitur: In labore hominum non sunt, &c. Vel semen verbum Dei. *Matt.* 13. Exiit, qui seminat seminare semen suum, &c. *Is.* 55. Quomodo imber, & nix descendit de cœlo, & illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Hoc est, quod dicitur hic. *d* Invenit in ipso anno centuplum.] idest, cœlestis patriæ lucem, quæ per centum significatur. *e* Proficiens,] Boni semper de bono in melius proficiunt. Charitas enim aut proficit, aut deficit. *Bern.* In via Christi non progredi, regredi est. *Job* 29. Sicut palma multiplicabo dies meos: Quæ semper in robore, & pulchritudine coalescit. *Prov.* 4. Semita justorum, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem. *g* Ovium, &c.] Oves sunt simplices cogitationes. Armenta fortia opera. Familia multa, familiaria obsequia mutuo exhibita. *Rom.* 12. Invicem servientes, honore invicem prævenientes. *Gal.* 6. Alter alterius onera portate, &c. *i* Ob hæc invidentes] Recedentes a castris diaboli, quanto magis proficiunt, tanto amplius insidiantur eis dæmones, & per se, & per suos, quia Pharao contemptus surgit in scandala. *Jo.* 3. Qui parati sunt suscitare Leviathan. Boni per bona opera suscitant Leviathan. *Habac.* 1. Ecce suscitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, ut possideat tabernacula non sua, horribilis, & terribilis est. *l* Omnes puteos,] Putei sunt corda humana, quæ gladio verbi Dei fodiuntur, ut sint putei aquas gratiæ continentes *Eccles.* 48. Ezechias munivit civitatem, & induxit in medium ejus aquam, & fodit ferro rupem, & ædificavit ad aquam puteum. Ezechias interpretatur adjutorium Domini, id est, Doctor munit civitatem, idest, animam documentis, & inducit in medium ejus aquam doctrinæ, & ferro, idest, verbis duris fodit rupem, idest, cordis duritiam, & sic facit puteum gratiarum. Item puteus sacra Scriptura. *Eccl.* 1. Fons sapientiæ verbum Dei. *Greg.* Puteos fodimus, cum Scripturæ alta penetramus, quos occulte Allophyli replent, quia terrenas cogitationes ingerunt, & divinæ scientiæ aquam tollunt. Unde *Ps.* 118. Declinate a me maligni. Item puteus est religio, quem foderunt servi Abrahæ, idest, Christi, B. Benedictus, B. Augustinus, B. Bernardus, qui omnes divitias a religione penitus abjecerunt. Unde *August.* dicit *in lib. Confess.* Testamentum nullum fecit, quia unde faceret pauper Christi non habuit. Sed nunc implent Allophyli, idest, dæmones, humo, idest divitiis temporalibus. *Hieron.* Religio peperit divitias, quæ simul exortæ, suffocaverunt matrem. *Habac.* 1. Super omnem munitionem ridebit, comportabit aggerem, & capiet eam.

m Recede a nobis,] Verbum est malorum, qui non possunt sustinere consortium bonorum. *Eccl.* 1. Execratio peccatori cultura Dei. *Job* 21. Qui dicunt, recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. *n* Ille discedens ut veniret ad torrentem Geraræ,] decursus mortalitatis, ubi semper debet habitare quilibet; Nam sicut dicit auctoritas: Summa prophetia est, assidua mortis cogitatio. 3. *Reg.* 17. Abscondere in torrente Carith, qui est contra Jordanem, & ibi de torrente bibes. Jordanis, humilis descensus; quia ex consideratione hac provenit humilitas. *Eccl.* 7. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii. *q* Sed & ibi jurgium] Pastores Geraræ sunt illi, qui pascunt carnem suam, & nutriunt in deliciis, & delictis. *Job* 24. Pavit sterilem, & quæ non parturit, & viduæ non bene fecit. Sterilis est caro, quæ vix, aut nunquam fructum facit. Vidua est anima, cujus sponsus, idest, Christus mortuus est in ipsa per peccata. Quoties enim peccat quis, toties in seipso interficit Christum *Hebr.* 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Pastores Isaac sunt illi, qui sibi, & aliis præparant cibum vitæ: De quo *Jo.* 4. Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei. Inter hos, & illos pastores semper est jurgium. Dicunt pastores Isaac: Curam carnis ne feceritis in desideriis. *Rom.* 13. *Prov.* 29. Qui

Psal. 9. *Psal.* 79.

C D E

in Berfabee, ubi apparuit ei Dominus in ipfa nocte, dicens: Ego fum Deus Abraham patris tui. Noli metuere, quia tecum fum, benedicam tibi, & *a* multiplicabo femen tuum propter fervum meũ Abraham. *b* Itaque ædificavit ibi altare, & invocato nomine Domini, *c* extendit tabernaculum, præcepitque fervis fuis, ut foderent puteum. Ad quem locum, cum veniffent de Geraris *d* Abimelech, & Ochozat amicus illius, & Phicol dux militum, locutus eft eis Ifaac: *e* Quid veniftis ad me hominem, quem odiftis, & expuliftis a vobis? Qui refponderunt: Vidimus *f* tecum effe Dominum, & idcirco nunc diximus: Sit juramentum inter nos, & ineamus fœdus, ut non facias nobis, quicquam mali, ficut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus, quod te læderet, fed cum pace dimifimus auctum benedictione Domini. *g* Fecit ergo eis convivium, & *h* poft cibum, & potum furgentes *i* mane juraverunt fibi mutuo, dimifitque *k* eos Ifaac pacifice in *l* locum fuum. Ecce autem venerunt in *m* ipfo die fervi Ifaac annunciantes ei de puteo, quem foderant, atque dicentes: Invenimus aquam. Unde *n* appellavit eum abundantiam, & nomen urbi impofitum eft *o* Berfabee ufque in præfentem diem. Efau vero quadragenarius duxit uxores, Judith filiam Beeri Hethæi, & Hafemath filiam Helon, ejufdem loci, quæ ambæ offenderant animum Ifaac, & Rebeccæ.

a Multiplicabo] Multiplicatio feminis, eft multiplicatio bonarum cogitationum, & bonorum defideriorum, quæ, quanto quis magis fervit Deo, tanto amplius multiplicantur. *Eccl.* 24. Qui edunt me, &c. *Greg.* Sancta defideria dilatione crefcunt, fi autem dilatione deficiunt, defideria fancta non fuerunt, nec Deus vere, fine proximo, nec proximus fine Deo vere diligitur. *b* Itaque ædificavit ibi altare] Altare ædificat Domino, qui Chrifti vitam jugiter meditatur. *c* Extendit tabernaculum,] Tabernaculi extenfio, eft carnis mortificatio. *If.* 54. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum extende. *d* Abimelech, & Ochozat, &c.] In Hebræo fermone, amicorum ejus collegium. Per iftos tres fignificatur infauftus ternarius peccatorum, i. fuperbia, avaritia, luxuria. 1. *Jo.* 2. Omne quod eft in mundo, concupifcentia carnis eft, &c. Abimelech interpretatur, pater meus rex: Et pater diabolus eft *Jo.* 8. Vos ex patre diabolo eftis. Et rex *Job* 41. Ipfe eft rex fuper omnes filios fuperbiæ. Ochozat interpretatur tenens: Ecce avaritia tenax. *Eccl.* 5. Avarus non implebitur pecunia. Phicol interpretatur, os omnium: Ecce luxuria, quæ ab ore, i. gula provenit. *Jer.* 2. Filii Mempheos, & Thaphnes conftupraverunt te ufque ad verticem. Memphis, ex ore, i. luxuria. *Prov.* 30. Tria funt infatiabilia, & quartum, quod nunquam dicit fufficit. Infernus, & os vulvæ, & terra, quæ non fatiatur aqua; Ignis vero nunquam dicit fufficit. *e* Quid veniftis] Prius objurgat Dominus pœnitentes, & poftea blande recipit *Luc.* 15. Pater ofculatur filium revertentem: *n* Unde appellavit eum abundantiam,] Dominus ad fe converfos abundantes reputat, & fructificantes. *Jo.* 15. Omnem palmitem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. *o* Berfabee] Nota in modico ftridulo vocis differt hoc nomen ab illo, quod olim imponit Abraham. Sabee per Schin Hebræum, feptem fignificat, vel juramentum, & afperius ftridet. Scriptum vero per figma Græcum, quod eft Samech Hebræorum, fatietatem fonat, & fonat mollius.

Q delicate nutrit a pueritia fervum fuum, poftea fentiet eum contumacem. E converfo dicunt paftores Geraræ: Nemo carnem fuam odio habuit. *Eph.* 5. Et illud *Hier.* Nihil contra abftinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, fed tantum pro corporis neceffitate, vel fanitate fufpiciunt. Et ficut dicit *Greg.* quod ob carnis voluptatem faciunt, ad neceffitatis referunt actionem, & fub infirmitatis velamine, vitium voluptatis excufant, & fi quando jucunditas voluptatis irrepferit, gaudet infelix anima, ut fub oftentu falutis obumbret negotium voluptatis. Tres putei, quos fodit Ifaac, funt lex Mofaica, lex Evangelica, jus canonicum, & lex Juftiniana. Primus appellatur calumnia, quia legi Mofaicæ multipliciter calumniantur Hæretici, dicentes eam effe a diabolo, non a Deo. Et inde eft *Matth.* 4. quod non repulit diabolum, nifi per auctoritatem Veteris Teftamenti. Secundus vocatur inimicitiæ, quia qui illum vult fodere, contrahit inimicitias contra diabolum, & contra mundum. *Matth.* 5. Efto confentiens adverfario tuo cito, dum es in via cum eo. Tertius dicitur latitudo, quia hodie fatis dilatata eft lex civilis, & jus Canonicum. Item tres putei, tres ftatus Ecclefiæ, incipientium, proficientium, & perfectorum. Primum fodit, qui vomere contritionis duritiam cordis fui eruderat. Hoc fit in exitu de Ægypto, & ideo talis adhuc retinet in fe multas reliquias de Ægypto, propter quas diabolus multas calumnias movet: Unde & puteus ifte calumniæ nuncupatur. Opera enim Neophytorum non funt ufquequaque pura. *Lev.* 19. Poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, i. prima opera. *Ifai.* 64. Omnes juftitiæ noftræ, quafi pannos menftruatæ. Secundum puteum fodit, qui manu bonæ operationis a fe omnis otii torporem expellit. *Eccl.* 9. Quodcumque poteft facere manus tua, inftanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec fcientia, nec fapientia erunt apud inferos, quo tu properas. *Bern.* Non eft virtus, nifi crefcat animus in ipfa difficultate. Tertium fodit, qui a fe temporalia abjicit per contemptum propter Chriftum. *Phil.* 3. Omnia detrimentũ feci, & arbitror, ut ftercora, ut Chriftũ lucrifaciam. In primo puteo eft aqua contritionis, in fecundo eft aqua compunctionis: In tertio eft aqua devotionis, in quo cõtentio nulla eft, nulla difficultas, imo ferenitas confcientiæ. *Job* 5. Beftiæ terræ erunt pacificæ tibi. In prima foffione diabolus expellitur, & vincitur: In fecundo caro fubjicitur, & dejicitur: in tertia mundus, & ita omne bellum fopitum eft, & jam pax in carne, & pax in mente, pax in mundo. *f* Vidimus tecum effe Dominum, &c. Sit juramentum inter nos,] Bonorum confœderatio eft quærenda, non malorum. *Deut.* 7. Cum gentibus non inibis fœdus, nec mifereberis earum, nec fociabis cum eis conjugia. Et idem 2. *Paral.* 20. reprehenditur Jofaphat, qui tamen bonus fuit, de confœderatione cum rege Ifrael: Quia, inquit, habuifti fœdus cum Ochozia, percuffit Dominus opera tua. Ochozias interpretatur retinens dominium, & fignificat mundum, qui nititur retinere illos, qui a fe ad Chriftum fugiunt. Unde *infr.* 31. Laban perfequitur Jacob fugientem. Cum Ochozia igitur fœdus facit, qui mundi amicitiam quærit. *Rom.* 12. Nolite conformari huic fæculo nequam. *Gal.* 1. Si adhuc hominibus placerem, fervus Dei non effem. *g* Fecit ergo eis convivium,] Ifaac fibi confœderari volentibus facit convivium, & Chriftus ad fe revertentibus facit convivium. 1. *Paral.* 12. Venerunt multi ad David ad manendum cum eo, ut facerent eum regem, & manferunt tribus diebus comedentes, & bibentes cum illo, fcil. cibos, & potum, de quo dicit *Pf.* 79. Cibabis nos pane lacrymarum, &c. Tres dies funt contritio, confeffio, fatisfactio, de quibus. *Exod.* 3. Ibimus viam trium dierum, ut facrificemus Domino. *Luc.* 15. Adducite vitulum faginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quia filius meus mortuus fuerat, & revixit; perierat, & inventus eft. *h* Et poft cibum] Poft cibum jurant, ideft, converfus promittit, & proponit fe perfeveraturum. Et Dominus jurat *Ezech.* 18. Nolo mortem, &c. Et recte poft cibum, & potum fit juramentum. 1. *Efd.* 10. Si pœnitentia eft in Ifrael, i. refecti eftis pane lacrymarum, percutiamus fœdus cum Domino. *i* Mane] fobrietatis, & gratiæ initur hujufmodi juramentum. *Pf.* 15. Mane aftabo, &c. *Ifai.* 26. Anima mea defideravit te in nocte, fed & fpiritu meo in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te. Tale propofitum ftabile eft, quod fit in mane fobrietatis. Sed quidam in menfa, vel poft cœnam juxta ignem, quando funt ebrii, proponunt multa, & intrant religionem, & faciunt pontes, & Ecclefias conftruunt in cogitatu fuo. Sed hujufmodi propofitum ftabile non eft. *Jer.* 5. Quia fi etiam vivit Dominus, juraverint, & hoc falfo jurabunt. *Job* 13. Ipfe vos arguet: quoniam faciem ejus in abfcondito accipitis. Ibi *Greg.* In abfcondito faciem accipit, qui non ingruente tentatione gratum fe exhibet, fed tentatione veniente non refiftit. *k* Dimifitque eos pacifice] Hoc eft, quod dicitur *Jo.* 14. Pacem relinquo vobis, &c. *Luc.* 2. Nunc dimittis fervum tuum, Domine, &c. in pace. *l* In locum fuum.] i. in terram, matrem omnium, vel in paradifum, qui bonis paratus eft ab origine mundi, *Matth.* 25. Venite benedicti, &c. *m* Venerunt in ipfo die] *Marc.* 6. Et convenientes Apoftoli ad Jefum renunciaverunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.

EXPO-

C A P. XXVII.

SEnuit *a* autem Isaac, & *b* caligaverunt oculi ejus, & videre non poterat, *c* vocavitque Esau filium suum *d* majorem, & dixit ei: Fili mi. *e* Qui respondit: Adsum. Cui pater: *f* Vides, inquit, quod senuerim, & *g* ignorem diem mortis meæ: *h* Sume arma tua, *i* pharetram, & *k* arcum, & *l* egredere foras. Cumque *m* venatu aliquid apprehenderis: *n* fac mihi inde pulmentum *o* sicut velle me nosti, & *p* affer, ut comedam, & benedicat tibi anima mea *q* antequam moriar. Quod *r* cum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum, ut jussionem

E X P O S I T I O C A P. XXVII.

SEnuit *a* autem Isaac, &c.] *c* Vocavitque, &c.] ad accipiendam legem. *d* Majorem,] i. populum priorem. *g* Et ignorem] *Senec.* Juvenes mortem habent a tergo, & senes ante oculos. *Job* 32. Nescio quandiu subsistam. *Greg.* Alter ad venandum mittitur, ut benedicatur, alter per suppositionem matris a patre benedicitur. Quis parvulorum in facto istorum non juxta sacræ lectionis historiam pascitur? Videri autem potest: quia Jacob primogeniti benedictionem non per fraudem surripuit, sed debitam accepit, quam a fratre comparavit. Allegorice vero Isaac majoris filii venatione vesci cupit, quia omnipotens Deus Judæorum bona operatione pasci voluit. Sed illo tardante, minorem Rebecca supposuit, quia dum Judaicus populus bona opera foris quærit, gentilem mater gratia introduxit, ut omnipotenti patri cibum boni operis offerret, & benedictionem majoris acciperet. Cibum ex domesticis animalibus præbuit, quia gentilis populus de exterioribus sacrificiis placere non quærens, dicit: In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Jacob, manus, brachia, & collum hœdinis pellibus texit, quia hœdus solet pro peccato offerri, & gentilis populus dum se peccatorem confiteri non erubescit, carnis in se peccata mactavit. Vestimentis majoris induitur, quia sacræ Scripturæ præceptis, quæ majori populo data sunt, in bona operatione, vestitur, & eis minor in domo utitur, quæ major foras exiens, reliquit intus. *r* Quod cum audisset, &c.] i. Spiritus Sanctus præscientia.

[margin: A; Psal. 55.]

Ω *a* Dixit

[margin: Mystice.] Mystice. *a* Senuit Isaac, &c.] Isaac, Deus: Esau primogenitus, Judaicus populus, primus in cultu Dei. Agricola, i. terrenis inhians. Venator, i. in fundendo sanguinem, i. in malo delectans. Jacob, gentilis populus, ultro conversus. Simplex, i. in simplicitate vitæ ambulans. Domi manens, interioribus intendens. Senectus Isaac, consummatio sæculi. Oculi caligantes, fidei extinctio in mundo, & religionis, quia in fine pauci credent. *Luc.* 18. Filius hominis veniens, putas inveniet fidem super terram? *c* Vocavitque Esau] i. primo dedit legem Dominus Judaico populo, quem dilexit dilectione quidem præsentis exhibitionis. *e* Respondit: Adsum.] Hoc est, quod legitur *Exod.* 19. Quæcumque dixerit nobis faciemus, & audiemus. *h* Sume arma] observantiam mandatorum. *i* Pharetram,] memoriam. *k* Arcum,] sacram Scripturam. *l* Et egredere,] i. in exterioribus ritibus legalibus exercere. *m* Cumque venatu aliquid, &c.] i. cum aliquem proselytum feceris. *n* Fac mihi inde pulmentum] i. instrue in lege. *o* Sicut velle me nosti,] scil. spiritualem intelligentiam ei aperi. Hoc nunquam fecerunt Judæi. Adhuc foris stant quærentes Jesum, i. salutem, in littera. *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proselytum, & cum fuerit factus, facitis illum filium gehennæ duplo, quam vos. Hoc est, quod venationem captam non parant, sicut vellet Dominus. *q* Antequam moriar.] i. antequam deficiat omnis religio. *r* Quod cum audisset, &c.] i. gratia, vel Dei præscientia voluit, ut populus gentilis sibi præriperet benedictionem, & præcipit Jacob, ut afferat duos hœdos, fidem, & confessionem, quia utrumque necessarium. *Rom.* 10. Corde creditur, &c. Quibus cibus delicatissimus Domino præparatur, licet de matre fœtida, i. de peccato præterito. Nec valet cibus, nisi Rebecca præpararet, i. gratia, quia sine fide impossibile est placere Deo: *Hebr.* 11. *Aug.* Gratia prævenit, ut velimus: subsequitur, ne frustra velimus.

O *d* Nolit

[margin: Moraliter.] Moraliter. *a* Senuit Isaac, &c.] Isaac Deus seu Christus: Esau primogenitus, majores Prælati, sc. Jacob, simplices: Rebecca gratia. Senescit Isaac, quando refrigescit charitas in nobis 3. *Reg.* 1. Senuerat rex David. Et certe in multis apertum est senium Isaac. i. Christi, & utinam non moriatur Isaac. *b* Et caligaverunt oculi] i. Prælati, & prædicatores defecerunt, per quos videt Ecclesia Domini voluntatem. *Is.* 29. Claudet Dominus oculos vestros, Prophetas, & Principes vestros, qui vident visiones, operiet, & erit vobis visio sicut verba libri signati. *c* Vocavitque Esau, &c.] i. Christus Prælatum mittit venari peccatores. *d* Filium suum majorem,] quia prælatis major debetur honor, & reverentia. 1. *Tim.* 5. Qui bene præsunt, duplici honore digni sunt. *f* Vides, quod senuerim.] Senectus enim Isaac, i. defectus charitatis, & ceterarum virtutum, multum deberent movere omnes ad prædicandum verbum Dei. Verbum enim Dei ignis est, & calefacit infrigiditos. *Jer.* 23. Numquid non verba mea sunt, quasi ignis ardens, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram? Revera sic. Sed dicit auctoritas: Qui non ardet, non incendit. Et manus Moysi, i. Prælatorum, & prædicatorum graves, nec possunt malleum elevare, i. verbum opere adimplere, ut sic conterant dura corda peccatorum. Hoc est, quod legitur *Exod.* 17. quod Hur, & Aaron sustentantibus manus Moysi, vincebatur Amalech. Amalech interpretatur lingens sanguinem, i. diabolus. Hur interpretatur ignis. Aaron montanus. Etsi prædicator haberet ignem charitatis in corde, & fortitudinem in opere, revera diabolus vinceretur. *g* Et ignorem] Christus moritur in nobis, quando deficit fides, sed dum vivit fides, vivit Christus. Fides vero per charitatem vivit, sicut dicit *Bern.* Et sicut vita ex motu cognoscitur, sic vita fidei ex operibus charitatis *Jac.* 2. Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Quod enim vivit, necesse est moveri aliquo genere motus. *h* Sume arma] Tria dicit, arma, pharetra, arcus, quæ sunt necessaria prædicatori ad capiendum feras, i. peccatores. Arma sunt virtutes, & bona opera. *Eph.* 6. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare, &c. scil. loricam justitiæ, scutum fidei, galeam salutis, i. spei, calceamentum, Cœlum, scil. & scientiam, & gaudium spiritus, quod est verbum Dei. Pharetra ubi sagittæ continentur, memoria peccatorum, beneficiorum, comminationum, promissionum, quæ omnia debet prædicator auditoribus memorare. Arcus intentus, affectus bonus est, qui valde necessarius est: nam sine affectu verbum insipidum est. De his duobus *Thren.* 3. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ suæ. Prædicator debet esse signum ad sagittam, quod non movet se propter sagittas, ita & ipse stabilis debet esse, nec moveri debet a loco, nec propter verba, nec propter verbera, 1. *Reg.* 17. legitur, quod David contra Goliam assumpsit quinque lapides de torrente, & fundam in manu & peram, in qua erant lapides. Funda & arcus idem, pharetra, & pera, lapides & arma. Tamen dicit *Bern.* quod quinque lapides sunt quinque verba in sacra Scriptura, scil. verbum comminationis, promissionis, dilectionis, monitionis, orationis, & unumquodque horum sufficit contra hostem, vel quinque lapides sunt quinque documenta, quæ debet scire, & docere omnis prædicator. Primo, quid credendum, scil. xii. articulos fidei. Secundo quid agendum, scil. 10. mandata, & consilia. Tertio, quid fugiendum, scil. 7. peccata mortalia. Quarto, quid timendum, scil. pœnas inferni. Quinto, quid appetendum, scil. gaudia paradisi. Hæc sunt illa quinque verba, de quibus 1. *Cor.* 14. Malo quinque verba sensu meo loqui, ut alios instruam, quam decem millia verborum lingua. Qui sine his tribus generibus armorum egreditur ad prædicandum, sæpe occidetur a Golia. *l* Et egredere, &c.] Hic torpor, & ignavia prædicatorum suggillatur. *Ezech.* 3. Egredere in campum, & ibi loquar tecum. Egredi in campum, est proximorum necessitatibus subvenire. *Cant.* 7. Egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad vineam. *m* Cumque venatu aliquid, &c.] i. cum aliquos ab errore suo ad Christum converteris, eos in servitio Domini informare studeto. Quod non faciunt mercenarii, neque hypocritæ, qui sæpe peccatores verbo prædicationis convertunt, sed eos postmodum in Domini servitio non informant. In hoc similes struthioni, de quo *Job* 39. Penna struthionis similis est pennis herodii, & accipitris, quando dereliquit ova sua in terra, tu forsitan in pulvere calefacies ea, obliviscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. *Matth.* 24. Quis putas est fidelis servus, & prudens? *Bern.* Fidelis qui diligit, prudens, qui intelligit Domini voluntatem. *p* Et affer] non dicit mitte. Et est contra quosdam, qui semper per alios serviunt Domino, sed nunquam, vel raro personaliter, cum dictum est eis *Jo.* 15. Ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, &c. *q* Antequam moriar.] Moritur Christus, quando bonus prælatus moritur. *Ecclesiastica historia.* Vado Romam iterum crucifigi.

[margin: Matth. 24.; 16. dist. cap. Esau.]

Ω a Dixit filio suo Jacob :] quia audierat antequam pareret : Major serviet minori. f In me sit, &c.] q. d. ego dabo tale consilium, quod non est timendum tibi, quia non poteris de facili deprehendi. h Et vestibus, &c.] Hier. Et in hoc loco tradunt Hebræi, primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti victimas offerebant, antequam Aaron eligeretur in sacerdotium. i Domi,] Vestes primogenituræ remanebāt domi, neque eis utebantur nisi certis tēporibus, & tunc Rebecca habebat eas penes se. k Manibus,] ut similitudinem fratris exprimerent, in aliis similes erant, quasi gemelli. o Ego sum] Sed nomine mentitus est Jacob? Non quia transumptive usus est hoc nomine Esau. Sic dixit Dominus de Joanne Matth. 11. Etsi vultis scire, ipse est Elias.

Sup. 25. Rom. 9.

B

patris expleret, dixit a filio suo Jacob: Audivi patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, ut comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. b Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis, & pergens ad gregem affer mihi duos hœdos optimos, ut c faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: Quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi, priusquam moriatur. Cui ille respondit: d Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis. Si attrectaverit me pater meus, & senserit, e timeo, ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In f me sit, ait, ista maledictio, fili mi, tantum audi vocem meam, & perge, & affer, quæ dixi. Abiit, & attulit, deditque matri. g Paravit illa cibos, sicut noverat velle patrem illius, & h vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat i domi, induit eum, pelliculasque hœdorum circumdedit k manibus, & colli nuda protexit. l Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illatis dixit: m Pater mi. At ille respondit: Audio n Quis es tu, fili mi? Dixitque Jacob: o Ego sum Esau primogenitus tuus. p Feci sicut præcepisti mi-

Gratia facit cibum Domino, quo libenter vescitur, quia optima, & placens Deo peccatorum recordatio ad exprobrationem, sed pessima ad delectationem. Jer. 3. Leva oculos tuos in directum, & vide, ubi nunc prostrata sis, q. d. considera sordes peccatorum, quibus involutus es. Et per hoc, quod dicit: in directum, notatur recta intentio recordantis, quæ debet esse ad dolendum, non ad delectandum. 2. Reg. 14. Legitur, quod Absalon ponderabat capillos suos pondere publico, i. æstimabat peccata sua secundum publicum judicium hominum, qui non attendunt peccati damnum, sed tantum præsentem peccati delectationem. Dolosum est pondus: Deberet enim Deus poni in una lance, & peccati delectatio in alia, & sine dubio præponderaret Deus. Sed ponderator dolum facit. Oseæ 12. Chanaam in manu ejus statera dolosa. Amos 8. Augeamus siclum, supponamus stateras dolosas. Mich. 6. Numquid justificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa? d Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit,] idest, fortis, strenuus, virtuosus, & ego lenis, i. mollis, & remissus. Et accipitur hic pilus in bono, sicut 2. Reg. 1. ubi nunciis David rasa est dimidia barba. Boni, & simplices, qui per Jacob designantur, semper reputant se tanta benedictione, vel dignitate indignos. Exod. 3. Quis ego sum, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto? Matth. 8. dicit Centurio: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum. e Timeo, ne] q. d. Si invenerit me mollem, & remissum, maledictionem pro benedictione incurram. Matth. 21. Maledixit Jesus arbori, quam invenit mollem foliis, sed sine fructu; & statim arefacta est. Isai. 22. dicit ad Sobnam præpositum templi: Quis tu hic, aut quasi, quis hic? Et subdit: Ecce asportari te faciam, sicut asportatur gallus gallinaceus. f In me sit,] Verba sunt Rebeccæ, idest, Ecclesiæ, & venit onus istud super sponsum ejus, idest, Christum. Gal. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus. Scriptum est enim Num. 30. Si sponsa votum fecerit, & sponsus non reclamaverit, tenebitur voto mulier. Unde Ecclesia tenebatur, & Christus pro sponsa solvit. Isai. 46. Ego feci, & ego feram. l Deditque pulmentum,] Jacob pœnitens, qui offert Isaac, i. Christo panem lacrymarum. Unde Ps. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. Pulmentum vero quod facit panem aridum comestibilem, est spes veniæ. Unde hæc duo simul debent offerri, labor pœnitentiæ, & spes veniæ. Judas obtulit panem sine pulmento. Matth. 27. Judas pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos, dicens; Peccavi tradens sanguinem justum, & abiens, laqueo se suspendit. Multi etiam offerunt pulmentum sine pane, absque dolore pœnitentiæ, peccatorum veniam præsumentes, quibus dicitur Matth. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ. m Pater mi.] Hæc est prima vox pœnitentis quærentis veniam. Luc. 15. Pater peccavi in cœlum, & coram te: jam non sum, &c. n Quis es tu, &c.] Ecce benignitas Salvatoris: Pœnitens dicit: Non sum dignus vocari filius tuus: Et ipse filium nominat: Matth. 9. Confide, fili mi, remittuntur tibi peccata tua. Jer. 3. Saltem amodo voca me pater meus. o Ego sum Esau] i. hispidus, & pilosus, quia ut dicitur Rom. 8. Christus de peccato damnavit peccatum, i. de carne simili peccatrici: Sic debet dicere quilibet pœnitens: Ego sum hispidus, & pilosus, peccatis plenus, quia si homo agnoscit peccatum suum, & Deus ignoscit. Eccl. 4. Non confundaris confiteri peccata tua. 2. Reg. 12. Dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum.

C

32. q. 5. c. quarum.

Ω f Et probem

Mystice. O d Nosti, quod Esau frater, &c.] i. populus Judaicus multiplici transgressione reus est, & gentilis non, quia legem non receperat. Item legitur hoc de Christo, sic: Per Jacob, Christus; per Rebeccam, gratia. Dicit ergo Rebecca, Jacob, i. gratia, Christo, ut eat ad gregem, & afferat duos hœdos optimos, i. conversos de utroque populo: Christus autem ad gregem ivit, quando carnem assumpsit. Et bene congruit, quod pelliculas hœdorum circumdedit collo, & manibus Jacob, quia Christus ex gratia sua, carne indutus est simili peccatrici. Rom. 8. h Et vestibus Esau, &c.] Jacob vestibus Esau: Christus est natura humana indutus. Item Jacob vestibus Esau indutus, gentilis populus in moralibus legis instructus. Nam Esau, i. Judaicus populus, duplices vestes habuit, i. cæremonias, & moralia. Unam vestem semper secum ferebat, scil. cæremonias, & adhuc fert, quia semper cortici litteræ insistit. Alteram vestem scil. moralia, domi relinquens, quibus Rebecca, i. gratia, vel Ecclesia ornavit gentilem populum conversum. l Deditque, &c.] Rebecca dat pulmentum, & panes Jacob, i. gratia, vel Ecclesia dedit gentili populo converso opera pœnitentiæ, quæ per panes designantur, & intelligentiam verbi Dei, quæ per pulmentum designatur. Et hoc est, quod legitur 3. Reg. 17. Ibi præcepi corvis, ut pascant te, & deferebant corvi mane carnes, & panem, & similiter vesperi, & Elias comedebat. Idem significatur per Eliam ibi, & per Isaac hic, scil. Deus. Idem per corvos, & per Jacob, scil. gentilis populus, niger in peccatis. Idem ergo est Deum præcipere corvis, ut deferant cibos Eliæ, & Rebeccam dare pulmentum, & panes Jacob, ut deferat Isaac. Aliter ab isto loco. Deditque pulmentum,] Jacob Christus, qui patri suo panem, & pulmentum dedit. Panis est congregatio fidelium, igne tribulationis, & charitatis excoctus, quos obtulit Christus patri jam in parte, sed tandem totaliter, quasi hostiam acceptam, & beneplacentem. Rom. 12. Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. n Quis es tu fili mi?] Hoc est, quod Pater in Passione, quasi dissimulavit non agnoscere filium. Unde in Ps. 21. Deus, Deus meus, respice in me, &c. o Ego sum Esau primogenitus tuus, i. rubeus. Christus enim fuit rubeus sanguine passionis. Isai. 63. Quis est, qui venit de Edom, &c. p Feci, sicut præcepisti, &c.] Phil. 2. Humiliavit semetipsum, factus obediens, &c.

Aliter.

Ω a Surge.

Moraliter. * b Nunc ergo, fili, &c.] Rebecca, i. gratia, consulit Jacob, i. cuilibet simplici, ut pergat ad gregem. Pergere ad gregem est, exempla Sanctorum considerare, & ibi duos hœdos accipere, i. peccatorum exprobrationem, optimos; nullus enim cibus magis saporatus est Deo, quam conversus juvenis ad pœnitentiam. Mich. 7. Præcoquas ficus desideravit anima mea. c Ut faciam]

* a Surge,

hi: *a* Surge, sede, & comede de *b* venatione mea, ut benedicat mihi anima tua. Rursum Isaac ad filium suum: *c* Quomodo, inquit, tam cito invenire potuisti, fili mi? Qui respondit: *d* Voluntas Dei fuit, ut cito mihi occurreret, quod volebam. Dixitque Isaac: *e* Accede huc, ut tangam te, fili, *f* & probem utrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: *g* Vox quidem, vox Jacob est, sed manus, *h* manus sunt Esau. Et non *i* cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem majoris expresserant. *k* Benedicens ergo illi ait: Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum: At ille: † Affer inquit mihi cibos de venatione tua, fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, & *l* da mihi osculum, fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens, ait: *m* Ecce odor filii mei, sicut odor agri † pleni, cui benedixit Dominus: *n* Det tibi Deus de *o* rore cœli, & de pinguedine terræ *p* abundantiam frumenti, *q* & vini, † & olei, & *r* serviant tibi populi, & *s* adorent te Tribus, *t* Esto Dominus fratrum tuorum, & *u* incurventur ante te filii *x* matris tuæ. *y* Qui maledixerit tibi, *z* maledictus erit, & *a* qui benedixerit tibi, benedictionibus *b* repleatur. Vix *c* Isaac sermonem impleverat, & egresso Jacob foras, venit Esau coctosque de venatione cibos, intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de vena-

Ω *f* Et probem utrum, &c.] Non volebat probare utrum Jacob esset Esau: istud erat impossibile, sed utrum ille, qui erat præsens, esset Esau *i* Et non cognovit eum] *Ps.* 17. Populus, quem non cognovi, servivit mihi. *k* Benedicens ergo,] i. benedicere volens. *o* De rore cœli] *Hyp-pol.* De pluvia verbi divini. *Greg.* de contemplatione dicit. *p* Abundantiam] i. congregationem populorum. *Greg.* dicit, charitatis. *q* Et vini, & olei] i. fervoris in nova conversatione. *s* Et adorent te] Gentiles conversi. *t* Esto dominus fratrum, &c.] Judæorum, vel Hebræorum, de quibus: Filii matris meæ pugnaverunt contra me. *Cant.* 1. *u* Et incurventur,] adorando. *x* Filii matris tuæ.] i. plebis Judaicæ. *y* Qui maledixerit tibi, &c.] Hoc fecerunt, qui dixerunt: Dæmonium habet. *Joan.* 8. *z* Maledictus] æterna hæreditate privatus. *a* Et qui benedixerit tibi] idest, qui corde, & ore dixerit: Benedictus, qui venit in nomine Domini. *Luc.* 29. *b* Repleatur,] præsentibus, & futuris.

D

al. † Offer. 31. 32. q. 1. 2. quærimus an Dei dimore cap. gaudemus.

Ω *a* Stupore

Mystice. *a* Surge,] Vox filii ad patrem. Pater enim ante Incarnationem latebat, quasi dormiens. *Cant.* 1. Dum esset rex in accubitu suo, nardus, &c. Quo sentito non potuit se tenere, quin surgeret. Unde statim sequitur: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Est ergo sensus. Surge, idest hominibus innotesce. *c* Quomodo, inquit] Mirabile ostendit Dominus, quod tam cito, tam facile sit conversa gentilitas. *Cant.* 6. Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens? Verba sunt Synagogæ admirantis de ascensu gentium ad finem. *d* Voluntas Dei] Hoc est, quod dicitur. *Isai.* 53. Voluntas Domini in manu ejus dirigetur. *e* Accede huc,] Pater filium tetigit in Passione, & probavit. *Job* 1. Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. *Sap.* 2. Contumelia, & tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus, & probemus patientiam illius. *g* Vox quidem,] idest, simplicitas, & veritas in verbo Christi. *Isai.* 53. Non est inventus dolus in ore ejus. *h* Sed manus, &c.] idest quasi peccatrices affixæ Cruci, & clavis perforatæ. *Isai.* 63. Quare est rubrum vestimentum, idest, quare habes manus Esau, idest, sanguineas, & hispidas. *Zach.* 13.

Moraliter. * *a* Surge, sede, & comede] Surgit Christus, quasi dormiens in contritione. Sedet quasi judicans in confessione. *Prov.* 20. Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo. Comedit, quasi se reficiens in satisfactione. *b* De venatione] Opera pœnitentis sunt venatio extorta a faucibus diaboli, quibus Dominus satiatur. *Amos* 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filii Israel, qui habitant in Samaria. *c* Quomodo tam cito] Ecce quantumcumque sit tarda pœnitentia, tamen Dominus citam reputat. *d* Voluntas Dei,] non suis meritis, sed gratiæ ascribit pœnitens conversionem suam. 1. *Cor.* 15. Gratia Dei sum id, quod sum, *Thren.* 3. Misericordia Dei, quod non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes ejus. *e* Accede] Dominus accedentes ad se tangit, idest, flagellat. *Hebr.* 12. Flagellat Dominus omnem filium, quem recipit. *g* Vox quidem,] Pœnitens debet habere vocem Jacob, i. verba humilia, & simplicia in oratione, & confessione. *h* Sed manus, manus Esau.] i. fortia opera, & dura, in satisfactione. Et tunc statim recipit benedictionem a Christo. *Prov. ult.* Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fusum. Et postea sequitur: Non timebit domui sui a frigoribus nivis, omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. *l* Da mihi osculum,] Quem prius tetigerat Dominus per flagellum, modo invitat ad osculum. Sed est osculum ad pedes pœnitentium; osculum ad manus proficientum; osculum ad os perfectorum. *Cant.* 1. dicit sponsa, i. fidelis anima: Osculetur me osculo oris sui, q. d. non osculo pedum, vel manuum, sed oris. Primum est pacificantium ad invicem. *Luc.* 15. Cum adhuc longe erat, vidit illum pater illius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum ejus, & osculatus est eum. Secundum est offerentium, hic. Tertium, amantium. *Cant.* 1. ut dictum est. In primo venit Deus ad hominem. Unde *Luc.* 15. Accurrens pater, osculatus est eum. Etiam secundo veniet homo ad Deum. Unde hic: Accedit Jacob ad Isaac. In tertio simul sibi occurrent. *Tob.* 9. Cum ingressus esset Gabelus domum Raguelis invenit Tobiam discumbentem, & exiliens osculati sunt se invicem. *Bern.* Osculum reconciliatorium, illud ad pedes: muneratorium, illud ad manus: contemplatorium, illud ad os. Primum in remissione peccatorum, secundum in collatione gratuitorum, tertium in revelatione secretorum. Sed nota, quod non statim receptus est Jacob ad osculum patris, sed post tactum, post prandium; tunc demum fit osculum, idest, post patientiam flagellorum, & fortitudinem bonorum operum. Hoc est, quod legitur. 2. *Reg.* 14. quod Absalon reconciliatus David, per duos annos mansit in Jerusalem, & faciem regis non vidit. *m* Ecce odor] Vestimenta Justorum sunt virtutes, & opera. *Eccl.* 9. Omni tempore sint vestimenta tua candida. Item vestimenta Christi, sunt fideles, & Christus vestimentum eorum. *Isai.* 49. Vivit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris, & circumdabit eos tibi, quasi sponsa. Et Apostolus *Gal.* 3. Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Horum vestimentorum, statim ut Deus sentit fragrantiam, dicit [Ecce odor, &c.] Et bene ager plenus dicitur Christus; quia, ut dicitur *Colosf.* 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Item bene dicitur: Agri pleni, quoad Ecclesiam. *Ephes.* 1. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo ipsius, qui omnia in omnibus adimpletur. *n* Det tibi Deus de rore, &c.] Ros de cœlo, gratiæ infusio. Terræ pinguedo, bona operatio. Frumentum, sacræ Scripturæ satietas. Vinum, in pœnitentia hilaritas. Oleum compassionis pietas: Nam sicut oleum omni liquori supernatat, ita pietas. 1. *Tim.* 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

r Serviant tibi, &c.] Hoc de Christo planum 2. *Is.* 60. Gens, & regnum, quod non servierit tibi, peribit. Et statim post: Venient ad te curvi filii eorum, qui te humiliaverunt, & adorabunt vestigia pedum tuorum. Hoc etiam verum est de quolibet justo. 1. *Cor.* 3. Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi: Christus autem Dei. *Eccl.* 10. Servo sensato servient liberi. *c* Vix Isaac] Esau de venatione sua cibos patri afferens, significat superbos de suis operibus gloriantes, quibus erectis, humiles sublimatur. *Eccl.* 10. Sedes superborum ducum dejecit Dominus, & fecit sedere pro eis mites: radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipsis.

al. † non habet pleni. *Hebr.* 9.

al. † non habet. & olei.

E

31. q. 1. cum c. ergo, §. sed qui.

℟ *a* Stupore vehementi] Stupor ille fuit mentis exceſſus, i. extaſis, in qua vidit in ſpiritu hoc factum a Domino eſſe, & ſignificationem piæ fraudis intellexit, & non iraſcens, ſed confirmans, quod fecerat, ait: Venit, &c. *b* Quis igitur ille eſt, qui, &c.] Quantus, & quam prudens qui in illo labore de meritis ſuis gloriatus eſt. *c* Et comedi ex omnibus,] ideſt, gratanter recepi omnia bona, quæ mihi retulit. *d* Benedixique ei,] i. benedicentem me. *e* Et erit benedictus,] immobiliter. *f* Auditis Eſau ſermonibus,] i. revelato ſibi ſacramento, benedictionem confirmat.

g Irrugiit clamore magno,] Adhuc dolet prior populus primatum ſibi eſſe erpetum.

F *h* Benedic, &c.] Etſi non æterna, vel præſenti benedictione.

i Fraudulenter,] ideſt, in figura, & ſacramento. [1. q. 1. cap. nunquam.]

k Benedictionem tuam.] Sed nunquid emerat primogenita? Ergo ſibi debebatur benedictio patris.

l Cumque ejulatu magno.] Videtur cōtrarium, quod *ſupra* 25. dixit, quod abiit parvipendens, quod primogenita vendidiſſet, ergo Eſau primogenita contempſit. Sed de benedictione ſibi ſubrepta doluit.

m In pinguedine terræ,] ideſt, omnium rerum copia.

n Et in rore cœli,] ideſt, ſcientia ſcripturarum; quia adhuc ille populus compluitur.

G *o* Vives gladio,] crudeliter Prophetas, & Apoſtolos perſequendo.

p Et fratri tuo ſervies, quia Idumæi tributarii, fuerunt Iſrael, qui Jacob dicitur. Et hoc impletum eſt, quando rebellaverunt Idumæi, ne eſſent ſub Juda. 4. *Regum* 8. [Hebr. 12. 6. De penit. diſt. 1. cap. Judas.]

tione filii tui, ut benedicat mihi anima mea. Dixitque illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui reſpondit: Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expavit Iſaac ſtupore *a* vehementi & ultra quam credi poteſt admirans ait: *b* Quis igitur ille eſt, qui dudum captam venationem attulit mihi, & *c* comedi ex omnibus, priuſquam tu venires? *d* Benedixique ei, & *e* erit benedictus. *f* Auditis Eſau ſermonibus patris, *g* irrugiit clamore magno, & conſternatus ait: *h* Benedic etiam & mihi, pater mi. Qui ait: venit germanus tuus *i* fraudulenter, & accepit *k* benedictionem tuam. At ille ſubjunxit: Juſte vocatum eſt nomen ejus Jacob: Supplantavit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam. Rurſumque ad patrem: Nunquid non ſervaſti, ait, & mihi benedictionem? Reſpondit Iſaac: Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres ejus ſervituti illius ſubjugavi: Frumento, & vino † ſtabilivi eum, & tibi poſt hæc, fili mi, ultra quid faciam? Cui Eſau ait: Num unam, inquit, tantum benedictionem habes pater? Mihi quoque, obſecro, ut benedicas. *l* Cumque ejulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eum: In *m* pinguedine terræ, & in *n* rore cœli deſuper erit benedictio tua. *o* Vives gladio, & fratri *p* tuo ſervies, tempuſque veniet, cum excutias, & ſolvas jugum ejus de cervicibus tuis. Oderat ergo ſemper Eſau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater. Dixitque in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. Nunciata ſunt hæc Rebeccæ. Quæ mittens, & vocans Jacob filium ſuum, dixit ad eum: Ecce Eſau frater tuus minatur, *q* ut occidat te. Nunc ergo, fili, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in *r* Aran, habitabiſque cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignatio ejus, obliviſcaturque eorum, quæ feciſti in eum; poſtea mittam, & adducam te inde huc. Cur utroque orbabor filio uno die? dixit quoque Rebecca ad Iſaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Jacob uxorem de ſtirpe hujus terræ, nolo vivere.

[† & oleo.]

q Ut occidat te.] Cum Scriptura dicat: Eſau in corde ſuo de morte fratris tractaſſe, quomodo, vel a quo hæc nunciata ſunt Rebeccæ? Sed datur intelligi, quod ei divinitus omnia revelabantur. Unde ad magnum pertinet myſterium, quod minorem pro majore benedici voluit.

r In Aran,] ideſt, in Syriam.

C A P. XXVIII.

VOcavit *ſ* itaq; Iſaac Jacob, *t* & benedixit, præcipitque *u* ei dicens: Noli accipere conjugem de genere Chanaam, ſed vade, & proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patrem matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban avunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & creſcere te faciat, atque multiplicet, ut ſis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abraham, & ſemini tuo poſt te: ut poſſideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus eſt avo tuo. Cumque dimiſiſſet eum Iſaac, profectus venit in Meſopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri fratrem Rebeccæ matris ſuæ. Videns autem Eſau, quod benedixiſſet pater ſuus Jacob, & miſiſſet eum in Meſopotamiam Syriæ, ut inde uxorem duceret, & quod poſt benedictionem præcipiſſet ei, dicens, non accipies conjugem de filiabus Chanaam, quodque obediens Jacob parentibus ſuis

E X P O S I T I O C A P XXVIII.

VOcavit *ſ* itaque Iſaac, &c.] *Auguſt.* Quia habent Latini Codices: Vade in Meſopotamiam in domum Batuel, &c. Græci habent: Fuge in Meſopotamiam, &c. ut intelligatur etiam Iſaac intellexiſſe, quod Eſau de morte fratris cogitavit.

℟ *a* Et duxit uxorem

Myſtice. *ſ* Vocavit itaque Iſaac Jacob,] Jacob, Chriſtus: Iſaac, Deus pater: Meſopotamia, gentilitas: Chanaam, Synagoga. Quia igitur Iſaac præcepit Jacob, ut vadat in Meſopotamiam, ibi uxores accipiens, hoc eſt, quod pater miſit Filium ad gentes, Judæis abjectis, ut inde ſibi Eccleſiam deſponſaret. *Pſ.* 2. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. *Sup.* 24. Præcepit Abraham, ut Iſaac filio ſuo non accipiatur uxor de filiabus Chanaan, ſed mittit Eliezer in Meſopotamiam *Exod.* 2. ducit Moyſes Æthiopiſſam filiam Jethro. *Jud.* 14. Samſon ducit alienigenam. 3. *Reg.* 3. Salomon ducit filiam Pharaonis regis Ægypti. Oſee ducit fornicariam. In his omnibus ſignificatur idem, ſcil. quod Chriſtus relicta Synagoga, ſibi Eccleſiam de gentibus deſponſavit. Vocavit itaque, &c.] i. pater filium vocabilem fecit, quando ſcil. incarnari inſtituit. *Iſai.* 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, i. nobiſcum Deus. *t* Et benedixit,] i. numero fidelium multiplicavit. *Iſ.* 44. Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meā ſuper ſtirpem tuam, & germinabunt inter herbas, quaſi ſalices juxta præterfluentes aquas. *u* Præcepitque ei dicens, &c.] ideſt Judæis relictis in infidelitate, voca gentes ad fidem. *Iſ.* 42. Ego Dominus vocavi te in juſtitia, & apprehendi manum tuam, & dedi te in fœdus populi, & in lucem gentium. [A] [15. qu. 1. c. cum igitur, §. hac itaque.]

℟ *b* Igitur egreſſus.

Moraliter. *ſ* Vocavit itaque, &c.] Iſaac vocat Jacob, & mittit in Meſopotamiam, hoc eſt, Dominus vocat peccatores ad pœnitentiam, *Matth.* 9. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores. *Luc.* 14. Exi cito in plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles cæcos, & claudos introduc huc. Vocat autem Deus ad pœnitentiam, & ad regnum, ſex modis. Interius, per inſpirationem: Exterius, per Scripturas: Superius, per promiſſiones: Inferius per comminationes: Anterius, per beneficia. Poſterius, per flagella. Tot modis vocat prius pater, & adhuc renuimus reſpondere. *Prov.* 1. Vocavi, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret; deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. [Vocatio Dei multiplex.]

b Igitur egreſſus

Ω a Et duxit, &c.] per hoc, quod Esau non abjectis prioribus uxoribus superduxit alias, significatur status illorum, qui non relictis prioribus peccatis, per bona, quæ faciunt, putant Deo reconciliari. Contra quos 1. *Esd.* 10. Si pœnitentia est in Israel, abjiciamus uxores alienas. *Prov.* 8. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiã consequetur. *b* Dormivit, &c.] Jacob iter faciens per Chanaam, ut dicit *Joseph*, timebat inquit, incolas terræ. Erant enim indevoti Isaac, ejusdem bellis prioribus gravati valde, ideo cum venisset Luzan, noluit declinare ad aliquem provincialium, sed sub dio tota nocte permansit, lapide capiti suo supposito.

issset in Syriam, probans quoque, quod non libenter aspiceret filias Chanaam pater suus, ivit ad Ismaelem, & *a* duxit uxorem absque his, quas prius habebat, Meleth filiam Ismael, fili Abraham, sororem Nabajoth. Igitur *b* egressus Jacob de Bersabee, *c* peregebat Aran. Cumque *d* venisset ad quamdam locum, & vellet in eo requiescere *e* post Solis occubitum, *f* tulit de lapidibus, qui jacebant, & *g* supponens capiti suo, *h* dormivit in eodem loco. Viditque in *i* somnis scalam stantem

Ω *l* Cunctæ tribus ter

O *b* Igitur egressus, &c.] Bersabee, satietatis puteus, significat sinum patris, ubi omnis abundantia, omnis satietas, omnis sufficientia, juxta illud *Jo:* 14. Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. [Egressus igitur, &c.] i. Christus a patre. *c* Peregebat Aran,] i. in carnem. Aran enim interpretatur sublimis, & caro ita exaltata est, ut plus non posset. *Aug.* Quo eam extollere altius non haberet. Ideo nubes dicitur *Isai.* 19. Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. *d* Cumque venisset, &c.] i. Virginis uterum. Et est locus ille, illud Castellum, de quo *Luc.* 10 Intravit Jesus in quoddam Castellum, i. Virginis uterum. Unde & in die Assumptionis legitur illud Evangelium. *e* Post Solis, &c.] i. fide & religione in cordibus hominum jam sopitis. *Sap.* 19. Dum medium silentium continerent omnia, & nox in cursu suo medium iter haberet, omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus venit. Primum silentium fuit ante legem, secundum sub lege, tertium erit tempore Antichristi, quando fere omnes silebunt a laude Dei. Item mundus est inter cœlum, & infernum, & istud medium, nox peccati, & ignorantiæ totum involverat, & hoc est, & nox in suo cursu medium iter haberet. *f* Tulit de lapidibus,] Lapis, humana natura, in peccato obdurata. Multi lapides, multi homines. De lapidibus tulit, & unum capiti suo supposuit, i. naturam hominis unius assumpsit. Per caput divinitas, cui subjecta est caro Christi. 1. *Cor.* 11. Omnis viri caput Christus, caput autem mulieris vir, caput vero Christi, Deus. *h* Dormivit in eodem loco,] i. Christus quievit in mundo. Fuit simul comprehensor, & viator, nec labor viæ impediebat, vel minuebat fruitionem gloriæ. Vel dormivit] In cruce. Unde *Ps.* 3. Dormivi, & somnum cepi. *i* Viditque in somnis scalam] Scala, Christus, per quam ascenditur in cœlum. *Jo:* 10. Ego sum ostium, per me si quis introjerit, salvabitur. Et alibi: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Quippe scala est attingens a terra in cœlum. *Sap.* 18. Prosiliit gladius acutus, insimulatum Imperium tuum portans, & stans replevit omnia morte, & usque ad cœlum attingebat stans in terra. Duo latera, duæ naturæ, divinitas scil. & humanitas. Gradus quatuor. Humilitas in nativitate. *Phil.* 2. Exinanivit se, formam servi accipiens. *Ps.* 17. Inclinavit cœlos, vel cœlum, alia littera, & descendit. Paupertas in præsepio. *Luc.* 2. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. 2. *Cor.* 8. Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Tertius gradus, charitas in progressu vitæ: Omnia enim ex charitate fecit. *Jo:* 13. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. *Cant.* 3. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constravit, propter filias Jerusalem. Quartus gradus obedientia in passione. *Phil.* 2. Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Per hos quatuor gradus oportet ascendere in cœlum, nec est alia via. *Matth.* 10. Si quis vult venire post me, in cœlum, scil. ecce humilitas: Abneget semetipsum, i. se, suos, & sua, ecce paupertas: Et tollat crucem suam, ecce obedientia: Et sequatur me, ecce charitas. *Isai.* 30. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram, i. nec prosperitas, nec adversitas debet ab hac via avertere. Ad hæc quatuor invitat ipse Christus. Ad humilitatem. *Matth.* 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad paupertatem. *Matth.* 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Ad charitatem. *Jo:* 15. Manete in dilectione mea. Et docet quomodo: Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, ad obedientiam. *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest corpus, & animam perdere in gehennam.

Joan. 14.

O Angelos quo-

Moraliter.

* *b* Igitur egressus Jacob] Jacob, i. justus, egressus de Bersabee, i. de puteo peccatorum, de quo *Ps.* 68. Neque urgeat super me puteus os suum. Et bene dicitur Bersabee puteus septimus, propter septem criminalia, quæ sunt septem flumina Ægypti. *Isai.* 11. Percutiet eum in septem rivis, Hæc sunt septem capita draconis. *Apoc.* 12. Hi sunt septem populi, quos ejecerunt filii Israel de terra promissionis. *Deut.* 7. Hæ sunt septem viæ, de quibus *Deut.* 28. Per unam viam egredieris contra hostes, & per septem fugies. Hi sunt septem spiritus nequiores, de quibus. *Luc.* 12. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca, &c. usque, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. *c* Pergebat Aran.] quæ interpretatur sublimis. Et est rectus ordo, quod homo exiens de puteo peccatorum, ascendat in sublime virtutum, ut ubi abundavit iniquitas, superabundet & gratia. *Isai.* 2. Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus. *d* Cumque, &c.] *Aug.* **In itinere dormire**, est in via hujus sæculi ab impedimento actionum sæcularium quiescere. Jacob dormiens, Angelos vidit, quia illi divina conspiciunt, qui ab appetitu temporalium rerum oculos claudunt. De hoc somno, *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Nota autem, quod dicit: Cum venisset ad locum quemdam, voluit quiescere post solis occubitum, non in die, quando laborandum est, ut faciunt voluptuosi, sed finito labore. *Matth.* 20. Cum sero factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo, voca operarios, & redde illis mercedem. Sic debet esse post laborem requies. Sed *Isai.* 14. Lucifer antequam laborasset, dixit. In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti. *Bern.* Miser, quid laborasti, ut sedere debeas? Item nota, quod dicit [Ad locum quemdam] non ad loca. In multis enim locis non est requies, sed discursus. *Isai.* 19. Miscuit Dominus spiritum vertiginis in medio, & errare fecerunt Ægyptum. *f* Tulit de lapidibus,] Lapides sunt sancti in facto suo constantes, & firmi. *Zach.* 9. Lapides sancti elevantur super terram ejus. Tollere ergo de lapidibus unum, est aliquem Sanctorum imitari. *Job* 5. Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum convertere. *g* Supponens capiti] *Greg.* Caput ponit in lapide, qui Christo inhæret mente, a terrenis remotus, ad superna intentus. Hic erubescere possunt religiosi, qui cervicalia mollia tanta ambitione quærunt, & etiam dorsalia femoribus, & lumbis substernunt, ut si videas, putes sponsas, non monachos ibi sedere. *Ezech.* 3. Væ qui consuunt pulvillos, sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis. *i* Viditque, &c. scalam] Scala, pœnitentia, sive vita claustralis; duo latera, vestis asperitas, & vitæ vilitas. Per vilitatem nec gloriam quærimus, nec ignominias reputamus. *Hier.* Qui gloriam non quærit, contumeliam non sentit. Per asperitatem, nec mollia quærimus, nec molestias timemus, sicut dicit: Innitenti enim alteri lateri scalæ, periculosus est ascensus. Plerique vilitatem non curantes, mollitiem carnis amplexantur. Alii austeri secundum carnem, vilipendi nullatenus sustinent. Gradus hujus scalæ sunt quatuor: Vitæ præteritæ recordatio, hinc pudor de peccato commisso, dolor de bono amisso, timor de supplicio præterito. Secundus gradus, est peccati abominatio, peccati dico cordis, oris & operis. Tertius gradus est peccati confessio, nuda; vera, voluntaria. Quartus gradus est satisfactio, Deo per orationem, sibi per carnis macerationem, proximo per eleemosynarum largitionem. Cacumen scalæ, quod tangit cœlum, spes gloriæ: Inferior pars scalæ, timor pœnæ æternæ.

Rom. 5.

super terram, & cacumen illius *a* tangens coelum, & Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam: *b* Et Dominum innixum scalæ, *c* dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. *d* Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo, *e* eritque † semen tuum sicut pulvis terræ. *f* Dilataberis ad Orientem, & *g* Occidentem, & *h* Septentrionem & *i* Meridiem, & k benedicentur in te, & in semine tuo *l* cunctæ tribus Terræ. Et *m* ero custos tuus quocumque perrexeris & reducam te in terram hanc, nec dimittam, nisi complevero universa, quæ dixi. *n* Cumque evigilasset Jacob de somno, ait: *o* Vere Dominus est in loco isto, & *p* ego nesciebam: *q* Pavensque, quam *r* terribilis est, inquit, locus iste: *s* Non est hic aliud, nisi *t* domus Dei, & *u* porta coeli. *x* Surgens ergo mane, *y* tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in *z* titulum *a* fundens oleum desuper.

Ω *l* Cunctæ Tribus terræ,] i. aliqui de omnibus Tribubus. *m* Ero custos tuus.] *Ps.* 120. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. *r* Quam terribilis est] quia ibi futurum erat tabernaculum. Quam terribilis. Hic de tribus prophetat. De lege, quæ terribiliter data est. *Exod.* 19. Jam tertius dies advenerat, & mane inclaruerat, & coeperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura. De templo ibi futuro. Unde dicit: *t* Domus Dei.] De Christi Passione, ibi. *u* Porta coeli.] Tunc enim aperta est janua paradisi. *z* in titulum,] i. in commendabilem memoriam visionis. Et dicit *Aug.* quod non fudit oleum.

11. dist. c. 1. 1. q. 7 c. plerumque, §. his itaque.

al. ignemi.

Ω ut idololatra

Mystice. O Angelos quoque Dei, &c.] Tripliciter. Primo ad litteram descendebant Angeli, ad obsequendum Christo. *Matth.* 4. Ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. Et ascendebant ad contemplandum. *Jud.* 13. Cum ascenderet flamma altaris in coelum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. *Jo* 1. Videbitis coelum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis. Vel Angelos.] i. prædicatores, nunc humilia, nunc sublimia prædicantes. 2. *Cor.* 5. Sive mente excedimus Deo, sive sobrii sumus vobis. 1. *Cor.* 2. Non judicavi me aliquid scire inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Et *Inf.* Sapientiam loquimur inter perfectos. *Vel* Angelos, Evangelistas, qui modo sublimia divinitatis, modo infima humanitatis loquuntur. In principio erat verbum: Ecce ascensus. Et verbum caro factum est: Ecce descensus, *Ezech.* 1. Animalia ibant, & revertebantur. Et *inf.* Cum stantibus stabant, & cum elevatis a terra pariter levabantur, & rotæ sequentes ea. Vel scala, i. sacra Scriptura, attingens a terra usque in coelum, quia de humanitate, & divinitate Christi loquitur. Duo latera, duo testamenta. Quatuor gradus, quatuor genera expositionis, historica, allegorica, tropologica, anagogica. Vel præcepta, promissa, judicia, consilia. Vel Angeli ascendentes, & descendentes per eam, sunt Doctores. Vel Scala, crux. Duo latera, mortis ignominia. *Sap.* 2. Morte turpissima condemnemus eum. Et mortis angustia. *Thren.* 2. Attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus. Quatuor gradus, obedientia, patientia, innocentia, & constantia. Angeli ascendentes, & descendentes, Christi imitatores, qui quanto descendunt ad vilia, & aspera, tanto ascendunt ad gloriam, & delicias paradisi. *b* Et Dominum innixum, &c.] i. Christum affixum in cruce. *c* Dicentem sibi, &c.] Hoc est, quod dicit Dominus in cruce pendens, latroni in cruce pendenti, i. cuilibet poenitentiam facienti: Hodie mecum eris in Paradiso. *Luc.* 23. Vel, Dominus innixus scalæ: Deus pater, dicens filio in cruce dormienti. *d* Terram, in qua dormis, &c.] i. te imitantibus. *e* Eritque semen tuum, &c.] i. tui sequaces erunt modici per humilitatem, steriles per reputationem. *Luc.* 17. Servi inutiles sumus *f* Dilataberis, &c.] per lucem fidei. *g* Et Occidentem,] per occasum peccati. *h* Et Septentrionem,] per carnis mortificationem. *i* Et meridiem,] per charitatis fervorem. Hi sunt quatuor venti, de quibus *Ezech.* 37. Hæc dicit Dominus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reviviscant. *k* Et benedicentur in te,] Unde in omni benedictione fit signum crucis, *m* Ero custos tuus] Pater filium custodit venientem in mundum, & exeuntem de mundo. *Ps.* 120. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, &c. Et Christus custos fuit Jacob, i. populi Christiani. *Ps.* 126. Nisi Dominus custodierit civitatem, &c. *Isai.* 21. Custos, quid de nocte, i. custos, qui de nocte adversitatis, & peccati libertas, quid ad te de nocte poenalitatis humanæ? q. d. qui de peccato liberas, quare pro peccatis pateris? Hoc est, quod legitur *Isai.* 63. Ego sum, qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum. Ita dicit Dominus. Et respondent Angeli. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? *n* Cumque evigilasset Jacob, &c.] Cum Dominus surrexisset a mortuis, ostendit gloriam esse in cruce. *Gal. ult.* Absit mihi gloriari, nisi in cruce, &c. *Job* 18. Sapientia ubi invenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. *p* Et ego nesciebam:] i. ante passionem non notificavi, quod in cruce esset gloria. 1. *Cor.* 1. verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem, qui salvi fiunt, i. nobis virtus Dei est. *q* Pavensque,] quia pavit Christus de cruce secundum sensualitatem. Vel in membris. *Marc.* 14. Coepit Jesus pavere, & tædere. *r* Quam terribilis est locus iste:] i. crux diabolo, quia per crucem victus est diabolus, & captivi liberati. *Sap.* 14. Benedictum lignum, per quod fit justitia. *s* Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta coeli.] Crux dicitur domus Dei, quia in eo habitant filii Dei. Unde *Ps.* 13. Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. *Ibid.* Et Beati, qui habitant in domo tua, Domine; in sæculum sæculi laudabunt te. *u* Porta coeli dicitur, quia non nisi per eam intratur in regnum. *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum coelorum. *Ps.* 117. Hæc porta Domini, justi intrabunt per eam. Hæc est porta atrii, quæ respicit ad viam aquilonis. *Ezech.* 40. *x* Surgens ergo, &c.] In die Resurrectionis. *y* Tulit lapidem, &c.] quando scil. humanitatem divinitati subjectam dote immortalitatis dotavit, vel in ascensione. Christus ergo lapis est, & caput, cui supponitur. Sed lapis secundum quod homo. *Dan.* 2. Abscissus est de monte lapis sine manibus, & percussit statuam. De eodem lapide dicitur *Zach.* 3. Super lapidem unum septem oculi sunt, i. septem dona Spiritus sancti: De quibus *Isai.* 11. Requiescet super eum spiritus Domini, &c. Hæc septem mulieres, de quibus *Isai.* 4. Apprehendent septem mulieres virum unum. Caput dicitur, secundum quod Deus. *a* Fundens oleum,] i. ostendens se munctum oleo lætitiæ præ consortibus suis. Et hoc est, quod dicit: Desuper] vel super, i. a patre. *Cant.* 1. Oleum effusum nomen tuum. *Psal.* 44.

Ω *a* Appellavitque, &c. *Moraliter.*

* Angelos, &c.] Angeli ascendentes, & descendentes per hanc scalam, viri justi, ascendentes per profectum de bono in melius, descendentes per humilitatem. *Cant.* 4. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, *b* Et Dominum, &c.] Hoc est, quod Dominus poenitentes confortat, pro bona poenitentia, magna promittens præmia. 2. *Cor.* 4. Id quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. *m* Ero custos] Ad similitudinem nutricis, quæ semper oculos habet ad puerum, quocumque pergat *Isai.* 49. In manibus meis descripsi te, muri tui ante oculos meos semper. *n* Cumque evigilasset, &c.] Jacob evigilat, quando claustralis surgit de contemplatione, & considerat vitam claustri, & poenitentiam. Et tunc dicit. *o* Vere Dominus, &c.] In contemplationis enim otio, sæpe fructus poenitentiæ prælibatur. *r* Quam terribilis est locus iste,] i. poenitentia, vel claustrum dæmonibus, scil. & filii eorum. Hoc est, quod legitur *Jud.* 7. quod Madianitæ perterriti, & turbati fugerunt, cum Gedeon, & socii ejus lagenas, quas tenebant manibus, confregerunt. *y* Tulit lapidem, quem supposuerat, &c.] & erexit in *z* titulum] Lapis Christus tunc capiti supponitur, quando ejus humanitatem attendimus. Tunc erigitur in titulum, quando ejus divinitatem recordamur. *Cant.* 2. Læva ejus sub capite meo, idest, fides humanitatis Christi in mente mea, & dextera ejus amplexabitur me, idest, virtus suæ divinitatis, deducet me ad amplexus sponsi.

a Fundens oleum desuper.] Super Christi passionem oleum devotionis, & compassionis debet fundi. Unde *Jo.* 12. Maria unxit unguento pedes Jesu. Et *Luc.* 7.

D

ut idololatra, sed quia vidit Christum nasciturum, qui unctus est oleo lætitiæ. Unde domum, sive urbem illam vocavit. *b* Bethel,] i. domum Dei, quia ei proxima est Bethleem, ubi natus est Christus. Prius autem vocabatur illa civitas Luza, i. nux, vel amygdalus, quia cum fundamenta illius jacerentur, inventa est ibi radix amygdali. Vel forte abundantia hujus generis arborum est ibi. Hæc est Jerusalem, quæ multis aliis nominibus appellatur: Solyma, Luza, Bethel, Jerosolyma, Jebus, Ælia, urbs sacra, Jerusalem dicitur, atque Salem. Item videtur, quod Jacob fecerit contra illud. *Lev.*20. Nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra. Solut. Lex ista data fuit postea ad vitandam idololatriam. Jacob autem hic in figura, & significatione. *c* Vocabitur domus Dei,] Prophetia est, domus Dei ibi futuræ. Ibi ipse rediens Deo sacrificavit.

De nominibus Jerusalem.

al. † Dominus.

a Appellavitque nomen urbis *b* Bethel, quæ prius Luza vocabatur: Vovit etiam votum, dicens: Si fuerit † Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reversusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, *c* vocabitur domus Dei, cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

C A P. X X I X.

PROFECTUS *d* ergo Jacob venit in terram Orientalem, *e* & vidit puteum in agro, *f* tresque greges ovium accubantes juxta eum, Nam ex illo adaquabantur pecora, & *g* os ejus grandi lapide claudebatur. † *h* Morisque erat, ut cunctis ovibus congregatis devolveret lapidem

al. † Mosque.

*Ps.*24. Docebit mites vias suas. Diligentia necessaria est. *Exod.*2. Moyses fugiens de Ægypto, i. de mundo, sedit juxta puteum, idest, sacram Scripturam, cujus præceptis firmiter inhærere debet, quisquis mundum deserit. *Deut.* 6. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua. *Seneca.* Otium sine litteris mors est. Item quies a curis hujus mundi est necessaria. 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus. *Eccl.* 38. Scribe sapientiam in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiam percipiet. *g* Os ejus grandi lapide claudebatur,] i. lex vetus mysticis figuris, & obscuris tegebatur. Nec fuit apertum os putei, idest, spiritualis intelligentia sacræ Scripturæ aperta, donec venit Jacob, qui aperuit eam. Hoc est, quod legitur. *Apocal.*5. Nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre eum. Et unus de senioribus dixit mihi, ne fleveris. Ecce vicit Leo de Tribu Juda, radix David aperire librum, & solvere septem signacula ejus. *Exod.* 34. Velamen erat super faciem Moysi. *h* Morisque erat, ut cunctis ovibus congregatis.] Puteus aperitur a Jacob, hoc est, quod discipulis congregatis in unum, Spiritus sanctus missus est, qui aperuit eis spiritualem intelligentiam omnium Scripturarum. *Actorum secundo.* Erant omnes discipuli pariter in eodem loco, & factus est repente de cœlo sonus.

16.4.74. Animas Deo.

A

℥ *d* Profectus

Mystice.

℥ *a* Appellavitque, &c.] Bethel interpretatur domus Dei, Luza, nux, quæ habet corticem amaram exterius, testam duram in medio, nucleum dulcem intrinsecus. Hæc est crux, quæ ante passionem amara quidem erat, & dura. Sed fracta est nux, & apparuit nucleus dulcis, & dicta est Bethel, i. domus Dei. Item Deus dicitur inesse rebus per naturam, tribus modis. Per potentiam, per præsentiam, per essentiam. Item per gratiam. Et hoc tribus modis. Inhabitatione, ut injustis; efficacia, ut in sacramentis; mysterio, ut in columba. Item per unionem. Et hoc tribus modis. Ad naturam humanam, ut in Christo; ad carnem, ut in sepulchro; ad animam, ut in inferno. Item per gloriam. Et hoc tribus modis. In vi rationabili, in quantum veritas per cognitionem; in concupiscibili, in quantum bonitas per dilectionem; in irascibili, in quantum majestas per reverentiam, & subjectionem. Item per corporalem præsentiam. Et hoc in tribus modis. In utero Virginis per conceptionem; in mundo per eruditionem; in cœlo empyreo per fruitionem. Item per miraculorum operationem. *Exod.*8. Digitus Dei est hic. Per devotam servitii exhibitionem, ut in claustro sanctorum virorum. Item per occultorum revelationem, hic. Item per vestigiorum ejus excellentem repræsentationem, ut in cœlo, in quo relucet maxime vestigium potentiæ, sapientiæ, & bonitatis divinæ. *Is.ult.* Cœlum mihi sedes est. Item per naturæ identitatem, sic Pater in filio, & filius in Patre. *Jo.*14. Nonne credis, quia ego in patre, & pater in me est? Et dicit *Hilar.* propter naturæ unitatem dicitur hic. Item Deus est in seipso, ut Alpha & Omega in mundo, ut creator, & recreator; in Angelo, ut decor, & sapor; in Ecclesia, ut paterfamilias in domo.

Quomodo Deus insit rebus.

E X P O S I T I O C A P. X X I X.

Mystice.

PRofectus *d* ergo Jacob venit in terram Orientalem,] Mystice, Jacob,] i. Christus egressus a Patre, venit in mundum, vel in Judæam, quę dicitur Orientalis, eo quod ad Orientem sita est, vel quia ibi ortus est sol justitiæ. *Jo.*4. Salus ex Judæis est. *e* Et vidit puteum in agro,] i. sacram Scripturam in patulo. Et dicitur sacra Scriptura puteus, & fons. Sed puteus, ubi difficilis, & obscura; fons, ubi facilis, & aperta. Vel puteus, quantum ad vetus Testamentum; fons quantum ad novum. *f* Tresque greges, &c.] i. tres sectas Judæorum, scil. Pharisæorum, Sadducæorum, Essenorum, ad Scripturam veteris Testamenti expectantium. *Jo.*5. Est autem Jerosolymis probatica piscina, quinque porticus habens; in his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Et notantur hic quinque, quæ necessaria sunt accedenti ad puteum sacræ Scripturæ, scil. humilitas, simplicitas, mansuetudo, diligentia, quies. Ovis enim humilis, & simplex, & mansueta est. Per hoc, quod dicitur, accubantes, quies; per hoc, quod dicitur, juxta puteum, diligentia. Humilitas quidem necessaria est. Superbis enim resistit Dominus; humilibus autem dat gratiam. *Jacob.* 4. *Matth.*11. Confiteor tibi, Domine, pater cœli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Simplicitas necessaria est. *Sap.*1. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Mansuetudo necessaria est.

℥ tanquam

Moraliter. *d* Profectus ergo Jacob, &c.] Hoc est, quod Christus venit in animam justi, quæ dicitur Orientalis, quæ solum illum quærit, & diligit, cujus nomen Oriens. Venit autem Deus in animam tribus modis. Primo, cum amaritudine, & terrore, quando scilicet reducit peccata præterita ante oculos, & incutit terrorem, cum nesciat homo, an sibi dimissa sint, an non, *Job* 10. propter superbiam quasi leænam capies me, reversusque mirabiliter me crucias. Secundo, venit cum deliciis paradisi, quando scilicet infundit devotionem. *Cantic.* 5. Veniat dilectus meus in hortum suum ut comedat fructum pomorum suorum. *Is.* 66. Gaudete universi, qui lugebatis, & flebatis, & repleamini ab uberibus consolationis ejus, ut mulgeatis, & deliciis affluatis. Tertio, venit cum præmio, in dissolutione, scilicet animæ a corpore. *Isai.* 62. Dicite filiæ Sion: Salvator tuus venit, ecce merces ejus cum eo. Sed quæ merces? Filii merces fructus ventris. *e* Vidit puteum] i. cor humanum clausum duritia, & obstinatione, quod tamen Jacob, i. Christus aperuit. *Ezech.* 11. Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent. *f* Tresque greges ovium accubantes juxta eum,] cogitationes simplices, desideria sanctorum, suspiria crebra, quæ juxta cor accubant, expectantia potum devotionis. Sine devotione enim aridum est cor humanum, & sitiunt greges ejus. *Ps.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. *Joel.* 1. Mugierunt greges armenti, quia non est pascua eis, sed greges pecorum disperierunt. Et postea: Sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te, quoniam exsiccati sunt fontes aquarum. Ecce tres greges juxta puteum sitientes. Ideo *Jud.* 1. Axa suspirans, & asino insidens, idest, anima fidelis carnem suppeditans, rogat patrem, dicens: Da mihi benedictionem pater, quia terram arentem dedisti mihi, da mihi & irriguam aquis.
h Morisque erat, ut cunctis ovibus, &c.] Hoc est, quando omnes cogitationes, omnia desideria, cuncta suspiria, conferuntur in unum, idest, in Christum. Tunc tollitur lapis, i. cordis duritia, & adaquantur greges aqua devotionis. *Cant.* 4. Vulnerasti cor meum soror mea in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui, idest, in unitate cogitationum tuarum. Quando enim unus est fluxus cogitationum, non divisus, tunc vulneratur Dominus ad amorem. *Exod.* 9. Congrega jumenta tua, & omnia quæ in agro habes: homines enim, & jumenta, & omnia

Moraliter. Zach. 6.

Ps. 142.

* quæ

℞ *d* Profectus ergo Jacob, &c.] *b* Dixitque ad paftores,] i. ad Prophetas. *d* Filium Nachor,] i. nepotem. *l* Sciret confobrinam] ideft, hoc a paftoribus didicerat. *n* Ofculatus eft eam.] *Aug.* Confuetudinis fuit maxime in illa fimplicitate antiquorum, ut propinqui propinquas ofcularentur, & hodie fit in multis locis. Et quæri poteft, quomodo illa ab ignoto ofculum acceperit, fi poftea indicavit Jacob propinquitatem? Ergo intelligendum eft, aut illum, qui propinquitatem noverat, fidenter in ofculum ruiffe, aut poftea Scripturam narraffe per recapitulationem, cum primum Jacob indicaverit, quis effet.

Infr. 43. B

& *a* refectis gregibus rurfum fuper os putei ponerent. Dixitque ad *b* paftores: Fratres, *c* unde eftis? Qui refponderunt de Aran. Quos interrogans, nunquid, ait, noftis Laban *d* filium Nachor? Dixerunt: Novimus. Sanufne eft, inquit? Valet, inquiunt. Et *e* ecce Rachel *f* filia ejus venit cum grege fuo. Dixitque Jacob: Adhuc multum *g* diei fupereft, nec eft tempus, ut reducantur ad caulas greges. *h* Date ante potum ovibus, & fic ad paftum eas reducite. *i* Qui refponderunt: Non poffumus, donec omnia pecora congregentur, & amoveamus lapidem de ore putei, ut adaquemus greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ovibus patris fui. Nam gregem ipfa pafcebat. *k* Quam cum vidiffet Jacob, & *l* fciret confobrinam fuam, ovefque Laban avunculi fui, amovit lapidem, quo puteus claudebatur, & *m* adaquato grege *n* ofcu-

terra noftra, ficus protulit groffos fuos, vineæ florentes odorem dederunt. Hoc eft, quod dicit mulier Samaritana. *Jo.* 4 Scio, quia Meffias venit, qui dicitur Chriftus. Cum ergo venerit, ille, annunciabit nobis omnia. *n* Ofculatus eft eam,] ideft, Chriftus reconciliavit fibi Ecclefiam. Hoc eft ofculum, quod tandiu defideraverant antiqui patres. *Cant.* 1. Ofculetur me, &c.

Ⓜ *a* Et elevata * quæ inventa fuerint foris, & non congregata de agris, morientur. *a* Et refectis gregibus, &c.] Non tantum eft continuus potus devotionis quantumcunque fpiritualis fit, fed aliquando interrumpitur, ut magis defideretur,

C

℞ *g* Et videbantur

Myftice. Ⓜ tanquam advenientis fpiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant fedentes, &c. Item cunctis gregibus congregatis aperitur puteus, quia non tantum uni genti, fed omnibus prædicata eft veritas. *Pf.* 18. In omnem terram exivit fonus eorum. *Jo.* 11. Erat Jefus moriturus non pro gente tantum, fed ut filios Dei, qui erant difperfi, congregaret in unum. *a* Et refectis gregibus rurfum, &c.] Hoc valde timendum eft nobis, ne nofmetipfi puteum nobis veræ intelligentiæ novis adinventionibus claudamus. *If.* 29. Peribit fapientia a fapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abfcondetur. Et fubjungit quafi comminando caufam. Væ qui profundi eftis corde, ut a Domino abfcondatis confilium. *b* Dixitque ad paftores: Fratres unde eftis?] Paftores funt Prophetæ, quos vocat Dominus fratres, quia ex Judæis, ficut ipfi, fecundum carnem natus eft. Hoc autem, quod interrogat, unde eftis, fignificat, quod non omnes mittebat Dominus, imo multi fuo fpiritu mendacia prophetabant, ficut hodie fit in multis. *Jer.* 23. Non mittebam Prophetas, & ipfi currebant; non loquebar ad eos, & ipfi prophetabant. Facit autem Jacob paftoribus tres quæftiones. Prima, [Unde eftis?] Et refpondent [De Aran.] Secunda, [Noftis Laban filium Nachor?] Et refpondent: [Novimus.] Tertia, [Sanufne eft? Valet, inquiunt.] Hæc eadem refpondere neceffe eft paftores animarum. Quærit enim Chriftus, unde eftis, de terra, aut de cœlo? Et dicunt omnes de Aran, i. de cœlo fumus. Aran enim interpretatur fublimis: Et eft falfa refponfio in ore multorum. Si enim de cœlo effent, cœleftia loquerentur. *Jo.* 3. Qui de terra eft, de terra loquitur; qui de cœlo venit, fuper omnes eft. *Jud.* 12. Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur fpica. Qui refpondebat Sibboleth, quod interpretatur fpica palearum. Item quærit Chriftus, Noftis Laban, ideft, Chriftum, qui fuo fanguine animas fidelium dealbavit? Debent refpondere: Novimus, non folum cognitionis, & fidei notitia, fed affectu, & imitatione. *Jo.* 12. Si quis mihi miniftrat, me fequatur. Item quærit Chriftus: Sanufne eft Laban, ideft, Chriftus in fe, & in membris? Et refpondent. Valet: fed quomodo fic refpondent, cum quotidie moriatur, & corrumpatur? *Pf.* 29. Quæ utilitas in fanguine, &c. *Heb.* 6. Prolapfi funt renovari ad pœnitentiam, rurfus crucifigentes filium Dei. Pro Deo, eft ne fanus, qui crucifigitur? Crucifigunt autem filium Dei in femetipfis, ut ibi dicit *Gloff.* & oftentui habent, qui gratiam ejus vilipendentes in peccatis jacent. *e* Et ecce Rachel,] ideft gentilitas venit ad finem. *Pf.* 85. Omnes gentes quafcunque, &c. *f* Filia ejus,] quia gentilis populus filius Dei erat per prædeftinationem. *g* Adhuc multum, &c.] i. adhuc multum temporis eft ab adventu ufque ad judicium, quando greges fidelium reducentur ad caulas, i. ad manfiones cœli. *Jo.* 10. Alias oves habeo, quæ non funt ex hoc ovili, & illas, &c.
h Date ante potum ovibus, &c.] ideft, facilia, & difficilia fimplicibus enodate, dicit Dominus paftoribus animarum. *i* Qui refponderunt: Non poffumus, &c.] q. d. Non licet, donec venerit, qui venturus eft. Et tunc amotus eft lapis de ore putei, quia Chriftus involuta legis myfteria patefecit. *Cant.* 2. Vox turturis audita eft in

& quia fit homo fpiritualis quafi acidiofus. Super quo conqueritur, *B. Bern.* Ab heri & nudiustertius invafit me languor quidam, & infolita quædam hebetudo fpiritus, nec legere, nec meditari, nec orare delectat. Ideo clamat *Pf.* 50. Redde mihi lætitiam falutaris tui. *Cant.* 6. dicit fponfa, quæ jugiter in cella vinaria commoratur: Dilectus meus defcendit in hortum fuum ad areolam aromatum, ut ibi pafcatur in hortis & lilia colligat, i. caftas cogitationes, quibus pafcitur Chriftus.
c Unde eftis? &c.] Ecce triplex quæftio, quæ proponitur prælatis. Prima, [Unde eftis?] Hoc eft, quod quæritur, utrum fuerint bene intromiffi. Et refpondent: [De Aran,] fumus, ideft, de fublimi, ideft, a Deo vocati fumus in dignitatem. Sed verius poffunt dicere: [De Aran,] i. de fublimi fumus, quia plures hodie carnis nobilitas inthronizat quam Dei vocatio. Deus enim non elegit potentes, feu nobiles, fed potius ignobiles, ideft, humiles, & infirmos. 1. *Cor.* 1. Videte vocationem veftram, fratres, quia non multi fapientes fecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: fed quæ ftulta funt mundi elegit Deus, & infirma, & ignobilia, ut confundat fapientes, & fortia, ut non glorietur omnis caro in confpectu ejus. Secunda quæftio. [Noftis Laban filium Nachor] ideft, Chriftum filium requiei. Hoc eft, quod requiritur a Prælatis, fcil. divina fcientia, quæ de Chrifto eft. Non enim fufficit eis fcire leges, aut decreta. Et hoc eft, quod in examinatione Epifcoporum quæritur ab eis. Scis vetus, & novum Teftamentum? Et refpondet: Scio. Tertia quæftio [Sanufne eft?] Hoc eft, quod fortitudo fpiritus requiritur in Prælatis. *Eccl.* 7. Noli quærere fieri judex, nifi virtute valeas irrumpere iniquitates, ideft, nifi fortiter omnes tentationum, & perfecutionum impetus irrumpere poffis. Tria igitur requiruntur in Prælato, jufta vocatio, fcientia divina, & fpiritus fortitudo.
e Et ecce Rachel] Optima probatio, quod fanus fit Prælatus, fi Rachel cum grege veniat ad eum, ideft, contemplatio cum grege bonarum cogitationum, potum devotionis quærentium. *h* Date ante potum ovibus, & fic eas ad paftum reducite.] Totum officium prædicationis confiftit in duobus. In inftructione fidei, & exhortatione bonæ operationis. Hoc eft, quod præcipit hic Jacob paftoribus, i. Chriftus Prælatis. Date ovibus potum fidei, & fic ad paftum operum reducite. Vel [Date potum,] i. reficite affectum. [Et reducite ad paftum,] ideft, reficite intellectum.
k Quam cum vidiffet, &c.] Jacob prælatus: Laban, Chriftus. Rachel, anima fubditi, filia Chrifti: oves, cogitationes: puteus, cor humanum. Eft igitur fenfus: Cum Prælatus videt animam fubditi ducentem cogitationes fuas, & colligentem in unum, amovet lapidem a puteo, i. duritiam a corde fuo, i. excitat inde affectum devotionis, & adaquat gregem, i. lacrymans, alios ad lacrymas commovet 1. *Efdr.* 10. Orante Efdra, & implorante Deum, & flente, & jacente ante templum Dei, collocatus eft de Ifrael cœtus grandis nimis virorum, ac mulierum, & puerorum, & flebat populus multo fletu.
m Et adaquato grege ofculatus eft eam.] ideft, refectis fubditis, redit Prælatus ad contemplationem. Vel

* poft luctum

latus est eam, & *a* elevata voce flevit, *b* & indicavit ei, quod frater esset patris ejus, & filius Rebeccæ. At illa festinans nunciavit patri suo. Qui cum audisset venisse Jacob filium sororis suæ, † *c* occurrit obviam ei, complexusque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, respondit: Os meum es, & caro mea. Et postquam † expleti sunt dies mensis unius, dixit ei: Num quia frater meus es, gratis servies mihi? Dic, quid mercedis accipias. *d* Habebat vero duas filias. Nomen majoris Lia, minor appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu: Quam diligens Jacob, ait: Serviam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respondit Laban: Melius est, ut tibi eam dem, quam viro alteri; Mane apud me. *e* Servivit igitur Jacob pro Rachel *f* septem annis, & *g* videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitque ad Laban: Da mihi uxorem meam, quia jam tempus † expletum est, ut ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit nuptias, & vespere filiam suam Liam introduxit ad eum, dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Jacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam, & dixit ad socerum suum: Quid est, quod facere voluisti? Nonne pro Rachel servivi tibi? Quare imposuisti mihi? Respondit Laban: *h* Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias;

al. † occurrit. — al. † impleti. — al. † impletum.

Ω *g* Et videbantur illi pauci] Laborem leviabat amor. Item videtur male dixisse, cum potius dicere debuisset. Videbantur ei dies multi, quoniam animo desideranti ipsa velocitas tarda est. Solutio: Sic intelligendum est. Videbantur ei dies pauci, idest, labor dierum parvus comparatione mercedis. *Aug.* Pro ingenti crimine objiciuntur Jacob quatuor uxores. Sed quando mos erat, crimen non erat, nunc autem crimen est, quia mos non est. Alia sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Sed Jacob non hoc fecit contra naturam, qui non lasciviendi, sed gignendi causa illis mulieribus utebatur. Nec contra morem, quia illo tempore in illis terris hoc factitabatur. Nec contra præceptum, quia nulla lege prohibebatur. Nunc vero legibus, & moribus hoc non licet. Quæ duo si quis contempserit, etiamsi tantum causa gignendi pluribus feminis utatur, peccat tamen, & humanam violat societatem, cui necessaria est propagatio filiorum. Sed quia homines, aliter se habentibus moribus, non possunt delectari uxorum multitudine, nisi libidinis magnitudine, errantes non putant haberi potuisse uxores multas, nisi concupiscentiæ carnalis flagrantia.

D

Ω *e* Imple

Mystice. ⊕ *a* Et elevata voce flevit, idest, Ecclesiæ conversæ compassus est. Hoc est, quod legitur *infra* 45. quod Joseph super collum Benjamin inclinatus, flevit.

d Habebat vero duas filias.] Duæ filiæ Laban, duo populi. Lia lippa, & laboriosa, populus Judaicus, qui nihil spirituale videbat in lege, labore cæremonialium occupatus. Rachel decora facie, gentilitas decora fide, & amabilis charitate. Utramque sibi Christus desponsavit. Primo synagogam, deinde gentilitatem.

Moraliter. * post luctum debet prælatus suos subditos consolari.

a Et elevata voce flevit,] Hoc est, quod consideratio æternorum in nobis cumulat fluvium lacrymarum, tum pro dilatione gloriæ, tum pro incolatu miseriæ.

b Et indicavit, &c.] Et nos si volumus placere Racheli, ostendere nos debemus ei nos esse fratres Laban, id est, Christi per imitationem, ut sicut ipse voluntatem Patris fecit, ita & nos faciamus. *Matth.* 12. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est.

c Occurrit obviam, &c.] Ita Christus occurrit prælato in contemplatione multoties. *If.* 66. Ego consolabor vos, & in Jerusalem consolabimini. Item 64. Descendisti, & a facie tua montes defluerunt. Et *infra* Occurristi lætanti, & facienti justitiam.

d Habebat vero, &c.] Duæ filiæ Laban, duæ vitæ, activa, scil. & contemplativa, quæ Jacob, i. prælato conjugio copulantur. Lia interpretatur laboriosa, & significat activam. Rachel videns principium, & significat contemplativam, quæ videt Verbum in principio. Illa lippa, ista pulchra, quæ circa spiritualia activa minus videt, contemplativa vero per intelligentiam veritatis magis clare. Hanc diligit Jacob, i. prælatus & propter hanc servit Laban, i. Christo, non pro Lia, quia nulli, aut pauci affectant laborem actionis, vel passionis. Sed tamen prius Lia supponitur, quia absque labore actionis non potest aliquis venire ad quietem contemplationis. Septem anni, quibus primo servivit Jacob, sunt septem præcepta secundæ tabulæ. *Exod.* 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Non mœchaberis. Non occides. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Non concupisces rem proximi tui. Non desiderabis uxorem ejus. Quibus diligenter impletis, nondum tamen assequitur speratam quietem mentis, sed pro Rachele supponitur Lia. Et hanc sustinet, ut ad illam tandem perveniat. Sed oportet, quod serviat aliis septem annis, qui sunt, ut sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens, & sitiens justitiam, misericors, mundus corde, pacificus. Et tunc demum habet Rachel. *Matth.* 5. Beati enim pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

E

e Servivit igitur Jacob] aliter, &c.

Mystice: Jacob, Christus: Rachel, Ecclesia. Servivit igitur Jacob, idest, Christus, quia exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, *Phil.* 2. pro Rachele, idest, pro Ecclesia de gentibus habenda, secundum quod dixerat ei pater: *Psal.* 2. Postula a me, & dabo tibi gentes, &c. Vel pro Rachele, idest, vice Rachelis, ut servile jugum ab ea excuteret. *Galat.* 4. Factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Vel pro Rachele, idest, pro Ecclesia lavanda, & mundanda a sordibus peccatorum. *If.* 43. Servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem iniquitatibus tuis. Ipse enim est hircus emissarius, qui universa peccata populi ferebat in desertum, scil. Crucis. *Levit.* 16. *Isaiæ* 53. Unusquisque in viam suam declinavit, & Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. 1. *Petr.* 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus.

F

f Septem annis,] idest, tota vita sua, quæ septem diebus agitur. A primo enim instanti conceptionis suæ cœpit nobis Deus misereri, idest, Christus. *Job* 31. Ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. *Ecclesiastic.* 5. Miseratio Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur

g Et videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine:] quia Christus levia, & brevia reputavit, quæ pro electis sustinuit. *If.* 40. Qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit. *Psalmus* 18. Exultavit ut gigas, &c. Prius supponitur Lia Jacob, & postea Rachel, quia primo conversi sunt de Judæis, qui per Liam significantur. Deinde celebratæ sunt nuptiæ Rachelis, idest Ecclesiæ de gentibus, quam tantum desideraverat. Unde sequitur: Et potius optatis nuptiis. Harum nuptiarum epithalamium cecinerat Salomon longo tempore ante. Unde est totus liber Canticorum. Septem annis servivit Christus in persona sua pro Rachele, idest, tota vita, nec tamen habuit adhuc, quia pauci de gentibus ipso prædicante sunt conversi. Et servivit aliis septem annis, qui adhuc durant in membris suis pro Rachele habenda.

h Non est in loco nostro consuetudinis,] Non est apud Christum consuetudo, ut minor filia, idest, contemplativa prius tradatur nuptiis, sed major prius debet tradi, quia actio debet præcedere contemplationem, & labor gloriam. Ita enim fecit Christus, & sui. Unde: Transivimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. *Psal.* 65. Per desertum enim de Ægypto oportet transire in Jerusalem. Lia ancillam habet Zelpham, quæ interpretatur os hians, & significat solicitudinem, quæ activæ deservit: *Luc.* 10. Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Item Rachel habet ancillam Balam, quæ interpretatur inveterata, & significat solicitudinis quietem, quæ contemplativæ deservit. *Luc.* 10. dicit Martha: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare, &c. *Bernar.* Felix domus

⊕ ubi

a Imple hebdomadam dierum hujus copulæ, & hanc quoque dabo tibi pro opere, quo ſerviturus es mihi *b* ſeptem annis aliis. Acquievit placito, & hebdomada tranſacta, Rachel duxit uxorem, cui pater ſervam Balam dederat. Tandemque potitus optatis nuptiis, amorem ſequentis priori prætulit, ſerviens apud eum ſeptem annis aliis. Videns autem Dominus, quod deſpiceret Liam, aperuit vulvam ejus, ſorore ſterili permanente. Quæ conceptum genuit filium, vocavitque nomen ejus *c* Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam: Nunc amabit me vir meus. Rurſumque concepit, & peperit filium, & ait: Quoniam audivit Dominus haberi me contemptui, dedit etiam iſtum mihi. Vocavitque nomen ejus *d* Simeon. Concepit tertio, & genuit alium, dixitque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod peperim illi tres filios. Et idcirco appellavit nomen ejus *e* Levi. Quarto concepit, & peperit filium, & ait: *f* Modo confitebor Domino. Et ob hoc vocavit eum *g* Judam. Ceſſavitque parere.

C A P. XXX.

CERNENS *b* autem Rachel, quod infecunda eſſet, invidit ſorori, & ait marito ſuo; Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus reſpondit Jacob: Num pro Deo ego ſum, qui privavit te fructu ventris tui? At illa: Habeo, inquit, famulam Balam, ingredere ad illam, ut pariat *i* ſuper genua mea, & habeam ex ea filios. Deditque illi *k* Balam in conjugium. Quæ ingreſſo ad ſe viro concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel: *l* Judicavit mihi Dominus, & exaudivit vocem meam, dans mihi filium: Et idcirco appellavit nomen ejus Dan. Rurſumque Bala concipiens peperit alterum, pro quo ait Rachel; *m* Comparavit me Dominus cum ſorore mea, & invalui; Vocavitq; eum Nephtalim.

a Imple hebdomadam] ideſt, celebra nuptias has de more ſeptem diebus. Iniquum enim fuit, ut deceptum ſeptem alios annos differret.

b. Septem annis aliis.] *Hieron.* Non, ut quidam male æſtimant, poſt ſeptem annos alios, Rachel accepit uxorem, ſed poſt ſeptem dies nuptiarum primæ uxoris. Nam ſequitur: Et ingreſſus eſt ad Rachel, & dilexit Rachel magis, quam Liam, & ſervivit illis ſeptem annis aliis.

c Ruben,] viſionis filius.

d Simeon] auditio.

e Levi,] applicatio, vel additio.

f Modo confitebor, i. laudabo Deum.

g Judam,] i. confeſſionem, i. gratiarum actionem, ſicut ibi: Confiteor tibi, pater Domine cœli, & terræ, i. gratias ago tibi. *Matth.* 11.

[margin: *De venust. ... Pie regula ... licet, ...*]

[margin: *Myſtice.*] O ubi Martha ſemper conqueritur de Maria.

G Lia quatuor filios genuit, Rubem, Simeon, Levi, Judam. Ruben interpretatur viſio. Simeon, auditus. Levi additus. Judas, confeſſio. [margin: *1. Par. 2.*] Hæc quatuor debet habere quilibet. Primo, oportet ut ſit Ruben, ideſt, ut videat, & attendat quanta pro ipſo paſſus eſt Chriſtus. *Iſa.* 43. Reduc me in memoriam, & judicemur ſimul. Secundo, oportet ut ſit Simeon, ideſt, audiat Dominum comminantem malis, & exhortantem bonos. *Iſa.* 30. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audientes verbum poſt tergum monentis. Tertio oportet, ut ſit Levi, ideſt, ut addat fidem auditis & fidei operis executionem, ut ſic addatur conſortio juſtorum. *Malach.* 3. Sedebit Dominus conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in juſtitia. Quarto, oportet ut ſit Judas, ut confiteatur Domino confeſſionem laudis, propter ipſum pœnitentiam agendo. *Pſalm.* 137. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audiſti omnia verba oris mei. De his quatuor ſimul dicitur *Job ult.* Auditu auris audivi te, ecce Simeon. Nunc autem oculus meus videt te, ecce Ruben. Idcirco ipſe me reprehendo, ecce Levi. Et ago pœnitentiam in favilla & cinere, ecce Judas. Vel aliter. Primo naſcitur Ruben, ſecundo Simeon, tertio Levi, quarto Judas, quia homo ſe videns, & conſiderans infirmitatem ſuam, humiliatur; humiliatus, exauditur; exauditus, aſſumitur ad gloriam; aſſumptus in gloria, confitetur confeſſione illa, de qua *Pſalmus*. In nomine tuo confitebuntur in ſæculum.

EXPOSITIO CAP. XXX.

CERNENS *b* autem Rachel, quod infecunda, &c.]

i Super genua mea,] Enclitica eſt locutio, & debet ſuppleri ſic, ut pariat filium, qui ſedeat ſuper genua mea.

k Balam in conjugium.] Forte omnis concubina uxor dicitur, ſecundum morem Scripturæ, non e converſo.

l Judicavit mihi Dominus,] ideſt, judicium fecit, æquans me ſorori.

m Comparavit me Dominus] Sed quomodo comparavit? Nondum enim æquata fuit ſorori, quia Lia plures habebat. Solutio. Ideo dixit, quia ſperabat ſe quotidie habituram plures. Vel parificatam ſe dixit ſorori in dilectione viri, vel in prole, non in numero prolis.

a Egreſſus

[margin: *Myſtice.*] Myſtice. *b* Cernens autem Rachel,] Rachel interpretatur principium, & ſignificat contemplativam, quæ contemplando verbis in principio delectatur. Bala interpretatur inveterata, & ſignificat figuras corporeas, quia de vetuſtate hominis eſt, quod talibus indigemus ad ſpiritualia contemplanda. *Rom.* 1. Inviſibilia Dei a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Rachel igitur cum per ſe non poſſit, ex Bala ancilla ſua vult filios habere, quia contemplativa de divina eſſentia per ſe non valet aliquid perfecte ſpeculari, & ita Deo filios procreat per quaſdam imagines corporeas, & quodcumque inde ſentit, mavult inſinuare quam omnino tacere, ſicut Apoſtolus *Heb.* 1. filium vocat ſplendorem gloriæ Dei, quia ſicut ſplendor ex igne, vel ſole generatur, & tamen eſt coævus eis, ita filius generatur a Patre, & tamen eſt coæternus ei. De Bala igitur ancilla Rachel ſuſcipitur filius Dan, ideſt, judicium, quia quanto quis majorem de Deo notitiam habet, tanto diſtrictius judicat de peccatis ſuis. *Job* 4. Suſcepit auris mea venas ſuſurri ejus, in horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare homines, pavor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. Ibi *Gloſſ.* Venæ ſuſurri ſunt omnia creata, quibus notitiam colligimus Divinitatis. Sed & hoc furtive, quia nec ipſa mira opera, niſi raptim, & tenuiter penſamus. Sed quo plus mens levata virtutem Dei conſiderat, magis rectitudinem ejus repreſſa formidat. Item *Gloſſ.* Suſurrus, eſt ipſa locutio intima. Venæ, modi quibus illa ad mentem noſtram venit, quia aliquando nos amore, aliquando terrore compungit. Venas ergo ſuſurri furtim audire, eſt occultos divinæ aſpirationis modos tenuiter, & latenter cognoſcere. Vel Bala eſt vetus vita, quæ parit nobis Dan, & Nephtalim, ideſt, conſideratio veteris vitæ, facit noſmetipſos judicare, & in bonis operibus dilatari. *Deut.* 33. Dan catulus leonis, fluet larg ter de Baſan. In leone intelligitur fortitudo, in catulo infirmitas. Catulus ergo leonis Dan, fluet largiter de Baſan, quia quanto amplius quis infirmatur per pœnitentiam, tanto amplius roboratur ad bene operandum per fortitudinem. Zelpha interpretatur os hians, & ſignificat illos, quorum os ad prædicationem hiat, ſed non cor. De quibus *Iſ.* 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. *Jerem.* 12. Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum. [margin: *Matth.* 15.] Hi ſunt, qui vento inanis gloriæ, vel quæſtus temporalis gratia prædicant, ex quibus Lia, ideſt, vita laborioſa, quando non poteſt per ſe, vult filios ex ancilla ſuſcipere. Hoc eſt, quod dicit Apoſtolus. *Philippenſ. prima*. Sive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuncietur, in hoc gaudeo, ſed & gaudebo. De Zelpha duos filios ſuſcepit Lia. Primus Gad, ideſt, accinctus. Secundus Aſer, ideſt, beatus, quia per ignominiam Paſſionis pervenitur ad gloriam beatitudinis. 1. *Petr.* 1. Prænuncians eas, quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.

[margin: *12. 9. 4. & 11 & c. obſi... ciuntur Jacob. De divers. c. gaudeamus.*]

O *a* Egreſſus

Sentiens Lia, quod parere desiisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit: Qua post conceptum edente filium, dixit: Feliciter: Et idcirco vocavit nomen ejus Gad. Peperit quoque Zelpha alterum: Dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent mulieres: Propterea appellavit eum Aser. *a* Egressus autem Ruben tempore *b* messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel: *c* Da mihi partem de mandragoris filii tui. Illa respondit. *d* Parumne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel: *e* Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui. Redeuntique ad vesperam Jacob de agro, egressa est in occursum Lia, & ait: Ad *f* me, inquit, intrabis, quia *g* mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormivit cum ea nocte illa, & exaudivit Deus preces ejus, concepitque, & peperit filium quintum, & ait: Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo: Appellavitque nomen ejus *h* Isachar. Rursum Lia concipiens peperit sextum filium, & ait: Ditavit me Deus dote bona, etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios, Et idcirco appellavit nomen ejus *i* Zabulon. Post quem peperit filiam nomine Dinam. Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudivit eam, & aperuit vulvam ejus, quæ concepit, & peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum. Et vocavit nomen illius *k* Joseph, dicens: Addat mihi Dominus filium

Ω *a* Egressus autem Ruben tempore, &c.] *Aug.* De hoc autem genere opinari quosdam scio, quod acceptum in escam, in sterilibus feminis fœcunditatem pariat, & ideo institisse Rachel, ut hoc acciperet, quod ego non arbitror, nec si tunc concepisset. Nunc vero cum post duos Liæ alios ab illa nocte partus, Dominus eam prole donaverit, nihil est, quod de mandragora tale aliquid suspicemur, quale in nulla femina experti sumus. Cum enim mala hæc ipse vidissem, & propter sacræ Lectionis hunc locum mihi obtigisse gratularer: Rara enim est res, naturam eorum quantum potui perscrutatus sum, non aliqua a communi sensu remotiore scientia, quæ docet radicum virtutes, & potestates herbarum, sed quantum renunciat visus, olfactus, gustus, eam comperi pulchram summe olentem, sapore autem insipido. Cur ergo etiam mulier tantopere cupierit, nescio, nisi forte propter pomi raritatem, & odoris jucunditatem.

32. q. 1. §1.

B

C

Exod. 9.

b Messis triticeæ in agrum] quia prius metebantur hordea, postea triticum, & alia serotina: In *Exod.* enim legitur: Serotina non sunt læsa grandine. Vel tres erant messes. Prima fructuum, secunda frugum, tertia vindemiæ. Hæ tres messes notantur *Levit.* 26. ubi dicitur. Pomis arbores replebuntur, apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem.

h Isachar,] est merces. Is enim vir dicitur, Achar merces, quia introitum viri Rachel debitum, mandragoris filii emerat.

i Zabulon,] idest, habitaculum. In Libro Hebræorum nominum, violenter fluxus noctis interpretatur.

k Joseph,] idest, augmentum.

Ω *f* Quod

Allegoriæ. *c* Da mihi partem] in quo sigillantur quidam claustrales, qui non reputant bonos, nisi sibi consimiles. Non autem dicit contemplativa activæ: Communica mihi partem laudis tuæ. Non enim consequitur laudem contemplativa, nisi per activam. Sed sunt aliqui, qui potius sine laude volunt esse, quam aliis communicare. Dolet enim Saul, quia in laude communicat ei David 1. *Reg.* 18. Iratus est Saul nimis, & displicuit in oculis ejus sermo iste, dixitque: Dederunt David decem millia, & mihi dederunt mille. Tales volunt esse unicolores, & ideo privantur in numero, & nomine.

d Parumne tibi videtur,] q. d. activa ad contemplativam. Bonos viros non permittis exire ad operationem, & vis gloriari; da mihi ritus tuos, & sic poteris habere laudem. *Eccl.* 44. Homines divites in virtute pulchritudinis studium habentes, Ecce contemplationis otium: pacificantes in domibus suis, Ecce activæ officium. Proprium enim prædicatorum est, reconciliare homines Deo; Judith enim quandiu clausa fuit, victrix non fuit.

Judith. 9.

e Dormiat tecum] Discrete concedit Rachel virum suum Liæ, non vult, ut discurrat, sed dicit: [Dormiet] Qui enim dormit, oculos habet clausos, & religiosi cum egrediuntur ad prælationes, debent habere oculos clausos ad temporalia, aliter abutuntur licentia Rachelis, Heu quot hodie abutuntur.

f Ad me, inquit, intrabis,] q. d. activa, si contemplationi quam diligis, vis conferri bonam opinionem, noli fugere officiosum laborem. Vel sic: Lia egreditur in occursum Jacob, quando Ecclesia canonice Prælatum eligit. [Ad me, inquit, intrabis,] quasi dicat, ex quo præcessit Canonica electio, debet sequi sedula officii executio. Prius enim inungitur tabernaculum, & postea Aaron. In quo datur intelligi, quod non Ecclesia propter Episcopum, sed Episcopus propter Ecclesiam fit.

Aliter.

g Mercede conduxi te,] idest, spe æternæ retributionis elegi te, dicit Ecclesia prælato. Proponitur autem Prælatis in præsenti merces, scilicet, ipsa bona temporalia, non tanquam illud, quod expetitur, sed quasi necessarium, quod adjicitur.

h Isachar,] interpretatur merces, qui bene dicitur filius Liæ, quia de operibus activæ procedit merces retributionis æternæ *infra* 49. Isachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod esset optima, & supposuit humerum suum ad portandum. Labor enim actionis, via est ad requiem contemplationis, etiam æternæ visionis.

i Zabulon.] Interpretatur habitaculum fortitudinis, qui recte nascitur post Isachar, quia in bonis operibus, in portandis oneribus necessaria est fortitudo. Hi sex filii Liæ, sex opera misericordiæ, pro quibus dicetur electis: Venite benedicti, &c. *Matth.* 25. Sed ultimo nascitur Dina filia Liæ, hoc est, quod exercitio bonorum operum sæpe se immiscet pulvis inanis gloriæ: Ideo præcipitur Apostolis *Matthæi decimo.* Excutite pulverem de pedibus vestris. *Joannis decimotertio.* Qui lotus est, non indiget, nisi, ut pedes lavet, sed est mundus totus.

D

Ω *a* Nato

Mystice. ⊙ *a* Egressus autem Ruben] Ruben, filius visionis, & significat Christum. Tempus messis triticeæ, tempus est gratiæ. Per triticum enim spiritualis intelligentia designatur: Per hordeum, litteralis, quæ fuit in Veteri Testamento. Egressus est ergo Ruben in agrum tempore messis triticeæ, idest, Christus venit in mundum tempore gratiæ, quod plenitudo temporis, dicitur: *Galat.* 4. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum sub lege, factum ex muliere. Et dicitur plenitudo temporis, quia tunc repletum est cor humanum fide, uterus Virginis prole, natura humana referta est divinitate. Triplex mira conjunctio, Deus homo, mater virgo, cor hominis fidele. Mirum quidem fuit, quod Deus homo fieret, sed mirabilius, quod virgo pareret, sed mirabilissimum, quod cor hominis his duobus acquiesceret, ut dicit *Bernard.* Item Ruben, filius visionis, prælatus est, qui debet esse filius visionis, non filius cæcitatis, ut multi, de quibus *Isai.* 56. Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt universi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia. Ruben igitur debet egredi in agrum per prædicationem, debet etiam invenire mandragoras, quæ sunt poma odorifera, sed insipida, hoc est odorem bonæ opinionis, quæ provenit ex labore operationis. Has mandragoras quærit Rachel a Lia, quia contemplativa odorem bonæ opinionis vult habere, sicut & activa, sed non potest Rachel habere mandragoras, nisi concedat Liæ Jacob, idest, nisi bonos contemplativos mittat in prædicationem, quia per tales apparet sanctitas contemplativæ, & per tales fœcundatur Rachel. Per hoc enim multi transeunt ad religionem, quia vident bona, quæ faciunt illi, quos Rachel dedit Liæ. Ruben vero inventas mandragoras defert ad matrem, quia prælatus laudem suæ prædicationis, vel operationis, non sibi adscribit, sed divinæ gratiæ. *Proverb.* 25. Mel invenisti, comede, quod satis est. *Gloss.* Vel dulcedo popularis auræ, de qua si quis se reficit ultra quam satis est, crepat, & evomit.

Moraliter.

* *a* Nato

alterum. *a* Nato autem Joseph, dixit *b* Jacob socero suo: *c* Dimitte me, ut revertar in patriam, & *d* ad terram meam. *e* Da mihi uxores, & liberos meos, pro quibus servivi tibi, ut abeam. *f* Tu nosti servitutem, qua servivi tibi. Ait ei Laban: *g* Inveniam gratiam in conspectu tuo. *h* Experimento didici, quod benedixerit mihi Deus propter te: *i* Constitue mercedem tuam, quam dem tibi. At ille respondit: *k* Tu nosti, quomodo servierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit *l* possessio tua:

Mystice. ☉ Mystice, *a* Nato autem Joseph.] Transitus Jacob de Chanaam in Mesopotamiam, significat [ut dictum est] transitum Christi de Judæis ad gentes. [Nato autem Joseph,] i. gentilitate conversa, vult redire Jacob in Chanaam, i. Christus ad Judæos. Unde *Is.* 10. in veritate reliquiæ convertentur, reliquiæ inquam Jacob ad Deum fortem. Hoc significat liber, qui in fine Missæ de sinistro cornu altaris refertur in dextrum cornu, unde translatus fuerat in sinistrum. (3. *Reg.* 11.) *Malach. ult.* Ecce mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis; & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. *b* Dixit Jacob socero suo:] i. Christus Gentili populo ex quo Ecclesia orta est Sponsa Christi. *c* Dimitte me, ut revertar] i. acquiesce, ut revertar ad Judæos. *c* In patriam,] i. in Judæam. Hoc est, quod legitur *Luc.*4. Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua, i. in Judæa. *d* Et ad terram] i. ad hæreditatem. Judæa enim hæreditas Christi est ex matre sine patre. Cœlum vero hæreditas Christi est ex patre sine matre *Ps.* 113. Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. *e* Da mihi uxores, & liberos] i. activos, & contemplativos, quos genuit in gentilitate per gratiam, & prædicationem Apostolorum. 1.*Cor.*4. In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. Hos vult Christus reducere ad Judæos, ut sit una Ecclesia ex gentibus & Judæis *Jo.*10. Alias oves habeo, & illas oportet me adducere, & fiet unum ovile, & unus pastor. *f* Tu nosti] i. satis instruxi te in fide humanitatis, in qua servivi nascendo, vivendo, moriendo. Nascens docuit humilitatem *Is.*9. Parvulus natus est nobis. Vivens docuit pietatem: Misericordiam, inquit volo, & non sacrificium. *Os.* 6. Moriens docuit charitatem 1.*Jo.* 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit.

g Inveniam gratiam] Non vult gentilitas adhuc Christum dimittere, sed vult, ut adhuc serviat. Servivit primo Christus septem annis, i. tota vita sua, quæ septem diebus agitur, habuit Liam, i. primitivos Judæorum. Servivit & aliis septem annis in Apostolis suis, & habuit Rachel, i. fideles ex gentibus conversos. Modo servit adhuc in prædicatoribus, & Prælatis pro pecoribus, i. pro peccatoribus reconciliandis. Homines enim, & jumenta salvabis, Domine. *h* Experimento.] Beneficia ex adventu Christi suscepta confitetur gentilitas. *Ps.* Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Et quidem beneficia multa sunt, & magna: Cæca erat gentilitas, & visum recepit. *Luc.* 18. Cum appropinquaret Jesus Jerico, i. Christus, cum venit in mundum, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans, i. gentilis populus extra legem. *i* Constitue] Non vult Laban, i. gentilis populus mercedem constituere Jacob, i. Christo, sed vult, ut ipse sibi mercedem constituat pro beneplacito suo. Scit enim, quod non quæret, nisi quod justum est, animas, scil. quas creavit, & recreavit, & comparavit sanguine suo, sc. 1.*Cor.*6. Empti estis pretio magno. *Zach.*6. Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam, & si non, quiescite: Neminem enim cogit Dominus. *k* Tu nosti.] Duo notantur hic, sedulitas officii, & fidelitas. Sedulus quidem fuit in vigiliis pernoctando, fidelis bene custodiendo. *Jo.*17. Quos mihi dedisti, ego custodivi, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Et felix ille pastor, qui sic potuerit dicere, quando Christus requiret numerum ovium suarum. *Jer.*33. Adhuc transibunt greges ad manum numerantium. *Ezech.* 34. Ecce ego requiram oves meas, & visitabo eas, sicut pastor visitat gregem suum.

l Possessio] hominis est anima illius. *Luc.*21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et omnium animas habet Christus in manu sua. *Ezech.* 18. Omnes animæ meæ sunt, ut animam patris, ita & anima filii mea. Sed dices: Pater est, qui loquitur, esto, & filius loquitur. *Jo.* 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.

☉ *a* Modicum

Moraliter. Moraliter, *a* Nato autem Joseph] Jacob Prælatus, vel quilibet justus: Laban Christus: Joseph filius Rachel, i. contemplationis, gustus suavitatis in contemplatione. Nato igitur Joseph,] i. gustata suavitate contemplationis, non vult Jacob amplius servire, sed cogitat de recessu in patriam, i. in requiem contemplationis *Greg.* Cuncta hujus mundi prospera, mens sanctorum eo ægre tolerat, quo supernæ felicitatis est amore sauciata. Item cæcitatis nostræ tenebras cum studiose conspicimus, mentem ad lamenta provocamus. Flet enim cæcitatem, quam foris patitur, si humiliter meminit, quo interiori lumine privatur. Idcirco dicit Jacob ad Laban, nato Joseph: *c* Dimitte me, ut revertar, &c.] *Phil.* 1. Coarctor e duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo. *Is.*33. Regem in decore suo videbunt, oculo, scil. contemplationis, & oculi ejus cernent terram de longe. i. de hac valle miseriæ cupientes illuc ire, si possent. *e* Da mihi uxores,] Uxores sunt duæ virtutes animæ, affectus, & intellectus: Filii sunt meditationes, & desideria, quæ ex illis oriuntur. Vel septem dona Spiritus sancti, quorum tres ad effectum pertinent, scil. spiritus timoris, pietatis, & fortitudinis. Tres ad intellectum, scil. spiritus scientiæ, consilii, & intellectus. Unus est communis. Unde signanter dicit: Da mihi, & non dicit, redde, quia ex mera gratia dantur ista, non ex merito. *f* Tu nosti] 4.*Reg.*20. Memento, quæso Domine, quomodo ambulaverim in veritate coram te, & in corde perfecto. O quam felix, qui hoc dicere audet.

g Inveniam gratiam] Ita dicit Christus, qui viro justo dum adhuc utilis est Ecclesiæ, non permittit recedere a labore. *Phil.* 1. Multo magis melius permanere necessarium est propter vos, *Greg.* Neque enim perfectus prædicator est, qui vel propter contemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. Hinc est, quod Abraham conjugem mortuam in sepulchro duplici sepelit. Conjux mortua, anima est, præsentis vitæ desideriis separata. Sepulchrum duplex, actio & contemplatio. In nocte debet sepeliri anima in superiori parte sepulchri, i. in contemplatione. De die in inferiori, i. actioni insistere. *Ps.* 41. In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus. Unde Dominus in die prædicabat, miracula faciebat, in nocte orabat. *Greg.* Sicut sepulchrum est locus, quo absconditur corpus, ita contemplatio divina, sepulchrum mentis est, quo absconditur anima mortui: Sepulchro abscondimur, cum mortificamur exterius, & in secreto internæ contemplationis celamur. Hæc est cella, de qua dicit sponsa *Cant.*2. Introduxit me Rex in cellam vinariam. (*Matth.* 17.) Domine, bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, lectionem, orationem, meditationem. Unde, quod prælatus, vel quilibet justus vult extra cellam morari, mirum est. Ideo dicit Laban: Inveniam gratiam] Gratiam enim Christo faciunt, qui propter pascenda pecora Laban, i. Christi laborem non respuunt. *h* Experimento didici, quod benedixerit, &c.] Non dicit didici verbo, sed experimento, quia prælati boni plus proficiunt Ecclesiæ Christi exemplis, quam verbis. 1.*Reg.*7. Facta est manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuel, non quia bellicosus, sed quia justus. *i* Constitue] Non solum supra condignum, sed etiam in optione boni Prælati, qui dicit: Nihil volo, ponit Dominus quantitatem mercedis. Quod significatum est *Luc.* 18. ubi dicit Dominus cæco, habenti oculos ad temporalia: Quid tibi vis faciam? Ideo dicitur *Eccl.*7. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes eum libertate, neque inopem relinquas illum. 1.*Reg.*18. Anima Jonathæ conglutinata est animæ David, & dilexit eum Jonathas quasi animam suam. Nam expoliavit se Jonathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam David: Tunica Jonathæ conversatio Christi, quam dat Christus amicis suis. 4. *Reg.* 2. Elias reliquit pallium Eliseo. Vel tunica Jonathæ, Christi humanitas, qua expoliavit se die Passionis pro nobis. *Jer.*7. Reliqui hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam.

l Possessio tua.] Notabile est, quod dicit Jacob possessio tua, non mea. Bona enim Ecclesiæ non Prælati sunt, sed Christi, & filiorum ejus, idest, pauperum. Unde sicut dicit *Hier.* Furtum facere convincitur Prælatus, qui de bonis Ecclesiæ ultra necessitatem aliquid retinet: sensus est, non verba. Item ipsæ animæ fidelium Prælato commissæ, possessio Christi sunt, non prælati. *Joan. ult.* Pasce oves meas,

Ω *f* Quod postulo,] Tria postulat a nobis Dominus, quæ si facimus, sine dubio pascet gregem cogitationum, & desideriorum nostrorum, judicium, misericordiam, solicitudinem operis, quia maledictus, qui opus Dei facit negligenter, dicit *Jer.*48. Hæc tria dicit *Mich.*6. Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te, utique facere judicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Judicium, quoad nos, misericordiam quoad proximos, solicitum quoad Deum.

a Modicum habuisti antequam venirem, & nunc dives effectus es, *b* benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. *c* Justum est igitur, ut provideam aliquando etiam domui meæ. Dixitque Laban: *d* Quid dabo tibi? At ille ait: Nihil *e* volo: Sed si feceris, quod postulo,

h Gyra omnes greges] Hebræus dicit congrega. *Hier.* dicit hunc locum nunquam bene fuisse expositum usque ad tempus suum. *i* Et sparso vellere,] & trade filiis tuis, ita supplet *Hier.* mihi autem da pecora, unius coloris. *m* Respondebitque mihi cras] idest, in futuro,

Ω *a* Justitia

Mystice. Ω *a* Modicum] Valde parum invenit Christus in gentibus, quando venit. Naturalia etiam bona, quæ sibi dederat Deus, male vivendo dissipaverant. *Luc.*15. Adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. Parum igitur invenit Christus, sed multum fœcundavit. *Is.*51. Ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Domini. *Ezech.*16. Multiplicatam quasi germen agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta. *b* Benedixitque, &c. ad introitum] Hoc est, quod legitur *Luc.* 1. quod Maria statim ingressa salutavit Elisabeth. *Matth.* 10. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite, pax huic domui.

d Quid dabo tibi?] Credit homo multum dare Christo, si credat, si jejunet, si eleemosynam largiatur; sed nihil datur ei, sed potius redditur. Unde & dicit:

e Nihil volo] *Ps.*15. Bonorum meorum non eges.

Job 8. *f* Iterum pascam,] Oves tuas *Jo.* 10. Ego sum pastor bonus. *g* Et custodiam pecora tua.] Est custos fidelis Christus. Unde *Luc.*10. dicitur Samaritanus. *Is.*21. Custos quid de nocte, custos quid de nocte?

h Gyra omnes greges] Jacob Christus: Laban mundus. Christus igitur subjectus passionibus, & tribulationibus, servivit in mundo. *Matth.* 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Primo servivit pro uxoribus, idest pro perfectis, postea pro animalibus, idest, pro infirmis. Unde *Psal.* 183. in persona Ecclesiæ: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur, idest, majores, qui illuminati a Christo, alios illuminant. Ipsi inquam formabuntur a Christo, ut dicantur Christiani, sed nemo in eis, quia nullus dicitur a Petro Petrinus, vel a Paulo Paulinus. Quid est autem pactum inter Jacob, & Laban, quod Jacob tantum varios habeat pro mercede, Laban autem omnes unicolores, idest, tota alba, vel tota nigra in vellere, nisi quod mundus duo genera sibi retinet quasi proprios, scilicet ficte bonos, & aperte malos? Christus autem tertiam partem habet pro mercede. *Eccl.*50. Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens, quam oderim, qui sedent in monte Seir, & Philistiim, ecce aperte mali: Et stultus populus, qui habitat in Sichimis, ecce ficte boni, qui ficte laborem sustinent. Vel melius: Qui sedent in monte Seir, i. hispidus, & pilosus peccator, sedens in monte, ut ab omnibus videatur, & Philistiim, quod dicitur ruina duplex, idest, ficti, sive hypocritæ, qui sunt duplices in malo. *Aug.* Simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas. Et stultus populus, qui habitat in Sichimis, quod interpretatur humerus. Hi sunt viri boni, quos mundus stultus reputat, eo quod habitant in Sichimis, i. pœnitentia, & labore. 1.*Cor.*4. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. *k* Quodcunque fulvum, &c.] Hi sunt medii colores, qui sunt Christi, quia virtus in medio, & in mediis delectantur sensus, & medium tenuere Beati; Laban vero extrema habet, ubi sensus corrumpitur. Sunt autem sancti fulvi, i. pallidi per carnis macerationem. Hi sunt, qui possunt significari per equum pallidum. *Apoc.*6. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors. Equus est caro pallida propter pœnitentiam sedens super equum spiritus, qui vocatur mors, quia mortificat facta carnis, ut vivere possit, secundum quod dicit *Apost. Rom.*8. Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. *Gal.* 6. Si spiritu vivimus, spiritu, & ambulemus, i. opera spiritualia faciamus. Item Sancti dicuntur maculosi per reputationem, macula non quidem corporis, sed velleris, id est, macula veniali, non mortali. Nam sicut in bysso bene candida, parva macula cito apparet, & magna videtur, ita Sancti parvum, & veniale peccatum magnum, & se maculatos reputant, cum incidunt in tale peccatum, tamen sine macula mortali sunt ante Deum. *Apoc.*14. Sine macula sunt ante thronum Dei. Unde significantur per Lunam, quæ toto tempore præsenti macula non caret, sed in fine erit sine omni macula, quia lux Lunæ erit, sicut lux Solis: *Is.* 30. Ita Sancti sine omni macula erunt sicut Christus. Item Sancti dicuntur varii varietate virtutum. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. *Ezech.* 16. Vestivi te discoloribus. Ecclesia dicitur vestita discoloribus, quia filii ejus modo activi, modo contemplativi. *Ps.*106. Ascendunt usque ad cœlos; & descendunt usque ad abyssos. Est autem triplex Sanctorum varietas. Prima est discordia spiritus ad carnem. Caro enim concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem. *Galat.* 5. *Rom.* 8. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: Video autem alteram legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati. Hanc primam discordiam necessarium est sustinere, dum sumus in hac vita. Unde Apostolus *eodem cap.* timens de pugna, clamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Et postea docet Apostolus *in eodem*, qualiter pugnabat. Ego inquit mente servio legi Dei, carne autem legi peccati. Mali homines istam discordiam non sentiunt, quippe caro, & mens in idem conveniunt. Secunda varietas, est diversarum passionum, & laborum perpessio. Hac varietate fuit coloratus Apostolus 2. *Cor.* 11. in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, &c. De hac varietate vestis suæ gaudebat ipse *eod.* 12. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Tertia varietas, est profectus bonorum operum, modo in lectione, modo in oratione, modo in meditatione, modo in compassione, modo in congratulatione, Hæc est via, per quam Dominus ducit suos. *Sap.* 10. Justum deduxit Dominus per vias rectas. *l* Tam in ovibus, quam in capris] Oves sunt innocentes, capræ peccatores, quia tam hi, quam illi cedunt in mercedem Christi. Et bene dicit Jacob ad Laban: [Gyra, & separa,] quia, quos mundus abjicit, & separat a se, illos gratanter colligit Christus. *Mich.* 7. Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ.

f iterum pascam, & *g* custodiam pecora tua. *h* Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oves varias, & *i* sparso vellere; & *k* quodcunque † fulvum, & maculosum, variumque fuerit, *l* tam in ovibus, quam in capris, erit merces mea. *m* Respondebitque mihi cras

† al. † nigrum.

m Respondebitque] Christus duo habuit in via, laborem in bonis operibus, & dolorem in passionibus. Pro labore, modo habet requiem; pro dolore, gloriam. *Aug.* in persona Domini, Venale habeo. Et quid? Regnum cœlorum. Quibus emitur? Quinque denariis. Qui sunt illi? Paupertate, regnum; fame, satietas; labore, requies; utilitate, gloria; morte, vita.

Ω *e* Tollens

* non tuas. Vel possessio Christi, sunt virtutes, dona, & opera bona. *Matth.*25. Vocavit Dominus servos suos, & tradidit illis bona sua: Quæ etsi Christi sint, tamen in manibus hominis sunt, sicut dicit hic Jacob, idest in potestate, quia dum vult homo, potest retinere, & quando vult, potest abjicere. *a* Modicum] Felix Episcopus, qui hoc dicere potest: Quando ego suscepi Episcopatum, pauci erant in eo boni, & modo sunt multi. *Prov.* 14. Ubi apparent plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo bovis. *c* Justum est igitur, &c.] Justum est sine dubio, ut post longam prædicationem revertatur prælatus, vel prædicator ad contemplationem. *Proverb.* 24. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea edifices domum tuam. *e* Nihil volo:] Quis est hodie, qui hoc dicat? *Phil. ult.* Non quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra; habeo autem omnia, & abundo. *m* Respondebitque mihi cras]

Moraliter. *Ps.* 44.

* Bene

Moraliter. * Bene dicit cras; quia, qui recte operatur, non statim petit mercedem, sed expectat in futurum. *Eccl.* 20. Hodie fœneratur quis, & cras experit. *Prov.* 13. Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.

Ω *a* Justitia mea,] q. d. tecum facit natura, ut alba ex albis, nigra ex nigris nascantur; mecum justitia mea, dum pro labore meo reddet mihi Deus, quod sibi justum videbitur.

b Argues.] supple si invenias in pecoribus meis.

c Atque maculosos,] supple, & tradidit filiis suis. *d* Filiorum suorum,] id est, nepotum, scilicet filiorum Jacob. Vel dicitur per anticipationem, idest, gregem unicolorem, prius natum sub custodia Jacob, tradidit filiis suis, cum diverso colore grege ei tradito.

f Quando primo tempore, &c.] scilicet in Vere.

Mystice. ✪ *e* Tollens igitur Jacob virgas] Jacob, Christus: tres virgæ exempla Sanctorũ, i. Apostolorũ, Martyrum, Confessorum. Vel Noe, Job, Daniel. Decorticatæ sunt virgæ in parte, non ex toto, quia exempla Sanctorum aliquando secundum litteram rejicienda sunt, sed mysteria imitanda, ut patet in facto David, & Uriæ, & in eo quod Christus scienter de fure fecit Procuratorem suum. Ponere igitur virgas ante oculos gregum, est Sanctorum vitas, atque sententias in exemplum adducere. Posuit autem eas Jacob in canalibus, quia Christus in libris, quibus imbuimur, eas fixit. Oves per aspectum virgarum filios sibi dissimiles, sed virgis similes, generant; & nos per aspectum vitæ Sanctorum, filios operum nobis dissimiles, sed illis similes generemus. Nonne Paulus virga fuit, quæ se aspici jubet? *Phil.* 3. Imitatores mei estote fratres charissimi. Et Christus nonne virga fuit in passione decorticatus, idest, diversis flagellis cæsus, ad quam aspicere jubet Apostolus *Heb.* 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus, adversus semetipsum contradictionem: Hujus virgæ decorticationem si diligenter aspicimus, concipimus fœtus varios, idest, actus, & effectus virtutum varietate fulgentes. *Isai.* 26. A facie tua Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Plus movent exempla, quæ videntur, quam verba, quæ audiuntur.

(al. † rufa.)

a justitia mea, quando placiti tempus advenerit coram te, & omnia, quæ non fuerint varia, & maculosa, & † fulva, tam in ovibus, quam in capris, furti me *b* argues. Dixitque Laban: Gratum habeo, quod petis. Et separavit in die illo capras, & oves, hircos, & arietes varios, *c* atque maculosos. Cunctum autem gregem unicolorem, idest, albi, & nigri velleris tradidit in manu *d* filiorum suorum, & posuit spatium itineris dierum trium inter se, & generum, qui pascebat reliquos greges ejus. *e* Tollens igitur Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticavit eas: Detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit; illa vero, quæ integra erant, virida permanserunt, atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalibus, ubi effundebatur aqua, ut, cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. Factumque est, ut in ipso calore coitus oves intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diverso colore respersa, Divisitque gregem Jacob, & posuit virgas ante oculos arietum. Erant autem alba quæque, & nigra Laban; cetera vero Jacob, separatis inter se gregibus. Igitur quando *f* primo tempore ascendebantur oves, ponebat Jacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum, & ovium, ut in earum contemplatione conciperent: Quando vero serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaque sunt ea, quæ erant serotina, Laban; & quæ primi temporis, Jacob. Ditatusque est homo ultro modum, & habuit greges multos, ancillas, & servos, camelos, & asinos.

F

G

EXPOSITIO CAP. XXXI.

POstquam *g* audivit] scilicet, Jacob.

i Revertere in terram patrum] Et ita erat duplex causa, ut reverteretur Jacob in patriam, nequitia Laban, & Dominus vocans eum. Idem in exitu filiorum Israel de Ægypto, Pharao angarians, & Moyses prædicans. Eadem monent nos exire de mundo, mundi fallacia; Christi clementia.

Ω *c* Decem

Mystice. *g* Postquam autem audivit &c.] Recessus Jacob a Laban, & regressus in patriam, significat reditum Christi ad Judæos in fine mundi: Laban, mundus. Filii Laban, filii hujus sæculi. Mutatio faciei Laban, perversitas morum, & perversio fidei tempore Antichristi. Est igitur sensus. Postquam Jacob audivit verba filiorum Laban] Et vidit faciem ejus mutatam circa se, idest, quando Christus videbit abundare iniquitatem, & refrigescere charitatem, sicut dicitur *Matth.* 24. tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, idest, ad fidem Apostolorum. *Is.* 10. In veritate reliquiæ Jacob convertentur ad Dominum. *(Mystice.)*

h Heri, & nudiustertius.] Dicitur apud vulgus, quod Hospites fetent post tres dies. Post tres sæpe dies, piscis vilescit, & Hospes. Christus fuit hospes in hoc mundo tribus diebus. Prima dies tempus Martyrum, secunda tempus Confessorum; nos sumus in tertia die. Jam triduanus est Christus, & fœtet multis. *Job* 19. Anhelitum meum exhorruit uxor mea. Job Christus, uxor ejus Synagoga, quæ tanquam fœtidum, & leprosum reputavit eum. *Is.* 53. Reputavimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. *Jo.* 4. legitur, quod intravit Jesus Samariam, & post duos dies exivit inde, & rediit in Galilæam, quæ est in Judæa. *(Versus.)*

k Misit, & vocavit] Jacob volens redire in patriam, vocat in agrum, ubi pascit greges, Liam, & Rachel. Hoc est, quod Christus in agro sacræ Scipturæ, ubi pascuntur fideles, notificat activis, & contemplativis reditum ad Judæos: Non faciet Dominus verbum, nisi revelaveris secretum suum, ad servos suos prophetas *Amos* 3.

Vel Moraliter: Sic *k* Misit, & vocavit, &c.] Jacob, i. Prælatus in agrum, ubi pascit greges, vocat Liam, & Rachel, quia, nisi utrique vitæ deserviat, non bene potest pascere gregem. *Zach.* 11. Assumpsi mihi duas virgas: Unam vocavi decorem, ecce contemplativa: Et alteram vocavi funiculum, ecce activa, quæ metitur rerum exitus, & statim sequitur gregem. Vel Jacob, idest, quilibet Justus volens ire in patriam, debet vocare in agrum cordis sui Liam, & Rachel, idest, operationem, & intelligentiam; sine his non est facilis regressus in patriam. *(Moraliter. Aliter.)*

l Ipsæ nostis, quod totis, &c.] Servit Justus quilibet, vel Prælatus, mundo totis viribus, idest corde, ore, opere & pascit se, & alios instruendo, ut vere possit dicere illud mundo: *Isaiæ* 43. Servire me fecisti in peccatis tuis. Nec tamen mundus gratum habet servitium; imo si pauper esse volueris in mundo, vilis & abjectus eris: si dives ambitiosus, cupidus & avarus: si solitarius fueris, Hæreticus es: si affabilis, dissolutus: si prædicas, vel doces, honorem, vel gloriam quæris: si taceas, mutus es: si tibi vivas, inutilis es: si jejunas, hypocrita es: si

* comedis

C A P. XXXI.

POstquam *g* autem audivit verba filiorum Laban dicentium: Tulit Jacob omnia, quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus, animadvertit quoque faciem Laban, quod non esset erga se, sicut *h* heri, & nudiustertius, maxime dicente sibi Domino, *i* revertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam; eroque tecum. Misit *k* & vocavit Rachel, & Liam in agrum, ubi pascebat greges, dixitque eis: Video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri, & nudiustertius. Deus autem patris mei fuit mecum, & *l* ipsæ nostis, quod totis viribus meis servierim patri vestro. Sed

a pater vester circumvenit me, & *b* mutavit mercedem meam *c* decem vicibus, & *d* tamen non dimisit eum Deus, ut *e* noceret mihi. Si *f* quando dixit: variæ erunt mercedes tuæ, *g* pariebant omnes oves varios fœtus. Quando vero e contrario ait, alba quæque accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt. *h* Tulitque † substantiam patris vestri, & dedit mihi. Postquam enim conceptus ovium tempus advenerat, *i* levavi oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares *k* super feminas, varios, & maculosos, & diversorum colorum, Dixitque *l* Angelus Domini ad me in somnis: Jacob. Et ego respondi: Adsum. Qui ait: Leva oculos tuos, & vide universos masculos ascendentes super feminas, varios, respersos, atque maculosos. Vidi *m* omnia enim, quæ fecit tibi Laban. Ego sum *n* Deus Bethel, ubi unxisti lapidem, & votum vovisti mihi, *o* Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, *p* revertens in terram nativitatis tuæ. Responderunt Rachel, & Lia: *q* Numquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? Nonne *r* quasi alienas reputavit nos, &

al. † Deus.

Ω *c* Decem vicibus,] Sicut dicit *Hieronymus*. *Septuaginta* dicunt, decem annis. Sed intelligendum est de circumvolutionibus, sive variationibus, quæ in sex annis factæ sunt, sicut dicit *Hieron.* Sed & hoc videtur falsum, quia ut dicit *Hieron.* Oves Mesopotamiæ sicut Italicæ pariebant bis in anno; & ita in sex annis fuerunt duodecim vices, sive variationes: Laban enim videns varium nasci fœtum, ait, volo, ut in futuro nascantur mihi varia, & tunc Jacob in canalibus virgas non ponebat, & erat fœtus unicolor; & sic faciebat Laban in qualibet admissura, & in sex annis duodecim fuerunt admissuræ, ergo duodecim fuerunt mutationes. Solut. Primo anno non percepit Laban, quod ita fieret, & ita illo anno nulla fuit mutatio, sed in aliis quinque bis in quolibet. Vel potest dici, [Decem vicibus] i. multoties, ut ponatur finitum pro infinito: sicut *Matth.* 18. Non dico tibi septies, sed septuagies septies, i. semper. *Num.* 14. Populus iste decem vicibus tentavit me, i. multis. *Job* 19. En decies confudistis me, i. multoties.

B

e Ut noceret mihi.] quia semper contra spem Laban coloris contrarii nascebantur fœtus, justitia pro Jacob faciente.

g Pariebant omnes oves] i. major pars ovium. Non enim ante omnes ponebat virgas Jacob, ne perciperetur dolus.

h Tulitque substantiam] scil. Deus.

k Super feminas, varios,] Hoc videtur falsum, quia tales Arietes non custodiebat Jacob, sed filii Laban. Solutio. Sic intelligitur: Videbam mares ascendentes super feminas, varios] dico, efficacia, non natura, virtute, non colore, hoc Deo faciente. Vel mares varios in fœtibus suis, non in se.

m Vidi enim omnia, quæ fecit, &c.] Ex hoc dicimus, quod Jacob nullo modo dolum fecit, sed divina dispositione, quia omnia in figura gerebantur, unde Angelica visione meruit confortari.

n Deus Bethel] i. qui apparuit tibi in Bethel.

Ω *a* Et vendidit * comedis, vorator. *Matth.* 11. Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: ecce homo vorax, & potator vini. *a* Pater vester circumvenit me,] Pater iste, mundus est. *Ezech.* 16. Pater tuus Amorrhæus, i. amaricans. Et circumvenit omnes, qui serviunt ei, quia multa promittit, & non solvit, imo si ad tempus aliquid concesserit, subito tollit. Malus est Dominus iste, & malum est servire ei. *Nahum* 3. Et erit omnis, qui viderit te, resiliet a te. Nullus enim est, si perfecte inspiceret mundum, qui non fugeret ab eo. Sed cæci sunt multi, & cum Samsone serviunt in mola. *Judic.* 16.

b Et mutavit, &c. decem vicibus,] Quia tota mundi intentio est, ut Decalogum mandatorum pervertat in Decalogum transgressionum. Hoc est, quod legitur *Isai.* 38. quod Sol reversus est decem lineis in horologio Achaz, i. diaboli.

d Et tamen, &c.] Etsi diabolus malos circumveniat, tamen non permittitur nocere Jacob, i. victor esse contra ipsum. 1. *Cor.* 10. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, &c. *Ps.* 88. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

f Si quando dixit:] Jacob quando varios fœtus habuit, & tunc habuit Laban unicolores, & quando Jacob unicolores, tunc Laban varios; sic Christus, & diabolus. Est enim varietas quædam bona, virtutum scil. & est varietas mala, vitiorum scil. Similiter est uniformitas bona, & est uniformitas mala. Christus igitur, & varias oves habet, & unicolores. Varias, diversitate virtutum; unicolores, concordia morum. *Jer.* 12. Numquid ovis discolor, hæreditas mea mihi? Numquid ovis tincta per totum, sanguine scil. dominicæ passionis? Similiter diabolus habet oves varias, varietate vitiorum, & unicolores conformitate errorum, quæ significantur per vulpes, quæ facies diversas habent, sed caudas ligatas. *Jud.* 15. *Jer.* 13. Si mutare potest Æthiops pellem suam, & pardus varietatẽ suam. Hoc habet utrumque, & uniformitatem diabolus, & varietatem.

Sup. 24.

h Tulitque substantiam, &c.] Adhuc quotidie tollit Deus substantiam mundi, & dat Christo, quando peccatores scil. tollit de mundo in servitium Christi. *Jo.* 17. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Et substantiam mundi tollit Deus, & dat Christo, quando divitiæ temporales dantur Ecclesiæ. *Supr.* 20. Tulit Abimelech oves, & boves, & servos, & ancillas, & dedit Abraham.

i Levavi oculos] Ille levat oculos in somnis, qui dormiens mundo, tantum spiritualia contemplatur. Et tunc mares super feminas ascendunt, i. desideria meditationibus copulantur, & inde concipiuntur fœtus varii bonorum operum. Sic enim dicitur apud vulgus: Ubi oculus, ibi amor.

l Dixitque Angelus Domini, &c. Leva oculos tuos, &c.] quasi dicat Angelus consilii: levate oculos a terrenis, & attendite progressum, & profectum antiquorum, qui semper ascendentes de bono in melius, fœtus multiplices genuerunt.

n Ego sum Deus Bethel] Bethel; domus Dei interpretatur, & significat claustrum, ubi Jacob, idest, illi, qui supplantant mundum, vota vovent, & ungunt lapidem, i. duritiam Passionis Christi, oleo compassionis compatientes ei, tam in se, quam in membris. Unde claustrales significantur per Mariam, quæ ingressa domum Simonis, pedes Domini unguento ungebat. *Luc.* 7. Alibi etiam legitur, quod unxit caput, quod claustralea nunc recolentes Christi Passionem, nunc videntes justorum tribulationes, nunc peccatorum miserias, compatiuntur utrisque.

o Nunc ergo] quasi dicat: Ego sum Deus patientium: ergo surge, & egredere de terra hac. [Idem de mundo. *p* Revertens in terram nativitatis tuæ.] i. in terram viventium. Triplex enim terra est, scil. terra, quam terimus, quam gerimus, quam quærimus. Prima est terra morientium. Secunda est terra mortua. Corpus enim mortuum est propter peccatum. *Rom.* 8. Tertia est terra viventium, sed viventium in æternum. De duabus primis egrediendum est, ut ad tertiam veniatur. *q* Numquid non habemus, &c.] quasi dicat, sic est. Sancti enim, qui cum Christo recedunt in patriam, nihil sibi retinent. *Job* 7. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Desperavi. Nequaquam ultra vivam; quasi dicat, suspensus sum a terrenis, mortuus mundo, jam non habeo spem in terrenis, ultra non revertar ad mundum, nec mente, nec corpore. Ibi *Glos.* Anima est intentio mentis, ossa fortitudo carnis, quæ suspenditur, dum ab imo elevatur. *r* Quasi alienas] Mundus omnes bonos reputat alienos, quippe & ipse creatorem suum non cognovit. *Joan.* 1. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. *Psal.* 68. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. Quid ergo mirantur filii Christi si odiuntur * a mundo? *Joan.* 15.

Ω *a* Et vendidit,] ſcilicet, pro ſervitio Jacob. *b* Comeditque pretium,] ideſt, ſibi retinuit, & nihil nobis dedit.
c Opes patris] i. fœtus ovium.
e Eo tempore Laban, &c.] Jacob aſſumit tempus congruum ſui receſſus, quia Laban fuerat ad tondendas oves, quas filii ſui cuſtodiebant, quæ erant ſeparatæ a Jacob itinere trium dierum. *f* Rachel furata eſt idola patris ſui.] *Hieron.* Ubi nos idola legimus, in Hebræo Theraphim ſcriptum eſt, quod *Aquila* figuras, vel imagines interpretatur. Hoc autem ideo dico, ut ſciamus, quid in Judicum *lib.* 17. *c.* Theraphim ſonet. *i* Contra montem Galaad, &c.] Non quod eo tempore mons Galaad diceretur, ſed per anticipationem illo nomine vocatur, quod poſtea nuncupatus eſt. *n* Viditque in ſomnis] Laban.

C

a vendidit, *b* comeditque pretium noſtrum? Sed Deus tulit *c* opes patris noſtri, & nobis eas tradidit, ac filiis noſtris, unde omnia, quæ præcepit tibi Dominus, fac. Surrexit itaque Jacob, & impoſitis liberis, & conjugibus ſuis ſuper camelos abiit. *d* Tulitque omnem ſubſtantiam, & greges, & quicquid in Meſopotamia acquiſierat, pergens ad Iſaac patrem ſuum in terram Chanaan. *e* Eo tempore Laban ierat ad tondendas oves, & *f* Rachel furata eſt idola patris ſui. *g* Noluitque Jacob confiteri ſocero ſuo, quod fugeret. Cumque abiiſſet, tam ipſe, quam omnia, quæ juris ejus erant, & *h* amne tranſmiſſo *i* pergeret contra montem Galaad *k* nunciatum eſt Laban die tertio, quod fugeret Jacob. *l* Qui aſſumptis fratribus ſuis, perſecutus eſt eum *m* diebus ſeptem, & comprehendit eum in montem Galaad: *n* Viditque in ſomnis dicentem ſibi Deum,

Ω Cave ne * a mundo. *Joan.* 15. Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. Mare mortuo expellit a ſe, ſic & mundus. Et ſicut mortuus a mari expulſus non ſentit, ita qui vere mortuus eſt mundo, non ſentit contumelias ejus. *b* Comeditque pretium] Pretium juſtorum Chriſtus, de quo *Pſal.* 61. Pretium meum cogitaverunt repellere. Hoc pretium comedit Laban, ideſt, mundus. *Pſal.* 68. Zelus domus tuæ comedit me, ideſt, propter zelum Eccleſiæ comeſtus ſum a mundo, *infr.* 38. ait Jacob: Tunica filii mei eſt, fera peſſima comedit eum.

Moraliter.

d Tulitque omnem, &c. pergens ad Iſaac in terram Chanaan.] Hic docetur quilibet, qualiter fugiendum ſit a mundo, & veniendum ad Iſaac, i. ad Chriſtum, cum omni ſcil. ſubſtantia ſua, ut nihil relinquat in mundo, quod cor fugientis valeat revocare. Dat Pharao licentiam filiis Iſrael, ut relictis uxoribus, & parvulis, & armentis, eant mares in ſolitudinem. Sed dicit Moyſes: Cuncti Greges pergent nobiſcum, non remanebit ex eis ungula. Heu quot hodie ſunt in clauſtro, qui majorem partem cordis ſui reliquerunt in mundo, gregeſque cogitationum ſuarum. Unde ſine corde ſunt in clauſtro. *Oſee* 7. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor. Ægyptum invocabant, ideſt, de mundo cogitabant; & ideo ad Aſſyrios, ideſt, ad dæmones abierunt. Sed Jacob cum tota ſubſtantia ſua perreait in Chanaan, quæ interpretatur negotiatio. Dat tectum, & recipit cœlum; dat veſtem, & recipit immortalitatem. Hoc eſt bona negotiatio, ſed pauci negotiatores. *Prov.* 19. Fœneratur domino, qui miſeretur pauperis. *Oſee* 15. Circumdedit me Ephraim in negotiatione, & in dolo domus Iſrael. Hic eſt bonus dolus, quo Deus multum vult decipi.

Exod. 10.

Ibid.

e Eo tempore] Laban mundus, vel Prælatus. Oves ſimplices. Laban tondente oves, fugit Jacob, i. Chriſtus. Non advertit hoc Laban, quia multi Prælati lacte, & vellere tantum ſunt contenti, & inteoti, Chriſtum amittunt, & neſciunt, vel non curant. *Oſee* 7. Comederunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit. 1. *Reg.* 25. Nabal tondens male reſpondit nuncus David, ideſt, pauperibus mortuus eſt. 2. *Reg.* 13. Abſalon in tonſura ovium, occidit fratrem ſuum, *infra* 38. Judas pergens ad tondendas oves, fornicationem committit cum nuru ſua. Paſtores Chriſtum natum requiſiviſſe leguntur. *Luc.* 2. De tonſoribus hoc non legitur. Et certe hodie multi ſunt tonſores, ſed pauci paſtores. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis: *Joan.* 10. Tonſor lacte, & lana contentus, non curat de ovibus. *Ezech.* 34. Liberabo Gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in eſcam, *Oſee* 2. Liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam ejus, & nunc revelabo ſtultitiam ejus. Quæ vero major ſtultitia, quam quod modicum lactis, aut lanæ magis diligitur, quam multæ oves? Iſta ſtultitia quidem revelabitur in die judicii, quando erit generalis diſputatio, quando dicetur: Cedat tempus, & apparebit, quis fuerit verus Prælatus, aut Prælatus falſo poſitus.

f Rachel furata, &c.] Per hoc ſignificantur quidam, qui ſecum in clauſtrum deferunt de anathemate Jericho, habentes in corde cupiditatem, ambitionem, & hujuſmodi idola, ignorante Laban, ideſt, mundo. Si mundus tales adverteret, nunquam eos dimitteret, ſed quod ſuum eſt, diligeret, *Joan.* 15. *g* Noluitque, &c.] Vir juſtus recedens a mundo, non indicat hoc mundo, ne retrahat eum mundus. 1. *Reg.* 14. Jonathas aſcendit contra Philiſthiim, ignorante Saul patre ſuo. *Jer.* 20. Maledictus vir, qui annunciavit patri meo, dicens: Natus eſt tibi puer maſculus, ideſt, qui indicavit meum ortum ſpiritualem, quia multi tales, qui ſic annunciant, faciunt abortire prægnantes: Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. *Lucæ* 21.

h Amne tranſmiſſo] i. Sacramento baptiſmi, vel pœnitentiæ ſuſcepto, venit juſtus ad montem Galaad, i. in duras, & fortes tentationes. Galaad enim interpretatur acervus teſtimonii. Et tales tentationes teſtimonia ſunt, quod fugerit homo a diabolo. Diabolus enim non vexat, niſi adverſarios ſuos. *Greg.* Diabolus pulſare negligit eos, quos quieto jure poſſidere ſe ſentit. Ideo gaudendum eſt in tentationibus. *Jacob.* 1. Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Inde eſt, quod Dominus poſt baptiſmum ivit in deſertum, ubi poſt jejunium tentatur a diabolo. Vel [Amne tranſmiſſo,] i. fluvio peccatorum tranſito, & derelicto, venit homo ad montem Galaad, i. ad pœnitentiam. *Cant.* 4. Vadam ad montem myrrhæ. *Jer.* 31. Adducam eos per torrentem aquarum, i. lacrymarum. *k* Nunciatum eſt Laban die tertio,] Prima dies redeundi in patriam ad Iſaac, contritio; ſecunda, confeſſio; tertia, ſatisfactio. Non reputat diabolus, ſi homo doleat, vel confiteatur, tamen dolet, ſed diſſimulat; ſed quod opere ſatisfaciat, hoc ſuſtinere non poteſt, maxime torquetur in hoc. Et hoc eſt, quod tertio die nunciatum eſt Laban, quod fugerit Jacob. Et aliquando permittit diabolus ire uſque ad opus ſatisfactionis, quaſi diſſimulans, i. non multum infeſtat, ſed ire ultra uſque ad opera ſupererogationum, vel conſiliorum, illud nullo modo ſuſtinere poteſt. *Exod.* 8. dicit Pharao: Ite, ſacrificate Deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes: Non poteſt ita fieri. Viam enim trium dierum pergemus in ſolitudinem. Et dixit Pharao: Dimittam vos, ut ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto. Verumtamen longius ne abeatis, quaſi pœnitentiam agere in mundo permitto, ſed ulterius procedere uſque in clauſtrum, hoc omnino non permitto.

Matth. 4.

l Qui aſſumptis] Hoc eſt, quod legitur *Luc.* 11. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa quærens requiem, & non inveniens dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe. Quia diabolus illum, qui recedit ab eo, fortius perſequitur omnium peccatorum genere, tentans nunc de iſto, nunc de illo. Et ſi forte inveniat otioſum, cito ſubvertit eum. Juxta quod dicitur ibidem: Et cum venerit invenit eam ſcopis mundatam, & vacantem. Dicit alius Evangeliſta: Et ingreſſi habitant ibi. Ideo dicit *Hieron.* Semper aliquid operis facito, ne te diabolus inveniat otioſum. *Dan.* 11. Convertetur rex Aquilonis, i. diabolus, & præparabit multitudinem multo majorem quam prius. *m* Diebus ſeptem,] Septem dies, quibus diabolus juſtum fugientem inſequitur, ſeptem ſunt peccata mortalia. *Deut.* 28. Tradet te Dominus corruentem ante hoſtes tuos: per unam viam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias. Una via per quam egreditur quis contra hoſtes, eſt gratia Dei, ſeptem viæ per quas fugit, ſeptem criminalia. De bonis e converſo dicitur *ibid.* Per unam viam veniet contra te, i. per voluntatem, & per ſeptem fugient a facie tua, quæ ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti. Vel ſeptem dies ſunt

Matth. 12.

* ſeptem tribulationes

Ω *a* Cave ne quicquam, &c.] Non est timendus, qui nihil potest nisi permissus.
e Extenderat] idest, dilataverat [tabernaculum,] scilicet transitorium habitaculum.
f Ut oscularer, &c.] More Scripturæ filios, ac filias Laban appellat, quæ filios, vel fratres, cognatos appellat. Unde in sequentibus. Dixitque Jacob fratribus suis; Afferte lapides, &c. Idem in Evangelio quoque *Matth.* 12. Filii Mariæ materteræ Domini, fratres ejus vocantur.
i Cur furatus es, &c.] Cur apud te latet avaritia, quæ est idolorum servitus. *Ephes.* 5. Sicut gentilis loquitur. Et notandum, quod hic primo invenimus Deos gentium. In superioribus enim Scriptura Deum nominavit.

D

al. † Cumque.

a Cave, ne quicquam aspere loquaris contra Jacob. *b* Jamque Jacob *c* extenderat in monte tabernaculum. † Tum ille consecutus eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad, fixit tentorium. Et dixit ad Jacob: *d* Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & cithara? Non *e* es passus, ut *f* oscularer filios meos, ac filias: Stulte operatus es. Et *g* nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus patris mei heri dixit mihi: *h* Cave, ne loquaris † cum Jacob quicquam durius. † Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio tibi erat domus patris tui, *i* cur furatus es deos meos? Respondit Jacob: Quia inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas, quod autem furti me arguis, *k* apud quemcumque inveneris deos tuos, necetur coram *l* fratribus nostris. Scrutare, quicquid tuorum apud me inveneris, aufer. Hæc dicens, *m* ignorabat, quod Rachel furata esset idola. *n* Ingressus itaque Laban tabernaculum Jacob, & Liæ, & utriusque famulæ, non

al. † contra. al. † esti.

2. *Reg.* 13. 2. *Par.* 16. *l* Fratribus nostris] idest, filiis, qui sunt fratres ad invicem, & filii Laban, & filii Jacob, cognati erant, & cognati antiquitus dicebantur fratres.

Moraliter. Ω *b* Ne irascatur * septem tribulationes, de quibus *Jo:* 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. *Bern.* Sex tribulationes, quinque voluptates quinque sensuum corporis, & desiderium cordis, septima mors, in qua quidem comprehenditur quilibet justus, sed non prævalet inimicus.
a Cave ne quicquam] constringit Dominus ardorem malitiæ diaboli, ne noceat justis, quantum velit. *Isai.* 37. dicit Dominus ad Sennacherib: Ponam circulum in naribus tuis, & reducam te in viam, per quam venisti. Ibi *Gloss. Greg.* Omnipotentiæ Dei circulum Diabolus in naribus portat, ut cum bonorum mortem ardentius anhelat, ab eorum vita vacuus redeat.
b Jamque Jacob, &c.] Christus extendit tabernaculum suum, idest, corpus in monte, idest, Cruce. *Ps.* 18. In sole posuit tabernaculum suum, idest, in furore persecutionis, & tribulationis corpus suum. Et tunc consecutus est eum diabolus, quia tunc primo cognovit ipsum esse filium Dei. Unde sicut per mulierem totum genus humanum perdidit, ita per uxorem Pilati, totius generis humani salutem visus est impedire, quando misit eam ad Pilatum, quæ dixit: Nihil tibi & justo illi, multa enim sum passa hodie per visum propter ipsum.
Matth. 27. *d* Quare ita egisti?] De tribus redarguit Laban, Jacob scilicet, quod clam fugit, quod filias abduxit, quod idola furatus est. In hoc ostenditur, quod diabolus, & mundus vellet virum justum, in propatulo claustrum intrare, quasi dicat: melius esset, quod manifeste mundum reliquisses, ut alii inde exemplum acciperent. Et dicit hoc diabolus, ut dum homo cogitat hoc, in vanam gloriam evanescat.
e Non es passus, ut oscularer] Mundus recedentes a se cum gaudio magno vult prosequi, ut vel sic saltem illis, quos retinere non potest, memoriam sui imprimat. Et hoc est, quod Labao in recessu vult filios osculari. Unde sicut Judas dixit: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum: sic dicit mundus: Cuicumque claustrali, memoriam mei impressero, ipse est, & tenendus est, quia talis sæpe fugit in mundum, etiam dum cantat in Ecclesia. Sed dicit Dominus Judæ: Osculo filium hominis tradis? Sic & mundus, quos osculatur, tradit.
Matth. 26. *Ioa.* 22. 2. *Reg.* 20. legitur, quod cum Joab salutasset Amasam, tenuit in manu dextera mentum ejus quasi osculans eum, & cum sinistra extraxit gladium, & interfecit eum. Dextra tenere mentum, est quasi ex benignitate blandiri, sinistra autem ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percutit. Et effudit Joab intestina Amasæ in terram, hoc est quicquid boni per intentionem conceperat. *Judic.* 19. legitur de Levita, qui ad vesperum declinavit in Gabaa, & ibi oppressa est uxor ejus, & mortua. Hoc est, quod quidam aliquando habuerunt voluntatem intrandi claustrum. Sed nec in mane, nec in meridie, i. in initio, vel fervore desiderii implent desiderium, sed expectant consilia; & si torpescit desiderium, & ita descendunt in Gabaa, quod interpretatur proclivum iniquitatis, & ibi opprimitur, & moritur uxor, idest, intentio, & sanctum desiderium, quod prius habuerunt.
g Et nunc quidem] Nunc tyrannis concessa est potestas corporum, *Job* 9. Terra data est in manus impii. *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, sed potius timere eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. *h* Cave, ne loquaris] q. d. permitto tibi, ut loquaris ei, sed non durius. *Jo:* 2. Ecce in manu tua est: Ecce loqui permittitur diabolo. Verumtamen animam ejus serva: Ecce prohibetur loqui durius. *k* Apud quemcumque] Idola Laban, sunt avaritia, luxuria, superbia. De his dicitur 3. *Reg.* 11. Depravatum est cor Salomonis per mulieres, ut sequeretur deos alienos, nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo: sicut cor David patris ejus, sed colebat Salomon Astharten, Deam Sidoniorum, ecce avaritia. Sidon enim interpretatur venatio tristitiæ: Et Astharten factura superflua. Et avari quanto amplius superflua venantur, tanto ampliorem tristitiam sibi accumulant. *Jacob* 5. Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris. Et Chamos Deum Moabitarum, ecce superbia. Moab enim interpretatur ex patre, & significat diabolum, qui est rex super universos filios superbiæ. *Job* 41. Chamos interpretatur quasi attrectans, & superbus quasi attrectando omnia sibi subjugare conatur. *Isai.* 16. Audivimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia ejus, & arrogantia ejus, & indignatio ejus, plus quam fortitudo ejus. Et Moloch, idolum Ammonitarum, ecce luxuria. Ammon enim interpretatur populus turbidus, & significat luxuriosos, qui sunt populus turbidus, & obscurus. In talibus enim, [ut dicit *August.*] lumen rationis absorbetur in opere. Apud quemcumque igitur hæc idola reperientur, necabitur coram fratribus, i. coram Angelis, & hominibus in judicio condemnabitur. *m* Ignorabat, quod Rachel, &c.] Rachel, & non Lia furata est idola Laban, quia hæc peccata, quæ sæculares faciunt in aperto, claustrales faciunt in occulto. Vel idola Laban sunt mores sæculares, quæ furatur Rachel, quando quis in claustro mores sæculares sub habitu religioso retinet. Quod satis turpe est, & monstro simile. Interius vivunt mundo, exterius mortui sunt. Exterius lucent, interius fœtent. Exterius sunt oves, sed interius sunt lupi rapaces. *Matth.* 7. Et nota, quod dicitur: [Ignorabat Jacob, quod Rachel, &c.] quia modo latent peccata claustralium, & Christus dissimulat, sed veniet hora, quando manifestabuntur abscondita cordium. *Dan.* 7. Judicium sedit, & libri aperti sunt. Timere debet quilibet pro se, ne ferat ibi litteras Uriæ, quia nescit homo, an amore, vel odio dignus sit, supple finali. *n* Ingressus itaque Laban, &c.] Labao, diabolus. Jacob, perfecti. Lia, proficientes. Famulæ, pœnitentes. Horum tabernacula ingreditur diabolus in morte, non inveniens idola sua, i. vestigia peccatorum, vacuus recedit, & intrat tabernaculum Rachel, idest, claustralium, qui subter stramenta Cameli, i. sub habitu asperitatis abscondunt idola cupiditatis. Breviter quot peccata habent, tot idola colunt. Vel in bono, Christus est. *Marc. decimo.* Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei.

E

1. *Cor.* 4. *Eccl.* 9. *Aliter.*

invenit. Cumque intrasset tentorium Rachelis, illæ festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & *a* sedit † desuper. Scrutantique omne tentorium, & nihil invenienti, ait: *b* Ne irascatur dominus meus, quod coram te assurgere nequeo, *c* quia juxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Sic *d* delusa sollicitudo *e* quærentis est. Tumensque Jacob cum jurgio, ait: Quam *f* ob culpam meam, & ob quod peccatum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid invenisti de cuncta substantia domus tuæ? Pone hic coram *g* fratribus meis, & *h* fratribus tuis, & *i* judicent inter me, & te. Idcirco viginti annis fui tecum, oves tuæ, & capræ steriles non fuerunt. Arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam. Quicquid furto perierat, a me exigebas. Die noctuque, æstu urebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Sic per viginti annos in domo tua servivi tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis. Immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses. Afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri. Respondit ei Laban: Filiæ meæ, & filii, & greges tui, & omnia, quæ cernis, mea sunt. Quid possum facere filiis, & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus, ut sit testimonium inter me, & te. Tulit itaque Jacob lapidem, & erexit illum in Titulum. Dixitque fratribus suis: *k* Afferte lapides: Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum. Quem vocavit Laban, tumulum testis: & Jacob acervum testimonii uterque juxta proprietatem linguæ suæ. Dixitque Laban: Tumulus iste testis erit inter me, & te hodie, & *l* idcirco appellatum est nomen ejus, Galaad, idest, *m* tumulus testis. Et adjecit Laban: Intueatur Dominus, & judicet inter nos, *n* quando recesserimus a vobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris uxores alias *o* super eas. *p* Nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit. Dixitque rursus ad Jacob. En *q* tumulus hic, & lapis, quem erexi, inter me, & te, testis erit. Tumulus, inquam, iste, & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum *r* pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans. Deus Abraham, & Deus Nachor judicet inter nos, Deus patris eorum. *ſ* Juravit Jacob per timorem patris sui Isaac, immolatisque victimis in monte, vocavit fratres suos, ut ederent panem. Qui cum comedissent, manserunt ibi. Laban vero de nocte consurgens, osculatus est filios, & filias suas, & benedixit illis, reversusque est in locum suum.

al. † super.

b Ne irascatur Dominus meus,] Naturalis consuetudo est assurgere majoribus, sed tibi non assurgo, quia sectatorem avaritiæ non honoro.
c Quia juxta consuetudinem, &c.] Qui immunditiam avaritiæ sequitur, quasi muliebria patitur,
d Sic delusa] idest, frustrata.
e Quærentis] idest, tentantis.
f Ob culpam meam] Callidus exactor arguitur, qui omni genere tẽtationum adversus Christum se erexit, sed quod in eo reprehenderet, non invenit.
g Fratribus meis,] idest, filiis per gratiam.
h Fratribus tuis] per naturam.
i Et judicent inter me, & te.] *Sap.* 3. Judicabunt Sancti nationes.
k Afferte lapides, &c.] *Hieron.* Acervus lingua Hebræa, Gal dicitur, Aad vero testimonium. Lingua vero Syra acervus Ygar, testimonium Sedutha. Jacob ergo acervum testimonii, Galaad Hebraice vocavit. Laban acervum testimonii, Ygar, Sedutha, gentis suæ sermone. Erat enim Syrus, & parentum linguam, provinciæ, in qua habitabat, sermone mutaverat.

Exod. 21.

l Idcirco appellatum est] Nunc primo imponitur nomen monti.

F

m Tumulus testis] secundum Syrum, secundum Hebræum, acervus testimonii.
n Quando recesserimus] Post discessum corporum: illum, qui hoc primo fecerit, judicet Dominus.
o Super eas] supple judicet, idest, judicet hoc Dominus.
p Nullus sermonis, &c.] extraneorum, aut præter testificationem Dei, quam ita debent habere, tanquam nemo cum eis esset, qui testis esset; quasi dicat, nullum alium quæro testem, nisi Deum, qui omnia videt, præsens respicit, cujus oculis omnia sunt nuda. *Hebr.* 4.

Sup. 19.

q Tumulus, &c.] Repetendo confirmat.
r Pergens ad te] ut tibi noceam.
ſ Juravit Jacob per timorem] idest, per Deum, quem timebat Isaac pater ejus, quasi filius timore filiali. [Juravit Jacob, &c.] Per timorem, scilicet, quo timebat Deum, quem commendabat supra, dicens: Et timor patris mei.

Moraliter.

a Stramenta cameli, conversatio Christi. Subter stramenta igitur cameli idola abscondere, est pœnitendo per imitationem conversationis Christi peccata tegere, ne in morte possit ea diabolus invenire. Et de hoc dicitur: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. *a* Et sedit desuper, &c.] Quidam stramenta cameli habent, id est, carnis mortificationem, sed non sedent super, idest, non occultant, sed ostentant, ut hypocritæ. Exterminant enim faciem suam, ut videantur ab hominibus jejunantes. *Matth.* 6. Vel non sedent super, idest, non perseverant in pœnitentia, modo pœnitent, modo recidivant. Et hoc est, quod cum peccatum odiant, & dimittant, opportunitates peccandi vitare non curant. *Supra* 19. dixerunt Angeli ad Loth, post exitum de Sodoma: Noli respicere post tergum, neque stes in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne & tu pereas. Per *Isai.* 14. dicit Dominus: Perdam nomen Babylonis, & reliquias, & germen, & progeniem. Vel non sedent super, idest, non requiescunt, qui cum murmure pœnitentiam agunt, sive sit suscepta voluntarie, sive inflicta a Domino. Ideo Laban, idest, diabolus in morte talium inveniet idola sua, quia non bene absconduntur.

Psal 31.

G

b Ne irascatur dominus meus, &c.] Diabolo assurgere, est tentationem peccati advenientem recipere, & hoc est diabolum honorare. Sed Rachel sedens super stramenta non assurgit, quia vere pœnitens, firmus in proposito, tentationes diaboli vilipendit. Etiam audire non vult. *Ps.* 37. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. *Job* 3. Vocem exactoris non audierunt. *Esther* 5. Egressus est itaque illo die Aman lætus, & alacer. Cumque vidisset Mardocheum sedentem ante fores palatii, & non assurrexisset sibi, sed nec quidem motus de loco suo, indignatus est valde. Ex hoc enim multum irascitur diabolus, cum sua tentatio nec ad modicum recipitur.

22. qu. 2. c. merito.

c Juxta consuetudinem] Quidam menstruati sunt, idest, immundi; quidam non sunt, sed simulant, ut vere pœnitentes, qui significantur per Rachel sedentem super stramenta. De his dicitur *Isaiæ* 14. Facti sumus, ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ. In talibus enim nihil invenit Laban, in aliis autem, qui sunt vere menstruati, non deficit Laban, sed invenit, quod quærit. *Jer.* 2. Omnes, qui quærunt eam, non deficient; in menstruis ejus invenient eam.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XXXII.

Jacob *a* autem abiit itinere] non aspiciens retro. *Gloss.* Superatis præteritis tentationibus, &c. *Hieron.* Quocumque pergo, inimicum meũ mecum porto, scilicet carnem.

CAP. XXXII.

Jacob *a* autem abiit itinere, quo cœperat, fueruntque ei obviam Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. Et appellavit nomen loci illius Manaim, ideſt, castra. Misit *b* autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, † regionis Edom: præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esau: Hæc dicit *c* frater tuus Jacob: Apud Laban *d* peregrinatus sum, & fui usque in præsentem diem. Habeo boves, & asinos, oves, & servos, atque ancillas, mittoque nunc legationem ad dominum meum, ut *e* inveniam gratiam in conspectu tuo. *f* Reversi sunt nuncii ad Jacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & *g* ecce properat in occursum tibi cum quadringentis viris. *h* Timuit Jacob valde, & perterritus divisit populum, qui secum erat: greges quoque, & oves, & boves, & camelos in *i* duas turmas, dicens: Si venerit Esau ad unam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, salvabitur. Dixitque Jacob: *k* Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine, *l* qui dixisti mihi: revertere in terram tuam, & in locum nativitatis tuæ, & benefaciam tibi: *m* minor sum cunctis miserationibus *n* tuis, & veritate, quam explevisti servo tuo:

A

c Frater tuus Jacob:] ideſt, consors naturæ, non gratiæ.

d Peregrinatus sum,] *Hebr.* 13. Non enim habemus hic manentem civitatem, &c.

al. † in regione.

f Reversi sunt nuncii,] Tria peccata vocat. 1. *Joan.* 2. Tres turmæ Chaldæorum. *Job* 1. Tria, in quibus servierunt Pharaoni, ideſt, diabolo filii Israel, lutum, later, & palea. *Exod.* 5. Tria peccata, in quibus tentatus eſt Dominus. *Matth.* 4. Et victus Adam, *sup.* 3. Hic eſt murus diaboli, de quo: Et in Deo meo transgrediar murum. Hæc eſt nubes, quæ impedit orationem. *Thren.* 3. Hæc eſt Sartago. *Ezech.* 4. *Augustin.* movet quæſtionem, quare Jacob timuit, cum facta fuerit ei promissio per Angelum, cui credere tenebatur. Ad hoc dicit, quod licet timuerit, non tamen de promissione diffisus eſt: Potuit enim stare illa promissio, & tamen Esau potuit ei multa inferre.

B

Psal. 17.

h Timuit Jacob valde,] 2. *Paralip.* 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.

i In duas turmas, dicens:] Ancillas, & filios earum in priori turma posuit; in secunda liberos, uxores, & filios earum; ita tamen, quod in extremitate ejus posuit Rachel, & filium, tanquam cariores. Unde quidam erraverunt hic, putantes Rachel, & Joseph tertiam turmam constituisse. Sic autem divisit, ut si veniret Esau ad nocendum, & priorem turmam percuteret, reliqua fugiens salvaretur.

k Deus patris] *Interl.* Ne iter totum humano consilio tribueret, adjungit orationem, quia prædeſtinatio Dei precibus adjuvatur.

l Qui dixisti mihi] Sic orat, ut spem timore moderetur, & timorem spe consoletur.

m Minor sum] ideſt, indignus.

n Miserationibus tuis, &c.] scil. mihi impensis, &c.

¶ *a* In baculo meo.

Moraliter. *a* Jacob autem abiit] Poſt recessum a Laban, ideſt, a mundo, obviam occurrunt ei Angeli, non unus, sed acies, quasi parati juvare, & consolari. *Psal.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. *Matth.* 4. Poſt recessum diaboli, accesserunt Angeli ad Jesum, & ministrabant ei. *Luc.* 22. Domino orante in agonia, aſtitit Angelus confortans eum. Ita pœnitentes hoſtes habent a tergo, peccati refricationem, a facie vero tentationem, sicut Jacob a tergo habuit Laban insequentem, a facie Esau venientem, ideſt, tentationes carnis. De quo *Hieron.* Quocumque pergo, inimicum meum mecum porto. Contra primum, confessio, contra secundum, oratio necessaria eſt.

b Misit autem & nuncios] Nuncii, qui præmittuntur, sunt cogitationes, quæ prævolant ad considerationem peccatorum. Et quidam mittunt hos nuncios, ut veniant peccata, quidam vero ne veniant. De primis dicitur *Isaiæ* 75. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es usque ad inferos. Et *Judith.* 3. legitur, quod reges universarum urbium, & provinciarum, miserunt legatos suos ad Holofernem, dicentes: Desinat indignatio tua super nos: melius eſt, ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quam morientes ipsi cum interitu nostro servitutis nostræ damna patiamur. De secundis nunciis legitur *Isai.* 37. Quod Sennacherib comminante per Rapsacem populo, qui erat in Jerusalem, misit Ezechias Rex Juda ad Isaiam Prophetam, Eliachim, & Sobnam, & seniores de Sacerdotibus opertos sacco, & liberatus eſt. Hoc eſt, quod dicitur *Eccles.* 2. Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & in timore, &c. Tunc enim debet homo præcogitare, si hoc accideret, tale remedium si posset adhiberi: Et contra illud tale, viri perfecti, & experti multos possunt hujusmodi nuncios mittere, qui possunt cogitare de luxuria, & non luxuriari, de pecunia, & non appetere. Tales debent audire confessiones nõ neophyti, qui cito moveri possent. Et hoc eſt, quod dicitur *Isai.* 37. quod Ezechias misit de sacerdotibus seniores.

C

d Peregrinatus sum] a Domino, scil. in peccatis præteritis. *Luc.* 15. Filius adolescentior accepta portione, peregre profectus eſt in regionem longinquam. *e* Ut inveniam gratiam, &c.] Quodammodo justus homo & sanctus gratiam petit a diabolo, ut scilicet eum non infeſtet, tamen mittens nuncios ordinat eos quasi aciem belli. Hoc eſt, quod possumus velle, & petere a Deo, quod vitia, vel dæmones non infeſtent nos; & tamen timentes, ordinare debemus in nobis aciem virtutum. Contra superbiam, quæ prima eſt in acie diaboli, ordinare in fronte noſtræ aciei humilitatem, non solum cordis, sed & corporis, quæ consiſtit maxime in habitus vilitate, & geſtus compositione. *Eccles.* 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de ipso. Interior vero humilitas eſt, sicut dicit *Aug.* sensus propriæ vacuitatis, ut scil. de se sentiat semper minima. *Bern.* Vere humilis non vult videri humilis, sed reputari vilis. Contra invidentiam, charitatem. Contra iram, mansuetudinem, qua homo nec injuriam, nec contumeliosa verba sentit. Et beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. *Matth.* 5. Contra acediam, hilaritatem; Hilaris enim religio placet Deo. Contra avaritiam, eleemosynarum largitionem. Contra gulam, jejunium. Contra luxuriam, vigilias. Per vigilias enim maxime domatur caro. Unde *B. Benedict. reg. c.* 8. circa diluculum, quando maxime fervet caro, præcipit vigilandum. *Eccli.* 31. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. Contra spiritualia peccata, ut mentis sagacitas, inconſtantia, & hujusmodi, valet maxime quies, & oratio.

Sup. 13.

g Ecce properat] timuit. Audito peccato timet vir juſtus sibi. Timor enim quasi medicina eſt contra peccatum. *Proverb.* 14. Sapiens timet, & declinat a malo, Timens autem fugit ad orationem. *Matth.* 14. Videns ventum validum timuit, & clamavit: Domine, salvum me fac.

i In duas turmas,] Duæ turmæ fugientium a peccato, & contra peccatum pugnantium; spes, & timor. Ancillæ cum filiis, turma timoris: liberæ cum filiis, turma spei. Prior turma convenit ex consideratione suæ fragilitatis. Secunda ex contemplatione divinæ pietatis. Prior suſtinet insultus, secunda superat. Hæ sunt duæ molæ, inter quas molitur pœnitens, ut fiat panis Chriſto. *Deut.* 24. Non accipies loco pignoris superiorem, aut inferiorem molam, quia timor sine spe deprimit in desperationem. Spes sine timore degenerat in præsumptionem. Vel duæ turmæ, sunt geminus pudor, & geminus timor. Si attendimus Deum patrem, & benefactorem, contra quem peccavimus, geminus pudor. Si advertimus Dominum Deum, & fortem, & juſtum judicem, geminus timor.

In *a* baculo meo transivi *b* Jordanem istum, & *c* nunc cum duabus turmis regredior: Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat † *d* matres cum filiis. Tu locutus es, quod bene mihi faceres, & dilatares semen meum, sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Cumque dormisset ibi nocte illa, *e* separavit de his, quæ habebat munera Esau fratri suo, capras ducentas, hircos viginti, oves ducentas, arietes viginti, camelas foetas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem: Et misit per manus servorum suorum singulos *f* seorsum greges: dixitque pueris suis: Antecedite me, & sit spatium inter gregem, & gregem. Et præcepit priori, dicens: Si obvium habueris Esau fratrem meum, & interrogaverit te, cujus es, & quo vadis, & cujus sunt ista quæ sequeris, respondebis: Servi tui Jacob. *g* Munera misit domino meo Esau, ipse quoque post nos venit. Similiter mandata dedit secundo, ac tertio, & cunctis, qui sequebantur greges, dicens: Iisdem verbis loquimini ad Esau, cum inveneritis eum, & addetis: Ipse quoque servus tuus Jacob, iter nostrum insequitur. Dixit enim: *h* Placabo illum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo eum, forsitan propitiabitur mihi. *i* Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse vero mansit nocte illa in castris. Cumque mature surrexisset, tulit duas uxores suas, & totidem famulas, cum undecim filiis, & *k* transivit vadum Jaboc. *l* Traductisque omnibus, quæ ad se pertinebant, remansit solus. Et ecce vir *m* luctabatur cum eo usque mane. Qui cum videret, quod eum superare non posset, *n* tetigit nervum femoris ejus, & statim emarcuit. Dixitque ad eum: *o* Dimitte me:

al. † matrem.

D

E

F

Ω *a* In baculo meo] *Greg.* Per baculum intelligitur austeritas legis, quæ transit, cum ventum est ad Baptismum, hoc est cum activis, & contemplativis.
b Jordanem istum] Quomodo dicit illum, cum longe adhuc esset a Jordane? Respondeo: In eminentia montis erat, & poterat videre Jordanem. Non enim distabat ab eo, nisi per campestria Moab, quæ plana sunt, nec visum impediebant.
e Separavit de his, &c.] *Interl.* Parat eum placare muneribus, cui displicebat in moribus.
f Seorsum greges] *Interl.* ut placerent munera multitudine, sicut magnitudine.
g Munera misit] ut ante esset muneribus reconciliatus, quam a fratre visus.
h Placabo eum] *Intel.* Hæc interposita sunt a scriptore. Ordo verborum Jacob: Placabo eum, & post hæc videbo faciem ejus.
i Præcesserunt itaque munera,] *Interl.* Hoc prudenter fecit, ut per nuncios voluntatem fratris agnosceret.
m Luctabatur cum eo] Sunt quidam, qui dicunt, quod lucta Jacob cum Angelo fuit manualis, quia Angelus apparebat in forma humana: Unde & vir dicitur. Et quod fuerit manualis, volunt haberi ex eo, quod dicitur: [Tetigit nervum femoris ejus] Alii dicunt, quod spiritualis, quod videtur velle *Hieron. super Isaiæ 49.* ubi dicit sic: Cum Angelo oratione, non manibus luctabatur Jacob, qui eum custodierat in peregrinatione, qui tunc eum volebat relinquere, & ad Deum evolare, sed Jacob oratione obtinuit benedictionem, qui inquit ei: Sicut oratione obtinuisti apud Deum, ita & gratiam Esau obtinebis humilitate. Ad id facit illud *Osee* 12. Invaluit Jacob ad Angelum, & confortatus est, flevit, & rogavit eum, & in Bethel invenit eum. Forte utrumque verum est. Unde & Jacob proposuit, de cetero non comedam nervum, & idipsum posteritas ejus observat.
o Dimitte me:] Quare dixit hoc Angelus? Timebatne lucem? Non, quia Angelus Domini erat. Solutio: Ideo dixit hoc Angelus, ut Jacob iter suum more viatoris perficeret, qui in aurora arripuit iter. Unde sensus est: Dimitte me, quia aurora est, & debes aggredi iter tuum. Vel forte hoc dixit, nolens videri luctari cum Jacob.

Ω *b* Nequaquam inquit Jacob

Moraliter. * *a* In baculo, &c.] Per baculum, peccatum significatur. *Isai.* 36. Ecce confidis super baculum istum arundineum confractum, super Ægyptum, cui si innixus fuit homo, intrabit manum ejus, & perforabit eam. Per Jordanem gratia baptismatis, quam transgreditur quis per peccatum. Et quia peccatum totum hominis est, recte dicit Jacob [In baculo meo, &c.]
c Nunc cum duabus turmis] Duæ turmæ, cum quibus reditur a peccato, sunt multitudo poenæ, & miseriæ reproborum, & immensitas gloriæ electorum, quæ duo si abscondit quis in corde, facile revertitur a peccato. *Osee* 11. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis.
d Matres cum filiis.] Matres, sunt bona naturalia animæ: Filii opera bona: Vir qui generat hos filios, gratia Dei. 1. *Cor.* 15. Plus omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum. *Isai.* 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Vel Jacob, Christus, qui non timet sibi, sed matribus, & filiis, quos diabolus percutere nititur quantum potest. *Isai.* 13. Suscitabo super vos Medos, qui non quærent argentum, nec aurum volent, sed tantum sagittis parvulos interficient, & lactantibus uteris non miserebuntur.
k Et transivit vadum Jaboc.] Jaboc interpretatur pulvis, & significat mundi sollicitudines, quæ oculos spirituales excæcant, & quanto quis magis in hoc pulvere sufflat, tanto magis excæcatur. De hoc pulvere dicitur *Exodi octavo* Percussit Aaron virga pulverem terræ, & facti sunt ciniphes in hominibus, & jumentis, quia mundi sollicitudines tam clericos, [qui deberent esse homines,] quam laicos, [qui sunt ut jumenta clericorum] occupant. *Ecclesiast. primo.* Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea. Nec etiam tantum filii hominum, sed & filii Dei, idest, viri religiosi, & rectores hominum, idest prælati: Quod non est bonum. *Exodi cap. decimooctavo* dicit Jethro Moysi: Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum est: Ultra vires tuas est negotium, solus illud sustinere non poteris, sed audi verba mea, atque consilia, & Dominus erit tecum: esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent. Hoc pulvere transito Jacob, idest, prælatus, vel quilibet justus, remanet solus vacans contemplationi, & statim habet Angelum, idest, divinam consolationem, & luctam. Et sicut dicit *Gregorius*, qui luctatur, aliquando se superiorem, aliquando inferiorem invenit, & contemplativus in contemplationis certamine modo superat, quando aliquid de incircumscripto lumine gestat, modo succumbit, quando degustando iterum deficit, tunc vincitur Angelus, quando humano intellectu, & intimo comprehenditur Deus. Et nota, quod dicitur hic:

Osee 12.

l Traductisque omnibus, quæ ad se pertinebant, remansit solus.] In hoc est, quod Prælatus, & quilibet justus, suis in tuto locatis, in contemplatione se abscondit. Hoc est, quod legitur *Matth.* 14. quod refectis populis ex quinque panibus, statim compulit discipulos ascendere naviculam, & præcedere se trans fluvium, donec dimitteret turbam, & dimissa turba, ascendit in montem solus orare.
n Tetigit nervum femoris, &c.] Post visionem Angeli emarcuit nervus, quia inspecta suavitate dulcedinis Dei, marcescit in homine carnalis voluptas. *Jeremiæ trigesimoprimo.* Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Vel nervus, fortitudo, & viri sancti debilitati in corpore, confortantur in spiritu, *secunda Corinth. quarto.* Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.
o Dimitte me:] Quasi victus esset Dominus dicit: [Dimitte me,] quia sancti suis orationibus, & desideriis tenent eum, ne in peccatoribus suam exerceat justitiam. *Isai.* 64. Non est, qui invocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.

* *a* Jam enim ascendit

Ω *b* Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur, &c.] *Hier. Jopſebus in primo Antiquitatum lib.* Iſrael ideo dictum putat, quod adverſus Angelum ſtetit. Ego autem hoc in Hebræo invenire non potui, ſed Etymologiam nominis impoſuit ipſe Angelus dicens, [Quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, &c.] Sarith enim quod ab Iſrael vocabulo derivatur, principem ſonat, quaſi non vocabitur nomen tuum ſupplantator, i. Jacob, ſed princeps cum Deo, i. Iſrael. Quomodo enim ego princeps ſum, ſic & tu, qui mecum luctari potuiſti, princeps vocaberis. Si autem mecum qui Deus ſum, vel Angelus, quia plerique varie interpretantur, pugnare potuiſti, quanto magis cum hominibus, i. cum Eſau, quem formidare non debes? Qui autem in libro Hebræorum nominum, interpretatur Iſrael, vir videns Deum, non tam vere, quam violenter interpretatum videtur. Hic enim Iſrael per has litteras ſcribitur, jod, ſchin, res, aleph, lamed, quod interpretatur princeps Deus, vel directus Deus. Vir vero videns Deum his litteris ſcribitur, ut vir tribus litteris ſcribatur, aleph, jod, ſchin, & dicatur his. Videns ex tribus, res, aleph, he, & dicatur rah. El vero ex duabus, aleph, & lamed, & interpretatur Deus, vel fortis. Quamvis igitur grandis auctoritatis ſint, & eloquentiæ, ipſorum umbra nos opprimit, qui Iſrael virum, vel mentem videntem Deum tranſtulerunt, nos magis Scripturæ, & Angeli, vel Dei, qui Iſrael ipſum vocavit auctoritate ducimur, quam cujuslibet eloquentiæ ſæcularis. *c* Sed Iſrael.] *Joſephus* dicit hoc nomen Iſrael Hebraice ſonare luctantem Angelum ſanctum. In libro vero interpretationum nominum Hebræorum interpretatur vir videns Deum. Is enim vir, el Deus, rah videns dicitur. Hanc vero interpretationem dicit *Hier.* non tam vere, quam violenter factam eſſe: illam dicit *Joſephus* ſe in Hebræo non inveniſſe. Unde dicit hoc nomen Iſrael ſonare princeps cum Deo. Sic enim Angelum interpretatum aſſerit, quando dixit; Si contra Deum princeps, vel fortis fuiſti, &c. contra homines prævalebis. Et ita benedixit ei mutando nomen, & confortando, ne timeret Eſau. Quia enim ſtetit victus contra Deum, ſignum fuit, quod ſtaret invictus contra fratrem. *d* Cur quæris] q. d. incomprehenſibilis eſt Deus. *e* Benedixit ei,] i. priorem benedictionem confirmavit. *f* Vidi Dominum, quem ſupra dixit virum, quia Deus homo erat futurus. [Vidi Dominum,] quia cognovi Deum, quod ipſe me cognoſcere dignatus eſt. Hæc cognitio in fine pleniſſime fiet. Unde: Tunc cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. *g* Ad faciem.] non quia Deus videri poſſit, ſed formam vidit, in qua Deus locutus eſt ei. *h* Et ſalva facta eſt anima mea.] i. de valde debili plurimum confortata.

Iaſ. 35. — G — *Judic. 13.* — *1. Cor. 13.*

a Jam enim aſcendit aurora. Reſpondit: Non dimittam te niſi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod nomen eſt tibi? Reſpondit, Jacob. At ille: *b* nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, *c* ſed Iſrael. Quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis? Interrogavit eum Jacob: Dic mihi, quo appellaris nomine. Reſpondit: *d* Cur quæris nomen meum? Et *e* benedixit ei in eodem loco. Vocavitque Jacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi *f* Dominum facie ad *g* faciem, & *h* ſalva facta eſt anima mea. *i* Ortuſque eſt ſtatim Sol, poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel; *k* ipſe vero claudicabat pede. *l* Quam ob cauſam non comedunt filii Iſrael nervum, qui emarcuit in femore Jacob, uſque in præſentem diem, eo quod tetigerit nervum femoris ejus, & obſtupuerit.

Moraliter. * *a* Jam enim aſcendit aurora.] q. d. Angelus Prælato contemplationi vacanti: Deſine a contemplatione, & curre ad opera activæ. *Pſ.* 103. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam. Quia in die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum ejus. Hoc eſt, quod legitur *Cant.* 7. Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane ſurgamus ad vineam, q. d. ſponſa: Priusquam egrediamur ad actionem, commoremur paululum in contemplatione, & ſic mane ſurgamus ad opera. Sæpe enim melius invenitur Dominus per operationis laborem, quam per otium contemplationis. *Cant.* 3. In lectulo meo per noctem quæſivi quem diligit anima mea: Quæſivi illum, & non inveni. Quid igitur facies? Et ipſa dicit: Surgam, & circuibo civitatem. Nec ſtatim invenit, quia non in primo die, vel in ſecundo, oſtendit Dominus ſe operantibus, ſed tandem poſt magnum laborem. Unde ſubjungit: Quæſivi illum, & non inveni. Et *poſt*: Paululum cum pertranſiſſem, inveni, & non dimittam eum, *Pſal. 41.*

donec introducam illum in domum matris meæ. Et hoc eſt, quod dicitur hic: [Non dimittam te, niſi benedixeris] *b* Nequaquam] Poſt luctam mutatur nomen, de Jacob fit Iſrael, quia ut dicit auctoritas: Non erit Iſraelita, quia prius non fuerit Jacobita. *Jo.* 1. Intuitus eum Jeſus dixit: Tu es Simon filius Jona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, q. d. Si fueris obediens, eris cognoſcens. Idē eſt hic: Non eris Jacob ultra, ſed Iſrael. *Apoc.* 14. Vidit Joannes centum quadraginta quatuor millia habētes nomen ejus, i. Agni, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis, i. de utriuſque notitia gloriantes. *Jo.* 17. Hæc eſt autem vita æterna, &c. *f* Vidi Dominum facie ad faciem,] Aliqui vident Dominū averſum a ſe, aliqui vident converſum ad ſe. Averſum a ſe vident: qui eum contemplantur, tanquam judicem iratum. *Pſ.* 29. Avertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus. Converſum videt, qui intuetur eum, ſicut patrem placatum. *Jer.* 31. Converte me, Domine, & convertar, quia tu es Dominus Deus meus, poſtquam convertiſti me, egi pœnitentiam. Ideo clamat *Pſ.* 79. Oſtende nobis, Domine, faciem tuam, & ſalvi erimus. Vel ſicut dicitur *Jo.* 1. Deum nemo vidit unquam. Et *Exod.* 33. Non me videbit homo, & vivet. Ideo bene dicit Jacob: [Vidi Dominum facie ad faciem,] non dicit in faciem, ſed facie ducente ad faciem. Per faciem enim fidei venitur ad faciem ſpeciei, quæ erit in patria. Et hoc eſt, quod legitur 2. *Cor.* 3. Nos vero revelata facie gloriam Dei ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini ſpiritu. Et nota, quod dicitur ibi. A claritate in claritatem, hoc eſt, quod ſequitur hic: *i* Ortuſque eſt ſtatim Sol, poſtquam, &c.] Phanuel enim interpretatur facies Dei, &c. Qui tranſierit ſtatum fidei, qua faciem Dei ſpeculamur in via, ſtatim orietur ei Sol plene lucens in patria *Malach. ult.* Vobis timentibus nomen meum, orietur Sol juſtitiæ, & ſanitas in pennis ejus. Et hoc eſt, quod dicitur hic: [Et ſalva facta eſt anima mea, &c.] *k* Ipſe vero claudicabat] Ille claudicat, qui tantum uno pede terræ innititur. Duo pedes, neceſſitas, & voluptas. Ille ergo cum Jacob claudicat, qui tantum neceſſitatem in temporalibus, non voluptatem ſibi poſtulat. *l* Quam ob cauſam] Filii Iſrael videntes, & imitantes Deum, non comedunt nervum, ideſt, fortitudinem, & voluptatem carnis non appetunt.

A

C A P. XXXIII.

LEvans *m* autem Jacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & *n* cum eo quadringentos viros. *o* Diviſitque filios Liæ, &

EXPOSITIO CAP. XXXIII.

LEvans autem *m* Jacob oculos ſuos, &c.] *o* Diviſitque] *Aquila*, dimidiavit, ut unum cuneum faceret ancillarum cum parvulis ſuis, & alterum liberarum cum filiis ſuis. Primaſque mitteret ancillas, ſecundas liberas: Ipſe ante omnes, fratrem adoraturus occurreret.

Ω *a* Amba

Moraliter. *m* Levans autem Jacob oculos ſuos, &c.] Non facile videt, aut prævidet incurſus dæmonum, qui levatos oculos non habet, nec etiam peccata, & pericula advertit, in quibus eſt: Cui dicitur per *Jer.* 3. Leva oculos tuos in circuitu, & vide. Et quid videbit in circuitu? Dæmones inſidiantes, 1. *Pet.* 5. Adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens, &c. Item miſerias, & dolores pro peccato inflictas. *Pſ.* 114. Circumdederunt me dolores mortis, &c. Et quare hæc conſiderare ſit bonum, dicitur *Iſai.* 30. Cum gemueris, &c. ſecundum *Septuaginta*: Cum converſus ingemueris, ſalvus eris, & ſciens ubi fueris, qui conſiderabas in vanis. *n* Cum eo quadringentos viros.] Ecce Eſau, i. diabolus, quadringentos viros ſecum adducit contra virum juſtum. Hæc ſunt quatuor cornua. *Zach.* 1. quibus ventilatur tota terra, ſcil. quatuor peccata, cogitationis, locutionis, operationis, conſuetudinis. Hæc ſunt quatuor ſcelera Moab. *Amos* 2. Super

Ω *a* Ambarumque famularum,] Naturalem ordinem virtutum sequitur, quia † virtus a minoribus incipit, & gradatim ad majora progreditur.

al. † justum.

b Liam vero,] quia prius servilis timor, deinde amicabilis, quem significat Lia libera. *c* Rachel] Deinde amor purgati animi, quem significat Rachel, quæ interpretatur videns principium.

al. † filios.

f Habeo plurima] Bene facit Esau, non accipere volens, cum abundet. *Ambros.* Qui accipit, & indiget, potius dat, quam accipit; qui accipit, & non indiget, rapit.

g Inveni gratiam] per hoc notatur, quod ille, qui dat, debet reputare gratiam factam ab illo, qui accipit.

B

h Accipe munusculum] Omnis qui dat, debet datum suum modicum æstimare, qui aliter stultus est. *Ecclesi.* 18. Stultus acriter improperabit, & datum insipientis tabescere facit oculos. *Ecclesi.* 20. Datus insipientis non erit tibi utilis, oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, & multa improperabit, &c. *i* De manibus] Quærit *August.* quomodo ausus fuit Jacob in tantam prorumpere adulationem, ut fratrem suum vocaret Deum? Ad hoc dicit *Glos.* quod timore perturbatus dixit hoc, sicut Loth timore perturbatus voluit filias prostituere. *Sup.* 19. Vel locutus est, ut Jacob, non ut Israel, q. d. non reduxit ad memoriam, quod dixerat ei Angelus, scil. si contra Deum fortis, &c. Potest etiam dici, quod verbis hyperbolicis, fratris benevolentiam captavit: Nec peccavit in hoc. Vel [Vultum Dei,] i. potentis. Sic enim dicit Dominus Moysi. *Exod.* 7. Dedi te Deum Pharaonis, i. potentem super Pharaonem, 1. *Cor.* 8. Sunt, qui dicuntur dii, sive in cœlo, sive in terra. Vel potest dici, quod vulgariter locutus est. Et est sensus: Sic gavisus sum visa facie tua; & ita bene mihi fuit, ac si vidissem faciem Dei.

Sup. 32.

Ω *b* Et ego * tribus sceleribus Moab, & super quatuor non convertam. Hi sunt quatuor dies, quibus Lazarus fuit in monumento jam fœtens. *Joan.* 11. Et sicut diabolus cum suis quadringentis viris venit contra virum justum, sic Christus cum suis quadringentis venit contra diabolum, qui sunt, contritio cordis, confessio oris, satisfactio operis, firmum propositum perseverandi. 1. *Reg.* 25. Accinctus est David ense suo, & secuti sunt David quasi quadringenti viri. Et legitur ibi, quod Abigail occurrit ei, blande locuta est, & munera obtulit. Hæc tria similiter habes hic, Jacob occurrit Esau, blande locutus est, munera obtulit. Et instruitur in hoc, quod boni, & mali, & honore, & verbo, & muneribus provocandi sunt ad gratiam. De primo *Rom.* 12. Honore invicem prævenientes. *Ibid.* 13. Cui honorem, honorem. De secundo *Ecclesi.* 18. Nonne ardorem refrigerat ros? Sic & verbum melius quam datum. Item 6. *ejusdem*: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundabit. Contra quosdam, qui raro, aut nunquam blande loquuntur, sed putant virtutem dure loqui. *Cant.* 2. Vox tua dulcis, & facies tua decora. De tertio *Matth.* 5. Benefacite his, qui vos oderunt. *Ecclesi.* 18. Ecce verbum super datum bonum, sed utraque cum homine justificato. Est ensis David, verbum prædicationis. *Ephes. ult.* Galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Et dicitur verbum Dei gladius, quia separat spiritum a carnali voluptate. *Hebr.* 4. Vivus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus. Hoc gladio accingi debent, qui sequuntur David, i. Christum.

Rachel, *a* ambarumque famularum, & posuit utramque ancillam, & liberos earum in principio: *b* Liam vero, & † liberos ejus in secundo loco: *c* Rachel autem, & Joseph novissimos. Et *d* ipse progrediens adoravit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater ejus. *e* Currens itaque Esau obviam fratri suo amplexatus est eum, stringensque collum ejus, & osculans flevit: Levatisque oculis vidit mulieres, & parvulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti, & si ad te pertinent? Respondit: parvuli sunt, quos donavit mihi Deus servo tuo. Et appropinquantes ancillæ, & filii earum incurvati sunt. Accessitque Lia cum liberis suis, & cum similiter adorassent: extremi Joseph, & Rachel adoraverunt. Et ait Esau: Quænam sunt, inquit, istæ turmæ, quas obviam habui? Respondit: Ut invenirem gratiam coram domino meo. Et ille ait: *f* Habeo plurima frater mi, sint tua tibi. Dixit Jacob: Noli ita obsecro, sed si *g* inveni gratiam in oculis tuis: *h* accipe munusculum de *i* manibus meis. Sic *k* enim vidi faciem tuam, quasi viderem vultum Dei. Esto mihi propitius, & suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donavit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente suscipiens, ait: *l* Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Dixitque Jacob:

Cant. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, uniuscujusque ensis super femur suum. *d* Et ipse progrediens] Idem ordo, qui & hic, reperitur in Christo. Prius ordinavit turmas, quando in cœna instruxit discipulos ad patientiam, & humilitatem, & mutuam charitatem. *Jo:* 13. Postea progressus est trans torrentem Cedron, quando dixit: Surgite, eamus hinc. Postea adoravit quasi do divisus a discipulis seorsum ter oravit. Postea recepit osculum Judæ. Idem ordo debet etiam esse in Prælato. Prius enim debet se, & suos ordinare ad bellum cōtra diabolum. Sicut & Jacob præcessit, ita debet & ipse præcedere, & vitæ eminentia, & periculorum, & ictuū sustinentia. *Jo:* 10. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Deinde debet orare pro se, & pro suis. Deinde debet progredi. *Jo:* 10. Pastor cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur. *Infra* 49. Gad accinctus præliabitur ante eum. Iste est bonus prælatus, qui accinctus retrorsum per condescensum proximorum, ante pugnat per bonum exemplum. *e* Currens itaque, &c.] Hic patet, quam valet humilitas, & oratio. Humiliavit se Jacob, & oravit pronus in terra, & statim Esau commotus currit, & amplexatur, & osculatur eum. Ita sæpe per humilitatem, & per orationem bonorum, convertuntur mali ad gratiam. *Prov.* 16. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem. Sic e converso cum displicet Deo via hominis, provocantur inimici ejus ad malum. *Isai.* 42. Quis dedit Jacob in direptionem, & Israel in vastationem? Nonne Dominus, cui peccaverunt? *f* Habeo plurima] Notabile est contra plurimos cupidos, & illos, qui libenter accipiunt munera. Esau malus erat, & tamen quia abundabat, nolebat recipere munera Jacob. Quis est hodie, qui hoc faciat, & laudabimus eum? Imo qui amplum patrimonium habent, insuper res pauperum sibi vindicare contendunt. *Bern.* Res pauperum res Ecclesiæ sunt, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicquid Ecclesiæ dispensatores præter victum sibi retinent, & vestitum. *k* Sic enim vidi faciem] Per hoc instruimus, quod principibus, & prælatis, & majoribus debemus servire ex animo, sicut Domino. *Col.* 3. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus, scientes, quia a Domino recipietis retributionem hæreditatis. *l* Gradiamur] Hic gerit Esau personam principum sæcularium, Jacob personam prælatorum Ecclesiæ. Dicit ergo Esau Jacob: Gradiamur simul in pompis, & phaleris, nec est qui contradicat. Imo jam cum majori pompa, & pluribus equis, & avibus vadunt Prælati Ecclesiastici, & clerici, quam principes sæculares, quasi non ministerium creditum sit eis, sed magis regnum, vel imperium. Dicitur de Carolo, quod abstulit nepoti suo Episcopatum, quia vidit eum cito viriliter ascendere super equum, sicut milites. *Bern. ad Eugen.* Vides totum Ecclesiæ cœlum pro dignitate servere tuenda, dignitati datur totum, sanctitati parum, vel nihil; inter hæc tu pastor incedis circumdatus varietate, & quid interim faciunt oves? Hoc quippe fateor, pascua sunt dæmonum, nec hominum. *Osee* 8. Factus est Israel quasi vas immundum, quia ascenderunt ad Assur: Imo certe transcenderunt. Plures enim equos habet post se unus Episcopus, vel Abbas hodie, quam unus miles, vel unus comes. Tamen *Deut.* 17. dicitur: Cum fuerit rex constitutus, non multiplicabit sibi equos. Et reddit causam: Ne reducat populum in Ægyptum equitatus numero sublevatus, ne propter malum exemplum deducat populum in confusionem.

Joan. 14. — Matth. 26. — Ibid. — 2. Reg. 19. Esther 15. 4. Reg. 25. — C

* *a* Nosti

a Nosti, Domine mi, quod parvulos habeam teneros, & oves, ac boves fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante servum suum, *b* & ego sequar paulatim vestigia ejus *c* sicut videro parvulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir. Respondit Esau: Oro te, ut de populo, qui mecum est, *d* saltem socii remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse, hoc uno † indigeo ut inveniam gratiam in conspectu † tuo, domine mi. Reversus est itaque illo die Esau itinere, quo *e* venerat in Seir, & Jacob venit in Socoth, ubi ædificata domo, & fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius Socoth, idest, tabernacula. Transivitque in *f* Salem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ, & habitavit juxta oppidum, emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula, a filiis Emor patris Sichem centum agnis, & erecto ibi altari, invocavit super illud fortissimum Deum Israel.

C A P. XXXIV.

EGressa *g* est autem Dina filia Liæ, ut videret *b* mulieres regionis illius. *i* Quam cum

Ω *b* Et ego sequar paulatim] *Aug.* Quæritur si mendacium fratri promiserit? Hoc enim, sicut Scriptura narrat, non fecit, sed eo perrexit itinere, quod dirigebat ad suos. An forte veraci animo promisit, sed aliud postea cogitando delegit? *e* Venerat in Seir,] *Gloss.* idest, in villam illam, quam a nomine suo sic dixerat.

f Salem, &c.] Dicunt, quod acuto accentu sonat, pacificam, circumflexo sonat, consummatam.

Moraliter. * *a* Nosti Domine, &c. quas si plus in ambulando fecero laborare, &c.] In hoc docentur Prælati, se minoribus debere contemperare, & aliquando aliquid deponere ne rigore, Subditi, sive fratres in imitatione eorum deficiant, non sufficientes ad talia. *Is.* 40. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit, fœtas ipse portabit. *Seneca.* Id agamus, ut invicem vitam geramus meliorem, non ut contrariam, ne dum aliquos emendare volumus, fugere faciamus a nobis. *c* Sicut videro parvulos, &c.] Hoc est contra illos, qui nimis graves pœnitentias injungunt. *Matth.*23. Locutus est Jesus turbas, & discipulos suos, dicens: Super Cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, servate, & facite, secundum vero opera eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt, alligant autem onera gravia, & importabilia, & ponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere. *Jo.* 11. dicit Dominus Apostolis: Solvite illum, & sinite abire, idest, solventes, talem pœnitentiam injungite, quam possit portare. *d* Saltem socii] Ita facit diabolus, si potest, facit hominem peccare per se, si non potest suggerit pravam societatem, ut per illam corrumpatur paulisper. *Psalmus* 17. cum Sancto Sanctus eris, &c. 1. *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. *Seneca.* Candido, & innocenti socio malignus malitiam suam applicat.

D al. † tantum. al. † Domini mei.

E X P O S I T I O C A P. XXXIV.

EGressa *g* est autem Dina] Hoc est proprium mulierum curiosas esse. *Supr.* 3. Eva vidit lignum, & gustavit. Egressa est a tabernaculo patris, ut emeret ornamentum mulierum provincialium.

Ω *b* Egressa

Mystice. O Mystice. *g* Egressa est autem Dina] Egressa Dina secundum *Greg.* ut videret mulieres regionis illius, est anima, sive mens, quæ sua negligens studia, actiones alienas curans extra proprium ordinem evagatur. Quam Sichem princeps terræ, idest, diabolus inventam in curis exterioribus opprimit, & corrumpit. Vel sic: Dina interpretatatur causa, vel judicium. Dina igitur egressa, ut videat mulieres, significat illos, qui causa propria derelicta, aliorum facta judicando emolliunt. Contra istos dicitur *Matth.* 7. Nolite judicare, & non judicabimini, *Rom.*2. Inexcusabilis es, o homo omnis, qui judicas. In quo alium judicas, teipsum condemnas. Item *Rom.* 14. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit. Exemplum est egrediendi a seipso, *supra* 4. Egressus est Abel cum Cain in agrum, & occisus est. 3.*Reg.*2. Dixit Salomon ad Semei: Quocunque die egressus fueris huc atque illuc, scito te moriturum; & quia exivit, mortuus est. Est egressus multiplex. Egressus Dei, Christi, egressus Angeli, egressus hominis, egressus dæmonis. Egressus Dei duplex. Per miracula. *Ps.*67. Deus cum egredereris populo tuo, terra mota est. Per humanam operationem. *Ps.*43. & 59. Non egredieris Deus in virtutibus nostris. Egressus Christi triplex, Æternitatis. *Mich.*5. Egressus ejus ab initio a diebus æternitatis. Temporalis Nativitatis. *Mich.* 5. Ex te enim exiet dux, &c. Egressus mortis. *Ps.* Et Domini, Domini exitus mortis. Similiter egressus Angeli triplex. Ad vindictam exercendam. *Apoc.*14. Alius Angelus exiit de templo, qui habebat potestatem super aquam, & ignem. Ad ducatum præbendum. *Tob.* 12. dixit Raphael: Nunc misit me Dominus, ut curarem te, & Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem, Ad certificandum. *Dan.* 9. dixit Gabriel Danieli: Egressus sum, ut docerem te, & intelligeres. Egressus hominis triplex. Egressus a vitiis. *Ps.* 113. In exitu Israel de Ægypto. Egressus a mundo. *Jerem.*50. Exite de medio Babylonis. *Supr.* 12. Egredere de terra tua &c. Egressus ad prædicationem. *Matth.* 13. Exit, qui seminat. Item egressus dæmonis triplex. Ad puniendum. *Job* 2. Egressus Satan a facie Domini percussit Job. Ad decipiendum. *Apoc.*20. Cum consummati fuerint mille anni, solvetur Satanas, & exibit seducere gentes. Ad præceptum Domini implendum. *Matth.* 8. Si ejicis nos, mitte nos in porcos. At ille: Ite. Et exeuntes abierunt in porcos. Egressus Dei, ad protectionem. *Eccli.* 51. Confitebor tibi Domine, quoniam adjutor, & protector factus es mihi. Egressus Christi, ad redemptionem. *Is.* 61. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, sive redemptionem. Item notandum, quod homo egreditur a seipso tripliciter. Per curiositatem: Hic egressus significatus est per egressum Dinæ. Secundo, per cupiditatem: Hic egressus significatus est per egressum Semei. Tertio, per nimiam credulitatem: Hic significatus est per egressum Abel cum Cain fratre suo, cui credidit dicenti: Egrediamur in agrum. *Cant.* 1. Si ignoras te o pulcherrima mulierum, egredere post greges sodalium tuorum. *b* Mulieres regionis] Duæ sunt regiones, scil. regio mundi, & regio Paradisi. Stulti egrediuntur ad videndum mulieres regionis mundi, & ideo corrumpuntur a Diabolo, ut Dina. Sed sapientes egrediuntur ad videndum, & imitandum mulieres regionis cœlestis. Gloriosum enim est, & utile cogitare frequenter, qualiter Sancti conversati sunt in mundo, & in quanta gloria modo sunt pro modica pœnitentia. *Job* 5. Ad aliquem Sanctorum convertere. Etiam ad ipsum Dominum sanctorum considerandum egredi debemus, ut sicut ille ambulavit, & nos similiter ambulemus. *Cant.*3. Egredimini, filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua. *i* Quam cum vidisset, &c.] Ecce quantum nocet visus, quia solo visu capitur homo. 2. *Reg.*11. Vidit rex mulierem se lavantem. Et sequitur, quod ex hoc fecit adulterium, & homicidium. Ideo dicitur *Eccli.* 9. Averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierunt. Sichem interpretatur humeros, & significat divites hujus mundi, qui absque ulla consolatione spirituali laborant in divitiis acquirendis, quæ maxime avertunt hominem a Deo. *Eccl.*10. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere. Sichimitæ igitur sunt divites hujus mundi. Et ut dicit *Josephus*, ipsi faciebant solemnitatem, nescientes se in proximo morituros. *Job* 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *Is.* 22. dicunt: Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Dina igitur egressa ad videndum solemnia Sichimitarum, oppressa est, & corrupta. Et multi nimis attendentes festivitates divitum, per cupiditatem aut invidiam perierunt. *Eccl.* 34. Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum, sic & qui intendit ad visa mendacia. Boni non ingrediuntur ad pompas sæculares, sed absconduntur. *Prov.* 28. Cum surrexerint impii, abscondentur homines, Omnis egressus, omnis ostentatio sui, ex ignorantia sui

* provenit,

Marginalia: *Matth.* 2. — *Ps.* 67. — *De pœnit. dist.* 4. c. *ante fin.* — 3. *Reg.* 2. *Supr.* 4.

Ꝗ *a* Egresso autem Emor] de urbe. *k* Irati sunt valde,] quia jam innotuerat eis raptus sororis. *l* Fœdam rem] *Isa.* 57. Perit justus, & non est, quis recogitet in corde suo. *m* In Israel] i. contra Israel. 2. *Reg.* 13. Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel.

Etsi tunc Prælati non corrigunt, acrius animadvertit in ipsos Prælatos. *Exod.* 32. dixit Dominus Moysi: Descende: peccavit populus tuus. Et quid fecit Moyses? Stat pro populo apud Deum, & pro Deo contra populum. Hoc est, quod Prælati more Argi deberent habere oculos ante, & retro.

vidisset Sichem filius Emor Hevæi, *a* princeps terræ illius, *b* adamavit, † & rapuit, & dormivit cum illa, vi *c* opprimens virginem. Et *d* conglutinata est anima ejus cum ea, *e* tristemque blanditiis delinivit. Et pergens ad Emor patrem suum, *f* accipe, inquit, mihi puellam hanc, conjugem. Quod cum audisset *g* Jacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent. *h* Egresso autem Emor patre Sichem, ut loqueretur ad Jacob: *i* ecce filii ejus veniebant de agro, auditoque quod acciderat, *k* irati sunt valde, eo quod *l* fœdam rem operatus esset in *m* Israel, & violata filia Jacob, rem illicitam perpetrasset. *n* Locutus est itaque Emor ad eos: Sichem filii mei ad-

Moraliter. Ꝗ *b* Terra * provenit, quia si homo bene cognosceret se, nunquam extra se curiose exiret. *Cant.* 1. Si ignoras te, &c. idest, ignorantia est, si egredieris. *Bernar.* Toties peregrinatur consideratio nostra, quoties ad hæc inferiora deflectitur, sive intuenda ad notitiam, sive appetenda ad usum pro officio disponendo. Ecce duplex est egressus, & quilibet periculosus, sed maxime novitiis periculosus est omnis egressus, quia cito læduntur. *Job* 15. Lædetur quasi vinea in primo flore Botrus ejus. *a* Princeps] *Jo.* 14. Venit princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam. *b* Adamavit, & rapuit, &c.] Tria dicit, quæ facit diabolus animæ peccatrici. Primo amat, idest amabilem se ostendit in suggestione delectabili. Secundo, rapit in consensu. Tertio, dormit in operis executione. *Sup.* 3. Vidit mulier lignum, quod esset pulchrum visu, & suave ad gustandum, tetigit, & comedit. *Isa* 28. Erit flos decidens gloriæ exultationis ejus, qui est super verticem pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud. Flos est novitius simplex; quem videt diabolus quando suggerit ei, quod delectabile est; manu tenet, quando ille consentit; devorat, quando opus perpetrat. Diabolus enim, quasi fercula delicata libenter comedit novitios. Simile factum huic habetis *Judith* 10. ubi legitur, quod egressa est Judith, quam ut vidit Holofernes, captus est amore ejus, sed non corrupit eam, qui prius clausa fuit in cubiculo suo, & se paraverat in oratione persistens. *c* Vi opprimens] Instans tentatio diaboli, violentia appellatur. Sicut *in fin. Luc.* instantia precum duorum discipulorum, dicitur coactio. Nulli enim potest diabolus inferre violentiam ad peccandum, nisi prius velit homo. Unde dicunt dæmones ad animam: Incurvare, ut transeamus. *Is.* 51. *d* Conglutinata, 2. *Reg.* 13. habetis contrarium: Ammon ex quo oppressit Thamar, statim abjecit eam. Et quid hoc, nisi quod diabolum animam constupratam abjicit, quando scil. facit eam recognoscere peccatum suum? Et hoc facit, non ut dimittat, sed ut absorbeatur ampliori tristitia. *Jer.* 30. Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non quærent. Aliquando enim animam violatam fovet, & nutrit blanditiis, & deliciis, nec vult, ut nunquam recogitet de peccato suo. Et de hoc habetur hic exemplum, & *Os.* 5. Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Dominum: spiritus enim fornicationum in medio eorum est. *e* Tristemque blanditiis, &c.] Hoc summopere curat diabolus, ut salubrem tristitiam amoveat ab anima peccatrice. De qua dicitur 2. *Cor.* 7. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Hanc tristitiam nititur amovere. Et hoc multipliciter, sicut innuit *Greg.* Quandoque facit attendere aliorum graviora peccata, ut vel nullum, vel parvum appareat ei peccatum suum. Inde venit temeraria peccandi audacitas. Quandoque facit attendere pœnitentiæ acerbitatem, & inde oritur diffidentia confitendi, aliquando facit cogitare de multitudine misericordiæ Dei, & inde venit falsa spes veniæ. Aliquando facit considerare juventutem peccantis, dicens: Bene poteris adhuc pœnitere, quando eris senex, & inde erit stulta securitas. Hi sunt quatuor portitores defuncti. *Luc.* 7. *f* Accipe, inquit, mihi, &c.] Hoc est, quod diabolus, quantum potest, associat adjutores ad impingendam animam in peccatum. E converso facit Christus, socios quærit ad convertendam a peccato. *Jud.* 14. dicit Samson, idest, Christus: Accipite mihi uxorem de filiabus Philistinorum, idest, convertite animam a peccato, ut fiat mihi sponsa. *Job* 39 De longe contemplatur escam, ubicunque fuerit cadaver, adest statim. *g* Jacob, &c. siluit] Hoc est, quod Dominus dissimulat peccata, donec pastores, i. Prælati de facto advertunt,

al. † eam.

2. Reg. 13.

Luc. 24.

Apoc. 4. Animalia habebant oculos ante, & retro. *Num.* 25. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, dixitque Dominus ad Moysen: Tolle cunctos principes, & suspende eos contra solem in paribulis ut avertatur furor meus ab Israel. *Gl.* Hoc si homines attenderent, prælationes non ambirent. *h* Egressu autem Emor] Emor diabolus. Sichem filius ejus, hæreticus, ambitiosus, qui sunt duo filii diaboli specialiter per imitationem. *Sap.* 4. Ex iniquis omnes filii, qui nascentur, testes sunt nequitiæ adversus parentes interrogatione sua. De hæretico specialiter dicitur *Jo.* 8. Qui loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater ejus. De ambitioso specialiter *Is.* 14. Ascendam in cœlum, & similis ero Altissimo: Ecce filii, i. Prælati, qui de agro actionis ad domum contemplationis, post pastum ovium revertuntur. *Sap.* 8. In multitudine bonus videbor, & in bello fortis. Ecce prælatus in agro cum grege. Intrans in domum conquiescam cum illa: Ecce Prælatus solus in domo. *Prov.* 24. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam. *Jo.* 16. Exivi a patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Sic debet facere Prælatus, primo debet esse cum patre per contemplationem, postea exire in mundum per eruditionem, deinde redire ad patrem, iterum per contemplationem. Ibi enim hauritur, quod in prædicatione effunditur, ut dicit *Greg.* super *Is.* 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris: Ecce haustus in contemplatione. Et dicetis in illa die, confitemini Domino: Ecce effusio in prædicatione. Et nota, quod filii Jacob recedentes de agro, curam, & solicitudinem inveniunt in domo. Hoc est, quod Prælati, & exterius, & interius inveniunt materiam solicitudinis, 2. *Cor.* 11. Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum. *k* Irati sunt] Hoc est, quod *ibid.* dicit Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Notandus est ordo. Primo dicit Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Ecce compassio peccatoris. Et postea: Quis scandalizatur, & ego non uror? Ecce correctionis zelus, qui debet sequi compassionem. Nam compassio sine zelo correctionis remissum facit Prælatum, & zelus sine compassione severum. Hunc ordinem non servaverunt filii Jacob. Unde audito hoc, pater ait: Turbastis me, quasi dicat: Turbastis ordinem Prælatorum, 1. *Reg.* 30. legitur, quod David, & viri ejus inventa destructione Siceleg, fleverunt, donec desiccarentur in eis lacrymæ, & post insecuti sunt hostes usque ad mortem; & sic reduxerunt prædam. *Luc.* 19. Videns Jesus civitatem, flevit super illam, & post ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes, & ementes in illo. *n* Locutus] Emor interpretatur amaricans, sive loquax, & significat advocatos, qui conveniunt, & circumveniunt Prælatum, ut filiam suam, i. Ecclesiam, vel præbendam det filio, vel nepoti, vel sibi in connubium. Et mentiuntur, quia non conjugem, sed concubinam quærunt, quia non fructum, sed lucrum ibi quærunt. Unde tales dici possunt adulteri. De quibus dicit *Augustinus* super illud. Non adulterantes verbum Dei. 2. *Cor.* 2. Adulteri non curant filios generare, sed transitoriam delectationem explere. *Dan.* 13. Semen Chanaan, & non Juda, species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum, quia id, quod supra est, scil. spirituale, ponit inferius, & e converso. Super illud *Eccl.* 42. Omni homini noli intendere in specie. Dicit *Gl.* Impudicus oculus, pulchritudinem animæ non novit considerare, sed corporum. Sicut pulchritudo corporis in duobus consistit, ut dicit *Aug.* in debita, scil. ordinatione membrorum, & vivido colore, ita & pulchritudo animæ in duobus est, in debita ordinatione virtutum, quæ sunt quasi membra animæ, & bona conversatione, qui est color, per quem cognoscitur anima interius. *Eccl.* 19. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus.

* *a* Junga-

hæsit anima filiæ vestræ, date eam illi uxorem, & *a* jungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite, & habitate nobiscum. *b* Terra in potestate vestra est: exercete, *c* negotiamini, & possidete eam. Sed & Sichem ad patrem, & ad fratres ejus, ait: Inveniam gratiam coram vobis, & quæcumque statueritis dabo: Augete dotem, munera postulate, & libens tribuam, quod petieritis, tantum *d* date mihi puellam hanc uxorem. Responderunt filii Jacob Sichem, & patri ejus in dolo; *e* sævientes ob stuprum sororis: *f* Non possumus facere, quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso, quod illicitum, & *g* nefarium est apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, si esse volueritis similes nostri, & circuncidatur in vobis omnis masculini sexus: tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias nostras, ac vestras, & habitabimus vobiscum, erimusque unus populus; Sin autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus: *h* Placuit oblatio eorum Emor, & Sichem filio ejus, nec distulit adolescens, quin statim quod petebatur expleret. Amabat enim puellam valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressique portam urbis locuti sunt populo: Viri isti *i* pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum, negotientur in terra, & exercent eam, quæ spatiosa, & lata, cultoribus indiget: Filias eorum accipiemus uxores, & nostras illis dabimus. Unum est *k* quod differtur tantum bonum: Si circumcidamus masculos nostros ritum gentis imitantes, & substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt: Tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, unum efficiemus populum; *l* Assensi sunt omnes, circuncisis cunctis maribus. Et ecce die tertio, quando gravissimus vulnerum dolor est, arreptis duo Jacob filii, *m* Simeon, & Levi fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt urbem *n* confidenter, interfectisque omnibus masculis, Emor, & Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. *o* Quibus egressis irruerunt super occisos ceteri filii Jacob, & depopulati sunt urbem in ultionem stupri: oves eorum, & armenta, & asinos, cunctaque vastantes, quæ in domibus, & in agris erant, parvulos quoque, & uxores eorum *p* duxerunt captivas. Quibus patratis audacter; Jacob dixit ad Simeon, & Levi: *q* Turbastis me, & odiosum

Ω *b* Terra in potestate.] Largus est diabolus, promittit terram, quam mentitur se habere in potestate sua. *Luc.* 4. Hæc in potestate mea sunt, & cui volo, do ea. *c* Negotiamini,] Mali negotiantur, & possident terram, sed non exercent eam. Implicant enim se terrenis negotiis, & ideo urticis, & spinis plena est terra eorum. *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri, & per vineam viri stulti transivi, & ecce totum repleverant urticæ, idest, curæ pungitivæ, & solicitudines. *If.* 26. Justitiam non fecimus in terra, & ideo non ceciderunt habitatores ejus: Idem habitatores, & urticæ. Boni e converso terram possident. *Matth.* 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et exercent laborando. 2. *Tim.* 2. Labora, sicut bonus miles Christi. Sed non negotiantur, quia negotiis terrenis non se implicant. 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotiis.

C

d Date mihi puellam] *Sup.* 14. Da mihi animas, cetera tolle tibi. *e* Sævientes ob stuprum] 2. *Cor.* 12. Cum essem astutus, dolo vos cepi. *f* Non possumus facere,] Bonus pastor, vel prælatus filiam suam, idest, Ecclesiam, vel præbendam, incircunciso dare non potest. *g* Et nefarium] *Deut.* 7. Non sociabis cum eis conjugia. Ita ipsi dicebant, sed mala intentione, & ideo in dolo. *h* Placuit oblatio] *Interl.* Ministri Satanæ, sicut principes eorum transfigurant se in ministros justitiæ, ut decipiant animas suas superstitione. 2. *Cor.* 11. Angelus Satanæ, &c. *Jer.* 41. Ismael plorans dicebat: Venite ad Godoliam, & in medio civitatis occidit eos. *i* Viri isti pacifici sunt,] *Hier.* ubi *Septuaginta* interpretati sunt pacificos, *Aquila* transtulit consummatos, atque perfectos; In Hebræo legitur Salamim, ex quo apparet illud esse verum, quod supra de Salem legimus. *k* Quod differtur tantum bonum:] idest, propter quod differtur.

l Assensi sunt omnes, circumcisis cunctis maribus.] *August.* Paulo ante Jacob loquens cum Esau, filios suos infantes esse significabat, quæri potest, quomodo poterant tantam stragem facere, quamvis illis in circuncisionis dolore constitutis? Sed intelligendum est diu habitasse Jacob, donec filia ejus grandior virgo fieret, & filii juvenes. Scriptum est enim: Et habitavit juxta populum, emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula, a filiis Emor patre Sichem centum agnis, & erecto ibi altari, invocavit super illud fortissimum Deum Israel. Egressa est autem Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius, &c. Apparet ergo his verbis non transeuntem ibi mansisse Jacob, sed agrum emisse, & tabernaculum, & Aram construxisse, & sic diutius habitasse. Filiam vero ejus cum jam amicas habere posset, condiscere voluisse filias civium loci, & ita factam esse pro illa depopulationem, & deprædationem.

Supr. 33.

m Simeon, & Levi] Simeon, Petrus, Levi, Paulus qui additus est numero Apostolorum, tertio die irruerunt in incircumcisos, idest, clamantes non valere circumcisionem. Prima dies ab Abraham usque ad Moysen: secunda usque ad Christum: tertia tempus gratiæ. Et clamat Paulus *Galat.* 5. Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit. *Ephes.* 2. Videte circuncisionem. Tertia die fuit dolor gravissimus, quia prius circuncisio tantum lædebat carnem, tempore gratiæ, carnem, & animam. *n* Confidenter,] Multitudo etenim non parva erat cum Jacob plurimum ditato, sed filii ejus in hoc facto nominantur quasi principes, & auctores. *o* Quibus egressis] Factum tamen hoc per se facinus est, quod etiam Jacob displicuit, sed in Ecclesia prophetia fuit.

p Duxerunt captivas.] Majores occidunt, & parvulos reservant, quia majores hæreticos Ecclesia potestatibus sæcularibus comburendos tradit, quia possent aliquos corrumpere, & parvulos reservat corrigendos, & erudiendos. *Cantic. secundo.* Capite nobis vulpeculas parvulas.

D

q Turbastis me,] Hoc est quod zelus immoderatus aliquando nocet. *Bernardus* Noverint prælati infirmarum animarum curam sibi creditam non pompam, imo si in contumelias, & vitia aliquando prælati proruperint, contra animæ phrenesim, non vindictam exerceant, sed medicinam.

Ω *a* Nos

Moraliter.

* *a* Jungamus vicissim connubia.] Ita dicit diabolus, quia uno corrupto per peccatum, spem sive fiduciam habet alios corrumpendi. *Job* 40. Absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus. Filio Emor dat filiam suam uxorem, qui suggestioni diaboli præbet assensum. Consensus enim matrimonium facit. Quod matrimonium prohibitum est *Deuter.* 7. ubi dicitur: Non sociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo. Filiam suam dat filio diaboli, qui malæ suggestionis motui præbet consensum. Filiam vero ejus dat filio suo, qui pravam intentionem adhibet operi suo, vel certe qui de suo opere gloriatur. *Osee nono.* Ephraim deducet ad interfectionem filios. Vel per Emor, & Sichem intelliguntur hypocritæ, qui circumcidunt se opere, & verbo, ut possint habere filiam Jacob in uxorem, idest, Ecclesiam, vel præbendam. Sed circuncisi tertio die interficiuntur. Primus dies circumcisio operationis; secundus, circumcisio locutionis; tertius, circumcisio cordis. Primo, & secundo die vivunt hypocritæ. Bene enim circumcidunt opera, & verba sua, ut boni, & sancti appareant, sed in tertio die mortui sunt, quia intus in corde incircumcisi sunt. Et talibus sæpe dant prælati Ecclesias, vel præbendas, nec solum his: sed & incircumcisis corpore, idest aperte malis. *Ezech.* 44. Sufficiant vobis scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde, & carne, ut sint in sanctuario meo.

Ω *a* Nos pauci ſumus, &c.] *Aug.* Hoc dicit, quia pluꝛima bella poterant conſurgere, non quod multo pauciores haberet, quam poſſent expugnationi civitatis ſufficere. *b* Nunquid ut ſcorto abuti, &c.] *Aug.* Zelus filiorum Jacob in ultionem ſororis, moraliter commonet paſtores, fidelium curam habere animarum ſibi commiſſarum, ne violenter corporali delicto, aut fornicatione ſpiritali, quis lapſus fuerit, & eis reſiſtat, ſed ulciſci debent diſciplinæ enſe inobedientiam, & excommunicationis gladio feriant ſtupratorem, ne impunis evadat. [Nunquid ut ſcorto, &c.] quaſi dicant Prælati: Damna alia diſſimulare valemus, ſed ſtuprum ſororis, ideſt fidelis animæ, non poſſumus ſuſtinere. 2. *Reg.* 13. Abſalon fratrem proprium occidit ob ſtuprum ſororis *Bern.* Si Chriſtus proprium ſanguinem dedit in pretium animarum, nunquid graviorem perſecutionem ſuſtinet ab eo, qui vel prava ſuggeſtione, vel perniciei exemplo, vel ſcandali occaſione avertit ab eo animas, quas redemit, quam a Judæo, qui ſanguinem ſuum fudit?

feciſtis Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ hujus. *a* Nos pauci ſumus, illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Reſponderunt: *b* Nunquid ut ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

C A P. XXXV.

INTEREA *c* locutus eſt Dominus ad Jacob: *d* Surge, & aſcende Bethel, & habita ibi, *e* facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Eſau fratrem tuum. *f* Jacob vero convocata omni domo ſua, ait: *g* Abjicite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & *h* mundamini, ac mutate *i* veſtimenta veſtra. *k* Surgite, & aſcendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Domino, *l* qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & fuit ſocius itineris mei. *m* Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant, & *n* inaures

E X P O S I T I O C A P. XXXV.

INterea *c* locutus eſt Dominus ad Jacob:] Jacob poſito in tribulatione apparet Dominus, & præcipit, ut aſcendat in Bethel, ubi ei apparuerat, *ſup.* 18. & dicens quo aſcendat, reliquit ejus induſtriæ, quomodo aſcenderet. *g* Abjicite Deos.] Hoc dixit Jacob, quia invenerat Deos Laban, quos fuerat furata Rachel. 1. *Reg.* 7. Samuel dicit: Auferte Deos alienos de medio veſtri. *i* Veſtimenta] *Exod.* 19. Lavent veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium. *n* Et inaures, &c.] *Gl. Aug.* Ipſi ornabant idola ſua auro, & argento, quare inaures: ſi ornamenta erant, ad idololatriam non pertinebant.

Ω Sed

Moraliter. * *c* Interea locutus eſt Dominus ad Jacob:] Jacob, i. prælatus turbatur in Sichem, i. in cura paſtorali. Sichem interpretatur labor, vel humerus, i. patientia, in quibus prælatus debet exercere ſe; non enim ad delicias, & requiem vocatus eſt, ſed ad laborem, & patientiam. 1. *Tim.* 3. Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, ita ſolebat eſſe. Sed modo verius dicitur: Qui Epiſcopatum deſiderat, malum opus deſiderat. *Act.* 9. Ego oſtendam ei, quanta oporteat eum pati pro nomine meo. Ita dicitur de Paulo poſt hujus electionem. Hoc autem, quod Jacob turbatus eſt ſuper ſtupro filiæ, & ſuper nimio zelo filiorum, ſignat, quod prælatus ſolicitus debet eſſe, non ſolum ſuper malis, ut redeant, ſed etiam ſuper bonis, ne nimis procedant, & irrationabile fiat obſequium eorum. Malis igitur correctionem, & neophytis nimis ardentibus repreſſionem debet adhibere prælatus. In vitis patrum dixit quidam patrum: Si videris juvenem aſcendentem in cœlum, tene pedes ejus, & projice in terram, quia non expedit ei ſic. 1. *Pet.* 4. Chariſſimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi novi vobis aliquid contingat. *d* Surge,] Prælato poſt tribulationem, & patientiam præcipitur, ut aſcendat in Bethel, triplici de cauſa. Prima, ut poſt victoriam hoſtium gratias referat Deo. 1. *Reg.* 17. David tulit in Jeruſalem caput Goliæ. Secunda, ut in tribulatione poſitus, conſideret domum Dei, ut in ſpe illius omnes tribulationes ſuſtineat, dicens cum David: *Pſal.* 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus, &c. Ideo dicit Apoſt. *Rom.* 5. In fide ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei, non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Tertia eſt propter contemplationem. *Pſ.* 2. Converſatio noſtra in coelis eſt. *e* Facque altare] *Exod.* 20. præcipitur altare fieri de terra, *Deut.* 27. præcipitur altare fieri de lapidibus informibus, & impolitis. Terra, humilitas Chriſti; lapides, ſancti patres. Altare facit de terra Domino, qui fidem de humilitate Chriſti conſolidat in corde ſuo. Altare de lapidibus impolitis facit, qui ad imitationem Sanctorum, opera bona facit. Et ita utrumque altare neceſſarium eſt, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Hebr.* 11. Et fides ſine operibus mortua eſt. *Jac.* 2. Exempla Sanctorum ſunt quaſi ſtrues lignorum, ſuper quam religatur Iſaac Domino immolandus, *ſup.* 22. Et nota, Jacob fugienti a facie Eſau apparuit Dominus, *ſup.* 28. Similiter hic fugienti apparuit Dominus, quia fugienti peccata apparet Dominus ſpiritualiter conſolans eum. 3. *Reg.* 19. Eliæ fugienti Jezabel apparuit Dominus. Et *Jud.* 6. Gedeon purganti triticum, & paranti fugam, apparuit Angelus. *f* Jacob vero convocata] Nota dicit convocata, non dicit vocata, in quo notatur duplex vocatio, qua & prælatus quilibet debet ſuos ſubditos convocare ad bonum. *Num.* 10. dicit Dominus ad Moyſen: Fac tibi duas tubas argenteas, quibus convocare poſſis multitudinem, quando movenda ſunt caſtra. Prima tuba, eſt verbum prædicationis. Secunda, eſt exemplum boni operis. Si altera deſit, non convocatur populus, ſed vocatur. Chriſtus utramque tubam habuit. *Actor.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere. *g* Abjicite deos] Sicut legitur 2. *Cor.* 6. non eſt conſenſus templo Dei cum idolis. Ideo Jacob, i. prælatus volentibus aſcendere in Bethel, i. in domum Dei, dicit: [Abjicite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt,] i. peccata de corde, quod eſt in medio: Secundum quod dicitur *Mich.* 6. Humiliatio tua in medio tui. 1. *Reg.* 7. Auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim, & Aſtaroth. Baalim interpretatur ſuperiores, vel devoratores, & ſignificat ſuperbiam, vel avaritiam, quæ omnia devorat. Aſtaroth interpretatur ovile, & ſignificat gulam, vel luxuriam: In ovili enim ſunt præſepia, & ſtercora. Hæc idola abjicienda ſunt propter duo. Primo, quia ponderoſa ſunt, & cum eis non poteſt aſcendi. *Iſ.* 46. Confractus eſt Bel, contritus eſt Nabo, facta ſunt ſimulacra eorum beſtiis, & jumentis, onera veſtra gravi pondere uſque ad laſſitudinem contabuerunt. Item quia non decet, ut in domo Dei ſint idola ſuperbiæ, vel avaritiæ, vel luxuriæ. *Soph.* 1. Viſitabo ſuper omnem, qui arroganter ingreditur in die illa ſuper lumen, qui complent domum Domini iniquitate, & dolo: Ecce de duobus idolis, i. de ſuperbia, & avaritia. Et poſt. Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. Ecce de tertio idolo, i. de luxuria. Hæc ſunt tria idola, quæ fecit Salomon uxoribus ſuis. 3. *Reg.* 11. Propter quod dicitur *ibid.* Iratus eſt Dominus Salomoni, eo quod averſa eſſet mens ejus a Domino Iſrael, & dixit ei: Dirumpens ſcindam regnum tuum. De his dicitur *Oſ.* 2. Auferat fornicationes ſuas, & adulteria de medio uberum ſuorum. *Iſai.* 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere, quærite judicium. *Iſ.* 2. In die illa projiciet homo idola argenti ſui, & ſimulacra auri, quæ fecerat ſibi. *h* Mundamini, ac mutate] Duo dicit, quæ ſunt neceſſariæ. Munditia intus in corde, quæ fit per contritionem, & mutatio morum exterius, quæ fit per honeſtam converſationem. Mores enim veſtimenta ſunt interioris hominis. *Eccl.* 9. Dicitur de his veſtimentis: Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. *Apoc.* 16. Beatus, qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. Hoc eſt, quod dicitur *Epheſ.* 4. Deponite vos ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem. *Exod.* 19. Sanctifica illos hodie, & cras, laventque veſtimenta ſua. Sanctifica hodie per contritionem, & cras per confeſſionem, & lavent veſtimenta per ſatisfactionem. *k* Surgite, & aſcendamus.] *Iſ.* 2. Venite, aſcendamus ad montem Dei Jacob. *l* Qui exaudivit, &c. & ſocius] Duo beneficia facit nobis Dominus, quæ recolit hic Jacob, & vult Dominus quemlibet recognoſcere, ſcil. quod liberat a malo, & conſervat in bono. Unde & hæc duo improperat Dominus quibuſdam. *Jer.* 2. Non dixerunt ubi eſt Dominus, qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti: Ecce liberatio. Et qui traduxit nos per deſertum: Ecce ſocietas. *m* Dederunt ergo ei omnes Deos, &c. & inaures] Dare Deos, & inaures, hoc eſt, omnia

* peccata

Ω Sed intelligendum est, philateria fuisse deorum alienorum. Ipsi ornabant idola sua, auro, & argento. *Ezechiel.* 16. Tulisti aurum, & argentum, quæ dedi tibi, & fecisti imagines masculinas. *Osee* 2. Argentum multiplicavi eis, & aurum, quæ fecerunt Baal.

est, quod *sup.* 19. dicitur. Noli respicere post tergum; nec stes in omni circa regione. *Is.* 14. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem, & germen.

a Subter terebinthum,] Per terebinthum intelligitur Crux. Juxta illud *Ecclesiastici* 24. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos. Dicitur, quod resina terebinthi optima est, idest, pœnitentia facta in memoria, & fide Crucis Christi salutifera est: sub terebintho igitur abscondit Jacob idola, quia Christus per virtutem Crucis delevit peccata. Et quilibet sub terebintho abscondit idola, qui pœnitentiam agit in fide, & memoria Crucis de peccatis suis.

quæ erant in auribus eorum. At ille infodit † eas *a* subter terebinthum, quæ est *b* post urbem Sichem. *c* Cumque profecti essent, *d* terror † Dei invasit omnes per circuitum civitates, & non sunt ausi persequi recedentes. *e* Venit igitur Jacob Luzan, quæ est in terra Chanaam cognomento Bethel, ipse, & omnis populus cum eo. Ædificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci † domus Dei. Ibi enim apparuit ei Deus, cum *f* fugeret fratrem suum. *g* Eodem tempore mortua est † *h* Delbora nutrix Rebeccæ, & *i* sepulta ad radices Bethel *k* subter quercum, *l* vocatumque est nomen loci quercus fletus. *m* Apparuit autem iterum Deus Jacob postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ, † & venit in Bethel, benedixitque ei dicens: *n* Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellavit eum Israel, Dixitque ei: Ego *o* Deus omnipotens. *p* Cresce, & multiplicare, gentes, & populi nationum.

al. † eas.
al. † Domini.
al. † illius.
al. † Debora.
al. † non habet venit in Bethel.
Sup. 32.

a Subter terebinthum,] Terebinthus est quædam species quercus nigræ. Tradunt quidam, quod David tulit eam in Jerusalem, & conflavit in materiam templi ædificandi.

d Terror Dei] *Interlin.* Immissus a Deo, promissa sua in Jacob, & filiis ejus tuebatur.

B

e Venit igitur Jacob Luzan, quæ est in terra Chanaan cognomento Bethel,] *Augustinus*: notandum est tria nomina hujus civitatis esse commemorata. Ulam quod prius vocata est, cum illuc venisset Jacob pergens in Mesopotamiam, & Bethel, quod ipse Jacob imposuit, & Luza. Nec mirum, multis enim civitatibus, & fluminibus, sicut & ipsis hominibus, multis de causis adduntur nomina, vel mutantur. [Venit igitur Jacob Luzan, &c.] *Hieronym.* Ecce manifeste comprobatur Bethel, non Ulam, ut supra dictum est, sed Luzan, idest, Amygdalum, antea esse vocatam.

f Fugeret fratrem] *Supra* 28.

h Delbora nutrix] quæ forte fuerat secuta Jacob in Mesopotamiam, unde adduxerat eam Rebecca, vel forte venerat obviam Jacob.

n Non vocaberis ultra Jacob,] Quærit *Augustin.* cum *sup.* 32. dictum fuerit. Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel, quare hic iterum repetatur. Et solvit, quod hoc nomen Israel prius imponendum ab Angelo prædicitur, hic autem a Deo imponitur. Item quærit, quomodo dictum sit. Non vocaberis ultra Jacob, cum adhuc vocetur Jacob. Et respondet, quod per hanc dictionem, ultra, designavit præsentem statum, ubi videtur Deus in ænigmate, & cum lucta, tandem videbitur Deus sicut est. Et hoc est, quod dicitur, [Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel, idest, non videbitis Deum obscure, nec in lucta eritis, sed videbitis aperte, & eritis in quiete. *Apoc.* 21. Neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quoniam priora transierunt. Nomen Jacob mutatur in Israel, ergo qui non fuerit Jacob, non erit Israel, idest, qui non fuerit in labore certaminis, non erit in quiete æternæ visionis 2. *Tim.* 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Legaliter certat, qui peccata declinat; legalius, qui & bona facit; legitime, qui in utroque perseverat. *Matth.* 10. Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Igitur qui hic fuerit Jacob, ibi appellabitur Israel. *Is.* 65. Servos suos vocabit Dominus nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo. Amen.

o Deus omnipotens.] Duo innuit hæc littera, quæ necessaria sunt, timor, & amor. Deus amandus est, quia creavit. Omnipotens timendus est, qui judicabit. Timor Dei facit declinare a malo. Amor facit proficere in bono. *Job* 23. Deus mollivit cor meum, & omnipotens conturbavit me.

Prov. 16.

p Cresce, & multiplicare,] Hæc promissio ad spirituale semen Jacob pertinet, sicut jam ante de Abraham dictum est. Omnes enim, qui supplantant vitia, & veterem hominem cum actibus suis deponunt, & mentis oculos ad Deum intendunt, recte ad Jacob pertinent, cujus fidem, & actus imitantur, regesque de lumbis ejus egredientur, idest, Sancti, qui secundum voluntatem Dei se, & subditos bene regunt, de cujus semine spirituali, idest, imitatione fidei in bonis operibus fœcundantur. Cresce, & multiplicare.

Ω Nota elegantem

Moraliter. * peccata confiteri, & circunstantias peccatorum. Hoc

b Post urbem Sichem.] Per urbem significatur mundus. Unde signanter dicitur post urbem Sichem esse terebinthus, quia Mundani Cruci Christi vertunt dorsum. *Ezechiel octavo*. In ostio templi Domini inter vestibulum, & altare, quasi viginti quinque viri habentes dorsum contra templum Domini.

c Cumque profecti essent, terror Dei] Absconditis idolis sub terebintho terrentur hostes Jacob, idest, dæmones in Crucis memoria effugantur. Tanta enim est virtus Crucis, ut si mente fideliter teneatur, nulla tentatio valeat prævalere, imo omnis tentatio in memoria Crucis superatur. *Tobiæ sexto*. Obsecro te, frater Azaria, ut dicas mihi, quod remedium habeat, quod jussisti de pisce reservari. Respondensque Angelus dixit: Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum.

g Eodem tempore mortua est Delbora] Delbora interpretatur apis, & significat tribulationem justorum, quia sicut apis duo habet, scilicet, aculeum punctionis, & dulcedinem mellis, ita tribulatio justorum, amaritudinem habet exterius in carne, sed intus habet spei dulcedinem in mente. Juxta illud *Jacob* 1. Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, &c. *Roman.* 12. Spe gaudentes, &c. Hæc dicitur nutrix Rebeccæ, idest, patientiæ. *Roman.* 5. Tribulatio patientiam operatur. Delbora in Bethel moritur, quia omnis tribulatio in consideratione retributionis æternæ minuitur. *Gregorius*. Magnitudo præmii minuit vim flagelli.

i Sepulta, &c.] Bethel Ecclesia, radices ejus, spes, & timor Domini. *Ecclesi.* 1. Radix sapientiæ timor est Domini. Ad radices igitur Bethel, idest, in spe, & timore Domini sepelitur tribulatio, quia spes, & timor Domini tribulationem faciunt non sentiri. *Eccles.* 1. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum. Facit etiam timor hominem fortem contra tribulationes. *Proverb.* 14 In timore Domini fiducia fortitudinis.

k Subter quercum,] idest, Crucem.

l Vocatumque est nomen loci quercus fletus.] Debemus enim compati doloribus Christi, ne nobis improperetur illud *Amos* 6. Nihil compatiebantur super contritione Joseph.

m Apparuit, &c.] Hæc est tertia apparitio, qua Dominus apparuit Jacob. Primo apparuit fugienti Esau, innixus Scalæ. Secundo redeunti de Mesopotamia in lucta. Nunc in Bethel. In quo significatur triplex apparitio Christi. Apparet enim dormientibus in contemplatione, apparet & luctantibus in tribulatione, apparebit tandem in æterna benedictione. De prima dicit *Bernardus* Christus videri vult non videre, quasi strenuus dux, devoti militis vultum vult sustolli in sua vulnera, sua non sentiet, dum illius intuebitur vulnera Christi miles. Hoc est videre Christum innixum Scalæ. Unde dicit Apostolus *Hebr. decimo secundo*.

Sup. 28.
Sup. 32.

* Aspicientes

Ω Nota elegantem ordinem, prius abjecta sunt idola, & infossa, postea emundatio facta, & vestimenta lota, tertio ædificatum altare, & mortua Delbora, & modo dicitur: [Cresce, & multiplicare.] Cresce in te per virtutum opera, & postea multiplicare in aliis per prædicationis verba.

b In qua] Anticipatio est, postea enim dicta est Ephrata, ab uxore Caleb, quæ ibi sepulta est. Bethleem vero propter incredibilem ubertatem sibi redditam, ut dicitur super *Ruth.* 1. *Jo. 4.*

i Parturiret] idest, laboraret in partu, & non posset parturire.

ex te erunt. Reges de *a* lumbis tuis egredientur: terramque, quam dedi Abraham, & Isaac, dabo tibi, & semini tuo post te, & *b* recessit ab eo. Ille vero erexit *c* titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus, *d* libans super eum libamina, & effundens oleum, vocansque nomen loci illius *e* Bethel. *f* Egressus autem inde venit verno tempore ad terram, que ducit *g* Ephratam. In *h* qua cum *i* parturiret *k* Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei *l* obstetrix: *m* Noli timere, quia & nunc habebis filium. *n* Egrediente autem anima præ dolore, & imminente jam morte, vocavit nomen filii sui Bennoni, idest, filius doloris mei. *o* Pater vero appellavit eum Benjamin, idest, filius dextræ. *p* Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via, quæ ducit Ephratam, hæc est Bethleem. *q* Erexitque Jacob titulum super sepulchrum ejus. Hic est titulus monumenti Rachel

Supra 21. Crevit puer, & factus est juvenis sagittarius. *Job* 5. Visitans speciem tuam non peccabis, & scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.

C

a De lumbis tuis egredientur:] De lumbis dissolutis nascitur semen carnale, de lumbis succinctis, semen spirituale. 1. *Corinth.* 15. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Ideo dicitur *Jerem. primo.* Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere. *Joann.* 3. Quod natum est de carne, caro est; & quod est natum ex spiritu, spiritus est.

Mystice. *b* Et recessit ab eo.] aliquando venit Christus in animam, quando vult, recedit, ut non sentiatur. *Joan.* 3. Spiritus, ubi vult, spirat, & vocem ejus audies, & nescies unde veniat, aut quo vadat. *Job 9.* Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam eum. Ideo sponsa quando non sentit eum, recessisse putans clamat: Revertere, similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque cervorum super montes Bethel. *Cant.* 2.

c Titulum lapideum] Militans Ecclesia est Bethel, ibi posuit Dominus titulum lapideum, & altare, scil. crucem suam. *Isai.* 19. Erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus. Terminus est exitus de hac vita, ubi debet semper esse memoria Crucis Christi. Unde & morientibus affertur Crux. *Mich.*2. Transibit rex eorum coram ipsis, & Dominus in capite eorum.

d Libans, &c.] Libamina sunt bona opera, facta ad imitationem passionis Christi. Et dicuntur sic, quia non sunt nisi quædam libatio totius. Oleum, hilaritatem, & pietatem intentionis significat. *Matth.* 6. Cum jejunas, unge caput tuum oleo, & faciem tuam lava.

Matth. 21. *e* Bethel.] quasi domum Dei. Sed multi nostrum vocant eam, idest, Ecclesiam, speluncam latronum, qui tantum intrant in eam, ut sibi rapiant bona pauperum. *Jerem.* 7. Nunquid non spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris.

f Egressus, &c.] Hic notatur progressus viri justi, qui de loco mactationis, idest, macerationis carnis suæ venit ad terram lacte, & melle fluentem, idest, ad Christum, in quo lac humanitatis est, & mel divinitatis. Ipse est via, quæ ducit Ephratam, idest, ad cœlestem patriam, *Jo.* 14. Ego sum via, &c. Ipse per se ducit ad se, per fidem humanitatis ducit ad comprehensionem divinitatis. Et nota, hyems est status culpæ. Unde *Matth.* 24. Orate, ne fuga vestra fiat heme, vel Sabbato. Ver est status pœnitentiæ. *Cant.* 2. Hyems transiit, &c. Æstas, status perfectæ justitiæ. Autumnus, status mortis, tunc enim colligit homo, quæ seminavit. In hac quarta die dicitur: Lazare, veni foras. *Jo.* 11. Hyems tria habet tempora, tria scilicet peccata. *Jo.* 2. Omne, quod est in mundo, &c. Ver similiter tria habet, scil. tres partes pœnitentiæ. Æstas similiter tria, scilicet, pacem ab hostibus, quietem a laboribus, tranquillitatem a solicitudinibus. Autumnus similiter tria: Laborem mortis, dolorem de peccatis, timorem de suppliciis æternis: Ecce duodecim menses anni. *Job* 39. Nunquid parturientes cervas observasti, & dinumerasti menses partus earum?

g Ephratam.] *Hier.* Ephrata, & Bethleem unius urbis vocabulum est, sub interpretatione consimili. Interpretatur enim frugifera, & domus panis, propter panem qui de cœlo descendit.

Allegorice. *k* Rachel,] Rachel contemplativus quilibet, qui dum contemplatur, parturit. In verbo enim parturiendi notatur labor, & meditatio, quæ duo in contemplatione sunt. *Ecclesiast. septimo.* Dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. *23.q.1. §.1. contra.*

l Obstetrix.] gratia, quæ suaviter omnia tractat. *Job vigesimo sexto.* Obstetricante manu ejus eductus est coluber tortuosus.

m Noli timere,] Non dicit noli dolere, quia perfecta charitas non dolorem, sed timorem foras mittit. *Joannes quarto.* Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Quasi dicat, tu habuisti unum, adhuc habebis istum.

n Egrediente autem anima] *Isidor.* Quid sibi vult, quod eundem Bennoni Rachel, cum pareret, vocavit filium doloris mei, nisi futurum ex ea Tribu Paulum, qui affligeret filios Ecclesiæ tempore persecutionis suæ? Aliter per Benjamin, terrestris Jerusalem figuratur, quæ est in Tribu Benjamin, cujus populus gravi dolore matrem afficit, fundendo sanguinem prophetarum, & in necem Christi clamando: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. *Hieronymus*: Et factum est, cum dimitteret animam, siquidem moriebatur, vocavit nomen ejus filius doloris mei: pater vero ejus, vocavit nomen ejus Benjamin. In Hebræo similitudo nominis resonat. *Matth. 27.*

Ω Filius enim doloris

Moraliter. * Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. De secunda dicit idem: Audi luctam. Sustinuit te dilectus, sustine tu dilectum; non illum vicere peccata tua, te quoque illius flagella non superent, & obtinebis benedictionem. De tertia dicitur. 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. *Psalm.* 26. Satiabor, cum apparuerit gloria tua.

o Pater vero appellavit] Nota Rachel, idest, contemplativus, vel quilibet justus, filium suum vocat Bennoni, idest filium doloris; sed Jacob, idest, Christus eum Benjamin, idest filium dextræ vocat, ipse enim commutat dolorem in gaudium. *Joann. decimo sexto.* Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet: Ecce Rachel vocat filium suum Bennoni. Cum autem peperit, jam non meminit pressuræ propter gaudium: Ecce vocat Benjamin. *Prov.* 20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur.

p Mortua est ergo Rachel,] Rachel moritur in via, quæ ducit in Ephratam, quæ interpretatur frugifera. Hoc est, quod contemplatio moritur in divitiis, & magnis possessionibus. Non enim potest anima simul attenta esse temporalibus negotiis disponendis, & cœlestibus contemplandis. *Luc.*12. Cujusdam hominis divitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos? Et statim dictum est ei: O stulte, animam tuam repetent a te. Ecce mors divitis in lecto talia cogitantis, ubi deberet de Deo cogitare.

q Erexitque Jacob] Titulus super sepulchrum Rachel, paupertas est Domini, quam ipse in seipso dedicavit, & quasi proprium contemplativis reliquit, qui semper de cœlo meditantur.

* *Matth.* 5.

usque in præsentem diem. *a* Egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis. Cumque habitaret in illa regione, *b* abiit Ruben, & dormivit cum Bala concubina patris sui. Quod illum *c* minime latuit. *d* Erant autem filii Jacob duodecim. Filii Liæ, primogenitus Ruben, & Simeon, & Levi, & Judas, & Isachar, & Zabulon. Filii Rachel, Joseph, & Benjamin. Filii Balæ ancillæ Rachelis, Dan, & Nephtalim. Filii Zelphæ ancillæ Liæ, Gad, & Aser. Hi filii Jacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre civitatem *e* Arbee, hæc est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac. Et completi sunt dies Isaac, centum octoginta annorum consumptusque ætate mortuus est, & appositus *f* populo suo senex, & plenus dierum, & sepelierunt eum Esau, & Jacob filii sui.

D

Ω Filius enim doloris mei, quod nomen moriens mater imposuit, dicitur Bennoni. Filius vero dexteræ, id est, virtutis, quod Jacob mutavit in Benjamin. Unde errant, qui putant Benjamin filium dierum interpretari. Dextera enim dicitur Jamin, & finitur in n. Dies quidem appellatur Jamim, & terminatur in m.

a Egressus inde fixit tabernaculum, &c.] *Hieronymus*. Hunc locum volunt esse Hebræi, ubi postea templum factum est, & turrim gregis significari, idest, congregationis, & cœtus. Unde *Michææ* 4. Et turris gregis nebulosa Sion, &c. Illo quoque tempore Jacob trans locum, ubi postea templum ædificatum est, habuisse tentoria dicitur. Sed si sequimur ordinem viæ pastorum, juxta Bethleem locus est, ubi vel Angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Jacob pecora sua pavit, loco nomen imponens. Vel quod verius est, quodam vaticinio futurum jam tunc mysterium monstrabatur.

d Erant autem filii Jacob, &c. *Augustinus*: Quæritur, quomodo hoc verum sit, cum Benjamin longe post natus sit, cum jam transisset Bethel, & appropinquaret Bethleem? Sed ideo intelligitur dictum commemoratis duodecim filiis. Hi sunt filii Jacob, qui facti sunt in Mesopotamia Syriæ, quia inter multos, unus tantum erat non ibi natus, qui tamen inde nascendi causam habuit, quia ibi copulata est mater ejus patri. Nulla autem facilior est solutio hujus quæstionis, quam ut per Synecdochem accipiatur.

e Arbee,] *Hier.* Pro Arbee in *Septuag.* campum habetur, cum Hebron in monte sit. Eadem autem civitas antiquitus Mambre ab amico Abrahæ dicta est.

f Populo] *Interl.* idest, Angelorum. Contra. Ipse descendit in tymbum, & Angeli sunt in Empyreo. Solutio. Appositus est spe, tandem re.

Allegorice. De Judaeis. *b* Abiit Ruben,] Ruben, filius visionis, significat hic Judæos, qui in lege, & Prophetis viderunt Deum, & quæque futura. Ipsi abierunt, idest, recesserunt a cultu Dei, & dormierunt cum Bala concubina patris sui, id est, legem per suas traditionem corruperunt. *Matth. decimoquinto*. *Is. 29.* Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me, sine causa autem colunt me, docentes doctrinam, & mandata hominum. *Sup. eodem*. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. *Joann.* 19. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori.

c Minime latuit.] Christus peccatum, & facinus Judæorum non ignoravit, & tamen corripere noluit, quia inde non fierent nisi pejores. Lex enim satis corripiebat eos, sed ipsi nolebant credere. *Joann.* 5. Scrutamini Scripturas, illæ enim sunt, quæ testimonium perhibent de me. Si Moysi crederetis, forsitan & mihi crederetis. Christus ergo non corripuit, sed dissimulavit ad tempus, tandem vero graviter punivit per Titum, & Vespasianum. Hoc est, quod Jacob non statim corripuit Ruben, *Infr. 49.* sed postea in fine in benedictionibus filiorum, quando di- *Aliter de haereticis.* xit Ruben, effusus es sicut aqua, non crescas. Item exponitur hoc de hæreticis, qui Christo egresso in ascensione, corruperunt Ecclesiam per hæreses. *Proverbiorum* 7. Non est vir in domo sua, abiit via longissima. Postea sequitur. Irretivit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit eum. Vel Ruben sunt clerici *Aliter de clericis.* filii visionis, & tamen cæci. *Isaiæ* 42. Quis cæcus nisi servus Domini? Qui vides multa, nonne custodies? Qui apertas habes aures, nonne audies? Et respondet *Psalmus* 113. Oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient. Nec latet hoc Dominum, sed ipse dissimulat modo, ut in futuro gravius feriat. Quanto plus enim tetenderit arcum suæ patientiæ, tanto gravius percutiet sagitta justitiæ. *Isaiæ* 42. Tacui, semper silui, ut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo. Hi dormiunt cum Bala concubina. Jacob Christus, cujus uxor Rachel, idest, Ecclesia; Concubina vero Bala, idest, possessio temporalium, quæ data sunt servitoribus Ecclesiæ, ut inde sustenentur dum serviunt, secundum quod dicitur 1. *Corinthiorum nono*. Qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt edunt, & qui altari deserviunt, cum altari participant. Unde recte dicitur Bala, ancilla Rachel, quia temporalia tantummodo data sunt Ecclesiæ ad sustentationem servitorum. Cum igitur bona temporalia principaliter quis quærit in Ecclesia, & in eis delectatur, nonne dormit cum concubina patris, & maculat lectum ejus. Ideo dicetur ei: Ruben tu primogenitus meus, *Infr. 45.* tu fortitudo mea, tu principium doloris mei, prior in donis, major in imperio; effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus. Nota: sicut pater, vel magister aliquando ex nimia indignatione non vult corrigere discipulum, vel filium, ita Dominus ex nimia indignatione non vult in præsenti corrigere Clericos, sed dimittit eos ire quocunque volunt, quasi non curet de illis. *Romanorum* 1. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, & servierunt potius creaturæ, quam creatori, idest, in Ecclesia plus quærunt, & diligunt temporalia, quam spiritualia. Et hoc est dormire cum Bala concubina Jacob, & ancilla Rachel. *Jeremiæ* 2. Induxi vos in terram Carmeli, idest, in Ecclesiam. Carmelus enim interpretatur scientia circumcisionis, ut comederitis fructum ejus, & bona illius, ad sustentationem,

C

Ω scilicet quasi

Moraliter. * *Matth.* 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Nam etsi corpore sint in terra, mente tamen sunt in cœlo. *Philippens. tertio*. Conversatio nostra in cœlis est. *Hieronymus*: Nemo mihi objiciat aurum Judæorum oblatum olim, tunc erat, quando sanguis immolabatur, nunc autem pauper Christus paupertatem in proprio corpore dedicavit. Si vis in Ecclesia revocare aurum, revoca sanguinem immolatum. Aurum ergo repudiemus cum superstitionibus Judæorum; & si placet aurum, placeant & Judæi. *Matthæi sexto*. Non potestis Deo servire, & mammonæ.

a Egressus inde, &c.] Egressus Jacob de sepulchro Rachel, est egressus Christi de sinu patris. Turris gregis, ultra quam Jacob fixit tabernaculum, humilitas Sanctorum, quia Christus humilitatem omnium transgressus est. Cum enim in forma Dei esset, exinanivit semetipsum formam servi accipiens. *Philippens.* 2. *Canticorum tertio*. Cum pertransissem eos, scilicet Sanctos, inveni, quem diligit anima mea. Humilis fuit Abraham, qui cum Patriarcha esset, dicebat tamen *supra* 18. Loquar ad Dominum meum, cum sim cinis, & pulvis. Humilis fuit David. 1. *Regum vigesimoquarto*. dicens ad Saul: Quem persequeris rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum, & pulicem unum persequeris. Humilis fuit Joannes Baptista, qui cum Messias crederetur, dicebat: Veniet fortior me post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus. *Marc. primo*. Sed his omnibus humilior Christus, qui cum Deus esset, tanquam leprosus voluit reputari. *Isaiæ quinquagesimo tertio*. Et cum latronibus crucifigi. *Lucæ* 23. *Matth. tertio*. Sine modo, sic enim decet nos adimplere omnem justitiam, idest, omnem gradum humilitatis. Vere ergo trans turrim gregis fixit Jacob tabernaculum. *Threnorum tertio*. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absinthii, & fellis.

Ω scilicet, quasi servitores, & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Curam enim animarum, quæ sunt Hæreditas Domini, abominantur, dummodo fructum habeant. Unde sequitur: Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus, & tenentes legem nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me, & Prophetæ prophetaverunt in Baal, & idola secuti sunt. Idola, scil. avaritiæ, de quibus dictum est supra cap. præcedenti.

C A P. XXXVI.

HÆ *a* sunt autem generationes Esau: ipse est Edom. Esau accepit uxores de filiabus Chanaam, *b* Ada filiam Elon Ethei, & *c* Oolibama filiam † Anæ filii Sebeon Hevæi. *d* Basemath quoque filiam Ismael, sororem Nabajoth. Peperit autem Ada *e* Eliphaz. Basemath genuit † Rehuel. Oolibama edidit Hieus, & Hielon, & Chore: Hi filii Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaan. *f* Tulit autem Esau uxores suas, & filios, & filias, & omnem animam domus suæ, & substantiam, & pecora, & cuncta, quæ habere poterat in terra *g* Chanaan, & *h* abiit in alteram regionem, *i* recessitque a fratre suo Jacob. Divites enim erant valde, & simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. Habitavitque Esau in monte Seir: *k* ipse est Edom: Hæ sunt generationes Esau patris Edom, in monte Seir, & hæc nomina filiorum ejus. Eliphaz filius Ada uxoris Esau. Rahuel quoque filius Basemath uxoris ejus. Fueruntque filii *l* Eliphaz, Theman, Omar † Sephuz, & Gathan, & Cenez, & Chore. *m* Erat autem Thamna concubina Eliphaz filii Esau, quæ peperit ei Amalech. Hi sunt filii Ada uxoris Esau. Filii autem † Rahuel, Naath, & *n* Zara, Samma, & Meza. Hi filii Basemath uxoris Esau. Isti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ, filii † Sebeon, uxoris Esau, quos genuit ei Hieus, & Hielom, & Chore. Hi duces filiorum Esau. Filii Eliphaz primogeniti Esau, Dux Theman, Dux Omar. Dux † Sephuc, Dux Cenez, Dux Chore, Dux Gatham, Dux Alech. Hi filii Eliphaz in terra Edom, & hi filii Ada: Hi quoque filii † Rahuel, filii Esau, Dux Naath, Dux Zara, Dux Samma, Dux Meza. Hi autem duces † Rahuel in terra Edom. Isti filii Basemath uxoris Esau. Hi autem filii Oolibama uxoris Esau. Dux Hieus, Dux Hielom, Dux Chore. Hi Duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Esau. Isti filii Esau, & hi duces eorum, ipse est Edom. Isti filii *o* Seir Horræi habitatoris terræ, Lotham, & Sobal, & Sebeon, & Anam, & Dison, & Eser, & Disan. Hi duces Horræi filii Seir, in terra Edom. Facti sunt autem filii Lothan, Horii, & Heman.

EXPOSITIO CAP. XXXVI.

HÆ *a* sunt autem generationes Esau, &c. accepit, &c.] Recapitulatio est. Ante mortem enim Isaac factum est *supra* 26.

b Ada, &c.] Utrum eædem sint istæ uxores Esau cum prioribus, an aliæ, incertum est: quia alia ponuntur hic nomina, quam supr. Forte Binominæ erant, vel forte aliæ fuerunt.

e Eliphaz.] cujus Scriptura in Job recordatur.

h Abiit in alteram regionem,] *Strabus*: Quæri potest, cur Esau post mortem patris dicatur abiisse in Seir, & recessisse a fratre, cum jam quando venit Jacob in Seir, *supra* 33. dicatur habitasse? Sed fieri potuit, ut Jacob fugiente in Mesopotamiam, Esau dolore præreptæ benedictionis a parente recesserit & habitaverit in Seir viginti annis, quibus Jacob absfuit. Cui reverso conciliatus rursum de Seir reversus cum fratre suo, donec pater viveret habitavit, quo mortuo a fratre recessit, quia divites erant, & simul habitare non poterant.

k Ipse est Edom,] idest, princeps populi, qui erat in Edom, & dicebatur Edom.

l Eliphaz, Theman,] Metropolis Idumææ. Unde Eliphaz Themanites, sita in confiniis Idumææ, & Arabiæ, mons dividit Idumæam, & Phœniciam, in cujus radice oriuntur Abbana, & Pharphar fluvii fluentes secus Antiochiam. De quibus Naaman dixit 4. *Reg.* 5. Nunquid non meliores sunt Abbana, & Pharphar fluvii Damasci?

m Erat autem Thamna, &c.] Ista fuit de Horræis. Unde postea occasione hujus numerantur Horræi.

n Et Zara,] Iste Zara fuit pater Jobab, quem dicunt quidam fuisse Job pronepotem Esau, de stirpe Nachor, non de stirpe Abrahæ, scilicet, filii Seir Horræi, idest, liberi, qui, sicut in Paralipomenon legitur, primo habitaverunt in monte Seir, quibus expulsis Idumæi habitaverunt pro illis.

o Isti filii, &c.] *Hier.* Postquam enumeravit filios Esau altius repetit, qui ante Esau in terra Edom principes extiterunt ex genere Horræorum, qui liberi interpretantur. Iste Seir fuit alius ab Esau, a quo terra illa dicta est Seir, quæ prius dicebatur Bosra. Postea vero expulsis Horræis filiis illius Seir, a filiis Esau dicta est terra Idumæa. Ab Edom etiam quædam civitas Idumeæ dicta

Ω est Seir ab Esau

Moraliter. *a* Hæ sunt autem generationes Esau:] Esau, idest, malus, habet tres uxores, scilicet, concupiscentiam oculorum, concupiscentiam carnis, & superbiam vitæ; quia quicquid est in mundo, est aliquod istorum 1. *Joan.* 2.

b Ada] interpretatur decor: Ecce concupiscentia carnis, quæ non quærit nisi decorem corporis. *Ezech.* 16. Perfecta eras in decore meo, quem posueram super te dicit Dominus, & habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo.

c Oolibama] interpretatur tabernaculi altitudo. Ecce superbia, quæ solam altitudinem quærit. *Isaiæ* 14. Exaltabo solium meum super astra cœli.

d Basemath] interpretatur delinquens. Ecce concupiscentia oculorum, sive avaritia, quia radix omnium malorum cupiditas. 1. *Timoth. sexto*. Primo numerantur generationes Esau, quia mali primo, id est, in præsenti nomen habent, & numerum, sed & viri boni modo latent, & sine nomine sunt. De malis quidem dicitur: Vocaverunt nomina sua in terris suis, idest, vocari appetierunt *Jeremiæ decimoseptimo*. Recedentes a te, in terra scribentur. Sed si in terra scribuntur mali, nonne a vento delebuntur? Ita quidem *Job decimotertio*. Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum cervices vestræ.

f Tulit autem, &c.] Quia Esau recedit a terra Chanaan, & vadit in Seir, significat recessum malorum a statu justitiæ, in statum peccati.

g Chanaam,] interpretatur commutatio, & significat commutationem de bono in melius. De qua *Psalm.* 76. Hæc mutatio dexteræ excelsi. *Is.* 19. In die illo erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chananæa. Ægyptus, mundus: quinque civitates, quinque sensus, qui loquuntur lingua Chananæa, quando commutantur, aut de malo in bonum, aut de bono in melius. Hic non vult moram facere Esau, idest, malorum chorus, sed si quid boni cœperint, cito retrocedunt fugientes in Seir. *Sap.* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt, & si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter posita a vento commovebuntur, & a nimietate ventorum eradicabuntur. Periculum redeundi in Seir, idest, ad peccatum, ostenditur *Josue* 6. ubi dicitur: Maledictus, qui reædificaverit ruinas Jericho.

i Recessitque a fratre] Simile *sup.* 13. quod Loth recessit ab Abraham. Per quod notatur, quod penes malos est semper causa divortii. 1. *Cor.* 7. Si infidelis discedit, discedat. Iterum in hoc notatur, quod mali primo relinquunt Dominum. *Jerem.* 2. Vultis mecum judicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

* Iste est Ana,

A — al. † Anam. — al. † Rauhel. — *Sup.* 13. — B — Rauhel. — al. † Sephi. — 1. *Par.* 1. *Deuter.* 2. — *Moraliter.* — al. † Rauhel. — al. † Sebaim. — al. † Sephus — al. † Rauel. — al. † Rauhel. — C — *Ps.* 48.

a Erat autem ſoror Lothan Thamna. Et iſti filii Sobal, Aluham, & Maneeth, & Hebal, Sephi, & Onam. Et hi filii Sebeon, Achaja, & † Anan. b Iſte eſt Ana, qui invenit aquas calidas in ſolitudine, cum paſceret aſinos Sebeon patris ſui. Habuitque filium Diſam, & filiam Oolibama. Et iſti filii Diſan, Amdan, & Eban, & Jethram, & Charan. Hi quoque filii Eſer, Balaan, & Zevan, & Achan. Habuit autem filios Diſan, Hus, & Aran. Iſti Duces Horræorum, Dux Lothan, Dux Sobal, Dux Sebeon, Dux Ana, Dux Diſon, Dux Eſer, Dux Diſan: Iſti c duces Horræorum, qui imperaverunt in terra Seir. d Reges autem, qui regnaverunt in terra Edon, antequam haberent Regem filii Iſrael, fuerunt hi: Balach filius Behor, nomenque urbis ejus Denaba. Mortuus eſt autem Balach, & regnavit pro eo Joab filius Zare de Boſra. Cumque mortus eſſet Jobab, regnavit pro e eo Huſan de Terra Themanorum. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Adad filius Badadi, qui percuſſit Madian in regione Moab, & nomen urbis ejus Avith. Cumque mortuus eſſet Adad, regnavit pro eo Semla de Maſrecha. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Saul de fluvio Rohoboth. Cumque & hic obiiſſet, ſucceſſit in regnum Balanan filius Achobor. Iſto quoque mortuo, regnavit pro eo Adad, nomenque urbis ejus Phau. Et appellabatur uxor illius Meetabel filia Matred, filiæ Amizaad. Hæc ergo nomina Ducum Eſau in cognationibus, & locis, & vocabulis ſuis, Dux Thamna, Dux Aluha, Dux Jetheth, Dux Oolibama, Dux Ela, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Theman, Dux Mabſar, Dux Mabdiel, Dux Hiram. Hi duces Edom habitantes in terra imperii ſui, ipſe eſt Eſau pater Idumæorum. Habitavit autem Jacob in terra Chanaan, in qua peregrinatus eſt pater ſuus. Et hæ ſunt generationes ejus.

C A P. XXXVII.

JOſeph f cum ſexdecim eſſet

Ω eſt Seir ab Eſau, qui Seir dicitur: Eſt enim trinomius. *Gloſſ.* In *Deuter.* manifeſtius ſcribitur, quomodo venerunt filii Eſau, & interfectis Horræis, terram eorum habitaverunt. *Deuter. 2.*

a Erat autem ſoror, &c.] *Hieron.* Hæc eſt Thamna, de qua ſupra dictum eſt: Erat Thamna concubina Eliphaz primogeniti Eſau, &c. Ideo Horræorum recordatur, quia primogenitus filiorum Eſau ex filiabus eorum accepit concubinam. Qui autem dicitur Thamnan, & Cenez, & Amalec, & reliqua, ſciamus poſtea regionibus, & gentibus Idumæorum ex his vocabula impoſita. *al. † Ana. al. † Anan.*

b Iſte eſt Ana, &c.] *Hieron.* Iſte eſt Ana, qui invenit Jamnum in deſerto, cum paſceret aſinos Sebeon patris ſui. Varia apud Hebræos de hoc cap. diſputantur. Apud Græcos enim, & noſtros ſilentium eſt. Alii putant, Jamnum maria appellata: Iiſdem enim ſcribuntur litteris, & volunt illum, paſcentes aſinos, aquarum congregationes reperiſſe, quæ juxta idioma Hebrææ linguæ, maria dicuntur, quia ſtagnum reperit, quod in eremo difficile invenitur. Nonnulli putant aquas calidas, lingua punica, quæ Hebrææ contermina eſt hoc nomine ſignificari. Sunt qui arbitrantur, onagros hunc aſinabus admiſiſſe, & hujuſmodi reperiſſe concubitum, ut velociſſimi naſcerentur aſini, qui vocantur Jamin: Alii dicunt, quod equarum greges ab aſinis primus fecit aſcendi, unde muli contra naturam naſcerentur.

c Iſti Duces Horræorum, &c.] Hiſtoria de præcedentibus ait, qui de Seir, non de his, quos hic incipit numerare, qui de Eſau ſunt.

d Reges autem, qui, &c.] Sciendum, quia non omnes reges commemorat, qui regnaverunt antequam haberent Reges filii Iſrael, quorum primus Saul, ſed hos omnes tantum, qui regnaverunt, antequam moreretur Moyſes. Hic dicit *Auguſt.* quod fere duodecim Reges fuerunt in terra Edom, antequam haberent Regem filii Iſrael, ſed Moyſes non numerat niſi octo. Sed dicendum, quod non omnes illi, quos numerat *Auguſt.* fuerant Reges, ſed tantum octo, quos ponit Moyſes. Quorum primus fuit Balach filius Boer, ultimus fuit Adad filius Balanan contemporaneus Moyſi.

e Pro eo Huſan] *Hieron.* Quem quidam ſuſpicantur eſſe Job, ut in fine. Hic finis non eſt apud nos, ſed apud Hebræos volumini ipſius additum eſt. Sed Hebræi aſſerunt eum de ſtirpe Nachor generatum, ut jam *ſupra* dictum eſt 22.

Moraliter. * b Iſte eſt Ana, qui invenit aquas calidas] Ana interpretatur reſpondens, & ſignificat bonos, qui reſpondent verbis, exemplis, beneficiis, & flagellis Domini: His enim quatuor modis vocat Dominus. Verbis reſpondent per obedientiam: Exemplis per imitationem: Beneficiis per gratiarum actionem: Flagellis per patientiam. Aquæ calidæ, ſunt aquæ lacrymarum, auſtro Spiritus ſancti reſolutæ: Juxta illud *Pſal.* 147. Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea; flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ. Hæ aquæ inveniuntur in ſolitudine. *Jer.* 31. Invenit gratiam in deſerto populus, qui remanſerat gladio: Quippe ibi loquitur Dominus ad cor, & neceſſe eſt ipſum reſolvi præ gaudio. *Oſee* 2. Et adducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus. Sed quando inveniuntur aquæ calidæ? Certe cum paſcuntur aſinæ Sebeon. Sebeon interpretatur ſtatio dolens, & ſignificat diabolum, qui ſtare noluit in deliciis paradiſi, & ſtabit in ſuppliciis æternis: non enim tranſiet dolor ejus. Aſinæ Sebeon, ſunt peccatores ſimplices, & ignari, quos qui vellet fideliter paſcere, abſque dubio inveniret aquas calidas lacrymarum. *Mich.* 7. Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ habitantes ſolos in ſaltu. Aquæ iſtæ valde neceſſariæ ſunt ad paſcendas aſinas Sebeon, ideſt, ad reficiendos peccatores. Unde Jeremias miſſus ad prædicandum clamat: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum. *cap.* 9. ejuſdem. Fons lacrymarum gratia compaſſionis eſt. Sunt autem & aquæ frigidæ Babylonis, aquæ, ſcilicet, carnalis voluptatis. De quibus *Jer.* 6. Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam facit Jeruſalem malitiam ſuam.

EXPOSITIO CAP. XXXVII.

JOſeph f cum ſexdecim eſſet annorum. Sicut dicit *Aug.* quomodo Joſeph fuerit ſexdecim annorum poſt mortem Iſaac, difficile eſt invenire, ſicut littera videtur continere. Sed ſciendum, quod ante mortem Iſaac venditus eſt Joſeph duodecim annis. Quod probatur ſic: Iſaac erit ſexagenarius, quando natus eſt Jacob *ſup.* 25. & mortuus eſt Iſaac centum octoginta annorum *ſup.* 35. & ita Jacob in morte Iſaac erat centum viginti annorum, ſed in venditione Joſeph, erat Jacob centum & octo annorum, ergo cum venderetur Joſeph, reſtabant adhuc duodecim anni vitæ Iſaac. Quia autem Jacob in venditione Joſeph eſſet centum, & octo annorum, probatur ſic, quando Jacob venit in Ægyptum ad Joſeph, erat centum Ω triginta annorum,

Allegorice. f Joſeph cum ſexdecim eſſet annorum, &c.] Joſeph præ ceteris dilectus patri, eo quod in ſenectute genuiſſet eum, Chriſtus eſt, de quo *Matth. cap.* 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Mundo ſeneſcente natus eſt de Virgine. Hic cum ſexdecim eſſet annorum, ideſt, perfectæ doctrinæ, quod notatur in denario, & perfectæ vitæ, quod notatur in ſenario.

Ω a Paſcebat] pane

Moraliter. O f Joſeph cum ſexdecim eſſet annorum, &c] Anni, perfectio vitæ, & doctrinæ, quæ neceſſaria ſunt, ut paſcat gregem. *Zachar.* 11. Aſſumpſi mihi duas virgas, unam vocavi decorem: Ecce honeſtas vitæ; alteram vocavi funiculum: Ecce veritas doctrinæ. Debet enim doctor metiri doctrinam, ſecundum capacitatem audientium. *Matth.* 25. Paterfamilias vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua, unicuique ſecundum propriam virtutem.

Ω triginta annorum, ut ipsemet testatur coram Pharaone *inf.* 47. & viginti duo anni fuerunt inter venditionem Joseph, & descensum Jacob in Ægyptum, ergo Jacob in venditione erat centum, & octo annorum. Quod autem viginti duo anni fuerint inter venditionem Joseph, & descensum Jacob in Ægyptum, probatur sic: Joseph quando venditus fuit erat 17. Et hoc dicitur secundum *Aug.* Et quando Jacob venit ad eum in Ægyptum, erat ipse Joseph triginta novem, deme ergo decem & septem de triginta novem, & remanent viginti duo, & ita viginti duo anni fuerunt inter venditionem Joseph, & descensum Jacob in Ægyptum. Sed adhuc probandum est, quod Joseph triginta novem annorum fuerit, quando Jacob venit ad eum in Ægyptum. Et probatur sic: Triginta annorum erat Joseph, quando stetit coram Pharaone eductus de carcere, ut dicitur *inf.* 41. & novem transierant, scil. septem fertiles, & duo famis, quando manifestavit se fratribus suis, ut dicitur *inf.* 45. ergo triginta novem annorum erat, quando manifestavit se fratribus, & in eodem anno venit Jacob in Ægyptum, & ita quando Jacob venit in Ægyptum, erat Joseph triginta novem annorum. Patet ergo, quod Joseph ante mortem Isaac 12. annis fuit venditus. Quia autem post mortem ejus narratur venditio, recapitulatio est. Et sicut dicit *Josephus*, dum Jacob rediret de Mesopotamia, & nondum venisset ad patrem suum, adhuc vivente Rachel, facta est venditio Joseph. *g* Crimine pessimo] i. de odio in ipsum, vel de coitu cum brutis, vel solum Ruben de coitu cum Bala concubina Jacob. *Gloss.* quod est fratrum odium, vel quod cum pecoribus miscebantur, vel solum Ruben accusavit pro concubina patris, ut per Synecdochen, partem a toto accipiamus, non enim omnes accusavit. *i* Tunicam polymitam.] Mithos priore producta, fabula est, inde mythologia, i. sermo fabulosus. Priore correpta, licitum est, sive filum in hexamitum dicitur Pannus sex filis contextus, qui Gallice dicitur *Samith.* Item mitos priore producta gutta est, inde amitum pannus sine varietate. De mitos licio, dicitur polymita penultima correpta: De mitos gutta dicitur polymita penultima producta. Unde *versus*, est mihi crede mythos licium, sed fabula mythos. De mythos hexamythum, de mythos mythologia. Sed tamen evita, ne te fallat calamita. Cum mythos guttam sonat, hinc vestis polymita. [Fecitque ei tunicam, &c.] *Hier.* Pro tunica varia, *Aquila* interpretatus est Astrologon, i. talarem: *Symmachus* machinatam, sive quod ad talos usque descenderet, & manibus artificis mira esset varietate distincta, sive quod haberet manicas. Antiqui enim magis colobiis, idest, vestibus sine manicis utebantur. *Greg.* Quia Joseph inter fratres usque ad finem vitæ justus perseverasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim tunica protensa talum corporis operit, cum bona actio ante oculos Dei usque ad terminos vitæ nos regit. Unde Moyses caudam hostiæ offerri præcepit, ut opus bonum, quod incipimus, perseveranti fine compleamus.

Levit. 3.

annorum, *a* pascebat *b* gregem *c* cum fratribus suis *d* adhuc puer. *e* Et erat cum filiis Balæ, & Zelphæ uxorum patris sui: *f* Accusavitque fratres suos apud patrem *g* crimine pessimo. *h* Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum: fecitque ei *i* tunicam polymitam.

Ω *f* Numquid rex noster

Allegorice. Ω *a* Pascebat] pane Evangelico. *b* Gregem] i. oves sibi a patre commissas *Jo:* 17. Quos dedisti mihi ego custodivi, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis.

Psalm. 21. *c* Cum fratribus] i. cum Apostolis. Unde narrabo nomen tuum fratribus meis. Inde est, quod Papa vocat Cardinales fratres. 1. *Machab.* 3. Surrexit Judas, & adjuvabant eum fratres ejus. Vocat autem Christus Apostolos, fratres, maxime post resurrectionem. *Matth. ult.* Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt; ideo ut cognoscerent se fratres ejus, & sic scirent, quod debebant fratri suo, idest, Christo, suscitare semen, secundum quod dicitur *Deut.* 25. & agnominare ei.

d Adhuc puer.] *Isai.* 9. Parvulus natus est nobis. Et dicitur puer, quia innocens, obediens, tractabilis, placabilis, injuriarum immemor. *e* Et erat cum filiis Balæ, & Zelphæ] idest cum Judæis. Bala enim interpretatur inveterata. Zelpha, os hians, & Judæi ore hiantes tantum vetera, i. temporalia quærebant. De quibus *Lev.* 25. Comedetis fruges veteres usque ad novum annum, donec nova nascantur, edetis vetera. *f* Accusavitque fratres suos] i. de odio fraterno, & fratricidio reprehendit Judæos. *Jo:* 8. Quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.

g Crimine pessimo.] i. de hoc, quod violaverunt lectum patris sui, scil. legem prave exponendo, & contraria faciendo. Dicit autem Judæos fratres, quia secundum carnem de Judæis natus est. *Job* 30. Frater fui draconum, & socius struthionum. Vel per filios Balæ, & Zelphæ ancillarum, significantur, qui annunciant Christum propter lucrum, vel gratiam temporalem. Et tales sustinet Christus, quia quandoque præter intentionem generant bonos filios Christo. Unde *Marc.* 9. dicunt discipuli. Magister vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum, nemo enim est, qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito loqui male de me.

i Tunicam polymitam.] scilicet Ecclesiam, quæ ex multis filiis contexta est, qua Christus induitur velut tunicam vestiens.

Ω Videntes autem *Moraliter.*

* *b* Et pavi gregem,] verbo, scil. doctrinæ, & exemplo bonæ vitæ. Hoc est, quod Dominus præcipit Moysi. *Num.* 10. Fac tibi duas tubas argenteas, ut convocare possis multitudinem. *Jer.* 31. Clamabunt custodes in monte Ephraim, ecce doctrina; & in monte Ephraim, ecce vita. Hoc est, quod legitur *Num.* 20. quod Aaron sepultus est in monte Hor, qui interpretatur mons, quasi in duplici monte, vitæ, scil. & doctrinæ.

c Cum fratribus] i. coadjutoribus. Prælatus enim, etsi sibi sufficiat, tamen quærere debet coadjutores. 1. *Reg.* 14. Quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi: Et similiter faciant Prælati. Hinc est, quod Dominus dicit. *Luc.* 10. Messis quidem multa, operarii autem pauci, rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam: Ite, ecce ego mitto vos: Non dedignatur Dominus socios, & coadjutores habere. *Num.* 11. Moyses dicit: Non possum solus sustinere omnem populum. Et Dominus dixit ei: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustineant tecum onus populi, & non tu solus graveris. *e* Cum filiis Balæ,] Hoc est, quod Prælatus bonus sustinet mercenarios. Sunt enim sustinendi, quia fructum aliquem faciunt: Sed fures sunt occidendi, quia non veniunt, nisi ut mactent, & perdant. *Jo:* 10.

f Accusavit] Nota. Accusabat Joseph fratres, & tamen erat cum eis: Hoc est, quod Prælatus malos subditos, & socios corrigere debet, non tamen corporaliter relinquere. Inde est, quod Prophetæ sæpe admonent exire de medio malorum, non tamen exeunt corporaliter. *Jer.* 50. Exite de medio Babylonis, & tamen Jeremias secutus est Judæos in Ægyptum post mortem Godoliæ. *Aug.* Exire est, ore non parcere.

h Israel autem diligebat Joseph] Ille dignus est pascere oves, qui plus diligitur a Domino, & qui plus diligit Dominum. Talis enim fidelis est in custodia ovium, qui diligit Dominum ovium. Hoc est, quod legitur *Jo: ult.* Simon Joannis diligis me plus his? Et respondit: Tu scis, Domine, quia amo te: Pasce agnos meos, dixit ei Dominus. 1. *Reg.* 14. Quæsivit Dominus virum secundum cor suum, & præcepit ei, ut esset Dux super populum suum.

i Fecitque ei tunicam polymitam.] Tunicam polymitam, idest, varietate bonum operum, & sanctarum exhortationum conversatione distinctam, secundum diversos status hominum debet habere Prælatus, ut majora majoribus, minora minoribus discrete distribuat, bonis exhortationem, malis correctionem viriliter adhibeat. *Ezech.* 44. Cum Sacerdotes egredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur; cumque egredientur atrium exterius ad populum, exeunt se vestibus suis, in quibus ministrabant mihi, & reponent eas in Gazophylacio sanctuarii, & induent se vestimentis suis. Sed dicunt multi illud *Cant.* 5. Exui tunicam meam, scilicet, grossam doctrinam, quomodo rursus reinduar illa?

* *b* Nec poterant ei

Ω *f* Numquid rex noster] Quasi dicunt Judæi. Non habemus regem nisi Cæsarem. *g* Aliud quoque, &c.] Repetita est per alias imagines futurorum confirmatio, *i* Stellas undecim, i. populorum multitudinem. *k* Increpavit eum] Hæc increpatio duritiam significat Judæorum, qui Christum contemnunt, quia ex se natum cognoscunt. *l* Num ego, & mater, &c.] Quæri potest secundum litteram, quando a patre adoratus sit, qui per Solem: & a matre, quæ per Lunam designatur. Neque Jacob, quando descendit in Ægyptum legitur adorasse eum, mater vero jam defuncta erat. Sed ad allegoriam recurramus, & pater adoravit in filiis suis, qui Joseph adoraverunt, & mater, quæ defuncta erat.

Job 19. — *al. ipacificum.* — B — *al.† ligare.* — *al. † stantem.* — *Joan. 5.*

a Videntes autem fratres ejus, quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, *b* nec poterant ei quicquam † pacifice loqui. Accidit *c* quoque, ut visum somnium referret fratribus suis, quæ causa majoris odii seminarium fuit. Dixitque ad eos: *d* Audite somnium meum, quod vidi: *e* Putabam † colligare nos manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & † stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres ejus: *f* Numquid Rex noster eris, aut subjiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum, atque sermonum invidiæ, & odii fomitem ministravit. *g* Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus ait: Vidi *h* per somnium, quasi Solem, & Lunam, & *i* Stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, *k* increpavit eum pater, † & dixit: Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? *l* Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? Invidebant igitur ei fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. *m* Cumque fratres illius

Ω *b* Veni

Allegorice. Ω *a* Videntes autem, &c.] Hoc solum erat causa odii Judæorum in Christum, quod notus eis erat, & patrem suum dicebat Deum, & totus mundus post eum ibat. *Jo.* 11. Collegerunt Pontifices concilium adversus Jesum, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. *b* Nec poterant ei, &c.] *Jo.* 9. Non est hic homo a Deo, qui Sabbatum non custodit. *Jo.* 8. Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Accidit quoque, &c.] Benedicit somnium, quia quicquid Christus Judæis prædicabat, quasi somnium vanum reputabant. Quasi somnium referebat Christus. *Jo.* 8. cum dicebat: Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus. Unde Judæi exacerbati tulerunt lapides, ut jacerent in eum: fratres Joseph audito somnio, magis sunt accensi ira contra eum. *e* Putabam colligare, &c.] Christus colligavit manipulos, quando discipulos congregavit. Manipulus autem Christi ejus humanitas: Hanc adoraverunt fratres, i. conversi ex Judæis. Vel manipulus Christi Ecclesia, quam ex diversis gentibus, quasi ex pluribus spicis colligavit vinculo charitatis. *Matth.* 23. Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. *Gloss.* i. quotquot congregavi, te nolente, mea voluntate semper efficaci, quia semper ingrata fuisti. Hic manipulus consurrexit, quando Ecclesia profecit. *Cant.* 3. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, quasi aurora consurgens? Stabat autem per constantiam, & perseverantiam. *h* Vidi per somnium, quasi Solem.] Per Solem significatur Sanctorum excellentia. Per Lunam, Ecclesiæ claritas. Per stellas, numerositas populorum, qui omnes Christum adoraverunt per universum orbem. Unde: *Ps.* 71. Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes servient ei, fidem, scil. & bonorum operum manipulos offerentes. Quod autem Jacob increpat Joseph, refertur ad duritiam Judæorum. Vel aliter: Joseph, Christus. Per Solem divites hujus mundi. Per Lunam, famosi. Juxta illud *Job* 31. Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, q.d. Si quæsivi divitias, & honores, aut famam popularem, male mihi accidat. Per stellas undecim, quæ tantum de nocte apparent, universitas transgressorum designatur. Omnes illos videt Christus casuros in fine, & conculcandos a bonis, quos ipsi modo conculcant. *Malach.* 4. Salietis, sicut vitulus de armento, & calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum. *m* Cumque fratres illius, &c.] *Ibid.* Jacob misit filium suum, ut de fratribus curam gereret, sic pater filium, ut genus humanum languidum visitaret.

Cant. 4. — *Aliter.*

Ω *a* In

Moraliter. * *b* Nec poterant ei, &c.] Hoc est, quod mercenarii semper invident bonis pastoribus, & ita bona opera bonorum occasionaliter nocent quibusdam. Quod fit quatuor modis. Primo, quando quis bona alterius impie æmulatur, i. mala intentione vellet ea habere in se, scil. propter gloriam, vel commodum temporale tantum, non propter Deum: Sicut in *Actibus* 8. Simon Magus æmulabatur gratiam Apostolorum. Secundo, quando quis æmulatur ea indiscrete, volens alium imitari in operibus supra vires suas, *Matth.* 9. Nemo mittit vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt. Tertio, quando quis invidet bonis alterius, ut hic fratres invidebant Joseph. Et *sup.* 4. Cain, Abel. Quarto, quando quis stulte gloriatur de bono alterius, ut plerique Clerici, qui contendunt de magisteriis suis, & gloriantur de potentia, & nobilitate parentum, & multoties ipsi sunt filii bubulci, qui credunt, & gloriantur, se esse filios Comitis. *Matt.* 3. Nolite dicere patrem habemus Abraham. *Job* 17. Putredini dixi, pater meus es, & mater mea, & soror mea vermibus. *d* Audite somnium meum, quod vidi:] Prædicationem verbi Dei vocat prælatus somnium, quia in somnio contemplationis hauritur. Et quia spes est, & præsagium futuri boni; & quia mali tanquam somnia prædicationem non curant. Dicunt enim illud *Eccles.* 5. Ubi multa sunt somnia, sunt & plurimæ vanitates, & sermones innumeri. *e* Putabam colligare nos manipulos] Bonus Prælatus quærit manipulum vitæ æternæ, sed stultus Prælatus quærit manipulum gloriæ temporalis. Cadunt mali in conspectu gloriæ bonorum. *Sap.* 5. Nos insensati, æstimabamus vitam illorum insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Ergo erravimus a via veritatis. *Prov.* 14. Jacebunt mali ante bonos, & impii ante portas justorum. *Isai.* 65. Ecce servi mei comedent, & vos esurietis, &c. Cadunt etiam mali ante bonos, quando non proveniunt eis ea, quæ ipsi machinantur. *Esther* 6. Si de semine Judæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non ei poteris resistere, sed cades in conspectu ejus. *m* Cumque fratres illius] Joseph, idest, Christus, semel missus est ad fratres suos visitandos corporaliter. *Isai.* 61. Spiritus Domini super me, &c. Quotidie mittitur ad quosdam spiritualiter visitandos. Et hoc dupliciter: Interius per inspirationem, quod facit tota Trinitas. *Isai.* 48. Et nunc Dominus Deus misit me, & spiritus ejus. Et exterius per prædicationem. *Isai.* 55. Quomodo imber, & nix descendit de coelo, & illuc ultra non revertitur, sed infundit terram, & inebriat eam, & germinare eam facit, sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. In primo adventu Judæi reprobati sunt, quia non cognoverunt tempus visitationis suæ, ut dicitur *Luc.* 19. Ita certe, quando quis visitatur a Domino spiritualiter, si non cognoscat tempus visitationis suæ, reprobatur a Deo. Hoc autem notandum est, quod Joseph, idest, Christus ad pastores in Sichem mittitur, idest, ad illos, qui sunt in patientia, & labore propter gregem suum. In primitiva Ecclesia grex Domini pascebatur in Sichem, idest, in patientia Martyrum, & labore Confessorum. Sed heu hodie male pascitur grex Domini, quia pastores recesserunt in Dothain, idest, in defectionem virtutis, scientiæ, laboris, & patientiæ. *Thren.* 1. Egressus est a filia Sion omnis decor ejus, facti sunt principes ejus velut arietes, non invenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Et nota in fratribus Joseph tria genera pastorum. Quidam volunt occidere Joseph; hi sunt pastores, qui male vivunt, & male docent. De his dicitur *Jer.* 23. A Prophetis Israel egressa est pollutio super omnem terram. Quidam volunt celare; hi sunt, qui multa sciunt, sed nolunt prædicare, & significatur per Ruben, qui interpretatur filius visionis. De his *Isai.* 43. Qui multa vides, nonne custodies? quasi dicat, sic.

C — *al. † suus*

Ω *b* Veni, mittam te, &c.] ſcil. viſitandos. *c* Præſto ſum,] obediens ſine mora. *n* In Dothain,] i. defectionem. *t* Occidamus eum, &c.] i. deleamus nomen ejus.

Ω *b* Somnia

32. Receſſerunt cito de via, quam oſtendiſti eis. *Matth.* 15. Irritum feciſtis mandatum Domini propter traditiones veſtras. *n* Dicentes: Eamus, &c.] In hoc notatur, quod Judæi ex induſtria receſſerunt a Deo. *Jer.* 2. Receſſimus, & non veniemus ultra ad te. *Job* 34. Quaſi impios percuſſit eos: quaſi de induſtria receſſerunt ab eo. *o* Perrexit ergo, &c.] *Iſai.* 30. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem poſt tergum monentis. *p* Invenit eos, in Dothain,] ideſt, in defectu omnis boni. *Oſee* 9. Quaſi uvas in deſerto inveni Iſrael. Uvæ deſerti acres ſunt, & amaræ, & Chriſtus Judæos invenit acres, & amaros malitia multa. *Ezech.* 2. Filii hominis, mitto te ego ad filios Iſrael, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt a me.

Matth. 26. Marc. 14.

in *a* paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Iſrael: Fratres tui paſcunt oves in Sichimis, *b* veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente, *c* præſto ſum, ait: *d* Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint *e* erga fratres tuos, & pecora, & *f* renuncia mihi, quid agatur. Miſſus *g* de valle Hebron, venit in Sichem, *h* Invenitque eum vir *i* errantem in agro, & *k* interrogavit, quid quæreret? At *l* ille reſpondit: *m* Fratres meos quæro. Indica mihi ubi paſcant greges. Dixitque ei vir: Receſſerunt de loco iſto. Audivi autem eos *n* dicentes: Eamus in Dothain. *o* Perrexit ergo Joſeph poſt fratres ſuos, & *p* invenit eos in Dothain. *q* Qui cum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitaverunt illum occidere, & mutuo loquebantur: *ſ* Ecce ſomniator venit. Venite *t* occidamus eum, & mittamus in *u* ciſternam veterem, dicemuſque Fera *x* peſſima devoravit eum;

Allegorice. Ω *a* In paſcendis, &c.] Antequam Chriſtus veniret, paſtores Eccleſiæ paſcebant gregem Domini in Sichem, & ipſi remanebant jejuni, *Proverb.* 13. Multi ibi in novalibus patrum, & aliis congregantur abſque judicio. Tales ſunt ſimiles avi, *1. Reg. 2.* quæ nutrit pullos in nido, diſcurrit hinc inde volitans, & in gutture ſuo colligit multa grana, & poſtea evomit ea in ore pullorum, & ipſa remanet famelica, & macilenta. In paſtoris officio labor eſt [Sichem,] interpretatur onus. Et hoc eſt, quod ante adventum Chriſti, & laborabant, & onerati erant nimis omnes paſtores, ita etiam, quod ſtare non poterant. Sicut dicit Petrus *Act.* 15. Hoc eſt onus, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus. Ideo compaſſus eis Deus pater, miſit filium ſuum, ut mæſtos conſolaretur, & ſomnolentos argueret, & reficeret laſſos. *Matth.* 11. Venite ad me omnes; qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos *Sup.* 5. dicitur de Noe in figura Chriſti: Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus. Et quoniam labor paſtoralis, & vigilantia ſuper laborem omnem placet Chriſto, ideo primo paſtoribus vigilantibus nunciavit per Angelos ortum ſuum. *b* Veni, mittam] Venit filius ad patrem, cum audit ab eo; vadit ad aliquos, cum nota facit eis, quæ audivit. *Joan.* 15. Omnia quæcumque audivi a patre meo, nota feci vobis. *c* Præſto ſum,] Ecce obedientia ſine mora. *Pſal.* 39. Tunc dixi ecce venio. *Phil.* 2. Factus eſt obediens patri uſque ad mortem. Super illud *Act.* 2. Factus eſt repente de cœlo ſonus: Dicit *Gloſſ.* Neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. *d* Vade, & vide] Venit in mundum Filius, ut videret, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Et certe paucos, aut nullos invenit, quia omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum. *Oſee* 4. Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Domini in terra. *e* Erga fratres tuos, & pecora,] Hoc eſt, quod Chriſtus etiam extremos peccatores venit vocare. *Pſal.* 35. Homines, & jumenta ſalvabis, Domine. Hoc eſt, quod Moyſes dicit: *Exod.* 10. Non remanebit ex eis ungula, quæ neceſſaria ſunt in cultum Dei. *f* Renuncia,] quod fecit Chriſtus, cum dixit: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt.

Ibid. 14. *Pſ. 13. & 52.*

g De valle Hebron,] Hebron interpretatur conjugium. Hoc igitur, quod Joſeph de valle Hebron venit in Sichem, i. Chriſtus de humili conjugata, venit ſub onere legis. *Gal.* 4. Factus de muliere, factus ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret. *h* Invenitque eum vir] Quærebat ſermo propheticus, in quo compleatur, & non inveniens niſi in eo, qui dicit per *Iſai.* 25. Ecce Dominus Deus noſter, ipſe eſt, expectavimus eum, & ſalvabit nos. *i* Errantem] i. quærentem ovem erraticam. *Pſal.* 118. Erravi ſicut ovis, quæ periit, require ſervum tuum, Domine. *Iſai.* 53. Omnes nos quaſi oves erravimus, unuſquiſque in viam ſuam declinavit. *Luc.* 15. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat illam? *k* Interrogavit, quid quæreret?] Sic quærebat ſermo propheticus, quaſi admirans. *Jer.* 14. Quare futurus es, ut vir vagus, & fortis qui non poteſt ſalvare? *l* At ille reſpondit:] i. Chriſtus per *Iſai.* 52. In Ægyptum deſcendit populus meus. Q. d. *m* Fratres meos quæro] quos, quaſi bonos paſtores credebat Chriſtus paſcere gregem in Sichem, i. in lege laborioſa. Sed jam ab ea receſſerant per traditiones ſuas. *Jer.* 5. Populo huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans; receſſerunt a lege, ſcil. & abierunt *Malach.* 2. Vos receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege. *Exod.*

q Qui cum vidiſſent eum procul,] Videre procul, aliquando accipitur in bono, quia, qui a longe videt, clare videt. *Jer.* 31. Longe apparuit mihi Dominus. Aliquando in malo, pro non cognoſcere. *Pſal.* 137. Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. Hoc modo viderunt Judæi Chriſtum a longe, quia ſi cognoviſſent, nunquam regem gloriæ crucifixiſſent. 1. *Cor.* 2. Unde dicunt *Iſai.* 53. Vidimus eum, & non erat aſpectus. Si de prope viderent, ſcirent, quam ſpecioſus erat præ filiis hominum. Sic vidit *Iſai.* 6. Vidi, inquit, Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, & plena erat domus a majeſtate. Sic vidit eum illa, quæ dicebat: Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios. E converſo mundus a longe intuenti, pulcher eſt; ſi autem diligenter, & de prope intueris, turpis, & fœtidus apparebit. *Num.* 3. Omnis, qui viderit, reſiliet a te.

Pſal. 44. *Cant. 2.*

r Antequam accederet ad eos,] Hoc eſt, quod Judæi ante inierunt conſilium occidendi Jeſum, quam credendi. *Matth.* 27. Mane autem facto inierunt conſilium omnes principes Sacerdotum, & ſeniores populi adverſus Jeſum, ut eum morti traderent. *ſ* Ecce ſomniator venit, venite, occidamus eum,] Hoc eſt, quod legitur *Jer.* 11. Cogitaverunt conſilia ſuper me dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius. *Sap.* 2. Circumveniamus juſtum, quoniam inutilis eſt nobis, *Prov.* 1. Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem. *u* In ciſternam veterem,] i. in infernum. Juxta illud: Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in umbra mortis. Vel [ciſterna] ſepulchrum. *x* Dicemuſque, fera peſſima devoravit, &c.] Mors, vel iniquitas, vel invidia Judæorum, non tamen factum eſt, ut putabant Judæi, ſcil. quod Chriſtus in morte detineretur. Juxta quod dicit *Job* 5. diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum, quod cœperunt.

Pſalm. 87.

Ω *a* Et

Moraliter.

* Tales abſcondunt Chriſtum in ciſterna veteri, ideſt, ubi non eſt aqua, i. in corde arido abſque ulla compaſſione. Et ſignificantur tales per illos, qui flexo poplite biberunt aquam. *Jud.* 7. Et de his dicitur *Proverb.* 11. Qui abſcondit frumenta in tempore, maledicetur in populis. Quidam volunt vendere Joſeph: Et ſignificantur per Judam. Hi ſunt, qui verbum Dei ſincere propter Deum prædicant. Primi ergo male vivunt, & male docent. Secundi bene docent, ſed male vivunt. Tertii bene vivunt, & bene docent. Hæc tria genera prædicatorum ſive paſtorum ſignificantur 4. *Reg.* 1. Per tres quinquagenarios miſſos ad Eliam. Duo primi combuſti ſunt, tertius adduxit Eliam, ideſt, Chriſtum ad peccatores. Hoc eſt, quod legitur hic, quod nec verbum fratrum, nec verbum Ruben efficaciam habuit, ſed verbum Judæ tantum. Illorum enim prædicatio, qui Deum corde, ore, & opere confitentur, efficaciam habet in auditoribus.

* Hoc

℞ b Somnia] i. vaniloquia sua. l Viderunt viatores Ismaelitas] *Aug.* Quæritur, quare Ismaelitas, quibus Joseph venditus est, etiam Madianitas Scriptura vocat, cum Ismael sit de Agar, filius Abrahæ, de Cetura vero Madianitæ: An quia Scriptura dixerat de Abraham, quod munera, scil. dederat filiis concubinarum suarum, Agar scil. & Ceturæ, divisitque eos ab Isaac filio suo in terram Orientis, & ideo unam gentem fecisse intelligendi sunt. An vera sit opinio Hebræorum, qui dicunt Agar, & Ceturam unam fuisse. *(marg.: hanc.)* l Ismaelitas.] Idest, mundi contemptores, qui de gentibus ad fidem venietes testimoniis legis, & prophetarum, odorifera, & salutifera mundo languenti superposuere malagmata. n Resinam.] Resina est genus gummi odoriferi. o Stacten] gutta est myrrhæ arboris, & ipsa myrrha vocatur. t Negotiatoribus,] Felix negotiatio, ubi salus emitur, & vita morte redimitur.

E

℞ b Vendiderunt

& tunc a apparebit, quid illi prosint b somnia sua. c Audiens hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat; Non interficiamus animam ejus, nec effundamus sanguinem, sed d projicite eum in cisternam † veterem, quæ est in solitudine, e manusque vestras servate innoxias; Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. Confestim igitur ut pervenit ad fratres suos f nudaverunt eum tunica g talari, & polymita, h miseruntque in cisternam, quæ non habebat aquam: Et i sedentes, ut k comederent panem, l viderunt viatores Ismaelitas venire de Galaad, & camelos eorum portantes m aromata, & n resinam, & o Stacten in Ægyptum. Dixit p ergo Judas fratribus suis: Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celaverimus sanguinem ipsius? Melius est, ut vendatur Ismaelitis, & manus nostræ non q polluantur: Frater enim, & caro nostra est. r Acquieverunt fratres sermonibus ejus, & f prætereuntibus Madianitis t negotiatoribus,

Allegorice. ℞ a Et tunc apparebit, &c. somnia] i. dicta, & facta vana, & inutilia, ut ipsi putabant. Unde dicunt *Sap.* 2. Videamus, si sermones illius veri sint, & tentemus, quæ ventura sunt illi; & sciemus, quæ sunt novissima illius. Et certe novissima ejus aliter fuerunt, quam ipsi crederent. *Phil.* 2. Factus est obediens usque ad mortem, propter quod & Deus exaltavit illum, &c. c Audiens hoc Ruben, nitebatur, &c.] i. sermo propheticus, dicens *Deut.* 14. Non coques hœdum in lacte matris suæ, i. non interficies Christum in die conceptionis suæ. Contra quod mandatum fecerunt manifeste Judæi crucifigentes eum eadem die, qua conceptus est, scil. sexta feria. Item *Deut.* 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ultor existam: Ecce qualiter sermo propheticus revocabat Judæos a morte Christi. d Projicite eum in cisternam veterem,] Hoc impletum est, quando positus fuit in sepulchro, vel quando descendit ad infernum, vel quando transivit ad gentes, quæ erant quasi cisterna inveterata in solitudine. *Jer.* 9. Quis dabit me in solitudinem diversorum viatorum, & derelinquam populum. e Manusque vestras servate] Unde dicunt *Jo.* 18. Non licet nobis interficere quemquam. Et nota, quod triplici mendacio usi sunt Judæi in morte Christi. Dixerunt se non crucifixisse Christum, sed gentiles. Item pactum fecerunt cum custodibus, ut dicerent furatum a discipulis Christi, dum ipsi dormirent. Item dicentes: Si non esset malefactor, non tibi eum tradidissemus. *Jo.* 18. Nudaverunt eum tunica, i. carne sua. g Talari, & polymita,] i. omni virtute perfecta, & varietate virtutum decorata.
h Miseruntque in cisternam,] occasionaliter in infernum, quæ non habebat aquam consolationis, vel refrigerii, quoad damnatos. *Zachar.* 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. *Jer.* 38. Submiserunt Jeremiam in funibus lacum, in quo non erat aqua. i Et sedentes,] i. in peccato commorantes. Unde *Jo.* 8. Moriemini in peccatis vestris. k Ut comederent panem,] i. delectati sunt in peccato suo, quod Jesum occidissent. Proprium enim malorum est in peccato quiescere, quod maxime facit abundantia temporalis. *Jer.* 48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, requievit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas, de vase scil. culpæ in vas pœnitentiæ. l Viderunt Ismaelitas] Ismaelitæ viatores venientes de Galaad, quod interpretatur acervus testimonii, sunt conversi de gentibus, mundi contemptores, legis, & prophetarum testimoniis ad fidem Christi venientes. m Aromata,] i. orationes. n Et resinam,] i. eleemosynam. o Et Stacten,] i. carnis mortificationem portantes. Hæc tria, scil. orationem, eleemosynam, &

jejunium commendat Dominus. *Matth.* 6. Hæc ferre debent prædicatores in Ægyptum, ea peccatoribus prædicantes. 1. *Petr.* 2. Conversationem vestram inter gentes habentes bonam. p Dixit ergo Judas] Duplex est Judas mysticus, quidam bonus, quidam malus. Uterque triginta argenteis vendidit Jesum, sed differenter. Bonus, i. prædicator, vendit Jesum peccatoribus triginta argenteis, i. confessione fidei, quæ in ternario notatur, & exhibitione bonorum operum, quæ in denario designatur, ter enim decem sunt triginta. Malus Judas, i. Judæi vendiderunt Jesum cupiditate, ne amitterent locum, & gentem: Et nota, quidam ex fratribus volebant occidere Joseph, quidam celare, quidam venundare. Sic quidam fidem Christi, vel Ecclesiæ destruere conantur, ut hæretici; aut charitatem fraternitatis dissipare moliuntur, ut schismatici; aut alio suo exemplo corrumpunt, ut mali prælati. De quibus omnibus dicitur. *Gal.* 3. Ante quorum oculos Christus Jesus proscriptus est. Celare volunt, qui cum possent veritatem, & misericordiam Dei prædicare, nolunt. De quibus *Proverb.* 11. Qui abscondit frumentum, maledicetur in populis. Ideo *Ps.* 39. dicebat: Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam a concilio multo. Illi vendunt, qui verbum Dei sincere prædicant, fructum animarum, non favorem populi, aut temporale commodum quærentes. De quibus *Prov.* 11. Benedictio super caput vendentium frumenta scil. q Non polluantur:] occidendo, vel celando. Celare enim veritatem agnitam, peccatum est. Quod per illud Pauli patet *Act.* 20. Mundus sum a sanguine omnium, quo enim subterfugi quominus nunciarem vobis omne consilium Dei. *Gloss. sup. Deut.* 25. De tantis proculdubio rei sunt, quantis prodesse potuerunt. r Acquieverunt fratres] Sic consilium dedit Gamaliel, ut veritas non absconderetur, neque occideretur, sed venderetur per prædicationem, dicens, *Act.* 5. Sinite illos, quoniam, si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur; si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud. f Prætereuntibus Madianitis] Madianitæ interpretantur respondentes, aut adjudicantes, & significant prædicatores, qui emunt Jesum in labore studii, ut iterum vendant in Ægyptum, peccatoribus prædicando. Unde dicuntur negotiatores. Et dicit *Gloss.* Felix negotiatio, ubi salus emitur, & vita morte redimitur. *Job* 40. Concident eum amici, divident illum negotiatores. Toties prædicatores diabolum concidunt, & dividunt, quoties membra ab illo separant. *Luc.* 19. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Vocatis autem servis suis, dedit illi decem mnas, & ait ad illos. Negotiamini, dum venio.

F

℞ a Extrahentes

* Hoc est, quod dicitur *inf.* 45. quod in oratione Judæ pro Benjamin, non se potuit continere Joseph.

Moraliter. d Projicite eum in cisternam veterem, &c.] Hoc faciunt omnes, qui Christi scientiam in carne veteri per malam vitam abscondunt. De talibus dicitur. *Matth.* 25. Accedens autem, qui unum talentum acceperat, scilic. intelligentiam Scripturarum, ait, Domine, scio, quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti, & timens, abscondi talentum tuum in terra, i. corde terreno: ecce habes, quod tuum est. Sed numquid sufficiet patrifamilias? Certe non. Imo sequitur: Serve male, & piger, sciebas, quod meto ubi non semino, & congrego, ubi non sparsi, oportuit ego te pecuniam meam committere nummulariis, & ego veniens recepissem utique, quod meum est cum usuris. De hac cisterna veteri dicitur. *Jer.* 2. Foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas. Cor enim pravum aquas sapientiæ non valet diu continere. *Eccl.* 21. Cor fatui, quasi vas contractum, omnem sapientiam non tenebit.

G

a extrahentes eum de cifterna, *b* vendiderunt Ifmaelitis viginti argenteis. Qui duxerunt eum in Ægyptum. *c* Reverfufque Ruben ad cifternam, non invenit puerum, & fciffis veftibus pergens ad fratres fuos, ait: *d* Puer non comparet, & ego quo ibo? *e* Tulerunt autem tunicam ejus, & in fanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt, *f* mittentes, qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc invenimus, vide utrum tunica filii tui fit, an non. Quam cum agnoviffet pater ait: Tunica filii mei eft: *g* Fera peffima comedit eum, beftia devoravit Jofeph. Sciffifque *h* veftibus, *i* indutus eft cilicio, lugens filium *k* multo tempore: *l* Congregatis autem cunctis liberis ejus, ut lenirent dolorem patris, noluit confolationem recipere, & ait: *m* Defcendam ad filium meum lugens in infernum: Et illo perfeverante in fletu, *n* Madianitæ vendiderunt Jofeph in Ægypto *o* Putiphari eunucho Pharaonis magiftro militiæ.

C A P. XXXVIII.

EODEM *p* tempore defcendens Judas a fratribus

Ω *b* Vendiderunt] tanquam vile mancipium: *m* Defcendam ad filium meum, &c.] *Aug.* Quæritur quomodo hoc intelligatur, utrum mali tantum, an etiam boni in infernum defcendant. Si tantum mali, quomodo Jacob in infernum ad filium fuum dicit lugentem fe velle defcendere: Non enim in pœnis inferni credibile eft eum effe. An perturbati, & dolentis verba funt, mala fua etiam hinc exaggerantis? An credibile eft apud infernum, quædam loca fecreta, & minus pœnalia ante paffionem Domini fuiffe, ad quem etiam Sancti defcendebant, quia nullus paradifum ingredi poterat, donec Chriftus romphæam igneã amoveret?

n Madianitæ vendiderunt,] &c. e. *Hieron.* Madianitæ vendiderunt Jofeph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, Archimachiro. Plerumque Archimachiros, i. cocorum principes pro magiftris exercitus Scriptura ponit: Machiren quippe Græce interpretatur occidere. Venditus eft ergo Jofeph principi exercitus, & bellatorum, non Petefre, ut in Latino fcriptum eft, fed Putiphari eunucho. Ubi quæritur, quomodo poftea uxorem habere dicatur. Tradunt Judæi emptum ab hoc Jofeph, ob nimiam pulchritudinem in turpe minifterium, & a Domino virilibus ejus arefactis, poftea electum effe juxta morem Hierophantarum, i. facra loquentium in Pontificatum Heliopoleos, & hujus filiam effe Affenez, quam poftea Jofeph accepit uxorem.

Allegoria. Ω *a* Extrahentes, &c.] quando dixerunt eum furto fublatum, duxerunt in Ægyptum, i. toti mundi prædicaverunt. Unde *Matth.* 2. dicitur Jofeph, qui gerit typum prædicatorum. Tolle puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & efto ibi ufque dum dicam tibi. *Ifai.* 19. Cognofcetur Dominus ab Ægypto, & cognofcent Dominum Ægyptii in die illa, & colent eum in hoftiis, & muneribus. *c* Reverfufque Ruben] i. fermo propheticus revertitur ad cifternam, quando facit nos attendere ad fepulchrum Domini. Vel Ruben, i. Judæi in fine revertentur ad fidem paffionis. *Ifai.* 10. P. [illegible] iiæ Jacob convertentur. Et non invenient puerum in cifterna, i. Jefum in littera legis, quia tantum promittebatur ibi, fed in Evangelio datur. Vel Ruben fatis congrue defignat Magdalenam. Ille venit ad cifternam, illa ad fepulchrum. Ille non invenit puerum, illa non invenit corpus Jefu. Ille dixit: Puer non comparet. Illa dixit: Tulerunt Dominum meum. *e* Tulerunt autem tunicam ejus, & in fanguine, &c.] tinxerunt, i. carnem ejus, quafi peccatricem ejus fanguine refperferunt. *Ifai.* 63. Quare ergo rubrum eft indumentum tuum, & veftimenta tua ficut calcantium in torculari? Et *infr.* Afperfus eft fanguis eorum fuper veftimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi. *f* Mittentes,] Occafionaliter miferunt Judæi fanctos, qui patri tunicam, i. Chrifti humanitatem quotidie deferunt dicentes: Protector nofter afpice Deus, & refpice in faciem Chrifti tui. Vel tunica, i. Ecclefia, fanguine hœdi, i. Chrifti tincta. *Apoc.* 7. Hi funt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt ftolas fuas in fanguine agni. Et de hac tunica fancti dicunt Deo Patri: Vide, an tunica filii tui fit, an non. Et refpondet. Tunica filii mei eft, O quam felix eft, quem in die judicii recognofcet pater, quod fuit tunica talaris filii fui, i. perfeverans in bona converfatione. Et quam mifer erit, cui dicetur: Amice, quare huc intrafti, non habens veftem nuptialem. *Matt.* 22. *g* Fera peffima,] i. invidia Judæorum. Unde: Zelus domus tuæ comedit me, i. invidia Judæorum. *h* Sciffifque veftibus,] i. apertis facramentis, & myfteriis Scripturarum, in quibus continebatur, quod oportebat Chriftum pati, & refurgere a mortuis, & fic intrare in gloriam fuam. *i* Indutus eft cilicio lugens] In Apoftolis, & in membris Ecclefiæ, indutus eft cilicio pœnitentiæ Deus Pater, lugens in eis Filium fuum. Unde fingulis annis diem Paffionis Domini [quæ eft falutis, & redemptionis noftræ exordium] non cum gaudio, fed cum luctu, & pœnitentia agit Ecclefia, ne videatur gaudere cum crucifixoribus, fed potius compati, & lugere cum Apoftolis, qui tunc fuerunt in luctu, & triftitia. *Zach.* 12. In die illa afpicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu, quafi fuper unigenitum. Vel planctus Jacob, defignat compaffionẽ, quam habet Ecclefia erga Judæos. Unde & eodem die orat pro ipfis. Vel Deus Pater dicitur facere, quod facit nos facere. Scindit ergo veftes, quando facit nos fcindere veftes. Veftes fcindunt [ut dicit *Greg.*] qui fibi in exterioris decoris lacrymatione non parcunt. [Indutus cilicio,] pœnitentiæ. *Jer.* 6. Accingere cilicio, afpergere cinere, luctum unigeniti fac tibi. *k* Multo tempore:] i. tota vita præfenti, cum qua finietur dolor, & gemitus omnis, & luctus. *Ifai.* 25. Auferet Dominus omnem lacrymam ab omni facie.

Pfalm. 81. *Pfalm.* 68. *Luc.* 24.

A

l Congregatis, &c. noluit] Hoc eft, quod Deus Pater non recipit confolationem a Judæis fuper cæcitate eorum.

o Putiphari] Putiphar interpretatur declinans ad difcendum. Unde Putiphar eunuchus, duo genera hominum defignat, humiles, & pudicos, quibus folis exhibetur Chriftus in mundo. Unde in hujus fignum, ipfe caftus, & humilis de virgine humili nafci voluit.

Moraliter. * *a* Extrahentes eum de cifterna,] Mali prædicatores extrahunt Chriftum de cifterna veteri, i. de corde in peccatis inveterato, & prædicant aliis, & ita confcientia eorum non fibi, fed aliis prodeft. *Job* 27. Si comportaverit quafi terram argentum, & ficut lutum præparaverit veftimenta, præparabit fiquidem; fed juftus veftietur illis, & argentum innocens dividet. *Glofs.* ibi Argentum innocentem dividere eft eloquia Dei minute difcreteque exponere, & unicuique, quod digne congruat, coaptare. Et nota, quod in verbo extrahendi notatur violentia. Mali enim cum remorfu confcientiæ prædicant, & ita quafi violenter extrahunt de corde fuo prædicationis verbum. Boni vero cum pace confcientiæ prædicant, & abfque omni violentia educunt verbum a corde fuo. *Ifai.* 32. Lingua balborum velociter loquetur, & plane *Prov.* 14. Quærit derifor fapientiam, & non invenit, doctrina prudentum facilis. *c* Reverfufque Ruben,] Mali paftores, qui male vivunt, & male docent, recedunt a cifterna, i. a corde fuo ad temporalia, quibus dicit Dominus per *Ifai.* 46. Redite prævaricatores ad cor: In horum abfentia tollitur puer, i. fcientia verbi Dei amittitur, dum nimis ad temporalia intenditur. Hoc eft, quod legitur, 1. *Reg.* 26. quod Saule dormiente in tentorio, David furatus eft haftam, & vas aquæ, *Job* 40. Panis ejus in utero illius vertetur in fel afpidum, divitias quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus. Hoc autem, quod Ruben revertitur ad cifternam, fignificat, quod mali tempore afflictionis revertuntur ad cor *Ifai.* 26. Domine, in anguftia requifierunt te. *Jer.* 2. In tempore afflictionis fuæ dicent: Surge, & libera nos. Et refpondet Dominus, *Ifai.* 21. Si quæritis, quærite; convertimini, & venite. *d* Puer non comparet,] Hoc eft, quod mali, quando revertuntur ad cor, ut cogitent de Deo, non inveniunt puerum in cifterna, i. Chriftum puerum, & manfuetum, fed durum, & aufterum judicem. Unde dicit Ruben, i. mali: Puer non comparet, & ego quo ibo? Si afcendero in cœlum, tu illic es; fi defcendero ad infernum, ades. Si fumpfero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, &c.

E X P O S I T I O C A P. XXXVIII.

EOdem *p* tempore, &c.] Recapitulatio eft, quod hic dicitur, quia ut dicit *Aug. in Glofs.* ante venditionem Jofeph factum eft hoc. Non enim tam modico tempore, Ω quod

Myftice. Myftice. *p* Eodem, &c.] Hiram interpretatur videns fratrem. Odollamites, teftimonium in aqua. Judas confitens, & fignificat Chriftum.

O *a* Judas

Ω quod fuit inter venditionem Joseph, & descensum Jacob in Ægyptum, scil. viginti duobus annis, possent fieri omnia quæ hic narrantur de Juda, & filiis ejus.

a Odollamiten] Odolla, regio est, & locus. Unde 1. *Reg.* 22. Fugit David in speluncam Odollam: Inde sumitur Odollamites.

e Nequam] idest, nimis luxuriosus, vel abutens vasculo uxoris suæ, & inventus est mortuus juxta uxorem suam.

h Suscites] Hic patet, quod aliqua servata sunt ante legem, ut de semine suscitando fratri defuncto, quod præcipitur *Deuter.* 25.

k Semen fundebat] Sic Judæi terreno intellectu verba legis adulterantur, ne auditores eorum Christiani fiant.

suis, divertit ad virum *a* Odollamiten nomine Hira. Viditque ibi filiam *b* hominis Chananæi, vocabulo Sue. Et uxore accepta, ingressus est ad eam. Quæ concepit, & peperit filium, vocavitque nomen ejus Her. Rursum concepto fœtu, natum filium nominavit Onam. Tertium quoque peperit, quem appellavit Sela. *c* Quo nato parere ultra cessavit. *d* Dedit autem Judas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuit quoque Her primogenitus Judæ, *e* nequam in conspectu Domini, & *f* ab eo occisus est. Dixit ergo *g* Judas ad Onam filium suum; Ingredere ad uxorem fratris tui, & sociare illi, ut *h* suscites semen fratri tuo. *i* Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, *k* semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine *l* nascerentur: & idcirco percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret. Quamobrem dixit Judas Thamar nurui suæ: *m* Esto vidua in domo patris tui, *n* donec crescat Sela filius meus: *o* Timebat enim, ne & ipse moreretur sicut † fratres ejus. Quæ *p* abiit, & habitavit in domo patris sui. Evolutis autem multis diebus, *q* mortua

l Nascerentur:] Non omnes filii agnominabantur fratri defuncto, sed tantum primus. Sed Onam tam nequam fuit, quod noluit generare filios, ne primus agnominaretur fratri defuncto: Vel forte deceptus erat putans omnes agnominari debere.

o Timebat, &c.] Judas æstimabat hoc accidere ex vitio uxoris.

Ω *a* Consolatione

Mystice. O *a* Judas igitur descendit ad Hiram Odollamiten, i. Christus ad Baptismum Joannis, quem Joannes videns perhibuit ei testimonium, dicens: Ecce agnus Dei, &c. *Joan.* 1. *Michea* 1. Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa; usque Odollam veniet gloria Israel, idest Christus, usque ad Baptismum. *Joan.* 1. *Reg.* 22. Fugit David in speluncam Odollam, & ibi fratres ejus venerunt ad eum, & omnes qui erant oppressi ære alieno.

b Viditque ibi filiam hominis Chananæi,] idest, synagogam filiam diaboli: Qui dicitur homo, quia hominem vicit. *Math.* 13. Inimicus homo hoc fecit. Chananæus dicitur diabolus, i. commutatus, quia in veritate non stetit. *Joan.* 8. *Ezech.* 16. dicitur de Synagoga: Radix tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Vocatur autem Sue, i. sublimis ratione sanctorum Patrum, quos Christus sibi principaliter copulavit. *Moraliter.* Per tres filios Judæ, tria genera Prælatorum intelliguntur: per Thamar enim Ecclesia designatur. Primus fuit Her, qui fuit nequam, i. luxuriosus, vel abutens vasculo uxoris: Per hunc prælatus noxius, & superstitiosus, designatur, qui anteriorum oblitus, ad posteriora se totum extendit, i. non curans primo quærere regnum Dei, totus inhæret temporalibus, & eis abutitur in superbiam. Secundus fuit Onam, qui semen fundebat in terram: Per hunc intelligitur prælatus inutilis. Talibus hodie copulatur Ecclesia, qui vel non prosunt, vel obsunt, sed tamen sæpe interficiuntur a Domino. Tertius fuit Sela, cui non potuit dari Thamar, quia puer erat, sed jubetur expectare Thamar ut vidua, donec crescat puer. Et certe ita faciunt hodie multi Prælati, Ecclesias viduas faciunt expectare, donec creverint nepotuli, quibus eas conferunt, & interim fructus percipiunt.

Et quid sequitur ex hoc? Thamar videns se esse viduam, quasi absque rectore, assumit theristrum meretricum, & sedet in bivio, i. facit omittenda, & omittit facienda; & in hoc moratur, & residet, quia non est qui eam doceat. *Allegorice.* *c* Quo nato parere ultra, &c.] Sela, chorus Apostolorum, qui promissus Thamar, i. Synagogæ, & non solutus. *Act.* 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &c. Hoc nato † Sue parere cessavit, quia natis Apostolis, Synagoga sterilis fuit. *Osee* 9. Da eis, Domine: Quid dabis eis? Vulvam sine liberis, & ubera arentia.

al. † Thamar.

d Dedit autem Judas] Judas Christus: Her, malus prælatus: Thamar, Ecclesia. Datur igitur Her, Thamar, quando Ecclesia malo prælato committitur, quod fit peccatis nostris exigentibus. *Job* 34. Regnare facit Dominus hypocritam propter peccata populi. Her nequam dicitur, quia abutebatur uxore a posteriori. *Moraliter.* Hi sunt prælati, qui beneficia Ecclesiastica, vel prælationes recipiunt causa temporalium, quæ sunt posteriora. *Phil.* 3. Et quæ retro sunt obliviscens, ad ea, quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatum persequor bravium. *Matth.* 6. Primum quærite regnũ Dei, &c. Post debent esse temporalia. *Osee* 5. Ululate in Bethaven, post tergum tuum Benjamin. Bethaven interpretatur domus inutilis, vel domus idololatra, idest, Ecclesia referta divitiis temporalibus, quæ debent esse post tergum Benjamin, i. filiorum dexteræ.

al. † fratres.

f Ab eo occisus] Dominus reservat ultionem eorum, qui a posteriori accedunt ad prælationes, vel Ecclesiastica beneficia. *Jer.* 51. Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis universam terram, i. totam Ecclesiam, quæ dicitur terra propter stabilitatem. *Eccl.* 1. Generatio præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat, propter attritionem persequentium & falsorum fratrum, propter germinis fœcunditatem.

g Dixit ergo Judas, &c.] Onam interpretatur mœror populi, & significat prælatum cupidum, & avarum. Unde dicitur, quod Onam fundebat semen in terram, & talis prælatus etiam si prædicat, pro terrenis prædicat. *Mich.* 3. Audite Principes Jacob, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos. Econtra bonus prælatus semen prædicationis fundit in cœlum. 1. *Reg.* 3. Crevit puer Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

i Ille sciens non sibi nasci, &c.] Sic faciunt, qui non lucrum Domini, sed suum commodum quærunt. *Osee* 9. Noli lætari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es a Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Et *infr. eod.* Ephraim enim quasi avis avolavit, gloria eorum a partu, ab utero, & a conceptu. Sed nota, quod dicitur hic, quod percussus est Onam a Domino, quia fundebat semen in terram, quid igitur de prælatis? *Osee* 9. Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata, fructum nequaquam faciunt.

Mystice. *m* Esto vidua in domo, &c.] Dixit Dominus Synagogæ, & ipsa vidua est. *Osee* 3. Multis diebus expectabis me. *n* Donec crescat Sela,] i. chorus Apostolorum, ubi crevit in gentibus, & adhuc quotidie crescit, tandem dabitur Synagogæ doctrina Apostolorum. *Rom.* 11. Postquam multitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus fiet.

Moraliter. *o* Timebat enim, &c.] Multis parcit Dominus, nolens constituere in prælatione ne moriantur: Multi enim prius boni, in prælationibus fiunt mali. Et hoc est, quod legitur 4. *Reg.* 1. Cecidit Ochozias per cancellos cœnaculi, quod habebat in Samaria. Cœnaculum, est tertia mansio: Ochozias igitur, i. prælatus, qui cœnaculum sibi fecit in Samaria, i. corde, ore, & opere intendens in Deum, frequenter in custodia prælationis cadit per cancellos, i. per rimas curarum, quas nemo scit, nisi qui sentit. Unde *August.* Quanto in loco superiori, tanto in majori periculo versantur.

Allegorice. *p* Et abiit, & habitavit, &c.] i. modo habitat Synagoga in domo diaboli patris sui. *Joan.* 8. Vos ex patre diabolo estis.

q Mortua est Sue uxor Judæ.] Synagoga est, quæ fuit uxor Christi: sed ipsa mortua est in peccato. Unde significatur per filiam Archisynagogi mortuam, quam Dominus

tua est Sue uxor Judæ, Qui post luctum *a* consolatione † accepta, *b* ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse, & Hiras *c* opilio gregis *d* Odollamita in Thamnas. *e* Nunciatumque est Thamar, quod socer illius ascenderet in Thamnas ad *f* tondendas oves. *g* Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit *h* Theristrum, & mutato habitu *i* sedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam, eo quod crevisset Sela, & non eum accepisset maritum. Quam cum vidisset Judas, *k* suspicatus est esse meretricem: Operuerat enim vultum suum, ne cognosceretur. Ingrediensque ad eam, ait, *l* dimitte me, ut coeam tecum: Nesciebat enim, quod nurus sua esset. Qua respondente, quid *m* dabis mihi, ut fruaris concubitu meo? Dixit: *n* Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumque illa dicente, patiar quod vis, si dederis mihi *o* arrhabonem, donec mittas, quod polliceris: Ait Judas: Quid vis tibi pro arrhabone dari? *p* Respondit: annulum tuum, & *q* armillam, & *r* baculum, quem manu tenes. Ad *s* unum igitur coitum concepit mulier, & surgens abiit, *t* depositoque habitu, quem assumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit *u* autem

al. † susceptâ.

ℜ *a* Consolatione accepta,] *Hieron.* Et consolatus Judas ascendit ad eos, qui tondebant oves, ipse, & Hiras pastor ejus Odollamites. Pro pastore in Hebræo amicus legitur, sed verbum ambiguum est, quia iisdem scribitur litteris utrumque, sed amicus rem, pastor Roem legitur. *g* Quæ depositis] Notandum est tempore Patriarcharum, certa, & sua fuisse vestimenta viduarum, nec qualia conjugatarum. *h* Theristrum] velamen est, quo utebantur Palestinæ mulieres.

i Sedit in bivio] Hebræus habet, sedit in Enan, & sonat in oculis, ut dicit *Hieron.* Et est nomen commune, non proprium loci. Unde sensus est: Sedit in oculis, id est, in bivio, ubi debet viator diligenter inquirere, quo gradiatur. Ibi solent sedere meretrices, ut a transeuntibus videri possint. *k* Suspicatus est esse meretricem:] Hebræus habet, Cadesam. *l* Dimitte me, &c.] † Nolebat inferre vim, quæ omnibus detestanda erat. *n* Mittam tibi hœdum.] In hoc est argumentum, quod illud, quod promittitur pro facto immundo solvendum est, quia Judas etsi peccaverit eam cognoscendo, non peccavit hœdum promissum mittendo. In facto Judæ non justitiæ cernitur sinceritas, sed promissi fidelitas. Si enim servaret justitiam, servando & castitatem, non introivisset, ut opinabatur ad meretricem, sed tamen, quod promisit, per pastorem fideliter transmisit.

al. † volebat.

o Arrhabonem, idest, arrham bonam. Arrha, pars est pretii, sed hic accipitur pro pignore.

u Misit autem Judas hœdum per Pastorem suum Odollamitem, &c.] Mittitur promissus hœdus tanquam meretrici, i. exprobratio peccati, per Odollamitem tanquam ℜ increpantem

Allegoriæ. ℜ suscitavit post Hemorrhoissam. *Marc.* 5. *a* Consolatione accepta,] Judas, idest, Christus, consolationem accepit super morte Synagogæ, quando tempus redemptionis appropinquavit. Unde *Isai.* 40. Consolamini, consolamini, popule meus.

b Ascendebat] *Gal.* 4. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium, &c. Christi enim ascensus, ejus incarnatio. *Isai.* 19. Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. Venit autem Christus ad oves. *Matth.* 15. Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel. Nec solum ad oves, sed etiam ad pastores ovium, quos tamen vocat tonsores, quia lac, & lanam sibi vindicantes, non curant de ovibus. *Ezech.* 34. Pro eo, quod oves meæ factæ sunt in rapinam, & greges mei in direptionem, eo quod non esset pastor, sed potius tonsor, ecce ego super pastores. *c* Hiras opilio] Joannes Baptista, qui venit cum Christo, vel parum ante, ut præpararet ei viam, & domum, sicut famulus Domino. *Malach.* 3. Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. *d* Odollamita] interpretatur testimonium in aqua, & Joannes perhibuit testimonium Christo in aqua baptismi. *Matth.* 3. Ego baptizo in aqua in pœnitentiam; qui autem post me venturus est, fortior me est, &c. Christus cum Joanne venit arguere tonsores. *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui comeditis domos viduarum, in oratione longa orantes: *Matth.* 3. Et *Luc.* 3. Genimina viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira?

e Nunciatumque est Thamar,] Thamar significat electos de Judæis, & gentibus, quibus nunciatum est, quod Christus incarnatus est. *Luc.* 2. Annuncio vobis gaudium magnum. Ibi nunciatus est Judæis per Angelum. Per stellam nunciatus est gentibus. *Matth.* 2.

f Ad tondendas oves.] Ad hoc venit Christus, i. ut a peccatis exoneraret. *Matth.* 1. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. *Jo.* 1. Ecce qui tollit peccata mundi. Bene autem dicitur, quod ascendit in Thamnas, quod interpretatur defectus, quia omnes defectus nostros sibi assumpsit, faciens, quod docuit. Et nota, quod vellera sine læsione tolluntur ab ovibus, sic temporalia a viris sanctis, sine omni dolore, & tristitia tolluntur. *Hebr.* 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Christus venit ad oves propter quatuor. Venit enim perditas quærere. *Luc.* 15. Quis ex vobis homo, &c. Oneratas exonerare. *Isai.* 19. Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & movebuntur simulacra Ægypti a facie ejus. Esurientes pascere, dispersos congregare. De utroque *Isai.* 40. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos.

Moraliter.

g Quæ depositis viduitatis vestibus,] Vidua dicitur quasi bidua, idest, divisa a viro. Vestes igitur viduitatis sunt peccata, quæ dividunt nos a Deo, juxta illud *Isai.* 59. Iniquitates nostræ diviserunt inter nos, & Deum nostrum. Has vestes deponit Thamar, i. Ecclesia, vel anima dolens de peccatis, quando vult accedere ad Judam, i. ad Christum in confessione.

h Theristrum,] significat carnis mortificationem, quæ valet contra æstum vitiorum. Depositis igitur viduitatis vestibus sumit Theristrum, qui facta confessione peccatorum, carnis mortificationem assumit, per quam induitur novus homo. *Ephes.* 4. Deponite vos veterem hominem, & induite novum, qui secundum Deum creatus est in justitia.

i Sedit in bivio] In bivio sedet pœnitens per recordationem omissorum, & commissorum. *Jer.* 2. Vide vias tuas in convalle. Idem est convallis, & bivium. Et nota quinque circa Thamar. Sedet in bivio per peccatorum recordationem, operit vultum per pudorem, Judæ admiscetur per confessionem, filios concipit per propositum satisfaciendi, parit in satisfactione. *Isai.* 23. Sume citharam, ecce theristrum, quo vultus operitur; circui civitatem, ecce sessio in bivio; bene cane, ecce Judæ commistio; frequentia canticum, ecce partus.

l Dimitte me,] In hoc notatur libertas arbitrii, quam habet pœnitens. *Apocal.* 3. Ego sto ad ostium, & pulso.

m Quid dabis mihi?] Christus prius dat, quam ingrediatur, diabolus prius accipit. *Ezechiel.* 16. Omnibus mulieribus dantur mercedes, tu autem dona donabis eis, ut intrarent ad te.

n Mittam tibi hœdum] Christus mittit hœdum, idest, peccati detestationem. *Rom.* 6. Quem fructum habuistis, tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

p Respondit: Annulum.] In pignus salutis dat Christus annulum, i. fidei sponsationem.

q Armillam,] i. opus justitiæ.

r Baculum,] i. sustinentiam laboris.

s Ad unum igitur coitum,] hoc est ad unionem divini Verbi cum humana natura, Ecclesia duobus filiis imprægnata est, i. Judaico populo, & Gentili. Unde Christum natum quærunt pastores, & Magi.

t Depositoque] Hoc est, quod Ecclesia, quæ vocata fuit ad paupertatem, & austeritatem, & utilitatem, redit ad divitias, & delicias, & honores.

u Misit autem Judas] Judas per pastorem mittit hœdum Thamar, i. Christus per prælatum mittit Ecclesiæ peccati abominationem. *Ezechiel.* 16. Fili hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas. *Michææ* 3. Repletus sum fortitudine spiritus Domini judicio, & virtute, ut annunciem Jacob scelus suum. Bene ostenditur hic, qualis debet esse, qui fert hœdum, i. peccatum.

*Et nota,

Ω increpantem: Genimina viperarum, &c. Sed eam non invenit exprobratio peccati, quam mutavit confessionis amaritudo.

Luc. 3. b Ait Judas, &c.] Quasi habeat pignora, quæ accepit, quam confessio peccati immunem fecit ab exprobratione delicti.

mali Judæi accusant Thamar de fornicatione, idest, reputant fidem Christi fornicationem, idest, idololatriam. *Joan.* 7. Numquid & vos seducti estis? Hoc dixerunt Judæi, quando viderunt uterum Thamar intumescere, idest, multos converti ad fidem.

Judas hœdum per pastorem suum Odollamitem: ut reciperet pignus, quod dederat mulieri. Qui cum non invenisset eam, interrogavit homines loci illius: Ubi est mulier, quæ sedebat in bivio? Respondentibus cunctis, non fuit in loco isto meretrix, a reversus est ad Judam, & dixit ei: Non inveni eam, sed & homines loci illius dixerunt mihi, numquam ibi sedisse scortum. Ait b Judas: Habeat sibi: Certe mendacii nos arguere non poterit. Ego misi hœdum, quem promiseram, & tu non invenisti eam. c Ecce autem post tres menses nunciaverunt Judæ dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur uterus illius intumescere. Dixit Judas: d Producite eam, ut comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum dicens: e De viro, cujus hæc sunt, concepi: cognosce, cujus sit annulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus, ait: f Justior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen g ultra non cognovit eam. h Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero, atque in ipsa effusione infantum unus protulit manum, in qua i obstetrix ligavit coccinum dicens: k Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum, egressus est alter. Dixitque mulier: l Quare divisa est propter te m maceria? Et ob hanc causam vocavit nomen ejus n Phares. o Postea egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum, quem appellavit p Zara.

d Comburatur.] Imo secundum legem. *Deut.* 22. debebat lapidari. Solutio: Comburatur dicit, idest, moriatur: Ignis enim ponitur pro qualibet pœna gravi, ut legitur *Josue* 7. De Achor, quem præcipit Dominus lapidari, & dicitur ibi, quod combustus fuit, sed combustus dicitur, idest, occisus. *Hieron.* Quia Scriptura præcipit adulteras lapidari, accipitur pro morte puniri. Sed videtur, quod non debet comburi propter simplicem fornicationem, aut sic, ergo Judas. Dicitur enim *Deuter.* 22. Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur. Ad hoc potest dici, quod non fuit simplex fornicatio, quia debebat se servare Sela filio Judæ: Judas autem non debuit mori, quia ignoravit factum. Vel potest dici, quod Thamar non debebat mori, cum propter filiorum mortem videbat hoc fieri Judas. f Justior me est.] *Hier.* Cognovit autem Judas, & dixit: Justior est illa, quam ego, &c. In Hebræo habetur: Justificata est ex me, non quod justa fuerit, sed quod dicitur *Ezech.* 16. Justificata est Sodoma soror tua ex te, quod comparatione illius minus male fecerit non vaga turpitudine, sed filios requirendo. g Attamen ultra non cognovit,] i. carnales non approbavit observantias.

F

39 dist. cap. Lumenus.

l Quare divisa est propter te, &c.] *Hieron.* Pro maceria *Aquila* & *Symmachus* divisionem transtulerunt, quod Hebraice dicitur Phares. Ab eo igitur, quod diviserit membranulam secundinarum divisionis nomen accepit. Unde & Pharisæi, qui se quasi justos a populo separaverunt, divisi dicebantur. m Maceria] Maceriam dicit membranulam secundarum, vel secundinarum, qua involvitur puer in utero, quæ dividitur in partu, & sequitur puerum. Et si forte remaneat in utero matris post egressum pueri, non diu vivit mater.

o Postea egressus est frater ejus, in cujus manu, &c.] *Hier.* Zara interpretatur oriens, quia primus apparuit. Vel Ω quia plurimi

Moraliter. * Et nota quod post conversionem, mittit Christus peccati exprobrationem, quia vult, ut aliquando recogitet peccata præterita exprobrando illa. *Ezech.* 16. Recordaberis viarum tuarum, ut confundaris. Quia pastor non invenit Thamar in bivio, significatur, quod anima impraegnata a Christo non invenitur in bivio peccati. Una via præsumptio, alia obstinatio. Per præsumptionem cecidit diabolus, & adhuc dejicit peccatores per obstinationem. *Ps.* 40. Non adjiciet, ut resurgat. Homines, quos invenit pastor in bivio, sunt dæmones, qui dicunt: Non fuit in hoc loco meretrix. Postquam enim contritus est, & confessus peccata, non possunt dæmones eum accusare. *Rom* 8. Quis accusabit adversus electos Dei. *Jo.* 8. Mulier, quis est, qui te condemnat? Nemo, Domine. Christus, animam quantumcumque fornicata fuerit, si converti voluerit, vocat virginem. *Jer.* 3. Fornicata es cum amatoribus multis, saltem amodo voca me pater meus dux virginitatis meæ.

a Reversus est ad] Hoc est, quod bonus Prælatus revertitur ad Christum, gratias agens de hoc, quod non invenit subditos in peccato. Dicit *August.* Mali Prælati gaudent invenire in subditis, quid corripiant, boni econverso. 2. *Corinth.* 12. Timeo, ne cum venero, non quales volo, inveniam vos.

Allegorice. * Ecce autem post tres menses.] Post fidem Trinitatis

d Producite eam, ut comburatur.] Hic Judas significat Judæos malos, qui Ecclesiam judicant condemnandam. Vel etiam Christum, qui fornicatores judicabit. *Heb.* 13. Fornicatores, & adulteros judicabit Deus.

G

1. Par. 2. Matth. 1.

e De viro, cujus hæc sunt.] Ita in futuro judicio liberabitur, qui poterit ostendere Christo annulum, armillam, & baculum, idest, fidem, & opera, & patientiam. *Ps.* 16. Ego autem in justitia apparebo in conspectu, &c.

f Justior me est,] Hoc est, quod Christus in fine laudavit Ecclesiam. *Prover. ult.* Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt, & vir ejus laudavit eam.

g Attamen ultra] idest, Christus, post diem judicii non infundet Ecclesiæ semen doctrinæ. *Jer.* 31. Non docebit vir ultra proximum suum.

h Instante autem partu apparuerunt gemini] Qui mystice significant duos populos.

p Zara.] qui interpretatur oriens, signat Judæum, qui videbatur prius debere oriri, sed retraxit se. Unde bene congruit ei illud *Isai.* 14. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris. Hic primo protulit manum, quia Judæus promisit se facturum quicquid Dominus præciperet. *Exod.* 24. Omnia quæcumque dixerit Dominus, faciemus. Sed statim manum retraxit, quia ab operatione defecit.

i Obstetrix] idest, divina sapientia, coccinum ligavit in manu Judæorum, quando eis improperavit opera sanguinea. *Isaiæ* 1. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. *Idem* 49. Manus vestræ pollutæ sunt sanguine. *Proverb.* 12. Est qui promittit, ecce manus productio; & quasi gladio compungitur conscientia ejus, ecce coccini ligatio.

n Phares] gentilis populus, qui cessante Judæo ab operibus egressus est ad opera primus. Et est, quod dicitur *Matth.* 9. Primo sanatur Hemorrhoissa, & postea filia Archisynagogi.

k Iste egredietur prior.] Hoc est, quod Dominus expectabat a Judæis aliquem fructum, & potius fecit contrarium. *Isaiæ* 5. Expectavi, ut faceret judicium, & ecce iniquitas.

l Quare, &c. propter te.] Divina sapientia quasi miratur, quare Judæus apparuit prior exiturus, & gentilis exierit. Hoc est, quod *Matth.* 8. Miratur fidem centurionis.

m Maceria?] est illud, quod dividit inter nos, & Deum, scil. peccati Chirographum, quod Christus amovit. *Ephes.* 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ dissolvens. *Moraliter.* [Thamar] i. Ecclesia concipit de bono Prælato duos filios, idest, fidem, & bonos mores. Hoc autem quod Judas dicit ad Thamar: Dimitte me, ut coeam tecum; est contra illos, qui se ingerunt in prælationes. Hoc est, quod legitur 2. *Par.* 26. quod Ozias percussus est lepra, quia sibi usurpavit officium sacerdotum. Et *Num.* 16. punitur Chore cum suis complicibus. *Aliter.* Judas accedens ad Thamar, i. justus ad pœnitentiam, generat Phares, i. divisionem a mundo: Et Zaram, idest, ortum in vitam æternam. *Is.* 58. Si abstuleris de medio tui catenam, &c. orietur in tenebris lux tua. Zara primo emisit manum, sed Phares primo nascitur: Hoc est, quod cogitamus primo de vita æterna, & postea avellimus nos a mundo.

ꝏ quia plurimi justi ex eo nati sunt, sicut dicitur 1. *Par.* 2. Tamen *Hieron.* dicit super 3. *Reg.* 1. quod ligatum fuit filum in manu Phares. Sed potuit esse, quod postquam uterque ortus est, tulerit obstetrix coccinum de manu Zara, & ligaverit in manu Phares, ut de similibus gemellis primogenitus distingui posset.

EXPOSITIO
CAP. XXXIX.

A

Igitur *a* Joseph ductus est in Ægyptum,] Hic redit ad ordinem superiorum. *l* Quæ gereret,] i. quæcunque faceret prosperabantur. *m* Ab eo] Domino scil. *n* Illius,] i. Joseph. *f* Benedixitque Dominus] benedictione sinistræ. Et patet hic quam bonum sit habere bonum servientem. *t* Nec quicquam aliud noverat, &c.] Hoc dupliciter exponitur. Primo de Joseph sic: Joseph non

ꝏ noverat quicquam

C A P. XXXIX.

IGITUR *a* Joseph ductus est in Ægyptum, *b* emitque eum Putiphar *c* eunuchus Pharaonis, *d* princeps exercitus, vir *e* Ægyptius de *f* manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque *g* Dominus cum eo, & erat vir in *h* cunctis prospere agens. *i* Habitabatque in domo domini sui, *k* qui optime noverat esse Dominum cum eo, & omnia *l* quæ gereret, *m* ab eo dirigi in *n* manu illius. *o* Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, & *p* ministrabat ei. A quo *q* præpositus omnibus *r* gubernabat creditam sibi domum, & universa, quæ tradita ei fuerant. *f* Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, & multiplicavit tam in ædibus, quam in agris cunctam ejus substantiam. *t* Nec quicquam aliud noverat, nisi *u* panem, quo

Mystice. Mystice. *a* Igitur Joseph ductus est in Ægyptum,] i. Christus prædicatus in mundo, ductores fuerunt prædicatores. Unde 1. *Reg.* 30. Puer Ægyptius duxit David ad cuneum hostium. *b* Emitque eum Putiphar] Quando populus gentilis recepit fidem, pater vendidit filium dans eum pro fide, & operibus bonis. De hac emptione dicitur *Is.* 55. Venite, & emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac, idest, gratis accipite vinum divinitatis, & lac humanitatis. *c* Eunuchus Pharaonis,] i. Dei patris, quia populus gentilis, quando recepit fidem, castravit se propter regnum cœlorum. Unde *Matth.* 19. Sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt; & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; & sunt eunuchi, qui castraverunt seipsos propter regnum cœlorum. Per primos, intelliguntur mystice virgines; per secundos, hypocritæ; per tertios, continentes. Et bene per Pharaonem significatur Deus Pater. Pharao enim interpretatur dissipans, & Deus pater dissipat consilia principum terrenorum, ut non impleant quod cogitant contra Sanctos. *Job* 5. Consilia malignorum dissipat, ne possint manus eorum implere quod cœperant. *d* Princeps] quoad quosdam. *Matth.* 8. Ego sum homo sub potestate constitutus, habens sub me milites. *e* Vir Ægyptius,] i. mœrens pro peccatis suis. Talibus enim datur Christus, qui est gaudium mœrentium. *Prov.* 3. Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. 1. *Reg.* 22. Convenerunt ad David omnes qui erant in angustia constituti, & amaro animo, & factus est eorum princeps. Item Ægyptius interpretatur tenebræ, & talibus, qui erant in tenebris peccatorum, natus est dominus. *Is.* 9. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Adhuc quotidie oritur spiritualiter his, qui se cognoscunt esse in tenebris, & carent luce præsentis prosperitatis. De qua *Jer.* 17. Diem hominis non desideravi. *f* De manu Ismaelitarum.] Signanter dicit, de manu Ismaelitarum. Venditor enim non potest dare, quod vendit, nisi in manu habeat. Sic Prædicatores prædicando non possunt vendere Christum, nisi in manu habeant verbum Christi, quod prædicant. Ideo dicitur *Aggæi* 1. Et factum est verbum Domini in manu Aggæi. Sed heu multi hodie vendunt Christum tantum de ore, non de manu. Contra quos dicitur *Is.* 11. Idumæa, & Moab præceptum manus eorum, supple implebunt, & sic facient pacem. Proprium enim Prædicatorum est, esse pacificos. Juxta illud *Matth.* 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. *Bernar.* Memento non pacidicos, sed pacificos a Domino commendari. Vel Joseph ductus est in Ægyptum ab Ismaelitis, qui interpretantur exauditio Domini, quando Christus precibus sanctorum Patrum, & desideriis venit in carnem. *Is.* 41. Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt; lingua eorum siti aruit: ego Dominus exaudiam eos. [De manu Ismaelitarum,] quia Christus non solum ore prophetatus est, sed operibus assimilatus. *Os.* 12. In manibus Prophetarum assimilatus sum. *h* In cunctis prospere agens.] *Is.* 55. Non revertetur ad me vacuum, sed prosperabitur in his, ad quæ misi illud. *i* Habitabatque in domo] i. Synagoga, vel Ecclesia. *Luc.* 2. Nescitis, quia

Ps. 30. — Aliter.

in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse. *k* Qui optime, &c.] Pater noverat se esse cum filio, i. cognoscere faciebat, *sup.* 22. de Abraham: Nunc cognovi, quod timeas dominum, i. cognoscere feci. *l* Et omnia quæ gereret, ab eo dirigi.] Hoc est, quod legitur *Is.* 53. Voluntas Domini in manu ejus dirigetur. *o* Invenitque Joseph] *Is.* 43. Honorabilis factus es in oculis meis, & gloriosus; ego dilexi te, & dedi homines pro te.
p Et ministrabat ei.] *Matth.* 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. *q* Præpositus] *Matth.* 11. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. *r* Gubernabat] *Ps.* Ego autem constitutus sum ab eo rex super Sion montem sanctum ejus, idest, Ecclesiam scilicet. *f* Benedixitque Dominus domui Ægyptii] idest, Ecclesiæ, propter Christum. *Joan.* 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Hæc est optima benedictio, scil. posse fieri filium Dei. *t* Nec quicquam aliud noverat, nisi panem.] Panis, sive cibus Christi ostenditur *Joann.* 4. Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris

ꝏ mei, qui misit

Ps. 2. — B

Moraliter. Moraliter. *a* Igitur Joseph, &c.] Joseph quilibet justus ductus est in Ægyptum, quando seductus est in peccatum, & bene dicitur ductus est, non tractus, quia nemo invitus peccat. *Jo.* 10. Nemo potest eos rapere de manu patris mei. *b* Emitque eum Putiphar] Putiphar interpretatur inclinans ad discendum, & significat illum, qui se inclinavit in tantum, ut sederet in medio Sacerdotum interrogans eos. *Luc.* 2. Iste vir Putiphar emit justos pretio magno. 1. *Cor.* 6. Empti estis pretio magno. Hoc pertinet ad Prælatos, scil. emere peccatores, ut serviant Domino. Unde *infr.* 47. Eme nos in servitutem regiam, præbe semina. *f* De manu Ismaelitarum,] i. de potestate spirituum malignorum. *Prov.* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses: Et si dixeris: vires non suppetunt, qui inspector cordis est, ipse intelligit.
g Fuitque Dominus cum eo,] Hoc est, quod gratia Dei semper comitatur redemptos.
i Habitabatque in domo] Boni habitant in domo Domini, sed mali habitant in domo propria, idest, in carne sua, quia curam carnis faciunt in desideriis. *August.* Domus nostra deserta est, & unusquisque festinat in domum suam. *k* Qui optime noverat esse Dominum cum eo,] Christus novit, idest, noscere facit Deum esse cum bono Prælato, qui attente vigilat super gregem. Signum autem, quod Dominus sit cum Prælato, duplex est. Primum crementum boni in se, & in subditis. 1. *Reg.* 3. Crevit Samuel, & Dominus erat cum eo. Secundum robur in expugnatione hostium. *Josue* 1. Confortare, & esto robustus, noli metuere, quia tecum est Dominus Deus tuus. *n* Dirigi in manu illius.] Bene dici in manu, non in ore; melius enim docent, & dirigunt opera Prælatorum, quam verba. *Isa.* 45. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, &c. Et nota, quod dictum est, cujus apprehendi dexteram, non linguam.
o Invenitque Joseph] idest, bonus Prælatus, gratiam, quam subditi male vivendo amittunt. Invenit orando, prædicando, cordis munditiam conservando. *Prov.* 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum regem. *p* Et ministrabat ei,] non sibi, ut multi faciunt quærentes sua, non quæ Dei sunt. *Ezech.* 34. Væ pastoribus, qui pascunt seipsos. Et notatur in hoc, quod dicit, ministrabat ei, fidelis executio officii. *q* A quo præpositus] quasi non per se missus. Et in hoc notatur canonica electio. De his duobus dicitur *Matth.* 24. Quis putas est fidelis servus, & prudens? *Bern.* Qui non intravit per Christum, quid mirum si infideliter agat, & contra Christum? *f* Benedixit,] Ecclesiæ Christi benedixit Deus propter merita boni Prælati. *Ps.* 131. Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui. *u* Nisi panem, quo vescebatur.] Ecce quæ possunt, & debent sibi assumere Prælati

Rom. 13. — Phil. 2.

* de cura pastorali

Ω noverat quicquam aliud nisi panem, i. non congregabat sibi opes, nec aliquid retinebat, nihil congregabat nisi victum, & vestitum, quasi fidelis servus. Vel sic de Putiphare. Putiphar non noverat quicquam nisi panem, i. omnia dimiserat in custodia Joseph, & dispositione, supra quod non comedebat etiã nisi ea, quæ apposita sibi fuissent a Joseph. *b* Hujuscemodi verbis] Sic incentiva libidinum frequenter impediunt castitatem.

1 Reg. 16.

k Absque arbitris] i. nullo præsente cum eo tunc, quod raro faciebat Joseph. *l* Et illa apprehensa] quia solitudo sceleri opportuna videbatur.

vescebatur. *a* Erat autem Joseph pulchra facie, & *b* decorus aspectu. *c* Post multos itaque dies: *d* injecit *e* domina oculos suos in Joseph, & ait: *f* Dormi mecum. Qui *g* nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ uxor ejus es: Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? *b* Hujuscemodi verbis per singulos dies † loquebatur, & mulier molesta erat adolescenti & ille recusabat stuprum. Accidit *i* autem quadam die, ut intraret Joseph domum, & operis quippiam *k* absque arbitris faceret, & illa *l* apprehensa lacinia vestimenti ejus, diceret: *m* Dormi

Ω En introduxit
⊙ mei, qui misit me.

Myftice.

a Erat autem Joseph pulchra, &c.] Unde per David significatur, qui est manu fortis, & aspectu desiderabilis. *Ps.44.* Speciosus forma præ filiis hominum. *c* Post multos, &c.] Uxor Domini, Synagoga est, quæ vidit decorem virtutum in Christo, & invidit, & ait. *f* Dormi mecum,] i. consenti meis traditionibus, & observantiis. Sed Christus non acquiescens illicitæ doctrinæ Synagogæ, secundum quod dicitur *Is.1.* Calendas vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea. *l* Apprehensa lacinia, &c.] Per vestem corporis apprehensus, carne se exuit, & sic liber in cœlum ascendit.

Moraliter.

* de cura pastorali solum panem, i. sola necessaria, quia, ut dicit *Bern.* Res pauperum sunt res Ecclesiarum, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicquid dispensatores earum sibi accipiunt præter victum necessarium, & vestitum. *a* Erat autem Joseph pulchra facie,] i. in conscientia. *b* Decorus aspectu,] i. in conversatione exteriori, quæ aspici potest. Hæc duo requiruntur in omni Prælato. *Is.52.* Lavamini, mundi estote, qui fertis vasa Domini. *Cant.2.* Vox tua dulcis, & facies tua decora. *c* Post multos] Quanto pulchrior est Prælatus, aut quilibet justus, intus, & foris, tanto uxor domini sui, i. inanis gloria nititur corrumpere ipsum: Et multos corrumpit, ut patet de Herode, cui dicitur *Marc. 6.* Non licet tibi habere uxorem fratris tui. [Post multos itaque dies, idest, post multa bona opera.
e Domina] idest, inanis gloria.
d Injecit oculos] sicut basiliscus: De quo dicitur, si prius videatur; occiditur, si prius videat, occidit. Sic inanis gloria, si prius videatur; occiditur, si prius videat, occidit. Primo videtur ab inani gloria, qui ideo facit opera, ut ab hominibus videantur. Ideo dicit Dominus. *Matth.6.* Cavete, ne faciatis justitiam vestram, ut videamini ab hominibus. Ille primo videt, qui intentionem operis totam ad Deum fert. *f* Dormi mecum.] Inanis gloria vult, ut boni sibi commisceantur; sed non debet tangi gloria in præsenti. sed in futuro secure poterit amplexari. Satiabor inquit David, cum apparuerit gloria tua. Unde ut dicit *Bern.* verbum gloriæ est, quod dicitur *Jo.20.* Noli me tangere, in præsenti, scil. nondum enim ascendi ad patrem meum, q.d. postea tanges.

Ps. 16.

g Qui nequaquam acquiescens] Nefarium est gloriam quærere in præsenti, quia hic soli Deo debetur. *Is. 48.* Gloriam meam alteri non dabo. Igitur, qui gloriam quærit hic, alienum usurpat, & quod Domini est, injuste sibi vindicat *Bern.* Golia prostrato, solus David gloriam tulit, alii utilitatem. Unde *Is. 63.* Torcular calcavi solus. Et *Bern.* Quid mihi cum victoria, si nec in prælio fui? Nota, gloria non dabitur, nisi finito bello. Sed dum vivimus, sumus in bello, quia vita hominis militia est super terram. *Job 7.* Quare bene dicit: Gloriam meam alteri non dabo, hic scil. Et *Bern.* Quid ergo dabis nobis, Domine? Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, q.d. Mihi servo gloriam victoriæ, sed vobis do fructum victoriæ, scil. pacem. Et ideo dicunt Angeli, nato Domino: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc.2.* Ideo Joseph, idest, bonus Prælatus, vel quilibet justus, servat uxorem suo domino illibatam, i. gloriam. *Bern.* Joseph cum omnia bona domini sui sibi tradita esse sciret, dominam

Joan 14.

non ignoravit exceptam. *Idem*: Fidelis famulus es, si de multa substantia domini, etsi non exeunte ex te, tamen transeunte per te, nihil tuis manibus contingas. *Idem*: Quis credat partui, si parturire se dicat domus radium Solis, quem recipit per fenestram? Uxor ergo Putipharis, idest, Christi gloria est, quæ jugiter impugnat bonos. Et hoc est, quod dicitur hic: [Hujuscemodi verbis, &c.]

al. non habet † loquebatur.

i Accidit autem, &c. ut intraret] Hic docet Joseph quid faciendum sit: Quando tentat inanis gloria exterius per laudes hominum, debet intrare domum suam, i. conscientiam, & ibi se judicare, juxta illud *Prov.18.* Justus in principio sermonis accusator est sui, & sic debet perficere opus suum, non dimittere. Hoc enim intendit diabolus, quando tentat per inanem gloriam, ut bonum impediat. *Aug.* Superbia bonis operibus insidiatur, ut pereant.

l Apprehensa lacinia] Lacinia est ora vestis, & significat finem boni operis. Vestis enim significat bonum opus, quia calefacit, ornat, operit ignominiam. *Job 37.* Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro? Domina ergo apprehendit laciniam vestis, quando inanis gloria occupat finem operis. Quandoque autem occupat principium. Unde *Thren.* 1. Facti sunt hostes ejus in capite. Quandoque medium. *Ps.* 141. In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Quandoque finem, ut hic. Et *Threnor.* 1. Sordes ejus in pedibus ejus. Diabolus si potest, libenter occupat principium, ut scilicet pro laude humana fiat bonum opus. Si non potest hoc diabolus, occupat medium, ut saltem in ipso opere glorietur homo. Si hoc non potest, quia non vult homo consentire gloriæ, saltem finem occupat, ut post factum glorietur homo. Unde sæpe diabolus reducit ad memoriam bona facta. Hoc est, quod *supra 3.* dicitur. Ipsa conteret caput tuum, tu autem insidiaberis calcaneo ejus. Ideo dicit *Ps.* 17. Tu illuminas lucernam meam, Domine, id est, bona mea reducis ante oculos meos vel faciendo ad laudem tuam, vel permittendo ad probationem meam. Deus meus illumina tenebras meas, & da mihi notitiam peccatorum meorum, quæ sine dubio valde humiliat, & vitat gloriam. *m* Dormi mecum.] Idem dixerat supra, quia justo viro nunquam desunt tentationes. Primo tentat inanis gloria palam per laudes hominum, quod Deus permittit ad probationem nostram. *Prov.27.* Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic homo ex ore laudantium. Valde enim purus est, qui non commovetur ad laudes hominum. *Greg.* Facile est laudem non quærere, sed difficillimum oblatam respuere. Post hanc tentationem tentat in occulto per ineptam lætitiam in corde. Utrumque enim, i. inanis gloria exterior, & inepta lætitia interior, vitio non caret. *Aug.10.Conf.* Cum ipso contemptu inanis gloriæ homo vanius gloriatur. *Bern.* Virtus est non ut magnum, sed operantem te magna nescias magnum, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. Igitur non solum hominibus placere periculosum est, sed & sibi placere periculosum est. *Job 31.* Si vidi Solem, i. bonum opus, cum fulgeret, aliis scil. & Lunam incedentem clare, i. famam ex opere exeuntem, hæc est de gloriatione exteriori. Si lætatum est cor meum in abscondito, si osculatus sum manum meam, quod est iniquitas maxima, & negatio contra Deum, hæc de inepta lætitia interiori. Igitur inanis gloria vestem justi apprehendit, quando ex bona operatione inepta lætitia surrepit. Hoc est, quod legitur *Act.28.* Quod dum Paulus colligeret sarmenta, ut faceret ignem, inde exiliens vipera adhæsit manui ejus, quam ipse excussit in ignem, & illæsus permansit. Sarmenta colligit, qui auctoritates sacræ Scripturæ congerit, vel bona opera facit, ut in aliis charitatem accendat. Hinc exit vipera, quia ex bono opere frequenter oritur inanis gloria, quæ manum, i. opus apprehendit, quam in ignem excutit, qui inaniter gloriantes æterno igne cruciandos

* accendit

mecum. Qui *a* relicto in manu illius pallio fugit, & *b* egressus est foras. *c* cumque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam: vocavit *d* homines domus suæ, & ait ad eos: En *e* introduxit *f* virum Hebræum, ut illuderet nobis. *g* Ingressus est ad me, ut † coiret mecum. Cumque ego succlamassem, & audisset vocem meam, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras. In argumentum ergo fidei, retentum pallium ostendit marito revertenti domum, & ait: Ingressus est ad me servus Hebręus, quem adduxisti, ut illuderet mihi. Cumque vidisset me clamare, reliquit pallium, & fugit foras: His *h* auditis dominus, nimium credulus verbis conjugis, iratus est valde, *i* tradiditque Joseph in carcerem, ubi vincti *k* regis custodiebantur, & *l* erat ibi clausus. *m* Fuit autem Dominus cum Joseph, & misertus est illius: deditque ei gratiam in conspectu *n* principis carceris. Qui *o* tradidit in manu ipsius universos vinctos, qui in custodia tenebantur, & quicquid fiebat sub ipso erat, nec noverat aliquid cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat.

C A P. XL.

HIS itaque *p* gestis, accidit, ut peccarent duo eunuchi *q* pincerna regis Ægypti, & *r* pistor domino suo. Iratusque est Pharao contra eos: Nam alter pincernis præerat, alter pistoribus: Et misit eos in carcerem pincipis militum, in quo erat vinctus, Joseph. At *s* custos carceris *t* tradidit eos Joseph, qui & *u* ministrabat eis. *x* Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in cu-

Ω *e* En introduxit.] Putiphar, scil. & non nominat eum more mulierum, quæ erubescunt nominare viros suos. *i* Tradiditque Joseph,] idest, innocentem ad pœnam nocentum.

Moraliter. * accendit. Vel qui ex charitate non propter laudem hominum opus suum perficit, tamen si ita fortiter adhæret operi inanis gloria, quod absque illa fieri non possit, dimittendum est opus, si non sit tale, quod teneatur ad illud. Et hoc est, quod sequitur. *a* Qui relicto in manu illius pallio, &c.] Et hoc est, quod dicitur *Matth.* 18. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te. *b* Egressus est foras.] Per hoc docemur bene vitare inanem gloriam, ut scil. cum post bona opera tentamur de inani gloria, egrediamur foras, idest, bona quæ fecimus, non a nobis, sed aliunde esse attendamus. 1. *Cor.* 4. Quid habes quod non accepisti; si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *Is.* 10. Num gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Vel foras egreditur, qui egressum suum, idest, mortem jugiter meditatur: Et per hoc maxime vitatur inanis gloria. *Eccl.* 41. O mors, quam amara est memoria tua homini injusto.

al. † *dormiret.*

c Cumque vidisset, &c.] Hoc est, quod diabolus contemptus, majores suscitat tentationes, & persecutiones per se, & suos, secundum quod dicitur: Phara contemptus surgit in scandala. Hoc est, quod legitur *Judith.* 2. Vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ, & dixit ei: Egredere adversus omne regnum Occidentis, & contra eos præcipue, qui contempserint imperium meum. *d* Homines domus suæ,] Familiares inanis gloriæ sunt dæmones, qui per superbiam corruerunt. *f* Virum Hebræum, ut illuderet,] Vir Hebræus, idest, transitor, illudit inani gloriæ, quia ut dicit *Hieron. in prologo super Bibliam*: Facile contemnit omnia, qui se cogitat moriturum. Item *in prologo super Josue*. Festinantes in patriam debent mortiferos Sirenarum cantus surda aure transire. *g* Ingressus est ad me, ut coiret mecum.] Hoc est, quod dæmones, quando non possunt de veris criminibus accusare, falsa objiciunt, & confingunt. *Job* 1. Frustra Job timet Deum, quasi non propter bona sibi data diligit? Et ita nititur diabolus ostendere, quod ubicumque est bonum opus, peccatum est ex intentione operantis. Et ideo diabolus, quia tam de veris, quam de falsis accusat, dicitur Accusator, *Apoc.* 12. *h* His auditis Dominus,] idest, Christus iratus est valde, quia ad falsam accusationem aliquando tanquam iratus exponit innocentem tribulationibus. *Job* 19. Sic me habuit quasi hostem suum. *i* Tradiditque Joseph,] i. justum, & innocentem exponit tribulationibus. *k* Ubi vincti regis custodiebantur,] in carcere tribulationis sunt vincti Christi, idest, Sancti propter Deum tribulationes sustinent in hoc mundo. Quod significatur, *Daniel.* 3. per tres pueros positos in fornace ardenti. Diabolus vero habet vinctos suos in carcere peccati. De vinctis Christi dicitur *Job* 24. Animæ † vinculatorum clamabunt, & Deus injustum abire non patietur; Deus enim vinctos suos non despexit. De vinctis diaboli, *Is.* 52. Solve vincula colli tui, captiva filia Sion. *l* Et erat ibi clausus.] *Job* 16. Clausit me Dominus apud iniquum. *m* Fuit autem] Hoc est quod dicitur in *Ps.* 90. Cum ipso sum in tribulatione.

al. † *in fin.* — *al.* † *vulneratorum.*

n Principis carceris.] idest, ipsius Christi, qui est princeps tribulationis, quia relaxat eam, quando vult. Unde *Interl.* In conspectu principis, i. sui, sine cujus nutu, nec puniuntur mali, nec coronantur boni. *o* Qui tradidit, &c.] Hoc est, quod Dominus propter Sanctos sæpe † vinctos liberat. Unde *Act.* 27. propter Paulum vinctum liberantur omnes, qui cum eo erant in navi.

al. † *necentes.*

E X P O S I T I O
CAP. X L.

HIS itaque *p* gestis accidit, ut peccarent, &c. Nam alter pincernis] Construe sic: Iratus est Pharao contra eos. Nec minum, quia officium habebant, in quo de facili poterant offendere ipsum, vel sic: Peccaverunt pincerna, & pistor, & bene appellat eos sic. Nam alter, & juxta interpretationem, & juxta eventum sibi in proximo futurum, quia somnium unius signum fuit suspendii ejus, somnium alterius liberationis ejus.

A

Ω *i* Coram me

Mystice. *p* His itaque gestis, &c.] Joseph in carcere, Christus in mundo & in carne: Duo eunuchi, boni, & mali. Uni, idest, bonis prædicit Christus liberationem; alteri, idest, malis prædicit damnationem, *Osee* 13. Ero mors tua, o mors, &c. Joseph. sine culpa missus est in carcerem, & Christus sine peccato venit in carcerem nostræ miseriæ.

q Pincerna,] Gentilis populus, qui propinavit Christo,

Vinum { Compunctionis. *Cant.* 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi. Cyprus enim interpretatur mœror. Boni operis. *Cant.* 8. Dabo tibi poculum ex vino condito, i. ex bono opere virtutum. Dilectionis, sive martyrii. *Ibid.* Et mustum malorum granatorum, &c.

r Pistor] Judaicus populus, qui dicit *Jer.* 11. Mittamus lignum in panem ejus. Duo eunuchi peccaverunt Domino suo, quia uterque populus peccavit Christo, in Adam, & in se. *Rom.* 3. Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. Duo eunuchi missi sunt in carcerem, quando Adam ejectus est de Paradiso, Joseph cum duobus eunuchis vinctus est in carcere, Christus cum duobus latronibus affixus in cruce. *s* At custos carceris,] i. pater. *Is.* 21. Custos quid de nocte, &c. *t* Tradidit eos Joseph,] i. Christo. *Ps.* 2. Postula a me, & dabo tibi gentes, &c. *u* Qui & ministrabat.] *Rom.* 11. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum. *Matth.* 20. Non veni ministrari, sed ministrare. *x* Aliquantulum temporis] Longum fuit tempus, quo tenti sunt duo populi in carcere inferni, a peccato Adam, scil. usque ad mortem Christi, & tamen dicitur aliquantulum respectu æternitatis. *Aug.* Breve est, quicquid habet terminum.

⊙ *a* Videruntque ambo.

Moraliter. *p* His itaque gestis, &c.] Joseph incarceratus sine culpa sua significat innocentes. Pincerna, qui peccavit, sed postea liberatur, significat pœnitentes. Pistor, qui peccavit, & suspenditur, significat impœnitentes mortuos in peccatis. Ex duobus primis, i. innocentibus, & pœnitentibus constat Ecclesia. De pœnitentibus *Matth.* 12. Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. De innocentibus ibidem, Regina Austri surgent in judicio. Ista enim non legitur peccasse, & ideo significat innocentes. Unde recte dicitur regina austri, quia

n i Coram me vitem] *Hier.* Ecce vitis in conspectu meo, & in vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos, tria flagella, & tres ramos sive propagines. Hebræus sermo significat, quia ab illis Syriachim vocantur. Alii dicunt tres fundi, i. tres oculi, unde funduntur palmites. Alii ponunt tria flagella. Tu autem fundos, propagines, oculos, gemmas accipe pro eodem. o Hæc est interpretatio somnii.] *Eccl.* 5. Ubi multa somnia.

stodia tenebantur. a Videruntque ambo somnium b nocte una, juxta interpretationem congruam sibi. Ad quos cum c introisset Joseph mane, & d vidisset eos tristes, sciscitatus est dicens: e Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui responderunt: Somnium vidimus, & non est, qui interpretatur nobis. Dixitque ad eos Joseph: f Nunquid non Dei est interpretatio? g Referte mihi quid videritis. h Narravit prior præpositus pincernarum somnium suum: Videbam i coram me vitem in qua erant k tres propagines crescere paulatim in gemmas, & post flores uvas maturescere, l calicemque Pharaonis in manu mea. m Tuli ergo uvas & expressi in calicem, quem tenebam, & n tradidi poculum Pharaoni. Respondit Joseph: Hæc est o interpretatio somnii: Tres propagines, tres p adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao † ministerii tui, & q restituet te in gradum pristinum, dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut facere ante consueveras. Tantum r memento mei cum bene tibi fuerit:

B

Ω sunt, &

Mystice.

O a Videruntque ambo] Somnium Judaici populi remordens conscientia, somnium gentilis, prælibatio futurorum. Joseph interpretatus est somnia, & Christus exposuit præsagia futurorum, quæ in lege mystice continebantur. *Luc.* 4. Multæ viduæ erant in Israel, & ad nullam earum missus est Elias, nisi ad mulierem viduam in Sarepta Sidoniorum. b Nocte una,] De qua *Sap.* 18. Dum secretum silentium continerent omnia, &c. c Ad quos cum introisset Joseph mane, &c.] i. tempore gratiæ, quo Christus venit in carnem. d Et vidisset eos tristes,] Tristes erant super hoc, quod non inveniebant, qui exponerent eis somnium. Hoc idem legitur *Act.* 8. Putasne intelligis, quæ legis? dixit Philippus eunucho. Qui ait: Quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? e Cur tristior est hodie] Judæi valde tristes fuerunt tempore gratiæ de promissione Ecclesiæ. Et hoc est quod *sup.* 31. legitur: Non erat facies Laban cum Jacob sicut heri, & nudiustertius. f Numquid non, &c.] Hoc est, quod filius totum patri attribuit, a quo habet totum, etiam quod est. *Jo.* 5. Non potest filius a se quicquam facere, nisi quod viderit patrem facientem.

3. Reg. 17.

Is. 61.

g Referte mihi] Judæi retulerunt somnium exponendum, quando oblatus est ei liber Isaiæ *Luc.* 4. Et legit in eo Spiritus Domini super me, ut prædicarem annum Domini acceptum, quoad gentium reconciliationem: Ecce expositio somnii pincernæ. Et diem retributionis quoad Judæorum reprobationem: Ecce expositio somnii pistoris. h Narravit prior] Hoc est quod gentilis populus præoccupavit salutem. *Jo.* 20. Joannes præcucurrit citius Petro. i Videbam coram me vitem] Vitis Christus est. *Jo.* 15. Ego sum vitis vera. Hanc vidit gentilis ad fidem conversus. *Matth.* 2. Magi viderunt stellam in Oriente coram se, quasi ad imitandum, sed Judæus supra se, quasi onus, a quo opprimebatur. Unde pistor super caput videt tria canistra. Hoc est quod legitur *Num.* 13. quod duo viri ferunt botrum in vecte, i. duo populi Christum in cruce. Judæus qui præcedit fert, quod non videt; gentilis, qui sequitur, videt, & fruitur eo, quod fert. *Rom.* 10. Inventus sum a non quærentibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant. k Tres propagines] tres fidelium ordines, scil. Noe, Daniel, & Job. *Ezech.* 10. Et sicut palmes non potest fructum facere, nisi manserit in vite, sic fideles non possunt opera bona facere, nisi manserint in Christi dilectione. Uvæ, quæ nascuntur ex propaginibus, viri justi, qui ad exemplum Sanctorum conversantur, qui germinant per bonum propositum, florent in opere, maturescunt in vitæ perfectione, effunduntur in calicem Pharaonis, quando propter Christi fidem sanguinem suum fundunt. l Calicemque Pharaonis, &c.] Calicem in manu habet, qui Christi passionem habet in opere. *Cant.* 5. Manus meæ distillaverunt myrrham. *Jer.* 25. Sume calicem vini furoris hujus de manu mea.

Is. 65.

Joan. 15.

m Tuli ergo uvas, & expressi in calicem,] Pincerna, i. gentilis populus, uvas expressit in calicem Pharaonis, quando se pro Christo morti exposuit. n Et tradidi poculum Pharaoni.] i. gaudium Deo. Deus quasi jucundatur, & gaudet de pœnis justorum in præsenti. *Job* 9. Et non de pœnis innocentum rideat. Christus sanguinem martyrum expressit in calicem Pharaonis, i. tyrannorum, ut alios animaret ad prælium, 1. *Mach.* 6. Ostenderunt elephantis sanguinem uvæ, & mori ad acuendos eos in prælium. Vel poculum Pharaonis est vinum dilectionis Domini. Tunc in calicem uvas exprimimus, quando per memoriam passionis Christi dilectione afficimur. p Tres adhuc dies] Tria tempora ante legem, sub lege, sub gratia. Tertio die, i. tempore gratiæ, Judæus reprobatus est, & gentilis electus. Vel tres dies, sunt tres dies, passionis, sepulturæ, resurrectionis. Vel tres dies sunt dies vitæ præsentis, dies mortis, dies extremi examinis: in hac restituet Deus pincernam, & pistorem suspendet. q Restituet te, &c.] i. innocentiæ, quam habuit in Adam ante peccatum. *Job* 33. Deprecabitur Deum, & placabilis erit ei. r Tantum memento, &c.] Vox Christi est ad quemlibet. Nihil enim ita oblivionem Domini facit sicut opulentia. *Deut.* 6. Cum dederit tibi Dominus Deus terram, cave, ne obliviscaris Domini Dei tui. *Amos* 6. Væ, qui opulenti estis in Sion. Et post: Nihil compatiebantur super contritione Joseph.

C

al. † magisterii.

O a Facies mecum.

Moraliter.

* tales austro, i. Spiritu sancto reguntur: De tertius, scil. de impœnitentibus. *Apoc.* 8. Et facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, ex afflictione. Omnes enim sunt in afflictione, & miseria, & innocentes, & pœnitentes, & impœnitentes, sed tertia pars mortua est. Pincerna, qui peccaverat, primum eductus est de carcere, quam Joseph innocens. Hoc est quod aliquando pœnitentia præponderat innocentiæ, & efficacior est ad gloriam obtinendam. *Matth.* 18. Amen dico vobis, quia gaudebit super eam magis, quam super 99 quæ non erraverunt. *Joan.* 20. Joannes præcucurrit citius Petro, sed Petrus prior intravit, qui tamen negaverat Dominum.

a Videruntque ambo somnium, &c.] Duo somniant, i. boni, & mali in carcere hujus vitæ. Mali somniant vanam, & transitoriam felicitatem. Bonorum somnium est afflictio temporalis, quam propter Deum sustinent, quæ cito transit, & evanescit, ut somnium, quæ in veritate non est afflictio, sed umbra, vel somnium afflictionis. E contra prosperitas temporalis in veritate non est prosperitas, sed somnium, vel umbra vanæ prosperitatis. Unde bene dicitur *Eccl.* 11. Vanitatis arguentur præterita. Exprimere uvas in calice, est per memoriam passionis Christi corpus affligere. Hoc autem quod ambo post somnia tristes fuerunt, significat, quod malos contristat remorsus conscientiæ, bonos vero contristat consideratio propriæ vitæ, quia nescit quantumcumque bonus, an amore, vel odio dignus sit, ut dicitur *Eccl.* 9. Interpretatur somnium bonorum, quando datur ei spiritus, qui dicit in corde, quod filii Dei sint. *Rom.* 8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Somnium malorum interpretatur, quando cogitant, quod cito finietur præsens prosperitas, & manebit calamitas in æternum. Unde 1. *Mach.* 6. Antiochus, quando decidit in lectum, dicit: In quantam tribulationem deveni, & in quantos fluctus tristitiæ. Hic habetur de tribus ministris Pharaonis, i. Putiphare, qui non peccavit; de pincerna, qui peccavit, sed liberatur, de pistore qui peccavit, & damnatur. Per hos designantur tres status hominum: Per primum claustrales, qui non peccant sequestrati a tumultu, & strepitu hujus mundi. Per secundum prælati, & doctores, quorum pedibus adhæret pulvis inanis gloriæ, & iracundiæ, vel cupiditatis aliquando. Sed quia propter Dei dilectionem, & proximi utilitatem hunc pulverem contrahunt, liberantur. Per tertium significantur illi, qui in mola sæculi versantur, ex quibus pauci salvantur, & cum difficultate. De hoc dicit *Bern.* Mare hujus mundi magnum, & spatiosum. Quidam transeunt ponte securitatis, scil. ut claustrales, qui securi quodammodo, & sine macula vadunt. Et de his potest dici: Beati immaculati in via, &c. Alii transeunt mare nave charitatis, scil. ut prælati, qui amore subditorum dolores sustinere, & labores officii pastoralis non fastidiunt, & isti minus securi sunt. Alii transeunt vado, ut illi qui in sæculo commorantur. Hi cum periculo transeunt. In vado enim sunt foveæ, & pericula multa, quæ non videntur: & ideo non caventur, & ideo multi periclitantur.

Ps. 118.

D

a facies mecum misericordiam, ut *b* suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere, quia *c* furto sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. *d* Videns pistorum magister, quod prudenter somnium dissolvisset, ait: Ego vidi somnium, quod haberem *e* tria canistra farinæ *f* super caput meum, & in uno canistro, quod erat excelsius portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria, *g* avesque comedere ex eo. Respondit Joseph: Hæc est interpretatio somnii. Tria canistra, *h* tres adhuc dies sunt, post quos *i* auferet Pharao caput tuum, ac *k* suspendet te in cruce, & *l* lacerabunt volucres carnes tuas. *m* Exinde dies tertius Natalitius † Pharaonis erat: Qui *n* faciens grande convivium pueris suis, *o* recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis, *p* restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret regi poculum, *q* alterum *r* suspendit in patibulo, *s* ut conjectoris veritas probaretur.

al. † Natalis.

sunt, & plurimæ levitates. *Eccl.* 34. Somnia extollunt imprudentes. Item eodem: Multos errare fecerunt somnia. *Lev.*19. Non observabitis somnia. Et *Cato*. Somnia ne cures, nam mens humana, quod optat, &c. Quid est ergo, quod Joseph exponit? Solut. Aliquando Dominus per somnia præostendit futura, sed nescit hoc aliquis nisi ex revelatione, & Joseph, & Daniel per revelationem videbant præsagia somniorum, & ideo exponebat, idest, revelationem sibi factam aliis enarrabant. Unde dicit Joseph hic: Nunquid non Dei est interpretatio?

b Ut suggeras Pharaoni,] Suggerere frequentius accipitur in malo, sed hic accipitur in bono, sicut *Jo.* 14. Et suggeret omnia vobis, &c. *e* Tria canistra,] *Hier.* Ubi in Latinis codicibus, tria canistra farinæ, in Græcis codrithon, tres cophinos farinæ, habetur in Hebræo. [Tria canistra farinæ,] idest, tria vasa, in quibus servatur, vel ponitur farina. Nec debet suppleri plena, quia in ipso textu patet non fuisse plena. *Joseph* dicit, duo canistra plena panibus, & tertium obsonio variisque cibis, qualia solent regibus ministrari: Est enim obsonium cibus delicatus: tamen obsonium proprie dicitur cibus post somnium pueris oblatus. Græcus habet, tria canistra codrithon, i. panum secundorum. Et bene patuit, quod in canistris etiam in supremo essent secundi, super quos panes primi, quibus vescebatur Pharao. *m* Exinde dies tertius] Pharao, & Herodes, dies nativitatis celebrant, quia ex hora nativitatis se Reges fuisse putaverunt.

In natalitio occiditur { Sedechias a Nabuchodonosor. 4. *Reg. ult.* / Joannes ab Herode. *Matth.* 14. / Judas ab Antiocho. 1. *Mach.* 16. / Pistor a Pharaone, ut hic.

p Restituitque alterum, scilicet: Qui calicem Domini accepit, liberari meruit.

q Alterum suspendit] Qui in panem Domini lignum misit, per lignum periit.

s Ut conjecturis veritas probaretur.] Istud, ut, non est causale, sed consecutivum: Et est sensus: Sic factum est, & ita veritas conjectoris comprobata est.

Mystice. O *a* Facies mecum.] *Matth.* 25. Quandiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

c Furto sublatus] Membra Christi furto sublata sunt, quia peccato primi parentis infecta tenentur captiva in carcere præsentis miseriæ. *d* Videns pistorum magister,] Primo exposuit Joseph somnium pincernæ in bonum, & postea somnium pistoris in malum: Hoc est, quod Dominus *Matth.*25. Primo dicit bonis: Venite benedicti patris mei, &c. deinde dicit malis: Discedite a me maledicti in ignem æternum. *e* Tria canistra farinæ, tria peccata generalia intelliguntur. Per farinam, subtiles adinventiones in peccatis. *Jer.* 17. Pravum est cor hominis, & inscrutabile. Canistrum excelsius, superbia, quæ sub se continet omnia alia peccata. *Eccl.*10. Initium omnis mali superbia. Nec est contrarium, quod dicitur 1. *Tim.* 6. Radix omnium malorum cupiditas. Hæc enim radix est, sed illa initium omnium malorum. Et hoc est, quod dicitur hic, quod in canistro superiori erant omnes cibi, i. omnia peccata, quæ fiunt arte pistoria, idest, diabolica suggestione, in pistrino propriæ voluntatis, de farina novarum adinventionum, & ex aqua concupiscentiarum. *g* Avesque comedere] i. dæmones, qui superbia delectantur, & reficiuntur. *Is.*34. Dæmonia occurrent onocentauris, i. superbis. Quod exponit *Bernar.* Maligni spiritus illis ad votum deserviunt, quos unde flere debuerant, gloriari conspiciunt. *Job* 40. Huic montes herbas ferunt. *f* Super caput meum,] Mali ferunt super caput onera sua, quia ab eis opprimuntur. *Prov.* 11. Qui investigator est malorum, opprimetur ab eis. Item quod supra caput portatur, non videtur a portante, sic mali gravantur ab oneribus suis, nec in eis aliquatenus delectantur: Boni e converso non in capite, sed in pectore portant onera sua, & vident, quæ portant, & delectantur in eis. *Cant.* 1. Fasciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, q.d. Video, quod porto, & odoro. *h* Tres adhuc dies] Hoc expositum est.

i Auferet Pharao caput tuum,] Caput ablatum est Judæis, quando Christum amiserunt. *Matth.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei.

k Suspendet te in cruce,] Hoc est, quod mali tertio die, idest, die judicii suspendentur in patibulo infernali. *Josue* 8. legitur, quod ipse suspendit Regem Hai in ligno gemino. Hai interpretatur vita vallium, & significat illos, qui in valle vitiorum vivunt, & nunquam ascendunt in montem virtutum. Rex Hai diabolus, qui suspensus est in lignum geminum, idest, in Cruce Christi: Crux enim Christi dicitur lignum geminum, quia ibi Christus & diabolus, boni & mali crucifixi sunt, quod significatum est per duos latrones, unum a dextris, alium a sinistris, quia & boni patiuntur & mali, sed boni salubriter, mali vero ad cumulum damnationis. De cruce bonorum. *Galat.*5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. De malis. *Sap.* 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles.

l Lacerabunt] Dæmones in futuro lacerabunt malos per diversa tormenta: Hic etiam lacerant per diversa peccata. *Ezech.*39. Feris, avibus, omnique volatili cœli, & bestiis terræ dedit te ad devorandum. Hoc de præsenti laceratione potest intelligi. Et etiam illud *Deut.* 32. Dentes bestiarum immittam in eos, & devorabunt eos aves morsu amarissimo. De futura dicitur. *Apoc.*19. Vidi unum Angelum stantem in Sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus, quæ volabant per medium cœli. Venite, & congregamini ad cœnam Dei magnam, ut manducetis carnes Regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & sedentium in ipsis, & carnes omnium, liberorum, & servorum, & pusillorum, & magistrorum. Et nota, quod dicitur, ut manducetis carnes. Mali enim hic impinguant carnem, ut latius a diabolo manducentur, sed boni hic crucifigunt carnem suam, & ideo non erit idonea ad manducandum, sed potius ad glorificandum. Crux enim scala est, per quam ascenditur ad gloriam. *Luc.e ult.* Oportuit enim Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Crux præsens, scala est ad gloriam, & e converso præsens gloria, scala est ad crucem æternam. *Is.*47. Sed, & tace, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non vocaberis ultra domina regnorum.

m Exinde dies, &c.] Dies Natalitius Pharaonis, dies extremi examinis, quando Christus renascetur in membris suis. Illa dies pistori, i. malis, malis erit dies mœstitiæ, sed pincernæ, i. bonis erit dies lætitiæ. *Soph.* 1. Juxta est dies Domini magnus, juxta est, & velox nimis. *n* Qui faciens, &c.] Et Christus tunc faciet pueris suis, i. qui pure, & humiliter servierunt grande convivium. *Luc.* 14. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos *Esther* 2. Rex Assuerus fecit grande convivium principibus suis, & juxta magnificentiam principibus munera largitus est.

o Recordatus est inter &c.] Hoc est, quod Christus in futuro recordabitur efficaciter tam bonorum, quam malorum, modo vero dissimulat dominus, permittens malos sublimari, & bonos affligi. *Habac.* 1. Quare non respicis super iniqua agentes, & taces impio conculcante justiorem se.

q Alterum,] idest, Judæum, vel quemlibet malum.

r Suspendit] Et merito, quia ipse Christum suspendit: Et sic dicitur *Sap.* 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

s Ut conjectoris veritas probaretur.] Post diem judicii, malis in infernum detrusis; & bonis in gloria sublimatis;

O tunc apparebit

Mystice. ✪ Tunc apparebit veritas comminationis, & promissionis Domini. *Prov.* 1. Proferam vobis spiritum meum, & ostendam verba, &c. *a* Et tamen succedentibus prosperis,] Ecclesia de gentibus de carcere peccatorum educta, tempore afflictionis, & persecutionis strenuissime Domino servivit: nunc autem in prosperitate temporalium dives effecta, oblita est Domini creatoris, & liberatoris sui: Utinam nunquam fuisset pecunia ista; *Tob.* 5. Christus ideo semper fuit pauper, ut hoc signo cognoscerentur milites sui. *Luc.* 2. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum. *Bern.* Hoc est signum tuum, Domine Jesu. Sed signo tuo hodie a multis contradicitur, omnes enim fugiunt Christum pauperem. Unde conqueritur per *Jer.* 2. Quid invenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongaverunt a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt?

Et tamen *a* succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

C A P. X L I.

POST *b* duos annos vidit Pharao somnium. *c* Putabat se stare *d* super fluvium, de quo ascendebant *e* septem boves pulchræ, & crassæ nimis, & *f* pascebantur in locis palustribus. Aliæ *g* quoque septem *h* emergebant de flumine *i* fœdæ, *k* confectæque macie, & *l* pascebantur in ipsa amnis ripa in *m* locis virentibus, *n* devoraveruntque eas, quarum mira species, & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rursum † dormivit, & vidit *o* alterum somnium. *p* Septem spicæ pullulabant in *q* culmo uno, *r* plenæ, atque formosæ, aliæ quoque totidem spicæ *s* tenues, & percussæ *t* uredine oriebantur, devorantes omnem priorum pulchritudinem, *u* Evigilans Pharao post quietem, & *x* facto mane pavore perterritus, misit *y* ad Conjectores Ægypti, cunctosque Sapientes. Et

al. † obdormivit.

E X P O S I T I O C A P. X L I.

POST *b* duos annos vidit Pharao somnium.] Prosequitur Moyses modum exaltationis Joseph. Dominus enim somnium Pharaonis procuravit, ut Joseph per ejus interpretationem de carcere eductus sublimaretur.

d Super fluvium,] idest, juxta fluvium: Sicut illud: Qui firmavit terram super aquas, idest, juxta aquas. (*Ps.* 135.)

k Confectæque macie,] idest, nulli nutrimento aptæ.

o Et vidit alterum somnium.] *Interl.* Geminatio somnii, confirmatio est præsagii.

s Tenues,] sine grano.

t Uredine,] idest, vento urenti.

y Ad conjectores,] idest, interpretes somniorum.

✪ *a* Nec

Mystice. ✪ Mystice. *b* Post duos annos, &c.] Somnium Pharaonis consilium Dei Patris, & ita somnium non in vanitate, sed in veritate. Duo anni tempus ante legem, tempus sub lege. Post illa duo tempora, scil. tempore gratiæ, vidit Pharao somnium, idest, innotuit Dei patris consilium, quod habuit ab æterno de mittendo filio. Unde *Is.* 9. dicitur filius, Angelus consilii.

c Putabat se stare super fluvium,] In verbo standi notatur divinitas. Unde *Job* 4. stetit quidam, cujus non agnoscebam vultum. In transitu fluvii notatur humanitas. Christus enim per humanitatem transiit, secundum divinitatem stetit. *Luc.* 18. Stans autem Jesus jussit cæcum adduci ad se. *Gloss.* Stans curat, transiens audit, & miseretur. q. d. Secundum quod Deus, curat; secundum quod homo, audit, & compatitur.

e Septem boves pulchræ,] septem dona Spiritus sancti. *Is.* 4. In die illa apprehendent septem mulieres virum unum. Et dicuntur pulchræ, quia decorant animam. *Job* 26. Spiritus ejus ornavit cœlos, idest, animas cœlestes. Crassæ dicuntur, quia impinguant animam pinguedine virtutum. De qua *Jer.* 31. Inebriabo animas sacerdotum pinguedine, &c. *Ps.* 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. *Aliter.* Item in bobus intelligitur labor & tolerantia: In pulchritudine, decor bonorum operum: In crassitudine, interna devotio. Amarus enim esset labor operis, nisi adesset pinguedo devotionis. Boves igitur ascendebant de fluvio, idest, dona de homine Christo, *Is.* 11. Et flos de radice ejus ascendet. Et statim enumerat septem dona.

f Pascebantur in locis palustribus.] i. in humilibus. *Is.* 66. Super quem requiescet spiritus meus, &c.

g Aliæ quoque septem] Sed criminalia, quæ decorem virtutum depascunt. *Matth.* 12. Et *Luc.* 11. Assumunt septem spiritus nequiores se. *h* Emergebant de flumine] i. de mundo, qui defluit more fluentis aquæ. Et dicuntur.

i Fœdæ,] quia fœdas faciunt animas. *k* Confectæque macie,] quia omnem pinguedinem virtutum absorbent.

l Et pascebantur in ipsa amnis ripa] i. in abundantia temporali, quæ induit, & nutrit vitia. *Eccl.* 43. Super omnem congregationem requiescet, & quasi lorica induet se aquis. *m* In locis virentibus,] i. in tenellis, & infirmis mentibus. *Job* 40. Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. *n* Devoraveruntque] Hoc maxime fiet in fine, quia in novissimis temporibus erunt homines seipsos amantes, ut dicitur. 2. *Tim.* 3. *p* Septem spicæ] abundantia prædicationis fidei, quæ fuit in primitiva Ecclesia. *q* In culmo uno,] in eodem spiritu. *r* Plenæ, atque formosæ] quia prædicatio fidei implet animas ex operibus bonis, vel informat in fide. *s* Spicæ tenues,] verbi Dei fames, quæ maxime erit in fine. *Amos* 8. Ecce dies venient, dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Et sonat hic fames in defectum, non in desiderium. Vel, [Spicæ tenues,] prædicatio folia habens sine fructu.

t Percussæ uredine] i. amore inanis gloriæ. *Os.* 9. Percussus est Ephraim, idest, prædicator, radix ejus, idest, intentio exsiccata est, a vento, scil. inanis gloriæ. Primo, devorantur boves pingues, idest, virtutes, postea spicæ, i. prædicatio, & sic perit fides. *Aliter.* Vel boves pingues, divites sæculares; boves macilentæ, pauperes prædicatores, qui devorant pingues, quando faciunt relinquere divitias multas, & assumere paupertatem. Utræque boves de flumine exeunt, idest, de mundo. *Jo.* 15. Elegi vos de mundo. Pingues boves dicuntur pulchræ, exteriori pulchritudine: De qua *Job* 18. Devoret pulchritudinem cutis ejus, & consumat brachia ejus primogenita mors. De pinguedine eorumdem dicitur *Job* 15. Operuit faciem eis crassitudo, & de lateribus ejus arvina dependet. Aliæ septem boves, dicuntur fœdæ, quia pauperes propter Deum viles, & abjecti reputantur a mundo, & filiis ejus. 1. *Cor.* 4. Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc. Nec mirum, quia ipsum Dominum, qui pater est pauperum, vilissimum putaverunt. *Is.* 53. Quasi absconditus vultus ejus, & despectus. Istæ pascuntur in ripa fluminis, idest, sacræ Scripturæ. De quo dicitur: Fluminus impetus lætificat civitatem Dei. Et alibi: Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, &c. (*Ps.* 45. *Ps.* 1.) Et in locis virentibus, idest, in cœlestibus, quæ tota die meditantur. *Job* 39. dicitur de onagro: Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit. Septem spicæ tenues, sterilitas temporalis. De qua *Jer.* 48. Sterilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requievit in fæcibus suis. In culmo uno, idest, in uno desiderio. Septem spicæ tenues, sancti paupertate angustiati. Percussæ uredine, idest, afflicti tribulatione. Et de his tribus dicitur *Hebr.* 11. Egentes, angustiati, afflicti. De vento urente dicitur *Osee* 13. Adducet Dominus ventum urentem de deserto ascendentem. Ventus urens de deserto ascendens; Christus de utero Virginis procedens. Hoc vento uruntur, & percutiuntur, qui propter Christum divitias mundi, & delicias carnis deponunt, & abjiciunt, pauperes, & afflicti, pauperem Christum, & afflictum sequentes. *Is.* 20. Sicut ambulavit Isaias servus meus nudus, & discalceatus, signum, & portentum erit super Ægyptum. *Cant.* 5. Tulerunt pallium meum custodes murorum, idest, prædicatores, quia ipsi prius abjecerunt pallium temporalium a se: Nunc autem temporis neminem spoliamus pallio, quia nos pallium retinemus, imo pallium super pallium volumus habere.

u Evigilans Pharao] idest, Deus pater misertus generis humani.

x Facto mane] idest, tempore gratiæ occurrente.

y Misit Pharao ad Conjectores,] idest, Deus pater vocavit Philosophos, & Sapientes ad interpretationem consilii sui, quod in littera legis clausum erat.

✪ *a* Nec

accerſitis, narravit ſomnium, *a* nec erat, qui interpretaretur. *b* Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait: *c* Confiteor peccatum meum: *d* Iratus rex ſervis ſuis, me, & magiſtrum piſtorum retrudi juſſit in carcerem principis militum, ubi una nocte uterque vidimus ſomnium, præſagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, ejuſdem ducis militum famulus, cui narrantes ſomnium, audivimus quicquid poſtea rei probavit eventus. Ego enim redditus ſum officio meo, & ille ſuſpenſus eſt in cruce: *e* Protinus ad regis imperium eductum de carcere *f* Joſeph totonderunt, ac *g* veſte mutata obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi ſomnia, nec eſt, qui ediſſerat, *h* quæ audivi te prudentiſſime conjicere. Reſpondit Joſeph: Abſque *i* me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. Narravit ergo Pharao, quod viderat: *k* Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis, & *l* ſeptem boves de amne conſcendere pulchras nimis, & *m* obeſis carnibus, quæ in paſtu paludis vireta carpebant. Et ecce has ſequebantur aliæ *n* ſeptem boves, in tantum deformes, & macilentæ, ut *o* nunquam tales in terra Ægypti viderim. Quæ devoratis, & conſumptis prioribus, nullum ſaturitati *p* dedere veſtigium, ſed ſimili macie, & ſqualore torpebant. Evigilans rurſum ſopore depreſſus, vidi ſomnium. *q* Septem ſpicæ pullulabant in culmo uno, plenæ, atque pulcherrimæ: Aliæ quoque ſeptem *r* tenues, & percuſſæ *ſ* uredine oriebantur *t* e ſtipula, quæ priorum pulchritudinem devorarunt. Narravi conjectoribus ſomnium, & nemo eſt, qui ediſſerat. Reſpondit Joſeph: *u* Somnium Regis unum eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. Septem boves pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem ubertatis anni ſunt, eamdemque vim ſomnii † comprehendunt. *x* Septem quoque boves tenues, atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento urente percuſſæ, ſeptem anni ſunt venturæ famis, qui hoc ordine complebuntur. Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ

al. † comprehendentur.

C

O *a* Nec erat, qui interpretaretur.] Simile *Dan.* 2. de ſomnio Nabuchodoſor.

b Reminiſcens pincernarum magiſter,] Occaſione ſomnii Pharaonis, recordatus eſt pincerna interpretis ſui.

d Iratus rex] De rege loquitur pincerna in tertia perſona, licet ad ipſum ſermonem faceret.

f Joſeph totonderunt,] Incarcerati, & exules ſolent eſſe intonſi.

g Ac veſte mutata] quia in ſordido habitu non licebat alicui aſſiſtere coram rege. *Eſther* 4. Non erat licitum ſacco indutum aulam regis intrare.

h Quæ audivi] Simplex relatio.

i Abſque me] id eſt, ſine mea auctoritate. Totum Deo attribuit Joſeph, & vitat arrogantiam.

m Et obeſis carnibus,] id eſt, rotundis, & plenis pinguedine. Vel obeſis, bene nutritis ob eſum.

p Dedere veſtigium,] id eſt, non apparuit in eis aliquod ſignum ſaturitatis.

q Septem ſpicæ pullulabant] Septem anni, qui in ſeptem ſpicis plenis, vel ſeptem vaccis pinguibus oſtenduntur, ſpiritualia dona ſignificant, quibus ubertas fidei larga pietate redundat. Septem vero ſteriles, & jejuni, veritatis & juſtitiæ famem in noviſſimo tempore.

ſ Uredine,] id eſt, vento urente.

u Somnium regis unum eſt:] id eſt, unum prætendit, id eſt, unum in ſignificatione, ſed duo in ſigno. *x* Septem quoque boves] Sic ſomnium interpretatur, ut & temporum eventui, & myſtico intellectui deſerviant.

Ω *a* Retro

Myſtice.

O *a* Nec erat, qui interpretaretur.] quia nullus ſapientum hujus mundi potuit deprehendere hoc conſilium Dei patris, quod poſt temporalem affluentiam ſequatur æterna † egeſtas. 1. *Cor.* 2. Loquimur Dei ſapientiam quæ eſt in myſterio abſcondita, quam prædeſtinavit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo principum hujus ſæculi cognovit. Hoc ſomnium, id eſt, hoc conſilium ſapientiæ ſuæ, narravit Deus pater antequam impleretur per oſtenſionem creaturarum, quarum magnitudo loquitur Dei potentiam, ſpecies & ordo ſapientiam, utilitas & permanentia bonitatem, ut innuitur. *Sap.* 15. His, qui non advertunt hoc conſilium Dei inſultat *Iſ.* 47. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum. Stent, & ſalvent te augures cœli, id eſt, ſapientes mundi. *Idem* 19. Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens.

al. † majeſtas.

b Tunc demum reminiſcens, &c.] Hoc eſt, quod gentilis populus videns deficere ſapientiam mundi, docuit recurrere ad ſapientiam Chriſti.

c Confiteor peccatum meum:] Hoc eſt, quod legitur *Act.* 19. Multi veniebant annunciantes actus ſuos. Pincerna recordatus, quomodo Joſeph expoſuit ſomnia ſua, ſcilicet, & piſtoris, gentilis populus recordatus quomodo Chriſtus prædixerat gentium vocationem, & Judæorum reprobationem, cum adhuc uterque eſſet in carcere peccati. Hoc eſt, quod dicitur 2. *Reg.* 5. Heri, & nudiuſtertius cum regnaret Saul, id eſt, diabolus ſuper nos, tu eras educens, & reducens nos.

e Protinus ad imperium regis educitur Joſeph de carcere] id eſt, Chriſtus ad nutum patris rediens ab inferis, reſurrexit a mortuis. *Pſ.* 56. Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara. Et reſpondet filius: Exurgam diluculo. Hic oſtenditur filius eſſe leo, qui ad rugitum patris vivificatur.

f Joſeph totonderunt] Chriſtus in reſurrectione tonſus fuit, quia tunc omnis humanæ infirmitatis ſuperfluitas abſciſſa fuit ab eo, & indutus eſt veſte immortalitatis, veſte mortalitatis depoſita. Illi, qui prædicant Chriſtum reſurrexiſſe, educunt ipſum de carcere. *Act.* 4. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. Nunquid Chriſtum mutata veſte obtulit regi Paulus. 2. *Cor.* 5. dicens. Et ſi novimus ipſum ſecundum carnem, ſed jam non novimus? Et *Eodem ult.* Et ſi mortuus eſt ex infirmitate carnis, vivit ex virtute Dei. De hac mutatione veſtium dicitur *Zach.* 3. Auferte ab eo veſtimenta ſordida, & induite eum mutatoriis. De hujuſmodi mutatoriis dicitur *Eſth.* 4. Non erat licitum indutis ſacco intrare aulam regiam. Et ideo dicit ipſe in *Pſ.* 29. Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.

i Abſque me] Hoc eſt, quod Chriſtus ſemper quærebat gloriam patris. *Jo.* 17. Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.

k Putabam] Hoc ſupra expoſitum eſt.

l Septem boves] ſeptem dona Spiritus ſancti.

m Obeſis carnibus,] quia ſeptem dona, omnia deſideria carnalia excedunt.

n Septem boves in tantum deformes,] univerſa vitia, quæ ſeptem dona data in Baptiſmo devorare contendunt.

o Nunquam tales] Hoc refertur ad tempus Antichriſti, quia nunquam tanta fuit iniquitas, quanta tunc erit. Et certe timendum eſt, ne jam inceperit. De hoc habetur *Matth.* 24. Orate, ut non fiat fuga veſtra hyeme, vel Sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio ſæculi uſque modo, neque fiet.

p Nullum ſaturitatis dedere veſtigium,] quia vitia nunquam ſaturantur, ſed ſemper ſui famem patiuntur. *Oſee quarto*. Comedent, & non ſaturabuntur. Hujus ratio eſt, quia venter eorum, id eſt, infernum impleri non poteſt. *Proverbior.* 30. Tria ſunt inſatiabilia, & quartum quod nunquam dicit ſufficit. Infernus, os vulvæ, & terra, quæ non ſatiatur aqua, ignis vero nunquam dicit ſufficit.

q Septem ſpicæ, &c. plenæ, & pulcherrimæ.] Univerſitas prædicatorum donis pleni, & decori.

r Septem tenues,] prædicatores leves, & ſteriles ſibi, licet aliis aliquando proficiant. De quibus *Prov.* 31. Multi cibi in novalibus patrum, ſed aliis congregantur abſque judicio *Job* 28. Terra, de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubverſa eſt.

t Et ſtipula,] Stipula levis eſt, ſonora, vacua, & arida, ſic mali prædicatores leves ſunt ſine morum gravitate, ſonori ſunt in verbis, vacui utilitate, aridi, ſine affectione.

O *b* Nunc

Ω *a* Retro abundantia:] quam significaverunt speciosæ boves. *b* Nunc ergo provideat Rex] Non solum interpretatur somnium, sed & consilium dat. *c* Quintam partem fructuum] Notandum, quod Ægyptii quintam partem frugum in horrea regis congregaverunt, quia filii tenebrarum quinque sensibus dediti, cœlestia non curant. Sed veri Israelitæ decimas dant, quia cœlestem patriam cujus decima pars corruit, reformare laborant. *e* Qui spiritu Dei] *Aug.* Tertio, nisi fallor, insinuatur nobis in hoc libro spiritus Dei. Primo ubi dictum est *sup.* 1. Spiritus Dei ferebatur super aquas. Secundo, ut dixit Deus. *sup.* 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, &c. Tertio, cum dixit Pharao in Joseph esse spiritum Dei, nondum tamen legimus Spiritum sanctum.

E

h Tulit annulum, &c.] idest, cœlestem sapientiam, quæ sicut circulus, nec initio, nec fine clauditur.

m Clamante præcone,] Alia littera habet (secundo clamante præcone) quod bene congruit mysterio. Primus præco fuit Joannes Baptista, qui in primo adventu clamavit: Ecce agnus Dei. *Joan.* 1. Et iterum: Parate vias Domini: *Isai.* 40. Secundus erit Elias, & Henoc, qui clamabunt in adventu secundo ante finem mundi. Hebræi tradunt præconem non clamasse geniculationem, sed clamasse Abrech, quod interpretatur pater tenerrimus. Aba enim pater sonat, Rech delicatus, vel tenerrimus, quasi dicat & si ætate tenerrimus, tamen sapientia pater. 2. *Reg.* 23. David sedet in cathedra sapientissimus, ecce pater; quasi tenerrimus ligni vermiculus, ecce tenerrimus. Hoc totum de Christo exponitur, qui fuit tenerrimus mansuetudine, pater prædicatione.

o Ego sum Pharao:] Juramentum est. Et est sensus: Sicut verum est me esse Pharaonem, sic quod dicam, verum est.

p Absque tuo imperio non movebit quisquam manum, &c.] idest, non egredietur hinc, neque fungetur publicis officiis, sine tuo Imperio. Vel potest dici, quod est hyperbole. Et est sensus: Plenam habebis potestatem.

q Vertitque nomen illius] *Hieron.* Et vocat Pharao nomen Joseph Phasnecphane, & dedit ei Assenez filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos. Licet hoc nomen Hebraice absconditorum repertorem sonet, tamen quia ab Ægyptio ponitur, ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur enim Phasnecphane, ut Septuaginta transferre voluerunt, Spontumphanec, Salvator mundi, eo quod orbem terræ a fame liberavit. Notandum autem, quod domini quondam, & emptoris sui filiam uxorem acceperat.

Vertitur nomen {
Abrahæ. *supra* 17.
Saræ *eodem cap.*
Jacob. *supra* 35.
Joseph. ut *hic*
Josue. *Num.* 13.
Petro: *Luc.* 6. *Marc.* 3.
Filiis Zebedæi. *Marc.* 3.
Benjamin. *supra* 35.

r Lingua Ægyptiaca,] Phasnecphane, idest, Salvatorem mundi, quod Græce Spontumphanec dicitur, & interpretatur Hebraice absconditorum inventor.

Ω *b* Filiam

in universa terra Ægypti, quos sequentur septem anni alii tantæ sterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta *a* retro abundantia: Consumptura est enim fames omnem terram, & ubertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. Quod autem vidisti secundo, ad eamdem rem pertinens somnium, firmitatis judicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur. *b* Nunc ergo provideat Rex virum sapientem, & industrium, & præficiat eum terræ Ægypti, qui constituat præpositos per singulas regiones, & *c* quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui jam nunc futuri sunt, congreget in horrea, & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, serveturque in urbibus, & præparetur futuræ septem annorum fami, quæ pressura est Ægyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus, locutusque est ad eos; Num *d* invenire poterimus talem virum, qui *e* spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: *f* Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, numquid sapientiorem, & similem tui invenire potero? *g* Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: Uno tantum regni solio te præcedam. † Dicens quoque rursum Pharao ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti: † *h* tulit annulum de manu sua, & dedit in manu ejus *i* vestivitque eum stola byssina, & *k* collo torquem auream circumposuit. *l* Fecitque ascendere super currum suum secundum, *m* clamante præcone, ut *n* omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti. Dixit quoque Rex ad Joseph: *o* Ego sum Pharao: Absque *p* tuo imperio non movebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. *q* Vertitque nomen illius, & vocavit eum *r* lingua Ægyptiaca salvatorem mundi.

Θ *b* Nunc ergo, &c.] Consilium dat Joseph, ut possit vitari futura fames: Et Christus similiter. *Matt.* 24. Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes. Placuit Pharaoni consilium, idest, Deo patri placuit Christi prædicatio. *Luc.* 3. & *Matt.* 3. Hic est filius meus, &c. *d* Num invenire poterimus] Christo similis non potuit inveniri. *Job* 1. Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit similis ei super terram? *e* Qui spiritu Dei plenus sit?] Christus plenus fuit spiritu Dei: *Isai.* 11. Replebit eum spiritus timoris Dei. *Joan.* 1. De plenitudine ejus omnes accepimus. *f* Quia ostendit tibi Deus omnia,] *Joan.* 5. Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei. *g* Tu eris] *Psal.* 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion, &c. *h* Tulit annulum, &c.] & dedit eum in manu ejus,] quando demonstravit eum habere Pontificatum fidei, *Deuteron.* 18. Prophetam suscitabit vobis Dominus, ipsum audietis tanquam me. Item per annulum cœlestis sapientia designatur, quæ, sicut annulus, nec fine, nec principio clauditur. Hanc dedit pater in manu filii, quia omnia opera ejus sapienter facta sunt.

Mystice.

al. † Dixitque.

Dan. 2. al. † posuitque.

F

i Vestivitque eum stola byssina,] idest, gloria immortalitatis. *Prov. ult.* Byssus, & purpura indumentum ejus. Nota triplici indumento indutus est Christus. Primo, indutus est bysso innocentiæ in nativitate. Secundo, purpura in passione. Tertio, Hyacintho gloriæ in resurrectione. *k* Et collo torquem auream] Per collum Joseph, Christi prædicatio accipitur. Per torquem auream, bonum opus. Torquem igitur Christus in collo habuit, quia fecit, quod prædicavit. *Act.* 1.

l Fecitque eum ascendere, &c.] Deus pater duos currus habet. Primus est Angeli, secundus homines. Super utrumque constitutus est Christus. *Ephes.* 1. Constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatum, & potestatem, ecce de primo curru; & super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, ecce de secundo.

m Clamante præcone,] idest, Joanne Baptista. *Luc.* 1. Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus, &c.

n Ut omnes, &c.] *Isai.* 45. Mihi curvabitur omne genu. Hanc dignitatem meruit Christus per humilitatem, & obedientiam passionis. *Philip.* 2. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur.

p Absque tuo] Sine voluntate Christi nullus debet movere manum, aut pedem, idest, non debet aliquid facere, aut cogitare, quod Christo non placeat. Ideo Christus habuit pro nobis manus, & pedes Cruci affixos, ut nos propter ipsum similiter haberemus. Ad imperium ergo Christi debemus movere manus operando, & pedes compatiendo. De manibus dat præceptum Dominus. *Joan.* 6. Operamini cibum, qui non perit. De pedibus. *Joan.* 12. Ambulate, dum lucem habetis. Qui ad imperium Christi non moverit manus, & pedes, fiet ei, quod dicitur *Matth.* 22. Ligatis manibus, & pedibus, &c.

q Vertitque nomen illius lingua Ægyptiaca] Hoc est, quod pater nomen Christi dilatavit per mundum. *Cantic.* 1.

Ω *b* Filiam Putipharis] Sed fi eunuchus fuit ifte Putiphar, quomodo filiam habuit? Ad hoc dicit *Auguft.* quod forte filiam alterius Putipharis duxit, non ejus, cujus fuit famulus. Vel forte prius habuit filiam, & poftea infrigidatus eft, ut fupra dictum eft 36. Sed five fit, five non, quomodo Jofeph duxit alienigenam? Ad hoc dicunt Hebræi, ut dicit *Andreas*, quod Job poft flagellum duxit Dinam filiam Jacob, & ex ea habuit filiam, de qua, & Putiphare nata eft Affenez uxor Jofeph.

k Ut arenæ] ideft, innumerabilis, fcilicet, ut arena.

Myftice. Pfalm. 75. ⊕ Oleum effufum nomen tuum. Primo: Notus in Judæa Deus, fed poftea notificatus eft toti mundo. *Rom.* 3. An Judæorum tantum eft Deus, imo & gentium *Ifai.* 19. Mittet eis Salvatorem, & propugnatorem, qui liberet eos, & cognofcetur Dominus ab Ægypto. *Ifai.* 26. In die illa cantabitur canticum iftud in terra Juda: Urbs fortitudinis noftræ Sion, Salvator, ponetur in ea murus, & antemurale, quafi dicat. O Sion, Salvator eft urbs noftræ fortitudinis, ideft, confeffionis, non folum tui, ficut olim.

G *Infr. 46.*

a Dedit quoque illi uxorem Affenez filiam *b* Putipharis facerdotis Heliopoleos. *c* Egreffus eft itaque Jofeph ad terram Ægypti. *d* Triginta autem annorum erat, quando ftetit in confpectu regis Pharaonis, & *e* circuivit omnes regiones Ægypti. *f* Venitque fertilitas feptem annorum, & in *g* manipulos redactæ fegetes congregatæ funt in *h* horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in *i* fingulis urbibus condita eft: Tantaque fuit multitudo tritici, ut *k* arenæ maris coæquaretur, & copia menfuram excederet. *l* Natique funt Jofeph filii duo, antequam veniret fames, quos peperit ei Affenez filia Putipharis facerdotis Heliopoleos. Vocavitque nomen primogeniti Manaffe, dicens: Oblivifci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque fecundi appellavit *m* Ephraim, dicens: Crefcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Igitur tranfactis feptem annis ubertatis, qui fuerant in Ægypto, cœperunt venire *n* feptem anni inopiæ, quos prædixerat Jofeph, & in univerfo orbe fames prævaluit. In *o* cuncta autem terra Ægypti erat fames: Qua efuriente, *p* clamavit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille refpondit: Ite ad *q* Jofeph, & *r* quicquid vobis dixerit, facite. Crefcebat autem quotidie fames in omni terra, *f* aperuitque Jofeph univerfa horrea, & vendebat Ægyptiis: Nam & illos oppreſſerat fames. *t* Omnefque provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent efcas, & malum inopiæ temperarent.

a Dedit quoque illi uxorem Affenez] Affenez, interpretatur ruina, & fignificat gentilitatem, quæ fine omni retinaculo legis ruebat de peccato in peccatum. Hanc poft Afcenfionem, dedit Deus pater filio uxorem, quando per Apoftolorum prædicationem Ecclefia de gentibus fide copulata eft Chrifto.

b Filiam Putipharis] ideft, Chrifti. Ecclefia enim fponfa eft Chrifti. *Cant.* 4. Veni de Libano fponfa mea: Et filia dicitur Chrifti. *Pfalm.* 44. Audi, filia, & vide. Sponfa dicitur, quia eam diligit: Filia, quia eam genuit in Cruce. *Ifai.* 60. Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere furgent. Et nota, quod Chriftus peccatores vocat filios, vel filias, duplici de caufa. Primo, ut ad majorem dilectionem excitet, & ita ad majorem gloriam. Secundo, ut fi peccaverint, fciant fe gravius puniendos. Dignum enim, ut ille, quem fummus Sacerdos, ideft, Chriftus de peccatore adoptavit fibi in filium, fi denuo peccet in patrem, graviffime puniatur. In cujus typum *Levit.* 21. præcipitur, filiam facerdotis, fi fornicata fuerit, flammis comburi, ficut adultera.

c Egreffus itaque Jofeph] ideft, Chriftus primo egreffus eft a patre in mundum. *Joan.* 16. Exivi a patre, & veni in mundum. Secundo, poft Afcenfionem de Judæa ad gentes.

d Triginta autem annorum erat, quando ftetit in confpectu regis Pharaonis,] Stare coram Domino, eft effe gratum Deo. 3. *Reg.* 18. Vivit Dominus, in cujus confpectu fto. Chriftus igitur ftetit coram Deo, cum triginta annorum fuit, ideft, quando publice prædicare incepit, tunc enim innotuit cunctis, quod gratus effet Deo. Unde *Joan.* 9. dicit cæcus illuminatus: Nifi effet hic a Deo, non poffet facere quicquam.

e Circuivit] Hoc eft quod dicitur *Matth.* 4. Circuibat Jefus totam Galilæam.

f Venitque fertilitas feptem annorum] Fertilitas feptem annorum fignificat abundantiam virtutum, & operum, & prædicationis, quæ maxime fuit in principio nafcentis Ecclefiæ. Sed terra fterilis eft, quæ caret farculo tribulationis, & ideo terra noftra fterilis eft, quia non habet farculum. *Bernard.* Fertilis terra fuit Ecclefiæ, quando nec tribulationis farculus, nec utilitatis ftercora defuerunt; quando ceffavit farculus, fuccreverunt fpinæ divitiarum, omne femen virtutum fuffocantes. Ideo Dominus fuis quot vult effe fertiles, non fubtrahit farculum iftum. *Joan.* 15. Omnem palmitem in me ferentem fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Ferentem fructum dicit, quia fterilem non purgat Dominus hic farculo tribulationis, fed refervat igni æterno cremandum.

g In manipulos] Manipulos facere, eft prædicationis verbum opere adimplere. Manipulus enim manu ligatur.

h Horrea] funt corda hominum, in quibus fegetes congregantur, quando facra Scriptura verbo, & exemplo peccatoribus prædicatur.

i In fingulis urbibus] ideft, in fingulis Ecclefiis. *Mal.* 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, ut fit cibus in domo mea.

l Natique funt Jofeph] Duo filii Jofeph, converfi de Judæis, & converfi de gentibus. Primogenitus, ideft, Judæus vocatur Manaffes, ideft, obliviofus, quia oblitus erat Dei.

m Ephraim,] ideft, fructificans, gentilis, qui converfus ad fidem fecit fructum bonorum operum.

n Septem anni inopiæ,] ideft, defectus verbi Dei, ac fanæ intelligentiæ, & virtutum, & operum.

o In cuncta autem terra Ægypti] non erat panis, fanæ doctrinæ. *Ifai.* 59. Corruit in platea veritas, ideft, in latitudine vitæ fæcularis, & æquitas non potuit videri, quia ubi deeft veritas doctrinæ, neceffario deeft æquitas vitæ.

p Clamavit populus] Tempore famis fpiritualis, nihil reftat nifi clamare ad Dominum. *Job* 38. Quis præparat corvo, ideft, prædicatori efcam, quando pulli clamant ad eum?

q Ite ad Jofeph,] ideft, ad facram Scripturam, quæ fignificatur per horrea Jofeph. Nec vult Dominus per fe docere, fed mittit ad Scripturas. *Joan.* 5. Scrutamini Scripturas. *Act.* 9. mittitur Paulus ad Ananiam erudiendus. *Ifai.* 8. Numquid non populus a Deo fuo requiret vifionem pro vivis, & mortuis? Et ad legem magis, & ad teftimonium. Quia fi non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.

r Quicquid vobis dixerit, facite.] Nota ordinem. Primo recurrendum eft ad Scripturam, deinde faciendum, & poftea docendum. 1. *Efdra* 7. Efdras paravit cor fuum, ut inveftigaret legem Domini, & faceret, & doceret.

f Aperuitque Jofeph univerfa horrea,] ideft, Chriftus aperit Scripturam, quando vult, & cui vult. *Joan.* 3. Spiritus, ubi vult, fpirat, &c. 1. *Corinth.* 12. Omnia operatur unus, atque idem fpiritus, dividens fingulis prout vult.

t Omnefque provinciæ, &c.] Hoc eft, quod omnes, qui non habent in fe confolationem fpiritualem, ad mundanas confolationes, ideft, ad divitias, & delicias, & hujufmodi convertuntur. Et hoc eft, quod dicitur *Thren.* 1. Dederunt pretiofa quæque pro cibo ad refocillandas animas.

EXPOSITIO CAP. XLII.

AUdiens *a* autem Jacob, &c.] *c* Quare negligitis, &c.] q. d. Sine meo præcepto deberetis hoc facere. *b* Fratribus suis:] scilicet Benjamin vel suis Jacob, & ponitur fratribus pro filiis, sicut *sup.* 31. *n* Cumque adorassent] Ecce adimpletum est somnium Joseph a fratribus ejus nescientibus. *p* Durius loquebatur,] per hoc volens fratrem suum uterinum adduci ad se, scilicet Benjamin; timebat enim, ne & illum occidissent, sicut & eum. Ω *i* Sumus

sæpe loquitur, exponens eos tribulationibus. *Hebr.* 12. Flagellat Dominus omnem filium, quem recipit. Nota Dominum loqui dure, durius, & durissime. Dure loquitur quando invitat ad imitationem suæ passionis. *Matt.* 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. *Jo.* 6. Θ Durus

A

al. † filiis.

C A P. XLII.

AUDIENS *a* autem Jacob, quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit † fratribus *b* suis: *c* Quare negligitis? Audivi quod triticum venundetur in Ægypto. *d* Descendite, & emite nobis *e* necessaria, ut possimus vivere, & non consumamur inopia. *f* Descendentes igitur fratres Joseph decem, ut emerent frumenta in Ægypto: *g* Benjamin domi retento a Jacob, qui dixerat fratribus ejus, ne *h* forte in itinere quicquam patiatur mali, *i* ingressi sunt terram Ægypti cum aliis, qui pergebant ad emendum. k Erat autẽ fames in terra Chanaan: & *l* Joseph princeps in terra Ægypti, *m* atque ad illius nutum frumenta populis vendebantur: *n* Cumque adorassent eum fratres sui, & *o* agnovisset eos, quasi ad alienos *p* durius loquebatur, interro-

Moraliter.

Moraliter *a* Audiens autem, &c.] Jacob Deus pater, filii ejus Theologi, fames in Chanaan, defectus doctrinæ in Ecclesia, abundantia in Ægypto, copia secularis scientię in sæculo. (Audiens ergo Jacob) idest, Deus pater videns defectum spiritualis doctrinę in Ecclesia, & abundantiam in Ægypto dicit filiis suis. *c* Quare negligitis?] scilicet descendere in Ægyptum: Propter duo autem bonum est descendere in Ægyptum, i. ad creaturarum considerationem, ut scilicet erudiatur intellectus, & accendatur affectus. Ista enim duo sunt necessaria, scientia, & zelus. Illi, qui ex consideratione creaturarum in amorem Dei quærunt accendi, descendunt in Ægyptum propter fructum: qui autem solummodo quærunt erudiri, propter paleam descendunt, sicut Philosophi. Scientia enim palea est levis, & volatilis, sed intra granum est, quod nutrit. 1. *Cor.* 8. Scientia inflat, ecce palea; charitas autem ædificat, ecce granum. Granum non crescit sine palea, nec zelus prodest, imo sæpe nocet sine scientia. *Isai.* 5. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Et tamen multo melior est zelus quam scientia, sicut granum quam palea. Granum melius servatur cum palea: ideo quidam descendunt propter utrumque simul. *Isai.* 30. Pulli asinorum tuorum, qui operantur terram tuam, commistum migma comedent. *Hieron.* Migma est ordeum cum palea. Sic igitur quidam descendent in Ægyptum, idest ad creaturarum considerationem propter frumentum tantum, quidam propter paleam tantum, quidam propter utrumque, quidam nolunt descendere pigri, & negligunt. De quibus dicitur (Quare negligitis) De talibus etiam dicitur *Thren.* 1. Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata ejus.

f Descendentes igitur] Hic ostenditur, qui descenderant propter fructum, scilicet fratres Joseph decem, volentes suscitare semen fratri suo defuncto, idest, Christo. Et dicuntur decem propter impletionem Decalogi.

g Benjamin domo retento] significat hic infirmos contemplativos, qui cito deficerent, si ad curas animarum descenderent. Quibus parcit Dominus, qui etsi aliquando arguantur a quibusdam, eo quod fructum non faciunt in populo Dei per prædicationem, Dominus tamen sciens eorum infirmitatem habet eos excusatos. Unde signanter designantur per mulierem, quæ fudit alabastrum unguenti super caput Domini. *Matth.* 26. Cui indignantes discipuli dicebant: Ut quid perditio hæc? Sed Dominus excusavit eam dicens: Bonum opus operata est in me. Sic quidam perditionem reputant vacare contemplationi, sed Deus non sic judicat: Vult enim sic manere infirmos, donec crescant in viros fortes. Unde super illud: Ut quid perditio hæc, dicit *Bern.* Non est vir, ut putatis, sed mulier, nondum apta manum mittere ad fortia; bonum opus operata est in me, stet in bono, donec convalescat ad melius: Cum autem mulier in virum, & in virum perfectum profecerit, tunc poterit in actus perfectionis assumi. *h* Ne forte in itinere] Hoc est, quod timendum est, ne in itinere aliqua immunditia contrahatur. Ideo dicit sponsa *Cant.* 5. Lavi pedes meos, quomodo coinquinabo eos? Et *Luc.* 10. Homo descendens a Jerusalem in Jericho incidit in latrones. Non est ergo mirum, si timent aliqui descendere in Ægyptum; tamen eundum est in Ægyptum, idest, in mundum, quando Jacob præcipit. Et nota duo specialiter in Ægypto, contumelias, scilicet, & tormenta. Unde hic filii Jacob exploratores dicuntur, & postea incarcerantur. *Sap.* 20. Contumelia, & tormento interrogemus eum. Hæc duo sæpe inveniunt in mundo Prædicatores, criminantur, & flagellantur sine culpa. *Isai.* 52. In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi, & Assur absque ulla causa calumniatus est eum.

B

Mystice.

Mystice. *a* Audiens autem Jacob, &c.] Antiqui patres Patriarchæ, & Prophetæ, qui audierant affluentiam bonorum spiritualium esse in Ægypto, idest, in gentibus, admonuerunt filios suos, idest, Judæos, ut descenderent per humilitatem in Ægyptum, & emerent denario fidei ab eis frumentum spiritualis intelligentiæ. De hoc dicit Moyses *Deut* 28. Advena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior; tu autem descendes, erisque inferior, ipse fenerabit tibi, & tu non fœnerabis ei, idest tu accipies ab eo spiritualem intelligentiam, non ipse a te accipiet cæremonialium observantiam.

c Quare negligitis?] Judæi semper pigri, & negligentes fuerunt emere frumentum spiritualis intelligentiæ. *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleverant urticæ. Judæi primo fuerunt magistri veritatis: postea fuerant magistri erroris. *Matt* 23. Circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proselytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium Gehennæ duplo quam vos. In fine erunt discipuli veritatis, quando Elias convertet corda patrum ad filios, ut dicitur *Mal. ult.* *d* Descendite, & emite] Judæi per superbiam suam discesserunt a spirituali intelligentia. *Rom.* 10. Justitiam suam statuere volentes, justitiæ Dei non sunt subjecti. Ideo pręcipitur eis, ut descendant ad gentes per humilitatem, & emant ab eis spiritualem intelligentiam, quam per superbiam amiserunt. Et hoc est, quod legitur. 1. *Reg.* 13. Faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel; descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, ut acueret unusquisque vomerem suum, & Ligonem, & Securim, & Sarculum. *e* Necessaria,] ad vitam animæ sicut panis ad vitam corporis. *Deuter.* 8. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod egreditur ab ore Domini. *f* Descendentes igitur fratres Joseph decem,] idest Judæi fratres Christi secundum carnem sub Decalogo constituti. *g* Benjamin domi retento] idest, Paulo adhuc paternis traditionibus occupato. *Gal.* 1. Proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator paternarum mearum traditionum existens. *h* Ne forte] Hoc est, quod Dominus quibusdam parcit, nolens eos tribulationi exponere, ne ipsi deficiant. *Exod.* 13. Non eos eduxit Dominus per viam terræ Philistiim, quæ vicina est, reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset adversum se bella consurgere, & reverterentur in Ægyptum. *i* Ingressi sunt, &c. cum aliis,] idest Judæi & Gentiles venerunt ad Christum propter spiritualem intelligentiam comparandam. *Isai.* 60. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabajoth ministrabunt tibi. Per Cedar Gentiles: Cedar enim fuit filius Ismaelis, a quo regio nomen accepit, ubi habitant Sarraceni, de illius stirpe primogeniti. Per Nabajoth Judæi: Fuit enim filius Ismaelis similiter, & interpretatur Propheta. *k* Erat autem fames in terra Chanaan:] idest macies intelligentiæ erat apud Judæos. *l* Et Joseph princeps Ægypti.] Christus princeps mundi. *m* Atque ad illius nutum] 1. *Cor.* 12. Dividens singulis prout vult.] *n* Cumque adorassent eum fratres] idest, Judæi Christum, quod implebitur in fine, & jam impletum est in sanctis Patribus, quorum corpus adorat Christum. *o* Et agnovisset eos,] Christus Judæos cognovit multa beneficia largiendo, ipsi autem non cognoverunt eum, sed e converso mala pro bonis reddendo. *Ps.* 108. Posuerunt adversum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. *p* Durius loquebatur,] Ita Dominus ad se conversis dure

Matth. 4. *Rom.* 9. *Sup.* 25.

Ω *i* Sumus filii] Verum dicunt nescientes: Vel sumus quasi fuimus. Vade dicunt statim: Alius non est super. *m* Alioquin per salutem, &c.] Ergo si non adducerent eum, erant exploratores? Sed hoc est falsum; Ideo sic intelligendum est. Exploratores estis, idest, exploratorum pœna digni: Vel tanquam exploratores Benjamin. Simile 3. *Reg.* 18. ubi dicit Elias sacerdotibus Baal: Et qui exaudierit, erit Deus, idest tanquam Deus habebitur, quia etsi Deus non exaudiret Eliam, nihilominus esset Deus. *t* Merito hæc patimur,] Hoc dicebant non putantes, quod eos intelligeret Joseph, quia per interpretem loquebatur eis.

frater vester minimus, idest, Paulus, qui conversus Judaismum, ac cæremonias Judæorum omnino destruxit, ac spiritualem intelligentiam legis manifeste aperuit. *Galat.* 5. Si circumcidamini, Christus nihil proderit vobis. *n* Tradidit, &c. tribus diebus.] Venientes ad Joseph, idest, ad Christum tribus diebus traduntur carceri. Hi sunt tres dies sepulturæ Domini. Primus est pudor in consideratione commissi. Secundus, dolor in consideratione omissi. Tertius, timor in consideratione judicii. His tribus diebus sepultus est Christus peccatori, quia non sentit ejus dulcedinem. Post hoc triduum educitur peccator de carcere, idest, de angustia mentis, per spem venit ad quietem peccatoris, quod fit in confessione. *o* Die autem tertio] idest, tempore gratiæ educti sunt peccatores de carcere peccati, & infidelitatis. *Osee* 6. Post duos dies vivificabit nos.

Mystice. al. † *illas moliuntur insidias. Psalm.* 93.

Ω *b* En Θ Durus est hic sermo, &c. Dominus loquitur durius, quando flagella immittit. Flagella enim Domini verba sunt. Unde: Qui fingis laborem in præcepto. Huic præcepto bene obediens erat Job, qui ait: Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum: *Job* 1. Durissime loquitur in morte cujuslibet. Hæc tria verba loquitur Dominus in præsenti: In futuro loquitur alia tria verba dura. Durum, cum dicetur: O vos omnes, qui jacetis in sepulchris surgite ad judicium. De hoc dicit *Hier.* Sive bibam, sive comedam, sive quid aliud agam, semper videtur auribus meis insonare illa tuba terribilis, O vos omnes qui, &c. Durius loquetur, cum dicet: Esurivi, & non dedistis mihi manducare. *Matt.*25. durissime, cum dicet: Ite maledicti in ignem, &c. *a* Unde venistis:] Hoc semper quærit Dominus a conversis, q. d. Recolite statum vitæ præteritæ, cum eratis indigni etiam ipsa vita. *Sap* 16. Agar unde venis? Ita dixit Angelus. *Hieron.* Lazarus aperto tumulo suscitatus est, ut locum, in quo jacuerat surgens contemneret. *b* De terra Chanaan,] idest, de statu peccati. Sic debet respondere pœnitens in corde suo. Chanaan enim interpretatur negotiatio: Et in statu peccati pessima negotiatio est, ubi pro modica delectatione transitoria datur tota gloria paradisi, & propterea obligat se misera anima pœnæ æternæ. *Ezech.* 17. Tulit medullam cedri, idest, animam, & reversus portavit eam in terra Chanaan. *c* Ut emamus victui necessaria,] idest, spiritualem intelligentiam legis. Hanc non obtinet, nisi qui exierit de terra Chanaan, idest, de statu peccati. *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. *d* Non est agnitus] In præsenti non cognoscitur Dominus nisi obscure, & a longe, sed in futuro verissime cognoscetur. 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. *f* Exploratores estis,] Judæi semper ante conversionem insidiabantur Domino, ut in aliquo caperent, unde modo objicit eis: Exploratores estis. Dominus enim illud peccatum maxime vult haberi in memoria, in quo quis gravius deliquit. De insidiis Judæorum habetur *Num.* 14. Tentavit me jam per decem vices. *Matt.* 22. Quid me tentatis, Hypocritæ: *g* Servi tui venerunt, ut emerent cibos.] Ecce venimus ad te, tu es Dominus noster. *h* Filii unius] Antiqui patres frequenter commemorant, ut per merita patrum Deum flectant ad pietatem. *Isai.* 63. Convertere propter patres nostros. *k* Minimus cum patre,] idest, Paulus, qui dicit. 1. *Cor.* 15. Ego sum minimus Apostolorum, adhuc erat in Judaismo æmulator paternarum traditionum, ut dicitur. *Gal.* 1. *l* Non egrediemini hinc] idest, de angustia litteræ, donec veniat

al. † *non habet fratres.*

al. qui. s. g. no. et † *sicut etiam.*

Matth. 22. *Marc.* 12. *Luc.* 20.

C

gans eos: Unde *a* venistis: Qui responderunt: De *b* terra Chanaan, ut *c* emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, *d* non est agnitus ab eis. *e* Recordatusque somniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: *f* Exploratores estis, ut videatis infirmiora terræ, venistis. Qui dixerunt: Non est ita, Domine, sed *g* servi tui venerunt, ut emerent cibos. Omnes filii *h* unius viri sumus: pacifici venimus, nec † quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est: immunita terræ hujus considerare venistis. Et illi: Duodecim inquiunt servi tui † fratres: sumus filii viri unius in terra Chanaan: *k* Minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum: Exploratores estis. Jam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem Pharaonis non *l* egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. Mittite e vobis unum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis donec probentur, quæ dixistis, utrum falsa, an vera sint. *m* Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis: *n* Tradidit ergo eos custodiæ tribus diebus. *o* Die autem tertio eductis e carcere ait: *p* Facite, quod dixi, & vivetis: Deum enim timeo. Si *q* pacifici estis, frater vester unus ligetur in carcere, vos autem abite, & ferte frumenta, quæ emistis in domos vestras, & fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut *r* possim vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt ut dixerat, & *s* locuti sunt ad invicem: *t* Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ illius, cum *u* deprecaretur nos, & non *x* audivimus, idcirco venit

D

p Facite, quod dixi,] Educti de carcere mittuntur ad opus, ne inveniatur domus eorum vacans, & fiant novissima eorum pejora prioribus.

q Si pacifici estis, &c.] Fratrum unus ligatur, alii cum frumento remittuntur, minimus jubetur adduci. Sic fuit de Judæis? Quidam retenti sunt in tenebris, & ligati vinculis peccatorum. Alii missi cum frumento verbi Dei ad alios convertendos. Minimus, idest, Paulus postmodum adductus est ad preces Beati Stephani, ut dicunt Sancti, donatus Ecclesiæ.

r Ut possim vestros, &c.] Veræ conversionis signum est, si Simeon relinquitur, idest, luctus in obsidem. Qui enim luget, & jugiter luget, & dolet super peccato proximi, signum est perfectæ conversionis ad Deum. *Isai.* 22. Recedite a me: amare flebo: nolite incumbere, ut consolemini me super vastitate filiæ populi mei. *Ezech.* 3. Sedi mœrens in medio eorum.

s Et locuti sunt ad invicem] Judæi habuerunt duo consilia, unum mortis, alterum vitæ. De primo *Joan.* 11. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium: ut Jesum morti traderent. De secundo *Act.* 2. Viri fratres, quid faciemus? De utroque *Prov.* 12. Dolus in corde cogitantium mala, qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.

t Merito hæc patimur,] Hoc est, quod legitur *Dan.* 9. Domino Deo justitia, nobis autem confusio faciei, sicut est dies hæc. *Thren.* 3. Inique egimus, ad iracundiam provocavimus, ideo inexorabilis es.

u Cum deprecaretur] Non legitur Christus rogasse Judæos, sed fecit, quod plus est, oravit pro ipsis, *Luc.* 23. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. *x* Non audivimus, idcirco, &c. *Prov.* 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.

Θ *a* Ruben

* *e* Recordatusque, &c.] Sæpe dixit: Exploratores estis; hoc est, quod Christus prædixit, Sanctos passuros contumelias sicut ipse passus est. *Matth.* 10. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus? Et bene dicuntur prædicatores exploratores, quia explorant, qua parte facilius possit capi mundus. Unde significantur per exploratores terræ Chanaan. *Num.* 13. Hi ferunt frumentum, illi botrum. In quo notantur duo valde necessaria prædicatoribus. Per frumentum, robur patientiæ, quia panis cor hominis confirmat. Per botrum gaudium in tribulatione: Et vinum lætificat cor hominis. *Act.* 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, &c.

Moraliter.

Psalm. 103.

Ω *b* En sanguis] Hoc dixit Ruben, qui putabat eum fuisse interfectum, quia non interfuit venditioni. *c* Per interpretem loqueretur] quasi non intelligens linguam eorum. Quæritur, cur Joseph vir mitissimus, & sanctissimus fratres taliter affligere voluit in protelatione agnitionis suæ, cum posset se eis innotescendo cito subvenire? Sed hoc non ultionis causa fecit, scilicet ut vindicaret malum, quod sibi factum fuerat, sed ut cognosceret, utrum eodem stimulo fratrem uterinum peremerant, sicut ipsum in externas provincias vendiderunt. *i* Cui respondit Ruben: duos filios meos, &c.] *Strabus*. Duos filios meos interfice, si non reduxero eum tibi, nec tamen obtinuit. At Judas dicens, Reus ero peccati in patrem omni tempore, impetravit, quia ei commissus est Benjamin. Plus est ergo reum esse peccati, quam corporaliter occidi. *k* Deducetis canos meos, &c.] Quæritur, utrum ideo ad infernum, quia cum tristitia, an etiam si abesset tristitia, tanquam moriendo ad infernum descensurus hæc loquatur. De inferno enim magna quæstio est, & quid inde Scriptura sentiat, ubicumque hoc memoratum fuerit, observandum est.

E

Infra 42.

Infra 42. & 44.

P

super nos ista tribulatio. E quibus unus *a* Ruben ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, & non audistis me? En *b* sanguis ejus exquiritur. Nesciebant autem, quod intelligeret Joseph, eo quod per *c* interpretem loqueretur ad eos. *d* Avertitque se parumper, & *e* flevit, & reversus, locutus est ad eos. Tollensque *f* Simeon, & ligans illis præsentibus, *g* jussit ministris, ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in via. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in asinis profecti sunt. Apertoque unus sacco, ut daret jumento pabulum in diversorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia: En habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique dixerunt mutuo: Quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus? Veneruntque ad Jacob patrem suum in terram Chanaan, & narraverunt ei omnia, quæ accidissent sibi dicentes: Locutus est nobis dominus terræ dure, & putavit nos exploratores Provinciæ. Cui respondimus: Pacifici sumus, nec ullas molimur insidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus: unus non est super, minimus cum patre versatur in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo, quod pacifici sitis: Fratrem vestrum unum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite: Fratremque vestrum minimum adducite ad me, ut sciam, quod non sitis exploratores, & istum, qui tenetur in vinculis recipere possitis, ac deinceps emendi, quæ vultis, habeatis licentiam. His dictis, cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: Exterritisque simul omnibus dixit pater Jacob: Absque liberis me esse fecistis. *b* Joseph non est super, Simeon tenetur in vinculis: Benjamin auferetis. In me hæc mala omnia reciderunt. *i* Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi. Trade † in manu mea, & ego eum tibi restituam. At ille. Non descendet inquit filius meus vobiscum. Frater ejus mortuus est, ipse solus remansit: Si quid ei adversi acciderit in terra ad quam pergitis, *k* deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

al. † eum.

CAP. XLIII.

INterim *l* fames omnem terram vehementer premebat: *m* consumptisque cibis, quos ex Ægypto detulerant, dixit Jacob

Ω Interim fames, &c. Venissemus.

Mystice. Θ *a* Ruben ait: Nunquid, &c.] Hic Ruben significat eos, qui non consenserunt in mortem Christi, ut Joseph: *Luc.* 23. Hic non consensit consilio, & actibus eorum. Similiter Nicodemus. *Joan.* 7. Nunquid lex nostra judicat quemquam, nisi prius ab eo audierit? *c* Eo quod per interpretem] Prophetæ fuerunt interpretes Domini, sed Judæi non credebant eis. *Isai.* 53. Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est? *d* Avertitque] Dominus avertit a pœna Judæorum parcens ad modicum. *e* Et flevit,] compatiens eis. *Osee* 11. Conversum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. *f* Tollensque Simeon,] Hic gerit typum eorum, qui a Domino tribulationibus exponuntur. *g* Jussit ministris,] Ministri, idest prædicatores impleverunt saccos frumento spiritualis intelligentiæ, idest corda conversorum ad fidem. *b* Joseph non est super.] Nota in toto negotio isto usque ad mutuam cognitionem fratrum, non nominantur, nisi quinque fratres, scilicet Ruben, Simeon, Judas, Joseph, Benjamin, & significant quinque genera Sanctorum, qui similiter designantur per quinque filios Matathiæ. 1. *Mach.* 2. qui fuerunt, Joannan Gaddis, Simon Thasi, Judas Machabæus, Eleazarus Abaron, Jonathas Apphus. Ruben filius visionis, significat Apostolos, qui plus aliis viderunt. *Luc.* 10. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, sc. Christum in carne. Idem significatur ibi per Joannan, qui est gratia Dei, & Apostoli plus gratiæ habuerunt omnibus aliis. Et bene competit eis, quod Joannan cognominatur Gaddis, idest Hædus, vel tentatio, ipsi enim tentationes, & persecutiones habuerunt. *Matt.* 10. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Simon ibi, & hic Simeon significat Martyres, qui obedierunt usque ad mœrorem mortis. Et bene competit Martyribus, quod Simon cognominatur Tharsi, idest exploratio gaudii: Nam mœror, & tristitia Martyrum non fuit nisi quædam exploratio gaudii æterni. *Joan.* 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Judas hic, & ibi Confessores significat. Et bene competit, quod cognominatur Machabæus, idest, bellator: Confessores enim bella Domini bellaverunt toto tempore vitæ suæ contra mundum, carnem, & dæmones. Joseph significat Christum, & Jonathas ibi, quod interpretatur donum columbæ. Christus enim conceptus de Spiritu sancto, datus est nobis. Et bene competit Christo, quod Jonathas cognominatur Apphus, quod interpretatur libere consulens, vel festinatur securus. Christus enim nihil consulit, nisi libertatem quærere. Est autem triplex libertas, quam consulit Christus. Libertas gratiæ, quæ liberat a culpa. *Joan.* 8. Vere liberi eritis, si filius vos liberaverit. Item libertas perfectæ justitiæ: Hæc liberat a cura, & solicitudine hujus mundi. *Matth.* 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Item libertas gloriæ: Hæc liberat a miseria. *Rom.* 8. Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Item bene competit Christo, quod legitur de Jonatha. 1. *Machab.* 10. quod misit ei Alexander purpuram, & coronam auream; & Deus pater Christo misit purpuram passionis, & coronam gloriæ in resurrectione. Item Benjamin significat Virgines, & ibi Eleazarus, quod interpretatur Dei mei adjutorium. Et bene competit virginibus, quod Eleazarus cognominatur Abaron, idest, excelsa Dei generatio. De virginibus enim dicitur *Sap.* 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate.

C

A

Moraliter. Per istos quinque designantur quinque status, qui in quolibet justo sunt. Primo, occurrit gratia justificans, quæ per Joannam significatur. Secundo, dolor de offensa patris, ecce Simeon, sive Simon. Tertio, sequitur confessio, ecce Judas. Confessionem sequitur satisfactio, ecce Eleazarus, qui cognominatur Abaron, idest, generatio excelsa: Per generationem enim bonorum operum salvatur homo. 1. *Timoth.* 2 Salvabitur mulier per generationem filiorum. Ultimo, sequitur Jonathas, idest, perfectio vitæ, quæ maxime consistit in hoc, quod mundus fugitur, & omnia, quæ sunt mundi. Et bene competit, quod Jonathas cognominatur Apphus, idest, fugitivus. *Matth.* 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Et posset dicere: Domine, quo sequar te, forte ad malum locum vadis, ubi non est bonum. Non est ita, imo bonum est ibi esse, quia vado ad patrem. *Joan.* 14.

EXPOSITIO CAP. XLIII.

Mystice. INterim *l* fames. Mystice. Fames est defectus bonorum operum, quæ fit in Ecclesia, quia filii Jacob, i. prædicatores nolunt descendere in Ægyptum. *n* Consumptisque, &c.] Cibi allati

Ω Interim fames, &c. *h* Venissemus.] De Ægypto. *k* Facite, quod vultis.] Ecce Judas impetravit, quod Ruben non potuit impetrare. Unde patet majus esse, reum esse peccati, quam corporaliter occidi. Ex quo etiam patet, quod homo potius debet velle interfici, quam peccare. *m* Modicum Resinæ, &c.] Storax, sive stirax, stacte, terebinthum, species sunt gummi odoriferi. Nota resina dicitur quodlibet gummi liquidum, vel aridum, & dicitur a resin Græce, quod est emanare Latine. Resina enim triplex est. Prima est terebinthina, quam forte exponendo subdit: Et terebinthi: hæc pretiosior. Secunda est lentiscina, a lentisco arbore manans, quæ venit de Chio insula. Tertia est pinea, a pino manans: Forte balsamum vocavit hic resinam Moyses: Cui concordans *Josephus*, in principio Numeri, ponit balsamum, & tacet resinam. Storacem quidam speciem resinæ dicunt. *Hieron.* dicit in Hebræo esse nechota, quod sonat generaliter thymiama. Et in *Isai.* 39. Pro domo nechota quidam transtulerant cellam thymiamatis, quidam domum stiracis, eo quod in illa sunt aromata diversa credita,

al. † attestatione jurisjurandi.

Infr. 44.

B

ad filios suos: *a* Revertimini, & emite *b* pauxillum escarum. Respondit *c* Judas: Denunciavit nobis vir ille sub † testificatione jurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis mittere eum nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria: Sin autem non vis, non ibimus. Vir enim, ut sæpe diximus, denunciavit nobis dicens: Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. Dixit eis Israel: In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei, & alium habere vos fratrem. At illi responderunt: *d* Interrogavit nos homo per ordinem nostram progeniem, si pater viveret, si haberemus fratrem. Et nos respondimus *e* ei consequenter juxta id, quod fuerat sciscitatus. Numquid scire poteramus, quod dicturus esset, adducite vobiscum fratrem vestrum? Judas quoque dixit patri suo: *f* Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, & possimus vivere, ne moriamur nos, & parvuli nostri: *g* Ego suscipio puerum, de manu mea require illum: nisi reduxero, & † tradidero eum tibi, ero peccati in te reus omni tempore. Si non intercessisset dilatio, jam vice altera *h* venissemus. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si *i* sic necesse est, *k* facite, quod vultis. *l* Sumite de optimis terræ † frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & † storacis, & stactes,

Ω *a* Et illam: Θ de Ægypto, sunt peccatores sublati de mundo. His cibis libenter vescitur dominus, *sup.* 27. dicit Rebecca, idest, gratia prædicatori: Affer mihi duos hedos optimos, ut faciam escas patri tuo quibus libenter vescitur. Hedus optimus, peccator maximus ad Deum conversus, qui a Deo comeditur, quando Ecclesiæ incorporatur; Et sic consumitur in bono. *Deut.* 4. Deus noster ignis consumens est, Unde aliquibus conversis, statim alios esurit, ut ignis, qui nunquam dicit sufficit, ut dicitur *Pr.* 30. Vel aliter dicitur Deus consumere conversos ad se, quia contemptibiles, & quasi consumptos, & nihilum reputari facit, aliter non possent cedere in alimenta Jacob. *a* Revertimini, &c.] Non vult Deus otiosos esse prædicatores, sed statim his conversis, & in fide solidatis, vult eos reverti in Ægyptum ad alios convertendos. Et nota, quod dicit: *b* Pauxillum] quia electi respectu damnatorum pauci sunt. 1. *Cor.* 9. Hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium. Et quia fames prædicatorum, & ipsius Christi tanta est, quia quotquot sint, tamen pauxillum videtur. Unde dictum est de eis: Circumibunt civitatem, & famem patientur ut canes. *c* Respondit Judas, &c.] Non vult descendere in Ægyptum Judas sine Benjamin minimo fratre suo, nec prædicator sine humilitate orationis debet descendere ad prædicandum, aut aliter non videbit faciem Joseph, idest Christi. Humilis enim oratio impetrat prædicationi efficaciam. *Eccl.* 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur; & non descendet, donec aspiciat Deus. *Prov.* 25. Ne gloriosus appareas coram rege. Vel per Benjamin, qui interpretatur filius dexteræ, bonum opus intelligitur, sine quo nullus idoneus est ad prædicandum. *Act.* 1. Cœpit Jesus facere, & docere. *d* Interrogavit nos, &c.] Nota, Christus de progenie nostra, quærit, quando ad memoriam nobis reducit, quod filii Dei sumus. 1. *Joan.* 3. Charissimi, filii Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus, q. d. modo latet nostra generositas, sed postmodum apparebit; 1. *Reg.* 17. dicit Saul ad David: De qua progenie es tu adolescens? Hoc autem quærit Dominus, ut soliciti simus servare dignitatem nostri generis. *e* Respondimus ei consequenter] Quod facit, qui operibus attestatur, se esse filium Dei. *Eph.* 5. Estote imitatores Dei. *f* Mitte puerum] Judas petit Benjamin, & impetrat; non sic Ruben, idest, filius visionis, quia gratia boni operis datur humiliter confitentibus, *Matt.* 11. Confiteor tibi, Domine Deus pater celi, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & revelasti ea parvulis. *Jac.* 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *g* Ego suscipio puerum,] Judas quasi bona mater suscepit curam fratris minimi. *Pr.* 11. Qui suscipit animas, sapiens est. Verum est, si sit Judas, aliter insipiens est. *i* Si sic necesse est,] Hoc est, quod Deus pater non vult mittere prædicatores in Ægyptum, nisi urgeat necessitas. *Phil.* 1. Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius manere in carne propter vos. *l* Sumite de optimis terræ, &c.] Terra ista caro Christi est, de qua *Job* 9. Terra data est in manus impii. Hæc terra profert optimos fructus. Hinc sumere debes, quid offeras Joseph, idest, Christo, juxta illud *Prov.* 23. Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ sunt apposita ante faciem tuam, q. d. similia debes ei præparare, si invitaveris eum. Sed pauci, aut nulli volunt eum invitare, & ideo ipsemet se invitavit: Nec adhuc recipitur. *Apoc* 3. Ego sto ad ostium, &c. *Cant.* 5. Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Terra nostra fert spinas, & tribulos vitiorum, sed terra Christi electas species virtutum fert: & ideo de terra ejus, non de nostra sumere debemus, quod ei offeramus, scilicet: *m* Modicum resinæ, & mellis, & storacis, & stactes, & terebinthi, & amygdalarum: pecuniamque duplicem] Per hoc, quod dicit modicum, tria intelliguntur. Primum humilitas, quia modica debemus reputare opera nostra: Juxta illud *Luc.* 17. Cum omnia benefeceritis, dicite, servi inutiles sumus, &c. Et quando hoc facimus, tunc Dominus reputat magna. Unde *Luc.* 21. dixit Dominus: Vere dico vobis, quia hæc vidua pauper plus quam omnes misit: & non miserat nisi duo æra, & alii miserant divitias multas. Secundum, Dei consolatio, quia modicum sufficit ad salutem. 2 *Cor.* 4. Id momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Tertium, operatio, quia revera modicum est, quicquid facimus, aut patimur respectu exempli, quod præcessit in Christo. *Isai.* 64. Omnes justitiæ nostræ, &c. respectu meriti, sive causæ, idest, peccatorum nostrorum. *Job* 11. Utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, ut ostenderet secreta sapientiæ suæ tibi, & multiplex esset lex ejus, & intelligeres, quod multa minora exigas ab eo, quam meretur iniquitas tua. Vel respectu præmii, quod dabitur in futuro. *Rom.* 8. Non sunt condignæ passiones, &c. *Bern.* Non sunt condignæ ad præteritam culpam, quæ remittitur; ad præsentis consolationis gratiam, quæ immittitur; ad futuram gloriam, quæ promittitur. Item *Bern.* Propter quatuor, totam vitam nostram debemus Christo. Numquid de una filia duos generos facere potuisti? Totos nos debemus satisfactioni pro peccatis præteritis, totos Creatori, totos Redemptori, totos futuræ gloriæ. Ecce quatuor creditores, quibus nos totos debemus. Unde clamat *Bern.* Domine vim patior, responde pro me. In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Tu solve pro me omnibus, quod potui, feci; habe me excusatum. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Per resinam, quæ amara est, intelligitur amaritudo pœnitentiæ, quæ revera modica, vel nulla est hodie. *Jerem.* 8. Numquid est resina in Galaad, & medicus non est ibi? Per mel intelligitur internæ dulcedo suavitatis, quæ est in vere dolentibus. Unde *Bernard.* Multi vident cruces nostras, qui non vident unctiones nostras. Prius est

Θ resina

Multer.

Psalm. 58.

Infr. 44. al. † reddidero.

C

al. † fructibus.

al. † stiracis.

Isai. 38. *Psalm.* 30. *Luc* 23. *Psalm.* 138.

& terebinthi, & amygdalarum: Pecuniamque duplicem ferte vobiscum, *a* & illam, quam invenistis in sacculis, reportate, *b* ne forte errore factum sit: Sed & fratrem vestrum tollite, & ite ad virum. *c* Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem, & remittat vobiscum fratrem vestrum, quem tenet † & hunc Benjamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, & *d* pecuniam duplicem, & Benjamin, descenderuntque in Ægyptum, & *e* steterunt coram Joseph. Quos cum ille vidisset, & Benjamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: *f* Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue convivium, quoniam mecum sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut fuerat imperatum, & introduxit viros domum. Ibique exterriti dixerunt mutuo: *g* Propter pecuniam, quam retulimus prius in saccis nostri, introducti sumus, ut devolvat in nos calumniam, & violenter subjiciat servituti & nos, & asinos nostros. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem, locuti sunt: Oramus, domine, ut audias nos: Jam ante descendimus, ut emeremus escas: quibus emptis cum venissemus ad diversorium, aperuimus † saccos nostros, & invenimus *h* pecuniam in ore saccorum, quam nunc *i* eodem pondere reportavimus. Sed & aliud attulimus argentum, ut emamus, quæ necessaria sunt, *k* Non est in nostra conscientia quis eam posuerit in marsupiis nostris. At ille respondit: *l* Pax vobiscum, nolite timere:

Δ *a* Et illam,] scilicet pecuniam. *b* Ne forte errore factum sit:] idest, ne forte erraverit minister Joseph, qui implevit saccos vestros, putans se alibi ponere pecuniam, quod si est, debetis ei restituere. *d* Pecuniam duplicem,] Pecunia duplex, integritas mentis, & corporis, ut utroque pede sequantur agnum, quocumque ierit. Vel dilectio Dei, & proximi: Vel fides, & boni mores. *g* Propter pecuniam, quam retulimus] Propter pecuniam in saccis retentam, idest propter scientiam absconditam timent prædicatores, & revera timendum est. *Isai.* 6 Væ mihi, quia tacui. *Deuteron.* 25. Quando duo fratres, &c. Ibi *Gloss.* De tauris proculdubio rei sunt, quanti loquendo prodesse potuerunt *Jos.* 7. Condemnatur Achor pro regula aurea abscondita. *Matt.* 25. Serve male, & piger, sciebas, quia meto, ubi non semino, & congrego, ubi non sparsi, oportuit ergo te pecuniam meam committere nummulariis. *b* Et invenimus pecuniam] Ecce quod supra dictum est de uno, intelligendum est de omnibus.

Apoc. 14.

al. † in vinculis.

D

Δ *a* Deus

Mystice. Θ resina, quam mel. *Joan.* 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium: Imo resina cum melle est, etsi præcedat [illegible]iter, ipse enim dolor pro Christo habitus, dulcedinem parit in corde. *Thren.* 1. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Cum fletu, & gaudio reædificatur Jerusalem. 1. *Esdræ* 3. Non poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: Sic in anima, quando reædificatur scilicet per pœnitentiam, quidam lætantur, scilicet ratio, & motus ejus; quidam flent, scilicet caro, & familia ejus. Unde *Psal.* 2. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Inde fit ex contrariis motibus simul venientibus cujusdam tripudii ineffabilis armonia in eodem subjecto. Unde si quis haberet spiritualem auditum, in quolibet pœnitente audiret dulcissimam melodiam ex contrariis vocibus, quam quilibet potest in se sentire. Et dicitur hujusmodi melodia in Gallico, *Pleurecant*: Sed divites, qui hic recipiunt consolationes suas, ipsi habent *Cantepleure*. *Prov.* 14. Extrema gaudii luctus occupat. Storacis duæ sunt species, quædam cadit in terram, & nullius pretii est, quædam cohæret cortici, & pretiosa est, ut dicit *Gloss. sup. Eccl.* 24. Item quædam gutta terebinthi mascula est, & parum valet; alia femina, & illa pretiosa est. Inter has duas species ponitur stacte, idest myrrha, per quam significatur pœnitentia, quæ non debet in terram cadere, ut fiat pro terrenis, nec debet esse masculus, sed femina per fœcunditatem boni operis, & per recordationem propriæ infirmitatis. Amygdala, sunt cibi infirmorum, & significant compassionem prælatorum erga infirmos, quam corrigendo debent prælati infirmis, quos increpant. Unde *Num.* 17. legitur virga Aaron amygdala protulisse. Steriles virgas habent prælati, qui sine compassione, & cum austeritate imperant, ut legitur *Ezech.* 34. Ita fieri non debet, sed sit virga correctionis fructifera, per consolationem, sit & fructus virgineus, per correptionem. Virga corripiat reum, fructus lætificet ægrum. Hæc habuit Paulus 1 *Cor.* 4. In virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? quasi dicat in utroque. Et *Psal.* 22. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt: Virga scilicet correctionis, & baculus consolationis, quo sustentetur infirmus, ne omnino deficiat. Pecunia duplex, significat verbum, & opus, quæ conjuncta debent esse in prædicatione. Vel duplex pecunia, sermo sapientiæ, & sermo scientiæ. 1. *Cor.* 12. Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alii quidem sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ, &c. *c* Deus autem meus, &c.] Hic patet, quod illi, qui mittunt prædicatores, debent orare pro ipsis, ut Christum placabilem inveniant, & etiam ipsemet prædicator debet similiter orare in principio sermonis. *Esther* 14. Domine deorum, & universæ potestatis, tribue sermonem, compositum in ore meo in conspectu Leonis, idest, Assueri, per quem significatur Christus. Satis miser est, qui non potest invenire gratiam in fonte gratiæ. *Job* 33. Deprecabitur Deum, & placabilis erit ei, & videbit faciem ejus in jubilo. Et quid debet orare? Ut scilicet Benjamin remittatur, & Simeon, qui tenetur in vinculis: Hoc est, quod debet orare pro stantibus, ut non cadant in Ægypto; & pro lapsis, ut resurgant, & revertantur in Chanaan.

E

supr. 42.

al. † sacculos.

e Steterunt coram Joseph.] Boni stant coram Christo. 3. *Reg.* 17. Vivit Dominus in cujus conspectu sto. Stant & mali coram Christo. *Isa.* 65. Populus qui ad iracundiam me provocat, ante faciem meam semper. Sed differenter, illi ut offerant, isti ut auferant.

f Introduc, &c.] Supra sine Benjamin venientes, retruduntur in carcerem, ut captivi: Hic adducto Benjamin, introducuntur in domum cum Joseph, in meridie comesturi: Hoc est, quod doctrina sine vita, vel prædicatio sine opere, potius pœnam meretur, quam præmium. *In libro Prosperi*: Bene docere, & male vivere, quid aliud est, quam se sua voce damnare? Dispensator, Christus inquantum homo: Domus cœlestis patria, de qua *Joan.* 14. In domo patris mei, &c. Et in hanc introducet Christus, quando convivium erit paratum. *Matt.* 22. Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ergo ad nuptias. Meridies, mira lætitia, ibi enim gaudium sine tristitia. *Apoc.* 21. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia priora abierunt. *Bernard.* Felix lacryma, quæ pia manu Conditoris meretur abstergi.

h Pecuniam in ore saccorum,] De triplici pecunia agitur hic. De pecunia inventa in saccis, hoc est verbum prædicationis. De pecunia reportata, hoc est verbum gratiarum actionis. De pecunia ad emendum triticum, hoc est verbum orationis. Hæc tria verba debent sancti prædicatores portare. *Osee* 14. Tollite vobiscum verba, & convertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, ecce oratio: & accipe bonum, ecce prædicatio: & reddemus vitulos labiorum nostrorum, ecce gratiarum actio. *i* Eodem pondere] Hoc est, si Deus dedit tibi magnam gratiam prædicationis, vel orationis, vel ministrationis, debes ei reportare magnum fructum. *Eccl.* 35. Da Altissimo secundum donatum ejus. Ita faciebat Apostolus. 1. *Corinth.* 15. Gratia Dei in me vacua non fuit. Sed multi in pondere magno recipiunt gratiam, & in parvo referunt fructum. *Eccl.* 20. Gratiæ fatuorum effundentur, datus insipientis non erit utilis, oculi ejus septemplices sunt, exigua dabit, & multa improperabit.

k Non est, &c.] Hoc est, quod prædicator nescit, unde sibi donum Dei deveniat. *Joan.* 3. Nescis, unde veniat, aut quo vadat. 2. *Machab.* 7. Nescio, quomodo in utero apparuistis. *l* Pax vobis,] Timentibus, & lugentibus. Dixit: (*Pax vobis, &c.*) Unde *Joan.* 20.

a Deus vester, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in † sacculis vestris: Nam pecuniam, quam dedistis mihi, probatam *b* ego habeo. *c* Eduxitque ad eos Simeon. Et introductis domum, *d* attulit aquam, & laverunt pedes suos, *e* deditque † pabulum asinis eorum. Illi vero parabant munera, donec ingrederetur Joseph *f* meridie. Audierant enim, quod ibi comesturi essent *g* panem. Igitur *h* ingressus est Joseph domum suam, obtuleruntque ei munera, *i* tenentes in manibus, & *k* adoraverunt † proni in terram. At *l* ille clementer resalutatis eis, interrogavit, † dicens: *m* † Sanusne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi: Adhuc vivit? Qui responderunt: Sospes est servus tuus, pater noster, adhuc vivit. Et incurvati, adoraverunt eum. *n* Attollens, autem Joseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum uterinum, & ait iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi: Et rursum *o* Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. Festinavitque †, quia *p* commota fuerant viscera ejus super fratre suo, & erumpebant lacrymæ, & introiens cubiculum flevit. *q* Rursusque lota facie egressus, continuit se, & ait:

Psalm. 11. — al. theca. — al. † pabula. — F — al. † eum.

a Deus vester, &c.] *August.* Mendacium videtur, sed aliquid significare credendum est. Argentum enim, quod datur, & non minuitur, quod & probatum appellatum est, illud forte est, de quo dicitur: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, idest, perfecte. Nam pecuniam non mentitur sapiens dispensator, quia de pecunia verbi Dei dicit. *b* Ego habeo.] Sic igitur non mentitur quis, cum dicit aliquid mysticum, licet superficie tenus videatur dicere falsum, sicut Laurentius intelligens de thesauris cœlestibus non est mentitus, licet ille, cui loquebatur aliud intelligeret. Dispensativa enim sunt hujusmodi dicta, non mendacia, a Spiritu sancto divinitus inspirata. Vel sic potest solvi juxta litteram (Habeo) idest, habere me reputo. *f* Meridie.] Nota abstinentia antiquorum, qui non comedebant ante meridiem, non præveniebant horam comedendi. Forte revertebatur domum a litibus decidendis, & pacificandis. *g* Panem.] Non delicias, in quo notatur etiam sobrietas antiquorum.

k Adoraverunt] idest, inclinaverunt genua sua.

m Sanusne est pater vester] Quod Joseph quærit de patre, significat, quod corda convertentur ad filios: *Malach* 4. De duobus quærit, idest, sanitate, & vita; quia Christus utrumque dat *Psal.* 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas. *n* Attollens, &c. oculos,] *August.* Affectus boni animi semper proclivus est ad pietatem. Unde & in Joseph possumus considerare virtutum copiam. Castus erat, cum sprevit impudicitiam dominæ. Sapiens, cum diligenti investigatione fratrum animos explorabat qualiter sentirent de fratre suo uterino. Justus erat in adhibitione disciplinæ delinquentibus. Pius in conversione pœnitentium.

Δ *c* Juxta

Mystice. Ꝋ inclusis in domo propter metum Judæorum, dicit Jesus: Pax vobis. *a* Deus vester, & Deus patris vestri, &c.] Thesaurus in sacco, timor in animo. *Isa.* 33. Timor Domini ipse est Thesaurus ejus. *b* Ego habeo.] Omnia pro Christo damus, sive verba, sive opera, sive eleemosynas. Et Christus habet, & nos habemus. Nos habemus per meriti actionem, ipse per præmii remunerationem. Nos habemus fructum, ipse gloriam. Nos habemus ut accipientes, ipse ut largiens. *c* Eduxitque] Habentibus pecuniam in saccis, educitur frater de vinculis, idest, prædicatoribus in corde habentibus, & in opere triplex verbum, quod dictum est, solvitur peccator de vinculis peccatorum. Unde Paulo datæ sunt animæ, quæ erant in navi. *Act.* 27. *d* Attulit aquam,] Nota dispensator affert aquam, & ipsi laverunt pedes: Hoc est, quod Christus per se confert gratiam, & homo cooperatur ei in motu devotionis, aut contritionis, quo lavantur non manus, idest, opera, quia bona sunt, neque caput, idest, intentio, quia recta est, sed pedes, idest, affectus, qui aliquando in bonis operibus contrahunt pulverem inanis gloriæ, vel iræ, vel hujusmodi. *Joan.* 13. Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. *e* Deditque pabulum asinis, &c.] Hoc notabile est. Isti non curabant de pascendis asinis, sed parabant munera Joseph, cum quo comesturi erant in meridie. Asini sunt corpora, quorum curam non debemus hic agere, sed dispensatori, idest, Christo relinquere. Ipse enim scit, quid necesse sit homini. *Matt.* 6. Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini: Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis *f* Meridie] Isti non comedunt mane cum asinis, sed expectant meridiem cum Joseph, idest, non quærunt delicias in præsenti, sed futuras expectant cum Christo. Et felices, qui hoc faciunt; & miseri, qui hoc non faciunt, *Eccl.* 10. Væ terræ, cujus rex puer est, & cujus principes mane comedunt; & beata terra cujus rex nobilis est, & cujus principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, non ad luxuriam, q. d. beati sunt, qui nolunt hic deliciari, sed expectant refici cum Christo in gloria. De talibus. 1. *Reg.* 9. Non est comesturus populus, donec veniat Samuel, id est, Christus, quia ille benedicet hostiæ refectionem. Revera illius benedictione carent, qui cum eo refici non expectant. Et dicitur status ille futurus meridies, quia tunc charitas ferventior, & cognitio clarior. *h* Igitur ingressus] Hoc de futuro exponitur sic: Christus in die judicii ingredietur domum, idest, Ecclesiam cœlestem, de qua *Luc.* 13. Cum intraverit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, &c. Tunc omnes boni occurrent ei cum muneribus, scilicet cum resina, & stacte, quæ amara sunt, & amygdalis, & melle, quæ dulcia sunt. Non enim est dignus Christo occurrere, qui hæc duo non obtulerit, scilicet veritatem in carnis mortificatione, & misericordiam in infirmorum condescensione. *Proverb.* 16. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas. *i* Tenentes in manibus,] Justi in hac vita munera habent in manibus suis, idest, laborem in opere, quem offerunt Christo, & in futuro habebunt quietem in remuneratione. Unde *Ps.* 125. Euntes, &c. venientes autem venient, &c. Vel justi habent hic munera in manibus, idest, animas Christo offerre cupientes *Job* 13. Animam meam porto in manibus meis, etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. Sed in futuro erunt hæc munera in manu Dei. *Sap.* 3. Justorum animæ in manu Dei sunt, &c. Propter quatuor dicuntur justi animas habere in manibus. Primo, quia intentionem manifestant in operibus. Secundo, quia exponunt se periculo propter Deum. Tertio, quia quasi lumen inter manus, sic animas per opera servant, ne insultibus vitiorum, aut dæmonum extinguantur. Quarto, quia parati sunt eas ostendere, & reddere Creatori, De his muneribus offerendis dicit *Bernard.* Duo minuta habeo, domine, corpus & animam dico: utinam hæc tibi in sacrificium perfectæ laudis possem offerre.

al. † eos. al. † Salvus. Supr. 29. — G — al. † in domum. — Supr. 42. Infr. 43.

k Adoraverunt] Nota quandoque oratio præcedit oblationem. Unde *Matth.* 2. Et procidentes adoraverunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. Hoc observant, qui prius orant, ut accepta sit oblatio ei. Unde in principio canonis Missæ dicitur oratio: Suscipe, sancta Trinitas, &c. Quandoque oblatio præcedit orationem, ut hic. Hoc observant, qui de susceptione munerum suorum gratias agunt.

l At ille clementer] Post oblationem munerum clementer loquitur Joseph, qui supra tam dure locutus fuit: Sic Christus postquam obtulerimus ei corpus, & animam in die judicii, clementer loquetur, qui modo dure loquitur flagellando.

o Deus, inquit, misereatur] Hic notatur nimius affectus, quem habet Christus erga parvulos. *Marc.* 9. Accipiens Jesus puerum, statuit in medio eorum, quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex hujusmodi pueris receperit, &c. *p* Commota fuerant, &c.] In fletu Joseph super Benjamin, notatur compassionis affectus, quem debent habere majores erga minores, sicut Christus habuit, Et nota, ter flevit Dominus. Super Lazarum: *Joan.* 11. Super Jerusalem: *Luc.* 19. In Cruce: *Hebr.* 5. In quo nobis indicitur triplex fletus: Super peccatores mortuos in peccatis, qui per Lazarum significantur: Super afflictione proximorum, qui per Jerusalem: Super miseriis nostris, qui per fletum in Cruce. *q* Rursusque lota] primo lavit Christus faciem suam in resurrectione sua, rursus lavabit in generali resurrectione, quoad suos, & continebit se ab omni fletu, *Isa.* 25. Auferet Deus omnem lacrymam ab omni facie.

Ꝋ *a* Ponite

Δ e Juxta ætatem] Hinc forte habent religiosi rationem consuetudinis suæ, ordinandi, & præponendi antiquiores junioribus, & sicut præcedunt ætate, ita debent & sanctitate. d Et mirabantur, &c.] quod major pars venerat Benjamin, [ita ut quinque partibus excederet.]

Josephus dicit, quod Joseph Benjamin duplicibus partibus honorabat. Sed utrumque stare potest, si quinque fuerant fercula, & de quolibet duplum habuit Benjamin, dispensatore procurante, ut aliis binis sedentibus ad mensam, ipse solus sederet. f Biberuntque, & inebriati sunt] *August.* solent ebriosi hic testimonium adhibere sibi in patrocinium propter Joseph, qui valde sapiens commendatur. Sed hoc verbum pro saturitate ponitur in Scripturis. Unde *Psa.* 64. Visitasti terram, & inebriasti eam: Quia in laude benedictionis hoc positum est, & donum Dei commemoratur, apparet hanc ebrietatem saturitatem significare: Nam ita inebriari, ut inebriantur ebriosi, nec ipsi terræ utile est, quoniam majori humore, quam sufficit, corrumpitur, sicut vita ebriosi, qui non satietate se replet, sed mergit diluvio.

al. ergo.

Mystice.

Θ a Ponite panes.] Nota ordinem. Primo flet, secundo lavat faciem, tertio ponit panes: Sic Christus modo flet in suis membris, postea lavabit faciem in die Judicii, post, ponet panes in æterna refectione. *Luc.* 12. Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Nota septem panes, de quibus agitur *Matth.* 15. quibus Dominus refecit turbam, quæ eum sequebatur. Et dicit *Bernard.* Per septem panes, intelliguntur septem effectus misericordiæ Dei. Primus panis est expectatio, qua Deus misericorditer expectat peccatores ad pœnitentiam. Secundus, conservatio a peccato. Tertius, peccatoris vera conversio. Quartus remissio. Quintus, virtus continendi. Sextus, gratia promerendi. Septimus, spes obtinendi. Primus panis ex triplici grano conficitur: Expectat enim Deus, ut commendet patientiam, confirmet charitatem, impleat promissionem. Secundus similiter ex triplici grano conficitur: Conservat enim a peccato; dando sanitatem affectionum, ut peccatum non appetatur; dando virtutem resistendi, licet appetatur subtrahendo opportunitatem peccandi, si virtus resistendi peccato non habeatur, Tertius similiter ex triplici grano conficitur: Convertit enim pudore peccati, timore pœnarum, spe veniæ. Quartus similiter ex triplici grano conficitur: Remittit enim Deus peccatum, quia non damnat hic ulciscendo, non confundit improperando, nec minus diligit puniendo. Quintus similiter ex triplici grano conficitur: Dat enim virtutem continendi contra carnis illecebras, contra mundi fallacias, contra dæmonum versutias. Caro enim suggerit voluptatem, mundus vanitatem, dæmon honorum ambitionem. *Isai.* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, superbiæ, & voluptatis. Sextus similiter conficitur ex triplici grano: Dat enim gratiam promerendi in dolore præteritorum, in contemptu præsentium, in desiderio futurorum. Septimus similiter ex triplici grano conficitur: Roborat enim nos in spe obtinendi charitate adoptionis, cum attendimus, quod Deus per charitatem nos adoptavit in filios; veritate promissionis, cum attendimus, quod Deus verax est in promissis: potestate solutionis, cum attendimus, quod Deus potens est reddere, quod promisit. Hæc sunt contra tria, quæ possent dejicere spem, scilicet diffidentia meritorum, consideratio nostræ abjectionis, æstimatio præmiorum. b Seorsum Joseph, &c.] Hoc est, quod in futuro ordinabuntur boni in gloria pro meriti quantitate. *Joan.* 14. In domo patris mei, &c. Joseph, Christus, qui supra omnes erit: Ægyptii, pœnitentes, qui hic fuerunt in mærore pro peccatis suis: Filii Jacob, innocentes, qui custodierunt se a peccato, & in innocentia domino servierunt. e Majorque pars venit Benjamin,] idest, Paulo, quia plus laboravit omnibus. 1. *Cor.* 15. & ideo plus omnibus gloriabitur. f Biberuntque,] Hoc est, quod dicitur in *Ps.* 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. *Cant.* 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. *Bern.* Comedite laborantes in præsenti vita, bibite quiescentes post resolutionem animæ a corpore, & inebriamini resurgentes in utraque stola corporis, & animæ.

a Ponite panes. Quibus appositis, b seorsum Joseph, & seorsum fratribus: Ægyptiis quoque, qui vescebantur, simul seorsum: Illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant hujuscemodi convivium: Sederunt † coram eo primogenitus juxta primogenita sua: & minimus c juxta ætatem suam: Et d mirabantur nimis sumptis partibus, quas ab eo acceperant: e Majorque pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. f Biberuntque, & inebriati sunt cum eo.

C A P. XLIV.

PRÆCEPIT g autem Joseph dispensatori domus suæ, dicens: h Imple saccos eorum frumento i quantum possunt capere, & k pone pecuniam singulorum in summitate sacci: l Scyphum autem

EXPOSITIO CAP. XLIV.

A

PRæcepit g autem Joseph dispensatori, &c.] k Pone pecuniam singulorum, &c.] Quæritur, quare Joseph voluit eis toties illudere, & quare, & ita aspere locutus est eis, cum pius esset, & sapiens. Et dicit *Aug.* Verba pro verberibus irrogat, ne alia pœna pro scelere fraternæ venditionis affligantur.

Allegorice.

Δ e Ipse est, in quo

Δ g Præcepit autem Joseph dispensatori, &c.] Joseph Christus secundum quod Deus, dispensator Christus secundum quod homo, qui se fidelem dispensatorem adhibuit, qui absque patre nihil dare etiam cognatis suis voluit. *Matth.* 20. Sedere autem ad dexteram, vel ad sinistram meam, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Sic omnes ministri absque voluntate dominorum nihil dare debent. *Bernard.* Dispensatoribus. Facite, quod potestis: Sed utcumque debeatis, quæstio est: probatis hoc facto, scilicet vos habere plenitudinem potestatis. Sed mystice, non ita ubi urget necessitas, excusabilis est dispensatio, ubi provocat utilitas laudabilis: Utilitas dico, non propria, sed communis, ubi neutrum subest, dissipatio est, non dispensatio. h Imple saccos] Præcepto Joseph, idest Dei, implevit saccos filiorum Jacob frumento. *Joan.* 2. Mittam vobis frumentum, vinum, & oleum, & replebimini in eis. Frumentum spiritualis intelligentiæ, vinum spiritualis lætitiæ, oleum nitoris conscientiæ. In his tribus repleti sunt Apostoli, & sequaces eorum. Hoc autem notandum est, quod prius inebriati sunt cum Joseph filii Jacob, & postea jubentur ferre aliis alimenta, non ante. Quod est contra quosdam, qui docere, aut prædicare præsumunt nondum inebriati, aut si inebriati, non tamen cum Joseph, sed cum Aristotele, aut Platone, aut Tullio. *Aggæi* 1. Comedistis, & non estis saturati; bibistis, & non inebriati estis. *Gloss.* Comedit, & non saturatur, qui verbum Dei audiens, lucrum, vel gloriam sæculi concupiscit. Et bene non saturatur, quia aliud est, quod mandit; aliud, quod esurit. Et bibit, & non inebriatur, qui ad verbum Dei aurem inclinat, sed mentem non mutat. i Quantum possunt capere,] idest, unicuique dat Dominus intelligentiam, secundum quod utile est. 1. *Cor.* 12. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. *Matth.* 25. Unicuique secundum propriam virtutem. k Pone pecuniam] Duo notantur hic, quod pecunia verbi Dei intus debet in sacco per existentiam, non extra per inanem gloriam, sed in ore per doctrinam. *Deut.* 30. Prope te est sermo valde in corde tuo, prope est in ore tuo. In corde per intelligentiam, in ore per doctrinam. De illis, qui in fundo sacci abscondunt pecuniam: dicitur *Eccles.* 20. Sapientia abscondita, & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque? Melior est qui celat insipientiam suam, quam homo, qui abscondit sapientiam suam. De illis, qui habent pecuniam extra saccos ad apparentiam, dicitur *Soph.* 1. Disperierunt omnes involuti argento. Et nota: Filii Jacob primo dederunt pecuniam pro frumento. Secundo repleti sunt sacci. Tertio inventa est pecunia in ore saccorum, quam reposuerat dispensator: Hoc est, quod legitur *Act.* 4. de Apostolis, primo dederunt pecuniam orationis pro spirituali intelligentia. Unde *ibid.* dicitur: Nunc, Domine, respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Postea repleti sunt Spiritu sancto. Unde *ibid.* Et cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt Spiritu sancto. Tertio prædicaverunt. Unde sequitur ibi: & loquebantur cum fiducia verbum Dei. l Scyphum autem, &c.] Scyphus argenteus, nitor eloquii. Saccus junioris, anima Pauli, qui ultimus inter Apostolos conversus fuit.

Δ a Et orto

meum argenteum, & pretium, quod dedit tritici, pone in ore ſacci junioris. Factumque eſt ita. Et *a* orto mane dimiſſi ſunt cum *b* aſinis ſuis. *c* Jamque urbem exierant, & proceſſerant paululum. † Tunc *d* Joſeph acceſito diſpenſatore domus, ait: Surge, inquit, perſequere viros, & apprehenſis, dicito: Quare reddidiſtis malum pro bono? ſcyphus quem furati eſtis, *e* ipſe eſt, in quo bibit dominus meus, & in quo † *f* augurari ſolet: *g* Peſſimam rem feciſtis. Fecit ille, ut juſſerat, & apprehenſis per ordinem locutus eſt. Qui reſponderunt: *h* Quare ſic loquitur dominus noſter, ut ſervi tui tantum flagitii commiſerint? Pecuniam, quam invenimus in ſummitate ſaccorum reportavimus ad te de terra Chanaan, & *i* quo modo conſequens eſt, ut furati ſimus de domo domini tui aurum, vel argentum? *k* Apud quemcumque fuerit inventum ſervorum tuorum, quod quæris, moriatur, & nos ſervi † erimus domini noſtri. Qui dixit eis: Fiat juxta veſtram ſententiam: *l* Apud quem fuerit inventum, ipſe ſit ſervus meus, vos autem *m* eritis innoxii. Itaque *n* feſtinato deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli. *o* Quos ſcrutatus, incipiens a majori uſque ad minimum, invenit ſcyphum in ſacco *p* Benjamin. At illi ſciſſis *q* veſtibus, oneratiſque rurſum aſinis, reverſi ſunt in oppidum. *r* Primuſque Judas cum fratribus, ingreſſus eſt ad Joſeph. (*ſ* Necdum enim de loco abierat:) *t* omneſque ante eum pariter in terram corruerunt: quibus ille ait: *u* Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis, *x* quod non ſit ſimilis mei in † augurandi ſcientia? *y* Cui Judas: Quid reſpondebimus, inquit, domino meo, vel quid loquemur, aut juſte poterimus obtendere? Deus invenit iniquitatem ſer-

Allegorice. Δ *e* Ipſe eſt, in quo bibit Dominus meus, &c.] Joſeph, ideſt Chriſtus in ſcypho bibit, quando in lege calicem ſuæ paſſionis oſtendit. *Jo.* 4. Nunquid tu major es patre noſtro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit? In ſcypho auguratur Joſeph, quando Chriſtus in lege facit prævideri futura: Nec vult Chriſtus, ut aliunde requiratur veritas futurorum. *Luc.* 16. Habent Moyſen, & Prophetas, audiant illos. *Iſai.* 8. Nunquid non populus meus a Deo ſuo requiret viſionem pro vivis, & mortuis ad legem magis, & ad teſtimonium? *f* Augurari] Non eſt mentitus, ut dicit *Aug.* quia Joſeph dixit hoc, & revera Joſeph non erat augur: Auguria enim prohibentur. *i* Quomodo conſequens] quaſi non eſt veriſimile, quod hoc fecerimus, qui pecuniam retulimus. *m* Eritis innoxii.] ideſt, pro innoxiis reputabimini. Simile 3. *Reg.* 1. Cum dormierit Dominus meus Rex cum patribus ſuis, erimus ego, & Salomon peccatores, ideſt, pro peccatoribus reputabimur, *r* Primuſque Judas] quia ipſe in ſua fide receperat eum. *x* Quod non ſit ſimilis, &c.] Quærit *Auguſt.* cur hoc dixit Joſeph, aut intentione fallendi, aut joco. Et dicit, quod joco, & ita otioſum fuit mendacium, & tamen myſticum. Vel poteſt dici, ſi placet, quod interrogative dixit, non aſſertive. Unde cum nihil propoſuit, nec falſum, nec verum dixit.

al. † Tum. B

al. † augurari.

▲ *b* Interrogaſti prius

Allegorice. Δ *a* Et orto mane dimiſſi] Hoc eſt, quod poſt reſurrectionem dictum eſt Apoſtolis: Euntes prædicate Evangelium omni creaturæ. *Marc. ult.* *b* Cum aſinis,] ideſt, cum corporum fragilitate, in qua ipſi vicerunt fortem adverſarium, ideſt, diabolum. *Judic.* Gedeon, & ſocii ejus vicerunt caſtra Madian, habentes tubas prædicationis in dextris, & lagenas, ideſt, corporum fragilitatem in ſiniſtris. Unde *Iſa.* 9. Sceptrum exactoris ejus ſuperaſti, ſicut in die Madian, ideſt, tempore Gedeonis, qui ſuperavit Madian, hoc modo dictum eſt. *c* Jamque urbem] ideſt, mundum. *Hebr.* 13. Exeamus ad eum extra caſtra. *d* Tunc Joſeph, &c.] Hoc eſt, quod Chriſtus ſuis ſuſcitat perſecutiones, ut inde magis proficiant. *Job* 13. Contra folium, quod a vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Ita dicant ſervi Chriſti in tribulatione poſiti. Et reſpondet eis Dominus, *Luc.* 12. Nolite timere puſillus grex, quia placuit patri veſtro dare vobis regnum. q. d. & ideo neceſſe eſt vos per tribulationes intrare in regnum cœlorum. *Act.* 14 *g* Peſſimam,] quod Dominus invenit culpam in neſcientibus. *Job* 9. Si lotus fuero quaſi aquis nivis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me. Furari ſcyphum Joſeph, eſt malum intellectum ponere in verbis Domini, vel vanum, & inutilem. *Jerem.* 23. Ecce ego ad Prophetas, qui furantur verba mea. Vel ſcyphum furari, eſt de nitore eloquii gloriari, vel intelligentia legis. *Ezech.* 16. Tuliſti vaſa decoris tui de auro meo, & de argento meo, quæ dedi tibi, & feciſti tibi imagines maſculinas, ideſt, ſimilitudinem fortis doctoris, aut prædicatoris, & non vere maſculos.

h Quare ſic loquitur] Hoc eſt, quod juſti dum tribulantur, ſine culpa ſua, videtur, quod Dominus calumniatur eos. *Job* 10. Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me, &c.

k Apud quemcumque] Hoc eſt, quod *Deuter.* 18. legitur: Propheta, qui arrogantia depravatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur. *l* Apud quem, &c. vos autem eritis innoxii.] Hoc eſt, quod Dominus in futuro nullum puniet pro peccato alterius, ſed quiſque pro peccato ſuo punietur. *Ezech.* 18. Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, &c. *n* Itaque feſtinato.] Hoc eſt, quod juſti, cum corripiuntur etiam ſine culpa, humiliant ſe, & confitentur ſe reos in multis. Stulti e converſo faciunt. *Prov.* 15. Stultus irridet diſciplinam patris ſui, qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. *o* Quos ſcrutatus,] Ita Dominus conſcientias ſcrutabitur ſingulorum in futuro. *Soph.* 1. Erit in tempore illo, ſcrutabor Jeruſalem in lucernis, &c. *p* In ſacco Benjamin.] Per Benjamin hic intelliguntur innocentes, quos Dominus tenerius diligit, & ideo potius arguit hic, ut puriores ſint. *Heb.* 12. Quem diligit Dominus, caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.

al. † tui. C

22.q.2. cap. quod ait. D

al. † augurandi.

q At illi ſciſſis veſtibus, &c.] Hoc eſt, quod viri religioſi invento peccato in uno de fratribus condolent, & onus ejus comportant *Galat. ult.* Alter alterius onera portate. 1. *Cor.* 5. Vos inflati eſtis. *Gloſſ.* Sancti veſtes ſcindunt, qui ſibi in exterioris decoris laceratione non parcunt.

r Primuſque Judas] Judas, confeſſio, ejus fratres, dolor de præteritis, & propoſitum abſtinendi a futuris. Hic primo ſurgit, ut plangat Chriſtum. Et hoc eſt, quod legitur 2. *Machab.* 3. quod mortuo Matathia, ſurrexit Judas loco ipſius. Matathias, interpretatur donum, hæc eſt gratia, qua mortua per peccatum, ſurgit confeſſio ad recuperandum eam.

ſ Necdum enim de loco abierat:] Hoc eſt, quod feſtina debet eſſe confeſſio.

t Omneſque ante eum pariter] Ecce mutua charitas, uno peccante omnes condolent. Et juſtum eſt, quia ſæpe pro peccato unius puniuntur multi, temporali pœna ſcilicet, ut patet *Joſue* 7. de Achor. Et quia omnes homines unius corporis membra ſunt. Unde 1. *Cor.* 12. Pro invicem ſolicita ſint membra, & ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Abſciſſus eſt ergo de corpore, qui non compatitur fratri patienti.

u Cur ſic agere voluiſtis?] Nota, voluntatem arguit Joſeph, quia ſolius voluntatis opera punientur. *Bernar.* Tolle propriam voluntatem, & infernus non erit. Et *Seneca:* Omne peccatum adeo eſt voluntarium, quod ſi non ſit voluntarium, non eſt peccatum.

x Quod non ſit ſimilis mei] Hoc eſt, quod Chriſtus omnia ſcit, & nihil eum latet, *quarto Regum* 7. Dicit Eliſeus, ideſt, Chriſtus: Nonne cor meum in præſenti erat, quando reverſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui?

y Cui Judas: Quid reſpondebimus] Hoc eſt, quod confeſſio accuſatoria debet eſſe, non excuſatoria. *Job* 9. Etiamſi habuero quippiam juſtum, non reſpondebo, ſed meum judicem deprecabor: Et cum invocantem me exaudierit, non credo, quod audierit vocem meam, 2. *Reg.* 12. David dixit: Peccavi Domino. Dixit autem Nathan: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum a te: Non morieris:

Δ *a* En omnes

b Interrogasti prius, &c.] Judas totam seriem narrationis recapitulat hic, ut sic animam Joseph flectat ad miserationem. Et sicut dicit *Aug.* aliis verbis narravit Moyses supra, quam Judas hic dixerat. Judas enim in sua narratione dicit, quod Joseph quaesivit ab eis, si haberent patrem: in verbis Moysi non continetur hoc. Unde datur intelligi, quod Joseph quaesivit illud, sicut dicit Judas, licet non scripserit supra Moyses, & multa alia gesta sunt, quae non fuerunt scripta. *Supr. 18.*

i Et ipsum solum habet] idest, ipse solus superstes est de filiis matris suae. E

k Amplius faciem meam.] Non dixit hoc supra Moyses, sed Exploratores estis; tamen potuit esse, quod Joseph dixerat, sed Moyses non scripsit.

Allegorice. *a* En omnes servi sumus, &c.] Hoc est, quod boni pro peccato alieno se obligant servituti. Ita enim fecit Dominus, *Psal.* 68. Quae non rapui, tunc exsolvebam.

b Absit a me] Hoc est, quod Christus neminem punit aeternaliter pro peccato. *c* Qui furatus] quasi qui peccaverit, ipse punietur. *Exod.* 32. Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo. *Ezech.* 18. Anima quae peccaverit, ipsa morietur. F *Supr. 43.*

d Accedens autem propius] Confessio timida est in principio, sed quanto major est timor, tanto confidentiorem reddit confitentem. *Prov.* 14. In timore Domini fiducia fortitudinis.

e Oro, domine] Confessio premittit orationem: Saepe enim imperat confessionem, & impetratam adjuvat, & e converso. *Prov.* 18. Frater, qui juvatur a fratre, quasi civitas firma. *f* Ne irascaris] domine satis.

g Tu es enim, &c.] Hoc est, quod Christus secundum quod homo supra omnem creaturam est post Deum.

h Interrogasti prius] Dominus interrogat nos, si habemus patrem, aut fratrem, quia vult, ut confiteamur nos habere Deum patrem, & fratrem: Patri debemus obedientiam, & reverentiam, fratri consilium, & auxilium.

EXPOSITIO CAP. XLV.

NOn se *l* poterat ultra cohibere Joseph, &c.] *m* Coram astantibus] Verecundia non excludit pietatem.

Ω g Frater

Moraliter. Moraliter. *l* Non se poterat ultra cohibere Joseph,] Mira pietas salvatoris: Vilis est homo, & abjectus, & indignus omni bono, & tamen non potest continere misericordiam suam ab eo. Unde admirans David clamabat: *Psalm. 8.* Quid est homo, quod memor es ejus, &c. *Job* 7. Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? *Is.* 40. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. *Bern.* Omnes gentes quasi non sint, sunt coram te, sic quidem in judicio veritatis, sed non sic in affectu pietatis tuae. Sicut igitur Joseph diu dissimulare, sive, celare non potuit pietatem, sic nec Christus, sed secundum multitudinem dolorum largitur multitudinem con-

vorum tuorum. En *a* omnes servi sumus domini mei, & nos, & apud quem inventus est scyphus. Respondit Joseph Absit *b* a me, ut sic agam: *c* qui furatus est scyphum, ipse sit servus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum. *d* Accedens autem propius Judas, confidenter ait: *e* Oro, domine mi, loquatur servus tuus verbum in auribus tuis, & *f* ne irascaris famulo tuo: *g* tu es enim post Pharaonem dominus meus. *h* Interrogasti prius servos tuos, habetis patrem, aut fratrem? Et nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, & puer parvulus, qui in senectute illius natus est, cujus uterinus frater mortuus est, & *i* ipsum solum habet mater sua, pater vero tenere diligit eum. Dixistique servis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. Suggessimus tibi domino meo, non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti servis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis *k* amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum, patrem nostrum narravimus ei omnia, quae locutus est dominus meus. Et dixit pater noster: Revertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus; Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul, alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri. Ad quae ille respondit: Vos scitis, quod duos filios genuerit mihi uxor mea. Egressus est unus, & dixistis, bestia devoravit eum, & huc usque non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum moerore ad inferos. Igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima illius ex hujus anima pendeat, videritque eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos ejus cum dolore ad inferos: Ego proprie servus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem omni tempore. Manebo itaque servus tuus pro puero in ministerium domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis, quae oppressura est patrem meum, testis assistam,

C A P. XLV.

NOn se *l* poterat ultra cohibere Joseph, multis *m* coram adstantibus, unde prae-

solationum. Et nota, quod haec ostensio Joseph potest intelligi de triplici adventu Christi, idest, de adventu per carnem, per gratiam, per gloriam. Per carnem semel venit. Diu enim absconditus latuerat apud patrem, sed clamavit Judas cum fratribus, idest, antiqui patres. *Is.* 16. Emitte agnum, Domine, dominatorem terrae. *Isai.* 64. Utinam dirumperes coelos, & descenderes, a facie tua montes defluerent. *Cant.* 1. Osculetur me osculo oris sui. Ad tot preces non poterat se amplius continere Joseph, idest Christus. Et inclinavit coelos, & descendit, sed caligo sub pedibus ejus. Unde a paucis agnitus est. Et hoc est, quod dicitur hic; quod multis coram astantibus praecepit, ut egrederentur cuncti foras, ut nullus interesset alienus agnitioni mutuae, nisi soli fratres Joseph, idest, fideles, qui crediderunt in eum, ab omnibus aliis, qui non crediderunt in eum, incarnatum se abscondit. De hac absconsione dicitur *Isai.* 45 Vere tu es Deus absconditus. *Matth.* 11. Confiteor tibi, pater Domine coeli, & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. *Psal. 93.* *Psalm. 17.* *Supr. 19.* G *Supr. 43.* A

In secundo adventu per gratiam quotidie venit. De hoc adventu dicit *Job* 9. Si venerit ad me, non videbo eum; & si abierit, non intelligam. Abit Christus, & abscondit se propter peccatum. Sed iterum ad vocem Judae, idest, verae confessionis visibilem se ostendit. Et de hac ostensione *Jerem.* 31. Longe Dominus apparuit mihi. Et quia longe cognoscit se amantes, statim infert Dominus: In charitate perpetua dilexi te, *Osee* 14. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanee, quia aversus est furor meus ab.eis. In hac agnitione quando Dominus se ostendit per gratiam, excluduntur alieni, idest, daemones, & peccata, & pravi motus. Hoc est, quod legitur *Matth.* 9. quod Dominus in suscitatione puellae ejecie a se turbam tumultuantem. In tertio adventu ostendet se dominus in gloria, & cognoscetur a fratribus suis. *Jerem.* 31. Cognosce Dominum: cognoscent enim me omnes a minimo eorum usque ad maximum, ait dominus; quia propitiabor iniquitatibus eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. In hac agnitione excludentur omnes mali. *Prov.* 14. Cor, quod novit amaritudinem animae suae, in gaudio ejus, non miscebitur extraneus. In quolibet istorum adventuum exhibet se Dominus cognoscendum suo modo. In primo corporaliter, in secundo spiritualiter, in tertio per speciem. Unde ad quemlibet potest referri, quod dicitur *Isai.* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.

m Multis coram] Sic in die judicii, quando Christus manifestabit se fratribus, multi stabunt coram eo, imo omnes, boni, & mali. *Rom.* 24. Omnes stabimus ante Tribunal

*Christi,

Ω g Frater vester,] *Eccl.* 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli. *b* Quem vendidistis] *Prov.* 11. Benedictio super caput vendentium. *o* Quibus nec arari poterit, &c.] quod ex nimia fluvii inundatione creditur accidisse in Ægypto. Sed in aliis terris unde accideret, alia causa fuit, sed non tangitur hic, neque in textu, neque in glossis.

al. † cognitioni.

Mystice.

Ω *a* Præmisitque Mystice. *c* Ego sum Joseph,] Hoc est, quod Christus in primo adventu se ostendit fratribus suis, id est, cunctis credentibus in eum. *Matth.* 13. Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. *Matth.* 16. Tu es Christus filius Dei

Sup. 41. & 45.

al. † terrore.

cepit, ut egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus † agnitioni mutuæ. *a* Elevavitque vocem cum fletu, quam *b* audierunt Ægyptii, omnisque domus Pharaonis, & dixit fratribus suis: *c* Ego sum Joseph, adhuc pater meus vivit? Nec *d* poterant respondere fratres nimio † timore perterriti. Ad quos ille *e* clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent prope, *f* ego sum, ait, Joseph *g* frater vester, *h* quem vendidistis in Ægyptum: *i* Nolite pavere, *k* nec vobis durum videatur, quod vendidistis me in his regionibus. *l* Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. *m* Biennium enim est, quod fames esse cœpit in terra, & *n* adhuc quinque anni restant, quibus *o* nec ara-

D

vivi. Iste bene noverat Christum. Similiter in futuro ostendit se tantum fratribus, idest, imitatoribus suis. *Jo.* 14. dicit Judas, non ille Scariothis: Domine quid factum est, quia manifestaturus es teipsum nobis, & non mundo? *d* Nec poterant, &c.] Hoc est, quod in primo adventu omnes mirabantur de sapientia ejus, nec poterant respondere ei. *Luc.* 2. Stupebant autem omnes super prudentia, & responsis ejus. Item in adventu ad judicium stupebunt omnes, tam boni, quam mali. *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. *e* Clementer accedite, &c.] *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Christus ante primum adventum se terribilem ostendebat. Unde *Exod.* 20. dicunt filii Israel ad Moysen: Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur: Sed in incarnatione factus est mansuetus. *Bern* Ante incarnationem fuit magnus, & terribilis; in incarnatione factus est parvulus, & amabilis nimis. Ante cera non poterat accedere ad ignem Domini, ne flueret; quia sicut fluit cera a facie ignis, sic pereunt peccatores a facie Dei: In incarnatione ignis obumbratus est nube carnis. *f* Ego sum, ait, Joseph, &c.] idest, ejusdem naturæ vobiscum, quem vendidistis pro modica delectatione peccati. Quoties peccas mortaliter, toties vendis Christum. Sed sicut delectatione peccati venditur Christus, sic contritione redimitur. *Is.* 55. Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac. Vinum quidem divinitatis Christi, & lac humanitatis. *i* Nolite pavere,] Ad hoc venit Christus, ut consolaretur mœstos, & timidos confortaret. *Is* 61. Spiritus Domini super me, &c. ut consolaretur omnes lugentes, ut ponerem consolationem lugentibus Sion. *Is.* 40. Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Deus vester. *Luc.* 12. Nolite timere pusillus grex. *k* Nec vobis durum] In futuro non erit durum nos peccasse, sed potius cedet ad gloriam, *Is.* 54. Nolite timere, quia non confunderis, neque erubesces: Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ oblivisceris. *Rom.* 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt sancti; etiam casus dicit *Gloss.* *l* Pro salute] Nisi traditus esset Christus, non esset salvatus mundus. Dicit *Gloss.* Et verum est. Licet enim alius modus fuerit Dei possibilis, nullus tamen saluti nostræ conventior fuit, ut dicit *Aug.* Tunc Christus missus est in Ægyptum, quando venit secundum carnem in mundum. Ideo autem venit in Ægyptum Dominus, quia Adam prius descenderat in Ægyptum, & redire per se non valebat, & ideo venit eum quærere. *Is.* 52. In Ægyptum descendit populus meus in principio. Quomodo igitur hic dicitur, quod Joseph, idest Christus præcessit in Ægyptum? Sed dicimus, quod præcessit viam redeundi ostendendo. *Mich.* 2. Ascendet ante eos iter pandens; divident, & transibunt portam scilicet mortis; Ante mortem Christi angusta erat porta ista, & periculosum exire per ipsam. Sed Christus mortuus, factus est ductor, & propugnator hostium, qui insidiatur in porta. *Eccles. ult.* Liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus præparatis ad escam, de manu quærentium animam meam. *Bernard.* Ostium domus nostræ larvales effigies obsident, ideo Dominus tanquam dux præcedit: Unde & in funeribus præfertur Crux. *m* Biennium enim est, quod fames esse cœpit] Verba sunt Domini ad discipulos. Incipit autem fames ista ab esu pomi. Unde mirabile est, quod fames per esum non est extincta, sed potius excitata, quia sæculi voluptate non satiant, sed esuriem provocant. *Bernard.* Cor hominis non plus satiatur auro, quam corpus aura. Stultus qui vult esuriem satiare aura: Non enim satiat esuriem, sed auget dolorem omnis delectatio temporalis. *Jerem.* 46. Frustra multiplicasti medicamina; sanitas non erit tibi. *n* Et adhuc quinque anni restant,] Biennium, quo fames incepit tempus ante legem, tempus sub lege. Quinque anni residui, tempora novissima, quando homines dediti erunt concupiscentiis quinque sensuum. 2. *Tim.* 3. In novissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes. De his dicitur *Ezech.* 8. Ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare, quasi viginti quinque viri habentes dorsa contra templum Domini, & facies ad Orientem. Viginti quinque fiunt ex quinque ductis in se. Unde viginti quinque viri sunt omnes voluptati quinque sensuum dediti. Dorsa contra templum habentes, idest, contra Christum, qui templum dicitur *Joan.* 2. Solvite templum hoc. Et facies ad Orientem, idest, ad delicias temporales. De hac fame novissimorum temporum dicitur *Matth.* 24. Erunt fames, &c. pestilentiæ, &c. Et notatur in fame ista, defectus spiritualium bonorum, & desiderium terrenorum.

Inf. 50.

o Quibus nec arari, &c.] Quia tanta erit malitia hominum, quod nulli, aut pauci audebunt prædicare, & qui prædicabunt, parum metent. Ad hoc dicitur *Amos* 5. Prudens in tempore isto tacebit, quia tempus malum est. *Jerem.* 12. Seminaverunt triticum, & messuerunt spinas.

Θ *a* Præmisitque

Moraliter.

* Christi. Et tunc præcipiet Christus, ut cuncti mali egrediantur foras. *Matth.* 25. Discedite maledicti in ignem æternum. Tunc erit dolor illis, qui foras excludentur, & gaudium his, qui intus admittentur. *Amos* 5. In omnibus plateis planctus, & cunctis, qui foris sunt dicetur, væ, væ. E converso boni audient clamorem lætitiæ. *Isa.* 51. Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas ejus; gaudium, & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Tunc cognoscetur Dominus tripliciter, in seipso, in nobis ipsis, in qualibet creatura.

Triplex Domini cognitio.

a Elevavitque vocem] Vocem Christus in primo adventu elevavit in prædicatione *Matth.* 5. Aperiens os suum, docebat eos, &c. In Lazari resuscitatione. *Jo.* 10. Hæc cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare, veni foras. In puellæ suscitatione. *Luc.* 8. Jesus tenens manum ejus, clamavit dicens: Puella surge. In Passione. *Luc.* 23. Et clamans voce magna Jesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. In secundo adventu elevat vocem cum fletu, quando gratiam compunctionis infundit peccatori, facit eum clamare ad se. *Luc.* 18. Cum audisset cæcus, quia Jesus Nazarenus transiret, clamavit dicens: Jesu fili David miserere mei. In tertio adventu elevabit vocem cum gaudio, & fletu, quando dicet: Venite, benedicti Patris mei: Ite maledicti. Tunc post ipsum audietur laus bonorum, & rugitus malorum. *Job* 37. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter. Item post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ.

Matth. 25.

b Audierunt Ægyptii,] Ægyptii vocem Joseph audiebant, sed eum non videbant: Hoc est, quod in primo adventu multi audierunt vocem prædicationis Christi, sed ipsum luce fidei non viderunt. *Actuum* 11. dicitur de sociis Pauli: Vocem quidem audierunt, neminem vero viderunt. Sed fratres Joseph, idest, electi, & viderunt, & audierunt. Paulus enim & vocem audivit, & lucem vidit. Unde circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram, audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris, &c.

Act. 9.

a Præmisitque me Deus,] Unde *Ps.* 104. Misit ante eos virum, in servum venundatus est Joseph. g In terra Gessen,] quæ est in Ægypto, quia est alia Gessen, quæ est in Palæstina, & scribitur per m, secundum quosdam. Sed hoc *Hier.* non placet. Hæc enim interpretatur imber vicinus, vel propinquitas, illa interpretatur terra † compluta. m Beniamin] Specialiter hunc nominat, quia specialiter hunc amat, eo quod esset conterminus ejus. o Gloriam meam] Non dicit hoc Joseph ad sui gloriam, sed ad lætitiam, & consolationem patris. r Illo quoque flente] id est, Joseph.
u Post quę ausi, &c.] Unde nimia malitia est, & species proditionis, post oscula retinere rancorem.
Ω d Omnia

al. † compluta. — al. † moriaris. — al. † Gessen.

C

ri poterit, nec meti. Præmisitque a me Deus, ut reservemini super terram, & escas ad vivendum habere possitis. b Non vestro consilio, sed Dei huc voluntate missus sum, c qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum universæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti. d Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis: Hæc mandat filius tuus Joseph: Deus me fecit dominum universæ terræ Ægypti: e Descende ad me, f ne † moreris. Habita in g terra † Gessen, erisque juxta me, tu & filii tui, & filii h filiorum tuorum, oves tuæ, & armenta tua, & universa, quæ possides, ibique i te pascam: adhuc enim quinque anni residui sunt famis, ne & tu pereas, & domus tua, & omnia, quæ possides. En k oculi vestri, & oculi l fratris mei m Benjamin vident, quod os meum loquatur ad vos. n Nunciate patri meo universam o gloriam meam, & p cuncta, quæ vidistis in Ægypto: festinate, & adducite eum ad me. q Cumque amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui, flevit, r illo quoque flente similiter super collum ejus s Osculatusque est Joseph omnes fratres suos, & t ploravit super singulos. u Post quæ ausi sunt loqui ad eum. x Auditumque est, & celebri sermone

D

Mystice. Θ a Præmisitque me Deus,] Hoc est, pater præmisit filium, ut provideret fami futurę in novissimis temporibus. *Is.* 1. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & quasi Gomorrha similes fuissemus, idest, muti ad prædicandum, & asperi ad audiendum.
b Non vestro consilio] *Act.* 2. Hunc definito consilio, & præscientia Dei, traditum per manus iniquorum affligentes interemistis. In hoc altissimo consilio Dei delectabatur *Augustinus* dicens: Non satiabor illa dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilii divini super salute generis humani. Et Apostolus admiratur ad *Rom.* 11. O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, &c.
c Qui fecit quasi patrem Pharaonis,] idest, gentilis populi. Unde *Is.* 49. Dedi te in lucem gentium; ut sis salus mea usque ad extremum terræ.
d Festinate,] Festinanter vult Dominus ascendere ad alios convertendos. Unde *Act.* 2. Factus est repente de cœlo sonus. Ibi *Gloss.* Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.
e Descende] Cum Christus sit mons super verticem montium, ut dicitur *Isa.* 2. quomodo dicit, descende? Sed in hoc notatur, quod sola humilitate ascenditur ad hunc montem.
f Ne moreris.] Non placet Deo mora convertendi se ad Deum. *Eccl.* 5. Non tardes converti ad Dominum, & differas de die in diem: subito enim veniet ira illius.
g Habita in terra Gessen, erisque juxta me,] Magna est hæc promissio, quam facit Dominus convertentibus se sine mora, quia erunt juxta eum, quibus ut fieret juxta, incarnatus est. *Is.* 56. Juxta est salus mea, ut veniat. *Job* 17. Pone me, Domine, juxta te, &c [Gessen] propinquitas interpretatur, quod bene congruit mysterio. Postquam enim Dominus descendit in Ægyptum, idest, in mundum per carnis assumptionem, omnes, qui erant in Ægypto, idest, in mundo, habitaverunt juxta eum. Ante longe erant omnes ab eo, nec poterunt ad ipsum ascendere, & ideo pius Dominus descendit ad eos. *Aliter.* *Ephes.* 2. Veniens evangelizavit pacem, & vobis, qui longe fuistis, & his, qui prope sunt, quoniam per ipsum accessum habemus ambo in uno spiritu ad patrem. Vel Jacob, significat Deum patrem, qui venit in Ægyptum, quando convertit homines ad Christum, *Jo.* 6 Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et nota, pater tradit Christo fideles custodiendos in præsenti, Christus in futuro reddet eos patri glorificandos. *Jo.* 17. Pater Sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. 1. *Cor.* 15. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & patri.
h Filii filiorum,] idest, illi, qui per conversos convertuntur. i Ibique te pascam] Christus in Ecclesia militante pascit patrem, ejus voluntati obediendo, ejus filios reficiendo.
k En oculi vestri,] Verba Christi sunt ad Apostolos. *Luc.* 10. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, &c. l Fratris mei Benjamin,] Nominatim exprimit Benjamin, id est, Paulum, quia non fuit cum aliis Apostolis, cum Domino personaliter conversantibus, sed in via, dum iret in Damascum, vidit eum. *Act.* 9. *Cor.* 15. Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est & mihi: Eo modo nominatim exponitur Petrus, qui negavit, ne desperaret. *Marc. ult.* Ite, dicite discipulis ejus, & Petro, quia præcedet vos in Galilęam. Nunc est tempus audiendi, sed in fine erit tempus videndi. Et qui audierit hic Dominum obediendo, in futuro videbit eum fruendo. *Job ult.* Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. n Nunciate patri, &c.] Gloriam Christi nunciant Deo patri, qui de exaltatione Christi, & Ecclesiæ gratias agunt; vel qui ad honorem, & laudem Dei patris prędicant Christi gloriam, quam habet apud Deum patrem p Et cuncta, quæ vidistis in Ægypto] Non solum gloria Christi nuncianda est, sed & tribulationes, & angustiæ, quas sustinuit in Ægypto, idest, in mundo, quæ omnia Apostoli viderunt. Hæc prædicanda sunt, quia sunt viæ ad gloriam. Sed angusta est hæc via, & pauci sunt, qui inveniant eam. *Matth.* 7.
q Cumque amplexatus] Parvulos amplexatus est Dominus, quia & parvulus natus est nobis, & parvulos quęrere venit. *Matth.* 19. Sinite parvulos venire ad me, & nolite eos prohibere, talium est regnum cœlorum. *Bernar.* Amplexatus est nos Dominus per dolorem, & laborem nostrum, adhæreamus ei quibusdam vicariis amplexibus, per justitiam suam actiones nostras ad justitiam dirigendus, passiones propter justitiam sustinendo. Jacob dixit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Quidnam superest, nisi benedictio post amplexum, & post benedictionem, quid, nisi osculum? r Illo quoque flente similiter] Christus flevit super nos, ut nos fleremus, non super ipsum, sed super nosmetipsos. *Luc.* 23. Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vosmetipsas flete, q. d. attendite, quod causa fletus non est in me, sed in vobis. 2. *Reg.* 15. Porro David ascendebat clivum olivarum, scandens, & flens, operto capite, & nudis pedibus incedens, sed & omnis populus, qui cum eo erat, operto capite ascendebat plorans. Pedes Christi in ascensu Crucis nudi fuerunt, & caput opertum, quia tunc operta fuit humanitatis infirmitas, sed abscondita fuit fortitudo divinitatis. *Habac.* 3. Cornua in manibus ejus: ibi abscondita est fortitudo ejus. s Osculatusque est Joseph omnes, &c.] Christus hic dat osculum reconciliationis, sed in futuro dabit osculum consummatæ dilectionis.

Isa. 9. — *Supr.* 12.

t Et ploravit super singulos.] Hoc est, quod Christus pro omnibus luxit, & pro omnibus mortuus est, quoad sufficientiam. 1. *Joan.* 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed pro totius mundi. Igitur si Christus pro nobis ploravit, justum esset, ut aliquando nosmetipsi pro nobis ploraremus *Bernard.* Compatitur, & plorat Deus; homo patitur, & ridebit?
u Post quæ, ausi sunt, &c.] Hoc est, quod ante incarnationem non audebant omnes loqui ad Deum. *Job* 9. Quantus sum ego, ut respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Sed postquam factus est homo, securum habent ad eum accessum. *Heb.* 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut misericordiam consequamur.
x Auditumque est,] Aula regis, Ecclesia triumphans, cum peccatores convertuntur ad Christum. Vel Aula regis, Ecclesia militans, de qua *Joan.* 12. Impleta est domus ex odore unguenti. Unguentum secundum *Ber.* contritio est.

Θ a Gavisus

Ω *d* Omnia bona Ægypti,] ideſt, aliqua de omnibus. *f* Medullam] ideſt terram fertilem dabo eis. *i* Quia omnes,] i. aliqua de omnibus, ut ſup. *n* Binas ſtolas,] i. tunicas talares.

Ω *d* Ne iraſcamini.

vulgatum in aula regis. Venerunt fratres Joſeph, Et *a* gaviſus eſt Pharao, atque omnis familia ejus. Dixitque ad Joſeph, ut imperaret fratribus ſuis, dicens: *b* Onerantes jumenta, ita in terram Chanaan, & *c* tollite inde patrem veſtrum, & cognationem, & venite ad me, & ego dabo vobis *d* omnia bona Ægypti, ut *e* comedatis *f* medullam terræ. *g* Præcipe etiam, ut tollant plauſtra de terra Ægypti, ad ſubvectionem parvulorum ſuorum, & conjugum, ac dicito: Tollite patrem veſtrum, & properate quantocius venientes, *h* nec dimittatis quicquam de ſuppellectili veſtra, quia *i* omnes opes Ægypti veſtræ erunt. *k* Fecerunt filii Iſrael, ut eis mandatum fuerat: *l* quibus dedit Joſeph plauſtra, ſecundum Pharaonis imperium, & *m* cibaria in itinere. *n* Singulis quoque proferri juſſit binas ſtolas: *o* Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum

Myſtice. Θ *a* Gaviſus eſt Pharao] Non ſolum omnes Sancti gaudent ſuper converſione peccatorum, ſed & Deus pater. Unde *Luc.* 15. Paterfamilias, & tota familia ejus gaudet ſuper reverſione filii prodigi, præter majorem filium, qui ſignificat præſumentes de ſua innocentia, vel juſtitia, qui peccatoribus nõ compatiantur, neſcientes quomodo tenerius afficitur Deus erga illos, qui de peccatis converſi ſunt, quam erga illos, qui non peccaverunt. *b* Onerantes jumenta,] Hoc eſt, qui de Ægypto, ideſt, de ſtatu peccati egrediuntur, debent onerare jumenta, ideſt, carnem domare, & ſic in terram viventium ad Deum patrem ire. Unde *ſup.* 24. Eliezer oneratis Camelis ivit pro uxore Iſaac adducenda. *c* Et tollite inde patrem veſtrum,] Hoc eſt, quod Dominus bene vult, ut prædicator primo trahat domeſticos, & poſtea alienos. 1. *Timoth.* 5. Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, infideli eſt deterior. *d* Omnia bona Ægypti,] ideſt, intelligentiam ſpiritualem. Vel ad litteram, omnia bona mundi juſtorum ſunt. 1. *Cor.* 3. Omnia enim veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. *Jo.* 12. Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Sic etiam membra Chriſti exaltata ab amore terrenorum, omnia trahunt ad ſeipſos, quia omnia ſerviunt eis, quia ſi habent aliquid, utuntur eo ad neceſſitatem: eo quod non habent, libenter carent propter Deum; & ita tam ea, quæ habent, quam ea, quæ non habent, ſerviunt eis. *e* Ut comedatis medullam terræ.] Ad hoc inducti ſumus in hunc mundum, vel in Eccleſiam, ut medullam bonorum ſpiritualem comedamus, non corticem temporalium. *Jerem.* 2. Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructum, & bona illius. Et nos hodie facimus e converſo. In Eccleſia nihil quærimus, niſi temporalia, ideſt, divitias, vel delicias, vel honores. Unde nos ſumus, ſicut porci, qui paſcuntur ſub quercu, & locum fœdant; ſic nos Eccleſiam fœdamus malis moribus, quæ tamen nos paſcit. Unde conqueritur Dominus per *Jer.* 2. Ingreſſi contaminaſtis terram meam, & poſuiſtis in abominationem. *Pſal.* 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, &c. *g* Præcipe etiam, ut tollant plauſtra, &c.] Plauſtra Ægypti, ſunt prædicatores de mundo converſi, qui ſubvehunt infirmos docendo, & compatiendo. *Iſa.* 41. Poſui te quaſi plauſtrum triturans, ideſt, ſeparans grana a paleis. *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. *Job* 28. Ferrum de terra tollitur. De terra tollitur fortis prædicator, i. de terrena actione, quam prius tenuit, amovetur. Bene ſciunt portare infirmos, qui aliquando peccaverunt. Ideo permiſſus eſt addere Petrus, ut ſciret compati peccatoribus. Sunt & aliæ duæ cauſę ſui caſus, ut ſcilicet in eo daretur peccatoribus ſpes veniæ, ut tolleretur præſumptio confidendi de ſe. *Prov.* 27. Sufficiat tibi lac Caprarum, ideſt, doctrina peccatorum. *h* Nec dimittatis quicquam, &c.] Suppellex eſt cogitatio. Sicut enim ſupellectili ornatur lectus, ita cogitationibus cor humanum. De hac ſupellectili nihil relinquendum eſt venientibus ad Joſeph, ideſt, ad Chriſtum, ne cum uxore Loth reſpicientes retro, vertantur in ſtatuam ſalis. *ſup.* 19. Etiamſi quid de ſubſtantia ſua dimiſerit, non eſt revertendum, ut illud tollat, *Matth.* 24. Qui in tecto eſt, non deſcendat quid tollere de domo ſua, & qui in agro, non revertatur tollere tunicam ſuam. Et quare ſic faciendum, ſubdit: *i* Quia omnes opes, &c.] Hoc eſt, Chriſtus homini evacuanti cor ſuum a noxiis, & vanis cogitationibus, promittit opes, ideſt, conſolationes internas. Sicut enim vas plenum aqua non poteſt capere vinum, niſi prius effundatur aqua: Sic cor humanum, dum plenum eſt vanis cogitationibus, & deſideriis pravis, non poteſt recipere Chriſti conſolationes. *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram, q.d. Dominus: Vaſa veſtra plena ſunt, nec poſſunt capere divitias meas. *Bernard.* Non conſolantur Chriſti lacrymæ cachinnantes; non conſolatur Chriſti infantia garrulos; non conſolatur Chriſti ſtabulum, & præſepe, amantes primas Cathedras in Synagogis. Ideo conſuluit Dominus per *Jer. Tren.* 2. Effunde cor tuum ſicut aquam. Quare? Ecce eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes. *Luc.* 1. 4. *Regum* 4. Quandiu vaſa fuerunt vacua, manavit oleum, quam cito fuerunt plena, ſtetit oleum. Utinam vaſa noſtra numquam plena ſint in præſenti, ut impleri valeant in futuro. *Bernard.* Publicanus, quia vas vacuum exhibere curavit, repleri meruit, & gratiam retulit ampliorem; ſed Phariſæus quia plenus fuit, nihil recepit, ſed vacuus rediit. De hoc *Luc.* 18.

k Fecerunt] Hoc eſt, Apoſtoli prædicaverunt, ſicut Chriſtus præcepit. *Marc. ult.* Euntes in mundum univerſum, &c. & *infr.* Illi autem profecti prędicaverunt, &c. *l* Quibus dedit Joſeph plauſtra,] Plauſtrum, quadratum eſt, & rotunditatem habet in rotis, & ſignificat prædicationem Evangelii, quæ proponit nobis in præſenti debere habere quadraturam, ideſt, ſtabilitatem pœnitentiæ, & in futuro rotunditatem, ideſt, æternitatem gloriæ. *Matth.* 4. Cœpit Jeſus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. *Ezech.* 1. Statura erat in rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus. In ſtatura, ſtabilitas pœnitentiæ deſignantur; in altitudine, promiſſio æternorum, in horribili aſpectu, comminatio, quæ fit non ſtantibus.

m Et cibaria in itinere.] Hoc eſt, quod Chriſtus dedit Apoſtolis poteſtatem vivendi ex Evangelio. 1. *Corint.* 9. Qui altari deſerviunt, cum altari participant. Ita & Dominus ordinavit, his qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere. Hoc eſt, quod legitur *Marc.* 6. Præcepit eis Jeſus, ne quid tollerent in via, niſi virga tantum, ideſt, poteſtatem accipiendi neceſſaria.

n Singulis, &c. Binas ſtolas;] Binæ ſtolæ, quæ dantur a Joſeph fratribus ſuis, ſunt fides divinitatis, & humanitatis Chriſti, qua præcepit Chriſtus Apoſtolis prædicare. Vel dilectio Dei, & proximi. Vel fides, & mores. Vel continentia in proſperis, & patientia in adverſis. *Phil. ult.* Scio humiliari, ſcio & abundare; ubique, & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. *Prov* 19. Doctrina viri per patientiam noſcitur, ecce patientia; & gloria ejus, iniqua prætergredi, ecce continentia. Vel duę ſtolæ, ſunt opera juſtitiæ, & opera miſericordiæ, & ſupererogationis. De prima *Luc.* 15. Cito profert ei ſtolam primam. De ſecunda. *Matth.* 19. Unum tibi deeſt, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Iſtæ duæ ſtolæ neceſſariæ ſunt cuilibet prædicanti, & prælato. *Prov.* 31. Omnes amici ejus veſtiti ſunt duplicibus. *Jud.* 17. Eſto mihi Sacerdos, & dabo tibi decem argenteos, & veſtem duplicem. *Iſai.* 61. Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt. 1. *Tim.* 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt.

o Benjamin vero dedit trecentos argenteos] Per trecentos argenteos ſignificatur prædicatio fidei Trinitatis, aut prædicatio Crucis, quæ commiſſa eſt Paulo præ aliis, quod & ipſe prædicavit in opere, & ſermone. *Gal ult.* Stigmata Domini Jeſu porto jugiter in corpore meo. Sermone 1. *Cor.* 2. Nihil judicavi me ſcire inter vos, niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum. Et recte per trecentos argenteos Crucis prædicatio deſignatur, quia iſte numerus per Thau repræſentatur, ut dicit *Hier.* qui figuram Crucis habet. *Ezech.* 9. Signa Thau ſuper frontes virorum gementium. Quinque ſtolæ cohibitio quinque ſenſuum, quæ amplior fuit in Paulo. 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, &c.

Θ *a* Tantumdem

Ω *d* Ne irascimini] Hoc dicebat, quia timebat pro Benjamin, vel ne litigarent de venditione ejus. *b* Quasi de gravi somno,] idest, torpore carnalis vitæ. *i* Non credebat eis, ad primam suasionem.

Mystice. Θ *a* Tantumdem pecuniæ, &c. mittens] Hoc est, quod Paulus aliis prædicabat illud idem, quod in se habebat. *Act.* 26. Opto apud Deum, & in modico, & in magno non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis ego sum, exceptis vinculis. Nota, argentum lucidum est, & tinnulum, & prædicatores lucidi debent esse in conversatione, & tinnuli in prædicatione. *b* Addens ei asinos] Hoc est, quod Paulo datus est Apostolatus in gentibus. Unde assumpsit aliquos prædicatores, coadjutores suos. Prædicator asinus est, qui debet ferre Crucem in humeris sicut asinus. Item debet habere magnas aures ad obediendum, sicut asinus. Item debet vili cibo contentus esse, sicut asinus. *Eccl.* 33. Cibaria, & virga, & onus asino; panis, & disciplina, & opus servo. Non enim otium, aut deliciæ quærendæ sunt prædicatoribus. 1 *Cor.* 4. Usque in hanc horam, & sitimus, & esurimus. 1. *Tim.* 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. *Gloss.* Alimenta, non oblectamenta, quibus tegamur, non ornemur. Revera asini non solent ornari phaleris: sed heu hodie rejectis virga, & onere, & vili habitu, otio vacantes, asini phaleris adornantur. *Job* 11. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. *c* Et totidem asinas] Per asinas intelliguntur mercenarii, Prædicatores, qui dati sunt Paulo ad exercitium, *Phil.* 1. Sive per occasionem, sive per veritatem annuncietur Christus, in hoc gaudeo; sed & gaudebo. Asini ferunt divitias, & asinæ panes. Hoc est, quod veri prædicatores divitias virtutum, mercenarii vero habent tantum panem doctrinæ exterioris, quæ est in verbis. *d* Ne irascamini] *Gloss.* Nolite contendere de temporalibus. Et commendatur hic etiam unitas, & concordia, quæ debet esse in prædicatoribus *Actuum* 4. Erat illis cor unum, &c. 1. *Cor.* 1. Obsecro vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. *e* Nunciaverunt ei dicentes, Joseph filius tuus vivit,] Hoc est, quod Apostoli missi prædicaverunt Christi resurrectionem. 2. *Cor.* 13. Si crucifixus est in infirmitate, vivit autem ex virtute: *Rom.* 6. Christus resurgens a mortuis, &c. *f* Dominatur in omni terra] *Matth. ult.* Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. *Philip.* 2. Donavit illi nomen, quod est, &c. *g* Quo audito, &c. tamen non credebat eis.] Hoc est, quod turbati fuerunt homines ad prædicationem Apostolorum. Unde non crediderunt, donec viderunt miracula. *Judic.* 7. Turbatus est Madian ad auditum turbarum, sed penitus confutatus ad coruscationem lampadarum. *Ps.* 76. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est, & contremuit terra. *k* Sufficit mihi, &c.] Hoc est, quod homini, postquam conversus est ad fidem Christi, sufficit, si Christus vivat in eo per charitatem, & fidem *Habacuc* 2. Justus autem in fide sua vivet. Et de Sanctis dicitur in *Ps.* 20. Vitam petiit a te, & tribuisti ei, &c. *l* Vadam,] utroque pede, idest, fide, & opere. *m* Et videbo] utroque oculo, idest, intelligentia, & amore. *Hieron.* Non arbitror quemquam illius gloriæ posse fieri capacem, qui non hic visum quendam, & meditationem accepit.

n Antequam moriar.] *Rabanus*. Oportet finem præsentis vitæ, futuræ cohærere principio. Sic solet dici: Fac bene, dum vivis, post mortem vivere si vis. Qui vivit hic vita gratiæ, vivet in futuro vita gloriæ. Et hoc est, quod dicitur *Luc.* 19. Habenti dabitur, & abundabit. Habenti gratiam dabitur gloria, & abundabit, quia igniculus in Sion fiet caminus in Jerusalem, *Isai.* 31.

quinque stolis optimis, *a* tantumdem pecuniæ, & vestium mittens patri suo, *b* addens ei asinos decem, qui subveherent ex omnibus divitiis Ægypti, & *c* totidem asinas triticum in itinere, panesque portantes. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait: *d* Ne irascamini in via. Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Jacob, & *e* nunciaverunt ei, dicentes: Joseph filius tuus vivit, & ipse *f* dominatur in omni terra Ægypti. *g* Quo audito Jacob, *h* quasi de gravi somno evigilans, tamen *i* non credebat eis. Illi † contra referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset plaustra, & universa, quæ miserat, revixit spiritus ejus, & ait: *k* Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius meus vivit; *l* vadam, & *m* videbo illum, *n* antequam moriar.

C A P. XLVI.

PROFECTUSQUE *o* Israel cum omnibus, quæ habebat, venit ad *p* puteum juramenti, & *q* mactatis ibi victimis *r* Deo patris sui Isaac,

al. † e contra.

E X P O S I T I O C A P. XLVI.

PRofectusque *o* Israel cum omnibus, &c.] *Sup.* 12. Abraham egressus de Aran, tulit omnia secum. Item *sup.* 31. Jacob fugiens a Laban tulit omnia secum. Contrarium videtur 1. *Machab.* 2. Matathias reliquit omnia in Jerusalem, & fugit in montem. Et *Matth.* 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. At hoc solvit Beatus Benedictus, dicens: Proficiscens ad claustrum, aut omnia relinquat pauperibus, aut omnia secum deferat in claustrum. *p* Ad puteum] In Bersabee. *sup.* 21.

Ω *a* Audivit

Mystice. Θ Mystice. *o* Profectusque Israel] Hic profectus ad Joseph, significat reditum Judæorum ad Christum, in fine. Vel conversionem peccatorum per pœnitentiam, qui cum omnibus, quæ habent, idest, cum omnibus peccatis suis debent ire ad confessionem. Et primo debent venire ad puteum juramenti, idest, ad sacram Scripturam, quæ dicitur puteus propter mysteriorum profunditatem. *Joan.* 4. Puteus altus Juramenti dicitur, quia in eo quasi sub juramento promittitur venia pœnitentibus. *Is.* 54. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui juravi ne inducerem aquas diluvii ultra super terram; sic juravi, ut non irascar tibi. Unde Scriptura sacra est quasi privilegium nostrum a Domino datum, quo possimus eum arguere, si pœnitentibus non miseretur. Possemus enim ei ostendere litteras suæ promissionis. *Job* 31. Librum scribat ipse, qui judicat, ut in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi, per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi principi offeram illum. Prima igitur dieta pœnitentis est, ire ad puteum sacræ Scripturæ, ut secundum consilium ejus pœnitentiam agat, & deinceps vivat. Unde *Tob.* 6. Prima die mansit juxta fluvium Tigris, a velocitate sic dictum; & significat sacram Scripturam, quæ velociter admonet converti ad Deum. Unde *Eccl.* 5. Non tardes converti ad Dominum. Sæpe enim Dominus bonam voluntatem inspirat; & cum homo non vult ea uti, amittit eam; & cum vellet eam postea habere, non potest. Unde *Job* 33. Semel loquitur, & secundo idipsum non repetit. Ideo bene dicit *Ps.* 145. Velociter currit sermo ejus.

q Mactatis ibi] juxta puteum, idest, secundum consilium sacræ Scripturæ, mactanda est victima, idest, caro affligenda. Tantum enim caro domanda est, quantum valetudo permittit, ut dicit *Augustin.* idest, tantum, ut carnis lascivia reprimatur, & natura custodiatur. *Naum* 3. Intra in lutum, & calca, subigens tene laterem. Pluraliter autem dicit, victimis, quia duplex est spiritualis victima, quam offert penitens Deo. Una interior per contritionem, de qua *Psal.* 50. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Alia exterior per carnis macerationem, de qua *Rom.* 12. Obsecro vos per misericordiam Dei; ut exhibeatis corpora vestra Hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. Hoc est, quod legitur 3. *Reg.* 19. quod Eliseus par boum occidit. Hæc duo minuta viduæ. Multi offerunt hanc duplicem victimam Deo, & tamen Deum non placant, quia juxta puteum non afferunt; ut illi, qui indiscrete, idest, vel nimis, vel parum carnem suam affligunt. *Jerem.* 31. Statue tibi speculam, ecce puteus: pone tibi amaritudines, ecce victima, q. d. immola juxta puteum, aliter non placet Deo victima. *Isai.* 1. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit Dominus. Plenus sum.

Marc. 12.

r Deo patris sui Isaac,] Deus Isaac, Deus gaudii est. Immolare igitur victimas Deo Isaac, est penitentiam cum mentis hilaritate agere propter Deum. *Psal.* 99. Servite Domino in lętitia. Hoc est, quod *sup.* 22. Abrahæ pręcepit Angelus, ut Isaac reservato, immolaretur Aries, idest caro. Unde *Matth.* 6. Cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.

Θ *a* Audivit

Ω *a* Audivit eum, &c.] *Interlin.* Merito in loco pacis, & concordiæ videtur Deus, quia illic mandavit Deus benedictionem. *b* Jacob, Jacob.] 1. *Reg.* 3. habes simile. Samuel, Samuel.
e Noli timere,] qui me habes in adjutorem. *f* Descende] securus. *g* In gentem magnam faciam te ibi.] idest, in Ægypto, scilicet in luctu, & mœrore pro peccatis. Ibi gignitur, & nutritur Domino proles bonarum cogitationum, & sanctarum affectionum, ex quibus bona oriuntur. *sup.* 12. Facta est fames in terra Chanaan, descenditque, ut peregrinaretur ibi. Et post. Fueruntque ei oves, & boves, & asini, & asinæ, & Cameli, & servi, & famulæ.

g in gentem magnam] idest, magna gens nascetur tibi de lumbis tuis. *i* Adducam] sc. mortuum. Fuit enim sepultus in Abrahamio, vel in Hebron, cum patribus suis. Vel reducam te in posteris. *l* Ponet manus suas, &c.] idest, claudet tibi oculos in morte. Quod faciebant antiquitus illi, qui magis diligebant mortuum, & magis diligebantur ab eo. *n* Tuleruntque, &c.] quasi senem, & impotentem. *o* Filiæ, & cuncta,] Pluralis pro singulari, sicut pro plurali singularis solet poni. Unam enim tantum habebat filiam nomine Dinam. Vel neptes, filias vocavit. *p* Mortui sunt Her, &c.] *sup.* 38.

B

al. † Jamin.

a audivit eum per visionem noctę vocantem se, & dicentem sibi, *b* Jacob, Jacob. Cui respondit: *c* Ecce adsum. Ait illi Deus. *d* ego sum fortissimus Deus patris tui, *e* Noli timere, *f* descende in Ægyptum, quia in *g* gentem magnam faciam te ibi. *h* Ego descendam tecum illuc, & ego inde *i* adducam te revertentem. *k* Joseph quoque *l* ponet manus suas super oculos tuos. *m* Surrexit Jacob a puteo juramenti: *n* tuleruntque eum filii cum parvulis, & uxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandum senem, & omnia, quæ possederat in terra Chanaan, venitque in Ægyptum cum omni semine suo, filii ejus, & nepotes, filiæ, *o* & cuncta simul progenies. Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filii Ruben, Henoc, & Phallu, & Esron, & Charmi. Filii Simeon, Jemuhel, & Jamin, † & Ahod, & Jachin, & Saber, & Saul filius Chananitidis. Filii Levi, Gerson, & Caath, & Merari. Filii Juda, Her, & Onam & Sela, & Phares & Zara. *p* Mortui sunt autem Her, & Onam in terra Chanaam: Natique sunt filii Phares, Esrom, & Amul. Filii Isachar, Thola, & Phua, & † Job, & Semron. Filii Zabulon, Sared, & † Helon, & † Jahelel: Hi filii Liæ, quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. Omnes animæ filiorum ejus, & filiarum, triginta tres. Filii Gad, † Sephion, & † Aggi, & Esebon, & Suni, & Heri, & Arodi, & Areli. Filii Aser, † Jamne, & Jesua, & Jesui, & Beria, Sara quoque soror eorum. Filii Beria, Heber, & Melchiel. Hi filii Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ, & hos genuit Jacob sexdecim animas. Filii Rachel uxoris Jacob, Joseph, & Benjamin. Natique sunt Joseph filii in terra Ægypti, quos genuit ei Assenez, filia Putipharis Sacerdotis Heliopoleos, Manasses, & Ephraim. Filii Benjamin, Bela, & † Bechot, & Asbel, Gera, & Naam, & † Jehi, & Ros Mophim, & Ophim, & Ared. Hi filii Rachel, quos genuit

al. † Johala. al. † Chalon. al. † Jahel.

h Ego descendam tecum] Sine hac promissione non est tutum descendere in Ægyptum. Cum igitur vis descendere in Ægyptum, accipe cautionem a Domino, quod erit tecum, & non tradet te Ægyptio, idest, diabolo, 1. *Reg* 30. dixit puer Ægyptius ad David: Jura mihi, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Tunc David jurat puero Ægyptio, quod non occidat eum, quando per sacerdotem promittitur venia confitenti, vel per sacram Scripturam.

al. † Sephon. al. † Thaggi. al. † Jomne.

C

Psal. 76. *Sup.* 41.

al. † Bochor. al. † Jechali.

Ω *a* Omnes

Mistice. *Exod.* 1. & *Numer.* 26. 1. *Paral.* 5.

Θ *a* Audivit eum per visionem] Ecce pœnitentia, & audiri, & videri facit Deum. De auditu. *Osee* 2. Adducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor ejus. De visione. *Job* 33. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, ut avertat hominem ab his, quæ fecit, & liberat eum de superbia, eruens animam ejus a corruptione, & vitam illius: &c. Dicitur autem hoc de nocte fieri, qui non est certus de venia peccatorum. *Job* 9. Cum invocantem me exaudierit, non credo, quod exaudierit vocem meam.
b Jacob, Jacob.] Ecce pœnitentem agnoscit Deus ex nomine. In quo notatur, quod Deus ex corde pœnitenti dimittit iram. *Ezech.* 18. Quacunque hora impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium, & justitiam, &c. Jacob interpretatur luctator, & supplantator. Bis igitur vocat Jacob, quia vult ut penitens sit luctator, & supplanctator. In lucta, notatur jugis pugna contra instantes tentationes. In supplantatione, fortis victoria præteritorum. *Bernardus.* Scire vos volo neminem esse super terram sine tentatione, sed si quis supplantaverit unam, securus expectat aliam. Habita victoria de una, sit gratiarum actio; contra eam, quæ expectatur, sit oratio. Et de hoc dicitur in *Ps.* 17. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero. 2 *Cor.* 2. Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, idest, facit triumphare.
c Ecce adsum.] Hic notatur prompta obedientia, quam debet habere penitens. *Act.* 9. Domine, quid vis me facere?
d Ego sum fortissimus] quasi dicat Dominus penitenti: In te habes unde timeas, in me unde confidas. *Judic.* 6. Dominus tecum virorum fortissime, quasi in hoc eris fortis contra hostes tuos, quia Dominus tecum est: Dominus enim fortitudo plebis suæ est.
e Noli timere,] *Isai.* 43. Noli timere Jacob, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo.

k Joseph quoque ponet manus suas super oculos tuos] Christus in præsenti ponit manum super oculos peccatorum, quando per gratiam illuminat eos, ut videant voluntatem Domini, hoc quoad Intellectum, & visitent templum ejus, hoc quoad affectum. In futuro ponet, ut videamus gloriam ejus. *Apoc.* 21. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, &c. Primo imponit manum Dominus, ut cadant squamæ, & videamus. *Act.* 9. Ananias imposuit Paulo manus, ut visum reciperet. Item Dominus in futuro nobis manus imponet, ne amplius doleamus. *Apoc.* 21. Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor ultra erit. *m* Surrexit Jacob a puteo Juramenti:] Per puteum juramenti intelligitur sacra Scriptura. Surgere ergo a puteo juramenti, & descendere in Ægyptum, est post studium sacræ Scripturæ, curam animarum, sive officium prædicationis assumere. Sic faciendum est. Unde *Psa.* 126. Surgite, postquam sederitis. Sicut enim vitium est prius infundere, quam infundi, ita vitium est semper infundere, & numquam infundi.
n Tuleruntque eum filii cum parvulis, &c.] Filii Jacob prædicatores sunt: Plaustra, Evangelica doctrina. Per Jacob senem, & parvulos, & mulieres, significantur tria genera hominum, ad quos portandos missi sunt prædicatores a Joseph, idest, Christo, in plaustris Evangelicæ doctrinæ. Per senem, malitiosi, in peccatis inveterati. Per parvulos, ignari. Per mulieres infirmi. Primi peccant ex malitia in Spiritum sanctum. Secundi ex ignorantia in Filium. Tertii ex impotentia in Patrem. Primi digni sunt objurgatione, secundi eruditione, tertii exhortatione, & sic reverti possunt ad Joseph. Sed sunt, qui doctrinam confundunt, Senes erudire volentes, & pueros objurgantes. De his tribus generibus hominum dicitur *Zachar.* 8. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Jerusalem, & plateæ civitatis implebuntur infantibus. *Isai.* 35. Confortate manus dissolutas, quoad senes, & genua debilia roborate, quoad mulieres; dicite, pusillanimes confortamini, quoad parvulos.

Jacob, *a* omnes animæ quatuordecim. Filii Dan † Usim. Filii Nephtalim, Jasiel, & Guni, & Jeser, & † Sillem. Hi filii Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ, & hos genuit Jacob: omnes animæ septem. *b* Cunctæque animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & *c* egressæ sunt de femore illius absque uxoribus filiorum ejus, *d* sexaginta sex. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes *e* animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta: Misit *f* autem Judam ante se ad Joseph, ut *g* nunciaret ei, & ille occurreret in *h* Gessen. Quo cum pervenisset, juncto *i* Joseph curru suo ascendit obviam patri ad eumdem locum. *k* Visensque eum irruit super collum ejus, & inter *l* amplexus flevit. Dixitque pater ad Joseph. *m* Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & *n* superstitem te relinquo.

al. † Usim. al. † Sallem.

℞ *a* Omnes animæ quatuordecim.] Hoc videtur falsum, quia non numerantur, nisi novem filii Benjamin, & duo Joseph, & sunt 11. & Joseph, & Benjamin, & sunt 13. tantum filii Rachel. Ad hoc dicit *Magister* in *historiis*, quod filii Benjamin fuerunt 10. quod autem hic non computatur nisi 9. vitium scriptoris fuit, quia duo nomina in unum conglutinavit. Unde dicit, quod Ros, & Mophim duo nomina sunt in Hebraica veritate, quæ hic vitiose conjuncta sunt in uno.

b Cunctæque animæ, quæ ingressæ sunt, &c.] *Aug.* Videndum est, quid respondeatur eis, qui hoc testimonio confirmant a parentibus animas cum corporibus propagari. Animas cum dictas pro hominibus, a parte totum, figurata est locutio, nullus ambigit. Sed quomodo ipsam partem, i. animam, cujus nomine totus homo significatus est, alienamus ab eo, quod dictum est. Exierunt de femoribus ejus, ut carnes ex illo tantum natas, quamvis solæ animæ nominentur, accipiamus, quærendi sunt modi locutionum in Scripturis. *c* Et egressæ sunt de femore] Non quod anima ex traduce sit, sed a parte totum intelligitur, scil. pro anima homo, & homo dicitur egredi de femore, ratione corporis. *d* Sexaginta sex.] præter ipsum Jacob, & Joseph cum duobus filiis ejus, qui nati sunt in Ægypto. Fuerunt igitur omnes, istis quatuor computatis 70. animæ. Tamen *Septuaginta Interpretes* transtulerunt 75. & Lucas in *Act.* 7. similiter. *Sed Hier.* asserit hoc dictum per præoccupationem, & numeratos ibi quinque filios filiorum Joseph, quod etiam patet per ipsos 70. Interpretes, qui *Deut.* 10. dixerunt, quod Israel cum animabus 70. ingressus est in Ægyptum, unde & sibi videntur contrarii, sed non sunt, quia in *Deut.* ubi dixerunt, quod 70. ingressi sunt, locuti sunt proprie: in actibus ubi dixerunt, quod 75. locuti sunt figurative: sed videtur, quod 70. non sunt ingressi cum Jacob, quia in Chanaan mortui sunt Her, & Onam filii Liæ. Et ita de Lia non intraverunt nisi 31. de Zelpha 16. de Rachel 14. de Bala 7. qui simul fiunt 68. Ad hoc dicunt, quod loco eorum numerantur duæ ancillæ Jacob. Vel more Sacræ Scripturæ dicunt, Moysem posuisse integrum numerum, nec curasse minutias numerorum. *Archiepiscopus Sen.* probat, quod loco illorum duorum, scil. Her, & Onam computantur Dina, & Jacob, qui cum aliis sunt 70. hoc modo. Filii Liæ fuerunt 33. computatis Her, & Onam, qui cum non intraverint Ægyptum, restant 31. filii Liæ, qui intraverunt, cum quibus si sumatur Dina, fuerunt 32. quibus si addas 16. filios Zelphæ, fiunt 48. quibus si addas 14. de Rachel, fiunt 62. quibus si addantur 7. de Bala fiunt 69. quibus addito Jacob, fiunt 70. *e* Omnes animæ domus Jacob,] partem pro toto ponit, fiunt 70. computatis Jacob, & Joseph, cum duobus filiis, & Dina, & non computatis Her, & Onam, quia mortui fuerant jam in Chanaan. *f* Misit autem Judam, &c.] *Hier.* Judam vero misit ante se ad Joseph, ut occurreret ei ad urbem Heroum, in terra Ramesses. In Hebræo non habetur Heroum, nec terra Ramesses, sed tantummodo Gessen. Nonnulli Judæorum asserunt, Gessen tunc Thebaidem vocari. Et quod sequitur. Dedit ei, ut possideret in Ægypto terram optimam in Ramesse, pagum Arsenoitem, sic enim olim vocatum autumant. *i* Juncto Joseph curru suo] i. equis in curru. Vel forte rotæ erant in domo separatæ propter pluviam, & tunc junxit eas. *h* in Gessen.] Alii dicunt, quod ad urbem Heroum in terra Ramesse, quæ tunc dicta est Gessen, postea Thebais, a qua Thebæi, quorum. ℞ legioni

Infr. 49.

Mystice.

O *f* Misit autem Judam] Hoc est, quicumque vult ire ad Christum, debet præmittere confessionem. Confessio enim aperit portam salutis. *Rom.* 10. Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Judic.* 1. Post mortem Josue consuluerunt filii Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit Dux belli? Dixitque Dominus: Judas ascendet, ecce tradidi terram in manu ejus, scil. terram promissionis. In manu dicit, non in ore tantum. Vera enim confessio est in corde per fidem. *Rom.* 10. Corde creditur ad justitiam. In ore, per accusationem criminum. *Prov.* 18. Justus in principio accusator est sui. In manu per satisfactioné operis. *Matth.* 3. Agite fructus dignos pœnitentiæ.

Deut. 10.

g Ut nunciaret] Cófessio nunciat peccatoré venire ad Christum, & est fidelis nuncius iste, & bene notus in curia Christi, de quo dicitur. *Prov.* 25. Sicut frigus nivis in die messis, ita fidelis legatus ei, qui misit illum, animam ipsius requiescere facit. Item confessio nunciat, quod peccator vivit; & rogat, ut Christus occurrat ei. *Psal.* 31. Dixi confitebor, ecce confessio; & tu remisisti, ecce occursus Joseph. *i* Juncto Joseph curru] Christus occurrit obviam peccatori juncto curru, quia quatuor Evangelia facit concordare in promissione veniæ facta pœnitenti. De hoc curru dicit Elias, i. Christus, 3. *Reg.* 18. ad Achab, i. peccatori: Junge currum, ne te occupet pluvia, i. comminatio pœnæ æternæ, quæ fit in pœnitentibus. *Matth.* 3. Jam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Nos debemus similiter jungere currum nostrum, quo vehimur, quocumque eamus, i. quatuor animi affectiones, quæ sunt timor, & amor, dolor, & gaudium. De quibus *Bern.* Timemus, quæ non oportet; amamus, quæ non decet; dolemus vane, gaudemus vanius. *k* Visensque eum irruit] Hoc facit Christus, quando erectam cervicem humiliat. *Isai.* 3. Pro eo, quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt collo extento, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis gradu composito incedebant, decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crimen earum nudabit. Et nota, quod dicitur, irruit, quasi repente facit hæc Dominus. *Act.* 2. Factus est repente, &c. Et *Job* 39. Ubicumque fuerit cadaver, statim adest. *l* Et inter amplexus flevit.] i. Christus, quando sic humiliat peccatorem ad pœnitentiam, dat fletum pro peccatis. *m* Jam lætus moriar, &c.] Facies Christi, est ejus misericordia, de qua *Exod.* 33. Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. Et Dominus: Facies mea præcedet te. Nisi enim misericordia Dei præcederet, non posset homo recedere de carcere peccati. Ideo *Psal.* 78. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, &c. Hanc faciem cum peccator viderit, affectanter potest dicere: Lætus moriar. Unde *Ps.* 84. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salvi erimus.

D

n Et superstitem te relinquo.] Qui moritur in peccato mortali, non relinquit Joseph, idest, Christum superstitem, sed mortuum, quia ipsum interficit in se per peccatum, nec suscitavit eum per pœnitentiam. De tali dicitur *Jer.* 22. Scribe virum illum sterilem. Qui autem moriuntur in pœnitentia, relinquunt Joseph superstitem, quia quem interfecerant per peccatum, resuscitant per pœnitentiam. De talibus dicitur *Eccles.* 30. In vita sua vidit, & lætatus est in illo; in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus suæ contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Item Joseph superstitem non relinquunt, qui cum possent, Christum non prædicant, & sic suscitarent eum in cordibus peccatorum, ubi mortuus est, & quasi quatriduanus jam fœtet peccatis, scilicet cordis, oris, operis, consuetudinis, de talibus dicitur *Eccles.* 44. Sunt, quorum non est memoria; perierunt, quasi qui non fuerint; & nati quasi qui non nati sunt. Alii autem sunt, qui in obitu suo Joseph superstitem relinquunt, qui scilicet Christum & verbo, & exemplo prædicant, & suscitant in cordibus peccatorum. Item generant in cordibus infidelium, qui nunquam crediderunt. De talibus dicitur *Eccles.* 44. Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generationibus suis.

Ω legioni præfuit Beatus Mauritius. Aliæ funt Thebæ in Græcia, unde Thebani. Alia Theba in Judæa, unde Elias Thesbites. Theba poftea, cum reges fuerunt ex ea, dicta eft Urbs Heroum, quia Heroes Ægypti tenebant ejus cuftodiam. *b* Et funt viri paftores, &c.] *Aug.* Commendatur in Patriarchis, quod pecorum nutritores erant a pueritia fua, & a Parentibus fuis, quia hæc jufta eft fervitus, & jufta dominatio, cum pecora homini ferviunt, & ipfe pecoribus dominatur. Unde *Genef.* 1. Faciamus hominem ad imaginem, &c. *i* Paftores ovium.] quia non comedunt eas Ægyptii, fed colunt, ut Jovem Ammonem. Unde fi viderent ipfos comedere, vel immolare oves, quas colunt, cito oriretur difcordia.

b Ut habitare poffitis, &c.] in finibus Ægypti, non in medio, quia longe a malis debet effe converfatio prælati, vel cujuslibet jufti. *Num.* 2. Domum Levi noli numerare, nec ponas fummam eorum cum filiis Ifrael, fed conftitues eos fuper tabernaculum teftimonii.

At *a* ille locutus eft ad fratres, & ad omnem domum patris fui. Afcendam, & nunciabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan venerunt ad me, & *b* funt viri paftores ovium, *c* curamque habent alendorum gregum. Pecora fua, & armenta, & omnia, quæ habere potuerunt, adduxerunt fecum. *d* Cumque vocaverit vos, & dixerit. quod *e* eft opus veftrum, *f* refpondebitis: Viri paftores fumus fervi tui, ab infantia noftra ufque in præfens, & nos, & *g* patres noftri. Hæc autem dicetis, ut *h* habitare poffitis in terra Geffen, quia deteftantur Ægyptii omnes *i* paftores ovium.

C A P. XLVII.

INgreffus *k* ergo Jofeph, nunciavit Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres, *l* oves eorum, & *m* armenta, & *n* cuncta, quæ poffident *o* venerunt de terra Chanaan, & ecce confiftunt in *p* terra Geffen. *q* Extremos quoque fratrum fuorum quinque viros ftatuit coram rege. Quos ille interrogavit: *r* Quid habetis operis? Refponderunt: *f* Paftores ovium fumus fervi tui, & nos, & patres noftri,

EXPOSITIO CAP. XLVII.

INgreffus *k* ergo Jofeph, &c.] Ideo commemorat pecora, ut ad ea alenda detur fratribus terra Geffen, quæ apta erat alendis pecoribus.

A

q Extremos,] ideft, primogenitos.

Ω *a* Ad peregri-

Mystice. Mystice. *k* Ingreffus ergo, &c.] Hoc eft, Chriftus ingreffus in cœlum, commẽdat Deo Patri credentes, ut interpellet pro eis. Ipfe Chriftus fidelis eft legatus, quem pater mifit ad nos vifitandos, & nos eum remifimus ad patrem advocatum pro nobis 1. *Jo.* 2. Advocatum habemus apud patrem Jefum Chriftum juftum, & ipfe eft propitiatio pro peccatis noftris. Et notate, quod dicitur: Jofeph Pharaoni annunciat venientes, nec accufat non venientes. Hoc eft, quod Chriftus fideles patri commendat, fed neminem accufat. *Jo.* 5. Nolite putare, quod accufaturus fim vos apud patrem, eft qui accufat vos Moyfes.

Mystice. Ω *a* At ille, &c. Afcendam, &c.] Hoc eft, quod Chriftus afcendens ad patrem interpellat jugiter pro fratribus fuis. *Hebr.* 7. Accedens per femetipfum ad Deum femper vivens ad interpellandum pro nobis: Qui autem fratres Chrifti funt, determinatur *Matth* 12. Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eft, ipfe meus frater, foror, & mater eft. *b* Et funt viri Paftores] Nota ordinem. Prius debent effe viri, qui volunt fieri paftores. Sed heu hodie feminæ factæ funt paftores in multis locis. *Ifai.* 3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Item qui viri funt, ideft, ftrenui in bonis operibus, illi funt paftores ovium, i. bonorum motuum, quos pafcunt in fe per meditationem, & contemplationem cœleftium. Sunt autem duo genera bonorum motuum, fcil. fancta defideria, & mundæ cogitationes. Et ideo *Jo. ult.* dicitur bis Petro, & in Petro omnibus: Pafce agnos meos. Sed multi jugulant eos, qui fcilicet bonum propofitum, quod Chriftus in ipfis fufcitaverat, differendo extinguunt. Ideo dicit Apoftolus 1. *Theffal.* 5. Spiritum nolite extinguere. *c* Curamque habent] Ecce cura, & folicitudo debet effe in cuftodiendis bonis motibus, & alendis per impletionem boni operis. *Hebr.* 12. Videte, ne quis defit gratiæ Dei, q. d. videte ne bonus motus, qui ex gratia Dei factus eft in vobis, fame deficiat. Greges funt Sancta defideria in corde. Pecora funt verba humilitatis in ore. Armenta funt fortia opera in exhibitione. Ifta tria valde bene conjuncta funt, medium enim cuftodit extrema. *d* Cumque vocaverit vos, infpirando. *f* Refpondebitis:] operando. Sed nota, quid quærit Dominus, fcil. *e* Quod eft opus] non quod verbum, [veftrum?] Vox quidem vox Jacob eft, i. boni luctatoris, fed manus, manus Efau, ideft, opera funt perfecutoris. Item non quærit, quæ dignitas, aut quæ nobilitas generis, fed quod opus. *Bern. fuper illud Jer.* 1. Ut evellas, &c. quid horum factum fonet, difce prophetico exemplo, præfide non ad imperandum, difce farculo tibi opus effe, non fceptro. Et poftea loquens de divitiis, & gloria, dicit: Nihil horum tibi tabulæ teftatoris affignant, fi illarum tenore contentus fis, curam tibi hæreditabis & operam, non gloriam, vel divitias ab infantia, ufque in præfens. Hic notatur diuturnitas bonæ vitæ, quæ neceffaria eft paftori Ecclefiaftico. Unde *Nu.* 8. quinquagenarii conftituantur cuftodes vaforum. *g* Et patres noftri.] Hic notatur humilitas, qua boni prælati fatentur fe filios effe paftorum, non Regum. Hodie non fic, & ideo bona, quæ deberent dari pauperibus, expenduntur in phaleris, & frænis aureis, & argenteis. Unde dicit *Bern.* dicite Pontifices, in fræno, quid facit aurum? Item ad Eugenium: Petrus nefcitur aliquando proceffiffe gemmis ornatus, aut fericis, nec tectus fuit auro, non vectus equo albo, non ftipatus milite, vel miniftris, tamen abfque his putavit poffe implere falutare mandatum. Si diligis me, pafce oves meas. Sed in his non fucceffifti Petro, fed Conftantino. Et poftea addit *Bern.* Temperamentum fateor. Hæc toleranda funt pro tempore, appetenda pro debito.

l Oves] fimplices. *m* Armenta,] Majores.

n Cuncta, quæ poffident] Juftorum poffeffio, funt virtutes, & bona opera. *Prov.* 13. Redemptio animæ viri, propriæ divitiæ. *Aug.* Bona non funt, quæ invitis adimi poffunt. *o* Venerunt de terra Chanaan, &c.] Chanaan interpretatur commutatio, & fignificat inftabilitatem peccati. *Thren.* 1. Peccatum peccavit Jerufalem, propterea inftabilis facta eft. Geffen interpretatur propinquitas, & fignificat Ecclefiam, Ubi qui funt, propinqui funt Deo. Bene ergo dicitur: [Venerunt de terra Chanaan, & ecce confiftunt in terra Geffen.] quia, qui recedunt a ftatu peccati, veniunt in Ecclefiam, ubi Deo per gratiam propinquant. Hæc duo femper deberemus attendere, fcil. unde venimus, & ubi fumus, & etiam tertium, quo tendimus. *Bern.* Attende, unde venis, & erubefce; vide, ubi fis, & ingemifce; confidera, quo vadis, & contremifce. De primo, & ultimo dicitur, *fup.* 16. Agar ancilla Sarai, unde venis, aut quo vadis? De medio dicitur *fup.* 3. Adam ubi es? Item *Jer.* 3. vide nunc, ubi proftrata fis.

q Extremos quoque fratrum, &c.] Nota, omnes jufti fratres funt Chrifti. *Matth.* 12. Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis eft, ipfe frater meus, foror, & mater eft. Non tamen omnes ftatuit ante Pharaonem, fed quinque extremos viros. Hoc eft, quod viles, & abjectos mundo eligit in prælatos, quando fibi datur Jus eligendi. 1. *Cor.* 1. Ignobilia, & contemptibilia mundi elegit Deus. 1. *Reg.* 16. Ultimus inter fratres, i. David, electus eft in regem. Unde dicit ibi Dominus ad Samuelem. Ne refpicias vultum ejus, nec altitudinem ftaturæ ejus, quoniam abjeci eum. Homo enim videt ea, quæ patent, Dominus autem intuetur cor. Quinque autem dicuntur, propter cuftodiam legis, quæ in quinque libris Moyfis continetur, & propter moderationem quinque fenfuum, quam præ aliis habere debent prælati. *r* Quid habetis operis.] Hoc femper quærit Dominus, quia qui nihil operis habet, fed verba tantum, inutilis eft, *Prov.* 6. Homo apoftata, vir inutilis, graditur ore perverfo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur.

f Paftores ovium] Secundum diverfa officia, diverfa vocabula fortiuntur jufti in Ecclefia. Alii namque manus, alii pes, alii oculus, ficut dicitur 1. *Cor.* 2. alii lingua tantum, ut illi, qui verba habent, & nihil operis. Inter omnes, majores funt paftores ovium. De quibus *Jo.* 21. Pafce, Pafce, Pafce. Nec vel femel dicitur, tonde, vel mulge, & tamen plus intenditur hodie Tonfioni, & Mulfioni ovium, quam Paftioni, & qui Paftioni intendit

Ad *a* peregrinandum in terram tuam venimus, quoniam non *b* est herba gregibus servorum tuorum, *c* ingravescente fame in † regione Chanaan. *d* petimusque, ut esse nos jubeas servos tuos in *e* terra Gessen. Dixitque *f* itaque rex ad Joseph: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. *g* Terra Ægypti in *h* conspectu tuo est, in *i* optimo loco fac habitare eos, & *k* trade eis terram Gessen. Quod si *l* nosti esse in eis *m* viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. *n* Post hæc introduxit Joseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo. *o* Qui benedicens illi, & *p* interrogatus *q* ab eo, *r* quot sunt dies annorum vitæ tuæ? Respondit: *s* Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt, *t* parvi, & *u* mali, & non *x* pervenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt: Et *y* benedicto rege egressus est foras. Joseph vero patri, & fratribus suis

al. † terra.

Ω *a* Ad peregrinandum] *Chrys.* Peregrinus es in hoc mundo, illic substantiam tuam colloca, & ibi patriam habes. *e* In terra Gessen.] Quæritur, quomodo Ægyptus tempore inopiæ abundabat pascuis? Dicitur, quod Ægyptus contra naturam aliarum regionum, cum abundat frugibus, sterilis est in pascuis, & e converso. Diuturnior enim mora Nili super terram, tempora colendi impedit, & sata, quæ invenit, extinguit, pascua vero nutrit. *h* In conspectu tuo,] q. d. sicut libere vides eam, sic libere concede eis habitationem, ubicumque volueris. *m* Viros industrios,] *Exod.* 14. Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, & detestantes avaritiam. *o* Qui benedicens] i. salutans. *p* Interrogatus] Jacob scil. *q* Ab eo,] Pharaone, scil. dies peregrinationis, &c.] Hoc dixit Jacob, quia licet in terra Chanaan ortus esset, tamen quia nondum eam divina promissione in hæreditatem receperat, utique terra aliena erat, non solum quando peregrinabatur in Mesopotamiam, sed etiam, quando erat, ubi natus fuit. Vel forte hoc dixit, quia Sancti hanc terram pro incolatu habent, secundum illud 2. *Cor.* 5. Dum sumus in hoc mortali corpore, peregrinamur a Domino. Et juxta illud. Incola ego sum in terra. Item dicit *Aug.* Incolatus ipse dicitur mansio, quæ ad tempus habitatur. *t* Parvi,] i. breves, respectu patrum præcedentium. *u* Mali,] i. pœnales. Et hæc duo, parvi, & mali scil. sæpe conjunguntur, *Job* 14. Brevi vivens tempore, repletur multis miseriis *Eccl.* 18. Numerus dierum hominum, ut multum centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt, *Zach.* 4. Quis despexit dies parvos? *x* Et non pervenerunt] Hic determinat hoc, quod dixerat, parvi. *y* Et benedicto] i. salutato.

Psal. 118.

Ω *a* In optimo

Mystice.

O non ovium, sed sui ipsius pastioni intendit, seipsum pascit. *Ezech.* 34. Væ pastoribus, qui pascunt semetipsos. Nonne gregas a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini. Sed bonus pastor non sic tacit. 2. *Cor.* 12. Non quæro vestra, sed vos.

a Ad peregrinandum, &c.] *Hebr.* 13. Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Quippe nec ipse mundus permanentiam habet, sed præterit mundus, & concupiscentia ejus. Et ideo non est quærenda in mundo certa mansio, ubi dolor est in ingressu, dolor in progressu, dolor in egressu. *Apoc.* 8. Væ, væ, væ, habitantibus in terra.

a. Joan. 2.

b Quoniam non est, &c.] Unde pascantur pecora, i. boni motus. 3. *Reg.* 18. Vade in terram ad universos fontes aquarum, & in cunctas valles, si forte possimus invenire herbam, & salvare equos, & mulos, & non penitus jumenta intereant.

c Ingravescente fame,] i. deficiente fructu doctrinæ, quo cogente multi descendunt in Ægyptum. *Luc.* 15. Facta est fames valida in regione illa, i. in mundo, ubi fere universaliter est fames ista. Ideo bene sequitur: *d* Petimusque ut esse, &c.] Per terram Gessen significatur religio, ubi abundant pascua spiritualis doctrinæ. *f* Dixit itaque rex, &c.] Nota, fratres Joseph petitiones suas direxerunt ad Joseph, & Joseph ad Pharaonem. Sic fideles, preces suas dirigunt ad Christum, & Christus ad Patrem. Unde est, quod omnes fere orationes terminantur per Dominum nostrum Jesum, &c. Ipse enim mediator est Dei, & hominum. 1. *Tim.* 2. Quod autem Pharao dixit ad Joseph, patrem ejus, & fratres venisse ad eum, hoc est, quod pater clarificavit filium in gentibus, & Judæis. *Jo.* 12. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo. Et clarificavi, & adhuc clarificabo. *g* Terra Ægypti in conspectu tuo,] idest, omnia, quæ sunt in mundo, nota sunt Christo: *Hebr.* 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo. *i* In optimo, &c.] Fratres Joseph, sunt Clerici constituti in optimo loco Ægypti. Ipsi enim habent omnia, & absque labore. Neque enim est aliquod genus hominum, quod ita abundet deliciis temporalibus. *Amos* 6. Væ qui opulenti estis in Sion, qui confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel. Transite in Calanne, & videte, & ite inde Emath magnam, & descendite in Geth Palæsthinorum, & ad optima quæque regna eorum, si latior terminus eorum termino vestro est, q.d. Non. Sed quis finis, ipsemet subjungit: Qui separati estis in diem malum. Jam vere de Clericis dici potest. Prodiit, quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis, i. sui juris, quod nullius officii sunt. Unde B. *Bern.* de Clericis dicit: Habent singula hominum officia, laboris aliquid, & aliquid quod delectet. Adverte quorumdam prudentiam, qui novo inter hæc artificio discurrentes, totum quod delectat eligunt, & amplectuntur; quod molestum est, fugiunt, & declinant. Cum militibus superbiæ fastus, amplas familias, Phaleras equorum, accipitres, aleas, & hujusmodi frequentant. A mulierculis dependentes a collo murium pelles, ornatos thalamos, balnea, & omnem mollitiem mutuantur. Caute omnino fugiunt loricæ pondus, & insomnes in castris noctes, & incerta bellorum discrimina, atque muliebrem verecundiam, & disciplinam, & si quid sexus ille laboris habere videtur declinantes. Cum resurgere cœperint homines in ordine suo, ubi putas generatio ista collocabitur? Si divertere voluerint ad milites, eos repellent pro eo, quod secum minime labores, & pericula toleraverunt, sic agricolæ, sic vinitores, & ceteri. Quid ergo restat, nisi quos omnis ordo expellit pariter, & accusat, illum sortiantur locum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat? *k* Trade eis terram, &c.] Terra Gessen est in finibus Ægypti, & illa tradita est Clericis. Sed ipsi jam fixerunt tentoria in medio Ægypti. Ideo dicitur eis per *Mich.* 3. Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini, o Israel, q.d. quia elegisti sortem in medio Ægypti, non erit tibi pars in sorte Domini. *l* Quod si nosti esse, &c.] Hoc est, quod vult Dominus sapientes esse, qui pastores aliorum præficiuntur. *Malach.* 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem Dei requirent ex ore ejus. *n* Post hæc, &c.] Joseph primo introduxit fratres ad Pharaonem, & postea patrem. Hoc est, quod Christus primo introduxit gentes, & postea introducet Judæos. *Rom.* 11. Cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet. *r* Quot sunt dies] Supra a juvenibus requisivit, quod est opus vestrum? Hic a sene requirit ætatem, i. sapientiam: His duobus regitur Ecclesia, fortitudine, & sapientia. *Prov.* 20. Exultatio juvenum, fortitudo eorum, & dignitas senum canities. 1. *Machab.* 2. Ecce Simon frater vester, scio quod vir consilii sit; ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater: Et Judas Machabæus fortis viribus a juventute sua, sit vobis princeps militiæ. *s* Dies peregrinationis vitæ meæ] Sic dicunt omnes boni, vitam illam peregrinationem reputant. 2 *Cor.* 5. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino: nota tamen, quod non toti peregrinamur in hoc mundo. Corpus enim non peregrinatur, sed in sua vocatione habitat, sed anima peregrina est, quæ de cœlo venit. Unde *Bern.* Nobilem hospitem habes, o caro, propterea injurias tuas non reputes tantum, ut hospes tuus possit apud te honorifice demorari. *y* Et benedicto, &c.] Supra ingrediens Jacob ad Pharaonem benedixit eum, hic similiter egrediens benedixit eum. Hoc est, quod nos, quando ingredimur ad Deum per orationem, debemus benedicere, i. gratias agere de oratione data, & aliis bonis. Inde est, quod Sacerdos, quando ingreditur ad altare, orat: Aufer a nobis, Domine, iniquitates nostras, & peccata, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire, &c. Et post missam gratias agit: Benedicite Sacerdotes Domini, &c. Item ingredientes ad Deum oramus, ut nos exaudiat; egredientes, ut nos custodiat.

Psal. 72. *Job* 20. *Dan.* 3.

dedit possessionem in Ægypto, in *a* optimo terræ solo *b* Ramesses, ut *c* præceperat Pharao, & *d* alebat eos, omnemque domum patris sui, *e* præbens cibaria singulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram maxime *f* Ægypti, & Chanaan. E quibus *g* omnem pecuniam *h* congregavit pro venditione frumenti, & intulit eam in *i* ærarium regis. *k* Cumque defecisset † emptoris pretium, venit *l* cuncta Ægyptus ad Joseph dicens: *m* Da nobis panes. Quare morimur coram te deficiente pecunia? Quibus ille respondit. *n* Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ovibus, & bobus, & asinis, sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno secundo, & dixerunt ei: *o* Non celamus † dominum nostrum, quod deficiente pecunia, & pecora simul defecerunt. *p* Nec clam te est, quod absque corporibus, & terra nihil habeamus. Cur ergo morimur te vidente? Et nos, & terra nostra tui erimus. *q* Eme nos in servitutem regiam, & præbe semina, *r* ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem.

al. temporibus.

al. † dominum nostro.

D

a Ⓠ In optimo terræ, &c.] Tamen *Josephus* dicit: Concessit ei Pharao, ut in Heliopolitana urbe conversaretur. Illic enim pascua pastores ejus habuerant, sciens gratum esse Ægyptiis ab ipsis separari pastores ovium, & ita nihil, quod esset Ægyptiorum dedisse fratribus Joseph. Forte terra Gessen spectabat ad territorium Heliopoleos, quæ urbs est, de qua facit mentionem *Is.* 19. *b* Ramesses,] pars Thebaidis. *Gloss.* Quærendum est, utrum terra Ramesses ipsa sit Gessen. Hanc enim petiegant, & Pharao præceperat dari. *c* Ut præceperat Pharao,] Hoc videtur falsum, quia supra præcepit, ut habitaret in terra Gessen. Hoc solvit quædam *Gloss.* quæ dicit, quod Ramesse pars est Thebaidis. Thebais autem idem est, quod Gessen, ut supra. Et ita terra Ramesses pars est terræ Gessen. *d* Alebat eos,] Sic Christus alit suos quotidie pane cœlesti. *Osee* 11. Ego quasi nutritius Ephraim. *Jo.* 10. Ego sum pastor bonus. *Bern.* Bonus pastor est, qui carnem suam dat in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium. *e* Præbens cibaria] *Interl.* Metiebatur triticum patri suo Joseph, nec tamen eum pater, quando vidit, nec quando triticum accepit, adoravit; quomodo ergo somnium impletum putamus, nisi majoris rei continent prophetiam?

f Ægypti, &c.] Per Ægyptum luxuriosos, per Chanaan avaros. Hos maxime fames opprimit, quia nunquam satiantur. *Prov.* 30. Duæ sunt filiæ sanguisugæ, quæ semper clamant, affer, affer. *g* Omnem pecuniam] Christus pro pecunia bonorum operum dat frumentum, i. intelligentiam verbi Dei, *Eccl.* 1. Fili concupiscens sapientiam, serva justitiam. *h* Congregavit] scil. Joseph. *l* Cuncta Ægyptus] Metonymia est, continens pro contento, i. cuncti Ægyptii. *n* Adducite pecora] *Interl.* Pecora pro frumento damus, cum bestiales motus a nobis amputamus, ut verbo veritatis uberius vacemus. [Adducite pecora, &c.] *Aug.* Quæritur, cum Joseph frumenta colligeret, unde homines viverent, & pecora unde vivebant, cum tanta fames invaluisset, & fratres Joseph Pharaoni dixerunt: Non sunt pascua pecoribus puerorum tuorum, &c. Si ergo ea fame pascua defecerant in Chanaan, cur in Ægypto non defecerant, cum eadem fames esset ubique? An sicut perhibetur ab eis, qui loca sciunt, in multis Ægypti paludibus poterant pascua non deesse, etiam cum fames esset frumentorum, quæ solet Nili inundatione provenire? Dicuntur illæ paludes feracius pascua gignere, quando aqua Nili minus excrescit. *q* Nec clam te,] i. non latet te.

Ⓠ *a* Emit

Ⓞ *i* In ærarium regis.] i. in cor patris, ubi Christus mittit opera nostra, ibi tanquam thesaurus pretiosissimus custodiuntur. Videntur enim hic perdita eo quod æque eveniant cuncta justo, & impio, ut dicitur *Eccl.* 9. Sed in corde patris, quasi in thesauro regio posita sunt usque ad tempus suum. Et salva sunt nobis omnia. *Job* 10. Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio, quia universorum memineris. *k* Cumque defecisset] Hoc est, cum deficit alicui pecunia bonorum operum, quam debet pro frumento, i. intelligentia verbi, dare jubentur pecora, i. carnis mortificationem. *Prov. ult.* Quæsivit lanam, i. opera bona, & linum, i. carnis mortificationem, & operata est consilio manuum suarum. Et si quis nec opera magna, nec carnis mortificationem dare potest, saltem orationibus debet impetrare panes intelligentiæ. *Jac.* 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Hoc est, quod dicitur hic.

m Da nobis panes.] De hoc *Bern.* Quantum vis jacta merita, extolle sudores, mihi melior est misericordia Dei super vitas, i. diversos modos vivendi, ex hac mihi, & corporis, & temporis damna resarcio. Vel pecunia, qua emitur frumentum sunt temporalia, quæ dantur, & abjiciuntur, & tunc aperitur intelligentia verbi Dei. Possessio enim temporalis scientiæ, vel intelligentiæ oculos claudit. Unde & Romæ pingitur fortuna prospera, cæca. *Job* 15. Operuit faciem eius crassitudo. Et nota, primo datur pecunia, postea pecora, tertio ipsæ personæ in servitutem regiã comparantur. Hoc est, quod homo, qui perfecte vult adhærere Deo, primo abjicit omnia temporalia, secundo omnem curam corporis, tertio a se resecat, & proprium sensum, & propriam voluntatem. Et hoc est, quod dicitur *Matth.* 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, idest, se, & sua, ecce duo. Et tollat crucem suam, idest, carnis mortificationem, ecce tertium: Et sequatur me, ecce adhæsio, quæ sequitur illa tria, per quam homo adhæret Deo. Sine his tribus non potest homo sequi Deum. Unde & *Jo.* 21. quæsivit Dominus a Petro ter, diligis me, quasi dicat Dominus: Diligis me Simon, ut propter me dimittas omnia tua? Vel diligis me tantum, ut propter me abjicias curam corporis? Item diligis me tantum, ut propter me reseces sensum tuum, & propriam voluntatem? Ad hoc verbum contristatus est Petrus, quia hoc difficile est, sed valde utile ad faciendum. Unde & Petrus respondit: Etiam, Domine, tu scis, quia amo te. Et tunc primo dictum est ei Pasce oves meas.

o Non celamus] Veritatem confitentur, & paupertatem ostendunt, & sic faciendum est omnibus, qui volunt aliquid a Deo impetrare. Non enim vult Dominus dare diviti, & pleno. Unde *Bern.* Merito non excluditur, qui clamare desiderat. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Studeamus igitur nos miserabiles ostendere, si a bono, & discreto eleemosynario volumus aliquid recipere. Non enim dabit, nisi miserabilibus personis. Patet ergo, quod qui se divites reputant, nihil habent, & pauperes sunt. *Apoc.* 3. Dicis, quia dives sum, & locupletatus, & nullius egeo; & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Et nota, quod Joseph gratis non dat frumenta, sic & Christus non vult gratis dare bona spiritualia, sed exigit, vel ante, vel post pretium. *Job* 31. Si fructus ejus absque pecunia comedi. Ibi *Gloss.* Absque pecunia comedit, qui stipendia Ecclesiæ accipit, & militare contemnit.

q Eme nos, &c. & præbe semina,] Nota ordinem. Ille solus dignus est accipere semen, & petere potest ad seminandum aliis, qui prius emptus est in regiam servitutem per abjectionem propriæ voluntatis, nec habet terram, i. terrenas divitias, nec pecora, i. carnis delicias. De hoc dicitur *Matth.* 24. Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Item nota. Primo datur frumentum fratribus Joseph ad cibum, secundo ad seminandum. Ille enim solus seminare potest aliis, qui prius satiatus est in intellectu. Unde & hæc duo sæpe conjunguntur in Sacra Scriptura. *Isai.* 55. Qui dat semen serenti, & panem comedenti. Idem 2. *Cor.* 9. Et primo dicitur: Dat semen serenti, non quia prius serendum sit, quam comedendum, sed quia Dominus ideo dat panem intelligentiæ ad comedendum, ut postea seratur.

r Ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem.] Nota, quod nisi vendamus nos in servitutem regiam, non datur nobis semen, & quia non habemus semen, deficiunt cultores, & quia deficiunt cultores, terra Ecclesiæ redacta est in solitudinem. *Isai.* 24. Ecce Dominus nudabit terram, & dissipabit eam. Quod autem cultores deficiunt deficiente semine, habes *Prov.* 14. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est, ubi plurimæ segetes, manifesta est fortitudo bovis.

Ⓠ *a* Emit

Emit igitur *a* Joseph omnem terram Ægypti, *b* vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis, *c* subjecitque eam Pharaoni, & cunctos populos ejus a novissimis terminis Ægypti usque ad extremos fines ejus, præter terram Sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis, *d* quibus, & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo Joseph ad populos: En ut cernitis, & vos, & terram vestram Pharao possidet: *e* Accipite semina, & *f* serite agros, ut *g* fruges habere possitis. *h* Quintam partem regi dabitis, *i* quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibos familiis, & liberis vestris. Qui responderunt: *k* Salus nostra in manu tua est, *l* respiciat nos tantum

Ω *a* Emit igitur Joseph] Videtur fecisse contra illud *Lev.* 25. Terra non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advenæ, & coloni mei estis: Unde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. Solutio: Nondum lex ista data erat. Item nec terra ista erat de possessione ejus, scil. filiis Israel promissa.

E 12. qu. 2. c. trianum, quamvis.

Præterea ut dicit *Gloss.* non fecit hoc cupiditate sed Domino fidelis erat. Et tamen postquã omnia emerat, omnibus providebat.

f Serite agros,] Hoc videtur contrarium ei, quod supra dixit Joseph. Adhuc quinque anni famis restant,

Sup. 45. De immun. Eccles. cap. non minus.

quibus nec arari poterit, nec meti. Solutio: Intelligendum est illud, quibus nec arari poterit neque meti, supple multum, vel universaliter, sed in quibusdam locis. Vel forte finito illo quinquennio hoc dixit.

i Quatuor reliquas permitto] *Interl.* Quatuor retinemus, cum in hac vita secundum cujusque facultatem laudabiliter conversamur.

Ω *d* Ab hac conditione

Mystice.

O *a* Emit igitur, &c.] i. Christus emit totum mundum pretio sanguinis. 1. *Cor.* 6. Empti estis pretio magno, &c. 1. *Petr.* 1. Redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, non corruptibilibus, auro, & argento, sed pretioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati, Christi Jesu. Post illam emptionem abjiciebant omnes temporalia sua, *Actor.* 4. Quotquot erant possessores agrorum, aut domorum, vendentes, afferebant pretia ante pedes Apostolorum. Hoc fiebat tunc, quando recens erat sanguis Christi, sed jam viluit propter vetustatem. *Cant. ult.* Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

b Vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis,] Fames hic notat desiderium. Et est sensus: Præ desiderio æternorum rejiciebant temporalia. Hanc famem venit Christus mittere in terram. Unde sicut accipitri datur caro gustanda, sed postea subtrahitur, ut ardentius appetat, & citius veniat ad reclamatorium. Sic Christus primo dedit mundo suam corporalem præsentiam, & postea in ascensione subtraxit, ut ardentius appeteretur. Qui haberet hanc famem, anhelaret ad patriam, ubi famelici saturantur. Satiabor [inquit David] cum apparuerit gloria tua, & ante non. Terra enim

Psalm. 16. Sup. 2.

satiari non potest, quia inanis est, & vacua.

c Subjecitque, &c. præter terram Sacerdotum,] Ecce omnia subjiciuntur Deo præter bona Clericorum, quæ tamen specialiter deberent in ejus servitium expendi, quia sunt patrimonium Crucifixi. Unde super *Matth.* 18. ubi Dominus misit Petrum ad mare propter staterem, dicit *Gloss.* Dominus res pauperum in usus proprios convertere nefas duxit. Quod autem Clerici sunt subditi Dei, habes *Jer.* 5. Ibo, inquit, ad optimates, & loquar eis, ipsi enim cognoverunt viam Domini, & judicium Dei sui; & ecce magis hi simul confregerunt jugum, & ruperunt vincula.

d Quibus, & statuta cibaria, &c.] Clerici cibaria habent ex horreis cœlestibus. Et bene dicit publicis, quia omnibus qui volunt, communia sunt, sed certe ideo contemnuntur, quia communia sunt. *Jer.* 2. Dereliquerunt me fontem aquæ vivæ. *Num.* 21. dicunt filii Israel: Anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo, i. manna, quod ex horreis cœlestibus mittebat eis Dominus.

e Accipite semina,] Postquam homo, & omnia, quæ habet possidentur a Deo, tunc Christus præcepit accipere semina verbi Dei, i. doctrinam, ut postea seminet. *Prov.* 8 Accipite disciplinam meam, & non pecuniam, doctrinam magis quam thesauros.

f Et serite] i. prædicate. Non enim sufficit suscipere semen, sed susceptum oportet serere. Ita vult Dominus. *Matth.* 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

g Ut fruges, &c.] Doctrina enim verbi Dei, quanto plus distribuitur, tanto magis crescit. Unde *August.* Scientia nobilis thesaurus, avarum dedignatur possessorem, distributa, recipit incrementum, sensus est non verba: Et nota fructum quadruplicem ex prædicatione verbi Dei. Primus est cumulus gratiæ. *Prov.* 11. Anima, quæ benedicit, impinguabitur; & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Secundus est augmentum intelligentiæ. *Prov.* 11. Alii dividunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Item *Prov.* 3. Honora Dominum de tua substantia, idest, de tua intelligentia, tibi a Deo data, & implebuntur horrea tua saturitate, verbi, scilicet, & torcularia vino redundabunt, vino, scilicet gratiæ. Item tertius fructus, est æterna retributio. *Eccl.* 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Quartus est bona vita auditorum, *Isai.* 9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. Ideo dicitur *Eccl.* 11. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multa tempora invenies illum. Item semen verbi Dei perit propter tria, quando occultatur: Ut in his, qui propter timorem, aut pudorem, aut laborem, prædicare, aut docere nolunt. *Eccl.* 11. Qui observat ventum, nunquam seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet. *Proverb.* 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Item perit semen, quando corruptum seminatur mala vita, vel falsi admistione. *Jer.* 12. Seminaverunt triticum, & messuerunt spinas. Quare hoc? nisi quod non seminatur purum triticum, sed corruptum, errore, vel malo more. *Isai.* 1. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua, principes tui infideles; socii furum. Ideo præcipit Dominus *Prov.* 25. Aufer rubiginem vitii, scil. vel erroris, de argento, i. de prædicatione; & egredietur vas purissimum, i. homo bene formatis moribus. Item perit, quando semen cadit in malam terram. *Matth.* 13. Exiit, qui seminat, &c. Et *infr.* Alia ceciderunt secus viam, & volucres cœli comederunt ea. Et numeratur triplex mala terra, lutosa, spinosa, petrosa, idest, superbi, luxuriosi, avari. In his perit semen verbi Dei. Et ideo dicit Dominus. *Matth.* 7. Nolite sanctum dare canibus, & margaritas spargere ante porcos.

h Quintam partem] Ecce Christus jugum nostrum alleviat, quod Adam super nos imposuerat, grave nimis, quia omnes nos supposuerat, potestati diaboli, sed Christus hoc jugum alleviavit in passione. *Isaiæ* 9. Jugum oneris ejus, & virgam humeri ejus, & sceptrum exactoris superasti. Unde fecit, ut quintam partem pœnæ, quam debeamus Deo, solvamus hic, & simus liberi, scil. ad custodiam quinque sensuum. Unde *Gloss.* Quintam partem damus, cum per moderationem quinque sensuum Deo famulamur. Vel quinta pars, est pœna, quam solvimus pro peccato quinque sensuum. Quatuor reliquæ partes, usus, & exercitium quatuor Cardinalium virtutum, quæ dantur nobis in sementem, & in cibos, ut scil. illis bene operando vivamus, & bono exemplo alio revocemus ad vitam.

k Salus nostra in manu tua est. Salus nostra fuit in manibus Jesu Christi affixi Cruci. Per vulnera manuum salvati sumus. *Isai.* 53. Livore ejus sanati sumus. *Proverb.* 20. Livor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris. Et nota, Adam peccavit, & Christus pœnam solvit. Mundus ægrotavit, Christus sudavit. Christus calicem bibit, diabolus cecidit. Ita fuit Christus vulneratus pro nobis: Deberemus ex hoc livorem trahere per compassionem, cicatrices per imitationem. Ideo enim cicatrices reservavit in corpore suo, ut sic ostenderet eos debere in suo corpore habere. Unde *Jo.* 20. dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, quasi dicat, talia oportet te habere in manibus tuis. *l* Respiciat nos tantum, &c.] oculo misericordiæ. *Eccl.* 36. Miserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immitte timorem tuum, &c.

Ω *d* Ab hac conditione] Unde habes, quod nec Clerici, nec possessiones eorum debent subjici regiæ potestati. *Matth.* 17. Ergo liberi sunt filii.

g Cumque appropinquare cerneret] *August.* Ea adjuratione filium constringit, qua constrinxit Abraham servum. Ille mandans unde uxor ducatur filio suo, ille commendans sepulturam corporis sui. In utraque tamen causa nominata sunt duo, quæ magni pendenda sunt in omnibus Scripturis, misericordia, & justitia, vel misericordia, & veritas, quia scriptum est: Universæ viæ Domini misericordia, & veritas. Servus autem Abrahæ dixit: Facite in Dominum meum misericordiã, & justitiam. Iste. Ut facias misericordiam in me, & veritatem. Quid autem sibi velit tam solicita corporis commendatio, ut non in Ægypto sepeliatur, sed in terra Chanaan, juxta patres suos, mirum videtur, nec conveniens tantæ excellentiæ prophetæ, si ex hominum consuetudine metiamur. Si autem sacramenta quæramus, majoris admirationis gaudium inveniemus. *b* Misericordiam, & veritatem,] i. misericorditer, & juste. Hæc duo sæpe conjunguntur in Biblia. 2. *Reg.* 2. Dominus faciat vobiscum misericordiam, & veritatem.

Psal. 24.
G
Sup. 24.

i Non sepelias me in *Ægypto*,] *Interl.* In Ægypto sepelitur, qui in profundum malorum demergitur.

k Condasque in sepulchro] Abrahisimum, vel Abrahaimium dicitur, ut dicit *August.* Cura fuit sanctis sepeliri in terra, in qua sciebant fide; scil. Christum resurrecturum, ut cum eo resurgerent. Sed quid est hoc? Nonne sciebant, quod virtute divina fieret corporum resurrectio, & ita ubicumque sepulti essent, cito, & æque faciliter resurgerent? Ad hoc reddit *Aug.* quasi mysticam rationem, dicens, per cadavera mortuorum significari peccata, per sepulchrum peccatorum remissionem. Ex Passione autem Domini pendebat remissio hæc, & ideo ex maximo affectu volebant juxta locum sepeliri, ubi passurus erat Dominus, Abrahisimum enim a Calvaria non distat, nisi fere triginta millibus. Nec tamen dubitabant, sibi peccata dimitti, si alibi essent sepulti. Sed etiam hoc figurabant ipsi, quod virtute Passionis Christi semper peccata dimittuntur, tam in Baptismo quam in Pœnitentia, & quod illi, qui cum Christo patiuntur hic, in futuro cum Christo resurgent in gloria. Vel potuit esse, quod illis sanctis patribus fuit revelatum, quod cum Domino essent resurrecturi illi, vel aliqui eorum, qui tunc temporis essent ibi sepulti.

l Majorum meorum.] Adam, scil. Abraham, & Isaac.

m Quo jurante,] *Aug.* Quia habent Latini codices. Adoravit super caput virgæ ejus: Nonnulli emendatius habent. Adoravit super caput virgæ suæ, vel in cacumine, vel super cacumen virgæ suæ. Fallit enim eos Græcum verbum, quod eisdem scribitur litteris, sive ejus, sive suæ significet, sed accentus dispares sunt, & ab eis, qui ista noverunt in codicibus non contemnuntur. Valet enim ad magnam discretionem, quamvis unam plus posset habere litteram si esset suæ, ut non αὐτοῦ, sed ἑαυτοῦ esset. Et ideo merito quæritur, quid sit, quod dictum est, nam facile intelligeretur, senem, qui virgam ferebat, sicut solet illa ætas, ad Deum adorandum se inclinasse super caput virgæ suæ, quam sic ferebat, ut super eam caput inclinando Deum adoraret. Quid est ergo, Adoravit super caput, vel cacumen virgæ ejus, i. Joseph? An forte tulerat ab eo virgam, quando ei jurabat, & dum eam tenet post verba jurantis nondum illa reddita adoravit Deum? Non enim pudebat eum ferre tantisper insigne potestatis filii sui, ubi figura rei futuræ præfigurabatur. *n* Ad lectuli caput.] Sicut dicit *August.* quidam codices habent. Super caput virgæ suæ. Et utrumque stare potest. Potuit enim senex habere virgam, ut in hac ætate fieri solet, & innixus super eam adoravit eum. Vel sceptrum, quod gerebat Joseph, suscepit ab eo, donec jurasset. Cumque jurasset Joseph, Jacob, innixus super cacumen virgæ, quam nondum reddidit Joseph, adoravit. Non enim credendum est, quod adoraverit sceptrum Joseph. *Hieron.* Et adoravit Israel contra summitatem virgæ ejus. Hoc etiam in loco, quidam frustra simulant adorasse Jacob summitatem sceptri Joseph, quod scil. honorans filium, potestatem illius adoravit, cum in Hebræo multo aliter legatur, & adoravit Israel ad caput lectuli, quia postquam juravit ei filius, securus de petitione, adoravit Deum, conversus ad caput lectuli. Sanctus enim vir Deo deditus senectute oppressus, sic habebat lectulum positum, ut ipse jacentis habitus absque ulla difficultate ad orationem esset paratus.

Sup. 26.
al. † non habet meorum.
A
Sup. 25.

Dominus noster, & læti *a* serviemus regi. Et *b* eo tempore usque in præsentem diem in universa terra Ægypti regibus quinta pars solvitur: Et factum est, quasi in legem, *c* absque terra Sacerdotali, quæ libera *d* ab hac conditione fuit. *e* Habitavit ergo Israel in Ægypto, idest, in terra Gessen, & possedit eam, *f* auctusque est, & multiplicatus nimis, & vixit in ea decem & septem annis. Factique sunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta septem annorum. *g* Cumque appropinquare cerneret mortis diem, vocavit filium suum Joseph, & dixit ad eum: Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, & facies mihi *b* misericordiam, & veritatem, ut non *i* sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de hac terra, *k* condasque in sepulchro *l* majorum † meorum. Cui respondit Joseph: Ego faciam, quod jussisti. Et ille: Jura ergo inquit mihi. *m* Quo jurante adoravit Israel Dominũ, conversus *n* ad lectuli caput.

C A P. XLVIII.

HIS *o* itaque transactis, nunciatum est Joseph, quod ægrotaret pater ejus.

Ω *a* Læti serviemus] *Eccles.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum.

Mystice.

b Ex eo tempore] i. ab incarnatione Domini, solvitur Domino pœna pro peccatis quinque sensuum.

c Absque terra sacerdotali,] idest, corporibus Sacerdotum, quæ libera sunt ab omni pœna modo, & utinam in futuro.

e Habitavit ergo Israel in *Ægypto*,] i. Clerici in mundo. Et possident Gessen, i. Ecclesiam.

f Auctusque est, & multiplicatus] *Bern.* Dilatata est Ecclesia, ipse ordo Clericorum multiplicatus est super numerum. Sed heu multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam? Cum nihil appareat minus decessisse meriti, quam numeri accessisse, curritur passim ad sacros ordines, reverenda quoque ipsis angelicis spiritibus ministeria homines apprehendunt sine deliberatione.

Isa. 9.

EXPOSITIO CAP. XLVIII.

HIS *o* itaque transactis,] Visitat Joseph patrem infirmum. In quo juxta litteram instruimur, visitare debere infirmos, & maxime domesticos. *Eccles.* 3. Fili suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in vita illius; & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in tua virtute. *Item* 8. Ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt. Hoc est, quod dicitur *Job* 5. Visitans speciem tuam non peccabis. Item *Eccles.* 7. Non desis plorantibus in consolatione, cum lugentibus ambula, non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis.

Ω *a* Qui assumptis

Mystice. *o* His itaque transactis,] Joseph, Christus: Pater Joseph, Judaicus populus, vel humanum genus. Venit igitur Joseph ad patrem infirmum, idest, Christus ad humanum genus in extremis positum. Unde *Marc.* 5. Cum ascendisset Jesus navem, venit quidam de Archisynagogis, dicens: Quoniam filia mea in extremis est. Filia ista, Synagoga, vel genus humanum est, ad quod sanandum venit Dominus. Nuncii vero, qui compatientes nunciant Joseph infirmitatem patris, sunt Prælati. *Jo.* 11. Ecce, quem amas, infirmatur. Joseph igitur, idest, Christus nunciata sibi infirmitate patris, venit ad eum cum duobus filiis, Manasse, & Ephraim. Manasses, interpretatur necessitas, vel obliviosus, & significat oblivionem sæculi, quæ necessaria est ad salutem: Ephraim interpretatur fructificans, & significat profectum in bono. Cum his duobus venit Joseph, ostendens, quod sine his non perveniemus ad eum, nisi per oblivionem posteriorum, & extensionem in anteriora. *Philipp.* 3. Ea quæ retro sunt obliviscens, ad ea quæ sunt priora extendens me ipsum ad destinatum persequor bravium. Hinc *Psal.* 36. Declina a malo, & fac bonum,

Mystice.

Ω *b* Dictumque

a Qui assumptis duobus filiis, Manasse, & Ephraim ire perrexit. *b* Dictumque est seni: Ecce filius tuus Joseph venit ad te. *c* Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se ait: Deus omnipotens apparuit mihi in *d* Luza, quæ est in terra Chanaan, *e* benedixitque mihi, & ait: Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam in turbas populorum: Daboque tibi terram hanc, & semini tuo post te, in possessionem sempiternam. *f* Duo igitur filii tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, *g* antequam huc venirem ad te, *h* mei erunt, Ephraim, & Manasses: *i* sicut Ruben, & Simeon *k* reputabuntur mihi. *l* Reliquos autem, quos genueris post eos tui erunt, & *m* nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis: Mihi enim

Ω *a* Qui assumptis duobus filiis] Hic arguit *Hier.* opinionem, quæ dixit supra septuaginta quinque animas ingressas cum Jacob in Ægyptum connumerans filios filiorum Joseph, cum ipsi, adhuc parvuli, filios habuisse non potuissent. Et est Probatio *Hieron.* talis: Joseph tantum duos filios adduxit ad benedictionem, sed probabile est, quod si illi duo filios haberent, eos adduxisset cum eis, ergo non habebant. Ergo neque tunc quando Jacob venit in Ægyptum. Sed salva gratia *Hieron.* nulla est probatio, quia dictum est, quod illa opinio loquitur per anticipationem, sed isti duo filii Joseph etiam post mortem Jacob habuerunt filios, vera est opinio illa.

c Qui confortatus sedit, &c.] *Hieron.* Et confortatus Israel sedit super lectulum. Cur Septuaginta idem verbum aliter, atque aliter ediderunt, nescio, sed audacter dico, quod idem verbum Macha, quod hic in lectulum transtulerunt, supra, ubi dixit adorasse Jacob, virgam nominaverunt. *d* In Luza,] Moraliter, Luza, Amygdalus, & significat pœnitentiam, quæ exterius dura est, & amara, sed interius suavis, & dulcis. *Hebr.* 12. Omnis disciplina in præsenti videtur non esse gaudii, sed mœroris, post vero fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. *h* Mei erunt,] i. mei reputabuntur, ut ex illis fiant Tribus, sicut ex aliis, qui sunt mei filii proprie. *k* Reputabuntur mihi.] Vocabuntur filii Israel. *m* Et nomine fratrum] i. illi, quos postea genueris, pertinebunt ad Tribus illorum, & dicentur esse de Tribu Manasse, vel Ephraim.

Moraliter.

Ω *a* Quando

⊙ *b* Dictumque est seni:] i. Adæ, sive humano generi, quod erat senex, i. infirmum, & cæcutiens. Infirmum per malitiam, & cæcutiens per ignorantiam. Senes enim [sicut scimus] infirmi sunt, & caligant oculi eorum, ideo recte venit Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Dei virtus, ut debilem confortaret: Dei sapientia, ut cæcum illuminaret. Hinc dicitur *Jo.* 12. quod Philippus, & Andreas simul adduxerunt milites gentiles ad Jesum. Philippus, os lampadis, i. sapientia, quæ illuminat ignorantes. Andreas, virilis, i. vir, qui roborat impotentes. Et ita Dei sapientia, & Dei virtus, adducunt hominem ad salutem. Item senex erat genus humanum, quia in eo refriguerat affectus. Et ita tria, quæ necessaria sunt ad salutem, defecerant in eo, scire, posse, velle. Unde propter hæc recuperanda, dicitur *Luc.* 11. Amice, commoda mihi tres panes. Ibi dicit *Bernard.* Deficit ratio præ ignorantia veritatis: Ecce cæcitas. Languet voluntas præ inedia affectionis: Ecce aviditas. Innituatur caro præ inopia fortitudinis: Ecce debilitas senis. Jam etiam ratio minus intelligit, quæ agenda sunt, voluntas minus diligit intellecta, & ad hæc corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, dum non quæ vult, illa facit. Petit ergo panem intellectus, panem affectus, panem fortitudinis. Propter intellectum, affectum, fortitudinem, dicitur *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram. Ignis accendit, quoad effectum; illuminat, quoad intellectum; consolidat, quoad fortitudinem. Defectum istorum trium notavit *Psalm.* 37. ibi: Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. O quantum gaudium debet esse, cum dicitur alicui: Ecce filius tuus Joseph venit, ad te inquam illuminandum, conspectandum, calefaciendum. *Isa.* 62. Dicite filiæ Sion: Ecce Salvator tuus venit. Quid ergo faciendum? *Zachar.* 9. Exulta satis, filia Sion; jubila, filia Jerusalem; ecce rex tuus venit tibi justus, & Salvator.

Mystice. — *1. Cor. 1.* — *Sap. 9.*

c Qui confortatus sedit in lectulo.] Ante adventum Christi, genus humanum jacebat in terra languens, & infirmus. *Jo.* 5. Est autem Jerosolymis probatica piscina, quinque porticus habens, in his jacebat multitudo languentium, cæcorum, ecce caligantes: claudorum, ecce impotentes: aridorum, ecce frigescentes. In adventu autem Christi residit in lecto conscientiæ. *Luc.* 7. Adolescens, tibi dico, surge; & resedit, qui erat mortuus: Nondum stare, vel ambulare poterat. Sedet autem in lecto, qui in bona conscientia servit Deo, licet aliquantulum pro humana fragilitate adhæret carni. Nota incipientes sedent in lecto, proficientes portant lectum, & ambulant. *Joan.* 5. Tolle grabatum tuum, & ambula. Perfecti prorsus lecto deposito currunt cum Domino quocumque ierit, qui nullam fabricant sibi conscientiam de nihilo. *Bern.* Si sub tam gravi onere ambulavimus, eo deposito, quomodo curremus, quomodo ambulabimus?

B

d Deus omnipotens apparuit mihi in Luza] Verba Adæ recordantis promissionum sibi factarum in lege. Luza enim interpretatur amygdalus, & significat legem, quæ exterius dura est, & amara sicut amygdalus, sed interius dulcem nucleum continet. 2. *Cor.* 3. Littera occidit, spiritus autem vivificat. Dicitur *Joan.* 5. Scrutamini Scripturas, quasi dicat, quærite nucleum.

e Benedixitque] *Levit.* 26. Respiciam vos, & crescere vos faciam.

f Duo igitur filii, &c.] quasi dicat, Adam, Christo; Ex quo promittis mihi tot bona, vindicabo mihi Manassen, & Ephraim, idest, oblivionem peccandi, & exercitium bene operandi. Vel per Manassen intellige patientiam, quæ valde necessaria est. Hos duos filios genuit Christus in terra Ægypti, idest, in mundo. In cœlo autem alios filios habuit, gaudium merum, & quietem. Habet enim Christus patrem in cœlo, in quo hæreditavit gaudium, & quietem. Habet etiam patrem in terra, Adam scilicet, a quo hæreditavit patientiam, sufferentiam dolorum, & pœnalitatem. Qui ergo vult habere hæreditatem cœlestem, necesse est ut habeat & terrenam: Quod signanter notavit Dominus *Matth.* 20. Dic, inquit uxor Zebedæi, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo. Et respondit Dominus: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quasi dicat: Si vultis habere cœlestem meam hæreditatem, prius quærere necesse est & terrenam: Hæc enim via est ad illam. *Act.* 14. Per multas tribulationes, &c.

g Antequam huc venirem] Nota, Christi labor, & patientia fecerunt homines venire ad ipsum. Unde *Bern.* Cum Christus ad opprobria humilis, ad vulnera patiens: intus linguis, clavis exterius perurgeretur, tunc crediderunt Centurio, & Latro. Non est ergo mirum, si nos paucos convertimus, qui expertes sumus patientiæ, & laboris.

i Sicut Ruben,] Per Ruben, & Simeon, significantur contemplativi: Per Manassen, & Ephraim, boni activi, quia sicut Christi sunt boni contemplativi, ita & Christi sunt boni activi.

l Reliquos] Reliqua opera Christi ab his duobus, scilicet opera miraculorum sua sunt, hæc autem nostra. Quædam enim opera proposuit nobis Christus imitanda, quæ significantur per Manassen, & Ephraim, quædam admiranda, *Matth.* 11. Discite a me, &c. Opera divinitatis admiranda, *Prov.* 23. Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ sunt posita ante faciem tuam, quasi dicat discerne, quæ opera Christi sint imitanda, quæ admiranda; ut imitanda accipias facienda, admiranda dimittas laudanda. *Bernard.* Discerne inter cibos, & vasa ciborum, illos juberis tollere, non illa. Vasa vocat opera miraculosa; cibos opera imitanda. Unde postea dicit; Ut avidius sumant delicias, ipsas divitias vasorum curiosius contemplantur. Ita etiam miracula Christi debemus contemplari, ut alia opera valeamus studiosius imitari. Reliqui ergo filii, idest miracula non faciunt per se Tribus, sed annumerantur fratribus; quia signa non consequentur sortem vitæ æternæ, nisi cum bona vita. Quod patet *Matth.* 7. Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus? Et respondetur eis: Nunquam novi vos.

Ω a Quando veniebam] Hoc dicit Jacob, quia poſſet ei dicere Joſeph: Quare non eſt ſepulta Rachel mater mea ubi tu vis ſepeliri? Et ipſe reſpondet; Quia mortua eſt in via. De hoc habes *ſup.* 35. e Et ſepelivi eam] *Interl.* Joſeph quaſi neſcienti indicat, ubi, & quando matrem ſepelierit.

na dicam. Sed multi maledicunt, i. mala dicunt, quæ Chriſtus benedixit, i. bona dicit, ſcil. laborem, & dolorem in hoc mundo; In hoc pejores Balaam. *Num.* 23. Quomodo maledicam populo, quem benedixit Dominus? Sed dicitur *Iſai.* 5. Væ qui dicit bonum malum. k Oculi enim Iſrael] Oculi contemplativorum caligant præ nimia ſenectute, i. propter defectum caloris, i. charitatis. Ubi enim major charitas, ibi major cognitio; ſicut ignis quanto magis ardet, tanto plus lucet.

f Ephratæ,] Poterat dicere, juxta viam ejus, ſed repetit proprium nomen, innuens eam alio nomine vocari. Unde ſubdit: Quæ alio, &c. k Oculi enim Iſrael] Antypophora eſt ad filium Joſeph, ſcil. q Ad dexteram ſuã,] Joſeph ſcil. ſ Commutans manus:] i. cancellans ad modum Crucis. t Benedixitque Joſeph,] in filiis ſuis. u Nomina quoque patrũ,] i. auctoritas nominum, ut ſcil. propter auctoritatẽ patrum iſti habeantur in reverentia, & honore, ut faciant Tribus ſicut alii filii Jacob.

quando a veniebam de Meſopotamia, b mortua eſt Rachel in c terra Chanaan in ipſo itinere. d Eratque vernum tempus: Et ingrediebar Ephratam, & e ſepelivi eam juxta viam f Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem: Videns autem filios ejus dixit ad eum: g Qui ſunt iſti? Reſpondit: Filii mei ſunt, quos dedit mihi Deus in hoc loco. h Adduc, inquit, eos ad me, ut i benedicam illis. k Oculi enim Iſrael caligaverant præ nimia ſenectute, & clare videre non poterat. l Applicitoſque ad ſe oſculatus, & circumplexus, dixit ad filium: m Non ſum fraudatus aſpectu tuo, inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum. Cumque n tuliſſet eos Joſeph de gremio patris, o adoravit pronus in terram, & p poſuit Ephraim ad q dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſrael: Manaſſen vero in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcil. patris: applicuitque ambos ad eum. r Qui extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim junioris fratris; ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui major natu erat: ſ commutans manus: Benedixitque t Joſeph, & ait: Deus in cujus conſpectu ambulaverunt patres mei Abraham, & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea uſque in præſentem diem, Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & invocetur ſuper eos nomen meum: u nomina

l Applicitoſque, &c.] Nota filios Joſeph applicare ad ſe, eſt Chriſti opera imitari, quæ non tantum imitanda ſunt, ſed oſculanda, & amplectenda, i. cum gratiarum actione, & dilectionis ſuavitate firmiter cuſtodienda.

Ω a Videns

☉ b Mortua eſt Rachel] Verba ſunt ad Chriſtum, q. d. filii tui, ſcil. patientia, & labor mei erunt. [Mihi enim mortua eſt Rachel,] i. contemplatio, & cognitio Dei. c In terra Chanaan] i. in negotiatione 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo, &c. d Eratque vernum] Ad litteram: Adam peccavit in vere, feria ſexta, hora ſexta: Ideo ut ſatisfactio reſponderet culpæ: Dominus paſſus eſt eodem tempore, eodem die, eadem hora. Vel vernum tempus, eſt viror præſentis proſperitatis, ubi ſine dubio moritur Rachel, i. contemplatio. Contemplatio enim quietem habet, proſperitas ſolicitudinem. *Hieron.* Religio peperit divitias, quæ ſimul exortæ ſuffocaverunt matrem. *Verſus*: Religio dat opes, paupertas religionem. Creſcunt divitiæ, religioque perit. e Et ſepelivi] Via Ephratæ eſt via Sanctorum, qui viatores ſunt in hoc mundo, non manſionarii, ſicut dicit quædam *Gloſſ.* *Job* 21. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoſcetis, quia in diem perditionis ſervabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Juxta hanc viam ſepulta eſt Rachel, quia via Sanctorum non longe diſtat a via contemplativorum, ſolus enim paries carnis medius eſt. *Cant.* 2. En ipſe ſtat poſt parietem. g Qui ſunt iſti?] Per hoc ſignificatur, quod licet bona opera faciamus, neſcimus tamen, utrum Deo placeant. *Eccl.* 9. Sunt juſti, atque ſapientes, &c. & tamen neſcit, &c. Item per hanc quæſtionem. [Qui ſunt iſti] innuitur, quod de operibus noſtris non debemus credere judicio noſtro, ſed requirere judicium, Joſeph, i. Chriſti. 1. *Cor.* 4. Qui judicat me, Dominus eſt. O quam jucundum eſt, quando Chriſtus reſpondet, opera noſtra eſſe filios ſuos. Profecto bona opera, quæ facimus, & noſtri filii ſunt, & Chriſti, ſed noſtri quaſi matris: Chriſti autem quaſi patris. *Iſai.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Vel [Qui ſunt iſti!] Admirative, quaſi magna, & mira ſunt, quæ feciſti pro nobis Domine. *Zach.* 13. Quid ſunt plagæ in medio manuum tuarum? h Adhuc, inquit, eos, ad me,] Verba ſunt Adæ, q. d. ex quo tua ſunt hæc, ego volo mihi ea vindicare. *Bern.* Chriſtus, quod carni moleſtius eſt, elegit: Id ergo melius eſt, id potius eligendum: Quicumque aliud ſuadet, ab eo tanquam a ſeductore cavendum eſt. Idem: Quanti Eccleſiarum parietes ornati ſunt ſericis, putas ad hos diverteet Chriſtus, & pannoſos homines declinabit? Et nota, quod dicit Jacob: [Adduc eos ad me,] non dicit mitte, q. d. O Chriſte, veni cum filiis, ut ſcil. non patiamur inviti, ſed potius cum delectatione. Ut autem delectet labor, & patientia, Dominus condimentum triplicis herbæ apponit, dans pietatem in intentione, hilaritatem in affectione, humilitatem in executione. *Bern.* Nulla tanta amaritudo, quam non prophetica farina dulcoret, & quam non ſapidam reddat ſapientia ligni vitæ. i Ut benedicam illis.] i. bo-

m Non ſum fraudatus] Ecce oſculum, & amplexus filiorum Joſeph, i. patientiæ, & laboris facit videre Chriſtum. *Iſai.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui.

n Cumque tuliſſet, &c.] Gremium Jacob eſt cor devotum, de quo Chriſtus gratanter accipit filios ſuos: Illa enim opera placent Chriſto, quæ de bono corde procedunt exterius in opere. Unde dicit *Greg.* Sic ſit opus in publico, quod intentio maneat in occulto. Multi enim bona agunt exterius ad laudem, unde intus non habent conſcientiæ puritatem. Ideo dicit ſponſus. *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum. o Adoravit] Ecce pro bonis operibus Chriſtus patrem adorat. Unde dicit *Auguſt.* Chriſtus habuit ſpiritum pietatis, ut compateretur hominibus; & ſpiritum timoris, quo patri reverentiam exhiberet; & ſpiritum ſcientiæ, per quem iturum diſtributio fieret inconfuſa.

p Et poſuit, &c.] Nota, quotieſcumque cubatur in amplexu mutuo, vel quando quis ſtat coram aliquo, vel quando quis occurrit alii, quod uni eſt ſiniſtrum, alii eſt dexterum, & e converſo. Sunt autem, qui cubant in amplexu Domini, ut contemplativi: Sunt qui ſtant, ut activi: Sunt qui currunt, ut pœnitentes. Omnes iſtos vult habere Dominus dextrum, quod ei ſiniſtrum, & e converſo. Hæc tria genera hominum Deo placent. *Jo.* 11. Diligebat Jeſus Mariam, & Martham, & Lazarum. Quid autem dextrum, niſi deliciæ, & proſperitas, quæ ſignificantur per Ephraim? Unde *Pſal.* Delectationes in dextera ejus uſque in finem. Siniſtra autem ejus eſt adverſitas. Vult igitur Dominus, ut quod ei eſt dextrum, ſit nobis ſiniſtrum, i. ut deliciæ, quæ jam ſunt ei dextera ſint nobis ſiniſtra. Et e converſo, pœnæ, & adverſitas Chriſti, quæ ei eſt ſiniſtra, ſit nobis dextra. Sic fecit Moyſes: *Hebr.* 11. Fide Moyſes grandis effectus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti; aſpiciebat enim in remunerationem. Habeamus igitur & nos Ephraim ad ſiniſtram: Manaſſen ad dextram. Sic enim Chriſtus habuit, dum fuit in hac vita. Unde & in Cruce pendens, dexteram habebat ad aquilonem, & ſiniſtram ad auſtrum. r Qui extendens, &c.] Jacob in hoc loco eſt Adam, qui dexteram extendit ad Ephraim, quem Joſeph, i. Chriſtus hic ſtatuerat ad ſiniſtram. *Iſai.* 1. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. t Benedixitque, &c.] uſque [Nomina quoque, &c.] Per Abraham fides, per Iſaac ſpes, per Jacob charitas deſignatur. Hæc invocantur ſuper opera noſtra, quando fiunt in fide, ſpe, & charitate. Quod autem ſolus orat Jacob, ſignificat, quod ſola charitas impetrat. Unde B. *Bern.* Fides dicit: Bonum inviſibile præparatur diligentibus Deum. Spes dicit: Mihi illud ſervatur. Charitas dicit: Ego vero curro ad illud.

☉ a Videns

Ω *a* Videns autem Joseph, &c.] Hoc eſt, quod legitur *Deut.*28. Advena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior, tu autem deſcendes, eriſque inferior: Ipſe fœnerabit tibi, & tu non fœneraberis ei: Ipſe erit in caput, tu autem eris in caudam.

quoque patrum meorum, Abraham, & Iſaac, & creſcant in multitudine ſuper terram. *a* Videns autem Joſeph, quod poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraim, *b* graviter accepit: Et apprehenſam patris manum levare conatus eſt de capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitque ad patrem: Non ita convenit pater, quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput ejus. Qui renuens, ait: *c* Scio, fili mi, ſcio: Et *d* iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur,

Moraliter. Moraliter autem per Manaſſem majorem ſignificantur divites hujus ſæculi, qui ſe putant in dextera. Per Ephraim minorem, ſignificantur pauperes, quos mundus reputat eſſe in ſiniſtra. Sed verus Jacob, (D) ideſt, Chriſtus manus cancellans, dexteram ſuam ponit ſuper caput minoris, & ſiniſtram ſuper caput majoris. Nam qui ſunt hic in dextera mundi, erunt in futuro in ſiniſtra Chriſti, & e converſo, quando ipſe convertet ſe ad Orientem in die judicii: Modo enim in cruce verſus eſt ad Occidentem. Jam rogat Eccleſia pro ſuis filiis: Converte nos Deus, &c. *Pſ. 80.*

c Scio, fili mi, ſcio:] ſupple, quod facio.

e Junior,] Ephraim.

f Major] dignitate. Hoc impletum eſt in Jeroboam, qui fuit de genere Ephraim, qui primus ſuperavit decem Tribus, ut legitur 3. *Reg.* 12.

i In te benedicetur] Ephraim dicit.

o Do tibi partem] Terram hanc habuerunt poſteri Joſeph in diviſione terræ. *Joſue* 17. Unde *Pſ.*59. Partibor Sichimam, & convallem, &c. Hic habemus argumentum, quod patres poſſunt dare, cui voluerint ea, quæ acquiſierunt. Sed quæritur, quare terram iſtam potius dedit Jacob Joſeph, quam aliis, qui eam propter Dinam expugnaverunt. & quaſi jure belli poſſidere potuerunt? Ad hoc dicit *Aug.* quod ideo data eſt Joſeph terra illa, ubi Jacob obruit deos alienos, ut Chriſtus intelligatur poſſeſſurus gentes, diis alienis obrutis.

q Quam tuli, &c. in gladio, & arcu,] Item *ſupr.* 33. dicitur, quod Jacob emit terram illam ab Emor, centum agnis: quomodo igitur dicit eam tuliſſe in gladio, & arcu? Arcum, & gladium vocat juſtitiam ſuam, per quam meruit interfectis Sichimitis de periculo liberari, & terram illam obtinere. Item dicit *Hier.* Arcum, & gladium, ideſt, pecuniam, multo labore acquiſitam. Vel aliter: Tuli in arcu, & gladio,] i. emptam retinui, & defendi. Vel: Tuli eam in arcu, & gladio meo,] i. meorum filiorum, ſcil. Simeon, & Levi, qui eam jure belli obtinuerunt. Sed *ſup.* 34. Reprehendit Jacob factum eorum, unde non eſt veriſimile, quod de hoc modo gloriaretur: tamen ita videtur exponere *Auguſtinus*.

Myſtice. ☉ *a* Videns autem Joſeph,] Hoc eſt, quod Chriſtus graviter fert, quod homines tanto affectu temporalem proſperitatem amplectantur, & adverſitatem fugiunt. Sed dicit *Job* 6. Qui timet pruinam, irruet ſuper eum nix. *Eccl.*5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. *Aliter.* Videns autem Joſeph,] Joſeph, Prælatus: Jacob, Chriſtus: Duo filii Joſeph, contemplatio, & actio. Manaſſes, ſignificat contemplationem, interpretatur enim oblivio: Ephraim ſignificat actionem, interpretatur fructificans, & activa majorem fructum facit. Joſeph igitur tulit duos filios de gremio Jacob, quia Prælatus utriuſque vitæ exemplum debet accipere a Chriſto. Unde Jacob recte Iſrael, & Jacob nominatur, quia Chriſtus ſimul & luctator fuit, & comprehenſor. Nec vacat, quod Joſeph Manaſſen ſtatuit ad dexteram Jacob, Ephraim ad ſiniſtram, quia Prælatus ſemper vellet præferre contemplativam, ſed Dominus e converſo. Unde Jacob in benedictione præponit Ephraim. Item Manaſſes ad dexteram ſtatuitur, Ephraim ad ſiniſtram, quia contemplativa circa ſpiritualia verſatur, activa vero circa temporalia, quæ per ſiniſtram ſignificantur. Utrique autem benedicit Jacob, quia Chriſtus de utraque vita fructum expectat: Et ideo arguendi ſunt, qui ita laudant contemplativam, quod minuant activam, aut e converſo.

b Graviter accepit:] Quia autem Joſeph graviter tulit manuum cancellationem, ſignificat, quod Prælatus magis vellet contemplationis dulcedini inhærere, quam laboribus activæ fatigari. Sed Chriſtus dexteram ponit ſuper caput Ephraim, quando dicit: Aperi mihi, ſoror mea. Prælatus autem graviter ſuſtinet, cum reſpondet: Lavi pedes meos, &c. *Cant.* 5. quaſi dicat: plus placet quieſcere in contemplatione, quam laborare in actione. Hoc idem ſignificat, quod Jonas voluit fugere Tharſis, ideſt, in explorationem gaudii, quod ſignificat contemplationem, quam deſiderant aliquando multi, quos Dominus mittere vult ad activam. *Cant. 5.*

ſed frater ejus *e* junior, *f* major illo erit, & *g* ſemen illius creſcet in gentes. *h* Benedixitque eis in ipſo tempore, dicens: In *i* te benedicetur Iſrael, atque dicetur: *k* Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Conſtituitque Ephraim ante Manaſſen. Et ait ad Joſeph filium ſuum: En ego *m* morior, & erit Deus vobiſcum, *n* reducetque vos ad terram patrum veſtrorum. *o* Do tibi partem unam *p* extra fratres tuos, *q* quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.

d Et iſte quidem] quaſi dicat, contemplatio quidem fructum faciet, ſed activa majorem: Unde & Lia genuit plures filios, quam Rachel.

g Et ſemen illius creſcet] i. activa multos convertet.

h Benedixitque eis] Utrique imprecatur Dominus benedictionis multitudinem.

k Faciat tibi] i. det tibi Deus copiam agendi, & gratiam contemplandi. Prius autem ponit Ephraim, quia per laborem activæ venitur ad requiem contemplativæ. *Eccl.* 1. Fili, concupiſcens ſapientiam ſerva mandata. Unde ſuper illud: A mandatis tuis timui, dicit *Bernar.* Guſtum contemplationis abſque obedientia mandatorum penitus non deberi. *Pſ. 118.*

m En ego morior, & erit Deus vobiſcum,] Hoc eſt, quod per mortem Chriſti factus eſt nobiſcum Deus. *Jo.* 12. Niſi granum frumenti, &c.

n Reducetque] Nec tantum in vita erit nobiſcum Dominus, ſed etiam in morte. Parum enim valet nobis eſſe Dominum nobiſcum in vita, niſi & nobiſcum eſſet in morte. Unde & utrumque promittitur *Rom.* 14. In hoc enim Chriſtus pro nobis mortuus eſt, ut vivorum dominetur, & mortuorum.

o Do tibi partem] ideſt, curam animarum, quam dat Dominus Prælatis extra alios fratres. Sed nota, quod Joſeph nec exigebat hæc, nec gratis egit, quod eſt contra illos, qui ſe procaciter ingerunt, vel de perceptis beneficiis Eccleſiaſticis, ſe obligatos conferentibus arbitrantur. Contra primos dicit *Bern.* Qui pro ſe rogat, jam judicatus eſt: ubi enim noſtra non ſunt, quæ rogantur, quis locus rogandi? Contra ſecundos dicitur *Zach* 11. Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſiderant, occidebant, & non dolebant, & venundabant ea, dicentes: Benedictus Dominus, Divites facti ſumus. *Proverbior.* 17. Homo ſtultus plaudet manibus, cum ſpoponderit pro amico ſuo.

p Extra fratres ſuos] quaſi dicat Dominus Prælato: Memento, quod fratres habes, non ſubditos. *Eccleſ.* 32. Rectorem te poſuerunt, &c. Et revera quilibet de fratribus partem ſuam habet, ſed Prælatus extra alios curam animarum.

q Quam tuli de manu, &c.] Gladius eſt verbum prædicationis. *Ephеſ.* 6. Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Arcus eſt Crux, *Eccleſ.* 44. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Paſſione igitur, & prædicatione acquiſivit Dominus animas; ideo ſolicitos vellet eſſe Prælatos circa curam animarum. *Act.* 20. Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo ſcilicet vos poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. *Bern.* Quid ego infelix faciam, quo me vertam, qui pretioſum depoſitum, quod Chriſtus proprio ſanguine pretioſius judicavit, ſervandum accepi? Si ego ſtillantem de Cruce Domini ſanguinem collegiſſem, & eſſet repoſitus in vaſe vitreo, quod circumferri ſæpius oporteret, quem putas animum haberem in tanto diſcrimine? Ego vero illum theſaurum accepi ſervandum, pro quo mercator non inſipiens ſanguinem illum dedit.

EXPO-

CAP. XLIX.

Vocavit *a* autem Jacob filios ſuos, & ait eis : *b* Congregamini , ut annunciem quæ ventura ſunt vobis *c* diebus noviſſimis. Congregamini , & *d* audite filii Jacob, audite Iſrael patrem veſtrum. *e* Ruben primogenitus meus : *f* Tu fortitudo mea , & principium *g* doloris mei , *h* Prior in donis, *i* major in imperio. *k* Effuſus es ſicut aqua : Non *l* creſcas , quia aſcendiſti *m* cubile patris tui , & *n* maculaſti

EXPOSITIO CAP. XLIX.

Vocavit *a* autem Jacob, &c.] In hoc cap. agitur de benedictionibus Jacob: In fine enim ſolent patres benedicere filiis, idest , bona † docere , inſtruentes eos in bonis moribus: ſicut fecit Tobias exiſtimans mortem imminere ſibi, *Tob. c.*4. Sic & fecit Dominus Apoſtolis, *Jo.*13. Sciens Jeſus , quia venit hora ejus, &c. uſque huc. Exemplum dedi vobis. Sed quæritur, quomodo Jacob dicitur benedixiſſe filiis , cum multis maledixerit, ut Ruben , Simeon , & Levi . Sol. Pro majori parte dictum eſt. Vel melius : Benedixit , idest, unicuique juxta meritum ejus diſpoſuit . Vel benedixit, i. futura in fine mundi prædixit , i. vere. Vel benedixit, i. bona docuit. Ad litteram de diviſione terræ Chanaan prophetavit, & de ſtatu duodecim Tribuum futuro. Myſtice autem de utroque adventu Chriſti.

(margin: al. † dicere. — A)

e Ruben primogenitus, &c.] i. quem genui in ætate robuſta. *g* Principium, &c.] idest, ſolicitudinis circa filios. Unde alia littera habet, capitulum liberis meis. *h* Prior in donis, &c.] ſupple eſſe debueras. *k* Effuſus es, &c.] ſupple non creſcit, ita tu non creſcas.] Vel aliter: non creſcas ſicut aqua creſcit, i. aqua creſcere videtur, quando ebullit. Unde *littera Septuag.* habet : Non ebullias , quaſi dicat , lege primogenituræ honor præ aliis tibi debebatur, & duplicitas in poſſeſſionibus : Sufficiat autem tibi parem eſſe aliis pro crimine tuo , & non ſupergrediaris alios , ſicut aqua ebulliens ſupergreditur ollam , vel fluvius inundans , qui egreditur alveum.

Ω *a* Simeon

(margin: Myſtice.)

Myſtice. *a* Vocavit autem, &c.] Jacob ſignificat Chriſtum, qui imminente morte, vocavit filios ſuos, i. Apoſtolos. *Matth.*3. Aſcendens Jeſus in montem, vocavit ad ſe, quos voluit ipſe, & venerunt ad eum ; & fecit, ut eſſent duodecim cum illo. Quia autem Apoſtoli ſunt filii, legitur *Jo.*13. Filioli adhuc modicum tempus vobiſcum ſum. In fine autem vocavit Dominus Apoſtolos ad ſe, ut inſtrueret eos. *Tob.* 4. Cum Tobias putaret ſuam orationem exaudiri, ut mori potuiſſet, vocavit ad ſe filium ſuum Tobiam, dixitque ei : Audi , fili verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamenta conſtrue.

b Congregamini] Ad hoc enim venit Chriſtus, ut diſperſos congregaret, *Jo.*11. Caiphas cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, quod Jeſus erat moriturus , non pro gente tantum, ſed ut filios Dei, qui diſperſi erant, congregaret in unum. Et nota juncturam verborum : Congregamini, &c.] q. d. qui non ſunt congregati in unum vinculo charitatis, non ſunt digni , ut eis Chriſtus annunciet conſilia ſua. Inde eſt , quod congregatis pariter in eodem loco , miſſus eſt Spiritus ſanctus, qui eis revelavit ſua ſecreta. *Act.* 2. Vel congregatis diſcipulis apparuit Chriſtus poſt Reſurrectionem. *Jo.*20. Thomæ vero, quia non erat cum eis, non apparuit tunc ; ſed poſt octo dies, quando fuit cum aliis, tunc apparuit ei : In hoc oſtendens Dominus , quam utile ſit, & quam bonum habitare in unum. Unde *Pſ.*132. Ecce quam bonum, &c.

c Diebus noviſſimis] Hoc eſt , quod legitur *Matth.* 24. ubi Domino ſedente in monte quæſierunt diſcipuli de fine ſæculi, & ipſe multa prædixit. Et nota , quod bis ponitur hoc verbum, Congregamini] ut notet duplicem unitatem eſſe neceſſariam, charitatis ſcil. & fidei . *Act.*4. Multitudinis credentium, &c. Primam ſcindunt † Judæi , ſecundam dividunt Hæretici. *d* Audite filii Jacob, audite Iſrael] Quid eſt hoc, quod duplici nomine ſe nominat, ſcil. Jacob, & Iſrael, niſi quod Chriſtus quandoque nobis exhibet ſe Jacob, quandoque Iſrael? Jacob ſe exhibet, quando invitat ad luctam, Iſrael ſe oſtendit , quando vocat ad quietem. Jacob ſe exhibet cum dicit : Egrediamur in agrum. *Cant.*1. Iſrael, quando dicit : Commoremur in villulis. *Ib.* Et Jacob ſe exhibuit , quando dixit: Euntes in mundum univerſum , prædicate Evangelium omni creaturæ. *Marc.*16. Iſrael ſe oſtendet, quando dicet : Venite benedicti Patris mei , percipite , &c. *Matth.*25.

(margin: al. † ſchiſmatici.)

e Ruben primogenitus] i. populus Judaicus , qui primo cognovit Deum in lege. *Ex.*4. Primogenitus meus Iſrael. *f* Tu fortitudo] i. firmamentum fidei. *Jo.*4. Salus ex Judæis eſt. Vel fortitudo, quod primitivos Patriarchas , ſcil. & Prophetas . *g* Et principium, &c.] quoad perverſam medietatem, in quibus tantum laboravit, & parum profecit, qui eum poſtmodum occiderent. *h* Prior in donis,] ſcil. in legis ſuſceptione. Prius quidem credita ſunt eis eloquia Domini. *i* Major, &c.] Ad litteram Judæi copioſius cunctis ceteris nationibus regnaverunt , ut patet in David , & Salomone . *k* Effuſus, &c.] i. utiliter luxuriæ te expoſuiſti. *Jer.* 50. Effuſi eſtis ſuper herbam ſicut vitulus. *Ezech.* 16. dicit Dominus ad Jeruſalem: Habens fiduciam in pulchritudine tua , fornicata es ei in nomine tuo, expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti. Et poteſt intelligi tam de corporali, quam de ſpirituali, & quod dicitur hic , & quod dicitur ibi. *l* Non creſcas,] idest , decreſcas.

(margin: al. e. & c. & dicitur.)

m Quia aſcendiſti] idest, corpus Chriſti , in quo quieſcebat plenitudo divinitatis, in cruce ſuſpendiſti.

n Et maculaſti , &c.] i. falſum crimen ei impoſuiſti . *Matth.* 11. Iſte homo vorax, & potator vini , publicanorum, & peccatorum amicus. *Jo.*8. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Vel ſtratum ſignat legem, quam maculaverunt Judæi , male intelligendo , & male exponendo.

(margin: Moraliter.)

Moraliter. *e* Ruben primogenitus] Ruben, qui interpretatur filius viſionis, ſignat collegium Clericorum, qui vocantur primogeniti, quia ei duplex portio, & in prima ordinis benedictio debetur . Juxta illud Apoſt. 1. *Tim.*5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo , & doctrina. *f* Tu fortitudo mea,] i. meorum : fortitudine enim Clericorum deberet fulciri Eccleſia , & defendi , juxta illud *Cant.*3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael , omnes tenentes gladios , ad bella doctiſſimi. *g* Et principium, &c.] Triplex eſt dolor Domini. Primus de culpa hominum. Secundus de miſeria. Tertius de pœna eorundem. Horum omnium principium clerici ſunt. Ideo dicitur eis, *Jer.*25. Ululate paſtores, & clamate, aſpergite vos cinere optimates gregis, quia completi ſunt dies veſtri, ut interficiamini, & cadetis quaſi vaſa pretioſa. *h* Prior in donis ,] Ad litteram , clerici præ aliis beneficia majora receperunt . *Amos* 6. Tranſite in Calanne, & videte, & ite in Emath magnam, & deſcendite in Geth Palæſtinorum , & ad optima regna quæque eorum , ſi latior terminus eorum termino veſtro eſt. Calanne interpretatur communis, & ſignificat minores, communiter viventes , ut ſunt laborantes in terra. Emath interpretatur ſanguis , & ſignat mercatores, qui ſudore multo acquirunt divitias. Geth interpretatur torcular, & ſignat milites , qui alios torquent , & opprimunt, q.d. vos Clerici , omne genus hominum, agricolas, mercatores, & milites, ſive minores, mediocres, & majores conſiderate, & invenietis, quod nulli ita ut vos ſunt in poſſeſſionibus dilati. *i* Major in imperio,] cui ſe ſubditur imperium ſæculare. *Iſai.* 60. Gloria Libani ad te veniet, abies , & buxus , & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ. Venient ad te curvi filii eorum, qui te humiliaverunt , & adorabunt veſtigia pedum tuorum. Et nota, quod dicit , imperio. Clerici officio ſuo non quaſi miniſterio, ſed quaſi imperio utuntur, unde & videri, & vocari Clerici erubeſcunt ; & ideo habitu ſe milites oſtendunt. *k* Effuſus es] Nota triplex eſt effuſio. Effuſio per gulam. *Eccl.*37. Noli eſſe avidus ſuper omnem epulationem , nec te effundas ſuper omnem eſcam. Effuſio per luxuriam. *Jer.* 50. Effuſi eſtis ſuper herbam ſicut vitulus, & mugiſtis ſicut tauri. In quo tangit duo vitia Clericorum, laſciviam, & luxuriam. Effuſio per avaritiam, *Canonica Judæ*. Væ his, qui in viam Cain abierunt, &c. *l* Non creſcas , quia aſcendiſti cubile patris tui , &c.] Per hæc duo ſugillat Dominus duo in Clericis. In aſcenſu cubilis, malum ingreſſum in Eccleſiam Dei, in maculatione , abuſum. De malo aſcenſu dicitur *Jo.*10. Qui non intrat per oſtium, i. per charitatem, in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde, ille eſt fur, & latro. *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Domini. *Soph.*1. Viſitabo ſuper omnem , qui arroganter ingreditur domum Domini. Qui enim male ingreditur, vix , aut nunquam bene operatur. Unde *Bern.* Qui male ingreſſus eſt

* præter

ratum ejus. *a* Simeon, & Levi fratres *b* vasa iniquitatis *c* bellantia. In *d* consilium eorum ne veniat anima mea, & in *e* cœtu illorum non sit gloria mea, quia in *f* furore suo occiderunt virum, *g* & in voluntate sua suffoderunt *h* murum. *i* Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio illorum, quia dura. k Dividam eos in Jacob, & dispergam eos in Israel.

Ω *a* Simeon, & Levi fratres] Fratres vocat eos, non quia uterini, sed quia unanimes in scelere. *b* Vasa iniquitatis,] i. continentes iniquitatem, sicut vas continet liquorem. *c* Bellantia,] i. belli conscii. *d* In consilium eorum ne veniat anima mea,] i. voluntas mea, q. d. animæ meę non placet consilium eorum, quo interfecerunt Sichimitas. Vel de futuro intelligitur: Et est aperta prophetia de Christo. De Simeon enim scribæ, de Levi Sacerdotes fuerunt, quorum consilio occisus est Christus. Quod prævidens Jacob in spiritu, dixit: in consilium, &c.] q. d. anima mea reprobat consilium eorum.

f Quia in furore, &c.] i. Sichem. Et dicitur virum singulariter, quia etsi plures fuerunt interfecti, tamen ipse fuit causa necis. Alia littera habet, viros, scil. Sichimitas. *g* Et in voluntate, &c.] Alia littera habet: Subnervaverunt taurum, quod quidam intelligunt de Sichem, qui rapuerat Dinam: Quidam de tauris intelligunt ad litteram per syllepsim, quia multos tauros occiderunt in vindictam sororis suæ. Alii intelligunt mystice de Christo. Et per hoc, quod dicit: In voluntate sua,] apparet, quod contra voluntatem suam factum fuit illud. *k* Dividam eos] Ad litteram: Levi non habuit sortem in terra, sed adjunctus, viculos habuit ad alenda pecora, ut patet *Num.* 18. *c.* 35. *Deut.* 18. *Jos.* 21. Simeon similiter, quia modicus erat in numero personarum, sortem non habuit separatam, sed receptus est in sorte Judæ, ut patet *Jos.* 19. ut ab eo defenderetur. Si autem alicubi reperias, quod Simon habuit sortem, verum est, sed non habuit separatam per se. *g* Et in voluntate sua] *Zach.* 2. Ego ero eis murus ignis in circuitu. *h* Suffoderunt murum,] i. corpus Christi, quod quadraginta sex diebus ædificatum est in utero Virginis. Quæritur quomodo ædificatum sit corpus Christi in utero Virginis tot diebus, cum in primo instanti conceptionis perfectus fuit corpore, & anima. Unde *Jer.* 31. Novum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum. *Is.* 4. In die illa apprehendent septem mulieres virum unum, i. septem dona Spiritus sancti, Christum hominem perfectum. Solut. Tot diebus dicitur ædificatum quoad distinctionem membrorum, non quoad formationem, quia in primo instanti fuerunt formata membra ejus omnia, sed distinctio membrorum non erat ita evidens, ut sensu posset percipi. *Interl.* Sicut templum quadraginta sex annis. Ad hoc intelligendum, notandum, quod templum Salomonis septem annis completum fuit, ut dicitur 3. *Reg.* 6. Sed postea destructum fuit a Nabuchodonosor: 4. *Reg.* 25. Demum sub Cyro ædificatum est triginta annis tantum, usque ad medietatem dorii super terram: Finitimæ enim gentes ejus ædificationem impediebant, ut patet 1. *Esd.* 4. & 5. Mortuo Cyro intermissum est opus ad imperium Cambyse, filii Cyri, octo annis. Et postea uno, sub duobus regnis: Et iterum uno sub Dario filio Hystaspis. Secundo autem anno habuit licentiam Zorobabel ab eo, & in sex annis consum-

Ω matum

Moraliter. * præter Christum, mala quidem faciet intus præter Christum, manifestam procul dubio faciet arborem fructus. De abusu dicitur *Jer.* 2. Induxi vos in terram Carmeli, & ingressi contaminastis eam. *Jer.* 12. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem. Et nota, quod a Ruben incipit maledictio: Justum quippe est, ut qui præsunt in dignitate majores, priores sint in animadversione. Unde *Ezech.* 9. dictum est viris sequentibus virum indutum lineis, ut a Sanctuario inciperent. *Dan.* 13. Egressa est a senioribus Israel iniquitas. Bene ergo, & juste ab eis incipit puniri iniquitas. Et notantur tria in maledictione Ruben, quæ vult nos Dominus memoriter retinere: Quid scil. acceperimus a Deo? bona scil. naturalia, & bona gratuita. Ubi sumus? scil. in peccatis: Quid inde expectare possimus? scil. pœnam æternam. Primum tangitur ibi [Ruben primogenitus, prior in donis, major in imperio.] Secundum ibi [Effusus es sicut aqua.] Tertium ibi, [Non crescas, &c.] q. d. Dominus: O Clerici videte, quid dederim vobis, ubi sitis modo, quid inde expectatis. Hæc tria, triplicem affectionem debent incutere nobis. Nam consideratio dignitatis amissæ, dolorem facit, consideratio peccatorum præsentium pudorem facit, consideratio pœnæ futuræ, timorem facit. Hæc tria prævia sufficienter peccatum cavent, & expellunt. Peccatum enim tria habet, quæ respondebit his tribus per contrarium. Damnosum est, inde dolor: Turpe est, inde pudor: Pœnale est, idest, pœnæ meritum, inde timor.

Mystice. *a* Simeon, & Levi] Per Simeon intelliguntur Scribæ, & Pharisæi, quia ab eo descenderunt: Per Levi, Sacerdotes. Et dicuntur fratres, quia in mortem Domini unanimiter consenserunt. *b* Vasa iniquitatis] Unde *Luc.* 11. Væ vobis, quia estis ut monumenta.

B

d In consilium] *Matth.* 26. Inierunt Scribæ, & Pharisæi consilium, ut Jesum dolo tenerent, atque occiderent.

e Et in cœtu] De hoc cœtu dicitur *Isaiæ* 1. Iniqui sunt cœtus vestri. *h* Murum.] idest, corpus Christi. *Is.* 26. Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea murus. Hic murus suffossus fuit, quando unus militum latus Christi lancea aperuit. *Jo.* 19. Ad hoc autem suffoditur murus, ut civitas subvertatur: Et Judæi Christum occiderunt, ut † Ecclesia subverteretur. Unde ipsi dixerunt: Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus. *Matth.* 21. *Zach.* 13. Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. *i* Maledictus, &c.] Dura fuit indignatio Judæorum, quando clamaverunt: Crucifige, crucifige. Furor fuit pertinax, quando in mortuum desævierunt, ponentes custodes ad sepulchrum, eosque postea muneribus, ut mentirentur, furatum corrumpentes. Inde dicit *Jer.* 11. Facta est hæreditas mea quasi leo in silva, dedit contra me vocem; ideo odivi eam. Nunquid avis discolor hæreditas mea mihi? Alia translatio habet: Nunquid spelunca Hienæ hæreditas mea mihi? Magis proprie dicitur hoc: Hiena enim mortuorum cadavera de nocte devorat, effodiens de sepulchris: unde recte Judæi ei comparantur.

Vel † fides. *Jo.* 19.

Moraliter. Moraliter. *a* Simeon, & Levi, &c.] Triplex est genus hominum: Rectores, Continentes, Conjugati. Horum quidam electi, quidam reprobi. Unde *Matth.* 24. Tunc erunt duo in agro prælationis, unus assumetur, alter relinquetur. Duæ erunt molentes in mola conjugii, una assumetur, altera relinquetur. Duo in lecto continentiæ, unus assumetur, alter relinquetur. Boni significantur per Noe, Danielem, & Job. *Ezech.* 14. Mali hic per Ruben, Simeon, & Levi. De Ruben, idest, de Clericis, qui deberent esse rectores dictum est: Effusus es sicut aqua, triplici scil. effusione. De aliis dicitur: Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia. Unde 1. *Cor.* 3. Cum sit inter vos zelus, & contentio, nonne adhuc carnales estis, & secundum hominem ambulatis? *Jacob* 4. Unde bella, & lites in vobis: nonne ex concupiscentiis vestris? *Is.* 9. Unusquisque carnem brachii sui vorabit Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, & simul ipsi contra Judam. Nemo hodie dicit: Si tuum est, tolle. *d* In consilium] Duo sunt, quæ reprehendit hic Dominus, quæ maxime in Clericis arguuntur, consilia, & cœtus. Consilium in capitulo: Cœtus in choro. De cœtu dicitur *Is.* 1. Iniqui sunt cœtus vestri. De consilio dicitur *Job* 21. Quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me. Bona eorum vocat temporalia, de quibus solis tractant in capitulis, in artis consiliis, spiritualibus reprobatis. De talibus dicitur *Jo.* 11. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium. Et postea dicunt: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Ecce de quo est quæstio capitulorum. De cœtu in choro, qui debent adesse pure ad psallendum Domino, dicit *Bern.* Oportet nos pure, & strenue Dominicis interesse laudibus. Strenue quidem, ut sicut reverenter, ita & alacriter Domino assistatis. Pure, ut dum psallitis, nihil aliud quam quod psallitis, cogitetis. Scitis, quod desperatissimus est æger, quando morbum nutrit medicina, & quæ data sunt ad salutem, faciunt ad dolorem. Sic est hodie fere in omnibus consiliis, appellationibus, advocationibus, judiciis, & hujusmodi, quæ data sunt, & permissa ad commodum partium. Sed modo partibus sunt damnosa, & lites faciunt immortales. Unde dicit *Bern.* Antidotum versum est in venenum, & quod inventum fuerat ad remedium, reperitur ad mortem.

Mystice *c* Nephtalim

a Juda, te laudabunt fratres tui. Manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum, b adorabunt te filii patris tui. c Catulus leonis Juda. Ad prædam, fili mi, d afcendifti, e requiefcens accubuifti ut leo, f & quafi leæna: g Quis fufcitabit eum? Non h auferetur fceptrum de Juda, & dux de † femoribus ejus, donec veniat, qui mittendus eft, & i ipfe k erit expectatio gentium. l Ligans ad vineam pullum fuum, & ad vitem, m o fili mi, afinam fuam. Lavabit in vino ftolam fuam, & in fanguine uvæ n pallium fuum. Pulchriores oculi ejus vino, & dentes lacte o candidiores. p Zabulon in q littore maris habitabit, & in ftatione navium pertingens ufque r ad Sidonem. f Iffachar afinus fortis, t accubans inter terminos. Vidit u requiem, quod effet bona, & terram, quod optima, & x fuppofuit humerum fuum ad portandum, y factufque eft tribus ferviens. z Dan judicabit populum fuum, ficut & alia Tribus Ifrael. Fiat Dan coluber in via, a ceraftes in femita, b mordens ungulas equi, ut c cadat afcenfor ejus retro. d Salutare tuum expectabo, Domine. e Gad accinctus f præliabitur ante eum,

al. † femore.

C

Ω matum eft templum: Et ita fecundum templum quadraginta fex annis ædificatum eft, ut dicitur hic, & *Jo.*2. a Juda, te laudabunt] Hoc factum eft, quando aliis hæfitantibus primus poft Moyfen intravit mare rubrum. *Exod.*14. ubi regnum promeruit. b Adorabunt te] Hic aperte prophetavit de Juda regem effe futurum, fcil. David, & fucceffores ejus. c Catulus Leonis] Hic de capite regni prophetat. David enim minimus fratrum electus fuit in regem. 1. *Reg.* 16. d Ad prædam, fili mi, afcendifti,] Hoc in David impletum eft, qui plurimos hoftes habuit, & de omnibus fpolia tulit. e Requiefcens accubuifti ut leo,] quia David poftea in pace regnavit, & maxime timebatur ut leo. f Et quafi leæna.] quæ ferocior eft leone. Et dicitur quafi leæna, quia fortiffimam prolem habuit, fcil. Salomonem. g Quis fufcitabit eum?] ad prophetandum, fcil. quafi dicat, folus fpiritus, qui directus eft in David, ut dicitur 1. *Reg.* 16. Vel de fucceffione Salomonis poteft exponi hoc modo. Quis fufcitabit?] fcilicet David, ideft, quis, & quantus erit fucceffor ejus, fcilicet Salomon, quafi dicat magnus, & ita magnus, ut David dici poffit vivere in eo, & quafi mortuus fufcitatus. Juxta illud *Eccl.* 30. Mortuus eft pater illius, & quafi non eft mortuus, fimilem enim reliquit poft fe. h Non auferetur] Nota ufque ad tranfmigrationem fuerunt fexaginta reges de Juda, exinde fuerunt duces ufque ad Ariftobolum filium Hyrcani, five Joannis, qui primus mortuo patre fuo, & incarcerata matre Syra, impofuit fibi diadema, ut legitur in Ecclefiaftica hiftoria Rubrica de reftitutione regni Judæorum: Et iterum fuerunt reges ufque circa tempora Chrifti, & tunc defecerunt utrique, reges & duces, & regnavit alienigena, fcilicet Herodes Afcalonita filius Antipatris Idumæi. Et ita impletum eft, quod prophetatum eft *Dan.* 9. ita quod circa adventum Chrifti reftitueretur regnum Judæorum, & iterum in adventu ejus omnino deftrueretur, quia poft Herodem nullus regnavit de Judæis. Judæus fic exponit: [Non auferetur fceptrum de Juda, &c.] ideft, quoddam dominium, quod fcilicet primus intravit mare rubrum poft Moyfen, *Exod.* 14. quod primus obtulit, facto tabernaculo. *Num.*7. Donec veniat Silo.] Sic enim eft in Hebræo, ideft, ufque ad Saulem inunctum in Silo. 1.*Reg.* 10. Silo autem locum Prophetarum eft, ubi primo habitavit arca Domini. Poftea, ut dicit Judæus, redit Jacob ad filium fuum Judam, qui eripuit Jofeph de manibus fratrum fuorum. *Sup.*37. dicens. i Ipfe] fcil. Judas. k Erit expectatio gentium,] ideft, Tribuum. Dominus enim dixit *Judic.* 1. Judas afcendet pro vobis.

Myftice.

l Ligans ad vineam, &c.] ideft, tanta erit copia vini, quod in una vite onerabitur afinus. Et ob hoc rubicundos dixit oculos, quia fic apparet in oculis bibentium: in candore etiam dentium, copiam ovium, & lactis notavit, quia lac comeftum apparet in dentibus comedentium. l Ligans ad vineam, &c.] Supra quafi ad nullum dirigebat fermonem, modo convertit fermonem fuum ad filium Judam, de Chrifto mittendo a patre. Sic

m O fili mi,] Ille, fcilicet Chriftus, erit ligans ad vineam pullum fuum, & ad vitem afinam fuam,] ideft, gentilem, & Judaicum populum fibi, qui vitis eft, vinculo charitatis, & fidei copulabit. n Pallium fuum.] ideft, carnem fuam fanguine Paffionis cruentabit. Quod fignificatum fuit 4.*Reg.* 2. per pallium Eliæ, quod ipfo afcendente cecidit in terram, ad cujus tactum Jordanis divifus eft. Unde *If.*63. Quis eft ifte, &c. o Candidiores] *Thren* 4. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte. p Zabulon] habitaculum fortitudinis, ideft, Ecclefia ad tolerandum fortiffima. q In littore] ut credentibus refugium, & periclitantibus demonftret fidei portum. Contra omnes terminos fæculi folidata expectat naufragium Judæorum, & procellas Hæreticorum, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. Inde etiam Apoftoli aliqui affumpti funt: Ibi fæpe Dominus docuit. r Pertingens ufque ad Sidonem,] ideft, ufque ad gentes pervenit. *If.* 9. Terra Zabulon, & terra Nepthalim, via maris trans Jordanem, &c. Sidon, venatio, & ex eis locis fumpti funt venatores, de quibus *Jer.* 16. Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte. f Iffachar afinus fortis,] vel offeus, ideft, vir agricola. t Accubans inter, &c.] ideft, inter maritima, & montana. u Vidit requiem, &c.] ideft, terram fœcundam, & aptam ad quiefcendum.

x Suppofuit humerum] ideft, in vehendis mercibus ad mare, quæ in finibus fuis erant, laboravit. y Factufque eft, &c.] ideft, navibus ferentibus tributa. Hoc Hebræi metaphorice exponunt fic: Dicunt, quod Iffachar nocte, & die ftudendo laboravit; & ideo omnes Tribus ei fervierunt quafi magiftro dona ferentes. Vel tributis, &c.] ideft, regibus tributa comportans. z Dan judicabit, &c.] Tripliciter hoc exponitur. Primo de Samfone, qui ab eo defcendit, & judicavit Ifrael. *Judic.* 13. Et legitur fic littera: Licet minima fit Tribus Dan, tamen de ea furget judex in Ifrael, fcilicet Samfon, ficut & de aliis, qui ad modum colubri viam obfervabit, ne liceat hoftibus vagari per Judæam, depopulando eam ut prius. a Ceraftes in femita,] ideft, contra milites erit, ut ceraftes, ideft, ferpens cornutus, retrocedere faciens Philifthæos fuperbos, q. d. tam majores, quam minores viriliter dejiciet. Et quamvis tantus fit, tamen poft illum. d Salutare tuum, &c.] q. d. ipfe non erit Chriftus, fed figura ejus. Secundo exponitur de Antichrifto, quem dicunt futurum de Dan, qui contra fanctos morfu peftiferæ prædicationis more colubri, & cornu poteftatis, ficut ceraftes armabitur. Multos enim, qui afcenderant ad culmen virtutum dejiciet retro, & tunc veniet Salvator ad judicium expectatus a bonis. Tertio exponitur de Juda proditore fic: Dan, ideft, Judas de Tribu Dan: Judicabit,] ideft, plenariam poteftatem Apoftolatus habebit, ficut alii Apoftoli. Et ipfe fiet coluber in via, ideft, factus eft, quia Salvatori infidiatus eft. Ceraftes etiam fuit, quando tradidit eum ofculo proditionis. b Mordens ungulas equi,] ideft, carnem Chrifti morfu mortis: Equus enim dicitur caro Chrifti, afcenfor, verbum vel anima: Ungula equi eft extrema pars vitæ Chrifti. Non enim quando voluit Judas, potuit eum interficere, fed in fine temporis, quando fpontaneus venit ad mortem. c Ut cadat afcenfor ejus retro,] ideft, anima Chrifti corruat in mortem, vel momordit carnem Chrifti, ut ejus propofitum infirmaretur, fed non potuit. Unde convenienter fubjungitur: Salutare tuum, &c.] Vox eft Sanctorum in limbo, ubi ipfe defcendit, & eos inde extraxit expectantes adventum ejus. Quidam difcipulus S. Gregorii exponit hoc fatis urbane. Per viam, quæ lata eft, intelligens præcepta legis, quæ etiam imperfectus quifque fervare debet. Per femitam, quæ arctior, & brevior eft, fpiritualia confilia, quæ tantum perfecti obfervant. Per equum intelligit temporalem profperitatem. Dicit ergo: Fiat Dan coluber, &c.] ideft, Antichriftus, qui de Dan nafcetur, infidiabitur imperfectis, qui incedunt per viam communium præceptorum. Ceraftes in femita,] ideft, infidiabitur perfectis, qui vadunt per femitam confiliorum. Mordebit ungulam equi, ut cadat afcenfor ejus retro,] ideft, fubtrahet quibufdam bona temporalia, qui defperabunt, a profperitate temporali dejecti. Et cetera non mutantur. e Gad accinctus] vel latrunculus, vel expeditus. f Præliabitur ante eum] ideft, Dan, & alia Tribus præliabatur.

Ω Nota

& *a* accingetur retrorsum. *b* Aser pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus. *c* Nephtalim cervus emissus, & dans *d* eloquia pulchritudinis. Filius *e* accrescens Joseph, filius accrescens, & *f* deco-

Ω Non Gad, & Ruben, & dimidia Tribus Manasse relictis uxoribus, & parvulis ultra Jordanem in terra sibi data præcedebant Israel armati in terra promissionis, ut dicitur *Num.* 32. Sed post quatuordecim annos primus revertens, prælium vicinarum gentium adversus suos, quos reliquerat, invenit, & fortiter dimicans, hostes stravit. *Jos.* 22. Et hoc est, quod dicit: [Gad accinctus præliabitur ante eum,] in transitu Jordanis. *a* Et ipse accingetur retrorsum.] in reditu ad suos.

b Aser] Ad litteram, possessio Aser fertilis fuit in pomis, & piris, & hujusmodi fructibus, quæ post prandium quasi deliciæ regibus apponuntur. *c* Nephtalim] Per velocitatem cervi, notatur velocitas terræ uberioris, quæ fuit in sorte ejus, quæ præ aliis prosperos fructus facit. Alia littera habet, Ager irriguus, ut dicit *Hier.* quia super lacum Genesareth possessio Nephtalim a Jordane irrigabatur. *d* Dans eloquia pulchritudinis.] Hoc dicit, quia in monte Thabor, qui est in finibus ejus, habitaverunt Prophetæ, qui dabant pulchra eloquia. Vel ubi docuit Dominus discipulos pulchra eloquia, dicens: Beati pauperes, &c. *Matth.* 5. Vel ideo, quia de primis frugibus Nephtalim offerebatur in Pascha, unde fiebat laus Domino, quæ est pulchrum eloquium. Hebræi autem hoc referunt ad Tyberiadem, ubi vigebat sapientia legis, unde & *Hieron.* ex illa assumpsit Hebræum, legis doctorem, ut dicitur in procemio Paralipomenon. *e* Filius accrescens Joseph,] *supra* 37. dictum est, quod Joseph a patre plus ceteris fratribus amabatur, & ideo hic copiosius laudatur. Bis dicit, filius accrescens propter nimium affectum. Vel propter duas Tribus, quæ ex eo fuerunt. Vel propter dignitatem, & virtutem.

Ω *a* Filiæ

Mystice. *c* Nephtalim] interpretatur latitudo, & significat chorum Apostolorum, per quos doctrina Christi per universum orbem dilatata est. *Rom.* 10. Nunquid non audierunt? Etenim in omnem terram exivit sonus eorum. Et bene convenit, quod dicitur: [Nephtalim cervus emissus,] Veloces enim fuerunt Apostoli in prædicatione verbi Dei, *Psal.* 18. sed & Christus quasi bonus venator venatus est cervos istos, & postea fecit eos venatores. *Jer.* 16. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam venatores multos, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum, quia oculi mei super omnes vias eorum. Et quod Apostoli dederint eloquia pulchritudinis, manifestum est. Unde *Ps.* 76. Vocem dederunt nubes, i. Apostoli coruscaverunt miraculis, pluerunt doctrinis, tonaverunt minis. Eloquium pulchritudinis, fuit promissio regni cœlestis, facta credentibus, quam Apostoli prædicaverunt ubique. Etiam mali illud idem aliquando prædicant, cum sint ipsi turpes interius, eloquium pulchritudinis resonantes. *Prov.* 11. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua. Quod exponit *Hier.* Sicut circulus aureus in naribus suis, ita pulchra locutio in sensibus stultæ mentis. Est autem eloquium turpitudinis, quod prohibet Apost. *Ephes.* 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem. *Ib.* 5. Fornicatio, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. *Moraliter.* *c* Nephtalim, &c.] Quinque notantur hic, quæ debet habere quilibet prædicator. Latitudo dilectionis per Nephtalim. Strenuitas prædicationis, per cervum. Auctoritas missionis, per emissum. Puritas intentionis, per hoc, quod dicit, dans. Honestas sermonis, per eloquium pulchritudinis. De primo legitur 3. *Reg.* 4. Dedit Deus Salomoni sapientiam, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis. Recte ergo, qui prædicat charitatem, Nephtalim appellatur. *Ephes.* 3. In charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. De secundo *Prov.* 6. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, eruere quasi damula de manu venatoris, & quasi avis de insidiis aucupis. *Eccl.* 31. In omnibus operibus tuis esto velox. Et quod hoc intelligatur de prædicatore, patet per hoc, quod sequitur: Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Per cervum, qui transilit spinas, notatur abjectio divitiarum, quam debet habere prædicator. *Mich.* 2. Mulieres populi mei ejicientur de domibus deliciarum. *Matth.* 10. Nolite possidere aurum, vel argentum, neque pecuniam. Sunt autem quidam, qui dicendo, vel prædicando miro modo vituperant divitias, donec ipsi divites facti fuerint, & tunc tacent: & quod prius accusabant, incipiunt excusare, similes venatoribus, qui persequuntur castorem, qui cum viderit instare venatores, avulsos a se testiculos projicit ad insequentes, & ipsi statim cessant persequi. Ita certe multi adeptis divitiis, quas prius persequebantur, jam potius obsequuntur. Contra quos dicitur 1. *Mach.* 4. Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est, & Gorgias, & exercitus ejus in monte prope nos est. De tertio, *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *Prov.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Alia littera habet, ager irriguus, quod bene convenit prædicatoribus; debent enim esse agri continentes, & gignentes semina verbi Dei, irrigati a quadruplici fonte, quos Christus adhuc in cruce vivens in suo corpore patefecit, duos in manibus, & duos in pedibus. Primus, est fons pietatis, a quo manat aqua misericordiæ, ad abluendas sordes animarum. *Zach.* 14. In die illa exibunt aquæ viventes de Jerusalem, medium earum ad mare novissimum. Secundus est fons charitatis, a quo manat aqua sapientiæ ad extinguendam sitim. *Eccl.* 15. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Tertius est fons devotionis, a quo manat aqua lacrymarum. *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo fontem aquæ vivæ. Quartus est fons æmulationis, a quo manat aqua eruditionis. *Prov.* 18. Aqua profunda verba ex ore viri. Post finem hujus vitæ, erit quintus, qui apertus est in latere Christi, fons scil. manifestæ visionis, a quo manat aqua gloriæ. *Apoc.* 22. Ostendit mihi fluvium aquæ vivæ splendidum quasi crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni. Quatuor primi fontes aperti sunt Christo adhuc vivente, ad notandum, quod nobis sunt necessarii in hac vita. Quintus post finem vitæ, ad notandum, quod tunc primo potabimur illo, cum apparuerit gloria ejus. Primus fons pertinet ad omnes: *Rom.* 3. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, i. misericordia lavante sordes peccatorum. Secundo pertinet ad conjugatos, quibus sufficit charitas ad salutem, & sapientes conversari in medio pravæ, & perversæ nationis, ubi positi sunt. Tertius pertinet ad pœnitentes, qui per singulas noctes lacrymis suis lavant stratum conscientiæ suæ. Quartus pertinet ad prædicatores, quorum est zelare salutem animarum. Quintus pertinet ad electos jam eo fruentes. *e* Filius accrescens Joseph,] *Mystice.* Mystice. Joseph, Christus, quem expressius significat, quam alii Patriarchæ, tum propter nominis interpretationem, tum propter ea, quæ circa eum acciderunt. Bis dicitur, filius, ad notandum duplicem ejus filiationem. Fuit enim in cœlo filius Dei patris sine matre, factus est in terris filius Virginis matris, sine patre. Vel bis potius accrescens, ad notandum duplex augmentum Christi, in se unum, in nobis alterum. Cum enim ipse esset immensus, factus est parvulus, ut crescere posset. *Phil.* 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Augmentum Christi in se, signatur *Dan.* 2. ubi dicitur: Lapis qui percussit statuam, factus est mons magnus, & implevit terram universam. De secundo augmento dicit: *Ps.* 63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. *f* Decorus aspectu,] i. facie. *Ps.* 44. Speciosus forma præ filiis hominum. Decor autem in duobus consistit, in candore, & in

ʘ rubore

Moraliter. *f* Filius accrescens Joseph,] Joseph signat Prælatum propter tria, quæ fuerunt in Joseph, quæ debent esse in Prælato. Obediens fuit patri. Unde *sup.* 37. Præsto sum. Et fidelis fuit Putiphari, & Pharaoni. Unde *sup.* 39. dicitur Nihil novit de omnibus, nisi panem, quo vescebatur. Item prudens fuit. Unde *sup.* 41. Somnia Pharaonis prudenter exposuit. De his tribus dicitur *Matth.* 24. Quis putas est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus, &c. Prudens in acquirendo, vel congregando res Domini, servus in servando, fidelis in dispensando: Qui hæc tria non habet, non est dignus, ut Prælatus fiat. Item non debet fieri Prælatus, nisi sit filius accrescens, filius per amorem, accrescens per operationem, ut scil. ex amore operetur, ut filius; non ex timore, ut servus. Filius autem in tribus potest aliquis esse. In nominis adoptione, in hæreditatis adeptione, in patris imitatione. Christus pater est, a quo sui filii nominantur Christiani, quem & debent moribus imitari; & sic poterunt ejus hæreditatem sortiri.

* *a* Filiæ

* *a* Filiæ diſcurrerunt] Ad litteram tantæ pulchritudinis fuit, quod domina ejus, quæ uxor Putipharis fuit, vehementi amore in eum exarſit, & filiæ Ægyptiorum pudore muliebri depoſito, aſcendebant murum, ut eum videre poſſent, ejus amore ſuccenſæ.

rus aſpectu. Filiæ *a* diſcurrerunt ſuper murum, ſed *b* exaſperaverunt eum, & jurgati ſunt, inviderúntque illi habentes jacula. *c* Sedit in forti *d* arcus ejus, & *e* diſſoluta ſunt *f* vincula brachiorum, & manuum illius per *g* manus potentis Jacob: *h* inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. *i* Deus patris tui erit adjutor tuus, & omnipotens benedicet tibi, *k* benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi jacentis deorſum, benedi-

b Exaſperaverunt] fratres ſui, quando dixerunt: Nunquid rex noſter eris? habentes jacula invidiæ, quibus armati contra eum pugnaverunt, *ſup* 37. Vel de Ægyptiis poteſt legi, qui ſimiliter inviderunt ei.
c Sedit in forti] i. Chriſto. *d* Arcus ejus,] i. ſpes pugnandi & vincendi, ſemper habuit in Chriſto fiduciam. Unde de ipſo dicitur *Sap.* 10. Hæc, i. ſapientia. venditum juſtum non dereliquit, ſed a peccatoribus liberavit eum. *g* Per manus potentis Jacob:] i. Dei, qui potentia Jacob, i. a quo Jacob habet potentiam. *f* Vincula] quibus ligaverunt eum fratres. *h* Inde paſtor] i. ex potente Jacob, i. Deo patre, egreſſus eſt paſtor lapis Iſrael, ideſt, Chriſtus paſtor, & ſuſtentator Eccleſiæ. *Jo.* 10. Ego ſum paſtor bonus: Vel [inde,] i. ex Jacob egreſſus eſt paſtor, i. egredietur ſcil. Chriſtus, vel [inde,] i. ex Jacob egreſſus eſt paſtor lapis Iſrael, i. Jeroboam, qui fuit rex decem Tribuum. Conſuetudo enim ſacræ Scripturæ eſt, principes vocare paſtores, 3. *Reg* 22. Hebræus habet: Inde paſtorum lapidem in Iſrael: Quod dupliciter exponitur. Primo modo, inde eſt adverbium, & paſtorum nomen. Secundo modo, in, eſt præpoſitio, & depaſtorum nomen: Et intelligitur tam de Joſeph, quam de Jeroboam. De Joſeph ſic: Deus, qui eſt potentia Jacob, ſolvit eum, i. Joſeph. Eum dico, inde, i. poſt hoc futurum lapidem paſtorum, i. ſuſtentatorem Iſrael, & paſtorem in Ægypto. De Jeroboam ſic: Deus ſolvit eum, i. Joſeph. Eum dico futurum, inde, i. poſt hæc lapidem paſtorum in Iſrael, i. rectorem, & defenſorem decem Tribuum, quæ dicta ſunt poſtea Iſrael: Quod impletum eſt in Jeroboam, qui fuit de Ephraim. Secundo modo ſic. Solvit eum, i. Joſeph, Eum dico futurum in lapidem depaſtorum: Et idem eſt ſenſus. *i* Deus patris tui, &c.] Hucuſque commendavit eum, hic incipit benedicere, & mutatur perſona, ſicut ſupra de Juda. *k* Benedictionibus cœli, &c.] Per rorem cœli bona ſpiritualia: Per abyſſum, bona temporalia accipe: Per ubera, ubertatem lactis: Et per vulvam, fœcunditatem prolis. Et eſt ordo converſus, quod dicit prius uberum, & poſtea vulvæ. Vulva enim ad conceptionem, ubera ad educationem pertinent.

Ω *b* Confortatæ

Myſtice. ◯ rubore: Et de Chriſto dicit ſponſa, *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus, candore innocentiæ: Rubicundus, rubore ſanguinis effuſi in Cruce. Hunc duplicem colorem expreſſit ſponſa *Cant.* 1. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Vel poteſt dici, quod augmentum refertur ad præſentem ſtatum. Unde *Luc.* 1. Puer autem creſcebat, & confortabatur. Decor autem ad futurum ſtatum. *Iſ.* 33. Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus. In præſenti ſæculo exhibuit ſe Chriſtus creſcentem, ut nos creſcamus: In futuro erit decorus, ut illum decorem tantummodo appetamus. Per hoc innuens, quod qui non creverit hic in virtute, non fulgebit ibi in decore. Prius exhibuit quod utile eſt, deinde quod delectabile. Utile quidem fuit ipſum videre pendentem in patibulo, ſed delectabile erit ipſum videre regnantem in cœlo. *Bern.* Non te pigeat videre ſerpentem in patibulo pendentem, ſi vis videre regem in ſolio reſidentem. De prima viſione dicitur *Iſ.* 53. Vidimus eum, & non erat aſpectus. De ſecunda *Iſ.* 6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, & plena erat domus a majeſtate ejus. Primum videre fructuoſum eſt, ſecundum glorioſum. Primum per fidem, ſecundum per ſpeciem. 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. *a* Filiæ diſcurrerunt, &c.] Per murum intelligitur ſtabilitas fidei; per diſcurſum, ſtrenuitas operis; per filias plebs gentilis, vel minores populi Judaici, qui cito Domino crediderunt; per illos, qui exaſperaverunt, ſignificantur Scribæ, & Phariſæi, qui turba currente poſt Jeſum, in inſaniam proruperunt, *Jo.* 7. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex Phariſæis, ſed turba hæc, quæ non novit legem, maledicta eſt. Et nota: Phariſæi primo habuerunt in corde invidiam, ſecundo in ore blaſphemiam, tertio in opere exaſperationem. Hic autem præponitur ordo. Primo enim inviderunt, poſtea blaſphemaverunt, tandem crucifixerunt. *c* Sedit in forti arcus ejus] Arcus Chriſti, intentio noſtræ ſalutis. Sedet igitur arcus in forti, quia ſalutem noſtram, quam intendit, fortiter adimplevit. *e* Diſſoluta] In *Pſ.* 135. legitur: In manu potenti, & brachio excelſo liberavit Dominus populum ſuum. In manu quidem potenti dejecit inimicos, in brachio excelſo protexit amicos. Contra hæc duo beneficia Judæi manus ejus affixerunt Cruci, & brachia vinculis alligaverunt, ſed omnia vincula in reſurrectione ſoluta ſunt. Quod figuratum fuit *Jud.* 15. ubi legitur, quod Samſon ligatus fuit duobus novis funibus, ſed irruit ſpiritus Domini in eum, & ſicut ſolent ad ardorem ignis ligna conſumi, ſic diſſipata ſunt vincula ejus, & ſoluta. Et bene dicitur, novis funibus: Novum enim, & inauditum fuit, quod Deus omnipotens ligaretur, qui ligatus fuit a Judæis, clavis manus, vinculis brachia. *Matth.* 26. Adduxerunt eum ad Caipham. *h* Inde paſtor] ideſt, a Deo patre Chriſtus exivit, *Jo.* 16. Exivi a patre, & veni in mundum. Qui fuit paſtor, *Joan.* 10. Ego ſum paſtor bonus. Et quomodo bonus, dicit *Bern.* Bonus paſtor quidem, qui carnem ſuam dat in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium. Paſtor fuit quoad gentes, lapis quoad Judæos, qui in eum offenderunt. *Iſ.* 8. Erit vobis in ſanctificationem, quoad gentes; & in lapidem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, & Juda, 1. *Petr.* 2. Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt ædificantes. *i* Deus patris tui, &c.] duo dicuntur hic, quæ fecit Deus pater Chriſto. A malo defendit: & hoc eſt, [Erit adjutor] Et bona omnia dedit: & hoc eſt, [Benedicet tibi] Et nota, quod pluraliter dicit benedictionibus. Scitis enim, quod in nativitate

◯ duplex

Moraliter. Ω *a* Filiæ diſcurrerunt] Poſt commendationem Joſeph, ſubditur de ejus probatione: Sunt autem duo genera tentationum, quæ tanguntur hic: Unum per proſpera, & aliud per adverſa. Primum fuit per applauſum incontinentium, aliud per contumelias detrahentium. Primum notatur ibi: [Filiæ diſcurrerunt, &c.] quod eſt vehemens tentatio. *Prov.* 27. Quomodo in conflatorio probatur argentum, & fornace aurum, ſic probatur homo ore laudantium. Gravis eſt tentatio, quæ fit per contumeliam detrahentium. De hac dicitur *Rom.* 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem. Prima tentatio per humilitatem, ſecunda per patientiam ſuperatur. *b* Sed exaſperaverunt] Tria tangit hic Moyſes, quibus boni probantur a malis. Invidia cordis, blaſphemia oris, injuria operis: Quibus docet Dominus reſpondere, *Matt.* 5. Diligite inimicos veſtros, contra invidiam: benefacite his qui vos oderunt, contra blaſphemiam: orate pro perſequentibus vos, contra injuriam. *c* Sedit in forti] Arcus Prælati eſt ejus ſcientia, qui debet ſedere in forti, i. radicari in virtute. Sedere autem judicum eſt, & doctorum. Et ſcientia Prælati debet ſedere in virtute, ut primo judicet, & doceat ſeipſum, & poſtea alios judicans, diſſipans omne malum. Unde *Prov.* 22. Rex, qui ſedet in ſolio ſuo, intuitu ſuo diſſipat omne malum.
e Diſſoluta] Tria ſunt Prælato neceſſaria, ut habeat arcum ſcientiæ, & brachia ſoluta, & manus. In brachio portantur a nutricibus infantes, in quo ſignificatur compaſſionis affectus Prælatorum erga ſubditos. *Iſ.* 40. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos. *Oſ.* 11. Ego quaſi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis. Duo quidem ſunt brachia Prælati, affectus compaſſionis circa ſubditos in infirmitate cordis, & in infirmitate corporis. Hoc brachium ſiniſtrum, illud dextrum. Hæc brachia oſtendit ſe habere Apoſt. 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Ecce brachium ſiniſtrum. Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Ecce dextrum. Per manus ſignificantur opera: Sicut enim manus a brachio dependet, ita opus ex affectu. Debet igitur Prælatus habere arcum tenſum ad docendum, brachia ſoluta ad compatiendum, manus apertas ad operandum. De primo *Zach.* 9. Extendam mihi Judam quaſi arcum. De ſecundo, & tertio *Iſ.* 58. Cum effuderis eſurienti animam tuam: Ecce compaſſionis affectus; & animam afflictam repleveris. Ecce ſubſidium operis; orietur in tenebris lux tua: Ecce tenſio arcus.

ctionibus uberum, & vulvæ; *a* Benedictiones patris tui *b* confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus: *c* donec veniret desiderium collium æternorum. Fiant in *d* capite Joseph, & in † *e* vertice Nazaræi *f* inter fratres suos. *g* Benjamin lupus rapax, *h* mane *i* comedet prædam, & *k* vespere *l* dividet spolia. Omnes hi in Tribubus Israel duodecim. Hæc locutus est eis pater suus, benedixitque *m* singulis benedictionibus propriis, & præcepit eis, dicens: Ego congregabor ad populum meum: Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, que est in agro Ephron Hethæi contra Mambre in terra Chanaan: *n* quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. ibi *o* sepelierunt eum, & *p* Saram uxorem ejus. Ibi *q* sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge. † Ibi & Lia condita jacet. Finitisque mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit, *r* appositusque est ad populum suum.

al. † cervice.

a *b* Confortatæ sunt] quasi dicat Jacob ad Joseph: Amplius benedico tibi, quam patres tui benedixerunt mihi. *c* Donec veniret] Benedictionibus dico duraturis. [Donec veniret, &c.] Hic ad litteram nihil expositum est: forte sic potest intelligi. In *Num.* 21. legitur: Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Arnon, vel gestierunt, alia littera. Et in *Psal.* 113. Montes exultaverunt, ut arietes. Et dicitur hic desiderium collium. Hæc tria ad idem spectant. Dicunt igitur juxta Arnon, colles fuisse asperrimos, & saxeos, ideo dicuntur æterni habentes quatuor ceraunia, i. cornua. Unde & alibi tetragoni dicuntur a terra, quod est quatuor, & gonos, quod est angulus. Horum collium aliqua pars inclinata est coram Israel, ut facile transiret, & quasi applausit eorum adventui. Et forte dimidia tribus Manasse, quæ remansit citra Jordanem, habuit circa illos colles sortem suam. Est ergo sensus: Sic benedicatur Joseph, & duret ejus benedictio, donec intret in terram promissionis per colles exultantes, & inclinantes se et, & ultra; quia donec inclusivum est. Vel forte prophetavit Jacob de montibus Ephraim, & Samariæ, in quibus regnavit Israel, idest, decem Tribus. Et est sensus: Benedictio Joseph duret, donec ipse in filiis suis possideat desiderabiles colles Ephraim, & Samariæ; & tunc Tribus recesserunt a cultu Dei sequentes vitulos Jeroboam. Vel de montibus Medorum, & Persarum, ultra quos adhuc exultat Ephraim, & Manasses cum aliis octo Tribubus; tunc enim lætata est terra de exilio hostium; & sic donec exclusivum est, quia tunc terminata est gloria Israel. In Hebræo habetur: Donec jungantur colles cœlo. Et est sensus: Benedictus sit Joseph semper, & ubique. Et est modus loquendi: Sic enim solet dici: Hoc tibi eveniat, donec cœlum, & terra coeant, q. d. semper. Et hæ benedictiones. *d* Fiant in capite Joseph, & in vertice Nazaræi] idest, per Christum, qui est caput Joseph, & Nazaræus, idest, sanctus. *f* Inter fratres] idest, præ fratribus, *Levit.* 20. Estote sancti, quia & ego sanctus sum. *g* Beniamin lupus] Sicut dicit *Isidorus*, quidam referunt hoc ad Jerusalem, quæ fuit in sorte Benjamin. Quæ dicitur lupus rapax, quia sanguinem Christi, & Prophetarum fudit. *Matth.*23. Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis, &c. *h* Mane] egressionis de Ægypto, scilicet. *i* Comedet prædam,] idest, legem extortam a Deo accepit. *Exod.*20. Et adhuc comedit sine discretione.
k Vespere] i. in fine mundi. *l* Dividet spolia.] i. a littera occidente spiritum vivificantem discernet. Hebræi hoc referunt ad altare, quod erat in Jerusalem, quod dicitur lupus rapax propter voracitatem ignis, in quo sacerdotes mane ponebant victimas ad adolendum, vespere autem ipsi inter se partes suas, quæ de sacrificiis ipsos contingebant, dividebant. Vel forte ideo dicitur Benjamin lupus rapax, quia illa Tribus multum bellicosa fuit. Verius autem secundum *Hier.* intelligitur de Paulo, qui fuit de Triba Benjamin, qui primo fideles persecutus est, ut ipse dicit *Philip.*3. postea fidelis factus, eloquia Dei, & gradus Ecclesiæ fideliter dispensavit. *m* Benedixitque singulis] Non quod bona singulis dixerit, sed quia bene, & prophetice omnia dixit; vel quia in maxima parte benedixit; vel quia hoc, quod dixit, fuit loco benedictionis; vel forsitan præter hæc singulis dedit benedictiones. *n* Quam emit, &c.] quadringentis siclis argenteis, *supr.*23. *o* Ibi sepelierunt eum,] *sup.*25. *p* Et Saram] *sup.*23. *q* Ibi sepultus est Isaac] *sup.*35. *Isid.* Quæritur cur Jacob omnes, quos de liberis, & ancillis genuit æquali honore filios, & hæredes constituerit. Quia scil. Christus omnes, qui per fidem corpori ejus conciliantur pari honore, & gloria coronat, & cœlestia præmia largitur: Non enim est distinctio, utrum Judæus sit, an Græcus; Barbarus, an Scyta; servus, an liber: quia per omnia, & in omnibus Christus, qui formam servi & pro servo, & pro libero assumpsit, servivit æque omnibus, ut omnibus æquale donum largiatur. Quicunque enim fidem Domini promeretur, nullis maculis carnalis nativitatis obfuscatur. Unde: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. *r* Appositusque est ad populum suum.] *Strab.* Quærendum est, de quo populo dicatur, nam de patribus nulla est quæstio, notum enim est, quod ad Abraham, & Isaac appositus est, sed populus multitudo est; illi autem tam pauci non poterant dici populus. Intelligendum ergo etiam hoc de Angelis dici, ad quorum societatem de mundo transeuntes apponuntur sancti. Unde: Accessistis ad montem Sion, & ad Jerusalem cœlestem, & ad frequentiam Angelorum, &c.

1. Cor. 15.

P. m. 14. d. l. 1. c. ult. 1.

Joel. 2.

al. † sua. 11. q. 1. c. Rebron. De sepul. c. 12. Hebr. 12.

O duplex est maledictio. Una pœnæ, quæ est parientis. Unde *sup.*3. dictum est primæ mulieri: In dolore paries filios tuos. Altera culpæ originalis, scil. quæ est partus. Unde *Ephes.* 2. Omnes nascimur filii iræ. Recte igitur poterat dici omni mulieri parienti: Maledicta tu, & maledictus fructus ventris tui. Unde per contrarium antidotum dictum est B. Virgini: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Et ideo hic dicitur benedictionibus pluraliter, quia partus Christi ab utraque maledictione fuit immunis. Et ponuntur quatuor in his benedictionibus Christi, scil. cœlum desoper, abyssus deorsum, uberum benedictio, & vulvæ. Benedictione cœli, & terræ benedixit Christum Deus pater, quando fecit eum adorari, tam in cœlo, quam in terra. *Phil* 2. Donavit illi nomen, quod est super omne nomen, &c. Benedictione uberum, & vulvæ benedixit ei, quando matrem ejus, quæ lactavit eum uberibus, & portavit in utero, fecit benedici. Unde *Luc.* 11. Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. Vel per ubera duo testamenta; in quorum altero Christus denunciatus est mundo, in altero demonstratus. Per vulvam Ecclesia, quæ Christum incessanter benedicit fide, & opere. Vel per cœlum anima Christi intelligitur, per abyssum caro ejus, per ubera doctrina tam verbo, quam exemplo, per vulvam generatio filiorum in fide. Benedixit igitur Deus pater Christum benedictionibus cœli in donorum, & virtutum repletione. Benedictionibus abyssi in bonorum operum exhibitione: Benedictionibus uberum in doctrina, & prædicatione: Benedictionibus vulvæ in peccatorum conversione. Et est rectus ordo. Primo enim anima impinguatur virtutibus. Secundo fœcundatur bonis operibus. Tertio germinat in prædicatione. Ultimo fructum facit in peccatorum conversione.
a Benedictiones patris tui] i. bona collata Christo præcellunt bonis collatis antiquis patribus. Vel planius: [Benedictiones patris tui,] i. quibus pater benedixit Christum. *b* Confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus:] i. confirmatæ: quia benedictiones antiquorum fuerunt signa benedictionum Christi. *c* Donec veniret desiderium] idest, Christus desideratus a Sanctis, qui dicuntur colles æterni propter virtutum eminentiam, & mentis constantiam. Superbi vero dicuntur colles, sed non æterni, quia non manent in altitudine sua. De quibus dicitur *Nahum* 1. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati. Et *Ps.* 96. Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini. Quod tamen exponitur tam de montibus fluentibus in primo adventu, quam de montibus fluentibus in secundo. Nam in primo adventu *Aug.* & alii Sancti fluxeruot sicut cera, recipientes Christi Passionem, ut alios informarent. In secundo adventu fluent mali in infernum a facie ignis Christum ad judicium præcedentis. *d* In capite Joseph] intransitive, i. Christus, qui est caput omnium fidelium, a quo omnia membra sensum, & motum recipiunt. Unde *Ps.* 132. Sicut unguentum in capite, &c. Ubi dicit *Bern.* Quo pacto in barba Aaron remaneat unctio solutionis, cum non barbæ est, sed capitis; caput enim non barbæ est, sed totius corporis.
e In vertice Nazaræi] i. Christi, sancti in se, & sanctificantis alios. *Dan.* 9. Donec ungatur sanctus sanctorum.
f Inter fratres] idest, Apostolos. De quibus *Joan.* 20.

Mystice.

Luc. 1.

Vade

Vade ad fratres meos, & dic eis. Nota, quod dicit inter fratres, non ſuper: in quo admonentur Prælati de homilitate, ut non ſe extollant ſuper alios, ſed cum eis communiter vivant. Hoc enim maxime ſubditos provocat ad amorem Prælati, quod communiter vivit cum eis.

EXPOSITIO CAP. L.

A QUod cernens Joſeph, &c. *a* Præcepitque] Nota: mos erat Ægyptiis novem diebus ſervare corpora mortuorum incondita, & ſingulis diebus plangere, & fovere ea aqua calida, ut ſciretur, utrum anima eſſet egreſſa a corpore, an ſopita. Condita ſervabant triginta uno diebus. Et ita Ægyptii corpora mortuorum quadraginta diebus ſervabant. Hebræis vero mos erat incondita ſervare ſeptem diebus, condita vero viginti tribus. Et ita triginta diebus ſervabant corpora mortuorum, antequam ſepelirent. Ægyptii vero ſervaverunt Jacob mortuum quadraginta diebus, & Hebræi triginta; & ita tranſierunt ſeptuaginta dies ſub amborum cuſtodia, quadraginta hic, & triginta inde. Chriſtiani vero, quia mortuos ſuos ajunt conditos fide, & virtute, triginta diebus eos plangunt, ideſt, ſpeciales Miſſas numero tot dierum celebrant. Quidam vero tertiam diem maxime celebrant pro ſpiritu, anima, & corpore. Alii ſeptimam, propter ſeptimam quietis, ad quam tranſire mortuos deprecantur. Vel ſeptenarium animæ, & corporis ſcilicet: In ſeptenario enim tria ſunt, & quatuor. Ternarius pertinet ad animam, quæ iraſcibilis, concupiſcibilis, & rationalis eſt. Quaternarius ad corpus, quia quatuor elementis conſtat.

21. q. 2. c. quia alii. — *Supr. 47.*

B *b* Expleto planctus tempore, &c.] *Auguſtinus*. Quia mandavit Joſeph per potentes Ægypti, ut dicerent Pharaoni nomine ejus. Pater meus adjuravit me, dicens: In monumento, quod ego feci mihi in terra Chanaan, ibi me ſepelies. Quæritur, quomodo verum ſit, cum hæc verba patris ejus, cum de ſepultura mandaret, non legantur, ſed ad ſententiam verba ſunt referenda. Sicut *ſupra* alia ſimiliter iterata. Voluntati enim enunciandæ, & in notitiam proferendæ, oportet verba ſervire. Fodiſſe autem ſibi Jacob ſepulchrum, nunquam ſuperius legitur. Sed forte niſi fodiſſet, non modo diceretur. *c* Veneruntque ad aream Achad, &c.] Hic locus trans Jordanem eſt, & diſtat ab † Abrahamo ſeptuaginta milliaribus. Prætergreſſi ſunt ergo locum, in quo debebat ſepelire eum, & poſtea tranſito Jordane, redierunt ad locum duplicis ſpeluncæ. Unde quæri poteſt, quare hoc fecerint? Dicet aliquis, quia bella timebant ſicut filii Iſrael circumducti per deſertum quadraginta annis, donec tranſmiſſo Jordane venerunt in terram promiſſionis. Sed majoris ſignificationis cauſa factum eſt hoc: In loco enim, qui area Achad dicitur: poſtea multitudo filiorum Iſrael murmurans contra Deum, divino igne conſumpta eſt. Tanto ergo luctu non tam mors Jacob, quam ruina populi futura lugebatur.

al. † Hebron. — *Joſ. 4.* — *Num. 16.*

d Patri tuo] Nobis propter patrem. *e* Quibus auditis] exauditis. *f* In genibus Joſeph.] ideſt, qui ſederunt in genibus Joſeph. *g* Quibus tranſactis] annis, centum decem annis ſcilicet. *h* Aſportate oſſa, &c.] *Strabus*: Joſeph, ſicut pater ejus, terram promiſſionis tota mente deſiderabat, & incolatum Ægypti deteſtabatur. Nos quoque moraliter inſtruit, ut quamdiu ſumus in hoc mundo, terram promiſſionis, ideſt, viventium ſemper deſideremus, & ibi requieſcere optemus. Quod bene fit, ſi numerum annorum Joſeph moribus imitemur: Centum enim & decem vitæ annis expletis mortuus eſt. Nos quoque ſtudeamus per Decalogi obſervantiam ad æternam beatitudinem, quam centenarius ſignificat, pervenire.

al. † renuere. — *Sup. 45.*

C D *i* Et conditus aromatibus,] *Strabus*. Moraliter: Felix eſt anima, quæ aromatibus virtutum condita in loculo corporis degens quotidie proficiendo perenni vitæ reſervatur. Siquidem in Fide, Spe, & Charitate cuſtodita fuerit, per gratiam Chriſti pervenire merebitur ad ſpeciem divinæ contemplationis, cujus adeptio perfecta eſt lætitia. *Pſalm.* 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, &c.

13. q. 2. c. Hebræi.

CAP. L.

QUod cernens Joſeph, ruit ſuper faciem patris flens, & deoſculans eum, *a* Præcepitque ſervis ſuis medicis, ut aromatibus condirent patrem. Quibus juſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadaverum conditorum: Flevitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus. Et *b* expleto planctus tempore, locutus eſt Joſeph ad familiam Pharaonis: Si inveni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod pater meus adjuraverit me, dicens: En morior, in ſepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac revertar. Dixitque ei Pharao: Aſcende, & ſepeli patrem tuum, ſicut adjuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti, domus Joſeph cum fratribus ſuis abſque parvulis, & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerunt in terra Geſſen. Habuit quoque in comitatu currus, & equites, & facta eſt turba non modica: *c* veneruntque ad aream † Achad, quæ ſita eſt trans Jordanem, ubi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi, impleverunt ſeptem dies. Quod cum vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus eſt iſte Ægyptiis: Et idcirco appellaverunt nomen loci illius, planctus Ægypti. Fecerunt ergo filii Jacob, ſicut præceperat eis, & portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. Reverſuſque eſt Joſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu ſepulto patre. Quo mortuo timentes fratres ejus, & mutuo colloquentes, ne forte memor ſit injuriæ, quam paſſus eſt, & reddat nobis malum omne, quod fecimus, mandaverunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro, ut obliviſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te. Nos quoque oramus, ut ſervo Dei *d* patri tuo dimittas iniquitatem hanc. *e* Quibus auditis flevit Joſeph: Veneruntque ad eum fratres ſui, & proni in terram adoraverunt, atque dixerunt: Servi tui ſumus. Quibus ille reſpondit: Nolite timere. Num Dei poſſimus † reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum, & Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſalvos faceret multos populos. Nolite metuere: Ego paſcam vos, & parvulos veſtros. Conſolatuſque eſt eos, & blande, ac leniter eſt locutus, & habitavit in Ægypto cum omni domo patris ſui. Vixitque centum decem annis, & vidit Ephraim filios uſque ad tertiam generationem. Filii quoque Machir filii Manaſſe, nati ſunt in *f* genibus Joſeph. *g* Quibus tranſactis locutus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere faciet de terra iſta, ad terram, quam juravit Abraham, Iſaac, & Jacob. Cumque adjuraſſet eos, atque dixiſſet, Deus viſitabit vos, *h* aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto, mortuus eſt expletis centum decem vitæ ſuæ annis, & *i* conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

al. † Azad. al. † Aphad. al. † Aſad.

Explicit Liber Geneſis.

Reverendiſſimi Patris Domini Hugonis, &c. Cardinalis Poſtilla ſuper Geneſim explicit.

Reverendiſſ.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,

D. HUGONIS, &c. CARDINALIS PRIMI de Ordine Sancti Dominici.

IN POSTILLAM SUPER EXODUM

PROLOGUS.

ERUNT quinque civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chananæa, *Isai.* 29. Quinque civitates, quinque libri Moysi sunt, qui & civitates ad habitandum, & panes ad reficiendum dicuntur. *Matth.* 14. Et lapides de torrente, ad Goliam interficiendum. 1. *Reg.* 17. Et quinque porticus piscinæ probaticæ, ad ægros continendum. *Joan.* 5. Et quinque verba Apostoli, quæ vult loqui in Ecclesia Dei, 1. *Cor.* 14. In his civitatibus habitant Sancti, quorum voluntas in lege Domini, & in lege ejus meditantur die, ac nocte. *(Psalm. 1.)* Unde *Cant.* 5. Oculi ejus super rivos aquarum. De his civitatibus dicitur in *Psalm.* 68. Et ædificabuntur civitates Judæ. Corruerant enim hæ civitates per traditiones Pharisæorum, nec erat, qui habitaret in eis. Unde *Ezech.* 36. In die illa, cum mundavero vos ab omnibus inquinamentis vestris, & habitare fecero urbes, & instauravero ruinosa, &c. Unde *Amos ult.* Convertam captivitatem populi mei Israel, &c. Destructores quidem legis fuerunt Pharisæi. *Isai.* 49. Venerunt structores tui destruentes te, &c. Primus autem reædificator fuit Dominus ipse, *Matth.* 5. Non veni solvere legem, sed adimplere. Unde *Act.* 1. Cœpit Jesus facere, & docere. Ille quippe legem implet, qui prius facit, quod postea docet, & reædificat legem, destructores ejus arguendo, *Matth.* 15. Irritum fecistis, &c. *Joan.* 7. Nonne Moyses dedit vobis legem, &c. Secundi reædificatores fuerunt Apostoli, *Rom.* 3. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: Sed legem statuimus. Tertii reædificatores fuerunt Sancti expositores: Augustinus, Gregorius, Hieronymus, Hilarius, Isidorus, Origenes, Esychius, Rabanus, Haimo, Radulphus, Beda, Dionysius, Hippolytus, Damascenus, Chrysostomus, Ambrosius, & multi alii, unusquisque offerens in tabernaculum Domini pro suæ modulo facultatis. Hæ igitur civitates Judæ, idest, lex data Judæis in terra Ægypti, idest, apud gentes lingua loquuntur Chananæa, spiritualiter intellecta. Inter has civitates, una est, quæ vocatur civitas Solis, *(Isai. 19.)* quæ specialiter, & proprie comparatur Exodo, qui inter quinque libros Moysi [ut dicit *Rabanus*] excellentiam obtinet, & primatum. Ibi enim omnia sacramenta, quibus Ecclesia Dei instituitur, figuraliter exprimuntur. Et bene dicitur civitas Solis: Ibi enim effectus duplex veri Solis exprimitur: Nam filios Israel de fornace ferrea Ægypti liberatos per ipsum, ostendit & eisdem, dum essent in tenebris Ægypti positi, clare illuxit. Unde *infra* 10. Ubicunque habitabant filii Israel, lux erat. In hac igitur civitate Solis, & Ecclesiæ plenius, & lucidius mysteria continentur. Per corporalem enim exitum de Ægypto, intelligitur spiritualis exitus de peccato. Per agni immolationem, & populi liberationem, Christi passio, & nostra redemptio. Per mare rubrum, & Pharaonis exercitus submersionem, baptismus, & remissio peccatorum. *(Infr. 12. Infr. 14. Infr. 16. Infr. 17. & Num. 20.)* Per manna de coelo datum, altaris exprimitur sacramentum. Per aquam de petra manantem, doctrina Christi, Ecclesiæ sordes lavans. In monte dantur præcepta, atque judicia, ut divinis subjiciamur disciplinis. Tabernaculum, & vasa ejus instituuntur: cultus, & sacrificia imperantur, quibus ornatus Ecclesiæ, & spiritualia sacrificia significantur. *(Infr. 25. Infr. 33. & 30.)* Mystica unctio, & thus, & thymiama conficiuntur, quibus sanctificatio spiritus, & orationis odoramenta commendantur. Aaron & ejus filii sacris vestibus induuntur, Evangelici Sacerdotes, donis, & virtutibus adornantur. *(Infr. 40.)* Per hæc satis patet continentia totius libri. Ordo vero manifestus: Congrue enim tam historice quam allegorice, post Genesim ponitur immediate, quia in fine Genesis actum est de ingressu filiorum Israel in Ægyptum, in principio hujus libri agitur de egressu. Item in Genesi actum est de carnali generatione, per quam omnes nascimur filii iræ, in hoc libro agitur de spirituali regeneratione, per quam renascimur filii gratiæ, quæ in maris transitu figuratur. *(Eph. 2.)* Scriptus est enim liber intus, & foris, sicut & alii libri veteris testamenti. Legitur enim ita, quod tabernaculum in duas partes distinctum est, per quod Ecclesia figuratur: *(Exod. 2.)* Cujus prior pars intelligitur synagoga, posterior Ecclesia præsens. Fecit autem Moyses operimentum tabernaculi, decem cortinarum, quatuor pretiosis coloribus contextarum, quarum quinque erant complexæ ad invicem quasi una continua, & priorem partem tabernaculi operiebant: aliæ quinque similiter cohærentes, posteriorem partem regebant. Cortinæ istæ, quinque libros Moysi significant, quę dicuntur fuisse quinque, & quinque, non quia decem, sed quia eisdem quinque libris, alio modo texta est priors pars Ecclesię, alio modo posterior. Litterali namque intelligentia textus fuit Judaicus populus, Evangelicus vero spirituali intelligentia eorum librorum se contegi gloriatur. Ille sub umbra litteræ, iste sub umbra spiritualis intelligentiæ requiescit. Ille folia carpit, iste fructus comedit spirituales. Pulchre autem per quinque cortinas, quinque intelliguntur libri Moysi, quia sunt quasi una cortina, idest, una historia continua, quinque voluminibus distincta, quod ab Esdra, qui Bibliam reparavit, causa tollendi fastidii dicitur esse factum. Quatuor colores cujuslibet cortinarum, significant quatuor, de quibus quilibet quinque librorum Moysi principaliter agit. In libro namque Genesis, qui est quasi prima cortina, agitur principaliter quasi de quatuor, scilicet mundi creatione, cataclysmo, caractere circumcisionis, quo Deus populum suum quasi gregem a grege distinxit, deinde de ingressu filiorum Israel in Ægyptum: Ecce prima cortina cum coloribus suis quatuor. Secunda cortina, est liber Exodi, quem præ manibus habemus. Quatuor colores ejus sunt quatuor, de quibus principaliter agit, scilicet de egressu filiorum Israel de Ægypto, & de transitu maris rubri, de datione legis, de constitutione tabernaculi, de vestibus Sacerdotum. Patet ergo, quod materia hujus libri duplex est: Litteralis, & Spiritualis. Litteralis, sunt quatuor prætaxata ad litteram intellecta. Spiritualis vero materia, littera spiritualiter intellecta. Intentio litteralis est, eadem quatuor per ordinem enarrare: Spiritualis vero ad egressum de mundo, & ad constitutionem Ecclesiæ invitare. Finis primus, spiritualis horum intelligentia, ulterior vero finis, per hæc spiritualiter intellecta ad æternam gloriam anhelare. Auctor, Moyses famulus Dei, hominum mansuetissimus, cui Deus facie ad faciem loquebatur. *(Num. 12.)* Modus agendi hic est: Primo breviter tangit de introitu filiorum Israel in Ægyptum, & eorum multitudine. Deinde narrat, quomodo surrexit novus rex in Ægypto, unde secuta est afflictio Hebręorum. Quamdiu enim fuerunt reges Ægypti de progenie illius, qui Joseph sublimavit, propitii fuerunt Hebræis. Sed postquam translatum est regnum ad progeniem alienam, cœperunt affligere eos. Postea prosequitur afflictionem Hebræorum, & de signis factis a Deo. Postea prosequitur de Phase, & de exitu de Ægypto. Deinde de transitu maris rubri, & submersione Pharaonis, & exercitus ejus. Deinde prosequitur progressum filiorum Israel per desertum usque ad montem Sina. Postea agit de datione legis. Deinde de constructione tabernaculi, & vestibus Sacerdotum. Et tamdem terminatur in tabernaculi erectione. Titulus talis est: Incipit Exodus. Vocatur enim Græce Exodus: Latine exitus, sive itinerarius. Odos enim interpretatur iter, sive via, Hebraice Ellesmoth, i. hæc sunt nomina. Et sortitur nomen a principio suæ narrationis, sicut & ceteri libri Hebræorum, qui omnes libros suos a principio denominant.

Explicit Prologus.

EJUSDEM REVEREND. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Exodum incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

INCIPIT LIBER Ellesmoth, id est Exodus,

CAPUT I.

HÆc sunt *a* nomina filiorum Israel, *b* qui ingressi sunt in Ægyptum cum Jacob: Singuli cum *c* domibus suis introierunt: *d* Ruben, *e* Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon, & Benjamin, Dan, & Nephtalim: Gad, & Aser. *f* Erant igitur omnes animæ eorum, quæ egressæ sunt de *g* femore Jacob *h* septuaginta, *i* Joseph autem in Ægypto erat. *k* Quo mortuo & universis fratribus ejus, omnique cognatione sua, filii Israel creverunt, & quasi germinantes *l* multiplicati sunt, ac roborati nimis *m* impleverunt terram. *n* Surrexit interea rex novus super Ægyptum,

HÆC *a* sunt nomina.] Non nominantur nisi undecim filii Jacob, eo quod Joseph præcesserat eos in Ægyptum. *f* Erant igitur omnes animæ, i. homines, Synecdochice a parte totum, sicut 1. *Petr.* 3. Octo animæ salvæ factæ sunt per aquam, *Lev.* 5. Si peccaverit anima, &c. Et intelligitur totum quandoque a parte digniori, ut hic anima pro homine. Quandoque a parte indigniori, ut *Joan.* 1. Verbum caro factum est, i. homo, quod dictum est ad majorem expressionem. Et nota, quod nominantur hic filii per ordinem geniture, sed secundum ordinem geniture simul, & dignitatis. Primo quidem numerantur sex filii Liæ, quæ fuit prima uxor: secundo Benjamin filius Rachelis: Ultimo quatuor filii ancillarum. Hunc autem ordinem non tenuit Jacob in benedictionibus. *b* Septuaginta] Annumerato Jacob cum illis, qui cum eo ingressi sunt Ægyptum, & Joseph cum duobus filiis, Septuaginta. Translatio LXX. Interpretum habet septuagintaquinque, quod non est verum, teste *Hieron.* quia quinque filii filiorum Joseph, quos Septuaginta connumerant, nondum nati erant, cum Jacob intravit Ægyptum, ut probat *Hieron. in quadam Gloss super Gen.* 47. *m* Impleverunt terram] Gessen, scilicet, non totam Ægyptum. *n* Surrexit interea, &c.] Longo tempore post mortem Joseph. Ab illo enim, qui Joseph sublimavit, qui proprio nomine dictus est Mephres

A

Gen. 46.

Moraliter.

Moraliter. *a* Hæc sunt nomina.] In numero, & nomine filiorum Israel, notantur tria: Paucitas salvandorum, diligentia pastorum, familiaritas Domini erga suos. De primo dicitur *Is.* 19. Reliquiæ ligni saltus ejus præ paucitate numerabuntur, & puer parvulus scribet eos. Reliquiæ saltus, dicuntur qui relinquuntur post rete diaboli, qui fere omnes piscatur. De secundo dicitur *Jer.* 33. Adhuc transibunt greges ad manum numerantis. De tertio, *Proverb.* 12. Novit justus animas jumentorum suorum, *infr.* 33. Novi te ex nomine.

b Qui ingressi.] Nota prædicatores ingrediuntur Ægyptum, idest, ad peccatores, cum non ad aures, ut placeant, sed ad cor, ut ædificent, loquuntur. Unde *Isa.* 40. Loquimini ad cor Jerusalem. Item intrat Ægyptum, qui prædicatione sua quærit salutem animarum. Unde *Zach.* 6. Qui ingrediuntur terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum. Item nota, quod prius dicuntur filii Israel, & post, ingressi sunt cum Jacob, ad significandum, quod prædicator prius debet videre Deum per contemplationem, & post laborare per prædicationem. Unde antequam sponsa evocetur ad laborem prædicationis, præmittitur de somno contemplationis. Unde *Cant.* 2. cum dixisset: Ne suscitetis eam, donec ipsa velit, statim subdit: Surge, propera, amica mea, & veni. *c* Cum domibus suis.] Hic ostenditur quales debent esse prædicatores, & omnes, qui ad prædicationis officium assumuntur. Debent enim habere familiam magnam nimis: secundum quod legitur de *Job* 1. Erat enim ei familia multa nimis. Familia, sunt sancta desideria, mundæ cogitationes, opera bona. Qui hanc familiam regere non didicit, prædicationis, aut prælationis officium non usurpet. Unde 1. *Timoth.* 3. Qui domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Domini diligentiam habebit? De prælato, vel prædicatore sterili dicitur *Jer.* 22. Scribe virum istum sterilem, idest, sine familia, & ideo in diebus suis non prosperabitur, idest, alius non faciet fructum. Habet autem quilibet suam familiam, secundum quod dicitur *Zach.* 12. Omnes familiæ, & reliquæ familiæ, & familiæ eorum seorsum, & mulieres eorum seorsum. *b* Ruben] Filius visionis habet familiam suam, i. studia Scripturarum. *e* Simeon] auditio, suam, idest, gratiam orationis, & sic de aliis, cum propria familia debet quilibet procedere. Unde 1. *Petr.* 4. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, *Rom.* 12. Singuli alter alterius membra habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes. *f* Erant igitur, &c.] Nota Dominus homines vocat animas potius quam corpora, per hoc insinuans curam animarum potius, quam corporum esse gerendam. Unde Dominus primo venit propter animas: secundo propter corpora reformanda venturus: primo venit propter animas, quia magis diligit eas. *Sapient.* 11. Parcis omnibus, quia tua sunt omnia, Domine, qui amas animas. *g* De femore.] Per femur Jacob, significatur Christi humanitas, de qua Sancti generati sunt. In femore vis generandi, & Christus, qui ante sterilis fuit, postea quam assumpsit femur, idest, carnem, multos genuit in Ecclesia, *Isa.* 8. Ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi Deus. Nota, prædicatores generant corde compassionis affectu, *Galat.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio. Item ore, 1. *Cor.* 4. In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui. Solus Christus carnem generat, quia solum caro ejus pro nobis fuit Cruci affixa, clavis, & lancea est aperta. 1. *Cor.* 1. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est? quasi dicat non. *i* Joseph autem in Ægypto,] id est, Christus in mundo, quasi lux in tenebris lucens, quando ingressi sunt prædicatores mundum ad prædicandum: Ibi Christus erat præveniens per gratiam ipsos Apostolos, quos mittebat, & preparans auditores, *Matth. ult.* Ecce præcedet vos in Galilæam, sicut Gabrielem, quem miserat ad Virginem salutandam, præcessit. Unde *B. Bernard.* Transilit Gabrielem, & pervenit ad Virginem: Ave, inquit Angelus, gratia plena, Dominus tecum: Quid? Quem reliquisti in cœlo, nunc in utero reperis, quoniam modo volavit, & prævolavit super pennas ventorum, victus es, o Archangele, transilivit te, qui premisit te. *k* Quo mortuo.] Hoc est, quo Christo mortuo, & Sanctis, crevit Ecclesia, Pro uno grano mortificato, multa grana surrexerunt. Quod significatum fuit *Jud.* 7. ubi dicitur, quod confractis lagenis lampades micuerunt, & hostes territi, terga dederunt, quia fractis in Passione sanctorum corporibus, apparuerant miracula, per quæ victus est mundus, & Ecclesia sublimata, & multiplicata.

B

l Multiplicati.] Ad litteram ministri Ecclesiæ multiplicati sunt numero, & utinam merito: Sed multi non propter Christum, sed ut de bonis Ecclesiæ divites fiant, serviunt, quibus convenit, quod dicit Dominus in Evangelio *Joa.* 6. Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis de panibus, & saturati estis. In talium ministrorum multitudine non multum jucundatur Dominus. Unde *Isai.* 9. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Unde *B. Bern.* Non magnificatur lætitia, dum nihil minus appareat decrevisse meriti, quam numeri accessisse. Curritur ad sacros ordines passim, & reverenda angelicis spiritibus ministeria homines comprehendunt sine consideratione: Dati sunt sancti gradus in occasionem turpis lucri, & quæstum æstimant pietatem. Copiosissime siquidem pietatis inveniuntur in suscipienda, imo accipienda cura animarum, sed hæc apud eos cura minor, & de animarum salute novissima cogitatio est. *n* Surrexit interea.] Christus, rex novus dicitur, quia innovat omnia in melius. Unde *Apoc.* 21. Ecce nova facio omnia. *Sap.* 7. Permanens in se innovat omnia. Diabolus autem rex novus dicitur, quia novitate gaudet, & semper vellet, hominem quære novitates. *Ecclesi.* 27. Stultus ut luna mutatur. Christus rex est Judæorum, idest, confitentium, & humilium: Sed diabolus superborum. *Job* 41. Omne sublime videt, ipse est rex super omnes filios superbiæ. Sicut autem Christus habet suos, sic diabolus suos Apostolos. Apostoli quidem diaboli, sunt vetulæ, & quidam interpretes, lenonibus, & meretricibus verba portantes: Martyres sunt heretici: Confessores, hypocritæ, qui exterminant facies, &c.

Matth. 6.

℞phres, usque ad Cenchren, qui filios Israel afflixit, & mari rubro periit, multi fuerunt reges. Octavus autem ab illo fuit Amonephis, sub quo natus est Moyses. Generaliter autem omnes reges Ægypti dicebantur Pharaones, sicut postea Ptolomæi, & reges Persarum, Arsacidæ, reges Romanorum, Cæsares, vel Augusti. Habebant autem propria vocabula, sicut modo patet in Papa Romano.

Act. 7. *a* Qui ignorabat Joseph.] beneficia scil. Joseph, quæ contulerat Ægyptiis.

c Sapienter opprimamus, idest, astute. Sapientia enim proprie non est nisi in bono, sed superbi, quod astute faciunt, sapienter se facere jactant, quasi dicat opprimendo eos nobis provideamus, ne contra nos multiplicentur. *d* Præposuit itaque, &c] Hebręos, scilicet, sed ipsis magistris præfecit Ægyptios, qui eos durius affligerent. Et dicit *Josephus*, quod Ægyptii invidebant Hebræis propter ingenii virtutem, & laboris industriam, & operum affluentiam, & sobolis nobilitatem, & ideo ad suggestionem eorum, imposuit rex Hebræis angarias duras, quibus fracti non vacarent amplexibus. *f* Urbes tabernaculorum: Phiton, &c.] Quæ prius etiam erant civitates, sed non erant tabernaculorum. Erant quidem in finibus Ægypti, & ideo fecit eas murari Pharao, ut ibi poneret armatos milites, qui in tabernaculis jugiter excubantes, ne quis posset ingredi, vel egredi absque Pharaonis imperio, & ideo dictę sunt civitates tabernaculorum: Vel etiam dictæ sunt prius civitates tabernaculorum, idest, pauperum; quas postea opere illo ditavit, & ampliavit. Alia littera habet civitates positionum, ubi scilicet fiscus reponeretur. Nota, tabernaculum dicitur tam tentorium militum, quam tugurium, sive casa pauperum, & etiam tabernaculum mercium, sive rerum venalium locus.

℞ Aliud etiam.

Moraliter. Moraliter. Virgines diaboli sunt, qui exterius carnis integritatem custodiunt, sed intus mentes diversis vitiis sunt corruptę. Est novitas duplex: Quædam bona, quædam mala. Bona triplex. Novitas potentiæ. *Eccles.* 36. Innova signa, immuta mirabilia. Novitas gratiæ. 2.*Cor.* 5. Vetera transierunt, & ecce nova facta sunt omnia. Novitas gloriæ. *Apocal.* 21. Ecce nova facio omnia. Novitas mala triplex: Vanitatis. 1. *Timot.* 6. Profanas vocum novitates devita. Item curiositatis. *Act.* 17. Athenienses omnes, & advenę, & hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid novum. Item impietatis, ut hic b. Surrexit rex novus.

b Et ait ad populum suum.] Populus diaboli, maligni spiritus, & perversi homines, hac duplici acie impugnant populum Dei. Maligni enim spiritus intus tentant, perversi homines exterius persequuntur, *Thren* 1. Foris interficit gladius, & domi mors est similis. Hi interiorem substantiam, alii exteriorem auferre nituntur. *Ephes.* 6. Non est nobis colluctatio adversus, &c. Sed ab utrisque liberat Dominus. Unde *Ps.* 90. Cadent a latere tuo, &c.

c Sapienter opprimamus.] In eo, quod dicit, Sapienter, notatur astutia diaboli, per quam seducit. In eo, quod dicit, Opprimamus, notatur potentia diaboli, per quam seductam animam opprimit violenter. Bene autem dicitur primo sapienter, & postea opprimamus, quia diabolus primo non habet potestatem in homine, sed per blanditias seducit, seductum postmodum opprimit violenter. Unde quidam, credo *Beatus Bernard.* Ne acquiescas dicentibus, incurvare, nec credas adjicientibus, ut transeamus: Non enim transeunt, sed hęrent, ex quo semel supposueris corpus tuum, & terram, & viam transeuntibus, inundatio transeuntium surgere non permittit. *Job* 20. Vadent, & venient super eum horribiles.

e Ædificaveruntque urbes tabernaculorum.] Tabernacula, sunt opera nostra. *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Hebr.* 13. Habe-

qui *a* ignorabat Joseph. Et *b* ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est: Venite, *c* sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur e terra. *d* Præposuit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus. *e* Ædificaveruntque *f* urbes tabernaculorum Pharaoni, *g* Phiton, & *h* Ramesses. Quantoque *i* opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. k Oderantque filios Israel Ægyptii, & *l* affligebant illudentes eis, & invidentes, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum, quarum una vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus advenerit, si masculus fuerit, inter-

mus altare, &c. *f* Urbes tabernaculorum] ædificat, qui corpori suo providet, vel delicias, vel divitias, vel honores. *g* Phiton.] Interpretatur os abyssi, vel defectionis, & significat cupiditatem, quæ sicut infernus satiari non potest: sic nec illa. Hujus tabernaculi urbem ædificat, qui servit pro Ecclesia, vel redditu, vel præbenda. Singula enim obsequia, quæ hoc intuitu impenduntur, quasi singuli lapides in hoc ædificio ponuntur.

C

h Ramesses.] Interpretatur commotio tineæ, vel malitia decurrens, & significat luxuriam, quæ sicut tinea de carne exorta, carnem consumit. Hujus ergo tabernaculi urbem ædificat, qui gulæ vel rerum divitias procurat. Heliopolis interpretatur civitas solis, & significat superbiam. Hanc urbem ędificat, qui honores hujus sęculi ambit, ut super alios videatur. Hę tres civitates sunt in Ægypto, idest, in mundo, quia omne, quod est in mundo, &c. 1.*Joan.* 2. Et in his urbibus ædificandis multus labor est, totus tamen cedit Pharaoni, idest, diabolo. Unde *Prov.* 5. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, &c. Item *Osee* 7. Comederunt alieni robur ejus. q. d. Non tibi sed Pharaoni laboras. E converso justi. *Prover.* 16. Anima laborantis la. sibi, &c. Et *Psalm.* 127. Labores manuum tu. &c. Et nota, quod dicit, manducabis, non manducas. Quidam enim labores suos hic manducant, de suis operibus gloriantes. *Matth.* 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Has tres civitates destruere, & alias contrarias ædificare venit Dominus: Paupertatem, castitatem, humilitatem, Et has primo in se exhibuit, postea eas aliis prædicavit. *Jer.* 31. Revertere, virgo filia Israel, ad civitates tuas istas. Hę tres sunt in Judęa, in his ędificandis non est multus labor, & tamen magna utilitas. *Matth.* 11. Discite a me, quia mitis, &c.

i Quantoque opprimebant.] Sic boni quanto magis tribulantur, tanto amplius proficiunt in bono. Nam virtus in infirmitate perficitur. 2. *Cor.* 12. Et *ibidem* Cum infirmor, tunc potens sum, &c. *Gen.* 1. Crescite, & multiplicamini. Et sequitur: Et replete aquas maris. In aquis enim maris, idest, in amaritudine crescunt, & multiplicantur boni. *k* Oderantque.] *Prov* 29. Viri sanguinum oderunt simplicem. *Joan* 15. Si mundus vos odit, &c. *l* Et affligebant, &c.] Tria inveniuntur hic, quę sunt in peccato. In procuratione afflictio, in brevi usu illusio, in fine amaritudo. Unde *Beatus Bern.* Voluptas gutturis, quæ tanta hodie æstimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum, & hujus tam modicæ partis tam exigua delectatio, quanta paratur sollicitudine, quantam deinde molestiam parit, hic monstruosius renes dilatantur, & humeri, hinc tumentes uteri non tam impinguantur, quam impręgnantur arvina, & dum carnis onus ossa non sustinent, morbi varii generantur: Sic libidinis illecebra vorago quantis laboribus, & dispendiis interdum & famę, & honoris, aut in vitæ ipsius periculo comparatur, cujus appetitus anxietatis, & vecordiæ, actus abominationis, & ignominiæ, exitus pœnitudinis, & verecundię plenus esse dignoscitur. Nota: Dominus propter peccata nostra afflictus fuit in flagellatione, illusus in faciei velatione, amarificatus fuit in fellis potatione. Ter autem illusum est Christo. Primo quando velata facie dicebatur ei: Prophetiza, Christe, &c. Secundo illusum ab Herode in veste alba. Tertio in regio habitu, quando indutus est purpura, coronam spineam portans in capite, & arundinem tenens in manu. Sic diabolus illudit peccatori: Primo quando excæcat eum, ne attendat peccati qualitatem, idest, vilitatem, & pęnæ quantitatem, idest, Dei justitiam. Secundo illudit ei in veste alba per simulationem. Tertio illudit, quando propter hypocrisim quis assumitur in prælatum, & datur ei corona spinea, idest, mitra pontificalis, & baculus arundineus, idest, baculus pastoralis, fragilis, & manum persorans,

In floribus, lib. 6. c. 58.

Matth. 26. Luc. 23. Joan. 19.

Ω Aliud etiam opus, non tam grave, quam servile imposuit illis, ut scilicet lutum platearum, & vicorum in cophinis exportarent. De quo legitur in *Ps.* 80. Manus ejus in cophino servierunt. Tertium etiam addit opus secundum *Josephum*, ut scilicet dividerent flumen per plures rivulos ad irrigationem agrorum, & circumdarent civitates fossatis, ne eas fluvius inundaret. *a* Si femina, reservate.] Cum quia fragilis sexus nocere non poterat, tum quia libidini Ægyptiorum deserviret, tum quia scriba quidam sacrorum prædixerat regi, eo tempore masculum in Israel nasciturum, qui regnum Ægypti humiliaret, & animi virtute transcenderet universos.
b Non sunt.] *Gloss.* Timore mortis mentiuntur, sed timore Dei servaverunt pueros. Illud puniendum, hoc remunerandum.
c Bene ergo, &c.] *Gloss.* quod timuerunt Deum, q. d. Non quia mentitæ sunt, sed quia timentes Deum, pueros servaverunt. Sed quæritur de mendacio isto, utrum fuerit peccatum mortale an veniale. *August.* de mendacio obstetricum dicit, quod veniale, nec credendum eis, qui dicunt remuneratas pro mendacio: Pietas enim in eis remunerata est, non mendacium. Unde *Greg.* Summopere cavendum est mendacium, quamvis sit culpæ levioris, si quisquam mentiatur præstando beneficium. Hoc quoque perfecti fugiunt, ut nec vita cujusquam eorum mendacio defendatur, ne noceant animæ suæ, dum quærunt prodesse carni alienæ. Illud vero facile abstergitur, quod mater boni operis pietas comitatur. Sic videtur ergo tam secundum *Gregor.* quam secundum *August.* quod mendacium obstetricum fuerit veniale. Contra, dicit *Gregor.* quod merces bonitatis earum potuit in æterna vita retribui: Sed pro culpa mendacii in terrenam compensationem declinata est, ergo mendacium abstulit eis remunerationem vitæ æternæ, sed hoc non potest auferre nisi peccatum mortale, ergo mendacium earum fuit mortale peccatum. Ad hoc est communis opinio, & vera est, quod mendacium obstetricum fuit peccatum veniale: Mentitæ sunt enim timore mortis temporalis, & amore vitæ præsentis, quod impedivit eas, ne gratia eis daretur. Sicut enim aliquis existens in mortali peccato, bonis operibus occasionaliter quodammodo se reddit idoneum, ut ei gratia conferatur, qua collata potest mereri vitam æternam, sed si sequatur malum opus, etiam veniale facit, ut bona opera præcedentia non sint occasio gratiæ conferendæ, ita mendacio isto abstulerunt sibi obstetrices gratiam, quia reddiderunt se minus idoneas ad habendam gratiam, qua mereri poterant vitam æternam. Et ob hoc dicit *Gregor.* quod pro culpa mendacii merces benignitatis earum declinata fuit in terrenam mercedem.
d Ædificavit.] Ad litteram, cum essent pauperes, locupletavit eas, vel cum essent steriles, fecundavit.

21 q. 2. cap. § qualibet.

A

ficite illum, si *a* femina, reservate. Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, sed conservabant mares. Quibus accersitis ad se rex ait: Quidnam est hoc, quod facere voluistis, ut pueros servaretis? Quæ responderunt: *b* Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: Ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt. *c* Bene ergo fecit Deus obstetricibus, & crevit populus, confortatusque est nimis. Et quia timuerunt obstetrices Deum, *d* ædificavit illis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo suo dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite, quicquid feminei reservate.

C A P. II.

EGRESSUS *e* est post hæc vir de domo Levi, accepta *f* uxore stirpis suæ: Quæ concepit, & peperit filium, & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumque jam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & linivit eam bitumine, ac pice, posuitque intus infantulum, & exposuit eum in *g* carecto ripæ fluminis, stante procul *h* sorore ejus, & *i* considerante eventum rei. Ecce autem descendebat *k* filia Pharaonis ut lavaretur in flumine, & puellæ ejus gradiebantur *l* per crepidinem alvei. Quæ cum vidisset fiscellam in *m* papyrione, misit unam e famulabus suis, & allatam aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, *n* miserta ejus ait: De infantibus Hebræorum est hic. *o* Cui soror pueri: Vis inquit ut vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? Respondit: Vade. Perrexit puella, & vocavit matrem ejus. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe ait puerum istum, & nutri mihi: ego tibi dabo mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutrivit puerum, adultumque tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus *p* Moyses, dicens:

E X P O S I T I O   C A P. II.

EGressus *e* est vir.] Nomine Amram, vel Amramis. *f* Uxore.] Nomine Jocabed. Amram autem nolebat accedere ad uxorem suam propter edictum regis, malens carere liberis, quam procreare in necem. Cui Dominus per somnium astitit, ut dicit *Josephus*, dicens, ne timeret cognoscere uxorem suam, quia puer, quem timebant Ægyptii, erat nasciturus ex eo, & etiam de sacerdotio Aaron significavit: Fecitque Amram ut dixit ei Dominus, & concepit Jocabed, & peperit filium sub silentio, idest, sine magno clamore, quia dolores partus non multum institerunt.
g In carecto,] idest, in ripa ubi crescunt carices, herba scilicet acuta, & scindens. Unde *Virg.* Et carice pastus acuta. *h* Sorore.] Maria scilicet ut dicunt Hebræi. *i* Considerante eventum rei.] ex precepto matris. *k* Filia Pharaonis.] Thermut, ut dicunt. *l* Per crepidinem alvei,] idest, super oram ripæ fluminis.
m In papyrione,] idest, in loco ubi, crescit papyrus, id est, juncus, unde fit pergamenum, in quo scribitur.
n Miserta.] Sic enim Dominus venustaverat infantem, ut etiam ab hostibus amaretur, & dignus alimento haberetur. Sic legitur de sancto Sebastiano: Necesse erat, ut quem divina persuderat gratia, ab omnibus amaretur.
o Cui soror pueri.] Cum plures Ægyptiæ admovissent ubera, puer avertebat faciem. Tunc ait Maria: Forte ubera suæ gentis sequatur, & adduxit Thermut Jocabed quasi alienam, & statim accessit ad ubera ejus.
p Moyses.] Ægyptii enim, mos, dicunt aquam: is, salvatum. Dicitur cum Thermut quadam die obtulit Pharaoni Moysen: ut & ipse eum in filium adoptaret. Admirans autem rex pueri venustatem, coronam suam, quam tunc forte gestabat, imposuit capiti suo. Puer autem coronam projecit in terram, & fregit, in qua erat fabrefacta imago Hamonis, idest, Jovis. Quod videns sacerdos Heliopoleos stans a latere regis exclamavit: Hic est puer, quem nobis Dominus occidendum monstravit, ut de cetero timore careamus, & voluit irruere in eum, sed auxilio regis liberatus est, & persuasione cujusdam sapientis, qui per ignorantiam puerilem hoc factum asserebat. In hujus rei argumento puero obtulit prunas, quas puer ori apposuit, & linguæ summitatem corrupit igne. Unde Hebræi impeditionis linguæ eum fuisse autumant. Tantæ vero pulchritudinis fuit, ut dicit *Josephus*, ut nullus adeo severus esset, ut non aspectui ejus adhæreret. Multique, dum eum cernerent per plateas ferri, occupationes, quibus studebant, deserebant. Moyses vero factus adultus, vir bellicosus, & peritissimus armorum fuit: Æthiopes vero vastaverant Ægyptum usque Memphim, & mare, quocirca conversi ad divinationes Ægyptii, acceperunt responsum, ut auxiliatore Hebræo uterentur, & vix obtinuerunt a Thermut ut exercitui, quem paraverant, præficerent Moysen ducem, prius præstitis sacramentis ne ei nocerent. Qui per terram duxit exercitum itinere breviori, ut improvisos Æthiopes præveniret. Iter vero faciens per loca plena serpentibus, tulit in arcis papyriis ibices, id est, ciconias Ægyptias, castraque metatus proferebat eas: ut serpentes devorarent, & ita tutus per noctem transibat

Virg. Georg. 4. Idem in Bucol. Eglo. 3. Tu post carecta latebas.

B

transibat exercitus: Tandem præventos Æthiopes expugnans, inclusit ex Saba regia civitate: Quam cum diutius obsedisset, oculos suos injecit in eum Tharmis filia regis Æthiopum, & ex condicto tradidit ei civitatem, si duceret eam in uxorem, & ita factum est. Propter quam Aaron, & Maria postea jurgati sunt contra Moysen, *Numeri* 12. Dum autem redire vellet Moyses, non acquievit uxor, proinde Moyses tanquam vir peritus astrorum, duas imagines sculpsit in gemmis hujus efficaciæ, ut altera memoriam, altera oblivionem conferret.

C

Cumque paribus annulis eas inseruisset: alterum, scilicet oblivionis annulum uxori dedit, alterum sibi retinuit, & ita mulier oblivisci cœpit amoris Moysi, & permissus est in Ægyptum reverti.

15. q. 1. c. non inferenda, & de jun. d. 7. c. ul. co-gnovimus. & oppon. Act. 7.

a Ad fratres.] Judæos, scilicet.

b Virum Ægyptium] præfectum operis luti, & lateris, qui præerat magistris Hebræis.

c Abscondit sabulo.] Quærit *August.* quare Moyses interfecit Ægyptium, cum nullam in eo haberet jurisdictionem. Et solvit, quod divinitus inspiratus hoc fecit, licet Scriptura taceat. Quod patet: quia Stephanus in *Act* 7. dixit, quod putabat aliquos Judæos intelligere, sicut ipse intelligebat in spiritu, quod per manum illius erat Dominus liberaturus Hebræos de manu Pharaonis.

e Verbum istud.] idest, res hujus verbi. Simile *Isai* 39. Non fuit verbum in domo regis, quod non ostenderet eis. *d* Timuit Moyses.] Contrarium *Heb.* 11. Fide Moyses fugit in Ægyptum non veritus majestatem regis. Sic primo timuit, postea missus est a Domino, & non timuit. Vel aliter timore passionis timuit, ut hic dicitur, non timore passionis, ut dicitur *Hebr.* 11.

f Qui fugiens.] per desertum, ubi ciborum inopiam virtute tolerantiæ superavit, ut dicit *Josephus*.

g Juxta puteum.] prope civitatem Madian, sic dictam a quodam filio Abrahæ de Cetura, ut dictum est *Gen.* 25. *h* Erant autem sacerdoti.] idest, primati, qui antiquitus sacerdos dicebatur, proprium vero nomen illius sacerdotis erat Raguel, agnominatus Jethro, cognominatus Cineus.

i Mortuus est rex.] Amonephis, sub quo natus est Moyses.

k Ab operibus.] idest, propter onera operis.

l Filios Israel.] Propter merita patrum respexit filios.

m Et cognovit eos.] idest, cognoscere se ostendit.

quia de aqua tuli eum. In diebus illis, postquam creverat Moyses, egressus ad *a* fratres suos vidit afflictionem eorum, & *b* virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc, atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium *c* abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat injuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis te constituit principem, & judicem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? *d* Timuit Moyses, & ait: Quomodo palam factum est *e* verbum istud? Audivitque Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen. *f* Qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in terra Madian, & sedit *g* juxta puteum. *h* Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam, & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Supervenere pastores, & ejecerunt, eas. Surrexitque Moyses, & defensis puellis adaquavit oves earum. Quæ cum revertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito? Responderunt: Vir Ægyptius liberavit nos de manu pastorum. Insuper & hausit aquam nobiscum, potumque dedit ovibus. At ille: Ubi est, inquit? Quare dimisistis hominem? Vocate eum, ut comedat panem. Juravit ergo Moyses, quod habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam ejus, quæ peperit ei filium, quem vocavit Gersan, dicens: Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer dicens: Deus enim patris mei adjutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multum vero temporis *i* mortuus est rex Ægypti. Et ingemiscentes filii Israel propter opera vociferati sunt. Ascenditque clamor eorum ad Deum ab *k* operibus, & audivit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis, quod pepigerat cum Abraham, Isaac & Jacob. Et respexit Dominus *l* filios Israel, & *m* cognovit eos.

C A P. III.

MOYSES autem *n* pascebat oves Jethro cognati sui sacerdotis *o* Madian. Cumque *p* minasset gregem ad interiora deserti, venit ad *q* montem Dei Horeb. *r* Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio *s* rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo *t* Moyses: Vadam

EXPOSITIO CAP. III.

MOyses *n* autem pascebat oves Jethro, cognati] id est, soceri.

q Ad montem Dei Horeb,] Sinai mons est in confinio

Arabiæ, & Judææ, qui in quadam parte dicitur Horeb, & erat ad pasturam ovium egregius, herbis abundans, sed pastores illuc accedere non audebant, tum quia excelsus, tum quia opinio erat, Deum ibi habitare

s Rubi, & videbat quod rubus arderet; & non com &c.]

Ω In rubo ignis Allegorice. *n* Moyses autem pascebat.] Moyses, lex, quæ pascebat Judæos, quasi brutos, & simplices.

Infr. 18.

D

o Jethro sacerdotis Madian.] Sacerdotium legale est, cui bene convenit nomen Madian, quod interpretatur fluxus, quia duravit ad tempus, scilicet, Christi vero sacerdotium manet in æternum. Unde *Hebr.* 7. Et *Psalm.* 109. Tu es sacerdos in æternum, &c. Dicitur autem Moyses cognatus Jethro, quia simul esse cœperunt, & simul desierunt lex & sacerdotium. *Heb.* 7. Translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. Vel forte, quia sacerdos tenetur legem scire, *Aggæi* 2. Interroga sacerdotem, &c. Et *Malach.* 2. Labia sacerdotis, &c.

allegoriæ.

A

p Cumque minasset. Nota, quidam Judæorum tantum exterius pascebantur, in lege tantum litteram attendentes. Alii ad interiora ducebantur, spiritualiter intelligentes legem, licet cum populo exterius habitarent. Unde *Num* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta, &c. *r* Apparuitque ei Dominus in flamma ignis, &c.] Legi apparere dicitur Dominus, quia in ea nobis apparet. Ignis rubo, Christus in populo Judaico, unde natus est. Unde *Joa.* 4. Salus ex Judæis. *Num.* 24. Orietur stella ex Jacob, idest, Christus ex Judæis. Moyses igitur ignem in rubo videbat, quia lex Christum de Judæis nasciturum prædicabat. Quia autem rubus ardebat, & non comburebatur, significat, quod pungens malitia Judæorum increpatur a Christo, sed non consumitur. Unde *Jeremiæ* 6. Frustra conflavit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ, quasi dicat, Frustra est ignis in rubo, quia non est combustus. Vel ignis in rubo, virginitas in partu virginis illibatæ. Unde cantat Ecclesia: Rubum, quem viderat Moyses incombustum, &c. Vel rubus incombustus, humanitas Christi a divinitate non absorpta, vel Ecclesia probata, vel turbata tribulatione non consumpta. Hæc omnia prævidebat lex, & prædixit. Prædixit enim peccata populi non consumenda per Christum. *Deuteron.* 31. dicitur Moysi: Dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur. Idem prædixit Deum in homine. *Deuteron.* 18. Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus, &c. *Micheæ* 5. Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, &c. Item partum in virgine. *Isa.* 7. Ecce virgo concipiet, &c. Item tribulationem in Ecclesia. *Zach.* 13. Ducam tertiam partem per ignem, &c. *t* Dixit ergo, &c.] Hoc est, quod lex non cessavit procedere in observantia cæremonialium, donec osten-

Ω In rubro ignis:
- Lex in Synagoga.
- Spiritus in littera.
- Divinitas in humanitate.
- Filius Dei in utero Virginis.
- Persecutio in Ecclesia Dei.
- Tribulatio in anima justi.

& videbo visionem *a* hanc magnam, quare non comburatur rubus: Cernens autem Dominus, quod pergeret ad videndum: *b* vocavit eum de medio rubi, & ait: *c* Moyses, Moyses. Qui respondit. Adsum. At ille *d* ne appropies, inquit, huc, *e* Solve calceamentum de pedibus tuis: Locus enim, in quo stas, terra sancta est. Et ait: *f* Ego sum Deus patris tui, Deus *g* Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. *h* Abscondit Moyses faciem suam, non enim audebat respicere contra Deum. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi, propter duritiam eorum, qui præsunt operibus, & *i* sciens dolorem ejus, descendi, ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram, quæ fluit *k* lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me: vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur. Sed veni, mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel de Ægypto: Dixit Moyses ad Deum: Quis ego sum, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum, & hoc habebis *l* signum, quod miserim te: Cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, quod est nomen ejus, quid dicam eis? Dixit Dominus ad Moysen: Ego sum, qui sum. Ait: Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moysen. Hæc dices filiis Israel: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus *m* Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos. *n* Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem, & generationem. Vade, congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus Deus

a Hanc magnam.] Magna signantem.

c Moyses, Moyses.] Simile *Gen.* 22. dicitur, Abraham, Abraham. Et 1. *Reg* 3. Samuel, Samuel.

e Solve calceamentum.] Opera mortua dicit *Interlin.* vel curam temporalium. Simile *Josue* 5. Aliquando calceamentum in bono accipitur, scilicet pro exemplis Sanctorum. *Infra* 12. Calceamentum habebitis in pedibus, idest, exempla Sanctorum in affectibus. *Ephes.* 6. Calceati pedes in præparatione Evangelii pacis. *Cant.* 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.

g Deus Abraham, &c.] Hac auctoritate utitur Dominus contra Sadducæos, qui dicunt animas perire cum corporibus, & non esse resurrectionem. *Matth.* 22. cap. Dicit enim; De resurrectione mortuorum non legistis, quod dictum est. Ego sum Deus Abraham, &c. Non autem est Deus mortuorum, sed viventium. Et nominantur isti tres potius quam alii propter tres virtutes, in quibus privilegiati sunt: Abraham in fide, Isaac in spe, Jacob in charitate.

Moraliter. *b* Vocavit eum.] Sponte sine vocatione pergebat Moyses ad videndum, postea cum vocatur, ut mittatur ad fratres, respondit: Adsum. In quo ostenditur, quod otium sanctum sponte quærendum est, negotium vero sanctum, cum injungitur, suscipiendum. Si nullus imponit, vacandum est veritati: Si imponitur, suscipiendum est propter proximi charitatem.

i Sciens dolorem ejus.] Nota, afflictionem vidit, clamorem audivit, dolorem scivit. Nam afflictio fit in corpore, clamor in ore, dolor in corde. In quo moraliter instruitur, contritio, confessio, satisfactio. Quam cum viderit, audiverit & sciverit Dominus, descendet, ut liberet.

k Lacte, & melle,] idest, quæ pascuis abundat, & arboribus. Per lac enim fertilitas pascuorum, per mel abundantia arborum designatur, quia in arboribus mellificant apes. Et in his duobus consistit bonitas terræ.

l Signum, quod miserim te. Cum eduxeris populum, &c.] Signum debet præcedere significatum, sed hoc posterius est significato, quid est ergo, quod dicit? Ideo sic potest intelligi: Hoc Hebræis signum, &c. quasi dicat. Cum eduxeris populum, videbit, & cognoscet, quod ego fui tecum, & eduxi te. Et Hebræi terminant hic versum: Hoc habebis signum, quod miserim te, scilicet visio rubi, quæ præcessit.

m Deus Abraham.] Ad hoc Israeli patrum memoria præponitur, ut cum intellexerint non esse Deum recentem, qui loquitur, sed Deum patrum suorum, facilius acquiescant, & Deum esse cognoscant.

n Hoc nomen mihi est.] *Josephus* dicit, quod Dominus dixit Moysi suam appellationem, quam homines prius non audierunt, nec mihi fas est dicere, idest, facultas, quasi dicat. Tanta est virtus illius nominis, quod non possem exprimere totam. Unde nomen illud dicitur ineffabile, non quia non debeat dici, sed quia virtus ejus non potest exprimi, vel quia ab eis non poterat intelligi. Est autem nomen illud Tetragrammaton, id est, quatuor litteris scriptum, scilicet he, jod, vau, heth, quod sonat principium vitæ passionis istius. Hoc nomen erat scriptum in

Ω lamina

Allegorice, donec ostenderet Christum, ibi stetit. Unde *Matth.* 17. In transfiguratione Moyses, & Elias apparuerunt cum Jesu, quasi dicat, Hic est, cui perhibuimus testimonium. Unde dicit lex, vadam, & videbo, quia hoc ipsum prædicabat lex, se duraturam donec præsentialiter videret Christum. Unde *Gen.* 49. Non deficiet sceptrum de Juda, &c. *Ibidem* 45. Jacob dicit: Vadam, & videbo Joseph, antequam moriar. Vidit enim lex, quod promiserat impletum, & mortua est, quasi vipera proprio partu extincta est, dum nobis edidit Dominum, pullo recepto, matrem permisimus avolare, sicut præcipitur *Deut.* 22.

b Vocavit eum de medio rubi] Dominus de medio rubi vocavit ad se Moysen, quando legem de medio traditionum humanarum, quibus lex lacerabatur, purum eliciut intellectum.

c Moyses, Moyses.] Geminatur nomen Moyses propter litteralem, & spiritualem legis intellectum, quasi dicat. Vocavit eum, dum utrunque de se traxit: Nam Christus & sacramenta legis servavit ad litteram, ut circuncisionem, & postea spiritualiter esse intelligenda demonstravit, quando contra legem leprosum tetigit. *Luc.* 5. In cœna secundum litteram agnum paschalem comedit: Secundum spiritum seipsum verum agnum discipulis dedit.

d Ne appropies.] ad me, idest, ad meos, quasi dicat, Nolo, ut mei observent ceremonias legis, & severitatem. Unde Christus irritavit legem quoad figuras, cum leprosum tetigit, & quoad severitatem, cum adulteram absolvit. *Joan.* 8.

e Solve calceamentum.] idest, litteralem intellectum a Judæis in extremis temporibus abjice, quandiu enim lex inter scorpiones, idest, inter Judæos habitavit, necesse habuit calceari litterali intellectu. Unde *Ezech.* 2. *cap.* Increduli, & subversores. Sed cum lex in sancta terra, idest, Ecclesia Christi stetit, tunc discalceavit se, & scorpionibus calceamenta reliquit, & jam nuda ad Christum accedit. Unde *Gen.* 39. Joseph egreditur nudus relicto pallio adulteræ.

f Ego sum Deus patris, &c.] Christus se dicit Deum Abraham, ut ostendat se non recentem sed æternum esse. *Joan.* 8. Abraham pater vester exultavit, &c.

h Abscondit Moyses.] Lex retraxit cæremonias suas viso Domino. Inde est, quod prædicante Domino, siluit Joannes. q.d. Joannes. Solvo calceamentum & cedo alii sponsam. *Ruth.* 3.

* *a* Ibimus, &c.]

a lamina aurea, quam sacerdos gerebat in fronte. Et hujus est sensus: Iste, idest, Christus, quem iste sacerdos significat, est principium vitæ passionis, idest, per passionem: Loco enim ablativi solebant Græci ponere genitivum.
b Viam trium dierum.] Via trium dierum Christus, qui die tertia surrexit. Vel fides trium personarum, vel lux fidei, robur spei, fervor charitatis, vel processus in patriam per contritionem, confessionem, satisfactionem.

Allegorice.

* Allegorice.
a Ibimus, &c.] Via trium dierum, fides Trinitatis, per quam itur de Ægypto in Jerusalem, de mundo in cœlum. Opera igitur sine fide, sunt quasi cursus extra viam in solitudinem. [Trium dierum.] In quo notatur fidei veritas, operis bonitas, puritas intentionis. Hæc igitur tria sunt necessaria ad hoc, ut sacrificium nostrum placeat Deo, scilicet Fides vera, opera bona, intentio pura.
c Extendam manum, &c.] in cruce, scilicet quasi dilatans viam, & repellens a dextris blanditias prosperitatis, & a sinistris timorem adversitatis. Ipse enim quasi baculonarius noster fuit, faciens nobis viam ad Curiam cœli. Unde *Mich.* 2. Ascendet pandens iter ante eos. *e* Vasa argentea.] His Ægyptios spoliamus, cum de libris Philosophorum quæ ad cultum unius Dei, vel ad bonos mores pertinent, tanquam vasa aurea propter fulgorem sapientiæ, vel argentea propter nitorem eloquentiæ, in usu nostræ allocutionis assumimus, & ad informationem populi Christiani tanquam in decorem domus Domini, non ad nostri ostensionem, convertimus. *d* Sed postulabit.] Hebræi postulasse dicuntur, ut donarent, sed verius est, quod mutuo. Excusantur autem præcepto Domini, cui obtemperandum est, & non judicandum.

14. q. 5. c. dicat Domin. dist. 37. c. legimus. § sed e contra.

patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Jacob, dicens: Visitans visitavi vos, & vidi omnia, quæ acciderunt vobis in Ægypto, & dixi, ut educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi, ad terram fluentem lacte, & melle, & audient vocem tuam. Ingredierisque tu, & seniores Israel ad regem Ægypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocavit nos. *a* Ibimus *b* viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro. Sed ego scio, quod non dimittet vos rex Ægypti, ut eatis, nisi per manum validam. *c* Extendam enim manum meam, & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum, post hæc dimittet vos, daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis. Et cum egrediemini, non exibitis vacui, sed *d* postulabit mulier a vicina sua & ab hospita sua *e* vasa argentea & aurea ac vestes, ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Ægyptum.

C A P. IV.

RESPONDENS *f* Moyses ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent, non apparuit tibi Dominus. Dixit ergo ad eum: *g* Quid est, quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. Dixitque Dominus: *h* Projice illam in terram. Projecit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam ejus. Extendit, & tenuit, *i* versaque est in virgam. Ut credant, inquit, quod *k* apparuerit tibi Dominus Deus patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob: Dixit Dominus rursum, mitte *l* manus in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam *m* instar nivis. *n* Retrahe, ait, manum in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam, sume aquam fluminis & effunde eam super aridam, & quicquid hauseris de fluvio, vertetur in sanguinem. Ait Moyses: Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius, & *o* ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris, *p* & tardioris linguæ sum. Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis, aut quis *q* fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcum? Nonne ego? Perge igitur & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. At ille: *r* Obsecro, inquit, Domine, mitte, quem missurus es. Iratus Dominus in Moysen ait: Aaron frater tuus Levites, scio, quod eloquens sit: Ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te, lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore ejus, & ego ero in ore tuo, & in ore illius: & ostendam vobis, quid agere debeatis. Ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Abiit Moyses, & reversus est ad Jethro socerum suum: Dixitque ei: Vadam, & revertar ad fratres meos in Ægyptum, ut videam, si adhuc vivant. Cui ait Jethro:

EXPOSITIO CAP. IV.

De consecr. d. 1. c. transtra. De hoc. cap. cum ex injuncto.

RESpondens *f* Moyses.] More Judæorum non credidit sine exhibitione signorum. 1. *Cor.* 1. Judæi signa quærunt. Per Moysen lex intelligitur, cui dicit Dominus. *g* Quid est quod tenes in manu? Respondit, Virga.] idest, Christi humanitas. Lex siquidem in omni opere suo tenebat Christum clausum significative. Dicitur autem Christus virga, quia verberat. *Joan.* 5. Pater non judicat quemquam, &c. Quia ducit, & reducit oves. *Joan.* 10. Proprias oves vocat nominatim, &c. Item, quia est fructum faciens, sicut virga Aaron. *Num.* 17. Vel quia mensura est, ad quam debemus nos mensurare, ut sicut ipse ambulavit, sic & nos ambulemus. *h* Projice eam in terram.] Hoc factum est, quando quod in lege clausum erat, visibile se mundo ostendit. *l* Manus.] Christus, quæ de sinu patris extracta, apparuit leprosa: Sed quando redit ad patrem in Ascensione, facta est similis carni reliquæ.

Allegorice.

Allegorice. *f* Respondens Moyses,] Versaque est. In Hebræo coluber fem. gen. est. Vel potest dici, quod sit relatio non ad vocem, sed ad sensum: Et est sensus: Versa est in virgam, idest, virga versa prius in colubrum, postea redit in virgam. Loquitur enim Moyses de colubro, ac si de virga loqueretur, quia de virga factus erat coluber.
k Quod apparuerit tibi, &c.] Facies inquam hoc signum.
m Instar nivis.] albida, de arbore, non albedine.
n Retrahe ait.] quia de sinu extraxerat manum, ideo dicit, retrahe eam in sinum.
o Et ex quo locutus es.] quasi dicat, Etiam in præsentia tua sum ineloquens, cum ipsa me ineloquentem posset facere eloquentem secundum *Augustinum*, sic secundum *Origenem*.
p Et.] ponitur pro, idest.
q Fabricatus est mutum.] Mutus est, ex vitio culpæ, ex inopia rationis reddendæ, & humilitate.
r Obsecro, Domine.] Obsecro non est hic deprecantis, sed blandientis, & ponitur loco hujus dictionis annuo, quam ponunt Hebræi, quoniam interjectio blandientis: Et est idem ac si diceret: Si placet, Domine, non sum eloquens. Sed contrarium videtur dicere Stephanus in *Actor. Apostolorum 7. cap.* Eruditus est Moyses in omni sapientia Ægyptiorum, potens in verbis, & operibus, si potens in verbis, ergo eloquens erat. Solut. Hebræi dicunt, quod Moyses linguam tardam, & vocem gracilem habuit: Aaron vero tubalem, & ideo excusavit se Moyses, quia quando vellet perorare coram rege, oporteret eum stare a longe propter regiam majestatem, remotus, propter vocis gracilitatem non posset audiri a rege, & ita simpliciter non fuit eloquens, ut dicitur

ut dicitur hic. Quod autem dicit Stephanus, dupliciter solvitur. Dicitur enim quis potens in verbis, quia efficax ad operandum, vel quia prudens in loquendo, vel quia modus dicendi sit efficax, vel quia promptus ad loquendum. Tribus primis modis fuit Moyses potens in verbis, & non in ultimo.

Origenes aliter dicit, scilicet quod Moyses fuit eloquens simpliciter, sed habita collatione ad divinum eloquium, se reputat ineloquentem, ideo posuit terminum, scilicet, ex quo cœpit loqui cum Domino.

a Mortui sunt enim omnes.] Pharao scilicet, & complices sui, vel plurale ponitur pro singulari, si solus Pharao quærebat eum.

b Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios.] Hic dicitur, quod Moyses cum uxore profectus est in Ægyptum. *Infra* 18. dicitur contrarium, scilicet quod Jethro occurrens Moysi, & revertenti de Ægypto, tulit Sephoram uxorem Moysi, & duos filios ejus. Ad hoc dicimus, quod reveta Moyses eduxerat uxorem, & filios de terra Madian, ut secum duceret in Ægyptum, sed ne esset impedimentum ei, remisit eam cum filiis, sicut dicitur. *Infra* 18. & Moyses sine illis profectus est in Ægyptum. Unde dicunt quidam Angelum Domini terruisse Sephoram, ne ad impedimentum ministerii divinitus impositi femineus sexus comitaretur.

c Super asinum, reversus,] idest, super asinos. Unde alia littera habet: Imposuit eos vehiculis.

d Ostenta,] idest, signa digna ostendi, per quæ ostenditur Dei potentia.

e Primogenitus Israel.] supple est.

f Et noluisti.] Præteritum pro futuro prophetica certitudine.

g In diversorio,] idest, in loco extra viam, ad quam divertit Moyses, ut quiesceret. Vel diversorium domus, quæ instituta est ut ad eam divertant transeuntes. Et habemus simile *Gen.* 42. ubi dicitur, quod unus de filiis Israel aperuit saccum, ut daret pabulum jumento in diversorio.

h Et volebat occidere, &c.] Non precedit aliquod antecedens, ad quod possit referri, hoc relativum, eum, & ideo diversimode intelligitur: Vel de Moyse, quem volebat occidere, quia ducebat secum uxorem, & filios incircuncisos: Vel de puero incircunciso: Forte enim alterum jam circunciderat, alterum dimiserat incircuncisum Sephoræ, quæ gentilis erat.

i Tulit illico Sephora.] Hinc voluerunt Hebræi morem circuncidendi petrinis cultris habuisse exordium: Vel a Josue in Galgalis. Tamen ubi nos petram habemus: Hebræus habet aciem. Et vocat aciem, acutissimam novaculam. Unde & Judei adhuc novaculis circuncidunt. Et fabulantur quidam Hebrei, usque ad David circuncisionem factam petra, sed quia in devincendo Goliam, ferrum

Josue 5.

F

Vade in pace. Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade, & revertere in Ægyptum: *a* Mortui sunt enim omnes, qui quærebant animam tuam. *b* Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos *c* super asinum, reversusque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua. Dixitque ei Dominus revertenti in Ægyptum: Vide, ut omnia *d* ostenta, quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone. Ego indurabo cor ejus, & non dimittet populum: Dicesque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus *e* primogenitus Israel: Dixi tibi: Dimitte filium meum, ut serviat mihi, & *f* noluisti dimittere eum. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. Cumque esset in itinere in *g* diversorio, occurrit ei Dominus, & *h* volebat occidere eum. *i* Tulit illico Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filii sui. *k* Tetigitque pedes ejus, & ait: *l* Sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit *m* eum, postquam dixerat, sponsus sanguinum tu mihi es ob circumcisionem. Dixitque Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit ei obviam in montem Dei, & osculatus est eum. Narravitque Moyses Aaron omnia verba Domini, pro quibus miserat eum, & signa, quæ mandaverat. Venieruntque simul, & congregaverunt cunctos seniores filiorum Israel. Locutusque est Aaron omnia verba, quæ dixerat Dominus ad Moysen, & fecit signa coram populo, & credidit populus. Audieruntque, quod visitasset Dominus filios Israel, & quod respexisset afflictionem eorum, & proni adoraverunt.

CAP. V.

POST hæc ingressi sunt Moyses, & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum; ut sacrificet mihi in deserto. At ille respondit: Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Dixerunt: Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus *n* viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius. Ait ad eos rex Ægypti: Quare Moyses, & Aaron solicitatis populum ab operibus suis?

galeæ, & loricæ cessit lapidi jacto q.d. dans ei locum, ideo deinceps cessit lapis ferro in circumcisione. *k* Tetigitque pedes ejus.] Diversimode potest suppleri sic: Tetigit sanguis pedes Angeli, vel pueri † prosternens se ante ipsum, Vel Sephora tetigit pedes Moysi, præputio secto. q. indignans projecit ad pedes Moysi.

Vel † *Moyses, vel Sephora pedes Angeli.*

l Sponsus sanguinum.] Hoc multipliciter intelligi potest. Primo sic, ut hoc dixerit Sephora Angelo blandiendo q.d. sicut lusi carnaliter Moysi, ita tibi effusione sanguinis filii mei. Vel sic: Erudisti me in effusione sanguinis, sicut sponsam debet erudire sponsus, & ego obedivi sicut sponsa sponso. Vel sic, ut Sephora loquatur Moysi: Tu ne es mihi sponsus sanguinum, idest, an ex conjugio tuo tantum scelus teneor perpetrare, ut fundam sanguinem filii mei. Vel sine interrogatione, quasi dicat, tu es mihi sponsus sanguinum, idest, quia tibi conjuncta sum, ut sponso, ideo tantum scelus oportet me facere nunc, ut fundam sanguinem filii mei, quasi dicat, hoc præmium percipio de tuo conjugio. Hebreus habet, gener sanguinum tu mihi es, idest, tu gener patris mei: ideo factus es, ut esses mihi, idest, carni meæ in filio ad sanguinem, idest, ad mortem. Vel sic: Sponsus sanguinum tu mihi es, idest, sanguis meus effusus est ad placandum Angelum, qui tibi mortem minabatur. Sephora enim cum esset gentilis, credebat Angelos placari effusione sanguinis humani.

A

m Et dimisit eum, scil. Angelus Domini Moysen, quem arctaverat usque ad mortem. Unde Hebræus habet, relaxavit eum. Vel eum, idest, puerum, quem volebat occidere, quia incircuncisus erat. Vel Sephora dimisit eum, idest Moysen, revertens ad patrem suum in Madian cum filiis.

EXPOSITIO CAP. V.

POst hæc ingressi sunt, &c. *n* Viam trium dierum.] Hic movet *Aug.* quæstionem super hoc, quod Moyses primo dixit populo, quod educeret eum de Ægypto, & duceret in terram Chanaan: Pharaoni autem dixit, quod duceret populum in desertum viam trium dierum, & ita videtur fuisse duplex. Et solvit *Aug.* quod ita fieret, si populum dimisisset, sed non dimisit, unde aliter factum est. Nec fuit mandatum, quod Dominus jusserat Moysen, & quod Moyses dixerat populo. Sciebat enim, quod Pharao non faceret jussum ejus, ut justum judicium sequeretur: Moyses igitur dixi quod simpliciter futurum erat, si populum tunc dimisisset, ut Dominus jusserat. *Strabus* aliter solvit, & appellat viam trium dierum, tres mansiones usque ad montem Sinai. Dies vocant menses, & filii Israel venerunt tribus mensibus ad montem Sinai, ubi legem ceperunt, & Domino sacrificaverunt. *Magister* autem solvit *in Historiis*, dicens, quod si Pharao tunc prius dimisisset, tali ordine educeretur populus, quod

tribus diebus veniret ad montem. Hic, ut dicit *Joseph.* commemoravit Moyses Pharaoni, quanta Ægyptiis fecisset oppressis ab Æthiopibus, & quod pro eis non accepisset condignam retributionem, & etiam exposuit ei, quæ sibi contigerant in Sinai. Quem Pharao deridens, servum suum appellavit fugitivum.

a Ite ad onera,] idest, ad negotia onerosa. Ipsi enim, ut alii laborabant, nulli parcebat Pharao. Vel ad populum dirigitur sermo.

b Nequaquam ultra dabitis paleas.] Antea dabantur paleæ, ut minutatim commiscerentur luto, & solidiores fierent lateres, ex quibus claudebantur civitates præ inopia. Vel forte de paleis fiebat ignis, unde lateres coquebantur præ penuria lignorum, & hoc dicit *Gloss.*

EXPOSITIO CAP. VI.

Dixit Dominus, &c. *c* Qui apparui Abraham,] *Gen.* 18.

d Et Isaac] *Gen.* 26.

e Et Jacob] *Gen.* 28.

f In Deo omnipotente,] idest, qui sum Deus omnipotens.

g Nomen meum Adonai,] idest, potentiam, & fortitudinem, ad quas pertinet hoc nomen.

h Non indicavi eis.] sed tantum pietatem, & sapientiam. Vel non indicavi, supple sicut tibi. Abrahæ enim apparuit Deus. *Gen.* 28. Sed Moysi locutus est facie ad faciem. *Exod.* 13.

i Ecce filii Israel.] quasi dicat. Si illi, qui sunt de gente mea, me non audiunt, quomodo me audiet Pharao, præsertim cum sim incircumcisus labiis, idest, cum sim ineloquens? Unde alia littera habet. Cum sim gracili voce.

k Gerson, & Caath, & Merari.] Ex his Tribus, fuerunt tres familiæ Levitarum, quæ portabant tabernaculum, scilicet Gersonitæ, Caathitæ, & Meraritæ. De quibus habetur *Num.* 26.

l At vero Eleazar.] Alii duo priores eo, scilicet Nadab, & Abju, mortui fuerunt sine liberis, *Lev.* 10.

m Iste est Aaron.] Hoc pronomen Iste, discretivum est, q. d. iste, & non alius. Et dicit Strabus, quod hoc apposuit de suo Esdras, qui Bibliam a Babyloniis combustam reparavit. Et Moyses de se, quasi de alio locutus est.

EXPO-

Ite ad *a* onera vestra. Dixitque Pharao: Multus est populus terræ. Videtis, quod turba succreverit, quanto magis si dederimus eis requiem ab operibus? Præcepit ergo in die illo præfectis operum, & exactoribus populi dicens: *b* Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant, & colligant stipulam, & mensuras laterum quos prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam. Vacant enim, & idcirco vociferantur dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro. Opprimantur operibus, & expleant ea, ut non acquiescant verbis mendacibus. Igitur egressi præfecti operum, & exactores ad populum dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: Ite, & colligite sicubi invenire poteritis, nec minuetur quicquam de opere vestro. Dispersusque est populus per omnem terram Ægypti, ad colligendas paleas. Præfecti quoque operum instabant dicentes: Complete opus vestrum quotidie, ut prius facere solebatis, quando dabantur vobis paleæ. Flagellatique sunt, qui præerant operibus filiorum Israel ab exactoribus Pharaonis dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum, sicut prius, nec heri, nec hodie? Veneruntque præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonem dicentes? Cur ita agis contra servos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres similiter imperantur. En famuli tui flagellis cædimur, & injuste agitur contra populum tuum. Qui ait: Vacatis otio, idcirco dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino: Ite ergo, & operamini. Paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum. Videbantque se præpositi filiorum Israel in malo, eo quod diceretur eis: Non minuetur quicquam de lateribus per singulos dies. Occurreruntque Moysi, & Aaron, qui stabant ex adverso; egredientes a Pharaone, & dixerunt ad eos. Videat Dominus, & judicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & servis ejus, & præbuistis ei gladium, ut occideret nos. Reversusque Moyses ad Dominum ait: Domine, cur afflixisti populum istum: Quare misisti me? Ex eo enim, quo ingressus sum ad Pharaonem, ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum, & non liberasti eos.

CAP. VI.

DIXIT autem Dominus ad Moysen: Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta ejiciet illos de terra sua. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: *c* Ego Dominus, qui apparui Abraham, & *d* Isaac, & *e* Jacob in *f* Deo omnipotente, & nomen meum *g* Adonai non *h* indicavi eis. Pepigique cum eis fœdus, ut darem illis terram Chanaam, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt advenæ. Ego audivi gemitum filiorum Israel, quo Ægyptii oppresserunt eos, & recordatus sum pacti mei. Ideo dic filiis Israel: Ego Dominus, qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruam de servitute, ac redimam in brachio excelso, & judiciis magnis, & assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus: Et scietis, quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorum, & induxerim in terram, super quam levavi manum meam, ut darem eam Abraham, Isaac, & Jacob, daboque illam vobis possidendam, ego Dominus. Narravit ergo Moyses omnia filiis Israel, qui non acquieverunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimum. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti, ut dimittat filios Israel de terra sua. Respondit Moyses coram Domino: *i* Ecce filii Israel non me audiunt, & quomodo audiet Pharao, præsertim cum sim incircumcisus labiis? Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Ægypti, ut educerent filios Israel de terra Ægypti. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii Ruben primogeniti Israel, Enoch, & Phallu, Hesron, & Charmi, Hæ cognationes Ruben. Filii Simeon, Jammuel, & Jamin, & Jami, & Ahod, & Jachin, & Soar, & Saul filius Chananitidis. Hæ progenies Simeon. Et hæc nomina filiorum Levi per cognationes suas: *k* Gerson, & Caath, & Merari. Anni autem vitæ Levi, fuerunt centum triginta septem. Filii Gerson: Lobni, & Semei per cognationes suas. Filii Caath, Amran, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Annique vitæ Caath, centum triginta tres. Filii Merari, Moholi, & Musi. Hæ cognationes Levi per familias suas. Accepit autem Amram uxorem Jochabed patruelem suam, quæ peperit ei Aaron, & Moysen, & Mariam. Fueruntque anni vitæ Amran centum triginta septem. Filii quoque Isaar, Chore, & Naphed, & Zechri. Filii quoque Oziel, Misaphel, & Elisapham, & Sethri. Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem Naason, quæ peperit ei Nadab, Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Filii quoque Chore, Aser, & Helchana, & Abiasab. Hæ sunt cognationes Choritarum. At *l* vero Eleazar filius Aaron, accepit uxorem de filiabus Phutiel, quæ peperit ei Phinees. Hi sunt principes familiarum Leviticarum, per cognationes suas. *m* Iste est Aaron, & Moyses, quibus præcepit Dominus, ut educerent filios Israel de terra Ægypti per turmas suas. Hi sunt

Supr. 1. & Genes. 46. & Num. 26. & 1. Paral. 5.

1. Paral. 23.

Supr. 2. & Num. 26.

qui loquuntur ad Pharaonem regem Ægypti, ut educant filios Israel de Ægypto. Iste Moyses, & Aaron, in die, qua locutus est Dominus ad Moysen in terra Ægypti. Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus; Loquere ad Pharaonem regem Ægypti, omnia, quæ ego loquor tibi. Et ait Moyses coram Domino: En incircumcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao.

C A P. VII.

A D Ixitque Dominus ad Moysen: ecce constitui te *a* Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus, erit Propheta tuus. Tu loqueris omnia, quæ mando tibi, ille loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israel de terra sua. Sed ego *b* indurabo cor ejus, & multiplicabo signa, & ostenta mea in terra Ægypti, & non audiet vos. Immittamque manum meam super Ægyptum, & educam exercitum, & populum meum, filios Israel de terra Ægypti, per judicia maxima. Et scient Ægyptii, quod ego sum Dominus, qui extenderim manum meam super Ægyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorum. Fecit itaque Moyses, & Aaron, sicut præceperat Dominus, ita egerunt.
B *c* Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Dixitque Dominus ad Moysen, & Aaron: Cum dixerit vobis Pharao, ostendite signa, dices ad Aaron: *d* Tolle virgam tuam, & projice eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum. Ingressi itaque Moyses, & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone, & servis ejus, quæ versa est in colubrum. Vocavit autem Pharao sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptias, & arcana quædam similiter. Projeceruntque, singuli virgas suas, quæ versæ sunt in *e* dracones. Sed devoravit virga Aaron virgas eorum. Induratumque est cor Pharaonis, & non audivit eos, sicut præceperat Dominus.
C Dixit autem *f* Dominus ad Moysen; Ingravatum est cor Pharaonis, non vult dimittere populum: Vade ad eum mane. Ecce egredietur ad aquas; Et stabis in occursum ejus super ripam fluminis, & virgam, quæ conversa est in draconem, tolles in manu tua, discesque ad eum: Dominus Deus Hebræorum misit me, ad te dicens: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto, & usque ad præsens audire noluisti. *Infr. 8.* Hæc igitur dicit Dominus; In hoc scies, quod Dominus sim: Ecce percutiam virga, quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem: Pisces quoque, qui sunt in fluvio, morientur, & computrescent aquæ, & affligentur Ægyptii bibentes aquam fluminis. Dixit quoque Dominus ad Moysen, Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluvios eorum, & rivos, ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut vertantur in sanguinem, & sit cruor in omni terra Ægypti, tam in ligneis vasis, quam in *g* saxeis. *De consecr. d. 2. c. vetera, §. aurrobant.* Feceruntque ita Moyses, & Aaron sicut præceperat Dominus. Et elevans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone, & servis ejus, *h* quæ versa est in sanguinem, & pisces, qui erant

6 q. 5. c. hoc mirum.

EXPOSITIO CAP. VII.

D Ixitque Dominus, &c. *a* Deum Pharaonis,] idest, potestatem in ipsum, & in terram ejus, facere signa ad modum Dei.

b Indurabo] idest, indurari permittam, vel quam durum sit, ostendam.

c Erat autem Moyses octoginta annorum.] Argumentum, quod omnes plagæ fuerunt in uno anno. Moyses enim mortuus est 120. annorum, & in deserto fuit quadraginta annis.

d Tolle virgam tuam.] Videtur quod deberet dicere meam, quia sibi data fuit. Solutio. Utriusque fuit: Moysi, quia ei data: Aaron, quia usus est ea.

e In dracones,] idest, colubros. Draco namque est magnum animal. Et dicitur ἀπὸ τοῦ δέρχω, quod est videre, quia acutius videt ceteris serpentibus, unde ponitur ibi species pro specie. Sed quæritur, quomodo potuerunt hoc facere malefici. Certum est enim, quod non miraculose sicut Aaron, quia hoc miraculum non est utile alicui, sed nocivum. Ad hoc dicit *Strabus*, quod instrumentis dæmoniacis oculos spectantium deludebant, & aliter apparebant res, quam essent in suo genere. Erant enim virgæ, & apparebant serpentes. De virga autem Aaron non est dubium, quin versa fuerit in serpentem. Cum ergo infra dicatur, quod virga Aaron devoravit virgas eorum, & non dicatur, serpens devoravit virgas, videtur similis mutatio facta circa has, & illas. Et hoc concedit *Augustinus*, dicens, quod in veritate virgæ Magorum versæ fuerunt in serpentes, non miraculose, ut virga Aaron, sed naturaliter. Nam cum malefici aliquid facere moliuntur, dæmones subito discurrunt per mundum, & afferunt semina, quibus plenus est mundus, de quibus novæ species producuntur. Nec tamen dæmones dicuntur creatores, sicut nec agricolæ segetum, vel agrorum, licet præbeant aliquas opportunitates, & causas nascendi, quod enim isti faciunt visibiliter, dæmones faciunt invisibiliter. Utrique igitur, & agricolæ, & dæmones tantum ministri sunt. Natura namque operatur in his. Sed quæritur, utrum de seminibus, vel de virgis facti sint serpentes. Dicimus de utrisque, quia occasione seminum, putrefactæ sunt virgæ, ex quibus sic putrefactis, & seminibus nati sunt serpentes. Hæc opinio verior videtur esse, per hoc, quod dicitur, virga Aaron devoravit virgas Magorum. Nec dicitur serpens devoravit, unde similis circa hanc, & illas videtur facta mutatio. Sed de virga Aaron certum est, quod mutata fuit in serpentem, quare & illæ. Quærit *Augustinus*, quomodo dictum sit, quod virga virgas devoravit, & non serpens serpentes, cum hoc verius posset dici. Et solvit *Augustinus*, quod nomine virgæ serpens intelligitur. Est sensus. Virga, idest, serpens factus de virga, devoravit virgas, idest, serpentes factos de virgis. Eo enim nomine dicit *Augustinus*, dicta est res, unde versa est, non in quam versa est, quia in id etiam res versa est, ideo hoc vocari debebat, quod principaliter erat.

f Dixit autem Dominus ad Moysen.] Hic incipit agere de decem plagis principalibus, quibus Dominus percussit Ægyptum, quæ his septem versibus continentur.

Sanguis, rana, culex, musca, pecus, ulcera, grando,
Bruchus, caligo, mors pignora prima necando.
Prima rubens unda, ranarum plaga secunda.
Inde culex tristis, post musca nocentior illis.
Quinta pecus stravit, vesicas sexta creavit.
Inde subit grando, post bruchus dente nefando,
Nona tegit solem, primam necat ultima prolem.

Harum plagarum quasdam per Aaron, quasdam per Moysen, quasdam per se intulit Dominus, quod sine ratione factum non credo. Has decem plagas reducit *Rabanus* decem præceptis.

g Quam in saxeis,] quasi dicat, Omnis aqua Ægypei, mutetur in sanguinem, etiam illa, quæ in vasis est domi.

h Quæ versa est in sanguinem.] Recta, & digna ultio Dei, Ægyptii enim in aqua fluminis parvulos Hebræorum submerserant, & ideo aqua fluminis versa est in sanguinem, ut quæ fuerat materia offensionis, sit materia punitionis, secundum quod dicitur *Sapientiæ 11. capit.* Per quæ peccat quis, &c.

in flumine mortui sunt: Computruitque fluvius, & non poterant Ægypti bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota terra Ægypti. *a* Feceruntque similiter *b* malefici Ægyptiorum incantationibus suis. Et induratum est cor Pharaonis; *c* nec audivit eos, sicut præceperat Dominus Avertitque se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hac vice. *d* Foderunt autem omnes Ægyptii per circuitum fluminis aquam, ut *d* biberent: Non enim poterant bibere de aqua fluminis. Impletique sunt septem dies postquam percussit Dominus fluvium.

C A P. VIII.

DIXIT quoque Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: *e* Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Sin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluvius ranas, quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuum, & in domos servorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum, & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes servos tuos intrabunt ranæ. Dixit Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam super fluvios, & super rivos, ac paludes, & educ ranas super terram Ægypti. Extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & *f* ascenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti. Fecerunt autem & malefici *g* per incantationes suas similiter, eduxeruntque ranas super terram Ægypti. *h* Vocavit autem Pharao Moysen, & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum, ut auferat ranas a me, *i* & a populo meo, *k* & dimittam populum, ut sacrificet Domino. Dixitque Moyses Pharaoni: *l* Constitue mihi quando deprecer pro te, & pro servis tuis, & pro populo tuo, ut abigantur ranæ a te, & a domo tua, & a servis tuis, & a populo tuo, & tantum in fluvium remaneant. *m* Qui respondit. Cras. At ille: Juxta verbum, inquit, tuum faciam, ut seias, quia *n* non est sicut Dominus Deus noster, & recedant ranæ a te, & a domo tua, & a pueris tuis, & a populo tuo: tantum in flumine remanebunt. *o* Egressique sunt Moyses, & Aaron a Pharaone, & clamavit Moyses ad Dominum pro sponsione *p* ranarum, quam condixerat Pharaoni. Fecitque Dominus juxta verbum Moysi, & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. Congregaveruntque eas in immensos aggeres, & computruit terra. Videns autem Pharao, quod data esset requies, *q* ingravavit cor suum, & non audivit eos, sicut præceperat Dominus. Dixitque Dominus ad Moysen. Loquere ad Aaron: Extende virgam tuam, & percute pulverem terræ, & sint sciniphes in universa terra Ægypti. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens, percussitque pulverem terræ, & facti

Justum ergo fuit, ut dicit *Origen.* ut auctores tanti sceleris cruorem polluti gurgitis, quem parricidali cæde maculaverant, potando sentirent.

a Feceruntque similiter malefici.] Sed quæritur, unde habuerunt aquam, si jam omnis aqua Ægypti versa erat in sanguinem? Dicunt quidam, quod tantum Nilus, & rivi procedentes ex eo versi sunt in sanguinem. Unde de aliis aquis potuerunt malefici facere similiter. Alii dicunt, quod de terra Gessen allata est aqua illa quam Magi rubricaverant. Sicut enim Ægyptii operti fuerunt in Ægypto tenebris, & tamen filii Israel in Gessem lucem habebant, ita aquas habebant puras, cum aquæ Ægypti omnes mutatæ essent in sanguinem. *Josephus* dicit, quod filiis Israel fluvius erat potabilis, licet esset mutatus in sanguinem, sed Ægyptiis & colorem, & saporem sanguinis præferebat: Hebræis vero solum colorem sanguinis, saporem aquæ retinens. Et notandum, quod mutatio aquæ in sanguinem, secundum signum fuit, sed plaga prima.

Sap. 7.

b Malefici.] Jannes, & Mambres, de quibus meminit *Apostol.* 2. *Timoth.* 3. Quemadmodum Jannes, &c.

c Nec audivit,] id est, exaudivit.

d Foderunt.] Ex hoc patet, quod alibi quam in Nilo erant aquæ in Ægypto.

d Ut biberent,] & non invenerunt.

EXPOSITIO CAP. VIII.

Dixit quoque Dominus ad Moysen, &c. *e* Hæc dicit Dominus: Dimitte populum.] Consuetudo Domini est multiplicare remedia, ut si unum non prosit, aliud prodesse possit. Unde cum Pharao non fuit emollitus per primum plagam, tentat Dominus emollire per secundam, ut tandem multis appositis remediis, non sanatum justius feriat, & condemnet. Unde *Isaiæ* 1. Quo percutiam vos ultra addentes prævaricationes?

f Ascenderunt ranæ.] Quæ ut dicit *Josephus*, ortæ, in brevi moriebantur, quibus putrescentibus fetor nimis anxius exhalabat ex aqua, quod nimium torquebat Ægyptios.

g Per incantationes suas similiter.] Ex quo patet, quod non est cito credendum signis. Unde *Matth.* 7. In die illa multi dicent: Domine, Domine, in nomine tuo prophetavimus, &c. Ut *Marc.* 9. dicunt discipuli ad Jesum: Domine, vidimus quendam, &c.

h Vocavit autem Pharao Moysen.] *Isaiæ* 28. Sola vexatio tantummodo dat intellectum auditui. Sunt autem duo genera hominum, quos flagella non emendant. Quidam pusillanimes, de quibus dicitur in *Psalm.* 139. Cadent super eos carbones, in ignem dejicies, &c. Alii insensibiles, de quibus *Jeremiæ* 5. Percussisti eos, & non doluerunt.

i A me, & a populo meo.] Non tantum de se, sed & de suis sollicitus est rex Ægypti. Unde videntur pejores eo esse prælati, qui tantum sua commoda quærunt, & de suis subditis non curant. De quibus dicitur *Job* 39. *cap.* Duratur ad filios suos quasi non sint sui. Et *Zachar.* 11. Pasce pecora occisionis, &c. David vero boni prælati officium exprimens, rogat in se converti gladium, & a populo removeri. 2. *Reg.* 14. *cap.* dicens: Vertatur manus tua, &c. Christus vero non solum dixit, sed etiam revera fecit. *Joan.* 10. Ego sum pastor bonus, &c.

k Et dimittam populum.] Sic hodie multi in tribulatione promittunt Domino, quod postea non solvunt, cum tamen votum in tribulatione factum non minus obliget, juxta illud. *Psal.* 65. Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

l Constitue mihi, &c.] Hic commendatur benignitas, & fiducia Moysi. Benignitas, quia tam cito compatitur delinquenti. Fiducia, qua certum terminum promittit exauditionis. Unde de ipso dicitur. *Ecclesiast.* 45. In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum.

m Qui respondit: Cras.] Miser incontinenti non petit amoveri, ne credere Domino compellatur, quia urgebat necessitas.

q Quia non est, &c.] scilicet ita potens, ita benignus, ita sapiens.

o Egressique sunt Moyses, & Aaron.] Oraturi exeunt a Pharaone, quia commendabilem reddit orationem, sequestratio a malis. Unde David: Cum impiis non sedebo. Et sequitur, & circumdabo altare tuum, Domine, *Tob.* 3. *cap.* Sara in oratione sua commemorat se separatam a malis, dicens: Nunquam cum ludentibus miscui me, &c.

Psalm. 25

p Ranarum] amovendarum.

q Ingravavit cor suum.] Dicit *Augustinus*, quod non tantum propter maleficos, qui faciebant eadem signa, ingravatum est cor Pharaonis, sed propter patientiam Domini.

a Sciniphes.] Sunt adeo subtiles, ut cujuslibet visum nisi acute cernentis effugiant, & corpus, cui insident, acerbissimo terebrent stimulo, ut quos volantes videre quis non valet, sentiat stimulantes.

b Digitus Dei est hic.] Hic quærit *August.* quare in tertio signo defecerunt magi, non in primo, vel secundo: Et dicit hoc factum ad denotandum, quod, etsi Philosophi habuerunt notitiam Patris, & Filii, non tamen Spiritus sancti, ut Plato dogmatizavit de τῦ ἀγαθῦ νῦ, idest, de patre, & paterno intellectu. Credimus tamen, quod Philosophi nullius personę habuere notitiam sub personali distinctione, sed sicut dicitur *Sap.* 13. per magnitudinem creaturarum potentiam Dei, quæ Patri attribuitur, per speciem, & ordinem, sapientiam, quæ Filio attribuitur, per utilitatem, & conservationem, benignitatem, quæ Spiritui sancto. Et sub his communibus rationibus habuerunt notitiam, personarum omnium, sicut dicit *Gloss. super Rom.* 2. Tamen, quia potissimum effectum bonitatis Dei ignoverunt, scilicet incarnationem Filii Dei, ideo dicuntur defecisse in tertio signo, idest, non habuisse notitiam tertiæ personæ.

c Musca gravissima.] *Septuaginta* dicunt pro Musca cœnomyia. Unde *Psalm.* 104. dicit: Et venit cœnomyia. Dicitur autem cœnomyia a cinos, quod est canis, & musca, quasi musca canina, & significat curam sæculi. Unde *Greg.* Nihil laboriosius, quam de terrenis desideriis æstuare, nihil quietius, quam in sæculo nihil appetere: Ideo Israel custodiam Sabbati accipit in munere: Ægyptus percutitur muscarum multitudine. De his muscis dicitur *Eccl.* 10. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.

d Abominationes,] idest, oves, quas Ægyptii, abominabiliter contra naturalem rationem pro Deo colunt.

e Qui fecit juxta verbum illius.] Pro his duabus plagis dicit *Josephus*, quod innumera multitudine pediculorum Ægyptus pullulavit, ex interioribus ebulliens, qui nec lavacris, nec medicamentorum unguentis exterminati potuerunt. Plagis enim multis, præter decem famosas, credibile est Ægyptios esse percussos.

f Ingravatum est cor.] *Supra* dicitur: Induratum est cor, hic dicitur ingravatum. Duo sunt vitia, quæ sæpe in sacra Scriptura a Domino arguuntur, scilicet duritia cordis, & gravitas. Unde *Isai.* 46. Audite me duro corde, &c. Duritia cordis affectionem pietatis, & compassionis in proximum perimit: gravitas intentionem inclinat ad terrena, & separat a Deo. Durum est cor sine affectione, sed grave sine spiritualium intentione. Christus ascendit in cœlum, ut sursum erigat intentionem: Ad terram gravatam misit Spiritum sanctum, ut accenderet affectionem induratam. Contra hæc duo vitia utitur Dominus comminationibus, & promissionibus. Comminatio est quasi malleus, quo conteritur cordis duritia: Promissio, quasi ignis accendens, & lævigans gravitatem. *Jerem.* 23. Numquid non verba mea sunt quasi ignis, &c.

sunt *a* sciniphes in hominibus, & jumentis. Omnis pulvis terræ versus est in sciniphes per totam terram Ægypti. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent sciniphes, & non potuerunt. Erantque sciniphes tam in hominibus quam in jumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: *b* Digitus Dei est hic. Induratumque est cor Pharaonis, & non audivit eos, sicut præceperat Dominus. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Consurge diluculo, & sta coram Pharaone: Egredietur enim ad aquas, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimittite populum meum, ut sacrificet mihi. Quia si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in servos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, omne genus muscarum, & implebuntur domus Ægyptiorum muscis diversi generis, & universa terra, in qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, ut non sint ibi muscæ, ut scias, quoniam ego Dominus in medio terræ, ponamque divisionem inter populum meum, & inter populum tuum: Cras enim erit signum istud. Fecitque Dominus ita. Et venit *c* musca gravissima in domos Pharaonis, & servorum ejus, & in omnem terram Ægypti. Corruptaque est terra ab hujuscemodi muscis. Vocavitque Pharao Moysen, & Aaron, & ait eis: Ite, sacrificate Deo vestro in terra hac. Et ait Moyses: Non potest ita fieri, *d* Abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? Quia si mactaverimus ea, quæ colunt Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus Domino Deo nostro sicut præcepit nobis. Dixitque Pharao: Ego dimittam vos, ut sacrificetis Domino Deo vestro in deserto, veruntamen longius ne abeatis: Rogate pro me. Et ait Moyses: Egressus a te orabo Dominum, & recedet musca a Pharaone, & a servis suis, & a populo ejus cras: Verumtamen noli ultra fallere, ut non dimittas populum sacrificare Domino. Egressusque Moyses a Pharaone, oravit Dominum. *e* Qui fecit juxta verbum illius, & abstulit muscas a Pharaone, & a servis, & a populo ejus. Non superfuit nec una quidem. Et *f* ingravatum est cor Pharaonis, itaut ne hac quidem vice dimitteret populum,

CAP. IX.

DIXIT autem Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & *g* loquere ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis, & retines eos, *h* ecce manus mea erit super agros tuos, super equos, & asinos, & camelos, & boves, & oves pestis valde gravis. Et faciet Dominus mirabile *i* inter possessiones Israel, & possessiones Ægyptiorum, ut nihil omnino pereat ex his, quæ pertinent ad filios Israel. Constituitque Dominus tempus dicens: Cras faciet Dominus *k* verbum istud in terra. Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die; *l* Mortuaque sunt

EXPOSITIO CAP. IX.

DIXIT autem Dominus ad Moysen, &c.

g Loquere ad eum.] Non cessat medicus medicinam proponere, instat opportune, importune, sicut docet *Apostolus*, 2. *Timoth.* 4. *Jerem.* 7. Locutus sum ad vos mane consurgens.

h Ecce manus mea super agros.] Ex hoc videtur, quod hac peste perierunt non solum jumenta, sed etiam fructus agrorum, sicut in plaga grandinis, quæ sequitur.

i Inter possessiones.] Per hoc etiam quod dicit, inter possessiones, & non inter pecora, videtur etiam, quod & fructus hac plaga perierunt.

k Verbum istud.] id est, rem verbi istius. Et hic notatur patientia Domini, non enim pęnam repente infert, licet aliquando repente comminetur. Unde *Jer.* 38. Repente loquar adversus gentem, &c.

l Mortuaque sunt omnia, &c.] scilicet quæ erant in domibus, quia quæ in pascuis erant, postea per grandinem perierunt. Vel forte sine determinatione omnia mortua sunt tunc, quia sine magno intervallo temporis non sunt facta hæc, & potuerunt aliunde habere animalia. Pro hac etiam dicit *Josephus*, quia bestiis multigenis, quorum aspectibus nullus occurrit, Dominus Ægyptum implevit, quibus & ipsi consumebantur, & terra agricolis nudabatur. Et juste fecit hæc Dominus, quia ipsi bestias colebant: & ideo per bestias puniuntur. Unde *Sap.* 11. habetur: Errantes colebant multos serpentes, &c. Et sequitur: Ut scirent, quia per quæ peccat quis, &c. Hic dicit *Magister in historiis*, quod forte per quinquennium, vel eo amplius factæ sunt omnes plagæ. Quod stare non potest, quia *sup.* 7. dictum est, quod Moyses octoginta annorum erat, quando stetit ante

ante Pharaonem. Et quadraginta annis fuit in deserto, juxta illud, Quadraginta anni proximus fui generationi, &c. Et centum viginti annorum erat tantum, quando mortuus est, ut dicitur *Deuteron.* 34. Unde necesse est, quod infra unum annum factæ fuerint omnes plagæ. Forte *Magister* non apposuit notulam illam.

Psalm. 94

a Spargat Moyses.] Quæritur *Augustinus*, quare percusserit Aaron aquam virga, & ortæ sunt ranæ, & Moyses cinerem sparsit in cælum, & creatæ sunt vesicæ. Et solvit, Quia Aaron datus est ad populum instruendum, & ideo terram, & aquam, quæ deorsum sunt, percussit, & in illis signa fecit. Moyses vero erat quasi mediator inter ipsum, & Deum in his, quæ ad Deum pertinent, & ideo pulverem jubetur aspergere in cælum.

B

b Quia in hac vice mittam.] Hoc videtur falsum, quia in hac vice non misit Dominus, nisi unam plagam grandinis. Solutio. Non intelligitur hoc de proxima vice, quando grandinem pluit Dominus, sed de tempore, quo flagellatus est Pharao. Et est sensus, quasi dicat, plagis præteritis non es emendatus o Pharao, ab hac vice non parcam tibi, nec populo tuo, sed omnes plagas, quas proposui, immittam tibi, & populo tuo. Vel potest dici, quod hæc dictio, omnes, non est ibi nota universitatis, sed perfectionis, sicut ibi: Omnis sapientia a Domino Deo est, id est, perfecta. Item *Eccl.* 25. *cap.* Omnis plaga, plaga cordis, idest, plaga cordis perfecta plaga est. Dicit igitur: In hac vice omnes plagas, idest, perfectas immitti, quia hac vice homines mortui sunt, quod non prius.

C

Supr. 8.

Eccl. 1.

D

c Meas.] Specialiter dicit meas plagas quasi coelestes, alias quasi terrestres.

d Super cor tuum] durum, & congelatum. Unde & ei plagæ congruit plaga grandinis.

f Idcirco autem posui te] *Andreas* dicit, quod ad similitudinem juvenum loquitur Dominus, qui ponunt in medio magnum lapidem, ut experiantur, & ostendant ibi vires suas. Ita Dominus posuit Pharaonem, ut in eo virtus, & fortitudo Domini omnibus ostenderetur, sicut legitur de Jerusalem. *Zachariæ* 12. Ecce pono Jerusalem quasi lapidem oneris in cunctis populis, Vel ut dicit *Augustinus*, hoc dicit, non quia ad perferendas pœnas aliquem fecerit Dominus, sed malos patienter sustinet quousque scit oportere non ignaviter, sed ad admonitionem, & exercitationem bonorum, & nominis Domini manifestationem. Est igitur sensus: Idcirco posui te, idest, servavi patiendo, scilicet cum meruisses puniri prius, ut tibi obstinato in malitia tua voluntarie ostenderetur, per signa facta, mea virtus, & fortitudo. Unde Apostolus *Rom.* 9. In hoc ipsum excitavi te, non emolliendo, sed ut ostendam in te virtutem meam, & ut annuncietur nomen meum in universa terra.

E

e Nunc enim extendens manum] quasi magis elevans ad majorem ictum infligendum.

g Cras hac ipsa hora] mane (congrega jumenta tua.) Ecce quanta benignitas Domini, quia flagellando, suis adversariis consulere non desinit. Unde *Habacuc* 3. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Et *Job.* 42. Cum exprobrarent amici, Job consuluit eis qualiter peccatum eorum curari posset, dicens eis: Sumite vobis septem arietes, & septem tauros, & ite ad servum meum Job, & offerte pro vobis holocausta: Job autem servus meus orabit pro vobis: Faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia, &c.

Psalm 77. & 104.

F

1. qu. 4. *c. Ecclesia.* § *Item peccato Æ,y. priorum.*

G

h Discurrentia fulgura] in diversas partes, ut nihil evadere possit. Est autem triplex genus fulguris. Quoddam findit, quoddam fœtet, quoddam urit.

i Peccavi] coacta est confessio.

omnia animantia Ægyptiorum. De animalibus vero filiorum Israel, nihil omnino periit. Et misit Pharao ad videndum, nec erat quicquam mortuum de his, quæ possidebat Israel. Ingravatumque est cor Pharaonis, & non dimisit populum. Et dixit Dominus ad Moysen, & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & *a* spargat illum Moyses in cœlum coram Pharaone, sitque pulvis super omnem terram Ægypti. Erunt enim in hominibus, & jumentis ulcera, & vesicæ turgentes in universa terra Ægypti. Tuleruntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in cœlum. Factaque sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus, & jumentis, nec poterant malefici stare coram Moyse propter ulcera, quæ in illis erant, & in omni terra Ægypti. Induravitque Dominus cor Pharaonis, & non audivit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen. Dixitque Dominus ad Moysen: Mane consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi, *b* quia in hac vice mittam omnes plagas *c* meas, *d* super cor tuum, super servos tuos, & super populum tuum, ut scias, quod non sit similis mei in omni terra.

e Nunc enim extendens manum percutiam te, & populum tuum peste: peribisque de terra.

f Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Adhuc retines populum meum, & non vis eum dimittere? En pluam *g* cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto a die, qua fundata est usque in præsens tempus. Mitte ergo jam nunc, & congrega jumenta tua, & omnia, quæ habes in agro. Homines enim, & jumenta, & universa, quæ inventa fuerint foris, nec congregata de agris, cecideritque super ea grando, morientur. Qui timuit verbum Domini de servis Pharaonis, fecit confugere servos suos, & jumenta in domos, qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit servos suos, & jumenta in agris. Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cœlum, ut fiat grando in universa terra Ægypti super homines, & super jumenta, & super omnem herbam agri in terra Ægypti. Extenditque Moyses virgam in cœlum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem; ac *h* discurrentia fulgura super terram. Pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti, & grando, & ignis mista pariter ferebantur: tantæque fuit magnitudinis, quanta ante nunquam apparuit in universa terra Ægypti, ex quo gens illa condita est. Et percussit grando in omni terra Ægypti cuncta, quæ fuerunt in agris ab homine usque ad jumentum. Cunctam herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit: Tantum in terra Gessen, ubi erant filii Israel, grando non cecidit. Misitque Pharao, & vocavit Moysen, & Aaron dicens ad eos: *i* Peccavi etiam nunc. Dominus justus: & ego, & populus meus impii. Orate Dominum, ut desinant tonitrua Dei, & grando, ut dimittam vos, & nequaquam hic ultra maneatis. Ait Moyses: Cum egressus fuero de urbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua,

Sere

& grando non erit, ut scias, quia Domini est terra. Novi autem, quod & tu, & servi tui necdum timeatis Dominum Deum. Linum ergo, & hordeum læsum est eo, quod hordeum esset virens, & linum jam folliculos germinaret. Triticum autem, & far non sunt læsa, quia *a* serotina erant. *b* Egressusque Moyses a Pharaone ex urbe, tetendit manus ad Dominum, & cessaverunt tonitrua, & grando, nec ultra stillavit pluvia super terram. Videns autem Pharao, quod cessasset pluvia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum, & ingravatum est cor ejus, & servorum illius, & induratum nimis, nec dimisit filios Israel, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

C A P. X.

Et dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem: *c* Ego enim induravi cor ejus, & servorum illius, ut faciam signa mea hæc in eo, & narres in auribus filii tui, & nepotum tuorum, quoties contriverim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis, & sciatis, quia ego Dominus Deus. *d* Introierunt ergo Moyses, & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Usquequo non vis subjici mihi? Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Sin autem resistis, & non vis dimittere eum, ecce ego inducam cras *e* locustam in fines tuos, quæ operiat superficiem terræ: nec quicquam ejus appareat, sed comedatur, quod residuum fuit grandini. Corrodet enim omnia *f* ligna, quæ germinant in agris, & implebit domos tuas, & servorum tuorum, & omnium Ægyptiorum, quantum non viderunt patres tui, & avi, ex quo orti sunt super terram usque in præsentem diem. Avertitque se, & egressus est a Pharaone. Dixerunt autem servi Pharaonis ad eum: Usquequo patiemur *g* hoc scandalum? Dimitte *h* homines, ut sacrificent Domino Deo suo. Nonne vides quod perierit Ægyptus? Revocaveruntque Moysen, & Aaron ad Pharaonem, qui dixit eis: Ite, sacrificate Domino Deo vestro. *i* Quinam sunt, qui ituri sunt? Ait Moyses: Cum parvulis nostris, & senioribus pergemus, cum filiis, & filiabus, cum ovibus, & armentis. Est *k* enim solemnitas Domini Dei nostri: Et respondit Pharao? *l* Sic Dominus sit vobiscum: Quomodo ego dimittam vos, & parvulos vestros: cui dubium est, quod pessime cogitetis? Non fiet ita, sed ite tantum viri, & sacrificate Domino. Hoc enim & ipsi petistis. Statimque ejecti sunt de conspectu Pharaonis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, ut ascendat super eam, & *m* devoret omnem herbam, quæ residua fuit grandini. Et extendit Moyses virgam super terram Ægypti, & Dominus induxit ventum urentem tota die illa, & nocte. Et mane facto, ventus urens levavit locustas. Quæ ascenderunt super universam terram Ægypti, & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus, non fuerunt, nec postea futuræ sunt. Operueruntque universam superficiem terræ vastantes omnia. Devorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat. Nihil quoque omnino virens relictum est in lignis, & herbis terræ, in cuncta Ægypto: Quamobrem festinus Pharao vocavit Moysen, & Aaron, & dixit eis: Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos: Sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat a me *n* mortem istam. Egressusque est Moyses de conspectu Pharaonis, & oravit Dominum: Qui flare fecit ventum ab Occidente *o* vehementissimum, & arreptam locustam projecit in

a Serotina,] idest, tardiora. Sed aliqui exponunt: Serotina erant, idest, jam ad maturitatem pervenientia, indurluerant, unde fortius vim grandinis ferre poterant: Sed insolitum est, quod frumenta ante hordea maturescant. Farque est genus grani, frumento grossius.

b Egressusque,] ut oraret, scilicet pro eo,

EXPOSITIO CAP. X.

Et dixit Dominus ad Moysen, &c.

c Ego enim induravi.] Nota, quod dicit Scriptura: Induratum est cor Pharaonis: Quandoque: Induravit Pharao cor suum, & hæ locutiones propriæ sunt. Quandoque dicitur: Induravi cor Pharaonis, & est impropria locutio, ponitur enim consequens pro antecedente: Et est sensus, ut dicit *Augustinus*. Ego patiens fui super Pharaonem, & servos ejus, ut non auferrem eos, ut sic fierent signa mea per ordinem, ex quo ipse pejor effectus est, unde debuerat emendari.

d Introierunt ergo.] Supra solus Moyses intrabat ad Pharaonem, hic vero Moyses, & Aaron: Quia quanto durior effectus est Pharao, tanto plus increpationibus eget. Unde *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c. Si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, &c.

e Locustam.] Singulariter dicit, sicut superius muscam, ad exprimendum majorem numerositatem: Nota quod fœtus locustæ primo dicitur bruchus, & tunc est perniciosior: Grandiusculus factus cum jam incipit habere alas, dicitur attelabus, deinde dicitur locusta: Ita habes super *Joel.* 1.

f Ligna quæ germinant,] quomodo dicitur hoc, cum supra dictum est, quod grando omne lignum regionis confregit, ergo non fuit residuum, quod locusta comederet. Sed potest dici, quod grando confregit omne lignum propter ramos confractos:

g Hoc scandalum,] idest, hoc malum unde scandalum sequitur. Scandalum enim proprie, dicitur impactio pedis ad aliquam duriorem materiam: Et transfertur ad animum, cum in aliquo molestatur, unde potest sequi peccatum.

h Dimitte homines.] Nondum hoc dixerunt, sed propter vehementem comminationem exterriti dicunt.

i Quinam,] idest, qui.

k Est enim solemnitas.] Solemnis dies dupliciter accipitur apud Hebræos. Aut pro ipso festo, aut pro die, in qua victima immolabatur, licet non esset festum. Hic potest accipi pro festo, quia Pascha, instabat, sed melius pro die immolationis: Adhuc enim in desertum exire petebant, ut ibi immolarent.

Psalm. 104. Sap. 16. Joel 2.

l Sic Dominus sit vobiscum,] quasi non ita fiet: Vel, sic sit, &c. quasi Dominus non sit vobiscum. Ironia est, sicut dicitur Gallice, *Ainsi soit Dieu avecque vous*. Hic primo invenitur in Biblia: Dominus vobiscum, sed non tenetur hic assertive: Unde non ab hoc loco accepit Ecclesia, sed a *Ruth* 2. ubi Booz dixit messoribus suis: Dominus vobiscum.

m Devoret omnem herbam,] *Gregorius*. Herbam locustæ comedunt, quando adulatores verba loquentium extollunt.

n Mortem istam,] idest, plagam istam mortiferam.

o Vehementissimum.] Ut impetus molimine impotentes resistere secum traheret locustas.

Ut

mare rubrum. Non remansit nec una quidem in cunctis finibus Ægypti. Et induravit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in coelum, & sint tenebræ super terram Ægypti tam densæ, ut *a* palpari queant. Extendit Moyses manum in coelum, & factæ sunt tenebræ *b* horribiles in universa terra Ægypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco in quo erat. Ubicumque autem habitabant filii Israel, lux erat. Vocavitque Pharao Moysen, & Aaron, & dixit eis: Ite, sacrificate Domino: Oves tantum vestræ, & armenta remaneant: parvuli vestri eant vobiscum. Ait Moyses: Hostias quoque, & *c* holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscum: Non remanebit ex eis ungula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri, præsertim cum ignoremus, quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perveniamus. Induravit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitque Pharao ad Moysen: Recede a me; & cave ne ultra videas faciem meam. Quocumque die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses: Ita fiat, ut locutus es: Non *d* videbo ultra faciem tuam.

C A P. XI.

ET dixit Dominus ad Moysen: Adhuc una plaga tangam Pharaonem, & Ægyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi, ut postulet, vir ab amico suo, & mulier a vicina sua vasa argentea, & aurea, & vestem; dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Ægyptiis. Fuitque Moyses vir magnus valde in terra Ægypti coram servis Pharaonis, & omni populo. Et ait: Hæc dicit Dominus: Media nocte ingrediar Ægyptum, & morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum a primogenito Pharaonis, *e* qui sedet in solio ejus, usque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam, & omnia primogenita jumentorum. Eritque clamor magnus in universa terra Ægypti qualis nec ante fuit, nec postea futurus est. Apud omnes autem filios Israel *f* non mutiet canis ab homine usque ad pecus, ut sciatis quanto miraculo dividat Dominus Ægyptios, & Israel. Descendentque omnes *g* servi tui isti ad me, & adorabunt me dicentes: Egredere tu, & omnis populus, qui subjectus est tibi. Post hæc egrediemur. Et exivit a Pharaone iratus nimis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Non audiet vos Pharao, ut *h* multa signa fiant in terra Ægypti. Moyses autem, & Aaron fecerunt omnia signa, & ostenta, quæ scripta sunt, coram Pharaone, & induravit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

C A P. XII.

DIXIT quoque Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Ægypti: *i* Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum coetum filiorum Israel, & dicite eis: *k* Deci-

a ut palpari queant.] Sed quomodo possunt palpari, cum sit tenebra privatio lucis, etiamsi dicatur aer obscurus tenebra. Nec etiam hoc modo possunt palpari tenebræ. Aer enim sicut invisibilis est, sic & impalpabilis est. Illud enim solum palbabile est, quod tactui resistere potest. Ad hoc dicit *Andreas*, quod tenebras Moyses vocat nebulam densam, quæ palpari potest. Vel forte aer fuit densatus usque ad aqueam naturam, ita quod tactui posset subjici. *Glossa* dicit, Hyperbolice vocat tenebras palpabiles, non quod palpari possint, sed per hoc magnitudinem tenebrarum significat.

b Horribiles] quia Ægyptiis existentibus in tenebris apparebant eis quædam horrendæ imagines valde eos deterrentes. Unde *Sapientiæ* 17. Dispersi sunt paventes horrende, &c. Heu, Domine Deus, quid erit in Inferno: *Josephus* dicit tam densas fuisse tenebras, quod non poterant aperire oculos: unde nec mirum si se invicem etiam præsentes videre non poterant. *Psalm. 104.*

c Holocausta dabis,] Ironice loquitur Moyses. Vel dabis, idest, permittes nos habere. Simile *Esther* 7. Da mihi animam meam, idest, permitte me habere, idest, vivere.

d Non videbo ultra faciem tuam:] Contra *infra* dicitur: Vocatis illis, ait Pharao: Surgite, & egredimini. Solutio. Non videbo, idest, ad te videndum per me non veniam, nisi vocatus, sed postea vocatus venit.

EXPOSITIO. CAP. XI.

ET dixit Dominus ad Moysen, &c.

e Qui sedet in solio,] idest, sedere debet jure hæreditario quasi primogenitus.

f Non mutiet,] idest, non dolebit. Ex dolore enim canis mutire solet.

g Servi tui isti.] Verba sunt Domini ad Moysen, ut sic dicat Pharaoni.

h Ut multa signa.] Non est causale, sed consecutivum, quasi dicat, ex non audientia Pharaonis sequentur multa signa in terra Ægypti.

EXPOSITIO CAP. XII.

DIxit quoque Dominus ad Moysen, &c.

i Mensis iste.] Hic est Aprilis, idest, lunatio Aprilis quæ in Martio sæpe inchoat, imo semper, nisi embolismus impediat. Hic dicitur ab Hebræis Nisan, apud Ægyptios Perimuth, apud Macedones Xanthicus. Voluit quippe Dominus Judæos a ceteris differre nationibus, sicut religione, & circumcisionis caractere; ita & temporis ratione. Romani enim ex traditione Numæ Pompilii regis Romani, de quo Ovidius: *Supr. 9. Infr. 12. Psal. 104.*

At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras: *Ovidius fast. 1.*

Mensibus antiquis addidit ille duos,

præponunt Januarium, quia tunc incipit Sol ascendere post solstitium hyemale. Arabes vero inchoant annum post solstitium æstivum, Congruentius videtur fieri ab Hebræis in Martio, in quo mundus conditus legitur. *Eccles. 43.*

Sed nota, quod in *Glossa*. Nisan quandoque vocatur Aprilis, quandoque Martius, & hoc ideo, quia Martius noster, & Aprilis Judæorum in parte simul concurrunt. Nos enim annum attendimus solarem, qui constat ex trecentis sexaginta quinque diebus, & sex horis, & menses solares; Judæi attendunt menses lunares, & annum lunarem, qui constat ex trecentis quinquaginta quatuor diebus. Mensis lunaris dicitur ipsa lunatio. Unde semper apud Hebræos prima dies lunæ est prima dies mensis. Denominatur enim lunatio a nomine illius mensis in quo terminatur, nisi forte fuerit embolismus, vel primus in legitimis suis impediat, quia in contractibus, si quos faciant nobiscum, communem computationem observant. *Infr. 12. Psalm. 79. & 134.*

k Decima die mensis.] Aliam rationem assignat *Magister in historiis*, quia per decimam lunam innuitur, quod agnus, qui tunc tollebatur, significat aliquid æternum. Sic enim dicitur, quod luna creata fuit quarta die mundi, & in plenilunio, quando scilicet fuit decima quarta. Si igitur intelligatur, quod luna prima die mundi fuerit undecima, ante mundum fuit decima, & in æternitate fuit, quia ante mundum non fuit tempus, deo denarius significat æternitatem. Quod ergo decima luna tollebatur agnus de grege, significat, quod agnus figuratus, idest, Christus Dei filius erat æternus, idest, Deus, qui dicitur agnus propter innocentiam. *Jerem. 11.*

ma die mensis hujus tollat *a* unusquisque agnum per familias, & domos suas. Sin autem *b* minor est numerus, ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui junctus est domui ejus juxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus *c* absque macula, masculus, *d* anniculus. Juxta quem ritum tolletis & *e* hœdum, & servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus. Immolabitque eum *f* universa multitudo filiorum Israel ad vesperum: Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque *g* postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes *h* cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo *i* crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput cum pedibus ejus, & intestinis vorabitis, nec remanebit quicquam ex eo usque mane. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim phase, idest, transitus Domini. Et transibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine usque ad pecus, & in cunctis diis Ægypti faciam judicia, *k* ego Dominus. Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit vobis plaga disperdens, quando *l* percussero terram Ægypti. Habebitis autem hunc diem in monimentum, & celebrabitis eum solemnem Domino in generationibus vestris *m* cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentatum in domibus vestris. Quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, a primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit sancta, atque solemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, *n* exceptis his quæ ad vescendum pertinent, & observabitis azyma. In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti, & custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mense quarta decima die mensis ad vesperam comedetis azyma, usque *o* ad diem vicesimam primam ejusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Israel, tam de *p* advenis, quam de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis. In cunctis habitationibus vestris edetis azyma. Vocabi-

Jerem. 11. Ego quasi agnus, &c. Et *Is.* 53. Quasi ovis, &c. *Apocal.* 13. Agnus, qui occisus, &c.

10. q. 3. c. uno.

a Unusquisque.] Unaquæque domus, sive familia.

b Minor est numerus.] Dicunt Hebræi, quod decem capita constituunt familiam, idest, tot exigebantur ad esum agni. In decretis etiam dicitur, quod decem mancipia constituunt parochiam. Sed objicitur. Nam si quilibet assumat de domo sibi conjuncta tantum, multæ domus non habebunt numerum sibi sufficientem. Sic non intelligitur hic de qualibet domo, sed tantum de domo pauperis, qui non habebat, unde emeret agnum, vel hœdum.

d Anniculus.] Junius anni. Sed quare ponitur masculus, nonne satis discernitur genus, cum dicitur agnus? Ad hoc respondit *Augustinus*, quod sic dicere coegit vis, & interpretatio nominis, quia pro eo quod in Hebræo est masculinum; *probaton*, quod est neutri generis, est in Græco. Si autem translator dixisset ovis mascula, absurdum esset. Si autem agna masculus incongruum. Si dixisset pecus masculum, posset intelligi de alio animali, sed ut servaretur Sacramentum, ideo ex necessitate dixit sic.

De consecr. dist. 2. c. quid sit sanguis.

B

c Absque macula.] Non velleris, sed corporis, ut dicitur *Levit.* 22.

e Et hœdum.] Hoc dicit propter pauperes, ut si non possent habere agnum, saltem possent habere hœdum.

f Universa multitudo.] Quælibet domus suum; tamen dicitur singulariter, quia omnes figurabant unum, scilicet Christum, qui futurus erat hostia singularis pro nobis.

g Postem,] Ex quibus compingitur ostium.

h Cum lactucis agrestibus] quarum amaritudo amaritudinem servitutis Ægyptiacæ commemoraret in æternum.

i Crudum quid.] Sed numquid mos Hebræorum est, comedere carnes crudas? Constat quod non. Quare ergo prohibetur? *Gregorius* dicit, quod per hoc nos trahit ad mysterium. Vel crudum semicoctum ex festinatione, vel ex leccacitate. Qualis debeat esse agnus, qualis comedens, qualiter comedi, quando & ubi, expresse notatum est in historia super hunc locum. 12. cap. Solemne Pascha fuit in deserto sub Muyse, *Numeror.* 9. In Jerusalem sub Samuele, tamen expresse non legitur in textu, sed habetur ex eo quod dicitur 2. *Paralip.* 35. ubi dicitur: Non fuit Phase simile huic a diebus Samuelis. In Jerusalem sub Josia rege Juda, 4. *Reg.* 23. 2. *Paralip.* 35. & 3. *Esdræ* 1. Pascha autem fuit hic in Ramase, non tamen fuit solemne.

Nota quadruplex Pascha: Primum in Ramase, in finibus Ægypti, ut hic.

Secundum in deserto ad montem Sinai, *Num.* 9.

Tertium in Galgalis trans Jordanem, *Josue* 5.

Quartum in terra promissionis.

Primum est in exitu de Ægypto. Secundum, in transitu per desertum. Tertium, in introitu terræ sanctæ. Quartum, in habitatione terræ sanctæ. Primum, & secundum, sub Moyse; tertium, & quartum sub Josue.

Hebr. 11.

C

Primum est gratiæ prævenientis, secundum gratiæ justificantis, tertium justitiæ promoventis, quartum gloriæ indeficientis. Primum incipientium, secundum pœnitentium, tertium in bono proficientium, quartum in bono permanentium.

Per primum significatur transitus de vitiis ad virtutes.

Per secundum, progressus de virtute in virtutem, id est, de opere unius virtutis in opus alterius.

Per tertium, visio contemplationis.

Per quartum, status fruitionis.

Item primum, egressum a mundo, secundum, ingressum in claustrum, tertium, egressum ab hac vita, quartum, ingressum in gloria.

Levit. 23. Num. 28.

k Ego Dominus.] Cujus iræ resistere nemo potest, *Job* 9.

l Percussero terram, &c.] *Isaiæ* 19. Ecce ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægyptiorum a facie ejus.

m Cultu sempiterno.] Quæritur *Augustinus*, utrum fuerit in æternum duraturus ille cultus, quia dicitur, cultu sempiterno? Ad quod dicit, quod æternum dupliciter sumitur. Dicitur enim æternum, cui certa meta, vel terminus non præfigitur, quod nefas est prætermitteré, aut sponte mutare. Vel dicitur æternum, quod æternam rem significat. Utroque modo potest hic accipi æternum.

n Exceptis his, quæ ad vescendum, &c.] Ex hoc patet, quod in mediis diebus poterant operari. Et ex hoc patet, quod Sabbatum solemnius erat quovis festo, quoad otium, in quo nec etiam ad vescendum licebat operari. Et non potuit esse, quod in ipso die Paschæ potuerint mulieres unguenta parare, quod Sabbato non licuisset.

o Usque ad diem vicesimam primam,] inclusive.

p De advenis,] idest, proselytis.

Per

vit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, immolate Phase. Fasciculumque hyssopi tingite sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & utrumque postem: Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ usque mane. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios. Cumque viderit sanguinem in superliminari, & in utroque poste, transcendet ostium domus, & non finet *a* percussorem ingredi domos vestras, & lædere. Custodi verbum istud legitimum tibi, & filiis tuis usque in æternum: Cumque introieritis terram, quam Dominus Deus daturus est vobis, ut pollicitus est, observabitis cæremonias istas. Et cum dixerint vobis filii vestri, quæ est ista religio? dicetis eis: Victima transitus Domini est, quando transivit super domos filiorum Israel in Ægypto percutiens Ægyptios, & domos nostras liberans. Incurvatusque populus adoravit. Et egressi filii Israel fecerunt, sicut præceperat Dominus Moysi, & Aaron. Factum est autem in *b* noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum Ægypti, a primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio ejus, usque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum jumentorum. Surrexitque Pharao nocte, & omnes servi ejus, cunctaque Ægyptus, & ortus est clamor magnus in Ægypto: Neque enim erat domus, in qua non jaceret mortuus: Vocatisque Pharao Moyse, & Aaron nocte, ait: Surgite, egredimini a populo meo, & vos, & filii Israel. Ite, & immolate Domino, sicut dicitis: Oves vestras, & armenta assumite, ut petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Urgebantque Ægyptii populum de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur. Tulit igitur populus consperfam farinam, *c* antequam fermentaretur, & ligans in palliis posuit super humeros suos. Feceruntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi, & petierunt ab Ægyptiis vasa argentea, & aurea, vestemque plurimam. Dedit autem Dominus gratiam populo coram Ægyptiis, ut commodarent eis, & spoliaverunt Ægyptios. Profectique sunt filii Israel de Ramesse in Socoth sexcenta fere millia peditum virorum absque parvulis, & mulieribus: Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oves, & armenta, & animantia diversi generis multa nimis. Coxeruntque farinam, quam dudum conspersam de Ægypto tulerant, & fecerunt subcinericios panes azymos. Neque enim poterant fermentari, cogentibus exire Ægyptiis, & nullam facere sinentibus moram, nec pulmenti, quicquam occurrerat præparare. *d* Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti. Nox ista est observabilis Domino, *e* quando eduxit eos de terra Ægypti. Hanc observare debent omnes filii Israel in generationibus suis. Dixitque Dominus ad Moysen, & Aaron: Hæc est religio Phase: Omnis *f* alienigena non comedet ex eo. Omnis autem servus emptitius *g* circumcidetur, & sic comedet.

a Percussorem ingredi] Ex hoc videtur, quod malus Angelus fuit ille exterminator.

b In noctis medio,] Illius scilicet, in qua immolatus est agnus.

c Antequam fermentaretur,] Non quod farina illa sic consperla fermentaretur postea, sed quia non ante fuit fermentata, multo fortius nec post. Et est sensus: Nec ante, nec post fuit fermentata. Et est simile *Genes. octavo*. Emisit Noe corvum, qui non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram, idest, nec ante, nec post. Et *Matth.* 1. Accepit Joseph conjugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, idest, nec ante, nec post. Et *primo Regum tertio*. Non poterat Heli videre lucernam, antequam extingueretur.

d Habitatio autem] Nota, nomine Ægypti intelligendum est omnis incolatus eorum, qui incepit a promissione Abrahæ facta ei in via Mesopotamiæ, *Genes.* 12. A qua usque ad legem datam tot anni fluxerunt, ut dicit Apostolus *ad Galat.* 3. Et *Gloss. August.* super locum istum: Nam post mortem Joseph solus quadraginta annis servivit Israel in Ægypto, quibus expletis, eadem die egressus est de Ægypto, qua scilicet cœpit servitus ejus: Vel eadem die, qua scilicet exivit Abraham ad peregrinandum: Vel eadem, idest, in una simul exivit omnis multitudo, non successive singulis diebus. Quod autem sic debeant isti anni computari, probatur hoc modo: Septuaginta quinque annorum erat Abraham, quando facta est ei promissio prædicta: *Genes. duodecimo*. Centenario vero natus est Isaac: *Genes. vigesimoprimo*. Et ita a promissione usque ad nativitatem Isaac fuerunt vigintiquinque anni. His adde omnes annos Isaac, scilicet centum octoginta, ut dicitur *Genes. trigesimoquinto* fiunt anni ducenti quinque. Jacob vero in morte Isaac erat centum viginti annorum. Quod probatur sic: Isaac sexagenario natus est Jacob. *Genes. vigesimoquinto*. Et Isaac quando mortuus est, erat centum octoginta annorum, *Genes. trigesimoquinto*. Et Jacob centesimo trigesimo anno vitæ suæ ingressus est Ægyptum, ut dicitur *Genes. quadragesimosexto*. Et ita decem annis post mortem Isaac descendit Jacob in Ægyptum. Et ita a promissione Abrahæ usque ad ingressum Jacob in Ægyptum fuerunt ducenti quindecim anni. Et tunc Joseph erat annorum triginta novem. Et probatur sic: Triginta annorum erat, quando stetit coram Pharaone: *Genes. quadragesimoprimo*. Et novem anni transierunt a tunc usque ad adventum Jacob in Ægyptum: Septem scilicet fertiles, & duo famis: Et tunc venit Jacob in Ægyptum. Et omnes anni Joseph fuerunt centum decem: *Genes. ultimo*. Et ita Joseph post ingressum Jacob vixit annis septuaginta uno: quibus additis supra dictis ducentis quindecim, fiunt ducenti octoginta sex. His additis iterum centum quinquaginta quatuor, quibus servivit Israel in Ægypto post mortem Joseph, fuerunt anni quadringenti triginta a promissione facta Abrahæ usque ad exitum de Ægypto, ut dicit *Apostolus*.

e Quando eduxit eos de terra Ægypti.] Ergo illa nocte, qua immolatus est agnus, eduxit eos Dominus de Ægypto. Contra: *Supra eodem* dicitur: Nullus egredietur ostium domus suæ usque mane. Solutio: Intelligendum est eductos nocte, idest, ad egrediendum mane ab Ægyptiis nocte expulsos.

f Omnis alienigena] Tales sunt omnes, qui non propter Christum, sed propter lucrum serviunt Ecclesiæ: maxime sacerdotes, qui non in Christi commemoratione, sed in lucri expectatione conficiunt. De quibus *Malach.* 1. Quis est ex vobis, qui claudat ostia, & incedat altare meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra, dicit Dominus exercituum.

g Circumcidetur,] *Jerem.* 4. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum.

Advena, & mercenarius non comedent ex eo. In *a* una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras. *b* nec os illius confringetis. Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire *c* Coloniam, & facere Phase Domini, *d* circumcidetur prius omne masculinum ejus, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terræ. Si quis autem circumcisus non fuerit, *e* non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ, *f* & colono, qui peregrinatur apud vos. Feceruntque omnes filii Israel, sicut præceperat Dominus Moysi, & Aaron, & *g* eadem die eduxit Dominus filios Israel de terra Ægypti per turmas suas.

CAP. XIII.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *b* Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus, quam de jumentis: Mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad populum: Mementote *i* diei hujus, in qua egressi estis de Ægypto, & de domo servitutis; quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto, ut non comedatis fermentatum panem. Hodie egredimini mense novarum frugum. Cumque te introduxerit Dominus in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Hevæi, & Jebusæi, quam juravit patribus tuis, ut daret tibi terram fluentem lacte, & melle, celebrabis hunc morem sacrorum mense isto. Septem diebus vesceris azymis, & in die septimo erit solemnitas Domini. Azyma comedetis septem diebus: Non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est, quod fecit Dominus mihi, quando egressus sum de Ægypto. Et erit quasi signum in *k* manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos, & ut lex Domini semper sit in ore tuo. In manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto: Custodies hujuscemodi cultum statuto tempore a diebus in dies. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, sicut juravit tibi, & patribus tuis, & *l* dederit eam tibi, separabis omne, quod aperit vulvam Domino, & quod primitivum est in pecoribus tuis; quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino. Primogenitum asini mutabis ove, quod si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis, de filiis *m* tuis pretio redimes. Cumque interrogaverit te filius tuus cras, dicens: quid est hoc? Respondebis ei: In manu forti eduxit Dominus nos de terra Ægypti, de domo servitutis. Nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere: occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, a primogenito hominis usque ad primogenitum jumentorum. Idcirco immolo Domino omne, quod aperit vulvam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ob recordationem inter oculos tuos, eo quod in manu forti eduxerit nos Dominus de Ægypto. Igitur cum emisisset Pharao populum, non eos duxit Dominus *n* per viam terræ Philisthiim, quæ vici-

a In una domo] *Cant.* 6. Una est columba mea. Unde qui vult esse de pullis hujus columbæ, oportet, quod sit unus unitate sensus, & voluntatis, ut unum, & idem sentiat, & velit. *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, &c.

b Nec os illius confringetis.] quia medulla, idest, divinitas Christi non est ita subtiliter investiganda, sicut humanitas. *Isaiæ* 53. Generationem ejus quis enarrabit? *Proverbior.* 25. Sicut qui mel comedit, &c.

Num. 9. Joan. 19.

c Coloniam,] Colonia est civitas, vel regio, quæ pro defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur.

d Circuncidetur prius] in omni verbo, in lingua, ut non loquatur, nisi sermones Dei. *Proverb. decimo octavo.* Mors, & vita in manibus linguæ. Si tantum esset in ea vita, non esset circuncidenda; si tantum mors, non tunc similiter, sed penitus abscindenda.

e Non vescetur ex eo. *Ezech.* 44. Omnis incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur in sanctuarium meum.

A

Inf. 11. & 34. Num. 3. & 8. Luc. 2. De voto, & magna.

f Indigenæ, & colono,] *Act.* 10. In veritate nunc comperi, quia non est acceptor personarum Deus, &c.

g Eadem die eduxit] Contra. *Supra eod.* dicitur, quod nocte eduxit eos. Solutio: Utrumque verum est, sed nocte dicuntur educti, quia nocte compulsi sunt ab Ægyptiis egredi, die vero egressi, quia ipsi expectaverunt mane.

EXPOSITIO.

CAP. XIII.

Locutusque est Dominus ad Moysen, &c.]

b Sanctifica mihi] Dicitur, quod Deus masculos solos sibi voluit sanctificari, quia solos masculos Ægyptiorum percusserat: Quod satis probabile est, etsi non sit expressum in textu. Et nota, quod primogenita filiorum Levi offerebantur, & serviebant jugiter Domino sine redemptione, sed filii primogeniti aliarum tribuum offerebantur, & redimebantur quinque siclis, ut legitur *Levit.* 27. *Num.* 3. & 18. Sed nota, quod dictum est, quod primogeniti Levitarum jugiter serviebant Domino, intelligendum est ex parte patris; nam Dominus fuit de Tribu Levi, sed ex parte matris; & ideo redemptus quinque siclis. Primogenita pecorum apta ad immolandum oblata, erant sacerdotis: Primogenita vero immundorum non oblata, quædam redimebantur, & primogenitum asini mutabatur ove, quæ pro eo offerebatur, & erat sacerdotis. Alia nec oblata, nec redempta occidebantur, ut primogenitum carnis. Præter prædictam causam est alia, quare primogenita Hebræorum offerebantur, quia ab Angelo percussore liberaverat Dominus; & ideo sua erant. Vel quia justum est, quod primis fructibus honorandus est creator omnium primus.

B

i Diei hujus, in qua] *Deuteron.* 6. Erit hoc quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ante oculos tuos, &c.

16. q. 3. c. pervo.

k In manu tua,] Tria notabilia jubet hic Dominus, ut sit lex in ore, signum in manu, monimentum ante oculos. Lex in ore, prædicatio scil. quæ ligat prædicatorem ad faciendum. *Prov.* 6. Illaqueatus es verbo oris tui, &c. Signum in manu, exemplum in opere. *Isai. quadragesimoquarto.* Iste dicit: Domini ego sum, & ille invocabit me in nomine Jacob, &c. Monimentum ante oculos, ut quod bene cogitat, foris ante oculos in actu prodeat, & sic melius memoriæ commendetur. Pharisæi hæc ad literam servabant: Unde in chartis hoc scribebant, & Decalogum similiter. Quomodo hoc faciebant, habetur in historiis super hunc locum, & etiam in ipsis historiis Rubrica de sanctificatione primogenitorum.

C

l Et dederit eam tibi,] Gratis dicit *Gloss.* non ergo meritis. Solutio: Gratis dabatur, & meritis, quia gratia non excludit meritum, sed & meritum est totum ex gratia primum. Unde solet dici:

Quicquid habes meriti, præventrix gratia donat.
Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.

D

Vel gratis dedit, quoad illos, quibus dedit idest, sine meritis eorum, & tamen meritis patrum.

m Filiis tuis, exceptis primogenitis Levitarum. *n* Per viam terræ Philisthiim,] Duplex est via veniendi ad terram promissionis. Hic ostenditur una per terram Philisthiim; altera per desertum. Prima bellicosa est, plena hostibus. Secunda inops, & plena amaritudinibus. Prima est con-

verlatio

na est, reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset adversum se *a* bella consurgere, & reverteretur in Ægyptum, sed *b* circumduxit per viam deserti, quæ est *c* juxta mare rubrum. Et *d* armati ascenderunt filii Israel de terra Ægypti. Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum, eo quod adjurasset filios Israel, dicens: Visitabit vos Deus, *e* efferte ossa mea hinc vobiscum. Profectique de Sochot, castrametati sunt in Ethan, in *f* extremis finibus solitudinis. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris *g* utroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem coram populo.

C A P. XIV.

Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Reversi castrametentur e regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum, & mare contra Beelsephon: In conspectu ejus castra ponetis super mare. Dicturusque est Pharao super filiis Israel: Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum: Et indurabo cor ejus, ac persequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus, scientque Ægyptii, quia ego sum Dominus. Feceruntque ita. Et nunciatum est regi Ægyptiorum, quod fugisset populus, immutatumque est cor Pharaonis, & servorum ejus super populo, & dixerunt: Quid voluimus facere, ut dimitteremus Israel ne serviret nobis? Junxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum: Tulitque sexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus. Induravitque Dominus cor Pharaonis rex Ægypti, & persecutus est filios Israel. At illi egressi erant in manu excelsa. Cumque persequerentur Ægyptii vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare. Omnis equitatus, & currus Pharaonis, & universus exercitus erant in Phihahiroth contra Beelsephon. Cumque appropinquasset Pharao, levantes filii Israel oculos viderunt Ægyptios post se: Et *h* timuerunt valde. Clamaveruntque ad Dominum, & dixerunt ad Moysen: *i* Forsitan non erant sepulchra in Ægypto: ideo tulisti nos, ut moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Ægypto? Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: recede a nobis, ut serviamus Ægyptiis? Multo enim melius est servire eis, quam mori in solitudine. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: State, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie, Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum: Dominus pugnat pro vobis, & vos tacebitis. Dixitque Dominus ad Moysen: *k* Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel, ut proficiscantur: Tu autem eleva virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & divide illud, ut gradiantur filii Israel in medio mari per siccum. Ego autem indurabo cor Ægyptiorum, ut persequantur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus, & in curribus, & equitibus illius. Et scient Ægyptii, quia ego sum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atque in equitibus ejus. Tollensque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum stetit inter castra Ægyptiorum, & castra Israel. Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita ut ad se invicem toto noctis tempore accedere non valerent. Cumque extendisset Moyses manum super mare: abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & urente tota nocte, & vertit in siccum: *l* Divisaque est aqua, & ingressi sunt filii Israel per me-

versatio sæcularis. Philisthiim enim interpretatur ruina: Et in sæculo multiplex ruina. Secunda conversatio claustralis. Claustrum enim dicitur desertum, quia a multis deseritur. Tamen Moyses, cui Dominus loquebatur facie ad faciem, per desertum tanquam viam securiorem duxit populum suum ad terram promissionis.

a Bella consurgere,] quia Philisthiim habebant exosos Hebræos propter molestiam, & odium patrum, idest, Abraham, Isaac, & Jacob, qui multum vexaverunt eos.

b Sed circunduxit per viam deserti,] Sed cum non habet homo, quid facere possit, tunc debet se committere totaliter Deo. Unde 2. *Paralip.* 20. dicit Josaphat: Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, ut oculos nostros dirigamus ad te.

c Juxta mare rubrum] Nota, quod aqua hujus maris non est rubra ex se, sed omnis terra circumstans rubra est, ex qua vitiatur gurges: Unde minium acutissimum excerpitur. Quicquid est in hoc mari, in hunc colorem cadit: Etiam pisces, & gemmæ inveniuntur in littore rubræ, quæ humo involutæ, & inter arenas contritæ, terræ colorem habent simul, & maris, i. lucidæ, & rubeæ. Hoc mare dividitur in duos sinus. Unus qui ab Oriente, & Persicus appellatur, quia Persæ oram ejus inhabitant: Alter Arabicus. Tamen ubi nos habemus rubrum, Hebræi habent carnosum, quia cannæ in littore ejus abundant. Per hanc viam duxit populum Moyses: Tum propter mandatum Domini præcipientis, ut populus duceretur ad montem Sinai ad immolandum sibi: Tum quia si Ægyptii vellent eos persequi, gravem molestiam itineris sustinerent.

d Armati] i. supellectile multa muniti. Hæc expositio accipitur a translatione *Aquilæ*, qui, ut dicit *Hieronymus*, in hoc loco magis proprie dicitur transtulisse. *Infra* etiam dicitur, quod inermes ascenderunt. Unde ubi nos habemus, armati ascenderunt: alia translatio habet inermes quinta generatione: Moyses enim quintus fuit a Jacob per Tribum sacerdotalem, Jacob enim genuit Levi, qui Caath, qui Amram, qui Moysen. Vel si computes per Tribum regalem, tunc a Phares filio Judæ usque ad Salmon, qui fuit dux in Tribu Judæ, fuerunt quinque generationes, non computato Phares. Phares enim genuit Esron, qui Aram, qui Aminadab, qui Nason, qui Salmon.

e Efferte ossa] Quæ dicuntur prophetasse forte de difficultate itineris. Unde *Ecclesi.* 49. Sic Joseph, qui natus est homo, &c. Tamen Hebræi dicunt, quod uvis ex improviso astitit juxta eos, quæ locuta est ad eos, ob quam rem duxerunt eam per desertum. Unde *Psalmus* 79. Qui deducis velut ovem Joseph.

f In extremis finibus] Secunda mansio, quæ erat civitas tunc deserta in capite solitudinis, quæ vocatur a Joseph lucus, ubi postea dicit Babyloniam factam a Cambyse filio Cyri, qui in Esdra vocatur Artaxerxes, in Judith Nabuchodonosor, dum vastaret Ægyptum, fecit eam.

g Utroque tempore.] In columna nubis contra fervorem solis per diem: In columna ignis contra tenebras noctis, & ut sibi a serpentibus providerent.

EXPOSITIO CAP. XIV.

Locutus est autem Dominus, &c. *h* Et timuerunt] Nec fuit mirum, quia fugere non poterant, nec ibi morari propter ciborum inopiam: Vel si possent morari, pugnare non poterant, quia inermes erant.

i Forsitan non erant sepulchra] q. d. Tu eduxisti nos, ut interfecti sepeliamur in deserto, quasi dicant, non erant sepulchra in Ægypto. *k* Quid clamas ad me] *Aug.* Quid prodest strepitus oris, ubi mutus est amor cordis? *l* Divisaque est aqua,] In duodecim divisiones, ut dicit *Orig.* ut quælibet Tribus per turmas suas

suas incederet. Et advocans Moyses singulas Tribus secundum ordinem nativitatis suæ, hortabatur eos, ut se præeuntem sequerentur. Cumque timuissent intrare Ruben, Simeon, & Levi, Judas primus ingressus est iter post eum, unde & ibi meruit regnum. Sed quare non meruit Moyses, qui prior omnibus intravit? Forte, quia Moyses Tribum non fecit.

F

a Quasi murus] Quod videntes Ægyptii vesanos esse judicabant, sed cum vidissent illæsos abire, ingressi sunt post eos.

b Ecce respiciens Dominus] *Interl.* Respicere dicitur Deus, cum aliquid novum, & insigne facit.

c Per columnam ignis,] idest, intolerabiles imbres, & graves tonitruos, & coruscantes lampades injecit in eos. Unde exterriti dixerunt : (*Judith. 5.*)

d Fugiamus Israelem:] *Josephus* dicit, quod ad contrapositam ripam pervenerunt filii Israel. Hebræi vero tradunt, quod cum venissent ad extremam montis porrecti in mare, per longam viam maris eos obliquasse, & circumeundo montem ad idem littus unde venerant, rediisse. Quod probant sic: Natura maris est, ut quod perit in eo, ad proximum littus projiciat. Cum ergo mane jacerent mortui Ægyptii in littore, patet, quod ad littus venerunt. Non enim in spatio noctis fere æquinoctialis, nec hi, nec illi transcurrissent ad medium maris, quia ibi spatiosum est.

G

dium maris sicci. Erat enim aqua *a* quasi murus ad dexteram eorum, & lævam. Persequentesque Ægyptii ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus ejus, & equites per medium maris. Jamque advenerat vigilia matutina, & *b* ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum *c* per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii: *d* Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum super mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currus, & equites eorum. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum, Fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus. Reversæque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare, nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro a dextris, & a sinistris. Liberavitque Dominus in die illo Israel de manu Ægyptiorum, & viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos. Timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo ejus.

C A P. XV.

TUnc cecinit Moyses, & filii Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: *e* Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum, & ascensorem dejecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator; omnipotens nomen ejus, *f* currus Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare. Electi *g* principes ejus submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos; descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine, dextera tua Domine, percussit inimicum, & in *h* multitudine gloriæ tuæ *i* deposuisti adversarios tuos. Misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam: & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. *k* Stetit unda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus: *l* Persequar, & comprehendam, dividam spolia, implebitur *m* anima mea. Evaginabo gladium meum: *n* interficiet eos manus mea. *o* Flavit spiritus tuus, & *p* operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Quis similis tui in fortibus, Domine? Quis similis tui? Magnificus in sanctitate, *q* terribilis, atque laudabilis faciens *r* mirabilia. *s* Extendisti manum

Exod. 14. 21. & 5. & quod etc. Psal. 105. Isai. 11.

EXPOSITIO CAP. XV.

TUnc cecinit Moyses, &c. *e* Cantemus] Hoc est primum canticum: Unde & Canticum canticorum dicitur, idest, primum inter Cantica. Hoc Canticum septem diebus singulis cum tympanis, & musicis instrumentis filii Israel venientes cantaverunt, viri seorsum, & mulieres seorsum. In cujus rei memoriam septem diebus Paschalibus cantando redimus ad fontes. Hic terminatur secundus liber *Josephi*, qui dicit hanc maris divisionem non esse discredendam, cum Alexandro Macedoni, & exercitui ejus mare Pamphilicum divisum legatur Domino jubente, qui voluit per eum regnum Persarum destruere.

f Currus Pharaonis,] Nota, quod est currus Dei, & est currus diaboli. Currus diaboli tres sunt, quibus totum mundum perambulat; Luxuria, superbia, malitia. Currus luxuriæ duas habet rotas; Ingluviem ventris, & mollitiem vestis, quas trahit, sicut equus indomitus, impetus carnis, cui caro insidet in sella voluptatis. Hic equus nullo fræno regitur, sed stimulis carnis, quasi calcaribus agitatur. Currus superbiæ duas habet rotas, præsumptionem, & temeritatem. Equus trahens est appetitus vanæ gloriæ, cui insidet amor mundi in sella æmulationis, frænum habens avaritiam, & stimulum livoris. Currus malitiæ duas habet rotas, simulationem, & dissimulationem. Equus trahens, malevolentia, cui insidet amor mali in sella fraudis, frænum habens tergiversationem, & stimulum iræ. Contra hos tres currus diaboli, sunt tres currus Dei, scil. continentiæ, innocentiæ, sapientiæ. Currus continentiæ duas habet rotas, vigiliam honestatis, & laborem corporis. Equus trahens devotio orationis, cui insidet contemptus sui in sella puritatis, frænum habens disciplinam, stimulus amor Dei. Currus Innocentiæ duas habet rotas, humilitatem volentem subesse, vilitatem nolentem præesse. Equus trahens Amor pacis, cui insidet contemptus sæculi in sella benevolentiæ, frænum zelus veritatis, stimulus amor fratris. Currus Sapientiæ duas habet rotas, discretionem, & simplicitatem. Equus fortitudo, sessor prudentia, sella mansuetudo, frænum modestia, stimulus zelus justitiæ.

A (*Psal. 119. Isai. 12.*)

B

g Principes ejus] *Interl.* Capitalia vitia, de quibus *Gregor.* super illud *Job* 39. Procul odoratur bellum, dicit: Duces septem, sunt septem principalia vitia, quibus exercitus, i. multitudo vitiorum procedit.

h Et in multitudine gloriæ] *Interl.* quia inde multum gloriosus apparuisti.

i Deposuisti] *Interl.* a solio superbiæ.

k Stetit unda] *Interl.* contra naturam.

l Persequar, & comprehendam,] *Interl.* de Ægypto fugientes.

m Anima mea.] *Interl.* voluntas mea.

n Interficiet eos manus mea.] *Interl.* potentia, vel multitudine exercitus.

o Flavit spiritus] *Interl.* Indignationis, vel ventus urens.

p Operuit eos mare, &c.] *Interl.* multitudo pœnarum.

q Terribilis] *Interl.* Justo judicio.

r Mirabilia] *Interl.* miracula. *s* Extendisti] *Interl.* In cruce.

cruce. *a* Dux fuisti] Consolando, docendo, fovendo. *b* In fortitudine tua,] *Interl.* In consolatione Spiritus sancti, vel virtute insuperabili.
c Obtinuerunt habitatores Philisthiim.] Sed quomodo timuerunt, qui non interfuerunt submersioni? Sol. Famam audierunt magnalium, quæ fecerat Dominus; & ideo obriguerunt timore.
d Fiant immobiles] *Interl.* ad fidem.
e Quasi lapis,] *Interl.* Duritia incredelitatis.
f Introduces eos, & plantabis] Non vult Dominus nos in Ægypto plantare, nec in dejectis, & humilibus locis, sed in monte hæreditatis suæ.
g Firmissimo habitaculo] In præparata habitatione, quam parasti, Domine.
h In desertum Sur.] Desertum Ethan ante transitum maris, post transitum, Sur, post Elim, post Sin.
i Eo quod essent amaræ.] Vel forte pro amaritudine animi. Animæquior enim est, qui sitiens non invenit potum, quam qui inventum gustare non potest.
k Qui ostendit ei lignum,] Hic quærit *August.* quomodo fieri potuit hoc. Et dicit, quod talis efficaciæ erat lignũ, vel miraculose factum est. Cur ostendit ei lignum, cum alio modo posset aquas dulcorare? Et respondet *Augustin.* quod hoc ipsum miraculose factum est, ut in solitudine, in qua non erat arbor, lignum inveniretur, & etiam ostendit ei, quod si mitteret lignum in aquam, dulcesceret. Unde *Eccl.* 38. Honora medicum propter necessitatem, &c. Hebræus dicit, quod illud lignum naturaliter amarum erat, & ut mirabilior innotesceret vis divina, amarum additum amaro dulcedinem operatum est. *Josephus* dicit, quod aquę contraxerant hoc vitium, quia immotæ

Judith. 5. Eccl. 38.

Num. 33.

tuam, & devoravit eos terra. *a* Dux fuisti in misericordia tua, populo, quem redemisti: Et portasti eum in *b* fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores *c* obtinuerunt habitatores Philisthiim. Tunc conturbati sunt principes Edom robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Irruat super eos formido, & pavor in magnitudine brachii tui. *d* Fiant immobiles quasi *e* lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti. *f* Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, *g* firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine: Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ: Dominus regnabit in æternum, & ultra. Ingressus est enim eques Pharao cum curribus, & equitibus ejus in mare, & reduxit super eos Dominus aquas maris. Filii autem Israel ambulaverunt per siccum in medio maris. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum, & ascensorem dejecit in mare, Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in *h* desertum Sur. Ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem, & non inveniebant aquam. Et venerunt in Marath, nec poterant bibere aquas de Marath, *i* eo quod essent amaræ. Unde & congruum loco nomen imposuit, vocans illud Mara, idest, amaritudinem. Et murmuravit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? At ille clamavit ad Dominum, *k* Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum, dicens. Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis ejus, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto non inducam super te, Ego enim Dominus Salvator tuus. Venerunt autem in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt juxta aquas.

CAP. XVI.

PRofectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim, & Sinai, *l* quintodecimo die mensis *m* secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filii Israel: Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: Cur induxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Egrediatur populus, & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies, ut tentem eum, utrum ambulet in lege mea, an non. Die autem sexta parent, quod inferant, & sit duplum, quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque Moyses, & Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam Domini. Audivit enim murmur vestrum contra Dominum. Nos vero, quid sumus, quia mussitastis contra nos? Et ait Moyses: Dabit Dominus vobis vespere carnes edere, & mane panes in saturitate, eo quod audierit murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eum. Nos enim, quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum. Dixitque Moyses ad Aaron: Dic universæ congregationi filiorum Israel: Accedite coram Domino. Audivit enim murmur vestrum. Cumque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem. Et ecce gloria Domini apparuit in nube: Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Audivi murmurationes filiorum Israel: Loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, scietisque, quod ego sum Dominus Deus vester. Factum est ergo vespere, & ascendens *n* coturnix operuit castra, mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum vidissent filii Israel, dixerunt ad invicem: Manhu, quod significat, quid est hoc? Ignorabant enim, quod esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem dedit Dominus vobis ad vescendum. Hic est sermo, quem præcepit Dominus.

fuerant, & dicit ibi fuisse modicum puteum, in quo Moyses incidit virgam, & præcepit fortibus, ut haurirent aquam, & plurimum effuderunt, ut ultima, quæ remaneret, pluribus concussionibus excitata, & purgata, fieret potabilis. Ibidem dedit eis Dominus aliqua judicia, i. dare se promisit, si obedire sibi vellent.

EXPOSITIO CAP. XVI.

PRofectique sunt de Elim, &c.] *l* Quintodecimo die] trigesima scil. die ab exitu de Ægypto, tunc defecerunt eis victualia, quæ attulerant de Ægypto. [Quintodecimo] *Interl.* quando scil. Pascha celebratur. *Num. 9.* dicitur: Si aliquis propter aliquam immunditiam non posset celebrare Pascha quartadecima Luna primi mensis, idest, Aprilis, celebraret illud secundo mense, idest, Majo, eisdem Kalendis, scilicet, quartadecima Luna secundi mensis.
m Mensis secundi,] Maii, scilicet.
n Coturnix] *Josephus* ortygiam vocat, & dicitur sic a loco. Ortygia enim Insula est, in qua abundant coturnices.

Psalm. 77. Sap. 16. Jud. 6.

a Juxta

Colligat unusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum Gomor per singula capita : *a* Juxta numerum animarum vestrarum , quæ habitant in tabernaculo , sic tolletis . Feceruntque ita filii Israel , & collegerunt , *b* alius plus , alius minus , & mensi sunt ad mensuram Gomor . Nec qui plus collegerat , habuit amplius , nec qui minus paraverat , reperit minus , sed singuli juxta id , quod edere poterant , congregaverunt . Dixitque Moyses ad eos : Nullus relinquat ex eo in mane . Qui non audierunt eum , sed dimiserunt quidam ex eis usque mane , & scatere cœpit vermibus , atque computruit . Et iratus est contra eos Moyses . Colligebant autem mane singuli , quantum sufficere poterat ad vescendum . Cumque incaluisset Sol , liquefiebat . In die vero sexta collegerunt *c* cibos duplices , idest, duo Gomor per singulos homines . Venerunt autem omnes principes multitudinis , & narraverunt Moysi . Qui ait eis : Hoc est , quod locutus est Dominus : Requies Sabbati sanctificata est Domino : Cras quodcumque operandum est , facite , & quæ coquenda sunt , coquite . Quicquid autem reliquum fuerit , reponite usque in mane . Feceruntque ita , ut præceperat Moyses , & non computruit , neque vermis inventus est in eo . Dixitque Moyses : Comedite illud hodie , quia Sabbatum est Domino , non invenietur hodie in agro : Sex diebus colligite , in die autem septimo Sabbatum est Domini , idcirco non invenietur : Venit septima dies , & egressi de populo , ut colligerent , non invenerunt . Dixit autem Dominus ad Moysen : Usquequo non vultis custodire mandata mea , & legem meam ? Videte , quod Dominus dederit vobis Sabbatum , & propter hoc tribuerit vobis die sexto cibos duplices . Maneat unusquisque apud semetipsum , & nullus egrediatur de loco suo die septimo , & sabbatizabit populus die septimo . Appellavitque domus Israel nomen ejus man , quod erat quasi semen coriandri album , gustusque ejus quasi similæ cum melle . Dixit autem Moyses : Iste est sermo , quem præcepit Dominus : Imple Gomor ex eo , & custodiatur in futuras retro generationes , ut noverint panem , quo alui vos in solitudine , quando educti estis de terra Ægypti . Dixitque Moyses ad Aaron : Sume vas unum , & mitte ibi man quantum potest capere Gomor , & repone *d* coram Domino ad servandum in generationes vestras , sicut præceperat Dominus Moysi . Posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum . filii autem Israel comederunt man quadraginta annis , donec venirent in terram habitabilem . Hoc cibo aliti sunt usquequo tangerent fines terræ Chanaan . Gomor autem decima pars est Ephi ,

C A P. XVII.

IGITUR *e* profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin per *f* mansiones suas *g* juxta sermonem Domini , castrametati sunt in Raphidim , ubi non erat aqua ad bibendum populo . Qui jurgatus contra Moysen , ait : Da nobis aquam , ut bibamus . Quibus respondit Moyses : Quid jurgamini contra me , & *h* cur tentatis Dominum ? *i* Sitivit ergo ibi populus pro aquæ penuria , & murmuravit contra Moysen , dicens : Cur fecisti nos exire de Ægypto , ut occideres nos , & liberos nostros ac jumenta siti ? *k* Clamavit autem Moyses ad Dominum dicens : Quid faciam populo huic ? Adhuc pauxillum , & *l* lapidabit me . Ait Dominus ad Moysen . Antecede populum ,

a Juxta numerum animarum] *Aug.* Sæpe Scriptura homines animas appellat, a parte totum. Unde *Psal.* 55. Non timebo, quid faciat mihi caro , nam carnes pro hominibus appellat *Psalmus* . *b* Alius plus,] Forte collecta in acervis ponebatur, & dabatur singulis Gomor. Quomodo hoc fuerit expresse in historiis super hunc locum dicitur.

c Cibos duplices,] Ex hoc volunt quidam, quod quilibet in sexta feria non colligebat, nisi unum Gomor, sed id miraculose multiplicabatur , ut duobus sufficeret diebus.

De consec. d. 1. c. ubi pare.

d Coram Domino] Ajunt Hebræi : ecce primum habuisse parvum tabernaculum, in quo Dominum consulebant, de quo *infra* 33. dicitur : Tollens Moyses tabernaculum , tetendit extra castra procul. Vel per prolepsin dictum est de futuro tabernaculo. Et est sensus: Repone, idest , repones . Ita dicit *Augustinus*,

EXPOSITIO CAP. XVII.

De consecr. d. 4. c. ne. quemquam.

IGitur *e* profecta omnis,&c.] Nota, quod Raphidim fuit undecima mansio. Ante transitum enim maris rubri fuerunt quatuor, Ramesse, Socoth , Ethan, Phiaroth. A mari rubro usque ad Sina octo , scilicet ; Marath , Elim, Jansuph , Sin, Depheca, Halus , Raphidim , sicut numerantur *Numer.* 33. solitudo Sinai. Quod ergo dicitur hic, quod venit Israel de deserto Sin in Raphidim , præterit Moyses duas mansiones, scilicet, Dephecа , & Halus , quod etiam innuitur in littera , ubi dicitur : Profecta est omnis multitudo de deserto Sin per mansiones suas in Raphidim . Item notandum est , quod Sin nomen est totius deserti ab Elim usque ad Sina , & nomen illius loci , ubi est tertia mansio post Elim ; & sic accipitur hic.

f Per mansiones suas . *Interl.* Ex his quinque , quæ fuerant a mari rubro usque ad montem Sinai. Contrarium videtur, quia fuerunt octo, ut patet *Num.* 33. Sol. Revera octo fuerunt in re, sed tantum quinque nominantur in littera , scil. Marath , Elim, Jansuph , desertum Sin , Raphidim. Et ideo dicitur hic, quod fuerunt quinque , supple nominata hic.

Exod. 10.

g Juxta sermonem Domini] Non quod Dominus distingueret illis mansiones, sed indicio nubis, qua stante castrametabantur , & qua movente se, sequebantur : ut legitur *Num.* 9.

h Cur tentatis Dominum ?] Videtur maledicere Moyses, quia ipsi hoc non dicebant , ut tentarent Dominum, sed potius ex malitia cordis, vel quia pœnitebant , quod exierant de Ægypto, ubi plene comedebant , & bibebant . Ad hoc dupliciter potest responderi : Revera ipsi tentabant Dominum, vel quia volebant probare , utrum Dominus haberet potentiam potandi eos in deserto arido, & inaquoso, vel non diffidentes de Dei potentia , voluerunt probare , si tanti essent meriti, quod Dominus eis daret aquam miraculose. Et huic consonat , quod dixerunt *infra* : Estne Dominus nobiscum, an non ?

Num. 14.

i Sitivit] Nota, sitis aliquando sonat in defectu. *Amos* 8. Ecce dies venient , dicit Dominus , & mittam famem in terram, non famé panis, neq; sitim aquæ, &c. Aliquando in desiderio. *Eccl.* 24. Qui bibunt me , &c. *Matth.* 5. Beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam. Quandoque sonat sitis in utroque *Is.* 55. Omnes sitientes venite ad aquas, &c. & hic:

Judith. 5. Neem. 9.

k Clamavit autem Moyses] Cordis desiderio . Hunc clamorem exaudivit Dominus . Unde solet dici : Non clamor, sed amor clamat in aure Dei. Et *Greg.* Voces non faciunt apud aures Dei verba, sed desideria.

Num. 20.

l Lapidabit me.] Sed numquid Moyses timuit lapidari ? Videtur , quod non, quia perfectus erat , & perfecta charitas foras mittit timorem 1. *Jo.* 4. Solutio : Non dixit hoc ex timore, quo timeret sibi , sed quo timebat , ne populus peccaret . Vel forte hoc dixit ex timore naturali, quo

quilibet

G

A

quilibet timet mortem naturaliter, etiam Christus. Et quod *Joannes* dicit: Charitas perfecta foras, &c. intelligitur de timore servili. Vel sic: Charitas foras, &c. idest, angustiam timori annexam. Unde statim dicit *Joannes*: Timor enim pœnam habet. *Archiepiscopus Cantuariensis* dicit, [*Num. 20.*] quod hoc dixit Moyses non ex timore, sed ex familiaritate, quam habebat cum Domino, sicut illud *infra* 32. [*Psal. 77. De consec. d. 2. c. Vera, &c. in calice.*] Aut dele me de libro, &c. quæ disjunctiva debet converti in conditionalem, sic. Sicut necesse est, quod non delebis me; ita verum est, quod dimittes eis.

a Quia percussisti] Contra: Moyses non percussit, sed Aaron.

C

Solutio: Moyses percussit auctoritate imperantis: Aaron ministerio operantis. Vide *Gloss.* quæ sic incipit: Et virgam, &c.

b Petram Horeb,] Alia est petra Horeb, sic dicta propter Horeb, qui occisus est in ea. *Judic.* 7.

c Loci istius tentatio,] Aliæ fuerunt postea aquæ contradictionis, ubi Moyses percussit petram. *Numer.* 20.

d Venit autem Amalech] *Glossa* hic dicit: Amalech fuit filius Ismaelis. Contra *Genes.* 36. Et 1. *Paralipp.* 1. legitur, quod Eliphaz primogenitus Esau genuit Amalech de concubina. Unde filius Doeg Idumæi vocat Amalechitem. *secundo Regum* 1. Ad hoc dicit *Magister in historiis*, quod forte duo Amalech fuerunt æquivoci, & & ex his duo populi. Hos, de quibus hic loquitur *Strabus*, dicit *Josephus* pugnaces, & a circumstantibus conductos adversus Israel.

D [*Judith. 4. Sap. 12.*]

e Ad Josue:] Trinomius erat, Josue, Jesus, Osee, & quodlibet istorum nominum sonat, Salvator.

f Graves.] *Act.* 15. Hoc est onus, &c.

g In quo sedit.] Moyses fessus oravit sedendo. Ob hoc in Ecclesia Parisiensi omnes majores in secreto Missæ sedent, ut etiam exprimant Apostolos, qui orante Domino in Cruce, & pugnante, fugientes sederunt. Unde dicit Dominus: Singulariter ego sum, donec transeam. [*Ps. 104.*] Pueri vero stant inclinato capite, ut exprimant Marias sæpe venientes ad monumentum, & inclinantes se in illud. In multis Ecclesiis stant omnes, ut exprimant Josue, & socios ejus pugnantes contra Amalech.

h Lassarentur] idest, remitterentur.

i Ob monimentum] *Deuteronom. vigesimoquinto*. Memento, quæ fecerit tibi Amalech in via, quando egrediebaris de Ægypto:

k Memoriam Amalech sub cœlo.] Hoc impletum fuit in diebus Saul, *primo Regum decimoquinto*. [Bellum Dei,] *supra* 14. Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.

A

& sume tecum de senioribus Israel, & virgam, *a* qua percussisti fluvium, tolle in manu tua, & vade: En ego stabo coram te ibi supra *b* petram Horeb, percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel, & vocavit nomen *c* loci illius tentatio, propter jurgium filiorum Israel, & quia tentaverunt Dominum, dicentes: Estne Dominus in nobis, an non? *d* Venit autem Amalech, & pugnabat contra Israel in Raphidim. Dixitque Moyses ad *e* Josue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalech cras; Ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Josue, ut locutus erat Moyses, & pugnavit contra Amalech. Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Manus autem Moysi erant *f* graves. Sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum, in *g* quo sedit. Aaron autem, & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est, ut manus ipsius non *h* lassarentur usque ad Occasum Solis. Fugavitque Josue Amalech, & populus ejus in ore gladii. Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob *i* monimentum in libro, & trade auribus Josue. Delebo enim *k* memoriam Amalech sub cœlo. Ædificavitque Moyses altare, & vocavit nomen ejus, Dominus exultatio mea, dicens: Quia manus solius Domini, & bellum Dei erit contra Amalech, a generatione in generationem.

CAP. XVIII.

CUMQUE audisset Jethro Sacerdos Madian, *l* cognatus Moysi, omnia, quæ fecerat Dominus Moysi, & Israel populo suo, eo quod eduxisset Dominus Israel de Ægypto, *m* tulit Sephoram uxorem Moysi, quam remiserat, & duos filios ejus, quorum unus vocabatur Gersan, dicente patre: Advena fui in terra aliena, alter vero Eliezer: Deus enim ait patris mei adjutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Jethro cognatus Moysi, & filii ejus, & uxor ejus ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus juxta montem Dei, & mandavit Moysi, dicens: Ego cognatus tuus Jethro venio ad te, & uxor tua, & duo filii tui cum ea. Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit, & osculatus est eum, salutaveruntque se mutuo verbis pacificis. Cumque intrasset tabernaculum, narravit Moyses cognato suo cuncta, quæ fecerat Deus Pharaoni, & Ægyptiis propter Israel, universum laborem, qui accidisset eis in itinere, & quod liberaverat eos Dominus. Lætatusque est Jethro super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Israel, eo quod eruisset eum de manu Ægyptiorum, & ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Ægypti. Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes Deos, eo quod superbe egerint contra illos. *n* Obtulit ergo Jethro cognatus Moysi holocausta, & hostias Deo. Veneruntque Aaron, & omnes

EXPOSITIO CAP. XVIII.

CUmque audisset Jethro Sacerdos Madian cognatus Moysi [*Sup. 2.*] *l* Cognatus Moysi] i. socer; & sic habet Hebræus.

m Tulit Sephoram] Moyses iturus ad liberandum Israel, uxorem cum filiis dimisit, sed postea in deserto recepit. In quo significatur, quod illi, qui mittuntur ad officium prædicationis exercendum, debent se ab omni cura temporalium exonerare. Unde *secunda Timoth.* 2. Nemo militans Deo, &c. *prima Corinth.* 9. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, &c. Cum autem prædicator redit a prædicatione cum populo liberato, vel cum ad prælationem assumitur, tunc propter eos, qui sibi regendi committuntur, solicitudinem tam in temporalibus, quam in spiritualibus gerere debet.

B

n Obtulit ergo Jethro, &c. holocausta] Alia littera: Sumpsit Jethro socer Moysi holocaustomata, & sacrificia Domino offerens. Ex quo, ut dicit *Augustinus*, videtur, quod non gentilis immolaverit Domino, sed Moyses obtulit Domino, & oblata a Moyse sumpsit Jethro ad comedendum. [*De parvit. dist. 5. c. eventis.*] Vel forte audita Dei virtute, qua Israel eduxit de Ægypto, & Amalech expugnavit, contemptis Diis suis, vero Deo benedixit, insuper, & sacrificavit.

seniores Israel, ut comederent panem cum eo *a* coram Domino. Altera autem die *b* sedit Moyses, ut judicaret populum, qui assistebat Moysi de mane usque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus ejus, omnia scilicet, quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc, quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane usque ad vesperam? Cui respondit Moyses: Venit ad me populus, quærens sententiam Dei. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, ut judicem inter eos, & ostendam *c* præcepta Dei, & leges ejus. At ille: Non bonam, inquit, rem facis: Stulto labore consumeris, & tu, & populus iste, qui tecum est: Ultra vires tuas est negotium: Solus illud non poteris sustinere, sed audi verba mea, atque consilia, & erit Dominus tecum. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum, ostendasque populo cæremonias, & ritum colendi: viamque, per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant. Provide autem de *d* omni plebe *e* viros sapientes, & *f* timentes Deum, in *g* quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis *h* Tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & Decanos, qui judicet populum omni tempore. Quicquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo judicent, leviusque tibi sit, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta ejus poteris sustentare, & omnis hic populus revertetur cum pace ad loca sua. Quibus auditis *i* Moyses fecit omnia, quæ ille suggesserat: Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, Tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & Decanos, qui judicabant plebem omni tempore. Quicquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes. Dimisitque cognatum suum, qui reversus abiit in terram suam.

C A P. XIX.

MEnse tertio egressionis Israel de terra Ægypti, in *k* die hac venerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & pervenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria e regione montis. Moyses autem *l* ascendit in montem ad Deum. Vocavitque eum Dominus de monte; & ait: Hæc dices domui Jacob, & annunciabis filiis Israel. Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portaverim vos *m* super alas Aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra,

a Coram Domino.] *Interl.* ad honorem Domini.
b Sedit Moyses,] quasi magister,
c Præcepta Dei, atque leges] *Augustin.* quærit, quomodo dicat, leges, cum leges nondum scripserit. Et solvit, quod de lege sempiterna, idest, spirituali, quæ docebat eum de omnibus, sicut dicitur: Unctio docet vos de omnibus. 1. *Jo.* 2. Vel leges, idest, præcepta legis naturalis, quæ fuit ante legem scriptam, Moysen docet Jethro, ne superbia tentaretur. Unde & Dominus in pinnaculo templi; unde fiebat sermo ad populum, tentari voluit. *Matth.* 4.
d De omni plebe] quasi sine omni acceptatione personarum.

1. Cor. 1. Videte vocationem vestram, &c.

e Viros sapientes,] Quatuor notantur hic consideranda in judice, & maxime in judice animarum. Sapiens debet esse juxta illud *Matth.* 24. Quis putas, est fidelis servus, &c. Debet esse magnanimus, non tumidus, *Eccles.* 7. Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute, &c. Item debet esse verax, idest, justus. Unde *Is.* 59. Corruit veritas in plateis, & non potuit egredi, &c. Debet odire avaritiam. *Deuter.* 16. Judices magistros constitues in omnibus portis tuis, &c. Et sequitur: Nec accipientes personam, nec munera. Unde *B. Bernardus*: Periclitatur castitas in deliciis, æquitas in judiciis, veritas in multiloquio, charitas in sæculo nequam.

Deut. 1.

f Timentes Deum,] Non homines. *Matth.* 10. Noli timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non, &c.
g In quibus sit veritas,] Veritas triplex, oris, cordis, operis. De qua *Osee* 4. Non est veritas, non est misericordia. [Oderint] avaritiam. Alia littera habet, superbiam.
h Tribunos,] Tribunus dicitur, qui uni tribui præest. Quis appelletur Tribunus, quisve Chiliarchus, expresse determinat *Magister in historiis* super hunc locum.
i Moyses fecit omnia,] *Gloss.* non dicit, quia mihi loquitur Deus, quid agere debeam, quomodo consilium ab homine accipiam.

EXPOSITIO CAP. XIX.

MEnse tertio egressionis Israel de terra Ægypti.] *k* In die hac, idest, prima die Junii, scilicet 47. die postquam egressi sunt de Ægypto. Ita dicit *Interl.* Quod probat *Hieron.* sic: Filii Israel fecerunt Phase in Ægypto, *supra* 12. decimoquarto die Aprilis. Restabant igitur ab illa die, sexdecim dies ejusdem mensis, & triginta secundi, scil. Maji. In Scriptura enim, ut dicit *Aug.* pro mense ponuntur triginta dies. Sexdecim autem, & triginta, faciunt quadragintasex; ergo prima dies tertii mensis, i. Junii, fuit quadragesima septima. In sequenti die ascendit Moyses in montem, & locutus est ei Dominus quædam, quæ descendens nunciavit populo: Qui respondit: Cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. Et statim Moyses eadem die reversus est in montem, & dictum est a Domino, ut iret ad populum, & præciperet ei, ut ipsa die, & crastina die sanctificarent se, i. abstinerent ab uxoribus, & lavarent vestimenta sua, & parati essent in diem tertium, ab adventu scil. qui est quinquagesimus, a Phase. Et ita secundum *Hieronym.* quarta die Junii data est lex. Secundum *August.* autem, tertia die Junii data est lex, & tamen quinquagesima die a Phase. Sed *Augustinus* computat ipsam diem Phase, *Hieronymus* vero non computat. Sed contra hanc *Interlin.* videtur haberi super illum locum *Osee* 3. Fodi eam mihi quadraginta quinque argenteis, ibi dicit *Glossa*: quadragesimoquinto die egressionis de Ægypto, pervenerunt filii Israel ad montem Sinai. Dupliciter solvitur hoc: Quidam dicunt, quod quadragesimoquinto die venerunt ad montem Sinai, i. prope montem, & quadragesimo septimo die pervenerunt ad montem. Alii dicunt, quod illa *Glossa* subticet primam, & ultimam diem, & sic non sunt nisi quadragintaquinque dies, scil. quindecim primi mensis, & triginta secundi. *k* Mense tertio,] i. Junio. Primus enim secundum Hebræos est Aprilis, secundus Majus, tertius Junius.
l Ascendit in montem ad Deum,] secunda die sui adventus, scilicet, secunda die Junii, ut dicit *Magister in historiis*, qui sequitur hic *Hieronymum*. Tamen *Cantor Parisien.* qui sequitur *Augustin.* hic dicit, quod prima die ascendit. Nam secundum *Augustin.* prima die Junii fuit quadragesimus septimus a Phase, quia ipse computat in hoc numero ipsum Phase. *m* Super alas aquilarum,] idest, velocissime eduxi vos de Ægypto, & sine impedimento, sicut aquila sine impedimento volat. Vel [super alas aquilarum,] idest, sub protectione Moysi, &

Aaron,

Aaron, qui Aquilis comparantur propter acumen intelligentiæ, & altitudinem vitæ.
a In regnum Sacerdotale,] 1. *Petr.* 2. Genus electum, regale, &c. Et *Apocalyps.* 1. Qui lavit nos in sanguine suo, &c.

bus, blanditiæ promissionum. In tonitruis, terrores comminationum. In sonitu buccinæ, instantiæ exhortationum. *q* in occursum Dei de loco castrorum,] Occurrit Dominus occurrentibus sibi. Per liberum enim arbitrium ad Deum movemur, sed non promovemur. *Interl.* nisi divina misericordia præveniat, & sequatur.

b Venit Moyses, & convocatis] eadem die, qua ascenderat.

B *c* Responditque universus, &c.] Litteralis *Glossa*. Notandum, quod lex non incautis, vel nescientibus ingeritur, sed expositis præmiis, quæ debentur, servantibus, datur, &c.

d Cumque retulisset] eadem die.

e Jam nunc veniam] idest, me esse præsentem ostendam in nube caliginosa.

f Credat tibi in perpetuum.] idest, quandiu vixerit. Vel credant tibi in perpetuum, credant verbis Dei tibi dictis esse obtemperandum in perpetuum.

g Vestimenta] idest, opera Ecclesiæ. *Eccles.* 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida.

h Descendet Dominus] ut sciant legem a Deo dari. *Interl.* die tertio, mensis tertii, scilicet, Augusti, vel tertio ab adventu ad montem.

i Constitues terminos] *Prov.* 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, &c. *Deut.* 19. Ne transferas terminos proximi tui, quos fixit.

k Qui tetigerit montem,] *Prov.* 25. Perscrutator majestatis opprimetur a gloria. *Ibidem* 30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem.

C *l* Lapidibus opprimetur,] *Interlin.* duris increpationibus Ecclesiæ.

m Confodietur] verbis sapientum, dicit *Interlin. Eccl.* 12. Verba sapientum quasi stimuli.

& vos eritis mihi *a* in regnum sacerdotale, & gens sancta. Hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Israel. *b* Venit Moyses, & convocatis majoribus natu populi, exposuit omnes sermones, quos mandaverat Dominus. *c* Responditque universus populus simul: Cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. *d* Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus. Jam *e* nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & *f* credat tibi in perpetuum. Nunciavit ergo Moyses verba populi ad Dominum: Qui dixit ei: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, laventque *g* vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. In die enim tertio *h* descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. *i* Constituesque terminos populo per circuitum, & dices: Cavete, ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius. Omnis, *k* qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tanget eum, sed *l* lapidibus opprimetur, aut *m* confodietur jaculis. Sive jumentum fuerit, sive homo, non vivet. *n* Cum clangere cœperit buccina, tunc ascendant in montem. Descenditque Moyses de monte ad populum, & sanctificavit eum. Cumque lavissent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in *o* diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris. Jam advenerat tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac *p* micare fulgura, & nubes densissima operire montem. Clangorque buccinæ vehementius perstrepebat, & timuit populus, qui erat in castris. Cumque eduxisset eos Moyses in *q* occursum Dei de loco castrorum steterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai *r* fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace. Eratque mons omnis terribilis, & sonitus buccinæ *s* paulatim crescebat in majus, & prolixius tendebatur. *t* Moyses loquebatur, & *u* Dominus respondebat ei. Descenditque Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocavit Moysen in cacumen ejus. Quo cum ascendisset, dixit ad eum: Descende, & contestare populum, ne forte velint transcendere terminos ad *x* videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum *y* sanctificentur, ne percutiam eos. Dixitque Moyses ad Dominum: *z* Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai: Tu enim testificatus es, & jussisti dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum. Cui ait Dominus: Vade, descende: Ascendesque tu, & Aaron tecum. Sacerdotes autem, & populus ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, *a* ne forte interficiat illos. Descendit Moyses ad populum, & omnia narravit eis.

r Fumabat,] *Interl.* quia lex obscura est infidelibus.

s Paulatim crescebat] Sicut post unam campanam Ecclesiæ pulsatur alia major, & post alia major, deinde classicum, & hoc in signum prædicationis: primo prædicavit Joannes, postea Christus, postea Apostoli, deinde primitivi Doctores Ecclesiæ. D

t Moyses loquebatur,] *Interl.* interrogando.

u Et Dominus respondebat ei.] *Interl.* docendo.

x Ad videndum Dominum,] *Interl.* Magna discretione opus est, ne velit quis divinam naturam rimari ultra quam potest.

y Sanctificentur,] mente, & corpore.

z Non poterit vulgus ascendere] debilitate intelligentiæ.

a Ne forte interficiat illos.] sicut Ozam. 2. *Regum* 6. Et Nadab, & Abju, *Levit.* 10. De hac sanctificatione habes *Is.* 52. Recedite, recedite, &c.

C A P. XX.

LOCUTUSQUE est Dominus cunctos sermones hos: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo servitutis. *b* Non habebis Deos alienos coram me: *c* Non facies *d* tibi *e* sculptile, neque omnem

EXPOSITIO

CAP. XX.

A Locutusque est Dominus, &c.

b Non habebis, &c.] idest, me solum habebis Deum. Et ponitur, non habebis, pro non habeas, indicativum pro imperativo. Non enim asserit hoc, quod falsum esset, postea enim Deos alienos habuerunt. Hoc est primum mandatum, dicit *Interl.* supple secundum *Origen.* 1. *Regum* 7. Auferte Deos alienos, &c.

n Cum clangeret] *Gloss. Raban.* Prius prohibet populum in montem ascendere, mortemque minatur: Nunc jubet, ut clangente buccina ascendant in montem; humanam, scilicet compescens audaciam, & ad obediendum invitans.

o In diem tertium, & ne appropinquetis, &c.] ab adventu, secundum *Hieronymum*, secundum *Augustinum*, tertium mensis.

p Micare fulgura, & nubes densissima, &c.] *Apocal.* 4. De throno procedunt fulgura, & voces, & tonitrua. In fulguribus, claritas miraculorum, vel operum bonorum. *Matth.* 5. Sic luceant opera vestra, &c. In voci-

c Non facies] Secundum mandatum dicit *Interlin.* supple, secundum *Origen.* secundum *August.* vero explanatio est mandati. Non facies sculptile in publico, neque in corde, ubi ego solus video. *Jer.* 17. Ego sum Deus scrut. &c. Et ita prohibetur adoratio interior, & exterior idolorum. (*Deut.* 5. *Ps.* 80.)

d Tibi] idest licet sint multi Dii, tibi tamen non erunt multi.

e Sculptile,] Alia littera idolum, quod nihil est in mundo, idest, nullius rei naturalis repræsentativum.

a Simi-

a similitudinem, b quæ est in cœlo desuper, & c quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in d aquis sub terra. e Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus fortis f Zelotes, visitans g iniquitatem h patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me,

a Similitudinem,] *Ezech.* 8. Et ingressus vidi, & ecce similitudo reptilium, &c. *b* Quæ est in cœlo] *Interl.* sicut solis, & lunæ, & hujusmodi. *c* Et quæ in terra] *Interl.* ut hominis, bovis, & similium.

d In aquis] *Interl.* piscium. Nota, tria dicit: Non habebis Deos alienos: Non facies sculptile: Neque omnem similitudinem, &c. In primo prohibet omnem creaturam adorari, ut Angelos, vel homines. In secundo, figmentum. In tertio rei similitudinem. *e* Non adorabis] *Gloss.* Aliud est adorare, aliud est colere. Adorare, vel adulando regibus, & ita adulatio prohibetur in primo mandato. Sed numquid inclinare se regi metu mortis peccatum est? Solutio. Inclinare se regi quasi homini, ubi nullum scandalum est fratris, nullum periculum fidei imminet, ex hoc non est peccatum. Inclinare vero ei quasi Deo, vel cum periculo alicujus, peccatum est, & prohibetur hic, vel tormentis victus, cum sciat, quia idolum nihil est 1. *Cor.* 8. Colere vero, est toto his affectu, & studio mancipari. Utrumque ergo resecat, ut nec affectu, colas, nec specie adores, hoc totum dicit *Gloss.* *f* Zelotes,] *Jer.* 3. Tu fornicata es &c. Revertere, &c. *g* Iniquitatem] 1. *Joan.* 5. Omnis iniquitas peccatum est. *h* Patrum in filios,] Contra *Deut.* 24. Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus. *Ezech.* 18. Filius non portabit, &c. & pater non portabit, &c. Hujus solutio patet per hoc, quod additur: Eorum qui oderunt me, q. d. Ego vindico peccata patrum in filios, imitantes patres in peccatis suis, i. punio filios imitantes peccata patrum, & in hoc ipso puniuntur patres, quia vident puniri filios: vel hoc de pœna temporali, illud de æterna intelligitur. [Non habebis, &c.] Dicunt omnes Sancti, quod Dominus tantum decem præcepta dederit Moysi, sed in distinctione dissentiunt. Primum enim, quod secundum *August.* est unum, dividit *Origen.* in duo dicens: Unum est præceptum: Non habebis Deos alienos coram me. Sive secundum aliam litteram. Non erunt tibi alii Dii præter me. Secundum dicit: Non facies sculptile tibi, neque omnem similitudinem. Ultima vero: Non concupisces domum proximi tui: Nec desiderabis uxorem proximi tui, quæ secundum *Aug.* duo sunt, *Orig.* colligit in unum. Cui consentit *Josephus*. Præterea dicit *Aug.* tria fuisse in una tabula, quæ ad dilectionem Dei pertinent, & septem in alia, quæ ad dilectionem proximi. Secundum *Origen.* quatuor in una, sex in alio *Josephus* vero, & Hebræi quinque in utraque ponunt. Dicit enim *Josephus* se vidisse duas tabulas legis lapideas, quarum utraque duo continebat mandata, & dimidium, tam interius quam exterius. Sed forte *Aug.* pro dignitate potius quam pro Scriptura dixit tria, quæ ad Deum pertinent, esse primæ tabulæ; septem, quæ ad proximum, esse secundæ tabulæ; sicut consuevimus dicere, homines primæ classis, & secundæ classis. Sed cum Ecclesia in hoc loco nec *Aug.* nec *Orig.* repudiet, videtur, quod uterque dixerit verum. Et si hoc, in prima tabula sunt quatuor præcepta secundum *Orig.* & in secunda septem secundum *Aug.* & ita undecim sunt præcepta: Solutio. Uterque verum dixit, sed diversis respectibus. Et quod objicitur quod undecim sint præcepta: Non est verum, quia nec secundum *Orig.* sunt undecim, nec secundum *Aug.* sed tantum decem. Accipere vero mandata unius tabulæ secundum *Origenem*, & mandata alterius secundum *Aug.* illud est confundere mandata, non distinguere. Uterque igitur dixit verum in suo respectu. Sed quis magis proprie? Credimus quod *Aug.* Cum enim dicitur: Non habebis alienos Deos, prohibetur adoratio exhiberi Angelis, & hominibus. Et cum dicitur: Non facies tibi sculptile, nec omnem similitudinem, prohibetur factio sculptilis, & similitudinis, non propter se, sed propter adorationem; & ita idem est prohibitum, & ideo idem mandatum, quod attendit *Aug.* *Origenes* vero attendit diversitatem inter creaturas rationales, quarum adoratio prohibetur in primo; & creaturas irrationales, quarum adoratio prohibetur in secundo, & ideo duo distinxit. Item solet quæri, sub quo decem præceptorum comprehendatur illud præceptum: Diliges Dominum Deum tuum, &c. Hoc enim est summum, & primum præceptum, ut dicit Dominus *Matth.* 22. Similiter quæritur de præcepto fidei, & spei. Solutio. Dicimus, quod præcepta fidei, & spei, & charitatis continentur sub primo mandato: Ibi enim præcipitur latria, quæ his tribus virtutibus adimpletur. Unde cum dicitur. Non habebis Deos alienos coram me, sensus est: Me solum adorabis, ut Deum, i. in me solum credes, tanquam in summam virtutem: Me solum diliges præ omnibus, tanquam summam bonitatem. In me solum sperabis, tanquam summe liberalem. Unde quod dixerat Moyses hic implicite, explicavit *Deut.* 6. quando dixit: Diliges Dominum Deum tuum, &c. Item cum dicitur: Non concupisces uxorem proximi tui, prohibetur luxuria. Cum dicitur: Non concupisces rem, &c. prohibetur avaritia. Non occides, prohibetur etiam ira. Quæritur ubi prohibentur alia quatuor vitia, scilicet superbia, invidia, acedia, gula. Solutio: Superbia contraria est adorationi, & ideo in primo mandato prohibetur. *Eccles.* 10. Initium superbiæ hominis est apostatare a Deo. Cum igitur apostasia prohibetur in primo mandato, & superbia, *Eccles.* 10. Initium omnis peccati, superbia est, secundum hoc prohibetur in omni mandato. Invidia, quæ recte opponitur dilectioni, prohibetur, ubi dilectio proximi præcipitur, scilicet ibi: Honora patrem, & matrem, &c. Nomine enim patris, & matris intelligitur omnis proximus in suo ordine diligendus. De acedia dicunt, quod prohibetur ibi: Memento, ut diem Sabbati sanctifices: Non enim Sabbatum sanctificare potest, qui tædium boni habet. Alii dicunt, quod prohibetur ibi: Honora patrem, & matrem, quia ibi præcipitur opus misericordiæ, & opus justitiæ. Gula prohibetur ibi, ut dicunt: Memento diem, &c. Ibi enim quies mentis in Deo præcipitur, per quod excluditur quies incuriæ, vel ingluviei. Vel potest dici, quod gula propter vicinitatem ventris, & genitalium prohibetur ibi: Non mœchaberis. Gula enim servit luxuriæ, & ideo, qui prohibet luxuriam, prohibet per consequens gulam. Si objicitur, quod in secunda tabula non continentur, nisi quæ pertinent ad proximum, per gulam vero nemo nocet proximo, sed tantum sibi. Dicitur, quod homo per gulam nocet sibi, per consequens proximo. Unde *B. Bern.* Quilibet maxime sibi proximus est. Item solet quæri, quare sub denario, potius quam sub alio numero præcepta data sint. Solut. Sub denario data sunt præcepta, tum propter mysterium, tum propter necessitatem. Propter mysterium quidem, quia denarius constat ex ternario, & septenario. in ternario perfectio fidei; in septenario, perfectio morum monstratur. Propter necessitatem vero, quia ad hoc data sunt præcepta homini, ut per illa bene ordinetur ad Deum, & proximum. Ad Deum ordinatur per tria prima. Nam in primo præcipitur latria, quæ debetur majestati, sive potentiæ, quæ Patri attribuitur. Secundum prohibet errorem, qui opponitur sapientiæ, quæ Filio appropriatur. Tertium prohibet sæculi amorem, qui contrarius est charitati, quæ appropriatur Spiritui Sancto. Et ita per primum præceptum ordinatur homo ad patrem. Per secundum ad filium. Per tertium ad Spiritum Sanctum. Sed loquendo per appropriationem, quia proprie loquendo per quodlibet trium ordinatur homo ad totam Trinitatem. Per septem ultima ordinatur homo ad proximum. Dupliciter potest quis ordinari ad proximum, aut in faciendo, aut in non faciendo. In faciendo ordinatur per illud, Honora patrem, & matrem, &c. Sicut enim ibi præcipitur honorari pater, & mater, ita quilibet in suo ordine. In non faciendo autem potest quis ordinari ad proximum tripliciter. Quia tripliciter potest quis injuriari proximo. Dicto, voto, facto. Injuria dicti prohibetur ibi [Non falsum testimonium dices,] & sumitur species pro genere, idest, non nocebis alicui, verbo. Injuria facti duplex est, quædam personalis, quædam realis. Injuria personalis, prohibetur ibi [Non occides,] idest, nullum malum personæ proximi tui inferes. Injuria realis prohibetur ibi [Non concupisces,] & ibi, [Non furtum facies,] idest, nullum damnum alicui in rebus suis facies. Ibi enim usura, rapina, & omnis contractio indebita rei alienæ prohibetur. Injuria voti, sive voluntatis duplex est, personalis, scilicet, & realis. Personalis prohibetur ibi

[Non

& custodiunt præcepta mea. *a* Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. *b* Memento, ut diem Sabbati *c* sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Deus cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requievit die septimo: Idcirco benedixit Dominus diei Sabbati, & sanctificavit eum. *d* Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi,

[Non concupisces uxorem proximi tui:] Nam nomine uxoris omnis mulier, excepta propria uxore, intelligitur. Realis prohibetur ibi: Non concupisces rem proximi tui. Ex hoc manifeste patet sufficientia mandatorum. Item solent assignari aliæ rationes, quare sub denario sint data præcepta. Una est,

B

quod denarius primus limes est, & in impletione decalogi persona spiritalis est, ut per impletionem decalogi decimus ordo Angelorum, qui cecidit, resarciretur ex hominibus. Item solet quæri, quare non prohibetur voluntas homicidii, & actus homicidii sub duplici mandato, sicut voluntas, & actus mœchiæ, ut sicut duo sunt mandata: Non mœchaberis: Non desiderabis uxorem proximi tui; ita duo sunt: Non occides: Non desiderabis occidere. Præterea, voluntas, & opus non sunt nisi unum peccatum, quod patet ex hoc, quod una sola macula relinquitur in anima ex mala voluntate, & opere procedente ex ea, & una sola pœnitentia injungitur pro illis. Ergo cum voluntas, & actus non prohibeantur nisi propter peccatum, videtur quod prohibitio voluntatis, & prohibitio operis, exeuntis ex illa, non debent facere duo mandata. Præterea, prohibita voluntate, prohibetur actus, est ergo prohibitio operis superflua, facta prohibitione voluntatis. Item nulla pura negatio est meritoria vitæ æternæ, sed tantum declinatoria pœnæ, sed omne mandatum observatum meritorium est, ergo nullum mandatum est pura negatio. Solut. Cum dicitur: Non mœchaberis, non intelligitur pure negatio, sed aliquo modo assertio, sed constat quod ibi non asseritur actus exterior, ergo interior, ergo non mœchaberis, sensus est, i. noli mœchari, & ita ibi præcipitur voluntas non mœchandi. Et hic similiter: Non desiderabis uxorem proximi tui, ergo illa duo sunt idem præceptum omnino. Similiter objici potest, de illis duobus: Non furtum facies: Non concupisces rem proximi tui. Solut. Sine præjudicio dicimus ad primum, quod homines naturaliter, ex quo peccavit Adam, nascuntur proni ad voluntatem luxuriæ, & ad opus; similiter ad voluntatem concupiscentiæ, & ad opus, & ideo in utroque duæ sunt prohibitiones, sed homicidii tam voluntatem, quam opus naturaliter abhorret homo, & ideo sufficit una prohibitio. Item alia est delectatio voluntatis mœchandi, alia ipsius operis, & omnino separatæ. Aliquando enim quis delectatur in sola cogitatione, qui nullo modo faceret opus, & ideo duæ sunt prohibitiones; una, qua prohibetur delectatio voluntatis; alia, qua prohibetur delectatio operis. In homicidio non est sic. Nullus enim desiderat occidere, vel delectatur in cogitatione mortis alicujus nisi, quia vellet opus, i. mortem illius, & ideo tantum una prohibitio est de homicidio. Inde Hebræi dicunt, quod cum dicitur: Non desiderabis uxorem proximi tui, prohibetur sollicitatio ad mœchiam, quæ fit munusculis, vel nunciis, vel nutibus, vel signis, sed hoc non diversificaret mandata. Ad secundum dicimus, sicut alibi dictum est, quod voluntas, & opus ejus uno modo sunt duo peccata, alio modo unum formaliter, effective, finaliter. Sunt unum peccatum formaliter, quia una est malitia, vel eadem voluntatis, & operis, scil. eadem inordinatio, quæ forma dicitur peccati effective, quia idem est effectus voluntatis, & operis, scil. eadem macula animæ, & idem reatus. Finaliter, quia finaliter eadem pœna, licet major debeatur voluntati simul, & operi, quam soli voluntati. Materialiter sive essentialiter sunt duo peccata, quia alia est actio exterior, alia interior; voluntas scil. & opus. Dicimus ergo, quod eo modo, quo voluntas, & opus ejus sunt duo peccata, sunt & duæ prohibitiones de illis.

Item alia est ratio, & forte melior, quod quilibet opere mœchiæ nocet alii; voluntate, & cogitatione sibi soli, & ita cum ratione nocumenti fiant prohibitiones, patet, quod debent esse duæ prohibitiones, & duo mandata: Non mœchaberis: Non desiderabis uxorem proximi tui. Similiter: Non furtum facies: Non concupisces rem proximi tui. Ad ultimum dicimus, quod cum dicitur: Non mœchaberis, præcipitur voluntas non mœchandi, sicut objectum est. Similiter cum dicitur: Non desiderabis uxorem proximi tui, Sed alterius est hæc voluntas, & illa alterius. In primo prohibetur voluntas faciendi opus exterius, vel delectandi in opere exteriori. In secundo prohibetur voluntas faciendi opus interius sive delectandi in opere interiori: Unde idem est, ac si diceretur: Noli maculare animam tuam actu fornicationis exterioris: Noli maculare animam tuam voluntate, vel cogitatione fornicationis. Et ita patet, quod non præcipitur idem.

a Non assumes, &c.] Quod fit tripliciter. Vel frustratorie jurando. Unde *Ecclesiast.* 23. Jurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa, &c. Vel Christum credendo puram creaturam, Omnis enim creatura vana est, imo vanitas. *Eccles.* 1. *Roman.* 8. Omnis creatura vanitati subjecta est. Christus autem recte nomen Dei dicitur. Ipse enim potentiam patris, & misericordiam locutus est. Est enim nomen patris, vel nomen Christiani, quod ab ipso Christo contrahitur in baptismo, per peccatum annihilando. 2. *Cor.* 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c. Nomen Dei sui frustra, ergo frustra jurare prohibetur, ergo qui pro nihilo jurat, peccat mortaliter.

Deut. 5. Matth. 15. Matth. 9.

b Memento ut diem] *Interl.* tertium mandatum, supple secundum *Aug.* Quia præceptum de Sabbato sit cæremoniale. *Ezech.* 20. dicit Dominus: Sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me, & eos. Ibi *Gloss.* Sicut circuncisio fuit signum veræ circuncisionis, ita Sabbatum fuit signum veri sabbati. Item super illud *Jo.* 5. Pater meus usque modo operatur &c. dicit *Gloss. Aug.* Cum Deus semper operetur, patet, sacramentum esse, quod de requie Sabbati legitur, quod concedunt quidam. Sed si hoc, quare ergo inter moralia præcepta ponitur: Sol. Duplex fuit ratio institutionis Sabbati. Principalis fuit ad significandum quietem mentis in præsenti, & quietem æternitatis in futuro, & quoad hoc fuit cæremonialis. Secunda ratio fuit, ut Judæi expediti ab exterioribus operibus, liberius vacarent interioribus, & quoad hoc fuit moralis. Hoc propter secundam rationem ponitur inter moralia, & quoad hoc manet in Dominica.

c Sanctifices.] idest, sanctum, & feriatum habeas. Ideo voluit Dominus diem Sabbati sanctificari, quia ipse die septima requievit ab omni opere, quod patrarat. *Levit.* 23. Septimus dies, quia requies Sabbati, vocabitur sanctus, omne opus, &c. Memento, sanctifices abstinendo a malis operibus, & insistendo bonis. Non enim sufficit declinare a malo, sed & facere bonum, sicut dicit *Psalmus* 36. Hæ enim sunt duæ partes justitiæ perfectæ, ut dicit *Augustin.* a quibus operibus non sit abstinendum. Dicitur *Levit.* 23. Affligetis enim animas vestras. Sabbatum enim Domini est. Sic enim in Sabbato debet homo quiescere, ut non careat operibus misericordiæ. A quibus autem sit abstinendum, dicitur. *Num.* 15. ubi jubetur lapidari colligens ligna in Sabbato. Ligna sunt peccata, quibus succenditur ignis infernalis. *Is.* 30. Præparata est ab heri Tophet, &c. Et *Jerem.* 17. Nolite onera portare, &c. Onera sunt peccata, quæ demergunt animam in profundum laci. Unde *Zachar.* 5. Talentum plumbi, &c.

Gen. 8.

d Honora patrem, & matrem] *Interl.* Hoc est primum mandatum in altera tabula. Primum inquam septem mandatorum, quæ pertinent ad proximum, sicut dicit ibi *Gloss.* tabulæ cordis, sunt capax intelligentia, & tenax memoria. In his debet esse scripta lex. *Deuteronom.* 6. Audi Israel præcepta &c. Debent etiam tabulæ esse scriptæ intus, & foris; quia debent habere historicam, & mysticam intelligentiam legis. Unde *Ezechiel.* 2. vidit librum scriptum intus, & foris &c. Honora patrem. Honor parentum in duobus consistit. In debitæ reverentiæ exhibitione, & necessariorum voluntaria administratione. *Ecclesiastic.* 3. Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore, vita, scil. & naturæ in præsenti, vel vita spirituali gratiæ, scil. in præsenti, & gloriæ in futuro. Item *ibid.* Benedictio patris firmat domos filiorum,

maledictio

maledictio autem matris eradicat fundamenta. Multa reperies ibi de hac materia. Nota autem, quod nomine patris, & matris accipitur omnis proximus. Et adjungitur huic præcepto promissio vitæ longioris, quia justum est, ut qui vitam alterius sustentat, vita ejus prolongetur a Domino. In hoc autem mandato, & in aliis, quæ sequuntur, a patre intelligitur totum, ut dicit *Isidorus* infra.

a Non occides.] Manu, vel mente, verbo, vel exemplo, auxilii, vel consilii subtractione, vel consensu. Omnibus enim his modis contrahitur homicidium. Manu, *Genes. nono*. De manu viri, & fratris, &c. Mente. 1. *Joannis tertio*. Omnis, qui odit fratrem suum, &c. Verbo. *Deuteronom. decimonono*. Si securis fugerit manum, & ferrum, &c. *Gregorius*. Tunc ferrum de manubrio labitur, cum sermo durior mensuram correctionis excedit. Exemplo. *Osee quinto*. Laquei facti estis speculationi, & sicut rete, &c. Auxilii, & consilii subtractione. 1. *Joann. 3.* Qui habuerit substantiam hujus mundi, &c. quasi dicat, charitas non manet in eo. *August.* Pasce fame morientem, si non paveris, occidisti. Consensu. *Ezech. 25.* Pro eo quod dixisti, Euge, euge super sanctuarium meum, &c. Et *Psalm. 124.* declinantes in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.

b Non mœchaberis.] *Interl.* Non cuilibet miscearis, excepto fœdere matrimonii. Per partem enim vult intelligi totum, & ita nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus prohibetur.

c Non furtum facies.] Nomine furti intelligitur omnis cujusque rei alienæ usurpatio.

d Contra proximum tuum falsum testimonium.] Hic prohibetur omne mendacium. Licet quidam male sentiant Deum tacite consensisse mendacio, quod prodest alicui, & nulli obest. Contra quos *Aug. in lib. de mendacio*. Qui credit aliquod mendacium non esse peccatum, turpiter se decipit.

e Non concupisces domum, &c. Nec desiderabis uxorem] Hæc duo ultima secundum *Aug.* sunt duo præcepta, sed secundum *Orig.* unum. In primo concupiscentia prohibetur possessionis. In secundo concupiscentia uxoris. Unde servus, & ancilla si concupiscatur, ut possessio, tunc continetur sub primo præcepto: Si vero ad usum carnis, sub secundo. Et ideo post utrunque ponuntur, quia ad utrumque pertinere possunt. Quidam aliter distinguunt, dicentes, quod in primo prohibetur concupiscentia rei alienæ immobilis. Sed hæc differentia pure est materialis, nec facere diversa potest præcepta. Hic lege *Gloss. Isid.* Primum mandatum, &c. Primum prohibet surreptionem. Secundum, errorem. Tertium, sæculi interficit amorem. Quartum, impietatem. Quintum, crudelitatem. Sextum, fornicationem. Septimum, rapacitatem. Octavum, perimit falsitatem.

f Videbat voces,] idest, visu mentis intelligebat. Vel videbat, idest, audiebat. Visus enim cum sit generalis, pro quolibet sensu ponitur. Unde *Interl.*

g Lampades,] idest, coruscationes.

i Loquere tu nobis,] timentes accedere, vel indignos se reputantes.

k In qua erat Deus.] Non per circumscriptionem, non diffinitione, sed per effectus suæ potentiæ ostensionem. Et per hoc solvitur quædam *Interl.* quæ ibi est, quæ quærit sic: Quomodo in nebula erat, cui cœli cœlorum non sufficiunt? Item solet quæri qualiter decem præcepta reducantur ad decem plagas. Scriptum est enim *Job 5.* Dominus vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus sanat. Ideo *Rab* reducit ea, & adaptat decem plagas secundum ordinem decem præceptis. Dicamus, quod primum præceptum reducitur ad primam plagam tanquam remedium contra morbum. Prima enim plaga fuit mutatio aquæ in sanguinem, per quod significatur conversio spiritualis intelligentiæ in carnalem intelligentiam: Quæ plaga sanatur per primum mandatum, ubi fides præcipitur, quæ est principium intelligentiæ, sicut dicit *Gregorius 2. Moral.* Purificat enim cor, ut dicitur *Actorum 15.* Cor autem mundum videt Deum. *Matth. 5.* Beati mundo corde, &c. Secunda plaga fuit multitudo ranarum per quam significatur vana loquacitas. Contra quam medicina est secundum mandatum, in quo vanitas, & loquacitas prohibetur. Tertia plaga est sciniphes, per quam significatur cura, & solicitudo hujus sæculi, quæ turbat quietem mentis. Contra quam medicina est tertium mandatum, ubi quies mentis præcipitur. Unde *Gregorius*: Israel custodiam Sabbati accepit in munere, & Ægyptus percutitur muscarum multitudine. Quarta plaga fuit cœnomyia, idest, musca canina: per quam significatur quorumdam reprobanda tenacitas, qui parentibus, & proximis indigentibus nolunt sua communicare more canis, qui os dum rodit, etiam patrem odit. Hujus igitur plagæ recte medicina est quartum mandatum, ubi parentum, & proximorum præcipitur honor. Quinta plaga fuit mors pecudum, per quas significantur luxuriosi. Unde hujus plagæ recte medicina est quintum mandatum, ubi fornicatio prohibetur. Sexta plaga fuit vulnera, & vesicæ, per quæ significantur iracundi, quia sicut vulnus, & vesica faciem exteriorem deturpant, nec sinunt agnosci, ita ira faciem interiorem, idest, mentem turbat, & inflat. Hujus plagæ recte medicina est sextum mandatum, ubi homicidium prohibetur. Septima fuit grando, quæ devoravit omnia, quæ invenit extra domum, per quam significantur rapaces, fures, usurarii, & hujusmodi. Hanc plagam sanat septimum mandatum, ubi omnis rapina prohibetur: Octava plaga fuit bruchus, qui dente mordet. Per quem significantur detractores, de quibus *Galat. 5.* Si invicem mordetis, &c. Hujus plagæ medicina est octavum mandatum, ubi omnis injuria prohibetur. Nona plaga fuit tenebræ palpabiles, per quas concupiscentia carnis, quæ miro modo mentem obtenebrat, significatur. Hanc plagam sanat nonum mandatum, scilicet: Non desiderabis uxorem proximi tui, &c. Decima plaga fuit mors primogenitorum. Primogenita sunt opera fidei. Unde *Raban.* Omnia bona opera sunt spirituales filii, sed inter hos primogenita fides. Quisquis autem, ut dicit *Raban.* rem alienam exterius cupit, interius fidem perdit. Cupiditas ergo primogenita necat. Ergo non concupiscere rem proximi, decimam plagam sanat. Et est congrua reductio istius mandati ad decimam plagam. Qui enim rem alienam cupit, vellet, cujus rem cupit, hæres fieri, & ita vellet, ut ille non haberet primogenitos. Et ideo jure in primogenitis punitur, qui rem alienam male cupit. Hæc decem præcepta sunt decem chordæ psalterii decachordi, Tange primam chordam, & primum vitium occidisti, & sic de aliis.

h Steterunt procul,] *Gloss. Greg.* In quibusdam locis Scripturæ historia servanda est, & allegoria, & sæpe sola allegoria quærenda est, aliquando sola historia, & allegoria est tacenda, ut tardiores pascantur per historiam, & velociores ingenio, per allegoriam, &c.

l Super eo, &c.] Holocaustum totum incedebatur Domino, sacrificium vero non totum, sed pars dabatur offerentibus, qui simul eam comedebant. Pars alia Sacerdotibus, & alia Domino. Et quia tales comessationes solent homines reconciliare, dicebantur pacifica. Proprie vero dicuntur pacifica, quæ fiebant pro pace habenda, vel conservanda.

---

a Non occides. Non *b* mœchaberis. Non *c* furtum facies. Non loqueris *d* contra proximum tuum falsum testimonium. *e* Non concupisces domum proximi tui: Nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt. Cunctus autem populus videbat *f* voces, & *g* lampades, & sonitum buccinæ, montemque fumantem, & perterriti, ac pavore concussi *h* steterunt procul, dicentes Moysi: *i* Loquere tu nobis, & audiemus: Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: Ut enim probaret vos, venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longe: Moyses autem accessit ad caliginem, in *k* qua erat Deus. Dixitque præterea Dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel. Vos vidistis, quod de cœlo locutus sim vobis. Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis *l* super eo holocausta, & pacifica vestra, oves vestras, & boves in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Veniam ad te, & benedicam tibi. Quia si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis

Non

Rom. 13. Deut. 28. Hebr. 12. Deut. 19. Josue 8.

a Non ascendes per gradus] Contra, *infra* 28. legitur, quod Sacerdos, quando immolabat, ascendebat per gradus propter altaris altitudinem. Solutio: Hic prohibet Dominus fieri gradus perpetuos, & altari immobiliter adhærentes, sed non prohibet scabellum supponi pedibus Sacerdotis volentis immolare, cum aliter non posset propter altaris altitudinem. Et de illo scabello intelligitur, de quo dicitur *infra*. Vel forte tantum spiritualiter intelligitur hæc prohibitio graduum altaris.

illud de sectis lapidibus: Si enim levaveris cultrum tuum super eo, polluetur. Non *a* ascendes per gradus ad altare meum: ne reveletur turpitudo tua.

C A P. XXI.

HÆc sunt *b* judicia, quæ propones eis: Si *c* emeris servum Hebræum, *d* sex annis serviet tibi: in septimo egredietur *e* liber gratis. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat. Si habens uxorem, *f* & uxor egredietur simul. Sin autem Dominus dederit illi uxorem, & peperit filios, & filias, mulier, & liberi ejus erunt domini sui; ipse vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit servus: Diligo dominum meum, & uxorem, ac liberos, non egrediar liber, *g* offerat eum dominus diis, & applicabitur ad ostium, & postes: perferabitque aurem ejus *h* subula, & erit ei *i* servus in sæculum. Si quis vendiderit *k* filiam suam in famulam, non *l* egredietur, sicut ancillæ exire consueverunt. Si *m* displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerit, dimittet eam; populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si *n* spreverit eam. Sin *o* autem filio suo desponderit eam, juxta morem filiarum *p* faciet illi. Quod si alteram ei acceperit, providebit puellæ nuptias, & vestimenta, *q* & pretium pudicitiæ non negabit. Si tria ista non fecerit, egredietur *r* gratis absque pecunia. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur. *s* Qui autem non est insidiatus, sed *t* Deus tradiderit illum in manus ejus, constituam tibi *u* locum, quo fugere debeat. Si *x* quis per indu-

A

EXPOSITIO

CAP. XXI.

Deut. 15. Jer. 14. Inst. 7. in summa.

HÆc sunt *b* judicia,] Quia inobedientia juste punienda est, ideo recte post præcepta, quibus obediendum, dat Dominus judicia, quibus inobediens puniatur. Lex enim data est duris in flagellum, judicibus in pædagogum, sed perfectis in signum. *c* Si emeris] idest, si emeris aliquem Hebræum, ut sit tibi servus. *d* Sex annis serviet, &c.] Nisi intervenerit interim jubilæus. *e* Liber gratis.] id est, pro libertate sua: Nec aliquid dabit Domino, nec pro servitio, quo servivit, aliquid accipiet ab eo. Tamen *Deut.* 15. dicitur: Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, vel Hebræa: & sex annis servierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum; quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patiaris, sed dabis viaticum. *f* Et uxor egredietur] & filii ejus, si quos genuit. Et uxorem, quam dominus suus dedit ei, nolens dimittere, uxorem, & liberos.

g Diis,] idest, Sacerdotibus præsentabit ad ostium tabernaculi. Sed contrarium videtur *Deut.* 15. ubi dicitur: Assumes subulam, & perforabis aurem ejus in janua domus tuæ. Non ergo ad ostium tabernaculi. Solut. Forte primo offerebatur servus Sacerdotibus ad ostium tabernaculi, & post Dominus reducebat eum, & in janua domus suæ perforabat ei aurem ex jussu Sacerdotis. Vel forte tabernaculum, dicitur domus ejus, quia est commune omnium. Et quod tacetur hic de ancilla, in *Deuter.* 15. suppletur. *h* Subula,] Instrumentum quo utuntur sotulares. *i* Servus in sæculum.] idest, dum vivet, vel usque ad jubilæum: Tunc enim liberabitur.

k Filiam suam in famulam,] Tamen ex quo filia vendita fuit in famulam videtur quod eadem lex sit in filia, & ancilla, quia filia jam ancilla est. Solut. Aliud est vendi in ancillam, & aliud in famulam. Ancilla serva dicitur, sed famula concubina, quam Græci Morpheton vocant, i. amicam. Sed videtur quod lex ista contraria sit. *Supra n.* 20. Prohibitus est omnis concubitus excepto fœdere nuptiali, ubi dictum est: Non mœchaberis, hic vero lex videtur innuere, quod liceat vendere filiam in concubinam. Solut. vendere filiam in concubinam, permissio est, non præceptum. Neque hic invenitur quod liceat, sed docetur, quid juris sit, & quid fieri debeat, cum quis vendit filiam in concubinam. Tamen quidam dicunt, quod nomine concubinatus, intelligitur privatum matrimonium, & sic licitum erat vendere filiam in concubinam.

l Non egredietur, sicut ancillæ] idest, sine pretio.

m Si displicuerit] postquam humiliata est ab eo.

n Si] idest, quamvis, spreverit, idest, humiliaverit concumbendo cum ea, nec uxorem faciendo.

p Faciet illi.] idest, sicut filiæ dotem apponet. Infames enim sunt nuptiæ sine dote. *o* Sin autem filio] Nota si quis filiam alterius, non sibi, sed filio suo emisset, eadem lex erat, & idem faciendum. Tribus autem modis poterat fieri, quia si ipse vel filius humiliaverit eam in concubinam, idest, non factam uxorem, si postea displicet ei, vel filio, provideat ei dotem, & virum propter humiliationem, si nec agnominaverit sibi. Si uxorem eam duxit, & postea displicet, juxta legem uxorem faciat, idest, non poterit eam dimittere, sine libello repudii, sicut fit uxoribus repudiatis, ut legitur *Deut.* 24. Similiter faciendum, si filio suo eam conjunxerit in uxorem. Si autem ista tria non fecerit, idest, nec ipse eam humiliaverit sine agnominatione, nec filio suo eam dederit in uxorem, ancillarum more egrediebatur gratis, idest, nec dabat, nec accipiebat pretium. Vendere autem, vel copulare viro non Hebræo non poterat dominus, qui emerat eam. Si vero servo Hebræo copulabat eam, ipsa cum marito suo libera gratis egrediebatur septimo anno.

B

Levit. 24.

q Et pretium pudicitiæ, idest, virum & dotem, & vestes providebat ei pro pretio pudicitiæ ablatæ.

r Gratis absque pecunia,] *Interl.* Sicut servus Hebræus: Ergo servus Hebræus nihil accipiebat. Contra *Deut.* 15. legitur. Dabis ei viaticum de gregibus, & de area, & de torculari, &c. Solut. Ibi monet Dominus servo dare viaticum, non quia teneatur, sed ex honestate. Unde sic intelligitur hic: Nihil accipies ex debito servitutis.

15. q. 1. c. nec his.

s Qui autem non est insidiatus,] Quære, & lege illam Glossam *Rabani*, quæ sic incipit: Qui non est insidiatus, &c.

t Sed Deus tradiderit illum] Et hoc videtur, ut dicit *August.* Si quis volens occidat alium, quod Deus non tradidit illum in manus occidentis. Quod falsum est, quia nisi Deus tradidisset, non posset eum occidere. Ad hoc dicit *August.* quod revera, si quis volens, vel nolens occidat aliquem, Deus tradidit in manus occidentis, sicut & filium suum tradidit. Sed quando volens quis occidit alium, tunc & Deus tradidit illum, qui occiditur, & voluntas occidentis concurrit in necem illius. Quando vero nolens quis occidit alium, tunc solus Deus dicitur tradere illum, qui occiditur in manus occidentis, quia voluntas occidentis non concurrit. Hoc igitur interest, quia hoc tantum Deus facit, illud autem & Deus, & homo. Sed non sicut Deus, ita & homo, Deus enim juste, licet occulta sit justitia, homo vero dignus pœna, & tamen occidit, quem Deus vult occidi. Non enim ministerium Deo præbet jubenti talis occisor, sed suæ malitiæ, & cupiditati deservit. Unde in eodem facto, Deus de occulta justitia laudatur, & homo de propria iniquitate punitur.

Rom. 8.

u Locum, quo fugere debeat.] Et erit tibi, donec per judices civitatis illius reconcilietur, & usque ad mortem Summi Sacerdotis. Tunc enim redire poterat securus ad propria. De his civitatibus habetur *Num.* 35. *Deut.* 19. & *Josue* 20. Qui vero ex industria occiderat, etiam ab altari evellebatur. Quod fecit Salomon de Joab 3. *Reg.* 2. Instar harum civitatum habemus nos loca Deo dicata. Majorem tamen immunitatem præstant, quam illæ civitates. Salvatur enim in eis etiam volens homicida, & quilibet fugitivus. Tamen quidam exceptionem faciunt. Si enim pro homicidio, vel furto facto in Ecclesia, vel hujusmodi, confugiat ad Ecclesiam, dicunt inde debere extrahi, & puniri. *x* Si quis per industriam. *Deut.* 19. Si quis odio habens, &c.

Qui

ſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo avelles eum, ut moriatur. Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem, morte moriatur. Qui *a* maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur, Qui *b* furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur, Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum *c* lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed jacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit, & ambulaverit foris ſuper baculum ſuum, *d* innocens erit, qui percuſſerit; ita tamen, ut *e* operas ejus, & impenſas in *f* medicos reſtituat. Qui percuſſerit ſervum ſuum, vel ancillam *g* virga, & mortui fuerint in manibus ejus, criminis *h* reus erit: Sin autem uno die, vel duobus ſupervixerint, non *i* ſubjacebit pœnæ: quia pecunia illius eſt. Si rixati fuerint viri: & percuſſerit quis *k* mulierem prægnantem, & *l* abortivum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubjacebit damno, quantum expetierit maritus mulieris, & arbitri judicaverint: Sin *m* autem mors ejus fuerit ſubſecuta, reddet *n* animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore. Si percuſſerit quiſpiam *o* oculum ſervi ſui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, *p* dimittet eos liberos, pro oculo, quem eruit. Dentem quoque ſi excuſſerit ſervo, vel ancillæ ſuæ: ſimiliter dimittet eos liberos. Si *q* bos cornu percuſſerit virum, aut mulierem, & mortui fuerint: lapidibus obruetur; & *r* non comedentur carnes ejus: dominuſque bovis *ſ* innocens erit. Quod ſi bos cornupeta fuerit, *t* ab heri, & nudiuſtertius: & *u* conteſtati ſunt dominum ejus; nec recluſit eum, occideritque virum, aut mulierem: & bos lapidibus obruetur: & dominum illius occident. *x* Quod ſi pretium ei fuerit impoſitum, dabit pro anima ſua quicquid fuerit *y* poſtulatus. Filium *z* quoque, & filiam, ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubjacebit. Si ſervum, ancillamque invaſerit: *a* triginta ſiclos argenti dabit domino: bos vero lapidibus

a Qui maledixerit] *Deut.* 21. Si genuerit homo filium contumacem, &c.

b Qui furatus fuerit hominem,] Quod eſt crimen plagii: Tales enim plagii dicuntur, & facinoroſi.

c Lapide,] Lapide vel pugno percutit, qui duritia mentis, vel immiſericordia compaſſionis, proximum auxilio, vel conſilio indigentem ſcandalizat. De qua percuſſione *Iſai.* 58. Ecce ad lites, &c.

De homic. 1.

d Innocens erit,] ideſt, non morietur.

e Ut operas] ideſt, damnum, ſcil. rei familiaris, quod ſuſtinuit, & in corporis ſui dehoneſtatione, vel læſione. Remiſſa enim eſſet lex iſta, ſi præciperet tantum expenſas in medicos reſtitui, nec damnum læſi corporis, & rei familiaris præciperet reſarciri. Quod quidem Eccleſia facit, ita etiam quod læſo aliquando fit homicidium a lædente.

Lev. 20. *Prov.* 20. *Matth.* 7. *De furtis, cap.* 1.

De uſur. c. 1.

C

f In medicos,] ideſt, in doctores, impendat, qui infirmam baculo conſolationis erigant: & fomento prædicationis nutriant.

g Virga,] ideſt, baculo: viminis enim percuſſione non moreretur.

h Criminis reus] quia ex crudelitate ejus conſtat eſſe occiſos: Non autem determinatur hic pœna: forte lege talionis hic puniendus erat.

i Non ſubjacebit pœnæ:] tantæ ſcilicet, quia verberavit eum cauſa correptionis: Vel forte aliqua alia cauſa moriebatur.

k Mulierem prægnantem,] Volentem juvare alterum virum, contra quem ille pugnat. Nec diſtinguit lex inter nebulonem, & nebulonem: nec inter percutientem, & percuſſam: nec inter abortivum, & abortivum, quia inde poſſet Rex naſci: Modo vero Judex tam Eccleſiaſticus, quam Sæcularis diſtinguit: Unde *Cantor Pariſienſis* dicit ſe ignorare qualiter leges iſtæ Domini ſint tenendæ: tamen ſunt tenendæ.

l Abortivum quidem fecerit,] ideſt, puerperium percuſſione ſua extinxerit. Nec determinat lex de fœtu, an de formato, an de informato debeat intelligi, ideſt, nondum animato. *Auguſtinus* tamen dicit non eſſe homicidium, fœtum nondum formatum extinguere. *Origenes* ponit hanc litteram: Quod ſi, &c. Sed quare non ita pro informi? Nonne æque homicida eſt pueri naſcituri, ſicut & pueri jam nati, & formati? Hic ſine dubio non ſunt manus Moyſi graves: ſed manus Chriſti graviores.

Moraliter.

k Si quis mulierem, &c.] Moraliter: Mulier prægnans, quælibet anima devota, & pœnitens, quam ſæpe percutiunt confeſſores: vel nimis aſpere objurgantes: vel nimiam pœnitentiam imponentes: ut ita pœnitentiam, quam mente conceperat, anima dimittat, & ad peccara præterita redeat. Tales confeſſores, ſunt obſtetrices Pharaonis, ideſt, diaboli, qui infantes Judæorum, ideſt, confitentium propoſito necare non metuunt. Tales jurati ſunt cum Herode, qui parvulos interfecit. Tales non ſunt Chriſti diſcipuli, quibus dictum eſt *Jo.* 11. Solvite eum, & ſinite abire.

m Sin autem mors ejus] ideſt, mulieris. Vel ejus, i. puerperii, ut hoc exponatur de puerperio jam formato: præmiſſum autem de informi. Et eſt ſenſus: Si mors ejus fuerit ſubſecuta, ideſt, ſi puerperium jam vivum, ex percuſſione fuerit mortuum. Sed quærit *Origenes*, quomodo quæ ſequuntur explicabuntur, cum infans animatus nondum dentes habeat?

n Animam pro anima, ſecundum legem talionis. Lex talionis eſt, qua taliter ſit lædendus juſte, qualiter ipſe injuſte fecerit alii. Sed hodie aggravatæ ſunt manus Chriſti ſuper talionem, quia ſuſpenditur quis pro cappa furata, & pro oculo eruto non eruitur oculus; ſed punitur pecunia. Tunc autem nullatenus parceretur. Unde, *Hebr.* 10. Irritam faciens legem, &c. Notandum, quod talio determinationē recipiebat in neceſſitate: ut lædens mulier virum in virilibus, puniebatur manu, & vir lædens mulierem prægnantem, ita ut faceret abortivum, mulctabatur pecunia; proprie talio non erat in injuriis rerum: ſed tantum in læſione corporum, quia furata reſtituebantur in duplum, vel quadruplum, ut legitur de Zachæo *Lucæ decimonono.*

Deut. 19. *Matth.* 5. 21. *q.* 1. *c. ſex differentiæ.* 2. *q.* 4. *c. hæc autem hæc.*

D

o Oculum ſervi ſui,] Non determinat lex, Hebræi, vel advenæ; unde de utroque intelligi poteſt.

p Dimittet eos liberos,] Favorabilis eſt libertas: quia modico damno vult Dominus ſervos dimitti liberos.

q Bos cornu percuſſerit virum, &c.] Archidiaconus eſt majoris prælati diſcipulus. Duo cornua quibus lædit, poteſtas ejus, & cupiditas. Primo cornu ferit per excommunicationem. Secundo trahit pecuniam, etiam per excommunicationem antequam remittat minas, aut conferat abſolutionem. De hoc bove cornupeta dicitur *Ezech.* 34. Ecce ego judico inter pecus pingue, &c.

r Non comedentur carnes ejus:] In criminis deteſtationem: Nunc autem dari poſſent pauperibus.

ſ Innocens erit.] tanquam inſcius.

t Ab heri, & nudiuſtertius:] *Interlin.* ideſt, tempore præterito: a parte totum, ut ſcil. ſit probabile, dominum non ignorare bovem fuiſſe cornupetam.

u Conteſtati] ideſt, ſub teſtimonio oſtenderunt.

x Quod ſi pretium] ideſt, ſi permiſſum fuerit ei, ut redimat ſe pretio, ad poſtulationem parentum mortui, vel judicis, vel populi nobilitatem, vel utilitatem Reipublicæ.

y Poſtulatus.] a parentibus mortui, vel judicibus, vel arbitris.

z Filium quoque,] Illius, cujus eſt bos cornupeta, ne poſſet dicere; quid ad vos, ſi bos meus occidit filium meum? Si autem filius, vel filia non occiditur, ſed tantum percutitur, quis exiget debitum? Judices. Aliqui exponunt hoc de filio, vel filia alterius, non illius, cujus eſt bos, nec variatur expoſitio.

a Triginta ſiclos] Hebræi dicunt, ideo ſic æſtimant pretium ſervi, quia triginta generationes egreſſæ ſunt de Cham, quem Noe ſervituti addixit, 1. *Par.* 1.

a Ape-

a Aperuerit cisternam,] Nomine cisternæ, intelligitur puteus, cujus propugnaculum, & quicquid tale potest esse causa, vel occasio mortis alicujus. Quidam intelligunt de cisterna, vel puteo facto juxta viam. Aliter enim est si in agro, vel in invio. Sed si bos cornupeta alicujus bovem alterius impulerit in cisternam discoopertam, quid juris fieret? quis reddet bovem? an dominus cisternæ? an dominus bovis cornupetæ?

De infra c. 2.

Moraliter. Moraliter. Cisterna aperta, mulier fatua, collo extento, & sparsis crinibus incedens, & facie non velata. In quam cadit bos, vel asinus, quando quis sensatus, aut alius specie capitur. Ideo dicit Apostolus 1. *Corinth.* 11. Si non velatur mulier, tondeatur, &c. Et *Isai.* 3. Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, &c. Et *infra*. Et erit pro suavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine calvitium.

De infra c. 3. A

b Vendent bovem] Et quid si bos vivus deterior mortuo? Intelligitur hoc, quando Dominus bovis cornupetæ nesciebat bovem esse cornupetam, & ita non erat in culpa. Unde satis erat; si partem bovis sui amittebat.

De hom. c. 3.

c Cadaver autem mortui, &c.] Sed ad quid jubetur cadaver dividi, cum non liceret hujusmodi carnibus vesci? Forte propter corium ejus, cujus usus bonus erat.

opprimetur. Si quis *a* aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, vel asinus in eam, reddet Dominus cisternæ pretium jumentorum, quod autem mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus bovem alterius vulneraverit, & ille mortuus fuerit, *b* vendent bovem vivum, & divident pretium, *c* cadaver autem mortui inter se dispertient. Si autem sciebat, quod bos cornupeta esset ab heri, & nudiustertius, & non custodivit eum dominus suus, reddet bovem pro bove, & cadaver integrum accipiet.

C A P. XXII.

SI quis furatus fuerit bovem, aut ovem, & occiderit, vel vendiderit, quinque *d* boves pro uno bove restituet, & quatuor oves pro una ove. Si *e* effringens fur domum, sive suffodiens, fuerit inventus, & *f* accepto vulnere mortuus fuerit, *g* percussor non erit reus sanguinis: Quod si *h* orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Si non habuerit *i* quod pro furto reddat, venumdabitur: Si inventum fuerit apud eum, quod furatus est, *k* vivens, sive bos, sive asinus, sive ovis, *l* duplum restituet. Si læserit quispiam agrum, vel vineam, & dimiserit jumentum suum, ut depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea pro damni æstimatione restituet. Si egressus ignis invenerit spicas, & comprehenderit acervos frugum, sive stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit. Si quis commendaverit amico pecuniam, vel vas in custodiam, & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint, si invenitur fur, duplum reddet. Si *m* latet, Dominus domus applicabitur ad Deos, & jurabit, quod non extenderit manum in rem proximi sui, ad perpetrandam fraudem, tam in bove, quam in asino, & ove, ac vestimento, & *n* quicquid damnum inferre potest, ad *o* Deos utriusque causa perveniet, & si illi judicaverint, *p* duplum restituet proximo suo. Si quis commendaverit proximo suo asinum, bovem, ovem, & omne jumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum *q* ab hostibus, *r* nullusque hoc viderit; jusjurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietque Dominus juramentum, & ille reddere non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino: Si comestum a bestia, deferat ad eum quod

EXPOSITIO CAP. XXII.

De infra c. 4.

SI quis furatus fuerit bovem. *d* Quinque boves pro uno] *Num.* 5. videtur esse contrarium, ubi jubetur fieri rei ablatæ restitutio cum quinta capitis. i. jubetur capitale reddi, & quinta pars superaddi. Solutio: Hic necessaria est distinctio. Nam sublatio rei alienæ, aliquando fiebat ex industria, furto vel rapina, aliquando per negligentiam, aliquando per ignorantiam. De re sublata scienter dicitur hic quod restituatur in quadruplum, vel quintuplum, si res perierat, sed si stabat integra, in duplum. De sublata per ignorantiam, agitur in *Num.* Vel de re furtiva quando latebat furtum, & fur pœnitens sponte confitetur, & reddit, tunc sufficiebat reddere caput, & addere quintam. Si vero non esset, qui reciperet, redderetur Deo, & esset Sacerdotis. Et pro peccato furti, & pro negligentia, fiebat aliqua oblatio secundum quantitatem rei. Aliqui libri habent, quatuor boves pro uno, quæ videtur verior littera, per hoc quod dicit Zachæus. *Luc.* 19. Ecce dimidium bonorum meorum, &c. *Joseph.* dicit aurum, & argentum reddi in duplum, jumenta in quadruplum, solum bovem in quintuplum, quia quanto quod possidetur ceteris est utilius, tanto amittitur damnosius. Bos, quinque utilitates habet: Carnibus suis nos pascit, terram arat, segetes triturat, corio calceat, cornibus armat. Unde versus:

Pascit, arat vitulus, triturat, calceat, armat.

Et ideo debent quinque boves pro uno reddi. Ovis vero quatuor habet utilitates. Immolatur, lactat, pascit, & vestit, & ideo pro una jubentur quatuor reddi.

e Si effringens fur,] de nocte, scilicet.

f Accepto vulnere] *Augustinus* dicit: Si fur nocturnus occiditur, non est reus homicidii, qui occidit, quia non poterat discerni, utrum ad furandum, vel occidendum venisset, eo quod nox esset. Sed si diurnus occiditur, nullum ferens gladium, tunc occisor reus est homicidii, & puniri jubetur, ut homicida, quia discerni poterat, quod tantum ad furandum venerat. Si vero tunc fur talis se defenderit, tunc occisor non est reus homicidii, quia plus est quam fur.

De infra c. 5. B

11. q. 4. Sacerdotum.

g Percussor non erit reus] qui sententia anathematis eum percussit, ut spiritus ejus salvus fiat in die Domini. Non erit reus, quia in nocte non poterat discerni, utrum causa furti, vel homicidii venerit. Unde *Augustin.* ut supra.

1. Cor. 5. C

h Orto sole hoc fecerit,] idest, furem interfecerit, nec se defendentem, nec gladium ferentem.

i Quod pro furto reddat,] fur. [Venumdabitur:] Ad tempus scilicet, idest, locabitur, quousque opera sua damnum illatum restituat. Et intelligitur de fure diurno, qui non occidetur.

k Vivens,] *Interlin.* idest, a fide penitus non discedens. Argumentum est, quod peccans mortaliter, non amittit fidem, & ita est eadem fides informis, & formata.

l Duplum restituet.] & non condemnabitur, quia ex quo reservavit, videtur, quod pœnituerit & restituere velit ablatum, unde ei fiat relaxatio. Si autem rem furatam distraxerit; tunc ei nulla fit relaxatio. Restituet, ut modium vini pro modio vini. Et etiam hodie tenent istæ leges.

m Si latet,] fur scilicet [Applicabitur ad Deos,] id est, Sacerdotes, vel Catholicos doctores.

n Et quicquid damnum inferre potest,] In quacunque re. *o* Ad Deos utriusque] non ad unum tantum.

p Duplum restituet] Si per negligentiam, vel incuriam suam sublatum fuerit id, & lata fuerit culpa ejus, si vero levis, tunc reddet simplum, & hoc totum secundum arbitrium judicum, fur vero semper duplum. Si vero depositarius omnimodam innocentiam suam probare poterit, scilicet, quod circa illam rem, diligentiam, quam potuit, adhibuit, nihil reddet.

q Ab hostibus captum,] per violentiam.

r Nullusque hoc viderit;] quod scilicet captum fuit violenter ab hostibus.

a Maxime

a Maxime si conductum, &c.] idest, si conduxerat id, ut inde operaretur, & lucraretur, & ex culpa sua non fuit mortuum, non tenetur restituere: Et ita aliquo modo alia est lex de commodato, alia de conducto. Et est summa, quod mutuo acceptum, idest, commodatum, forte in parte debet restitui, conductum non, si ex culpa conductoris non fuerit mortuum. Quidam ignari Grammaticæ exponunt, venerat, pro venditum erat: Sed veneo venis, præteritum plusquam perfectum facit, venierat, id est, venditum erat.
[Debilitatum,] non pro commendato, sed pro commodato.
b Si seduxerit, &c.] Virgo nondum desponsata, est sententia canonica nondum ab aliquo Sancto exposita. Quæ seducitur, quando ab aliquo juxta sensum sanctorum patrum non exponitur. Pater ejus est sensus historicus, quo reclamante non debet duci in medium: Nam secundum *Hieronymum*, debile est ædificium allegoriæ, nisi prius jactum fuerit fundamentum historiæ.

De adult. cap. 1. 36. qu. 2. c. Hiis.

23. q. 5. c. vero sing.

Iou. 19. Luth. 7.

D

c Dormieritque] Novo sensu pro suo libito exponendo, allegorice de Sacra Scriptura exponitur.
d Dotabit] idest, evidenti ratione, vel auctoritate compositionem suam confirmabit, aliter non credetur ei.
e Si pater virginis] Sed quid sit, si servus liberam seduxit, aut ignobilis nobilem, aut pauper divitem? Solutio: Lex ista intelligitur de hominibus ejusdem conditionis. Certum est enim, quod pauper non potest dotare divitem puellam.
f Maleficos non patieris] Maleficos vocat non quoslibet intentos criminibus, sed præstigiatores, ariolos, magos, inspectores pelvis, vel gladii, inversores psalterii, carminatores, qui scilicet carminibus diabolicis utuntur. Omnia enim ista fiunt contradicente Domino, & sacra Romana Ecclesia, & sacris canonibus. *Lev.* 19. Ne declineris ad magos, &c. *Deut.*18. Cave, ne inveniatur in te, qui lustret filium.
g Qui coierit cum jumento,] Eadem pœna punitur, qui coit cum jumento, & cum masculo: morte, scilicet corporali, *Lev.* 17.
h Advenæ enim & ipsi fuistis] *Eccl.* 31. Ex teipso cognosce, quæ sunt proximi tui.
i Viduæ, & pupillo, &c.] *Is.*1. Judicate pupillo, &c.
k Audiam clamorem eorum,] *Eccl.* 35. Non despicias preces pupilli, nec viduæ, &c.
l Nec usuris opprimes.] *Interl.* Aliqua superabundantia. *Lev.* 25. Si attenuatus fuerit servus tuus, &c.
m Si pignus a proximo tuo] *Aug.* dicit, quod hic ponitur species pro genere: Non enim intelligitur de omni vestimento, sed de illo, quo debet nocte operiri, cujus carentia, frigore coarctatur, cum aliud non habeat. Unde sequitur statim:
o Ipsum enim est solum, &c.] Similiter intelligitur de qualibet alia re, qua indiget multum.
n Ante solis occasum redde ei:] *Ephes.*4. Sol non occidat super iracundiam vestram.
p Diis non detrahes,] *Eccles. decimo.* In cogitatione tua Regi ne detrahas, &c. q Decimas, &c.] Nota decimæ, & primitiæ frugum, & hujusmodi, quolibet tempore poterant offerri, sed prima pecorum non poterant offerri infra octavum diem. Sunt autem tres decimæ. Prima Levitis. *Levitic. ultim.* Secunda comedebatur in tribus festivitatibus hebdomadalibus, idest, Pascha, Pentecoste, scenopegia. *Deuteronom.*14. Tertia colligebatur de tertio in tertium annum, ad opus pauperum. *Deuteronom.* 14. De hac dicit Dominus. *Lucæ decimosexto.* Omni petenti te tribue. Primitiæ vero sunt primi fructus, idest, fœtus qui offerebantur Domino in tribus prædictis solemnitatibus. In Pascha, spicæ. *Lev.* 2. In Pentecoste, novi panes: Unde festum novorum dicitur. *Levitic.* 23. In scenopegia, annona. *Levit. ultim.* Primitia dicitur etiam quadragesima, vel sexagesima pars, vel quicquid inter quadraginta, & sexaginta dare volebant; tam in liquidis quam in aridis. De gregibus vero, & ceteris animalibus, unde de cc. dabatur, ut legitur *Ezech. quadragesimo quinto.* Solet autem quæri, quare præceptum de primitiis non teneatur adhuc, sicut præceptum de decimis. Respondetur: Dominus requirit primitias ætatis, virtutis, operis, & possessionis. Primogenita voluit Deus sibi offerri, quia occidit primogenita Ægyptiorum, & reservavit primogenita Hebræorum, quod fecerunt, quousque Dominus commutavit ea pro tribu Levitica, quæ sibi jugiter ministraret, ut legitur *Num.* 1.

Actor. 15. De haret. c. cum ex injuncto. 11. q. 3. c. Ecclesiastica. De decimis c. tua 2.

A *Lev. 12.*

Ezech. 4. 2. q. 7. c. ... infatio.

r Non tardabis] *Ecclesiast.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum.
s Die octava] vel deinceps. De decimis. *Genes. decimoquarto & 38. Exod. 22. Levit. secundo & 27. Numeror.* 18. *Deuteronom.* 22. 14. & 26. *Nehem. decimo. Tobiæ primo Ecclesiast.* 35. *Malach. tertio Matthæi* 23. *Lucæ* 18.

De diversitate decimarum in diversis festis oblatarum.

t Carnem, quæ a bestiis fuerit prægustata,] *Actor.* 15. similiter prohibetur, ubi expresse præceptum est gentibus, abstinere a quatuor, scilicet idololatria, esu sanguinis, fornicatione, suffocato. *Hieronymus super Ezechielem* 43. hoc idem aperte confirmat *Augustinus* e contra, *contra Faustum Hæreticum*, dicit hoc mandatum revocatum per illud *ad Titum primum*. Omnia munda mundis.

occisum est, & non restituet. Qui a proximo suo quicquam horum mutuum postulaverit, & debilitatum, aut mortuum fuerit, domino non præsente, reddere compelletur. Quod si impræsentiarum dominus fuerit, non restituet, a maxime si conductum venerat pro mercede operis sui. Si b seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, c dormieritque cum ea, d dotabit eam & habebit eam uxorem: Si e pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt. f Maleficos non patieris vivere. g Qui coierit cum jumento, morte moriatur. Qui immolat Diis, occidetur, præter Domino soli. Advenam non contristabis, neque affliges eum; h Advenæ enim & ipsi fuistis in terra Ægypti. i Viduæ, & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego k audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio: & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, l nec usuris opprimes. Si m pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, n ante Solis occasum redde ei: o Ipsum enim est solum, quo operitur indumentum carnis ejus, nec habet aliud, in quo dormiat. Si clamaverit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. Diis p non detrahes, & principi populi tui non maledices. q Decimas tuas, & primitias r non tardabis offerre. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoque, & ovibus similiter facies. Septem diebus sit cum matre sua, s die octava reddes illum mihi. Viri sancti eritis mihi. t Carnem, quæ a bestiis fuerit prægustata, non comedetis, sed projicietis canibus.

C A P. XXIII.

Non u suscipies vocem mendacii: Nec junges manum tuam, ut

EXPOSITIO CAP. XXIII.

Non u suscipies vocem mendacii:] Octo sunt genera mendaciorum, ut ait *Augustinus in libro de mendacio*. Primum est, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa debet aliquis adduci. Secundum est, quod nulli prodest, sed alicui obest. Tertium est, quod ita prodest alicui, quod obest alteri. Quartum est, quod fit sola mentiendi, vel fallendi libidine, quod merum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate, de suavi eloquio. Sextum est, quod nulli

a pro impio dicas falſum teſtimonium. *b* Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut a vero devies. *c* Pauperis quoque *d* non miſereberis in judicio. Si occurreris bovi inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te jacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſublevabis cum eo. Non declinabis in judicium pauperis. Mendacium fugies. Inſontem, & juſtum non occides, quia *e* adverſor impium. *f* Nec accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum. Peregrino *g* moleſtus non eris: *h* Scitis enim advenarum animas, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti. Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges ejus, anno autem ſeptimo *i* dimittes eam, & *k* requieſcere facies, ut *l* comedant pauperes populi tui: Et quicquid reliquum fuerit, edant beſtiæ agri: Ita facies in vinea, & in oliveto tuo. *m* Sex diebus operaberis, ſeptima die ceſſabis, ut requieſcat bos, & aſinus tuus, ut refrigeretur filius ancillæ tuæ & advena. Omnia, quæ dixi vobis, cuſtodite, & per nomen *n* externorum deorum non jurabitis, neque audietur ex ore veſtro. *o* Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis: *p* Solemnitatem azymorum cuſtodies. *q* Septem diebus comedes azyma, ſicut *r* præcepi tibi. Tempore *ſ* menſis novorum, quando egreſſus es de Ægypto, *t* non apparebis in conſpectu meo vacuus, & ſolemnitatem menſis *u* primitivorum operis tui quæcumque ſeminaveris in agro, ſolemnitatem quoque in *x* exitu anni quando congregaveris omnes fruges tuas de agro. *y* Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo. Non immolabis ſuper *z* fermento ſanguinem victimæ tuæ, nec remanebit *a* adeps ſolemnitatis meæ uſque mane. *b* Primitias frugum terræ tuæ deferes in *c* domum Domini Dei tui. *d* Non coques hœdum in *e* lacte matris ſuæ: Ecce ego

ſi obeſt, & alicui prodeſt; ut ſi quis pecuniam alicujus injuſte tollendam ſciens, ubi ſit, ſe neſcire mentiatur. Septimum eſt, quod ſimiliter nulli obeſt, ſed alicui prodeſt; ut ſi quis nolens hominem tradere quæſitum ad mortem, mentiatur. Octavum ſimiliter eſt, quod nulli obeſt, & alicui prodeſt; ut ſi quis pro ſervanda alicujus corporali pudicitia, mentiatur. Hæc tamen tria ultima non differunt niſi materialiter tantum. In his omnibus ut dicit *Auguſtinus*, tanto minus peccat quis cum mentitur, quanto magis a primo recedit. Quiſquis vero aliquod genus mendacii eſſe putaverit, quod non ſit peccatum, decipit ſeipſum turpiter.

a Pro impio dicas] *Interlin.* Falſus teſtis non erit impunitus: *Proverb.* 19.

b Non ſequeris turbam] *Eccl.* 7. Non pecces in multitudine civitatis. Et *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus. Contra hoc fecit Roboam. 3. *Reg.* 12.

c Pauperis quoque] Cui miſerendum eſſet, maxime ſi in judicio miſerandum eſſet.

d Non miſereberis] Declinando a juſto judicio, vel aliqua circumſtantia ejus.

e Adverſor,] ideſt, adverſarium habeo.

f Nec accipies munera,] *Interlin.* Nihil eſt ſceleſtius avaro: *Eccl.* 10. Ergo munus eſt a corde, hoc quærit hypocriſis: Ab ore, hoc quærit inanis gloria: A manu, hoc quærit cupiditas.

g Moleſtus non eris:] *Job* 31. Si deſpexi prætereuntem, &c.

h Scitis enim advenarum] *Interlin.* quomodo facile contriſtantur, non habentes unde ſe conſolentur. *Eccl.* 31. Intellige, quæ ſunt proximi tui ex teipſo. *Job* 5. Viſitans ſpeciem tuam, &c.

i Dimittes eam.] *Interlin.* Seminabis, ſed non colliges. Contra *Levit.* 25. Anno ſeptimo agrum non ſeres, & vineam non plantabis, ſed quæ ſponte gignit humus, &c. Solutio: Non ſeres tibi, ſed pauperibus.

k Requieſcere facies,] Unde & dicebatur annus requietionis, quia in illo nulli licebat exigere debitum aliquod niſi eo terminato, & ita in ſeptimo anno non dimittebatur ſimpliciter debitum, ſed differebatur; in jubileo vero ſimpliciter dimittebatur omne debitum, & omnis ſervitus, & omnis poſſeſſio ad ſuum dominum revertebatur.

l Comedant pauperes] *Ambroſ.* Sola miſericordia eſt comes defunctorum.

m Sex diebus operaberis,] Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, &c.

n Externorum deorum] *Gloſſam*, quæ ſic incipit: Per nomen ſuum, &c. ſuper hunc locum lege. Cujus finis eſt: Non vult Dominus, ut jurent per nomina externorum deorum: Sic & hoſtias non approbat, mavult tamen ſacrificari ſibi, quam idolis. Et ita aſſignatur hic ſimilitudo inter juramentum, & ſacrificia legalia; ſed jurans ad confirmationem veritatis, & fidei, meritorie jurat, ergo ſi actus jurantis meritorius eſt, & actus ſacrificantis, ergo ſacrificia legalia fuerunt meritoria. Solutio: Sacrificia legalia, ut opus operatum eſt, non fuerunt meritoria, nec aliquid conferebant; ſed opus operans meritorium eſt. *o* Tribus vicibus] *Interlin.* In Aprili, ſcilicet in Paſcha, decimaquarta die: *Levit.* 23. Menſe primo decimaquarta die menſis, &c. In Junio, quinquageſima die a Paſcha ſcilicet. In Pentecoſte: *Lev.* 23. Numerabis ab altera die Sabbati, &c. In Septembri, ſcilicet, in ſcenopegia. 15. die Septembris. *Levit.* 13. A 15. die menſis hujus, &c. De his tribus feſtis habes. *Levit.* 23. *Num.* 28. & 29. *Deut.* 16.

p Solemnitatem azymorum] ideſt, Paſcha, quod ſequitur ſeptem dies azymorum.

q Septem diebus comedes] Non computato veſpere 14. diei, qua agnus immolabatur.

r Præcepi tibi.] *Supra* 12. *cap.* 19.

ſ Menſis novorum] quando ſcilicet novi manipuli ſpicarum offerebantur. In his tribus, tres ſtatus Eccleſiæ deſignantur, ſcilicet, ſtatus pœnitentiæ, juſtitiæ, & gloriæ. Per Paſcha, in quo ſpicas toſtas igni offerebant, ſignatur ſtatus pœnitentiæ: Per Pentecoſten, in quo panes novi, ſtatus juſtitiæ: Per ſcenopegiam ſtatus gloriæ, ubi erunt fixa tabernacula corporum noſtrorum. *t* Non apparebis vacuus,] in tribus, ſcilicet, dictis ſolemnitatibus.

Infr. 34. *Deuter.* 16. *Eccleſ.* 15. *De conſecr. d.* 1. *c. omnia Chriſtianus.*

u Primitivorum] *Interlin.* quando ſcilicet, panes primitiarum offerebantur, ſupple de primis frugibus.

x In exitu anni,] dicit, non quia September ultimus menſis ſit anni, ſed quia ultimus eſt in collectione fructus. Et eſt menſis ille totus ferialis fere. Primo die erat feſtum tubarum: Decima die erat feſtum propitiationis, expiationis, afflictionis. Quindecima die erat feſtum ſcenopegiæ, & ſeptem dies durabat. *Levit.* 23. *Num.* 28. *Deut.* 16.

y Ter in anno] ſcilicet, in prædictis feſtis.

z Super fermento, &c.] ideſt, non immolabis agnum, vel hœdum, & hujuſmodi cum farina, vel pane fermentato.

a Adeps] interius eſt circa inteſtina, pinguedo inter carnes, & oſſa, arvina inter carnem, & cutem, quæ in porco dicitur lardus.

d Non coques hœdum] Hædus, ideſt, peccator non eſt coquendus in lacte matris, ideſt, blanditiis diſſolvendus, ſed aſpere increpandus. Non coques hœdum: Quod *Joſephus* exponit ſic: Non comedas eum infra octavum diem, quia adhuc non differt a lacte, ideſt, non offeras ad occidendum, & coquendum, dum eſt in lacte matris, ideſt, dum lacte matris paſcitur tantum, & non herba.

Myſtice, & prophetice] O Herodes, Chriſtum in carne ſimili peccatrici natum, & pro peccatis oblatum, in lacte matris, ideſt, dum adhuc puer, quærens eum occidere non inveniſti. Vel ſic. O Iſraelita, qui times Deum, non coques, ideſt, conjunges te Scribis, & Phariſæis, & malis Judæis ad occidendum Chriſtum, qui Judæis hœdus eſt, nobis agnus.

e In lacte matris] ideſt, in die, qua conceptus eſt, quia completis trigintatribus annis eodem die, quo conceptus eſt, ſexta feria octava Kalen. Aprilis, crucifixus eſt a Judæis.

b Primitias frugum] Primitiæ quandoque dicuntur primitarii fructus, ut hic: Quandoque quæ ſunt optima in fructibus: Quandoque quadrageſima, vel ſexageſima pars, vel quod in medio. *c* In domum Domini.] Ad literam

mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum, quem paravi. *a* Observa eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet, cum peccaveris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem ejus, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: Præcedetque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque, & Hevæum, & Jebusæum, quos ego conteram. Non adorabis Deos eorum, nec coles eos. Non facies opera eorum, sed destrues eos, & *b* confringes statuas eorum: Servietisque Domino, Deo vestro, ut *c* benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Non erit *d* infecunda, nec sterilis in terra tua: Numerum dierum tuorum implebo. *e* Timorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens *f* scabrones prius, qui fugabunt Hevæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas. *g* Non ejiciam eos a facie tua, anno uno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram. *h* Ponam autem terminos tuos a mari rubro usque ad mare Palestinorum, & a deserto usque *i* ad fluvium. Tradam manibus vestris habitatores terræ, & ejiciam eos de conspectu vestro. *k* Non inibis cum eis foedus, nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, si *l* servieris diis eorum, quod tibi certe erit in scandalum.

C A P. XXIV.

MOYSI *m* quoque dixit: *n* Ascende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abju, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. Solusque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt, nec populus ascendet cum eo. *o* Venit ergo Moyses, & narravit plebi omnia *p* verba Domini, atque judicia: Responditque cunctus populus una voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est *q* faciemus. Scripsit autem Moyses universos sermones Domini, & mane consurgens ædificavit altare Domino ad radices montis, & *r* duodecim titulos per duodecim Tribus Israel. Misitque *s* juvenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaveruntque *t* victimas pacificas Domino, vi-

...teram, unde vivant, qui altari deserviunt. *Malach.* 3. Inferre omnem decimam, &c.

a Observa eum,] idest, custodi mandata ejus sicut Domini.

b Confringes statuas] *Interlin.* ut omnis memoria eorum eradatur. *Isai.* 14 Perdam nomen Babylonis, &c. Et *Numer.* 33. Dispergite cunctos habitatores terræ illius, &c. Et *Deuteron.* 7. Aras eorum subvertite, &c.

c Ut benedicam panibus tuis,] idest, amplificem in necessitatibus tuis, *Levit.* 26. Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cust. &c. *Deut.* 28. Si audieritis vocem Domini Dei, &c.

Josu. 32. *d* Non erit infecunda,] *Deuter.* 7. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, &c.

e Timorem meum mittam] *Eccles.* 1. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit justificari. *Septuaginta*. Emittam vespas ante te.

f Scabrones,] genus muscarum, quæ pascuntur de putridis equorum cadaveribus. *Deuter.* 7. Sic faciet Dominus cunctis populis quos metuis. Insuper & scabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes, atque disperdat, qui te fugæ, &c. Et *Josue* 24. Misi ante vos scabrones. (*Deuter.* 7.)

g Non ejiciam eos à facie tua, &c.] *Gloss.* Gentes istæ vitia significant. Ex hoc ergo objicitur. Non ergo Dominus simul omnia peccata dimittit: Solutio. Quandoque pura tenenda est historia, quandoque allegoria cum historia. Et si ad litteram Dominus gentes illas a facie filiorum Israel paulatim ejecerit per quas vitia designantur, non tamen moraliter dicendum, quod Dominus dimittat omnia peccata paulatim, sed simul omnia. Vel dic aliter, quod Dominus vitia dimittit paulatim, idest, reliquias peccatorum, sive pronitates, quia in bonis operibus assuescendo debilitatur fomes, & pronitas ad peccandum.

h Ponam autem terminos] Duplex est mare in Ecclesia. Occidentale, idest, fletus, qui fit pro irriguo inferiori, idest, pro incolatu hujus miseriæ. Aliud Orientale, fletus scilicet, qui fit pro desiderio cœlestis patriæ. Inter hos duos terminos, est tota possessio Hebræorum.

i Usque ad fluvium] Euphraten. *Deut.* 11. Quæ tota regio quandoque dicta est Judæa. Hanc totam terram nunquam possederunt Judæi. Nec est falsus Dominus in promissione, quia promissio pendet ex meritis, & data fuit sub conditione, scilicet, si præcepta mea custodieritis, inquit Dominus, &c.

k Non inibis cum eis foedus.] *Interlin.* Nulla pars justitiæ cum iniquitate. 2. *Cor.* 6. *Deut.* 7. Non inibis cum eis foedus, &c.

l Si servieritis Diis] idest, si volueritis harum gentium, quæ inter vos habitant, imitari errores, & cum eis connubia commiscere, amicitias copulare, jam tunc scitote, quod Dominus Deus non eas deleat ante faciem vestram, sed vobis erunt in foveam, laqueum, & offendiculum.

E X P O S I T I O CAP. XXIV. (*Deuter.* 9.)

MOysi *m* quoque dixit:] Usque huc tradidit Deus judicia Moysi verbo tenus per Angelum, qui amplius instruens eum ait:

A

n Ascende] subaudiendum est, postquam descenderis narraverisque populo, quæ audisti.

o Venit ergo Moyses,] Prælatus, qui primo debet ascendere ad Deum in montem per studium contemplationis, & eminentiam bonæ conversationis. Unde *Isai.* 40. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion. Et postea veniens per affectum compassionis, debet populo narrare. (*Septuaginta habet; & audiemus.*)

B

p Verba Domini,] non sua: Et sic certe dicet populus una voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus] Sed quia plures hodie verba non Domini, sed sua loquuntur, ideo non avertitur populus a peccatis. *Jeremiæ* 23. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.

q Faciemus.] Quod quidem præpostere, & inordinate dictum est, præsignavit futuros transgressores, & hoc verbo mendaces.

r Duodecim titulos] Et in singulis singula nomina duodecim filiorum Israel scripsit, & titulos duodecim Tribuum.

s Misitque juvenes] Scribo vobis juvenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum, idest, diabolum, & mundum. (1. *Joan.* 2.)

t Victimas pacificas] Pacifica victima est humilitas pœnitentiæ, quæ ex tribus perficitur: Jejunio, eleemosyna, & oratione: Et ideo pluraliter dicit victimas pacificas: Per jejunium pacificatur caro spiritui, cui per carnalem concupiscentiam jugiter adversatur. *Galat.* 5. Caro concupiscit adversus spiritum. Per eleemosynam pacificatur homo proximo, cui injuriosus extiterat per avaritiam. *Lucæ* 11. Date eleemosynam, &c.

Per

Per orationem pacificatur homo Deo, cui displicuerat per superbiam. *Psalm. 36.* Adducet quasi lumen justitiam tuam. De hac triplici pacis reconciliatione, dicit *Ezechias Isai.* 38. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. In vigiliis orationis amara, amarior in suarum rerum distributione, amarissima, in carnis mortificatione.

a Sanguis fœderis,] quasi dicat. Sic effundetur sanguis illius, qui violaverit hoc præceptum. Hoc autem signum habuerunt Judæi a gentibus, quæ immolabant porcam fœdam in testamentum fœderis initi, & sanguinem effundebant. Ac si dicerent, sic effundetur sanguis illius, qui violabit fœdus initum. Postea aliud signum invenerunt Josue, & Judæi ex se terribilius, scilicet, effusionem aquæ, de qua cum effunditur, nihil adhæret vasi, quod non fit in aliis liquoribus: quasi dicat: Sic destruetur tota posteritas illius, qui fœdus initum violabit. Hoc fecit Josue 24. *Josue*, & Samuel. 1. *Reg.* 7. Ad litteram. Partem sanguinis fudit Moyses super altare, reliquum fudit super librum fœderis, & super populum. Quo facto:

Exo. 9. C

b Ascenderuntque Moyses, & Aaron,] non in cacumine montis, ubi erat Dominus, nec in collem vicinum, sed circa terminos montis.

Infr. 31. & 32. D

tulos duodecim. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo. Qui dixerunt: omnia, quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum: Et ait: Hic est *a* sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his: *b* Ascenderuntque Moyses, & Aaron, *c* Nadab, & Abju, & septuaginta de senioribus Israel, & *d* viderunt Deum Israel. Sub pedibus ejus *e* quasi opus lapidis sapphyrini, & quasi cœlum, cum serenum est: Nec super eos, qui procul recesserant de filiis Israel, misit manum suam. *f* Videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt. Dixit autem Dominus ad Moysen: *g* Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi, ut doceas eos. Surrexerunt Moyses, & Josue minister ejus, ascendensque Moyses in montem Dei, senioribus ait: *h* Expectate hic donec revertamur ad vos. Habetis Aaron, & Hur vobiscum, si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus. *i* Septimo autem die vocavit eum Dominus de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel. *k* Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

c Nadab, & Abiu,] & etiam Josue, licet hic non dicatur, ut patet infra.

d Viderunt Deum,] idest, illam nubem gloriosam, vel speciem humanam, in qua loquebatur.

e Quasi opus lapidis sapphyrini,] idest, domum hujus coloris, exemplar scilicet tabernaculi faciendi, cum utensilibus suis, ut scabellum pedum.

f Videruntque Deum,] a castris, unde epulati sunt in lætitia.

g Ascende ad me in montem,] idest, in cacumen montis solus.

h Expectate hic, donec revertamur ad vos.] Nota Aaron, & Nadab, & Abju, & sepetuaginta seniores, dimisit Moyses ad terminos montis, qui quando volebant, ibant de castris ad terminos, & de terminis ad castra. Josue vero secum duxit ultra terminos, quem iterum dimisit in quadam planitie montis.

i Septimo autem die vocavit eum Dominus] Forte in illis diebus fuit Moyses in illa caligine, in contemplatione, non in colloquio Dei.

k Ingressusque Moyses] relicto Josue.

EXPOSITIO CAP. XXV.

Locutusque est Dominus ad Moysen.

l Primitias] *Interlin.* idest, pretiosa in auro, & argento, & ceteris rebus, quibus vasa tabernaculi fiant.

m Ultroneus,] *Interlin.* non ex necessitate, vel tristitia.

n Hiacynthum,] Hiacynthus flos est, aerei coloris, vel gemma; hic autem sericum in hujusmodi colore tinctum.

Infr. 34. *De remanu. e uifs, ante fin.*

o Et purpuram,] sericum rubei, & purpurei coloris.

p Coccum,] Coccus flos est purpureus; hic autem accipitur pro serico coccineo.

A

q Byssum,] Byssus est species lini candidissimi, crescentis in Ægypto.

r Pilos] ad facienda cilicia, sive saga, quibus operitur tabernaculum.

s Et ligna Sethim,] Sethim nomen montis, & regionis, & arboris, quæ similis est albæ spinæ in foliis, & est lignum levissimum, & imputribile, & incremabile.

Infr. 35.

t Concinnanda,] idest, componenda aromata.

u In unguentum,] idest, ad confectionem unguenti, quod ex quatuor speciebus aromatis conficiebatur, quo ungebatur sacerdos, & Rex.

C A P. XXV.

LOCUTUSQUE est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, ut tollant mihi *l* primitias: Ab omni homine, qui offeret *m* ultroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem, quæ accipere debetis. Aurum, & argentum, & æs, *n* hiacynthum, & *o* purpuram, *p* coccumque bis tinctum, & *q* byssum, *r* pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, pelles janthinas, & *s* ligna Sethim, oleum ad luminaria *t* concinnanda, aromata in *u* unguentum, & *x* thymiamata boni odoris, lapides *y* onychinos, & gemmas ad ornandum *z* Ephod, ac *a* rationale. *b* Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in *c* medio eorum, juxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum ejus. Sicque facietis illud: *d* Arcam de lignis Sethim

x Thymiamata] a thymo herba, quam comedunt apes. Erat autem thymiama pulvis ex quatuor speciebus confectus, qui incendebatur super altare incensi.

y Onychinos,] Onyx est lapis similis ungui humano.

z Ephod,] idest, superhumerale.

a Rationale,] vestem quandam, scilicet, sericam, & deauratam, quadratam ad modum palmi, quam gestabat Pontifex in pectore, habentem duodecim lapides inclusos.

b Facientque mihi sanctuarium,] ne esset labor semper recurrere ad montem pro consilio.

c In medio eorum,] *Apocalyps.* 1. Conversus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filii hominis vestitum podere. Et *Genes.* 2. Produxit Dominus de humo omne lignum pulchrum viso. Et in medio paradisi, &c.

d Arcam de lignis Sethim] Tractaturus Moyses de constitutione tabernaculi, præmittit de compositione vasorum, & utensilium ejus. In quo differt ab aliis, qui de eadem tabernaculi constitutione tractaverunt. Moy-

ses enim hoc ordine agit. Primo narrat ea, quæ fuerunt intra tabernaculum. Secundo de tabernaculo. Tertio de atrio. *Josephus* vero econverso loquitur secundum ordinem compositionis: Primo enim factum est atrium, deinde tabernaculum; Postea ea, quæ in tabernaculo erant. Moyses vero secundum ordinem collocationis: Primo enim collocabatur arca, ubi tabernaculum figi debebat. Deinde erigebatur tabernaculum. Deinde atrium. Aliqui dicunt econverso factum.

a Duos, & semis cubitos,] humanos, non geometricos, quod apparet Romæ in altari Lateranensi, ita quidem erat arca. Unde *Josephus* vocat hic cubitos duos palmos, & *Beda*.

B *16 dist. cap. qui Ecclesiasticis.* *b* Coronam auream] Corona aurea, æterna gloria, qua Christus a morte resurgens ad cœlos ascendens coronatus est. Unde: Gloria, & honore, &c. *Psalm. 8*

c Per circuitum,] Ad modum labii quod in mensis, & scacariis fieri solet.

d In latere uno,] Totum lignum penetrantes, & erant immobiles, quasi essent de substantia arcæ.

e Testificationem] idest, tabulas, in quibus scriptum erat testamentum. Tamen quæcumque reposita sunt, possunt dici testimonia. *Hebr. 9.* Posita est enim ibi aurea urna plena manna, in testificationem, quod panem eis dedisset Dominus de cœlo. Tabulæ, in testificationem, quod legem naturalem sopitam in cordibus hominum suscitaverat in scripto. *Num. 17. Isai. 14.* Virga Aaron, in testificationem, quod omnis potestas a Deo est. Deuteronomius in testificationem pacti, quia dixerunt; Omnia, quæcumque dixerit nobis, faciemus. Et ob hoc dicta erat arca testamenti, vel testimonii. Ob hoc etiam ipsum tabernaculum: Et etiam ideo, quia causæ præ foribus ejus tractabantur.

f Tenebit longitudo ejus,] De spissitudine ejus nihil legitur. Hæc tabula dicebatur oraculum, quia Dominus de loco illo dabat responsum. Et dicitur oraculum, quia orantibus datur. Dicebatur eadem tabula propitiatorium, quia Dominus exinde loquens propitiabatur populo: quia die propitiationis (ut dicunt Hebræi) descendebat gloria Domini ibi.

g Productiles] malleorum percussionibus producti, non fusiles. Sunt autem (ut dicit *Josephus*) Cherubin animalia volatilia. De istis Cherubin, & de altitudine eorum habes *in historia in Rubrica de propitiatorio*. Erant forte positi, ut in templo. *3. Reg. 6.* & *2. Paralipom. 3.*

h Ex utraque parte] idest, in duobus anterioribus Angelis. Anteriores Angeli dicuntur, qui primo occurrunt ingredientibus tabernaculum. Duabus alii velabant illud se mutuo tangentibus.

i Versis vultibus] Sicut vides ad litteram in Ecclesiis antiquis, quod Imago magna, quæ vulgo dicitur majestas, omnes ingredientes videtur aspicere, qui eam aspiciunt.

compingite, cujus longitudo habeat *a* duos, & semis cubitos, latitudo cubitum, & dimidium; altitudo cubitum similiter, ac semissem, & deaurabis eam auro mundissimo intus, & foris: Faciesque supra *b* coronam auream per *c* circuitum, & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. Duo circuli sint in *d* latere uno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis Sethim, & operies eos auro: Inducesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis: Ponesque in arca *e* testificationem quam dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro mundissimo. Duos cubitos, & dimidium *f* tenebit longitudo ejus, & cubitum, ac semissem latitudo. Duos quoque Cherubim aureos, & *g* productiles facies ex *h* utraque parte oraculi; Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero. Utrumque latus propitiatorii tegant, expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuo *i* versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimonium, quod dabo tibi: Inde præcipiam, & loquar ad te, supra propitiatorio, scilicet, ac de medio duorum Cherubin, qui erunt super arcam testimonii, cuncta, quæ mandabo per te filiis Israel. *k* Facies & mensam de lignis Sethim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum, ac semissem, & inaurabis eam auro purissimo. Faciesque illi labium aureum, per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem, altam quatuor digitis, & super illam alteram coronam aureolam. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis ejusdem mensæ, per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, & possit mensa portari. Ipsos quoque vectes facies de lignis Sethim, & circumdabis auro, ad subvehendam mensam. Parabis & *l* acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina ex

k Facies & mensam de lignis] Qualis erat ista mensa, & quomodo disposita, habes *in historia Rubrica de mensa, & coronis.*

l Parabis acetabula, &c.] Quatuor genera vasorum distinguit ad offerenda, & post gustanda libamina. Acetabula, vasa sunt, in quibus acetum ferebatur. Phialæ, in quibus vinum dignoscebatur, an esset idoneum. Et quia vinum tam in sapore, quam in colore dignoscitur, erant ibi Phialæ aureæ, & vitreæ. Et derivatur (ut dicitur) Phiala a hyalin, quod est vitrum. Et erant Phialæ istæ in imo angustæ, superius amplæ, quas Hebræi scutellas vocant: Tertium genus vasorum, erant thuribula, vasa, scilicet, in quibus thus prænoscebatur, & offerebatur, quæ & mortariola dicebantur. Quartum genus vasorum erant cyathi aurei, vasa, scilicet, in quibus vinum fundebatur super altare, minora phialis: Sed quia nunquam, aut raro occurrit de oblatione aceti, quidam dicunt pro acetabulis, cum scilicet uno c. acceptabula, cum duplici c. vasa communiter, in quibus sacerdotes prævidebant, si ea, quæ debebant offerri, erant accepta, idest, idonea. Et secundum hoc non erant ibi nisi tria vasorum genera, scilicet, phialæ, thuribula, cyathi, quæ omnia dicuntur acceptabula, quia in eis prævidebatur, utrum quæ offerebantur, essent accepta, & idonea ad offerendum. Et nota, quod libamina dicuntur oblationes liquidorum, scilicet, vini, & olei, lactis, mellis, & hujusmodi. Et dicuntur libamina a libando, dupliciter: Primo enim offerentes libabant, idest, prægustabant, utrum essent apta offerri. Si sic, offerebant; si non, dimittebant. Vel ipsi sacerdotes faciebant hanc prægustationem, quæ dicitur libatio. Postea vero cognito, quod illa essent apta, ipsi sacerdotes fundebant ea Domino, idest, ad honorem Domini super sacrificia. Et hæc fusio similiter dicitur libatio, & ita ab utraque libatione dicuntur libamina.

C

Moraliter. *l* Parabis & acetabula,] *Beda*. Varia vasa, quæ fiunt ad offerenda libamina, variæ verbi distinctiones sunt pro capacitate auditorum, quia non omnibus omnia conveniunt. Aliter sapientes, aliter insipientes, aliter pauperes, aliter divites, aliter sani, aliter infirmi, aliter senes, aliter juvenes, aliter viri, aliter feminæ, aliter cœlibes, aliter conjugati, aliter prælati, aliter subditi, docendi sunt; quæ tamen vasa omnia ad mensam Domini, scilicet tabernaculi, & ad offerenda libamina pertinent. Quæcumque enim diversa pro diversitate audientium dicuntur, in regula sacræ Scripturæ inveniuntur, & ad offerenda Domino

Mo

no vota bonorum operum excitant corda auditorum.
a Super mensam panes] *Gloss. Josephus* dicit duodecim panes ex simila fieri, singulos ex duabus decimis. Quod diversis modis intelligitur. Primo sic: Ephi dividebatur in decem partes, & quilibet panis constabat ex duabus partibus, quarum utraque est decima pars ephi, & ita quilibet panis fiebat ex duabus decimis, idest, ex decima ephi, & decima novem partium aliarum. Vel sic: Ex duabus decimis, id est, ex decima levitarum, & decima sacerdotum. Scitis enim, quod filii Israel primo de omnibus dabant Levitis decimas. Et Levitæ de his, quæ dabantur, dabant Sacerdotibus decimam. De utraque fiebant panes communiter. Et ita ex duabus decimis, id est, ex decima decimæ, idest, ex decima sacerdotum, quæ est decima decimæ. *Gloss.* Super unumquemque panem erat patena aurea. Secundum quosdam non erant ibi nisi duæ patenæ, quarum una sex panibus superponebatur, alia aliis sex.

D

auro purissimo, & pones super *a* mensam panes propositionis in conspectu meo semper. *b* Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile ejus, & calamos, scyphos, & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. *c* Sex calami egredientur de lateribus: Tres ex uno latere, & tres ex altero. *d* Tres scyphi, quasi in nucis modum, *e* per calamos singulos, *f* sphærulæque simul, & lilia, & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque, & lilia. Hoc erit opus sex *g* calamorum, qui producendi sunt de hastili. In *h* ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia: Sphærulæ sub duobus calamis, per tria loca, *i* qui simul sex fiunt, procedentes de hastili uno. Et sphærulæ igitur, & *k* calami, ex ipso erunt universa ductilia, de auro purissimo. *l* Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut *m* luceant ex adverso. *n* Emunctoria quoque, & ubi, quæ emuncta sunt, extinguantur, fiant de auro purissimo. *o* Omne pondus candelabri, cum universis vasis suis, *p* habebit talentum auri mundissimi. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

b Facies & candelabrum] Talis fuit compositio candelabri. Quoddam hastile erectum erat super basim de auro, secundum *Rabbi Moysen*, secundum *Josephum* de ferro, sed laminis aureis coopertum. Procedebant autem ex una parte tria brachia, & ex alia parte, alia tria, quæ Moyses calamos vocat. Superiora brachia breviora erant, inferiora longiora, superius æqualia omnia. In hastili erant quinque calami, habentes capita tumentia, quæ invicem ad modum scyphi (quem cuppam dicimus) jungebantur. Et erant ibi quatuor juncturæ, & quatuor scyphi sive cuppæ. Ex fundo cujuslibet, exteriori, & interiori procedebant flores recurvi quasi lilia. Et in ipso fundo inter scyphum, & lilia, erat sphærula, idest, quidam circulus volubilis, sicut fit in capitibus Cathedrarum. Item quodlibet brachium vestitum erat quatuor calamis aureis ad modum hastilis, & in, juncturis coibant capita calamorum quasi scyphi in modum nucis cum liliis, & sphærulis suis. Et ita in quolibet brachio erant tantum tres scyphi, in hastili vero quatuor. Videtur tamen quibusdam, sphærulas non fuisse in fundo scyphorum, ut dictum est, sed in media planitie cujuslibet calami: Et secundum hoc calami non coibant in scyphis, sed in planitie, ubi supposita erat sphærula, ne junctura calamorum appareret. Sed quocumque modo factum fuerit candelabrum, in summo habebat septem capita æqualia, quasi sedes lampadarum, super quas ponebantur septem lucernæ aureæ. Et ita (ut dicit *Josephus*) candelabrum compositum erat ex septuaginta partibus. Nam in hastili, & brachiis ejus, erant viginti novem calami, scilicet quinque in hastili, & viginti quatuor in brachiis. Et totidem sphærulæ, quot calami, & ita sunt, quinquaginta octo. Item sedes lampadarum septem, & sunt sexaginta quinque. Et basis, cui affixum erat candelabrum, ex quinque partibus constans, & ita sunt simul septuaginta partes candelabri. Præter hoc autem erant ibi septem infusoria aurea, quibus oleum infundebatur lucernis. Item septem emunctoria aurea, idest, septem forcipes ad emungendum lychnia lampadarum. Item septem extinctoria aurea, idest, parva vasa, in quibus plenis aqua, fiebat extinctio eorum, quæ emungebantur, ne tetrum redderent odorem.

c Sex calami] idest, sex brachia (Egredientur de lateribus) hastilis, sive stipitis.

d Tres scyphi quasi in nucis modum,] idest, tres tumores ad modum scyphi, sive cuppæ.

e Per calamos] idest, per singula brachia.

f Sphærulæque simul,] idest, sphærulæ junctæ liliis.

g Sex calamorum,] idest, brachiorum.

h In ipso autem candelabro] idest, in hastili candelabri, erunt quatuor scyphi, & ita quinque calami.

i Qui simul sex fiunt,] Remota est relatio. Refert enim non partiales calamos brachiorum, vel hastilis, sed totales calamos, id est, sex brachia procedentia de hastili. Est ergo sensus: Qui, idest, calami procedentes de hastili:

k Et calami,] id est, brachia. Ex ipso procedentes supple.

m Ut luceant ex adverso.] Mensæ, quæ ad Septentrionem erat posita. Candelabrum vero ad Austrum.

p Habebit talentum auri mundissimi.] quod maximum est in ponderibus. Habebant autem talenta tria minus quinquaginta librarum, quod erat rusticorum; Medium, septuaginta duarum librarum, quod erat civium. Maximum, centum viginti librarum, quod erat sanctuarii.

Mystice. *b* Facies & candelabrum ductile] *Gregorius*. Candelabrum, Christus est, in quo natura humanitatis fulsit lumine Deitatis, ut mundi candelabrum fieret, cujus lumine peccator tenebras suas agnosceret. De auro mundissimo, quia nostram naturam sine culpa suscepit. Ductile autem feriendo producitur: quia Christus ex conceptione, & nativitate, perfectus Deus, & homo extitit, sed tamen passionum dolorem pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam pervenit, & secundum corpus per passionis contumelias ad immortalitatem profecit: Nam juxta animæ meritum, quo potuisset proficere, omnino non habuit: In membris autem, quæ nos sumus, quotidie passionibus proficit, quia dum tundimur, & proficimus, ejus corpus esse meremur. Ipse proficit, de cujus corpore dicitur: Hastile ejus, & calamos, &c.] Hastile enim Ecclesia est, quæ est corpus ejus, quia inter tot adversa libera stat. Calami, qui de hastili procedunt, prædicatores sunt, qui dulcem sonum mundo ediderunt, idest, Canticum novum. Scyphi, ora Doctorum, qui nos vinu scientiæ inebriant, ut oblectamenta mundi, quæ amavimus, obliviscamur. Sphærula, prædicationis volubilitas. Sphæra enim omni tempore volvitur, & prædicatio, nec adversitate tardatur, nec prosperitate elevatur, inter adversa fortis, inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis supercilium. Bene autem post scyphos, & sphærulas lilia describuntur, quia post prædicationis ebrietatem, & volubilitatem, illa virens patria sequitur, quæ animabus sanctis, idest, floribus vernat æternis: Scyphi ergo, & sphærulæ ad laborem pertinent; lilia ad retributionem.

Mystice.

c Sex calami egredientur de lateribus, &c.] *Beda*. Senarius, in quo factus mundus, perfectionem designat. Tres calami de uno latere egredientur, & tres de altero, quia fuerunt doctores ante Adventum Domini, qui fidem Trinitatis mystice designarent, & quantum rudes capere poterant, prædicarent. Unde, Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. Sunt & modo, qui aperte prædicant, itaut omnes, qui ad Christum pertinent, eamdem fidem consequantur: Secundum illud *Matth. vigesimo octavo* Baptizantes eos in nomine Patris, &c.

Psalm. 18.

l Facies & lucernas septem, &c.] *Beda*. Lucernæ septem

septem, septem sunt dona Spiritus sancti, quæ in Christo semper manserunt, & fidelibus secundum voluntatem ejus distributa sunt. Hæ super candelabrum ponuntur, quia requievit super eum spiritus sapientiæ & intellectus. *Isai. 11.*

m Ut luceant ex adverso.] *Isaiæ 61.* Ut mederer contritionis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, &c. Lucernæ candelabri ex adverso tabernaculum illustrabant, cum Christus plenus gratia, & veritate omnibus tribuebat de sua plenitudine. Mansuetis, & pauperibus verbum Evangelii committens, poenitentibus medelam indulgentiæ conferens, nunc tempus esse parcendi, in futuro universalis judicii tempus affirmans.

n Emunctoria, &c.] Verba quibus manifeste significantur, in pluribus non legis litteram, sed spiritualem sensum esse servandum: *Galat. 5.* Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit.

o Omne pondus candelabri,] Hoc est omne corpus Christi, cum ipso, scilicet, omnes electi a summo usque ad infimum, quia omnes quamvis in diversis gradibus, ætatibus, sexibus uni eidemque auctori perpetuæ lucis tempore suo, & loco quasi candelabro aureo fixa mente inhærent, ut ejusdem lucis participes fiant.

CAP. XXVI.

TABERNACULUM *a* vero ita fiet. Decem cortinas de bysso *b* retorta, & hiacyntho, ac purpura, coccoque bis tincto, variatas opere *c* plumario facies. Longitudo cortinæ unius habebit viginti octo cubitos, latitudo quatuor cubitorum erit. Unius mensuræ fient universa *d* tentoria. Quinque cortinæ sibi jungentur mutuo, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt. Ansulas hiacynthinas in lateribus, ac summitatibus facies cortinarum, ut possint invicem copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraque parte, ita insertas, ut ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum vela jungenda sunt, ut unum *e* tabernaculum fiat. Facies & saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Æqua erit mensura sagorum omnium. E quibus quinque junges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, itaut *f* sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi unius, ut conjungi cum altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus jungantur ansæ, ut unum ex omnibus operimentum fiat. *g* Quod autem superfuerit in sagis, quæ parantur tecto, id est, unum *h* sagum, quod amplius est, ex medietate ejus operies posteriora tabernaculi, & *i* cubitus *k* ex una parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, utrumque latus tabernaculi protegens. Facies & operimentum aliud tecto de *l* pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de janthinis pellibus. Facies & tabulas *m* stantes tabernaculi de lignis Sethim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos, ac semissem. In lateribus tabulæ, *n* duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur. Atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad Austrum, quibus quadraginta bases argenteas *o* fundes, ut binæ bases, singulis tabulis

EXPOSITIO CAP. XXVI.

TAbernaculum *a* vero ita fiet.] Dicto de contentis in tabernaculo, consequenter agit Moyses de ipso tabernaculo. Primo de operimento ipsius, quod multiplex fuit. Decem cortinæ, quæ vela, vel tentoria dicuntur, factæ de quatuor pretiosis coloribus, idest, bysso, hiacyntho, purpura, & cocco bis tincto, idest, de filis sericis, candidi hiacynthini, purpurei, coccinisque coloris. Secundum operimentum fuit undecim saga. Tertium de pellibus arietum rubricatis, Quartum de pellibus janthinis.

b De bysso retorta,] ut fortius esset opus. Et est byssus genus lini, quod cum primo extrahitur ex terra, viridem habet colorem, sed multis tonsionibus, & humefactionibus colorem suum exuens, candorem recipit.

c Opere plumario facies,] idest, acuali, sive acupicto. Pluma enim lingua Syria acus dicitur. Primo enim fiebat tela, postea cum acu opere manuali, diversæ picturationes superfuebantur. Unde opus hujusmodi dicitur bustratum, quasi bis stratum. Vel dicitur opus plumarium, idest, varium a similitudine avium, quibus plumarum varietas superaddita est.

d Tentoria,] idest, cortinæ sibi jungebantur ansulis hiacynthinis, quæ in lateribus cortinarum erant dispositæ altrinsecus, & binæ uno annulo aureo colligabantur, sicut firmaculo, utraque ora capitii. *Josephus* tamen dicit, annulis, & uncinis eas fuisse conjunctas, & erat annulus insertus uni cortinæ, & uncinus alii. Introitus tabernaculi erat ad Orientem, & caput ad Occidentem, in signum, quod homo erat fugitivus ante Christi Passionem, modo fit econverso, quia homo per Passionem Christi reversus est ad Dominum.

e Ut unum tabernaculum fiat,] id est, unum operimentum tabernaculi. Decem enim cortinæ sic junctæ, quasi una cortina erant.

f Itaut sextum sagum] dimidium sagum, quod excedit cortinas in introitu, ex utraque parte tabernaculi, superfues, idest, replicabis instar orarum vestimenti. Hæc expositio secundum *Bedam*: Secundum *Josephum* vero sic; Sextum sagum fronte duplices, idest, duos cubitos sagorum, qui supersunt cortinis ex utraque parte sub cortina replices, ne scilicet ventus intrans inter saga, & cortinas totum operimentum concuteret.

g Quod autem superfuerit] Exponit, quod dixerat, sextum sagum in fronte tecti duplices.

h Sagum quod amplius est,] quam in cortinis, scilicet.

i Cubitos,] pendebit, quia quodlibet sagum duobus cubitis longius erat qualibet cortina. Unde in utroque latere sagum superabat cortinas uno cubito.

k Ex una parte pendebit, idest, ex uno latere Australi, vel Aquilonari.

l De pellibus arietum rubricatis,] *Gloss.* Rubricatis, id est, Parthicis, quia apud Parthos primo inventæ sunt tales pelles.

m Stantes] idest, erectas.

n Duæ incastraturæ fient,] De incastratura tabularum, diversæ sunt quæstiones. Quidam dicunt factam sic: Una tabula in spissitudine lateris cavabatur, & altera tabula attenuabatur, & attenuatio in concavitate alterius figebatur: Secundum hoc oportet dicere, quod quælibet tabula erat cubiti, & semis in latitudine, præter incastraturam. Alii sic dicunt: Spissitudo unius tabulæ partim erat secta, & spissitudo alterius similiter, & una alteri supponebatur: Et secundum hoc latitudo tabulæ simpliciter erat cubiti, & semis. Alii sic dicunt, quod incastratio nihil aliud erat, quam conjunctio tabulæ ad tabulam, quæ fit mediantibus clavis spissitudini tabularum insertis, ut patet in ligneis parietibus, & in arcis.

o Fundes,] idest fusiles facies, ut bina perforatæ in contrarium foraminibus, cardines aurei eminentes in utro-

que

per duos angulos subjiciantur. In latere quoque secundo tabernaculi, quod vergit ad Aquilonem, viginti *a* tabulæ erunt, quadraginta habentes bases argenteas. Binæ bases singulis tabulis supponentur. Ad Occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas, *b* & rursum alias duas, quæ in angulis erigantur *c* post tergum tabernaculi. Eruntque sibi *d* conjunctæ a deorsum usque sursum, & una omnes *e* compago retinebit. Duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt, similis junctura servabitur. Et erunt simul *f* tabulæ octo, bases earum argenteæ sexdecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis. *g* Facies, & vectes de lignis Sethin quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi, & quinque alios in altero, & ejusdem numeri ad Occidentalem plagam, qui mittentur per medias tabulas a summo usque ad summum. Ipsasque tabulas deaurabis, & *h* fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum, juxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. *i* Facies & velum de hiacyntho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario, & pulchra varietate contextum, quod appendes *k* ante quatuor columnas de lignis Sethim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. *l* Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonii, quo & Sanctuarium, & Sanctuarii Sanctuaria dividentur. Pones & propitiatorium super arcam testimonii in Sancta sanctorum, mensamque *m* extra velum, & *n* contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte Aquilonis. *o* Facies, & tentorium in introitu tabernaculi de hiacyntho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumarii, & quinque columnas deaurabis, lignorum Sethim, *p* ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea, & bases æneas.

C A P. XXVII.

FACIES *q* & altare de lignis Sethim, quod habebit

que angulo cujuslibet tabulæ innitebantur. Tamen *Augustinus*, videtur velle, quod una basium erat sub una tabula, & altera supra pro epistilio. Sed littera contra est, quæ dicit, ut binæ bases singulis basibus, &c. Utrum autem tabulæ suspensæ essent a terra, an inter bases ad terram pertingerent, non legitur.

a Viginti tabulæ erunt,] Eodem prorsus schemate ordinatæ. Ad Occidentalem plagam facies sex tabulas per omnia similes aliis, & eodem modo stantes. Sed cum non implerent nisi novem cubitos, dimidius cubitus ex utraque parte vacuus patebat, & ideo tabula unius cubiti secta est per medium, & factæ sunt duæ tabulæ semicubitales, quæ utrimque appositæ, parietem occidentis aliis duobus parietibus compaginabant, quæ etiam singulæ duabus basibus immittebantur.

b Et rursum alias duas,] semicubitales.

c Post tergum tabernaculi,] a posteriori parte, idest, ab Occidente.

d Conjunctæ a deorsum] omnes, scilicet, tabulæ unuscujusque lateris.

e Compago retinebit,] idest, similis junctura.

f Simul tabulæ octo,] in latere Occidentali, scilicet.

g Facies & vectes de lignis Sethim] ne ventorum pulsu, vel alia causa parietes concuti possent. Singulæ tabulæ habebant quinque annulos aureos, de summo usque deorsum dispositos per ordinem velut quibusdam radicibus affixos, per quos vectes per transversum parietis immissi, tabulata firmiter continebant. Erant autem vectes de lignis Sethim singuli quinque cubitorum inaurati, & immittebatur unus vectis in caput alterius, sicut fit in sambuca Pontificali. Et quod dicit Moyses, quinque vectes fuisse in quolibet latere, refertur ad numerum ordinum, non ad numerum vectium, quia quinque vectes non possunt comprehendere totam longitudinem tabulati: sed in quolibet quinque ordinum erant sex vectes singuli quinque cubitorum præterquam in latere Occidentali, ubi duo vectes solum erant in quolibet ordine. Aliæ sunt circa hæc opiniones, sed hæc probabilior est, & *Josephus*, videtur hanc approbare. (Vectes quinque) idest, quinque ordines vectium, scilicet.

h Fundes in eis annulos aureos,] idest, annulos fusiles eis affiges. Vel fundes, idest, fundabis, idest, inseres.

i Facies & velum de hiacyntho,] Dicto de constructione tabernaculi, subdit Moyses de dispositione ejusdem, dicens, quod tabernaculum divisum erat in duas partes. Unam decem cubitorum ex parte Occidentis, & dicebatur Sancta sanctorum, ubi erat arca. Altera pars erat viginti cubitorum ex parte Orientis, & dicebatur sancta, ubi erat mensa & candelabrum, & altare incensi. Dividebatur autem Sancta sanctorum a sanctis quodam velo, de quatuor pretiosis coloribus facto, quatuor columnis appenso, de quo primo agitur hic.

k Ante quatuor columnas de lignis Sethim,] Tamen *Josephus* dicit fuisse quatuor coloratas tabulas ad modum aliarum operatas, æqualiter a se invicem distantes, inter quas quidem tres angusti patebant ingressus.

l Inseretur autem velum per circulos,] super capita columnarum. Superpositi autem erant duo vectes, a pariete in parietem protensi, in quibus dependebat velum per circulos aureos immissum, sicut vides circa altare, ubi altrinsecus dependent in virgis ferreis duæ parvæ cortinæ per annulos immissæ, quæ protrahuntur post offertorium, & retrahuntur circa finem Missæ. Erat autem illud velum ante quatuor columnas, extensum, quadrum ex omni parte, ut ex omni parte aspectum interiorem prohiberet. Et erat hoc velum pulchra venustate contextum ex universis (ut ait *Josephus*,) floribus, quos generat humus, & aliis picturis, quas poterant interserere pictores, præter formas animalium, quas noluit ibi poni Moyses propter idololatriæ suspicionem.

m Extra velum,] idest, in sancta.

n Contra mensam] quæ erat ad Aquilonem, candelabrum vero ad Austrum.

o Facies, & tentorium in introitu, &c.] ad modum prioris, quod erat interius operatum. Tamen secundum *Josephum* non descendebat hoc velum nisi usque ad medium columnarum, tangens eas per quinque cubitos, reliqui vero quinque usque ad terram ad ingressum sacerdotum patebant. Super hoc velo dicit aliam cortinam laneam superpositam, usque ad terram attingentem, funibus per annulos eam ducentibus, & retrahentibus, ut in diebus festis reducta præberet aspectum tabernaculi, in profestis prohiberet superinducta, præcipue cum nubilum erat. Similem cortinam dicit fuisse in introitu templi appensam.

p Ante quas ducetur, &c.] Et super capita eorum protendebatur vectis a pariete in parietem, ad modum tabernaculi in domo, a quo dependebat velum per circulos aureos insertum ad modum prioris.

EXPOSITIO CAP. XXVII.

FAcies, *q* & altare de lignis Sethim] Quod dicitur altare holocaustorum, vel holocausti, sive holocaustomatum.

a quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, idest, quadrum, & tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex b ipso erunt, & operies illud ære. Faciesque in usus ejus c lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes, atque d fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia vasa ex ære fabricabis, craticulamque in modum retis æneam, per cujus quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, quos pones e subter arulam altaris, Eritque craticula usque f ad altaris medium. Facies & vectes altaris de lignis Sethim duos, quos operies laminis æneis, & induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum. Non solidum, sed inane, & cavum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est. Facies & atrium tabernaculi, in cujus plaga Australi contra Meridiem erunt tentoria de bysso retorta. Centum cubitos unum latus tenebit in longitudine, g & columnas viginti, cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea. Similiter & in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ ejusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea. In latitudine vero atrii, quod respicit ad Occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, basesque totidem. In ea quoque atrii latitudine, quæ respicit ad Orientem, quinquaginta cubiti erunt, in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur, columnæque tres, & bases totidem: Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidem. In introitu vero atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex hiacyntho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumarii, columnasque habebit quatuor cum basibus totidem. Omnes columnæ atrii per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit, fietque de bysso retorta, & habebit bases æneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus, & cæremonias h tam paxillos ejus, quam atrii ex ære facies. Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum i de arboribus olivarum

matum. Posset etiam dici sacrificiorum, sed a digniori nomen accepit. Quatuor sunt opiniones de hujusmodi altaris dispositione. Prima est *Hieron.* & probabilior. Erat autem hoc altare concavum instar arcæ sine operculo. Parietes lignei, sed operti ære intus, & exterius, quadrangulam habens fenestram in latere Orientali, per quam imponebatur ignis. In quatuor angulis erant extra quatuor cornua recurva, in quibus quatuor catenæ annulis inserebantur, de quibus dependens craticula ærea in modum retis facta, usque ad medium altaris intus descendebat, super quam hostia cremanda Domino ponebatur, quam consumebat ignis per foramina craticulæ ascendens de arula, quæ erat quasi fundus arcæ. Circa angulos inferiores erant quatuor annuli ærei, in quibus vectes imponebantur de lignis Sethim, operti ære ad portandum altare. Hæc est opinio *Hieronymi*. Secunda opinio est *Cassiodori*, quæ convenit cum priori tantum in nominibus arulæ, & craticulæ, sed differt in re, & ordine. Appellat enim *Cassiodorus* craticulam quoddam vas concavum, cui insidebat altare, ascendens usque ad medietatem altaris: In cujus quatuor angulis sursum pendebant quatuor annuli, per quos vectibus immissis altare ei insidens portabatur. Arulam autem appellat illud, quod *Hieronymus* appellat craticulam, & ibidem ponit ubi *Hieronymus*, scilicet, in medio altaris, intus quatuor catenis pendentem. Super hanc secundum *Cassiodorum* ponebatur strues lignorum, & super ligna hostia posita cremabatur. Tertia opinio est *Josephi*: Et convenit opinio tertia *Josephi* cum prima in craticula, sed differt in arula. Dicit enim *Josephus*, ibi nullam fuisse arulam, nec fundum etiam, sed super craticulam fiebat ignis, ut dicit secunda opinio, & super ligna ibi posita cremabatur hostia. Et ita opinio *Josephi* convenit cum *Hieronymo* in craticula, & cum *Cassiodoro* in locatione ignis, & hostiæ, differt autem ab utroque in arula. Quarta opinio dicit idem, quod secunda de craticula, sed dicit nullam arulam fuisse ibi, sicut tertia opinio dicit, veruntamen parietes Altaris intus repleri terra, secundum quod Dominus dixit *supra* 20. Altare de terra facies mihi. In cujus area superiori fiebat ignis, ubi hostia posita super struem cremabatur. Erat autem hoc altare positum sub dio ante introitum tabernaculi, non directe, sed aliquantulum ad meridiem descendens, itaut immolantes stantes ex parte Aquilonis versi ad Austrum usque in Sancta sanctorum, quando vellent, possent inspicere.

16 dist. 4 ap. que eccle- siasticus, 9. enq.

B

a Quinque cubitos in longitudine.] *Glossa*. Quomodo ergo ministrabatur altari, cum alibi supra, scilicet 20. gradus habere prohibetur, ne pudenda revelentur. Sed illud dictum est de altari, quod de terra, vel lapidibus constituitur, ubi gradus ipsi coædificati ad corpus altaris pertinent. Hæc est *Glossa*. Sed hæc solutio videtur nulla, quia si hæc fuit causa prohibitionis graduum, ne scilicet, turpitudo revelaretur, eodem modo per lignum suppositum ad horam posset turpitudo revelari. Ideo posset dici, quod Dominus supra locutus est de altari, in quo sacrificabatur, antequam esset feminalium usus. In hoc autem altari sacrificabant, quando jam erat usus feminalium.

C

b Et ipso erunt,] non inserta, sed ex ipso procedentia.

c Lebetes ad suscipiendos cineres,] Batilla dicit *Interlin.* quasi vacilla a vehendo. Vel proprie batilla dicitur a bato, quod est genus vasis. Unde

Dic pro vase batum, proprie pro nomine batum.

Vasa.

d Fuscinulas,] id est, creagras, quæ Gallice dicuntur *Croches*, quibus carnes extrahuntur de Lebete. Dicitur autem creagas a creas, quod est caro. Unde Artocrea, panis factus de carne, & pasta, idest, *roissole*.

D

e Subter arulam] est contra prædicta. Ergo arula est super annulos, quod est contra prædicta. Dictum est enim, quod in annulis pendebat craticula, sub qua erat arula. Solutio: Quidam exponunt subter, idest, super. Alii sic construunt: Quos pones subter arulam, idest, subtes quos pones arulam, & ad idem redit.

21. dist. 9. in princ. 75. dist. c. 1. in vers. Moyses.

f Usque ad, &c.] hoc est verum secundum omnem opinionem.

g Et columnas viginti, &c.] intercapedinem quamlibet quinque cubitorum. Vel improprie viginti columnas, quia angulares in utroque latere intercapedinem faciunt. Columnæ viginti, idest, intercapedines, & columnæ decem, idest, intercapedines, & etiam columnæ decem, quia angulares in utroque latere intercapedinem faciunt.

h Tam paxillos ejus,] Qui erant unius cubiti, & in singulis columnis erant duo paxilli, hinc unus, & inde alius in terra defixi, quibus innixi erant funes pertingentes ex transverso per capita columnarum, ut atrium immobile custodirent, tamen tempore pluviæ extendebantur funes, & elevabatur cortina, ut sub ea quasi sub tecto populus posset latere, sicut fit in papilionibus.

i De arboribus olivarum] Oleum enim olivarum clarius lucet quam oleum nuceum, & quam myrtinum, idest, de semine myrti factum, & quam raphaninum, idest,

de

de granis raphani factum, & quam lineum, idest, de semine lini factum.

a Piloque] Pila est vas illud, in quo pultes teruntur. Unde *Proverbiorum* 27. Si contunderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo non aufertur ab eo stultitia ejus.

b Oppansum est testimonio,] idest, in tabernaculo.

purissimum, *a* piloque contusum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii extra velum, quod *b* oppansum est testimonio, & collocabunt eam Aaron, & filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum a filiis Israel.

C A P. XXVIII.

APPLICA quoque ad te Aaron fratrem tuum, cum filiis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio *c* fungantur mihi Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar: *d* Faciesque vestem sanctam fratri tuo in *e* gloriam, & *f* decorem, & *g* loqueris cunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu sapientiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi. Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient: *h* Rationale, & *i* superhumerale, tunicam, & lineam strictam, cidarim, & balteum. Facient vestimenta sancta Aaron fratri tuo, & filiis ejus, ut sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum, & hiacynthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum. Facient autem superhumerale de auro, & *k* hiacynto, ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, *l* opere polymito. Duas oras junctas habebit in utroque latere summitatum, ut in unum redeant: Ipsaque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro, & hiacyntho, ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Sumesque *m* duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum, opere sculptoris, & cælatura gemmarum: Sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro, atque circundatos, & pones in utroque latere superhumeralis, memorale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem. *n* Facies & uncinos ex auro, & *o* duas catenulas auri purissimi sibi invicem cohærentes, quas *p* inseres uncinis. *q* Rationale quoque judicii facies opere polymito, juxta texturam super-

EXPOSITIO

Cap. XXVIII.

APplica quoque ad te Aaron, &c.]

c Fungantur mihi] non sibi, quod est contra aliquos, qui quærunt aliud in sacerdotio, quam servire Deo.

A

d Faciesque vestem sanctam] in sanctitate virtutum. *Apocal.* 16. Beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus. *Eccl.* 9. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. *Thren.* 4. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? 2. *Corinth.* 5. Scimus, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cœlis. *e* In gloriam,] quoad operationes.

f Decorem,] quoad supererogationem. Primum est in præcepto, secundum in consilio. *Interlin. Matth.* 19. Si vis perfectus esse, &c. *Psal.* 20. Gloriam, & magnum decorem, &c.

g Loqueris cunctis sapientibus] *Proverb.* 9. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia.

h Rationale,] Primo enumerat rationale, sed primo exequitur de superhumerali, & quid sit hoc. Rationale significat doctrinam, superhumerale opus in discendo. Prius est doctrina, & ideo prius ponitur rationale: In docendo prius est opus, & ideo prius exequitur de superhumerali. Unde *Actor.* 1. Cœpit Jesus facere, & docere. *Eccles* 29. Quæ in manu habes, ciba ceteros. *Matth.* 5. Qui fecerit, & docuerit. *Proverb. ultim.* Sindonem fecit, &c. *Joann.* 5. Joannes erat lucerna ardens, & lucens. Ardens, in compassione, lucens, in prædicatione. Ardens in se, lucens aliis. Ardens increpando, lucens instruendo. *Jerem.* 1. Ecce dedi verba mea, &c.

i Superhumerale,] Nota superhumerale erat vestis ad modum colobii monachorum, sine manicis, descendens usque ad renes, adeo ut supercingi posset, aperturam habens in pectore quadram, ad magnitudinem palmi, in qua logion inserebatur, in cujus parte superiori, super utrumque humerum duo sardonices, secundum *Josephum*, vel duo smaragdi, secundum Septuaginta, erant infibulati auro, in quibus erant scripta duodecim nomina filiorum Israel. Sex nomina seniorum in humero dextro secundum ordinem nativitatis, nomina sex juniorum in sinistro. Habebat autem capitium ex transverso super humerum. Rationale, sive logion ejusdem schematis erat, cujus & superhumerale. Erantque in eo duodecim lapides firmiter inclusi, per quatuor ordines, terni in singulis. In primo ordine sardius, topazius, smaragdus: In secundo carbunculus, sapphirus, jaspis: In tertio ligurius, achates, amethistus. In quarto chrysolitus, onychinus, berillus. In quibus scripta erant, sive sculpta nomina duodecim filiorum Israel, secundum ordinem nativitatis eorum singula in singulis, ut gestaret sacerdos memoriale filii Israel, & filiorum Israel in humeris, & pectore. Super hunc locum dicit *Glossa*. His octo generibus vestium Pontifex tempore sacrificii induebatur. Pontifex, inquam, quem Arabarchum appellant, id est, principem sacerdotum: Noster autem Pontifex, quia jugem habet continentiam, tantum sandaliis pedes tegit, ut dicitur *Marci* 6. Ac si dicatur ei: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, id est, affectus, *Joan.* 13.

B

C

k Hiacyntho, & purpura.] *Interlin.* ut judiciis regia potestate contradicat. *Proverbiorum vigesimo*. Rex, qui sedet in solio judicii, intuitu suo dissipat omne malum.

Cap. 18.

l Opere polymito.] idest, gustato. Vel polymito, idest, pluribus filiis contexto.

m Duo lapides onychinos.] *Isaiæ* 54. Ponam in portas tuas lapides sculptos. *Zach.* 3. Ecce ego cælabo sculptores.

n Facies & uncinos ex auro,] Nota in quatuor angulis rationalis erant quatuor annuli aurei, quorum duobus superioribus erant insertæ duæ catenæ aureæ, sibi invicem cohærentes obliquatæ ad modum 10. litteræ. Vel, ut dicit *Josephus*, per fistulas venientes, quæ sursum ferebantur usque ad scapulas Pontificis duobus uncinis aureis superhumerali firmiter insertis. In duobus annulis inferioribus rationalis erant assutæ duæ vittæ hiacynthinæ, quæ circa latera post terga ductæ duobus superhumeralis annulis inserebantur, qui inter scapulas sub utroque sardonice firmiter fixi stabant, ut utraque ligatura Ephod, & logion sibi invicem firmiter cohærerent.

o Duas catenulas auri purissimi, &c.] Innocentia operis, & mentis. *Psalmus* 23. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam.

p Inseres uncinis.] Superhumeralis, scilicet.

q Rationale quoque judicii facies opere] Sic dicebatur logion, quia hæc duo nomina, judicium, & veritas; vel doctrina, & veritas in eo scripta erant. Quomo-

do

humeralis ex auro, & hiacyntho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Quadrangulum erit, & duplex: Mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quam in latitudine: Ponesque in eo quatuor ordines lapidum. In primo versu erit lapis Sardius, & Topazius, & Smaragdus: In secundo Carbunculus, Saphirus, & Jaspis: In tertio Ligurius, Achates, & Amethistus: In quarto Chrysolithus, Onychinus, & Berrillus. Inclusi auro erunt per ordines suos: Habebuntque nomina filiorum Israel. Duodecim nominibus cælabuntur singuli lapides nominibus singulorum per duodecim Tribus. Facies in rationali catenas sibi invicem cohærentes ex auro purissimo, & duos annullos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate, catenasque aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus, & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroque latere superhumeralis, quod rationale respicit. Facies & duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, & in oris, quæ e regione sunt superhumeralis, & posteriora ejus aspiciunt, necnon & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem juncturæ inferioris, ut aptari possit cum superhumerali, ut stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis, vitta hiacynthina, ut maneat junctura fabrefacta, & a se invicem rationale, & superhumerale nequeant separari. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali judicii super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriali coram Domino in æternum. Pones autem in rationali judicii doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, & *a* gestabit judicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper. *b* Facies & tunicam superhumeralis totam hiacynthinam, in cujus medio supra erit capitium, & ora per gyrum ejus textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facile rumpatur. Deorsum vero ad pedes ejusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica: facies ex hiacyntho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta, mixtis in medio tintinnabulis, ita ut tintinnabulum sit aureum, & malum punicum. Rursumque tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerii, ut *c* audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris *d* sanctum Domino. Ligabisque eam vitta hiacynthina, & erit super tiaram imminens fronti pontificis. *e* Portabitque Aaron *f* iniquitates eorum, quæ obtulerint, & sanctificaverint filii Israel in cunctis muneribus, & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte ejus, ut placatus ei sit Dominus. Stringesque *g* tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, & balteum opere plumarii. *h* Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, ac tiaras in gloriam, & decorem, vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, *i* & filios ejus cum eo, & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi.
k Facies & feminalia linea, ut operiant *l* carnem turpitudinis suæ a renibus usque ad femora, & utentur eis Aaron, & filii ejus, quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare, ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. *m* Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini ejus post eum.

do hoc erat, expresse habetur in historia super hunc locum.

a Gestabit judicium filiorum] id est, id, unde memor esse debet justi judicii, ut scilicet, juste judicet.

b Facies & tunicam superhumeralis totam] id est, ei conjunctam, inductam, scilicet, subtus superhumerale immediate, quod dicitur Græce poderis, idest, talaris, eratque de duabus incisionibus facta, consuta super humeros, & per latera ad modum Dalmaticæ facta, manicas ejusdem coloris assutas, capitium habens non ex transverso, sed in longum a pectore usque ad medias scapulas, cujus apertura ne ante, & retro turpiter appareret, assuta erat vitta, quæ super scapulas hinc, & inde vasculis astringebatur. Habebat autem pro fimbriis aureis 32. tintinnabula aurea, quibus immixti erant totidem vasculi quasi mala punica, ex purpura, & hiacyntho, & cocco bis tincto intercalariter ordinata, ut audiretur sonus, quando Sacerdos sanctuarium ingrediebatur, & non moreretur.

D

c Ut audiatur sonitus quando ingreditur,] *Isaiæ* 58. Clama, ne cesses, *Ezech.* 33. Si non insonuerit buccina, &c. Et *Hieronymus*. Innocens absque sermone, quantum conversationis exemplo prodest, tantum silentio nocet.

E

d Sanctum Domino.] idest, sanctuarium Domino.

e Portabitque Aaron] Post vestimenta sacerdotis agit de officio ejus. Portabit, idest, asportabit. Unde *Interlin.* Auferet &c.

f Iniquitates eorum,] idest, oblata pro iniquitatibus populi. Munera antequam offerantur communia sunt, in oblatione sanctificantur Domino, nec de cetero possunt cadere in usus communes, sed divinos tantum. Et est summa, quod Sacerdos accipiet munera, ut asportet peccata populi. Unde *Glossa. Bedæ:* Portat Sacerdos, &c.

F

g Stringesque tunicam bisso,] id est, balteo byssino.

h Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis,] *Interl.* continuat. Sed notandum, quod quatuor erant vestes communes, tam Sacerdotibus, quam Arabarcho, & aliæ quatuor post illas, quibus solus Arabarchus inducebatur hoc ordine, secundum quem dicitur expresse *in historia Rubrica de communibus vestibus.*

i Et filios] non omnibus, sed aliquibus.

k Facies & feminalia] De vestibus dignioribus primo egit, nunc de infimis. Nota, sicut octo fuerunt indumenta sacerdotis ad litteram, ita spiritualiter cujuslibet Christiani octo sunt indumenta, quę enumerat Apostolus *Coloss.* 3. dicens: Induite vos sicut electi Dei viscera misericordię, bonitatem, humilitatem, &c. Item 2. *Petr.* 1. Ministrate in fide vestra virtute, &c. Cui hæc præsto non sunt, cæcus est, manu reptans.

G

l Carnem turpitudinis] *Interlin.* Tiara petulum, pro eodem indumento reputat hic *Gloss.* Tiaram, & Cidarim petulum sive laminam ponens octavum indumentum.

m Legitimum sempiternum] Nota propter cultum, quia cito desiit, sed ejus significatum æternum est.

CAP. XXIX.

SED & hoc facies, ut mihi in ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, paneſque azymos, & cruſtulam abſque fermento, quæ conſperſa ſint oleo, *a* Lagana quoque azyma, oleo lita. De ſimila triticea cuncta facies, & poſita in caniſtro offeres; vitulum autem, & duos arietes. Et Aaron, ac filios ejus applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonii. Cumque laveris patrem cum filiis ſuis aqua, indues Aaron veſtimentis ſuis, ideſt, linea, & tunica, ſuperhumerali, & rationali, quod conſtringens balteo, & pones tiaram in capite ejus, & laminam ſanctam ſuper tiaram, *b* & oleum unctionis fundes ſuper caput ejus, atque hoc ritu conſecrabitur: Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingeſque balteo Aaron, ſcilicet, & liberos ejus, & impones eis mitras, eruntque ſacerdotes mihi religione perpetua. *c* Poſtquam initiaveris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonii: Imponentque Aaron, & filii ejus manus ſuper caput illius, & mactabis eum in conſpectu Domini, juxta oſtium tabernaculi teſtimonii, ſumptumque de ſanguine vituli, pones ſuper cornua altaris digito tuo, reliquum autem ſanguinem fundes juxta baſim ejus. Sumes & adipem totum, qui operit inteſtina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem, qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare, carnes vero vituli, & corium, & fimum combures foris *d* extra caſtra, eo quod *e* pro peccato ſit. Unum quoque arietem ſumes, ſuper cujus caput ponent Aaron, & filii ejus manus, quem cum mactaveris, tolles de ſanguine ejus, & fundes circa altare, ipſum autem arietem ſecabis in fruſta, lotaque inteſtina ejus, ac pedes, pones ſuper conciſas carnes, & ſuper caput illius, & offeres totum arietem in incenſum ſuper altare. Oblatio eſt Domino, *f* odor ſuaviſſimus victimæ Domini. Tolles quoque arietem alterum, ſuper cujus caput Aaron, & filii ejus ponent manus. Quem cum immolaveris, ſumes de ſanguine ipſius, & pones *g* ſuper extremum dextræ auriculæ Aaron, & filiorum ejus, & ſuper pollices manus eorum, ac pedis dextri, fundeſque ſanguinem ſuper altare per circuitum. Cumque tuleris de ſanguine, qui eſt ſuper altare, & de oleo unctionis, aſperges Aaron, & veſtes ejus, filios, & veſtimenta eorum. Conſecratiſque & ipſis, & veſtibus tolles adipem de ariete, & caudam, & arvinam, quæ operit *h* vitalia, ac reticulum jecoris, & duos renes, atque adipem, qui ſuper eos eſt, armumque dextrum, eo quod ſit *i* aries conſecrationis, tortamque panis unius, cruſtulam conſperſam oleo, laganum de caniſtro azymorum, quod poſitum eſt in conſpectu Domini, poneſque omnia ſuper manus Aaron, & filiorum ejus, *k* & ſanctificabis eos elevans coram Domino. Suſcipieſque univerſa de manibus eorum, & incendens ſuper altare in holocauſtum, odorem ſuaviſſimum in conſpectu Domini, quia oblatio ejus eſt, Sumes quoque pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſque illud elevatum coram Domino, & cedet in partem ſuam: *l* Sanctificabiſque & pectuſculum conſecratum, & armum quem de ariete ſeparaſti, quo initiatus eſt Aaron, & filii ejus, cedentque in partem Aaron, & filiorum ejus jure perpetuo a filiis Iſrael, quia *m* primitiva ſunt, & initia de victimis eorum pacificis, quæ offerunt Domino. Veſtem autem ſanctam, qua utitur Aaron, habebunt filii ejus poſt eum, ut ungantur in ea, & conſecrentur manus eorum. Septem diebus *n* utetur illa, *o* qui Pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis ejus, & qui ingredietur tabernaculum teſtimonii, ut *p* miniſtret in ſanctuario. Arietem autem conſecrationis tolles, & *q* coques carnes in *r* loco ſancto, quibus veſcetur Aaron, & filii ejus. Panes quoque, qui ſunt in *ſ* caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonii comedent, ut ſit placabile ſacrificium, *t* & ſanctificentur offerentium manus. Alienigena non veſcetur ex eis, quia *u* ſancti ſunt. Quod ſi remanſerit de carnibus conſecratis, ſive de panibus uſque mane, combures reliquias igni, non comedentur, quia *x* ſanctificata ſunt. Omnia, quæ præcepi tibi, facies ſuper Aaron, & filiis ejus. *y* Septem diebus conſe-

EXPOSITIO CAP. XXIX.

SED & hoc facies, &c.]

a Lagana] Laganum eſt genus panis lati, & tenuis, in patella frixi, qui Gallice dicitur, *Crepe*. *b* Et oleum unctionis] prius quam tiara ſuper caput ponatur. Nunc autem manus tantum minorum ſacerdotum inunguntur, Epiſcoporum vero, & manus, & caput ut notentur eſſe pleni Spiritu Sancto. *c* Poſtquam initiaveris manus] Secundum hoc videtur, quod quando manus ſacerdotum inunguntur, accipiunt poteſtatem conſecrandi. *d* Extra caſtra] *Interlin.* Extra civitatem paſſus eſt Chriſtus. *Heb* 13. Exeamus, &c. *e* Pro peccato ſit.] ſcilicet, ſacerdotis. *f* Odor ſuaviſſimus] *Auguſtin.* Non quod odore fumi Deus delectetur, ſed quod his ſignificatur ſpiritualiter.

g Super extremum dextræ, &c.] quaſi dicat: Sit omnis homo velox ad audiendum, &c. *Jacob* 1.

i Aries conſecrationis] Nam de aliis agnis in ſacrificium oblatis, armus dexter, & pectuſculum erant ſacerdotis. *Levit.* 1. & 3.

h Vitalia,] ideſt cor, ubi vita eſt. *k* Et ſanctificabis eos] ideſt, confirmabis. Et nota, quod primus aries oblatus fuit in holocauſtum, ſecundus in pacificum ſacrificium, unde & Dominus habuit partem ſuam, ſupple adipem, & armum.

l Sanctificabiſque] Hic oſtenditur, quæ pars de cetero debeat eſſe ſacerdotum de hoſtia pacifica, ſcilicet pectus, & armus. Ipſi enim in conſecratione ſua hæc Domino obtulerunt, unde & eadem accipient a filiis Iſrael lege perpetua.

m Primitiva ſunt,] ideſt digniora. *n* Utentur illa,] Veſte, ſcilicet, ſancta, in qua conſecratus eſt. Sic etiam Epiſcopus noſter mitram, in qua unctus eſt, non deponit per ſeptem dies. *o* Qui Pontifex pro eo fuerit, *Interlin.* ſummus, ſcilicet, quia non poterat eſſe niſi unus. Contra. In Paſſione Domini legitur, quod duo fuerunt tunc, ſcilicet, Annas, & Caiphas. Præterea 1. *Paral.* 24. legitur quod David volens ampliare cultum Dei, viginti quatuor ſummos ſacerdotes conſtituit. Solutio: Ad primum dicimus, quod non fuerunt duo ſimul, ſed annuatim unus in uno anno, alius in alio. Ad aliud dicimus, quod revera viginti quatuor ſummos ſacerdotes conſtituit David. Sed inter eos unus erat tantum princeps ſacerdotum, qui proprie dicitur ſummus Sacerdos. *p* Ut miniſtret in ſanctuario] ultra velum, ſc. quia extra velum, ideſt, in ſancta intrabant minores ſacerdotes. *q* Coques carnes,] ideſt, armum, & pectus. *r* In loco ſancto,] i. in atrio tabernaculi. *ſ* In caniſtro, in veſtibulo tabernaculi,] ideſt, in atrio.

De conſecr. d. 3 *cap. non oportet.* *21. diſt. §.* 1. *in princ.*

t Et ſanctificentur offerentium manus,] ideſt, laventur. *u* Qui Sancti ſunt.] illi, ſcilicet, qui fuerunt de ſtirpe Aaron, poterant comedere. Quia ſancti ſunt, ideſt, Deo oblati. *x* Quia ſanctificata ſunt.] Deo, ſcilicet, oblata. Omnia enim Deo oblata ſancta ſunt, & non debent cedere in eſus communes, in forma, ſc. in qua prius erant; ſic fiebat de agno Paſchali.

y Septem diebus conſecrabis manus] iterat, & inculcat, quod dixerat ſupra ad majorem firmitatem.

a Mun-

a Mundabisque altare, cum immolaveris] Et ita primo offerebatur super altare, antequam sacrificaretur, & ungeretur.
b Septem diebus expiabis] idest, expiationem ejus, & dedicationem celebrabis.
c Et erit sanctum sanctorum.] idest, valde sanctum, vel sanctum ad hostias sanctificandas, vel unum de sanctis.
d Qui tetigerit illud,] altare scilicet.
e Sanctificabitur,] idest, lavabitur. Sic etiam Presbyteri, antequam accedant ad sacrum altare Domini, debent se purgare, & sanctificare, & dicere: Lavabo inter innocentes manus meas, &c. Unde *Isa.* I. Lavamini, mundi estote, &c.

Psalm. 25.

G

f Hoc est quod facies] idest, quod sanctificaberis super altare.
g Jugiter,] Unde hic vocatur juge sacrificium.
h Alterum vespere,] pinguior agnus offerebatur.
i Decimam partem similę] scilicet ephi.
k Tuso,] quasi dicat, non communi, sed pilo tuso.
l Quartam partem hin] sextarii, quod est mensura liquidorum. Unde:

Versus.

Hin batus in liquidis, in siccis corus, & ephi.

m Ad libandum] idest, fundendum.
n Oblatione perpetua] idest, in perpetuum facienda, idest, sine termini præfixione, vel perpetuum aliquid significant.
o Ibique præcipiam] in tabernaculo, scilicet, super propitiatorium ad ostium.
p In gloria mea,] idest, ad gloriam meam.

crabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. *a* Mundabisque altare, cum immolaveris expiationis hostiam, & unges illud in sanctificationem. *b* Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, *c* & erit Sanctum sanctorum. Omnis, *d* qui tetigerit illud, *e* sanctificabitur. *f* Hoc est, quod facies in altari: Agnos anniculos duos per singulos dies *g* jugiter, unum agnum mane, *h* alterum vespere, *i* decimam partem similæ conspersæ oleo k tuso, quod habet mensuram *l* quartam partem hin, & vinum *m* ad libandum ejusdem mensuræ in agno uno: alterum vero agnum offeres ad vesperam, juxta ritum matutinæ oblationis, & juxta ea, quæ diximus in odorem suavitatis, sacrificium est Domino *n* oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, ubi constituam, ut loquar ad te. Ibique *o* præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in *p* gloria mea, & sanctificabo tabernaculum testimonii cum altari, & Aaron cum filiis, ut sacerdotio fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis Deus: & sciant, quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, ut manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

CAP. XXX.

FAcies *q* quoque altare ad adolendum *r* thymiama de lignis Sethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, idest, *s* quadrangulum, & duos *t* cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent, *u* vestiesque illud auro purissimo, tam craticulam ejus, quam parietes per circuitum, & cornua. *x* Facies quoque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, & altare portetur. Ipsos quoque vectes facies de lignis Sethim, & inaurabis. Ponesque altare *y* contra velum, quod ante arcam pendet testimonii coram propitiatorio, quo *z* tegitur testimonium, ubi loquar tibi, & adolebit incensum super eo Aaron, suave fragrans. Mane, quando *a* componet lucernas, incendet illud, & quando *b* collocat eas ad vesperum, uret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras. Non offeretis super eo thymiama *c* compositionis alterius, nec oblationem, & victimam, *d* nec libabitis. Et deprecabitur Aaron super *e* cornua altaris semel per annum in *f* sanguine,

EXPOSITIO CAP. XXX.

FAcies *q* quoque altare] Constructo tabernaculo cum utensilibus suis, completis etiam mandatis consecrationis, & filiorum ejus, redit Scriptura, ut doceat factuam altaris incensi, in quo Aaron quotidianum adoleret incensum, sive thymiama. Erat autem ejusdem facturæ, & de eadem materia, scilicet, de lignis Sethim cum altari holocaustorum, & concavum, ut illud, habens craticulam quatuor catenis, quatuor cornibus altaris, dependentem usque ad medium altaris. Utrum autem habuerit arulam, idest, fundum a terra, ut reciperet cineres, ambiguum est. Et cum singulis diebus super altare holocaustorum bis cremarent carnes, non erat hostia consummata, quousque Sacerdos acceptis prunis de altari holocaustorum in batillo, intraret tabernaculum, & veniens ad altare thymiamatis, super craticulam ejus prunas poneret, & pulverem thymiamatis superponeret, ut ita fumus ascenderet ad Sancta sanctorum. Utrum autem hoc altare esset in sanctuario, an in Sanctis sanctorum, dubitatio est inter Sanctos. *Augustinus* dicit, quod in Sanctis sanctorum erat: argumentum accipiens ab illo verbo Apostoli, *Hebr.* 9. Post velamen autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti. Et vocat *Augustin.* aureum thuribulum, altare incensi. *Hieronymus* dicit, quod erat in sanctuario, & inter mensam, & candelabrum, quod dicit *Josephus* plane, & *Hebræus*. Forte *Augustinus* loquitur de templo, ubi erant omnia ampliata. Et potuit esse, quod præter altare incensi, quod erat in Sanctuario, [ad quod bis in die necesse erat ingredi] erat superadditum in abdito, thuribulum aureum, in quo summus Sacerdos prunas, & thymiamata, quod in sanctuarium deferebat, adoleret, quando ad interiora contingebat, ipsum penetrare, semel, scilicet, in anno, & tunc cum sanguine vitulę rufæ, ut dicit Apostolus *Hebr.* 9.

A

r Thymiama, &c.] confectum de quatuor speciebus aromaticis, scilicet, stacte, onycha, galbano, thure lucidissimo.
s Quadrangulum,] quatuor anguli, quatuor virtutes. *Apoc.* 21. Civitas in quadro posita est.
t Duos cubitos] Stola animæ, & stola corporis. 4. *Reg.* orat Elisæus, ut spiritus Eliæ duplex fieret in eo. *Gen.* 45. scilicet, Joseph jussit fratribus suis proferri binas stolas. *Is.* 61. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, &c. *Prov. ult.* Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus.

B

Hebr. 9.

u Vestiesque] *Is.* 61. Induit me Dominus vestimentis salutis. *Job* 29. Justitia vestitus sum.
x Faciesque quoque ei coronam aureolam per gyrum,] *Josephus* dicit per singulos angulos sex fuisse coronas in circuitu per gyrum.
y Contra velum,] Argumentum, quod altare thymiamatis erat in sanctuario extra velum, sicut vult *Hieronymus*.
z Quo tegitur testimonium,] idest, arca testimonii.
a Componet lucernas,] Septem lucernæ erant in candelabro, sed tantum tres ardebant in die, quas accendebat Aaron mane, ponens carnes agni super altare holocaustorum, & thymiama super altare incensi. Vespere autem accendebat quatuor, quæ in nocte templum illuminabant, aliumque agnum cremandum ponebat super altare exterius, & thymiama super altare interius.
b Collocat eas] adaptat, & disponit.
c Compositionis alterius,] quam illius, de qua dicturus est, & de qua nos diximus jam.
d Nec libabitis.] aliud libamen, quam decet. Nulla enim hostia sine suis libamentis offerebatur. *e* Super cornua altaris semel per annum] elevans scilicet, manus, vel cornibus altaris innitens. *f* In sanguine,] In, idest, cum scilicet

die

die expiationis, quæ erat decima die Septembris. Super cornu altaris. Quartum argumentum est hic, quod illud altare erat in Sancta sanctorum, sicut innuit *Augustinus* per hoc quod dicitur in littera: Semel per annum, &c. Altare cui innitebatur, est altare incensi.

non tenetur plus dare. *l* Ut sit monimentum eorum] Argumentum, quod eleemosyna permanens in constructione Ecclesiæ, pontis, & hujusmodi, melior est, tamen in articulo, melior est eleemosyna quæ datur pauperi, illa enim propter istam est.

a Sanctum sanctorum erit] altare scilicet incensi, quod erat sanctius alio altari, vel ipsum oblatum pro populi peccato erit Sanctum sanctorum, idest, ceteris oblationibus sanctius.

b Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:] *Interlin.* Ante descriptionem labii ænei præmittitur unum mandatum, scilicet profecturus ad bellum, ut scilicet numerentur, & redimant, & auferant peccata sua: unde fiat sumptus in ædificio tabernaculi. *Beda.* Possumus hic per altaria accipere sanctam Ecclesiam, in qua nullus est absque peccato, etiam infans unius diei. 1. *Joan.* 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c.

Num. 1. *Levit.* 8. *Num.* 5. *Ezech.* 45. *Job* 15.

c Juxta numerum dabunt] Boni numerantur, quia cogniti, & dilecti a Deo. *Psa.* 146. Qui numerat multitudinem stellarum, & Mali non. *Psalm.* 39. Multiplicati sunt super numerum. *Ecclesiast.* 1. Stultorum infinitus est numerus. Item *Numer.* 1. mulieres, & pueri non numerantur. Et *Matth.* 14. Satiavit Dominus quinque millia hominum extra mulieres.

C

96. dist. § grace, en fine.

quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris, *a* Sanctum sanctorum erit Domino. *b* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Quando tuleris summam filiorum Israel, juxta *c* numerum dabunt *d* singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint *e* recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad *f* nomen *g* dimidium sicli, juxta *h* mensuram templi. Siclus viginti habet obolos. Media pars sicli offeretur Domino. Qui habetur in *i* numero a viginti annis, & supra, dabit pretium. *k* Dives non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Susceptamque pecuniam, quæ collata est a filiis Israel, trades in usus tabernaculi testimonii, ut sit *l* monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. *m* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens. *n* Facies & labium æneum, cum basi sua ad lavandum, ponesque illud inter tabernaculum testimonii, & altare. Et missa aqua lavabunt in ea Aaron, & filii ejus manus suas, ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, *o* & quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi, & semini ejus per successiones. *p* Locutusque est Dominns ad Moysen, dicens: Sume tibi aromata *q* primæ myrrhæ, & electæ quingentos siclos, & cinnamomi modium, idest, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta, casiæ autem quinquaginta siclos in pondere Sanctuarii, oleum de olivetis mensuram Hin: Faciesque unctionis oleum sanctum, *r* unguentum compositum *s* opere unguentarii, & unges ex eo tabernaculum testimonii, & arcam testamenti, mensamque cum vasis suis, candelabrum, & utensilia ejus, altaria thymiamatis, & holocausti, & universam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet, sanctificabisque omnia, *t* & erunt Sancta sanctorum. *u* Qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron, & filios ejus, unges, sanctificabisque eos, ut Sacerdotio fungantur mihi. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non ungetur ex eo, & juxta compositionem ejus *x* non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixitque *y* Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata stacten, & *z* onycham, galbanum boni odoris, *z* & thus lucidissimum:

m Locutusque est Dominus ad Moysen,] Dictu de mandato numerandi profecturos ad prælium, prosequitur de labio.

n Facies, & labium æneum,] Erat autem hoc labium sub divo inter tabernaculum, & altare holocaustorum. Hoc labium dicitur luter. 3. *Reg.* 7. *Gloss. Ibid.* Labium erat vas, &c. Factum de speculis mulierum, quæ excubabant ad ingressum tabernaculi. Ita dicit *Gloss.* de speculis mulierum, id est, sedibus speculorum. Vel secundum *Josephum* undique habebat specula inserta, ut Sacerdotes abluti viderent, si adhuc aliqua macula remansisset.

o Et quando accessuri sunt] Ordo præposterus, primo enim lavabantur sactificaturi, postea ingressuri tabernaculum, tertio egressi.

Infr. 40.

D

p Locutusque est,] Addit Dominus de confectione unctionis, sive unguenti sancti, ex quatuor speciebus aromaticis tritis confecti, oleo olivarum distemperatis, quo Sacerdotes, & tabernaculi vasa ungebantur.

q Primæ myrrhe, Prima myrrha est in Vere sine incisione arboris. Secunda in Autumno cum incisione. *r* Unguentum compositum] ex quatuor speciebus cum oleo olivarum.

d Singuli pretium] idest, debitum obsequium. *Prov.* 13. Redemptio animæ viri, propriæ divitiæ. *Joan.* 2. Cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua.

Infr. 40.

e Recensiti.] In die Judicii. *Jeremiæ* 33. Adhuc transibunt greges, &c. *Eccles.* 39. Opera omnis carnis coram illo.

f Ad nomen] Mali sine nomine sunt apud Deum, quia dilatant nomina sua in terris. *Jeremiæ* 17. Recedentes a te scribentur in terra. Unde ille dives, qui epolabatur quotidie, sine nomine ponitur tanquam ignotus. *Lucæ* 16.

g Dimidium sicli,] idest, decem obolos, in quo observantia Decalogi designatur.

h Juxta mensuram templi.] idest, secundum regulam Ecclesiæ. *Actor.* 9. Surge, & ingredere civitatem, &c. *Ibid.* 10. Accersi Simonem, &c. Et *Matth.* 8. Vade, & ostende te Sacerdotibus.

i Numero] Transibant ad nomen a viginti annis, & supra.

k Dives non addet ad medium sicli,] ex debito, idest,

s Opere unguentarii,] Principalis unguentarius est Christus. *Eccles.* 38. Et unguentarius faciet, &c.

t Et erunt Sancta sanctorum.] idest, sancta de numero sanctorum. Tamen posterior pars tabernaculi dicitur Sancta sanctorum, idest, Sancta consecutiva sanctorum.

u Qui tetigit ea sanctificabitur.] idest, nullus tanget prius, nisi sanctificatus, & postea ipso tactu sanctificabitur.

x Non facietis aliud,] in communem scilicet usum.

y Dixitque Dominus ad Moysen:] Determinat materiam, de qua fieri debeat unguentum.

z Onycham] *Eccles.* 25. ubi dicitur. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans, &c. Storax, & galbanus, & ungula, & gutta. Ubi dicit *Gloss.* Ungulam vocat, quod *in Exodo* onycham, & est species aromatica, ut ibidem dicit *Glossa*.

z Et thus] *Gloss.* Thus Græce, olibanum Latine dicitur.

Unde

Unde *Cant.* 4. dicitur: Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Alia littera habet, & ad collem Libani, a Libano monte Arabiæ. *Galat.* 4. Libanus mons est in Arabia. Alius est Libanus Phœnicis, in quo sunt cedri. De quo 3. *Regum* 5. Præcipe, ut servi tui præcidant mihi ligna de Libano.

a Æqualis ponderis] Ad differentiam unctionis, ubi non sunt omnia æqualis ponderis.

b Thymiama compositum] non unguentum, sed incensum.

c Quicumque fecerit simile,] sicut fecit Herodes Agrippa. De quo dicitur *Actor.* 12. Herodes vestitus veste regali sedit pro tribunali, &c. Populus autem acclamabat ei voces Dei, non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo.

a Æqualis ponderis erunt omnia: Faciesque *b* thymiama compositum opere unguentarii, mixtum diligenter, & purum, & sanctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram testimonio tabernaculi, in quo loco apparebo tibi, Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est Domino. Homo *c* quicunque fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

EXPOSITIO Cap. XXXI.

Locutusque *d* est Dominus ad Moysen,] Hic subdit Moyses de artificum electione ad omnia prædicta facienda. Unde dicit: Locutusque est Dominus, &c.

A *Isa.* 15.

e Beseleel filium] De genere hujus fuit David. Unde 2. *Regum* 21. dicitur: David filius saltus polymitarius.

B

f Spiritu Dei,] per quem mechanica fiunt, multo magis illum, per quem facienda sunt spiritualia.

g Sapientia,] quoad Deum.

i Scientia] quoad proximum.

h Intelligentia,] quoad utrumque replevit eum Dominus.

k Quia signum est] Argumentum, quod præceptum de Sabbato est ceremoniale.

l Sanctum] idest, sanctificans.

m Opus,] servile scilicet. *Jeremiæ* 17. Nolite pondera portare in die Sabbati.

CAP. XXXI.

Locutusque *d* est Dominus ad Moysen, dicens: Ecce vocavi ex nomine *e* Beseleel filium Huri filii Hur de Tribu Juda, & implevi eum *f* spiritu Dei, *g* sapientia, *h* intelligentia, & *i* scientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri poterit ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diversitate lignorum, dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de Tribu Dan. Et in corde hominis eruditi posui sapientiam, ut faciant cuncta quæ præcepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcam testimonii, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque, & vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaris thymiamatis, & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua, vestes sanctas in ministerio Aaron Sacerdoti, & filiis ejus, ut fungantur officio suo in sacris, oleum unctionis, & thimiama aromatum in Sanctuario: Omnia, quæ præcepi tibi, facient. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Videte, ut Sabbatum meum custodiatis, *k* quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris, ut sciatis, quia ego Dominus, qui sanctifico vos. Custodite Sabbatum meum. *l* Sanctum enim est vobis. Qui polluerit illud, morte moriatur. Qui fecerit in eo *m* opus, peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facies opus, in septimo *n* Sabbatum est, requies sancta Domino. Omnis, qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiant filii Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me, & filios Israel, signumque perpetuum: Sex enim diebus Dominus fecit cœlum, & terram, & in septimo ab omni opere cessavit. Dedit quoque Dominus Moysi completis hujuscemodi sermonibus in monte Sinai *o* duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.

n Sabbatum est,] *Isaiæ ultim.* Erit Sabbatum ex Sabbato.

o Duas tabulas testimonii lapideas,] Duæ tabulæ sunt capax intelligentia, & tenax memoria. *Jeremiæ* 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. *Proverbiorum* 3. Circunda eas gutturi tuo. 2. *Corinthiorum* 3. Epistola nostra vos, &c.

EXPOSITIO CAP. XXXII.

Videns *p* autem populus quod moram faceret descendendi de Monte Moyses,] & tamen tantum quadraginta diebus fuerit ibi. Quid ergo de Clericis curatis, qui tanto tempore Parisiis morantur? Nec excusantur, si Theologiam audiunt, quia & Moyses accepturus legem, & ex præcepto Domini moratur cum Domino. Moyses persona Ecclesiæ. Aaron, vicarius. Ad litteram, vicarius pecuniam extorquet a populo sibi commisso, de salute animarum parum curat. *Isaiæ* 57. Justus perit, & non est, qui recogitet in corde suo. *Bernardus*. Cadit asina, & est, qui sublevat; perit anima, & non est qui curet. *Joannis* 10. Mercenarius, & qui non est pastor, &c. Et adhuc tolerabile esset hoc, si fugeret mercenarius, sed ipse, quod pessimum est, fœdus percutit cum lupo. Unde ipsi dicunt. *Isaiæ* 28. Percussimus fœdus cum morte, &c. *Prov.* 1. Abscondamus tendiculas contra insontem, frustra deglutiamus eum. Postquam Moyses moratus est in monte cum Domino quadraginta diebus, miserunt Judæi, ut dicit *Josephus* ad radices montis nuncios, si forte invenirent vestigia hominis, qui non invenientes, nisi ferarum vestigia, putantes mortuum Moysen, vel in cœlum translatum, redierunt ad Hur, & Aaron, qui loco Moysi erant duces populi. Judæi itaque putantes se destitutos duce, recolentes idola Ægypti, & maxime apim taurum, scilicet æneum, postulaverunt Hur, & Aaron, ut fieret eis vitulus conflatilis, qui eos præcederet, & duceret, quem etiam adorarent, quorum petitioni cum resisteret Hur, sputis suffocaverunt eum. Aaron vero timens pelli suæ, volens callide hoc impedi-

C *Sup.* 16. *Gen.* 2. D *Supr.* 24. *Infr.* 12. *Deuter.* 9. A *Act.* 3.

CAP. XXXII.

Videns *p* autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron, ait: Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti ignoramus, quid acciderit ei. Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecit populus, quæ jusserat deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset, formavit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntque:

re,

Hi *a* sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod cum vidisset *b* Aaron, ædificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit, dicens: Cras *c* solemnitas Domini est. Surgentesque mane, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus comedere, ac bibere, & *d* surrexerunt ludere. Locutus est autem Dominus ad Moysen: *e* Vade, descende, peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti: *f* recesserunt cito de via, quam ostendisti eis: Feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, atque immolantes ei hostias dixerunt: Isti sunt Dei tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumque ait Dominus ad Moysen: Cerno, quod populus iste duræ cervicis sit: *g* Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. *h* Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? *i* Ne quæso dicant Ægyptii, callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret e terra: Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui: Recordare *k* Abraham, *l* Isaac, & *m* Israel servorum tuorum, quibus jurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum, sicut stellas cœli, & universam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. *n* Placatusque est Dominus, ne *o* faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum suum. Et reversus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonii in manu scriptas ex utraque parte, & factas opere Domini: Scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. *p* Audiens autem Josue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Ululatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros: Iratusque valde, projecit de manu tabulas, &

re, exegit ab eis quod carius habebant ad faciendum vitulum, scilicet, inaures, & monilia, ut ita suæ avaritiæ consulentes, a suo proposito desisterent: Sed nec sic destiterunt, imo quæque pretiosa ad vitulum faciendum obtulerunt. Quæ cum accepisset, formavit ex eis vitulum conflatilem opere fusorio. Tradunt tamen quidam Aaron projecisse ea in ignem, & inde opere dæmonis conflatum caput vituli: Quod tamen quandoque vitulus, quandoque caput vituli vocatur. Sancti tamen non multum excusant hic Aaron.

a Hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.] Tamen excusant se Hebræi, dicentes quod Elion, non tantum Deos, sed etiam Dominos sonat, & dicant se petiisse duces itineris.

b Aaron ædificavit altare coram eo,] Hic non liquet excusatio Aaron.

c Cras solemnitas Domini est,] idest vituli, quem quasi Deum colere disposuerant.

d Surrexerunt ludere,] idest vitulum adorare. Talis fuit ludus Ismael cum Isaac, *Genes. Vigesimoprimo.* Sic sæpe Sacerdotes in solemnibus diebus, post magnam oblationem, faciunt relaxationem pœnitentiarum, & dant licentiam comedendi, & bibendi ad libitum, unde sæpe ineptus sequitur ludus.

e Vade, descende, peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti:] Per compassionem, & humilitatem. Quod si facerent nostri prelati, destruerent quidem vitulum, idest, petulantiam subditorum. Unde Apostolus 2. *Corinth.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmior?

f Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis,] Via, qua venit Deus ad hominem, est gratia. 1. *Corinthiorum* 12. Adhuc excellentiorem viam ostendo vobis. Item via, qua homo vadit ad Deum, penitentia, vel innocentia. *Psal.* 141. In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Item via, qua homo recedit a Deo, peccatum. *Jeremiæ* 23. In domo mea inveni malum eorum, ait Dominus. *Psal.* 34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini persequens eos.

g Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.] Obtentus precibus Moysi loquitur Dominus. *Isaiæ* 64. Non est, qui invocet nomen tuum, & consurgat, & teneat te. *Ezech.* 22. Quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem, &c.

h Moyses autem orabat Dominum Deum suum,] sicut prælatus pro subditis suis, *Sapientiæ* 18. Properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens suæ servitutis scutum; orationem, &c.

i Ne quæso dicant Ægyptii,] Duo allegat Moyses pro populo. Primo, collata beneficia: Secundo irrisionem hostium. De primo dicitur *Daniel* 3. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, &c. *Baruch* 3. Noli meminisse iniquitatis patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto. De secundo, *Psalmus* 78. Propitius esto peccatis nostris, ne forte dicant in gentibus. Ubi est Deus eorum?

k Abraham,] *Genes.* 22.

l Isaac,] *Genes.* 26.

m Israel,] *Genes.* 28.

n Placatusque est Dominus,] Sic oratione prælati boni placatur Dominus. *Jacob ultim.* Orate pro invicem, ut salvemini: Multum enim valet deprecatio justi assidua.

o Ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum suum.] Malum duplex, pœnæ, & culpæ. Culpæ duplex, originalis, & actualis. Actualis duplex, commissionis, & omissionis. Et utrumque duplex, mortalis, & venialis. Nullus horum est a Deo: Item malum pœnæ duplex, sensus, & damni. Sensus duplex, temporale, & æternum. Et temporalis duplex, præsens, & purgatorii. Æternum duplex, interius vermis conscientiæ, exterius ignis gehennę. *Isaiæ ultimo.* Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Omne hoc malum est a Deo. *Isaiæ trigesimo.* Preparata est ab heri Tophet. Item pœna damni duplex, admota, & amota. Admota duplex, diminutio boni naturalis, ablatio boni gratuiti. Neutrum horum est a Deo faciente, sed permittente. *Augustinus.* Non fit malum, quod Dominus non faciat, vel sinendo, ut fiant, vel faciendo, ut sint. Item pena damni amota duplex, separatio a divina visione, & separatio ab electorum congregatione. Utrumque horum est a Deo faciente: Unde *Matthei cap. vigesimoquinto.* Congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis, & statuet oves quidam a dextris suis, hœdos autem a sinistris. Malum pœnæ, *Amos cap. tertio.* Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecit? *Isaiæ cap. quadragesimoquinto.* Ego Dominus faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc.

p Audiens autem Josue tumultum populi, &c.] qui forte singulis diebus in occursum ejus egrediebatur. Non enim credibile est eum cum Moyse tantum jejunasse.

a Confre-

a confregit eas ad radices montis. Arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit, & contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit: Ne indignetur Dominus meus: Tu enim nosti populum istum, quod pronus sit ad malum. Dixerunt mihi: Fac nobis Deos, qui præcedant nos: Huic enim Moysi, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus, quid acciderit. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi, & *b* projeci illud in ignem, egressusque est hic vitulus. Videns ergo Moyses populum, quod esset *c* nudatus, spoliaverat enim eum Aaron propter *d* ignominiam sordis, & *e* inter hostes *f* nudum constituerat: Et *g* stans in porta castrorum, ait: Si *h* quis est Domini, jungatur mihi. Congregatique sunt ad eum *i* omnes filii Levi. Quibus ait? Hæc dicit Dominus Deus Israel: *k* Ponat vir gladium super femur suum. *l* Ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntque filii Levi, juxta sermonem Moysi. *m* Cecideruntque in die illo, quasi viginti *n* tria millia hominum. Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras *o* hodie Domino, unusquisque in filio, & fratre suo, ut detur vobis benedictio. Facto autem die altero, locutus est Moyses ad populum: *p* peccasti peccatum maximum: Ascendam ad Dominum, si quo modo eum quivero deprecari pro scelere vestro. Reversusque ad Dominum, ait: Obsecro, peccavit populus iste peccatum maximum: feceruntque sibi Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, *q* aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Cui respondit Dominus: Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo: Tu autem *r* vade, & duc populum istum, quo locutus sum tibi: Angelus meus præcedet te, Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. *s* Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecit Aaron.

CAP. XXXIII.

LOCUTUS est Dominus ad Moysen, dicens: Vade ascende de loco isto, tu, & populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti, in terram, quam juravi Abraham, Isaac, & Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Et mittam præcursorem tui Angelum, ut ejiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heveum, & Jebusæum, & intres in terram fluentem lacte, & melle. *t* Non enim ascendam tecum, quia populus duræ cervicis est, *u* ne forte disperdam te in via. Audiens populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus

a Confregit eas] *Gloss. August. Ibid.* Magno mysterio figurata est iteratio testamenti: quia vetus fuerat abolendum, supple quoad cæremonias.

b Projeci illud in ignem,] Mentiri videtur Aaron. Formavit enim vitulum, ut supra dictum est. Sed quod dicit, egressus est, &c. compendium est. Unde *Augustin. in Gloss.* Compendiose locutus est.

F

c Nudatus esset,] idest, sibi a Deo revelatus, ut scilicet, qui essent actores sceleris, sciret per pulverem bibitum, qui in barbis miraculose apparuit. Et apparet misericordia Dei, qui malam voluntatem noluit punire, nisi in opus deductam. Unde patet, quod opus addit quantitati culpæ.

d Ignominiam sordis,] idest, propter immunditiam vituli.

e Inter hostes,] id est, inter adversarios supple gentes.]

f Nudum constituerat:] gratia Dei, qua tunc plurimum indigebat.

3. dist. c. disciplina. 23. qu. 4. cap. tamilii, a-vius, &c. quid crudele.

g Stans in porta castrorum,] idest, in ingressu castrorum.

Num. 25.

h Si quis est Domini,] idest, si aliquis vestrum non consensit huic sceleri, veniat ad me.

i Omnes filii Levi.] idest, omnes Levitæ, qui non consenserant.

k Ponat vir gladium super femur suum.] idest, exercitum habeat paratum ad percutiendum; quod & fecerunt, quibus ait:

l Ite, & redite de porta, usque ad portam] id est, ab una extremitate castrorum, ad aliam per medium.

m Cecideruntque in die illo,] Miseri illi recognoscentes peccatum suum, non sunt ausi se erigere, forte jam conscii futuræ pœnæ. Eodem zelo Saul motus vix pepercit Jonathæ. 1. *Regum* 14. Eodem zelo Phinees percussit coeuntes. *Numeri* 25. Quidam etiam judex [ut dicitur] eruturus filio suo oculos, unum sibi, & alium filio suo eruit.

n Viginti tria millia hominum.] Alia translatio habet triginta tria millia. Sed nostra littera videtur verior esse.

o Hodie Domino,] idest, propter Deum reos criminis occidendo.

Rom. 11.

p Peccasti peccatum maximum:] Quare eos circa viginti tria millia delevit. Et quare pepercit Aaron, cum ipse magis fecerit? O altitudo divitiarum, &c.

q Aut si non facis dele me de libro tuo, &c.] hoc de impetu animi, non de ratione dictum quidam intelligunt. Et est simile *Rom.* 9. Optabam enim ego ipse anathema esse a Cristo, &c. Et *Michea* 2. Utinam essem vir non habens spiritum. Vel forte ex magna confidentia hoc dixit, ut innuit *Interl* loquens per impossibile; quasi dicat, sicut impossibile est, quod me deleas, sic oro non posse fieri, quin dimittas. *Augustinus*, disjunctivam poni dicit pro conditionali sic. Aut dele me, aut dimitte eis, id est, si non deles me, dimitte eis. Omnis enim disjunctiva transformari potest in conditionalem, altera parte negata, vel etiam in argumentationem prædicto modo.

11. qu. 4. cap. quod crudele.

G

De pæn. dist. 4. §. hinc etiam Dominus. Sup. 15.

r Vade, & duc, &c.] residuum. Et tradunt Hebræi, quod Dominus ipse custos eorum erat. Deinde dedit eis Michaelem custodem eorum proprium, sicut aliæ nationes habent proprios Angelos sibi delegatos. *Daniel* 12.

A

Gen. 18. Jos. 24. Supr. 14.

s Percussit, &c.] Unde *Augustinus*: Novit Dominus cui parcat, usque ad commutationem in melius, & cui parcat ad tempus, quamvis eum præscierit in melius non mutari, & cui non parcat ad tempus, ut nec mutationem ejus expectet. Inscrutabilia enim sunt judicia ejus. *Rom.* 11.

Liber {
- Naturæ. *Rom.* 1. Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt &c.
- Doctrinę, Clericorum litteræ, laicorum picturæ. *Ezech.* 13. In scriptura domus Israel.
- Conscientiæ. *Dan.* 7. Sedit concilium, & libri aperti sunt.
- Præscientiæ, ut hic.
- Præsentis justitię. *Psal.* 68. Deleantur de libro viventium.

Ira { Divinæ dispensationis / Divinæ comminationis } { huic } nemo. / aliquis.

EXPOSITIO CAP. XXXIII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen:]

t Non enim ascendam tecum] idest, ita propitius, ut prius. Vel non ascendam, in gloria majestatis, quamvis in Angelo, & in nube. *u* Ne forte, &c.] quasi

quasi diceret. Cum duobus modis sum cum hominibus, neutro modo volo esse cum eis. Si enim essem cum eis, ut cum malis, disperderem eos, quod nolo propter te. Si ut cum bonis, consolarer eos, quod nolo, quia indigni sunt.

a Cultu suo.] idest, festivis vestibus. Vel ne disperdam, quasi diceret: Ad præsens in hoc punieris, quia amittes Dei manifestam præsentiam, quia non ita familiariter, & præsentialiter loquetur tecum per Angelum, ut prius.

b Delebo te.] pro majori parte. Reliquias enim reservavit, ut sint testimonium, & basis Evangelicæ veritatis.

c Jam nunc depone,] idest, depones ornatum tuum. Ornatum vocat tabernaculum primum, quod erat positum ad radices montis, & tunc positum est extra castra, quasi diceret, in hoc punieris, quia amittes Dei manifestam præsentiam. Ad litteram, cultiora ornamenta deposuerunt in signum pœnitentiæ, sicut Ninivitæ ad prædicationem Jonæ.

III. dist. c. 1. §. nunc.

d Stabat ad ostium,] illud illuminans undique.

e Loquebaturque cum Moyse,] de nube illa Dominus.

B. q. 1. cap. Moyses. De poenit. dist. 2. §. apponitur.

f Et adorabant] non Moysen, sed Deum in nube loquentem.

g Præcipis, ut educam] *Interlin.* non quod maneret in tabernaculo, sed in quolibet loco atrii sibi constituto. Hic est argumentum semper aliquem debere esse in Ecclesia, qui oret pro populo, & custodiat Ecclesiam. *Isaiæ* 62. Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes, &c.

h Ex nomine, i. signo quodam familiari prædestinationis æternæ:

i Facies mea præcedet te,] Facies Dei filius est. De qua *Esther* 15. Facies tua plena est gratiarum. Et David: Ostende nobis, Domine, faciem tuam, & salvi erimus. k Præcedet te,] quasi non populum, qui peccavit. l Si non tu ipse, &c.] quasi diceret Moyses, non sufficit mihi, ut tu Deus præcedas

Psalm. 79.

est a cultu suo. Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel: Populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui, & b delebo te. c Jam nunc depone ornatum tuum, ut sciam, quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum a monte Horeb. Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocavitque nomen ejus tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. Cumque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat universa plebs, & stabat unusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & d stabat ad ostium, e loquebaturque cum Moyse, cernentibus universis, quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, f & adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Cumque ille reverteretur in castra, minister ejus Josue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses ad Dominum: g Præcipis, ut educam populum istum, & non indicas mihi, quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, novi te h ex nomine, & invenisti gratiam coram me. Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos: Respice populum tuum gentem hanc. Dixitque Dominus: i Facies mea k præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses: Si non l tu ipse præcedes, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego, & populus tuus invenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaveris nobiscum, ut glorificemur ab omnibus populis, qui habitant super terram? Dixit autem Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam. Invenisti enim gratiam coram me, & teipsum novi ex nomine. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, m & vocabor in nomine Domini coram te, & miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam. n Non enim videbit me homo, & vivet. Et iterum: Ecce inquit est locus apud me, & stabis supra petram. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: Tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

C A P. XXXIV.

AC deinceps, præcide, ait tibi duas tabulas lapideas, o instar priorum. p & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ, q quas fregisti. Esto paratus mane, ut r ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem, s boves quoque, & oves non pascantur econtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant, & de nocte consurgens, ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus portans secum tabulas. Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo invocans nomen Domini. t Quo transeunte coram eo. u ait: Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in x millia, qui aufers y iniquitatem, & z scelera, atque z peccata,

me, nisi & præsens sis, & populo, sicut & mihi. Vel in facie intellexit Moyses aliquem simillimum Deo mitti, & non ipsum Deum venire cum eo, & ideo, si non tu ipse, &c.

m Et vocabor in nomine Domini] i. vocari me faciam Deum & ducem vestrum ex miraculis, quæ faciam, & non ob aliud, nisi quia volo, & quia miserebor, &c.

n Non enim, &c.] 1. *Jo.* 4. Nemo Deum vidit unquam. Contrarium *Jo.* 14. Qui videt me, videt & patrem meum.

EXPOSITIO

CAP. XXXIV.

AC deinceps præcide, &c.]

o Instar priorum,] quia novum Testamentum a veteri non discrepat, sed est quasi rota in medio rotæ. *Ezech.* 1.

Rom. 9.

p Et scribam] *Jerem.* 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.

24. qu. 1. c. quia ex fola.

q Quas fregisti.] *Jerem.* 32. Fractio tabularum, abolitio est cæremoniarum. Has fregit Moyses, idest, Christus, quando leprosum tetigit. *Luc.* 5. Et quando discipuli vellebant spicas in Sabbato. *Math.* 12. Et quando præcepit languenti, ut tolleret grabatum. *Joan.* 5.

Deut. 10.

r Ut Ascendas statim] Argumentum est, quod bonum opus via est ad spiritualem intelligentiam. *Isai.* 7. Si non credideritis, non intelligetis. *Proverb.* 16 Hominis est animam præparare, & Domini est gubernare linguam. *Bernard.* Lingua animæ devotio.

s Boves quoque, & oves] *supr.* 19. Bos, qui tetigerit, &c. Et *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad arat. &c.

t Quo transeunte] idest, nube transeunte, in qua ipse loquebatur. u Ait:] orans.

x In millia,] Finitum pro infinito, idest in omnes, non tamen in omnibus. y Iniquitatem,] in proximum. z Scelera,] in Deum. z Peccata,] in teipsum. *Psal.* 105. Peccavimus cum patribus nostris, *ad Tit.* 2. Sobrie, & juste, & pie vivamus in

Jer. 3.

hoc sæculo: Sobrie, quod ad nos, per temperantiam; juste quoad proximum, per justitiam: pie, quoad Deum, per prudentiam.

a Apud te] idest, tui comparatione. *Is.* 64. Universæ justitiæ nostræ, &c. *Job* 4. Nunquid homo Dei comparatione justificabitur, &c.

b Per se] sed per te. *Is.* 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitatem, &c.

patet, quod omnia opera prohibet: Unde *Gloss. hic Augustinus*.

o Solemnitatem hebdomadarum] Quæ dicitur solemnitas hebdomadarum, quia septem hebdomadæ computantur a Pascha usque ad Pentecosten: *Lev.* 23.

p Facies tibi] idest, celebrabis, sicut tibi præceptum est, *supra* 23.

De punit. dist. 4 cap. quid est, quod dicitur.

c Patrum filiis,] Contra: *Deuteronom.* 24. Non occidentur patres pro filiis, &c. *Ezech.* 17. Filius non portabit, &c. Ad hoc dicit *Gregorius* Dominus reddit iniquitatem patrum in filiis, quia cum per Baptismum ab originali culpa lavamur, non jam parentum culpas, sed quas nos ipsi committimus habemus. Alter etiam solvit, ut hoc de pœna temporali, illud de æterna intelligatur.

B

d Ego inibo pactum,] vobiscum, scilicet, si obedieritis.

e Quæ nunquam, &c.] *Interlin.* dicit de die judicii ad litteram accipiendum est. Sed salva illa Interlineari, potest intelligi de signis, quæ fecit tempore Josue, quando in septimo circuitu corruerunt muri Jericho, *Josue sexto*. Et de statione solis: *Ibidem* 10. De divisione Jordanis: *Ibidem tertio*.

Cap. 1.

f Ego ipse ejiciam] Argumentum, quod Dominus per se, & immediate peccata dimittit. *Isai.* 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates propter me, & sic prior est peccati remissio, quam gratiæ infusio.

C

g Zelotes] Zelo maritali diligens sponsam, ne fornicetur.

h De immolatis:] in honorem idoli, cui fuerant immolata.

nullusque *a* apud te *b* per se innocens est. Qui reddes iniquitatem *c* patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam progeniem. Festinusque Moyses incurvatus est pronus in terram, & adorans ait; Si inveni gratiam in conspectu tuo, Domine, obsecro, ut gradiaris nobiscum, populus enim duræ cervicis est, & ut auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas. Respondit Dominus: *d* Ego inibo pactum, videntibus cunctis, signa faciam, *e* quæ nunquam visa sunt super terram, nec in ullis gentibus, ut cernat populus iste, in cujus es medio, opus Domini terribile, quod facturus sum. Observa cuncta, quæ hodie mandavi tibi. *f* Ego ipse ejiciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hethæum, Pherezæum quoque, & Hevæum, & Jebusæum. Cave, ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ tibi sint in ruinam, sed & aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide. Noli adorare Deum alienum. Dominus *g* zelotes nomen ejus, Deus est æmulator. Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum diis suis, & adoraverint simulacra eorum, vocet te quispiam, & comedas de *h* immolatis. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, *i* fornicari faciant & filios tuos in Deos suos. Deos conflatiles non facies tibi. Solemnitatum azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, *k* sicut præcepi, tibi in tempore *l* messis novorum. *m* Mense enim verni temporis egressus es de Ægypto. Omne, quod aperit vulvam generis masculini, meum erit. De cunctis animantibus tam de bobus, quam de ovibus, meum erit. Primogenitum asini redimes ove, Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes, nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, in die septimo *n* cessabis arare, & metere. *o* Solemnitatem hebdomadarum *p* facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, & solemnitates, quando redeunte anni tempore *q* cuncta conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel. Cum enim *r* tulero gentes a facie tua, & dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & *s* apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno: Non immolabis *t* super fermento sanguinem hostiæ meæ; neque residebit mane de victima solemnitatis Phase. *u* Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. Dixitque Dominus ad Moysen; *x* Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum, & cum Israel *y* pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cum Domino Moyses quadraginta dies, & quadraginta noctes; Panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Cumque descenderet Moyses de monte Sinai tenebat duas tabulas lapideas testimonii, & ignorabat, quod *z* cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Videns autem Aaron, & filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Vocatique ab eo *ꝫ* reversi sunt tam Aaron, quam Principes Synagogæ, & postquam

q Cuncta conduntur,] in autumno.

r Tulero] idest, abstulero.

s Et apparente in conspectu Domini] quia Dominus confortavit seras portarum tuarum, o tu Jerusalem.

Num. 8. De voto & magno.

t Super fermento] idest, cum fermento.

u Primitias offeres] similiter & consummationem, quia ipse est, *a* & *ω* *Apocalyp. primo*. Et ideo primitiæ, & decimæ dantur ei.

Sup. 23. Ecclesi. 35.

x Scribe tibi verba hæc,] Contrarium dicitur *supra eodem trigesimoquarto* ibi: Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas. Et dicitur etiam *Deuteron.* 10. quod Dominus scripsit. Solutio: Potest dici, quod auctoritas scribendi fuit in Domino, sed ministerium fuit in Moyse. Vel potest dici probabilius, quod Dominus ipse, vel Angelus, in quo Dominus loquebatur scripsit decem præcepta in tabulas, & scriptas dedit Moysi: Quod autem dicitur *infra* Scripsit Moyses in tabulis decem verba fœderis, exponitur, id est, scripta recepit. Vel forte scripsit, & Dominus dictavit, quasi magister: Et hoc videtur velle, quod dicitur hic, scribe: Priores vero, quas fregit Moyses, scripserat ipse Dominus: Hoc innuit hic ultima *Gloss. Augustinus*: Et scripsit Moyses, &c.

D

Sup. 31. Deut. 14.

Sup. 24.

i Fornicari faciant] sicut fecerunt Salomonem. 3. *Reg.* 11. ubi dicitur. Cumque jam esset Salomon senex, depravatum est cor ejus, &c. Unde *Eccles.* 47. Inclinasti femora tua, &c.

Reg. 11.

k Sicut præcepi tibi] *Supra* 23.

l Messis novorum.] idest, in Aprili, quando novi manipuli spicarum offerebantur.

m Mense enim verni temporis,] Aprili scilicet.

Sup. 23. Deut. 5.

n Cessabis arare,] eum prohibet hoc valde necessarium,

y Pepigi fœdus] *supra* 24.

z Cornuta esset facies] idest, radii miri splendoris ferebantur de facie ejus, qui reverberabant oculos intuentium, quos Apostolus appellat gloriam vultus Moysi. 2. *Corinth.* 3. Simile, quando Dominus fecit corrigiam de testibus: *Joann.* 2.

ꝫ Reversi sunt] Retro abierunt fugientes eum cum vocaret eos.

a Imple-

locutus eſt, venerunt ad eum, etiam omnes filii Iſrael. Quibus præcepit cuncta, quæ audierat a Domino in monte Sinai. *a* Impletiſque ſermonibus, poſuit velamen ſuper faciem ſuam, quod ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſrael omnia, quæ ſibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat rurſus ille faciem ſuam, ſi quando loquebatur ad eos.

2. Cor. 3.

a Impletiſque ſermonibus,] ideſt, dum compleret ſermones ad populum, ideſt, quando volebat populo loqui, ponebat velamen ſuper faciem ſuam.

Miſericordia	Relaxationis.	Hæc omnibus. *Pſ.* 100. Miſericordiam, & judicium cantabo. Et: Miſericordias Domini in æternum cantabo.
	Liberans.	Hæc non omnibus. *Jac.* 2. Judicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam.

C A P. XXXV.

IGITUR congregata omni turba filiorum Iſrael, dixit ad eos: Hæc ſunt, quæ juſſit Dominus fieri. Sex diebus facietis opus: Septimus dies erit vobis ſanctus, Sabbatum, & requies Domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur. Non ſuccenderis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem Sabbati. Et ait Moyſes ad omnem catervam filiorum Iſrael: Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus, dicens: Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius, & prompti animi offerat eas Domino: Aurum, argentum, & æs, hiacynthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, & janthinas, ligna ſethim, & oleum ad luminaria concinnanda, & ut conficiatur *b* unguentum, & *c* thymiama ſuaviſſimum, lapides onychinos, & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis, & rationalis. Quiſquis veſtrum eſt ſapiens, veniat, & faciat, quod Dominus imperavit, tabernaculum ſcilicet, & tectum ejus, atque operimentum, annulos, & tabulata cum vectibus, paxillos, & baſes, arcam, & vectes, propitiatorium, & velum, quod ante illud oppanditur, menſam cum vectibus, & vaſis, & propoſitionis panibus, candelabrum ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius, & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium, altare thymiamatis, & vectes, oleum unctionis, & *d* thymiama ex aromatibus, tentorium ad oſtium tabernaculi, altare holocauſti, & craticulam ejus æneam cum vectibus, & vaſis ſuis, labrum, & baſes ejus, cortinas atrii cum columnis, & baſibus; tentorium in foribus *e* veſtibuli, paxillos tabernaculi, & atrii cum funiculis ſuis, veſtimenta quorum uſus eſt in miniſterio ſanctuarii, veſtes Aaron Pontificis, ac filiorum ejus, ut Sacerdotio fungantur mihi. Egreſſaque omnis multitudo filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi, obtulit mente promptiſſima, atque devota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonii. Quicquid ad cultum, & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, & inaures, annulos, & dextralia. Omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt. Si quis habebat aurum, hiacynthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, byſſum, & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & janthinas, argenti, & auri ærisque metalla obtulerunt Domino, lignaque ſethim in varios uſus. Sed & mulieres doctæ dederunt, quæ neverant, hiacynthum, purpuram, & vermiculum, ac byſſum, & pilos caprarum, ſponte propria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale, & rationale, aromataque, & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum unguentum, ac thymiama odoris ſuaviſſimi componendum. Omnes viri, & mulieres mente devota obtulerunt donaria, ut fierent opera, quæ juſſerat Dominus per manum Moyſi. Cuncti filii Iſrael voluntaria mente Domino dedicaverunt. Dixitque Moyſes ad filios Iſrael: Ecce vocavit Dominus ex nomine Beſeleel filium Huri, filii Hur de Tribu Juda, implevitque eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia, omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, & ferro, ſculpendiſque lapidibus, & opere carpentario. Quicquid fabre adinveniri poteſt, dedit in corde ejus: *f* Ooliab, quoque filium Achiſamech de Tribu Dan, ambos erudivit ſapientia, ut faciant opera *g* abietarii, *h* polymitarii, ac *i* plumarii, de hiacyntho, ac purpura coccoque bis tincto, & byſſo, & texant omnia, ac nova quæque reperiant.

Sup. 25. — Pſal. 88. — Sup. 31.

EXPOSITIO CAP. XXXV.

IGitur congregata omni turba, &c.]
b Unguentum, ac thymiama] divinum lege.
c Ac thymiama] In compoſitione thymiamatis non ponebant oleum, ſed aromata tantum redacta in pulverem.
d Thymiama ex aromatibus,] i. ex quatuor ſpeciebus aromaticis, ſtacte, onycha, galbano, & thure luc idiſſimo.
e Veſtibuli,] ideſt, atrii.
f Ooliab quoque] ſupple vocavit ſimiliter.
g Abietarii,] ideſt, lignarii. Et poſuit ſpeciem pro genere. Abies enim ſpecies arboris eſt. Et abietarius dictio Hebraica eſt, & ſignificat idem, quod hoc nomen magiſterium, vel artificium, ut dicunt. *h* Polymitarii,] a polys, & mitos filum.
i Plumarii,] a pluma, quod eſt acus. Vel opera plumarii, ideſt, varia opera ad modum plumarum avium.

EXPOSITIO CAP. XXXVI.

FEcit ergo Beſeleel, &c.]
k Præconis voce] Sic etiam modo, ut eradicetur cupiditas ab Eccleſia, neceſſe eſſet inclamare, ut ceſſaretur ab offerendis muneribus in Miſſis, quod *Beatus Bernardus* propoſuerat.

C A P. XXXVI.

FECIT ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſapſens, quibus dedit Dominus ſapientiam, & intellectum, ut ſcirent fabre operari, quæ in uſus Sanctuarii neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus fieri. Cumque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus ſapientiam, & ſcientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus, tradidit eis univerſa donaria filiorum Iſrael. Qui cum inſtarent operi quotidie, mane vota populus offerebat. Unde artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi: Plus offert populus, quam neceſſarium eſt. Juſſit ergo Moyſes *k* præconis voce cantari: Nec vir, nec mulier quicquam ultra offerat in opere Sanctuarii. Sicque ceſſatum eſt a muneribus offerendis, eo quod oblata ſufficerent, & ſuperabundarent. Feceruntque omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta, & hiacyntho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymita. Quarum una habebat in longitudine vi-

ginti octo cubitos, & in latitudine quatuor. Una mensura erat omnium cortinarum. Conjunxitque cortinas quinque alteram alteri, & alias quinque sibi invicem copulavit. Fecit & ansas hiacynthinas in ora cortinæ unius ex utroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter, ut contra se invicem venirent ansæ, & mutuo jungerentur. Unde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret unum tabernaculum. Fecit & saga undecim de pilis caprarum, ad operiendum tectum tabernaculi. Unum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. Unius mensuræ erant omnia saga. Quorum quinque junxit seorsum, & sex alia separatim. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi unius, & quinquaginta in ora sagi alterius, ut sibi invicem jungerentur, & fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, ut unum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis, aliudque desuper velamentum de pellibus janthinis. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis sethim stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ unius, & unum ac semis cubitum latitudo retinebat. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, ut altera alteri jungeretur. Sic fecit in omnibus tabulis tabernaculi. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra Austrum, cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub una tabula ponebantur ex utraque angulorum parte, ubi incastraturæ laterum in angulis terminantur. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta argenteis basibus, duas bases per singulas tabulas. Contra Occidentem vero, idest, ad eam partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabulas, & *a* duas alias per singulos angulos tabernaculi retro, quæ junctæ erant a deorsum usque sursum, & in unam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex utraque parte per angulos, ut octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sexdecim, binas, scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit & *b* vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris tabulas coaptandas, & extra hos quinque alios vectes ad Occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas *c* ab angulo usque ad angulum perveniret. Ipsa autem tabulata deauravit, & circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possint, quos & ipsos aureis laminis operuit. Fecit & *d* velum de hiacyntho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario, varium, atque distinctum, & quatuor columnas de lignis sethim, quas cum capitibus deauravit, fusis basibus earum argenteis. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hiacyntho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarii, & columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, basesque earum fudit æneas, quas, & operuit auro.

a Duas alias] Semicubitales.

b Fecit, & vectes,] idest, ordines vectium.

c Ab angulo usque ad angulum] Recurvatus, & juncturas angulorum colligens, sicut juncturæ angulorum in scriniis stratis ligari solent.

d Fecit & velum] quod dividebat Sancta sanctorum a sanctis.

CAP. XXXVII.

FECIT autem Beseleel & arcam de lignis sethim, habentem duos & semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine. Altitudo quoque unius cubiti fuit & dimidii: Vestivitque eam auro purissimo intus, ac foris: Et fecit illi coronam auream per gyrum, conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos ejus: Duos annulos in latere uno, & duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis sethim, quos vestivit auro, & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. Fecit & *e* propitiatorium, idest, oraculum de auro mundissimo, duorum cubitorum, & dimidii in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex utraque parte propitiatorii: Cherub unum in summitate unius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius. Duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorii, extendentes alas, & *f* tegentes propitiatorium, seque mutuo, & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis sethim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine unius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem, circumdeditque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per *g* gyrum, ipsique labio coronam auream *h* interrasilem *i* quatuor digitorum, & super eamdem alteram *k* coronam auream, *l* Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam, misitque in eos vectes, ut posset mensa portari. Ipsos quoque vectes fecit de lignis sethim, & circumdedit eos auro, & *m* vasa ad diversos usus mensæ: *n* acetabula, *o* phialas, & *p* cyathos, & *q* thuribula ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo: De *r* cujus vecte, *s* calami, & scyphi, sphærulæ, ac lilia procedebant. Sex in utroque latere. Tres calami ex parte una, & tres ex altera. Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul, & lilia, & tres scyphi instar nucis in calamo altero, Sphærulæque simul, & lilia. *t* Æquum erat opus sex *u* calamo-

EXPOSITIO

CAP. XXXVII.

FEcit autem Beseleel & arcam, &c.]

e Propitiatorium,] Christum, qui propitiatur omnibus iniquitatibus vestris. 1. *Jo.* 4. Misit Deus filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

f Tegentes] *Isa.* 6. Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, &c. Stant Angeli assistentes Deo, volant demonstrantes Deum, velant caput, & pedes, quia ea, quæ fuerunt ante mundi constitutionem, & quæ post futura sunt, non manifestant nobis: Hæc enim soli Deo nota sunt.

g Per gyrum,] Sicut in scacariis.

h Interrasilem] idest, plano, & cælaturis interscalariter variatam.

i Quatuor digitorum,] In latitudine medietas supereminebat, altera pars dependebat inferius ad decorem.

k Coronam auream.] De latitudine hujus nihil dicitur.

l Fudit] idest, fusiles fecit.

m Et vasa] fecit, scilicet.

n Acetabula,] vel acceptabula.

o Phialas,] ad vinum libandum.

p Cyathos,] ad oleum.

q Thuribula] ad thus cremandum.

r De cujus vecte,] idest, hastili.

s Calami,] idest, brachia.

t Æquum erat opus] idest, simile.

u Calamorum] idest, brachiorum.

a In

morum, qui procedebant de stipite candelabri. In *a* ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia, & sphærulæ sub *b* duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte uno. Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant, universa ductilia ex auro purissimo. Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa, ubi ea, quæ emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. *c* Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis sethim, habens per quadrum singulos cubitos, & in altitudine duos, e cujus angulis procedebant *d* cornua, vestivitque illud auro purissimo cum craticula, ac parietibus, & cornibus. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, & possit altare portari. Ipsos autem vectes fecit de lignis sethim, & operuit laminis aureis. Composuit & oleum ad sanctificationis unguentum, & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarii.

C A P. XXXVIII.

FECIT & altare holocausti de lignis sethim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine, cujus cornua de angulis procedebant, operuitque illud æreis laminis. Et in usus ejus paravit ex ære vasa diversa, lebetes, *e* forcipes, fuscinulas, uncinos, & ignium *f* receptacula. Craticulamque ejus in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, fusis quatuor æneis annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum. Quos, & ipsos fecit de lignis septim, & operuit laminis æneis, induxitque in circulos, qui in altaris lateribus eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cavum ex tabulatis, & intus vacuum. Fecit & labrum æneum cum basi sua de *g* speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Fecit & atrium, in cujus Australi plaga erant tentoria de bysso retorta cubitorum centum. Columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura argentea. *h* Æque ad septentrionalem plagam, tentoria, columnæ, basesque, & capita columnarum ejusdem mensuræ, & operis ac metalli erant. In ea vero plaga, quæ ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura argentea. Porro contra Orientem quinquaginta cubitorum paravit tentoria, e quibus quindecim cubitos columnarum trium cum basibus suis, unum tenebat latus, *i* & in parte altera, quia inter utraque introitum tabernaculi fecit, quindecim æque cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & bases totidem. Cuncta atrii tentoria byssus retorta texuerat. Bases columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea. Sed & ipsas columnas atrii vestivit argento, & in introitu ejus opere plumario fecit tentorium ex hiacyntho, purpura, *k* vermiculo, ac bysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat, juxta mensuram, quam cuncta atrii tentoria habebant. Columnæ autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum cælaturæ argenteæ. Paxillos, quoque tabernaculi, & atrii per gyrum fecit æneos. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quæ enumerata sunt juxta præceptum Moysi, in *l* cæremoniis Levitarum per manum Ithamar filii Aaron Sacerdotis, quæ Beseleel filius Huri filii Hur de Tribu Juda, Domino per Moysen jubente compleverat, juncto sibi socio Ooliab, filio Achisamech de Tribu Dan, qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius, ex hiacyntho, purpura, vermiculo, & bysso. Omne aurum, quod expensum est in opere Sanctuarii, & quod oblatum est in donariis, viginti, & novem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum, ad mensuram Sanctuarii. Oblatum est autem ab his, qui transierunt ad numerum a viginti annis, & supra de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argenti, e quibus conflatæ sunt bases sanctuarii, & introitus, ubi velum pendet. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis, & septuaginta quinque siclis fecit capita columnarum, quas & ipsas vestivit argento. Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra sicli, ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimoni, & altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa, quæ ad usum ejus pertinent, & bases atrii tam in circuitu, quam in ingressu ejus, & paxilli tabernaculi, atque atrii per gyrum.

C A P. XXXIX.

DE hiacyntho vero, & purpura, vermiculo, ac bysso fecit vestes, quibus indueretur Aaron, quando ministrabat in Sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi. Fecit igitur & superhumerale de auro, hiacyntho,

a In ipso vecte] id est, hastili.
b Sub duobus calamis per loca tria,] ubi scilicet duo brachia junguntur in stipite. Vel ubi duo calami conjunguntur ad invicem.
c Talentum auri] ad pondus Sanctuarii, quod habet centum viginti libras.
d Cornua,] quibus innixæ erant quatuor interius catenæ dependentes.

EXPOSITIO CAP. XXXVIII.

FEcit & altare holocausti, &c.
e Forcipes,] ad disponenda ligna in igne.
f Receptacula.] batilla. Receptaculi. idest, craticulæ. Et videtur littera ista esse pro opinione *Isidor.* de craticula. Require *supra*.
g De speculis mulierum] idest, de sedibus speculorum. De hoc require *supra*.
h Æque] numero, schemate, & ordine.
i Et in parte altera,] alios scilicet quindecim cubitos trium columnarum cum basibus suis.
k Vermiculo,] id est, cocco.
l In cæremoniis Levitarum] idest, ad faciendas cæremonias deputata, quas cæremonias, scilic. idest, quæ vasa cæremoniarum.

EXPOSITIO CAP. XXXIX.

DE hiacyntho vero, &c. }
a Bracteas, }

cyntho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymitario. Inciditque *a* bracteas aureas, & extenuavit in fila, ut possit torqueri *b* cum priorum colorum subtegmine duasque oras, sibi invicem *c* copulatas in utroque latere summitatum, & balteum *d* ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi. Paravit & duos lapides onychinos astrictos, & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel. Sex nomina in lapide uno, & sex in altero, juxta ordinem nativitatis eorum. Posuitque eos in lateribus superhumeralis in *e* monimentum filiorum Israel, sicut præceperat Dominus Moysi. Fecit & rationale opere polymito juxta opus superhumeralis, ex auro, hiacyntho, purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, quadrangulum, *f* duplex, mensuræ palmi, & posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. In secundo carbunculus, sapphirus, jaspis, In tertio ligurius, achates, & amethistus. In quarto chrysolythus, onychinus, berillus, circumdati, & inclusi auro per ordines suos. Ipsique lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim Tribuum Israel, singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali & catenulas sibi invicem cohærentes de auro purissimo, & duos uncinos, totidemque annulos aureos, Porro annulos posuerunt in utroque latere rationalis, e quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt uncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant. Hæc, & ante, & retro ita conveniebant sibi, ut superhumerale, & rationale mutuo necterentur, stricta ad balteum, & annulis fortius copulata, quos jungebat vita hiacynthina, ne laxe fluerent, & a se invicem moverentur, sicut præcepit Dominus Moysi. *g* Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hiacynthinam, & capitium in superiori parte *h* contra medium, oramque per gyrum capitii textilem, deorsum autem ad pedes mala punica ex hiacyntho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum, tintinnabulum aureum, & *i* malum punicum. Quibus ornatus incedebat Pontifex, quando ministerio fungebatur, sicut præcepit Dominus Moysi. Fecerunt & *k* tunicas byssinas opere textili Aaron, & filiis ejus, & mitras, cum *l* coronulis suis ex bysso, feminalia quoque linea byssina, cingulum vero de bysso retorta, hyacintho, purpura ac vermiculo distinctum arte plumaria, sicut præcepit Dominus

a Bracteas] idest, laminas aureas.
b Cum priorum colorum] scil. hiacynthi, purpuræ, byssi, vermiculi.
c Copulatas] sicut in dalmatica fit.
d Ex eisdem coloribus,] supple fecit.
e In monimentum] duplex, scilicet, ut filii imitarentur bonos patres, & essent memores eorum. Vel ut Sacerdos memor esset filiorum Israel in sacrificando, pro eis orando.
f Duplex,] ex duplici filo textum, ad sustinendum pondus gemmarum.
g Fecerunt, quoque tunicam, &c.] i. super quam erat superhumerale.
h Contra medium,] non ex transverso super humeros, sed in longum, idest, a pectore, usque ad medias scapulas.
i Et malum punicum.] intercalariter, scil. fecerunt.
k Tunicas] Rochet.
l Coronulis suis] i. circulis.
m Sanctum Domini,] idest, nomen Domini, Tetragrammaton.
n Et tecti testimonii.] idest, operimenti tabernaculi.
o Obtulerunt tabernaculum,] idest, unde fieret tabernaculum.

EXPOSITIO CAP. XL.

Locutusque est Dominus, &c.]
p Mense primo,] Aprili, scilicet, quo Pascha Judæi celebrant.
q In eo arcam,] In Sancto sanctorum, scilicet.
r Illata mensa] i. deposita in Sanctuario circa velum.
s Altare aureum,] i. auratum.
t In lucernis suis, idest, cum lucernis.
u Coram arca] extra velum. Tamen secundum *Aug.* ultra erat cum arca.
x Ut sint Sancta sanctorum.] idest, de numero Sanctorum, vel valde sancta.
y Applicabis,] idest, adduces.

Moysi. Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario *m* sanctum Domini, & strinxerunt eam cum mitra, & vitta hiacynthina, sicut præcepit Dominus Moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi, & *n* tecti testimonii. Feceruntque filii Israel cuncta, quæ præceperat Dominus Moysi, & *o* obtulerunt tabernaculum, & tectum, & universam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de janthinis pellibus, velum, arcam, vectes, propitiatorium, mensam cum vasis suis, & propositionis panibus, candelabrum, lucernas, & utensilia earum cum oleo, altare aureum, & unguentum, thymiama ex aromatibus, & tentorium in introitu tabernaculi, altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa ejus omnia, labrum cum basi sua, tentoria atrii, columnas cum basibus suis, tentorium in introitu atrii, funiculosque illius, & paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi, & in tectum fœderis jussa sunt fieri. Vestes quoque, quibus Sacerdotes utuntur in Sanctuario, Aaron scilicet, & filiis ejus, obtulerunt filii Israel, sicut præceperat Dominus. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis,

CAP. XL.

LOCUTUSQUE est Dominus ad Moysen, dicens: *p* Mense primo, die prima mensis, eriges tabernaculum testimonii, & pones in eo *q* arcam, dimittesque ante illum velum, & *r* illata mensa pones super eam, quæ rite præcepta sunt. Candelabrum stabit in *s* lucernis suis, & *t* altare aureum, in quo adoletur incensum *u* coram arca testimonii. Tentorium in introitu tabernaculi testimonii pones, & ante illud altare holocausti. Labrum inter altare, & tabernaculum, quod implebis aqua: circumdabisque atrium tentorii, & ingressum ejus. Et assumpto unctionis oleo, unges tabernaculum cum vasis suis, ut sanctificentur, altare holocausti, & omnia vasa ejus, labrum cum basi sua, Omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint *x* Sancta sanctorum, *y* Applicabisque Aaron, & filios ejus ad fores tabernaculi testimonii, & lotos aqua, indues sanctis vestibus, ut ministrent mihi: & unctio eorum in Sacerdotium proficiat sempiternum: Feciteque Moyses omnia, quæ præceperat Dominus. Igitur mense primo anni secundi, in prima die mensis, colloca-

De consecr. dist. 1. cap. prim.

tum

tum est tabernaculum. Erexitque illud Moyses, & posuit tabulas, ac bases, & vectes, statuitque columnas, & expandit tectum super tabernaculum, *a* imposito desuper operimento, sicut Dominus imperaverat. Posuit & *b* testimonium in arca, *c* subditis infra vectibus, & oraculum desuper. Cumque intulisset arcam in tabernaculum testimonii, appendit ante eam velum, ut expleret Domini jussionem. Posuit & mensam in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem extra velum, ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii e regione mensæ in parte australi, locatis per ordinem lucernis juxta præceptum Domini. Posuit & altare aureum sub tecto testimonii *d* contra velum, & adolevit super eo incensum aromatum, sicut jusserat Dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonii, & altare holocausti in vestibulo testimonii, offerens in eo holocaustum, & sacrificia, ut Dominus imperaverat. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonii, & altare implens illud aqua. Laveruntque in eo Moyses, & Aaron ac filii ejus manus suas, ac pedes, cum ingrederentur *e* tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi, & altaris, ducto in introitu ejus tentorio. Postquam cuncta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonii, & *f* gloria Domini implevit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & majestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filii Israel per turmas suas, si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas,

Num. 7. C D *Supr. 30.* *Num. 9.* *3. Reg. 8.*

a Imposito desuper operimento,] pellium. *b* Testimonium] tabulas scil. *c* Subditis infra] per circulos. *d* Contra velum,] inter mensam, & candelabrum. *e* Tectum fœderis,] i. tabernaculum. *f* Gloria Domini] nubes lucida, & gloriosa. Hoc patet in Gloss. Augustini, quæ incipit: Notanda est res mirabilis, quod gloria Domini appellatur nubes gloriosa.

Explicit postilla Domini Hugonis Cardinalis super Exodum.

Finis Libri Elle Smoth, idest, Exodi.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,

D. HUGONIS, &c. PRIMI CARDINALIS de Ordine Sancti Dominici,

IN POSTILLAM SUPER LEVITICUM

PROLOGUS.

SICUT in principio librorum aliarum facultatum quinque solent doctrinaliter annotari, sic in hoc libro nobis videntur eadem breviter, & utiliter prænotanda. Primo, quis auctor operis. Secundo, quæ materia. Tertio, quæ intentio, sive finis. Quarto, quis modus agendi. Quinto, quis titulus. Primum benevolentiam lectoris acquirit: Quis enim non eligat lectionem, cujus doctor est Moyses, hominum mansuetissimus, cui tantam gratiam Deus contulit, ut facie ad faciem secum loqueretur? Secundum, attentionem suscitat: Materia enim difficilis est, & profunda, & attentum exigit lectorem. Tertium, & quartum, docilem reddit lectorem. Finis enim bonus est, & modus facilis, quod docilis lector requirere consuevit. Auctor igitur est Moyses, Materia duplex est, litteralis & spiritualis, sive historica & mystica. Scriptus enim est liber iste intus & foris, sicut & ceteri libri Moysi. Foris littera occidente, sive historia; intus spiritu vivificante, sive spirituali intelligentia. Litteralis igitur materia hujus libri est, sacrificia, de quibus agitur hic. Spiritualis materia est, id quod per sacrificia figuratur, ut est Christi Passio. Omnis enim sacrificiorum diversitas Christi passionem figuraliter expressit, sicut dicit *Gloss.* Intentio versatur circa materiam. Unde & duplex est, sicut materia. Historialis intentio, est diversitatem sacrificiorum, atque libaminum, personarumque offerentium qualitatem, atque causam, & tempus, & locum offerendi, tam breviter, quam utiliter explicare. Hæc enim quinque hic principaliter attendenda videntur. Offerebantur enim in lege, aut animata, aut inanimata. De animatis quinque, scilicet de armento bos, sive vitulus. De grege, ovis, & capra. De avibus, turtur, & columba. De inanimatis vero quædam arida, & quædam liquida. Arida, ut Thus, & simila, panis, granum, fructus, & proprie dicebatur oblatio. Liquida, vinum, oleum, & proprie libamen, sive libatio dicebatur, licet his nominibus Scriptura, quandoque indifferenter utatur. Personæ offerentium duæ sunt, anima scilicet, & Synagoga. Animarum alia Sacerdos, alia princeps, alia privata persona, de quibus suis locis dicetur. Causarum, pro quibus offerebatur, triplex erat differentia: Offerebantur enim quædam necessario, quædam sponte, quædam casu. Necessario, ut quæ ex voto, vel præcepto Domini. Ex præcepto sane offerebantur primitiæ frugum, uvarum, fructuum, primitiæ etiam animalium, decimæ quoque omnium prædictorum, oblationes quoque trium solemnitatum hebdomadalium. Mel vero, vel fermentum, vel acetum, nunquam offerebantur Domino, tamen primitiæ eorum suis temporibus offerebantur Sacerdoti, sed nihil ex his super altare Domini ponebatur. Generaliter autem in omni Sacrificio ponebatur sal, quod non erat fas transgredi. Unde & sal fœderis dicebatur. Ex voto autem offerebant filii Israel, quando, & quæ volebant, dummodo munda essent, & idonea offerri secundum legem. Casu vero, ut si tetigissent mortuum, vel aliquid immundum. De tempore patet, quia omni tempore, & die licebat offerre, præcipue septima, idest, Sabbato. Et in tribus dictis solemnitatibus, & aliis de quibus *infra* 23. dicetur. De loco autem notandum, quod tribus locis offerebatur Hostia. Primo offerebatur ad ostium atrii Sacerdoti, ut videret si idonea esset offerri Domino. Postea ad ostium tabernaculi offerebatur Domino ab eisdem quibus prius, tenentibus manum super caput animalis, in signum, quod potestatem, quam in illo habebat, in alium transtulisset, scil. in Sacerdotem, in devotionem, & dedicationem ejus Deo. Tertio, offerebatur a Sacerdote super altare holocaustorum. Item notandum, quod Sacrificiorum quædam dicebantur holocausta, quædam proprie sacrificia. Holocausta dicebantur, quæ tota Domino cremabantur, ab Holon, quod est totum, & cauma, quod est incendium. Et fiebat tantum in prædictis quinque animalibus. Sciendum tamen, quod holocaustorum pellis, & fimus generaliter non cremabantur, sed cujusdam, ut vitulæ rufæ, cujus pellis, & intestina, & fimus extra castra in loco Sancto, ubi cineres effundebantur, comburebantur, & ideo dignius erat. Sacrificia proprie dicebantur, quorum pars Domino cremabatur, pars Sacerdoti, pars offerentibus servabatur ad comedendum. Quod vero de aridis offerebatur, appropriato nomine dicebatur oblatio. Quod autem de liquidis, libatio, vel libamen. Veruntamen Sacrificium, hostia, victima, sunt generalia nomina animalium oblatorum. Sacrificium dicitur a faciendo sacrum, vel quia offerentem quodammodo sacrum faciebat, vel quia in offerendo ipsum oblatum sacrum fiebat. Hostia dicitur ab ostio, ubi offerebatur secundum Hebræos. Secundum gentiles ab hostibus vincendis. Victima dicitur a vinciendo secundum Hebræos, quia vinctum adducebatur animal. Secundum gentiles a victoria habita. Unde hostia ante bellum, sed victima post victoriam immolabatur. Hæc omnia explanare, intentio est historialis. Spiritualis vero intentio est, per hæc a peccato revocare, & ad spiritualem intelligentiam promovere. Finis duplex est, proprius scil. & generalis. Proprius, horum, quæ dicta sunt, notitia Generalis, declinatio a peccato, virtutis meritum, beatitudo. Modus agendi talis est. Primo, ostendit de quibus fieri debeat holocaustum, & quomodo. Secundo, de quibus oblatio, & libamen. Tertio, prosequitur de sacrificiis generaliter, & caussis eorum. Titulus talis est, Incipit Leviticus. Sciendum tamen, quod liber iste Hebraice dicitur Vaicra, quod sonat, & vocavit. Sed nos pro, &, habemus, autem. Et sic more Hebræorum vocatus est liber iste: Vocavit autem, quia principiis librorum nominant ipsos. Inchoat enim sic liber iste. Vocavit autem, &c. Græce dicitur Leviticus, quia de electione, & ministerio levitarum agit. Latine dicitur offertorius, sive sacrificativus, quia de sacrificiis, & de his, quæ offerebantur tractat. Notandum autem, quod *Orig.* super hoc libro homilias quasdam composuit, mysterium quandoque exponens, literam intactam relinquens. Deinde Esytius Jerosolymorum Episcopus, tam secundum mysterium, quam secundum literam diffusius exposuit. De cujus expositione Rabanus flores excerpsit. Unde si aliquæ Glossæ inveniuntur intitulatæ a Rabano in hoc libro, Esytii sunt, ut auctoris, Rabani, ut sectatoris. Continuatur autem liber iste præcedenti libro immediate, quasi opus unum. Nihil enim medium intervenit. In fine enim Exodi actum est de erectione tabernaculi, quo erecto vocavit Deus Moysen. Unde hæc conjunctio, autem, continuativa est.

Num. 12.
Exod. 33.

Ezech. 2.

EXPLICIT PROLOGUS.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Leviticum.

EXPOSITIO CAP. I.

Vocavit *a* autem *Septuaginta* dicunt: revocavit, ut dicit *Interl.* idest, iterum vocavit: Saepe enim vocavit eum Deus, vel revocavit, idest, ad respicienda superiora, scil. spiritualia vocavit, ut cum audiret praecepta sacrificia, non tantum ad manualem observantiam referret, sed ad spiritualem intelligentiam, i. a litterali sensu ad spiritualem intelligentiam vocavit.

b Moysen,] instruens eum de offerendis in tabernaculo.

c De tabernaculo] idest, de propitiatorio, de quo *Exod.* 31.

d Loquere filiis Israel,] Nota, tria facit hic Moyses, praecipit, praedicit, & admonet: praecipit sacrificia ad litteram, praedicit de Christo, admonet moralia.

Exod. 29. inf. 3. & 4.

e Et dices ad eos:] Haec scil. [Homo, qui] scilic. voluntarie.

f Obtulerit] idest, offerre voluerit, offerat ea.

g De bobus, &c. immaculatum] idest, sine macula non velleris, sed corporis, idest, non fracto membro, aut debile, aut papulas habens, aut caecum, aut hujusmodi.

h Ad ostium tabernaculi] primo tamen ad ostium atrii, ad probandum si sit idoneum.

i Ad placandum sibi Dominum.] *Septuaginta* habent, acceptum contra Dominum, idest, coram Domino. Contra enim non notat ibi contrarietatem, sed praesentiam.

k Ponetque, &c.] Ipsa impositione ostendens, quod potestatem, quam habebat in hostiam offerendam, transferret in alium habentem potestatem, & officium immolandi.

l Proficiens.] idest, utilis.

m Immolabitque] Sacerdos, scil. secundum *Josephum*, unus sacerdos immolabat, & novem alii erant, qui offerebant carnes per frusta divisas. Pellis vero erat sacerdotis hebdomadarii.

n Filii Aaron] Filii Aaron sacerdotis sunt membra veri sacerdotis, idest, Christi.

o Super altare] holocaustorum.

p Suavem odorem] Ergo placebant Domino. *Isai.* 1. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & hircorum nolui. *Jer.* 7. Non praecepi patribus vestris de verbo holocaustomatum. Item *Amos* 5. Odi, & projeci festivitates vestras, & non capiam odorem coetuum vestrorum, &c. Solutio: Sicut dicit *Esytius*: Omnis hostiarum diversitas Christi hostiam praeferebat. Et haec erat res, in qua Deus delectabatur, i. quae placebat Deo. Item opus operans placebat ei, scil. actio interior, intentio scil. & devotio, & etiam exterior, & hoc in habentibus charitatem, qui explicite, vel implicite ibi intelligebant Christi Hostiam figuratam. Opus vero operatum, i. caro ipsa vituli, vel alterius, & modus agendi, scil. ex timore, nunquam placuit Deo. Et secundum hoc intelliguntur praedictae auctoritates, & consimiles.

q Quod si de pecoribus oblatio est,] Subdit de holocausto de grege, in quo aliquando agnus, aliquando hoedus offerebatur, & fiebat similiter sicut de vitulo.

r Ovibus] Nomine ovis intellige filium ovis, idest, agnum masculum. Similiter nomine caprae haedum, quia hostia, quae fuit voluntaria, & insuper holocaustum nunquam fiebat nisi de masculo, sed tamen aliquando in aliquo alio casu fiebat de femina.

s Ad latus altaris,] scilicet holocaustorum, quod erat in atrio sub divo, non directe contra ostium tabernaculi, sed ad Aquilonem aliquantulum, ita quod latus Aquilonare, in quo stabant sacrificantes directe contra ostium erat; & sic directe videre poterant Sancta Sanctorum. Quod supra dictum est, coram Domino hic dicitur ad latus altaris, quod est sacrificantes directe stare contra ostium tabernaculi. Erant autem versi ad Austrum, dorsum habentes ad Aquilonem.

t Sin autem de avibus] Subjungit de holocausto de avibus quod fiebat solum de turture, vel columba. Sed cum duo offerrent, primo homo de Israel, secundo sacerdos. Quomodo ab homine offerebatur avicula, tacet Moyses. Forte quia eodem modo, quo pecus, de quo modo jam praedictum est, unde non oportet repeti. Vel forte tantum sacerdoti, scilicet ad ostium atrii, quia quando aliquid offerebatur ad ostium tabernaculi per manuum impositionem, tunc dicebatur offerri Domino, licet etiam sacerdoti. Offerebatur autem pullus turturis, vel columbae, cui frangebat sacerdos collum sola manu, quia non licebat elevare ferrum super avem, & retorto collo sub ascella, ungue avem circa fracturam colli aperiebat, & fuso sanguine circa altaris crepidinem, vesiculam gutturis, & plumas projiciebat ad Orientem in loco secreto, ubi cineres effundebantur. Et postea confractis ascellis manu; adolebat avem sacerdos super altare holocaustum Domino. Et haec erant, quae dicta sunt holocausta minora, & simplicia, quae voluntarie fiebant. Erant autem quaedam majora, & sanctiora quodammodo, quadam necessitate, in quibus totum incedebatur pellis, & fimus, de quibus infra dicetur 8. Tamen quodammodo minus digna, quia super altare non cremabatur.

INCIPIT LIBER Vaicra, idest, Leviticus.

CAPUT I.

Vocavit *a* autem Moysen, & *b* locutus est ei Dominus *c* de tabernaculo testimonii, dicens: *d* Loquere filiis Israel, *e* & dices ad eos: Homo, qui *f* obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, idest, *g* de bobus, & ovibus, offerens victimas, si holocaustum fuerit ejus oblatio, ac de armento, masculum immaculatum offeret *h* ad ostium tabernaculi testimonii ad *i* placandum sibi Dominum. *k* Ponetque manus super caput hostiae, & acceptabilis erit, atque in expiationem ejus *l* proficiens. *m* Immolabitque vitulum coram Domino, & offerent filii *n* Aaron sacerdotes sanguinem ejus, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi. Detractaque pelle hostiae, artus in frusta concident, & subjicient in altari ignem, strue lignorum ante posita, & membra, quae caesa sunt desuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta, quae adhaerent jecori, intestinis, & pedibus lotis aqua, adolebitque ea sacerdos *o* super altare in holocaustum, & *p* suavem odorem Domino. Quod si *q* de pecoribus oblatio est, de *r* ovibus, sive de capris, holocaustum anniculum, & absque macula offeret, immolabitque *s* ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem coram Domino. Sanguinem vero illius fundent super altare filii Aaron per circuitum, dividentque membra, caput, & omnia quae adhaerent jecori, & imponent super ligna, quibus subjiciendus est ignis. Intestina vero, & pedes lavabunt aqua, & oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suavissimum Domino. *t* Si autem de avibus holocausti oblatio fuerit Domino, de turturibus, & pullis columbae, offeret eam sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris, vesiculam vero gutturis, & plumas projiciet prope altare ad Orientalem plagam, in loco, in quo cineres effundi solent. Confringetque ascellas ejus, & non secabit, nec ferro dividet eam, & adolebit super altare lignis igne supposito. Holocaustum est, & oblatio suavissimi odoris Domino.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. II.

ANima *a* cum obtolerit] Postquam egit Moyses de holocaustis, consequenter agendum est de sacrificiis. Tamen ut liberius posset immorari circa sacrificia, interserit de simila, quæ erat oblatio pauperum, & de tribus generibus panom confectorum ex ea, quæ offerebantur cum thure, & oleo. Nomine animæ, secundum *Orig.* intelligitur pauper, qui non poterat habere prædicta, vel quælibet privata persona, secundum *Hesychium*. Tria enim personarum offerentium genera erant in lege. Privata persona, princeps, vel sacerdos, & synagoga.

b Oblationem sacrificii] improprie, cum sit oblatio aridorum. Unde sic: Oblationem sacrificii, idest, sacrificium, quod est oblatio proprie, improprie sacrificium.

c Super eum oleum] Et dicebatur tum la oleata, oleo fermentata.

d Et ponet thus,] idest, cum ea etiam accipiet thus ad offerendum cum simila.

C A P. II.

ANima *a* cum obtulerit *b* oblationem sacrificii Domino, simila erit ejus oblatio: Fundetque *c* super eam oleum, & *d* ponet thus, ac deferet ad filios Aaron sacerdotis, Quorum unus *e* tollet pugillum plenum similæ, & olei, ac totum thus, & ponet *f* memoriale super altare in odorem suavissimum Domino. Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron, & filiorum ejus. Sanctum sanctorum de oblationibus Domini. Cum autem *g* obtuleris sacrificium coctum in clibano, de simila panes, scil. absque fermento conspersos oleo, & *h* lagana azyma *i* oleo lita. Si oblatio tua fuerit de *k* sartagine similæ conspersæ oleo, & absque fermento, divides eam minutatim, & fundes super oleum. Sin autem de *l* craticula fuerit sacrificium, *m* æque simila oleo conspergetur, quam offerens Domino trades manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet *n* memoriale de sacrificio, & adolebit *o* super altare in odorem suavitatis Domino, Quicquid autem *p* reliquum est, erit Aaron, & filiorum ejus, Sanctum sanctorum de oblationibus Domini. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. *q* Primitias tantum eorum offeretis, & munera, super altare vero non ponentur in odorem suavitatis. Quicquid obtuleris sacrificii, *r* sale condies, nec auferes *f* sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Sin autem obtuleris *t* munus primitiarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes in *u* morem farris, & sic offeres primitias tuas Domino, fundens super ea oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini est, de qua adolebit sacerdos in *x* memoriam muneris, partem farris fracti, & olei, ac totum thus.

e Tollet pugillum] Tradunt Hebræi non semper plenum pugillum offerri, sed pro quantitate similæ minus poterat offerri, in tantum, quod impleto pugillo omnes digitos poterat aperire sacerdos præter medium, & illud tantillum, quod remanebat inter illum digitum, & volam sufficiebat offerri. *Josephus* dicit unam drachmam offerendam, residuum semper erat sacerdotis. Thus vero totum offerebatur.

f Memoriale] ut offerens habeatur in memoria apud Deum, & apud sacerdotem in orationibus suis.

g Obtuleris] idest, offerre volueris.

h Et Lagana] *Gloss.* Lagana panis est latus, & tenuis, & ita dicitur in Historiis. Et putant quidam intelligi hunc panem, scilicet panem coctum in aqua, ut sit tertium genus panis, a pane cocto in clibano, & cocto in craticula. Sed secundum litteram tantum tria panum genera videtur ponere Moyses. Panem coctum in clibano, in sartagine, in craticula.

i Oleo lita.] Supple offerre poteris. Lita dicit, non conspersa. Quæ vero de sartagine offeruntur, conspersa erant oleo: plus enim est conspergere oleo, quam linire oleo.

k De sartagine] idest, de simila cocta in sartagine. Et dicitur proprie Laganum.

l De craticula] sacrificium supple fiat, idest, de pane assato super craticulam. Craticula est ferrum reticulatum, in quo leccatores panem coquere consueverunt.

m Æque] idest, simila hujus oblationis oleo conspergetur ut prædictæ oblationes.

n Memoriale] idest, aliquid in memoriam, ut Deus scilicet habeat memoriam offerentis.

o Super altare] scilicet holocausti, illud scilicet memoriale.

p Reliquum] ab illo memoriali.

q Primitias tantum eorum offeretis] Sacerdoti non Domino. Usque huc egit de spontaneis oblationibus. Hic latenter interserit de primitiis, quæ non erant spontaneæ, sed necessariæ. Sed hoc fecit ratione fermenti, de quo oportebat hic facere mentionem. *r* Sale condies,] idest, in omni sacrificio sal pones. *f* Sal fœderis] Sal fœderis dicitur, quia non licebat prætergredi, quin in omni sacrificio poneretur sal. Et quia sicut sal cibum gratum, & acceptum facit; ita discretio, quæ salis nomine significatur, sacrificium nostrum gratum, & acceptabile facit. *Radulphus* dicit: Si recte offeras, & recte non dividas, peccasti. Recte autem offertur, cum recta intentione quid agitur, sed non recte dividitur, si non hoc, quod pie agitur, etiam subtiliter discernatur. Sanctorum ergo provida discretio, dum sollicite circumquaque circumspicit, primo ne mala quælibet virtutis similitudine seducta, secundo vero loco considerat, ne bona incaute faciat. [*Gen. 4.*]

t Munus primitiarum, &c.] Tria genera primitiarum offerebantur in lege. Primum in Pascha, & secunda die Azymorum, id est, sextadecima luna, ad postulationem, idest, ad petendum tempus idoneum messibus colligendis, & triturandis. Offerebatur autem tunc de spicis novarum frugum tostis igni, & manibus confricatis. Secundum genus in Pentecoste de novis panibus fermentatis ad gratiarum actiones pro tempore congruo messibus colligendis dato. Tertium in scenopegia collectis frugibus ad Levitarum sustentationem. Hæ primitiæ dabantur sacerdotibus in domibus earum ex præcepto Domini, sicut & decimæ, nihilque ex eis offerebatur Domino. Primæ autem, & secundæ primitiæ offerebantur sacerdoti, quarum partem offerebat sacerdos super altare Domino, & erant voluntariæ, & sponte oblatæ. De primis agitur hic secundum *Hesychium*. Item nota, quod *Interl. Orig.* super illud: Munus primitiarum frugum, dicit, de primis frugibus, ut simila sit recens, & nova. Sed hæc *Gloss.* videtur contraria textui, quia *Interl.* videtur velle, quod hic agatur de secundis primitiis, textus autem de primis. Per hoc autem, quod dicit de spicis adhuc virentibus, similiter *Gloss. marginalis Orig.* videtur contraria textui, quæ dicit, secundo in loco primitiarum, idest, de initiis frugum mandatur oblatio, quod in die Pentecostes lex Dei jussit fieri. Solutio: Revera hic agitur de primis primitiis, sicut textus innuit. Ad id, quod primo objicitur, dicimus, quod duobus modis simila accipitur, scilicet pro farina delicatissima, sic accipitur supra, ubi agitur de oblatione sartaginis. Item accipitur pro polenta, sic accipitur hic. Vel potest dici, ut simila sit recens, & nova, quoad partem sacerdotis. Sacerdos enim partem suam, quæ contingebat eum de spicis, comminuebat in similam, & inde fiebant panes ad usum suum. Ad secundum dicimus, quod hæc dictio, quod, simplicem facit relationem. Et est sensus: Secundo in loco primitiarum, idest, de initiis frugum mandatur oblatio, quod scilicet offerri primitias in die Pentecostes jussit lex fieri, non de initiis frugum, idest, de spicis, sed de panibus novis. [*De consecr. dist. 4.*]

u In morem farris,] confricando inter manus.

x In memoriam] idest, in manus, ad memoriam offerentium habendam.

CAP. III.

QUod *a* si hostia pacificorum fuerit ejus oblatio, & de bobus voluerit offerre marem, sive feminam, immaculatam offeret coram Domino. *b* Ponetque manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in *c* introitu tabernaculi testimonii; Fundentque filii Aaron Sacerdotis sanguinem per circuitum altaris, & offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino, adipem, qui operit vitalia, & quicquid *d* pinguedinis intrinsecus est, duos renes cum adipe, quo teguntur ilia, & reticulum jecoris cum renunculis, adolebuntque ea super altare in holocaustum lignis igne supposito in oblationem suavissimi odoris Domino. Si vero de ovibus fuerit ejus oblatio, & pacificorum hostia, sive *e* masculum, sive feminam obtulerit, *f* immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram Domino, ponet manum suam super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in *g* vestibulo tabernaculi testimonii. Fundentque filii Aaron sanguinem ejus per altaris circuitum, & offerent de pacificorum hostia sacrificium Domino, adipem, & caudam totam cum renibus, & pinguedine, quæ operit *h* ventrem, atque universa vitalia, & utrumque renunculum cum adipe, quæ est *i* juxta vitalia; reticulumque jecoris cum *k* renunculis, & adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis, & oblationis Domini. Si capra fuerit ejus oblatio, & obtulerit eam Domino, ponet manum suam super caput ejus *l* immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonii: Et fundent filii Aaron sanguinem ejus super altaris circuitum, tollentque ex ea in pastum ignis Dominici adipem, qui operit ventrem, & qui tegit universa vitalia, duos renunculos cum reticulo, qui est super eos juxta ilia, & *m* arvinam jecoris cum renunculis, adolebitque ea sacerdos super altare in alimoniam ignis, & suavissimi odoris. Omnis adeps Domini erit jure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris, *n* nec adipem, nec sanguinem omnino comedetis.

EXPOSITIO CAP. III.

QUod *a* si hostia pacificorum] Hic agitur de hostia pacificorum, quæ est de spontaneis oblationibus. Pluraliter autem dicitur pacificorum ubique, quia vel fiebat pro pace habita ad Deum, vel homines, & tunc erat in gratiarum actionem: Vel pro pace habenda, aut conservanda; & tunc vel in postulationem, ut liquet ex *Gloss.* Vel secundum quosdam, ideo quia in hac hostia suam habebat partem Deus, offerens, & sacerdos. Et si hæc hostia singulos pacificabat, i. singulis, quod suum erat, reddebat. Hostia vero salutaris dicitur, quæ pro salute habita, vel habenda, vel conservanda offertur. Fiebat autem hæc hostia, cum erat de animalibus, de armento, aut de grege tantum. De avibus non fiebat, quia aves non licebat dividere in modo offerendi, tam ab homine, quam a sacerdote. Idem fiebat omnino cum hostia holocausti. In hoc autem erat differentia, quia in hostia holocausti tantum masculinum animal offerebatur; hic autem masculinum, & femininum: Ibi anniculum animal vel circa, & non supra annum; hic & anniculum, & grandiora, tamen immaculata. Offeruntur autem hæc Domino de armento: Adeps vitalium, qui triplex, scil. cordis, jecoris, & epatis, quem adipem retiaculum dicimus, quia involvitur ad modum retis, & adeps renum. Hos tres adipes, & duos renes, & ilia, sive lumbos, & renunculos, qui sunt rotundi, offerebat Sacerdos super altare holocaustorum: Eadem offerebantur Domino de capra. De ove vero etiam præter prædicta offerebatur cauda integra: Quam *Septuaginta* vocant lumbum: Pellis erat sacerdotis, qui offerebat hostiam Domino. Item armus dexter, qui dicebatur armus separationis: Et pectus, quod dicebatur pectusculum elevationis, ut dicetur *infra* 7. Cedebant in usus sacerdotum, & lingua cum faucibus, ut tradunt. Sed hoc in littera non legitur: Forte, quia pectori adhærebat, nomine pectoris non oportuit eam specialiter nominari. His vescebatur sacerdos in domo sua cum uxoribus, liberis, & familia sua, tamen mundis; Reliqua erant offerentium, & inde epulabantur coram Domino in locis ad hoc deputatis in atrio, vel juxta. Licebat etiam tam sacerdotibus, quam aliis, duobus diebus edere de his. Si quid supererat in diem tertium, cremabatur. Et nota, quod nullum animal offerebatur, vel in holocaustum, vel in sacrificium sine libamentis suis.

b Ponetque manum, &c.] tanquam offerens Deo, qui est caput omnium, & transferens potestatem suam in alium.

c Introitum tabernaculi] super altare holocaustorum ad latus Aquilonare.

d Pinguedinis intrinsecus.

Idest, adeps qui operit:
- Vitalia, idest cor.
- Jecur, sive Epar.
- Renes, sive Ilia.

Est pinguedo:
- Super carnem, quæ dicitur arvina in bove, lardus in porco.
- Carni admixta, quæ proprie dicitur pinguedo.
- Quæ est in intestinis, quæ proprie adeps.

Et dividitur, ut prænotatum est.

e Sive masculum obtulerit] In hostiam pacificorum.

f Immaculata] Utraque, scilicet, & masculus, & femina. *g* In vestibulo] Idest in atrio.

h Ventrem,] Venter appetit, retinet, digerit, expellit; ita anima appetit per vim concupiscibilem, retinet per memoriam, digerit per rationabilem, expellit per irascibilem. *i* Juxta vitalia:] *Hesychius*, idest, juxta ilia.

k Cum renunculis,] Renes, & renunculi, quamvis aliud, & aliud sint: Siquidem renes sunt posteriora pecoris, idest, lumbi; renunculi vero sub renibus in adipe latent, in significatione tamen plerumque nihil distant.

l Immolabitque] scilicet sacerdos.

m Arvinam] idest, adipem epatis.

n Nec adipem, nec sanguinem omnino comedetis.] *Interl.* Omnis ratio, & intellectus animi, quæ sanguis significat, sunt Deo consecranda. Anima enim in sanguine est, quia in ratione, & intellectu vita animæ consistit, sicut vita corporis in sanguine. *Infra* 17. Anima in sanguine est, vita corporis, non ipse spiritus rationalis. Item nota, quod in comedere duo intelliguntur, scilicet incorporatio, & destructio. Per adipem intelligitur cordis delectatio. Est igitur sensus: Adipem non comedetis, idest, delectationem cordis vobis non assumetis, nec eam destruetis, sed cui debetur, reservabitis, idest, Deo. Unde *Psalm.* 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Per sanguinem intelligitur vitalitas, idest, æternæ vitæ operatio, quam non debes comedere, idest, tibi assumere, sed Deo, qui eam tibi confert. *Isai.* 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine, *Phil.* 2. Qui operatur in nobis velle, & posse. *Ps.* 113. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. *Job* 31. Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Sol est bona opera: Luna fama ex ipso bono opere. Osculari manum, sibi attribuere, quasi dicat: Si mihi attribui bonum opus, vel famam, ex eo quod est iniquitas maxima, male accidat mihi. Item nota, quod secundum *Andream*, animalium, quæ immolari possunt Deo, ut bovis, ovis, capræ, & hujusmodi, adipem comedere non licebat, nec in aliquem usum communem habere. Animalium vero mundorum, quæ tamen Domino offerri non licet, ut cervorum, & hujusmodi, adipem licebat comedere: Mortui, & a bestia capti animalis adipem in varios usus habebant Judæi, sed non comedebant.

EXPOSITIO CAP. IV.

LOcutusque est Dominus] Hucusque egit de oblationibus voluntariis, nunc de necessariis, & debitis incipit agere, idest, de hostiis pro peccato, dicens:

a Anima cum peccaverit] idest, homo quicunque, sive sacerdos, sive princeps, sive privata persona, scil. aliquis de plebe. Et postea exequitur de singulis per ordinem, & divisum, & primo de hostia sacerdotis pro peccato sacerdotis. *b* Per ignorantiam,] Ergo ignorantia est peccatum. Non sequitur: sed occasio, vel causa peccati. Anima enim ignorans multa facit, quæ si cognosceret, nullo modo faceret. Item nota, quod secundum *Hesychium*, hæc determinatio, per ignorantiam, refertur ad quatuor personas, quæ sequuntur, secundum ad duo ultima tantum, verumtamen est, quod ad tres ultimas refertur. *c* Ut non fierent,] Vel de his, quæ præcepit, ut fierent, omiserit: In his enim duobus consistit omne peccatum. *d* Quippiam] Aposiopesis est, i. defectus sermonis. Unde supplendum est sic, faciet, quæ sequuntur. *e* Si sacerdos,] Ecce quod generaliter dixerat, statim per partes explicat, dicens: Si Sacerdos, qui unctus est. *f* Unctus,] Caput, & manus, propter quod magis debet se cohibere a peccato: Et si peccaverit, gravius peccat. Bene autem dicitur, quod est unctus, quia multi erant de Levitis, qui non erant uncti propter aliquam maculam carnalem, de quibus non agitur hic. *g* Peccaverit,] omittendo, vel transgrediendo, vel peccatum subditi non corrigendo. Unde subditur: *h* Delinquere faciens populum,] non corrigendo, vel malo exemplo, vel verbo, vel aliquo alio modo populum ad peccatum provocando. Et hoc, quod dicit, delinquere faciens, generale est, scil. ad omnes sacerdotes pertinens, sive unctus, sive non, quia peccatum sacerdotis cujuslibet magis trahitur in exemplum. Hebræi habent: Si Sacerdos, qui unctus est, peccavit ad culpam, i. ita aperte, & viriliter, ut populus [quod valde indecens est] tunc inquam offerebat, quod sequitur. Et nota historiam: Occiso vitulo Sacerdos hauriens sanguinem, inferebat illum in tabernaculum, & intingens in eo digitum, aspergebat septies contra velum sanctuarii. Et de eodem sanguine ponebat super quatuor cornua altaris incensi, & postea egrediens tabernaculum, reliquum sanguinem fundebat circa crepidinem altaris holocausti, & omnem adipem cum renibus, & renunculis super illud adolebat. Pelles, & omnes carnes cum fimo offerebat extra castra, in locum mundum, ubi cineres solent effundi, & incendebant omnia super struem lignorum. *i* Coram Domino,] idest, ad latus altaris, ut supra.

A — *De voto, c. magno.* — B — C

CAP. IV.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Anima cum *a* peccaverit per *b* ignorantiam, & de universis mandatis Domini, quæ præcepit, ut *c* non fierent, *d* quippiam fecerit, si *e* sacerdos, qui est *f* unctus, *g* peccaverit, *h* delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino: Et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, ponetque manum super caput ejus, & immolabit eum Domino. Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonii. Cumque intinxerit digitum in sanguine, asperget eum septies coram Domino contra velum sanctuarii, ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonii. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi: Et adipem vituli offeret pro peccato, *k* tam eum, qui operit vitalia, quam omnia, quæ intrinsecus sunt. Duos renunculos, & reticulum, quod est super eos juxta ilia, & adipem jecoris, cum renunculis, sicut offertur de vitulo hostiæ pacificorum, & adolebit ea super altare holocausti. *l* Pellem vero, & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum, ubi cineres effundi solent, incendetque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur. Quod si *m* omnis turba filiorum Israel ignoraverit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum Domini est, & postea intellexerit peccatum suum, offeret vitulum pro peccato suo. Adducetque eum ad ostium tabernaculi, & ponent seniores populi manus super caput ejus coram Domino. Immolatoque vitulo in conspectu Domini, inferet Sacerdos, qui unctus est, de sanguine ejus in tabernaculum testimonii, tincto digito aspergens septies contra velum: Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram Domino in tabernaculo testimonii: Reliquum autem sanguinem fundet juxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonii. Omnemque ejus adipem tollet, & adolebit super altare: Sic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius; & rogante pro eis sacerdote propitius erit Dominus. Ipsum autem vitulum efferet extra castra, atque comburet, sicut & priorem vitulum, quia pro peccato est multitudinis: Si *n* peccaverit princeps

k Tam eum,] scilicet adipem. *l* Pellem vero,] posita convenientia inter vitulum oblatum spontanee, & vitulum oblatum pro peccato Sacerdotis, ponit differentiam, dicens: Pellem vero, &c. *m* Quod si omnis] Secundo agit de hostia pro peccato Synagogæ, dicens: Si omnis turba per ignorantiam fecisset aliquid contra mandatum Domini, offerebant seniores populi vitulum ad ostium tabernaculi, per manus impositionem: Et fiebat de hoc vitulo, sicut de priori pro peccato sacerdotis, & orante sacerdote pro eis propitius fiebat eis Dominus. In duabus autem invenitur differentia inter peccatum sacerdotis, & Synagogæ. Primo, quia Sacerdos non dicitur peccare per ignorantiam: Non enim licet ei ignorare mandata Domini. Unde *Malach.* 2. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam. 1. *Petr.* 3. Parati reddere rationem omni poscenti de ea, quæ in nobis est, fide, & spe. Secundo, quia non legitur aliquis orare pro sacerdote. Scriptum est enim *Eccl.* 12. Si percussus fuerit incantator, quis medebitur ei? De his duobus sacrificiis, i. de vitulo pro peccato sacerdotis, & pro peccato Synagogæ, nihil erat sacerdotum, sed totum Domino cremabatur. Et erat generalis regula, quia animal, de cujus sanguine ferebatur in sanctuarium, nihil licebat ex eo remanere, nec aliquid ex eo super altare cremabatur, nisi triplex adeps cum renibus, & renunculis suis. Et in hoc differunt hæc duo sacrificia a salutaribus sacrificiis, & pacificis supra positis. Item in modo offerendi, & numero Sacerdotum offerentium. De carnibus enim holocausti salutaris fiebant novem partes, quas super altare ponebant novem sacerdotes quisque suam, & unus solus offerebat simul quatuor, scil. caput, pedes, jecur, & intestina lota in aqua. Alii duo sanguinem offerebant; & ita omnes simul erant duodecim. In his duobus holocaustis, de quibus agitur hic, unus Sacerdos totum faciebat.

D — *Sup.* 5.

n Si peccaverit princeps] Tertio agit de peccato principis, & est summa: Cum peccasset princeps per ignorantiam, offerebat hircum pro peccato suo. Primo ad ostium atrii. Secundo ad ostium tabernaculi: Quo immolato a sacerdote, tingebat Sacerdos digitum in sanguine, quo tangebat cornua altaris holocaustorum, reliquum fundens ad basim ejus, & adolebat adipem totum, & renes, & renunculos super altare: Reliqua omnia erant Sacerdotis. Sed quia erat hostia pro peccato, & sanguine ejus cornua altaris holocaustorum tincta, sanctæ erant carnes ejus, & sanctificabant quæcunque tangebant in genere suo, ut caro carnem, & simila similam, panis panem. Et non vescebatur illis, nisi Sacerdos unctus, & non nisi in loco sancto, neque nisi eadem die, qua offerebantur. Si quid residuum erat, igne comburebatur. Si vestis polluebatur, sanguine hujus hostiæ abluebatur, ut

nullum

nullum remaneret in ea sanguinis vestigium, alioquin urebatur: Vas testeum, in quo coquebatur caro, statim frangebatur, æreum confricabatur, & lavabatur aqua. Item nota, quod princeps iste, *Exod.* 18. dicitur Chiliarcus, ideſt, qui eſt princeps ſuper mille. Dicitur etiam princeps aliquis major, qui eſt tamen ſub Chiliarcho, ut Tribunus, vel Centurio, vel quinquagenarius, vel decanus. Item nota, quod dicit *Joſephus*, graviſſime peccant principes, quos moles, & magnitudo rerum gerendarum mediocriter malos eſſe non ſinit, quorum etiam error trahitur in exemplum.

a E pluribus] ideſt, de communibus peccatis, quod in eo majus eſt, quam in privata perſona.

F

b Prohibetur,] Vel omiſerit, quod fieri præcipitur.

c Hircum] Quia ſimilis ei in hoc eſt, quod princeps eſt caprarum. Nota, ubi nos habemus hircum, *Septaginta* habent Chimaron, quod eſt nomen Græcum, Latine vero chimarus. Chimara ſunt fœtus caprarum grandiuſculi, qui io hyeme naſcuntur. Pariunt enim capræ bis in illa regione, ſicut in Meſopotamia, in hyeme ſcilicet, & æſtate. Chimarum ergo offert princeps pro peccato ſuo, quia gravius peccat, quam privata perſona; unde ei olidum, & fœtidum animal offerri præcipitur, cujus peccatum magis fœtet.

& fecerit unum *a* e pluribus per ignorantiam, quod Domini lege *b* prohibetur, & poſtea intellexerit peccatum ſuum, offeret hoſtiam Domino *c* hircum de capris immaculatum, ponetque manum ſuam ſuper caput ejus. Cumque *d* immolaverit eum in *e* loco ubi ſolet mactari holocauſtum *f* coram Domino, quia pro peccato eſt, tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & reliquum fundens ad baſim ejus: Adipem vero adolebit ſupra; ſicut in victimis pacificorum *g* fieri ſolet: Rogabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato ejus, & dimittetur ei. Quod ſi *h* peccaverit anima per ignorantiam de *i* populo terræ, ut faciat quicquam ex his, quæ *k* Domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognoverit peccatum ſuum, offeret capram immaculatam, ponetque manum ſuper caput hoſtiæ, quæ pro peccato eſt, & immolabit *l* eam in loco holocauſti. Tolletque ſacerdos de ſanguine in digito ſuo, & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim ejus: Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odorem ſuavitatis Domino; *m* rogabitque *n* pro eo, & dimittetur ei. Sin *o* autem de pecoribus *p* obtulerit victimam pro peccato, *q* ovem ſcilicet immaculatam, ponet manum ſupra caput ejus, & *r* immolabit eam in loco, ubi ſolent cædi holocauſtorum hoſtiæ. Sumetque ſacerdos de ſanguine ejus digito ſuo: & tangens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim ejus. Omnem quoque adipem auferens, ſicut auferri ſolet adeps, qui immolatur pro pacificis, & *ſ* cremabit *t* ſuper altare *u* incenſum Domini, rogabitque pro eo, & pro peccato ejus, & dimittetur illi.

CAP. V.

SI *x* peccaverit anima, *y* & *z* audierit vocem jurantis, *a* teſtiſque fuerit, quod *b* aut ipſe vidit, *c* aut conſcius eſt, niſi *d* indicaverit, *e* portabit iniquitatem ſuam.

d Cumque immolaverit,] ſcilicet ſacerdos.

e In loco] Ante introitum tabernaculi juxta altare holocauſtorum.

f Coram Domino,] *Interl.* in beneplacito Domini.

g Fieri ſolet,] Totum reliquum remanebit ſacerdotibus ad eſum: Quod inde patet, quia de ſacrificio principis non eſt præceptum, ut aliqua pars cremaretur extra caſtra, ſicut de ſacrificio ſacerdotis, & Synagogæ dictum eſt. Si autem non cremabatur, conſtat quod alicubi, & alicui. Quod autem de ſacrificio pro peccato non licebat edere, niſi ſacerdotibus, certum eſt, *Oſeæ* 4. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem ſublevabunt animas eorum.

h Quod ſi peccaverit anima per ignorantiam, &c.] Quarto loco agitur de hoſtia pro peccato animæ, ideſt, alicujus privatæ perſonæ, quæ offerre præcipitur capram immaculatam, vel agnum. Et fiebat de hac hoſtia eodem modo, quo de hoſtia principis. Si autem non poterat habere pecus, offerebat duos pullos turturis, vel columbæ, quarum alter offerebatur Domino in holocauſtum; alter erat ſacerdotum; cujus tamen ſanguis ad baſim altaris holocauſti diſtillabatur, quia pro peccato erat. Quod ſi nec aviculas poterat invenire, offerebat ſimilam decimam partem Ephi: Nec mittebant in eam oleum, vel thus, quia pro peccato erat. Cujus memoriale adolebat ſacerdos ſuper altare holocauſti: Reliquum vero ſacerdos habebat in munere.

i De populo terræ,] *Gloſſ.* Anima non eſt de populo terræ, quæ nihil habet cum terra, quæ in cœlis converſatur. *Philip.* 3. Converſatio noſtra in cœlis eſt.

k Domini lege prohibentur, &c.] Quaſi dicat, in veteri lege dicitur: Qui peccaverit tranſgrediens unum de mandatis Domini, offerat, & dimittetur ei. In novo vero dicitur: Qui in uno offendit, omnium reus eſt. Et hujus ratio eſt: quia in novo Teſtamento promittuntur æterna, quæ pro uno, ſicut pro omnibus amittuntur: In Veteri vero Teſtamento promittuntur téporalia, quæ etiam magnis peccatoribus conceduntur. *Jac.* 2.

l Eam in loco holocauſti.] ideſt, in loco, ubi immolatur holocauſtum. Unde *Interlin.* dicit: In loco holocauſti, ut ſuſcipiatur, quaſi in holocauſtum. Et bene dicit, quaſi: Non enim erat holocauſtum, ſed ſacrificium, quia ſacerdos inde partem habebat, quia peccata populi comedebat.

G

m Rogabitque] ſcilicet ſacerdos.

n Pro eo,] ſcilicet cui obtulit.

p Obtulerit] ideſt, offerre voluerit.

q Ovem] Et non capram, quæ eſt majoris pretii.

r Immolabit] Sacerdos.

o Sin autem de pecoribus] Crederet aliquis, quod privata perſona non poſſet offerre pro peccato ſuo, niſi capram, ideo oſtendit Moyſes, quod & ovem poterat offerre, quia per ſimplicitatem ſæpe peccant, qui hujuſmodi ſunt. Sed nonne capra de pecoribus eſt, ſicut & ovis? Conſtat quod ſic. Quid eſt ergo, quod dicit: Sin autem de pecoribus. Ideo ſic lege: Sin autem de pecoribus, ſupple aliam voluerit offerre victimam, quam capram, offerat ovem immaculatam.

A

ſ Cremabunt] Sacerdotes minores adipem illum. Vel [Cremabit] Sacerdos ipſe, qui immolavit.

t Super altare] holocauſti.

u Incenſum Domini,] ideſt, combuſtum ad honorem Domini.

EXPOSITIO CAP. V.

SI *x* peccaverit anima, &c.] Cum ſupra actum ſit generaliter de peccato, quare modo repetuntur hæc tria genera peccatorum? Solutio: Supra actum eſt de peccato hominis delinquentis per ſe, hic de peccato hominis per alium. Item nota offerentium pro peccato ſupra quatuor genera perſonarum diſtinxit: hic autem tria genera peccatorum conſequenter diſtinguit, ideſt, perjurium tacitum, morticini tactum, perjurium manifeſtum, oſtendens in fine capituli, quod ſacrificium ſit pro hujuſmodi offerendum. Et primo agit de perjurio tacito. [Si peccaverit anima,] ſcilicet, quælibet homo.

y Et] pro ideſt.

z Et audierit vocem jurantis,] ideſt, adjurantis ſe, ut veritati atteſtetur.

a Teſtiſque fuerit,] ideſt, veritatem noverit, ita

b Quod aut ipſe vidit,] Illud, ſuper quo quæritur ejus teſtimonium.

c Aut conſcius eſt,] ideſt, ei ab eo, qui peccavit, dictum eſt, vel commiſſum: Tunc: *d* Niſi indicaverit] Ipſam veritatem. *e* Portabit iniquitatem ſuam.] ideſt,

a Anima. quæ tetigerit aliquid immundum, sive quod occisum a bestia est, aut per se mortuum, vel quodlibet aliud reptile, b & oblita fuerit immunditiæ suæ, c rea est, & deliquit. Et si d tetigerit quicquam de immunditia hominis juxta omnem impuritatem, qua e pollui solet, oblitaque cognoverit postea, f subjacebit delicto. g Anima, quæ juraverit, & protulerit labiis suis, ut vel h male quid faceret, vel bene, & idipsum i juramento, & sermone firmaverit, k oblitaque postea intellexerit l delictum suum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat agnum de gregibus, sive capram, orabitque pro ea Sacerdos, & pro peccatis ejus. Sin autem non potuerit offerre m pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, n unum pro peccato, & alterum in holocaustum, o dabitque eos Sacerdoti. Qui p primum offerens pro q peccato, retorquebit caput ejus ad pennulas, ita ut collo adhæreat, & non penitus abrumpatur, & asperget de sanguine ejus parietem altaris. Quicquid autem r reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum ejus: quia pro peccato est. Alterum vero in holocaustum adolebit, ut fieri solet, rogabitque pro eo Sacerdos, & pro peccato ejus, & dimittetur ei. Quod si non s quiverit manus ejus offerre duos turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem Ephi decimam. Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est:

idest, punietur pro peccato illo. De hac expositione nulla *Gloss.* ponitur hic. Aliter exponitur sic de perjurio tacito: [Si peccaverit anima] In furto, vel alio quolibet peccato occulto, & jurare voluerit se non fecisse. [Et audierit] Scilicet aliquis. [Vocem jurantis] falsum [Testisque fuerit,] idest, illud, quod juratur, falsum esse noverit, & quomodo noverit, ostendet. [Quod aut ipse vidit,] idest, propriis oculis aspexit: [Aut conscius est,] idest, alio modo cognovit, quia ille dixit ei, vel alius, qui vidit: Tunc [Nisi indicaverit,] Quod ille scil. juravit falsum: [Portabit iniquitatem] Secundum hanc expositionem quærit *Augustinus*, an debeat prodere illum, an tacere? Si tacet veritatem, peccat mortaliter, si prodit, statim Judex suspendet eum, & ita reus erit homicidii. Et respondet *Augustinus*, quod non debet judici indicare, qui suspenderet eum, sed illi, qui potest prodesse, & non obesse, ut Sacerdoti, vel matri, vel patri. Sed non est hoc prodere, sed emendare. Quod si non faceret, homicidii spiritualis reus esset, juxta *Augustinum*, qui alibi dicit: Qui provocat hominem ad perjurium, homicidam vincit, nocendo scilicet animæ, quæ est dignior pars hominis. Tertio exponitur sic. [Si peccaverit anima, &c.] idest, peccati arguitur falso, idest, si aliquis innocens accusetur, & alius sciat, eum esse innocentem, reus est, nisi attestetur innocentiæ suæ, si super hoc fuerit requisitus. Et subdit pœnam pro tali peccato. Similiter si aliquis reus est, & adjuratus aliquis, qui vidit, non vult dicere veritatem, scit autem, si tacuerit, reatum contrahit. Unde *Prov.* 29. Qui partitur cum fure, animam suam odit, adjurantem audit, & non indicat. [Iniquitatem suam:] Subibit pœnam pro iniquitate.

B

Infr. 12.

a Anima, quæ tetigerit,] *Joan.* 3. Filius hominis non venit, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ideo in judicandis reis, sola humanæ utilitatis ratio habenda est, ut quod utilius humanæ necessitati judicaveris, scilicet aut accusare reos, & reatus eorum prodere, aut certe ad tempus dissimulare, & morbum ejus pia longanimitate portare: Hoc facias. Quod si alienum peccatum ea intentione dissimulaveris, quasi faveas ei, non ut correctioni ejus congruum tempus inquiras, omni tempore reprehensibilis es. Inde est, quod dicitur hic: Anima, quæ tetigerit] Et exponitur dupliciter. Primo sic: Si tetigerit anima, idest, homo quilibet, animal immundum. Et postea distinguit tria genera animalium immundorum, scilicet, quod occisum est a bestia, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile. Si anima, inquam, aliquod eorum tetigerit.

b Et oblita fuerit] idest, ignoranter hoc fecerit.

c Rea est,] idest, ignorantia non excusat eam. Determinatum est enim in lege *infra undecimo* quæ animalia sint immunda. Et ignorantia juris neminem excusat.

d Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis] idest, si tetigerit hominem immundum, scilicet seminifluum, & hujusmodi, & oblita, idest, prius ignorans, deinde cognoverit: rea erit, idest, post cognitionem immunditiæ erit rea, idest, obnoxia pœnæ, & indiget tunc purgari, quod non ante. Et est summa talis. Quædam animalia erant immunda in lege, idest, secundum legem, scilicet captum a bestia, mortuum per se, quodlibet reptile: Si quis tetigerit aliquod horum, reus est, & debet purgari, nec excusatur aliqua ignorantia. Item aliqua sunt immunda casu, non semper, sed aliquando; ut homo quando patitur fluxum seminis, & in menstruis mulier, si quis per ignorantiam tetigit eum, vel eam, qui non poterat discernere ejus immunditiam, excusatur per ignorantiam, nec est reus, donec cognoverit se tetigisse talem. Secundo exponitur, cum primo dicitur: Anima, quæ tetigerit, &c.] notatur ignorantia immunditiæ esse peccatum. Et est sensus in summa, quod ignorantia immunditiæ peccatum est. Secundo, cum dicitur: Si tetigerit, &c.] innuitur etiam ipse tactus rei immundæ esse peccatum. Et est sensus in summa, quod ignorantia immunditiæ, & ipse tactus, peccatum est. Secundum *Andream*, primo reprehendit Dominus oblivionem tactus rei immundæ. Secundo, ipsum opus oblivionis, idest, quod non servavit mundationem, ex eo, quod tetigit immundum [Verbi causa] Qui tetigerit immundum, & per incuriam suam oblitus est immunditiæ, ritum mundationis non servat, talis reus est, & immundus: Hoc primo reprehenditur. Item si post oblivionem reminiscitur immunditiæ.

C

e Pollui solet,] idest, secundum legem pollutus judicari.

f Subjacebit delicto.] Eo quod mundationem suam non servavit, & eget purgari sacrificio.

g Anima, quæ juraverit,] *Supra* de perjurio tacito, modo de voto labiis distincto. De quo *Ps.* 65. Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

h Vel male quid faceret] idest, facere vellet. Item *Hesychius*: In quibus majus peccatum est, quando is, qui bene promisit facere, mentitur; aut qui male juravit, & veritatem dicit, quod & Herodes.

i Juramento, & sermone,] idest, sermone juratorio.

k Oblitaque] *Interl.* prius ignorans, scilicet, quod male juravit, sive fecerit, sive non, vel quod bonum juraverit, & non fecerit.

l Delictum suum,] *Interlin.* in omnibus, quæ dicta sunt, idest, in tribus: cum scilicet non judicat jurantem falsum, & cum tangit immundum, & cum jurat ore falsum.

m Pecus offerat] *Interl.* agnam, vel capram.

n Unum pro peccato,] qui erit Sacerdos. *Interlin.* pro emundatione peccati. Vel [Pro eo.]

o Dabitque eos] Tunc plannum est, idest, illos duos dabit Sacerdoti pro eo, i. pro pecude, quam non potest invenire. Vel pro eo, idest, pro peccato.

p Primum] idest, unum.

q Pro peccato,] illius qui obtulit.

r Reliquum] de sanguine illo, scilicet, qui sacerdotis erat.

s Quod si non quiverit] Quærit *Aug.* utrum exceptio ista intelligenda sit in omnibus prædictis, ex quo incipit distinguere diversitatem offerentium, dicens: Si peccaverit Sacerdos, si synagoga, si princeps, an tantum intelligendum sit in tribus prædictis peccatis, i. perjurio tacito, tactu morticino, & perjurio manifesto. Si primum absonum videtur dicere, quod Sacerdos, aut synagoga, aut princeps non possit habere pecudem, aut aviculas. Item si in omnibus accipitur hæc exceptio, quare in his potius

est

tradetque eam sacerdoti : Qui plenum ex ea pugillum hauriens cremabit super altare in monimentum ejus, qui obtulit, rogans pro illo, & expians, reliquam vero partem ipse habebit in munere. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *a* Anima si *b* prævaricans cæremonias per errorem in his, quæ Domino sunt sanctificata, peccaverit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi *c* potest duobus siclis juxta pondus sanctuarii, ipsumque, *d* quod intulit damni, restituet, & quintam partem ponet *e* supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei. *f* Anima si peccaverit per ignorantiam, feceritque unum ex his, quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti *g* juxta mensuram, æstimationemque peccati: Qui orabit pro eo, quod nesciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit, in Domino.

CAP. VI.

Locutus *h* est Dominus ad Moysen, dicens: Anima, quæ peccaverit, & *i* contempto Domino negaverit *k* depositum proximo suo, quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi *l* aliquid extorserit, aut *m* calumniam fecerit, sive rem perditam invenerit, & inficians insuper pejeraverit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus peccare solent homines, convicta delicti, reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere *n* integra, & *o* quintam insuper *p* partem domino, cui damnum

est peccatum. Si secundum, idest, si in his tribus tantum peccatis intelligitur exceptio, non est consultum pauperibus, quia non solum peccatum in illis tribus prædictis, sed in multis aliis. Unde si tantum in his tribus peccatis conceditur pauperibus offerre similam, in modico consultum est eis: Sic aggravat *Augustin*. quæstionem istam: In finem tamen dicit, quod hæc exceptio intelligitur in omnibus prædictis, cum in hac exceptione remedium factum est pauperibus, & pauperibus, qui non sufficiunt prædicta animalia invenire.

a Anima si prævaricans] *Supra* distinxit Moyses duo genera peccatorum. Aliud est transgressio, aliud prævaricatio. Transgressio est proprie juris naturalis. Prævaricatio vero legis scriptæ. Tamen sæpe unum ponitur pro alio. Peccat enim homo quandoque in sanctificatis, & consecratis Deo, ea usurpans, & reducens ad communes usus, ut si oleum sacræ unctionis deputatum Deo, in unctione proprii corporis causa luxuriæ, vel etiam medicinæ expendit, vel thymiama, aut thus Domino consecratum, ad proprium usum redegerit: Et de hoc genere peccati agitur hic. Quandoque peccat homo in sanctificandis, ut si aliquis primitias, & decimas Domino debitas, Domino non solverit, cui soli hujusmodi sunt offerenda, & per oblationem sanctificanda. De hoc peccato agitur infra.

b Prævaricans cæremonias] Est illud *Exod.* 30. Omnis, qui transit ad nomen dimidium sicli juxta mensuram sanctuarii, dabit pro anima sua in usus tabernaculi, ut propitietur Deus animæ illius. Quisque ergo aliquid de hac pecunia in proprios usus convertere vellet, vel de oleo, vel de thure, & hujusmodi sanctificatis Deo: contra cæremonias Domini peccaret. Vel secundum *Orig.* abutendo vase sancto, vel cibo, vel unguento.

c Qui emi potest] i. qui quantum valeat, sed non determinat de siclis, utrum argentei, vel aurei. *Septuaginta* dicunt, quinquaginta siclis argenteis; quod vitio scriptorum factum dicitur. Vel etiam ab eis erratum est, quia non est verisimile, quod unus aries tantum posset valere. *d* Quod intulit damni,] Usurpando sacra, vel nimis detinendo decimas, vel primitias.

e Supra tradens] Arietem oblatum pro peccato, & restitutionem damni.

f Anima si peccaverit] Hic agitur de oblatione facta pro peccato commisso in sanctificandis.

g Juxta mensuram, æstimationemque] *Gloss.* Quia pro qualitate, & pro quantitate culpæ mensurantur flagella pœnitentiæ. Unde *Isaiæ* 27. In mensura contra mensuram, cum adjecta fuerit, judicabit eam. *Apocalyps.* 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. *Matth.* 7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Et *Deuteron.* 25. post principium. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Sed contrarium videtur dicere *Psal.* 24. Universæ viæ Domini misericordia, & veritas. Ergo in omni opere Domini est misericordia; ergo & in inflictione pœnæ: Non ergo secundum mensuram culpæ remetietur pœna, aliter non esset ibi misericordia. Forte dices, quod duplex est misericordia, scilicet liberans, & relaxans. Prima non erit in punitionem malorum, sed secunda: Sed nondum solvis, quia ubi est mensura contra mensuram, ibi nulla relaxatio.

Solutio. Duplex est mensura pœnæ malorum pro culpa sua. Una secundum exigentiam, & condignam qualitati, & quantitati culpæ, quam Deus ab æterno prætaxavit, & citra hanc punit Deus. Alia mensura est certa magnitudo pœnæ, sive quantitas, quam Deus ab æterno providit huic peccatori infligendam, quamvis citra meritum. In punitione ergo malorum est misericordia relaxans, scilicet quoad primam mensuram, quia citra illam punit: Nec est ibi mensura contra mensuram, sed quoad secundam mensuram, est ibi veritas, quia mensura contra mensuram.

EXPOSITIO CAP. VI.

Locutus *h* est Dominus, &c.] *Supra* egit Moyses de peccato proveniente ex usurpatione sacrorum, hic agit de peccato procedente ex contemptu Domini in commisso non reddendo.

i Contempto Domino] *Gloss.* præceptis Domini, dum vel negligit, vel non putat eum ulcisci.

k Depositum] idest, quamlibet rem sibi commissam.

l Vi aliquid] idest, aliqua violentia.

m Calumniam] idest, falsam vindicationem, aut falsam accusationem, ut sic aliquid acquirat.

n Integra] idest, in nullo diminuta, vel vitiata.

o Et quintam insuper] Idem præcipitur *Numer. quinto. Exod.* 22. videtur esse contrarium, ubi in quadruplum jubetur furtum restitui. Unde Zachæus dixit *Lucæ* 19. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Solutio. Utrumque verum est, & quod in Exodo dicitur, & hic, & in Numeris, sed in diversis casibus. Nam alienæ rei distractio aliquando fiebat ex industria, furto, vel rapina, aliquando per negligentiam, aliquando per ignorantiam. De re per ignorantiam, vel negligentiam sublata agitur hic, & in Numeris. De re sublata scienter agitur in Exodo, & præcipitur, quod restituatur in quadruplum, si res perierat. Si extabat integra, in duplum. Et si ibi legis: Quinque boves pro uno, alia translatio est secundum quosdam. Vel speciale erat illud in bove propter quinque utilitates ejus. Si vero non esset, qui reciperet, redderetur Domino, & esset, ut dicitur *Numer.* 5. Sacerdotis: Pro peccato vero furti, vel negligentiæ fiebat aliqua oblatio secundum quantitatem rei. *Josephus* dicit: aurum, & argentum reddi in duplum: jumenta vero reddi in quadruplum, solum bovem in quintuplum, quia quanto possidetur ceteris utilius, tanto amittitur damnosius. Item *Prov.* 6. videtur contrarium huic legi, ubi dicitur: Non est grandis culpa, cum quis furatus fuerit panem: Furatur enim, ut esurientem impleat ventrem: Deprehensus quoque reddet in septuplum. Solutio: Septuplum, i. perfecte, sive integre. Quod autem dicitur, non est grandis culpa, cum quis furatus fuerit, sic intelligitur: Cum quis furatur præ inopia, non est grandis culpa, scilicet respectu adulterii, quod fit præ inopia cordis. Unde statim sequitur ibi in littera: Qui autem adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam.

p Partem Domino,] Et quid Episcopo, vel Archidiacono? Nihil. Et si quid accipit Sacerdos ab eo, quem vult

vult corrigere, non potest sibi retinere, sed Domino, idest, pauperibus debet erogare, vel in usus ejus Ecclesiæ.

a Juxta æstimationem,] scilicet magis, vel minus, secundum quod minus, vel magis peccavit.

quotidiano, quamvis enim instarent offerentes, non licebat aliquam hostiam ponere super altare, nisi prius agno oblato quotidiano, super quem aliæ hostiæ cremabantur.

intulerat. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti *a* juxta æstimationem, mensuramque delicti: Qui rogabit pro eo coram Domino, & *b* dimittetur illi pro singulis, quæ faciendo peccavit. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Aaron, & filiis ejus. Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte usque mane; Ignis ex *c* eodem altari erit. Vestietur sacerdos *d* tunica, & *e* feminalibus lineis, tolletque cineres, quos vorans ignis excussit, & ponens juxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis efferet eos extra castra, & in loco mundissimo usque ad favillam consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit *f* quem nutriet sacerdos, subjiciens ligna mane per singulos dies, & *g* imposito holocausto desuper *h* adolebit adipes pacificorum.

Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Hæc *i* est lex sacrificii, & *k* libamentorum, quæ offerent filii *l* Aaron coram Domino, & coram altari: Tollet sacerdos pugillum *m* similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus, quod super similam positum est, adolebitque illud in altari in monimentum odoris suavissimi Domino: Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis absque *n* fermento, & comedet in *o* loco sanctuarii tabernaculi. Ideo autem non *p* fermentabitur, quia pars ejus in Domini offertur incensum. *q* Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato, atque delicto. *r* Mares tantum stirpis Aaron comedent illud: Legitimum, ac sempiternum est in *s* generationibus vestris de sacrificiis Domini. Omnis, qui *t* tetigerit illa, *u* sanctificabitur. Et *x* locutus est Dominus ad Moy-

c Locutusque est Dominus] Repetit Moyses de jugi holocausto, de quo in *Exod.* 29. dixerat: Facies in altari agnos anniculos duos per singulos dies jugiter, unum agnum mane, alterum vespere, ut addat de cineribus tollendis, & de tempore cremationis. Hoc enim juge sacrificium bis offerebatur in die, ut dictum est in Exodo: Unum agnum mane super altare holocausti, alterum vespere: Pinguiorem pro mysterio, ad significandum Christum, qui erat immolandus in vespera mundi, qui fuit ceteris pinguior, & efficacior: Qui etsi fuit agnus vespertinus, fuit & matutinus in figura, quia hic est agnus, qui occisus est ab origine mundi, *Apoc.* 13. In Abel, in figura quidem, non in persona. Hoc juge sacrificium singulis diebus offert Ecclesia bis. Pro sacrificio matutino generalem facit in prima confessionem, pro vespertino in completorio. Tradit *Josephus*, quod hoc juge sacrificium tenebantur sacerdotes de proprio facere, seu offerre. Sed ipsi suæ avaritiæ consulentes, & quia etiam magna erat expensa jugis sacrificii holocausti, introduxerunt, ut exigeretur a populo pecunia, unde fieret juge sacrificium. Sed ubi inveniebantur tot agni? Forte oves eorum bis in anno fœtæ erant. De agno matutino, de quo *Exod.* 29. & *Num.* 28. prætermittit hic, agens de vespertino, qui dignior, & pinguior erat.

b Dimittetur] scilicet delictum.

c Ex eodem altari] Quasi dicat, non aliunde afferetur ignis in altari, sed ibi continue nutrietur, quia datus est a Domino cœlitus, ut dicitur *infr.* 9. Item habes in *Exod. ult.* quod tabernaculo erecto, & altari sanctificato multis hostiis positis super altare, misit Dominus ignem de sublimi, quo crematæ sunt hostiæ. Et præcepit Dominus illum ignem perpetuo servari, ne deficeret, nec esset necesse alium ignem offerre super altare. Et ad solicitudinem sacerdotum pertinebat ligna supponere, & fomenta, quibus ignis jugiter nutriretur.

d Tunica] Byssina.

e Et feminalibus lineis] Et alias duas vestes, scilicet baltheum lineum, & mitram lineam, quibus indutus sacerdos tollens cineres de altari, reponebat in pelvim juxta altare, & depositis, vestibus sanctis, indutusque aliis forte ad hoc destinatis, vel suis propriis, efferebat cineres extra castra, & in loco mundissimo usque ad favillam faciebat consumi.

f Quem nutriet sacerdos,] Ad nutriendum ignem charitatis in nobis ligna mane, & vespere subjicimus, dum ea, quæ Christus mane, & vespere in sua Passione sustinuit, ad memoriam reducimus. Ignem enim charitatis nihil adeo nutrit in nobis, sicut frequens memoria Dominicæ Passionis. Unde in *Thr.* 3. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, &c. Hoc idem vult ibi *Gloss.* quæ incipit sic: Quem nutriet sacerdos, &c.

g Imposito holocausto] scilicet jugi agno.

h Desuper adolebit adipes,] si offerebantur: Quæ etiam non offerebantur super altare, nisi prius oblato agno

i Hæc est lex] *Hesychius*: Repetit Moyses de oblatione similæ, de qua *supra* 2. Ut addat de loco, ubi comedebatur, scilicet a masculis Aaronitis tantum: Et ut arctius memoriæ commendet, ut scilicet sint inexcusabiles transgressores, nec se possint per ignorantiam excusare.

k Libamentorum] Large dicitur hic libamentum, scilicet omne oblatum præter animal: Proprie vero libamentum est liquidorum.

l Filii Aaron] idest, minores sacerdotes.

m Similæ,] Per similam significatur divinorum scientia, per plenum pugillum, scientia Dei indeficiens; per residuum, scientia nostra, quæ deficiens est, & imperfecta.

n Absque fermento,] Quia pars ejus oblata est in altari. *o* In loco sanctuarii] idest, Pastophoriis, & in domiciliis, quæ erant circa tabernaculum, non in tabernaculo. Nihil enim in oratorio agendum est, nisi ad quod factum est; unde & nomen accipit, sicut dicit *August. in regula*.

p Non fermentabitur,] Nunquam fermentum offerebatur Domino. Verum primitiæ mellis, & panes fermentati novarum frugum offerebantur sacerdoti, non Domino, & neque super altare ponebantur. Omne id ergo, cujus pars offerebatur Domino, non fermentabatur. Ergo de pecunia, cujus pars illicite acquisita est, non debet etiam modica pars offerri Domino, vel dari pauperibus, quia fermentata est. Solutio: Dicimus, quod potest, dummodo tantum retineat dator, quod possit male acquisita restituere. Nec est simile de fermentato, quia fermentum mixtum alii totum contaminat, sed non pecunia, dummodo anima de peccato pœniteat.

q Sanctum sanctorum erit,] idest, cibus sanctus, nonnisi a sanctis, & in loco sancto comedendus est. Et notandum, quod alia est sanctitas templi, alia sacramentorum, alia panis, alia aquæ benedictæ, quæ nec ideo a quodam communi usu removentur.

r Mares tantum] Hoc ideo determinat, quia de quibusdam sacrificiis, & sanctis licebat edere feminis, uxori scilicet sacerdotis, & filiabus, & toti familiæ, dummodo mundi sint: Unde concludo nonnisi mares, idest, viriles debere comedere de decimis, & oblationibus altaris. Unde Apostolus, *Thess.* 3. Qui non laborat, non manducet.

s In generationibus vestris] q.d. Hoc jugiter secundum legem facietis.

u Sanctificabitur] idest, prius sanctificetur, & postea tangat, ut amplius sanctificetur: Vel negative intelligas sic:

t Omnis, qui tetigerit, &c.] idest, non tangetur nisi a sanctificatis.

x Locutus est Dominus] Repetit Moyses de sanctificatione Aaron, & filiorum ejus, idest, summi Pontificis, & minorum sacerdotum. De qua sanctificatione. *Exod.* 29. legitur, quod protelabatur per septem dies, & singulis diebus offerebant sacerdotes oblationes quasdam: Hic autem repetit,

ut,

ut addat de quadam speciali oblatione summi Pontificis facienda in die unctionis suæ. Et nota, quod usque ad tempora David non erat nisi unus Pontifex, sive unus summus sacerdos, quo defuncto aliquis minorum sacerdotum succedebat ei in summum sacerdotium. Sed David volens ampliare cultum Dei, vigintiquatuor summos sacerdotes constituit: Quibus tamen unum summum sacerdotem omnibus aliis præfecit. Utrum autem ille fuerit unus de vigintiquatuor, vel alius præter illos, opiniones sunt, sive dubium est. Et dicitur princeps sacerdotum, ut habetur 2. *Paralipp. vigesimoquarto*. Erat autem oblatio summi sacerdotis in die unctionis suæ, simila in sartagine frixa, oleo conspersa, bis in die, medium mane, & medium vespere. Et licet ex littera Moysi habeatur, quod hoc facere deberet summus sacerdos in die unctionis, sive substitutionis suæ, tamen ut dicit *Josephus*, toto tempore vitæ suæ tenebatur singulis diebus hanc oblationem facere de proprio. Et nota, quod tam minores sacerdotes quam summus sacerdos inungebantur. In manibus tantum minores, major vero in capite, & in manibus, *Exod. vigesimonono & infra octavo*.

Infr. 11. & 15.

ponitur. Quicquid tetigerit carnes ejus, scilicet in genere suo, ut caro carnem, panis panem, simila similam, hæc omnia sanctificabantur ex contactu, & cedebant in partem sacerdotis.

f Hæc quoque est lex hostiæ] Post hostiam pro peccato addit de hostia pro delicto. Vel forte delictum vocat peccatum in Deum, de cujus hostia, quia breviter dixerat, *Supr. 5.* hic plenius agit. Et nota secundum *Rab.* peccati, sive delicti nomine quælibet culpa accipitur: Sæpe enim pro se invicem indifferenter accipiuntur peccatum, & delictum. Hic autem, & in *Ezech.* indifferenter accipiuntur. *Augustin.* sic distinguit. Peccatum est perpetratio mali, delictum desertio boni. Item alibi: Peccatum est, quod scienter committitur, delictum quod ignoranter. *Gregorius super Ezech.* sic: Peccatum est mala facere: Delictum bona deserere, quæ summopere tenenda sunt. Item *Origen.* Peccatum est in opere, delictum in cogitatione. Item *Esychius*. Delictum est peccatum recognitum, vel in ipsum Deum commissum, ut blasphemia, vel murmur in Deum, vel perjurium, & reliqua vocat peccata.

g Incensum,] id est, combustum in honorem Domini, ut delicta remittat.

C

sen dicens: Hæc est oblatio Aaron, & *a* filiorum ejus, quam offerre debent Domino in die unctionis suæ. Decimam partem Ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno. *b* Medium ejus mane, & medium vespere, quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem suavissimum Domino sacerdos, qui patri jure successerit, & tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comeder ex eo. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere Aaron, & filiis ejus. *c* Ista est lex hostiæ pro peccato: In loco, ubi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino. Sanctum sanctorum est. *d* Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi. *e* Quicquid tetigerit carnes ejus, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lavabitur in loco sancto. Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur. Quod si vas æneum fuerit, defricabitur, & lavabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur carnibus ejus, quia Sanctum sanctorum est. Hostia enim, quæ cæditur pro peccato, cujus sanguis infertur in tabernaculum testimonii, ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni. Hæc quoque est *f* lex hostiæ pro delicto. Sancta sanctorum est: Idcirco ubi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto, sanguis ejus per gyrum fundetur altaris. Offerent ex ea caudam, & adipem qui operit vitalia, duos renunculos, & pinguedinem, quæ juxta illa est, reticulumque jecoris cum renunculis, & adolebit ea sacerdos super altare. *g* Incensum est Domini pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto. Utriusque hostiæ lex una erit. Ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos, qui offert holocausti victimam, *h* habebit pellem ejus. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel in sartagine præparatur, ejus erit sacerdotis a quo offertur, sive oleo conspersa, sive arida fuerit. Cunctis filiis Aaron æqua mensura per singulos dividetur.

D

CAP. VII.

HÆc *i* est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur Domino. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento con-

A

a Et filiorum ejus,] idest, omnium ei in summum sacerdotium succedentium, cui defuncto, unus solus succedebat, non omnes simul, qui tantum hujusmodi unctionem faciebat, in die suæ substitutionis.

b Medium ejus, &c.] Et in hoc simile erat hoc sacrificium, jugi sacrificio.

c Ista est lex hostiæ] Repetit de hostia pro peccato, ut addat. Et *in fine cap.* ponet hanc regulam generalem. De hostia pro peccato, cujus sanguis inferebatur in tabernaculum, nihil reservabatur sacerdoti, vel aliis, sed totum Domino cremabatur. De hostia vero pro peccato, cujus sanguis non inferebatur in tabernaculum, pars aliqua sacerdoti servabatur in loco sancto comedenda, ut ibi dicit *Gloss. August.*

d Sacerdos, qui offert, &c. In loco sancto] In hoc notatur sanctitas hostiæ pro peccato, quia non licebat eam comedi nisi in loco sancto. Unde argumentum trahi potest, quod non debet sumi corpus Christi nisi in Ecclesia, nisi magna infirmitas cogat.

e Quicquid tetigerit] vel qui tetigerit, &c. Negative exponitur sic. Qui tetigerit, idest, nullus tanget carnes ejus, nisi prius fuerit sanctificatus, & tunc tangens plus sanctificabitur: Hoc est quod dicitur 1. *Corinthiorum undecimo*. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit. Eodem modo qui digne, meritum sibi accumulat. Vel sic ex-

h Habebit pellem] *Raban.* Cum *supra* egit de holocausto bovis, non decrevit de pelle ejus: tandem quod ibi, & ubique prætermiserat, hic supplet dicens, pellem hostiæ esse sacerdotis, qui eam offert. Ecce lex jubet, quod sacerdos habeat pellem hostiæ holocausti. Sed quid erit, si holocaustum fuerit de turturibus, & columbis? Nunquid excoriabuntur? Ridiculum est hoc sentire. Mittimur ergo in his ad mysticum intellectum, libertatem spiritus sequentes magis quam corticem litteræ, qua Judæi angustantur.

Supr. 1.

EXPOSITIO CAP. VII.

HÆc *i* est lex hostiæ pacificorum,] Hostia pacifica vel salutaris, duas habet species. Alia enim dicitur laudativa vel necessaria, alia votiva sive spontanea. Laudativa offerebatur in gratiarum actionem pro commodo jam adepto, vel pro periculo jam vitato. Et dicebatur necessaria, quia pro his, quæ jam collata sunt nobis, debemus Deo esse grati, & quasi ex necessitate gratiarum actiones reddere. Votiva offerebatur pro vitando periculo, ad quam non obligamur, cum conditionalis sit, & nihil adhuc nobis collatum sit, pro quo teneamur offerre. Laudativa, eadem die comedebatur, qua oblata fuerat. Votiva usque in secundum diem differri potuit.

Si autem usque in diem tertium differretur, totum sacrificium irritum fiebat. Primo ergo agit Moyses de laudativa hostia dicens: Hæc est lex hostiæ, &c.

a Collyridas] *Radulph.* Collyrida panis erat tenuis, & vix aliquid micæ interius habens, quæ *infra 6.* dicitur torta panis.

b Quoque fermentatos] supple, offeret, scilicet sacerdoti, non Deo: Alioquin esset contrarium ei, quod *supra secundo* dictum est: Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento erit. Vel poterat istos panes Deo, & sacerdoti offerre, sed non super altare. Vel potest dici, quod fermentum per se prohibebatur offerri Domino, sed non in commixtione ad aliud. Idem dicitur de melle, & aceto.

c Offertur Domino,] idest, sacerdoti ad honorem Domini, & ante altare, sed non super altare: Unde panis iste improprie dicitur Domini, sed quia sacerdotis est, qui est minister Domini: proprie vero alia oblatio dicitur Domini, quæ tota crematur Domino.

sperfos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamque similam, & *a* collyridas olei admistione consperfas, panes quoque *b* fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: Ex quibus unus pro primitiis *c* offertur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem: Cujus carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam usque *d* mane. Si *e* voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. Quicquid autem tertius invenerit dies, ignis absumet. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, *f* nec proderit offerenti, quin potius quæcumque anima tali se edulio contaminaverit, prævaricationis rea erit. *g* Caro, quæ *h* aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni. *i* Qui fuerit mundus, vescetur ex ea. *k* Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis, & quæ tetigerit *l* immunditiam hominis, vel jumenti, sive omnis rei, quæ polluere potest, & comederit de hujuscemodi carnibus, interibit de populis suis. *m* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Adipem bovis, & ovis, & capræ non comedetis. Adipem cadaveris morticini, & ejus animalis, quod a bestia captum est, habebitis in usus varios. Si quis adipem, qui offerri debet in incensum Domini comederit, peribit de populo suo. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de avibus quam de pecoribus. Omnis anima, quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: *n* Qui offert victimam pacifico-

d Usque mane.] Argumentum, quod non est differenda poenitentia, neque votum. *Deuter.* 23. Cum voveris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus.

e Si voto, vel sponte] Egit de illa specie hostiæ salutaris, quæ dicitur laudativa, modo subdit Moyses de hostia votiva: Sed objicitur: Omne sacrificium ut dicit *Gloss.* pacificum, seu salutare, spontaneum est, unde inter dona superius positum est; Ergo tam hostia laudativa, quam votiva spontanea est: Male ergo distinguit Moyses inter laudativam, & votivam, quia secundum Moysen, votiva est spontanea, & in hoc differt a laudativa secundum eum, quia cum egisset de laudativa, subjungit de votiva dicens: Si voto vel sponte, jam quasi notatur per hoc, quod addit, vel sponte. Item omne votivum spontaneum est, ergo qui offert voto, offert sponte: Ergo male distinguit inter votivum, & sponte oblatum, dicens: Si voto, vel sponte, &c. Sol. Ad primum dicimus, quod hostia laudativa, & votiva utraque spontanea est. Tamen laudativa quodammodo debita est pro jam accepto beneficio; Votiva vero non sic. Nam si liberatus es ab aliqua tribulatione, ratione dictante, teneris Domino facere præcipuum sacrificium, & dicitur sacrificium rationale. Unde licet sit spontaneum, quia sponte fit, tamen non dicitur spontaneum simpliciter, quia ex ratione teneris ad illud. Ad aliud dicimus, quod ante votum oblatio est spontanea, post votum debita & necessaria. Unde super illud: Vovete, & reddite, dicit *Gloss.* Vovere voluntatis est, sed reddere vota necessitatis. *Eccles.* 5. Quodcumque voveris, redde: Melius est enim non vovere, quam post votum promissa non reddere. *f* Nec proderit offerenti,] Contra. Oblatio prius facta aut profuit, aut non: Si profuit, falsum est, quod hic dicitur. Si non: sive ergo aliquid reservetur in diem tertium, sive non, nihil profuit illa hostia, quod factum est. Sol. Dicimus, quod profuit, sed ille profectus propter hoc, quod aliquid usque in diem tertium reservatur, evacuatus est.

Psal. 75.

g Caro,] idest, hostia. *h* Quæ aliquid tetigerit] post oblationem. Sed nota, quod triplicem immunditiam distinguit hic Moyses: Prima contrahitur ex hostia polluta, & sic comesta. Verbi gr. Si hostia post oblationem tangat morticinum, vel murem, vel aliquid aliud immundum, polluitur, si sic comedatur; Ille, qui comedit, peribit de populo suo. Secunda immunditia est interior, quæ non contrahitur ab exteriori, utpote lepra, feminis fluxus, vel sanguinis, vel menstrua, & hujusmodi. Si quis cum hac immunditia comedit hostiam, peribit de populo suo. Tertia immunditia exterior, ut si quis tetigerit immundum, & inde contrahit immunditiam, & cum tali immunditia comedat de carnibus hostiæ, peribit de populo suo. *Gloss.* de consortio eorum, qui sint salvandi, & hoc est: Caro, &c.

i Qui fuerit mundus, vescetur] idest, qui vescetur ex ea, sic erit mundus. Non enim dat licentiam vescendi tali carne immundis. Hæc est prima immunditia.

k Anima polluta,] idest, habens in se aliquam immunditiam, ut ex lepra, vel feminis fluxu, vel hujusmodi: Et est secunda immunditia. *l* Immunditia hominis,] idest, hominem immundum, ex cujus contactu contrahitur immunditia, vel feminis fluxus, & hujusmodi: Et est tertia immunditia.

m Locutusque est Dominus] *supra tertio* dixit Moyses, quod omnis adeps Domini erat. Hic determinat hoc esse intelligendum de adipe mundorum animalium tantum, quia adipem immundorum in varios usus ei concessit. Sed cum quædam animalia essent quoad esum munda, quæ tamen secundum legem non poterant immolari, ut cervus, damula, & hujusmodi, de quibus *infra 11.* satis habetur. Potest quis movere dubitationem, ut dicit *Augustinus* an eorum adipes immolandi essent Domino, an non, sive quid faciendum de illis: si sic abstinendum erat a comestione eorum, sicut a comestione adipum animalium mundorum, & immolatorum. Item movet *Augustinus* quæstionem: An abstinendum sit ab adipe animalis tantum Domino immolati, an etiam ab adipe animalis, non dico immolati, sed apti ad immolandum. Tandem solvit *August.* & dicit, quod illud præceptum: Omnis adeps Domini erit, intelligitur de adipe omnis animalis mundi immolati, vel apti ad immolandum, & tantum de hoc. Unde adeps animalis immundi, vel etiam mundi, sed non ad immolandum apti, non comprehenditur sub illo præcepto. Unde Judæus fatuus est, qui nimis extendit illud præceptum, nullum adipem comedens. Nec etiam cervi, sed habet illum in varios usus ad modum adipis morticini, & a bestia capti, ad lucernas scilicet, & unctiones intrinsecas faciendas. Vel forte projiciunt, vel dant alienigenis ad emendum. Et prohibuit eis etiam Dominus omnem esum sanguinis, in quo esus suffocati tantum intelligitur prohiberi, vel homicidium. De prohibitione esus sanguinis habes *Gen.* 9. hic & *infr.* 17. & *Deut.* 12. & 15.

n Qui offert victimam, &c.] *Gloss.* Hostiæ pacificorum, gratiarum actiones sunt. Has charitate condire debemus, qua conditur omne opus bonum. Nota, hoc cap. sacerdotale est, agens de pacificis, quæ cedunt in usus sacerdotis, scilicet pectusculo elevationis, & armo separationis, & aliis, quæ cedunt in partem sacerdotum. Et nota, quod ibi littera nostra habet pectusculum elevatio-

vationis, *Origen.* aliam litteram ponit, quæ est: Pectusculum appositionis, & brachium demptionis. Et nota *Gloss.* super locum istum; ad probandum, quod prior est remissio peccati, quam infusio gratiæ. Dicit enim *Gl.* sic: Cum mundatum fuerit cor ab omni inquinamento, & crassitudine, quæ igni est tradenda, restat, ut apponatur ei gratia Spiritus Sancti. Unde sequitur immediate, quod prius est cor mundari a peccato, quam gratiam infundi, & ita remissio peccati prior quam infusio gratiæ, quod concedit *Magister Gerardus*.

rum *a* Domino, *b* offerat simul & sacrificium, idest, libamenta ejus: *c* Tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum. Cumque ambo oblata Domino *d* consecraverit, *e* tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron & filiorum ejus. *f* Armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in *g* primitias sacerdotis. *h* Qui obtulerit sanguinem, & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & *i* armum dextrum in portione sua. *k* Pectusculum enim elevationis, & *l* armum separationis *m* tuli a filiis *n* Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, ac filiis ejus *o* lege perpetua ab omni populo Israel.

a Victimam pacificorum] idest, vitulum, vel agnum.

b Offerat simul & sacrificium,] *Interlin.* idest, charitatem, quasi dicat: Nec hoc, nec aliud sacrificium offerat sine libamentis suis, aquæ erant in arida materia, & in liquida, & juxta certam quantitatem determinata, quæ prius gustabantur ab offerente, ad probandum, si essent idonea ad offerendum Domino. Deinde etiam a sacerdote gustabantur, antequam Domino offerrentur. *Radulph.* autem libamenta hostiæ pacificorum vocat adipes hostiarum, qui Domino offerebantur, & de hostia prægustabantur, quia Domino cremabantur.

c Tenebit] Determinat hic Moyses modum oblationis, quia ille, qui offerebat hostiam, elevatis manibus ante altare tenebat adipem, qui debebat offerri Domino, & partem sacerdotis: Et utrumque ponebat in manibus sacerdotis. Postea sacerdos sibi partem suam reservabat, & partem Domini ponebat super altare holocausti.

d Consecraverit,] idest, offerre, & consecrare Domino proposuerit.

e Trader sacerdoti,] Hinc inde inolevit apud quosdam, quod oblationes tradunt in manus sacerdotis, & ipse ponit eas super altare.

f Armus quoque] *Septuaginta* habent brachium, quod idem est. Armus dexter dicebatur armus separationis, quia in demembratione animalis, primo tollebatur. Pectus autem dicebatur pectusculum elevationis, quia manibus offerentis elevabatur coram Domino de necessitate, non de religione, ut dicit *Hieron.* Nam armus dexter cujuslibet animalis, sive in domo occideretur, & comederetur, sive in macello venderetur, sacerdotis erat, licet Domino non offerretur.

g In primitias] idest, in præcipua dona.

h Qui obtulerit sanguinem, & adipem filiorum Aaron,] Sic construe: Qui filiorum Aaron, idest, qui existens de numero filiorum Aaron, idest, hebdomadarius, obtulerit sanguinem.

i Armum dextrum] Hæc est fides recta, vel cognitio sancta, quæ nos de terrenis ad cœlestia sublevat.

k Pectusculum enim elevati] *Gloss.* quia scientiam aliorum præcedere debet scientia sacerdotis.

l Armum separationis] Hæc est operatio bona, quæ justos a reprobis separat, ut dicit *Gloss.*

m Tuli] *Exod.* 29.

n A filiis Israel] quia opus sacerdotum, debet esse separatum & unicum, ut dicit *Gloss.*

o Lege perpetua] Quia ejus significatio in perpetuum durat: ita dicit *Gloss.*

p Hæc est unctio Aaron,] *Interl.* unctio, scilicet supra dicta. Sicut dicit *Esychius*, non agitur hic de unctione sacerdotum, sed de eorum dignitate. Et quem profectum prædicta sacrificia præstent sacerdotibus, ostendere voluit hic Moyses, quia si quis eam bene custodierit, ad dignitatem sacerdotis pervenire poterit, & non aliter: Unde dicit: Hæc est unctio, &c. quasi ex prædictis sacrificiis acquiritur hæc unctionis dignitas. Ostendit etiam Moyses hic, ad quid inungantur sacerdotes, scilicet, ut sacerdotio fungantur Domino, pro quo etiam pars sacrificiorum, in partem eorum cederet, jure sacerdotii. De unctione autem dictum est *Exod.* 29. *& ultim.* Hic autem ad quid sit unctio, dicitur: Hæc est unctio.

Hæc est *p* unctio Aaron, & filiorum ejus in *q* cæremoniis *r* Domini in *s* die, quo obtulit eos Moyses, ut sacerdotio fungerentur, & *t* quæ præcepit dari eis Dominus a filiis Israel *u* religione perpetua in generationibus suis. *x* Ista est lex holocausti, & sacrificii pro peccato, atque delicto, & pro *y* consecratione & pacificorum victimis, quas constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quando mandavit filiis Israel, ut offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

C A P. VIII.

Locutusque *z* est Dominus ad Moysen, dicens: Tolle

q In cæremoniis] idest, in sacrificiis Domini, ut in eis, scilicet administrent. Vel sic; Hæc est unctio in cæremoniis Domini, idest, ad cæremonias, idest, ad sacrificia Domini facienda. Ad hoc enim inunguntur sacerdotes, ut sacrificia Domini recte, & digne perficiant. *Interlin. Esychius* exponit sic: Filiorum ejus in cæremoniis Domini, eorum, scilicet, qui per ea, quæ dicta sunt, proficiunt ad dignitatem sacerdotii.

r Domini] supple unctio dico facta.

s In die quo, &c.] quæ præcepit, & habuerunt, supple jure sacerdotii.

t Et quæ præcepit, &c.] Et nota, quod dicitur; Obtulit eos Moyses ut sacerdotio fungerentur, quia nisi Moyses, idest, lex offerat aliquem, ut sacerdotio fungatur Domino, reprobari debet: Talis enim debet habere scientiam legis, ut sola lex eum offerat, non pecunia, non potentia, non voluptas. *Jer.* 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis, scilicet; sed in hoc glorietur, quod gloriatur scire, & nosse me.

u Religione perpetua] idest, inconcussa, dicit *Interl.*

x Ista est lex hostiæ] quæ dicta est: Et est brevis epilogus usque in finem capituli.

y Pro consecratione] idest, de consecratione, idest, ista est lex conveniens dignitati, & consecrationi sacerdotum, qui ad hoc inuncti sunt, ut prædicta faciant, & partitionem sacrificiorum jure sacerdotii recipiant: Vel simpliciter pro consecratione, quia sacerdos pro consecratione sua offerebat arietem.

EXPOSITIO CAP. VIII.

Locutusque *z* est Dominus ad Moysen, &c.] Continuatio talis est secundum *Raban.* qui dicit: In *Exod.* 19. legimus Moysen ascendisse in montem, ubi collocutione divina, de his, quæ geri oportebat, edoctus est. Præcepit enim Dominus, ut faceret arcam, mensam, candelabrum, tabernaculum quoque, in quo hæc omnia suis in locis reponerentur: Novissime de vestibus Aaron, filiorumque illius componendis mandatum illi dedit. Post quæ omnia, quo ritu ipsi Pontifices consecrarentur, instituit. Postquam vero Moyses descendit de monte, replicatur, quo ordine hæc omnia completa sint, quæ præcepit Dominus: donec ad consecrationem Pontificis veniatur. Erecto itaque tabernaculo, & quæcumque pertinebant intra, & citra dispositis vestibus quoque Pontificis, filiorumque illius præparatis, Exodus concluditur, & sola sacerdotum consecratio in istud volumen differtur. Cum igitur statim in initio hujus voluminis putaretur hoc, quod narrationi ejus deerat, Moyses additurus, quædam alia interposuit, locutum, scil. sibi Dominum, non jam de monte ut prius, sed de tabernaculo, quod erexerat, & cæremonias has victimarum, & sacrificiorum, in quibus nunc usque sudavimus, instituisse: Quibus completis, tandem quod in prædicta narratione minus fuerat, scil. quo ordine ad Domini imperium Aaron, & filii ejus sint consecrati, subjungit. Quod si requirit aliquis, quæ causa fuerit ut ante ordinationem sacerdotum isti cæremoniarum ritus interpositi sint, existimo hoc rationis fuisse, quod con-

Aaron cum filiis suis, vestes eorum, & unctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, *a* canistrum cum azymis, & congregabis omnem cœtum *b* ad ostium tabernaculi. Fecit Moyses, ut Dominus imperaverat, congregataque omni turba ante fores tabernaculi, ait: Iste est sermo, quem jussit Dominus fieri: Statimque *c* obtulit Aaron, & filios ejus. Cumque lavisset eos, vestivit Pontificem subucula linea accingens eum balteo, & induens eum tunica hiacynthina, & desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo, aptavit rationali, in quo erat doctrina, & veritas, Cidari quoque texit caput, & super eam *d* contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificationem, sicut præcepерat ei Dominus. Tulit & unctionis oleum, quo linivit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cumque sanctificans, aspersisset altare septem vicibus, unxit illud & omnia vasa ejus, labrumque cum basi sua sanctificavit oleo. Quod fundens super caput Aaron, unxit eum, & consecravit. Filios quoque ejus oblatos consecravit, vestivitque tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, ut jusserat Dominus. Obtulit & vitulum pro peccato. Cumque super caput ejus posuissent Aaron, & filii ejus manus suas, *e* immolavit eum hauriens sanguinem, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum. Quo *f* expiato, & sanctificato, fudit reliquum sanguinem *g* ad fundamenta ejus.

secrandi sacerdotes, prius in his, quæ ad officium tabernaculi pertinebant, imbuendi, quam in ipso officio fuerant constituendi. Nam & nunc in Ecclesia Dei nullus ad Pontificatum dignus est, nisi prius noverit qualiter perfectus vitam informare, & sæcularem adhuc agentibus vitam, qualiter religionis rigorem debeat temperare: Instrui eum oportet primum, quomodo conversis peccatoribus pœnitentiæ adhibeat medicamentum, & singulis quibusque sibi commissis, qui nunc corrigendi sunt, nunc informandi, nunc increpandi, quomodo seipsum debeat conformare. Prius ergo quæ necessaria judicavit legislator, expletis, tandem ad id quod prætermiserat, pridem accepit, dicens: Locutusque est Dominus: Ordo, & series consecrationis talis est. Tulit Moyses juxta præceptum Domini Aaron, & filios ejus, & vestes sanctas, & oleum unctionis, vitulum, & arietes duos, canistrum cum tribus generibus panum azymorum, torta, scilicet panis, quæ collyrida dicitur, lagano, & crustulo. Et congregavit omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, cujus animos sic inclinavit ad consentiendum in sacerdotium Aaron, ut dicit *Josephus*. Moyses vero seipsum sacerdotio dignum judicavit: Tum propter familiaritatem, quam habebat cum Domino, tum quia plurimum pro populo laboraverat, tum quia quisque naturaliter sui amicus est: Sed Dominus digniorem judicavit Aaron. Unde cum populo placuisset, obtulit Moyses Domino Aaron, & filios ejus. Cumque lavisset eos aquis fontium, Aaron induit feminalia, & Moyses vestivit eum aliis septem vestibus, de quibus satis dictum est supra *Exod. vigesimo nono, & ultim.* Fundensque Moyses oleum unctionis super caput ejus, & manus, ita quod stillavit oleum per barbam ejus usque in oram vestimenti ejus. Filios autem Aaron vestivit Moyses lineis, & cinxit balteo, & imposuit mitras simplices eis, & unxit manus eorum oleo. Linivit quoque tabernaculum cum supellectili sua. Cumque aspersisset septies aquis utrumque altare, unxit ea, & omnia vasa eorum, labiumque, & basim oleo. Obtulerunt autem Aaron, & filii ejus vitulum pro peccato suo, super caput ejus imponentes manus, quem immolavit Moyses, & tinxit digitum in sanguine, & tetigit ex eo cornua altaris per gyrum: Et fecit de illo vitulo, sicut fit de vitulo pro peccato sacerdotis, *supra quarto*. Obtulerunt etiam Aaron, & filii ejus arietem in holocaustum salutare, & fecit Moyses de eo, sicut de holocaustis salutaribus fieri jussit Dominus, *supra quarto*: Item obtulerunt Aaron, ejusque filii alium arietem per manus impositionem, hostiam, scilicet pro consecratione sua. Quem cum immolasset Moyses, sumpsit de sanguine, & tetigit extremum auriculæ dextræ eorum, & pollicem manus dextræ, & dextri pedis, & reliquum fudit super altare per circuitum. Omnem vero adipem, & caudam, renes & renunculos, & armum dextrum separavit, tulitque de canistro collyridam unam, & laganum unum, & crustulum unum, & omnia simul tradidit Aaron, & filiis ejus, quasi dicat: Accipite potestatem sumendi hæc a populo, quædam ad offerendum Domino, quædam ad usum vestrum. Qui cum tenerent ea in manibus, superposuit Moyses pectusculum: unde & pectusculum elevationis dictum est. Tenentes ergo filii Aaron hæc omnia in manibus, elevaverunt coram Domino, & postea tradiderunt ea Moysi, qui omnia adolevit Domino super altare, assumensque onguentum, & de sanguine, qui erat super altare, admiscens aquas fontium aspersit eos, & super vestimenta eorum. Cumque sanctificati essent in hunc modum, reliquas carnes arietis coxerunt ante fores tabernaculi, & ibi comederunt eas cum panibus, qui residui fuerunt in canistro, & quicquid superfuit ex eis, ignis absumpsit. In eumdem modum iteravit Moyses singula, quæ diximus. Sex diebus tamen non vestivit eos, quia semel induti, septem diebus non deposuerunt vestes suas sanctas, nec de atrio tabernaculi exierunt. Quidam dicunt prima die omnia, quæ diximus, fuisse prosecuta: Sex diebus consecrationis sequentibus oblationes quotidie iteratas, sed non unctiones: *Josephus* vero omnia sicut prima die, ita sex diebus sequentibus fuisse prosecuta dicit. Et nota, quod in hac prima consecratione, omnes filii Aaron consecrati sunt, sed non postea omnes de genere ejus. Cæcus enim, & claudus, aut grandi, vel parvo, aut torto naso, aut gibbosus, vel herniosus, scabiosus, impetiginem habens de semine Aaron, non poterat ministrare, nec intrare sanctuarium, vescebatur tamen panibus, qui offerebantur in sanctuario. Item aliter potest continuatio fieri: Sicut legitur *Hebr.* 8. Omnis Pontifex ad offerenda munera, & hostias constituitur. Item *Malach. secundo*. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem Dei ex ore ejus requirunt: Ideo in libro isto, ubi Moyses de unctione sacerdotum principaliter intendit, recte præmisit de oblationibus, & sacrificiis hostiarum. Dividitur enim liber iste in tres partes. In prima agitur de holocaustis, & sacrificiis usque ad octavum cap. Unde hic incipit secunda partitio, ubi de inunctione determinatur usque ad undecimum cap. Tertia incipit ibi, ubi de legibus agitur usque in finem. Dividitur autem in quatuor partes hæc secunda partitio. Primo agitur de sacerdotum inunctione, & eorum oblatione in die unctionis suæ, usque ad nonum cap. Secundo, de oblatione ipsius Aaron octavo die unctionis suæ, & quibusdam super tabernaculo ingrediendo, & hoc usque ad decimum cap. Tertio, de ingressu summi Sacerdotis in Sancta Sanctorum semel in anno cum sanguine, & hoc usque ad decimum sextum cap. Quarto jubet, quod omne sacrificium fiat per manus sacerdotum, & hoc usque ad decimum septimum cap. Quare autem interposita sint, patebit in textu locis suis.

11. dist. c. 8. in princ.

De consec. dist. 1. in princ.

a Canistrum] *Gloss.* vas de perplexo vimine factum, & Scripturam Sacram significat, quæ multiplici sententiarum conficitur textura.

b Ad ostium tabernaculi.] *Radulph.* Non enim loco privato prælatus, vel clam debet eligi.

c Obtulit Aaron,] *Joseph.* dicit: Moyses licet electus esset a Deo in sacerdotem, & ducem populi, non seipsum obtulit inungendum, sed Aaron, ut consensum populi citius inclinaret: Non enim acquievisset populus in eum, credens, quod illis vellet dominari.

d Contra frontem] idest, in directo frontis.

e Immolavit eum] Moyses scilicet.

f Expiatio,] per inunctionem olei, & aquæ fontium.

g Ad fundamenta ejus.] scil. altaris holocaustorum.

a Arvi-

a Arvinulis] Arvinula dicitur hic pinguedo interior, ideſt adeps renum.
b Præceperat] *Supra* 4. quia pro peccato ſacerdotum erat.
c Immolavit eum,] Moyſes.
d Concidens,] Moyſes.
e Incendit ſuper altare,] quia non erat pro peccato, ſed erat holocauſtum ſalutare.
f Arietem ſecundum] Sed ad quid, cum prioris oblatio ſanctificaret offerentes? Qui enim vita, & doctrina pollet, dicendus eſt ſanctus: Verum hoc ideo fit, ut quicunque in populo Dei duces conſtituuntur, no errent, quia homines ſunt, & poſt ſe alios in perditionis foveam trahant, neceſſe eſt ut eum, qui errare non poteſt, id eſt, Chriſtum ſibi ducem præponant. Unde cum Apoſtolus dixiſſet: Imitatores mei eſtote, ſubjunxit, ſicut & ego Chriſti, 1. *Corinthior.* 11.
g In conſecratione] ideſt, pro conſecratione.
h Super caput] Aaron & filii ejus ſuper caput manus imponunt, cum juxta monita legis, ejus regulam ſe obſervare promittunt.
i Et pollicem] Eccleſia alias partes inungit in Chriſmate, alias in Confirmatione, alias in extrema Unctione. Item alias in minorum Sacerdotum conſecratione, alias in majorum ſacerdotum conſecratione; quære rationem.
k Laganumque] unum ſcilicet laganum.

Adipem autem qui erat ſuper vitalia, & reticulum jecoris, duoſque renunculos cum *a* arvinulis ſuis adolevit ſuper altare, vitulum cum pelle, carnibus, & fimo, cremans extra caſtra, ſicut *b* præceperat Dominus. Obtulit & arietem in holocauſtum. Super cujus caput cum impoſuiſſent Aaron, & filii ejus manus ſuas, *c* immolavit eum, & fudit ſanguinem ejus ſuper altare per circuitum: Ipſumque arietem in fruſta *d* concidens, caput ejus, & artus, & adipem adolevit igni, lotis prius inteſtinis, & pedibus: Totumque ſimul arietem *e* incendit ſuper altare, eo quod eſſet holocauſtum ſuaviſſimi odoris Domino, ſicut præceperat ei. Obtulit & *f* arietem ſecundum in *g* conſecratione ſacerdotum, poſueruntque *h* ſuper caput ejus Aaron, & filii ejus manus ſuas. Quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine ejus, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & *i* pollicem manus ejus dexteræ, ſimiliter & pedis. Obtulit & filios Aaron. Cumque de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & pollices manus, ac pedis dextri, reliquum fudit ſuper altare per circuitum. Adipem vero, & caudam, omnemque pinguedinem, quæ operit inteſtina, reticulumque jecoris, & duos renes cum adipibus ſuis & armo dextro ſeparavit. Tollens autem de caniſtro azymorum quod erat coram Domino panem abſque fermento, & collyridam conſperſam oleo, *k* laganumque poſuit ſuper adipes, & armum dextrum, tradens ſimul omnia Aaron & filiis ejus. Qui poſtquam levaverunt ea coram Domino, rurſum ſuſcepta de manibus eorum, *l* adolevit ſuper altare holocauſti, *m* eo quod conſecrationis eſſet oblatio in odorem ſuavitatis ſacrificii Domini. Tulit & pectuſculum *n* elevans illud coram Domino *o* de ariete conſecrationis in partem ſuam, ſicut *p* præceperat ei Dominus. Aſſumenſque unguentum, & ſanguinem, qui erat in altare, aſperſit ſuper Aaron, & veſtimenta ejus, & ſuper filios illius, ac veſtes eorum. Cumque ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Panes quoque conſecrationis edite, qui poſiti ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi Dominus, dicens: Aaron & filii ejus comedent ea. Quicquid autem reliquum fuerit de carne, & panibus, ignis abſumet. De oſtio quoque tabernaculi non *q* exibitis ſeptem diebus, uſque ad diem, quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ. Septem enim diebus finitur conſecratio, ſicut & in præſentiarum factus eſt, ut ritus ſacrificii compleretur. Die, ac nocte manebitis in tabernaculo obſervantes cuſtodias Domini ne moriamini. Sic enim mihi præceptum eſt. Feceruntque Aaron, & filii ejus cuncta, quæ locutus eſt Dominus per manum Moyſi.

CAP. IX.

FACTA *r* autem octava die, vocavit Moyſes

facit eam: Ita Moyſes vice Domini conſecravit Aaron, & ita uſus eſt officio ſacerdotis, non tamen fuit ſacerdos, ſicut Samuel fecit. Unde dicitur in *Pſ.* 89. Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus ejus, &c. Hanc quæſtionem facit *Aug.* ſed non ſolvit, dicens: Si Moyſes ſacerdos non fuit, quomodo iſta fecit? Si autem ſacerdos fuit, quomodo ab Aaron ſacerdotium incepit, & cur veſtes non habuit? Item quæritur, quis ungebat ſummum Pontificem poſt mortem Moyſi, & Aaron, cum non eſſet aliquis ſummus ſacerdos? Ad hoc dicit *Auguſt.* quod mortuis Moyſe, & Aaron, nihil reſtabat eligendo Pontifici, niſi quod indueret ſe veſtem Pontificalem, quia omnes conſecrati & inuncti erant.

m Eo quod conſecrationis eſſet] ideſt, pro conſecratione.
n Elevans illud] quia elevationis erat, ut dicit *Interlin.*
o De ariete conſecrationis] ideſt oblato poſt conſecrationem ſacerdotum.
p Præceperat] *Exod.* 29.
q Non exibitis] Contra. *Supra eodem cap.* [*Exod.* 29.] præceptum eſt eis, ut carnes arietis coquant ante fores tabernaculi, & ibi eas comederent, ergo tunc erant extra oſtium tabernaculi. Solutio. Oſtium tabernaculi intelligitur hic introitus atrii exterioris, quod circa tabernaculum centum cubitos in longum, & quinquaginta in latum habebat: Etiam circa altare holocauſtorum erant ſpatia ubi hoſtiæ cædebantur. Sed iterum quæritur: Quo ibant ad requiſita naturæ, ſi non exibant atrium? Et quod extra atrium patet. Et quod dicitur, quod non exibant, verum eſt non moraturi, aut ad negotia ſua peragenda: Aut ſolutionem innuit quædam *Gloſſ. Auguſt.* vel forte intra atrium habebant loca privata ad hoc, ſicut modo Sacerdotes in domibus ſuis juxta Eccleſias.

l Adolevit ſuper altare holocauſti] Moyſes ſcilicet. Hic dicitur, quod armus dexter immolatus eſt Domino. Contrarium dicitur *ſupra ſeptimo* 7. ubi dictum eſt: quod armus dexter, & pectuſculum cedebant in partem ſacerdotum. Solutio: Revera cedebant in partem ſacerdotis conſecrati, ſed Aaron & filii ejus nondum erant conſecrati: unde bene poterant Domino cremari. Sed quæritur, cum Moyſes non fuerat ſacerdos, neque Pontifex, [non enim legitur ejus conſecratio] quomodo conſecravit Aaron & filios ejus? Ad hoc dicendum eſt, quod ſicut Cardinalis Diaconus qui miſſus eſt a domino Papa, etiam præſente Epiſcopo dat benedictionem infra legationem ſuam, quia illa benedictio non eſt ſua, ſed domini Papæ, cujus auctoritate

EXPOSITIO CAP. IX.

FActa *r* autem octava die, &c.] Finitis ſeptem diebus conſecrationis ſacerdotum, riteque celebratis omnibus, quæ ad conſecrationem pertinent, ſecundum

quod Dominus mandaverat Moysi, octavo die denunciavit Moyses populo solemnitatem, in qua novi sacerdotes consecrati offerre inciperent pro se, & pro populo. In praecedentibus enim septem diebus vicem Sacerdotis habuerat Moyses, & acceperat ab Aaron & filiis ejus ea, quae postea a populo erant ipsi accepturi, & ministravit altari. In die octavo aggressi sunt Aaron, & filii ejus ministerium, ad quod fuerunt ordinati, & Moyses cessavit. Praecepit autem Moyses ignem terrenum removeri ab altari, quo ipse fuerat usus his diebus, dicens quod eis ea die appareret Dominus. Congregatis igitur filiis Israel, primo obtulit Aaron pro peccato suo vitulum, cujus adipes, & renunculos imposuit altari, igne non supposito, reliquum totum de vitulo combussit extra castra. Immolavit etiam pro se hostiam salutarem, arietem in holocaustum, & imposuit altari sine igne. Postea oblaturus pro populo sumpsit ab eis quinque hostias, vitulum pro peccato populi, hircum pro peccato principis, agnum pro peccato animae, bovem in holocaustum salutare, arietem pro pacificis. Tamen in ipsa immolatione non dicitur nisi tres immolasse, scilicet arietem pro peccato populi, bovem, & arietem pro pacificis: Forte alia tacuit pro brevitate, qui ea prius nominaverat. *Augustin.* tamen improbat litteram, quae dicit tantum quinque sumpta a populo: Et dicit cum illis quinque sumptum agnum anniculum in holocarpotum, quod sonat holocaustum fructuosum: sic dictum, quia Deus aliquin signo visibili, ostendebat sibi illud esse gratum. Cum autem ex his omnibus separasset Aaron, quae erant Domino adolenda, & imposuisset super altare, separavit & partem suam de pacificis, armos dextros, & pectora. Postea extendens manum benedixit populo: Et ingressi sunt Moyses, & Aaron in tabernaculum, & egressi iterum benedixerunt populo: Et egressus ignis a Domino, quae erant super altare, devoravit: Et servatus est ille ignis perpetuus usque ad transmigrationem Babylonis: Nec erat licitum alium apponere super altare. Quod quia non servaverunt Nadab, & Abiu filii Aaron, perierunt, ut dicitur in capitulo sequenti. Est autem haec secunda pars secundae partitionis hujus libri, in qua agitur de prima oblatione Aaron post inunctionem suam, in quo ostenditur qualitas suae personae. Licet enim Pontifex sit in eis, quae Dei sunt, populo tamen homo est, & ideo immolans Domino, holocaustum pro peccato proprio offert, deinde pro peccato populi. *a* Tolle de armento,] q. d. Ex quo consecratus es, offer sacrificium ex officio.

b Pro peccato,] tuo scilicet.

c Et arietem in holocaustum,] salutare scilicet.

d Hircum pro peccato,] principis scilicet.

Exod. 19.

11 q. 1. §. sed objiciunt.

Aaron, & filios ejus, ac majores natu Israel, dixitque ad Aaron: *a* Tolle de armento vitulum, pro *b* peccato, & *c* arietem in holocaustum, utrosque immaculatos, & offer illos coram Domino; & ad filios Israel loqueris: Tollite *d* hircum pro peccato, & *e* vitulum atque *f* agnum anniculum, *g* & sine macula in holocaustum, bovem, & arietem pro *h* pacificis, & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum *i* similam oleo conspersam offerentes: Hodie enim Dominus *k* apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta, quae jusserat Moyses ad ostium tabernaculi, ubi cum omnis staret multitudo, ait Moyses: Iste est sermo, *l* quem praecepit Dominus, *m* facite, & apparebit vobis gloria ejus. Dixitque ad Aaron: Accede ad altare, & immola *n* pro peccato tuo: Offer holocaustum, & *o* deprecare pro te, & pro populo. Cumque mactaveris hostiam populi, ora pro eo, sicut praecepit Dominus. Statimque Aaron accedens ad altare, immolavit vitulum pro peccato suo, cujus sanguinem obtulerunt ei filii sui: In quo tingens digitum, tetigit *p* cornua altaris, & fudit residuum ad basim ejus: Adipemque, & renunculos, ac reticulum jecoris, quae sunt pro peccato, *q* adolevit super altare, sicut praeceperat Dominus Moysi: Carnes vero, & pellem ejus extra castra combussit igni, immolavit & *r* holocausti victimam: Obtuleruntque ei filii sui sanguinem ejus, quem fudit per altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam cum capite, & membris singulis obtulerunt, quae omnia super altare *s* crematvit igni, *t* lotis prius aqua intestinis, & pedibus. Et pro peccato populi offerens *u* mactavit hircum, *x* expiatoque altari fecit *y* holocaustum, *z* addens in sacrificium libamenta, quae pariter offeruntur, & *a* adolens ea super altare *b* absque caeremoniis holocausti matutini. Immolavit & bovem, atque arietem, hostias pacificas populi: Obtuleruntque ei filii sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitu: Adipes autem bovis, & caudam arietis, renunculosque cum adipibus suis, & reticulum jecoris posuerunt super *c* pectora. Cumque *d* cremati essent adipes in altari, pectora eorum, & armos de-

e Et vitulum] Pro peccato populi.

f Atque agnum] Pro peccato animae. Nota, hircus est poenitentia: vitulus, bona opera: agnus, innocentia: anniculus, humilitas, quae recte innocentiae jungitur.

g Sine macula] cogitationis, vel affectionis. Bos, exhortatio fortis. Aries, regimen praelationis. Simila, puritas conscientiae. Oleum, suavitas misericordiae. Haec omnia offert Ecclesia sponsa Deo in diversis filiis suis.

h Pro pacificis,] Sub pacifico comprehenditur salutare hic.

i Similam oleo conspersam] quasi dicat, singula offerte cum libamentis suis.

k Apparebit] in nube, vel in igne.

l Quem praecepit] idest, cujus rem.

m Facite, & apparebit] Facite, quae praecepit vobis; non dicit, dicite, & apparebit vobis.

n Pro peccato tuo:] proprio scilicet, & postea pro peccato populi. Non enim convenienter mundare potest, qui mundatus non est: Nec alicui bonus, qui sibi nequam est. *Ecclesiast. decimoquarto.*

o Deprecare pro te,] Simile 1. *Timoth. quarto.* Attende tibi, & doctrinae.

p Cornua altaris,] holocausti.

q Adolevit super altare,] idest, adolenda super altare posuit: Nondum enim erat ignis in altari, sed potius de sublimi venit, & quae in altari reperit, devoravit.

r Et holocausti] salutaris, arietem scilicet.

s Cremavit] idest, cremanda imposuit.

t Lotis] ut supra fieri dictum est.

u Mactavit hircum,] Duo tacet pro brevitate, vitulum scilicet pro peccato populi, & agnum pro peccato animae. Dicitur autem hircus offerri pro peccato populi, synecdochice, quia oblatus est pro principe, qui est de numero, & dux populi.

x Expiatio] idest, igne terreno amoto, vel per effusionem sanguinis ad basim ejus, & inunctionem cornuum fecit.

y Holocaustum,] idest, carnes holocausti super altare cremandas aptavit.

z Addens in sacrificium libamenta,] scilicet similam, oleum, &c. quae in sacrificio hostiae adduntur.

a Et adolens] idest, adolenda disponens.

b Absque caeremoniis] agno, scilicet, qui quotidie mane, & vespere offerebatur.

c Super pectora.] Quaerit *Cantor Parisiensis* rationem, quare adipes cremandi pectoribus non cremandis superponi jubentur: Et dicit, nullam subesse rationem ad litteram, sed omnia contingebant illis in figura, ut dicit Apostolus 1. *Corinthiorum* 10. Posset tamen dici, quod adipes erant pars Domini, pectora pars sacerdotis; & ideo pars Domini, quasi dignior, jure superponi jubetur. *d* Cremati] anticipatio

B

C

D

ticipatio est. Vel sic expone, Cremati, i. ad cremandum super altare dispositi.
a Separavit Aaron] in partem suam.
b Et extendens] *Interl.* orans.
c Completis] *Interl.* expositis.
d Descendit.] *Interl.* de loco ubi stabat serviens altari. *Rab.* Notat *Beatus Augustinus* scamnum ligneum, vel aliquid simile altari appositum propter ejus altitudinem, quia cum trium cubitorum esset, non facile quemquam sacerdotum ad ministerium admittebat sine aliquo adjumento. Gradus enim fieri non licebat prohibente Domino: Non ascendes per gradus ad altare meum. Ex illo itaque scamno non adhærente altari, ne gradus esset, sed ad horam ministerii apposito, ut ministris altaris adjutorium fieret, inde descendisse videtur Aaron completo ministerio suo. Lege *Gloss. Augustini* ibi, & invenies idem.
e Apparuit] In specie ignis. *Gloss.* est, Unde sequitur.
f Et ecce egressus ignis, &c.] scil. a tabernaculo, vel ab altari holocausti subito erupit.

Exod. 27. *Exod. 20.* A *Supr. 26. Num. 2. Deut. 4. 1.*

xtros *a* separavit Aaron elevans coram Domino, sicut præceperat Moyses. Et *b* extendens manum ad populum benedixit ei: Sicque *c* completis hostiis pro peccato, & holocaustis pacificis, *d* descendit. Ingressi autem Moyses, & Aaron tabernaculum testimonii, & deinceps egressi, benedixerunt populo. *e* Apparuitque gloria Domini omni multitudini, & *f* ecce egressus ignis a Domino, devoravit holocaustum, & adipes, qui erunt super altare. Quod cum vidissent turbæ, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas.

C A P X.

ARREPTISQUE *g* Nadab, & Abju filii Aaron thuribulis posuerunt ignem, & incensum desuper offerentes coram Domino ignem *h* alienum, quod eis *i* præceptum non erat. *k* Egressusque ignis a Domino, *l* devoravit eos, & mortui sunt *m* coram Domino. Dixique Moyses ad Aaron: Hoc est quod *n* locutus est Dominus: *o* Sanctificabor in his, qui *p* appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens *q* tacuit Aaron. Vocatis autem Moyses Misahel, & Elisaphan, filiis Oziel patrui Aaron, ait ad eos: Ite, & tollite *r* fratres vestros de conspectu sanctuarii, & asportate extra castra. Confestimque pergentes tulerunt eos sicut jacebant *s* vestitos lineis tunicis, & *t* ejecerunt foras, ut sibi fuerat imperatum. Locutusque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios ejus: *u* Capita vestra *x* nolite nudare, & vestimenta nolite *y* scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri, & omnis domus Israel plangant incendium quod Dominus suscitavit: *z* Vos autem non egre-

E X P O S I T I O C A P. X.

ARreptisque *g* Nadab, &c.] Legimus *supra* 6. Dominum præcepisse, ut ignis perpetuus servaretur in altari, inde sumebatur ignis, quoties Pontifex super altare incensi thus, vel thymiama volebat adolere: Aut etiam si aliquando thuribulorum usum per manus sacerdotum cultus divinus expostebat. Nam in *Num.* 16. legitur, Moysen præcepisse Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte thus desuper, pergens cito ad populum, ut roges pro eis. In Apocalypsi etiam legitur: Angelus stetit juxta altare, habens thuribulum aureum in manu, & implevit illud de igne altaris, qui sacer erat. Ignis vero, qui aliunde sumebatur, reputabatur alienus, & ministeriis divinis indignus. Unde credendum est, forte filios Aaron, cum vi subditi ignis sacrificia devorata conspicerent, novitate miraculi turbatos, nec ausos fuisse accedere ad altare, sed aliunde festinanter rupto igne, & thuribulis imposito, pro gratiarum actione incensum Domino voluisse offerre. Sed quia ignem alienum apposuerunt contra præceptum Domini, ideo perierunt. Arreptis eodem die octavo, scil. die consecrationis Aaron.

Apocal. 8.

b Alienum, &c.] *Gloss.* qui non est egressus a Domino.
i Præceptum non erat.] imo prohibitum.
k Egressusque ignis, &c.] vel ille, qui jam erat in altari, vel alter iterum veniens de sublimi.
l Devoravit eos,] i. extinxit, sive suffocavit.
m Coram Domino.] idest omnibus videntibus, ut omnibus esset in exemplum, vel in loco ubi erant coram Domino.
n Quod locutus est Dominus:] *Exod.* 19. quoad sensum, & non quoad verborum superficiem. Tamen dicit *Augustinus* hoc in Exodo non inveniri, sed Dominum Moysi multa fuisse locutum, quæ nobis Scriptura subticuit, de quibus fuit hoc.
o Sanctificabor, &c.] Dominus primo vindicat in ministris suis, ut non sint aliis norma male vivendi, sed timendi. Unde *Ezech.* 9. A sanctuario meo incipite, ut sciatur ab omnibus, quod minus aliis parcat, si suis ministris non parcit. Sanctificabor, idest, laudabor, & vindicando magnificabor.
p Qui appropinquant mihi,] *Interlin.* multitudine scientiæ, vel aliquo ministerio.
q Tacuit] Contristatus enim fuerat pater super repentina morte filiorum, & gravi dolore perculsum est cor ejus: Nec tamen contra voluntatem Domini murmuravit. Sic antiqui sancti, cum Dominus percuteret suos, contristati tacebant. Unde Job percussus in se, & in filiis non peccavit, nec quicquam stultum labiis suis locutus est. *Psalm.* 76. Turbatus sum, & non sum locutus. *r* Fratres] i. cognatos.

B *Job. 1.*

s Vestitos] paratos, scil. ad sacrificandum.
t Ejecerunt foras,] & vestitos sepelierunt, sicut nostri sacerdotes modo induti sepeliuntur in vestibus ministerii sui. *u* Capita] *Glossa*: Caput enim Christi Deus est: Christus autem ex Deitate constat, & humanitate. Sed hæc *Gloss.* videtur falsa, quia ex hoc sequitur quod Deitas sit pars alicujus, & ita minor aliquo. Sol. Hæc præpositio, ex, tenetur ibi exigitive, non naturaliter, neque partitive. Et est sensus: Christus constat ex Deitate, &c. i. hæc duo exiguntur ad esse Christi.

1. Cor. 11.

x Nolite nudare, & vestimenta, &c.] *Gloss.* quasi mortuos nolite lugere. Sed contrarium legitur *Ecclesiast.* 38. In mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare. Sol. Sicut *infra* 21. dicitur, Summo sacerdoti prohibitum est omnino intrare ad mortuum, minoribus vero quibusdam mortuis licuit interesse, quibusdam non, sicut *ibidem* dicitur. Nunc autem propter novitatem consecrationis prohibentur lugere. Unde *Gloss.* idem vult.
y Scindere, ne forte moriamini, &c.] quod est proprium Judæorum. Unde *Job* 1. legitur, quod audita morte filiorum suorum, scidit vestimenta sua, & tonso capite corruit in terram.
z Vos autem non egredimini] q. d. Sinite ut fratres vestri plangant, vos autem non imitemini eos. Sed quare non sinunt flere sacerdotes mortuos suos, cum hoc sit opus pietatis? Nam & Abraham, mortua Sara, flevit. Et Jacob existimans Joseph mortuum, flevit. Et duodecim Patriarchæ mortuo Jacob, fleverunt septem diebus. Et Jeremias, mortuo Josia: Unde & composuit Threnos. Et Dominus flevit super Jerusalem, & super Lazarum. Solut. Sacerdotibus prohibetur flere super mortuos suos, quia debent voluntatem suam voluntati divinæ maxime conformare. Aliquando tamen flere conceditur, ut compassionis affectum se habere demonstrent. *1. Thessal.* 4. Nolite contristari sicut & ceteri, qui spem non habent. [Non egredimini] Quid est hoc quod sacerdotes prohi-

bentur egredi tabernaculum, cum septem dies consecrationis suæ jam finiti sint, in quibus præceptum erat eis manere intra atrium? Solut. Supplendum est hic. Non egrediminí, scil. ad lugendum fratres vestros. Quæ suppletio ex sequentibus colligitur, ubi dicitur, quod summus Sacerdos non contaminabatur super patrem, & matrem, & non egrediebatur a sanctis: Ibi *Gloss.* ad lugendum mortuum, scilicet, & ita hoc est supplendum.

a Oleum quippe sanctæ unctionis] *Interlin.* Quasi sacerdotes Domini estis, & ideo magis debetis vos conformare divinis judiciis, & ea æquanimius portare, & alios consolari.

b Vinum, & omne quod inebriare, &c.] Ad litteram prohibetur Sacerdos bibere vinum, & omne quod inebriet, in die ministerii sui, ut semper sobrius sit, & possit docere se, & alios. Sed objicit *Augustinus*: Videtur enim quod nunquam debeant sacerdotes bibere vinum, aut siceram, quia singulis diebus intrabant tabernaculum ad ponendas lucernas candelabri, & offerendum holocaustum matutinum, & vespertinum, & cremandum incensum, quod non tantum Aaron, sed & minores sacerdotes faciebant. Quod patet, quia quando Pontifex accedebat ad uxorem, non poterat intrare tabernaculum, sed minores pro illo serviebant. Si ergo quotidie intrabant tabernaculum, nunquam bibebant vinum. Solutio: Secundum *Augustinum*, qui dicit, quod summus Sacerdos quotidie intrabat Sancta sanctorum cum incenso, semel autem in anno cum sanguine. Difficile est videre quando summi Pontifici licebat bibere vinum, dum fuit unicus summus Sacerdos, quia quando fuerunt viginti quatuor, tunc planum est videre, quia quilibet vice sua poterat abstinere a vino, sicut ab uxore. Nos vero Hieronymo adhærentes, dicimus, quod summus Pontifex non quotidie intrabat tabernaculum, sed cum multi essent sacerdotes, serviebat successive per vices suas, & quilibet tempore vicis suæ abstinebat a vino, quo finito poterat bibere. Si autem vis Augustinum sustinere, concedens quod quotidie summus Pontifex intrabat in Sancta sanctorum, dices quod hoc præceptum respicit futurum tempus, scilicet quando David amplavit cultum Dei, instituens viginti quatuor summos sacerdotes, qui suis vicibus ministrabant, ut legitur *Lucæ* 1. de Zacharia, qui fuit de vice Abia, octavam habens hebdomadam. Nota, de ebrietate habes *Proverbiorum* 23. Cui væ, cujus patri væ, &c. Item eodem: Ne intuearis vinum, cum flavescit, & cum splenduerit color ejus in vitro: Ingreditur blande, sed in novissimo mordebit, ut coluber, & sicut regulus venena diffundet; Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo. Item *Proverbiorum* 31. Noli regibus, o Lamael, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas *Ecclesiast.* 19. Operarius ebriosus non locupletabitur. *Ezechiel.* 44. Omnis, qui ingreditur tabernaculum, non bibet vinum. Ebrietas aufert cor. *Oseæ quarto*. Et *Isaiæ vigesimo octavo*. Sacerdos, & Propheta nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt a vino, 1. *Timoth. tertio*. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Et *infra*: Non vinolentum. *Jeremiæ quadragesimo primo*, legitur, quod Godolias inter epulas occisus est. *Matth.* 14. Joannes ab Herode in convivio decolari præcipitur,

1. Ad Tit. 1. violentum.

De pœnit. dist. 1 cap. Inter hæc hircum 1.

1. Paral. 24.

dimini fores tabernaculi, alioquin peribitis. *a* Oleum quippe sanctæ Unctionis est super vos. Qui fecerunt omnia juxta præceptum Moysi. Dixit quoque Dominus ad Aaron: *b* Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu, *c* & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras, & ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum; & profanum, inter pollutum, & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus est Dominus ad eos *d* per manum Moysi. Locutusque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios ejus, qui erant residui: Tollite sacrificium, quod remansit *e* de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento juxta altare, quia *f* Sanctum sanctorum est. Comedetis autem in *g* loco sancto, quod datum est tibi, & filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi. Pectusculum quoque, quod oblatum est, & armum, qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu, & filii tui, ac filiæ tuæ tecum. Tibi enim, ac liberis tuis reposita sunt de hostiis *h* salutaribus filiorum Israel, eo quod armum, & pectus, & adipes, qui cremantur in altari, elevaverint *i* coram Domino, & pertineant *k* ad te, & ad filios tuos lege perpetua, sicut præcepit Dominus. *l* Inter hæc hircum, qui oblatus *m* fuerat pro peccato, cum quæreret Moyses, *n* exustum reperit, iratusque contra Eleazar, & Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta sanctorum est, & data vobis, ut *o* portetis iniquitatem *p* multitudinis, & rogetis pro ea in *q* conspectu Domini, *r* præsertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi? Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino, mihi autem *s* accidit

c Et filii tui quando intrabitis, &c.] Sacerdotes succedentes.

d Per manum Moysi. Locutusque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, &c.] De se tanquam de alio loquitur, in hoc vitans jactantiam, & vitare docens.

e De oblatione Domini, & comedite illud, &c.] idest, de simila.

f Sanctum sanctorum est.] id est, cibus sanctus a sanctis, & in loco sancto est comedendus.

g In loco sancto,] sicut hodie corpus Christi in Ecclesia tantum sumitur, nisi cogat infirmitas.

h Salutaribus filiorum Israel, eo quod armum, & pectus, &c.] De his poterant comedere filii, & filiæ Aaron.

i Coram Domino, & pertineant,] cui placent.

k Ad te, & ad filios tuos lege perpetua, &c.] jure sacerdotii.

l Inter hæc hircum,] Hircus iste quem ignis egressus a Domino devoravit, est gentilis populus.

Moraliter. Moraliter. Ille hircus est quilibet peccator agens pœnitentiam, quam agere contempsit superbus Judæus. Hæc est ovis centesima, quæ perierat, quæ post multos errores, humeris pii pastoris reportata est ad ovile. Hæc est drachma perdita, sed inventa. Hic est filius prodigus. Hic est Lazarus ulceribus plenus. Hic est Lazarus quatriduanus. Hæc est socrus Petri febricitans, sed curata. Hæc est mulier peccatrix. Hæc sanguinaria. Hic est servus Centurionis. Hic est Publicanus. Hic est pullus asinæ, & hujusmodi.

l Inter hæc hircum, &c.] *Esychius*: Quia si non comederunt filii Israel, & Aaron, quod pro peccato erat in loco sancto, idest, pœnitentiam peccati commissi in Ecclesia peragi fecerunt. Quibus hoc præceptum est quos Christus in Ecclesia Vicarios suos constituit. Ipse enim oblationis suæ sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est in sanctum, idest, in cœlum in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium in loco sancto, idest in Ecclesia in propitiationem peccatorum. Unde addit: Quemadmodum præceptum est mihi, idest, sicut præcepi. Moyses enim gerit personam Christi.

n Exustum reperit, iratusque contra Eleazar, &c.] quia in Spiritum Sanctum peccaverant, ab intelligibili igne Spiritus Sancti oblatio pro pœnitentia ablata est. Voluntarie enim peccantibus non relinquitur hostia pro peccato. Nam sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita simulata Deum irritat, quia Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum. *Sapientiæ* 1. Hoc autem sancti Patres irremissibile peccatum, & blasphemiam

in

D

in Spiritum sanctum dixerunt, in sceleribus usque ad finem vitæ perseverare, de salute sua desperare, de potentia, & misericordia redemptoris diffidere.

m Fuerat pro peccato,] principis.

o Ut portetis] ideo scilicet ut portetis orationibus, jejuniis, eleemolynis, vigiliis. Vel, ut portetis, idest, asportetis doctrinis, & exemplis.

p Multitudinis,] Non dicit, unius, sed totius populi.

q In conspectu Domini,] Sed quomodo accedet ad Dominum, qui eum non cognoscit, imo qui ei displicet? *Greg.* Cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati judicis animus ad deteriora provocatur.

Deut. 14. *r* Præsertim, &c.] Vere arguendi estis, quia non comedistis in loco sancto arietem, qui erat pro peccato. Præsertim cum sanguis ejus, &c. *s* Accidit] scil. quod mortui sunt filii mei.

t Recepit satisfactionem.] idest, acceptavit excusationem Aaron tanquam rationabilem.

quod vides. Quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis mente lugubri? Quod cum audisset Moyses, *t* recepit satisfactionem.

C A P. XI.

A

LOcutus *a* est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: Dicite filiis Israel: Custodite omnia, quæ scripsi vobis, ut sim Deus vester. Hæc *b* sunt animalia, quæ comedere debetis de cunctis *c* animantibus terræ. Omne, quod habet divisam ungulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat, & habet ungulam, sed non dividit eam, *d* sicut camelus, & cetera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. *e* Chirogylus, qui ruminat, ungulamque non dividit, immundus est. *f* Lepus quoque, nam & ipse ruminat, sed ungulam non dividit, & *g* sus, qui cum ungulam dividat, non ruminat, horum carnibus non vescemini: nec cadavera contingetis, quia immunda sunt vobis. Hæc etiam sunt, quæ gi-

B

EXPOSITIO CAP. XI.

LOcutus *a* est Dominus, &c.] Ubi, & quæ edere debeant sacerdotes, supra ostendit Legislator. Nunc ad vulgi escam disponendam descendit. Primo dans leges de discretione ciborum. Secundo addens de mundatione puerperæ. Tertio de mundatione lepræ. Sciendum autem, quod omnis creatura Dei bona est, & munda præter Angelum, & hominem, qui ex sua creatione boni, & mundi, suo vitio se postea depravarunt. Unde *Gen.1.* Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Et Noe post diluvium dictum est: Omne, quod movetur in terra, & vivit, erit vobis in cibum. *Gen.9.* Et Dominus *Matth.15.* Non quod intrat in os, coinquinat hominem. Et Apostol. ad *Titum* 1. Omnia munda mundis. Item 1. *Cor.* 10. Omne, quod vobis apponitur, manducate. Huic concessioni carnium videtur obloqui Dominus hic. Veruntamen non obloquitur; prohibet autem hæc propter gastrimargiam restringendam, & ut mundorum hominum in mundis animalibus signa, in immundis vero immundorum imagines demonstraret, & utitur tropo consueto, quo res signans nomen sortitur signati. Dicuntur enim hæc animalia immunda, quia immunda significant. Sicut dicitur: Petra autem erat Christus. 1.*Cor.*10. Homo vero, si peccator, & leprosus. Et cadavera propria immunda dicuntur. Quod autem in figura præcepta sint, conjicitur ex eo, quod Dominus Noe, cui esum carnium concessit, esum sanguinis prohibuit, qui tamen Domino immolatur. Hoc autem fecit, ut crudelitatem, & sanguinis effusionem humani, doceret homines declinare. Item quod hæc in figura præcipiantur, patet in *Act.*10. ubi apposito vase quatuor initiis pleno reptilibus dictum est Petro: Surge, macta, & manduca. Qui hoc abhorrens, ait: Absit, Domine, quia nunquam omne commune, & immundum comedi. Cui dictum est: Quod Dominus purificavit, tu ne commune dixeris. Mores ergo hominum per naturas animalium designavit. Ad litteram ergo Dominus cibos homini concessos arctavit, non quod animalia hæc sint immunda, sed propter gastrimargiam restringendam. Cujus summa sic potest comprehendi. Animalium, alia vivunt in terris, alia in aquis, alia in aere. Item quæ in terra, alia reptilia, quæ omnia immunda, alia latentia, ut talpa, quæ de luto nascitur, & hæc omnia immunda, alia gradientia super terram. De his generalis est regula. Mundum est quod ruminat, & findit ungulam simul. Reliqua sunt immunda, i. esui prohibita. De piscibus similiter est regula generalis. Tantum habens squammas, & pinnulas, mundus est. Reliqui omnes immundi. De avibus non expressit Dominus generaliter, quæ mundæ, vel quæ immundæ, hoc tantum in genere dixit. Volatile quod graditur quatuor pedibus, immundum est, nisi crura retro habuerit longiora super quæ saliat, sicut locustæ, quibus Joannes in deserto vescebatur. Est autem hæc tertia pars libri, quæ dividitur in quinque. Primo agitur de lege mundorum, & immundorum, & hoc per septem capitula sequentia. Secundo agit de legitimitate personarum a decimo octavo capitulo usque ad vigesimum tertium. Tertio de festivitatibus, usque ad vigesimum sextum. Quarto de pœna transgredientiū, & præmio servantium præcepta Domini *in 26. caput.* Quinto de votis, & eorum commutatione usque in finem. Hæc autem pars, de qua agitur hic, sic dividitur, sicut dicitur *Orig. sup. 7.* Immundorum quoddam est habens immunditiam in se, quoddam non. Item quoddam est immundum quoad immolandum tantum, ut cervus: quoddam ad esum, & etiam ad immolandam, ut porcus, & hujusmodi. Quoddam etiam quoad tactum, ut morticina horum. De omnibus agitur in hac parte. Primo de immunditia ciborum. Secundo de immunditia puerperæ. Tertio de immunditia leprosi.

Matth. 3.

b Hæc sunt animalia, &c.] *Esych. in Gl.* Quicquid a Deo facta est, ipsa institutione auctoritate mundum est. In animalibus igitur pinguntur mores hominum, & actus, & voluntates, ex quibus fiunt mundi, vel immundi. sed videtur falsum dicere principio auctoritatis, quia serpens creatus est venenosus, ut dicit *Greg.* & Damascenus; ergo immundus creatus est. Sol. Naturæ humanæ institutæ nihil immundum est. Unde nec venenum serpentis ei noceret, si in prima institutione mansisset, sed naturæ destitutæ per peccatum, quod erat mundum, est immundum. Unde bene dicit Esychius: Quicquid factum est a Deo ipsa institutionis auctoritate, mundum est, q.d. secundum primam rerum institutionem mundum est, sed secundum destitutionem peccati, immundum. Item adhuc videtur falsum dicere in hoc, ubi dicit, ex quibus fiunt mundi; ergo quia bona facimus, boni sumus, quod est contra Arist. & contra Sanctos, qui dicunt, quia mala facimus, mali sumus; & quia boni sumus bona facimus, & non e converso. Sol. Duplex est munditia, scil. a culpa, hæc est gratia, & præcedit opus. Item est munditia a reatu, & reliquiis peccatorum, hæc est ab operibus virtutis.

c Animantibus terræ.] Terræ dicit, ad differentiam animalium aquæ, & aeris, de quibus postea dicetur, ad differentiam cœlestium, i. spiritualium. Et nomine terræ tota machina mundialis intelligitur, sicut innuit *Interl.*

d Sicut camelus,] *Gloss.* Vitam informem, & criminibus tortuosam damnat, i. vitam cupidorum, qui sunt gibbosi, ut camelus, *Luc.*18. Facilius est, camelum intrare per foramen acus, quam divitem intrare in regnum cœlorum. *Is.* 60. Inundatio camelorum operiet te. Et impleta est hæc prophetia. Nam hodie Ecclesia Dei operta est divitiis, & possessionibus multis. Sed *Gen.* 24. legitur, quod Rebecca veniens ad Isaac descendit de camelo. Et hoc est quod dicit Petrus *Matt.*19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. *e* Chirogylus,] idem est, quod ericius, animal quoddam spinosum, de quo Philosophus, propriis armatur bestia telis, se pharetra, sese jaculo, sese utitur arcu, & significat gaudentes in divitiis, qui punctiones divitiarum non sentiunt. *Job* 30. Esse sub sentibus, delicias putabant filii stultorum, & ignobilium.

f Lepus] idest, effeminatus, timidus, & infirmus, sodomita, scilicet, qui est simul vir, & mulier sicut lepus. *Prov.* 30. Lepusculus, plebs invalida.

g Sus,] significat immundos, & incestuosos, quibus dicitur: Canis reversus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. 2. *Pet.* 2. Vel sus significat illum, qui gaudet esse in luto, ut est detractor, qui semper in luto, i. in vitiis

aliorum

aliorum immoratur, & os semper habet fixum in luto. *Isai.* 13. Ululæ sibi respondebunt in ædibus ejus, & Sirenes in delubris voluptatis.

a Non comedetis,] Carnes comedere, est pravitatis desideria imitari. Cadavera tangere, est pravis operibus consentire.

guntur in aquis, & vesci licitum est. Omne, quod habet pennulas, & squamas tam in mari, quam in fluminibus, & stagnis comedetis. Quicquid autem pennulas, & squamas non habet eorum, quæ in aquis moventur, & vivunt, abominabile vobis, execrandumque erit: Carnes eorum *a* non comedetis, & morticina vitabitis. Cuncta, quæ non habent pennulas, & squamas in aquis polluta erunt. Hæc sunt, quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis: *b* Aquilam, & *c* gryphem, & *d* aliætum, & *e* milvum, ac *f* vulturem juxta genus suum, & omne *g* corvini generis in similitudinem suam, *h* struthionem, & *i* noctuam, & *k* larum, & *l* accipitrem, juxta genus suum, *m* bubonem, & *n* mergulum, & *o* ibin, & *p* cygnum, & *q* onocrotalum, & *r* porphyrionem, *s* herodionem, & *t* caradrion juxta genus suum, *u* upupam quoque, & *x* vespertilionem. *y* Omne de volucribus, quod graditur

b Aquilam,] Aquila hic est contemplativus, qui de sublimi ad cadavera, idest, temporalia se inclinat. *Ezech.* 17. Facta est Aquila alia grandis, magnis alis, multisque plumis.

c Gryphem,] Gryphus, vel Griphes est animal pennatum, & quadrupes, & nascitur in Hyperboreis montibus, in pedibus, & toto corpore similis Leoni, in alis vero, & facie similis Aquilæ, equis naturaliter infestum, homines etiam visos discerpit: Per quam potentum crudelitas designatur, qui ferina rabie in subditos debacchantur.

d Aliætum,] idest, nisum, avis parva, sed rapax: Et significat officiales potentum, qui parva rapiunt, quia majora non possunt.

e Milvum,] qui est avis rapax semper insidians, & significat latrones, qui in suis viribus non confidunt, sed potius in insidiis. *Is.* 33. Ibi congregati sunt milvi alter ad alterum.

f Vulturem] qui cadavera diligit, propter quod sequitur exercitum: Et significat sacerdotes, qui de morte subditorum potius gaudent, quam de salute, ut aliquid habeant. *Michee* 7. Vir fratrem suum venator ad mortem.

g Corvini generis] Corvus est, qui est expers affectionis. Unde corvus semel emissus non revertitur: Cui similis Judas. Vel corvus est, qui procrastinat conversionem suam ad Deum. *Sophon.* 2. Vox cantantis in fenestra, corvus in superliminari.

h Struthionem,] Hucusque egit Moyses de illis, qui adepta potestate abutuntur sub specie avium: Nunc incipit de illis, qui per hipocrisim, & sub specie religionis, quam assumunt exterius, ad dignitates aspirant. Struthio alas habet, sed non volat. Hic est hypocrita speciem virtutis habens, sed nihil virtutis operatur. *Job* 39. Penna struthionis similis est pennis herodii, & accipitris. Item ova non fovet, sic hypocrita opera sua non fovet per charitatem, & bonam intentionem. Unde in eodem: Derelinquit ova sua, & obliviscitur, quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos quasi non sint sui.

i Noctuam,] Quæ in nocte volat, & diem odit, quem non videt propter visus debilitatem: Et significat sapientes mundi, qui cæci sunt in spiritualibus, videntes in temporalibus clare. *Is.* 56. Speculatores ejus cæci omnes. *Jerem.* 4. Sapientes sunt, ut faciant mala.

k Larum,] Larus est animal, quod modo natat in aqua, modo volitat super terram. Et significat Theologos luxuriosos, qui modo ad cœlestia volant inspiciendo scripturas, modo in aquis luxuriæ volitant. *Soph.* 1. Congregans congregabo omnia a facie terræ, dicit Dominus, congregans hominem, & pecus, congregans volatilia cœli, & pisces maris, & ruinæ impiorum erunt. Et *infra*. Jurant in Domino, & jurant in Melchon.

l Accipitrem,] Accipiter est avis rapax, sed mansuetus domino suo, prædam ei acquirit. Et significat præpositos, & officiales, qui dominis suis bona pauperum rapiunt violenter, quæ ipsis miseris restituere non possunt. *Is.* 59. Rugiemus ursi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Hi sunt ministri Nabuchodonosor, quos flamma ignis Babylonis devoravit, *Dan.* 3.

m Bubonem,] Bubo avis nocturna omnibus avibus odiosa, pastum de nocte quærens, significat adulteros. *Job* 24. Oculus adulteri observat caliginem. *Jo.* 3. Qui male agit, odit lucem. Aves diurnæ sunt honestatis amatores, qui si bubonem viderint apparere, statim contra ipsum congregantur, ut eum redarguant, ut Joannes Baptista Herodem usque ad capitis obtruncationem. Cavendum est ergo, ne aliquis potentior in hujusmodi immunditia denotatus, perniciosi favoris silentium sortiatur, & quasi bubo liberam prodeundi in publicum recipiat facultatem.

n Mergulum,] Mergulus in aquis moratur, & sub undis seipsum submergit: & significat gulosos, qui carnis voluptatibus absorbentur. De quo *Philip.* 3. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione. *Isai.* 28. Sacerdos, & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino.

o Ibin,] Ibis est ciconia, avis alba domestica, serpentes comedit, rostro per posteriora immisso, ventrem purgat. Et significat quosdam, qui injurias proximorum devitant, sed sibi crudeles animas suas interficiunt, ore fœdissimo sua viscera egerentes. *Is.* 59. Qui comederit de ovis eorum morietur.

p Cygnum,] Cygnus est avis candida extenti colli, magna corpore, nigra in carne: Et significat illos, qui splendore vestitus, plus æquo gloriantur, nigri intus nigredine peccatorum, quorum unus erat dives, de quo *Luc.* 16. Homo quidam erat dives, & induebatur purpura, &c.

q Onocrotalum,] Onocrotalus est avis, quæ sonitum facit in aquis, similitudinem habens cygni, innumera in faucibus congerens, & significat avaros. Harum avium meminit *Is.* 34. Possidebit eum onocrotalus, & ericius, & ibis, & corvus habitabunt in ea, scil. Sion, idest, Ecclesia, *Sophon.* 2. Bestiæ gentium, & onocrotalus, & ericius in liminibus ejus morabuntur.

r Porphyrionem,] Porphyrio, quem Septuaginta pellicanos vocant, secundum Plinium, omnem cibum bibit in solo morsu, aqua subintingens pedem quasi manu ad rostrum afferens: Et significat quosdam, qui nihil ad arbitrium alterius suscipiunt, nisi quod aqua tinctum est, idest, suæ voluntati consentaneum.

s Herodionem,] Herodio, vel herodius, qui vulgo falco dicitur, avis velox, & rapida in præda. Et significat raptores. *Psal.* 103. Herodii domus dux est eorum. Quidam eorum, de quibus alibi dicitur: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

t Caradrion] Caradrio avis linguosa, & significat garrulos. *Jacob* 3. Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentum domari potest, linguam autem nullus hominum domare potest.

u Upupam] *Gloss.* hæc lugubris est, & luctum amans: Sæculi autem tristitia mortem operatur. Qui Deum diligit, debet gaudere, & sine intermissione orare. Item upupa nidificat in stercore: unde significat prælatos, qui Ecclesiam ædificant in nepotibus suis, & cognatis. *Habacuc* 2. Væ qui ædificant civitatem in sanguinibus.

x Vespertilionem.] *Gloss.* qui circa terram volat, pennis pro pedibus utitur, significat eos, qui quod alienum est, ab eis contemplantur, ne contemplatio eorum in terrenis occupetur. Item est avis vespertina, & modo volat, & modo ambulat. Et significat quosdam Decretistas, qui sola terrena sapiunt, meridiem cognitionis ignorant, scientiam suam solum ad temporalia convertentes, & ita volant in tenebris temporalium. *Thren.* 4. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo computati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? *Baruch* 3. Filii Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est.

y Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes,] Hi sunt religiosi, vel contemplativi sequentes corporis voluptates. *Osee* 4. Ligavit eum spiritus in alis suis, & confundetur a sacrificiis suis. Vel litteram, qui gloriantur in equis.

super quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet *a* longiora retro crura, per quæ *b* salit super terram, comedere debetis, ut est *c* bruchus in genere suo, & *d* atacus, atque *e* ophiomacus, ac *f* locusta, singula juxta genus suum. Quicquid autem ex volucribus *g* quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis, & quicumque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus usque ad vesperum. Et si necesse fuerit, ut *h* portet quippiam horum mortuum, *i* lavabit *k* vestimenta sua, & immundus erit usque ad Solis occasum. Omne animal, quod habet quidem ungulam, sed non dividit eam, nec ruminat, immundum erit, & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod ambulat super *l* manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, *m* immundum erit. Qui tetigerit morticina eorum, polluetur usque *n* ad vesperum: Et qui *o* portaverit hujuscemodi cadavera, lavabit vestimenta sua, & immundus erit usque ad vesperum, quia omnia hæc immunda sunt vobis. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his, quæ moventur in terra, *p* mustela, & mus, & *q* crocodilus, singula juxta genus suum, *r* mygale, & *s* camalæon, & *t* stellio, & lacerta, & *u* talpa, omnia hæc *x* immunda sunt. *y* Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usque ad vesperum: Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur, tam *z* vas ligneum, & vestimentum, quam pelles, & *a* cilicia, & in quocumque fit opus, tingentur *b* aqua, & polluta erunt usque ad vesperum, & sic postea *c* mundabuntur.

a Longiora retro,] *Gloss.* Quia cum sint in carne. *Roman.* 3. Non secundum carnem ambulant, sed a sordidis actionibus exiliunt, & terrenis hominibus permiscentur, ut instruant, & doceant, sicut Dominus cum peccatoribus, & publicanis.

b Salit] ad cœlestia, *Proverb.* 4. Currens non habebis offendiculum.

c Ut est bruchus] qui salit, sed minus quam atelabus, vel locusta, & modicæ quantitatis est, & fulvi coloris, & eorum typum gerit, qui etsi temporalibus subleventur honoribus, mentis tamen non deserant humilitatem.

d Atacus,] cujus naturæ sit, non legitur multum, & ideo ejus significationem non pono.

e Ophiomachus,] *Gloss.* Ophiomachus, qui pugnat cum serpentibus, nobis autem pugna est cum antiquo serpente, & angelis ejus. Ophis enim serpens, mache pugna dicitur, quod cuilibet electorum convenit, qui diabolo, & angelis ejus, vitiisque carnalibus incessanter resistit. *Apocal.* 12. Factum est prælium magnum in cœlo; Michael, & Angeli ejus prælibantur cum dracone.

f Locusta,] colore decora, caput habet equinum. Et significat illos, qui splendore sui habitus publicæ consuetudini satisfaciunt, & tamen omnem temporalem gloriam vilipendunt, & seipsos, dum exterius ab aliis elevantur, intus se abjiciunt, & deprimunt.

g Quatuor tantum habet pedes] sed non habens crura retro longiora. *Gloss.* Qui abutuntur Evangelica prædicatione, & inquinantur sordibus terrenæ vitæ.

h Ut portet] Plus est portare cadavera, quam tangere. Tangimus solo affectu, portamus affectu, & effectu. Item tangimus consentiendo peccato, portamus defendendo peccatum.

i Lavabit] *Gloss.* lacrymis pœnitentiæ. *Psal.* 6. Lavabo per singulas noctes lectum meum, &c.

k Vestimenta sua,] *Gloss.* corpus, vel actionem. Unde: Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, *Apocal.* 16.

l Super manus] Nullum tale animal est ex natura, nisi simul habens pedes similes manibus. Super manus ambulat, qui confidit in operibus suis, vel qui ad temporalia inclinatur mente, & desiderio.

m Immundum erit.] *Gloss.* Non accusat animalium naturam, nec naturæ actionem animalibus convenientem, sed quæ per hæc significantur, nobis omnino prohibentur, quorum contactu inquinantur, quibus datum est cœlum respicere, erectos incedere, non repere, sed sordida, & terrena despicere.

n Usque ad vesperum:] *Glos.* donec agat pœnitentiam.

o Portaverit] *Glos.* falsa dicendo testimonia, dignum dicendo indignum, & mundum immundum.

p Mustela] quasi mus longus, & rapax est, & dolosa: masculus ore generat, femina aure concipit.

q Crocodilus,] est animal quadrupes [ut dicit *Plinius*] quod habet Nilus, terra, & flumine infestum, usu linguæ carens, & solum superiore maxilla mobili imprimit morsum, parit ova quanta anseres, unguibus armatur contra omnes ictus, cute invicta; dies in terra agit, noctes in aqua. Hoc quadrupede tam pessimo, puto latronum imaginem designari, qui terra pariter, & flumine sunt infesti, quia nunc semitas terræ, nunc maris transitus obsident, transeuntiblis tendentes insidias. *Gloss.* Crocodilus, qui duræ cutis, & malitiosus, luto pascitur.

r Mygale,] dicitur quasi mons gulosus, & est animal fraudulentum, & dolosum: Nam cum dolo rapit, quæ postea ventri committit, & mansuetum se fingit, & cum appropinquatur ad ipsum venenum diffundit: Et significat hypocritas, schismaticos, & ambitiosos.

s Camalæon] diversicolor est, ut pardus, cujus corpusculum ad diversos colores, quos videt, facile variatur; in infirmitate se fingit animal mansuetum, cum tamen sit immansuetum: & significat adulatores, qui omnibus placere cupientes, omnium voluntati se conformant, & facillima conversione mutati, diversos alternant colores: Cum irascentibus irascuntur, cum detrahentibus detrahunt, cum ridentibus rident, cum lugentibus lugent. Hujusmodi homines, quamdiu nulla præeminent potestate, immoderata adulatione blandiuntur, quibus si data fuerit potestas, crudelitatem in anima latitantem, continuo manifestant. Unde quidem sapiens ait: Multorum, quia imbecilla sunt, jacent vitia, non minus ausura cum illis vires suæ placuerint, quam illa, quæ jam felicitas aperuit, instrumenta explicandæ malitiæ illis desunt. Serpens etiam pestifer tractatur, & calcatur, dum riget frigore, non desunt illi venena, sed scil. torpet: Sic multorum crudelitas, ambitio, luxuria, paria pessimis audent, sed facturæ suæ latent, scil. quia pauperes sunt, eadem velle cognosces, da illis posse qaantum volunt.

t Stellio, & lacerta,] venenosa animalia sunt, & venenosorum hominum malitiam exprimunt. De primo *Proverb.* 30. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.

u Talpa,] *Glos.* animal cæcum de terra genitum: Creatur enim [ut ajunt] de terra compluta, & lutulenta, sed prius corrupta. Item terram super se tumulat. Huic talpæ similes sunt pauperes, qui dum terrenas divitias, quas nunquam assequentur, ardentissime cupientes excæcati, supernum lumen nunquam respiciunt. *Eccles.* 5. Avarus non implebitur pecunia; & qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.

x Omnia hæc immunda sunt.] *Glos.* non sola, sed maxime.

y Qui tetigerit] Tangit immunda, qui propria deliberatione alterius immunditiæ cor apponit. Super eum vero cadit morticinum, qui subita tentatione pravum desiderium incurrit: Polluitur & iste, qui minus cautus fuit contra insidias inimici devitandas. Unde 1. *Petr. ult.* Sobrii estote, &c.

z Vas ligneum,] Per vas ligneum intelligitur anima in sua instabilitate reprehensibilis, quæ si peccaverit, lavanda est pœnitentia, non abjicienda. Per vestimentum intelligitur corpus: sive ergo intus in conscientia, sive exterius in opere, vel habitu, vel sermone pollutus fueris, per pœnitentiam, restauretur prior mentis serenitas, & prior status corporis. *a* Cilicia,] i. recenter pœnitens si tentatus fuerit, non redeat ad vomitum, sed pœnitentia lavetur. *b* Aqua,] baptismi, vel lacrymarum.
c Mundabuntur,] idest, munda reputabuntur.

a Ficti-

Vas autem *a* fictile, in quo horum quicquam intro ceciderit, polluetur; & idcirco *b* frangendum est. Omnis cibus, quem comedetis, si *c* fusa fuerit super eum *d* aqua, immundus erit, & omne liquens, quod bibitur *e* de universo vase immundum erit. Et *f* quicquid de morticinis istiusmodi ceciderit super illud, immundum erit, sive clibani, sive *g* sytropodes *h* destruentur, & immundi erunt. Fontes vero, & cisternæ, & omnis aquarum *i* congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit super *k* sementem, non *l* polluet eam: Sin autem quispiam aqua sementem perfuderit, *m* & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si *n* mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadavet ejus tetigerit, immundus erit usque ad vesperum. Et qui comederit ex eo quippiam, sive portaverit, lavabit vestimenta sua, & immundus erit usque ad vesperum. *o* Omne, quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. Quicquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, sive per humum *p* trahitur, non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum ne immundi sitis: Ego enim sum Dominus Deus vester, *q* Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod movetur super terram, *r* Ego enim sum Dominus, qui *ſ* eduxi vos de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia & ego sanctus sum. *t* Ista est lex animantium, ac volucrum, & omnis animæ viventis, quæ movetur in aqua, & reptat in terra, ut differentias noveritis mundi, & immundi, & sciatis quid comedere, & quid respuere debeatis.

CAP. XII.

Locutusque *u* est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: *x* Mulier si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus *y* juxta dies separationis menstruæ, & *z* die octavo circumcidetur infantulus, ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur *a* sanctuarium, donec *b* impleantur dies purgationis ejus. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus

a Fictile,] qui totus terrenus est.
b Frangendum] idest, domabitur austeriori pœnitentia.
c Si fusa fuerit, &c.] *Augustinus* de vase, scilicet, quod factum est immundum de morticinis immundis, si forte aquam habuit.
d Aqua,] qua scilicet aliquid immundum coctum, vel ablutum est.
e De universo vase] facto immundo ex contactu morticini. Unde sequitur: *(Sup. 6. & inf. 15.)*
f Et quicquid] quasi dicat, omne liquens sumptum in vase, super quod cecidit aliquid de morticinis, immundum est. Sic lege litteram: Et illud scilicet vas erit immundum, quicquid, idest, si quid de hujusmodi morticinis ceciderit super illud. Et postea dividit vas.
g Sive clibani, &c.] sytropodes sunt furni portatiles. Vel secundum *Andream*, vasa quædam, multos pedes habentia, tamen aliqui libri habent hanc *Interl.* Sytropodes, idest, vas fictile non habens pedes.
h Deitruentur, & immundi erunt.] Apostrophe est ibi, idest, immundi erunt; & ideo destruentur. Simile: Moriamur, & in arma ruamus.
i Congregatio munda erit.] in se, idest, tactu eorum non polluetur.
k Sementem,] id est, granum nondum seminatum.
l Non polluent eam:] idest, non judicabunt ob hoc pollutam. *m* Et postea morticinis] Ad litteram sementis madefacta citius contrahit pollutionem ex contactu polluti; quam arida.
n Si mortuum fuerit] per se, vel a bestia occisum.
o Omne quod reptat] repetit de reptilibus, & serpentibus, ut dicta menti arctius imprimat, ut innuit *Gloss.*
p Trahitur,] costis scilicet, ut serpentes.
q Sancti estote,] *Matth.* 5. Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est, *Luc.* 6. Estote misericordes, &c.
r Ego enim sum Dominus,] Hoc sæpius dicitur, ut saltem timeant, & sic a malo declinent.
ſ Qui eduxi vos] Beneficia sua sæpe ad litteram commemorat Dominus, ut Judæos ad præceptorum suorum obedientiam proniores, & devotiores reddat.
t Ista est lex] prædicta scilicet.

EXPOSITIO CAP. XII.

Locutusque *u* est Dominus, &c.] Hæc est secunda pars hujus tertiæ partis libri. In qua post ciborum discretionem agit de immundis habentibus in se immunditiam, & de eorum purgatione. Quorum quædam immunda sunt simpliciter, ut leprosus, seminifluus: Quædam ad tempus, ut mulier puerpera, de cujus mundatione primo agitur, & primo de puerpera pariente masculum, dicens. *x* Mulier, &c.] Notandum igitur; quod mulier pariens masculum, septem diebus erat immunda, sicut mulier menstrua immunda est, quando patitur menstruum. Intantum etiam immunda est illis septem diebus, quod quicquid tangit, immundum reddit, cibum, vestem, lectum, sedem. Unde non licet tunc alicui communicare illi, neque in lecto, neque in cibo. Octavo autem die circumcidebatur puer, & mulier triginta tribus diebus manebat in sanguine purificationis, ita ut omnes dies ejus purificationis fierent quadraginta. Tot enim diebus dicunt Philosophi corpus masculi formari in utero. In triginta tribus diebus purificationis suæ licebat mulieri surgere de lecto, ambulare in domo, sed non egredi. Tangendo non polluebat sicut in septem diebus primis, qui dicebantur dies inquinationis, eo quod tangendo omnia inquinaret. Item licebat aliis ei communicare in sede, in cibo, non tamen in lecto. Accedere vero ad tabernaculum non poterat, nisi expletis quadraginta diebus. Si vero pareret feminam, duplicabantur dies inquinationis, & dies purgationis, ut simul fierent octoginta, quia tot diebus formatur corpus feminæ in utero. Expletis autem diebus purificationis offerebat mulier pro filio, vel filia agnum immaculatum in holocaustum anniculum, & pullum turturis, vel columbæ pro peccato suo, quia in libidine conceperat, & erat sacerdotis. Si autem pauper erat, & non poterat invenire agnum, offerebat duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum pro puero, alterum pro peccato suo, vel pro peccato filiæ. Hebræi tamen dicunt infantes non habere peccatum. Præter hæc autem dicit *Josephus*, primogenitum redimi quinque siclis. *u* Mulier si suscepto semine, &c.] *Gloss.* illam excipit, quæ non suscepto semine concepit, & peperit, ut fuit sola beata Virgo: unde non tenebatur hac lege, tamen implevit eam: quia de filio ejus scriptum est *Matth.* 6. Non veni solvere legem, sed adimplere. *y* Juxta dies, &c.] ut menstruæ sit adjectivum determinans substantivum separationis, i. menstruosæ, vel substantivum, & subintelligitur mulieris, i. eodem genere immunditiæ reputabitur immunda mulier pariens, ut mulier menstrua in die separationis suæ, i. dum separatur a communione viri, dum patitur menstruum.
z Die octavo circumcidetur] *Gen.* 17. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Omne masculinum, &c.
a In sanctuarium,] i. in atrium. Feminis enim nunquam licebat intrare tabernaculum. *b* Impleantur dies] quadraginta dies scil. [Juxta ritum] i. ejus immunditiæ judicabitur, cujus est mulier, dum patitur menstruum, & sexaginta sex diebus aliis ab illis duabus hebdomadibus, ut sint omnes simul octoginta.

(Infr. 19. 1. Pet. 1.)

(5. dist. c. 6. 1. & cap. cum omnes, 15. q. 1. cap. ideo, vers. item cum fuge. De purif. post part. cap. unico.)

a Sive

a Sive turturem pro peccato] mulieris scil. Sed quod peccatum erat in muliere? Nunquid parere erat ei peccatum? Respondet *Gloss.* Pro peccato, idest, pro libidinea concupiscentia, quæ esset peccatum, nisi per bonum matrimonii excusaretur. *Aug.* aliter solvit, sumens rationem solvendi ex Evangelio *Luc.* 2. ubi dicitur: Obtulerunt pro eo par turturum, &c. non dicit pro ea. Unde secundum *Augustin.* sensus est, pro peccato, filii scilicet. Sed hoc videtur falsum, quia nullum peccatum erat in filio, quia deletum fuerat in circuncisione. Sed dicimus pro peccato filii, non quod tunc esset, sed quod ante fuerat, scil. ante circuncisionem, & erat quasi hostia laudis pro liberatione a peccato originali. Vel pro peccato, ut magis tollatur quoad fomitem.

C — *Luc.* 2. 23. q. 1. §. his ita ver. item cum fuge.

D — *Sup.* 5. *Luc.* 2.

b Coram Domino,] idest, super altare holocausti, quod erat coram Domino, id est, in introitu tabernaculi, unde poterat conspici in Sancta sanctorum.

c Et rogabit pro ea,] scilicet muliere. Ergo oblatio fiebat pro muliere. ergo verior est prior expositio, quæ dicit pro peccato mulieris. Posset dici pro ea, idest, pro prole ejus: vel forte pro utroque, & filio, & matre fiebat oblatio.

A — *De poenit. dist.* 1. §. *denique.*

d Nec potuerit] propter paupertatem.

hebdomadibus, juxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Cumque expleti fuerint dies purgationis ejus, pro filio, sive pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, *a* sive turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii, & tradet sacerdoti, qui offeret illa *b* coram Domino, & *c* rogabit pro ea, & sic mundabitur a profluvio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum, aut feminam. Quod si non invenerit manus ejus, nec *d* potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato. Orabitque pro eo sacerdos, & sic mundabitur.

C A P. XIII.

Locutusque *e* est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: Homo in cujus cute, & carne ortus fuerit *f* diversus color, sive pustula, aut quasi lucens quippiam, idest, *g* plaga *h* lepræ, adducetur ad *i* Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus. Qui cum viderit lepram in cute, & *k* pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem lepræ *l* humiliorem cute, & carne reliqua, plaga lepræ est, & ad arbitrium ejus *m* separabitur. Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo. Et siquidem lepra ultra non creverit, nec transierit in cute priores terminos, *n* rursum includet eum septem diebus aliis, & die septimo contemplabitur. Si *o* obscurior fuerit lepra, & non creverit in cute, *p* mundabit eum, quia *q* scabies est; lavabitque homo vestimenta sua, & mundus erit. Quod si postquam a sacerdote visus est, & redditus est munditiæ, iterum lepra creverit, *r* adducetur ad eum,

EXPOSITIO CAP. XIII.

Locutusque *e* est Dominus, &c.] Hæc est tertia pars tertiæ partitionis libri, in qua post immunditiam ad tempus, scil. mulieris puerperæ, agitur de immunditia lepræ, & ejus curatione. Subdividitur autem, quia est lepra hominis, & est lepra vestis, & lepra domus. Item lepra hominis, alia cutis, alia carnis, alia capitis, alia capillorum. Lepra cutis cognoscebatur, si in ea esset albor, i. pallida albedo, sive pustulæ, seu vesicæ, vel cicatrix alba, vel subrufa, vel locus lepræ humilior esset carne reliqua. Item si capilli mutati essent in candorem, solito tenuiores. Lepra capillorum dicitur Alopicia. Alos enim alienum, & ulus, quasi alienatio capillorum. Cognoscebatur ergo hæc lepra, quando fluentibus capillis, in calvitio, vel in recalvatione albus, vel rufus color inveniebatur. Talis ducebatur ad sacerdotem, sine cujus arbitrio non excludebatur aliquis. Sed si lepra nondum erat perspicua, recludebatur in domo sua septem diebus, quibus expletis, si non creverat lepra, iterum recludebatur aliis septem diebus, & si tunc non creverat lepra mundabat eum, i. mundum judicabat, quia scabies erat. Et ille homo lavabat vestimenta sua, & mundus erat. Cum vero perspicua esset lepra, separabatur, & judicabatur immundus a sacerdote, & habebat vestimenta dissuta, facilia ad induendum, & exuendum, & caput nudum, ut posset agnosci, os veste contectum, ne loquendo fœtorem diffunderet, & habitabat solus extra castra. Lepra vestis laneæ, vel lineæ, vel pellis, erat macula albida, vel rufa humilior superficie reliqua, quia corrosiva est: Quæ cum apparebat, considerabat eam sacerdos. Si perspicua erat, comburebatur vestis. Si adhuc dubia erat, reducebatur septem diebus. Si macula creverat, adjudicabatur lepræ. Si non creverat, abluebatur vestis, & recludebatur aliis septem diebus. Si perspicua erat macula, comburebatur vestis. Si adhuc dubia erat, rumpebat illud a solido. Si iterum alibi macula apparebat, lepra volatilis erat, & comburebatur vestis. Lepra domus similis erat huic, quæ cum apparebat, præcipiebat sacerdos primum omnia de domo ejici, consideransque valliculas in pariete pallore, vel rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, claudebatur ostium domus septem diebus. Post quos si creverat lepra; jubebat erui lapides leprosos, & projici extra civitatem, & domum radi intus per circuitum, & pulverem rasuræ efferri extra castra in loco immundo, & alios lapides substitui in domo, & luto alio liniri domum. Si interim redibat macula, perseverans lepra erat, & destruebatur domus, & ligna, & lapides, & pulvis extra castra projiciebantur in locum immundum.

B

f Diversus color,] idest, colori naturali dissimilis. Hic est color peccati. *Proverb.* 15. Cor stultorum dissimile erit. *Jer.* 12. Numquid avis discolor hæreditas mea?

g Plaga] idest, passio.

h Lepræ,] *Isidor.* Lepra falsa doctrina, leprosi Hæretici, qui unitatem veræ fidei non habentes, varios doctrinæ profitentur errores, vera falsis admiscentes, & Ecclesiam sicut lepra corpora irradiando commaculant.

i Ad Aaron sacerdotem,] Argumentum, quod peccator non est adducendus ad Archidiaconum, sed ad Episcopum, vel sacerdotem. Ergo Archidiaconus non potest ligare, vel solvere? Solutio: Duplex est ligatio, & duplex est solutio, idest, jurisdictionis, & ordinis. In prima potest Archidiaconus, in secunda non. Item argumentum est hic, quod cum maxima maturitate debet aliquis ejici de Ecclesia.

k Et pilos in album] idest, in albidum, quod dicitur de albore. Albor enim est albedo in pallorem declinans. Quod autem albor, & albedo sit signum lepræ, patet *Exod.* 4. de manu Moysi. Et *Numer.* 12. de Maria sorore Moysi.

l Humiliorem] idest, inferiorem. Lepra enim corrosiva est, & carnem consumit, & humiliat. Vel, humiliorem, idest, fœtidiorem, & viliorem reddit. Lepra enim fœtida est, & infectiva.

m Separabitur.] extra castra.

n Rursum includet eum] propter suspicionem lucentis candoris. Non muro, vel carcere, sed in domo, ut scil. non habeat liberam potestatem eundi, quo vellet.

o Obscurior] idest, si luciditas candoris aliquantulum fuerit remissa.

p Mundabit] i. mundum judicabit. *q* Scabies est,] quæ cito venit, & cito recedit. *r* Adducetur ad eum,] Nota quanta diligentia, & solicitudo fuit legalis sacerdotis ad hoc, ut discerneret inter lepram, & non lepram, ut mundaret mundos, & non mundos a mundis separaret. Quanta ergo cura debet esse sacerdotis, Episcopi Evangelici, ut discretionem habeat peccatorum. Sin autem maledictioni subjacebit, Maledictus est enim

omnis

& immunditiæ *a* condemnabitur. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & videbit eum. Cumque color albus in cute fuerit, & *b* capillorum mutaverit *c* aspectum, ipsa quoque *d* caro viva apparuerit, lepra vetustissima judicabitur, atque *e* inolita cuti. *f* Contaminabit itaque eum Sacerdos, & non *g* recludet, quia *h* perspicuæ immunditiæ est. Sin autem effloruerit *i* discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem a capite usque ad pedes quicquid sub *k* aspectu oculorum cadit, considerabit eum Sacerdos, & teneri *l* lepra mundissima judicabit, eo quod omnis cutis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando vero caro vivens in eo *m* apparuerit, tunc sacerdotis judicio *n* polluetur, & inter immundos reputabitur. Caro enim *o* viva, si lepra aspergatur, immunda est. Quod si *p* rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, considerabit eum Sacerdos, & mundum esse *q* decernet. Caro, & cutis, in qua ulcus natum est, & sanatum, & in loco ulceris cicatrix apparuerit alba, sive subrufa, *r* adducetur homo ad sacerdotem, Qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum: Plaga enim lepræ orta est in ulcere. Quod si pilus coloris *s* est pristini, & cicatrix *t* subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus, & si quidem creverit, adjudicabit eum lepræ, sin autem steterit in loco suo, ulceris est cicatrix, & homo *u* mundus erit: *x* Caro, & cutis, quam ignis excusserit, & sanata albam, sive rufam habuerit cicatricem, considerabit eam Sacerdos, & ecce si versa est in alborem, & locus ejus reliqua cute humilior, contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. Quod si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contemplabitur. Si creverit in cute lepra, *y* contaminabit eum; sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, *z* plaga combustionis est, & idcirco *a* mundabitur, quia cicatrix est combusturæ. *b* Vir sive mulier, in cujus capite, vel barba germinaverit lepra, videbit eos Sacerdos: Et siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flavus, solitoque subtilior contaminabit eos, quia lepra capitis, ac barbæ est. Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum, recludet eos septem diebus, & die septimo intuebitur. Si non creverit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis, radetur homo absque loco maculæ, & includetur septem diebus aliis. Si die septimo visa fuerit, stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisque vestibus suis; mundus erit. Sin autem post emundationem rursus

omnis, qui non impleverit legem usque ad ultimum jota, *Deut.* 28. *&* *Matth.* 5. Dico autem vobis, quod nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

a Condemnabitur.] Sed quare iterum non recludit eum, cum dicatur 2. *Timoth. quarto*. Insta opportune, importune, argue, increpa, obsecra in omni patientia, & doctrina. Item ad *Titum* 3. Hæreticum hominem, post primam, & secundam admonitionem devita. Respondet *Radulph.* propter peccati pertinaciam. Et notabile est hoc. Sacerdos enim, qui prius tanta suæ discussionis diligentia facta in hominem judicium pronunciaverat, cum aliter cognovit in primo judicio, se esse deceptum reputans, aut quia prius non apparuerat, immunditia, de novo apparuit: non dubitavit mutare sententiam, sed quam demum novit hominis immunditiam, palam pronunciavit hominibus evitandam, sic Evangelicus Sacerdos instituitur.

b Capillorum,] *Supra eodem* dixerat pilos, qui non sunt ita longi.

c Aspectum,] idest, naturalem colorem, qui aspici solet.

d Caro viva] idest, naturalis juxta partem leprosam. Contraria enim juxta se posita magis elucescunt. Dei viva, idest, interior, quæ est sub cute rupta.

e Inolita cuti.] quæ diu latuit sub cute, & nunc primo erupit.

f Contaminabit.] idest, contaminatum judicabit.

g Recludet,] ut prius.

h Perspicuæ immunditiæ,] i. evidens lepra est. *i* Discurrens] per totum corpus diffusa, & discurrens, totum occupaverit.

k Aspectu oculorum] i. quicquid videri potest, supple, operuerit lepra.

l Lepra mundissima] idest, mundata. Et revera non fuit lepra, cum omnis vera lepra immunda sit. Mundissima autem dicitur per effectum, quia facit hominem valde mundum, occasionaliter. Mundior enim apparebat homo, cum suspicio per sacerdotis judicium auferebatur, i. mundus judicabatur, ad litteram propter uniformitatem coloris, & quia nulla fuit ruptura in cute, ut viva caro appareret. Vel, mundissima, i. minima ex sola scil. suspicione, i. nulla.

m Apparuerit,] intra rupturam cutis.

n Polluetur,] i. pollutus judicabitur.

o Viva,] i. naturalis, vel interior.

p Quod si rursum] Hoc refertur ad id, quod nunc dixit: Caro viva, si lepra, &c.

q Decernet.] propter uniformitatem coloris. Albor vero hic dicitur albedo.

r Adducetur] non includendus, cum manifesta sit lepra.

s Pristini,] non mutatur.

t Subobscura,] id est, non alba, vel subrufa.

u Mundus erit:] idest, mundus judicabitur.

x Caro, & cutis, quam, &c.] Videtur Moyses supradicta repetere, sed revera partim repetit, partim addit. Alteram quippe ponit passionem, sed idem cum priori ponit judicium. *Sup.* enim egit de lepra orta loco ulceris. Nunc de lepra orta loco exustionis. Cujus cum supra dicta idem est judicium, & hoc dicit *Gloss.* ibi. Item nota, quod per has lepras spiritualis lepra significatur, quæ subdividitur: Nam alia est ex vitiis, alia ex virtutibus oritur, & quæ ex vitiis oritur, dividitur, nam alia ex fidei corruptione, alia ex morum perversitate. Item, quæ ex fidei corruptione; alia in capite, i. in Christo, male sentiendo de ipso: alia in barba, i. in Apostolis, & doctoribus Ecclesiæ, male sentiendo de doctrina eorum, vel depravando eam: alia in toto corpore, i. Ecclesia male sentiendo de ipsa. Item lepra, quæ est ex morum perversitate. Alia primi lapsus, alia criminis repetiti, ut ulceris nati in combustione, quod est recidivum spirituale. Item lepra, quæ ex virtutibus oritur, dividitur: Nam alia ex calvitio, alia ex recalvatione, alia ex pelle, alia ex vestimento lineo, vel laneo. *y* Contaminabit] i. contaminatum judicabit. *z* Plaga combustionis] non lepra cutis ibi orta. *a* Mundabitur,] i. mundus judicabitur.

b Vir, sive mulier. &c.] *Gloss. Isid.* Sex species lepræ invenitur legislatorem posuisse.

Prima est capitis, & barbæ.
Secunda calvitii, & recalvationis.
Tertia carnis, & cutis.
Quarta cutis, & corporis, & cicatricis albæ cum rubore.
Quinta ulceris, & cicatricis.
Sexta ustionis in capite.

a Quia

a Quia aperte immundus] quia redit ad vomitum, dicit *Interl.*
b Capilli nigri] i. non mutati in flavum colorem.
c Candor apparuerit,] Hoc est, contra pingentes faciem.
d Subobscurum] idest, non verum alborem.
e Vir de cujus capite] De lepra, quæ de vitiis oritur, supra disputatum est: Nunc ad eam transit, quæ de virtutibus trahit ortum. Ex cibo salutifero inordinate sumpto, multi infirmitatem incurrunt. Superbia, & vana gloria ex propriis virtutibus sæpe contrahunt ortum. Invidia enim ex alienis virtutibus sæpe oritur.
f Fluunt.] ita tamen, quod nullus color innaturalis ibi oritur.
g A fronte,] idest, a parte anteriori.
h Recalvaster,] i. parum calvus.
i In calvitio, sive in recalvatione, &c.] Calvitium est anterior pars capitis: recalvatio, pars posterior, quæ dicitur occiput.
k Quicunque ergo] Hic determinat Moyses de statu, & habitu, & ejectione leprosi a castris.
l Sacerdotis,] sine cujus arbitrio non debet separari, sive excludi.
m Dissuta] ut facilius induere, & exuere possit.
n Caput nudum,] ut leprosus appareat, & possit vitari.
o Vestis lanea,] Hucusque sufficienter actum est de lepra corporis: Nunc de lepra vestis. *Radulph.* Vestis lanea, &c. [*Mystice.*] Secundum litteram hæc insipida sunt, & stulta videntur. Lepra enim staminis, quid confert animæ, vel nocet: Sola enim rationalis creatura per depravationem voluntatis peccat, cum ad iniquitatem defluit. Vestis itaque immunda immundum hominem non facit, sed significat ejus immunditiam. Vestis corpus cooperit, frigus expellit, decorem confert, turpitudinem operit. Hæc vestis est opus justitiæ. Unde: [*Psal. 131.*] Sacerdotes tui induantur. Hæc vestis nobis est honori, & utilitati, nobis foris comparat famam, intus coram Deo fovet conscientiam. Linus subtilius est lana. Lineam igitur vestem facimus, cum spirituale aliquid facimus, orantes, meditantes, lectioni vacantes. Cum autem opera corporalia facimus, laneam vestem facimus. In utraque veste stamen, & substamen decernendum est. Stamen est intentio, quæ stat, cum ad Deum dirigitur: Substamen operum instantia, quibus sub hac intentione diversis temporibus insudatur. Hoc more subtegminis nunc in dexteram contemplationis, nunc in sinistram actionis se transfert. Stamen vero intentionis in nobis perseverat, dum quicquid corporaliter, vel spiritualiter agimus, sub hoc proposito agimus, ut Dei gratiam consequamur.
p Recluderque illud] scilicet vestimentum.
q Ista est lex] quæ dicta est.

creverit macula in cute, non quæret amplius, utrum capillus in flavum colorem sit commutatus, quia *a* aperte immundus est. Porro si steterit macula, & *b* capilli nigri fuerint, noverit hominem esse sanatum, & confidenter eum pronunciet mundum. [F] Vir, sive mulier, in cujus cute *c* candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit *d* subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. Vir, *e* de cujus capite capilli *f* fluunt, calvus, ac mundus est. Et si a *g* fronte ceciderint pili, *h* recalvaster, & mundus est. Sin autem in *i* calvitio, sive in recalvatione albus, vel rufus color fuerit exortus, & hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiæ lepræ, quæ orta est in calvitio. *k* Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitrium *l* sacerdotis, habebit vestimenta *m* dissuta, *n* caput nudum, os veste contectum, contaminatum, ac sordidum se clamabit. Omni tempore, quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. *o* Vestis lanea, sive linea, quæ lepram habuerit in stamine, atque subtegmine, aut certe pellis, vel quicquid ex pelle confectum est, si alba, vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, ostendeturque sacerdoti. Qui consideratam recludet septem diebus, & die septimo rursus aspiciens, si crevisse deprehenderit, lepra perseverans est, pollutum judicabit vestimentum, & omne in quo fuerit inventa, & idcirco comburetur flammis. Quod si eam viderit non crevisse, præcipiet, & lavabunt id, in quo lepra est, *p* recludetque illud septem diebus aliis, Et cum viderit faciem quidem pristinam non reversam, nec tamen crevisse lepram, immundum judicabit, & igne comburet, eo quod infusa sit in superficie vestimenti, vel per totum lepra. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est lota, abrumpet eum, & a solido dividet: Quod si ultra apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra volatilis, & vaga, debet igne comburi. Si cessaverit, lavabit ea, quæ pura sunt secundo, & munda erunt. *q* Ista est lex lepræ vestimenti lanei, & linei, staminis, atque subtegminis, omnisque supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

CAP. XIV.

Locutusque *r* est Dominus *s* ad Moysens, dicens: Hic *t* est ritus leprosi, quando

EXPOSITIO CAP. XIV.

Locutusque *r* est Dominus, &c.] In cap. præcedenti actum est de cognitione lepræ, hic agitur de purificatione ejus, quæ fiebat hoc ordine: Si forte contingebat aliquando aliquem leprosum curari, revocabatur ad communem habitationem, ipse usque ad introitum veniebat castrorum, sive civitatis, habens secum duos [G] passeres vivos, quibus licitum erat vesci, & lignum cedrinum, & hyssopum, & filum coccineum, & aquas viventes in vase fictili, & occurrens ei sacerdos, immolabat unum passerem, stillans sanguinem super aquas. Alium passerem ligans vivum filo coccineo cum hyssopo in summitate ligni cedrini, faciens quasi aspersorium, quod tingebat in aquis rubricatis, & aspergebat hominem illum septies, & dimittebat passerem vivum avolare in agrum. Postea lavabat homo vestimenta sua, & radebat omnes pilos corporis, & lotus aqua, ingrediebatur castra, ita tamen, quod proprium tabernaculum septem diebus non ingrediebatur. Et die septimo rasis iterum omnibus pilis corporis, & superciliis, & lotis vestibus, & corpore, [A] octavo die tollebat duos immaculatos agnos, & ovem anniculam, & tres decimas similæ conspersas oleo, & olei sextarium, & offerebat hæc omnia, ante ostium tabernaculi. Tunc sacerdos offerebat unum agnum pro delicto, & sumens de sanguine, ponebat super extremum auriculæ dextræ illius hominis, & super pollices dextræ manus, & pedis, portansque sacerdos in sinistra manu oleum, tingebat in eo pollicem dextrum, & aspergebat septies contra tabernaculum, reliquum olei fundebat super extremum dextræ auriculæ illius hominis, & super pollicem dextræ manus, & pedis, & super caput, & sic rogabat sacerdos pro eo, faciens holocaustum cum libamentis suis, quod ponebat in altari. Quod si homo non posset hæc omnia invenire, tamen agnum pro delicto, & olei sextarium non minuebat, quia ex his pacificabatur homo, sed pro agno reliquo, & ove offerebat par turturum, aut duos pullos columbarum, quorum unus pro peccato, alter in holocaustum fiebat, & decimam partem similæ oleatæ in sacrificium: Hoc est ergo quod dicit:

s Hic est ritus leprosi,] supple quoad mundationem, & sacrificium.
t Ad Moysen,] Nota, quia soli Moysi, non etiam Aaron,

quæ

a mundandus est: Adducetur *b* ad sacerdotem. Qui egressus e *c* castris, cum invenerit lepram esse *d* mundatam, præcipiet ei, qui purificatur, ut offerat pro se *e* duos passeres vivos, *f* quos vesci licitum est, & *g* lignum *h* cedrinum, *i* vermiculumque, & *k* hyssopum: Et unum e passeribus immolari jubebit in *l* vase fictili super *m* aquas viventes, alium autem vivum cum ligno cedrino, & cocco, & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati: Quo asperget illum, qui mundandus est, septies, ut jure purgetur, & dimittet passerem vivum, ut in agrum avolet. Cumque laverit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lavabitur aqua, purificatusque *n* ingredietur castra, ita duntaxat, ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus, & die septimo radat capillos capitis, barbamque, & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus, & corpore, die octavo assumet duos agnos immaculatos, & ovem *o* anniculam absque macula, & *p* tres decimas similæ in sacrificium, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Cumque Sacerdos purificans hominem, statuerit eum, & hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonii, tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleique sextarium: Et oblatis ante Dominum omnibus, immolabit agnum, ubi immolari solet hostia pro peccato, & holocaustum, idest, in loco sancto. *q* Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad Sacerdotem pertinet hostia: Sancta sanctorum est. Assumensque Sacerdos de sanguine hostiæ, quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dexteræ ejus, qui mundatur, & super pollices manus dexteræ, & pedis, & de olei sextario *r* mittet in manum suam sinistram, tingetque digitum dextrum in eo, & asperget septies contra Dominum. Quod autem reliquum est olei in læva manu fundet super extremum auriculæ dextræ ejus, qui mundatur, & super pollices manus, ac pedis dextri, & *s* super sanguinem, qui fusus est pro delicto, & super caput ejus. Rogabitque pro eo Sacerdos coram Domino, & *t* faciet sacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo rite mundabitur. Quod si pauper est, & non potest manus ejus invenire, quæ dicta sunt, sumet agnum pro delicto ad oblationem, ut roget pro eo Sacerdos, decimamque partem similæ conspersæ oleo in sacrificium, & olei sextarium, duosque turtures, sive duos pullos columbæ, quorum sit unus pro peccato, & alter in holocaustum: Offeretque ea die octava purificationis suæ Sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino. Qui suscipiens agnum pro delicto, & sextarium olei, levabit simul, immolatoque agno, de sanguine ejus ponet super extremum auriculæ dextræ illius, qui mundatur, & super pollices manus ejus, ac pedis dextri. Olei vero partem mittet in manum suam sinistram, in quo tingens digitum dextræ manus asperget septies contra Dominum, tangetque extremum dextræ auriculæ illius, qui mundatur, & pollices manus, ac pedis dextri in *u* loco sanguinis, qui effusus est pro delicto: Reliquam autem partem olei, quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, ut placet pro eo Dominum, & turturem, sive pullum columbæ offeret, unum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. Hoc est sacrificium leprosi, qui habere *x* non potest omnia in emundationem sui: *y* Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: Cum *z* ingressi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit, cujus est domus nuncians Sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. At ille præcipiet, ut efferant universa de domo, priusquam ingrediatur eam, & videat utrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia, quæ in domo fiunt. Intrabitque postea, ut consideret domus lepram: Et cum viderit

Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5. & 17.

quæ de mundationibus sunt, loquitur: præcipue enim Christum significat, cujus solius est curare a lepra peccati, *Isaiæ* 43. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates, quasi dicat, ego, & non alius: Et ideo hic soli Moysi loquitur Dominus.

a Mundandus] idest, mundatus ostendendus.

b Ad sacerdotem.] peccata confitendo. *Lucæ* 17. Ite, & ostendite vos sacerdotibus.

c Castris,] Christus ad nos venit, qui extra castra militiæ cœli eramus; ideo justum est, ut & nos exeamus ad eum extra castra, ubi passus est. *Hebræos ultim.* Exeamus ad eum extra castra, &c.

d Mundatam,] id est, mundari aptam, idest, talem, quam debeat judicare mundandam, & reconciliandum illum, cujus cutem occupaverat.

B.

e Duos passeres] Christus secundum duas naturas. *Psalmus* 101. Factus sicut passer solitarius in tecto.

f Quos vesci licitum est,] quia totus Christus cibus est animæ. *Joan.* 6. Ego sum panis vivus. [Vel sic licitum est:] Per hoc innuit Moyses duo genera passerum, unum, quod non licet comedere, aliud quod licet.

g Lignum] crux Domini.

h Cedrinum,] Cedrus alta, altitudo spei.

i Vermiculumque,] Vermiculus fervor charitatis. Vermiculum. *Septuaginta* habent, coccinum totum: Et significat passionem, quia coccinum rubeum est, tortum passibilitate, scil. & impassibilitate contextum.

C.

k Hyssopum:] Hyssopus, veritas fidei, *Actor.* 15. Fide purificans corda eorum.

l In vase fictili] Vas fictile, cor humanum. 2. *Cor.* 4. Habemus thesaurum in vasis fictilibus. *Is.* 10. Dominator Dominus confringet laguunculam in terrore.

m Super aquas viventes,] Aquæ viventes sunt aquæ Baptismi, lacrymarum, pœnitentiæ.

n Ingredietur castra,] *Gloss.* consortium sanctorum, a quo excluduntur peccatores. *Supr.* 13.

o Anniculam] Anniculum jubet esse sacrificium, tanquam perfectum. Perfecta enim in prædictis animalibus annicula sunt: unde & tunc generationi apta sunt. *Supr.* 9.

p Tres decimas] Ephi scilicet.

D

q Sicut enim pro peccato,] Hic proprie dicitur hostia pro delicto, cujus sanguine linitus est homo: Sacrificium, sive hostiam pro peccato, vocat hic illud, de quo nihil factum est ei.

r Mittet in manum] idest, Sacerdos in manum propriam.

s Et super sanguinem,] idest, super eadem membra, quæ tincta fuerant sanguine hostiæ pro delicto.

t Et faciet sacrificium pro peccato.] de cujus sanguine nihil fit ei, qui mundatur. Et nota, quod determinat Moyses, utrum agnus, vel ovis fiat in holocaustum, vel in sacrificium, per hoc innuens, quod in arbitrio Sacerdotis erat, utrum agnum offerret in sacrificium, vel ovem in holocaustum, vel e converso.

u In loco sanguinis,] idest, super eamdem partem, in qua fuerat effusus sanguis.

x Non potest omnia] prædicta scilicet.

y Locutusque est Dominus, &c.] Supra actum est de lepra hominis, & de lepra vestis, hic agitur de lepra domus. Sed quæritur, quare hic apponat. *z* Cum ingressi fueritis, &c.] & hanc determinationem non apposuit in aliis lepris. Hujus ratio est, quia in deserto non habebant domos: Unde lepra domus non erat ibi, nec esse poterat, sed aliæ duæ poterant: Et ideo simpliciter sine hac additione dictum est de illis.

E

Qui

a Qui intraverit domum,] Dixerat supra Moyses, quod visa vallicula aliqua in pariete domus pallore, vel rubore deformi, quod clauderetur ostium domus septem diebus, ut nullus ingrederetur interim: Nunc determinat, quid accideret, & quid faciendum esset, si quis forte intraret.
b Quod si introiens] Dicto de cognitione lepræ domus dixit de mundatione ejus. *c* Purificabit] i. puram, & mundam judicabit.
d Vermiculum,] idest, coccinum, sive filum coccineum.
e Et coccum,] Hoc prius vermiculum dixit.
f Dimiserit passerem] vivum scilicet.

in parietibus illius quasi vallículas pallore, sive rubore deformes, & humiliores superficie reliqua: egredietur ostium domus, & statim claudet eam septem diebus, reversusque die septimo considerabit eam. Si invenerit crevisse lepram, jubebit erui lapides, in quibus lepra est, & projiciet eos extra civitatem in loco immundo, domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi pulverem rasuræ extra urbem in loco immundo, lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. Sin autem postquam eruti sunt lapides, & pulvis elatus, & alia terra lita, ingressus Sacerdos viderit reversam lepram, & parietes aspersos maculis, lepra est perseverans, & immunda domus: Quam statim destruent, & lapides ejus, ac ligna, atque universum pulverem projicient extra oppidum in loco immundo. *a* Qui intraverit domum, quando clausa est, immundus erit usque ad vesperum, & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lavabit vestimenta sua. Quod si *b* introiens Sacerdos viderit lepram non crevisse in domo, postquam denuo lita est, *c* purificabit eam reddita sanitate: Et in purificatione ejus sumet duos passeres, lignumque cedrinum, & *d* vermiculum, atque hyssopum, & immolato uno passere in vase fictili super aquas vivas, tollet lignum cedrinum, & hyssopum, & *e* coccum, & passerem vivum, & intinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viventibus, & asperget domum septies, purificabitque eam tam in sanguine passeris, quam in aquis viventibus, & in passere vivo, lignoque cedrino, & hyssopo, atque vermiculo. Cumque *f* dimiserit passerem avolare in agrum libere, orabit pro domo, & jure mundabitur. Ista est lex omnis lepræ, & percussuræ lepræ vestium, & domorum cicatricis, & erumpentium papularum, lucentis maculæ, & in varias species coloribus immutatis, ut possit sciri, quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

C A P. XV.

Locutusque *g* est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: Loquimini filiis Israel, & dicite eis: Vir, *h* qui patitur *i* fluxum seminis, *k* immundus erit: Et tunc judicabitur *l* huic vitio subjacere, cum per momenta singula adhæserit carni illius, atque concreverit fœdus humor. Omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, & ubicumque sederit. Si quis hominum tetigerit lectum ejus, lavabit vestimenta sua, & ipse *m* lotus aqua immundus erit usque *n* ad vesperum. Si sederit, ubi ille sederat, & ipse lavabit vestimenta sua, & lotus *o* aqua immundus erit usque ad vesperum. Qui tetigerit *p* carnem ejus, lavabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Si *q* salivam *r* hujuscemodi homo jecerit super eum, qui mundus est, lavabit vestem suam, & lotus aqua immundus erit usque ad vesperum, *s* Sagma, super quod sederit, immundum erit, & quicquid sub eo fuerit, qui fluxum seminis patitur, pollutum erit usque ad vesperum. Qui portaverit horum aliquid, lavabit vestem suam, & ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Omnis, quem tetigerit, qui talis est non lotis ante manibus, lavabit vestimenta sua, & lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Vas fictile, quod tetigerit, confringetur; vas autem ligneum lavabitur aqua. Si *t* sanatus fuerit, qui hujuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus, ac toto corpore in aquis viventibus, *u* erit mundus. Die autem octavo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectu Domini ad ostium tabernaculi testimonii: dabitque eos sacerdoti. Qui faciet unum pro peccato, & alterum in holocaustum: rogabitque pro eo coram Domino, ut emundetur a fluxu seminis sui.

E X P O S I T I O

C A P. X V.

Locutusque *g* est, &c.] Post sacerdotum, populique observantias præostensas: Post sacerdotum consecrationem, & vestium eorum sanctificationem: Post tabernaculi, & ejus utensilium consecrationem: Post hostiarum differentias: Post ciborum discretionem: Post species leprarum, & earum mundationem, leprosique reconciliationem: Post puerperæ purificationem agit Moyses de immunditia viri spermatici, & mulieris menstruatæ, & quæ extra menstrua jugem sanguinis patitur fluxum, & eorumdem mundatione. Ad cujus rei evidentiam notandum, quod tunc homo judicatur huic vitio subjacere, idest, fluxui seminis, si per momenta singula adhæserit carni ejus, & concreverit fœdus humor seminis, licet nolens, effundat ex corruptione, talis homo erat immundus, & immundum reddebat, quicquid tangebat, lectum scilicet, vestem, & sedem. Vas fictile, quod tangebat, frangebatur, ligneum lavabatur. Qui tangebat lectum ejus, aut vestem, aut sedem, vel super eum jaciebat salivam, immundus erat usque ad vesperam, & lavabat vestimenta sua. Quando talis sanatus erat numerabat septem dies post sanationem suam, & lotis vestibus, & corpore in aquis viventibus, mundus erat. Octavo vero die offerebat par turturum, aut duos pullos columbarum, alterum pro peccato, & erat sacerdotis; alterum in holocaustum; & sic mundus erat. Eadem lex erat immunditiæ mulieris patientis fluxũ sanguinis ex morbo, non ex natura, & purificationis ejus. Similiter ejusdem immunditiæ erat mulier menstruata, sed tamen non purificabatur solemniter: Sufficiebat enim ipsam cum vestibus ablui. Et hujus ratio est, quia morbidæ immunditiæ solent accidere pro peccato; & ideo pro eis, & pro peccato necesse erat offerri sacrificium [illegible], menstruum autem naturale est; & ideo pro eo nihil offerebatur, sed solum lavabat se, & vestes.

h Vir qui] debet esse fortis.
i Fluxum seminis,] superfluitatem verbi.
k Immundus erit:] Quia in multiloquio non deerit peccatum.
l Huic vitio] id est, passioni vitiosæ.
m Lotus aqua immundus erit] id est, pro immundo se geret.
n Usque ad vesperum] usque ad consummationem pœnitentiæ.
o Aqua] lacrymarum.
p Carnem] idest, carnalem ejus doctrinam.
q Salivam] idest, fluentem doctrinam.
r Hujuscemodi] scilicet, quæ patitur fluxum seminis.
s Sagma,] Sagma sagmatis est stratura asini, vel equi. Sed etiam aliqui libri habent sagina.
t Si sanatus fuerit,] Dicto de immunditia spermatici viri, dicit de ejus purificatione. *u* Erit mundus.] Nondum tamen omnino reconciliatus.

A B G

a. dist. c. 1. 61. dist. c. 1. Lanto fuem. *Prov. 10.* *sup 6. cap. & 11.*

a Vir, de quo, &c.] De legitimo coitu intelligitur hoc, qui per naturalem conjunctionem viri, & mulieris mundus est, sed per peccatum Adæ, factus est immundus, saltem immunditia pœnali.

b Lavabit aqua] ergo cognoscere uxorem peccatum est. Solut. In peccato, idest, in libidinea concupiscentia, quæ esset peccatum, nisi bono matrimonii excusaretur. Vel in peccato, scilicet pueri, idest, originali. Item nota, quod duplex est coitus, scilicet naturalis, & innaturalis. Innaturalis cum jumento, vel masculo, & est semper mortale peccatum. Naturalis, alius ordinatus, alius inordinatus. Inordinatus, qui extra legem matrimonii fit, & est semper mortalis. Ordinatus est cum uxore propria. Et est triplex, moderatus, fragilis, impetuosus: Primus in propria fit uxore causa prolis, ad cultum Dei educandæ, hic potest esse meritorius. Secundus fit causa reddendi debitum uxori, vel causa vitandæ fornicationis; & potest similiter esse meritorius, nisi aliud impediat. Tertius fit causa explendæ libidinis in uxore, hic potest esse mortale peccatum, vel veniale. Si sit ita impetuosus, quod faceret etiam in non uxorem, peccatum est mortale, quia libido absorbuit rationem. Si autem ita, quod non faceret nisi esset uxor sua, tunc veniale est, quia ratio aliquantulum dominatur libidini. Sunt tamen aliqui, qui dicunt, quod omnis coitus etiam in uxore propria peccatum est ad minus veniale, quibus non consentio, sed falsum dicunt (ut credo] sicut alibi plenius demonstratum est.

c Mulier quæ redeunte mense patitur] Bene dicit, redeunte, quia quolibet mense patitur illum fluxum, nisi impediatur per aliquam aliam infirmitatem. Vel etiam per educationem partus in utero, qui nutritur hujusmodi sanguine. Sed nota, quod Moyses agit hic de muliere menstrua, & ejus purificatione. Et ad litteram reprimitur hic luxuria, sive libido Judæorum, quia cum mulier quolibet mense menstruum patiatur, & septem diebus erat immunda, oportebat per septem dies ad minus in quolibet mense a lecto uxoris abstinere. Et nota, quod accedentem ad menstruatam, dicit hic Moyses esse immundum, & purificationem septem dierum concedit ei. Infra vero 20. *cap.* dicit utrumque & virum, & mulierem esse perimendum. Unde *Ezech.* 18. Vir si fuerit justus, & fecerit judicium, & justitiam, & in montibus non comederit, & oculos suos non levaverit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non violaverit, & ad menstruatam mulierem non accesserit, hic justus est, & vita vivet, &c. Cum autem universa hæc detestanda fecerit, morte morietur. Solutio: Hic loquitur Moyses de accedente ignoranter ad menstruatam. Infra autem, & in *Ezechiel.* de accedente scienter. Unde patet, quod scienter accedere ad menstruatam, est peccatum mortale. Sed numquid potest mulier tunc negare debitum viro si petat, vel dicere ei passionem suam? Respondendum est, quod non debet dicere, sed simulare se infirmam esse, & revera ita est, & rogare, quod tunc abstineat, non specificando ei tamen passionem suam. Quod si non vult abstinere, tunc distinguendum est, qualis sit vir ejus, aut lascivus, aut juvenis, aut maturus homo, & discretus. Si maturus, & talis, de quo probabiliter præsumatur, quod non abhorreat hujusmodi passionem, nec propter hoc odiat uxorem, bene potest ei dicere, alioquin nunquam, sed dimittet eum facere voluntatem suam, & sustineat cum dolore, & tamen invita.

d Tetigerit eam, &c.] etiam manu.

e Si coierit] ignoranter.

f In quo dormierit,] illa.

g Et pro fluxu immunditiæ ejus.] idest, pro immunditia fluxus, a qua liberata est, ut plenius mundetur, vel ne iterum patiatur, vel gratias referendo de liberatione.

Vir, *a* de quo egredietur semen coitus, *b* lavabit aqua omne corpus suum, & immundus erit usque ad vesperum. Vestem, & pellem, quam habuerit, lavabit aqua, & immunda erit usque ad vesperum. Mulier, cum qua coierit, lavabitur aqua, & immunda erit usque ad vesperum. *c* Mulier, quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis, qui *d* tetigerit eam, immundus erit usque ad vesperum; & locus, in quo dormierit, vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit lectum ejus, lavabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit usque ad vesperum. Omne vas, super quod illa sederit, quisquis attigerit, lavabit vestimenta sua, & lotus aqua pollutus erit usque ad vesperum. Si *e* coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratum, in quo *f* dormierit, polluetur. Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu huic subjacet passioni, immunda erit, quasi sit in tempore menstruo. Omne stratum, in quo dormierit, & vas, in quo sederit, pollutum erit. Quicumque tetigerit eam, lavabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Si steterit sanguis, & fluere cessaverit, numerabit septem dies purificationis suæ, & octavo die offeret pro se Sacerdoti duos turtures, vel duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonii, qui unum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, rogabitque pro ea coram Domino, & pro *g* fluxu immunditiæ ejus. Docebitis ergo filios Israel, ut caveant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter vos. Ista est lex ejus, qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ jugi fluit sanguine, & hominis, qui dormierit cum ea.

CAP. XVI.

Locutusque *h* est Dominus ad Moysen post mortem

EXPOSITIO CAP. XVI.

Locutusque *h* est Dominus, &c.] In hoc cap. agitur principaliter de ingressu summi Sacerdotis in Sancta sanctorum semel in anno cum sanguine, quod fiebat decima die Septembris, quando festum expiationis fit. Unde quasi per accidens agitur de festo expiationis. Continuatur autem hoc capitulum fini decimi capituli supra. Ibi enim dictum est, quod ingredientem sanctuarium, oportet habere scientiam discernendi inter sanctum, & profanum. Et statim subjunxit de multiplici immunditia, & ejus purificatione, vel condemnatione, qualiter facienda. Quo finito subjungit hic de ingressu summi sacerdotis in Sancta sanctorum, ostendens quando sit ingrediendum, & est competens ordo. Hoc enim, de quo hic agitur, est quasi universalis expiatio peccatorum totius anni, & omnis immunditiæ. Ad evidentiam autem hujus capituli notandum, quod decima dies Septembris triplici nomine censebatur. Dicebatur enim dies propitiationis, dies afflictionis, dies expiationis. Dies propitiationis, quia ea die certificati fuerunt Judæi per Moysen, quod Dominus propitiatus fuerat eis super peccato vituli conflatilis. Dicebatur & afflictionis, quia ea die jejunabant homines, & jumenta, & etiam pueri septennes, & agebatur ea die memoria mortuorum. Expiationis dicebatur, quia ea die fiebat cinis vitulæ rufæ, quo expiabantur filii Israel a peccatis totius anni quotidianis, vel ignoratis. Et etiam eadem die totum tabernaculum, & altaria purificabantur per sanguinis aspersionem a contagiis, quæ contraxerant per annum expiationis ministrantium. Tollebat autem eadem die summus Sacerdos de proprio vitulam rufam trimam immaculatam, quæ non traxerat jugum, quæ vitula tamen in littera vitulus appellatur. Sed intelligendum est in feminino genere tantum, quia pro peccato fragilitatis offerebatur, ut patebit infra *Numer.* 19.

Sumebat

a duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt: Et præcepit ei dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, ut non moriatur, quia in nube apparebo super oraculum, nisi hæc *b* ante fecerit. *c* Vitulum pro *d* peccato offeret, & arietem in holocaustum. Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit. Accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti. Hæc enim vestimenta sunt sancta, *e* quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur: Suscipietque ab universa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum. Cumque obtulerit vitulum, & oraverit pro se, & pro domo sua, *f* duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii, mittens super utrumque sortem, *g* unam Domino, & alteram capro emissario: Cujus exierit sors, Domino offeret illum pro peccato: cujus autem in caprum *h* emissarium, statuet eum vivum coram Domino, ut fundat preces super eo, & emittat illum in solitudinem. His *i* rite celebratis, *k* offeret *l* vitulum, & rogans *m* pro se, & *n* domo sua, immolabit eum. Assumptoque thuribulo, quod de prunis *o* altaris impleverit, & hauriens manu *p* compositum thymiama in *q* incensum ultra velum intrabit in *r* sancta, ut positis super ignem aromatibus nebula eorum, & vapor operiat oraculum, quod est super testimonium, & non moriatur. Tollet quoque de sanguine vituli, & asperget digito septies contra propitiatorium ad *ſ* Orientem. Cumque mactaverit hircum pro peccato populi, *t* inferet sanguinem ejus intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, ut aspergat e *u* regione oraculi, & expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, & a prævaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Juxta hunc ritum faciet in *x* tabernaculo testimonii: quod fixum est inter eos in *y* medio sordium habitationis eorum.

Sumebat etiam sacerdos a populo duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum. Cumque sacerdos lavisset se, induebatur lineis vestibus tantum, secundum ritum minorum sacerdotum, oblatisque animalibus, & facta propria oratione pro se, & pro domo sua, statuebat duos hircos in ostio tabernaculi, & mittebat sortem super utrumque, ut sciretur quis esset Domini, & quis populi. Postea immolabat vitulam rufam pro peccato suo & domus suæ, & hircum Domini pro peccato populi. Et tollebat de sanguine utriusque, & thuribulum plenum prunis, & intrabat Sancta sanctorum, imponebatque multum thymiamatis in thuribulum, ut nebula, & vapor operiret oraculum, ne visa majestate Domini moreretur, & postea aspergebat septies cum digito de sanguine coram propitiatorio ad Orientem, & ad pavimentum eodem numero, & similiter faciebat in sanctuario. Fundebat etiam de eodem sanguine super cornua altaris aurei, aspergebatque illud septies sanguine cum digito; & ita totum tabernaculum expiabatur. Nullus autem erat in tabernaculo cum summo sacerdote. Post hanc expiationem egrediebatur sacerdos ad hircum populi viventem, & ponens utramque manum super caput ejus, confitebatur generaliter omnes iniquitates filiorum Israel, imprecans eas capiti ejus. Ponens etiam, ut dicunt quidam, chartam scriptam peccatis populi super caput ejus, & mittebat eum in desertum, per hominem ad hoc paratum, succinctum, & expeditum: Et sic erat populus expiatus a peccatis illius anni, quæ per ignorantiam, vel fragilitatem contraxerat. Cum autem Aaron deduxerat hominem cum hirco extra castra, redibat ad tabernaculum; depositisque vestibus lineis, lavabat se in loco sancto, & induebatur vestibus pontificalibus, & offerebat arietem in holocaustum, & adipes vitulæ, & hirci pro peccato, & renes & renunculos. Vitulam vero, & hircum, de quorum sanguine facta erat expiatio, ferebat extra castra, ubi cremabantur cum fimo, & pelle. Et sacerdos mutatis vestibus, & resumptis propriis, projiciebat in ignem lignum cedrinum, & hyssopum, & coccum, & tunc rediens lotis vestibus, & carne sua, ingrediebatur castra, & erat immundus usque ad vesperum. Alius Sacerdos remanebat ad ignem, ut consumi faceret omnia usque ad cinerem: quia immundus usque ad vesperum non intrabat castra, nisi lotis vestibus, & corpore. Ex his cineribus fiebat aqua aspersionis, qua per totum annum purificabantur immundi. Et fiebat ille cinis singulis annis, ut modo Chrisma. Quidam tamen Hebræi dicunt eos durasse secundum plures annos, nec factos alios, nisi quando deficiebant priores. Similiter qui caprum emiserat, immundus erat usque ad vesperum. Dicebatur autem hircus ille, qui mittebatur vivus Græce *ἀποπομπαῖον*, Latine emissarius: Qui si forte rediret de deserto, non erant filii Israel purificati a peccatis: Si autem non redibat, erant purificati.

B

a Duorum filiorum Aaron,] scilicet, Nadab, & Abiu, de quibus dictum est *supra* 10.

b Nisi hæc ante fecerit.] Quasi dicat: Ne ingrediaris omni tempore. Nisi hæc ante feceris: Hæc dico, quæ sequuntur: Nec est, ut quotiescunque vellet intrare, faceret hæc, & intraret; sed tantum decima die Septembris, intraturus prius tamen hæc faceret.

C

c Vitulum] idest, vitulam.

d Pro peccato] suo scilicet, & domus suæ.

e Quibus cunctis, cum lotus fuerit, &c.] Argumentum, quod nemo debet vestes sanctas tangere, nisi prius lotis manibus, tam corporalibus, quam spiritualibus.

f Duos hircos stare faciet] *Gloss.* Quidam dicunt, alterum hircum Domino sacrificandum, alterum diabolo, tanquam summopere non prohibeat Dominus, dicens, *Exodi* 20. Non erunt tibi dii alieni.

Hebr. 10.

g Unam Domino, &c.] ut scilicet ille, super quem venerit sors Domini, immoletur.

D

h Emissarium,] *Gloss.* Super quem venit emissionis sors, in quo Christi divinitas significatur.

i His rite] Hucusque de apparatu hostiæ actum est, nunc incipit de immolatione, & quod supra dixerat, repetit, ut sequentia jungat.

k Offert] scilicet Christus.

l Vitulum,] idest, carnem.

m Pro se,] idest, pro humanitate, quam salvandam acceperat.

n Domo sua,] idest, parentela, i. Judæis, de quibus erat secundum carnem, *Rom.* 9.

o Altaris] holocausti scilicet.

q In incensum] idest, ad comburendum in odorem Domino.

r In sancta,] i. in Sancta sanctorum. Unde *Septuaginta* habent, interiora velaminis.

p Compositum] *Gloss.* quia de multis, & pro multis. Et bene dicit, quia pro toto genere humano, & pro peccato totius mundi, quæ sunt multa. Item de multis speciebus, quæ notantur hoc versu:

Galbanus, onycha, thus, stacte, faciunt thymiama.

ſ Ad Orientem.] cum tamen tabernaculum esset versum ad Occidentem: In quo notatur auctoritas Ecclesiæ de gentibus, quæ orat ad Orientem.

t Inferet sanguinem] Nota, antequam Sacerdos intraret in Sancta sanctorum cum thuribulo immolabat vitulum, & hircum, & simul de sanguine utriusque inferebat in sanctuarium, & ultra velum, sed quod simul factum est, simul dici non potuit.

u E regione oraculi,] idest, contra oraculum.

x Tabernaculo testimonii,] i. in sancta citra velum fiet, sicut ultra factum est.

y In medio fortium] vel sordium. Unde *Septuaginta* habent, in medio immunditiarum.

a Nullus hominum sit in tabernaculo,] Ad litteram ita fuit, ut legitur *Lucæ primo* quod Zacharia ministrante in sanctuario populus stabat foris expectans; tamen Levitæ [ut dicunt] poterant esse in sanctis, quod innuit *Interlinear.* dicens, non quod omnes tunc excluderentur a tabernaculis.

b Ad altare,] scil. thymiamatis.

c Tunc offerat] Domino, non tamen immolet, sed vivum retinens.

d Paratum] ad hoc scilicet, vel secundum Josephum paratum, idest, expeditum. Tradunt autem Hebræi, quosdam parvulos tribunaliter ad hoc parari medicinaliter splene eis subtracta, ut expeditior esset ille, qui educeret hircum.

e Revertetur] a loco ubi imprecatus fuit iniquitates populi capiti hirci, vel extra castra, ubi ipse eduxerat hircum emissarium, & hominem, scilicet.

f Vestibus,] lineis, in quibus expiaverat sanctuarium, & emiserat hircum.

g Cum intraret sanctuarium,] expiandum, vel antequam intraret modo, vel cum intraret, idest, intrare vellet.

h Induetur que vestibus suis] Pontificalibus. In hunc modum Pontifex Evangelicus in aspersione basilicæ, quam dedicat, quasi in expiatione lineis, & minoribus utitur indumentis, etiam in Sabbato Baptismali, & in consecratione fontium, & in immersione Cathecumenorum: Quibus factis accedens ad altare pretiosis induitur vestimentis.

i Mense autem septimo,] Dicto de hostia determinat de tempore, quo prædicta fieri debeant.

k Affligetis] Jejunio. Sed videtur, quod caro jejunio affligatur, non anima, juxta illud 2. *Corinthior.* 4. Licet is, qui foris est vetus homo corrumpatur; tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Solutio: Anima hic ponitur pro vita carnali.

Inf. 21.

a Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex sanctuarium ingreditur, ut roget pro se, & pro domo sua, & pro universo cœtu Israel, donec egrediatur tabernaculum. Cum autem exierit ad *b* altare, quod coram Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli, atque hirci fundat super cornua ejus super gyrum, aspergensque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel. Postquam emundaverit sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc *c* offerat hircum viventem, & posita utraque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & universa delicta, atque peccata eorum, quæ imprecans capiti ejus, emittet illum per hominem *d* paratum in desertum. Cumque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, *e* revertetur Aaron in tabernaculum testimonii, & depositis *f* vestibus, quibus prius indutus erat, cum *g* intraret sanctuarium, relictisque ibi, lavabit carnem suam in loco sancto, *h* induetur que vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se, quam pro populo, & adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. Ille vero, qui dimiserit caprum emissarium, lavabit vestimenta sua, & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulum autem, & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium, ut expiatio compleretur, asportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles, quam carnes eorum, ac fimum. Et quicumque combusserit ea, lavabit vestimenta sua, & carnem aqua, & sic ingredietur castra. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum. *i* Mense autem septimo, decima die mensis *k* affligetis animas vestras, nullumque facietis opus, sive indigena, sive advena, qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio, ab omnibus peccatis vestris coram Domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. Expiabit autem sacerdos, qui unctus fuerit, & cujus manus initiatæ sunt, ut sacerdotio fungatur pro patre suo. Indueturque stola linea, & vestibus sanctis, & expiabit sanctuarium, & tabernaculum testimonii, atque altare: Sacerdotes quoque, & universum populum. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, ut oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

CAP. XVII.

ET *l* locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron, & filiis ejus, & cunctis filiis Israel, & dices ad eos: Iste est sermo, quem mandavit Dominus, dicens: Homo quilibet de domo Israel si occiderit bovem, aut ovem, sive capram in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit. Quasi si sanguinem fuderit, sic *m* peribit de medio populi sui. Ideo sacerdoti offerre debent filii Israel hostias suas, quas occidunt in agro, ut sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi testimonii, & immolent eas hostias pacificas Domino. Fundetque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonii, & adolebit adipem in odorem suavitatis Domino, & nequaquam ultra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus *n* fornicati sunt: Legitimum sempiternum erit illis, & posteris eorum. Et ad ipsos dices: *o* Homo de domo Israel, & de *p* advenis, qui peregrinantur apud vos, qui *q* obtulerit holocaustum, sive victimam, & ad ostium taber-

EXPOSITIO CAP. XVII.

ET *l* locutus est Dominus, &c.] Hucusque de sacrificiis sacerdotum, & populi tractavit Moyses, ostendens a quibus, & quo tempore, & quo loco fieri debeant: Nunc autem plenius locum certum determinat, in quo solo licitum esset immolari, per quod dedit illa intelligi legalia temporalia esse non æterna. Cum enim locus desinet esse, necesse fuit, ut & sacrificia simul desinerent, ex quo non habebant alibi immolari. *Radul.* vero dicit ad occidendam populi idololatriam præcipiuntur; Nec præcipit de animalibus occisis ad quotidianos usus, sed de illis, qui private occidebant, ut offerrent idolis. Hoc idem innuit *Augustin. in Gloss.* ista: Non de his, &c.

m Sic peribit] id est, peccabit, & arcebitur ab ingressu loci sancti, & a consortio aliorum.

n Fornicati sunt:] *Gloss.* Recedendo a vero sponso.

o Homo de filiis] *Septuaginta* habent: Homo, homo quicumque. *p* De advenis,] i. de gentibus, qui non sunt conjuncti Judæis, sed apud nos. Apud eos quippe fuimus, ut legem eorum, & prophetias, & promissam hæreditatem habentes, non tamen ipsis, sed Deo adhærentes: Præterea juxta *Septuaginta*, homo, homo dixit, ut ostendat tam eos, qui in circumcisione, quam qui in præputio adhærent Deo, hoc debere mandatum servare; Ita dicit *Interlin.* Item nota, quod istud præceptum est idem cum priori; unde & repetitio notat utilitatem in observando illo. Potest tamen diversitas assignari in hoc, quod hic agitur de consummatione etiam debiti sacrificii: Supra vero de initio, ut dicit *August. in Gl.* illa: Si idem repetitur, &c. *q* Obtulerit holocaustum,] jam perfectum, non modo inceptum.

De consec. d. 2. c. non oportet.

a Si

naculi testimonii non adduxerit eam, ut offeratur Domino, interibit de populo suo. Homo quilibet de domo Israel, & de advenis, qui peregrinantur inter eos, si *a* comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, *b* quia anima carnis in sanguine est, & *c* ego dedi *d* illum vobis, ut *e* super altare meo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Idcirco dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex advenis, qui peregrinantur inter vos. Homo quicumque de filiis Israel, & de advenis, qui peregrinantur apud vos, si venatione, atque aucupio ceperit feram, vel avem, quibus vesci licitum est, *f* fundat sanguinem ejus, & operiat illum terra. *g* Anima enim omnis carnis in sanguine est. Unde dixi filiis Israel: Sanguinem universæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est, & quicumque comederit illum, interibit. *h* Anima, quæ comederit morticinum, vel captum *i* a bestia, tam de indigenis, quam de advenis lavabit *k* vestimenta sua, & *l* semetipsum *m* aqua, & contaminatus erit usque ad vesperum, & hoc *n* ordine mundus fiet. Quod si non laverit vestimenta sua, vel corpus, portabit *o* iniquitatem suam.

C A P. XVIII.

LOcutusque *p* est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: *q* Ego Dominus Deus vester: Juxta consuetudinem terræ Ægypti, in qua habitastis non *r* facietis, & juxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, *s* neque in legitimis eorum ambulabitis. Facietis *t* judicia mea, & præcepta mea servabitis, & *u* ambulabitis in eis: *x* Ego Dominus Deus vester. Custodite *y* leges meas, atque judicia, quæ faciens homo vivet in eis: Ego Dominus Deus vester. Omnis *z* homo *a* ad proximam sanguinis sui non accedet, ut revelet *b* turpitudinem ejus: Ego Dominus. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ *c* non discooperies: mater tua est, non revelabis turpitudinem ejus. Turpitudinem *d* uxoris patris tui non discooperies: *e* Turpitudo enim

a Si comederit sanguinem,] Valde durum, & terribile est, si pro esu sanguinis obfirmet Deus faciem suam contra aliquem, cum sanguis mundus sit in se, nec inquinet hominem, juxta illud *Matth.* 15. Non quod per os intrat, coinquinat hominem, &c. Per quod patet, quod mystice debent intelligi quæcumque hic dicuntur. Nomine igitur sanguinis hic illicita concupiscentia designatur, quod etiam patet per hoc, quod dicitur contra animam, non contra hominem.

C

b Quia anima carnis] *Interlin.* vita carnalis, quæ finitur morte. Item alia *Gloss. August.* Aliquid vitale est in sanguine, quia per ipsum maxime in hac carne vivitur, qui per omnes corporis venas diffunditur, ipsam vitam corporis vocavit animam, non vita, quia migratur, idest, anima rationalis, sed quæ morte finitur.

c Ego dedi] idest, dari feci a populo sanguinem.

e Ut expietis] idest, offeratis in expiatione illum super altare.

d Illum] *Gloss.* Sanguine Christi.

e Super altare] Crucem, in qua fusus est sanguis.

D

f Fundat sanguinem] *Gloss.* Peccatum, quod peccavit. Item alia *Gloss.* orando, confitendo. Unde: Effundo in conspectu ejus orationem meam.

31. q. 1. c. Moyses. Psal. 141. Sup. 7. Inf. 19. Sup. 5.

g Anima enim] idest, vita carnalis.

h Anima, quæ comederit] *Gloss.* Superius dictum est: Qui tetigerit morticina a bestiis capta, idest, qui in talibus communicaverit, hic autem dicitur: Anima, quæ comederit totum, scilicet peccatum suum fecerit; & ex eo voluntatem suam expleverit.

i A bestia,] idest, diabolo.

k Vestimenta] idest, hominem exteriorem.

l Et semetipsum] hominem interiorem.

m Aqua,] Baptismi, vel lacrymarum.

n Hoc ordine] prædicto scilicet.

o Iniquitatem suam.] idest, iniquitatis retributionem.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

LOcutusque *p* est Dominus, &c.] Hucusque instruxit Dominus populum suum in mysticis, in quibus umbra fidei, & morum, non veritas: hic autem moraliter instruit eum, revocans eum a malo, idest, a mala consuetudine sua, & maxime ab infidelitatis errore. Primo timorem incutiens, & amorem, dicens.

q Ego Dominus Deus vester: Juxta consuetudinem terræ,] in quo totam legis intentionem aperit, ut scilicet declinent a malo, & faciant bonum, revocans eis ad memoriam abominationes Ægyptiorum, quibus interfuerant, ut eos exterreat, & a sceleribus Chananæorum, ad quos ituri erant, abstinerent. [Ego sum Dominus.] Qui hoc præcipio. [Deus vester] cujus vos servi [juxta consuetudinem,] quasi dicat: Cognoscite vestrum creatorem, & diligenter servate ejus præcepta.

r Non facietis] Summa enim malorum est, quod vivitur ad exempla malorum. Unde *Exod.* 23. Non sequeris turbam, &c. *Eccl.* 7. Non pecces in multitudine civitatis.

s Neque in legitimis] *Interl.* religionis. *Gloss.* Non solum a fornicatione, avaritia, & superbia; sed etiam a divinationibus, & auguriis, & omnium gentium superstitionibus præcepit abstinere.

t Judicia mea, & præcepta mea servabitis,] *Gloss.* idest, quæ ex judicio, & discretione præcipio.

A

u Ambulabitis] proficiendo. Non enim auditores legis justi sunt, sed factores, *Rom.* 2.

x Ego Dominus Deus vester.] Hoc secundo dicit, in quo vetus, & novum Testamentum innuit, scilicet propter iterationem. Vel in hoc, quod dicit Dominus, innuit vetus Testamentum: In hoc, quod dicit Deus vester, innuit novum.

y Leges meas,] idest, cæremonias, vel præcepta. De præceptis vero, & judiciis habes *Exod.* 21. 22. 23.

Rom. 10. 15 q. 8. c. ... [illegible]

z Omnis homo] *Gloss.* quasi rationalis. Qui enim accedit, non est homo, sed jumentum. Nota, hic agitur de personis exclusis a matrimonio. In priorum quidem parentum conjugio propter hominum raritatem tantum duas personas exclusit Dominus in matrimonio patrem, & filiam, matrem, & filium, dicens: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ *Gen.* 2. i. nec filius matri, nec filia patri matrimonio copulabitur. Sub lege vero plures excepit, quæ sunt tredecim, vel duodecim. Tredecim quidem, si filia privigni, & filia privignæ accipiuntur pro diversis: Duodecim si pro una. Sunt hæ, Mater, noverca, soror, neptis, amita, matertera, uxor patrui, nurus, uxor fratris: sed hæc recipit determinationem, ut dicetur infra: Privigna, filia privigni, filia privignæ, soror uxoris. Paucos tamen tunc exclusit, ut multiplicarentur homines in cultum Dei. Tempore gratiæ plurimæ sunt exclusæ, ubi continentia jugis habet locum. Hæc fuit arctatio conjugii: A fornicatione enim omnis persona excluditur.

13 q. 2. c. ... [illegible]

B

a Ad proximam] *Gloss.* Genus proponit, cui & species supponit. Sed nota, quod non intelligitur hic de omni proxima, sed tantum de illa, quam postea littera determinat. Unde *Interl.* dicit: Genus proponit, cui species supponit.

b Turpitudinem] Turpitudinem vocat Moyses conjunctionem personarum prohibitarum.

c Non discooperies:] *Interl.* ne confundatur generatio, ne idem sit filius, & frater.

d Uxoris patris tui] *Gloss.* Novercæ, non matris.

e Turpitudo enim patris tui] Nota in matre est turpitudo patris, & matris, in noverca autem tantum turpitudo patris. Unde supra dictum est: Turpitudinem patris tui, & matris tuæ non discooperies peccando, scilicet cum matre; hic autem dicit: Turpitudinem uxoris patris tui

patris tui est. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, sive ex matre, quæ *a* domi, vel foris *b* genita est, non revelabis. Turpitudinem *c* filiæ filii tui, vel neptis ex filia non revelabis, quia *d* turpitudo tua est. *e* Turpitudinem filiæ uxoris *f* patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua non revelabis. Turpitudinem *g* sororis patris tui non discooperies, quia caro est patris tui. Turpitudinem *h* sororis matris tuæ non revelabis, eo quod caro sit matris tuæ. Turpitudinem *i* fratris patris tui non revelabis, *k* nec accedes ad uxorem *l* ejus, *m* quæ tibi affinitate conjungitur. Turpitudinem *n* nurus tuæ non revelabis, quia uxor filii tui est, nec discooperies ignominiam ejus: Et uxorem fratris sui nullus accipiat. Turpitudinem *o* uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinem *p* uxoris tuæ, & filiæ ejus non revelabis. *q* Filiam filii ejus, & *r* filiam filiæ illius non sumes, ut reveles ignominiam ejus, quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. *s* Sororem uxoris tuæ in *t* pellicatum illius non accipies, nec revelabis turpitudinem ejus adhuc illa vivente. Ad *u* mulierem, quæ patitur menstrua, non accedes, nec revelabis fœditatem ejus. *x* Cum uxore proximi tui non coibis: *y* nec seminis commistione maculaberis. De semine tuo non dabis, ut *z* consecretur idolo *a* Moloch, nec *b* pollues nomen *c* Dei tui: *d* Ego Dominus. Cum masculo non commisceberis coitu femineo, quia abominatio est. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. *e* Mulier non succumbet jumento, nec miscebitur ei, quia scelus est. Nec pol-

tui non discooperies. Turpitudo enim patris tui est, supple tantum, & non matris.

a Domi, vel foris] idest, quæ ex legitimo matrimonio nata est, vel ex illegitimo: Cum tali sorore nullum erat matrimonium. Vel aliter: Quæ domi genita est, idest, quæ nata est adhuc te existente in domo, idest, in utero matris, idest, te nondum nato. Vel foris, idest, quæ genita est te jam existente foris, idest, te jam nato, quasi dicat: Non inibis conjugium cum sorore, sive genita ante te, sive post. Et ut dicit *Augustinus* non prohibet matrimonium cum filia novercæ genita ex priori viro.

b Genita est,] ex patre.

c Filiæ filii tui,] idest, neptis ea filio. Et pro una persona accipitur neptis ex filio, & ex filia. Neptis enim ex filio dicitur filia filii.

C

d Turpitudo tua est,] quia ex te nata est, licet mediante filio, vel filia.

e Turpitudinem filiæ uxoris] *August.* Ne cum filio novercæ ex priori viro videatur prohibere concubitum, cum ei, cui prohibetur, soror non sit, vel ex patre, vel ex matre, addit, ex eodem patre.

f Patris tui, quam] Licet jam omnem sororem sive ex patre, sive ex matre, sive domi, sive foris genitam a matrimonio exclusisset Moyses, tamen hic de filia novercæ exprimit singillatim, ne propter alienam matrem, posse recipi videatur, quia enim ex patre soror est, excluditur. Unde *Deut.* 27. Maledictus, qui dormit cum sorore sua filia patris sui, vel matris suæ. Hanc maledictionem incurrit Amon. 2. *Reg.* 13. Unde quod Thamar dixit. Loquere ad regem, & non negabit me tibi, patet esse dictum causa subterfugii.

g Sororis patris tui] idest, amitæ. Ecce quinta persona.

h Sororis matris tuæ] idest, materteræ: Ecce sexta.

i Fratris patris tui] idest, uxoris patrui: Ecce septima.

k Nec] pro, idest, & non.

l Ejus,] idest, patrui.

m Quæ tibi] idest, quia illa.

n Nurus] idest, uxor filii: Ecce octava.

o Uxoris fratris tui] Ecce nona. Sed objicitur, quia aut dixit hoc debere intelligi fratre vivente, aut fratre mortuo. Si fratre vivente, pro nihilo dicitur hoc, quia generaliter prohibetur accessus ad quamlibet uxorem alterius. *Exod.* 20. ubi dicitur. Non mœchaberis. Si fratre mortuo, falsum videtur, & contrarium legitur *Deut.* 25. Quæ præcipit fratri mortuo suscitandum semen a fratre superstite. Solutio: De fratre mortuo intelligitur, quando scilicet frater defunctus filios reliquerat. Vel de vivo, qui uxorem suam repudiaverat: tunc inquam non licebat alii fratri ducere eam. Ita determinat *Gloss. Augustin.* Quæritur utrum, &c.

p Uxoris tuæ, & filiæ ejus] Quæ dicitur privigna: Ecce decima. *Gloss.* Ne putes tibi licere ambas habere.

q Filiam filii] *Gloss.* neptem uxoris de filio tuo, vel de filia prohibet duci uxorem.

r Et filiam filiæ] idest, filiam privigni, vel privignæ. Et videtur has duas personas accipere pro una; & ita tantum duodecim personæ excluduntur a matrimonio. Hæc est undecima, vel duodecima.

s Sororem uxoris tuæ] Ecce duodecima, vel decimatertia. Sed nunquid Jacob duxit duas sorores? Solutio: Revera duxit, sed nondum lex ista data fuerat, vel fraude suppositionis deceptus fuit. Nec esset justum, ut priorem dimitteret, secunda adveniente. Hoc dicit illa *Gloss.* Non prohibes, &c. *Radul.* dicit: De duabus sororibus, ne uni viro nubant, interdicitur, quod tamen Patriarchæ legitur contigisse.

t In pellicatum] quasi dicat: Uxore tua vivente, non ducas sororem ejus, quia non esset uxor, sed pellex. Et ubi nos habemus in pellicatum, *Septuaginta* habent, in zelum illius.

u Ad mulierem, quæ patitur menstrua,] *Gloss. August.* Cum superius sufficienter prohibuisset: hic etiam repetit, forte ne in superioribus videretur figurate accipiendum, ubi talia prohibentur, quæ remota observatione umbrarum, in novo Testamento custodienda sunt. In *Ezech.* 18. quoque inter illa, quæ non figurate, sed manifeste peccata sunt, accedere ad menstruatam interdicitur, & justitiæ meritum esse, si non accedatur: Quia in se non natura damnatur, sed concipiendæ proli noxium prohibetur. Sed ideo dixit *August.* noxium, quia ex tali coitu generantur fœtus deformes, & leprosi quandoque. Sed si corruptio fœtus causa est, quare prohibetur accessus ad menstruatam, eadem ratione debet prohiberi accessus ad uxorem leprosam, vel etiam magis, quia magis corrupta est leprosa, quam menstruata. Solut. Menstruata cito curatur, sed non leprosa; & ideo ne periret bonum matrimonii leprosæ reddendum est debitum, sed non petendum simpliciter.

Sup. 15.

D

Inf. 20.

x Cum uxore proximi tui] *Gl.* Hic prohibet rursus adulterium, quod etiam in Decalogo prohibetur: Unde apparet illa ita esse prohibita, ut etiam mortuis viris non dacant uxores, quarum prohibet turpitudinem revelari.

Exod. 20.

y Nec seminis commixtione, idest, ad uxorem alterius non accedas, ut semen tuum cum semine illius misceas.

z Ut consecretur idolo] *Gloss.* Non solum luxuriando, vel idolis immolando, sed etiam Gentilium Philosophiam in Ecclesiam introducendo. Quis enim consensus templo Dei cum idolis? Item alia *Gloss.* Convenienter hæc subjunguntur: Intendit enim legislator a libidine tam sensibili, quam intelligibili legi subditum cohibere.

2. Cor. 6.

a Moloch] *Septuaginta* habent principi.

b Nec pollues] *Gloss.* Hoc ad singula referatur supra dicta. Nota: *Radul.* dicit, Moloch idolum erat Ammonitarum, & interpretatur rex; quia illud idolum princeps erat aliorum idolorum: Per hoc universa idololatria interdicitur, a parte totum. De semine suo dat Moloch, qui filium, vel filiam suam trajiciendo per ignem, vel aquam ei consecrat.

3. Reg. 11.

c Dei tui:] *Gloss.* Cujus gloria singularis incommutabilis.

Jer. 12.

d Ego Dominus:] Qui scilicet vindicare possum, & remunerare.

e Mulier non succumbet] *Gloss.* Non solum viris, sed & mulieribus lex posita est. Sed nota, quod multi, cum in Scripturis talia inveniunt, abominantur, auditum avertunt, & si auderent, Scripturam reprehenderent. Verum etsi suppellectilia tactu morticini polluuntur, idest, molles, pauci, & effeminati, non tamen cisternæ, vel fontes, idest, Doctores, qui doctrinam colligunt, & conservant, & aliis propinant. Rectores ergo de vitiis disputent, & scriptis, ea quæ redarguunt, dicant, ut alii

sibi

sibi ab illis caveant sine contagio. Sic & Scriptura, licet in tractatibus suis immunda recipiat, eis tamen non contaminatur. Unde *Sapient.* 7. Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem ubique propter sui munditiam. Si ergo hujusmodi audiendo corrumperis, tibi imputa, non Scripturæ.

a In omnibus his,] prædictis *Gloss.* quæ invicem sibi conjuncta sunt, in unum colligit, ut ostendat, qui in uno pollutus fuerit, offendat in omnibus.

a Quas ego, &c.] propter scelera sua, scilicet. Unde *Interlin.* dicit: Quantitas pœnæ, quantitatem culpæ ostendit. Sed objicitur: Aut intelligitur hoc de pœna inferni, aut purgatorii. De pœna inferni, vel purgatorii non potest intelligi, quia utraque pœna nobis incerta, aut invisa est, sicut & culpa; ergo quantitas illorum pœnarum non ostendit nobis quantitatem culpæ. Præterea, utrobique punit Deus citra meritum. Si de pœna temporali: Contradicit *Psal.* 72. In labore hominum non sunt. Item Job pœnam magnam sustinuit sine merito culpæ. Item Tobiæ dictum est: Quia justus eras, necesse fuit, ut tentatio probaret te. In his ergo fuit pœna sine culpa; ergo quantitas pœnæ non ostendit quantitatem culpæ. Solut. Multis de causis flagellat hic Dominus. Quandoque ut ipse Dominus glorificetur, ut in cæco nato. Quandoque ut hominis meritum cumuletur, ut in Job. Quandoque ut homo probetur, idest, probatus aliis in exemplum detur, ut in Tobia. Quandoque ut homo humilietur, ut in Paulo. Quandoque ut pœna futura hic incipiat, & in futuro consummetur, ut in Herode. Quandoque ut pœnis culpa pietur, ut in Maria. Solum flagellum, quod pro culpa infertur, proprie pœna dicitur, & de hac loquitur *Interl.* & in genere, non præcise, & est sensus: Magna pœna magnæ culpæ signum est, & parva parvæ. Et ita potest intelligi de omni pœna. Item nota, *Gloss.* dicit: Dæmones, qui propter multitudinem dicuntur gentes, qui cum omni peccato gaudeant, præcipue tamen de fornicatione, & idololatria, quia in his corpus, & anima maculatur, & totus homo, qui terra dicitur. Sed visitavit Deus terram, i. genus humanum.

c Polluta est terra,] metonymia est, idest, habitatores terræ:

d Indigena,] *Glos.* qui in lege nutritus est, & ab infantia doctus.

e Colonus,] *Glos.* qui deforis est nobis adjectus, non intus nutritus.

f Accolæ] *Glos.* Dæmones, qui antiquiores conditione, ante nos fuerunt.

g Quippiam,] *Glos.* etiam unum.

h Peribit] *Glos.* nunc, & prorsus in futuro.

i Quæ fecerunt hi,] *Glos.* quorum pœna debetis terreri.

k Ego Dominus Deus vester. *Glos.* tertio hoc dicit. In duobus enim, vel tribus testibus stat omne verbum.

luamini in *a* omnibus his, quibus contaminatæ sunt universæ gentes, *b* quas ego ejiciam ante conspectum vestrum, & quibus *c* polluta est terra, cujus ego scelera visitabo, ut evomat habitatores suos. Custodite legitima mea, atque judicia, & non facietis ex omnibus abominationibus istis, tam *d* indigena, quam *e* colonus, qui peregrinatur apud vos. Omnes enim execrationes istas fecerunt *f* accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cavete ergo, ne & vos similiter evomat, cum paria feceritis, sicut evomuit gentem, quæ fuit ante vos. Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his *g* quippiam, *h* peribit de medio populi sui. Custodite mandata mea. Nolite facere, quæ *i* fecerunt hi, qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis: k Ego Dominus Deus vester.

CAP. XIX.

Locutus *l* est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad *m* omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos: *n* sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Unusquisque *o* patrem suum, & matrem suam timeat. Sabbata mea custodite: *p* Ego Dominus Deus vester. Nolite converti ad idola, nec *q* Deos conflatiles faciatis vobis: Ego Dominus Deus vester. Si *r* immolaveritis hostiam pacificorum Domino, ut sit *s* placabilis eo die, quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero. Quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, & impietatis reus, *t* portabitque iniquitatem suam, quia *u* sanctum Domini polluit, & peribit anima illa de medio populi sui. Cumque messueris segetes terræ tuæ, *x* non tundes usque ad solum superficiem terræ, nec remanentes *y* spicas colliges, neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes: Ego Dominus Deus vester. Non facietis furtum, non *z* mentiemini, *a* nec decipiat unusquisque

EXPOSITIO CAP. XIX.

Locutus *l* est Dominus ad Moysen, &c.]

m Ad omnem cœtum] Nullus excipitur ab observatione mandatorum Dei.

n Sancti estote,] *Glos.* Qui estis templum Dei. *Origen.* 1. *Cor.* 3. dicit: Qui estis templum Dei, separati sitis a negotiis sæculi, & ab his, qui carnaliter vivunt, ut ei placeatis, cui vos vovistis, q. d. Separamini a fratre ambulante inordinate, & ab omnibus concupiscentiis sæculi. Item *Glos.* dicit: Recte sanctificationem proponit, quia fundamentum virtutis est.

o Patrem suum,] filialiter, & revereatur & diligat patrem suum tam spiritualem, quam carnalem, & matrem similiter.

p Ego Dominus Deus] qui quietem diligo, juxta illud *Osee* 11. Deus ego, & non homo in medio tui sanctus, & non ingrediar civitatem.

q Deos conflatiles] *Glos.* quorumlibet animalium statuas, vel pecuniæ thesauros, quos quasi Deos adorant, qui congregant, nec inde aliquid sumere præsumunt. *r* Si immolaveritis] *Glos.* *Hesychii*: Omnia fere legis capitula reiterat, ut eorum memoriam auditoribus infigat, sed maxime necessaria.

s Placabilis,] i. Deo acceptabilis.

t Portabitque iniquitatem suam,] i. temeritatis suæ pœnam luet. *u* Quia sanctum Domini polluit,] Quia incorruptionem, & gloriam Domini ad infirmitatis nostræ mortalitatem sua opinione deposuit.

x Non tundes] Quidam legunt, non tondes idest, non tondebis, sed verior littera est, non tundes. Unde *Interl.* non conteres.

y Spicas] *Radul.* Stipulam, spicas, grana cadentia, uvas, & poma relicta colligi prohibet a Domino proprietario. Nunc autem in proprietatem, & augmentum redditiuum conversa sunt, ut pauperes moriantur fame, quibus sic voluit providere Dominus. *z* Non mentiemini,] Hoc est in prohibitione. Et dicit *Interl.* Non mentiemini, aliquo modo. Ergo mendacium omne quocumque modo fiat, peccatum mortale est, ergo mendacium joci est mortale. Sol. Triplex est mendacium, perniciosum, officiosum, jocosum: Quodlibet est peccatum. Unde *Aug.* in libro de mendacio. Quisquis aliquod genus mendacii esse putaverit, quod non sit peccatum, decipit seipsum turpiter. Primum mendacium ex malignitate, & duplicitate animi procedit, quod fit ut alius lædatur, & est peccatum mortale simpliciter. Secundum fit pro commodo alicujus. Tertium fit joco. De his duobus innuit *Aug.* quod imperfectis sunt venialia, perfectis vero damnabilia: Sed hoc quæstionem habet. Mentiri vero est loqui contra mentem, sive verum sit, sive falsum, quod dicitur. Primum ergo mendacium in prohibitione, alia duo in inhibitione. Vel quoad primum, præceptum est, quoad duo alia autem admonitio. *a* Nec decipiat, &c.] *Radul.* dicit, quia potest sine verbis mendacibus proximo subripi, dum in quolibet rerum contractu, aut vendendo carius, aut emendo vilius subripitur. Unde subditur, nec decipiat in quolibet gradu.

proximum suum. *a* Non perjurabis in nomine meo, *b* nec pollues nomen Dei tui: Ego Dominus. *c* Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur *d* opus mercenarii tui apud te usque mane. *e* Non maledices surdo, nec *f* coram cæco pones offendiculum, sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus. *g* Non facies, quod iniquum est, *h* nec injuste judicabis. *i* Nec consideres personam pauperis, nec honores vultum *k* potentis, Juste judica proximo tuo. *l* Non eris criminator, *m* nec susurro in populis. *n* Non stabis contra sanguinem proximi tui: Ego Dominus. *o* Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed *p* publice argue eum, ne habeas *q* super illo peccatum. *r* Non quæras ultionem, nec *s* memor eris injuriæ civium tuorum. *t* Diliges amicum tuum, *u* sicut teipsum: Ego Dominus. Leges

gradu. Sed quantum liceat mercatori lucrari, definire non possumus: tales enim in confessione justificari difficillimum est. Unde 1.*Thess.*4 Hæc est voluntas Dei, ut non circumveniat quis fratrem suum in aliquo negotio.

a Non perjurabis] *Radul.* Solum perjurium in nomine suo prohibet, per nomen vero externorum Deorum esse prohibet juramentum. Quia igitur in novo Testamento dictum est, ne omnino juremus, propterea, ut ait *Aug.* dictum est, non quia verum jurare peccatum est, a quo nos longe esse voluit, qui omnino ne juremus, admonuit.

Exod. 20. Matth. 5. 22 q. 1 cap. necesse, & q. 1 c. habemus. Deut. 24. Tobia 4.

b Nec pollues] male faciendo, male jurando verum, & licitum juramentum transgrediendo.

c Non facies calumniam] *Gloss.* Gloriam ejus transferendo in te. *Radul.* dicit: Calumnia est, quando quibusdam verisimilibus rationibus res aliena usurpatur, & non manifeste rapina apparet, sed aut corrupto præmiis judice, aut falsis allegationibus decepto, juste videtur possidere, quod injuste diripitur. Calumnia autem, sicut & violentia, Dei judicio condemnatur. Væ ergo illi, qui corrumpit judicem vel munere, vel falsa allegatione. Ideo advocatis difficile datur pœnitentia digna. Unde *B. Bernardus* Eugenium Papam reprehendit, quia hujusmodi homines audiebat, cum potius expediret, ut quilibet suam veritatem sine involucro protestaretur, a qua non recederet per advocationem alicujus.

d Opus mercenarii] *Gloss.* Merces, scil. operis, qua forsitan *vivit* cum uxore, & filiis, & parentibus. Si differtur, deficit victus, etiamsi in crastino recipiat, vim, & calumniam pertulit, quia interim, unde viveret, non habuit. *Radul.* dicit: Si igitur de beneficiis gratis impendendis dictum est: Ne dicas amico tuo: vade, & revertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. *Prov.*3. quanto magis, quod proprio labore acquiritur, non est differendum, cum ab eo exigitur, ultra tempus statutum, quod reddi debetur. Hæc omnia, & quæ sequuntur, plana sunt, & ad litteram moralia.

e Non maledices surdo] *Gloss.* Surdo maledicere, est absenti, & non audienti derogare.

f Coram cæco] offendiculum ponere, est discretam quidem rem agere, sed ei, qui lumen discretionis non habet, scandali occasionem præbere.

g Non facies, quod iniquum est,] tibi, vel proximo, q. d. declina a malo, quod ostendit per partes dicens:

h Nec injuste, &c.] Si potestas vindicandi tibi concessa est, sive ergo per leges Christi, vel Justiniani judicaveris, juste judica. *Raban.* Ab iniquitate aliorum declines, si aliorum perversitates judicare debes. Alioquin si tu illicita aliqua committas, alios judicans teipsum condemnas. Ea enim agis, quæ judicas. *Roman.* 2. Quid ergo alium doces, teipsum non docens? Quid prædicas non furandum, & furaris? Quanta autem æquitas debeat esse in judice, ostendit: Non consideres, &c.] scil. o judex. *Glos.* ut pro paupertate a justitia devies, quia Deus justus judex, nec debes illo esse misericordior.

k Potentis.] *Gloss.* Quia nemo potentior Deo, cujus est judicium, cujus personam in judicando geris.

l Non eris criminator,] Criminator idem est, quod detractor, qui scil. in alieno opprobrio delectatur, & interdum crimina proximis imponit. Sunt autem tres species detractorum. Prima est mala proximorum ad diffamandum libenter publicantium. Secunda est, aures talibus libenter præbentium. Tertia est, crimina de proximis falso fingentium. *Radul.* E converso: Justus in principio sermonis sui, accusator est sui. *Prov.* 18.

m Nec susurro] Susurro est, qui in facie alii blanditur, & absens eidem detrahit, & mala de illo, sicut bilinguis, aliis insusurrat. *Eccles.* 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. *Rom.* 1. Susurrones, & detractores Deo odibiles. *Eccles.* 28. Susurro, & bilinguis maledictus; multos enim turbavit pacem habentes. *Eodem* 5. Non appelleris susurro in vita tua. Item 21. Susurro coinquinabit vitam suam, & in omnibus odietur.

n Non stabis contra sanguinem] idest, vitæ ejus tollendæ opere, vel consensu, vel approbatione non insidiaberis, vel optando mortem ejus.

Deut. 1. Rom. 3. Ephes. 4. Act. 10. Jac. 2. 1. Petr. 1. Eccl. 19. Matth. 18. Luc. 17.

o Non oderis fratrem tuum] *Gloss.* Quemlibet hominem.

D

p Sed publice] *Rad.* idest, manifeste, idest, in præsentia ejus, non in absentia. *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, *Eccles.* 19. Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, non feci; aut si fecerit, ne iterum addat facere.

Eccl. 12. Matth. 5. Marc. 11. Galat. 1. Jac. 1. 21. q. 4. c. cum in lege.

q Super illo peccatum.] *Gloss.* detrahendo.

r Non quæras ultionem,] Si sis privata persona, non quæras ultionem personaliter. Si communis sis persona, i. judex, vel prælatus, communiter quæras, non personaliter, nec propter te, sed propter Deum sine libidine vindictæ. *Radul.* Quod nostri juris videtur esse, injuriis nobis illatis, proximis relaxemus, divinumque judicium expectemus, non ejus officium usurpemus, qui ait: Mihi vindicta, & ego retribuam. *Is.* 59. *Rom.* 12. *Eccles.* 28. Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecabitur Altissimum? Ipse, dum caro sit, reservat iram, & propitiationem quærit a Deo? Ideo dicit Dominus *Luc.*6. Dimittite, & dimittemini.

Deut. 32.

s Memor] ut vindices scilicet.

t Diliges amicum tuum,] *Septuaginta* habent, proximum, idest, quemlibet hominem. Sed contra *Matth.* 5. dictum est antiquis. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Solut. Additum est a Judæis hoc, scil. odio habebis inimicum tuum, qui proximum male intelligunt, scil. tantum illum, qui proximus est religione, vel beneficii collatione, non proximum natura. Quod exponens Dominus, ait: Ego autem dico: Diligite inimicos vestros.

u Sicut teipsum:] idest, ad id, quod teipsum, vel eo ordine, quo teipsum scil. citra Deum, & supra corpus proprium, & omnia temporalia. Vel eo modo, quo teipsum, idest, ut hominem factum ad imaginem, & similitudinem Dei, non ut fratrem, aut cognatum. Nemo enim sibi frater est, aut cognatus, sed quilibet sibi homo. Qui ergo diligit alium, quia frater, vel cognatus, non diligit sicut seipsum. Hoc ultimo modo exponit *Aug.* in libro de doctrina Christiana.

a in seq. folio

a Jumenta tua, &c.] Sacra Scriptura, modo historica est, modo prophetica, modo proverbialis, modo doctrinalis. Historia est rerum gestarum simplex narratio. Prophetia est rerum futurarum certa prædicatio, vel absconditarum proditio. Primo modo stricte sumitur Prophetia, scil. tantum pro futuris. Secundo modo large, scil. de præsentibus, præteritis, & futuris. Proverbialis locutio, ut dicit *Radul.* aliud sonat in superficie litteræ, aliud dat interius intelligere ad morum instructionem. Doctrinalis est, quæ fidem astruit, & mores aperte informat. Historica, & Prophetica, in parte permixtæ sunt. Similiter proverbialis, & doctrinalis. Quinque libri Moysi, & Josue, & Judicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdras, Esther, quatuor Evangelia, Actus Apostolorum, ad divinam pertinent historiam. Nam Tobias, & Judith, & Machabæorum libri, quamvis ad instructionem legantur, perfectam tamen auctoritatem non habent, & tamen cum aliis ad divinam historiam pertinent. Job partim est historicus, partim propheticus, partim proverbialis. Libri Salomonis proverbiales. Similiter Ecclesiasticus. Liber Sapientiæ partim historicus, partim propheticus, partim do-

doctrinalis. Prophetæ, modo historici sunt, modo Prophetici, modo doctrinales. Simplex doctrina est de fide, & de moribus, de qua sunt epistolæ Pauli, & septem canonicæ. Liber Apocalypsis totus propheticus est. Hæc distinctio hic necessaria est. Moribus enim Moyses figuras adjungit, dicens.

3. Reg. 2.

meas custodite. *a* Jumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum *b* non feres diverso semine. *c* Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris. Homo si dormierit cum muliere, coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata, vapulabunt ambo, & non morientur, *d* quia non fuit libera. Pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonii arietem, orabitque pro eo sacerdos, & pro delicto ejus coram Domino, & repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum. *e* Quando ingressi fueritis *f* terram, & plantaveritis in ea ligna pomifera, *g* auferetis præputia eorum. *h* Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto anno omnis fructus eorum *i* sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fructus, *k* congregantes poma, quæ proferunt. Ego Dominus Deus vester. Non *l* comedetis cum sanguine. *m* Non augurabimini, nec *n* observabitis somnia.

a Jumenta, &c.] Sed cum Salomon, & Prophetæ mulas habuisse legantur, necesse est hæc mystice intelligi, & exponi, & non ad litteram. Præcipitur igitur hic Prælatis curam gregis habentibus, ne jumenta sua, i. simplices, filios tamen sanctorum, non permittant habitare cum Hæreticis aliter viventibus, aut etiam cum fidelibus a sanctitate degeneratibus. Et, hoc quod dictum est hic, innuit *Gloss.* illa. Hæc ad litteram, &c. Tenebantur autem Judæi ad litteram hæc servare. Sed subintelligendum est secundum ritum gentium, & maxime Ægyptiorum, cum quibus habitaverant. Ægyptus enim omnium gentium venerans monstra Deorum, in honorem diversorum Deorum, quos putabant talibus præesse, diversa jumenta coire faciebat, diversa semina in agro, diversas materias in veste sociabat, diversos etiam cincinnos capitis, diversis Diis sacrificabat, & ideo hæc ad litteram prohibuit fieri Judæis. Unde in principio horum præceptorum supra scil. 18. dixit Dominus: Juxta consuetudinem terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis. Item: Juxta morem regionis, ad quam introducam vos, non agetis.

Deut. 22.

E

b Agrum non feres diverso semine.] idest, partem agri non feres uno semine, scil. tritico, & aliam partem alio semine, scil. hordeo. Non enim præcipit, ut tantum grana tritici pura penitus sine aliquo alterius seminis grano serantur in agro uno. Hoc enim maximus esset labor, nec ita possent eligi grana unius seminis, quin ibi esset aliquod granum alterius seminis.

c Veste quæ ex duobus] idest, ex duabus materiis, lino scil. & lana, vel duobus coloribus. In quo arguuntur clerici nostri temporis, omni genere vestium fere vestiti etiam diversiculorum.

Mystice autem duplicitatem prohibet Dominus, quæ vestis adulterina, qua homo munditiam, & bonum opus simulat exterius, interius autem plenus est spurcitia, & omni dolo, qui loquitur pacem cum proximo suo, mala autem in corde ejus. De quibus dicitur *Matth.* 7. Venient ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. *d* Quia non fuit libera.] Videtur innuere, quod si esset libera, uterque moreretur. Quod non est verum: Adulterium enim solum, non fornicatio morte puniebatur, ut dicitur *Deut.* 22. Solut. Quod hic de vapulatione præcipitur, refertur ad ancillam, quæ sponsum non habet. Sed iterum objicitur, quod dicitur *Deut.* 22. Si invenerit vir puellam, quæ non habet sponsum, & dormierit cum ea, habebit eam uxorem, ergo non debet vapulare. Solutio: Aliud judicium erat, si quis corrupit puellam nobilem, sive liberam; aliud, si ancillam. Primi conjungi matrimonio jubentur, dummodo velit pater puellæ, etiamsi nolit ille, qui corrupit liberam. Alii jubentur vapulare. Violatio vero alieni thori puniebatur morte. *e* Quando ingressi fueritis] Summa hujus præcepti est, ut Judæi tribus primis annis, quando prima vice ingressi essent terram promissionis, plantatas arbores præputiarent, i. fructus nascentes projicerent quasi immundos, in quarto anno sacrificarent eos Domino, i. sacerdotibus offerrent, & nihil sibi retinerent, sed essent pauperum. In quinto anno, & deinceps possent retinere, & reservare, & edere. Sed quærit *Radul.* Quæ apparet ratio hic, ut fructus annorum quasi immundos abjicerent? Nonne fecit Deus omnia valde bona? Ita ergo & hic. Item quare magis in quarto, vel quinto anno poterat comedi fructus arborum, quam secundo, vel tertio? Videtur hic coarctari Judæus, & quod in figura præceptum esse videatur, debere fateri. Terra igitur promissionis est anima propria uniuscujusque. De qua *Matth.* 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et *Luc.* 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hæc terra fluit lac, & mel. Hæc terra montuosa est, & campestris, expectans pluviam de cœlo. Ab hac peregrinantur, qui in carne habitant, voluptati corporis dediti. De quibus Apostolus *Rom* 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Nihil enim præter carnem sapiunt, in qua vigilat omnis eorum intentio, de quo alibi dicitur: Vos in carne non estis, sed in spiritu. *Psalm.* 41. Effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Ad hanc terram homo de Ægypto ascendit per desertum pœnitentiæ, sed non nisi pœnitens. De quo dicitur: Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco, quem posuit. In hac terra ligna plantantur pomifera, cum emissis ab anima vitiorum spinis, virtutum plantaria inseruntur. Ex his primo, & secundo, & tertio anno præputia auferimus, cum prima opera justitiæ, & secunda, & tertia, quousque creverimus in virum perfectum, laudare non præsumimus, ut munda, cum adhuc multum pulveris possit eis adhærere propter juvenilem ætatem, vel novitatem religionis. Quarto autem anno Domino fructus noster sanctificatur, cum doctrina Evangelica solidati, & quadrati in spiritu, toti spirituales effecti, nihil nisi in spiritu gustamus. Et quicquid boni agimus, Deo, non nobis tribuimus, nihilque de nostra virtute, sed de sola ejus gratia confidimus. Qui enim confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commovebitur in æternum. *Jer.* 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Quinto anno fructus nostros comedimus, cum super bona, quæ agimus, in Domino gratulamur.

Moraliter.

Rom. 8. Sap. 19.

Psal. 83.

Psal. 124.

f Terram,] scil. promissionis, scil. terram Channan.

g Auferetis præputia eorum.] idest, poma, quæ germinant, idest, primo nascuntur, immunda erunt vobis, & abjicietis.

h Poma quæ germinant, &c.] Exponit, quod dixerat.

i Sanctificabitur] idest, offeretur sacerdotibus, & erit pauperum.

k Congregantes poma,] Ille poma congregat, qui licet in virtutibus crescat, tamen in omnibus humilitatem servat. Alioquin, ut dicit *Greg.* qui virtutes sine humilitate congregat, quasi qui in vento pulverem portat.

l Non comedetis cum sanguine.] secundum ritum Gentilium, scil. esum sanguinis in veneratione idoli. Ad litteram hoc prohibet: Mystice autem consensum peccandi. Comedit enim carnem cum sanguine, qui aliquem carnaliter ad peccata pronum, in suam societatem, & familiaritatem admittit.

m Non augurabimini,] i. volatu avium nullam futurorum capietis significationem, licet in arca ex corvo, & columba signum acceperit Noe: Et Joannes Baptista ex columba descendente super Christum baptizatum: Et *Greg.* ex locusta sibi assistente, & movente se a loco, cognovit ut homines sequentes se expectaret. Sed isti ex his superstitiosum signum non capiebant: Unde Gentilis superstitio hic damnatur ad litteram, ut ibidem dicit *Gloss.* per partem totum significat, omnes hujusmodi superstitiones condemnans. Qui enim talia curat observare, Deum videtur infamare, tanquam plus scientiæ avibus, quam hominibus contulerit.

n Nec observabitis somnia.] Sed objicitur de Joseph, & Daniele, qui somnia exposuerunt. Ad quod dicitur, quod sunt quinque species somnii, sicut dicit *Macrobius*, scilicet

Gen. 41. Dan. 2. & 4.

a Neque in rotundum attondebitis comam, nec *b* radetis barbam. Et super mortuo non *c* incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut *d* stigmata facietis vobis; Ego Dominus. *e* Ne prostituas filiam *f* tuam, ne *g* contaminetur terra, & impleatur *h* piaculo. *i* Sabbata mea custodite, & *k* Sanctuarium meum metuite: Ego Dominus, Non *l* declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos: Ego Dominus Deus vester. Coram cano capite *m* consurge, & *n* honora personam *o* senis, & *p* time Dominum Deum tuum: Ego sum Dominus. Si habitaverit *q* advena in terra vestra, & moratus *r* fuerit inter vos, ne *s* exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipsos. *t* Fuistis enim & vos advenæ in terra Ægypti: Ego Dominus Deus vester. Nolite *u* facere iniquum aliquid in judicio, in *x* regula, in *y* pondere, in *z* mensura. *a* Statera justa, & æqua sint pondera, justus modius, æquusque sextarius. *b* Ego Dominus *c* Deus *d* vester, qui *e* eduxi vos de terra Ægypti. *f* Custodite omnia præcepta mea, & universa judicia, & facite ea: Ego Dominus.

licet somnium, insomnium, visio, visum, phantasia. Duo istorum, scil. visio, & visum, videntur aliquid portendere, nec sunt prohibita, sed alia tria prohibentur. Sed tamen dicimus, quod in nullo somnio spes ponenda est. Unde *Eccles.* 34. Somnia extollunt imprudentem. Sed nec Joseph, nec Daniel spem posuit in somnio, sed somnia sibi revelata a Deo, ad laudem Dei exposuerunt. Unde *Gregorius* sic exponit: Non observetis somnia provenientia, scilicet ex ventris repletione, vel exinanitione, vel verbo inani, vel morbo, vel stulta cogitatione præcedente. Somniis autem habentibus ortum ex revelatione, ut somnium Joseph, vel ex cogitatione simul, & revelatione, ut somnium Danielis, i. somnium Nabuchodonosor, quod revelatum fuit Danieli: Talibus, inquam, credendum est. Quandoque autem fiunt somnia ex illusione diaboli falsa suggerentis, & ideo distinguere inter tot somniorum varietates difficile est.

F

a Neque in rotundum attondebitis comam,] scil. ad ornatum corporis, ut faciunt quidam de cæsarie sua gloriantes. Unde hic prohibetur quædam superbia, vel ritus gentilium, qui comam tondentes in rotundum, eam dæmonibus immolabant. Non igitur tonsura, sed tondentium ritus, & intentio mala, & significatio hujus secundum gentiles, & modus prohibetur.

b Nec radetis barbam.] ut dæmonibus placetis, secundum ritum gentilium, vel ut vos effeminetis. Hoc enim signum est mollitiei, & sæpe malum ex hoc secutum est. Barba enim fortitudinis, & sapientiæ speciem gerit. Barbam igitur servare jubemur, ut in vultu, habitu virtutis formam ferre valeamus. *Septuaginta* habent: Ne corrumpas faciem barbæ.

ut Th. 4. *c* Non incideris carnes, &c.] scil. ut sacerdotes Baal, quos occidit Elias, 3. *Reg.* 18. Vel, ut dicit *Interl.* sicut gentiles spem resurrectionis non habentes. Unde: Ne contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.

d Aut stigmata] Stigmata dicebantur quædam signa, quæ fiebant in manibus militum, ut de militia Imperatoris esse viderentur, & cognoscerentur. Prohibet ergo, ne hujusmodi characteres faciant, quibus humanam videantur profiteri subjectionem, qui divinam professi sunt firmitatem. Alterius modi sunt stigmata, de quibus dicit Apost. *Gal. ult.* Stigmata Domini Jesu in corpore meo jugiter porto. Quæ sunt signa pœnitentiæ, scil. paupertas, maceratio carnis, & hujusmodi. Hæc enim fieri monet Apostolus: Illa fieri prohibet Dominus.

e Ne prostituas] *Glos.* qui debes corrigere.

f Filiam tuam, neque quamlibet aliam, in quacunque necessitate sis positus. Quia mulier prostituta, multis est causa perditionis. *Joel.* 3. Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino. *Eccles.* 7. Filiæ tibi sunt, serva corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Item *Glos.* Filiam tuam, carnalem, vel animam. Unde: Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam. Hæc recedendo a Deo, fornicatur cum dæmonibus.

Ps. 21.

g Ne contaminetur terra,] idest, habitatores terræ, *Glos.* Terra, corpus, quod est in terra, in quo dominatur omnis iniquitas fornicante anima.

h Piaculo:] *Septuaginta* habent, fornicatione. Unde nota, piaculum quandoque dicitur pœna, & tunc sumitur active, i. quod piat, sive purgat. Quandoque pro culpa, ut hic, & tunc sumitur passive idest, quod piatur.

i Sabbata mea custodite,] i. omni die ab omni opere servili abstinete. Unde *Interl.* dicit: Feriantes ab omni malo. Contra hoc mandatum aperte faciunt, qui maxime in festis diebus operibus diaboli, scil. comessationibus, & potationibus, & choreis, & hujusmodi vacant, potius festa Baal, quam Domini celebrantes. Magnus est enim Deus Baal, qui tot, & tanta comedit, ut dicitur *Dan.* 14.

k Et sanctuarium meum, &c.] Ne scil. indigne intretis, scil. cum voluntate retinendi peccata, & sic vasa sancta male tractetis, & officia exerceatis, & occidamini, sicut Nadab, & Abiu, qui ignem alienum offerre voluerunt: *Supra* 10. Et manus Ozæ, ad arcam extensa, arefacta est, 2. *Reg.* 6. & Ozias, qui obtulit sacrificium, lepra percussus est, 2. *Par.* 26. Datan, & Abiron absorpti sunt a terra, *Num.* 16. Si ergo illi loco, ubi figuræ tantum, ubi sanguis hircorum tantum offerebatur, tanta reverentia debebatur, ut transgressores tam graviter punirentur, quanto major spirituali templo, ubi quotidie corpus, & sanguis Filii Dei offertur, debetur reverentia, magisque puniendus transgressor in eo? Et hoc est, quod dicitur *Hebr.* 10. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miserationa duobus, vel tribus testibus moritur, quanta magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei maculaverit, &c. Sed conqueritur Dominus per *Jer.* 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa.

Exod. 10.

l Non declinetis ad magos, &c.] q. d. Me interrogate, cum opus fuerit, non dæmones: juxta illud *Is.* 8. Cum dixerint ad vos, quærite a Pythonibus, & divinis, qui strident in incantationibus suis, nunquid non populus a Deo suo requiret visionem pro mortuis, ac vivis? Ad legem magis, & testationem, 1. *Par.* 10. Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo quod prævaricatus fuerit mandatum Domini, insuper, & Pythonissam consuluerit, nec speravit in Domino. *Isid.* super *Deut.* 18 Magi sunt malefici. Hi sunt qui elementa concutiunt, & mentes hominum turbant, & sine ullo veneni haustu, violentia carminis alienant. Ubi nos habemus, ad magos, *Septuaginta* habent, ad ventriloquos, idest, Pythones, vel fallos Prophetas, qui de ventre cordis sui, fabulas quasdam, & fœtentes doctrinas proferunt, sicut dicit *Interl.*

m Consurge,] deferendo.

n Honora] ut minores quoque assurgant tibi.

o Senis,] ætate, vel sapientia. *Sap.* 4. Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata, *Job* 12. In senibus est sapientia, & in multo tempore prudentia. 1. *Tim.* 5. Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. *Eccles.* 4. Presbytero humilia animam tuam, & magnato caput tuum. *Thr.* 4. Facies Domini divisit eos, non addet, ut respiciat eos: Facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. Sed nunquid peccat mortaliter aliquis, quotiescunque non assurgit seniori?

p Time Deum] *Radul.* Ad hoc time, ut facias, quod præcipit. Cum enim negligitur, qui honorandus est, Deus offenditur.

q Advena] noviter conversus. *r* Moratus fuerit] fidelis factus. *s* Ne exprobreris] eo quod infidelis fuit.

t Fuistis enim, &c.] idest, alieni a Deo. *Job* 5. Visitans speciem tuam non peccabis. *u* Facere iniquum] accipiendo personam dicit *Interl.*

x In regula,] *Interl.* Genus sequentium specierum, scilicet ponderis, & ceterorum.

y In pondere,] metallorum. *z* In mensura.] vini, & olei, & hujusmodi. *a* Statera] qua ponderatur aurum, vel argentum, & hujusmodi. *b* Ego Dominus] & non alius, & cujus vos servi. *c* Deus] a quo estis creati. *d* Vester,] quem diligere debetis. *e* Qui eduxi, &c.] idest, qui in multis feci voluntatem vestram.

f Custodite omnia, &c.] *Glos.* tanquam thesaurum, ne prætereat unus apex, vel unum jota, *Matth.* 5.

EXPOSITIO CAP. XX.

LOcutusque est Dominus. *a* De femine fuo] i. de filiis, vel filiabus. *Gloss.* jam superius dixerat, sed hic pœnam addit. *b* Moloch,] idolum Ammonitarum, quod interpretatur rex. Sed quæritur, quare hoc idolum magis quam Chamos idolum Moabitarum, vel Baalim Deum Accaronitarum, vel alia idola potius exprimit. Dicimus quod ideo, quia huic idolo consecrabant filios, & filias suas per ignem trajiciendo. Unde Salomon etiam deceptus amore mulierum, huic idolo Phanum consecravit; 3. *Regum* 11.

A

c Polluerit] quantum in se est.

d Dimiserit hominem,] qui sibi nocet, & aliis malo exemplo; unde ab omnibus puniri jubetur, quia omnibus nocet.

Rom. 1.

e Et omnes, qui consenserunt] *Gl.* Non solum, qui faciunt puniuntur, sed etiam, qui consentiunt facientibus, scilicet illi, qui legitime possent accusare, vel arguere, vel monere, & non faciunt.

f Anima, quæ declinaverit] *Radul.* De Deo desperant, qui istos consulunt. Ochozias rex Israel cum ægrotaret, de infirmitate sua consuluit Beelzebub Deum Accaron, & audivit ab Elia Propheta Domino dicente per Angelum: Nunquid non est Deus in Israel, ut eas ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem hæc dicit Dominus: Morte morieris, nec descendes de lecto, quem ascendisti, *quarto Regum primo*. Item *Gloss.* Grande peccatum est ad magos, & ariolos declinare, hoc est enim a Deo recedere.

B

Num. 21. Josue 1. 3. Reg. 16.

Exod. 22. Prov. 20. 26 dist. c. ceterum.

g Ego] quasi dicat, & non alius.

h Dominus] cujus vos servi.

i Deus] qui creavit vos de nihilo, cujus vos creatura.

k Vester.] qui tot beneficia contulit, & ideo mei debetis esse.

l Qui maledixerit patri suo,] *Gloss.* Ingratus naturæ beneficiis, & creatori, qui omnium pater est.

m Morte moriatur.] *Gloss.* Gravis pœna, quia gravis culpa. Et si Evangelium non tam graviter puniat in præsenti, quia remittit rigorem legis, ut agatur pœnitentia, reatus tamen hic, & sub lege par est. *n* Si mœchatus] *Radul.* Sed objicitur de David non sic punito pro uxore proximi. Respondetur, quod Dominus transtulit ab illo peccatum suum. 2. *Reg.* 12. Et in illo Evangelicæ mansuetudinis, & misericordiæ forma fuit, dum pœnitendo, & confitendo abluit culpam, & legalem evasit sententiam. Item nota: Omne adulterium corporale inducit spirituale, sed non e converso. Ergo adulterium corporale est majus, sive pejus. Sol. Non quodlibet peccatum mortale semper dicitur adulterium spirituale, sed aliquando tantum hæresis. Unde *Gloss.* Spiritualiter adulteratur, qui legis dogmata corrumpit, & hæresis majus peccatum est, quam adulterium corporale. Et sic prima propositio falsa.

o Qui dormierit] Repetit dicta, ut pœnam addat, & subscribat. *Radul.* Hoc fecit Ruben cum Bala concubina patris, unde & maledicitur sic. Ruben ascendisti cubile patris tui, effusus es, sicut aqua, non crescas. *Gen. pen.* Sic & Absalon ad concubinas patris sui David ingressus est. 2. *Reg.* 16. quas reliquerat David ad custodiendam domum suam: Ambo similiter puniti sunt, quia peccatum simile commiserant.

p Qui dormierit cum masculo coitu femineo,] *Radul.* Quærit aliquis, quomodo divinus sermo de tam turpibus, & execrabilibus loquatur. Respondetur, ut nostra vitia arguat sine contaminatione aliqua. Sicut enim radius solis immunda illustrat, & penetrat sine contagio, sic & stylus Spiritus Sancti propter suam munditiam, & nihil inquinatum incurrit in illum, *Sapient.* 7. Si potio Sacræ Scripturæ amara est tibi, quid accusas medicum, quod antidoto te curet? Diversæ ægritudines, & diversi mores, varias expetunt medicinas; omnium autem salus in verbo vitæ posita est. Nihil ergo in ejus arte superfluum; quod non prodest alteri, prodest tibi. Et Apostolus 1. *Tim.* 1. Justo non est lex posita. Imposita in onus, idest, ei non est onerosa, idest, non eum terret. Non enim sub lege est, sed cum lege, hoc habens in voluntate ejus, quod illa in præceptione. Si ergo divino munere jam talis effectus es, gratias agas Deo, a quo tantam consecutus es gratiam. Aliis tamen adhuc languentibus, ne velis subtrahi medicinam. Injustis enim lex posita est. Si justus es, non terreris; si injustus, non reprehendas medicinam. Novit spiritus, cui debet, quibus loquatur, & de quibus, ut per ea ægrotis subveniatur. Omnia ergo, quæ in stylo ejus inveneris, commenda, nihil ducas spernendum, nihil æstimes adimendum. *q* Ardebit cum eis,] Sed quomodo cum eis, cum altera fuerit mortua, quando alteram ducit? Ita enim supra dictum est, quod scil. prohibet concubitum talium personarum, etiam post mortem unius. Ideo sic expone. Cum eis, i. cum matre quam post mortem filiæ duxit. Vel forte prohibet nuptias, utraque illarum vivente, unius post alteram. *r* Pecus, &c.] Sed quare occiditur, cum nullam ibi habuerit culpam? Sol. Ideo ut perpetrati sceleris memoriam suscitet hominibus. Ita innuit ibi quædam *Gloss.* *f* Et viderit turpitudinem, &c.] *Aug.* i. concumbendo cognoverit, sicut ibi: Cognovit Adam uxorem suam, i. ei mista est:

C

Sap. 18. & 25. q. 1. c. noster.

t Portabunt, &c.] *Gloss.* Pœnam scil. iniquitatis. Item *Gloss.* Ipsum peccatum erit pœna. Contra: Omnis pœna a Deo est, nullum peccatum a Deo, ergo nullum peccatum pena. Item peccatum nihil est, omnis pena aliquid est, ergo nullum peccatum pœna. Solut. Duplex est pœna: scil. sensus, & damni. Pœna sensus a Deo est, & ali-

Gen. 4.

C A P. XX.

LOCUTUSQUE est Dominus ad Moysen, dicens: Hæc loqueris filiis Israel: Homo de filiis Israel, & de advenis, qui habitant in Israel: Si quis dederit de *a* semine suo idolo *b* Moloch, morte moriatur: Populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminaverit Sanctuarium meum, ac *c* polluerit nomen sanctum meum. Quod si negligens populus terræ, & quasi parvipendens imperium meum, *d* dimiserit hominem, qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere: ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem ejus, succidamque & ipsum, & *e* omnes, qui consenserunt ei, ut fornicarentur cum Moloch de medio populi sui. *f* Anima, quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis: ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini, & estote sancti, quia *g* ego sanctus *h* Dominus *i* Deus *k* vester. Custodite præcepta mea, & facite ea. Ego Dominus, qui sanctifico vos. *l* Qui maledixerit patri suo, aut matri, *m* morte moriatur. Qui patri, matrique maledixerit, sanguis ejus sit super eum. Si *n* mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriantur & mœchus, & adultera. *o* Qui dormierit cum noverca sua, & revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriatur, quia scelus operati sunt: Sanguis eorum sit super eos. *p* Qui dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur: Sit sanguis eorum super eos. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, scelus operatus est: Vivus *q* ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. Qui cum jumento, & pecore coierit, morte moriatur, *r* pecus quoque occidite. Mulier, quæ succubuerit cuilibet jumento, simul interficietur cum eo: Sanguis eorum sit super eos. Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & *f* viderit turpitudinem ejus, illaque conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi, eo quod turpitudinem suam mutuo revelaverint, & *t* portabunt iniquitatem suam. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo,

& aliquid est, & talis non est peccatum, ut objectum est. Pœna damni est privatio boni naturalis, & amissio gratuiti: Talis pœna peccatum dicitur uno modo, Peccatum enim dicitur actio mala, vel ipsa malitia, i. privatio boni. Alio modo dicitur improprie: Peccatum est pœna, i. subtractio gratiæ per consequens peccatum, est pœna. *a* Aperuerit fontem sanguinis] i. admiserit coeuntem ad locum, in quo est fons sanguinis profluii. Hebræus leprosam non sequebatur extra castra, sed mittebat ei necessaria, quod miratur *August.* & Ecclesiam præcipere viro, debitum reddere uxori leprosæ; cum lepra non tantum corruptio sit, & morbus, sed & mors, menstruum vero tantum morbus naturalis. Admiratur, sed non solvit:

D

b Interficientur ambo] Videtur sibi esse contrarius, cum eisdem *superius c.* 15. legem purgationis indixerit. Solutio: Supra locutus est de accedente ignoranter, hic autem de accedente scienter, & muliere volente.

Sup. 18.

c Absque liberis] *Gloss.* Non quod filii talium interficiantur, sed filii eorum lege succedere prohibentur. Quia, ut dicit *Augustinus* qui ex tali concubitu nati sunt, non sunt liberi, etsi filii; unde & in hæreditate succedere non possunt, sive prohibentur. Vel absque liberis, idest, ipsi morientur, & non liberi, sive filii.

& revelaverit turpitudinem ejus, ipsaque *a* aperuerit fontem sanguinis sui, *b* interficientur ambo de medio populi sui. Turpitudinem materteræ tuæ, & amitæ tuæ non discooperies: Qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudavit, portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum uxore patrui, vel avunculi sui, & revelaverit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum, absque *c* liberis morientur. *d* Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui revelavit; *e* absque liberis erit. *f* Custodite leges meas, atque judicia, & *g* facite ea, ne & vos *h* evomat terra, quam intraturi estis, & habitaturi. *i* Nolite ambulare in *k* legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Vobis autem loquor: Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram *l* fluentem lacte, & melle. Ego Dominus Deus vester, qui *m* separavi vos a ceteris populis. Separate ergo & vos jumentum mundum ab immundo, & avem mundam ab immunda, ne *n* polluatis animas vestras in pecore, & in avibus, & cunctis quæ moventur in terra, & quæ vobis *o* ostendi esse polluta. Eritis sancti mihi, quia sanctus

d Qui duxerit uxorem fratris sui,] Contradicere videtur ei, quod dicitur *Deut.* 25. de semine suscitando. Solutio: Ibi causa prolis præcipitur, hic causa libidinis prohibetur. Item hic intelligitur de fratre mortuo non habente filios: vel de fratre adhuc vivente, ut Herodes. *Matth.* 14. Ibi de fratre mortuo, & non relinquente filios.

e Absque liberis erit.] Expone, ut *supra*. *f* Custodite.] voluntate. *g* Facite] opere. *h* Evomat] i. ejiciat.

i Nolite ambulare] in pejus proficiendo.

k In legitimis nationum,] i. in superstitionibus, quas legitimas putant. *l* Fluentem lacte, & melle.] i. pascuis, & arboribus fertilem, sive abundantem. *Gloss.* Lacte, deliciis beatitudinis, quibus nihil suavius, nihil dulcius; & sine omni labore, & dolore erunt sicut mel, & lac, quæ sine nostro labore præparantur. *m* Separavi] Habitu, cibo, religione, signo. *n* Ne polluatis animas vestras] comedendo immunda. *o* Ostendi] *supra* 11. quasi dicat: Cavete ea, quæ immunda esse ostendi vobis. Quod si feceritis. Eritis, &c. *p* Pythonicus,] Non loquitur de arreptitiis, sed de illis qui per magicas artes, & maleficia dæmonibus deserviunt.

q Sanguis eorum sit super illos.] idest, pœna pro peccatis eorum in eis sit; & sibi imputent, non aliis.

EXPOSITIO CAP. XXI.

Dixit quoque Dominus ad *r* Moysen:] Egit Moyses de sanctimonia populi, ubi dixit: Sancti estote, &c. hic agit de sanctimonia sacerdotum, non omnium, sed minorum tantum. Infra vero agit de sanctimonia summi sacerdotis. Ad litteram vero intendit hic prohibere sacerdotibus tactum morticini, & ne intersint funeribus mortuorum, exceptis quibusdam, qui in littera ponuntur. Sed quærit *Radul.* Nonne sepelire mortuos opus est pietatis? Nonne in hoc commendatus est Tobias? Sed tactus mortuorum communicatio est peccatorum. Peccatum enim mors est. Unde *Sapient.* 1. Deus mortem non fecit. *Gloss.* i. peccatum, quod est causa mortis. Præcipit ergo:

Tob. 12.

Deut. 18. 1. Reg. 28.

ego sum Dominus, & separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei. Vir, sive mulier in quibus *p* pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, *q* sanguis eorum sit super illos.

CAP. XXI.

DIXIT quoque Dominus ad *r* Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: *s* Ne contaminetur sacerdos in mortibus civium suorum, nisi tantum in *t* consanguineis, ac propinquis, idest, super patre, & matre, & filio, ac filia, fratre quoque, & sorore virgine, quæ non est *u* nupta viro, sed *x* nec in principe populi sui contaminabitur. Non radent caput, nec barbam, *y* neque in carnibus suis facient incisuras. *z* Sancti erunt Deo suo, & non pollucnt nomen ejus. *a* Incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. *b* Scortum, & vile prostibulum non *c* ducet uxorem, *d* nec eam, quæ repudiata est a marito, quia consecratus est Deo suo, & panes propositionis offert: Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. *e* Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, *f* flammis

s Ne contaminetur, &c.] idest, ne criminum particeps efficiatur, nec vitam popularem agat. Ne contaminetur. *Gloss.* Littera a pollutionibus mortuorum abstinere præcipit sacerdotes. Vel, Ne contaminetur, ad litteram, idest, ne exeat ad lugendum mortuos cives, & ita contaminetur secundum legem.

A

t Nisi tantum in consanguineis,] q.d. super consanguineis mortuis licitum est eis lugere, scil. super patre, & matre, fratre, & sorore, virgine, filia, filio. Summo vero Pontifici ad nullum mortuum plangendum licebat exire. Unde, & Dominus Papa nullis dicitur interesse funeribus mortuorum.

B

u Quæ non est nupta viro,] idest, non est alienata a domo Sacerdotis. *x* Sed nec in principe] Multo fortius, nec in aliquo de populo. *y* Neque in carnibus, &c.] More gentilium, qui ita deflebant mortuos suos, unguibus incidendo carnes suas, & depilando caput suum, quasi non habentes spem resurrectionis, quam debent habere sacerdotes, & alii, & ideo prohibentur hoc facere. *z* Sancti erunt, &c.] Justum enim est, ubi sancti sunt, ut alios ad sanctitatem invitent, & eam prædicent.

a Incensum enim, &c.] Argumentum, quod altare thymiamatis erat in sanctis citra velum, quod est contra *August.* quia ultra velum non licebat minoribus sacerdotibus introire.

b Scortum, &c.] Post fidei integritatem, quam debent habere sacerdotes, subdit de sanctitate vitæ. Unde sicut in *Gen.* 28. interdicitur Jacob, ne accipiat uxorem de filiabus Chanaan: Ita hic præcipitur sacerdotibus, ne scortum accipiant in uxorem, neque repudiatam, &c. *Prov.* 6. Pretium scorti vix unius panis est: Mulier autem pretiosam animam viri capit.

c Non ducet] scilicet, quilibet sacerdos de minoribus, quia de summo sacerdote postea dicet, quod nisi virginem ducat in uxorem.

d Nec eam quæ repudiata est a marito,] quia culpabilis inventa est. Et tota familia sacerdotis probata debet esse, & electa.

e Sacerdotis filia, &c.] *Gloss.* Grave est cujuslibet filium fornicari, sed maxime sacerdotis, qui debet habere filios subditos in omni castitate. *f* Flammis] Hanc severitatem docet *Aug. in lib. de civit. Dei*, Gentiles tenuisse con-

a exuretur. Pontifex, ideſt, ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper *b* cujus caput fuſum eſt unctionis oleum, & cujus manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtituſque eſt ſanctis veſtibus, caput ſuum non *c* diſcooperiet, veſtimenta non *d* ſcindet, & ad *e* omnem mortuum non ingredietur *f* omnino. Super patre quoque ſuo, & matre non contaminabitur, nec *g* egredietur de ſanctis, ne *h* polluat ſanctuarium Domini, quia oleum ſanctæ unctionis Dei ſui ſuper eum eſt; *i* Ego Dominus. Virginem *k* ducet uxorem, *l* Viduam autem, & ejectam, & ſordidam, atque meretricem non accipiet, ſed puellam de populo ſuo, ne commiſceat ſtirpem generis ſui *m* vulgo gentis ſuæ, quia ego Dominus, qui ſanctifico eum. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad Aaron: Homo *n* de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non *o* offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium ejus. Si *p* cæcus fuerit, ſi *q* claudus, ſi vel parvo, vel grandi, & torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel herniofus: Omnis, *r* qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo: *ſ* veſcetur tamen panibus, qui offeruntur in ſan-

contra eas, quæ caſtitatem fuerant profeſſæ, & Deorum miniſterio conſecratæ. *a* Exuretur.] i. morte graviſſima punietur: filia enim ſacerdotis ſimili pœna puniebatur cum adultera. Unde patet, quod B. Virgo fuit de genere ſacerdotali, quia dicitur ſuper *Matth.* 2. quod ideo duxit eam Joſeph, ne ſi prægnans videretur abſque viro, quaſi adultera lapidaretur, ideſt, morte graviſſima plecteretur. Combuſtio enim, & lapidatio pro pœna graviſſima ponuntur in Sacra Scriptura.

b Super cujus caput] Hoc dicitur ad differentiam minorum, quorum caput non ungebatur, ſed manus tantum, & auricula, & pollices manuum, & pedum.

c Non diſcooperiet,] ſcil. cidari, quod licebat minoribus ſuper conſanguineis, quia lugentes detrahebant ſibi ornamenta, ut dicit *Gloſſ.* *d* Non ſcindet,] Qui mos erat lugentibus. *e* Et ad omnem mortuum non ingredietur] *Septuaginta* dicunt: Super omnem animam mortuam non introibit. Et quærit *Auguſt.* quomodo dicatur anima mortua, quæ immortalis creata eſt? Et ſolvit tripliciter. Primo dicit, quod anima corpus deſtitutum, rectricis ſuæ nomen accepit, quia illi adhuc reddendum eſt, ſicut Eccleſia poſtquam exierint homines, adhuc vocatur Eccleſia. Secundo dicit, quod dicitur mortua, non ſimpliciter, ſed corpori, ideſt, a corpore ſeparata, ſicut dicitur homo mortuus peccato, i. a peccato ſeparatus. Separatio enim mors dicitur. Tertio dicit, quod nomine animæ vita temporalis accipitur, quæ mortua eſt in corpore anima migrante, quæ mori non poteſt, ſed quia per ejus præſentiam ſubſiſtebat, nomen ejus accepit.

f Omnino] ſcil. ad flendum, vel ad ſcindendum veſtes, vel capillos, ſed bene poterat intereſſe ſepulturæ patris ſummus ſacerdos, ut patet *Num.* 20.

f Super patre, &c.] Quærit *Aug.* quomodo poterat ſummus ſacerdos intereſſe funeri patris ſui, cum lex jubeat filium ſuccedere in ſummo ſacerdotio patre ſuo defuncto? Et reſpondet, quod neceſſe erat nondum ſepulto patre, continuo alium ſubſtitui, propter continuationem incenſi. De ægritudine etiam dicit, quod ſummus ſacerdos non ſolebat ægrotare, ſed ſubito mori, nulla præcedente ægritudine, ſicut de ipſo Aaron Scriptura teſtatur. Sed quæritur, quomodo quotidie obtulit incenſum ſummus ſacerdos, ſi filios procreabat? Ea enim die immundus erat uſque ad veſperum ſecundum legem, nec poterat intrare ſanctuarium. Neceſſe ergo erat, vel ut continens jugiter eſſet, vel ut aliquando intermitteretur incenſum, vel ut ſacerdos coitu conjugali non fieret immundus. Et hoc concedit *Aug.* Sed verior videtur opinio *Hieron.* qui dicit altare thymiamatis eſſe citra velum, ad quod accedere poterant minores ſacerdotes, quando ſummo Pontifici non vacabat.

g Nec egredietur] Sed nonne egrediebatur ad cognoſcendam uxorem? *Radul.* De Zacharia legitur *Luc.* 1. quod impletis diebus officii ſui, abiit in domum ſuam. Legimus etiam plures ſummos Pontifices duces populi fuiſſe, ut Judam Machabæum, Jonatham, & Simonem, fratres ejus, quos neceſſe erat egredi ad bella. Sed alio modo interdicitur hic ſummo ſacerdoti egredi a ſanctis, ſcil. ad exequias mortuorum. Unde *Gloſſ.* De ſanctis non exibat, dum ſuorum funera celebantur. *h* Ne polluat ſanctuarium] i. unctionem capitis ſui, quam in ſanctuario accepit, quam polluiſſe videretur, ſi ad mortuum ingrederetur. Sed ne forte videretur alicui contra pietatem præcepiſſe hoc Moyſes, ideo hic ſubjungitur. *i* Ego Dominus.] q. d. Auctoritate mea, qui ſum Dominus, fit hoc, non hominis. *k* Virginem ducet uxorem,] Virginem corpore ad animus, & nobilem, & de gente ſua.

Myſtice: Chriſtus animam puram, & integram, vel Eccleſiam ſibi conjunget, ut unus ſpiritus efficiatur cum illo. Unde Apoſt. 2. *Cor.* 11. Deſpondi vos uni viro, &c. *Apoc.* 21. Veni, & oſtendam tibi ſponſam uxorem Agni. *l* Viduam autem, &c.] Sed quam duxit Eccleſiam de gentibus, quæ & repudiata, & meretrix erat. Unde & *Oſee* 1. dictum eſt ei: Sume tibi uxorem fornicariam. Ibi per Oſeam ſignificatur Chriſtus. Item *Iſai.* 54. Lætare ſterilis, quæ non paris, quia multi filii deſertæ magis, quam ejus, quæ habet virum. Solut. Non fuit repudiata, ſed ab æterno electa. Deſerta vero fuit ad tempus, vel deſerta in quibuſdam, in quibuſdam electa. Item meretrix fuit primo, & fornicaria, ſed poſtea virgo effecta. Sed objicitur: Dicit enim *Hieronym.* ſuper *Oſee*. Cum Deus omnia poſſit, de corrupta non poteſt facere incorruptam. Sed *Hieron.* loquitur de corruptione corporali, hic autem agitur de ſpirituali, quæ quotidie per pœnitentiam reparatur. Et quod dicit *Hieron.* ſic exponitur: Non poteſt facere de corrupta incorruptam, ideſt, non oſtendit ſe poſſe, ſicut oſtendit ſe poſſe mortuos ſuſcitare. [Viduam.] *Hieron.* Vidua eſt, cujus maritus mortuus eſt. Ejecta, quæ adhuc vivo marito ejicitur. Meretrix eſt, quæ multorum patet libidini.

m Vulgo gentis ſuæ,] Hinc eſt, quod dicit *Radul.* ſuper *Leviticum*, quod ſummo Pontifici non licebat ducere uxorem, niſi nobilem, & virginem, & de Tribu ſua, i. Levitica, quod falſum eſt, quia Aaron duxit uxorem Eliſabeth ſororem Naaſon, quæ erat de Tribu Juda, ut legitur *Exod.* 6. Et Jojada Sacerdos ſimiliter duxit Joſabeth, quæ erat de Tribu Juda, ut legitur 2. *Par.* 22. Sed intelligendum eſt, quod dicit *Radul.* de Tribu ſua, ideſt, de gente ſua, ideſt, de Judæis, non de alienis, ſicut dicit hic *Hieronymus*.

n De ſemine tuo] ideſt, de Tribu tua, ſcil. Levitica. Et hic oſtenditur, quæ impediant ſacerdotem, ne ſit idoneus offerre in ſanctuario.

o Non offeres panes] Quaſi dicat, non ungetur in ſacerdotem, ut offerat panes: Aut ſi poſtquam unctus fuerit, contraxerit maculam.

p Si cæcus, &c.] *Gloſſ.* Hæc ſecundum litteram accipere, nimis videtur abſurdum eſſe: Tales enim maculæ non ſunt in hominum poteſtate, vel voluntate. Per maculas ergo corporum vitia animorum deſcribit. Item *Gloſſ.* Si cæcus, lumen contemplationis ignorans, præſentis vitæ tenebris preſſus, qui dum venturam lucem diligenter non conſpicit, neſcit, quo porrigat operis greſſum. De quo *Iſ.* 42. Qui cæcus, niſi ſervus Domini? Qui vides multa, nonne cuſtodies? *Iſ.* 56. Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi: canes muti non valentes latrare. Item *ibid.* 5. Propterea ductus eſt captivus populus meus, quia non habuit ſcientiam. *Job* 28. Semitam avis ignoravit, ideſt, Chriſti.

q Si claudus,] Scil. duplicitate. 3. *Reg.* 18. Uſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum; ſi autem Baal, ſequimini illum. Item in Naſo, diſcretio. In Gibbo, terrena ſolicitudo. Per albuginem, cæcitas ex arrogantia ſapientiæ procedens. Per impetiginem, avaritia mentis. Per herniofum, qui turpitudinem non exercet, & tamen aliis eſt ponderoſus, laſcivia mentis ſignificatur. Ita de his innuit *Gloſſ.* Item nota, quod gibbus provenit ex humorum abundantia. Impetigo eſt ſicca ſcabies, quæ ſine dolore corpus occupat, & membrorum decorem fœdat ex phlegmate ſalſo provenienſ. Hernia eſt morbus ex deſcenſu viſcerum in veſicam, quandoque ex inflatione teſticulorum provenienſ. *r* Omnis qui habuerit maculam] quamlibet de prædictis. *ſ* Veſcetur tamen panibus,] Nota

tria

tria genera panum habuisse sacerdotes: Panes, scil. sacerdotales, Leviticos, & Laicos. Sacerdotales erant panes propositionis: De quibus dictum est *Exod.* 25. qui de publico sumptu fiebant, de quibus non licebat edere, nisi solis sacerdotibus. Levitici, qui etiam offertorii dicuntur, erant panes sancti, i. oblati, quibus soli de genere Levi vescebantur, qui etiam propter maculam ministrare non poterant, & filiæfamilias: Uxorata, vel vidua, vel repudiata, nonnisi necessitate compulsa rediret ad domum patris, ut esset quasi filiafamilias. His panibus non vescebatur alienigena, neque advena, neque inquilinus, neque mercenarius sacerdotis. Vernaculus tamen, vel emptitius sacerdotis vesci poterant, si tamen alias mundi erant. Laici panes erant panes communes, quibus omnibus licebat vesci.

A

a Ut intra velum] Quod soli summo Pontifici licitum erat. Tamen nota, quod talis non ingrediebatur etiam tabernaculum, neque ad altare, scilicet, ut ministraret. Vel forte simpliciter non licebat tali intrare tabernaculum: Et hoc forte vult littera, quæ dicit: Intra velum non ingrediatur, scilicet, velum exterius ante ostium tabernaculi. Sed aliqui non concedunt istam expositionem, dicentes, quod in Sacra Scriptura velum simpliciter positum sine determinatione debet exponi de velo interiori. Sed contra eos est, quod non tantum maculas habentibus non licebat ultra illud ingredi, sed neque etiam omnino carentibus, scilicet, minoribus.

D.

c Consecrata] Domino. *d* Filiorum Israel,] idest, a filiis Israel.

e Nomen sanctificatorum] *Gloss.* non ostendat vile, & contaminatum viliter tractando.

f De stirpe ista] Vel vestra, scil. Levitica.

ctuario, ita dumtaxat, ut *a* intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, & contaminare non debet sanctuarium meum: Ego Dominus, qui sanctifico eos. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & filios ejus, & ad omnem Israel cuncta, quæ sibi fuerat imperata.

C A P. XXII.

Locutus *b* quoque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron, & ad filios ejus, ut caveant ab his, quæ *c* consecrata sunt *d* filiorum Israel, & non contaminent *e* nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt: Ego Dominus: Dic ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo, qui accesserit *f* de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino: Ego sum Dominus. Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui *g* tetigerit *h* immundum super mortuo, & *i* ex quo egreditur semen quasi coitus, & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cujus tactus est sordidus, immundus erit usque ad vesperum, & non vescetur his, quæ sanctificata sunt, sed cum laverit carnem suam aqua, & occubuerit Sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. Morticinum, & captum a bestia non comedent, nec polluentur in eis. Ego sum Dominus. Custodiant præcepta mea, ut non subjaceant peccato, & moriantur in sanctuario, cum *k* polluerint illud: Ego Dominus, qui sanctifico eos. Omnis *l* alienigena non comedet de sanctificatis. *m* Inquilinus sacerdotis, & mercenarius non vescentur *n* ex eis. *o* Quem autem Sacerdos emerit, & qui *p* vernaculus domus ejus fuerit, hi comedent ex eis. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit, de his, quæ sanctificata sunt, & *q* de primitiis non vescetur. Si *r* autem vidua, vel repudiata, & absque liberis reversa fuerit ad domum patris sui, sicut puella consueverat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem: *s* Qui comederit de *t* sanctificatis per ignorantiam, addet quintam *u* partem cum *x* eo, quod comedit, & dabit sacerdoti in sanctuarium: Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt Domino, ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, cum sanctificata comederit: Ego Dominus, qui sanctifico eos. *y* Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron, & filios ejus, & ad omnes filios Israel, dicesque ad eos: Homo de domo Israel, & de advenis, qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota solvens, vel sponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocaustum Domini, ut offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, ex ovibus & ex capris. Si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile. Homo, qui obtulerit victimam pacificorum Domino

g Qui tetigerit] *Septuaginta*: Qui tetigerit immunditiam animæ, idest, peccatum: *Gloss.* Non vult pollutos comedere sancta antequam sanentur.

h Immundum super mortuo,] idest, qui factus est immundus super mortuo.

i Ex quo] Repetit: Et qui tetigerit illum, ex quo, &c.

k Cum polluerint illud:] Unde Dominus per *Jerem.* 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?

l Alienigena] Alienus, scil. a familia sacerdotali.

m Inquilinus] *Gloss.* Qui non pure, nec diligenter in Ecclesia versatur, sed tanquam migraturus; sed gloriæ, aut quæstus causa, & tanquam mercenarius moratur: Qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ. (*Joan.* 10.)

n Ex eis.] Ergo sacerdotes conducititii, & quicunque serviunt pro temporalibus in Ecclesia, non debent conficere, vel edere corpus Christi.

C

o Quem autem Sacerdos emerit,] *Rad.* Emitur servus a sacerdote, cum data verbi pecunia aliquis peccator ad Dei servitutem convertitur, aut qui etiam ut ampliorem Dei gratiam consequatur, subditur doctori, servitium non aspernatur, sicut nec Eliseus servitium Eliæ. De hoc legitur: Nescis inquit, quia hodie Dominus tuus tolletur a te? (4. *Reg.* 2.)

p Vernaculus] *Gloss.* Qui in domo nutritus, & fide Ecclesiæ educatus.

q De primitiis non vescetur.] Nisi necessitate redierit ad domum patris, & fuerit quasi filiafamilias, & hoc est, quod sequitur. *r* Sin autem, &c.] Vidua dicitur, cujus maritus mortuus est, Repudiata a viro vivente relicta. *s* Qui comederit] Scil. per ignorantiam. *t* De sanctificatis, &c.] Hic argumentum fit contra Clericos detinentes patrimonium Crucifixi, quasi testamentum illis commissum, & pauperibus erogandum, alienata, & male expensa debere restituere. Insuper, &c. *u* Quintam partem] Præcipue cum ea scienter male expenderint, i. non cum præcepto Dei. Sed contra: Cum illi, qui ignoranter hoc faciunt, ad restitutionem teneantur. *x* Cum eo,] Relatio simplex, i. cum tanto ejusdem valoris. *y* Locutus est Dominus ad Moysen] Supra ostendit Moyses, quæ maculæ impediunt ad promovendum in sacerdotium,

E X P O S I T I O CAP. XXII.

(*Exod.* 22. *Ezech.* 44.) Locutus *b* quoque est Dominus, &c.] Nota, eorum, quæ a filiis Israel offerebantur Domino, & oblata consecrabantur, quædam penitus humanis usibus negabantur, ut adipes hostiarum, oleum sanctificationis, quo ungebantur vasa tabernaculi, & sacerdotes, de quo dictum est *supra*: Caro hominis non ungetur eo, & multa alia, quæ soli Deo consecrantur. Quædam tantum usui sacerdotum separabantur, ut panes propositionis, hostia pro peccato oblata. Quædam vero sacerdotibus, & filiis, & filiabus, & familiæ concedebantur, ut de hostiis pacificis, & votivis, quæ cedebant in partem sacerdotis. Et de his loquitur hic Moyses, excludens ab eis immundos, & sacerdotum filias, scilicet, maritatas. (*Exod.* 30.)

vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus, quam de ovibus immaculatum offeret, ut acceptabile sit. Omnis macula, *a* non erit in eo. Si cæcum fuerit, si *b* fractum, si cicatricem habens, si *c* papulas, aut scabiem, vel impetiginem, non offeretis ea Domino, neque adolebitis ex eis super altare Domini: Bovem, & ovem aure, & cauda amputatis voluntarie offerre potest, votum autem ex his solvi non potest. Omne animal, vel quod contritis, vel tonsis, vel sectis, *e* ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & in terra vestra hoc omnino ne faciatis. De *d* manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, & quicquid aliud *e* dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt *f* omnia, non suscipietis ea. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *g* Bos, ovis, & capra, cum genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ, die autem octavo, & deinceps offerri poterunt Domino: Sive illa bos, sive ovis, non immolabuntur una *g* die cum fœtibus suis. Si immolaveritis hostiam pro gratiarum actione Domino, ut possit esse placabilis, *h* eodem die comedetis eam: Non remanebit quicquam in mane alterius diei: *i* Ego Dominus. Custodite mandata mea, & facite ea: Ego Dominus. Ne polluatis nomen meum sanctum, ut sanctificet k in medio filiorum Israel: Ego Dominus, qui sanctifico vos, & eduxi de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum: Ego Dominus.

CAP. XXIII.

Locutus *l* est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia Sabbati requies est, vocabitur

---

dotium, & etiam quibus liceat edere de sanctificatis, & quibus non, hic ostendit, quæ maculæ impediant offerenda Domino. Quæ discretio non solum a sacerdotibus, sed a populo est habenda, ut offerant omnes sacrificium Deo acceptabile. Si maculatum fuerit, quod offertur, sacerdotum est rejicere, quorum est judicare de munditia, vel immunditia. Primo ergo jubet de holocaustis, ut masculina, & immaculata eligantur. Sed de his omnibus *in principio hujus libri* sufficienter actum est, ideo hic breviter pertransimus. Dicit ergo: Locutusque est, &c.]

D

a Non erit in eo.] scil. qui offert: Ita legitur in illa *Glossa* præcepit, &c. Vel in eo, quod offertur, vel potius in utroque.

b Si fractum,] *Gloss. Septuaginta*: Linguam incisam, qui, scilicet, propter sordidam vitam perdidit docendi facundiam. *Psalmus* 49. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras justitias meas, &c. Item: Si fractum. *Gloss.* Pede, vel manu fractus est, cujus actio, scilic. vel voluntas debilis est, & distorta, non est dignus salute, & sacris altaribus.

c Papulas, &c.] Hæc omnia supra exposita sunt.

e Ablatis testiculis] Sed nonne tauri castrantur, ut fiot boves, & arietes etiam castrantur, & multa animalia alia, ut pinguiora sint? Nunquid igitur propter hoc minus accepta erunt Domino? Ideo patet; quod hic littera nulla quærenda est, sed mysterium, tamen Judæi ad observantiam litteralem obligati erant.

d De manu alienigenæ] *Radul.* Scimus hoc præceptum a Judæis, sicut & multa alia, non observatum. Legimus enim multa donaria a regibus alienigenis in templum suscepta. In libro etiam *Machab.* legitur, quod propter Oniæ Pontificis pietatem, Reges, & Principes templum maximis muneribus illustraverunt: Hyram etiam rex Tyri, artifices, & ligna ad constructionem templi misit Salomoni. In *Esdra* etiam legitur, Cyrum Regem Persarum de domo sua sumptus dedisse ad templi reædificationem. Unde animadvertimus contrarietates legis, minus a Judæis observatas, & hic, & alibi ab umbra nos mittere ad veritatem. Prædicta autem e spiritualibus viris acta sunt ex dispensatione, ut in figuris veritas appareret, & tempus gratiæ designaretur, unde non peccaverunt.

e Dare voluerit,] Ergo ab Hæretico nihil est accipiendum, neque ab excommunicato. Sed nunquid a Judæo, vel Gentili? Si acceperis illud, non tamen erit acceptabile Deo, ut scil. per hoc peccatum eis remittatur. Et quid de usurario, fure, vel latrone, & hujusmodi? Si habent aliquid supra illud; quod tenentur restituere, potest ab eis accipi, quod dant: Si non, non.

f Omnia non suscipietis] *Malach.* 1. Intulistis de rapinis claudum, & languidum, & intulistis munus: Nunquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus? q. d. Non. *Eccles.* 34. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata. Item *in eod.* Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum. Item *ibid.* Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.

g Bos, ovis, &c.] Dicto, qualis debeat esse hostia, determinat Moyses, quando primo possit offerri post nativitatem suam.

g Una die cum fœtibus] Unde pascha nostrum nunquam eodem die, quo Judæi, celebramus: Et si accideret eodem die, transferretur ad sequentem Dominicam.

h Eodem die] Ita dictum est supra de hostia laudativa: De votiva vero dictum est, quod duobus diebus comedi poterat, sed non in tertio. *(Supra 8.)*

i Ego Dominus.] *Gloss.* Qui hic legem constituo, ibi judico; hic talenta committo, ibi rationem exigo. *(Matth. 25.)*

k Sanctificet in medio] i. ut sanctus appaream, sicut in oratione Dominica rogamus: Sanctificetur nomen tuum, i. sanctum appareat in mundo. *(Matth. 6.)*

EXPOSITIO CAP. XXIII.

Locutus *l* est Dominus] Hucusque de hostiis, & oblationibus actum est. Nunc de solemnitatibus, in quibus offeruntur, incipit agere. Sciendum autem, quod septem erant legales solemnitates, scil. Sabbatum, Neomenia, Phase, Pentecostes, festum clangoris, festum propitiationis, & Scenopegia. Sabbatum interpretatur requies. Et dicitur festum Domini, quia cum alia instituta sint, & nominata ab aliquo eventu, vel opere eorum, hoc dicitur Sabbatum, quia Deus requievit ab omni opere, quod patrarat. Inde est, quod privilegiatum est in duobus, quia in eo non licet cibum parare, nec ultra mille passus ire: Et dicitur legale hoc festum, non quia sub lege institutum, sed quia sub lege ex præcepto primo observatum. Eo die præter juge sacrificium offerebantur duo agni immaculati in holocaustum cum libamentis suis. Neomenia, est innovatio Lunæ. Neos enim novum, mene dicitur Luna. Judæi enim in legitimis suis lunationes pro mensibus habebant. Diem novæ Lunæ vocabant Kalendas legales, & erat dies ferialis apud eos. Eo die offerebant duos vitulos, arietem unum, agnos anniculos septem cum libamentis suis, hircum unum pro declinatione peccati, omnia in holocaustum. Phase, transitus interpretatur. Et dicebatur Phase, nox illa, qua immolabatur agnus Paschalis, decima quarta die Aprilis ad vesperum: In die sequenti inchoabat festum Azymorum, quod protelabatur septem diebus, quarum prima, & ultima solemnis erat ab omni opere servili. Post primam diem Azymorum, scil. decima sexta Luna tollebant spicas recentes, & torrebant igni, & grana manibus confricata offerebant Domino, assarium unum, cujus pugillum unum adolebat Sacerdos super altare, reliquum erat ejus. Pentecostes sonat quinquagesimus. Penteconta enim quinquaginta est. Unde Pentecostes dicitur quinquagesimus dies a prima die Azymorum, vel ipsa quinquagena dierum, quibus completis ultima dies dicebatur festum Pentecostes. Habebatur autem in memoriam datæ legis, quæ data est quinquagesimo die a Phase, i. ab exitu de Ægypto. Eadem solemnitas dicebatur festum hebdomadarum, quia supputatis septem hebdomadis a prima die Azymorum, fiebat ut dictum est. Dicebatur etiam festum primitivorum, quia tunc offerebantur duo panes duorum assariorum de novis frugibus. Erat autem & hoc festum septem dierum, sicut festum Azymorum, & offerebantur singulis diebus eædem hostiæ, quæ in Neomenia. Item prima die Septembris erat duplex festum, scilicet Neomenia, & festum clangoris, sive tubarum. Unde *Psal.* 80. Buccinate in Neomenia tuba. Et fiebat in memoriam liberationis Isaac, qui ea die liberatus est, ariete pro ipso immolato.

A

(Gen. 2. De feriis c. licet.)

sanctus. Omne opus non facietis in eo, *a* sabbatum Domini est in cunctis habitationibus vestris. Hæ sunt quatuor feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. *b* Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperum Phase Domini est, & quinta decima die mensis hujus solemnitas Azymorum Domini est. *c* Septem diebus Azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque. Omne opus servile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus. Dies autem septimus erit celebrior, & sanctior, nullumque servile opus facietis in eo. *d* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & *e* messueritis segetem, feretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem, qui elevabit fasciculum coram Domino, ut acceptabilis sit pro vobis, *f* altero die Sabbati, & sanctificabit illum. Atque in eodem die, quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini, & libamenta offerentur cum eo, *g* duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini odorem suavissimum, *h* liba quoque *i* vini quarta pars hin. Panem, & *k* polentam, & pultes non comedetis ex segete usque ad diem, qua offeretis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris. *l* Numerabitis ergo

molato. Dicebatur etiam festum septimanarum, vel sabbatum mensium, quia hic mensis fere totus solemnis erat. Ea die præter juge sacrificium & hostias Neomeniæ, offerebatur in holocaustum unus vitulus, unus aries, septem agni anniculi, unus hircus pro peccato, cum libamentis suis. Item festum propitiationis fiebat decima die Septembris, quia ea die retulit Moyses filiis Israel Dominum placatum super offensa vituli conflatilis. Ea die jejunabant homines, & jumenta, & etiam pueri septennes usque ad vesperum pro memoria mortuorum. Et inde dies afflictionis dicebatur, & etiam dies expiationis; quia tunc expiabatur tabernaculum, & altare sanguine vitulæ rufæ, & fiebat cinis ad expiationem immundorum. Ipsi etiam filii Israel expiabantur illa die per missionem hirci apomptei. Oblatio illius diei, erat vitulus unus, aries unus, agni anniculi septem, hircus unus pro peccato, cum libamentis suis. Item quindecima die ejusdem mensis erat Scenopegia, quæ sonat fixio tabernaculorum, in quibus per dies septem habitabant, in memoriam quadraginta annorum, quibus fuerant sub tabernaculis in deserto: Et dicebatur festum tabernaculorum, & protelabatur septem diebus, quarum prima, & ultima solemnes erant. Octavus etiam dies erat solemnis, quo faciebant collectam forte in usus pauperum, vel aliquos communes usus. Fiebat autem oblatio magna in hoc festo, ut postea dicetur. Et nota, quod illæ tres solemnitates hebdomadales præcipue dicebantur: Et sabbatum, quod intercidebat, dicebatur magnum sabbatum, vel sabbatum sabbatorum, idest, sabbatum festorum. Alias solemnitates addiderunt Hebræi propter varios eventus, ut Encænia, idest, festum dedicationis. De quo *Joannes decimo*. Et Phurim, idest, festum Esther. De quo *Esther. nono*. Sed non dicuntur legales, quia non in lege institutæ.

Exod. 12. Num. 28. Deut. 16.

B

a Sabbatum Domini] Nota, triplex est sabbatum, scilicet, temporis, pectoris, & æternitatis. Primum est figura aliorum duorum. Primum fuit in præcepto, ut cohiberetur hominis cupiditas. Cum enim dictum fuerit ei: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, homo quasi desperans de requie, nimio labore fatigaret se, & cito deficeret; ideo dixit ei Dominus: Sex diebus operaberis, & septimo requiesces. Sabbatum pectoris, est quies a vitiis. Sabbatum æternitatis, est pax æterna, pax super pacem. Pax, inquam, quæ exuperat omnem sensum. Primum bonum. Secundum melius. Tertium optimum.

Gen. 3. Exod. 20. Phil. 4.

b Mense primo,] Dicto de Sabbato, incipit de Phase, ostendens primo, quando fiebat, scil. decima quarta Luna primi mensis, idest, lunationis Aprilis.

c Septem diebus Azyma comedetis.] Præter Vesperum decimæ quartæ diei præcedentis, quando incipiebant comedere Azyma.

d Locutusque est Dominus] Cœpit agere Moyses de solemnitatibus consecratis Domino, jam agit de Sabbato, & Phase, antequam de aliis prosequatur, subdit de oblationibus primitiarum. Notandum autem, quod tres erant in lege primitiæ. Primæ erant granorum, quando, scilicet, grana cum spicis manibus confricata, & tosta igni offerebant secunda die Azymorum. His nondum oblatis, nemo ausus erat mittere falcem in segetem suam. Secundæ primitiæ offerebantur secunda die Pentecostes, scilicet, duo panes fermentati, a qualibet domo de novis frugibus. Tertiæ primitiæ offerebantur de omnibus, sed antequam reponerentur in horreis suis: Et fiebant tam de frugibus, quam de fructibus. Dabantur autem istæ primitiæ a quadragesima parte usque ad quadragesimam partem, pro voluntate offerentium. Legitur autem hoc capitulum duobus modis: Quidam dicunt, quod non pertinent ad prædicta de Phase: Nam in terra illa segetes cito maturescunt, & alicubi citius, alicubi tardius. Præcipitur ergo secundum hanc opinionem, ut unusquisque haberet segetes suas præmaturas altera die Sabbati, idest, una die septimanæ, & acciperet manipulos spicarum, & offerret sacerdoti, qui levaret fasciculum coram Domino, & ab ipsa die oblationis illius computarent quinquaginta dies & in quinquagesima die celebrarent Pentecosten, & secundum hoc alii citius, alii tardius celebrarunt Pentecosten, quod nunquam legitur Judæos fecisse, sed omnes una die celebrabant. Alii dicunt, quod hoc capitulum pertinet ad ea, quæ dicta sunt de Phase, de quo adhuc prosequitur addens de oblatione ejus. Et huic opinioni consonant Hebræi: *August.* vero, & *Josephus* sic legunt litteram:

C

e Cum messueritis segetem,] Idest, metere volueritis, idest, messem metere anticipaveritis, idest, ad colligendas segetes vos præparaveritis. Segetes dico, non tostas, sed spicas præmaturas.

f Altero die Sabbati,] *Josephus*, idest, secunda die Azymorum, Luna, scilicet, decima sexta, qui est alter, idest, secundus a Sabbato, idest, secundus illius celebritatis, quæ septem diebus protelabatur, a quo computatis quinquaginta diebus, celebrabatur festum Pentecostes secundum ipsum. *Radul.* videtur velle, quod computatio quinquaginta dierum incipiat a prima die Azymorum, quibus completis celebrabatur festum Pentecostes. Et messueritis] idest, metere volueritis, id est, messem anticipaveritis, colligendo, scilicet, spicas præmaturas: Altera die Sabbati] *Josephus*, idest, secundo die Azymorum 16. scilicet, Luna Aprilis, quæ est dies altera, idest, secunda a Sabbato, idest, a primo die Azymorum, qui dicebatur Sabbatum, idest, festum, a quo computatis quinquaginta diebus offerebantur primitiæ secundæ, scilicet, duo panes de novis frugibus, secunda die, scilicet, Pentecostes. Unde sicut a prima die Azymorum usque ad primam diem Pentecostes erant quinquaginta dies, & una Pentecostes, sic a primis primitiis usque ad secundas erant alii quinquaginta dies, & secunda Pentecoste.

g Duæ decimæ similæ] Quia implebatur bis ephi, & bis decima pars accipiebatur ad oblationem faciendam, vel semel impletum dividebatur in decem partes, quarum quælibet decima est, & duæ illarum partium offerebantur. Vel primo sumebatur decima pars ephi, & postea residuum decimabatur, & dicebatur illud decima secunda.

h Liba] idest, libamina.

i Vini] Ecce sacrificium Melchisedech, scil. panis, & vinum: Quod quotidie offertur in altari modo, in lege præfiguratum, & in prophetis præsignatum.

k Polentam,] *Sept.* Fricta citrea, i. grana manibus confricata, & mollia, & mundata. Alii dicunt esse genus subtilissimæ farinæ, & mundæ. *l* Numerabitis ergo, &c.] Hic incipit de tertio festo, i. Pentecoste. Sunt autem diversæ opiniones

opiniones de initio numerationis harum septem hebdomadarum *Joseph.* dicit 16. Luna Aprilis numerari septem hebdomadas, post quas statim erat festum Pentecostes. Alii eas numerari dicunt ab altera die sabbati, quod erat in diebus Azymorum, idest, Dominica post sabbatum Azymorum, quod videtur velle *littera hic*, & *Glossa*: Alii a prima die Azymorum 7. dicunt numerari hebdomadas. Verior sententia est hæc ultima, scilicet a prima die Azymorum quinquagesimum diē esse festum Pentecostes, & a secunda die Azymorum quinquagesimum diē esse secundum Pentecosten, in qua offerebantur panes novi; sicut secunda die Azymorum grana nova, & ita duos dies quinquagesimi inveniuntur numerati in lege.

D

a Panes primitiarum] Ecce secundæ primitiæ, quæ secunda die Pentecostes offerebantur, scilicet, duo panes de novis frugibus fermentati, qui offerebantur sacerdoti, non Domino proprie, qui non ponebantur super altare, quia fermentati erant.

b Cedent in usum ejus.] scilicet, duo agni, & hircus pro peccato.

c Postquam autem, &c.] *Gloss.* Quia hæc pietate plena sunt, etiam ad litteram custodienda sunt.

Sup. 19.

d Mense septimo, &c.] Transit Moyses ad festa septimi mensis: In cujus prima die celebratur festum clangoris, sive tubarum, in memoriam liberationis Isaac: Erat etiam ipsa die festum Neomeniæ. Oblationes hujus festi plenius *Numer.* 28. determinantur.

E

e Sabbatum] idest, festum, in quo quiescendum est ab operibus servilibus.

Sup. 16.

f Memoriale] idest, in memoriam liberationis Isaac celebrandum.

g Decimo die mensis] Hæc dies valde celebris erat. In hac enim intrabat summus Sacerdos in Sancta sanctorum cum sanguine, quo expiabatur sanctuarium. Hæc dies tribus nominibus censebatur, ut dictum est, scilicet, dies expiationis, propitiationis, & afflictionis.

h Die nono mensis septimi,] Hic determinat a qua hora prædictum festum incipiat, & in qua terminetur.

i A vespera, &c.] Ergo tunc computabatur dies cum nocte præcedenti, sicut & nunc. Non est ergo facta mutatio temporis in Passione Domini, quod tamen dicunt sancti. Solutio: Revera tunc dies præcedens, & nox sequens, faciebant diem naturalem, & sic cucurrit tempus usque ad Passionem Domini, & tunc mutatus est

ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas, usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, idest, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium novum Domino, ex omnibus habitaculis vestris, *a* panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento unum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis in odorem suavissimum Domino. Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum. Cumque elevaverit eos Sacerdos, cum panibus primitiarum coram Domino, *b* cedent in usum ejus. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum. Omne opus servile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris. *c* Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam usque ad solum, nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas: Ego Dominus Deus vester. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: *d* Mense septimo prima die mensis erit vobis *e* sabbatum *f* memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. Omne opus servile non facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *g* Decimo die mensis hujus septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Omne opus servile non facietis in tempore hujus diei, quia dies propitiationis est, ut propitietur vobis Dominus Deus vester. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hoc, peribit de populis suis, & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris: Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras. Die *h* nono mensis septimi, *i* a vespera usque *k* ad vesperum celebrabitis *l* sabbata vestra. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: *m* A quintodecimo die mensis hujus septimi, erunt *n* feriæ tabernaculorum septem diebus Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus, atque sanctissimus. Omne opus servile non facietis in eo, & septem diebus offeretis holocausta Domino. *o* Dies quoque octavus erit celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino: Est *p* enim cœtus, atque collectæ. Omne opus servile non facietis in eo. *q* Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas, atque sanctissimas, offeretisque in eis oblationes Domino, holocausta, & libamenta juxta ritum uniuscujusque diei, exceptis *r* sabbatis Domini, donisque vestris, *s* & quæ offeretis ex voto, vel quæ *t* sponte *u* tribuetis Domino.

ordo, ut nox præcedens cum die sequenti faceret diem naturalem. Unde *Apostolus*: Nox præcessit, dies autem appropinquavit: tamen Judæi a nocte præcedente incipiebant festa sua, sicut & nos facimus. Unde quoad festa, nox præcessit diem, non autem diem simpliciter.

k Ad vesperum] scilicet, decimæ diei.

l Sabbata vestra.] idest, festa vestra.

m A quintodecimo die] Ecce tertia solemnitas Septembris, quæ inchoabatur quintadecima die ejusdem mensis, & terminabatur in vigesimaprima, quia protelabatur per septem dies. Dicebatur autem Scenopegia, idest, fixio tabernaculorum. Scenos enim umbram sonat, phage, comestionem, quia sub umbra tabernaculorum comedebant. Hæc solemnitas tradita est a Judæis in memoriam, quod quadraginta annis in deserto sub tentoriis habitabant.

De feriis sup. 4.

n Feriæ tabernaculorum] Feriæ dicit pluraliter propter pluralitatē dierum, quibus protelabatur.

F

o Dies quoque, &c.] Iste dies non erat de præcedenti festo. Nullum enim festum Judæorum per octo dies extendebatur. Hebdoas enim veteri: Ogdoas novo Testamento deservit. Erat autem festum per se, in quo fiebat collecta a populo ad usus pauperum, forte vel ad ligna altaris, ad juge sacrificium, ad similam, unde fiebant panes propositionis, ad luminaria, & cetera templi necessaria.

p Est enim cœtus, atque collectæ.] i. festivus, ut in eo congregentur homines ad faciendam collectam. Differt autem inter collectam, & talliam. Collecta enim spontanea est, tallia violenta.

q Hæ sunt feriæ Domini,] Hic concludit de solemnitatibus. Et respicit hoc, quod dicit: Hæ sunt feriæ: ad illas tres principales solemnitates, quas inter ceteras principaliter statuerat, scilicet Phase, Pentecoste, Scenopegia, de quibus dictum est supra *Exod. vigesimotertio*. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.

s Et quæ offeretis ex voto, &c.] *Radulphus* ponit, & pro, idest, expositive, scilicet, in *Numeris* 28. sic dicitur: Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris, præter vota, & oblationes spontaneas. Et nota, si hæ solemnitates occurrerent in sabbato, non ideo minus oblatio debita sabbato offerebatur, sicut dona voluntaria, & votiva, & juge sacrificium, quod nullo die prætermittebatur.

r Exceptis sabbatis Domini, &c.] idest, aliis festis casualibus,

fualibus, ut est Phurim, i. festum Esther: De quo *Esth.* 9. Et Encænia, idest, festum dedicationis: De hoc *Jo.* 10. & hujusmodi, quasi dicat: Præter ista minora festa, facietis hæc tria majora. [Ex voto ;] Quod solet fieri in periculo. [Sponte] Sola voluntate.

usum Sacerdotum tantum. Sed quid esset, si in media hebdomada non posset Sacerdos alios panes invenire ad comedendum? Credo, quod posset aliquos de illis duodecim panibus accipere, & postea cum posset restituere: Sicut legitur, quod David, necessitate compulsus, comedit ex illis, & excusatur a Domino, *Matth.* 12.

1. Reg. 21.

a A quintodecimo ergo, &c.] Repetitio est jam dicti festi, scil. Scenopegiæ, ut addat ritum ejus, quantum scilicet, & qualiter debeat celebrari, & quid in eo debeat fieri.

b Arboris pulcherrimæ,] scil. poma citrina, vel cedrina, vel ramos arboris recentis.

c Spatulasque] Quas spicas dicimus. Spatulæ autem dicuntur, quia habent formam spatæ, sc. ensis. Dicitur enim spata t. pro ense, non spada d. licet spado spadonis derivetur a spata: nam t. in d. mutatur, ut sæpe fit in Grammatica.

d Densarum frondium,] i. ramos olivarum, quæ habent densas frondes.

G

A *a* quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaveritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septem diebus. Die primo, & die octavo erit sabbatum, idest, requies. Sumetisque vobis die primo fructus *b* arboris pulcherrimæ, *c* spatulasque palmarum, & ramos ligni *d* densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro, celebrabitisque solemnitatem ejus septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, ut discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti: Ego Dominus Deus vester. Locutusque est Moyses super solemnitatibus Domini ad filios Israel.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

Locutus *e* est Dominus, &c.] De omnibus festivitatibus anni concludit hic Moyses, præterquam de festivitate anni quinquagesimi, qui dicitur jubilæus, cui præmittit quædam ad festivitates jam dictas pertinentia, ut postea liberius agat de illa.

A

f Candelabrum mundissimum] idest, factum de auro mundissimo, & obrizo.

g Duodecim panes,] De quibus sufficienter dictum est, *Exod.* 25.

h Duas decimas.] Hoc duobus modis expositum est supra proximo cap. scil. 23. Item alii dicunt, singulos panes ex duabus decimis fieri, i. ex decima Levitarum, & decima Sacerdotum. Filii namque Israel, primo dabant decimas de omnibus Levitis: Et Levitæ postea de eis, quæ sibi dabantur, dabant decimam sacerdotibus: Et vocabatur decima decimæ, & de his decimis fiebant panes propositionis. Prima opinio supra dicta verior est, & magis consona literæ.

i Altrinsecus] i. sex ex una parte, & sex ex altera.

k Super eos thus] Erat autem thus super patenas, & patenæ super panes. Et nota, quod si patenæ rotundæ fuerunt, sicut nostræ, singulæ patenæ super singulos panes erant: Si autem longæ, & latæ, duæ sufficiebant.

l In monimentum] Dicit *Gloss.* scil. ut sacræ oblationes memoria in conspectu Dei sint.

m Mutabuntur] quia a sabbato usque ad sabbatum manebant super mensam immoti, & tunc illis sublatis, alii calidi, & recentes reponebantur, & illi priores cedebant in

C A P. XXIV.

Locutus *e* est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum ad concinnandas lucernas jugiter extra velum testimonii in tabernaculo fœderis. Ponetque eas Aaron a vespere usque in mane coram Domino cultu, ritque perpetuo in generationibus vestris: Super *f* candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini. Accipies quoque similam, & coques ex ea *g* duodecim panes, qui singuli habebunt *h* duas decimas. Quorum senos *i* altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues, & pones *k* super eos thus lucidissimum, ut sit panis in *l* monimentum oblationis Domini. Per singula sabbata *m* mutabuntur coram Domino, suscepti a filiis Israel fœdere sempiterno, eruntque Aaron, & filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto, quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo. *n* Ecce autem egressus filius mulieris Israelitis, *o* quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel, jurgatus est in castris cum viro Israelite. Cumque *p* blasphemasset *q* nomen, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Vocabatur autem mater ejus Salumith filia Dabri de Tribu Dan. Miseruntque eum in *r* carcerem, donec nossent quid juberet Dominus. Qui locutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput ejus, & lapidet eum populus universus. Et ad filios Israel loqueris: *s* Homo qui *t* maledixerit Deo suo, *u* portabit peccatum suum, & qui *x* blasphemaverit nomen Domini, *y* morte moriatur: Lapidibus opprimet eum omnis *z* multitudo populi: Sive ille civis, sive peregrinus fuerit: Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. *a* Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percusserit animal, reddet vicarium, idest, animam pro anima. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit, sic fiet ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit ma-

n Ecce autem, &c.] Hic de pœna blasphemi addit Moyses. Et videtur quasi turbatus loqui, & ab illo silentio, in quo Deus secum loquebatur, ad rem subitam, & inopinatam perterritus exclamasse: Ecce, &c.

B

o Quem pepererat] Utrum de matrimonio, an extra matrimonium, non dicitur.

p Blasphemasset] idest, vituperasset.

q Nomen,] Domini scilicet.

r In carcerem,] Si ergo manifestus blasphemus in carcerem mittitur, ut de ejus pœna cognoscatur, quomodo occultus, vel suspectus Hæreticus statim occiditur? Non credo, quod usquam hoc fiat, si ipse velit se purgare.

C

s Homo, &c.] Super uno consultus Dominus dat legem communem in omnem blasphemum.

t Qui maledixerit Deo] *Gloss.* inscienter.

u Portabit peccatum] *Gloss.* Pœnam peccati venialis.

x Qui blasphemaverit] scienter

y Morte moriatur:] Blasphemando scienter: Tamen secundum quosdam est ibi inculcatio verborum, & repetitio, quod dicitur: Qui maledixerit, & qui blasphemaverit, &c.

23. q. 5. capi. quod ergo de prin. d. 3. c. sunt plures, & cap. quarat 23. q. 5. c. reos. Exod. 21. Deut. 19. Matth. 5.

D

z Multitudo populi:] Justum est enim, ut qui pie Deum colunt, ejus injurias non contemnant: Unde Moyses trucidatis idololatris dixit interfectoribus: Consecrastis hodie manus vestras Deo. *Exod.* 32.

a Qui percusserit, &c.] Ostensa pœna blasphemorum, addit de talione, ut qui læderet hominem injuste, in eum modum læderetur, quo læserat illum, reddens animam pro anima, oculum pro oculo. Est autem talio hæc lex, qua talis pœna infligitur ei, qui fecit injuriam, qualem ipse intulit alii. Nota autem, quod talio non erat generaliter in injuriis rerum, sed tantum in læsione corporum, quia furtum restituebatur in duplum, vel in quadruplum. Item nota, quod talio recipiebat determinationem propter necessitatem: Ut mulier lædens virum in virilibus, puniebatur in manu, quia virilia non habet. Ita legitur *Exod. vigesimoprimo*. Vir lædens prægnantem, ut faceret abortivum nondum animatum, multabatur pecunia. Incertum est autem

utrum

utrum talio extenderetur usque ad judicem, vel circa injuriatum tantum haberet locum. Forte injuriatus poterat se vindicare sine judice: Quod potest inde haberi, quia homicida non volens, fugiebat ad civitates refugii. *a* Æquum judicium] Sine acceptione personæ, & ne pena talionis excedatur ab injuriato vindicante se, & ut similis pœna, sive vindicta exhibeatur extraneo ut indigenæ, pauperi, ut diviti, & æque cito, quod heu hodie non fit.

culam, talem sustinere cogetur. Qui percusserit jumentum, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur. *a* Æquum judicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit, quia ego sum Dominus Deus vester. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum, qui blasphemaverat extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

EXPOSITIO CAP. XXV.

Locutusque *b* est Dominus] Redit Moyses ad solemnitates, ut addat de eis, quas omiserat. Et cum supra egerit de sabbatismo septimæ diei, hic agit de sabbatismo septimi anni, & quinquagesimi, id est, jubilæi. Primum sabbatum significat quietem corporis. Secundum quietem animæ separatæ a corpore. Tertium, quietem animæ cum corpore glorificatæ. Vel primum sabbatum est quies unius animæ singularis. Secundum plurium animarum. Tertium requies omnium animarum generaliter. Nota igitur, quod in septimo anno, nullum debitum repetere licebat, servi egrediebantur liberi. Agri quidem colebantur, & seminabantur, sed non colligebantur a dominis, sed pauperibus dimittebant, & quod ex pauperibus remanebat, relinquebatur feris. In jubilæo vero omnes possessionum distractiones redibant ad pristinos possessores, exceptis domibus, quæ erant in urbibus muratis. Eodem anno quiescebat terra. Servi Hebræi liberi dimittebantur.

CAP. XXV.

Locutusque *b* est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, sabbatizetis sabbatum Domino. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus ejus. Septimo autem anno sabbatum erit terræ requietionis Domini. Agrum non *c* seres, & vineam non putabis. Quæ *d* sponte gignit humus, non metes, & uvas primitiarum tuarum non *e* colliges, quasi vindemiam. Annus enim requietionis terræ est, sed erunt *f* vobis in cibum, tibi, & servo tuo, ancillæ, & mercenario tuo, & advenæ, qui peregrinatur apud te. Jumentis tuis, & pecoribus omnia, quæ nascuntur, præbebunt cibum. *g* Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, idest, septem septies, quæ simul faciunt quadraginta novem, & clanges buccina mense septimo, decima die mensis propitiationis tempore in *h* universa terra vestra. Sanctificabisque *i* annum quinquagesimum, & *k* vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim jubilæus. Revertetur homo ad possessionem suam, & unusquisque rediet ad familiam pristinam, quia *l* jubilæus est, & quinquagesimus annus. Non seretis, neque metetis, sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, ob *m* sanctificationem jubilæi, sed statim oblata comedetis. Anno jubilæi redient omnes ad possessiones suas. Quando vendes quippiam civi tuo, vel *n* emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed juxta numerum annorum jubilæi emes ab eo, & juxta supputationem frugum vendet tibi. Quanto plures anni remanserint post *o* jubilæum, tanto crescet & pretium. Et quanto minus temporis numeraveris, tanto minoris, & emptio constabit. *p* Tempus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere contribules vestros, sed timeat unusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. Facite præcepta mea, & judicia custodite, & implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pavore, & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini usque ad saturitatem nullius im-

c Non seres,] tibi, sed pauperibus.

d Sponte gignit] idest, sine cultura.

e Non colliges,] tibi scil. appropriando ut Domino.

f Vobis in cibum,] *Gloss.* Non prohibet Dominus vesci eis, quæ sponte nata sunt, sed reponere in proprium usum.

g Numerabis quoque, &c.] Hinc de jubilæo incipit agere præcipiens, ut 49. anno, mense 7. decima die mensis, imminente jubilæo clangerent tubis, & solemnitatem contra jubilæum imminentem facerent, sicut faciunt pueri circa natale, & Pascha. Tradunt autem quidam, quod septem annis præcedentibus, singulis Neomeniis clangebant tubis, & septem diebus ante ipsum solemnizabant clangentes tubis. *h* Universa terra] Hoc dicit ad differentiam clangoris, qui fiebat in prima die Septembris in memoriam liberationis Isaac, & tantum in Jerusalem, & dicebatur festum tubarum. Istud autem fiebat in universa terra, propter jubilæum imminentem, & dicebatur festum propitiationis.

i Annum quinquagesimum,] Sed quomodo quinquagesimum, cum septies septem tantum quadragintanovem faciant, neque aliquem dixit addendum? Unde videtur, quod duo anni ejusdem vocationis fuerunt sibi conjuncti immediate, scil. ultimus septimæ septimanæ, & quinquagesimus, qui immediate sequitur. Sed hoc in lege nusquam invenitur. Unde videtur melius, quod quinquagesimus dictus sit idem, qui & ultimæ septimanæ septimus erat, sumens initium computationis a præcedenti jubilæo. Unusquisque enim jubilæus, & præcedentis quinquagenæ finis erat, & sequentis initium. Sicut nunc tempore novi Testamenti, unaquæque Dominica inter duas septimanas constituta, unius octava dies, alterius prima reperitur.

k Vocabis remissionem] Jobel enim interpretatur remissio, vel initio. Inde jubilæus, remissionis, vel initians dicitur. Habuit autem ortum jubilæus a victoria Abrahæ, pro remissione captivorum, quos ipse liberavit de manibus quatuor regum, ut legitur *Genes.* 14. Quinquagesimus autem annus ideo institutus est, quia Lot, qui tunc liberatus est, erat tunc quinquaginta annorum. Vel quia tunc erat quinquagesimus annus, quo locutus fuit Dominus in via ei. Vel quia quinquagesimus annus erat, ex quo egressus est de Charran. Vel Abraham peritus astrorum, perpendit in eis, quod intemperies aeris, quæ fit ex elevatis, vel depressis planetis, semper usque ad quinquaginta annos ad temperiem redit. Et quod fieri vidit in astris, imitari voluit in terris.

l Jubilæus est, & quinquagesimus] Et pro idest.

m Ob sanctificationem] custodiendam scilicet.

n Emes ab eo,] *Josephus* dicit, quod in jubilæo venditor agri, vel vineæ, & emptor conveniebant, & computabant fructus perceptos, & expensas factas in agro, vel vinea. Si fructus exuberabant, venditor recipiebat agrum, vel vineam. Sed si expensæ transcendebant, hoc, quod deerat, recipiebat emptor, & sic redibat possessio ad dominum suum. Sed hæc computatio poterat fieri infra jubilæum, quandocunque venditor vellet, ut patet in littera. Unde simpliciter absque omni computatione, vel redemptione, redibat omnis possessio ad dominum suum in jubilæo. Et ideo juxta numerum, qui erat in jubilæo, majori, vel minori pretio vendebantur possessiones, ne venditor gravaretur, si modico venderet possessionem, & multi anni superessent usque ad jubilæum, vel etiam emptor si multo emeret, & cito amitteret possessionem.

o Post jubilæum,] usque ad alium jubilæum.

p Tempus enim frugum] idest, fructus tanti temporis, scilicet, usque ad jubilæum vendet, & non agrum vel vineam.

petum formidantes. Quod si dixeritis, quid comedemus anno septimo, si non severimus, neque collegerimus fruges nostras, dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet *a* fructus trium annorum, seretisque anno octavo, & comedetis veteres fruges usque ad nonum annum, donec nova nascantur, edetis vetera. *b* Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advenæ, & coloni mei estis. Unde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. Si *c* attenuatus *d* frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus ejus, potest redimere, quod ille vendiderat. Sin autem non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendum potuerit invenire, *e* computabuntur fructus ex eo tempore, quo vendidit, & quod reliquum est, reddet emptori, sicque *f* recipiet possessionem suam. Quod si non invenerit manus ejus, ut reddat pretium, habebit emptor, quid emerat usque ad annum jubilæum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristinum. *g* Qui vendiderit domum intra *h* urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit evolutus, emptor possidebit eam, & posteri ejus in perpetuum, & redimi non poterit etiam in jubilæo. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum jure vendetur. Si ante redempta non fuerit: in jubilæo revertetur ad dominum suum. *i* Ædes Levitarum, quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi, si redemptæ non fuerint in jubilæo, revertentur ad dominos, quia *k* domus urbium *l* Leviticarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. *m* Suburbana autem eorum non *n* veneant, quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi advenam, & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius, quam dedisti. Time Deum tuum, ut *o* vivere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges: Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut darem vobis terram Chanaan, & essem vester Deus. Si *p* paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes servitute famulorum, sed *q* quasi mercenarius, & *r* colonus erit, usque ad annum jubilæum operabitur apud te, & *s* postea egredietur cum liberis suis, & revertetur ad cognationem, & ad possessionem patrum suorum. Mei enim servi sunt, & ego eduxi eos de terra Ægypti. Non veneant conditione servorum, nec affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum. Servus, & ancilla sint vobis de nationibus, quæ in circuitu vestro sunt, & de advenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra. Hos habebitis famulos, & hæreditario jure transmittetis ad poste-

a Fructus trium annorum,] Sexti, septimi, octavi. Messem enim, quam colligebant sexto anno, comedebant ipso sexto, & septimo, & octavo. Septimo enim nihil colligebatur, neque serebatur, unde oportebat octavo anno comedere, quod collectum fuit sexto. Messis etiam noni serebatur in octavo de eo, quod collectum fuerat in sexto.

b Terra quoque, &c.] Cur in jubilæo redirent possessiones ad dominos suos, reddit hic caussam Moyses, quia sc. Dominus fructus in potestate hominum dedit, ut sicut ministri eos dispensarent, & inde viverent, terram autem sibi retinuit, ne illam distrahere possent, & alienare.

c Si attenuatus] aliquando aliquem contingebat vendere possessionem suam. Dixerat autẽ Moyses, quod in jubilæo deberet redire ad dominum suum, ne crederet aliquis, quod ante non posset, ideo determinat Moyses hic, quod potest, & quomodo potest per se, scilicet si redimat, vel per proximum. Quod si fiat, præcepit Moyses, ut prius computentur fructus a tempore venditionis, & quod reliquum est, deductis expensis, reddat venditor, & sic recipiat possessionem suam. Si autem fructus exuberarent, quid faciendum erat? Nonne emptor debebat reddere venditori? Videtur, quod sic, quia aliter esset usura. Juxta illud *Ezech.* 18. Usuram, & superabundantiam nõ accipietis. Unde Ecclesia cogit modo talia restitui; forte quia emptor, & venditor prius determinabant hoc inter se; ideo lex non præcipit.

d Frater tuus] paupertate. Est autem paupertas bona. *Matth.* 5. Beati pauperes, &c. Et est paupertas mala, quæ aliquando est causa peccati. *Prov.* 30. Divitias, & paupertatem ne dederis mihi. *Eccles.* 27. Propter inopiam multi deliquerunt. Item nota, quod lex ista videtur contraria legi Justinianæ, & etiam Gallicanæ, & consona rationi, approbante eam Papa Alexandro. Et intelligitur de paupere vendente possessionem suam, & de divite emente, qui non poterat alienare hæreditatem pauperum. Unde hujusmodi venditio non erat nisi quædam oppignoratio ad tempus. Et videtur Dominus præcipere hæreditatem pauperis nullam debere emere, sed tantum in pignus accipere, & fructus in sortem computare.

e Computabuntur fructus] deductis expensis.

f Sicque recipiet possessionem] vel per se, vel per proximum.

g Qui vendiderit, &c.] Supra dictum est generaliter, quod omnis possessio in jubilæo debet redire ad dominum suum. Hujus autem generalitatis hic ponit exceptionem, in domo empta intra urbem muratam.

h Urbis] scilicet Jerusalem, vel cujuslibet alterius civitatis.

i Ædes Levitarum] Tribus Levitica ad ministerium Domini assumpta, in distributione terræ sortem non habuit. Unde & a generalitate aliorum domos Levitarum excludit, dans generale edictum, quod domus civiles venditæ nisi infra annum redimantur, nunquam de cetero redimentur, Levitæ vero domos suas venditas semper redimere poterant.

k Quia domus urbium] quasi dicat, Domos urbium possunt vendere sacerdotes, & Levitæ, sicut alii possessiones suas.

l Leviticarum] In *Numeris* enim 35. præcepit Dominus, Levitas in omnibus Tribubus dispersos habere quadraginta octo civitates ad inhabitandum, & a muris forinsecus per circuitum terram mille passuum obtinere, in quo suburbana essent ad pecora alenda. Ex quibus civitatibus sex erant refugii, & tres citra Jordanem, & tres ultra Jordanem.

m Suburbana] de quibus *Num.* 35.

n Non veneant,] i. non vendentur.

o Ut vivere possit] Ne nimis opprimas eum angariis.

p Si paupertate] Multa pietate littera plena est, sed intellectus spiritualis plenior. Ad litteram. Supra habitum est de venditione rerum, nunc de venditione hominum. Et sic est duplex venditio rerum. Quædam ex adipe, quædam ex macie: ita & hominum. Hebræus enim quandoque vendebat se Hebræo, quandoque advenæ. Primo agit de Hebræo vendente se alii Hebræo, postea de Hebræo vendente se advenæ.

q Sed quasi mercenarius,] Mercenarius est, qui laborat spe mercedis diurnæ.

r Colonus] est, qui colit terram spe fructus percipiendi ex ea. Uterque subditus est, & tamen liber: Hinc argumentatur Hebræus, nullum Hebræum vere esse servum. Contra. Ad *Ephes.* 6. Servi, &c.

s Et postea egredietur] *Exod.* 21. & *Deut.* 15. videtur contrarium, ubi dicitur: Si emeris servum Hebræum, sex annis serviet tibi, & in septimo liber egredietur. Hic autem dicitur, quod permanebit apud Dominum, qui emit eum, usque ad jubilæum. Sed illud intelligitur de servo, qui post septimum annum vult remanere cum Domino suo, sicut in *Exod.* determinatur. Vel potest dici, quod omnis septimus annus, jubilæus dicebatur, idest, remissivus.

a Si

a Si invaluerit] Hic de Hebræo vendente se advenæ potenti inter Judæos agit Moyses. Sed utrum proselyto facto, vel non, nescio.
b Potest redimi.] Venditus fratri Hebræo, supra non dicitur, quod possit redimi. Quare? Quia servitus illa quasi libertas erat, quod non ista.
c Patruus,] patris frater. Patruelis, filius patrui. Et ita propinquior est patruus, quam patruelis; & patruelis, quam consanguineus; & consanguineus, quam affinis. Consanguinei autem dicuntur filii duorum fratrum, qui proprie dicuntur fratrueles.
d Et pecunia, qua] hoc modo, scilicet, tantum pecuniæ dedisti mihi pro servitio usque ad jubilæum, tantum fui tecum, & tantum merui, reliquum reddo tibi.
e Ratione mercenarii] i. quantum lucratus est, secundum quod mercenarii solent locare operas suas.
f Secundum hos reddet & pretium.] quod non meruit.
g Imputatis.] idest, computatis.
h Mei enim servi sunt] quasi dicat, hoc debetis facere, quia mei servi sunt filii Israel, & non vestri, quia ego eduxi eos de servitute Ægypti, non vos.

G

ros ac possidebitis in æternum, fratres autem vestros, filios Israel, ne opprimatis per potentiam. Si *a* invaluerit apud vos manus advenæ, atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe ejus. post venditionem *b* potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, & *c* patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis dumtaxat annis a tempore venditionis suæ usque in annum jubilæum, & *d* pecunia, qua venditus fuerat, juxta annorum numerum, & *e* ratione mercenarii supputata. Si plures fuerint anni, qui remanent usque ad jubilæum, secundum *f* hos reddet & pretium. Si pauci, ponet rationem cum eo juxta annorum numerum, & reddet emptori, quod reliquum est annorum, quibus ante servivit mercedibus *g* imputatis. Non affliges eum violenter in conspectu tuo. Quod si per hæc redimi non potuerit, anno jubilæo egredietur cum liberis suis. *h* Mei enim sunt servi filii Israel, quos eduxi de terra Ægypti.

Et si non amore vultis hoc facere, tamen timore facite, quia ego Dominus Deus vester.

EXPOSITIO CAP. XXVI.

EGo Dominus, &c.] *i* Non facietis vobis idolum] Dicto de jubilæo, & observatione ejus, cultum idolorum tam visibilium, quam invisibilium prohibet, dicens: Non facietis vobis.
k Idolum,] quod nihil est, idest, nullius rei naturalis repræsentativum.
l Neque sculptile,] idest, imaginem alicujus rei naturalis repræsentativam.
m Titulus] i. imagines in memoriam vestri, sicut legitur Absalon fecisse. Et Saul fornicem erexit. Et Ninus in memoriam patris sui Beli. Ad cujus exemplum alii fecerunt similiter, q.d. Sicut nec idolum adorandum est, ut Deus; sic nec homo mortuus imagine aliqua colendus est, quantumcunque gravis, vel Sanctus. Sanctorum enim imagines non coluntur, sed Deus veneratur in eis: Sed quoniam moles aliqua, vel naturalis corporis alicujus pulchritudo ab insipientibus admiratione habita, pro Deo venerata est. Sicuti multi capita magnorum fluminum, vel proceras arbores coluisse leguntur. Etiam hoc genus idololatriæ prohibetur, cum dicitur:

2. Reg. 18. 1. Reg. 15.

n Nec insignem lapidem] idolum est avaritia auri, vel argenti. Sculptile avaritia in ædificiis, & in possessionibus agrorum. *Is.* 5. Væ qui conjungitis domum ad domum, &c. Tituli in libris deauratis.
o Ambulaveritis, &c.] Hysteronproteron est, quasi præposteratio. Prius enim est custodire corde per intelligentiam, & meditationem; & postea facere opere, & demum ambulare proficiendo, & crescendo de virtute in virtutem, donec videatur Deus Deorum in Sion. *Gloss.* Quid fieri, quid vitari debeat, prædixit. In fine, quæ observantibus præmia, quæ prævaricantibus supplicia debeantur, ostendit. Et 30. promissiones in littera enumerat.
p Dabo vobis pluvias] Ecce prima promissio.] Temporibus suis,] idest, tempore opportuno: Expedit enim

Psal. 13.

CAP. XXVI.

EGo Dominus Deus vester. *i* Non facietis vobis *k* idolum, neque *l* sculptile, nec *m* titulos erigetis, nec *n* insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum: Ego enim sum Dominus Deus vester. Custodite sabbata mea, & pavete ad sanctuarium meum: Ego Dominus. Si in præceptis meis *o* ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, *p* dabo vobis pluvias temporibus suis, & *q* terra gignet germen suum, & *r* pomis arbores replebuntur. *s* Apprehendet messium tritura vindemiam, & *t* vindemia occupabit sementem, & *u* comedetis panem vestrum in saturitate, & *x* absque pavore habitabitis in terra vestra. *y* Dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit, qui exterreat. *z* Auferam malas bestias, & *a* gladius non transibit terminos vestros. *b* Persequimini inimicos vestros. & *c* corruent coram vobis. *d* Persequentur quinque de vobis centum alienos, & *e* centum ex vobis decem millia. *f* Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio.

A

homini, ut aliquando careat his bonis, ut cum se oppressum, & vacuum viderit, recordetur se nihil posse absque gratia Dei, & sic ardentius quærat eam. De hac pluvia dicitur *Osee* 6. Veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Et *Jer.* 3. Metuamus Dominum Deū nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & serotinam in tempore suo. Et *Zach.* 10. Petite a Domino pluviam in tempore serotino, & Dominus faciet nives, & pluvias imbris.
q Terra gignet] Secunda promissio.
r Et pomis arbores] Tertia promissio.
s Apprehendet messium tritura, &c.] i. tanta erit abundantia frugum, quod protendetur collectio earum, & tritura usque ad vindemiam. Et est quarta promissio, ad litteram, fertilitas terræ. Sed nota, quod in sacra Scriptura opera nostra quandoque dicuntur fructus. *Matth.* 7. Arbor bona fructus bonos facit. Quandoque dicuntur messis. *Joan.* 4. Levate oculos vestros, & videte regiones, quia jam albæ sunt, &c. Quandoque dicuntur semina. *Psal.* 105. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Sunt autem quatuor, quorum primum est tantum semen, ultimum tantum messis, duo media semen, & messis, semen præcedentium, messis sequentium: V. gr. Semen tantum est prædicatio Prophetarum, Messis tantum vita æterna. Semen, & messis prædicatio Apostolorum, quæ fuit semen respectu prædicationis Prophetarum. Unde & dictum est eis. *Jo.* 4. Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. Messis fuit respectu fidei illorum, qui ad illorum prædicationem crediderunt. *Osee* 10. Seminate verbum in veritate, & metite in ore misericordiæ. Item semen, & messis, est operatio bona, quæ est messis respectu prædicationis, quæ est semen. *Luc.* 8. Semen est verbum Dei. Semen est respectu vitæ æternæ, quæ est messis bonæ operationis factæ in præsenti. De qua dicitur: Venientes autem venient, &c. Hæc messis non potest esse semen, quia qui hanc semel collegerit, nunquam de cetero oportebit eum seminare, quia messis est continua, & æterna, messorem suum reficiens in æternum. *t* Et vindemia, &c.] quinta promissio. *u* Et comedetis panem, &c.] Ecce sexta promissio. *x* Et absque pavore, &c.] septima promissio. *y* Dabo pacem] octava promissio. In præcedenti quidem actum est de æterna retributione, quæ erit in octava, hic agit de modo transeundi in octavam. *z* Auferam] nona promissio. *a* Et gladius] decima promissio. *b* Persequimini] undecima. Dicto enim, quæ præmia habebimus in futuro, dicit etiam, quæ habebimus in præsenti. *c* Et corruent] duodecima promissio.
d Persequentur] decimatertia. *e* Et centum, &c.] decimaquarta. *f* Cadent] decimaquinta promissio.

a Respiciam vos, & *b* crescere faciam, *c* multiplicabimini, & *d* firmabo pactum meum vobiscum. Et *e* comedetis *f* vetustissima veterum, & *g* vetera novis supervenientibus projicietis. *h* Ponam tabernaculum meum in medio vestri, *i* & non abjiciet vos *k* anima mea. *l* Ambulabo inter vos, & ero *m* vester Deus, *n* vosque eritis populus meus. *n* Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, *o* ne serviretis eis, & qui *p* confregi catenas cervicum vestrarum, ut *q* incederetis erecti. Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, si *r* spreveritis leges meas, & judicia mea contempseritis, ut non faciatis ea, quæ a me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam vobis. *s* Visitabo vos velociter in *t* egestate, & ardore, *u* qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus devorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subjiciemini his qui oderunt vos. Fugietis nemine persequente. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum, propter peccata vestra, & conteram superbiam duritiæ vestræ. Daboque cœlum vobis desuper sicut *x* ferrum, & *y* terram æneam. Consumetur in cassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaveritis *z* ex adverso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras usque in septuplum propter peccata vestra. Emittamque in vos bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fiant viæ vestræ. Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaveritis ex adverso mihi, ego quoque contra *a* vos adversus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gladium *b* ultorem *c* fœderis mei. Cumque confugeritis in urbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini hostium manibus. Postquam confregero *d* baculum panis vestri, ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini. Si autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaveritis contra me, & ego incedam adversus vos in furore contrario, & corripiam vos *e* septem plagis, propter peccata vestra, ita ut comedatis *f* carnes filiorum vestrorum, & filiarum vestrarum. Destruam excelsa vestra, & simulacra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & *g* abominabitur vos anima mea, in tantum, ut urbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam odorem ultra suavissimum. Disperdamque terram vestram, & *h* stupebunt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem disperdam in gentes, & evaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deser-

a Respiciam] decima sexta promissio. *b* Crescere] decimaseptima. *c* Multiplicabimini] decimaoctava.
d Et firmabo] decimanona. *e* Comedetis] vigesima.
f Vetustissima veterum,] Objectio contra Judæos. Nam cum vetera projiciuntur, multo fortius vetustissima. Mystyce vero non est objectio: Nam vetustissima sunt unitas essentiæ, Trinitas personarum, quæ comedere debet omnis homo, & masticare dentibus fidei.

g Et vetera novis supervenientibus projicietis.] Ecce vigesimaprima. Vetera sunt figuræ legis, & promissiones terrenæ, quæ projiciuntur novis supervenientibus, idest, impletionibus Prophetarum, & promissionibus. Ad quod designandum tres missæ cantantur in Natali. Prima in fide Patriarcharum. Secunda in spe legalium promissionum. Tertia in charitate adimpletarum promissionum.

Deut. 28. Malach. 2. — Deut. 28.

C

h Ponam tabernaculum] Vigesimasecunda promissio.

i Et non abjiciet] Vigesimatertia promissio.

k Anima mea.] *Gloss. Origen.* Audeo, & dico, quod anima Dei Christus est, sicut verbum Dei, sapientia Dei, & virtus Dei. Tale est ergo ac si dicat: Non abjiciet vos filius meus. *August.* vero dicit: Animam suam vocat Deus voluntatem suam.

l Ambulabo] Vigesimaquarta promissio.

m Vester Deus,] Vigesimaquinta promissio.

n Vosque eritis, &c.] Vigesimasexta promissio. Nota, ego ero vester Deus, custodiendo, regendo, necessaria providendo. Et vos eritis mihi populus, serviendo, laudando, gratias de perceptis beneficiis referendo. *n* Ego Dominus Deus vester,] Vigesimaseptima promissio.

o Ne serviretis] Vigesimaoctava promissio.

p Confregi] Vigesimanona promissio. *Psal.* 115. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Qui contrivit portas æreas, scilicet quinque sensuum. Et vectes ferreos confregit, idest, malas consuetudines, & dæmonum suggestiones.

q Ut incederetis erecti.] Trigesima promissio.

r Spreveritis leges meas,] Sed nonne est una lex Domini? Unde: Lex Domini immaculata. Solut. Una est, & multæ. Una unitate finis, quia ad idem sunt novum, & vetus Testamentum. Duæ sunt, dualitate doctorum. Nam veteris legis doctor fuit Moyses; Novæ vero Christus. Vel duæ, dualitate principiorum observandi. Nam vetus ex timore, nova ex amore observatur. Item dualitate promissionis litteralis. Nam vetus terrena, ut patet *Is.* 1. Nova vero cœlestis. Item multæ sunt leges particulares. Sicut dicitur. Lex lepræ, lex zelotypiæ, & hujusmodi. *s* Visitabo] Visitatio quandoque ad misericordiam refertur, ut *Luc.* 1. Visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ. Quandoque ad vindictam. *Isa.* 10. Visitabit Dominus super magnificum cor Regis Assur.

t In egestate,] Egestas, carentia virtutum, ardor appetitus carnalium voluptatum. Ista duo mala proveniunt ex peccato. Unde *Luc.* 15. filius prodigus postquam consumpsit totam substantiam suam, cupiebat implere ventrem de siliquis porcorum. Inde dicitur *Jer.* 2. Dereliquerunt me fontem aquæ vivæ: Ecce egestas. Foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas, idest, procuraverunt varias voluptates. Ecce ardor. Contra dicit sponsa, *Cant.* 2. Sub umbra illius, quem desideravi, sedi, contra ardorem. Et fructus ejus dulcis, contra egestatem, q. d. Nec egestatem nec ardorem passa sum.

D

u Qui conficiat] Conficere æquivocum est, scilicet ad commiscere, ut medici conficiunt electuaria, & ad disperdere, sicut exercitus conficitur, idest, disperditur, & sic accipitur hic.

x Ferrum,] *Deut.* 28. dicitur contrarium: Dabo vobis cœlum æneum, & terram ferream. Sed non est contrarietas, quia pro eodem accipitur, quia æs, & ferrum idem significant; hic, & ibi scilicet duritiam. Dicit ergo, quod dabit cœlum ferreum, idest, doctrinam prædicationis, & pluviam gratiæ desuper non fundet eis.

E

y Et terram æneam.] idest, mentes duras, & indomabiles auditorum.

z Ex adverso] Prævaricantes legem.

a Contra vos] Inferendo ultionem.

b Ultorem] vel ultionis.

c Fœderis mei.] secundum pactum meum, quod feci vobis.

d Baculum] fortitudinem. *Psalm.* 104. Firmamentum panis contrivit.

e Septem plagis,] Perfecta ultione.

f Carnes filiorum, &c.] Hoc ad litteram sæpe factum est Judæis. Unde 4. *Reg.* 6. dixit quædam mulier ad regem Israel: Mulier ista dixit mihi: Da mihi filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras; coximus ergo filium meum, & comedimus eum. *Thren.* 4. Manus mulierum misericordum coxerunt filios suos, facti sunt cibi earum in contritionem filiæ populi mei.

g Et abominabitur] Contrarium supra eodem. Non abjiciet vos anima mea. Sed ibi sub conditione locutus est Dominus, scil. si custodieritis mandata mea; hic autem comminando loquitur, si non custodieritis, &c.

h Stupebunt] Admirando de afflictione vestra.

a Tunc

F

ta, & civitates vestræ dirutæ. *a* Tunc placebunt terræ sabbata sua, cunctis diebus *b* solitudinis suæ. Quando fueritis in terra hostili, sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eo quod non requieverit in sabbatis vestris, quando habitabatis in ea. Et qui de vobis remanserint, dabo pavorem in cordibus eorum, in regionibus hostium terrebit eos sonitus folii volantis, & ita fugient quasi gladium. Cadent nullo *c* persequente, & *d* corruent singuli per fratres suos, quasi bella fugientes. Nemo vestrum inimicis audebit resistere. Peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Quod & si de his aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum, & sua, affligentur, donec confiteantur iniquitates suas, & *e* malorum suorum recordentur, quibus prævaricati sunt in me, & ambulaverunt ex adverso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat *f* incircumcisa mens eorum. Tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Jacob, & Isaac, & Abraham. Terræ *g* quoque memor ero, quæ cum relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in *h* sabbatis suis, patiens *i* solitudinem *k* propter illos. Ipsi *l* vero *m* rogabunt pro peccatis suis, *n* eo quod abjecerint judicia mea, & leges meas despexerint. Attamen etiam cum essent in terra hostili, non *o* penitus abjeci eos, neque sic despexi, ut consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum Dominus Deus eorum, & recordabor fęderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti, in conspectu gentium, ut essem Deus eorum: Ego Dominus Deus. Hæc sunt præcepta, atque *p* judicia, & leges, quas dedit Dominus inter se, & inter filios Israel in *q* monte Sinai per manum Moysi.

G

CAP. XXVII.

Locutusque *r* est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos. Homo qui votum fecerit, & voverit, & spoponderit *ſ* Deo animam suam, *t* sub æstimatione dabit pretium. Si fuerit masculus a vigesimo anno usque ad sexagesimum annum dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii, si mulier triginta. A quinto autem anno usque ad vigesimum masculus dabit viginti siclos, femina decem. Ab uno mense usque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli, pro femina tres. Sexagenarius, & ultra masculus dabit quindecim siclos, femina decem. Si pauper fuerit, & æstimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote, & quantum ille æstimaverit, & viderit eum posse reddere, tantum dabit. Animal autem, quod immola-

a Tunc placebunt] quasi dicat: Gaudens terra, de dispersione, & ejectione vestra, faciet sabbata sua, idest, requiescet, non habens cultores. Vel tunc, idest, tempore Godoliæ, placebunt sabbata sua terræ, idest, placenter celebrabunt sabbata, quando scilicet redierunt dispersi de Juda, ut essent sub Godolia, quem statuerat præpositum terræ Nabuzardan. [*b. Reg. 25.*]

b Solitudinis suæ.] idest, reliquiarum, vel a vobis.

c Nullo persequente,] præ timore scilicet. Timent enim omnes mali: unde *Sap.* 17. Dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt paventes horrende. Et *infr.* Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Semper enim præsumit sæva perturbata conscientia. *Prov.* 28. Fugit impius, nemine persequente; justus autem, ut leo confidit. Item *Prov.* 10. Pavor his, qui operantur malum, justus autem in æternum non commovebitur, impii autem non habitabunt super terram.

d Et corruent] *Deut.* 28. Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos, ut per unam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias. Vel corruent, implorando, scilic. auxilium. Unde *Jonæ* 1. dixit gubernator Jonæ dormienti, dum tempestas ingrueret: Quid sopore deprimeris? Surge, invoca Deum tuum. Ubi dicit *Hieronym.* In omni adversitate, universale est plus de alio, quam de se confidere.

e Et malorum suorum] Videtur ergo, quod aliquis debeat confiteri peccatum alterius: quod non est verum. Solutio: Consensum confiteri potest, quo consensit eis in peccatis suis, in generali tamen.

f Incircumcisa mens] Per hoc patet, quod circuncisio corporalis signum fuit spiritualis. Unde *Jer.* 4. Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Juda. De hoc etiam habes *Roman.* 2. Neque enim, & quæ in manifesto, &c.

g Terræ quoque] scilicet Judææ. Et intelligitur ad litteram de captivitate Babylonica, quia & captivi, & reliquiæ oraverunt pro reversione. Unde *Dan.* 10. dixit Angelus ad Danielem. Et in his omnibus nemo mihi adjutor extitit, nisi Michael, qui præerat reliquis.

h Sibi in sabbatis] sub Godolia.

i Solitudinem] hominum.

k Propter illos.] captivos scilicet.

l Ipsi vero] scilicet captivi, vel relicti. Unde in Parasceve Ecclesia orat pro eis.

m Rogabunt] Prævaricationis sibi conscii. *n* Eo quod abjecerint] Non facientes, vel male intelligentes.

o Non penitus abjeci] *Interlin.* Reliquiæ salvæ fient. *Isaiæ* 10. Item *Gloss.* [Attamen] Bene in fine cap. blanditur, & quos minis terruerat, promissis consolatur.

p Hæc sunt præcepta, &c.] quæ prædicta sunt. Et est repetitio. Præcepta, de moribus. Judicia, de transgressionibus. Leges, de cæremoniis. De his tribus dicitur in *Psalm.* 18. Lex Domini immaculata convertens animas: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

q In monte Sinai] *Exod.* 20. 21. & deinceps.

EXPOSITIO

CAP. XXVII.

Locutusque *r* est Dominus ad Moysen,] In hoc ultimo capitulo agit Moyses de votis; & primo de his, qui vovent se; postea de his, qui vovent sua. Notandum igitur, quod in decimatione animalium, quod decimum veniebat, Domino sanctificabatur, nec mutari licebat in melius, neque in pejus. Similiter animal, quod vovebatur Domino, non licebat immutari. Et si quis, quod voverat, immutaret, & votivum, & immutatum erat Domini. Sed distinguendum est in hujusmodi votis: Aliquando enim sic sanctificabatur Domino aliquid ex votis, quod anathematizabatur, idest, separabatur, ut in nullo usu hominum acciperetur, nec poterat vendi a sacerdotibus, nec alienari. Quandoque autem non ita obligabantur votiva, sed poterant a sacerdotibus vendi, determinando secundum utilitatem, quæ ex his poterat evenire, sive esset animal, sive esset fundus. Sed ille tamen, qui votum dederat, si voluerat emere, supra æstimationem, pro qua alii daretur, addebat quintam partem. Quod ideo statutum fuit, ne qui voverat, ad rehabendum, quod voverat, aspiraret, quasi pœnitentia ductus. Et ne etiam digniorem se aliis putaret in emptione illius rei, quia eam dederat: continuationem hujus capitis, & totam materiam determinat illa *Gloss.* Homo qui votum, &c. [*a. Lev. 6.*] [*De pœn. di. 5. ante c. quem pœnitet, §. Item quod donum.*]

A

B

ſ Deo animam suam,] Non ut occidatur, quia nunquam placuit Deo effusio sanguinis, sicut patet in Isaac, & Jephte, cujus voti solutio non fuit placita Deo, cui illatio mortis non placet. Unde *Sap.* 1. Deus mortem non fecit. Sed sustinentia mortis propter Deum pretiosa est in conspectu Domini. [*Gen. 22.*]

t Sub æstimatione dabit pretium.] Æstimatio pretii attenditur secundum sexum, quia plus dabat vir, quam mulier. Et secundum ætatem, in qua tres status assignantur. Primus ab uno mense usque ad quinquennium. Secundus a quinto anno usque ad vigesimum annum. Tertius a vigesimo usque ad sexagesimum: Post sexagesimum, quia senex erat, & emeritus, non observabatur in eo regula.

ri potest Domino, si quis voverit, sanctum erit, & mutari non poterit, idest, *a* nec melius malo, nec pejus bono. Quod si mutaverit, & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino. Animal immundum, quod immolari Domino non potest, si quis voverit, adducetur ante sacerdotem, qui dijudicans utrum bonum an malum sit, statuet pretium. Quod si *b* dare voluerit is, qui offert, addet supra æstimationem quintam partem. Homo si voverit domum suam, & sanctificaverit Domino, considerabit eam Sacerdos, utrum bona, an mala sit, & juxta pretium, quod ab eo fuerit constitutum, venundabitur. Sin autem ille, qui voverat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis supra, & habebit domum. Quod si agrum possessionis suæ voverit, & consecraverit Domino, juxta mensuram sementis æstimabitur pretium. Si triginta hordei modiis seritur terra, quinquaginta siclis vendetur argenti: Si *c* statim ab anno incipientis jubilæi voverit agrum, quantum valere potest, tanti æstimabitur. Sin autem post aliquantulum temporis, supputabit Sacerdos pecuniam juxta annorum, qui reliqui sunt, numerum usque ad jubilæum, & *d* detrahetur ex pretio. Quod si voluerit redimere agrum ille, qui voverat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit eum. Sin autem noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, ultra eum, qui voverat, redimere non poterit, quia cum jubilæi venerit dies sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad jus pertinet *e* sacerdotum. Si ager emptus est, & non de possessione *f* majorum *g* sanctificatus fuerit Domino, supputabit Sacerdos juxta annorum numerum usque ad jubilæum pretium, *h* & dabit ille, qui voverat eum, Domino. In jubilæo autem revertetur ad priorem dominum, qui vendiderat eum, & habuerat in sortem possessionis suæ. Omnis æstimatio *i* siclo sanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. Primogenita, quæ ad Dominum pertinent, *k* nemo sanctificare poterit, & vovere, sive bos, sive ovis fuerit, Domini sunt. Quod si immundum est animal, redimet, qui obtulit juxta æstimationem suam, & addet quintam partem pretii. Si redimere noluerit, vendetur alteri, quantocumque fuerit æstimatum. Omne, quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, nec vendetur, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. *l* Et omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non *m* redimetur, sed morte morietur. Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Si quis autem voluerit redimere *n* decimas suas, addet quintam partem earum. Omnium decimarum bovis, & ovis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, *o* sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutaverit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. Hæc *p* sunt præcepta, quæ mandavit Dominus Moysi ad *q* filios Israel, in *r* monte Sinai.

Finis Libri Levitici.

a Nec melius] ergo a simili in quolibet voto non potest fieri commutatio. Ergo si quis voverit peregrinationem, non licet ei intrare claustrum, nisi prius soluto voto, quod aperte falsum est, quia non dicitur votum fregisse, qui in melius immutavit. Sol. Sicut illud animal, quod votum erat, non poterat immutari, ita tu si feceris votum, per teipsum debes implere non per alium, si potes, & si mutas in melius, bene imples, non tamen tua auctoritate hoc debes facere, sed superioris.

b Quod si dare voluerit] ut habeat animal, vel rem, quam voverat.

c Si statim ab anno] Ad litteram, si in jubilæo res vota vendebatur, recipiebat ex ea quantum poterat venditor, juste tamen, quia longum tempus est inter jubilæum, & jubilæum. Si postea, secundum quantitatem æstimabatur pretium.

d Detrahetur ex pretio.] idest, secundum quod minus erit de tempore a venditione usque ad jubilæum, minuetur pretium.

[Fuerit venundatus] A sacerdote, cui fuit oblatus.

e Sacerdotum.] Tres personæ notantur, dominus agri, & emptor qui vovit eum Domino, & Sacerdos.

f Majorum] scilicet, parentum, id est, non de jure hæreditario.

g Sanctificatus] voto scilicet, idest, si votus fuerit Domino.

h Et dabit ille,] illud pretium sacerdoti scil. si ipse vult agrum habere, quem vovit. Qui ager in jubilæo redibit ad priorem dominum, qui eum habuit in sortem, & vendidit. Quod si ille, qui vendidit, non habebat in sortem, sed emerat ab alio, semper in jubilæo redibit ad verum dominum, qui habuerat eum in sortem. *i* Siclo Sanctuarii] Siclus 20. obolos habet, & significat geminam charitatem cum observantia Decalogi. Omne opus, quod hoc siclo non ponderatur, non placet Deo.

k Nemo sanctificare poterit,] i. vovendo sanctificare, quia votum debet fieri de propriis, primogenita autem Domini sunt. *Gloss.* Nemo, &c. Non quia sanctificatione indigna sint, sed quia sancta sunt, non egent sanctificari. *l* Et omnis consecratio,] i. omne consecratum Domino quod offertur ei. *m* Non redimetur,] Non est contrarium præcedentibus, quia intelligitur hoc de consecratione, quæ est anathematizatio, ubi quod votum est, separatur penitus ab omni usu humano, quasi ad honorem Dei. Supra vero agebatur de consecratione simplici. Item secundum mysterium non est contrarietas, quia supra actum est de venditione, quæ fit diabolo, male vivendo, quæ redimi debet per bona opera, hic agitur de venditione, quæ fit Deo per bonam voluntatem, & bona opera, quæ non debent redimi, quia malum est se redimere a servitio Dei. Et prohibetur hic quilibet emere a suo superiori impunitatem peccandi.

n Decimas] scil. de frugibus, vel fructibus, vel hujusmodi, quas licitum erat redimere additione quintæ partis supra æstimationem; decimæ autem animalium, quæ excipiebantur numerando usque ad decem, non poterant redimi, sicut dictum est supra. *Exod. 30. Num. 3. Ezech. 4.*

o Sanctificabitur Domino.] Licet hæc bona ad litteram intellecta, tamen meliora sunt mystice intellecta. Et sicut Salomon *in fine Eccl.* docuit nos omnino subjicere voluntati divinæ, dicens: Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time, & mandata ejus observa; hoc est omnis homo, idest, ad hoc est, ita Moyses hic, imo Spiritus sanctus per Moysen docet nos propriam voluntatem dimittere, & omnino divinæ subjicere voluntati, ut nullus sibi eligere præsumat aliquod speciale genus mortis, vel tempus, vel horam, sed totum committere Deo. Ita fecit ipse Christus *Matth. 26.* Non sicut ego volo, sed sicut tu, fiat voluntas tua. Ita fecit & Paul. *Philip. 1.* Coarctor e duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius; permanere autem in carne, necessarium, propter vos. Ita fecit Beatus Martinus. Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, &c. *p* Hæc sunt præcepta,] q. d. Hæc, quæ audistis, bene debetis servare, quia præcepta sunt Domini. Et per fidelem nuncium, scil. per Moysen.

12. q. 2. cap. nulli, 16. q. 7. cap. omnes decimæ. De decim. cap. 1.

q Ad filios Israel,] idest, propter filios Israel, idest, propter videntes Deum, ut sunt Christiani, qui oculo fidei contemplantur.

r In monte Sinai.] idest, in infirmitate pœnitentiæ. Sinai enim rubus interpretatur.

Explicit Expositio Domini Hugonis Cardinalis super Leviticum.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,

D. HUGONIS, &c. PRIMI CARDINALIS de Ordine Sancti Dominici,

IN POSTILLAM SUPER LIBRUM NUMERI,

PROLOGUS.

Pentateuchus liber unus est, & ab uno auctore editus, de una tractans materia, ad finē unū tendens, styli per totum retinens unitatem. Sed ne libri prolixitas Lectori fastidium generaret; Esdras Sacerdos, qui a Babyloniis destructam Bibliam inspiratus divinitus reparavit, librum istum in quinque volumina separavit. Primum appellavit Genesim, quia de generatione mundi agit. Secundum Exodum, quia de exitu filiorum Israel de Ægypto loquitur. Tertium Leviticum, quia officium Levitarum ordinatum docet. Quartum Numeri vocavit, quia in eo quadruplex numeratio continetur. Qui recte loco quarto in Pentateucho ordinatur. Sicuti enim inter figuras, quadrata perfectior est, ita per quarti loci positionem hujus operis perfectio commendatur. In quo etiam & ordini, & mysterio satisfactum est: Congruum enim est, ut postquam in Exodo, & Levitico actum est de constructione tabernaculi, & compositione vestium sacerdotalium, & sacrificiis, ageretur deinceps de ministris, quorum officio tabernaculum portaretur, & omnia prædicta administrarentur, quod totum fit in hoc libro. Scriptus est autem liber iste intus, & foris, sicut omnes alii libri Veteris Testamenti. Intus mysterio, foris historia. Quod significavit liber, quem Dominus Ezechieli obtulit comedendum. Inde dicitur, quod omnes libri Veteris Testamenti duplicem habent materiam, & duplicem intentionem: Extrinsecam quantum ad historiam, intrinsecam quantum ad spiritualem intelligentiam. Videndum est ergo, quæ sit utraque materia, & quæ utraque intentio Moysi in hoc libro, quis modus agendi, quis titulus, quibus visis manifesta est utilitas. Materia ergo extrinseca hujus libri, sunt filii Israel, & actus, & progressus eorum a monte Sinai, usq; ad campestria in Moab. Intrinseca vero materia, sunt tres ordines hominum salvandorum, & actus, & profectus eorum in Eremo hujus vitæ, scil. prælati, contemplativi, & activi, designati per Noe, Daniel, & Job, quos salvandos vidit *Ezech.* 14. Per duos in agro, & duos in lecto, & duos in mola. In agro enim sunt prælati, in lecto contemplativi, in mola activi. Isti tres ordines hominum designantur in hoc libro, & actus, & profectus eorum. Nam per ministrantes in tabernaculo, signantur prælati, quorum officium est subditis Sacramenta ministrare. Per excubantes, contemplativi, qui semper excubant ad ostia paradisi. Per præliantes, activi, quibus incumbunt prælia, maxime contra carnem, & mundum. Divisi sunt enim, qui hujusmodi sunt, & cum Martha sæpius perturbantur soliciti circa plurima, partim Deo, partim sibi, partim uxori, ac liberis servientes. Intentio vero Moysi litteralis, sive extrinseca, est actus, ac progressus filiorum Israel a monte Sinai usq; ad campestria Moab per ordinem enarrare. Intentio intrinseca est per beneficia præstita, per supplicia irrogata nos ad amorem Dei, & timorem pariter excitare, & ad præliandum prælia Domini fortiter animare. Intendit enim nos hortari, ut de virtute gradiamur in virtutem, ut tandem mereamur videre Deum Deorum in Sion, qui progressum per progressum mansionum significatur. Modus agendi talis est. Primo, enumerat viros ad præliandum idoneos, scil. a viginti annis, & supra, a quo numero mulieres, & pueri, & omnes vulgus promiscuum, & omnes debiles excluduntur: Nam teste *Orig.* non omnes digni sunt divino numero. Facta est autem hæc numeratio ad montem Sinai. Secundo numerantur excubantes, non personaliter quidem, sed tribunaliter, ubi diffinitur, quæ, & quot Tribus circa tabernaculum excubarunt, & ex qua parte. Tertio numerantur primogeniti & ministri, Levitæ. Qui etiam bis numerantur: Primo, quando facta est commutatio primogenitorum pro Levitis. secundo, quando numerati sunt ad ferendum tabernaculum. Quarto addit Moyses de judicio Zelotypiæ, & de Nazaræis, & de oblatione principum in dedicatione tabernaculi. Deinde de nubis elevatione, & eorum progressu, ubi quædam mirabilia narrat, ut de sepulchris concupiscentiarum, de aqua contradictionis, de seditione Chore, & hujusmodi. Deinde de quibusdam præceptis, & cæremoniis, quæ & in Levitico prædicta sunt. Postea addit catalogum mansionum per desertum, & de duabus Tribubus, quæ ultra Jordanem remanserunt. Ultimo occasione filiarum Salphaat præcepit, ut quisque ducat uxorem de Tribu sua, ne confundantur Tribus, & possessiones. Titulus talis est. Incipit liber Numeri, vel Numerorum pluraliter, propter quadruplicem numerationem, quæ dicta est, de qua hic agitur. Dicitur autem liber Græce Arithmon, Hebraice Vajedabber, idest locutus est. Va enim sonat, & je daber, locutus est, sonat, tamen in nostra translatione, non habetur [&] sed quæ.] Sic enim incipit liber, Locutusque est Dominus, &c. Sicut Leviticus dicitur Vaiikra, quod sonat, Et vocavit. Va enim, &, & iikra, vocavit, sonat, tamen in nostra translatione habetur: Vocavit autem, &c.

Ezech. 2.

Matth. 24.

Luc. 10.

Psalm. 83.

Explicit Prologus.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Librum Numeri incipit.

INCIPIT LIBER Vajedabber, idest, Liber Numeri.

CAP. I.

Locutusque *a* est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis, prima die *b* mensis secundi, anno *c* altero egressionis eorum ex

EXPOSITIO CAP. I.

Infr. 26.

LOCUTUSQUE *a* est Dominus, &c.] Librum istum multi exposuerunt, sed principaliter *Orig. Radul. Raban. & Isidor.* Rabanus continuat librum istum fini Exodi, ubi de erectione tabernaculi agitur: Post quam erectionem locutus est Dominus ad Moysen de populo numerando. In eodem enim anno erectum est tabernaculum, & descriptus numerus filiorum Israel, ut patet in littera. Josephus vero sic transit ad hanc partem historiæ: Moyses prædictam constitutionem legum, dum in Sina moraretur, a Deo cognovit, & Hebræis scripto tradit exaratam. Cumque hoc circa lationem legis sufficere putaret, ad exercitii militaris jura conversus est, & numeravit populum ad pugnandum idoneum. Dicit autem Moyses Dominum super hoc sibi fuisse locutum, [Locutusque est Dominus] Notandum, quod Moyses hic prætermittit quædam, quæ facta fuerunt in primo mense secundi anni, scil. oblationem duodecim Principum, quam fecerunt singuli singulis diebus in dedicatione tabernaculi. De qua *inf.* 7. agetur. Et solemnitatem phase, quæ proprio nomine dicitur Pascha in deserto: De quo agetur *inf.* 9. Et sanctificatione Levitarum. De qua iterum agetur per recapitulationem, c. 8. Prosequentes ergo ordinem historiæ, dicimus, quod Moyses, & Aaron, & duodecim principes Tribuum ex præcepto Domini anno secundo egressionis de Ægypto, mense 2. i. Majo 1. die mensis numeraverunt viros præter Tribum Levi, ad bellum idoneos scil. a 20. anno, & sup. Et dicit Joseph. 20. anno usque ad 50. Sed quæret aliquis, quare populus non est numeratus in Ægypto, vel statim post exitum de Ægypto? Et respondet *Orig.* dicens: Populus Dei non in Ægypto numerari debuit: Prius quippe Ægyptus deseritur, mare transitur, Amalech superatur, manna manducatur, tabernaculum construitur, lex digito Dei scripta suscipitur, & tandem Dei populus numeratur. Vide ergo, dicit Origenes, quanta tibi transeunda sint, quanta toleranda, quot profectibus, quot tentationibus, quot præliis pugnandum, quot prælia vincenda, ut pertineas ad divinum numerum, & inter sanctas Tribus valeas numerari. Dicit ergo. *a* Locutusque est Dominus, &c.] Secundum Magistrum in historiis, superfluit, quæ; potest autem continuari sic: Erexit Moyses tabernaculum, ut dicitur in fine Exodi: Postea vocavit eum Dominus in tabernaculum, ut dictum est in Levitico, in principio, ubi præcepit ei ea, de quibus actum est in Levitico. Et postea locutus est Dominus ad Moysen, hic scil. Et loquitur Moyses de se tanquam de alio in tertia persona ad vitandam arrogantiam. *b* Mensis secundi,] idest, Maii. *c* Altero] scilicet secundo.

A

a Naason]

a Naason] Interpretatur serpentinus, vel augurium. *b* Isachar] merces. *c* Nathanael] Deus meus, vel donum Dei. *d* Nobilissimi principes] Multitudinis dico, divisæ per Tribus. Tribus dico, divisas per cognationes, sive familias. Cognationes dico, divisas per domos. Domos dico, divisas per capita, idest per singulos viros. Et nota hic quatuor. Tribus, cognatio, domus, caput, quæ sæpe occurrunt in hoc libro, & in Josue, secundum quosdam tantum poni ad inculcationem. Potest tamen distingui inter illa: scil. cognationes, sive Tribus secundum numerum filiorum Israel 12. erant cognationes, sive familiæ, quæ ex ipsis filiis Patriarcharum primo descenderunt, v.g. Omnes, qui de Levi nati sunt mediate, vel immediate, sunt una Tribus, sive una cognatio. In hac Tribu fuerunt tres familiæ. Levi enim habuit tres filios Caath, a quo Caathitæ. Gerson, a quo Gersonitæ. Merari, a quo Meraritæ. Ecce tres familiæ, quæ descenderunt de tribus filiis Levi. Quælibet familia habebat plures domos, in quibus singulis erant proprii patresfamilias. Quælibet domus habebat plura nomina, sive capita, idest plures personas. Exercitus ergo filiorum Israel per duodecim Tribus divisus erat: Tribus una per multas familias, non æqualiter, sed secundum numerum filiorum priorum. Familia per multas domos non æqualiter. Domus per multa capita, neque hoc æqualiter. *e* Secundi mensis,] idest, Maii. *f* Capita, &c.] &, pro, idest. *g* Nomina singulorum] i. per singulos viros. Sexus est masculini, ad differentiam mulierum.

Ægypto, dicens: Tollite summam universæ congregationis filiorum Israel per cognationes, & domos suas, & nomina singulorum, quicquid sexus est masculini a 20. anno, & supra, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu, & Aaron, eruntque vobiscum principes Tribuum, ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina. De Tribu Ruben Elisur filius Sedeur, De Tribu Simeon Salamiel filius Surisaddai. De Tribu Juda, *a* Naason filius Aminadab. De Tribu *b* Isachar *c* Nathanael filius Suar. De Tribu Zabulon Eliab filius Helon. Filiorum autem Joseph de Tribu Ephraim, Elisama filius Ammiud. De Tribu Manasse Gamaliel filius Phadassur. De Tribu Benjamin Abidam filius Gedeonis. De Tribu Dan Ahiezer filius Amisaddai. De Tribu Aser Phegiel filius Ochran. De Tribu Gad Eliasaph filius Duel. De Tribu Nephtalim Ahira filius Henan. Hi *d* nobilissimi principes multitudinis per Tribus, & cognationes suas, & capita exercitus Israel, quos tulerunt Moyses, & Aaron cum omni vulgi multitudine, & congregaverunt primo die *e* mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & *f* capita, & *g* nomina singulorum a vigesimo anno, & supra, sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai de Ruben primogenito Israelis, per generationes, & familias, ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod *h* sexus est masculini a *i* vigesimo anno, & supra procedentium ad bellum, quadraginta sex millia quingenti. De filiis Simeon per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt per *k* nomina, & capita singulorum, omne quod sexus est masculini a vigesimo anno, & supra *l* procedentium ad bellum quinquaginta novem millia trecenti. De filiis Gad per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a xx. annis, & supra omnes, qui ad bella procederent, xlv. millia sexcenti quinquaginta. *m* De filiis Juda per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum per nomina singulorum a vigesimo anno, & supra omnes, qui poterant ad bella procedere, recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti. De filiis Isachar per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum per nomina singulorum a vigesimo anno, & supra omnes, qui ad bella procederent, recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti. De filiis Zabulon per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno, & supra omnes, qui poterant ad bella procedere, quinquaginta septem millia quadringenti. De filiis Joseph filiorum Ephraim per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno, & supra omnes, qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia quingenti. Porro filiorum Manasse, per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a xx. annis, & supra omnes, qui poterant ad bella procedere, xxxii. millia ducenti. De filiis Benjamin per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno, & supra omnes, qui poterant ad bella procedere, xxxv. millia quadringenti. De filiis Dan per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno, & supra omnes, qui poterant ad bella procedere, sexaginta duo millia septingenti. De filiis Aser per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno, & supra omnes, qui poterant ab bella procedere, quadraginta millia, & mille quingenti. De filiis Nephtalim, per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum a 20. anno, & supra omnes, qui poterant ad bella procedere, quinquaginta tria millia quadringenti. Hi sunt quos numeraverunt Moyses, & Aaron, & 12. principes Israel, singulos per domos cognationum suarum. Fueruntque omnis numerus filiorum Israel per domos, & familias suas, a 20. anno, & supra, qui poterant ad bella procedere, sexcenta tria millia virorum, quingenti, quinquaginta. Levitæ autem in Tribubus familiarum suarum non sunt numerati cum eis.

i A vigesimo anno,] ad differentiam parvulorum. *k* Per nomina, &c.] idest, capita nominata, idest, digna nomine. *l* Procedentium, &c. *Gloss.* hoc addidit, ne imbellis senectus computaretur. *m* De filiis Juda] Ecce transit Tribuum Levi, qui fuit tertius in filiis Jacob.

EXPOSITIO CAP. II.

Locutusque *n* est Dominus, &c.] Ex præcepto Domini numeravit populum legislator; nunc præcipit Levitas cum plebe non numerari, quia postea numerabuntur per se, non ad bellum, sed ad aliud. *o* Utensilia] quæ ad varios usus tabernaculi erant necessaria. *p* Per gyrum tabernaculi] Hinc inolevit, ut claustra fiant in monasteriis, & etiam circa Ecclesiam fit claustrum Canonicorum. *q* Quisquis externorum] vel exterorum. Prius præcepit Dominus, ut Levitæ per gyrum tabernaculum custodirent, & nunc

C A P. II.

Locutusque *n* est Dominus ad Moysen, dicens: Tribum Levi noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel, sed constitues eos super tabernaculum testimonii, & cuncta vasa ejus, & quicquid ad cæremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum, & omnia *o* utensilia ejus, & erunt in ministerio, ac *p* per girum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendum fuerit, deponent Levitæ tabernaculum, cum castra metandum, erigent. *q* Quisquis externorum accesserit, occidetur. Metabuntur autem ca-

ſtra filii Iſrael : unuſquiſque *a* per turmas, & cuneos, atque exercitum ſuum. Porro Levitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria: ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorum Iſrael : & *b* excubabunt in cuſtodiis tabernaculi teſtimonii. Fecerunt ergo filii Iſrael juxta omnia, quæ præceperat Dominus Moyſi. *c* Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron, dicens : *d* Singuli per turmas ſigna, atque vexilla, & domos cognationum ſuarum caſtrametabunt filii Iſrael, per gyrum tabernaculi fœderis: Ad Orientem Judas figet tentoria per turmas exercitus ſui : eritque Princeps filiorum ejus Naaſon filius Aminadab, & *e* omnes de ſtirpe ejus ſumma pugnantium ſeptuaginta quatuor millia ſexcenti. Juxta eum caſtrametati ſunt de Tribu Iſachar, quorum Princeps fuit Nathanael filius Suar : & omnis numerus pugnatorum ejus quinquaginta quatuor millia quadringenti. In Tribu Zabulon Princeps fuit Eliab filius Helon: omnis de ſtirpe ejus exercitus pugnatorum quinquaginta ſeptem millia quadringenti. Univerſi, qui in caſtris Judæ annumerati ſunt, fuerunt centum octoginta ſex millia quadrigenti : & per turmas ſuas primi egredientur, In caſtris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Heliſur filius Sedeur : & cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt quadraginta ſex millia quingenti. Juxta eum caſtrametati ſunt de Tribu Simeon, quorum Princeps fuit Salamiel, filius Sariſaddai : & cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt quinquaginta novem millia trecenti. In Tribu Gad, Princeps fuit Eliaſaph filius Duel : & cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt quadraginta quinque millia, ſexcenti quinquaginta. Omnes qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben, centum quinquaginta millia, & mille quadringenti, quinquaginta : per turmas ſuas in ſecundo loco proficiſcentur. Levabitur autem tabernaculum teſtimonii per officia Levitarum, & turmas eorum. Quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca, & ordines ſuos proficiſcentur. Ad Occidentalem plagam erunt caſtra filiorum Ephraim, quorum Princeps fuit Eliſama filius Ammiud : cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, quadraginta millia quingenti. Et cum eis Tribus filiorum Manaſſe, quorum Princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur : cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, triginta duo millia, ducenti. In Tribu filiorum Benjamin Princeps fuit Abidan filius Gedeonis : & cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui recenſiti ſunt, triginta quinque millia, quadringenti. Omnes, qui numerati ſunt in caſtris Ephraim, centum octo millia, centum, per turmas ſuas tertii proficiſcentur. Ad Aquilonis partem caſtrametati ſunt filii Dan, quorum princeps fuit Ahiezer filius Amiſaddai : cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, lxii. millia, ſeptingenti. Juxta eum fixere tentoria de Tribu Aſer, quorum Princeps fuit Phegiel filius Ochran : cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati ſunt, xl. millia, & mille quingenti. De Tribu filiorum Nephtalim Princeps fuit Ahira filius Enan : cunctus exercitus pugnatorum ejus, liii. millia, quadringenti. Omnes, qui numerati ſunt in caſtris Dan fuerunt centum, lvii. millia, ſexcenti ; & noviſſimi proficiſcentur. Hic numerus filiorum Iſrael, per domos cognationum ſuarum, & turmas diviſi exercitus, ſexcenta tria millia, quingenti, quinquaginta. Levitæ autem non ſunt numerati inter filios Iſrael. Sic enim præceperat Dominus Moyſi. Feceruntque filii Iſrael juxta omnia, quæ mandaverat Dominus. Caſtrametati ſunt per turmas ſuas, & profecti per familias, ac domos patrum ſuorum.

C A P. III.

HÆ *f* ſunt generationes

ſt nunc præcepit, ut nullus alterius gentis, vel alterius tribus de Judæis, quam de Levi audeat ſe miſcere eis in officio iſto : quod ſi fecerit, moriatur. Externos autem vocat hic non ſolum homines alterius gentis : ſed etiam alterius tribus : qui proprie dicuntur Allophyli : ut dicit *Auguſtinus* Allogenes vero, ſive alienigenæ, dicuntur homines, alterius nationis, ſive gentis : ut patet in illa *Gloſſ.* Alienigena, &c.

a Per turmas,] Nota quod turma proprie dicitur triginta militum. Cuneus vero dicitur quaſi couneus : multitudo ſcilicet, quæcumque in unum conveniens, hic quaſi pro eodem accipiuntur.

b Excubabunt] Large accipitur hic excubare. Excubiæ, enim proprie dicuntur diei, vigiliæ noctis. Sunt autem quatuor vigiliæ noctis, ſcilicet conticinium, intempeſtum, gallicantus, antelucanum. In prima vigilant omnes : in ſecunda adoleſcentes : in tertia juvenes : in quarta ſenes. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, & Aaron dicens: Singuli per, &c.] Hic agitur de excubiis circa tabernaculum. Et eſt ſumma talis hujus loci ad litteram : quod præcepit Dominus, ut ternæ tribus excubarent circa tabernaculum per quatuor partes : ita tamen remoti a tabernaculo, ut maximas plateas haberent, atque ornatus caſtrorum, quaſi forum rerum vænalium ſingulis in ſuo ordine conſtitutis: ita ut urbi competenter ædificatæ caſtra ſimilia viderentur. Erant autem Tribus ſic diſpoſitæ: Judas, Iſachar, Zabulon : iſti erant ad Orientem. Ruben, Simeon, & Gad, ad Meridiem. Ephraim, Benjamin, & Manaſſes, ad Occidentem. Dan, Aſer, & Nephtalim ad Aquilonem. Inter tabernaculum vero, & caſtra excubabant Levitæ in tabernaculis ſuis propinquiores tabernaculo quam caſtris: ſimiliter per quatuor partes circa tabernaculum ordinati. Moyſes, & Aaron cum ſuis ad Orientem: Caathitæ ad Meridiem ſub cuſtodia Eleazar filii Aaron: Gerſonitæ ad Occidentem : Meraritæ ad Aquilonem utrique ſub cuſtodia Ithamar filii Aaron minoris.

d Singuli per turmas] *Septuaginta* dicunt : homo ſecundum ordinem ſuum incedat : ſecundum ſigna ſua : ſecundum domos familiarum ſuarum. Caſtra collocent filii Iſrael ex adverſo. Solent enim homines in bello habere talia ſigna : ut ingruente tumultu, & impetu ſive conflictu, ſe mutuo cognoſcant, & in unum colligant.

e Et omnes de ſtirpe ejus] ſcilicet Judæ.

EXPOSITIO

CAP. III.

HÆ *f* ſunt generationes, &c.] *Supr. cap.* 2. dixit Dominus ad Moyſen : Noli numerare Tribum Levi : neque ponas ſummam eorum cum filiis Iſrael : ſed conſtitues eos ſuper tabernaculum teſtimonii, q. d. ſeorſum numerabis Levitas : & ſeorſum alios filios Iſrael. Poſito igitur numero filiorum Iſrael bellare valentium, ponit numerum Levitarum, ut eos ſibi attitulet pro primogenitis Iſrael, qui tunc erant ſui tam de hominibus, quam de pecoribus: eo quod reſervaverat eos quando interfecit primogenita Ægyptiorum. *Exodi* 12. Fecit ergo Dominus commutationem cum populo, ut omnes Levitas pro primogenitis aliorum haberet : & jumenta Levitarum pro primogenitis jumentorum aliarum Tribuum. Sed ne duodenarius numerus Tribuum minueretur : pro Levitis Manaſſes ; pro Joſeph, Ephraim ſucceſſit : Item ne major videretur numerus Levitarum quam primogenitorum : & ita iniqua eſſet commutatio, præcepit Dominus omnes maſculos Levitici generis numerari ab uno menſe, & ſupra : & inventi ſunt viginti duo millia, ut dicitur in littera. Tamen ſi diligenter attendas per familias, invenies viginti duo millia, & ccc. De Gerſon 7. millia quingentos, de Caath 8. millia 600. de Merari 6. millia, ducentos. Sed dicunt Hebræi, quod trecenti in eis erant primogeniti, & ita jam erant Domini,

quare

Aaron, & *a* Moysi, in *b* die, qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai: Et hæc nomina filiorum Aaron. Primogenitus ejus Nadab, deinde Abju, & Eleazar, & Ithamar. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum, *c* qui uncti sunt, & quorum *d* repletæ, & consecratæ manus, ut sacerdotio fungerentur. *e* Mortui sunt Nadab, & Abju cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, *f* absque liberis, functique sunt sacerdotio Eleazar, & Ithamar coram Aaron patre suo. *g* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens. Applica Tribum Levi, & fac *h* stare in conspectu Aaron sacerdotis, ut ministrent ei, & excubent, & observent *i* quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii, & custodiant vasa tabernaculi, servientes in ministerio ejus. *k* Dabisque dono Levitas Aaron, & filiis ejus, quibus traditi sunt a filiis Israel: Aaron autem, & filios ejus constitues *l* super cultum sacerdotii. *m* Externus, qui ad ministrandum accesserit, *n* morietur. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *o* Ego tuli Levitas a filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit *p* vulvam in filiis Israel, eruntque Levitæ mei. Meum est enim omne primogenitum. Ex *q* quo percussi primogenita in terra Ægypti, sanctificavi mihi quicquid primum nascitur in Israel: Ab homine usque ad pecus, mei sunt: Ego Dominus. Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: *r* Numera filios Levi per domos patrum suorum, & familias, omnem masculum ab uno mense, & supra. Numeravit Moyses, ut præceperat Dominus, & inventi sunt filii Levi per nomina sua Gerson, & Caath, & *s* Merari. Filii Gerson, Lebni, & Semei. Filii Caath, *t* Amram, & Jessaar, Hebron, & Ozihel. Filii Merari, Mooli, & Musi. De Gerson fuere *u* familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica, quarum numeratus est populus sexus masculini ab uno mense, & supra, septem millia, quingenti. Hi post tabernaculum metabuntur ad Occidentem, sub principe Eliasaph filio Jahel, & habebunt excubias in *x* tabernaculo fœderis

quare omisit eos Moyses numerare: Postea fecit Dominus numerari omnes primogenitos masculos aliarum Tribuum, & inventi sunt viginti duo millia, ducenti 73. & ita numerus primogenitorum 12. Tribuum superavit numerum Levitarum ducenti 73. Pro quibus per singula capita tulit Moyses 5. siclos ad mensuram sanctuarii, & dedit eos Aaron, & filiis ejus juxta Domini præceptum. Et ab illo tempore omnes primogeniti filiorum Israel redimuntur 5. siclis, exceptis primogenitis Levitarum, qui non redimuntur, sed perpetuo remanent servitio tabernaculi deputati.

Levit. 10. & 16. Infr. 26. 1. Par. 24.

B

a Et Moysi] Tamen generationes Moyses non prosequitur hic, sed *infr.* *b* In die, &c.] Et quas generationes habebat tunc scil. 1. die secundi anni egressionis de Ægypto.

c Qui uncti sunt,] non tantum unctione olei, sed sapientia, ratione, opere, & doctrina. Tales enim debent esse sacerdotes, qui loco Christi sunt in terra, ut a barba eorum fluat unguentum in oram vestimenti eorum.

33. dist. c. 1. & c. tenta.

d Repletæ,] oblationibus forte. Vel repletæ, idest, inunctæ ad repletionem oblationum, & munerum recipiendam. Vel repletæ aliquo signo. Alicubi enim quando sacerdotes inunguntur, datur in manibus eorum aliquod lignum, vel calix, vel aliquid hujusmodi, quod in aliis contractibus vocatur manualis, vel investitura, & hoc dicitur repletio. Vel repletæ, bonis operibus.

51. d. a tenere.

e Mortui sunt Nadab, &c.] *Levit.* 10.

f Absque liberis,] Utinam sic morerentur omnes, qui per Nadab, & Abju designantur, idest, Hæretici ambitiosi, absque liberis, idest, sine imitatoribus.

g Locutusque est Dominus, &c.] Ne immunes viderentur esse Levitæ ab excubiis tabernaculorum, quia supra cum aliis non fuerunt nominati, & ita essent otiosi, præcipit hic Dominus, ut cum aliis excubent circa tabernaculum, locantes tabernacula sua inter alios, & tabernaculum Domini.

h Stare in conspectu, &c.] ut ad ejus arbitrium serviant. Et nota, quod Levitæ jubentur excubare circa tabernaculum propter fures in signum; quod prælati circa gregem suum debent jugiter excubare. Unde *Is.* 62. Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.

i Quicquid ad cultum] idest, officium: *k* Dabisque dono Levitas] qui similiter datus est Domino ad cultum Dei, & tabernaculi. *l* Super cultum] quasi superiores. *m* Externus] i. de aliena Tribu. *n* Morietur.] Quæritur, cum in Levitico dictum sit: Qui tetigerit tabernaculum, sanctificabitur, quomodo hic dicatur. Externus, qui tetigerit, morietur: Et solvit *Gloss.* quia in Levitico loquitur Moyses de Levitis, qui poterant accedere, & intrare tabernaculum: Hic autem de allophylis, i. hominibus aliarum Tribuum. Vel hic loquitur de tactu officiali, i. in ministrando, quod solis Levitis concessum est, ibi de tactu communiter. *o* Ego tuli Levitas] *Orig.* ponit aliam litteram scil. Ego assumpsi Levitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito. Et quærit hic *Aug.* Quare primogenitos filios Israel, qui excedebant Levitas, fecit redimi Dominus, quemlibet 5. siclis, & non similiter primogenita pecorum Israel, quæ excedebant pecora Levitarum, fecit redimi? Et non solvit: Sed potest dici, quod Dominus pro modico reputavit damnum pecorum: In quo etiam exemplum dedit sacerdotibus, ut salvis spiritualibus vilipenderent damna rerum temporalium.

Moraliter. *p* Vulvam] Nota, quod est vulva iniquitatis, qua concipitur quilibet filius iræ. Hæc est prava concupiscentia, de qua *Jacob* 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. De hac vulva dicitur *Prov.* 30. Tria sunt insatiabilia, & quartum, quod nunquam dicit sufficit: Infernus, & os vulvæ, & terra, quæ non satiatur aqua: Ignis vero nunquam dicit, sufficit. Nativitatem tractam ab hac vulva maledicit *Job* 3. Pereat, inquit dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo. Item *Jer.* 20. Maledicta dies, in qua natus sum. Et de Juda dicitur *Matt.* 26. Bonum erat ei, si natus non fuisset, &c. Item est vulva pœnalitatis: de qua *Job* 10. Quare de vulva eduxisti, &c. Ab hac vulva nascitur homo ad miserias, & labores. Unde *Job* 5. Homo natus ad laborem, & avis ad volatum. Item est vulva erroris. Hæc est prava doctrina Hæreticorum, qua sibi faciunt filios gehennæ duplo, quam sint. De hac vulva dicitur *Osee* 19. Da eis, Domine: quid dabis eis? vulvam sine liberis, & ubera arentia. Item *Gen.* 20. Conclusit Dominus omnem vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ. Item est vulva benedictionis, quæ est in Ecclesia, scilicet, Sacramentorum perceptio. In hac vulva concipiuntur cathecumeni. Unde *Galat.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Ab hac vulva nascuntur filii gratiæ. De hac vulva dicitur *Gen.* 29. Videns Dominus, quod Jacob despiceret Liam, aperuit vulvam ejus, sorore sterili permanente, & peperit sex filios: Et postea aperuit vulvam Rachel, & peperit duos filios: sed in partu secundi filii mortua est. Hanc vulvam sanctificavit Dominus. Unde *Jer.* 1. Priusquam te formarem in utero novi te, &c. Est igitur vulva quadruplex, scil. iniquitatis, pœnalitatis, erroris, benedictionis. In prima concipiuntur filii iræ: in secunda filii miseriæ: in tertia filii gehennæ: in quarta filii gratiæ: ut tandem fiant filii gloriæ.

Nota quod est quadruplex vulva. Exod. 13. & 34. Infr. 8. Luc. 2. d. 15. q. 2. c. non is.

C

D

q Ex quo percussi, &c.] *Exod.* 12.

r Numera filios, &c.] Numeratis illis, qui ad bella possunt procedere: jubetur hic Moyses numerare illos, qui debent tabernaculo Domini deservire. Nullus vero de Levitis, qui hic numeratur, supra numeratus est. Noluit enim Dominus, ut aliquis simul & in tabernaculo deserviret, & ad bella procederet; ergo nullus debet esse simul Comes, & Episcopus.

s Et Merari.] Hi sunt tres filii Levi, a quibus tres familiæ Levitarum processerunt.

t Amram,] Pater Aaron, Moysi, & Mariæ.

u Familiæ duæ,] quia duos tantum habuit filios. Quilibet enim filius fecit familiam. *x* In tabernaculo, &c. Et portabunt

bunt, supple, vel custodient.
a Ipsum tabernaculum,] idest, cortinas.
b Operimentum] idest, saga cilicina.
c Tentorium]idest, velum.
d Ad ritum altaris] incensi tantum, ut dicunt quidam. Alii dicunt, quod etiam holocausti.
e Ad meridianam plagam:] Non tantum omnes Caathitæ ad meridianam plagam excubant, ut dicitur *infra eodem.*
f Accesserit, morietur.] hoc est contra eos, qui ad honores Ecclesiasticos, vel ordines se ingerunt, non electi canonice.
g Fuerunt, &c. xxii. millia,] imo 22. millia, & 300. si diligenter attendas numerum familiarum. Sed dicit Hebræus, quod in his erant 300. primogeniti, qui non computabantur, quia jam Domini erant absque omni commutatione, ratione primogenituræ *Gloss.* apte numero 22. Levitæ titulantur. Hoc enim numero comprehenduntur Hebræa elementa.
h Tolle Levitas] idest, separamini ab aliis, ut sicut officio, ita & moribus separentur, & præemineant.
i Pretium eorum,] idest, pro eis.
k Redemerant] patres eorum.
l Et dedit eam] idest, & ab hoc tempore omnes primogeniti Israel, 5. siclis redimuntur.

ipsum *a* tabernaculum, & *b* operimentum ejus, *c* tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrii, tentorium quoque, quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, & quicquid, *d* ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi, & omnia utensilia ejus. Cognatio Caath habebit populos Amramitas, & Jessaritas, & Hebronitas, & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua, omnes generis masculini ab uno mense, & supra, octo millia, sexcenti: Habebunt excubias sanctuarii, & castrametabuntur *e* ad meridianam plagam: Princepsque eorum erit Elisapham filius Oziel, & custodient arcam, mensamque, & candelabrum, altaria, & vasa sanctuarii, in quibus ministratur, & velum, cunctamque hujuscemodi supellectilem. Princeps autem principum Levitarum, Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ sanctuarii. At vero de Merari erunt populi Moholitæ, & Musitæ recensiti per nomina sua, omnes generis masculini ab uno mense, & supra, sex millia, ducenti. Princeps eorum Suriel filius Abihajel, in plaga Septentrionali castrametabuntur. Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ, ac bases earum, & omnia, quæ ad cultum hujuscemodi pertinent, columnæque atrii per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, idest, ad Orientalem plagam Moyses, & Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israel. Quisquis alienus *f* accesserit, morietur. Omnes Levitæ, quos numeraverunt Moyses, & Aaron juxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino a mense uno, & supra, fuerunt viginti duo millia. Et ait Dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel a mense uno, & supra, & habebis summam eorum: Tollensque Levitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus, pecora eorum pro universis primogenitis pecorum filiorum Israel. Recensuit Moyses sicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Israel, & *g* fuerunt masculi per nomina sua a mense uno, & supra, viginti duo millia, ducenti septuaginta tres. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *h* Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Levitarum pro pecoribus eorum: Eruntque Levitæ mei. Ego sum Dominus: In pretio autem ducentorum septuaginta trium; qui excedunt numerum Levitarum, de primogenitis filiorum Israel accipies quinque siclos, per singula capita ad mensuram sanctuarii. Siclus habet obolos viginti. Dabisque pecuniam Aaron, & filiis ejus *i* pretium eorum, qui supra sunt. Tulit igitur Moyses pecuniam eorum, qui fuerant amplius, & quos k redemerant a Levitis pro primogenitis filiorum Israel mille trecentorum sexaginta quinque siclorum, juxta pondus sanctuarii, & *l* dedit eam Aaron, & filiis ejus juxta verbum, quod præceperat sibi Dominus.

C A P. IV.

LOCUTUSQUE est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: *m* Tolle summam filiorum Caath de medio Levitarum per domos, & familias suas *n* a trigesimo anno, & supra, usque *o* ad quinquagesimum annum, omnium, qui ingrediuntur, ut stent, & ministrent in tabernaculo fœderis. Hic est cultus filiorum Caath: Tabernaculum fœderis, & Sanctum Sanctorum ingredientur Aaron, & filii ejus, quando movenda sunt castra, & deponent velum, quod pendet ante fores, *p* involventque eo arcam testimonii, & *q* operient rursum velamine janthinarum pellium, extendentque desuper pallium totum hiacynthinum, & inducent *r* vectes. Mensam quoque propositionis involvent hiacynthino

& altare æneum, idest, holocaustorum, ut dicunt, cum utensilibus suis. Sed quia non licebat ea, quæ ultra velum erant, nuda videri, primo intrabant sacerdotes, & involvebant arcam, & Cherubin, & propitiatorium velo, quod pendebat ante, & pallio hyacinthino. Candelabrum vero, & altare aureum, & mensam cum utensilibus suis involvebant aliis palliis, & tunc intrabant Caathitæ, & propriis humeris hæc sic involuta portabant. Gersonitæ, ut breviter dicamus, deponentes tectum tabernaculi, omnia mollia ferebant in curribus, scilicet, cortinas, saga, pelles rubricatas, & hyacinthinas, tentorium, quod erat ante tabernaculum, cortinas atrii, & funes, & etiam quædam vasa altaris ænea, scilicet repositoria, quia principalia vasa illius altaris ferebant Caathitæ propriis humeris. Mararitæ ferebant omnia dura, tam tabernaculi quam atrii, scilicet, tabernaculi bases, vectes, columnas, paxillos in curribus. Unde solet dici: Interiora Caath, Merari durissima, mollia Gerson: Levitæ vero emeriti non serviebant sicut in opere, sed posito tabernaculo sedebant custodes.
n A trigesimo] *Septuaginta* habent a 25. unde & Ecclesia numerum istum observat in sacerdotibus ordinandis.
o Ad quinquagesimum] quia fortes, & strenui sunt, ut eo usque ministrent.

De voto & magno.

Exod. 30. Lev. 29. Ezech. 45.

EXPOSITIO
CAP. IV.

LOcutusque est, &c.] *m* Tolle summam, &c.] In hoc capitulo agit Moyses de ætate, & differentia ministrantium in tabernaculo, & est summa, quod Levitæ, qui erant supra 50. annos erant emeriti, & ad custodiam tabernaculi tantum deputati. Qui vero erant 30. ann. & supra usque ad 50. portabant tabernaculum, & collocabant hoc ordine: Caathitæ propriis humeris contenta in tabernaculo scilicet arcam, propitiatorium, duos Cherubin, mensam, candelabrum, altare aureum, idest, altare thymiamatis,

p Involvent] *Gloss.* ne forte aliqui nudam videant, & moriantur. Unde 1. *Reg. 6.* legitur, quod de Bethsamitis percussi sunt mille de plebe, & lxx. viri, quia viderunt arcam nudam.
q Et operient] *Gloss.* filii Aaron, i. Sacerdotes, quibus omnia nuda, & aperta videre concessa sunt.
r Vectes.] ad portandum ea.

a Thu-

pallio, & ponent cum ea *a* thuribula, & *b* mortariola, *c* cyathos, & *d* crateras ad liba fundenda, panes semper in ea erunt, extendentque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento janthinarum pellium, & inducent vectes. Sument & pallium hiacynthinum, quo operient candelabrum cum lucernis, & forcipibus *e* suis, & *f* emunctoriis, & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt, & super omnia ponent operimentum janthinarum pellium, & inducent vectes. Nec non & *g* altare aureum involvent hiacynthino vestimento, & extendent desuper operimentum janthinarum pellium, inducentque vectes. Omnia vasa, quibus ministratur in sanctuario, involvent hiacynthino pallio, & extendent desuper operimentum janthinarum pellium, inducentque vectes. *h* Sed & altare mundabunt cinere, & involvent illud purpureo vestimento, ponentque cum eo omnia vasa, quibus in ministerio ejus utuntur, idest, ignium receptacula, fuscinulas, ac tridentes, uncinos, & *i* batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine janthinarum pellium, & inducent vectes. Cumque involverit Aaron, & filii ejus sanctuarium, & omnia vasa ejus in commotione castrorum, tunc intrabunt filii Caath, ut portent involuta, & non tangant vasa sanctuarii, ne *k* moriantur. *l* Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis, super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cujus curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis *m* incensum, & sacrificium, quod semper *n* offertur, & *o* oleum unctionis, & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumque vasorum, quæ in sanctuario sunt. Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: *p* Nolite perdere populum Caath, de medio Levitarum, sed hoc facite eis, ut vivant, & non moriantur, si tetigerint Sancta Sanctorum. Aaron, & filii ejus intrabunt, ipsique disponent opera singulorum, & divident, quid portare quis debeat. Alii nulla curiositate videant, quæ sunt in sanctuario, priusquam involvantur, alioquin morientur. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *q* Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos, ac familias, & cognationes suas, *r* a triginta annis, & supra usque ad *s* annos quinquaginta: Numera omnes, qui ingrediuntur, & ministrant in tabernaculo fœderis. Hoc est officium familiæ Gersonitarum, ut portent cortinas tabernaculi, & *t* tectum fœderis operimentum *u* aliud, & super omnia *x* velamen janthinum, tentoriumque, quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, cortinas atrii, & velum in introitu, quod est *y* ante tabernaculum. Omnia, quæ ad altare *z* pertinent, *a* funiculos, & vasa ministerii jubente Aaron, & filii ejus portabunt filii Gerson, & scient singuli, cui debeant oneri mancipari. Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis. *b* Eruntque sub manu Ithamar, filii Aaron Sacerdotis. Filios quoque Merari per familias, & domos Patrum suorum, recensebis a triginta annis, & supra usque ad annos quinquaginta omnes, qui ingrediuntur ad officium ministerii sui, & cultum fœderis testimonii. Hæc sunt onera eorum: Portabunt tabulas tabernaculi, & vectes ejus, columnas, ac bases earum, columnas quoque atrii per circuitum cum basibus, & paxillis, & funibus suis. Omnia vasa, & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt. Hoc est officium familiæ Meraritarum: & ministerium in tabernaculo fœderis, eruntque sub manu Ithamar

a Thuribula,] ubi thus comburitur. *b* Mortariola] idem est, quod thuribula. *c* Cyathos,] in quibus vinum libabatur. *d* Crateras] vasa viminea, a cratin, quod est connectere. *e* Forcipibus] i. extinctoriis. *f* Emunctoriis,] i. vasis ubi lychnia extinguebantur, ne fœterent.

g Altare aureum] idest, altare incensi, quod erat aureum, idest auratum.

h Sed & altare] holocaustorum.

i Batilla.] quasi vatilla, quibus carbones deferebantur ab altari holocaustorum ad altare incensi.

k Ne moriantur.] sicut Oza, qui mortuus est, quod tetigit arcam. 2. *Reg.* 6. Tamen dicitur quod ideo occisus est, quia cum deberet arcam portare propriis humeris, portabat in plaustro.

l Ista sunt onera] inter quæ numeravit vasa altaris holocausti, de quibus tamen alibi dicit, quod ea portabant Gersonitæ. Sed intelligitur de repositoriis vasorum, quæ portabant Gersonitæ, vasa vero portabant Caathitæ. Vel potest dici, quod tria labia, scilicet labium sacerdotum, labium virorum, labium mulierum, dixit vasa ministerii, quæ portabant Gersonitæ.

m Incensum,] id est, thymiama, quod componitur ex quatuor speciebus odoriferis, id est, stacte, galbano, onycha, & thure lucidissimo.

n Quod semper offertur,] idest, juge sacrificium.

o Oleum] quo inunguntur Sacerdotes: & vestes eorum, & tabernaculum, & utensilia ejus.

p Nolite perdere] *Orig.* qui ideo exterminandi essent, si Sancta Sanctorum nuda, & patentia contigissent, quæ nec intueri fas erat, nisi prius a Sacerdote tecta essent. Si quis enim ex his, qui Deo ministrant, dignus est divina capere, & videre potest, quæ ceteri videre non valent. *q* Tolle summam, &c.] Sequitur de officio Gersonitarum.

r A triginta annis, &c.] Unde hic numerus annorum consecrandis Episcopis præfigitur: Tricenarius enim, qui denario ter multiplicato componitur integritatem fidei, & perfectionem operis significat, sine quibus nemo debet ad divina ministeria dispensanda accedere. Unde Joseph trigenarius Ægypti gubernacula suscepit, & David regni regimen, & Christus trigenarius prædicationis officium inchoavit, scilicet aperte.

s Usque ad, &c.] quia cousque fortes sunt ad ministrandum. *Origen.* ponit hic quamdam distinctionem operum: cum enim Moyses loquitur de operibus filiorum Israel, non dixit opera operum, sed opera tantum: ubi vero de operibus Levitarum, dixit opera operum. Et hujus ratio hæc est, quia ubi Moyses intellexit esse quædam opera visibilia, quibus inesset mystica intelligentia, hæc non solum opera, sed opera operum dixit, quæ vero communia, & præsentis temporis intellexit: hæc tantum opera nominavit. Vel in hoc notavit, quod opera Levitarum debent esse opera excellentiora operibus aliorum. Vel quia debent esse Levitarum exempla operum aliorum.

Gen. 41. 2. *Reg.* 5. *Luc.* 3.

t Tectum] idest, saga cilicina.

u Aliud,] scilicet pellium rubricatarum.

x Velamen, quod erat quartum operimentum tabernaculi.

y Ante tabernaculum.] idest, in introitu atrii, quod erat factum de quatuor coloribus pretiosis, scilicet, purpura, cocco bis tincto, bysso retorta, & hiacyntho, sicut velum, quod erat ante tabernaculum.

z Pertinent,] Ecce hic dicitur de vasis altaris holocaustorum, quod Gersonitæ ferebant ea, sed altare, & vasa ejus similiter erant complicata, ergo Gersonitæ ferebant altare, si ferebant vasa. Quod concedunt quidam, ad hoc, quod supra videtur contrarium dici, scilicet Caathitæ ferebant illud, dicunt, quod ibi assignatur, quomodo Aaron, & filii ejus disponebant ferenda, sed non dicitur ibi, a quibus portaretur altare, sed postea hic, scil. Vel potest dici, quod Caathitæ ferebant altare, & vasa, in quibus ministrabatur altari: Gersonitæ vero ferebant vasa, in quibus illa vasa reponebantur, scil. repositoria.

a Funiculos,] tamen in *Exodum* non fit mentio de istis funiculis, sed de paxillis tantum, per quos conjicitur funes fuisse in tabernaculo. *b* Eruntque, &c.] Contra. *Sup.* 3. in illa *Gloss.* Filiorum Levi, dicitur aperte, quod Gerso-

Exod. 38.

C

filii Aaron sacerdotis. Recensuerunt igitur Moyses, & Aaron, & principes synagogæ filios Caath per cognationes, & domos patrum suorum a triginta annis, & supra usque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis, & inventi sunt duo millia, septingenti quinquaginta. Hic est numerus populi Caath, qui intrat tabernaculum fœderis. Hos numeravit Moyses, & Aaron juxta sermonem Domini per manum Moysi. Numerati sunt & filii Gerson per cognationes, & domos patrum suorum a 30. annis, & supra usque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur, ut ministrent in tabernaculo fœderis, & inventi sunt duo millia, sexcenti triginta. Hic est populus Gersonitarum, quos numeraverunt Moyses, & Aaron juxta verbum Domini. Numerati sunt & filii Merari per cognationes, & domos patrum suorum a triginta annis, & supra usque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis, & inventi sunt tria millia, ducenti. Hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses, & Aaron juxta imperium Domini per *a* manum Moysi: Omnes, qui recensiti sunt de Levitis, & *b* quos recenseri fecit ad nomen Moyses, & Aaron, & principes Israel per cognationes, & domos patrum suorum a triginta annis, & supra usque ad annum quinquagesimum ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, fuerunt simul octo millia, quingenti octoginta. Juxta verbum Domini recensuit eos Moyses, unumquemque juxta officium suum, & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

CAP. V.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: *c* Præcipe filiis Israel, ut ejiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est *d* super mortuo, tam masculum, quam feminam ejicite de castris, ne contaminent ea cum habitaverint vobiscum. Feceruntque ita filii Israel, & ejecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel: *e* Vir, sive mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, *f* & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum *g* caput, quintamque partem desuper ei, in *h* quem peccaverint. Sin autem non fuerit, *i* qui recipiat, dabunt Domino, *k* & erit sacerdotis, *l* excepto ariete, qui offertur pro expiatione, ut sit *m* placabilis hostia. *n* Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem pertinent, & quidquid in sanctuarium offertur a singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Vir, *o* cujus uxor erraverit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiverit, sed latet adulterium, & testibus ar-

Gersonitæ erant sub cura Eleazari sacerdotis. Præterea *supr.* 2. ubi agitur de Caathitis, & Gersonitis excubantibus, dicitur quod princeps principum eorum erat Eleazar filius Aaron. Solut. Revera Gersonitæ erant sub custodia Ithamar, sicut hic dicitur: Quod autem supra dicuntur sub cura Eleazari verum est, tanquam sub superiori. Eleazar enim major erat, & futurus summus sacerdos post Aaron. Erant ergo Gersonitæ sub utroque, sub Ithamar immediate, sub Eleazar mediate.

a Per manum Moysi:] Juxta sermonem Domini factum Moysi, vel scriptum per manum Moysi.

b Quos recenseri fecit *Alia littera*, quos fecit ad nomen, i. quos nominavit per nomina, & capita.

EXPOSITIO CAP. V.

Locutusque est Dominus, &c. *c* Præcipe, &c.] Supra dictum est de officiis illorum, qui ministrare debent in tabernaculo: Hic ostendit Moyses, qui debeant excludi: Et ponit tria genera, scil. leprosos, feminifluos, pollutos super mortuo, tam virum quam feminam: Hos præcipit Dominus ejici extra castra: Deinde addit, de restitutione rei alienæ, cum quinta parte capitis, ultimo agit de judicio zelotypiæ. Hoc autem quod dicitur hic de leproso, & feminifluo, & polluto super mortuo ejiciendis extra castra, cum non possint eos, cum quibus habitant, polluere, non debet omnino intelligi ad litteram. Non enim fons totius pietatis, & misericordiæ, qui leprosum tetigit, & sanavit: *Luc.* 5. qui Tobiam de sepultura mortuorum via æterna remuneravit, nobis præciperet, ut misericordiam negaremus his, qui maxime indigent misericordia: Mystice ergo intelligendum est. Et *sup.* distinxerat tria genera hominum mortuorum, scil. leprosos feminifluos, pollutos super mortuo, per quos tria genera peccatorum intelligunt, scil. peccatum cogitationis, locutionis, operationis. Leprosus est, qui peccat in verbo doctrinæ, i. Hæreticus. Hæresis enim, ut lepra inficit. Et quidam habent lepram in capite, ut Arrius, & Sabellius, qui male sentiunt de Trinitate. Quidam in barba, qui male sentiunt de doctrina Apostolica. Quidam in veste, qui male sentiunt de Sacramentis Ecclesiæ. Seminifluus est, qui abundat immundis cogitationibus, & æstu carnalium desideriorum fluit. Est autem triplex semen, sc. inspiratum, ut gratia Dei. Quoddam innatum, ut humana cogitatio. Seminatum, ut verbum Dei. De primo non potest hic intelligi, fluxus enim illius seminis mundificat, non maculat. De secundo exponit *Gloss.* De tertio etiam potest exponi: Qui enim seminifluit verbum Dei inutiliter, immundus est. Pollutus super mortuo est, qui mortuorum in peccatis impietatem, & exemplum sectatur, & eorum sordibus inquinatur: Et tales ab Ecclesia ejiciendi sunt, ne vita aliorum polluant innocentem. 1. *Cor.* 15. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala.

d Super mortuo,] tangendo ipsum.

e Vir, sive mulier] Licet hic videatur Moyses loqui de quolibet peccato, loquitur tamen specialiter de surreptione alienæ rei, & præcipitur, ut capitale cum quinta restituatur. Sed in *Exod.* 22. dicitur contrarium, scil. quod res aliena restituatur in duplum, vel quadruplum, sicut fecit Zachæus *Luc.* 19. Bos etiam in quintuplo restituatur. Ad hoc dicit *Aug.* quod in Exodo agitur de illis, qui scienter surripiunt rem alienam: hic vero de illis, qui per ignorantiam, vel per negligentiam rem alienam surripiunt: vel de illis, qui sponte confitentur, & sponte restituunt. Istis sufficiebat rem alienam restituere, & pro peccato negligentiæ facere aliquam oblationem.

f Et per negligentiam, &c.] quod ideo peccatum est, quia si diligenter attenderetur, non committeretur.

g Caput,] idest, sortem reddet ei, cui ablatum est, sive capitale. Sed si contumeliam proximo dixerimus, quærenda est venia ab ipso, si inveniri potest. Sed nunquid per tres, aut quatuor dietas quærendus est?

h In quem] contra quem.

i Qui recipiat,] i. neque ille, cui ablata est res; neque proximus aliquis, cui debeat fieri restitutio.

k Et erit sacerdotis,] q. d. restitutio dabitur Domino, non ad sacrificium, sed ad usum sacerdotum.

l Excepto ariete,] De quo dictum est *Lev.* 16. ubi & de vitula rufa actum est, cujus sanguine expiabatur tabernaculum, & totus populus cineribus, & emissione hirci.

m Placabilis] idest, Deo acceptabilis.

n Omnes quoque primitiæ,] Interpretatio est rationе ejus, quod dictum est: dabunt Domino, & erit sacerdotis.

o Vir, cujus uxor] Hic agitur de lege zelotypiæ, ubi ostenditur, quid faciendum sit, cum quis uxorem suam suspectam habet de adulterio. Notandum igitur, quod zelus proprie est amor viri in uxorem, pro quo non potest sustinere, ut alii colloquatur, vel munuscula mittat. Unde *Hier.* Dulces litteras, & sudariola, & munuscula sanctus amor non habet. Unde vir dicitur zelotes, idest, vehemens amator uxoris. De quo *August.* Vehemens amator uxoris

gui non potest, quia non est inventa in stupro, si *a* spiritus zelotypiæ concitaverit virum contra uxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione *b* appetitur, *c* adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam *d* partem sati farinæ hordeaceæ. Non fundet super eam oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio investigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, assumetque *e* aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pavimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput ejus, & ponet super manus illius sacrificium *f* recordationis, & oblationem zelotypiæ: Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adjurabitque eam, & dicet: Si non dormivit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. Sin autem declinasti a viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictionibus subjacebis: Det te Dominus in maledictionem, *g* exemplumque cunctorum in populo suo. Putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & utero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier: Amen, Amen. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere. Quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu ejus sacrificium zelotypiæ, & elevabit illud coram Domino, imponetque super altare, ita duntaxat, ut prius pugillum sacrificii tollat de eo, quod offertur, & incendat super altare, & sic *h* potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre *i* computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Quod si polluta non fuerit, erit innoxia, & *k* faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinaverit mulier a viro suo, & si polluta fuerit, maritusque *l* zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos, juxta omnia, quæ scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet *m* iniquitatem suam.

C A P. VI.

LOCUTUS *n* est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices

rit adulter est. Zelotypia quandoque dicitur mœchia; & zelotypus, adulter. Quandoque dicitur zelotypia sola suspicio adulterii, & sic accipitur hic. Notandum ergo, quod quando quis habebat suspectam uxorem suam de adulterio, & probare non poterat, adducebat eam ad sacerdotem, & offerebat pro ea assarium farinæ hordeaceæ sine thure, & oleo. Sacerdos autem statuebat eam coram Domino, & ponebat in manibus ejus vas aquæ vivæ, & oblationem farinæ, sed pugillum ejus offerebat super altare, & postea pauxillum pulveris de pavimento mittebat in vase aquæ, & nudabat caput mulieris, scribebatque in membrana, ut dicit Josephus, nomen Dei tetragrammaton, & postea faciebat eam jurare, quod non nocuerat viro suo super his, quæ objiciebantur ei. Quod si viro non sufficiebat hoc, faciebat sacerdos maledictiones, quas scripserat in membrana, & dicebat: Si polluta non es deserto viri thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ. Si autem declinasti a viro, ingrediantur ventrem tuum, & ipsum intumescere faciant, & putrescat femur tuum, & dicebat mulier, Amen, Amen. Et delebat sacerdos omnem scripturam membranæ in aquis, & dabat ei bibere, & tollebat sacerdos de manu ejus sacrificium zelotypiæ, & ponebat super altare. Et si mulier rea erat, putrescebat femur ejus dextrum, & venter ejus tumescebat, non tamen statim, sed usque ad decem menses. Quod si mulier innoxia erat, non nocebant ei aquæ, imo sæpe concipiebat, & pariebat masculum mense decimo, quasi in recompensationem injuriæ sibi illatæ. Istæ aquæ dicebantur sanctæ propter nomen sanctum deletum in eis. Et dicebantur maledictæ propter maledicta congesta in eis. Amarissimæ propter effectum, qui quandoque sequebatur. Hæc lex introducta fuit ad duritiam Judæorum, sicut libellus repudii permissus, quia prompti erant ad interficiendum uxores.

a Si spiritus zelotypiæ,] idest, suspicio mœchiæ, vel amor uxoris, vel spiritus, qui præest huic vitio, sicut dicitur spiritus fornicationis, vel spiritus elationis. Cuilibet enim vitio unus malus spiritus præest.

b Appetitur,] idest, impetitur a viro, scilicet.

c Adducet] vir, scilicet.

d Partem sati] quæ dicitur assarium, quod idem est quod sextarium.

e Aquam sanctam] propter nomen Dei sanctum in ea deletum, ut dicit Josephus.

f Recordationis,] quod sacrificium dicitur sic, quia offerebatur, ut Dominus recordaretur culpæ ejus, si rea erat, vel innocentiæ; si innocens erat, idest, ut manifestaret culpam, vel innocentiam ejus. *g* Exemplumque,] ut scil. exemplo ejus aliæ corrigantur.

h Et sic potum] supinum potest esse de potu potas per syncopem. *i* Computrescet] non statim, ut dicunt Hebræi, sed decimo mense.

k Et faciet liberos.] Et dicunt Hebræi quod licet prius sterilis esset, tunc in recompensationem calumniæ quam tulerat patienter, habebat liberos.

l Zelotypiæ spiritu] Zelo, scilicet, vel suspicione adulterii, vel ad litteram, spiritu malo, qui præest illi vitio.

m Iniquitatem suam.] idest, pœnam pro iniquitate. Hic, & per supra dicta habes, quod vir uxorem de sola suspicione poterat accusare, sed non e converso, quia vir caput est mulieris. 1. *Corinthiorum decimo primo*. Quidam etiam hinc volunt trahere argumentum quod sortes, & hujusmodi probationes, scilicet, aquæ, & ferri candentis licitæ sint. Sed non sequitur, quia facta legis admiranda sunt, & sepelienda; non ad consequentiam pertrahenda quoad opera exteriora, nisi sint moralia. Vel Dominus potius instituit hoc fieri propter malitiam Judæorum, sicut libellum repudii.

EXPOSITIO CAP. VI.

LOcutus *n* est Dominus ad, &c.] Hic agitur de lege Nazaræorum. Nazaræus autem interpretatur sanctus, vel florens, vel germinans, quia tales virtutibus, & abstinentia florebant. Horum quidam toto tempore vitæ suæ obligabant se huic sanctimoniæ, ut Samuel. 1. *Reg.* 1. Et Samson. *Judic.* 12. Quidam ad tempus, ut Paulus *Act.* 21. Sicut modo ex voto multi serviunt in hospitali Jerusalem uno anno, vel duobus. De lege talium agitur hic: Ostendendo, quibus uterentur, & a quibus abstinerent, & quomodo se haberent. Notandum igitur quod in voto eorum erant multi articuli religionis: Ab omni potu, qui inebriare poterat, abstinebant. Crines, & barbam nutriebant. Unde & adhuc quidem Apostolos pingunt, & Christum crinitos non in se, sed pro signo sanctitatis. Amplexibus mulierum vacabant, balneis, & unguentis, & ceteris voluptatibus non utebantur. Si quispiam subito mortuus esset coram ipsis, polluebatur caput consecrationis suæ, unde illico radebat caput, & iterum die septimo, octavo autem die offerebat par turturum, aut duos pullos columbarum, quorum unum faciebat Sacerdos pro peccato, & alterum in holocaustum; & dies, quos fecerat, pro non factis habebantur, & voti sui sanctimoniam iterum a capite inchoabat. Forte autem non pro quolibet mortuo hoc fiebat, sed pro occiso coram

ram eis. Completis vero diebus voti sui, offerebat agnum anniculum in holocaustum, ovem anniculam pro peccato, arietem in pacificam hostiam, & canistrum diversorum panum, exceptis his, quæ sponte offerebant juxta perfectionem sanctitatis suæ. Quæ oblatio proprie dicitur corban, i. munus; *Matth.* 15. Et *Marc.* 7. Offerebant etiam 50. siclos: mulier vero 30. si poterat: Sin autem, ad arbitrium Sacerdotis offerebat. Cumque Sacerdos immolaverat hostias ritu suo, tunc Nazaræus radebatur ad ostium tabernaculi, & ponebat Sacerdos crines illius in igne sacrificii, & sic poterat redire ad communem vitam hominum.

B

a Fecerint votum, &c.] Videtur, quod hoc votum nullum sit, quia votum est tantum de his, quæ subjacent voluntati, & potestati voventis, sed justitia, vel sanctificatio non est in homine, sed in Deo tantum, ideo expone, & quod sequitur pro, idest, &c. & patet solutio.

b Vino] in quo est luxuria. *Ephes.* 5.

c Acetum] *Gloss.* Acetum bibunt, qui post vitæ sanctitatem ad vetustatem præteritorum vitiorum labuntur, & corruptione veteris nequitiæ delectantur.

d Siccas] idest, passas.

e Ab uva passa] Ab ponitur hic exclusive, quia nec uvam passam licebat eis comedere, tamen secundum quosdam ponitur inclusive.

f Separationis] quo, scilicet separantur a communi vita aliorum, idest infra tempus voti.

C

g Nec super patris, &c.] *Gloss.* idest nullus carnalis retrahat affectus. Omnis enim persona, omnis dignitas, omnis consanguinitas, Christi servitio postponenda est. *h* Quia consecratio, &c.] i. votum abstinentiæ, quo consecratur Domino. *i* Polluetur caput] idest, observantia, & dedicatio capitis irrita erit.
k Quia peccavit] idest, peccasse se putavit, quia vidit eum occidi. *l* Irrita fiant,] Hinc colligitur duplex argumentum. Primum, quia pœnitentia facta sine charitate, irrita est. Aliud, quod peccatum sequens mortificat omnia opera præcedentia.
m Cum dies, &c.] Postquam legislator Nazaræos instruxit, qualiter mundari debeant, si eorum consecratio super mortuo polluatur, addit, quomodo expleto voto se debeant Domino præsentare cum oblationibus gratias redituri, & ad communem vitam hominum redituri. *n* Jussum est,] *Exod.* 29. *o* Quæ invenerit] i. exceptis voluntariis oblationibus.

ad eos: Vir, sive mulier cum *a* fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, a *b* vino, & omni, quod inebriare potest abstinebunt. *c* Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de uva exprimitur, non bibent, uvas recentes, *d* siccasque non comedent cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecrantur. Quicquid ex vinea esse potest, ab *e* uva passa usque ad acinum, non comedent, Omni tempore *f* separationis suæ novacula non transibit super caput ejus usque ad completum diem, quo Domino consecratur: Sanctus erit crescente cæsarie capitis ejus. Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, *g* nec super patris quidem, & matris, & fratris, sororisque funere contaminabitur, *h* quia consecratio Dei sui super caput ejus est. Omnes dies separationis suæ sanctus erit Domino. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo, *i* polluetur caput consecrationis ejus, quod radet illico in eadem die purgationis suæ, & rursum in septima. In octavo autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonii, facietque Sacerdos unum pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia *k* peccavit super mortuo, sanctificabitque caput ejus in die illo, & consecrabit Domino dies separationis illius offerens agnum anniculum pro peccato, ita tamen ut dies priores *l* irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio ejus. Ista est lex consecrationis: Cum *m* dies, quos ex voto devote decreverat, complebuntur, adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem ejus Domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, & ovem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum hostiam pacificam, canistrum quoque panum azymorum, qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento uncta oleo, ac libamina singulorum, quæ offeret Sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quam in holocaustum: Arietem vero immolabit hostiam pacificam Domino offerens simul canistrum azymorum, & libamenta, quæ ex more debentur. Tunc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ, tolletque capillos ejus, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum, & armum coctum arietis, tortamque absque fermento unam de canistro, & laganum azymum unum, & tradet in manibus Nazaræi, postquam rasum fuerit caput ejus, Susceptaque rursum ab eo elevabit in conspectu Domini, & sanctificata sacerdotis erunt sicut pectusculum, quod separari *n* jussum est & femur. Post hæc potest bibere Nazaræus vinum. Ista est lex Nazaræi, cum voverit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his, quæ *o* invenerit manus ejus: Juxta quod mente devoverat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron, & filiis ejus: Sic *p* benedicetis filiis Israel, & dicetis eis: *q* Benedicat tibi Dominus, & *r* custodiat te: *f* Ostendat Dominus faciem suam tibi, & *t* misereatur tui: *u* Convertat Dominus vultum suum ad te, & *x* det tibi pacem. *y* Invocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

C A P. VII.

FACTUM *z* est autem in die, qua complevit Moyses tabernaculum, & erexit illud, unxitque, & sanctificavit cum omnibus vasis suis altare simul, quod sola Trinitas, cui vult, præstat.

p Sic benedic.] Hic instruit Dominus sacerdotes per Moysen, quomodo populo benedicant, dicens, quod in nomine Domini debent benedicere, non in nomine suo: Eorum enim benedictio nihil aliud est, quam benedictionẽ super populum invocare: Domini autem benedicere, est gratiam benedictionis infundere. Et ponit hic tres benedictiones, quarum quælibet bipartita est, ut patet in littera. *q* Benedicat] Ecce prima benedictio. *r* Et custodiat] Ecce secunda pars primæ benedictionis, i. benedictionem, quam sua gratia percepisti, conservet, quia nisi Dominus custodiat, &c. *f* Ostendat] Ecce secunda benedictio. Cujus prima pars est *ibi*, ostendat, secunda *ibi*: misereatur. Et dicit *Gloss.* quod facies Domini, ejus misericordia est; vel magis proprie facies Domini ejus notitia est, quam cum quis habet, statim se recognoscit miserum. Unde bene sequitur: *t* Et misereatur tui:] i. miseriam tuam pellat a te. *u* Convertat] Ecce tertia benedictio cujus secunda pars est: *x* Det tibi pacem.] Vultus Dei, vel conversio ejus, propitiatio est: Pax autem finis est omnium, quies in Deo, quæ in triplici dote animæ consistit, visione, delectatione, laude. *y* Invocabunt] *Gloss.* Sacerdotum est nomen Dei invocare; Domini autem, quod petitur, perficere. Nemo ergo sibi tribuat, quod sola Trinitas, cui vult, præstat.

D

A

EXPOSITIO CAP. VII.

FActum *z* est, &c.] Hic agitur de oblatione xii. principum in dedicatione tabernaculi. Obtulerunt autem, ut Hebræus habet vi. plaustra, & duodecim boves, singuli bovem unum, & bini plaustrum unum: Et data sunt plaustra Gersonitis ad ferenda onera eorum bina, & iv. Meraritis, & post ea singuli singulis diebus offerebant vasa necessa-

z Leg. 1. a. dictum est a Domino. Exod. 40.

militer, & omnia vasa ejus, obtuleruntque *a* principes Israel, & *b* capita familiarum, quæ erant per singulas Tribus, præfecti eorum, qui numerati fuerant munera coram Domino: Sex plaustra *c* tecta cum duodecim bobus. Unum plaustrum obtulere duo duces, & unum bovem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi. Ait autem Dominus ad Moysen: suscipe ab eis, ut *d* serviant in ministerio tabernaculi, & trades ea Levitis juxta ordinem ministerii sui. Itaque cum suscepisset Moyses plaustra, & boves, tradidit ea Levitis. Duo plaustra, & quatuor boves dedit filiis *e* Gerson, juxta id quod habebant necessarium, quatuor alia plaustra, & octo boves dedit filiis *f* Merari secundum officia, & cultum suum sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. Filiis autem Caath non dedit plaustra, & boves, quia in *g* sanctuario serviunt, & onera propriis portant humeris. *h* Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris die, qua unctum est, oblationem suam ante altare, dixitque Dominus ad Moysen: Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris. Primo die obtulit oblationem suam Naason filius Aminadab, de Tribu Juda, fueruntque in ea *i* acetabulum argenteum pondo centum *k* triginta siclorum, *l* phiala argentea habens lxx. siclos juxta pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, *m* mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: Hæc est oblatio Naason filii Aminadab. Secundo die obtulerit Nathanael filius Suar Dux de Tribu Isachar, acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, juxta pondus sanctuarii utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum habens decem

necessaria tabernaculi, quia solemnitas dedicationis 12. diebus protelata est. Prima die obtulit Naason princeps super Tribum Juda, hostias multas, & munera, ut patet in littera. Et eadem obtulerunt alii quilibet die suo, & sic est dedicatio determinata. Ex hoc patet hæc omnia hic per recapitulationem dici: Nam septima die primi mensis secundi anni incepit dedicatio: Septima enim dies communis fuit. In septem enim primis diebus consecrati sunt sacerdotes, unctum tabernaculum. Quod si ita est, consecratio sacerdotum, & dedicatio tabernaculi protelatæ sunt. 19. diebus, vel ad minus. 18. & ita Phase non fuit celebratum illo anno tempore suo, scilicet. 14. luna primi mensis: Non enim licebat duo festa generalia celebrare simul, idest, dedicationem, & Phase, & ita oportuit differri Phase usque ad 14. diem secundi mensis: Sic enim præcipitur *infra 9.* ut quando non poterat aliquis primo mense. 14. luna celebrare Phase, celebrasset illud secundo mense. 14. luna. Alii dicunt septem dies consecrationis sacerdotum fuisse terminales primi anni, & prima die secundi anni unctum tabernaculum. 12. die finitam dedicationem, & 14. luna celebratum Phase, & ita tempore suo. Tertii dicunt istam oblationem. 12. principum factam secundo mense secundi anni. Et ita non est hic recapitulatio, sed ordinata narratio. Quod autem dicitur in textu, quod eadem die inchoata est dedicatio, qua unctum est tabernaculum, eadem ponitur pro consimili, idest, sicut septima die primi mensis unctum est tabernaculum, ita septima die secundi mensis inchoata est dedicatio. Quarti dicunt, & probabilius, scilicet, quod eadem die inchoata sunt sacerdotum consecratio, & tabernaculi unctio, & duodecim principum oblatio, scilicet, prima die primi mensis secundi anni, & cucurrerunt simul per septem dies, post quos secuta est oblatio principum per quinque dies, & 13. die consecrati sunt Levitæ, & 14. luna celebratum est Phase, & ita Phase celebratum fuit tempore suo. Sed quæ dicuntur hic, dicuntur per recapitulationem, & hoc est verum. [Factum est autem,] pendet constructio usque ibi: [Obtulerunt, &c.]

a Obtuleruntque] superfluitque, & est pleonasmos.

b Capita familiarum,] idest, duodecim, qui erant principes Israel, & capita familiarum. Vel principes sunt duodecim, qui erant super omnes, capita vero familiarum majores post illos.

c Tecta] *Gloss.* tabulis cooperta, ut intro recipiant onera, vel pannis strata, ut dignius suscipiant tabernaculi armamenta.

d Ut serviant] idest, servitio Domini deputentur, & in eis Domino serviatur.

e Filiis Gerson,] qui portabant mollia.

f Filiis Merari,] qui portabant dura, quæ graviora erant.

g In sanctuario serviunt] i. servire debent. Ideo mortuus fuit Oza, quia portabat arcam Domini super plaustrum, quam debebat portare propriis humeris; 2. *Regum 6.*

h Igitur obtulerunt] Epilogus præcedentium est transeundum ad sequentia, ubi præcipitur a Deo, ut post communem oblationem singuli singulis diebus dedicationis offerant sigillatim. Eadem tamen dona omnes obtulerunt.

i Acetabulum] vel acceptabulum. *Hebræus* habet: Scutellam pro pondo. [Pro] est hic præpositio: Pondo genus est ponderis, & est indeclinabile. Et ponitur [pro,] pro juxta. Et est sensus, pro pondo, i. juxta pondus.

k Centum triginta siclorum,] Aliqui libri habent, pondo sine pro, & tunc littera planior est.

B

l Phiala] in qua vinum, quod debebat offerri, prævidebatur, utrum esset idoneum. Et quia vinum tam in colore, quam in sapore cognoscitur, dicitur, quod ibi erant Phialæ aureæ, & vitreæ, in imo angustæ, in superiori amplæ, & dicitur ab Hyalin Græce, quod est vitrum Latine.

m Mortariolum] idem est, quod thuribulum, ut dicit Magister *in historiis super Exod.* 25. Vel mortariolum est vas in quo thus tenebatur, & alia aromata. *Hebræus* tamen habet cochlear, quo scilicet, thus in thuribulo ponebatur.

Mystice. Mystice. Nota breviter mysterium hujus capituli. Duodecim principes, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, & Apostolici viri, qui doctrina, & exemplo, & bene operando, Deo grata munera obtulerant, & ad Ecclesiæ instructionem quicquid potuerunt læto animo contulerunt. Sex plaustra, duo præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ, ut dicitur *Math.* 22. Et doctrina quatuor Evangeliorum, qua prædicti viri ad instructionem Ecclesiæ Dei obtulerunt per prædicationem. Duodecim boves, sunt omnes, qui in obsequio Christi laborant sub jugo Apostolicæ doctrinæ, sancte, & ordinate viventes. Vel duodecim boves, sunt universi Doctores, qui in agro Domini fideliter laborant. De quibus dicitur: Non alligabis os bovis triturantis: *Deut.* 25. Dominus enim ordinavit his, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere. 1. *Cor.* 9. Hos boves obtulerunt principes, qui doctrina, & exemplo universos Doctores Ecclesiæ creaverunt. Acetabulum os habet angustum, & acetum continens, per quod legis angustia, & Prophetarum obscuritas designatur. Hoc offerunt, qui ad Ecclesiæ ædificationem legis, & Prophetarum expositioni, & prædicationi student. Per centum, castigatio quinque sensuum: Per triginta, fides & operatio designatur. In siclo sanctuarii, gemina charitas designatur. Hæc quatuor habuerunt principes: Et hæc habere debent eorum sequaces, i. Doctores, & Prædicatores, aliter male offerunt. Phiala argentea, evangelica doctrina. Per septuaginta siclos, septiformis gratia Spiritus Sancti designatur, quæ in Evangelio prædicatur, & datur. Mortariolum ubi aromata teruntur, significat corda electorum, in quibus virtutum aromata conteruntur pistillo timoris. Incensum devotio orationis. Decem sicli, impletio mandatorum. Cetera patent *in Gloss. B. Gregorii.*

siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque: Hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar. Tertio die princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc est oblatio Eliab filii Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben Elisur filius Sedeur, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Elisur filius Sedeur. Die quinto princeps filiorum Simeon Salamiel, filius Surisaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuari, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Salamiel filii Surisaddai. Die sexto princeps filiorum Gad Eliasaph, filius Duel, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Eliasaph filii Duel. Die septimo princeps filiorum Ephraim Elisama, filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Elisama filii Ammiud. Die octavo princeps filiorum Manasse Gamaliel, filius Phadassur, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadassur. Die nono princeps filiorum Benjamin Abidam, filius Gedeonis, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abidam filii Gedeonis. Die decimo princeps filiorum Dan Ahiezer, filius Ammisaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Ahiezer filii Ammisaddai. Die undecimo princeps filiorum Aser *a* Phegiel, filius Ochran, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran. Die duodecimo princeps filiorum Nephtali Ahira, filius Enan, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, utrumque plenum simila oleo conspersa in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bovem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Ahira filii Enan. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt a principibus Israel, in die, qua consecratum est, acetabula argentea duodecim, phialæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, ita ut centum triginta argenti siclos haberet unum acetabulum, & septuaginta siclos una phiala, idest, in commune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti pondere sanctuarii, mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere sanctuarii, idest, simul auri sicli centum viginti: boves de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum; hirci duodecim pro peccato, hostiæ pacificorum, boves viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando unctum est. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, ut consuleret *b* oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonii inter duos Cherubin, unde & loquebatur ei.

a Vel Phagiel.

b Oraculum,] id est, Dominum in oraculo. Idem est oraculum, & propitiatorium; sed dicitur oraculum, quia inde dabat Dominus responsa: propitiatorium, quia inde Dominus propitiabatur populo deprecanti, & significat Christum, qui est propitiatio pro peccatis nostris, ut dicitur 1. *Jo:* 2.

EXPOSITIO CAP. VIII.

Locutusque est, &c.] *a* Loquere, &c.] In hac prima parte cap. agitur de erectione candelabri, quod erat in sanctuario, de quo dictum est sufficienter *Exod.* 25. unde hic breviter pertransit Moyses de ipso.
b Ex auro ductili, &c.] Hoc est contra Josephum, qui dicit hastile ferreum, opertum laminis aureis.
c Ostendit Dominus, &c.] *Exod.* 25.
d Tolle Levitas] Post enumerationem filiorum Israel, & commutationem primogenitorum pro Levitis, accepit Moyses mandatum a Domino de oblatione Levitarum, sed prius præcepit eos Dominus purificari, de qua sanctificatione agitur hic. Notandum igitur, quod Levitæ prius aspersi aqua lustrationis, rasisque omnibus pilis carnis suæ, lotis etiam indumentis, coram Domino steterunt ante ostium tabernaculi. Convocataque omni multitudine, filii Israel, non omnes, sed majores ponentes manus super eos, obtulerunt eos Aaron quasi munus Domino, ut servirent in ministerio ejus: Et tunc obtulerunt Levitæ duos boves, quorum alterum fecit Aaron pro peccato, alterum in holocausto Exinde fuerunt Levitæ separati Domino a filiis Israel, habentes in usus suos ea, quæ Domini erant, idest, decimas, & his contenti erant. Sacerdotum vero erant sacrificia, primitiæ, primogenita, vota, quibus omnibus vescebantur in domo sua, idest, cum familia munda tamen, præter oblata pro peccato, quæ soli sacerdotes comedebant. Unde *Osee quarto* Sacerdotes peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem suam sublevabunt animas eorum. Decimam decimarum suarum dabant Levitæ summo sacerdoti, ut dicitur *infr.* 18. Et de melioribus dabant: ideo Levitæ non habuerunt sortem in terra, quia melius cesserat eis. Tunc enim non haberent nisi duodecimam partem bonorum terræ, & cum labore; modo habebant decimam partem omnium, & sine labore. *e* Percussi] *Exodo vigesimo primo.*
f Hæc est lex Levitarum:] Hic docet Moyses quomodo se debent habere Levitæ, & quales debent eligi, & quando cessare debebant ab opere.
g A viginti annis, &c.] *Gloss.* cum insurgunt cuique vitiorum bella. Alii libri habent a vigesimoquinto anno, & supra, & huic concordat eadem *Gloss.*

A

CAP. VIII.

LOCUTUSQUE est Dominus ad Moysen, dicens: *a* Loquere Aaron, & dices ad eum: Cum posueris septem lucernas, candelabrum in Australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe, ut lucernæ contra Boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis contra eam partem, quam candelabrum respicit, lucere debebunt. Fecitque Aaron, & imposuit lucernas super candelabrum, ut præceperat Dominus Moysi. Hæc autem erat factura candelabri, *b* ex auro ductili, tam medius stipes quam cuncta, quæ ex utroque calamorum latere nascebantur. Juxta exemplum, quod *c* ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: *d* Tolle Levitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos juxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Cumque laverint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollant bovem de armentis, & libamentum ejus, similam oleo conspersam: Bovem autem alterum de armento accipies pro peccato, & applicabis Levitas coram tabernaculo fœderis, convocata omni multitudine filiorum Israel. Cumque Levitæ fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos, & offeret Aaron Levitas munus in conspectu Domini a filiis Israel, ut serviant in ministerio ejus. Levitæ quoque ponent manus suas super capita boum, e quibus unum facies pro peccato, & alterum in holocaustum Domini, ut depreceris pro eis. Statuesque Levitas in conspectu Aaron, & filiorum ejus, & consecrabis oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israel, ut sint mei, & postea ingrediantur tabernaculum fœderis, ut serviant mihi. Sicque purificabis, & consecrabis eos in oblationem Domini, quoniam dono donati sunt mihi a filiis Israel. Pro primogenitis, quæ aperiunt omnem vulvam in Israel accepi eos. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quam ex jumentis. Ex die quo *e* percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi eos mihi, & tuli Levitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel, tradidique eos dono Aaron, & filiis ejus de medio populi, ut serviant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad Sanctuarium. Feceruntque Moyses, & Aaron, & omnis multitudo filiorum Israel super Levitas, quæ præceperat Dominus Moysi, purificatique sunt, & laverunt vestimenta sua. Elevavitque eos Aaron in conspectu Domini, & oravit pro eis, ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron, & filiis ejus. Sicut præceperat Dominus Moysi de Levitis, ita factum est. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Hæc est *f* lex Levitarum: A *g* vigintiquinque annis, & supra ingredientur, ut ministrent in tabernaculo fœderis. Cumque quinquagesimum annum ætatis impleverint, servire cessabunt, eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, ut custodiant, quæ sibi fuerint commendata, opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Levitas in custodiis suis.

B

CAP. IX.

LOcutus *h* est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo, postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo, dicens: Faciant filii Israel Phase, in tempore suo quarta decima die *i* mensis hujus ad

C

EXPOSITIO CAP. IX.

LOcutus *h* est Dominus ad &c.] Præceptum de populo numerando accepit Moyses prima die secundi mensis secundi anni, ut dictum est in principio hujus libri: Præceptum autem de Pascha celebrando accepit primo mense: Unde patet, quod recapitulatio est, quod dicitur hic de Pascha celebrando ad montem Sinai: quod præcepit Dominus celebrari primo mense 14. die mensis ad vesperum, juxta omnem ritum ejus. Quod cum celebraretur, erant quidam, qui tactu mortui polluti, non poterant facere illud, qui super hoc Moysen consuluerunt. Moyses vero consulto Domino respondit, ut qui immundus esset, vel in via esset, nec posset celebrare Phase tempore suo, celebraret illud secundo mense 14. die mensis. Et quærit *Aug.* quare in secundo mense, & non in primo transactis 7. diebus, vel in crastino. Et respondet, quod Dominus semper eamdem lunationem servari voluit in celebratione Phase, quod non posset fieri primo mense, unde oportuit, quod fieret in secundo. Sed iterum quærit *Aug.* Si in secundo non posset, quid faceret? Et respondet: Puto quod dictum est de secundo mense, hoc generaliter datur intelligi de aliis, ut in tertio posset, & sic deinceps, aut forte si illo anno Pascha non faceret, non peccaret. Si vero sine hujusmodi causis non faceret, exterminaretur ejus anima de populo suo. Et postea addit: Peregrinus, & advena si fuerit apud vos, faciet Phase, i. proselytus mense primo, hic patet hæc diei per recapitulationem.
i Mensis hujus] scilicet, Aprilis.

Supr. 1. Exod. 12. & 14. Luc. 2.

cr. q. 1. ex mu ss.

De vete & magno.

D

77. dist. c. in veteri.

A

b Cære-

b Cæremonias,] idest, observantias legales.

c Quarta decima die mensis] Scilicet, Aprilis.

Moraliter de quadruplici Pascha.

Nota quadruplex Pascha. Primum in Ramesse, quæ est in finibus Ægypti. *Exod.* 12. Secundum in deserto, ad montem Sinai, ut hic. Tertium trans Jordanem in Galgalis. *Josue* 5. Quartum in Jerusalem, quod fecit Josias, 4. *Regum* 23. Primum est in exitu de Ægypto. Secundum in transitu per desertum. Tertium in introitu terræ Sanctæ. Quartum in medio, idest, in Jerusalem. Primum, & secundum fuerunt sub Moyse: tertium sub Josue: quartum sub Josia Rege Juda. Primum est gratiæ justificantis, secundum pœnitentiæ purificantis, tertium justitiæ promoventis sive proficientis, quartum gloriæ indeficientis. Primum est incipientium; secundum pœnitentium, tertium proficientium, quartum pervenientium ac permanentium. Per primum significatur transitus de vitiis ad virtutes: Per secundum de virtute in virtutem: Per tertium transitus de labore in contemplationem. Unde *Ps.* 89. Ibunt de virtute in virtutem: Ecce secundum Phase: Videbitur Deus Deorum in Sion, idest, in specula contemplationis: Ecce tertium Phase. Per quartum significatur transitus ad patriæ visionem. Unde & illud fuit in Jerusalem, quæ interpretatur visio pacis. Item primum Pascha significat egressum a mundo, secundum ingressum in claustrum, tertium egressum a vita, quartum transitum ad gloriam.

Exod. 12. *Joan.* 10.

d Super animam hominis, &c.] idest, super hominem, qui dicitur anima, cujus cadaver tetigerant: & ideo non poterant facere Phase, quia polluti erant.

e Super animam hominis:] idest, tactu mortui hominis, qui dicitur anima.

Exod. 40.

f Quare fraudamur,] ita quærebant forte indignantes, quia talis immunditia quandoque necessaria erat, & misericordia plena.

g Oblationem offerre] idest, agnum Paschalem immolare Domino.

h State, ut consulam,] Non vult Moyses præcipitare consilium, donec consuluisset Dominum: Unde & Judæi arguuntur, *Isai.* 30. Væ, inquit, filii desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum: qui ambulatis, ut descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis.

vesperam juxta omnes *b* cæremonias, & justificationes ejus. Præcepitque Moyses filiis Israel, ut facerent Phase. Qui fecerunt tempore suo, *c* quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai. Juxta omnia, quæ mandaverat Dominus Moysi fecerunt filii Israel: Ecce autem quidam immundi *d* super animam hominis, qui non poterant facere Pascha in die illo, accedentes ad Moysen, & Aaron, dixerunt eis: Immundi sumus *e* super animam hominis: *f* quare fraudamur, ut non valeamus *g* oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel: Quibus respondit Moyses: *h* State, ut consulam, quid præcipiat Dominus de vobis. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Homo, qui fuerit immundus super anima, sive in via *i* procul in Gente vestra, faciat Phase Domino, mense secundo, quarta decima die mensis ad vesperam: cum azymis, & lactucis agrestibus comedent illud. Non relinquent ex eo quippiam usque mane, & *k* os ejus non confringent, omnem ritum Phase observabunt. Si *l* quis autem immundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, *m* quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo: Peccatum suum ipse portabit: *n* Peregrinus quoque, & advena si fuerit apud vos, faciet Phase Domini juxta cæremonias, & justificationes ejus. Præceptum idem erit apud vos, tam advenæ, quam indigenæ. *o* Igitur die, qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super tentorium erat, quasi species ignis usque mane. Sic fiebat jugiter: Per diem operiebat illud nubes, & per noctem, quasi species ignis. Cumque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel: & in loco, ubi stetisset nubes, ibi castrametabantur. Ad *p* imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus, quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: Et si evenisset, ut multo tempore maneret super illud, erant filii Israel in *q* excubiis Domini, & non proficiscebantur, quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad *r* imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuissent nubes a vespere usque mane, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: & si post diem, & noctem recessisset, dissipabant tentoria. Si vero biduo, aut uno mense, vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israel in eodem loco, & non proficiscebantur; statim autem, ut recessisset, movebant castra: *s* Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: erantque in excubiis Domini juxta imperium ejus *t* per manum Moysi.

C A P. X.

LOCUTUS est Dominus ad Moysen, dicens: *u* Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra. Cumque

i Procul] ut cum fratribus, idest, Judæis esse non possit, vel si est in itinere.

k Os ejus, &c.] Hoc dici potest contra curiosos disputatores.

l Observabunt.] ac si tempore suo illum celebrarent.

m Quia sacrificium, &c.] Argumentum, quod semel in anno ad minus debet quilibet discretus communicare, nisi necessitate, vel consilio sui Prælati differat, aut dimittat. *n* Peregrinus, &c.] i. proselytus. *o* Igitur die] scil. prima die primi mensis, secundi anni. Hic remotiora recapitulat Moyses agens de his, quæ prima die primi mensis cœperunt fieri. Ex tunc enim columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, cœpit stare super tabernaculum, de qua hic agitur. Hac nube stante super tabernaculum, stabant filii Israel, & movente se, & procedente, sequebantur eam moventes castra, ut legitur *Exod. ult. Isidor.* Columna nubis, Christus in primo adventu: columna ignis, Christus in secundo adventu. De primo dicitur *Isai.* 19. Descendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. De secundo dicitur in *Ps.* 96. Ignis ante ipsum præcedet. *Greg.* aliter exponit *in Gloss.*

p Ad imperium Domini] *Gloss.* ad signum: scilicet nubis, standi, vel movendi, per quod Dominus præcipiebat, vel stare, vel moveri.

q In excubiis Domini,] idest, in excubiis tabernaculi, quod erat Domini. Vel in excubiis Domini, idest, secundum præceptum Domini. Ita legitur *Interl.*

r Ad imperium Domini] idest, ad stationem, vel motionem nubis.

s Per verbum Domini] *Gloss.* in significationem nubis, quæ erat signum divinæ voluntatis, sicut vox loquentis.

t Per manum Moysi.] scriptum, vel datum.

EXPOSITIO CAP. X.

LOcutus est, &c.] *u* Fac tibi, &c.] Finitis recapitulationibus, redit Moyses ad ordinem historiæ, Numerato siquidem populo, & oblatis Levitis, præcepit Dominus fieri duas tubas argenteas, ductiles, quidem non fusiles. Has

a increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium fœderis tabernaculi. Si semel clangueris, venient ad te Principes, & capita multitudinis Israel. Sin autem prolixior, atque b concisus clangor increpuerit, movebunt castra primi, qui sunt ad Orientalem plagam. In secundo autem sonitu, & pari ululatu tubæ, levabunt tentoria, qui habitant ad Meridiem: Et juxta hunc modum reliqui facient ululantibus tubis in c profectionem. Quando autem d congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concise ululabunt. Filii autem Aaron Sacerdotis clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra, contra hostes, qui dimicant adversus vos, clangetis ululantibus tubis, & erit e recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Si f quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, ut sint vobis in recordationem Dei vestri: Ego Dominus Deus vester. g Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, elevata est nubes de tabernaculo foederis: Profectique sunt filii Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in h solitudine Pharan. Moveruntque castra primi, juxta i imperium Domini in manu Moysi: Filii Juda per turmas suas, quorum Princeps erat Naason filius Aminadab. In Tribu filiorum Isachar fuit Princeps Nathanael filius Suar. in k Tribu Zabulon erat Princeps Eliab filius Helon. Depositumque est tabernaculum: quod portantes egressi sunt filii

tubas habebant ipsi in quatuor usus: Ad convocandam multitudinem ad movendum castra, ad bella, ad festa. Et erat tuba, ut dicit *Josephus*, fistula cantatoria pene magnitudine cubiti, calamo capacior, quæ Hebraice dicitur Asema. Erat autem diversitas in clangendo: Nam ad convocandum omnem populum clangebant utraque simul, simpliciter, uno impulsu, & sine interruptione. Ad convocandum solos Principes, semel clangebant, id est, una tuba tantum. Similiter si Principes volebant convocare populum suum, quilibet in Ecclesia sua clangebat semel, & uno impulsu, ut dicit *Josephus*. Ad movendum castra, non simpliciter, sed concise, & prolixius clangebant. In primo sonitu movebant, qui erant ad Orientem: in secundo, qui ad Meridiem: in tertio, qui ad Aquilonem: in quarto, qui ad Occidentem. Modus clangendi in bellis non distinguitur in libro, neque modus clangendi in festis. Clangebant autem Sacerdotes. Continuatur autem hoc capitulum proximo dicto. Dixerat enim: quod nube movente se proficiscebantur, sed ne essent aliqui alicubi, qui nubem non viderent, & ita remanerent in castris, præcepit Dominus tubas fieri, quas audire possent omnes, & ad earum sonitum castra movere. Duæ tubæ, sunt duo Testamenta, vel gemina charitas, quibus convocatur populus ad fidem, & contra vitia bellare.

Moraliter.

a Increpueris] idest, sonueris semel, idest, in una tuba tantum.

b Concisus] idest, interpolatus.

c In profectionem.] idest, ad profectionem.

d Congregandus] per Ecclesias.

e Recordatio] idest, Dominus recordabitur nostri, unde & propitius fier.

f Si quando habebitis epulum,] *Raban.* Nota, quod in adversis, & prosperis, tubis clangere præcepit: quia omne tempus convenit verbo Dei: Modo enim legendum est, modo Deo cantandum est: Modo orare, modo docere; modo exhortari, modo increpare convenit: quia secundum qualitatem auditorum temperandus est sermo Doctorum. Unde *Psal.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Et 2. *Tim.* 4. Prædica verbum, insta opportune, &c.

g Anno secundo, &c.] Supra dictum est de nubis statione, hic dicitur de nubis motione. Sed nota, quod omnia, quæ dicta sunt usque modo, facta fuerunt ad montem Sinai, quæ fuit duodecima mansio. Hic agit Moyses de recessu a monte, ostendens, quando inde recesserunt, & quo inde venerunt. Dicit ergo, quod anno secundo, vigesima die mensis, elevata est nubes, & profecti sunt filii Israel de deserto Sinai, in solitudinem Pharan, secundum ordinem prætaxatum per turmas suas. Sed mirum est, quod dicit, mense secundo, vigesima die mensis, eos a monte recessisse: Certum est enim, quod ipsi venerunt ad montem Sinai prima die Junii, ut dicitur *Exod.* 19. & per tres dies sanctificati sunt, & in quarta legem acceperunt, quæ fuit quinquagesima dies ab exitu de Ægypto, ut dicit *Aug.* & *Hier.* Et eadem die, anno revoluto, qua receperunt legem, recesserunt a monte, ut dicit *Gloss. super Exod.* Ergo recesserunt tertio mense, quarta die mensis. Quid est ergo, quod hic dicitur, eos recessisse secundo mense, vigesima die mensis? Item *Hieron.* dicit hic in *Gloss.* quod Judæi fuerunt ad montem per annum, & quatuor dies: Quod videtur falsum: Nam ipsi venerunt illuc prima die tertii mensis, idest, Junii, ut dictum est *Exod.* 19. Et recesserunt secundo mense, vigesima die mensis, ut dicitur hic: ergo non fuerunt ibi per annum integrum, sed videntur deficere decem dies. Præterea, quomodo dicit *Gl super Exod.* quod eadem die, qua legem receperunt, recesserunt a monte, cum receperint legem quarta die tertii mensis, & recesserunt vigesima die secundi mensis anno revoluto. Solutio: Ad evidentiam hujus dubitationis notandum, quod annus quadrupliciter accipitur. Est enim annus naturalis, usualis, legitimus, emergens. Annus naturalis, est spatium temporis, quo Sol semel peragit cursum suum. Hic annus a quolibet die, & qualibet hora potest incipere. Usualis incipit a calendis Januarii, & terminatur in calendas Januarii. Hunc habent Judæi communem nobis in contractibus, & negotiis peragendis. Quoto mense, vel quoto die istorum annorum recesserint Judæi a monte, non legitur. Annus legitimus est, quem observant Judæi in legitimis, & festivitatibus suis: & incipit a prima die Aprilis, & terminatur ad eamdem. Aprilem autem dicimus, lunationem Aprilis: Sic enim accipiunt Judæi. Annus emergens incipit a Phase, & terminatur usque ad aliud Phase. In memoriam enim liberationis suæ cœperunt annos suos numerare ab exitu de Ægypto, sicut Græci a prima Olympiade: Romani ab urbe condita: Christiani ab Incarnatione Domini. Dicimus ergo, quod anno secundo, anni legitimi, mense tertio, idest, Junio, quarta die mensis receperunt legem, & eadem die, anno legitimo revoluto, recesserunt a monte: & ita cum venerint illuc prima die Junii: & quarta die ejusdem mensis, anno revoluto, recessissent: patet, quod ibi fuerunt per annum legitimum, & quatuor dies, ut dicit *Hieronym.* Sed non fuerunt ibi per annum naturalem integrum, sed defuerunt septem dies. Undecim enim diebus annus solaris superat annum legitimum. Item secundo mense anni emergentis, vigesima die, recesserunt a monte: Quod patet; A Phase enim usque ad aliud Phase jam transierat annus unus: & de secundo anno quinquaginta dies, scilicet 16. de Aprili, & 30. de Majo, & quatuor de Junio, ergo de secundo anno jam transierat unus mensis triginta dierum, & secundus jam fecerat viginti dies: & ita patet, quod anno secundo, & mense secundo, vigesima die mensis recesserunt filii Israel a monte, sicut hic dicitur: Nihilominus recesserunt anno secundo, mense tertio, quarta die mensis. Idem est enim quarta dies tertii mensis anni legitimi, & vigesima dies secundi mensis anni emergentis: & ita patet, quod nulla est contrarietas. Hæc autem distinctio annorum valde necessaria est in multis locis Bibliæ.

B

h In solitudine Pharan.] idest, in prima mansione, quam fecerunt in Pharan. Est enim Pharan maxima solitudo, quam modo inhabitant Saraceni, ubi plures fuerunt mansiones.

i Imperium Domini] Imperium dico factum in manu Moysi.

k In Tribu, &c.] Hæ tres Tribus simul excubabant ad Orientem, & primo moverunt castra, & cum eis Gersonitæ, & Meraritæ.

a Porro

a Porro in Tribu, &c.] Et hæ Tribus simul habitabant ad meridiem, & secundo moverunt castra, & cum eis Caathitæ. *b* Ad erectionis locum.] idest, ubi nubes stabat.

c In Tribu Benjamin] Hæ tres Tribus simul habitabant ad Aquilonem, & tertio loco castra moverunt. *d* Quando egrediebantur.] de mansionibus suis.

e Filio Raguel] soceri Moysi, qui & Jethro, & Cineus dicebatur.

f Cognato] idest, affini, fratri, scil. uxoris suæ, qui cum patre suo obviam venerat Moysi in deserto, ut legitur *Exod.* 18. Et forte patre suo redeunte in terram suam, remansit cum Moyse sororio suo.

g Tu enim nosti, &c.] Falsum videtur dicere Moyses, eo quod solum statio nubis hoc indicabat, ubi enim illa stabat, ibi castrametati sunt. Solut. Sic expone: In quibus locis, scil. illius campi, ubi steterit nubes, scil. ad Orientem, vel Occidentem, Meridiem, vel Aquilonem, ubi, scil. commodius poterant habere aquã, vel pascua, & alia commoda. Est ergo sensus, in quibus locis, idest, in qua parte illius campi, ubi steterit nubes, scilicet.

h Via trium dierum,] nunquam quiescentes, unde statim murmuraverunt contra Dominum propter laborem itineris. Dicunt *Hebræi*, quod arca præcedebat eos tribus diebus, super quam nube stante quasi ad certum locum paulatim conveniebat populus, quidam citius, quidam tardius. *Joseph.* etiam dicit, quod quidam impotentes non simul venerunt cum aliis, sed plus quam septem diebus morati sunt post alios. Sed forte hoc, quod dicunt *Hebræi*, intelligitur tantum de hoc primo itinere, quando egressi sunt de Sinai.

Gerson, & Merari. Profectique sunt & filii Ruben per turmas, & ordinem suum, quorum Princeps erat Helisur filius Sedeur. In Tribu autem filiorum Simeon Princeps fuit Salamihel filius Surisaddai. *a* Porro in Tribu Gad erat Princeps Eliasaph filius Duel. Profectique sunt, & Caathitæ, portantes sanctuarium. Tam diu tabernaculum portabant, donec venirent ad *b* erectionis locum. Moverunt castra & filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu Princeps erat Elisama filius Ammiud. In Tribu autem filiorum Manasse Princeps fuit Gamaliel filius Phadassur, & in *c* Tribu Benjamin erat Dux Abidam filius Gedeonis. Novissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas, in quorum exercitu Princeps fuit Ahiezer filius Amisaddai. In Tribu autem filiorum Aser erat Princeps Phegiel filius Ochran. Et in Tribu filiorum Nephtalim, Princeps fuit Ahira filius Henan. Hæc sunt castra, & profectiones filiorum Israel per turmas suas *d* quando egrediebantur. Dixitque Moyses Obab *e* filio Raguel Madianitæ *f* cognato suo. Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, ut benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israel. Cui ille respondit: Non vadam tecum, sed revertar in terram meam, in qua natus sum. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere: Tu *g* enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus: & eris ductor noster. Cumque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi. Profecti sunt ergo de monte Domini via *h* trium dierum: arcaque fœderis Domini præcedebat eos per tres dies providens castrorum locum. Nubes quoque Domini super eos erat per diem, cum incederent. Cumque elevaretur arca, dicebat Moyses: Surge, Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te, a facie tua. Cum autem deponeretur, ajebat, Revertere, Domine, ad multitudinem exercitus Israel.

C A P. XI.

INterea *i* ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cum audisset iratus est: & accensus in *k* eos ignis *l* Domini, devoravit *m* extremam castrorum partem. Cumque clamasset populus ad Moysen, oravit Moyses Dominum, & *n* absorptus est ignis. Vocavitque nomen loci illius *o* incensio: eo quod succensus fuisset contra eos ignis Domini. Vulgus quippe *p* promiscuum, quod ascenderat cum eis, *q* flagravit desiderio *r* carnium sedens, & flens, junctis sibi pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto *s* gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepæ, & allia. *t* Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man. Erat autem Man, quasi *u* semen coriandri *x* coloris bdellii, Circuibatque populus, & colligens illud frangebat mola, sive terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo *y* tortulas saporis, quasi panis oleati. Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man. Audivit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor Domini valde, sed & Moysi *z* intoleranda res visa est, & ait ad Dominum: Cur afflixisti servum tuum? Quare non invenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum: & defer in terram, pro qua jurasti patribus eorum? Unde mihi carnes, ut dem tantæ multitudini? Flent contra me, dicentes: Da nobis carnes, ut comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum: quia

EXPOSITIO CAP. XI.

INterea *i* ortum est murmur, &c.] Hic agitur de murmure filiorum Israel orto pro labore viæ.

k In eos ignis] idest, contra eos.

l Domini,] idest, missus a Domino.

m Extremam castrorum partem.] idest, illos, qui longe retro erant. (*Psal.* 65.)

n Absorptus est ignis.] idest, extinctus.

o Incensio:] Non tamen hoc est nomen illius mansionis; imo vocatur sepulchra concupiscentiæ, ut dicitur *infra eod. in fin.*

p Promiscuum,] idest, servi, & ancillæ Ægyptii, qui ascenderant cum eis de Ægypto, & multi etiam de Israel cum eis.

q Flagravit] idest, ardenter desideravit.

r Carnium sedens, & flens,] Nomine carnium, non solum carnes, sed etiam aliorum ciborum abundantia intelligitur, vel alii cibi delicati. Unde nec in querela eorum mentio fit de carnibus.

s Gratis:] idest, pro bono foro, quasi pro nihilo; tamen jam Dominus dederat eis manna, quod habebat saporem panis oleati, imo omnis saporis suavitatem, ut dicitur *Sapientiæ decimosexto*. Sed fastidiebant quærentes amara. (*Exod.* 16.)

t Anima nostra arida est:] Nota pepones sunt terrenæ dulcedines: Porri, cepæ, allia, ut dicit *Gloss.* sunt difficultates vitæ præsentis, quæ non sine luctu agitur; & tamen cum lacrymis amatur.

u Semen coriandri] scilicet, album in modum pruinæ, & quasi pilo tusum.

x Coloris bdellii.] Bdellium secundum *Plinium* est arbor aromatica, magnitudine oleastri, cujus lucida est gutta, amara, sed odorifera; tamen videtur, quod sit lapis, quia inter lapides nominatur.

y Tortulas] genus est panis.

z Intoleranda] quia ab eo petebant escam, quam dare non poterat.

a Congrega mihi septuaginta viros de senioribus, &c.] Ecce satisfacit Dominus Moysi conquerenti, quod nimis oneratus esset, & solus portaret onus populi. Sed objicit *August.* quia videtur Moyses falso conqueri, quod solus portet onus populi. Nam *Exod.* 18. legitur, quod de consilio Jethro soceri sui divisit onus in plures, quosdam faciens Centuriones, quosdam Quinquagenarios, alios Decanos. Ad quid ergo voluit illos septuaginta esse participes oneris, imo ad quid fuerunt necessarii, si priores sufficiebant? Solutio: More hominum loquitur hic Moyses, qui habent magnam familiam; qui quando sunt cum paucis, dicunt se solos: Ita Moyses, etsi haberet illos; tamen reputaret se solum, quia illi non sufficiebant; & ideo petiit alios. Vel aliter potest dici: Solus Moyses nunciabat populo voluntatem Dei, quam populus sæpe graviter ferebat; unde Moysen sæpe ad iracundiam provocabant: Unde Moyses se nimis gravatum sentiens, petiit auxiliatores, qui cum eo Dominum consulerent super negotiis populi. Alii autem, de quibus dictum est in *Exod.* erant ad negotia gerenda.

b Senes] Non tantum senes tempore hic accipi debent, sed etiam graves moribus, ita dicit *Gloss.*

D

gravis mihi est. Sin aliter tibi videtur, obsecro, ut interficias me, & inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis affliciar malis. Et dixit Dominus ad Moysen; *a* Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes *b* populi sint, ac *c* magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam, & loquar tibi. & *d* auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris. Populo quoque dices: *e* Sanctificamini (cras comedetis carnes: Ego *f* enim audivi vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? Bene nobis erat in Ægypto) ut det *g* vobis Dominus carnes, & comedatis: Non uno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem; sed usque ad mensem dierum, *h* donec exeat per nares vestras, & vertatur in *i* nauseam, eo quod repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, & fleveritis coram eo dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto, ut periremus in solitudine? Et ait Moyses ad Dominum: Sexcenta millia peditum hujus populi sunt, & tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro? Numquid ovium, & boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum; vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient? Cui respondit Dominus: Numquid manus Domini *k* invalida est? Jam nunc videbis, utrum meus sermo *l* opere compleatur. *m* Venit igitur Moyses, & narravit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senioribus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumque requievisset in eis spiritus, prophetaverunt, nec ultra cessaverunt. *n* Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Heldad & alter Medad, super quos requievit spiritus: Nam & ipsi *o* descripti fuerunt, & non exierant ad tabernaculum. Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer, & nunciavit Moysi, dicens: Heldad, & Medad prophetant in castris. Statim Josue filius Nun minister Moysi, & electus e pluribus, ait: Domine mi Moyses, prohibe eos: At ille: Quid inquit æmularis pro me? *p* Quis tribuat, ut omnis populus pro-

E

i In nauseam,] Large dicitur hic nausea pro vomitu: Proprie enim nausea dicitur vomitus ex fœtore sentinæ proveniens. Unde nausea dicitur a navis, quod est navis, & sentire. *August.* quærit, utrum diffidendo dixerit hoc Moyses: an quærendo modum? Si diffidendo, quare non est redargutus a Domino, sicut *infr.* 20. ad aquas contradictionis, quando dixit: Nunquid potero de petra hac vobis aquas ejicere: Si non dixit diffidendo Moyses, sed modum quærendo, quare ita respondit Dominus: Nunquid manus Domini invalida est? & non potius modum demonstravit, quo fieret sicut Beatæ Virgini quærenti: quomodo fieret istud? ostendit modum, dicens: Spiritus Sanctus, &c. Ad hoc dicit *August.* Quod revera dixit hoc Moyses, non dubitando, sed modum quærendo, Dominus autem modum faciendi noluit verbo, sed facto visibili demonstrare.

F

c Magistri:] exercitati in moribus, & scientia.

d Auferam de spiritu tuo,] idest, de Spiritu sancto, qui est in te per gratiam summam, sine gratiæ tuæ diminutione, vel divisione: & dabo illis, sicut candela, sine sui luminis diminutione, lumen multis ministrat. Ablatio igitur Spiritus Moysi, & traditio aliis, non intelligitur divisio, vel diminutio spiritus; sed illuminatio aliorum ad regendum populum per eamdem spiritualem gratiam, per quam Moyses illuminatus erat. Sed per hoc, quod dicitur de spiritu, notatur, quod non tantam gratiam contulit aliis, quantam Moysi. sed quasi partem illius. Et dicit *Augustin.* quod in Græco habetur simpliciter de spiritu, sine tuo. Unde patet, quod intelligitur de Spiritu sancto, non de spiritu hominis, ex quo & corpore componitur homo: Spiritus enim sanctus & Dei, & hominis dicitur: Dei ut dantis, hominis ut accipientis. Sicut dicitur Spiritus Eliæ requievisse in Eliseo. 4. *Reg.* 2.

e Sanctificamini] i. mundate & parate vos, ut sitis digni comedere carnes a Deo vobis datas.

f Ego enim] Responsio est Domini desiderio Moysi, & responsio desiderio populi. Et nota, quod quidam desideraverunt carnes ex gulositate, & concupiscentia: & illos sumpsit ignis. Alii ex infirmitate, & illis pepercit Dominus: Hinc est, quod loquitur, quasi de malis, propter malos secundum *regulam Ticonii.*

g Ut det vobis] Repete sanctificamini, & dic: Sanctificamini, inquam, ut det, &c. Quidam tamen legunt, per parenthesim, sic construentes: Sanctificamini, ut det vobis carnes, & comedatis, nam cras comedetis, non uno die, aut duobus, &c.

h Donec exeat] cum sanguine: Vel forte ex malo odore hoc dicit. Et est sensus: Donec exeat malus odor per nares vestras.

k Invalida] quasi dicat: Modum quæris rei difficilis; sed manui, idest, potentiæ Domini nihil difficile, nihil impossibile.

l Sermo] quo promisi me daturum carnes populo usque ad satietatem, non uno die, vel duobus, sed usque ad mensem.

m Venit igitur] *Gloss. Septuaginta* habet: Exiit Moyses ad populum, & locutus est verba Domini. Intus enim est, dum ab ipso docetur: cum turbis loquitur, foras exire prohibetur.

n Remanserant autem, &c.] Moyses verba Domini jam nunciaverat populo, sed duo viri remanserant in castris, nec venerant ad audiendum verba Domini: non ex contemptu, vel inobedientia, sed ex humilitate, quasi reputantes se indignos. Illi duo secundum *Hebræos* erant fratres Moysi ex parte matris non patris. Sed *Hieronymus* dicit ex parte patris, non matris: quia post legem acceptam, Amram pater Moysi dimisit matrem Moysi, Moyse præcipiente: quia amita ejus erat, & duxit aliam de qua suscepit hos duos. Sed secundum hoc isti duo non erant duorum annorum: quia a datione legis nondum fluxerant duo anni. Sed potest dici, quod Moyses longo tempore ante suscepit legem per cognitionem, quam per dationem, & tunc fecit divortium inter patrem suum, & matrem: & tunc pater ejus duxit uxorem, de qua habuit istos duos. *o* Descripti] idest, numerati, & electi inter 70. viros, quos congregari sibi jusserat Dominus, sed non venerant cum aliis, ut starent coram Domino accepturi de Spiritu Dei, quibus nihilominus datus est spiritus prophetiæ.

p Quis tribuat, &c.] *Gloss.* Prophetare omnes voluit

luit, qui bonum, quod habuit, non invidit. *a* Coturnices] Fuerunt autem hæ coturnices, non illæ modicæ, quæ apud nos sunt; sed illæ majores, quæ dicuntur regiæ aves, quas corleos dicimus, a currendo, quæ *Sap.* 16. & 19. dicuntur ortigometræ penultima producta, vel correcta: quia utroque modo dicitur.

b Qui parum, decem coros,] q. d. multum collegerant, ita quod parum habuit, qui decem coros collegit. Corus autem decem Ephi continet, i. triginta modios, ut dicitur *Ezech.* 44. Ephi, & batus æquales sunt, & utrumque decima pars cori. Sed batus est mensura liquidorum; Ephi aridorum.

c Siccaverunt] idest, mundaverunt. Siccare enim pro mundare sæpe accipitur apud auctores. *Ps.* 77. Siccavit vulvam limphis, idest, mundavit. Vel forte apposuerunt sal, quod siccat humorem carnium, Vel forte siccaverunt ad Solem, vel ad ignem, ut diutius possent servare.

d Furor] *Psal.* 77. Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.

e Vocatisque, &c.] Iste locus prius dictus est incensio propter ignem, quo accensus est populus: postea dictus est sepulchra concupiscentiæ, & pluraliter, quia multi sunt ibi sepulti propter concupiscentiam. Et nota, quod Dominus non statim murmurantes interemit: sed prius, quod petebant, dedit, ne videretur impotens dandi, & propter infirmos etiam, ut dicit *Raban.*

A

phetet, & det eis Dominus spiritum suum: Reversusque est Moyses, & majores natu Israel in castra. Ventus autem egrediens a Domino arreptans trans mare *a* coturnices detulit, & dimisit in castra, itinere, quantum uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregavit coturnicum multitudinem, *b* qui parum, decem coros, & *c* siccaverunt eas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujuscemodi cibus: & ecce *d* furor Domini concitans in populum, percussit eum plaga magna nimis. *e* Vocatus est ille locus sepulchra concupiscentiæ: Ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat carnes. Egressi autem de sepulchris concupiscentiæ venerunt in Aseroth, & manserunt ibi.

C A P. XII.

LOcutaque *f* est Maria, & Aaron contra Moysen propter uxorem ejus *g* Æthiopissam, & dixerunt: Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus, iratus est valde. Erat enim Moyses vir *h* mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Statim locutus est Dominus ad eum, & ad Aaron, & Mariam: *i* Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis. Cumque fuissent egressi, descendit Dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, & Mariam. Qui cum issent, dixit ad eos: Audite sermones meos: *k* Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in *l* visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea *m* fidelissimus est. *n* Ore enim ad os loquar ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. Quare igitur non timuistis detrahere servo meo Moysi? *o* Iratusque *p* contra eos abiit. *q* Nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum. Et *r* ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Cumque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro, domine mi, *s* ne imponas nobis hoc *t* peccatum, quod stulte commisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & ut

EXPOSITIO CAP. XII.

58. Alias c. 8 post ŷ contra.
3 97 e. ple-ramque & ibem abstinetur.
3 1 9. 2. c. hoc ipsum.

LOcutaque *f* est Maria,] Egressi filii Israel de deserto Sinai, in quo fuit 12. mansio: venerunt in solitudinem Pharan, quæ fuit 13. mansio, inde venerunt in Aseroth, quæ fuit 14. Et est in solitudine Pharan. In tertia decima mansione murmuraverunt filii Israel contra Dominum de labore viæ, & desiderio carnium flagraverunt, propter quod multi mortui sunt, & ibidem sepulti: & inde locus dictus est: Sepulchra concupiscentiæ. In quartadecima mansione jurgati sunt Aaron, & Maria contra Moysen, improperantes ei, quod Æthiopissam duxisset, & ductam dimisisset. Vel potius propter Sephoram uxorem ejus filiam Jethro: Madianitæ enim quondam vocati sunt Æthiopes, ut dicit hic *Aug.* Et etiam legitur 2. *Par.* 14. Et iratus Dominus vocavit illos, scil. Moysen, Aaron, & Mariam: & percussit Mariam lepra. Quod videns Aaron, obsecravit Moysen, ut oraret pro ea: quod & fecit Moyses, & sanavit eam Dominus; voluit tamen, ut septem diebus esset extra castra erubescens, & confusa propter peccatum suum: octava die reconciliata est. Non enim moverunt castra filii Israel, donec revocata est Maria. Sed quæritur, quare, vel quomodo nunc primo jurgati sunt Aaron, & Maria contra Moysen propter Æthiopissam, cum jam diu eam duxisset? Responsio: Forte modo rixata fuit uxor Moysi cum Maria, & Maria conquesta est Aaron; & ideo simul venerunt isti duo ad Moysen, qui juvit partem uxoris suæ. *g* Æthiopissam,] *Gloss. Aug.* De uxore Moysi Æthiopissa quæritur, utrum ipsa sit filia Jethro, an alteram duxerit, vel superduxerit? Sed ipsam fuisse, credibile est. De Madianitis quippe erat, qui 2. *Par.* 14. Æthiopes dicuntur, quando contra eos pugnavit Asa. Nam in his locis dicitur eos persecutus populus Israel, ubi Madianitæ habitant, qui nunc Saraceni vocantur: Sed nunc eos Æthiopes fere nemo appellat, sicut solent locorum, & Gentium nomina plerumque vetustate mutari.

B

h Vir mitissimus] Hoc dicit Moyses de se, quasi de alio, non *Esdras* hoc dixit, ut quidam falso autumant. Simile dicit *Jo.* 21. de se quasi de alio: Hic est Discipulus ille, &c. Item nota *Gloss. Orig.* Audite, quantum beneficii conferant obtrectantes: nunquam enim invenimus Dominum tantum laudasse Moysen, quantum nunc, cum detrahitur ei. Item *Gloss.* Vide, quid sibi pœne obtrectantes contulerint, quid illi laudis, sibi turpitudinem, illi splendorem; sibi lepram, illi gloriam.

Hebr. 3.

i Egredimini] extra castra, quia tabernaculum tunc erat extra castra.

k Si quis fuerit] q. d. vos dicitis, quod ita locutus sim vobis, sicut Moysi, quod patet esse falsum, quia si quis, &c. *l* In visione] intellectuali, sicut *Joan. in Apoc.* secundum quosdam: vel imaginaria, sicut Ezechieli: vel corporali, sicut Moysi in rubo.

C

m Fidelissimus] Simile *Hebr.* 3. Fidelis erat Moyses in tota domo ejus, tanquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant. *n* Ore enim ad os] tamen in subjecta creatura, ut dicit *August.*

p Contra eos] idest, irata signa contra eos exhibuit.

o Iratusque] idest, signum irati exhibuit, visionem Dei significat, vel visitationem. *q* Nubes quoque] Non illa, quæ ducebat eos, ad cujus motum movebant ipsi castra: quia tunc ipsi recederent; sed illa, in qua Dominus loquebatur eis ad ostium tabernaculi stantibus. *Gloss. Origen.* Prius recessit nubes, quam Maria repleretur lepra, ut ostendatur, quod si est in aliquo gratia Spiritus sancti, & obtrectat, & detrahit: recedit ab eo post obtrectationem, & lepra repletur anima ejus. Hic plane videtur velle *Orig.* quod homine peccante, prius est expulsio gratiæ, quam peccatum accedat. Sic e converso in justificatione impii, prius est peccati remissio, quam gratia infundatur. Sed iterum videtur per *eamdem Gloss.* quod prius sit peccati perpetratio, quam gratiæ expulsio, per hoc, quod dicit, gratia recedit ab eo post obtrectationem. Utrumque verum est, sed differenter. *r* Et ecce Maria] Sed quid est, quod Aaron non punitur, sicut Maria? Et videtur; quod potius deberet puniri, cum ordo aggravaret peccatum. Solutio: Maria principalior erat in hoc murmure; & ideo punitur. Vel forte in figura factum est, quia Clerici publicas pœnitentias non debent agere.

s Ne imponas] idest, permittas imponi.

t Hoc peccatum,] idest, pœnam hujus peccati.

a Abortivum

a Abortivum,] idest, foetus immaturus. Dicitur etiam abortivus ille, in cujus ortu mater sua moritur. Unde Paulus vocat se abortivum: quia in ejus ortu spirituali mortua est ejus mater Synagoga.

b Devorata est lepra.] Sic construe: Ipsa est devorata medium carnis lepra, idest, a lepra. Et est talis constructio: sicut cum dicitur, calceatus pedes. Vel ita ut lepra sit nominativus, lepra devorata est, i. devoravit medium carnis. Et ponitur, devorata est, quasi præteritum deponens. Alia littera habet, devoratum est; & tunc planum est.

c Spuisset in faciem] quod est signum vilitatis: Unde & Judæi spuerunt in faciem Domini. Quod autem sputum sit signum vilitatis, patet *Deuter.* 25. quod relicta fratris spuebat in faciem proximi ipsius mortui, qui non volebat eam ducere. Unde *Isa.* 40. Ecce omnes Gentes, quasi stilla situlæ, & quasi sputum reputatæ sunt. Alia littera habet, quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Et est sensus: Si pater suus carnalis vilificasset eam pro aliquo peccato, debuit aliquantulo tempore erubescere, quanto magis modo.

Mystice. Mystice. *g* Æthiopissam,] est Ecclesia de Gentibus, quam Moyses, idest, Christus duxit uxorem per fidem. Unde *Osee* 2. Sponsabo te mihi in fide. Et bene dicitur Æthiopissa, propter nigredinem tribulationis, & adustionem peccatorum. Unde ipsa dicit *Cant.* 1. Nigra sum, sed formosa. Nigra propter tribulationem; formosa propter conscientiæ puritatem. Nigra in corpore; formosa in spiritu. Aaron, & [illegible] ria significant Scribas, & Pharisæos, qui murmuraverunt contra Christum, quia duxit Æthiopissam, idest, Ecclesiam de Gentibus. Maria murmurans lepra percutitur: & Judæus indignatus contra Dominum, cæcitate feritur. Unde *Rom.* 11. Cæcitas contigit in Israel ex parte, donec plenitudo Gentium intraret. Maria per septem dies a castris ejicitur. Ita Judæi in hac vita præsenti, quæ septem diebus agitur, ab unitate Ecclesiæ excluduntur, sed post in finem temporum ad Ecclesiam revertentur. *Isai.* 10. In veritate reliquiæ convertentur. Reliquiæ, inquam, Jacob, ad Dominum fortem.

a abortivum, quod projicitur a vulva matris suæ. Ecce jam medium carnis ejus *b* devorata est lepra. Clamavitque Moyses ad Dominum, dicens: Deus obsecro, sana eam. Cui respondit Dominus: Si pater ejus *c* spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem dierum rubore suffundi? separetur septem diebus extra castra, & postea revocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec revocata est Maria.

C A P. XIII.

PRofectusque *d* est populus de Aseroth, fixis tentoriis in deserto Pharan. Ibi locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Mitte *e* viros, qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis Tribubus *f* ex principibus. Fecit Moyses, quod Dominus imperarat de deserto Pharan, mittens Principes viros, quorum *g* ista sunt nomina. De Tribu Ruben, Seminua filium Zachur. De Tribu Simeon, Saphat filium Huri. De Tribu Juda, Caleb filium Jephone. De Tribu Issachar, Igal filium Joseph. De Tribu Ephraim, Osee filium Nun. De Tribu Benjamin, Phalti filium Raphu. De Tribu Zabulon, Geddhiel filium Sodi. De Tribu Joseph, *h* Sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. De Tribu Dan, Ammihel filium Gemalli. De Tribu Aser, Sthur filium Michael. De Tribu Nephtali, Naabi filium Vapsi. De Tribu Gad, Guhel filium Machi. Hæc sunt nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam terram. Vocavitque Osee filium Nun Josue. Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan, & dixit ad eos: *i* Ascendite ad meridianam plagam. Cumque veneritis *k* ad montes considerare terram, qualis sit: & populum, qui habitator est ejus; utrum fortis sit, an infirmus: pauci numero, an plures: ipsa terra bona, an mala; urbes quales, muratæ, an absque muris: humus pinguis, an sterilis: nemorosa, an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus, quando jam præcoquæ uvæ vesci possunt. Cumque ascendissent, exploraverunt terram, a deserto Sin usque Rohob *l* intrantibus Emath. Ascenderuntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, ubi erant Achiman, & Sisai, & Tholmai, filii Enach. Nam *m* Hebron septem annis ante Tanim urbem Ægypti condita est. Pergentesque usque ad *n* torrentem Botri, absciderunt pal-

E X P O S I T I O C A P. XIII.

PRofectusque *d* est, &c.] Aseroth fuit quartadecima mansio, in qua septem diebus morati sunt filii Israel: in quibus Maria ejecta fuit extra castra, ut dictum est in capitulo præcedenti. Inde profecti sunt in Pharan, i. in aliam partem istius deserti, quod dicitur Pharan. Pharan enim non est speciale nomen mansionis, sed magnæ solitudinis, in qua fuerunt 18. mansiones, vel 20. ut post dicetur 33. De hac mansione misit Moyses ex præcepto Domini, duodecim exploratores, singulos de singulis Tribubus, qui considerarent terram: quorum præcipui fuerunt Caleb filius Jephone, & Osee filius Nun, qui postea Josue dictus est, & Jesus Nave. Unde quod supra, scil. *in Exod.* 17. *&* 32. dictus est Josue, anticipatio fuit: quia nunc primum impositum est ei hoc nomen Josue, quia Moyses ei curam salutis aliorum undecim commisit. Vel si prius vocabatur Josue, nunc primo rem nominis habuit, scil. quod Salvator aliorum fuit. Tria enim nomina, quibus est vocatus, scil. Josue, Osee, & Jesus Salvatorem sonant. Præcepit ergo eis Moyses, ut considerarent qualitatem terræ, & hominum, & urbium: & afferrent de fructibus terræ. Qui ascendentes venerunt in Hebron, & viderunt tres viros de genere Enach, idest, de genere giganteo, quales etiam viderant in Tanis, civitate Ægypti, qui Titanes dicti sunt. Qui redeuntes post quadraginta dies ferentes de fructibus, & botrum in vecte, terruerunt populum, dicentes se vidisse homines fortissimos, quibus comparati, videbamur esse locustæ. Propter quod populus territus, murmuravit, & volebat redire in Ægyptum.

e Viros,] *Hebræi* dicunt pueros.

f Ex principibus.] Non tamen ex duodecim principibus, de quorum oblationibus actum est supra, quod patet ex nominibus; sed ex aliis principibus, qui erant sub illis.

g Ista sunt nomina.] scilicet ad Asiongaber, quæ erat in solitudine Pharan. *Deut.* 2.

h Sceptri] i. principatus, vel generationis illius: quia alia erat generatio de Joseph, scilicet Ephraim.

i Ascendite ad, &c.] *Augustinus* ponit hanc litteram: Ascendite istam eremum, & videbitis terram, quæ sit, & populus, qui insidet super eam; si fortis est, an infirmus: si pauci, an multi. Sed quærit, quomodo hoc potuerunt videre de montibus? Et solvit dupliciter. Primo, quod fortis, vel infirmus posuit pro multi, vel pauci: & hoc de montibus potuerunt videre. Secundo dicit, quod montes vocavit terram Chanaan montuosam: Et hæc solutio verior est, quia de montibus non possent facere exploratores omnia, quæ præceperant eis Moyses.

k Ad montes,] idest, ad terram montuosam.

l Intrantibus Emath.] idest, secundum viam illorum, qui intrant Emath, quasi diceret: exploraverunt terram itinere, quod ducit Emath.

m Nam Hebron] Antipophore respondet Moyses: Posset enim aliquis quærere, quomodo isti Gigantes dicuntur habitasse in Hebron, cum in Tanis civitate habitarunt; unde & Titanes dicti sunt? Et respondet, quod Hebron ante fuit ædificata, quam Tanis septem annis, Unde non est mirum, si in Hebron primo fuerunt, & postea inde translati in Tanim.

n Ad torrentem botri,] Proprium nomen est loci, sic dictum ab hoc eventu, quod scilicet, ibi acceperunt botrum.

a De

a De malis quoque granatis,] Hæc malogranatus hujus malogranati, arbor est; hoc malogranatum fructus est. *b* De ficis] Hæc ficus ficus, arbor est, & fructus: Hic ficus fici, morbus est. Unde:

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci.
Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

Unde quod dicitur hic de ficis, antiqua Grammatica est. Tamen aliqui dicunt ficus fici, pro arbore; ficus ficus pro fructu. Et in plurali aliqui dicunt ficubus, aliqui ficibus. *c* In desertum Pharan,] i. in fine deserti Pharan, ubi est Chades, ita tamen quod Cades non erat de Pharan, imo de deserto Sin, quod post illud incipit: Dicitur autem esse de deserto Pharan propter confinium. Est autem Cades trigesima tertia mansio. Nam populus interim egressus de Asion-Gaber, onde missi fuerunt exploratores, venerant in Cades. Tamen quidam dicunt, quod de Cades missi fuerant exploratores, & ibi expectavit populus.

d Quod est in Cades.] confine ei. *Rab.* Solitudo Pharan decem & septem mansiones continet, in quarum ultima reversi exploratores ad Moysen, renunciaverunt.

e Lacte, & melle,] idest, abundat pascuis, & arboribus. Nam nomine lactis pascua, nomine mellis arbores intelligit, ubi mellificant apes. Vel lac, & mel, i. omni dulcedine, & suavitate temporalium.

f Devorat habitatores suos:] idest, bellicosa est, & undique impugnatur ab hostibus, qui devorant habitatores ejus. Vel omnes homines sunt sanguinei, & mutuo se occidunt. Vel infirma, & pestilens, propter quod cito moriuntur habitatores ejus. Vel sterilis, & arida, & omni bono vacua; unde per inediam moriuntur habitatores ejus. Vel in bono potest accipi. Devorat habitatores] scil. ita fertilis est, & abundans omni bono, quod nullus de habitatoribus vult exire ex ea; sed ibi omnes moriuntur: secundum hoc non est detractio terræ; & sic accipitur *in Deut.*

go. dist. c. alibi non.

mitem cum uva sua, quem portaverunt in vecte duo viri. *a* De malis quoque granatis, & *b* de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehelescol, idest, torrens botri, eo quod botrum inde portassent filii Israel. Reversique exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moysen, & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel in *c* desertum Pharan, quod est in *d* Cades. Locutique eis, & omni multitudini, ostenderunt fructus terræ, & narraverunt dicentes: Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ revera fluit *e* lacte, & melle, ut ex his fructibus cognosci potest; sed cultores fortissimos habet, & urbes grandes, atque muratas. Stirpem Enach vidimus ibi. Amalech habitat in meridie. Ethæus, & Jebusæus, & Amorrhæus in montanis: Chananæus vero moratur juxta mare, & circa fluenta Jordanis. Inter hæc Caleb compescens murmur populi, qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam. Alii vero, qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntque terræ, quam inspexerant, apud filios Israel dicentes: Terra, quam lustravimus *f* devorat habitatores suos: Populus, quem aspeximus, proceræ staturæ est. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ, videbamur.

C A P. XIV.

IGitur vociferans omnis turba flevit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen, & Aaron cuncti filii Israel, dicentes: Utinam mortui essemus in Ægypto, & in hac vasta solitudine utinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & uxores, ac liberi nostri ducantur captivi. Nonne melius est reverti in Ægyptum? Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis Ducem, & revertamur in Ægyptum. Quo audito Moyses, & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel: At vero Josue filius Nun, & *g* Caleb filius Jephone, qui & ipsi lustraverunt terram, sciderunt *h* vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra, quam circuivimus, valde bona est: Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte, & melle manantem. Nolite rebelles esse contra Dominum, neque timeatis populum terræ hujus: quia sicut panem, ita eos possumus devorare, Recessit ab illis *i* omne præsidium: Dominus nobiscum est; nolite metuere. Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectum fœderis, cunctis videntibus filiis Israel. Et dixit Dominus ad Moysen: Usquequo detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi, in omnibus signis, quæ feci coram eis? *k* Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam; *l* te autem faciam principem super Gentem magnam, & fortiorem, quam hæc est. Et ait Moyses ad Dominum: Ut *m* audiant Ægyptii, de quorum medio eduxisti populum istum, & habitatores terræ hujus, qui audierunt, quod tu Domine, in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos: & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem: quod occideris tantam multitudinem quasi unum hominem, & dicant: Non poterat introducere populum in terram, pro qua juraverat; idcirco occidit eos in solitudine. *n* Magnificetur ergo fortitudo Domini, sicut jurasti dicens: Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem, & scelera, nullumque innoxium derelinquens, *o* qui vi-

E X P O S I T I O C A P. XIV.

IGitur vociferans omnis, &c. *g* Caleb] *Gloss.* Qui de Tribu Juda.

h Vestimenta sua,] Mos erat Judæorum in dolore scindere vestimenta.

i Omne præsidium:] *August.* ponit hanc litteram: Abscessit enim tempus ab eis; Dominus autem in nobis, ne timueritis eos. Et est sensus: Tempus, idest, prosperitas, recessit ab eis, non Dominus, quia nunquam habuerunt ipsum; sed nobiscum est.

Eccl. 46. 1. Mach. 1.

k Feriam igitur] *Gloss.* Comminatio hæc non est iracondia, sed prophetia. Assumendus enim erat populus nationum, sed non per Moysen. Excusavit ergo se Moyses: Sciebat enim, quod Gens, quæ promittitur, non per se vocanda erat; sed per Jesum: nec Mosaicus, sed Christianus populus erat appellandus; ideo pluries exorat pro populo suo. *l* Te autem faciam principem] Ad litteram: Moysi promittitur, quod in omni Gente erunt imitatores ejus in cultu unius Dei. *m* Ut audiant Ægyptii,] Ut ponitur hic pro, ne, sicut e converso sæpe fit. Et est Apostiopesis, i. defectiva locutio. Et est sensus: Oro, Domine, ne facias, quod minaris; ut, i. ne audiant Ægyptii, & insultent tibi, quasi impotenti solvere, quod promisisti populo. Vel sic: Oro, Domine, ne facias, quod minaris, quod si feceris, accidet, ut audiant Ægyptii, &c. Sic tenetur proprie. Vel sic supple: Domine, minaris populo, & ita vis facere, ut audiant, &c. *n* Magnificetur ergo] quasi dicat, & si propter ipsos, qui perire meruerunt, non parcis populo, tamen propter complendam veritatis tuæ promissionem, & ut non insultent tibi, & detrahant inimici tui, parce eis. *o* Qui visitas, &c.] Hoc multis modis exponitur. Primo sic, qui visitas, puniendo peccata patrum in filios, idest, peccata filiorum, quibus imitantur patres,

Exod. 13. Exod. 32.

patres. Vel sic: Qui punis patres in filiis imitantibus peccata eorum. Pœna enim filiorum, pœna patrum est. *a* In tertiam, & quartam, &c.] dicit, quia tantum solent vivere patres. Vel sic: Qui visitas, corrigendo. Flagellas hic homines pro peccatis, quibus Dæmones imitantur, & non ipsos Dæmones. Hanc expositionem ultimam ponit *quædam Interl. super Exod.* 20.

D

b Vivo ego,] Modus ergo jurandi est, & habetur similis *Gen.* 41. Ego sum Pharao. Q. d. Dominus: Juro tibi pro certo, quod modo parcam eis. Nec intelligitur hoc de dimissione reatus, sed pœnæ. Ille enim paucis dimissus est, scil. tantum contritis corde, & penitentibus. *c* Gloria Domini] i. tam mira faciet, quod scietur ubique, i. ab omnibus glorificabitur. Unde cantat Ecclesia *Psal.* 32. Misericordia Domini plena est terra. Vel sic: Implebitur universa terra gloria Domini, i. populus, licet in aliis personis intrabit in terram promissionis, & dilatabitur gloria Domini. *d* Per decem vices,] i. multoties. Finitum pro infinito. Simile *Gen.* 31. ubi loquitur Jacob uxoribus suis. Circumvenit me pater vester, & mutavit mercedem meam decem vicibus, i. sæpe. Vel ad litteram, fuit hoc, quod decies tentavit populus Dominum in deserto. Septem tentationes habes *in Exod.* tres *in Num.* Prima *in Exod.* fuit post exitum de Ægypto ante ingressum maris. *Exod.* 14. ubi dixerunt: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto; & ideo tulisti nos, ut moreremur in solitudine. Secunda fuit in deserto Sur, post transitum maris ad aquas Marath, *Exod.* 15. ubi dicitur: Murmuravit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus, &c. Tertia in deserto Sin, quando defecit farina, quam tulerant de Ægypto, *Exod.* 16. ubi dicitur: Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium. Quarta fuit, quando datum est manna, *Exod.* 16 ubi contra præceptum Moysi, egressi sunt sabbato, ut colligerent manna. Unde Moyses dixit eis: Quousque non vultis custodire mandata mea? Quinta *eod.* quando reservaverunt sibi manna contra mandatum Moysi. Unde Moyses iratus est contra eos. Sexta in Raphidim, propter defectum aquæ. *Exod.* 17. Septima in vitulo conflatili. *Exod.* 32. Octava *Sup.* 11. pro labore itineris. Nona *eod.* quando murmuraverunt propter carnes, memores piscium, & peponum, & hujusmodi, quæ comederant in Ægypto. Decima ad aquas contradictionis. *Inf.* 20.

Deut. 1. — *Jos.* 14.

e Nec quisquam ex illis, &c.] Sed quid est hoc? Nonne dimiserat eis propter Moysen? Solut. Quidam dicunt, dimiserat culpam, sed non injuriam. Et hoc Moyses rogaverat, dicens: Obsecro, dimitte peccatum populi tui hujus. Alii dicunt, quod dimisit pœnam, i. ad tempus distulit. Et hoc videtur per hoc, quod dicitur: Sicut propitius fuisti, &c. Alii dicunt, quod dimisit pœnam, quam meruerunt tunc. Et terram promissionis non dedit eis, quia murmuraverunt. Vel secundum *regul. Ticonii* quibusdam pepercit, i. omnibus, infra viginti annos, & Levitis, & omnes alii mortui sunt in deserto præter Caleb, & Josue. *f* Intuebitur eam.] Nisi forte a longe, ut Moyses. *Infra* 27. *Deut.* 32.

g Alio spiritu] idest, ad aliud, scil. ad non diffidendum. Et quoad hoc, plenius fuit Spiritus sanctus in Caleb, quam in Moyse. Vel plenius alio spiritu, quam alii decem

sitas peccata patrum in filios in *a* tertiam, & quartam generationem. Dimitte, obsecro, peccatum populi tui hujus secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Ægypto usque ad locum istum. Dixitque Dominus: Dimisi juxta verbum tuum. *b* Vivo ego, & implebitur *c* gloria Domini universa terra. Attamen omnes homines, qui viderunt Majestatem meam, & signa, quæ feci in Ægypto, & in solitudine: & tentaverunt me jam per *d* decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum: *e* nec quisquam ex illis, qui detraxit mihi, *f* intuebitur eam. Servum meum Caleb, qui plenus *g* alio spiritu secutus est me, *h* inducam in terram hanc, quam circuivit, & semen ejus possidebit eam: quoniam *i* Amalechites, & Chananæus habitant in vallibus. Cras movete castra, & revertimini in solitudinem per viam maris rubri. *k* Locutusque est Dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: Usquequo multitudo hæc pessima murmurat *l* contra me? Querelas filiorum Israel audivi. Dic ergo eis: Vivo ego, dicit Dominus, sicut locuti estis, *m* audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac jacebunt cadavera vestra. Omnes, qui numerati estis a viginti annis, & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, *n* super quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem, præter Caleb filium Jephone, & Josue filium Nun. Parvulos autem vestros, de quibus dixistis, quod prædæ hostibus forent, *o* introducam, ut videant terram, quæ vobis displicuit: Vestra cadavera jacebunt in solitudine: Filii vestri erunt vagi in deserto *p* annis quadraginta, & *q* portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadavera patrum in deserto, juxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram. *r* Annus

exploratores, idest, alia voluntate, & alia virtute. *h* Inducam in terram] De Josue tacet hic; sed postea associabit eum ei.

i Quoniam Amalechites,] Quasi dicat: Licet offensus sim, tamen modo parcam. Ite ergo per aliam viam, ne incidatis in hostes. Quoniam Amalechites, &c. Vel sic construe: Revertimini per viam maris rubri, idest, juxta mare rubrum, non per eam, qua venerant, quoniam Amalechites, &c.

k Locutusque, &c.] Supra *eod.* comminatus fuerat Dominus populo, Moyse tantum præsente: nunc eamdem comminationem recapitulat Moyses, & Aaron præsentibus, addens etiam multa.

l Contra me?] qui sum Dominus eorum, qui tot beneficia contuli.

Inf. 16. & 32. — 16. d. c. tersantum. — 21 q. 4. c. displicet, & q. 5. c. quid ergo.

m Audiente me, sic faciam] quem nihil latet. Vel sic: Faciam, idest, juxta mensuram murmurationis vestræ puniam vos. Unde *Isa.* 27. In mensura contra mensuram, cum adjecta fuerit, judicabit eam. *Matt.* 7. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur & vobis. *Apoc.* 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit; tantum date ei tormentum, & luctum. *Deut.* 25. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Contra: Universæ viæ Domini misericordia, & veritas. Item dicunt Sancti, quod Dominus semper remunerat super condignum, & punit citra. Solutio: Dominus semper punit citra meritum peccatoris, & tamen juxta debitum: idest, quantum debet, & quantum prævidit. Tantum enim debet punire, quantum prævidit se puniturum.

E

Ps. 24. — *Ezech.*

n Super quam levavi] Levare manum, jurantium est, & pugnantium. Est igitur sensus: Levavi manum, idest, juravi, ut darem vobis, & pugnavi pro vobis ejiciendo hostes vestros ex ea.

o Introducam, ut videant] Quia ipsi non peccaverunt murmurando contra Dominum, quod patet ex alia littera, quam ponit *Orig.* quæ talis est: Sed filii eorum, qui sunt hic mecum; quique ignorant bonum, vel malum.

p Annis quadraginta,] Intellige ab exitu de Ægypto, q. d. Quadraginta annos in deserto vagi complebitis. Jam unum compleverant, & de secundo partem.

q Et portabunt fornicationem vestram,] i. pœnam corporalem pro fornicatione corporali, vel spirituali. Argumentum, quod filius punitur ad minus temporaliter pro peccato patris. Cui consonat illud, quod dicitur *Exod.* 20. Ego sum Deus zelotes, &c. Contra *Deut.* 24. Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus. *Ezech.* 18. Filius non portabit iniquitatem patris. Sed istæ duæ auctoritates de pœna, vel morte æterna, & sensibili; priores vero de temporali. Sed quæ ratio est, ut etiam temporalibus puniatur filius pro peccato patris, si filius non peccavit, sed displicet ei peccatum patris? Dicimus, quando filius pro peccato patris punitur: hoc est, quia patrem imitatus est, & sic juste punitur. Aut ne imitetur patrem: & sic non punitur, sed ne peccet, cavetur.

r Annus pro die] In pœnitente e converso dies pro anno. *Ezech.* 4. Assumes tibi iniquitates domus Juda quadraginta diebus. Diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. Diem pœnitentiæ pro anno culpæ. Item ibi dicit *Gloss. Orig.* Timeo hoc mysterium discutere. Video enim, quod in hoc comprehenditur ratio peccatorum, & pœnarum. Si enim cuique peccatori annus ascribitur ad pœ-

nam

nam pro unius diei peccato, & secundum rationem dierum, quibus peccatur, totidem annorum numerus in supplicis consumitur: vereor, ne forte nobis, qui quotidie peccamus, nec ipsa forte sæcula sæculorum sufficere possint ad pœnas luendas.

a Detrahens terræ,] quando dixerunt eam devorare habitatores suos, nihilominus tamen ante dixerant bona de ipsa, vocantes eam terram lacte, & melle fluentem.

b Locutusque, &c.] Comminatus est Dominus *supra* populo, Moysen, & Aaron præsentibus, sed Moyse orante, temperavit Dominus sententiam, & excepit parvulos, qui nondum attigerant vigesimum annum: quo facto exponit hic Moyses iram Domini contra eos. Unde ipsi territi, in crastino mane venientes ad Moysen dixerunt se esse paratos ascendere in terram promissionis: [Jud. 1. 2. Cor. 10.] quod tunc Moyses prohibuit eis; tamen ipsi, illo prohibente, ascenderunt in montem; unde multi ex eis corruerunt. Amalecita, & Chananæo contra eos pugnantibus. [Deut. 1.]

EXPOSITIO CAP. XV.

Locutusque, &c.] *c* Loquere ad filios Israel,] Licet populus ad præsens non transierit ad terram promissionis; tamen Dominus hic instruit eos de sacrificiis faciendis, quando venerint illuc. Et primo de votivis, & spontaneis. Unde, quod minus dictum est de his in Levitico, suppletur. Præcipit ergo, ut nunquam animal sine suis libamentis offeratur: Et determinat, quæ libamenta quodlibet animal, quod offertur, habere debeat. Libamenta fiebant de simila, & vino, & thure, & oleo; tamen thus, & oleum non semper offerebantur. Dicit ergo, ut cum agno decima pars Ephi similæ, & quarta pars Hin olei, & vini similiter offeratur cum Ariete, & Hirco, duæ decimæ similæ, & tertia pars Hin, olei, & vini similiter. Est autem Ephi mensura trium modiorum, ut dicit *Hieron. & Josephus*. Hin vero sextarium capit. Est enim sexta pars congii.

d De bobus,] Nomine bovis intellige vitulum, nomine ovis, arietem, & hircum, & agnum, hœdum.

e Et arietes erit sacrificium,] idest, libamen.

pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis ultionem meam; quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit adversum me. In solitudine hac deficiet, & morietur. Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplandam terram; & qui reversi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, *a* detrahentes terræ, quod esset mala, mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini. Josue autem filius Nun, & Caleb filius Jephone, vixerunt ex omnibus, qui perrexerant ad considerandam terram. *b* Locutusque est Moyses universa verba hæc ad omnes filios: & luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes, ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est, quia peccavimus. Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris: Amalecites, & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini, & Moyses non recesserunt de castris. Descenditque Amalecites, & Chananæus, qui habitabant in monte, & percutiens eos, atque concidens persecutus est usque Horma.

C A P. XV.

LOCUTUSQUE est Dominus ad Moysen, dicens: *c* Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam pacificam, vota solventes, vel sponte offerentes munera, aut in solemnitatibus vestris adolentes odorem suavitatis Domino, de *d* bobus, sive de ovibus offeret: quicumque immolaverit victimam, sacrificium similæ, decimam partem Ephi conspersam oleo, quod mensuram haoebit quartam partem Hin: & vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ dabit in holocaustum, sive in victimam. Per agnos singulos, & *e* arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis Hin, & vinum ad libamentum tertiæ partis ejusdem mensuræ offeret in odorem suavitatis Domino. Quando vero de bobus feceris holocaustum, aut hostiam, ut impleas votum, vel pacificas victimas, dabis per singulos boves similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ Hin, & vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ in oblationem suavissimi odoris Domino. Sic facietis per singulos boves, & arietes, & agnos, & hædos, tam indigenæ, quam *f* peregrini, eodem ritu offerent sacrificia. Unum præceptum erit, atque judicium, *g* tam vobis, quam advenis terræ. *h* Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Cum veneritis in terram, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino de cibis vestris. Sicut de *i* areis primitias separabitis; ita & de pulmentis dabitis primitias Domino. Quod si per *k* ignorantiam præterieritis quicquam horum, quæ

f Quam peregrini,] i. proselyti. *g* Tam vobis, quam &c.] i. tam Judæis, quam proselytis. *h* Locutus est Dominus ad &c.] Hic dat præceptum de primitiis solvendis de omnibus bonis. Et nota, quod tres primitias offerebant in tribus magnis solemnitatibus. In pascha spicas tostas igni, & manibus confricatis; In Pentecoste, panes novos: In Scenopegia, post messem de omnibus fructibus terræ. Sed quantum de his primitiis darent, non determinat Moyses alicubi, sed in *Ezechiel.* 45. dicitur, quod sexagesimam partem ad minus, vel quadragesimam ad plus dabant; vel quicquid inter hæc dare volebant, tam in aridis, quam in liquidis. De gregibus vero, & armentis unum de ducentis. Ibidem determinatur de mensuris, i. de Epho, & Batho, & coro, quantum quæque capiat. Ephi, & Bathus æquales sunt, quia utrumque est decima pars cori. Corus vero triginta modios capit. Ibidem de siclo, & mna dicitur ibi, quod siclus viginti obolos habet; quadraginta autem sicli unã mnam faciunt. Et si quæreret aliquis, si liceret plus dare quadragesima parte pro primitiis? *Cantor* dicit, quod sic. Has primitias non reddimus nos sacerdotibus, sed in signum primitiarum, adhuc benedicuntur uvæ, & poma, & nuces. Poma quidem, & nuces in festo sanctorum Jacobi, & Christophori, uvæ in festo S. Sixti. Sed numquid peccant, qui retinent primitias? Non, quia perceptionem fructuum bene poterunt condonare Sacerdotes, sed jus percipiendi non.

i De areis] Areas vocat fruges, quæ in aeris ventilantur. Nomine pulmenti intelligitur fructus generaliter quicunque in cibum paratur hominibus. Sic sumitur *Jo. ult.* Pueri numquid pulmentarium habetis? Sic etiam accipitur *Josue* 5. ubi dicitur, quod transito Jordane defecit manna, & fructibus terræ pasti sunt.

k Quod si per ignorantiam] In prima parte hujus capituli, actum est de sacrificiis votivis, & spontaneis: hic agitur de sacrificiis pro peccato. Primo determinans, quid universa multitudo debeat offerre, si per ignorantiam peccaverit, scil. vitulum, & hircum cum libamentis suis. Nec agitur hic, nisi de peccato ignorantiæ. Peccatum enim superbiæ, morte puniebatur, ut *infra* dicitur *eodem*.

a A die

locutus est Dominus ad Moysen, & mandavit per eum ad vos, *a* a die, qua cœpit jubere, & ultra, oblitaque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento holocaustum, in odorem suavissimum Domino, & sacrificium ejus, ac liba, ut cæremoniæ postulant, hircumque pro peccato. Et rogabit Sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccaverunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se, & pro peccato, atque errore suo: & dimittetur universæ plebi filiorum Israel, & *b* advenis, qui peregrinantur inter vos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. Quod si *c* anima una *d* nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo: & deprecabitur pro ea Sacerdos, quod inscia peccaverit coram Domino: impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. Tam indigenis, quam advenis una lex erit omnium, qui peccaverint ignorantes. Anima vero, quæ *e* per superbiam aliquid commiserit, sive civis sit ille, sive peregrinus, quoniam adversus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. *f* Factum est autem, cum essent filii Israel in solitudine, & invenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moysi, & Aaron, & universæ multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem, *g* nescientes, quid super eo facere deberent. Dixitque Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat Dominus. Dixit *h* quoque Dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, & dices ad eos, ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hiacynthinas: quas cum viderint, recordentur omnium *i* mandatorum Domini, ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes; sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo: Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut essem Deus vester.

C A P. XVI.

Ecce *k* autem Chore filius Isuar, filii Caath, filii Levi, & Dathan, atque Abiron filii Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben, surrexerunt contra Moysen, aliique filiorum Israel, ducenti quinquaginta viri, proceres Synagogæ, & qui tempore concilii *l* per nomina vocabantur. Cumque stetissent adversum Moysen, & Aaron dixerunt: *m* Sufficiat vobis, quia *n* omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur elevamini super populum Domini? Quod cum au-

D

a A die, qua] quasi dicat: Si quis ante legem peccavit, per legem datam post non est puniendus. Ex hoc multæ constitutiones Decretalium habent ortum.

b Et advenis,] idest, proselytis.

c Quod si anima] Dicto de peccato multitudinis, subjungit de peccato animæ, idest, alicujus de plebe. De peccato Principis, & Sacerdotis non agitur hic, quia de his actum est sufficienter. *Lev.* 4. Et est summa: Si aliquis de populo per ignorantiam peccaverit, offeret capram anniculam: Si sciens, & contemnens peccaverit, lapidibus obruetur, aut aliter morietur, non redimetur per sacrificium. Ubi vero nos habemus. Si anima una nesciens peccaverit, ponit *August.* aliam litteram, scil. Si peccaverit nolens. Et quærit, quæ sint peccata nolentium; an scilicet, peccata ignorantiæ, an peccata coactionis. Et dicit, quod peccata ignorantiæ. Nam qui coactus peccat, nolens peccat. Nolens enim facit illud, quod facere peccatum est; non tamen simpliciter vult peccare: Verbi gratia, Petrus non volebat esse peccatum, quod faciebat, tamen volebat facere, quod fecit, ut viveret. De ignorantia autem, utrum sit peccatum, an non, quæstio est, & alibi est determinata.

d Nesciens peccaverit,] idest, fecerit aliquid, quod nescit esse peccatum: Et est argumentum, quod ignorantia non excusat. Quod videtur velle Apost. 1. *Cor.* 14. ubi dicit: Ignorans ignorabitur.

11 q. 3. cap. quod ergo, in fine. & de pen. d. 3. c. quærat.

e Per superbiam] *Gloss.* Contemnens præceptum Domini: portabit enim pœnam pro iniquitate.

f Factum est autem,] Præceperat Dominus peccata ignorantiæ sacrificiis expiari, peccata vero superbiæ morte puniri. Et accidit statim illud exemplo confirmari: Nam dum hæc jussa fuerant, quidam in Sabbato ligna colligebat, quem reclusit Moyses, donec super hoc Dominum consuluisset: quem præcepit Dominus, extra castra obrui lapidibus. Et dicunt quidam hunc hominem fuisse Salphaat, quia filiæ ejus, *inf.* 17. dixerunt: Pater noster in deserto pro peccato suo mortuus est, nec fuit in seditione Chore. *g* Nescientes] quia nesciebant, an per superbiam, an per ignorantiam peccasset. Item nota, quod hic dicit *Gloss.* quia lignum, fœnum, stipula, sunt esca ignis æterni. Contrarium dicitur 1. *Cor.* 3. Si quis superædificat lignum, fœnum, stipulam, salvabitur; sic tamen quasi per ignem: quomodo ergo dicitur hic, quod sunt esca ignis æterni? Solutio: Ibi dicuntur lignum, fœnum, stipula, venialia: hic autem dicuntur mortalia. Similiter super illud *Jacob.* 1. Unusquisque tentatur a sua concupiscentia, dicuntur mortalia.

h Dixit quoque Dominus] Hic dat Dominus præceptum de fimbriis hiacynthinis faciendis in quatuor angulis palliorum ob recordationem legis cœlitus datæ, & ut etiam sicut charactere circuncisionis, sic & habitu vestis differrent ab aliis Gentibus. Has fimbrias magnificaverunt Pharisæi in tantum, ut in eis spinas ligarent, quatenus earum frequenti punctione, ad jugem memoriam legis excitarentur, quod quia per hypocrisim faciebant, improperat eis Dominus, *Matth.* 23. Dilatant, inquit, phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Judæi tunc utebantur quadratis palliis: Et adhuc in Synagogis suis habent quadratam vestem, in cujus angulis ligant vittas hyacinthinas, ob recordationem, [ut diximus] legis cœlitus datæ.

Deut. 22.

i Mandatorum] Etiam minimorum, ut dicit *Gloss.* Quia ut dicitur *Eccl.* 19. Qui modica spernit, paulatim decidet. *Matth.* 5. Jota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum.

A

EXPOSITIO CAP. XVI.

Ecce *k* autem Chore] Hic agitur de schismate Chore, quod credimus esse factum ante recessum a monte Sinai. Qui cum vidisset fratrueles suos honoratos, alterum sacerdotio, alterum ducatu populi, invidit, & habuit secum complices de Levitis majoribus, ducentos quinquaginta, quos indignos Sacerdotio Moysi, & Aaron præferebat. Habuit autem complices Dathan, & Abiron, Rubenitas: quibus propter primogenituram principatum deberi dicebat, quia fuerant de Ruben primogenito. Quibus ait Moyses: Tollat quisque thuribulum suum, & hausto igne, supponat Thymiama, & Aaron similiter: & quem elegerit Dominus, ipse sit Sanctus. Et mane convocata omni multitudine, noluerunt venire Dathan, & Abiron: & oravit Moyses, & absorbuit eos terra vivos. Egressusque est ignis de thuribulis Chore, & consortiorum, & devoravit eos. Eleazar vero filius Aaron, ex præcepto Domini, thuribula eorum formavit in laminas, & affixit altari holocaustorum, ad decorem, & ad commonendum filios Israel, ne quis de cetero tale quid præsumeret, & similia pateretur.

l Per nomina vocabantur.] idest, nominati erant inter alios.

m Sufficiat vobis,] idest, sufficere debet vobis, quod hactenus principatum habuistis.

n Quia omnis multitudo Sanctorum est,] idest, a sanctis patribus, vel a Deo sanctificata: nec vos estis

ceteris

ceteris sanctiores. *a* Pronus in faciem,] ita cadunt Sancti, non retro, ut Eli, 1. *Reg.* 4.
b Ipse erit sanctus.] idest, sanctus, ceterisque sanctior apparebit, præferturque in Sacerdotium. Tunc fiebat per signa electio, ut patet in Aaron: Et post per sortes, ut in Matthia. *Actorum* 1. Loco istarum successit canonica electio, in qua nihil fraudis debet fieri, sicut nec in illa fiebat. *c* Vel vindicetis,] i. appropietis. Vel vindicetis, idest, vobis defendatis. Vindicare enim est vindictam sumere: vel sibi aliquid defendere. Hanc litteram legit *Cantor* aliam dicit esse falsam, & est ironia. Vel interrogative legitur, & æquipollet negationi. *d* Globus,] idest, societas.
e Contra eum ?] quasi dicat, murmur vestrum non est contra Aaron, sed contra Dominum.
f Non venimus :] idest, venire noluimus, vel, dedignamur.
g De terra, &c.] idest, de Ægypto, quæ abundat omni bono.
h Revera induxisti] Ironice dicunt hoc, irridendo eum, quasi dicas: Tu promisisti, quod induceres nos in terram illam: modo apparet, quid fecisti.
i An & oculos, &c.] quasi dicat, Ceteris malis, quæ nobis intulisti, vis addere istud malum, ut eruas nobis oculos. Vel sic: Vis eruere nobis oculos, idest, credis tu, quod simus cæci, nec intelligamus, quod nobis vis dominari ?
k Ne respicias, &c.] Hoc dixit Moyses amore, sine zelo justitiæ, non livore vindictæ. Vel prædictio est.
l Acceperim ab eis,] Beatus ille Prælatus, qui hoc potest dicere vere. Unde *Isai.* 35. Qui excutit manus suas ab omni munere, hic in excelsis habitabit. Simile habes 1. *Regum* 12. de Samuele, qui dixit: Conversatus sum coram vobis ab adolescentia mea, usque ad diem hanc: Ecce præsto sum, loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis.

dixisset Moyses, cecidit *a* pronus in faciem, locutusque ad Chore, & ad omnem multitudinem: Mane, inquit, notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, & Sanctos applicabit sibi: & quos elegerit, appropinquabunt ei. Hoc igitur facite: Tollat unusquisque thuribulum suum, tu Chore, & omne concilium tuum: & hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcumque elegerit, *b* ipse erit sanctus. Multum erigimini filii Levi. Dixitque rursum ad Chore: Audite, filii Levi: Num parum vobis est, quod separavit vos Deus Israel ab omni populo, & junxit sibi, ut serviretis ei, in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam Sacerdotium *c* vindicetis, & omnis *d* globus tuus stet contra Dominum? Quid est enim Aaron, ut murmuretis *e* contra eum ? Misit ergo Moyses, ut vocaret Dathan, & Abiron, filios Eliab: Qui responderunt: Non *f* venimus: Numquid parum est tibi, quod eduxisti nos de *g* terra, quæ lacte, & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? *h* Revera induxisti nos in terram, quæ fluit rivis lactis, & mellis: & dedisti nobis possessiones agrorum, & vinearum: An *i* & oculos nostros vis eruere? Non venimus. Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum: k Ne respicias sacrificia eorum: Tu scis, quod nec asellum quidem unquam *l* acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum: Dixitque ad Chore: Tu & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum. Quod cum fecissent, stantibus Moyse, & Aaron, & coacervassent adversum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. *m* Locutusque Dominus ad Moysen, & Aaron, ait: *n* Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente disperdam. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum universæ carnis, num uno peccante, contra omnes ira tua deseviet? Et ait Dominus ad Moysen: Præcipe universo populo, ut separetur a tabernaculis Chore, & Dathan, & Abiron. Surrexitque Moyses, & abiit ad Dathan, & Abiron, & sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbam: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involamini in peccatis eorum. Cumque recessissent a tentoriis eorum per circuitum, Dathan, & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum, cum uxoribus, & liberis, omnique *o* frequentia. Et ait Moyses: In *p* hoc scietis, quod Dominus miserit me, ut facerem universa, quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: Si consueta hominum morte interierint, & visitaverit eos plaga, qua & ceteri visitari solent, non misit me Dominus: Sin autem novam rem fecerit Dominus, ut *q* aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia, quæ ad illos pertinent, descenderintque viventes in infernum: scietis, quod blasphemaverint Dominum. Confestim igitur, ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis, & universa substantia eorum. Descenderuntque vivi in *r* infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At vero omnis Israel, qui sta-

m Locutusque Dominus, &c.] Quia proposuerat Dominus occidere Chore, & complices ejus, nolens Justum eum impio involvi, præcepit Moysi, & Aaron, ut secederent de medio malorum, ut ipsi soli punirentur, qui meruerant. Et nota, quod Dominus punit malos pœna particulari, ut alii, qui non puniuntur, licet sint mali, corrigantur. Et hoc est, quod dicitur *Prov.* 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Quandoque punit Dominus malos generaliter: & tunc bonos jubet separari a malis, ne involvantur a pœna, & cautiores fiant, visa pœna malorum. Hoc est, quod dicitur *Prov.* 21. Mulctato pestilente, sapientior erit parvulus. *n* Separamini] Noe cum domo sua separatur ab aliis in diluvio submergendis: *Gen.* 7. Sic Lot cum suis a Sodomis extrahitur ab Angelo, aliis igne, & sulphure perituris: *Gen.* 19. Sic filii Israel ab Ægyptiis, marinis fluctibus obruendis. *Exod.* 14. Sic isti modo a Synagoga Core terræ hiatu absorbenda. Sic in fine boni separabuntur a malis igne perpetuo cruciandis: *Matth.* 25. verba sunt *August.*
o Frequentia.] idest, familia.
p In hoc scietis,] Non ex supercilio Philosophorum, quod sic loquitur Moyses, sed ex magna confidentia ad Deum.
q Aperiens terra os suum] idest hiatum faciens.
r In infernum,] i. in inferiores partes terræ, ubi corpora remanserunt; animæ vero in loco tormentorum abierunt, ibi perpetuo cruciandæ. Infernus autem, ut innuit *Augustin.* in *Gloss.* dicitur inferior pars terræ respectu illius superioris partis terræ, quam inhabitamus: sicut aer iste caliginosus, in quo Dæmones, quasi in carcere, sunt retrusi, dicitur infernus, respectu cœli, ubi Angeli demorantur. Proprie autem dicitur infernus locus tormentorum, ubi animæ igne perpetuo cruciantur. Aliquando etiam purgatorium dicitur infernus, sive tartarus, ut in offerenda defunctorum.

Br.

bat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne forte & nos terra degluttiat. *a* Sed & ignis egressus a Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. *b* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron Sacerdotis, ut tollat thuribula, quæ jacent in incendio: & ignem huc, illucque dispergat: quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum; producatque ea in laminas, & affigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, ut cernant ea pro signo, & *c* monimento filii Israel. Tulit ergo Eleazar Sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi, quos incendium devoravit, & produxit ea in laminas *d* affigens altari; ut haberent postea filii Israel, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur, sicut passus est Chore, & omnis congregatio ejus, loquente Domino ad Moysen. *e* Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen, & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini. Cumque oriretur seditio, & tumultus incresceret, Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod postquam ingressi sunt, *f* operuit nubes, & apparuit gloria Domini. Dixitque Dominus ad Moysen: Recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumque jacerent in terra, dixitque Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, ut roges pro eis. Jam enim *g* egressa est ira a Domino, & plaga desævit. Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans, inter mortuos, ac viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. Fuerunt autem, qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum, & septingenti, absque his, qui perierant in seditione Chore. Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis, postquam quievit interitus.

C A P. XVII.

ET *h* locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, a cunctis Principibus Tribuum virgas duo-

a Et ignis egressus] Dicto de morte Dathan, & Abiron, breviter dicit de morte Chore, qui periit incendio. Caveant ergo Choronitæ, & Abironitæ, qui intruduntur in prælationes, tanto pejores simoniacis, quanto pejor est raptor latrone.

b Locutusque est, &c.] *Augustin.* ponit aliam litteram, scilicet, dixit Dominus ad Moysen, & ad Eleazarum filium Aaron Sacerdotis: Tollite thuribula ærea de medio exustorum, & ignem alienum, habet femina, *ibi*: Et ponit tres quæstiones: Prima, quare hoc præcepit Dominus Eleazaro, & non Aaron. Secunda, quid est seminare ignem: Tertia, quare thuribula ista dicuntur sanctificata, cum potius videatur, quod debeant dici execranda. Ad primam dicit, quod jam definitum erat, Aaron possidere summum Sacerdotium, in quo debebat ei Eleazarus succedere: Ad quod designandum, præcipitur Eleazaro, & non Aaron. Ad secundam dicit, quod seminare ignē, idem est, quod spargere ignem. Ad tertiam dicit, quod thuribula illa futura erant causa sanctificationis posteris videntibus laminas inde factas affixas altari, reducentibus in memoriam vindictam Schismatis. Vel sanctificata, ideft, Domino consecrata, & a malis ablata.

Infr. 16. — *De consec. d. 1. cap. Et dixit.* — *1 q. 1. c. denique, in fin.* — F — *31. dist. c. tenere.*

c Et monimento] ideft, in memoriam hujus vindictæ.

d Affigens altari;] Hic ostendit *Orig.* opinionem hominum in pluribus esse falsam. Videtur enim hominibus, quod Dominus thuribula Schismaticorum deberet respicere, sicut faciunt homines. Quia si quis est hæreticus, statim judicant scripta sua esse comburenda: Si Schismaticus, altare, in quo celebrat, esse destruendum: Sed thuribula magis ad exemplum, & in figura, quam ad usum tabernaculi sunt reservata.

Mystice. Mystice autem thuribula Chore, in quibus est ignis alienus, sunt Scriptura sacra, in qua hæretici ponunt pravam expositionem: Sed hæreticis mortuis, vel convictis, thuribula sunt altari affixa, & producta in laminas, i. Scriptura prius exposita, luce veritatis declaranda. Vel thuribula sunt scripta hæreticorum, quæ dicuntur ærea propter sonum, & ornatum verborum. Et dicit *Orig.* Si qua in ipsis hæreticorum verbis ex divinæ Scripturæ sensibus inveniantur, non respuantur.

e Murmuravit autem, &c.] Chore, & sociis ejus extinctis, murmuravit populus contra Moysen, & Aaron, volens eos lapidare, sed ipsi fugerunt ad tabernaculum; ignis vero de cœlo cœpit in totum populum debacchari. Prævidens autem Moyses in spiritu stragem generalem, jussit Aaron in medio vivorum, & mortuorum stare, quo facto, & ipsis orantibus cessavit ignis. Et dicit hic *Orig.* quod major ostenditur hic misericordia Dei, quam ante. Legitur enim *Gen.* 18. Quod Dominus orante Abraham, propter decem justos Pentapoli voluit parcere; nunc vero multo pluribus pepercit propter duos, ideft, propter Moysen, & Aaron. Hic patet, quantum valet justi oratio. Unde *Jacob. ult.* Multum valet justi deprecatio assidua: Elias homo passibilis similis nobis erat, & orationem oravit, &c.

f Operuit nubes,] Tabernaculum.

g Egressa est ira, &c.] De hoc *Sapient.* 18. dicitur: Commotio in Eremo facta est multitudinis, sed non diu permansit ira tua: Properans enim homo sine querela deprecari pro populo, proferens servitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans restitit iræ, & finem imposuit necessitati.

G — *Sap. 18.*

EXPOSITIO CAP. XVII.

ET *h* locutus est Dominus] Mortuis Chore, & Dathan, & Abiron, ac sociis eorum, multisque de populo igne consumptis, nondum tamen cessavit populi tumultus super sacrificiis Aaron. Dicebant enim, etsi Dominus prædictos Levitas non elegit; potest tamen esse, quod aliqui de aliqua Tribuum reliquarum digni essent Sacerdotio. Vel forte de omnibus Tribubus vellet Dominus aliquem esse Sacerdotem, vel aliquos, ne tanti mysterii dignitas uni Domui, & tam paucis ministris crederetur; ideo Moyses ex præcepto Domini, tulit duodecim virgas duodecim Principum, & scripsit in unaquaque nomen suæ Tribus, vel potius nomen Principis: Tulit & tertiam decimam pro Levi, in qua scripsit nomen Aaron: Præter has virgas sumpsit & aliam virgam, scilicet, decimam quartam, in qua scripsit omnia nomina duodecim Tribuum: Quod ideo factum est, ut si contingeret miraculum in virga communi, constaret, quod Deus de qualibet Tribu aliquem, vel aliquos elegerat Sacerdotes: si in una sola, tantum de illa elegerat Sacerdotes: si in duabus, de illis; & sic deinceps. Aliqui tamen dicunt, quod non fuerunt ibi nisi tredecim virgæ: una communis, & duodecim pro duodecim Tribubus sigillatim. Nam pro Tribu Manasse, & pro Tribu Ephraim, non est posita, nisi una virga: quia illæ duæ fuerunt de uno filio Jacob, ideft, Joseph. Sed *Josephus* videtur velle, quod quatuordecim virgæ fuerunt, ut prædictum est. Has igitur virgas cum posuissent in tabernaculo coram Domino, sequenti die regressus Moyses invenit germinasse virgam Aaron, & foliis dilatatis Amygdala protulisse: Et ita jam tertio signo confirmatum est Sacerdotium Aaron. Primum fuit in morte Chore, Dathan, & Abiron, & eorum complicum. Secundum fuit in morte quatuordecim millium. Tertium in floritione virgæ. Nomen autem Aaron erat in Tribu Levi, ideft, in virga Levi, quæ fuit tertiadecima, juxta primam opinionem, vel una de duodecim, juxta aliam opinionem. Cui

De pœn. d. 2. § opponitur in ver. opposuit. — A

videtur

decim, & uniuscujusque nomen superscribes virgæ suæ: Nomen autem Aaron erit in Tribu Levi, & *a* una virga cunctas eorum familias continebit: ponesque eas in tabarnaculo fœderis coram testimonio, ubi loquar ad te: Quem ex his elegero, germinabit virga ejus, & cohibebo a me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & dederunt ei omnes Principes virgas per singulas Tribus. Fueruntque virgæ duodecim *b* absque virga Aaron. Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii, sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aaron in *c* domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in *d* Amygdalas deformati sunt. Protulitque ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israel, videruntque, & receperunt singuli virgas suas. Dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israel; & quiescant querelæ eorum a me, ne moriantur. Fecitque Moyses, sicut præceperat Dominus. Dixerunt autem filii Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes peribimus. Quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur: Num *e* usque ad internecionem cuncti delendi sumus?

CAP. XVIII.

DIXITQUE Dominus *f* ad Aaron: Tu & filii tui, & domus patris tui tecum *g* portabitis iniquitatem sanctuarii: & tu, & filii tui simul *h* sustinebitis peccata *i* sacerdotii vestri: Sed & fratres tuos de Tribu Levi, & sceptro patris tui sume tecum, præstoque sint, & ministrent tibi: *k* Tu autem, & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii. Excubabuntque Levitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi; ita dumtaxat, ut ad vasa sanctuarii, & *l* altare non accedent, *m* ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint autem tecum, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus cæremoniis ejus. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia sanctuarii, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel. Ego dedi vobis

videtur *Magister in historiis* consentire. *a* Et una virga cunctas] Communis, scilicet 14. vel 13. secundum diversas opiniones,
b Absque virga Aaron.] i. absque virga communi. Ita exponit prior opinio. Secundum aliam opinionem simpliciter verum est.

B *c* In domo Levi,] idest, quæ posita fuit pro domo Levi. *d* In Amygdalas deformati sunt.] idest, formati, vel transformati. Hic dicit *Origen.* quod Deus promisit germen virgæ, & plura dedit. Unum C promisit, scilicet, germen, & quatuor dedit, scilicet, germen, flores, frondes, fructus. Unde solet dici: Plus dat, quam tollat, aut spondeat, atque petatur. Job Salomone, Deus virga florente probatur.

Mystice. Mystice: Virga, vel Amygdalum, est Sacra Scriptura, cortex, litera, testa, allegoria, nucleus, moralitas. Vel cortex amarus, comminatio pœnæ æternæ; testa dura, lamenta; pœnitentiæ, nucleus dulcis, promissio vitæ æternæ. Ista tria sunt in sacra Scriptura. D Unde & in volumine Ezechiel. *Ezech. 2.* scripta erant lamenta, carmen, & væ: Lamenta pœnitentium, carmen Electorum, væ reproborum. Plura non sunt in sacra Scriptura, nec plures sunt in Ecclesia. Item vel Amygdalum est Crux; cortex amaritudo passionis; testa, fortitudo patientis; nucleus dulcedo glorificationis. Item Amygdalum, Christus; cortex, caro ejus; testa, anima, nucleus Divinitas. Hæc virga fronduit in nativitate, floruit in resurrectione, fructificavit in patrum de limbo liberatione, in Spiritus sancti missione, in Apostolorum prædicatione. Item virga, vel Amygdalum est Beata Virgo, cortex amaritudo de morte filii, testa fortitudo fidei, nucleus gaudium, sive spes resurrectionis. Item dicit *Origen.* quod virga est Christianus, qui germinat in Catechismo, frondescit in Baptismo, florescit in bona conversatione, fructificat in prædicatione. Item per ista quatuor, germinavit, fronduit, floruit, fructificavit: significantur, quatuor dotes corporis, sicut *Joan.* 5. *&* 6. per hoc, quod dicitur ibi quater Resuscitabo.
e Num usque ad, &c.] Hoc dicunt isti, non ex superbia, sed ex timore; & ideo non puniuntur, sicut alii, qui mortui sunt.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

Dixitque Dominus *f* ad Aaron:] Definito, quod Sacerdotium ad Aaron, & filios ejus pertineat, determinat Dominus, quos redditus jure Sacerdotii debeant habere: Non enim vult Dominus ministros suos sibi frustra servire. Unde in *Zachar.* dixit Dominus ad janitores templi: Nunquid frustra servivisti mihi? q. d. Non *1. Cor. 9.* Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, de his, quæ in sacrario sunt, edunt. Primo autem determinat, propter quid illos redditus habere debeant: quia scil. portabunt iniquitatem sanctuarii, & ministrabunt in sanctuario, excubantes, & custodientes illud. Propter hæc primitias, & oblata, ac sanctificata dedit eis Dominus. *g* Portabitis iniquitatem] i. orabitis pro illis, qui offerent in sanctuario oblationes pro peccatis suis, quas vos habere volo ad sustentationem. Unde de *Osee* 4. Sacerdotes peccata populi mei comedent. Vel portabunt iniquitatem, idest, penitentiam facient pro peccatis populi, qui offert in sanctuario *Gal. ult.* Alter alterius onera portate. Vel A portabunt, idest, asportabunt docendo, & prædicando, & Sacramenta ministrando.
h Sustinebitis] Nota, quod dicit sustinebitis: Multis enim se onerat, qui de oblationibus vivens, offerentibus se obligat. Unde Apostolus 1. *Cor.* 9. Cum enim essem liber ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Item in hoc, quod dicit, sustinebitis, notat, quod ipsis oblationibus annexa est cura orationis facienda pro peccatis offerentium. Item firmitas, & stabilitas Sacerdotis. Sacerdotes enim columnæ Ecclesiæ sunt. Unde *Galat.* 2. Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ esse, dederunt mihi dexteras, & Barnabæ societatis.
i Sacerdotii vestri:] *Septuaginta* dicunt: Sustinebitis peccata Sanctorum, & peccata Sacerdotii. Et quærit *August.* Quid est hoc; Et tamen solvit, quod peccata Sanctorum dicuntur oblata pro peccatis. Et dicuntur Sanctorum neutraliter, quia oblata in Sanctis: Dicuntur etiam peccata Sacerdotii, qui ad Sacerdotem pertinent hujusmodi, sicut *Lev.* 8. declaratur. *Orig.* exponit Sanctorum masculine, Sanctos vocans Baptizatos imperfectos. Non enim statim, ut quis Sanctus esse cœperit, peccare non potest, nec continuo sine peccato est. Scriptum est enim: A Sanctis meis incipite: *Ezech.* 9. Si enim sine peccato sunt Sancti, quomodo primi in supplicio peccatorum ponuntur? Hinc est, quod dicitur 1. *Joan.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Item aliter exponit *Orig.* dicens, quod Sacerdotes sustinent peccata Sanctorum, idest, suscipiunt oblata pro peccatis pœnitentium, qui modo sunt Sancti, licet quondam peccata habuerint.
k Tu autem,] Aaron, & filiis ejus imposuit Dominus jugum peccatorum, & alios Levitas in adjutorium eis concessit: modo determinat, quod erit officium Aaron, & filiorum ejus, scilicet ministrare in sanctuario, & sancta tractare, præcipue, quæ erant in Sancta Sanctorum. Determinat etiam, in quo ceteri Levitæ debent eum juvare, & filios suos, scilicet, in excubiis, & in decernendis his, quæ pertinebant ad tabernaculum.
l Et altare] Ut immolent.
m Ne & illi moriantur,] Quia præsumpserunt accedere, cum non sint Sacerdotes: & vos pereatis, quia non docuistis eos.

fratres vestros Levitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino, ut serviant in ministeriis tabernaculi ejus: Tu autem, & filii tui *a* custodite Sacerdotium vestrum, & omnia, quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per Sacerdotes administrabuntur. Si quis *b* externus accesserit, occidetur. Locutus est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi *c* custodiam primitiarum mearum: Omnia, quæ *d* sanctificantur *e* a filiis Israel, tibi tradiddi, & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hæc ergo accipies *f* de his, quæ sanctificantur, & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato, atque delicto redditur mihi, & *g* cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. In *h* Sanctuario comedes illud: Mares tantum edent ex eo, quia consecratum est Domino. *i* Primitias autem, quas voverint, & obtulerint filii Israel, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis jure perpetuo. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Omnem *k* medullam olei, & vini, ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. Universa *l* frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in usus tuos. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Omne, quod ex voto reddiderint filii Israel, tuum erit. *m* Quicquid primum erumpet e vulva cunctæ carnis, *n* quam offerunt Domino, sive ex hominibus, sive de pecoribus fuerit, *o* tui juris erit: ita dumtaxat, ut pro hominis unigenito *p* pretium accipias: & omne animal, quod immundum est, *q* redimi facias, cujus redemptio erit post unum mensem, siclis argenti quinque, pondere Sanctuarii. Siclus viginti obolos habet. Primogenita autem bovis, & ovis, & capræ non facias redimi, quia *r* sanctificata sunt Domino. *s* Sanguinem tantum eorum fundes super altare, & adipem adolebis in suavissimum odorem Domino. Carnes vero in usum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & *t* armus dexter tua erunt. Omnes primitias Sanctuarii, quas offerunt filii Israel Domino, tibi dedi, & filiis, ac filiabus tuis jure perpetuo, *u* Pactum salis est sempiternum coram Domino tibi, ac filiis tuis.

B

C

a Custodite Sacerdotium,] i. exercete officium Sacerdotale, quod vobis est injunctum. *b* Si quis externus] *Gl.* Non de Tribu Levi: Ozias enim de Tribu Juda, quia usurpavit Sacerdotium, lepra percussus est. *Par.* 26. & 4. *Reg.* 15. *c* Custodiam] Ergo qui habent redditus Ecclesiasticos, non sunt domini, sed custodes tantum. *d* Sanctificantur] i. offeruntur in Sanctuario. Nota ergo, quod hic determinat Moyses, quid Aaron, & filius ejus debeant accipere a filiis Israel, & quid alii Levitæ, cum venerint in terram promissionis: Dicit ergo, quod Sacerdotum sunt primitiæ, sacrificia, primogenita, vota: quibus omnibus vescebantur cum familia sua, munda tamen, præter oblata pro peccato, quæ soli Sacerdotes comedebant, ut dicitur *Os.* 4. Decimas omnium bonorum habebant Levitæ, quarum etiam decimam dabant summo Sacerdoti, sicut jam sæpe dictum est. Tria sunt primitiarum genera. Primæ, in Pascha offerebantur grana, scilicet, spicarum, manibus confricata. Secundæ, in Pentecoste, duo, scilicet, panes de novis frugibus. Tertiæ, in scenopegia, scilicet, quadragesima pars omnium bonorum ad majus, vel sexagesima ad minus, vel quidquid inter hæc placuisset, ut dicitur *Ezech.* 45. Item nota tria genera decimarum. Prima erat Levitarum, scilicet decima pars omnium bonorum, quam dabant filii Israel Levitis. De hac habes *Deut.* 14. De hac dicitur *Eccl.* 12. Desudet eleemosyna in manu tua, donec invenias, cui des, idest, illum, cui debes. Item reliquas novem partes iterum decimabant: Et hæc erat secunda decima, quam sibi reservabant: Et ex ea ter in anno, cum ascendebant Jerusalem, in tribus festis præcipuis oblationes, & epulas sibi, & domui suæ faciebant: Etiam Levitam, cancellaneum, qui cum eis ascenderat, invitabant. De hac decima habes *Deut.* 14. In eosdem usus reservabant sibi secundum animal post primogenitum, quasi primogenitum. Et similiter post primitias tantundem sibi reservabant, quasi secundas primitias. Qui autem his ampliora volebat expendere in illis tribus magnis festivitatibus, aliqua de bonis suis separabat, & cum prædictis reservabat, vovens illa Domino. Hanc secundam decimam præcepit Moyses ferri ad locum Sanctuarii, & ibi comedi coram Domino: Tamen remotis a Jerusalem, licebat illa vendere, & pretium ferre secum in Jerusalem, & ibi emere, quæ volebant, ut legitur *Deut.* 14. Hæ duæ decimæ singulis annis fiebant. Tertia decima fiebat de tertio in tertium annum hoc modo: Duabus decimis sublatis, ut diximus, iterum residuum decimabant: Et hanc decimam reponebant apud se, in usus pauperum, & peregrinorum, & viduarum, & pupillorum, & etiam Levitarum, si indigerent: In usus vero proprios, nihil impendebant ex hac decima; De hac dicitur *Luc.* 6. Omni petenti te, tribue. *e* A filiis Israel,] Hic videtur excludere proselytos, ut dicit *Orig.* Sed notandum, quod proselyti, sive advenæ dicebantur Gentiles, qui transibant ad Judaismum: Erant autem diversa genera horum: Nam qui erant Ammonitæ, vel Moabitæ, usque ad decimam generationem non intrabant Ecclesiam Dei, i. non circumcidebantur, nec introibant atrium interius, sed atrium immundorum, ut legitur *Deut.* 23. Hi non offerebant, quæ hic offerri jubentur: nec ducebant uxores de filiis Israel, sicut erat statutum a domino in vindictam: quia hi populi Hæbreis exeuntibus de Ægypto, non occurrerunt cum pane, & aqua, & conduxerunt Balaam contra eos *inf.* 22. Advenæ de aliis nationibus statim circuncidebantur, & intrabant atrium mundorum, sed non offerebant hæc, quæ hic jubentur, nec ducebant uxores de Israel usque in tertiam generationem. *f* De his, quæ sanctificantur,] i. in Sanctis offeruntur. *g* Et cedit in Sancta] idest, fit de numero Sanctorum, i. sanctificatorum; idest, oblatorum in Sanctis. Et hic habes, quod oblata pro peccato, soli Sacerdotes comedebant, & in loco sacro, scil. in atrio. *h* In Sanctuario comedes] idest, in atrio. *i* Primitias autem, &c.] De his poterat comedere tota familia Sacerdotum, dummodo munda esset. *k* Omnem medullam] idest omne, quod potissimum est in illis, dedi tibi. Et nota, quod sicut summo Sacerdoti dabantur decimæ decimarum; ita primitiæ primitiarum. Minores enim Sacerdotes habentes primitias a filiis Israel summo Sacerdoti primitias earum offerebant; idest, quicquid erat potissimum ibi. *l* Frugum initia,] idest, spicæ tostæ igni in Pascha, panes novi in Pentecoste. *m* Quicquid primum] i. omne primogenitum. *n* Quam offerunt Domino] i. quam offerri licet. *o* Tui juris erit:] idest, cedet in usus tuos. *p* Pretium] scilicet quinque siclos, ut dictum est *sup.* 3. *q* Redimi facias] Hoc videtur falsum: quia non omne primogenitum immundum redimebatur, ut patet in primogenito canis, qui non redimebatur, ut dicitur *Deut.* 23. sed occidebatur. Unde sic legenda est littera: Omne animal, quod immundum est, cujus re, &c. idest, quod licebat redimi, illud, inquam, redimi facias, cujus redemptio erit post mensem unum, siclis quinque, &c. Et nota, quod offerebantur quædam, & non redimebantur, ut primogenita animalis mundi: Quædam non offerebantur, sed redimebantur, ut primogenitum asini: Quædam nec offerebantur, nec redimebantur, ut primogenitum canis. Quædam offerebantur, & redimebantur, ut primogenitum hominis. *r* Quia sanctificata sunt] i. Domino separata. Ex quo enim Dominus interfecit primogenita Ægyptiorum, voluit sibi offerri omne primogenitum: & ideo primogenita vocantur sanctificata Domino. *s* Sanguinem tantum] Quia eius omnis sanguinis prohibitus est: *Lev.* 7. *t* Armus] de quibus dictum est *Levit.* 7. quod debent esse Sacerdotum jure perpetuo.

u Pactum salis] Dixerat Moyses omnes primitias, & votiva, & oblationes pro peccato Sacerdotum esse: infra dicet decimas esse Levitarum; decimas vero decimarum esse summi Sacerdotis. Sed antequam dicat, repetit breviter de primitiis, & aliis, quæ cedunt in partem Sacerdotis, quæ omnia comprehendit sub pacto salis. Unde *Rab.* Pactum salis nominat oblationum universitatem, quæ ad jus,

Sup. 3. *Exod.* 30. *Lev.* 2. *Ezech.* 45.

vel

vel ministerium Sacerdotum pertinet. Nec mirum, sicut enim nomine panis omnis cibus intelligitur, quia cum omni cibo comeditur: sic nomine salis omne sacrificium, quia cum omni sacrificio offerebatur. Unde *Lev.* 2. Quicquid obtuleris sacrificii, sale condies: Et hæc est ratio, quare dicitur sal fœderis. Est ergo sensus: Pactum salis est sempiternum, idest, omne sacrificium tibi, ac filiis tuis concessum est in usum vestrum jure perpetuo: hoc pacto tamen, quod in divisione terræ non habebitis portionem, idest, sortem: Et hoc est, quod sequitur: [Dixitque Dominus, &c.]

Deut. 18. — De decimis cap. 1.

a Nec habebitis partem] Idest, non per sortem accipieris, cum dividetur, hoc dico: quia ipsi habuerunt domos, & urbes ad habitandum tantum; & suburbana ad alendum pecora, ut legitur *Josue* 21. Hoc multoties præcipit Dominus, ut nihil in terra possideant Sacerdotes, & Levitæ præter decimas, & oblationes: Modo autem non sic; sed urbes, & castra, & agros, & vineas possident usque ad terminos loci: quibus tamen dicitur per *Isai.* 5. Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci.

D — Deut. 18. — De decimis cap. 2.

b Ego pars, &c.] Idest, pars mea cedet tibi, & filiis tuis pro portione terræ: Unde & quando fiunt Clerici dicunt: Dominus pars hæreditatis, &c. Et sine dubio nimis avarus est, cui non sufficit pars ista, idest, Dominus. Nec potest esse, ut quis & Dominum partem suam habeat, & in terra similiter portionem: Nam ut dicit *Jer.* Dominus cum istis infimis pars fieri dedignatur. Unde Dominus *Matth.* 6. Non potestis Deo servire, & mammonæ. *c* Filius autem Levi] Ecce hic dat Dominus decimas reliquis Levitis. *Rab.* In utroque testamento ministris altaris oblationes, & decimæ ad necessaria tribuuntur, ne terrenis possessionibus audeant inhiare, nec lucrum de ministerio quærere. Unde: Gratis accepistis, gratis date: Nolite possidere aurum, vel argentum. *Matth.* 10. *d* Mortiferum, &c.] Idest, pro quo moriantur, quia si alius, quam de stirpe Levitica ministrare præsumeret in tabernaculo, moreretur. Unde *Supr.* 3. dicitur: Extraneus, qui ad ministrandum accesserit, moriatur: Ubi dicitur *Gloss.* Extraneus non tantum de advenis, sed de alia qualibet Tribu a Levitica. *e* In usus eorum,] Ergo cum modo multa alia possideant, & præter hæc necessaria habeant abundanter, non debent habere decimas: ergo laici non tenentur eis dare decimas: Cui videtur congruere illud *Mal.* 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, ut sit cibus in domo mea. *f* Locutusque est Dominus, &c.] Hic præcipit Dominus decimas decimarum a Levitis dari summo Sacerdoti, dicens, quod si de melioribus dederint ei, gratum erit ei, ac si de proprio torculari, vel de proprio agro darent. *g* Primitias earum] Idest, elegantiora, & meliora. *h* Offerte Domino,] idest, summo Sacerdoti honorem Domini, quia ipse est vicarius Domini. Unde *Matth.* 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

i Primitivorum,] Idest, elegantiorum. *k* Et comedetis eas] Idest, decimas, o Levitæ. Vel decimas decimarum, o Sacerdotes. *l* Non peccabitis] Quasi dicat, si vobis non retinetis meliora, sed potius ea summo Sacerdoti pro decima decimarum offeretis, non peccabitis, imo bene facietis; alioquin peccabitis, & polluetis oblationes filiorum Israel, & moriemini.

A

Dixitque Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis, *a* nec habebitis partem inter eos: *b* Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Filiis *c* autem Levi dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis: ut non accedant ultra filii Israel ad tabernaculum fœderis, nec committant peccatum *d* mortiferum: solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus, & portantibus peccata populi, legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in *e* usus eorum, & necessaria sepatavi. *f* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Levitis, atque denuncia: Cum acceperitis a filiis Israel decimas, quas dedi vobis, *g* primitias earum *h* offerte Domino, idest, decimam partem decimæ, ut reputetur vobis in oblationem *i* primitivorum, tam de areis, quam de torcularibus, & universis, quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aaron Sacerdoti. Omnia, quæ offertis ex decimis, & in donaria Domini separatis, optima, & electa erunt. Dicesque ad eos: Si præclara, & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis, quasi de area, & torculari dederitis primitias: & *k* comedetis eas in omnibus locis vestris tam vos, quam familiæ vestræ, quia pretium est pro ministerio, quo servitis in tabernaculo testimonii: & non *l* peccabitis super hoc, egregia vobis, & pinguia reservantes: Ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

C A P. XIX.

LOCUTUSQUE *m* est Dominus ad Moysen, & Aaron dicens: Ista est Religio victimæ, quam *n* constituit Dominus: Præcipe filiis Israel, ut adducant ad te vaccam rufam, *o* ætatis integræ, in qua nulla sit *p* macula, nec portaverit jugum, *q* tradetisque eam Eleazaro Sacerdoti: Qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium: & tingens *r* digitum in sanguine ejus, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, *s* combureteque eam cunctis videntibus tam pelle, & carnibus ejus, quam sanguine, & fimo flammæ traditis. Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tinctum Sacerdos *t* mittet in flammam, quæ vaccam vorat: Et tunc demum lotis vestibus, & corpore suo, ingredietur in castra, commaculatusque erit usque ad vesperam. *u* Sed & ille, qui combusserit eam, lavabit vestimenta sua, & corpus, & immundus erit usque ad vesperum. Colliget autem vir *x* mundus cineres vaccæ, &

E X P O S I T I O

C A P. XIX.

LOcutusque *m* est Dominus, &c.] Hic agitur de famoso sacrificio, idest, de sacrificio vitulæ rufæ, quod fiebat decima die Septembris ut dictum est supra *Levit.* 16. ubi de hoc sacrificio sufficienter dictum est: Unde hic breviter pertransimus. Quæ hic dicitur vacca, ibi dicitur vitulus. Sed sciendum, quod tantum vacca erat in genere feminino, quia pro peccatis fragilitatis offerebatur. Erat autem trima, immaculata, quæ jugum non traxerat, quam Sacerdos de proprio comparabat, de cujus sanguine inferebatur in Sanctuario, & etiam in Sancta Sanctorum: Unde & de illa nihil erat Sacerdotis; sed tota, idest, carnes cum fimo, & corio extra castra comburebantur, de quibus cineribus fiebat aqua aspersionis, qua per totum annum immundi septem dierum aspergebantur tertio die, & septimo: & sic offerentes postea mundabantur.

Hebr. 13. — B — De consf. d. 3. c. aquam.

n Constituit Dominus:] Quasi specialiter. *o* Ætatis integræ,] Idest, trium annorum, ut dicit *Josephus*. Alii dicunt unius anni. *p* Macula,] Corporis. Macula velleris non impedit hostiam, sed corporis.

q Tradetisque eam Eleazaro] Et quærit *Aug. in Gloss.* cur non Aaron? Et respondet: Forte præfiguratum est, non ad tempus, quod tunc erat, sed ad posteros hujus Sacerdotii, passionem Domini perventuram.

r Digitum] Pollicem, scil. & sic redibat ad tabernaculum cum sanguine, quo faciebat aspersionem, ut dictum est *Lev.* 16. *s* Comburetque] Idest, comburi faciet ab aliquo Sacerdote, qui erit immundus usque ad vesperam.

t Mittet in flammam,] Scilicet, magnus Sacerdos, qui resumptis propriis vestibus redibat in castra.

u Sed & ille, qui combusserit] Relictus a Sacerdote ibi, ut faceret vaccam consumi usque ad favillam.

x Vir mundus] Tertius Sacerdos, qui similiter immundus erat usque ad vesperam, neque intrabat castra, nisi prius lotus.

effundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint multitudini filiorum Israel in *a* custodiam, & in *b* aquam aspersionis, quia pro peccato vacca combusta est. Cumque laverit, qui *c* vaccæ portaverat cineres, vestimenta sua, immundus erit usque ad vesperum. Habebunt hoc filii Israel, & advenæ, qui habitant *d* inter eos, sanctum jure *d* perpetuo. *e* Qui tetigerit cadaver hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua *f* die tertio, & *g* septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. Omnis qui tetigerit humanæ *h* animæ morticinum, & aspersus ex hac commistione non fuerit, *i* polluet tabernaculum Domini, & peribit *k* ex Israel: quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia ejus super eum. Ista est lex hominis, *l* qui moritur in tabernaculo. Omnes, qui ingrediuntur tentorium illius, & universa vasa, quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut per se mortui, sive os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus: Tollent de cineribus *m* combustionis, atque peccati, & mittent aquas vivas super eos in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit hissopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines hujuscemodi contagione pollutos: atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio, & septimo die: Expiatusque die septimo lavabit se, & vestimenta sua, & immundus erit usque ad vesperum. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ suæ: quia Sanctuarium Domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus: Erit hoc præceptum legitimum sempiternum. *n* Ipse quoque, qui aspergit aquas, lavabit vestimenta sua. Omnis, qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad vesperam. Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima, quæ horum quippiam tetigerit immunda erit usque ad vesperam.

C A P. XX.

Veneruntque *o* filii Israel, & omnis multitudo in *p* desertum Sin, mense primo, & mansit populus in Cades: *q* Mortuaque est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cumque indigeret aqua populus, coierunt adversus Moysen, & Aaron, & versi in seditionem dixerunt: Utinam periissemus inter *r* fratres nostros *s* coram Domino, Cur *t* eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem, ut & nos, & nostra jumenta moriantur? Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & eduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, insuper & aquam non habet ad bibendum? Ingressusque Moyses, & Aaron, dimissa multitudine, tabernaculum fœderis, cor-

a In custodiam,] i. ut custodiantur ad hoc, ut expietur omnis multitudo Israel. *b* Et in aquam,] i. & ut ex eis fiat aqua lustrationis, qua populus expietur. *c* Qui vaccæ portaverat cineres] i. collegit: Nota: tres fuerunt in sacrificio, immolans, comburens, cineres colligens, & omnes erant immundi usque ad vesperam, nec intrabant neque tabernaculum, neque castra nisi prius loti. *d* Inter eos, sanctum] i. venerabile, vel firmum, vel sanctificans.

d Jure perpetuo.] Dicit propter significatum, non sacrificium vitulæ, quod fuit temporale.

De consec. dist. 4. cap. nec quemquam.

e Qui tetigerit] Determinat, ad quid sit utilis aqua facta de cineribus vitulæ rufæ, scil. ad purificandum immundos septem dierum: immundus enim unius diei per aquam simplicem mundabatur. *f* Die tertio,] Propter tres vires animæ, vel fidem Trinitatis. *g* Et septimo,] die, qui est quartus a tertio propter quatuor humores corporis: & sic mundatio totius hominis innuitur: hoc ita exponit *Aug.* Si quis autem non sic mundabatur, peribat de medio Ecclesiæ, & ab ingressu sancti loci arcebatur; Ille vero, qui mundabat immundum aqua hujusmodi, immundus erat usque ad vesperum, quia tetigerat cineres, & ideo lavabat vestimenta sua. *h* Animæ morticinum,] i. hominem mortuum. *i* Polluet tabernaculum] idest, reus erit sanctificationum tabernaculi. *k* Ex Israel:] i. dignus erit separari a populo Israel. *l* Qui moritur in tabernaculo.] i. in papilione suo. *m* Combustionis atque peccati,] i. hostiæ pro peccato. *n* Ipse quoque, &c.] Sed quæritur, cum isti cineres fierent ad purificandum homines immundos, cur illi, qui tangebant eos, immundi erant? Ad hoc dixit quidam Judæus conversus sic: Aaron peccavit in conflatione vituli, nec tamen fuit punitus: Ideo voluit Dominus ei hanc pœnam infligere, ut illud, quod alios mundabat, eum, & posteros ejus immundos faceret: Vel forte propter reverentiam Sacramenti immundos reputabant se, qui tetigerant cineres illos. Similiter Sacerdos evangelicus post tractationem Eucharistiæ lavat manus propter reverentiam Sacramenti tanti, quo se indignum reputat, & timet, ne indigne tractaverit illud: & non audet alia tangere, nisi prius lotis manibus.

De consec. dist. 4. cap. nec quemquam.

EXPOSITIO CAP. XX.

Veneruntque *o* filii Israel,] Sic dictum est *sup.* 13. *p* In desertum Sin,] Quæ & Cades dicitur, fuit trigesima tertia mansio, ad quam redierant exploratores, vel a qua missi fuerant secundum quosdam. In hoc deserto fuerunt filii Israel longo tempore, ut dicitur *Deuteron.* 1. Et diu circuierunt montem Seir, & redierunt fere usque ad mare rubrum circa fines Sinai: Tandem post multos labores, & annos 38. redierunt ad Cades. In fine ergo 39. anni venerunt post multum circuitum in Cades undecim diebus. Sic igitur patet, quod quadraginta duæ mansiones, quibus filii Israel leguntur profecti ab Ægypto usque ad campestria Moab juxta Jordanem, tribus annis completæ sunt: duodecim ab Ægypto usque ad montem Sinai, quadraginta in septem diebus, ut legitur *Exod. decimonono*. Et ibi fuerunt anno, & quatuor diebus. Deinde anno secundo, vigesima die secundi mensis profecti sunt a Sina usque ad Cades, per viginti unam mansiones, quas omnes compleverant infra secundum annum: postea per triginta octo annos errantes in solitudine prostrati sunt. Tandem anno quadragesimo, mense primo redierunt ad eamdem Cades, & illo anno reliquas novem mansiones transegerunt. Et si inveneris alicubi decem hujusmodi anni fuisse mansiones, scito inter has iterum Cades numerari: Moyses ergo omissis illis triginta octo annis circuitus per solitudinem transit ad quadragesimum annum, in cujus primo mense venerunt in Cades, ubi mortua est Maria, & murmuravit populus propter defectum aquæ de quo agitur in hoc capitulo. *p* In desertum Sin,] Quod est post desertum Pharan; vel est pars ejus, ut dicunt quidam. Nec est hoc illud Sin, ubi fuit octava mansio, ut dicit *Hieron.* Primum enim Sin scribitur per Samech, & interpretatur rubus, vel odium: ista vero Sin, quæ Cades dicitur, scribitur per Saen, & interpretatur mandatum, vel Sancta. Et nota, quod Samech, & Saen, & Schin eadem littera sunt, sed differunt in figura, ut dicit *Hieron. in lib. de interpret. nominum Hebræorum in cap. de accidentibus litteræ*, ibi dicit quod supra tripliciter scribatur apud Hebræos, & tria nomina habet. Scripta simpliciter dicitur Samech: Schin vero dicitur, in qua stridor quidam non nostri sermonis interstrepit: Saen vero, quam aures nostræ omnino reformidant.

1. q. 1. cap. ventum est, & cap. Arrianos.

Exod. 19.

q Mortuaque] Dum complesset 40. annum, ex quo exierat de Ægypto, ut dicit *Josephus*: Quod videtur falsum: Sed tu dices: cum complesset, i. implere inchoasset.

r Inter fratres nostros] Chore, & alios, vel in Ægypto. *s* Coram Domino.] Idest, in beneplacito Domini, q. d. utinam voluntas Domini esset, quod ibi periissemus. *t* Ecclesiam] idest, multitudinem filiorum Israel;

o Thesau-

ruerunt proni in terram clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus, audi clamorem populi hujus, & aperi ei *a* thesaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut *b* † satiatis cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini super eos. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: *c* Tolle virgam, & congrega populum tũ, & Aaron frater tuus, & *d* loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & jumenta ejus. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini, sicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite, rebelles & increduli: num de *e* petra hac vobis aquam poterimus ejicere? Cumque elevasset Moyses manum percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet, & jumenta. Dixitque Dominus ad Moysen, & Aaron: Quia non credidistis mihi, ut *f* sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, ubi jurgati sunt filii Israel contra Dominum, & *g* sanctificatus est in eis. Misit interea nuncios Moyses de Cades ad Regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat *h* frater tuus Israel: Nosti omnem laborem, qui apprehendit nos, quomodo descenderint patres nostri in Ægyptum, & habitaverimus ibi multo tempore, afflixerintque nos Ægyptii, & patres nostros: & quomodo clamaverimus ad Dominum, & exaudierit nos, miseritque Angelum, qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in urbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, *i* nec bibemus aquas de puteis tuis; sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Cui respondit Edom: Non transibis per me: Alioquin armatus occurram tibi: Dixeruntque filii Israel. Per tritam gradiemur viam, & si biberimus aquas tuas nos, & pecora nostra, dabimus, quod justum est: Nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus. At ille respondit: Non transibitis. Statimque egressus est obvius cum infinita multitudine & manu forti, nec voluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos. Quamobrem divertit ab Israel. Cumque castra movissent de Cades, venerunt in *k* montem Hor, qui est in finibus terræ Edom, ubi locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Pergat, inquit, Aaron *l* ad populos suos. Non enim intrabit terram, *m* quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ore meo ad aquas contradictionis: Tolle Aaron, & filium ejus cum eo, & duces eos in montem Hor. Cumque nudaveris patrem *n* veste sua, indues ea Elazarum filium ejus: & Aaron colligetur, & *o* morietur ibi. Fecit Moyses, ut præceperat Dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cumque Aaron spoliasset vestibus suis, *p* induit eis Eleazarum Filium ejus. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo *q* triginta diebus per cunctas familias suas.

a Thesaurum] idest, secretum fontem, qui nondum apparuit. *b* Ut satiatis] Illis supple. Alia littera, Satiati, & correctior, ut dicunt, & resolvitur in verbum, & conjunctionem, hoc modo ut satiatis, idest, ut satientur, & cesset, &c. *c* Tolle virgam,] De qua virga hoc dicat, utrum de illa, quæ fronduerat; an de alia, dubium est: tamen per hoc, quod infra dicitur: Tulit virgam, quæ erat in conspectu Domini, datur intelligi, quod fuit illa virga, quæ fronduerat, quam *supra* 17. jussit Dominus reponi in tabernaculum in arca.

B

Gl. † satiati.

d Loquimini ad petram] idest, facite de ipsa, quod volueritis, quasi dicat: Præcipite ei, quod det aquas, & obediet. In quo notatur maxima duritia Judæorum, quia nolebant obedire eis, quibus lapis obediebat.

Exod. 17.

e Num de petra] idest, nunquid: cum in omnibus aliis fiducialiter egissent Moyses, & Aaron; hic diffidenter egerunt, & peccaverunt: quod tamen ex verbis eorum non posset perpendi, quia interrogatio ad utramque partem contradictionis se habet; sed Domino manifestante cognitum est, qui magis cor, quam os intuetur. Unde dixit, quia non credidistis ut sanctificaretis me coram populo non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Sed objicitur *supra* 14. Dixit Dominus, quod nullus intraret terrat promissionis, præter Caleb, & Josue: Ergo propter hoc peccatum non sunt exclusi a terra promissionis. Solutio: Supra intellexit Dominus tantum de exploratoribus, qui terruerunt populum, & de illis qui murmuraverunt; non de Moyse, & Aaron, de quibus hic loquitur: Vel Dominus supra dixit de omnibus. Scicbat enim, quid erat futurum. Unde supra dixit excludendus non pro peccato tantum, quod jam fecissent, sed etiam quod facturi erant.

De celebr. Miss. c. in quadam.

De poenit. dist. 3. c. si enim.

Infr. 32.

C

f Ut sanctificaretis] idest, sanctum ostenderetis confidendo de mea potentia.

g Sanctificatus est in eis.] idest, glorificatus ab eis, quando dedit aquam.

h Fratet tuus] idest, filii fratris tui, scilicet Jacob, qui fuit frater Esau, a quo Idumæi. Nota, quod satis planum est, quantum ad historiam, quod hic dicitur de missione nunciorum. Legimus *sup.* 13. quod exploratores secundo anno missi de Asiongaber, redeuntes invenerunt populum in Cades. Sed quia murmuraverunt propter difficultatem, quæ sibi nunciabatur a quibusdam de exploratoribus, non voluit Dominus eos ultra proficisci, sed reverti, & vagari trigintaocto annis: ita quod quadragesimo anno, mense primo redierunt in Cades, non dico civitatem, quæ sic dicitur, sed in fine ejus. Et tunc misit Moyses nuncios ad Idumæos quærens licentiam transeundi per terram suam, quam tamen non poterat impetrare, licet Idumæi essent filii Esau fratris Jacob: de hoc agitur hic. Sed notandum, quod *Josephus* dicit ante reditum in Cades, filios Israel venisse ad terminos Idumeæ: & tunc misisse nuncios ad Edom pro libertate transitus per terram suam: quod cum prohibuisset, recessisse populum per desertum iter faciendo. Sed utrum *Josephus* hoc dixerit per anticipationem; an Liber Numeri per recapitulationem, nobis non est certum.

D

i Nec bibemus] *Gloss.* gratis, scilicet, sed pretium dabimus, quod declaratur in sequentibus.

k In montem Hor,] Trigesima quarta mansio fuit in monte Hor, in quo ascendit Aaron ex præcepto Domini, & ibi mortus est quadragesimo anno egressionis de Ægypto, cui successit Eleazar filius ejus.

Infr. 33.

l Ad populos suos.] idest, ad patres suos Abraham, Isaac, & Jacob, & alios, qui erant in limbo.

m Quam dedi] idest, dare promisi.

n Veste sua,] scilicet, stola Pontificali.

o Et morietur ibi.] idest, in monte Hor. Tamen *Deut.* 10. dicitur Mosera locus sepulturæ Aaron, qui usque hodie monstratur in vertice montis.

Deut. 10.

p Induit eis] Antequam mortuus esset Aaron, ut Pontifex vivus Pontificem mortuum sepeliret, ita vult *August. super Exod.* & *super Levit. cap.* 21. Sed non licebat ei plangere, vel scindere vestes; aliter esset contrarium ei, quod dicitur, *Levit. cap.* 21. Super mortuum non ingredietur omnino.

q Triginta diebus] Tunc erat talis consuetudo, ut tanto tempore flerent mortuos suos: dicitur, sciebant eos ad inferos descensuros, & non posse penetrare cœlos, donec venit Josue, idest, Christus Jesus. Unde per transitum Jordanis, Josue mortuum non fleverunt, ut patet *Josue ult.*

EXPOSITIO CAP. XXI.

QUod *a* cum audisset Chananæus] Chananæus hic accipitur large, non pro septimo populo terræ promissionis, sed pro habitatoribus Chanaan.

b Per exploratorum viam,] i per quam ascenderant exploratores *supra* 13. vel per viam, per quam solent exploratores venire ad explorandum. *c* Victor existens,] Scilicet, Chananæus. *d* Ex eo prædam,] Idest, ex Israel.

e Profecti sunt autem] Nota: de monte, ubi mortuus est Aaron, venerunt in Salmana, quæ fuit trigesimaquinta mansio. Ibi murmuravit populus contra Dominum, & contra Moysen: propter quod misit Dominus in eos serpentes ignitos, sic dictos, quia subtiles, & agiles super arbores saliebant, & quasi scintillæ jaculabantur se, & homines interficiebant. Vel ideo dicuntur igniti, quia quos pungebant, ex natura veneni usque ad tumorem rubeum, & quasi ignitum inflammabant. Tunc rogaverunt Moysen, ut oraret pro eis, cui oranti dixit Dominus: ut faceret serpentem æneum, & poneret in pala: quem cum inspiceret percussus protinus sanaretur: & factum est ita. Hunc serpentem postea semper habuerunt secum filii Israel, & magnifice repositum est in Jerusalem. Tandem ob cultum superstitionis, quem ei populus exhibebat, comminuit eum in pulverem Ezechias Rex Juda 4. *Reg.* 18. De hac mansione, idest, Salmana venit populus in Phinam, quæ fuit trigesimasexta mansio: Sed has duas præterit hic Moyses. Sed *Isidorus in quadam Glossa* ponit eas & *infra* 33. habebit de ipsis.

f Ad mare rubrum,] Non quod modo reversi sunt; sed mare multos habet sinus. *g* Terram Edom] Nolentes pugnare contra ipsum, quia Dominus præceperat eis. *Deut.* 2. Non pugnabis adversus fratres tuos.

h Atque dixerunt:] Hoc est, quod dixit *Ps.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt. *i* In Oboth.] Vel [Obath.] Hæc fuit trigesimaseptima mansio. *k* Jebarim] Trigesimaoctava mansio.

l Quæ respicit Moab] Non quod statim exirent terram Idumæorum; sed in illa parte fuerunt, quæ respicit Moab. *m* Ad torrentem Zared:] *Hieronymus* dicit in *Gloss.* Trigesimanona mansio fuit in Dibongad, sicut in serie mansionum scriptum est *infra* 33. Sed pro hac in ordine historiæ dicitur, quod de Jebarim venerunt ad torrentem Zared. Alia translatio habet: Venerunt in Dibongad. Hunc torrentem transierunt filii Israel siccis pedibus, sicut mare rubrum.

n Contra Arnon,] Arnon, ut dicit *Josephus*, fluvius est a montibus Arabiæ descendens, & per circuitum fluens, in stagnum Asphaltum erumpit, de quo legitur *Genes.* 19. ubi sunt quinque civitates. Et est Arnon terminus Moab, dividens Moabitas, & Amorrhæos. Quidam dicunt, quod Arnon est in fine deserti, & prominet in finibus Amorrhæi. Quod videtur per hoc, quod sequitur, relativum feminini generis.

o Unde] idest, de quo fluvio, sive, de qua civitate. *p* In libro bellorum Domini] Quis, vel cujus auctoris fuerit liber iste, non determinatur. *Augustin.* dicit forte fuisse aliquem librum sic dictum apud Chaldæos, unde Abraham egressus est: vel apud Ægyptios, apud quos Moyses didicerat sapientiam. In quo libro de hoc transitu filiorum Israel fuerat prophetizatum, ut veritas Hebraica habet, sicut dicitur in relatione bellorum Domini, idest, quando Historiographi, vel aliqui alii retractabunt gloriosa bella Domini, i. ea, quæ facta sunt in populo Deo referent; quod filii Israel sicco pede transierunt Arnon, sicut mare rubrum: & secundum hoc legitur, dicitur, pro dicetur. Alii dicunt totam historiam de filiis Israel dici librum bellorum Domini, in qua sæpe dicitur Dominus pro eis pugnasse: Et est sensus: Unde, idest, de Arnon, dicitur idest, dicetur, id est, fiet memoria in *p* libro bellorum Domini, idest, in historia ista, cum legetur a posteris: Tunc, inquam, fiet mentio talis de Arnon, sicut fecit Dominus in mari rubro, perdendo, scilicet, Ægyptios; sic faciet in torrentibus Arnon perdendo Amorrhæos.

q Scopuli] Nota: Dicunt Hebræi innumeram multitudinem Amorrhæorum in convallibus torrentium, & scopulorum Arnon latuisse in insidiis, ut filios Israel transeuntes ex improviso perimerent; sed Dominus latentes oppressit scopulis rupium, hinc inde inclinatis: ita ut labentia scopulorum extenderetur in Arnon, ibique quiescerent, idest, finirentur. Et hoc est, quod dicitur: Scopuli torrentium inclinati, &c. Alii dicunt, quod per ista verba describitur situs Arnon: quia in deserto illo sunt scopuli prærupti, & altissimi, sed paulatim inclinantur humiliando, donec quiescant, idest, finiantur juxta Arnon. Alii dicunt, quod scopuli montium inclinati sunt coram filiis Israel, ut facilius pertransirent, quod forte prædixerat Jacob in benedictione Joseph. *Gen.* 49. ubi dicitur, donec veniret desiderium collium æternorum, supple, durabit benedictio ista, idest, donec colles æterni, idest, duri, & fortes quasi ex desiderio applaudant adventui filiorum Israel. Et hæc expositio videtur haberi ex alia littera: Scopuli torrentium gestierunt. Et *Ps.* 113. Montes exultaverunt, ut arietes, &c. *r* Ex eo loco] Hucusque sunt verba illius libri ignoti. *s* Apparuit puteus,] Non quod ex eo loco viderent puteum, prospicientes a longe, sed ex eo loco egressi venerant ad alium locum, ubi monstrante Domino foderunt alium puteum, quem forte alii foderant, sed repletus erat terra. *t* Super eo quo] Id est, de quo faciendo. *u* Tunc cecinit] Scil. puteo fosso, vel euderato. Et legitur in *Hebræo*, quod ascendit aqua de puteo sic fosso, donec supra redundaret, forte in signum, quod sic supergrederentur hostes, & obruerent: quo viso, cecinit Israel carmen, quod sequitur.

x Ascendat puteus:] Vel ascende putee. Ita, inquam, cecinerant, quia in redundatione aquæ cognoverant victoriam suam de hostibus secuturam.

Et

CAP. XXI.

QUOD *a* cum audisset Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse, scilicet Israel per *b* exploratorum viam, pugnavit contra illum, & *c* victor existens duxit *d* ex eo prædam. At Israel voto se Domino obligans ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes ejus. Exaudivitque Dominus preces Israel, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subversis urbibus ejus, & vocavit nomen loci illius Horma, idest, Anathema. *e* Profecti sunt autem de monte Hor per viam, quæ ducit *f* ad mare rubrum, ut circuirent *g* terram Edom: Et tædere cœpit populum itineris, ac laboris, locutusque contra Dominum, & Moysen ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis: non sunt aquæ: anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, *h* atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum, & te: Ora, ut tollat a nobis serpentes. Oravit Moyses pro populo: Et locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: Qui percussus aspexerit eum, vivet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Profectique filii Israel castrametati sunt in *i* Oboth. Unde egressi fixere tentoria in *k* Jeabarim in solitudine, quæ *l* respicit Moab contra orientalem plagam: & inde moventes, venerunt *m* ad torrentem Zared: Quem relinquentes castrametati sunt *n* contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. Siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas, & Amorrhæos: *o* Unde dicitur in *p* libro bellorum Domini: Sicut fecit in mari rubro; sic faciet in torrentibus Arnon. *q* Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. Ex *r* eo loco *s* apparuit puteus, *t* super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc *u* cecinit Israel carmen illud: *x* Ascendat puteus, concinebant,

a Puteus, quem foderunt Principes, & paraverunt Duces multitudinis in datore legis, & in *b* baculis suis. *c* Profectique sunt de solitudine Matthana: De Matthana in Nahaliel: De Nahaliel in Bamoth. Bamoth vallis est in regione Moab in vertice Phasga: & respicit contra desertum. Misit autem Israel nuncios ad Seon Regem Amorrhæorum, dicens: Obsecro, ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros, & vineas: non bibemus aquas ex puteis: Via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit, ut transiret Israel per fines suos, quin potius exercitu congregato egressus est obviam in desertum, *d* & venit in Jasa, pugnavitque contra eum. A *e* quo percussus est in *f* ore gladii, & possessa est terra ejus ab Arnon usque ad *g* Jeboc, & filios Ammon: quia *h* forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum. *i* Tulit ergo Israel omnes civitates ejus, & habitavit in urbibus Amorrhæi, in Hesebon, scilicet, & vinculis ejus. Urbs *k* Hesebon fuit Seon Regis Amorrhæi, qui pugnavit contra Regem Moab, & tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat usque Arnon. Idcirco dicitur in *l* proverbio: *m* Venite in Hesebon, *n* ædificetur, & construatur civitas Seon. Ignis *o* egressus est de Hesebon, flamma de *p* oppido Seon, & devoravit *q* Arnon Moabitarum, & *r* habitatores *s* excelsorum Arnon. Væ tibi, *t* Moab, periisti, popule Chamos. Dedit filios ejus in fugam, & filias in captivitatem Regi Amorrhæorum Seon. *u* Jugum ipsorum disperiit ab Hesebon usque Dibon, *x* lassi pervenerunt in Nophe, & usque Medaba. *y* Habitavit itaque Israel in terra Amorrhæi. Misitque Moyses, qui explorarent Jazer. Cujus ceperunt *z* viculos, & possederunt habitatores. *a* Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan: & occurrit eis Og Rex *b* Basan cum omni populo suo pugnaturus in Edrai: Dixitque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum: quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram ejus: faciesque illi sicut fecisti Seon Regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, universumque populum ejus usque ad internecionem: & possederunt *c* terram illius.

C A P. XXII.

PROFECTIQUE *d* castrametati sunt in campestribus Moab, ubi trans Jordanem Jerico sita est. *e* Videns autem Barach filius Sephor omnia, quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quod pertimuissent eum Moabitæ, & impetum ejus

---

Et quasi quis quæreret: quis est iste puteus? Respondetur; *a* Puteus, quem foderunt Principes, & paraverunt Duces multitudinis in datore legis,] idest, datoris legis cooperatione hoc fecerunt, scilicet, Dei, vel Moysi. *b* In baculis suis.] Idest, in peregrinatione sua. Simile *Gen.* 32. In baculo meo transivi Jordanem istum. Vel in baculis, idest, potestate, Principes enim adduxerunt, subditos ut foderent puteum. *c* Profectique sunt] Dictum est, quod filii Israel fosso, vel eruderato puteo, carmen cantaverunt Domino in quo prophetaverunt de transitu futuro: nunc dicit, quod profecti ab illo puteo venerunt in Matthana inde, & in Nahaliel, inde in Bamoth. Nec sunt hæc nomina mansionum, sed locorum, per quem transierunt. Et est Bamoth vallis juxta montem Phasga, vel forte in ipso monte. Mons enim ille adeo est magnus, quod in vertice habet colles, & valles. Inde misit Moyses nuncios ad Seon Regem Amorrhæorum, ut ei, & populo transitum per terram suam concederet, vel saltem juxta terram suam, sicut fecit Esau, & Moab, ut legitur *Deut.* 2. Qui noluit, sed egressus obviam cum exercitu suo, pugnavit contra eum, & victus est Seon. *d* Et venit] Israel. *e* A quo] Scilicet Israel. *f* In ore gladii,] Idest, in instantia vel devoratione, vel manifestatione, & dicit *Josephus* plurimos siti periisse, alios ruentes ad fluvium, jaculis terræ confixos, fugientes ad mœnia fundibulariis præventos. In illo etiam conflictu Seon occisus est. *g* Usque Jeboc, & filios Ammon:] quasi dicat totam terram cepit; sed non filios Ammon: Et quia posset aliquis quærere, quare specialiter fiat mentio de filiis Ammon potius quam de aliis: ipse subjungit rationem: *h* Quia forti, &c.] Quasi dicat terra eorum fortis erat, & munita. Nota, quod Arnon, & Jeboc civitates sunt; quarum altera, scilicet, Arnon est initium regni Seon; altera, idest, Jeboc, finis. Principalior civitas illius regni est Hesebon. Et dicit *Josephus* hoc regnum inter tria flumina situm, quasi naturam insulæ habens, & valde opulentum. Fluit Arnon a Meridie; & Jeboc a Septentrione de quo *Geneseos* 32. Et descendit in Jordanem, & Jordanis fluit ab Occidente.

Supr. 20. Deuter. 2.e. fin.

21. qu. 2.c. fin.

i Tulit ergo, &c.] *Gloss. Augustinus*. Hic possedit Israel civitates Amorrhæorum, quas bello superavit: quia non eas anathematizavit. Si enim anathematizasset, possidere non posset. *k* Urbs Hesebon,] dixerat Moyses, quod Israel tulit civitates Amorrhæorum, & habitavit in eis: inter quas principalior fuit Hesebon: sed quoniam Hesebon prius fuerat Moabitarum, determinat hic Moyses, quomodo eam habuerit Seon Rex Amorrhæorum. Ad cujus evidentiam, notandum, quod totam terram illam prius possedit Rex Ammonitarum, Secundo obtinuit eam Rex Moabitarum in bello. Tertio Rex Amorrhæorum incendit Hesebon, & alias civitates usque ad Arnon, & postea reædificavit, & possedit: De qua destructione, & reædificatione, Histriones: quos *Origenes* vocat ænigmatistas, quia parabolice loquebantur, fecerunt cantilenam in laudem Seon Regis Amorrhæorum, quæ incipit *ibi*: Venite in Hesebon, &c. Quarto obtinuit eum Israel.

l In proverbio:] Idest, in cantilenam, quæ incipit *hic*. *m* Venite in Hesebon,] Et est sensus: capta, & succensa est Hesebon, & aliæ civitates. Venite, &c. ad comburendam eam, & postea, scilicet *n* Ædificetur, & construatur civitas Seon,] idest, Hesebon, qui prius erat Moab.

o Ignis egressus est] Idest, Seon quasi ignis de Hesebon ad alias civitates comburendas.

Deut. 3. C. 19.

p De oppido Seon,] supple egressa est, idest, ipse Seon, & exercitus ejus quasi flamma.

q Arnon] civitatem scilicet.

r Excelsorum Arnon] scilicet oppidorum, quæ pertinent ad Arnon.

s Popule Chamos,] qui scilicet colis Chamos, scilicet, Moabitarum idolum.

t Dedit Dominus.] scilicet & mutatur persona, quasi dicat, propter idolum, quod adorabant ut Deum, dati sunt in fugam, & captivitatem a Domino, cujus voluntate hoc factum est.

u Jugum ipsorum] Supple Moabitarum.

x Lassi] Ipsi Moabitæ fugientes Seon, vel captivi ducti.

y Habitavit itaque] Hic finitur cantilena.

z Viculos,] Idest, villulas ad Jazar pertinentes.

a Verteruntque] Transeuntes fluvium Jacob:

b Og Rex Basan] Ad istum Regem non misit Moyses nuncios, sicut fecerat ad Regem Edom, & ad Regem Amorrhæorum. Sed quare? Forte ideo quia præsumebat, ut faceret sicut alii. Unde *Orig.* Ad Og Regem Basan Legatos mittere dedignantur, & petere ab eo, ut transeant per terram ejus; sed statim cum eo pugnant, & superant eum. Vel forte quia exierat contra eos ad pugnandum.

c Terram illius.] Hæc terra non fuit de terra promissionis: quod patet, quia Moyses hanc intravit. Hanc terram habuerunt Ruben, & Gad, & dimidia Tribus Manasse, ut dicitur *infra* 32.

EXPOSITIO CAP. XXII.

PRofectiq; *d* castrametati &c.] Duas mãsiones præterit hic Moyses. Tricesima nona enim fuit Dibongad, de qua supra dictum est. De hoc profecti sunt in Helmon Deblatham, quæ fuit quadragesima: inde ad montes Abarim, quæ fuit mansio quadragesimaprima: inde ad campestria Moab, quæ fuit quadragesimasecunda mansio, & ultima. *e* Videns autem

ferre non possent, dixit ad majores *a* natu Madian: Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo *b* solet bos herbas usque ad radices carpere. Ipse autem erat *c* eo tempore Rex in Moab. Misit ergo nuntios ad Balaam Filium Beor Ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, ut vocarent eum, & *d* dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me: Veni igitur, & maledic populo huic, qui fortior me est, si quo modo possim percutere, & ejicere eum de terra mea. *e* Novi enim, quod benedictum sit, cui benedixeris: & maledictus, in quem maledicta congesseris *f*. Perrexerunt seniores Moab, & majores natu *g* Madian, habentes divinationis pretium in manibus. Cumque venissent ad Balaam, & *h* narrassent ei omnia verba Balach; ille respondit; Manete hic nocte, & respondebo quidquid mihi dixerit Dominus. Manentibus autem illis apud *i* Balaam, venit Deus, & ait ad eum: Quid sibi volunt homines isti apud te? Respondit; Balach filius Sephor Rex Moabitarum misit ad me dicens; Ecce populus, qui egressus est de Ægypto, operuit superficiem terræ: veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire *k* cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens: dixit ad Principes: ite in terram vestram: quia prohibuit me Deus venire vobiscum. Reversi Principes dixerunt ad Balach: Noluit Balam venire nobiscum. Rursum ille multo plures, *l* & nobiliores, quam ante miserat, misit. Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balach filius Sephor: ne cuncteris venire ad me paratum honorare te; & quidquid volueris, dabo tibi: Veni, & maledic populo isti. Respondit Balaam: si dederit mihi Balach plenam domum suam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus, *m* vel minus loquar. *n* Obsecro, ut hic maneatis etiam hac nocte, ut scire queam, quid mihi *o* rursum respondeat Dominus. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: *p* Si te vocare venerunt homines isti, *q* surge, & vade cum eis; ita dumtaxat, ut quod tibi præcepero, facias. Surrexit Balaam mane, & strata,

tem Balach filius Sephor] Qui tunc regnabat in Moab, quæ fecerant filii Israel Amorrhæo, timuit & ascitos seniores Madian, qui proximi, & amici ejus erant, consuluit, quid opus facto esset: & consilio eorum misit ad Balaam filium Beor, Ariolum, ut veniret, & malediceret populo Israel: Audierat enim, quod benedictus erat, cui benedicebat; & maledictus, qui maledicebat. Audierat etiam, quod Israel non vincebat arcu, & gladio, sed oratione sua ad Deum: Ideo visum est eis commodum, contra orationes eorum etiam execrationibus dimicare. Cetera de ariolatheii Balaam, & prophetia, & proventu ad Balach, plana sunt. Sed objicitur: Dicitur enim, quod iste Balach tunc erat Rex Moabitarum: quod videtur falsum: Dictum est enim supra, quod Rex Amorrhæorum terram Moabitarum obtinuit bello. Ad hoc dicit *August.* quod Rex Amorrhæorum non totam terram Moabitarum obtinuit, sed partem; & in reliqua parte regnabat Balach. *a* Natu Madian:] Non quod essent subjugati ei; sed vicini, & amici ejus.

b Solet bos] Et ita factum est: Bos enim capit herbam ore, & Israel oratione vicit Moabitas.

c Eo tempore Rex in Moab.] Idest, in parte Moab; aliam partem abstulerant Seon, vel forte Moab, sed subjugatus Seon, Regi Amorrhæorum.

d Operuit superficiem] Præ multitudine. *e* Novi enim, quod benedictus] *Gloss. Origen.* Non credo eum scire, quod quibuscumque benedixisset Balaam, benedicti essent; sed adulandi gratia hæc dicere, ut artem ejus extollens, promptiorem sibi faceret. Ars enim magica nescit benedicere, nec Dæmones. Scit benedicere Isaac, & Jacob, & omnes Sancti; impiorum nullus benedicere novit.

f Seniores Moab, & Majores] Quia commune periculum imminebat Moabitis, & Madianitis: ideo communi consilio convenire voluerunt, & remedium adhibere. Et admiratur *Orig.* Non enim potestatem habebat Balaam, vel artem verborum ad benedicendum: Nullus enim obtemperat Mago.

g Pretium in manibus.] Idest, munera ferebant, quibus volebat conducere Balaam ad divinandum. *Septuaginta* dicunt: Habentes divinationes, idest, pretium divinationis. Alii habent divinacula in artibus, idest, instrumenta divinandi, quæ humana curiositas composuit.

h Mihi dixerit Dominus.] Domini se Prophetam mentiebatur, licet in sacrificando consuleret Dæmones. Vel forte Dæmonem, qui sibi loquebatur, vocavit Dominum.

i Venit Deus] *Gloss.* Non dicitur, utrum in somnis hoc factum sit, quamvis per noctem esse constet. Postea enim dicit Scriptura: Exurgens Balaam, &c. Nota, quod hic iterum admiratur *Orig.* quare voluit Deus ita prævenire Balaam, antequam vocaret Dæmones ad nocendum populo suo: Nonne convocatis Dæmonibus, & paratis ad nocendum, Deus posset eripere populum suum? Et dicit *Origen.* multa sibi occurrere, quæ dici possent: Hoc unum tamen, dicit, Dominum hoc intuitu hoc fecisse: quia Dæmonibus data est potestas in hoc sæculo ad exercendum bonos, & puniendum malos: & hanc potestatem sibi datam sciunt usque ad diem judicii: Unde consilium Domini fuit, nec omnino auferre, nec violenter Dæmonum proposito obviare; quia conqueri possent se ante tempus damnari. Unde & *Matth.* 8. dicunt: Quid nobis, & tibi, Jesu fili Dei, venisti huc ante tempus torquere nos? Et quanto magis abbreviatur tempus suum, tanto crudelior est. Unde *Apocal.* 12. Væ terræ, & mari, quia descendit ad vos diabolus habens iram magnam, sciens, quia modicum tempus habet. Item *Origen.* Ideo Diabolum non amovit a Principatibus sæculi, quia opera ejus necessaria sunt ad perfectionem, eorum qui coronandi sunt. Unde *Job* 1. Do tibi potestatem omnium, quæ habet; sed ipsum non contingas.

Infr. 14.

k Quia benedictus est, &c.] hinc est, quod Noe noluit maledicere Cham filio suo, qui deriserat eum, quia benedictus fuit a Domino in exitu de arca, sed maledixit Chanaan filio Cham.

l Et nobiliores] Ut eorum reverentia moveretur Balaam. In quo notatur, quod Diabolus similiter multos decipit per potentes, & nobiles.

m Vel minus loquar,] in hoc bene dixit: tamen cupiditas promissionis intus erat in corde, quod patet per hoc, quod sequitur.

n Obsecro ut hic, &c.] Unde *Augustinus*, Se victum in cupiditate monstravit Balaam, cui sibi loqui iterum Dominus de hac re voluit, de qua ejus noverat voluntatem. Dominus autem videns cupiditatem ejus, & in illa devictum permisit eum ire.

o Rursum respondeat Dominus.] *Gloss.* Molestus est Deo Balaam, qui & improbe extorquet permitti sibi, ut eat maledicere filiis Israel, & invocet Dæmones, ad quem jam venerat Deus.

p Si te vocare venerunt] *Gloss.* Cedit Deus cupiditati; dimittit eum in desiderium cordis sui.

q Surge, & vade, &c.] permissio est, non imperium, ut patet *per interlin. prænotatam*. Hic ponit *Orig. Gloss.* Ubi ostendit, quod nomen, quod æquivalet huic nomini Deus, vel Dominus, non soli Deo, sed Angelo, vel homini aliquid divinum habenti convenit. Unde dubitari potest, an Deus, vel Angelus locutus fuerit Balaam. Tamen in Hebræo diversimode scribitur Deus. Quando enim pro vero Deo sumitur, sub certo litterarum signo scribitur, quod apud Hebræos Tetragrammaton dicitur: Quando vero communibus litteris scribitur, incertum est, an de vero Deo, an de quolibet alio dicatur. Item quærit *Orig.* Cum Deus primo prohibuerit Balaam ire, & multis modis insinuaverit,

se

asina sua profectus est cum eis. Et iratus est Deus: Stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui sedebat asinæ, & duos pueros habebat secum. Cernens *a* asina Angelum stantem in via evaginato *b* gladio, avertit se de itinere, & *c* ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, stetit Angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. Quem videns asina junxit *d* se parieti, & attrivit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: & nihilominus Angelus ad locum angustum transiens, ubi nec ad dexteram, nec ad sinistram poterat deviari, obvius stetit. Cumque vidisset asina stantem Angelum *e* cecidit sub pedibus sedentis: qui iratus vehementius cædebat fuste latera ejus. *f* Aperuitque Dominus os asinæ, & *g* locuta est: Quid feci tibi? Cur percutis me ecce *h* jam tertio? *i* Respondit Balaam: quia commeruisti, & illusisti mihi: Utinam haberem gladium, ut te percuterem. Dicit asina: Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consuevisti, usque in præsentem diem? Dic, quid simile unquam fecerim tibi? At ille ait: Nunquam, *k* Protinus aperuit Dominus oculos Balaam: & vidit Angelum stantem in via, evaginatum gladium in manu tenentem, adoravitque eum pronus in terram. Cui Angelus: Cur inquit tertio verberas asinam tuam? Ego veni, ut adversarer tibi: quia *l* perversa est via tua, mihique contraria: Et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viveret. Dixit Balaam: Peccavi nesciens, quod tu stares contra me; Et *m* nunc si displicet tibi, ut vadam, revertar. Ait Angelus: *n* Vade cum istis, & cave, ne aliud, quam præcepero tibi, loquaris. Ivit igitur cum Principibus. Quod cum audisset Balach: egressus est in occursum ejus in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. Dixitque ad Balaam: misi nuncios, ut vocarent te: Cur non statim venisti ad me? An quia mercedem adventui tuo reddere non queo? Cui ille respondit: Ecce adsum: Numquid loqui potero aliud, nisi *o* quod Deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in urbem, quæ in extremis regni ejus finibus erat. Cumque occidisset Balach boves, & oves, misit ad Balaam, & Principes, qui cum eo erant, munera.

C A P. XXIII.

MANE autem facto, duxit eum ad excelsa Baal: & intuitus est extremam partem populi. Dixitque Balaam ad Balach: ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes. Cumque fecisset juxta sermonem Balaam, *q* imposuerunt simul vitulum, & arietem *r* super aram. Dixitque Balaam ad Balach: Sta paulisper juxta holocaustum tuum, donec vadam, *s* si forte occurrat mihi Dominus *t* & quodcumque imperaverit: loquar tibi. Cumque abiisset velociter, occurrit ei Deus. Locutusque est *t* ad eum Balaam. Septem, inquit, aras *u* erexi, & imposui vitulum, & arietem desuper. Dominus autem

se non velle, quod iret, quare postea permisit ire? Solutio: Dominus non approbavit voluntatem, vel intentionem Balaam: propter hoc prohibuit; sed quia sciebat inde aliquam utilitatem secuturam: ideo permisit.

a Cernens asina, &c.] *Gloss.* Magus Dæmones videns, Asina Angelum: non quod sit digna videre, sicut nec loqui; sed ut confutetur Balaam. Unde mutum animal arguit dementiam Prophetæ. *b* Evaginato gladio,] Quasi volens internecare, quod mutaverat propositum, & captus cupiditate promissorum disponebat, quomodo malediceret populo Dei, licet Dominus prohibuisset. *Josephus* videtur velle, quod Dominus iratus, quasi ironice dixerat ei, vade cum eis: Quod quia non intellexit Balaam, obstitit ei Angelus, primo in agro, ubi nulla clausura erat. Secundo inter macerias quibus vineæ claudebantur.

c Ibat per agrum.] *Gloss.* qui erat extra macerias vinearum.

d Junxit se parieti,] *Gloss.* idest, maceriæ illius vineæ, in qua non erat Angelus: quoniam ab alia parte erat in sulcis vinearum, juxta *Sept.* *e* Cecidit] *Gloss.* quia læsa non ivit retro: in partem non declinavit, quia non ab alia parte terrebatur, sed in media via in angusto erat Angelus.

f Aperuitque Dominus os,] *Gloss.* ut arguatur per eam Balaam, & mutæ pecudis voce confutetur, qui divinus videbatur, & sapiens.

g Locuta est:] Idest, Angelus per Asinam locutus est, & non asina: sicut enim Diabolus locutus est per serpentem, & non serpens locutus est; sic Angelus per asinam locutus est, & non asina. Non enim potentiam loquendi habuit asina. Unde nullum miraculum fuit ibi, sicut nec in serpente seducente Evam. Tamen dicunt quidam, quod asina ad tempus habuit potentiam loquendi, & locuta est proprie, & miraculose. *h* Jam tertio] Primo percussit in agro. Secundo inter sulcos, & macerias. Tertio inter macerias in angusto loco. *i* Respondit Balaam:] *Augustinus*: Nihil mirabilius quam quod non est territus Balaam ad vocem asinæ. Solut. Assuetus erat monstris: & ideo tam secure respondit. Item *Gloss.* Nimirum tanta cupiditate plenus ferebatur, ut nec tanti monstri miraculo terreretur: & responderit quasi ad hominem loquens, cum Deus non asinæ animæ in naturam rationalem vertisset; sed quod illi placuerat, ex illa sonare fecisset, ad illius vesaniam cohibendam, illud forte præfigurans, quia stulta mundi elegit Deus, ut confunderet sapientes pro spirituali, & vero Israel.

k Protinus aperuit] Idest, illuminavit, ut Angelum posset videre. Vel forte cum Angelus in forma humana appareret, tenebantur oculi ejus, ne eum videret; sed Dominus aperuit oculos ejus.

l Perversa est via tua:] Quia cupiditas est causa viæ:

m Et nunc si displicet] Displicebat quidem; sed tamen ire permittit propter bonum, quod inde secuturum erat, scilicet prophetia incarnationis, & instructio Gentium.

n Vade] Permissio est, non imperium.

o Nisi quod Deus posuerit] *Origen.* Laudabilis ostenditur Balaam, cum verbum Dei in ore ejus ponitur, cum Spiritus Dei fit super eum, cum de Christo prophetat, cum Judæis, & Gentibus de adventu Christi mysteria futura pronuntiat, cum pro maledictionibus benedicit, & nomen Israel, super visibilem gloriam mysticis extollit eloquiis. Culpabilis est cum ædificat aras, victimas imponit Dæmoniis, & apparatu magico divina consulta poscit.

p Misit ad Balaam] Dupliciter potest legi. Misit munera ad Balaam, & ad Principes, qui cum eo, idest cum Balaam erant. Vel melius misit Balach munera ad Balaam; & misit etiam Principes ad eundem, ut acceptabiliora essent munera.

1. Pet. 2.

De hoc cap. cum eo Augustino.

1. Cor. 1.

E F G A

E X P O S I T I O C A P. XXIII.

MAne autem facto, &c. *q* Imposuerunt] Balaam, & Balach. *r* Super aram.] In monte Phasga, unde extremam partem populi tantum intueri poterant. Aberant autem ab exercitu Israelis sexaginta stadiis. *s* Si forte occurrat] A consortio hominum separabat se, ut solitarius Domini responsum audiret: *Thren.* 3. Sedebit solitarius, & tacebit: quia levavit se super se. *Osee* 2. Adducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus. *t* Ad eum, &c.] Idest, Balaam ad Deum. *u* Erexi,] idest, erigi feci.

a In

posuit verbum in *a* ore ejus, & ait: revertere ad Balach, *b* & hæc loqueris. Reversus invenit stantem Balach juxta holocaustum suum, & omnes Principes Moabitarum, *c* assumptaque parabola sua dixit: *d* De Aram adduxit me Balach Rex Moabitarum, de montibus Orientis. Veni, inquit, & maledic Jacob: propera, & detestare Israel. Quomodo maledicam, *e* cui non maledixit Deus? Qua ratione detestor, quem Dominus non detestatur? *f* De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. *g* Populus solus habitabit, & inter Gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit *h* pulverem Jacob, & nosse numerum stirpis Israel? *i* Moriatur anima mea morte justorum, & *k* fiant novissima mea horum similia. dixitque Balach ad Balaam: Quid est hoc, quod agis? ut malediceres inimicis meis, vocavi te: & tu e contrario benedicis eis? *l* Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod jusserit Dominus? Dixit *m* ergo Balach: Veni mecum in alterum locum, unde partem Israelis videas, & totum videre non possis, & inde maledicito ei. Cumque duxisset eum in locum sublimem super verticem montis Phasga, ædificavit Balaam septem aras, & impositis supra vitulis, atque arictibus dixit ad Balach; sta hic juxta holocaustum tuum, donec ego pergam obvius. Cui cum Dominus occurrisset, posuissetque verbum in ore ejus, ait: Revertere ad Balach, & hæc loqueris ei. Reversus invenit eum stantem juxta holocaustum suum, & Principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balach: quid, inquit, locutus est Dominus? At ille assumpta parabola sua ait: *n* Sta Balach, & ausculta, audi, fili Sephor: Non est Deus *o* quasi homo, ut mentiatur; *p* nec ut filius hominis, ut *q* mutetur. Dixit ergo, & non faciet? *r* Locutus est, & non implebit? Ad benedicendum *s* adductus sum, *t* benedictionem prohibere non valeo. *u* Non est idolum in Jacob, nec videtur simulacrum in Israel: Dominus Deus ejus cum eo est, & *x* clangor victoriæ regis in illo: Deus *y* eduxit eum de Ægypto, cujus fortitudo similis est Rhinocerotis. *z* Non est augurium

a In ore ejus,] scilicet Balaam, licet malus esset, & causa cupiditatis venisset illuc. Spiritus enim sanctus aliquando per malos loquitur bona. Unde & de Saule dicitur 1. *Reg.* 19. Factus est Spiritus Domini super eum, & ambulabat ingrediens, & prophetabat: & de Caipha *Joan.* 11. dicitur: Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit. Quippe quia Spiritus, ubi vult, spirat. *Joan.* 3. *b* Et hæc loqueris.] Quæ sequuntur.

B

Psalm. 137. *c* Assumptaque parabola] idest, incepta narratione sua, sive ratione. Parabola vero est rerum genere dissimilium comparatio. *d* De Aram,] *Glos.* *Septuaginta* de Mesopotamia, quæ fluminibus Babyloniæ abluitur. Unde super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus, dum recordaremur Sion.

e Cui non maledixit Deus?] Sed alicui putas, maledicit Deus? ad serpentem dicit *Gen.* 3. Maledictus tu in omnibus bestiis terræ. Et ad Adam *ibid.* Maledicta terra in opere tuo. Et ad Cain *Geneseos* 4. Maledictus eris super terram, &c. Item *Matth.* 25. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Contra: Dicit Apostolus *Rom.* 12. Benedicite, & nolite maledicere: Videtur quod ipse Deus faciat, quod ab hominibus non vult fieri; qui tamen exemplum vitæ hominibus ponit. Solutio: Deus cum maledicit, meritum designat, cui maledicit, & sententiam promit: utpote quem non fallit, neque peccati qualitas, neque peccantis affectus: Homo autem hæc non scit. Item homo prohibetur maledicere, ne aliqua zelo vindictæ faciat, quæ deberet facere amore justitiæ. Hæc innuit *Glos. Origen.*

f De summis silicibus] Ad litteram, duxerat eum ad locum excelsum ipse Balach, ut melius posset videre populum Domini ad maledicendum: Vel Amphibologica est locutio: & est sensus, videbo eum de summis silicibus, id est, in eminenti positum, & sublimatum: & est prophetia de exaltatione populi judaici. Unde hic incipiunt verba quæ Dominus posuit in ore suo.

g Populus solus] Ad litteram populus Judaicus a ceteris Gentibus separatus est victu, vestitu, cultu. Et hoc est, habitabit solus inter Gentes. Vel: solus habitabit inter Gentes, & non reputabitur: & singularis erit præ omnibus, & innumerabilis.

h Pulverem Jacob,] quasi dicat: Sicut pulvis terræ non potest numerari præ multitudine, sic nec populus Israel.
i Moriatur anima mea, &c.] idest, ad similitudinem eorum, idest, sicut justi moriuntur; sic moriar ego. Vel istorum, idest, ut isti moriantur, sic moriar ego. Vel prophetice dixit hoc, licet ignorans. Sic enim postea accidit, quod Hebræi occiderunt eum, ut dicit *Glos. illa*: De se prophetare, &c. Vel est prophetia de Magis, ut dicit *Int.*
k Fiant novissima] idest, moriturus similis illis efficiar.
l Cui ille respondit) *Glos.* cui verbum in ore posuit Deus.
m Dixit ergo Balach: *Glos.* Putat eum perterritum Israelis multitudine, & ideo non ausum maledicere, & mutationem loci sibi prodesse, scilicet, putat.
n Sta Balach) Quærit *Origen.* cum stantem invenisset, quare dicat, sta? Quia stare in idololatria, cadere est; & ideo stanti sic dicitur, ut stet fide. Ad litteram autem dicit sta, idest, non recede a loco.
o Quasi homo,] Quia omnis homo mendax.
p Nec ut filius hominis,] *Glos.* Qui vitiis impediatur, ne verum sit, quod loquitur. *Psalm. 115. Rom. 3.*
q Ut mutetur.] *Glos.* Mutabilis vitio humanæ fragilitatis.

C

Psalm. 148. *r* Locutus est,] quasi dicat, imo quia dixit, & facta sunt. Nota *Malach.* 3. Ego Dominus, & non mutor. 1. *Reg.* 15. dicit Samuel Sauli: Porro triumphator in Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur. Non enim est sicut homo, ut agat penitentiam. Contra: *Genes.* 6. Pœnitet, me fecisse hominem. Item 1. *Regum* 15. *Jerem.* 18. Si egerit penitentiam Gens illa a malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Ad hoc dicit *Gregor.* quod Dominus mutavit sententiam, non consilium. Sententiam mutat, quando facit aliud, quam verba videantur sonare, consilium non mutat, idest divinam præscientiam, quæ æterna est. Ubi dicitur Deus non mutari, non pœnitere, immobilitas divinæ præscientiæ notatur: ubi dicitur pœnitere, sententiæ mutatio designatur. *Orig.* objicit in *Glos.* de prophetia Jonæ super Ninive.

D

s Adductus) A Deo ad benedicendum, qui verum posuit in ore suo, nihilominus adductus est a Rege, & Dæmonibus ad maledicendum. Sed quomodo benedicit, qui nec bona intentione venit. Solutio: Benedicit idest, bona, vel vera dicit. *Infr. 14.* *t* Benedictionem prohibere, &c.) Non enim potest, etsi velit verbum Dei humana lingua convertere. *u* Non est idolum in Jacob,) Alia translatio habet: Non erit labor in Jacob, neque videbitur dolor in Israel, ut dicit *Origen.* Futuræ vitæ status denuntiatur, qui sine labore, & dolore est in Jacob, idest, in bonis. Forte in malis erat. *Inter.* ponit differentiam inter idolum, & simulacrum. Idolum enim est imago nullius rei existentis repræsentativa. Unde 1. *Cor.* 8. Scimus, quia nihil est idolum in mundo. Simulacrum est imago alicuius rei repræsentativa. *x* Et clangor) Hoc dicit, quia Dominus pugnat pro eis. *y* Deus eduxit, &c.) *Orig.* ponit hanc litteram: Dominus qui eduxit eum de Ægypto, sicut gloria est unicornis ei: Et dicit impletum hoc tam de carnali quam spirituali Israele. Carnalis enim Israel de Ægypto terrena eductus est: Spiritualis de hujus sæculi Ægypto, & potestate tenebrarum. Et est sensus: Gloria Christi, qui eduxit Israel de Ægypto, est sicut gloria unicornis, sive rhinocerotis. Sicut enim rhinoceros unum cornu tantum habet, unde & unicornis dicitur; sic Christus unum regnum, quod per cornu significatur. Unde *Daniel.* 8. Cornu grande, quod erat inter oculos, ipse est Rex primus. Vel cujus, populi, scilicet fortitudo, ei similis est rhinocerotis, quia unitas, & uniformitas facit populum fortem contra Dœmones. Unde Ecclesia propter concordiæ unitatem dicitur terribilis, ut castrorum acies ordinata. *Cant.* 6. *z* Augurium in Jacob, &c.) Augurium est divinatio in garritu avium. Divinatio autem

hæc

hæc non divinitus datur, sed per Antiphrasim dicitur, ut lucus. Et dicit *Orig.* hic, quod futurorum præscientia nec bonum, nec malum est proprie, sed medium: quia aliquando a Deo hominibus inspiratur, & tunc quidem bona est. Aliquando autem per Dæmones hominibus revelatur tunc quidem mala est. Bona est ergo præscientia futuri, quæ a Deo per inspirationem datur: Mala vero quæ a Demonibus per augurium acquiritur. Et nota, quod augures ministerio avium, & animalium in suis auguriis utuntur, quæ in lege immunda judicantur. *Levit.* 11.

a Temporibus suis] Alia littera habet in tempore, ubi nos habemus temporibus. Et est hic prophetia de Incarnatione Domini. Non est hic alius sensus historicus, nisi iste: Tempore enim suo dictum est Jacob, idest illis, qui adhuc sunt in luctu hujus sæculi, & Israeli, idest illis, qui jam sunt in quiete pectoris: Quid Dominus operatus est in tempore incarnationis, Passionis, Resurrectionis, Ascensionis: quid operaturus sit tempore extremæ examinationis, idem quotidie, & in fine dicetur ad litteram ipsi Jacob, idest Judæis, quando reliquiæ convertentur: Reliquiæ inquam, Jacob ad Deum fortem. *Is.* 10. *b* Ecce populus, &c.] Alia littera quam ponit *Orig.* habet: Ecce populus, sicut catulus Leonis exurget, & sicut Leo exultabit: & loquitur Balaam adhuc parabolice de spirituali Israel, i. de populo Christiano. Sicut enim catulus Leonis primo salit ex lascivia, sed postea fit Leo: sic Populus Christianus primo exultat in Domino in principio suæ conversionis; & tandem fit perfectus, & fortis contra hostes. Potest tamen hoc exponi de carnali Israel. Sicut enim Leo, vel Læena sanguinem fundit; sic Israel sanguinem hostium suorum fudit, & victor extitit. *c* Non accubabit] *Orig.* ponit hanc litteram: Non dormiet, donec comedat prædam, & sanguinem vulneratorum bibat. Et dicit hoc ad litteram non posse stare, & exponit mystice sic: Populus Christianus non accubabit, i. non quiescet, donec comedat prædam, i. devoret peccata, quasi prædam raptam Dæmonibus per contritionem, & confessionem, & satisfactionem: & bibat sanguinem occisorum, idest, suscipiat verba Christi fide viva, & Apostolorum propter Ecclesiam occisorum, vel sanguinem in Sacramento Altaris. Unde *Jo.* 6. Sanguis meus vere est potus. Potest tamen ad litteram sic exponi: Israel carnalis, i. ille populus non accubabit, i. non acquiescet, donec devoret prædam, i. terram Chananæorum, quasi prædam ab hostibus obtineat, & sanguinem occisorum bibat, idest, sitim desiderii sui fundendo sanguinem hostium extinguat, & sic satiatus quiescat.

d Veni, & ducam] *Gloss.* Putat Balach magis deesse divino ad maledicendum loci opportunitatem, quam voluntatem, quia secundum errorem Gentilium putat omnia inesse locis, & temporibus. *e* Phogor,] Dominus quos vocat, ponit in vertice montis Sinai, quod interpretatur tentatio, sed Balach, qui interpretatur excludens, i. Diabolus, quos vocat, ponit in vertice montis Phogor, quod interpretatur delectatio. *f* Et para totidem] Hic ponit *Orig. Gloss.* in qua quærit, quare Dominus præcepit sacrificia Judæis offerri, cum in talibus non delectaretur, ut dicitur *Is.* 1. Et respondet, quod maluit Deus sibi offerri, quam idolis. Sicut enim bonus Medicus venenum veneno expellit; ita Dominus hostiarum oblationem factam Dæmonibus voluit expellere per oblationem sibi exhibitam. Aliter etiam potest dici, quod delectabatur in hostiis Dominus, & non delectabatur. In opere operato non delectabatur; in opere operante, & formato fide, spe, & charitate delectabatur. Item in signo non delectabatur; in signato vero delectabatur.

A

in Jacob, nec divinatio in Israel, *a* Temporibus suis dicetur Jacob, & Israel, quid operatus sit Deus. Ecce *b* populus ut Leæna consurget, & quasi Leo erigetur. Non *c* accubabit, donec devoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. Dixitque Balach ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. Et ille ait: Nonne dixi tibi, quod quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerem? Et ait Balach ad eum: *d* Veni, & ducam te ad alium locum, si forte placeat Deo, ut inde maledicas eis. Cumque duxisset eum super verticem montis *e* Phogor, qui respicit solitudinem, dixit ei Balaam: Ædifica mihi hic septem aras, & *f* para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes per singulas aras. Fecit Balach, ut Balaam dixerat, imposuitque vitulos, & arietes per singulas aras.

CAP. XXIV.

CUMQUE *g* vidisset Balaam, quod placeret Domino, ut benediceret Israeli, nequaquam abiit, ut ante perrexerat, ut augurium quæreret; sed dirigens contra desertum vultum suum, & elevans oculos vidit Israel in tentoriis commorantem per Tribus suas, & *h* irruente in se spiritu Dei, assumpta parabola ait: Dixit *i* Balaam filius Beor: dixit homo, cujus *k* obturatus est oculus: dixit *l* auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, *m* qui cadit; & sic aperiuntur oculi ejus. Quam *n* pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Israel, *o* ut valles nemorosæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut *p* tabernacula, quæ fixit Dominus quasi cedri prope aquas: *q* Fluet aqua de situla ejus, & semen illius erit in aquas multas; *r* Tolletur *s* propter Agag *t* Rex ejus: & auferetur regnum illius: *u* Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitu-

EXPOSITIO CAP. XXIV.

CUmque *g* vidisset,] Quæritur quomodo hoc vidit Balaam cum Dominus non fuerit ei locutus, neque sacrificium ejus placuerit ei, imo displicuerit, quia malus erat? Responsio. Balaam ariolus erat, & Dæmones, quos solebat invocare in suis sacrificiis, in isto sacrificio non fuerunt: & inde conjecturam habuit quod Domino placuit, ut benediceret: quia si non placuisset, permisisset Dæmones venire ad eum, qui docerent eum maledicere populo Dei.

B

h In se] scil. dormiente: Balaam enim primum vidit dormiens, quod postea evigilatus dixit Balach.

i Dixit Balaam] De se quasi de alio loquitur.

k Obturatus est] Hebræus habet, & translatio *Orig.* Cujus revelatus est oculus, tamen idem est, quia dum dormiret in somnis, obturatus est oculus corporis, & revelatus est oculus cordis. Unde sequitur. *m* Qui cadit, & sic aperiuntur oculi ejus, &c.] Mentis, scil. *Gloss.* Qui in somnis clausis corporeis oculis angelico ministerio hæc vidit. Oculos vero mentis partim habet apertos, partim clausos, qui mysteria futura agnoscit, sed errorem non corrigit. Sic iniqui aliud scientia, aliud moribus agunt: aliud ore, aliud opere ostendunt. *l* Auditor] scilicet, Balaam, non factor: *Jacob* 1. de hoc [Qui cadit,] i. jacet in lecto dormiens. Unde Hebræus habet: Qui ponit se in lecto, vel cadit per humilitatem. Ibi dicit *Gloss.* Jacens miracula considerat, qui Dei potentiam pensat, sed vivendo, non amat: ideo dicit Dominus *Is.* 42. Qui vides multa, nonne custodies? *n* Quam pulchra tabernacula, &c.] Hoc dicit ad litteram propter tabernaculum, quod Moyses fecit, quod est figura fidelium animarum, in quibus Christus militat in hoc mundo. Unde *Job* 7. Militia est vita hominis super terram.

Supr. 23.

o Ut valles nemorosæ,] ubi flumina, ubi umbra contra æstum caloris. Unde alia translatio habet: ut nemorosa umbracula. *p* Ut tabernacula, q. d. Nil mirum, si pulchra, quia ea fixit Dominus. *q* Fluet aqua de situla] Parabolice loquitur, situlam vocans, de primitiva Ecclesia, aquam, doctrinam. Et est sensus, de primitiva Ecclesia exibit multa doctrina. *Is.* 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem; vel situla est Gentilitas, aqua, populi multi. *Isaiæ* 40. Ecce Gentes quasi stilla situlæ, & quasi stateræ momentum sic reputatæ sunt. *r* Tolletur] A regno, scilicet. Hæc est prophetia de Saul, qui pepercit Agag Regi Amalecitarum contra præceptum Domini, propter quod amotus est a regno, ut legitur 1. *Reg.* 15. Propter Agag] Regem scil. Amalecitarum, cui pepercit Saul.

t Rex ejus:] scil. Saul, auferetur a semine suo, propter quod successit ei David. *u* Deus eduxit] Alia littera: exibit homo, i. Christus de semine ejus, & dominabitur Gentibus multis, & exaltabitur Gog regnum ejus.

ejus, & crescet regnum ejus: Deus deduxit eum ex Ægypto, sicut gloria unicornis, &c. Gog ponitur hic pro interpretatione sua, non pro Gente illa, quæ dicitur Gog. Dicitur enim, quod de Noe fuerunt Gog, & Magog, quæ sunt gentes remotissimæ, sed tamen in fine venient cum Antichristo. Est ergo sensus: Exaltabitur Gog, i. super tecta regum ejus, idest Christi, & crescet: exaltatur quidem in perfectione virtutis, crescet in multitudine personarum.

a Devorabunt Gentes] adjunctæ populo Israel in auxilium. Vel ipsi filii Israel devorabunt Gentes, quæ sunt hostes illius, idest, Israel. Alia littera habet: Edet Gentes inimicorum suorum, & crassitudines illorum medullabit.

b Sagittis.] *Septuaginta* habent. Et jaculis suis sagittabunt inimicum. Christus enim verbis suis vincit Diabolum, & omnes contradicentes superat, & confringit. Omnis enim qui peccat, inimicus ejus est, dum peccat. Si autem verbis Dei confixus, peccata sua agnoscens compungitur ad pœnitentiam conversus, jaculis ejus dejicitur.

C

Sap. 14.

c Accubans] idest, Israel requiescet in terra sua expulsis hostibus; & non erit, qui exterreat. Vel: Accubans, scilicet, Christus in cruce positus, & principatus, & potestates triumphavit. Christus est leo in perfectis, catulus leonis in parvulis. *d* Qui benedixerit] More prophetico apostrophat, convertens sermonem ad populum. *Gloss. Orig.* Ego puto, quod non solum maledicit Christo, qui sermonem adversus eum profert maledictum; sed etiam qui sub nomine Christiani male agit, turpiter vivit, & inhonestis verbis, vel factis nomen ejus facit blasphemari. *Rom.* 2. Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes: *Is.* 52. Jugiter tota die nomen meum blasphematur. Sicut non solum benedicit Deum, qui sermonibus solis, sed actibus, vita, & moribus facit nomen Dei benedici. *e* Complosis] i. connexis ad invicem, quod est signum magni doloris. *f* Sed Dominus privavit] *Gloss.* Ostendit Dominus, quod etiam Balach intellexit, non jam Dæmonum ministerio decipi Balaam, sed Dei virtute ad meliora transferri. *g* Non potero præterire] i. non potero mutare voluntatem Domini nec sacrificiis, aut muneribus efficere, ut dispositio ejus mutetur. *h* Faciat] ut scilicet, formosas mulieres mitteret ad filios Israel, quarum amore allicerentur ad idololatriam. Sed hic non habemus consilium. De hoc consilio dicitur *Apoc.* 2. Habeo adversum te pauca. Habes enim illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israel, scil. edere de sacrificio idolorum, & fornicari. *i* Extremo tempore.] Recessus mei, scilicet. *k* Sumpta igitur parabola] Hic incipit quarta prophetia Balaam, in qua manifeste de incarnatione Christi prophetat. *l* Dixit Balaam:] Non ait: Hæc dicit Dominus, sicut est mos Prophetarum.

m Oculus] Carnis, sed revelatus oculus mentis, ut dicit littera Hebræorum. *n* Auditor] Non factor. *Jac.* 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum. *Rom.* 2. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. *o* Qui novit doctrinam] *Orig.* ponit hanc litteram: Quomodo scit scientiam excelsi, qui Balach docuit, ut mitteret scandalum coram filiis Israel, ut manducarent immolata, & fornicarentur. Ab hac littera sumpsit Joannes auctoritatem illam, quam prædiximus: *Apocalypsis* 2.

do similis est rhinocerotis. *a* Devorabunt Gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, & perforabunt *b* sagittis. *c* Accubans dormivit ut leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. *d* Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Iratusque Balach contra Balaam, ter *e* complosis manibus ait: ad maledicendum inimicis meis vocavi te quibus e contrario benedixisti: Revertere ad locum tuum. Decreveram quidem magnifice honorare te, *f* sed Dominus privavit te honore disposito. Respondit Balaam ad Balach; Nonne nunciis tuis, quos misisti ad me, dixi; si dederit mihi Balach plenam domum suam argenti, & auri, *g* non potero præterire sermonem Domini Dei mei, ut vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo; sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar? Verumtamen pergens ad Populum meum, dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic *h* faciat *i* extremo tempore. *k* Sumpta igitur parabola rursum ait: Dixit *l* Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus est *m* oculus: dixit *n* auditor sermonum Dei, *o* qui novit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui *p* cadens *q* apertos habet oculos: *r* Videbo eum, sed *s* non modo; intuebor illum, sed non prope. *t* Orietur stella ex Jacob, & *u* consurget virga de Israel, & percutiet *x* Duces Moab, vastabitque omnes *y* filios Seth, & erit Idumæa *z* possessio ejus. *a* Hæreditas Seir cedet inimicis suis; Israel vero fortiter aget. De Jacob erit, qui dominetur, & perdat *b* reliquias civitatis: Cumque *c* vidisset Amalech, assumens parabolam, ait; Principium Gentium Amalech, cujus *d* extrema per-

p Cadens] in somnum, scilicet, vel ad terram per curvam intentionem.

q Apertos habet oculos:] Angelico ministerio futura cognoscens. *r* Videbo eum,] scilicet Christum in posteris, quia Magi viderunt eum.

s Non modo] Quia magnum tempus a Balaam usque ad Christum.

t Orietur stella] Non est hic sensus historicus, nisi propheticus tantum de Christo, idest, Christus ex Judæis secundum carnem.

u Consurget virga] idest, Maria ex Israel. *Isai.* 11. Egredietur virga de radice Jesse. Vel Christus dicitur, & stella, & virga, stella a stando, quia suos stare facit. Et quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Stella sex radios habet, quibus irradiat noctem; & Christus sex virtutes habet, quibus illuminat omnem hominem. Prima est humilitas. Secunda mansuetudo. De istis duabus *Matth.* 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Tertia obedientia: *Philipp.* 2. Christus factus est obediens Patri usque ad mortem. Quarta patientia, *Isaiæ* 42. Super tacui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Quinta est misericordia. *Job* 31. Ab infantia mecum crevit miseratio, & de utero matris egressa est mecum. Sexta est Charitas 1. *Joannis* 4. In hoc apparuit Charitas Dei in nobis, quoniam unigenitum Filium suum misit in mundum, ut vivamus per eum. Hi sunt sex gradus, quibus ascenditur ad thronum Salomonis, idest ad Christum. Virga autem dicitur Christus, quia flagellat non credentes. *Jeremiæ* 1. Quid tu vides Jeremia? Virgam vigilantem ego video. Et *Psalm.* 1. Reges eos in virga ferrea, idest, inflexibili minis, vel adulationibus, vel muneribus, vel vitiis, vel timore, & hujusmodi.

Jo. 1.

D

x Duces Moab,] Sic continuat: Virga, i. Christus, consurget ex Israel, idest, nascetur ex Judæis, & percutiet Duces Moab, idest Dæmones, vel vitia in Moabitis, quæ homines ducunt ad perditionem.

y Filios Seth,] i. totum genus humanum, quia quid carnale est, in bonis conteret, & malos perdet. De Seth enim fuit totum genus humanum, quia omnes filii Cain in diluvio perierunt, & Abel sine filiis mortuus fuit.

z Possessio ejus] idest, omnes Gentes servient ei.

a Hæreditas Seir] Edom, & Seir eadem hæreditas sunt. Et est sensus, Edom, & Seir confœderabuntur Judæis prædicatione Apostolorum, & fient utrique hæreditas Christi, Vel ad litteram impletum fuit hoc in David, qui Idumæos sibi tributarios fecit.

b Reliquias civitatis.] Reliquiæ salvæ fient. Vel ad litteram intelligitur de David, qui expulit Jebusæos de Jerusalem, 2. *Reg.* 5. Et 1. *Paral.* 11.

Is. 10. Rom. 9.

c Cumque vidisset] Omnia, quæ dicuntur hic de Amalech, possunt intelligi de destructione Amalechitarum facta a Saule. 1. *Regum* 15. Sed hoc dissidet, quod dicit Amalech esse principem Gentium, quod non est verum; Amalech enim fuit filius Eliphas primogeniti Esau, a quo fuerunt Amalechitæ. Sed potest dici, quod Amalech fuit principium Gentium pugnantium, scilicet, contra Israel venientium de Ægypto, ut legitur *Exod.* 17. Et dicitur Amalech principem Gentium pugnantium, quia primus pugnavit contra Israel post exitum de Ægypto.

d Extrema] Hoc impletum est per Saul 1. *Reg.* 15.

e Vidit

dentur. *a* Vidit quoque Cinæum, & assumpta parabola, ait: *b* Robustum quidem est habitaculum tuum; sed si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, *c* quamdiu poteris permanere? *d* Assur enim capiet te. Assumptaque parabola iterum locutus est: *e* Heu quis victurus est, quando ista faciet Deus? *f* Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad *g* extremum etiam ipsi peribunt. Surrexitque Balaam, & reversus est in *h* locum suum: Balach quoque via, qua venerat, rediit.

C A P. X X V.

MOrabatur *i* autem eo tempore Israel in Sethim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ *k* vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adoraverunt Deos earum, *l* initiatusque est Israel Beelphegor. Et iratus Dominus ait ad Moysen, *m* Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos *n* contra Solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel. Dixitque Moyses ad judices Israel. Occidat unusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. Et *o* ecce unus de filiis Israel intravit coram fra-

a Vidit quoque Cinæum,] Iste est populus, qui fuit de Cinæo filio Jethro, qui duxit per desertum filios Israel, ut legitur *sup.* 10. cui dixit Saul. Discede de medio Amalech, & non percutiam te: quia fecisti misericordiam in Israel. 1. *Reg.* 15. Hos Cinæos expulerunt filii Israel de terra promissionis, licet in tutissimis locis habitarent. Hanc expulsionem prophetat hic Balaam. *b* Robustum quidem est] Hoc dicit, quia difficilis erat accessus ad loca eorum.

c Quandiu poteris] q. d. non diu poteris permanere. Cis pater fuit Saul, & de illo forte intelligi debet, quod dicitur hic de stirpe Cin. *d* Assur enim] hic prophetat Balaam, quod Assyrii vastarent terram filiorum Israel, quod impletum fuit sub Osee ultimo Rege Israel, & Teglatphalasar Rege Assyriorum imperante, & aliis Regibus postea. 4. *Reg.* 17. *e* Heu quis, &c.] Hæc est conclusio prophetiæ Balaam, q. d. Heu mihi, non videbo, quando ista fient? Sed quis est tam felix, qui videat, sentiat, intelligat, & credat ista? Hinc est, quod dicit Dominus Discipulis *Matth.* 13. Beati oculi vestri, qui vident: & aures vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & justi cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt, & audire, quæ auditis, & non audierunt. *f* Venient in trieribus] Trieres sunt naves, tres ordines remorum habentes. Et prophetat hic Balaam ad litteram de Romanis, qui post adventum Christi subjecerunt sibi Assyrios, & Hebræos, & fere totum mundum, & ad extremum ipsi Romani peribunt. Ad litteram ergo Monarchiam Romanorum prædixit hic, & in fine temporum eorumdem destructionem. *Joseph* dicit Balaam prophetasse, quod totus orbis adhuc futurus esset Judæorum, & habitaculum æternum. Vel per Italiam, quæ versus Occidentem respectu Jerusalem, significatur finis mundi, quando Christus omnia regna mundi sibi subjugabit, & suis: qui tamen in tempore Antichristi in parte superabuntur, quia multi credent in Antichristum. Hunc sensum dicit *illa Gloss.* Videtur, &c. *g* Ad extremum] *Gloss.* Cum vires suas effuderint scil. Romani. *h* Ad locum suum,] *sup. eod.* promiserat Balaam se daturum consilium Balach in recessu suo, qualiter posset filios Israel superare, ut scilicet mitteret eos ad formosas mulieres de Moab, quæ allicerent eos ad amorem earum, & eis allectis simularent se recessuras, nisi idolis immolarent: & sic Deum offenderent, quo offenso possent superari. Tamen quod Balaam consilium dederit in discessu suo non legitur hic, sed potuit esse, quod secreto locutus est Balaam ad Balach, & tunc dedit ei hoc consilium, quod conjici potest ex verbis Joannis *Apocal.* 2. ubi dicitur: Habeo adversum te pauca. Habes enim illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israel, edere scilicet de sacrificio idolorum, & fornicari.

E X P O S I T I O C A P. X X V.

MOrabatur *i*, &c.] LXX. habent, applicuit Israel in Sethim. Nec est mansio, sed pars campestrium Moab, quæ fuit una mansio. Et hic prosequitur Moyses, quid fecerit Israel post recessum Balaam. Fornicatus est enim cum filiabus Moab. *k* Vocaverunt] Postquam allexerant eos ad amorem suum. *l* Initiatusque est Beel] i. Israel consecratus est Beelphegor, scil. idolo Madianitarum, quod Græci Priapum vocant, Latini idolum tentiginis. Phegor nomen est idoli; Beel idem est quod Deus. Unde sensus est Beelphegor, idest, Deus dictus Phegor. *Orig.* Consecratus est hic, scil. ministeriis idoli, quod apud Madianitas præcipue a mulieribus colitur. Et est species turpitudinis, sed scriptum vix reperitur, quæ & qualis sit, vel cujus formæ: forte ne auditorem polluat. Cum ergo multæ sint turpitudinis species, una Beelphegor dicitur. Omnis ergo, qui turpe aliquid committit in aliqua turpitudinis specie Beelphegor consecratur.

m Tolle cunctos Principes] i. Duces Tribuum, quos suspendi præcipit. Forte quia non corripuerat subditos: vel Principes dicit auctores idololatriæ. Unde statim sequitur: Dixit Moyses, &c. Alia translatio habet: Tolle Principes, & ostenta eos Domino contra Solem, & auferetur ira animadversionis Domini ab Israel. Et dicit *Aug.* quod idem est ostentare Domino contra Solem, quod crucifigi palam in exemplum. Unde Græcus habet paradigmatizon, i. ad exemplar. Paradigma enim exemplum dicitur. *Aquila* dixit, sursum confige. *Symmacus* dixit, suspende Et quærit *Aug.* utrum præceptum Domini de suspensione Ducum fuerit adimpletum, aut non? Si non moriatur, quomodo impune contemptum est mandatum Domini? Si sic moriatur, quare Scriptura tacuit? Præterea, si factum est, & tacitum, cur ex eo, quod Phinees transfixit adulteros, dicit Scriptura Dominum placatum fuisse, cum transfixis duobus fuerit placatus? Dixerat Dominus: suspende Principes, ut auferatur furor meus ab Israel. Ad hoc dicit *Augustinus* quod cum Moyses jussisset unumquemque interficere proximum suum, idolis consecratum, accidit illud factum Phinees, & sic ira Dei placata fuit. Unde non fuit opus postea crucifigi Principes. Nota *Gloss. Origen.* Populus peccat, & Principes ostentantur contra Solem, ad examinandum, ut arguantur a luce. Non enim tantum pro suis arguuntur delictis: Pro populo enim coguntur Principes reddere rationem, ne forte non docuerint, non monuerint, nec soliciti arguerint eos, qui primum peccaverint, ne contagio dispergeretur in populos. In ipsos enim convertetur ira Dei, & cessabit a populo. Hæc si cogitarent homines, principatus non ambirent. Sufficit cuique pro peccatis propriis argui, & reddere rationem. Quid necesse est pro peccatis populi ostentari contra Solem, ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari? Item alia *Gloss. Origen.* dicit: Fortasse referuntur hæc ad Angelos, venient enim ad judicium nobiscum, & stabunt ante Solem justitiæ, ne forte aliquid causæ ex ipsis fuerit, quod deliquimus, ne forte minus operis expenderint, ut nos a peccatis revocarent. Unde *Apocal.* 2. Habeo aliquid adversus te, quia habes ibi tenentes doctrinam Balaam, &c. Illud dicit *Gloss.* Ne mireris, si Angeli veniant cum hominibus ad judicium. Ipse enim Dominus ad judicium veniet cum Principibus populi sui. Ostentantur ergo Principes: & si in illis culpa, desinit ira Dei a populo. Debemus ergo magis soliciti esse, scientes, quod non solum pro actibus nostris stabimus ante tribunal Domini, sed & Angeli tanquam Principes, & Duces nostri. Unde: obedite præpositis vestris. Ipsi enim pervigilant tanquam rationem reddituri pro animabus vestris. *n* Contra Solem] quem nihil latet, palam scilicet, ut omnibus sint in exemplum: Et *o* ecce unus de filiis Israel] Vocaverat Moyses duodecim Principes Tribuum, ut eorum consilio suspenderentur auctores sceleris: & dum essent in consilio, quidam Israelita coram omnibus intravit ad quamdam Madianitidem. Quod videns Phinees filius Eleazari Sacerdotis, secutus est eum, & confodit eos simul, & sic cessavit quassatio, idest, strages populi, & ira Domini contra populum. Et hoc est, quod dicit: Et ecce unus, &c. Tamen *Joseph.* dicit; quod Zambri Princeps in Tribu Simeon duxerat filiam cujusdam potentis Madianitarum, quæ dicebatur Cozbi. Iste Zambri uxore jubente in quadam solemnitate non immolavit Deo cum aliis undecim Ducibus, quamobrem cum Moyses Ecclesiam congregasset, & eos culparet, ille coram omnibus confessus est se alienigenam duxisse, & idola coluisse,

A

Jos. 22.

B

Exod. 18.

Hebr. 13.

coluisse nec legibus Moysi se obnoxium esse: & discedens coram omni turba, quæ flevit ante fores tabernaculi intravit tabernaculum uxoris. Et resurgens Phinees ingressus post eum invenit eos coeuntes, & confodit eos gladio in locis genitalibus, & *a* Occisi, &c.] Forte a Domino per plagam aliquam præcedentem, quæ tunc cessavit. *Joseph* videtur velle, quod plurimi juvenes zelo Phinees accensi, multa millia populi percusserunt.

b Sempiternam,] Unde *Eccl.* 45. Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini, & stare in reverentia gentis, in bonitate, & alacritate animæ suæ placuit Deo Israel; ideo statuit illi testamentum pacis, & Principem Sanctorum Gentis suæ fecit, ut sit illi, & semini ejus Sacerdotii dignitas in æternum.

c De cognatione,] Hoc satis consonat opinioni *Josephi supra*.

d Percutite eos:] Hoc factum est postea, cum Moyses misit exercitum, & percussit Madianitas, *infr.* 31. Et ita, quod hic præcipitur, inferius adimpletur. Vel forte statim adimpleverunt filii Israel præceptum Domini, & interfecerunt mulieres, quæ venerant ad seducendum populum: sed huic opinioni obviat illud, quod dicitur: percutite eos, & non eas. *e* Decepere] quia 1. allexerunt eos ad amorem suum: deinde captos amore suo traxerunt ad idololatriam. Hoc autem præcipue fecit Cozbi, quæ pulchra, & nobilis erat, & ideo de ipsa specialiter fit mentio: & dicitur, quod per ipsam, & per Phegor deceptus fuit Israel.

f Phegor,] sive Beelphegor. *g* Sororem suam,] i. illorum Madianitarum, quia de illis erat.

tibus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari, filii Aaron Sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & accepto pugione ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul virum, scil. & mulierem in locis genitalibus. Cessavitque plaga a filiis Israel, & *a* occisi sunt vigintiquatuor millia hominum. Dixitque Dominus ad Moysen: Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis avertit iram meam a filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israel in zelo meo: Idcirco loquere ad eum. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quam semini ejus pactum Sacerdotii *b* sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiorum Israel. Erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide Zambri filius Salumi Dux de *c* cognatione, & Tribu Simeonis. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Hostes vos sentiant Madianitæ, & *d* percutite eos: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & *e* decepere insidiis per idolum *f* Phogor, & Cozbi filiam Ducis Madian *g* sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

C A P. XXVI.

POstquam *h* noxiorum *i* sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen, & Eleazarum filium Aaron Sacerdotem. Numerate omnem summam filiorum Israel a viginti annis, & *k* supra per domos, & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque Moyses, & Eleazar Sacerdos in campestribus Moab super Jordanem contra Jericho ad eos, qui erant a viginti annis, & supra, sicut Dominus imperarat: quorum iste est numerus. Ruben primogenitus Israel: Hujus filius Enoch, a quo familia Enochitarum: & Phallu, a quo familia Phalluitarum: & Esron, a quo familia Esronitarum, & Charmi, a quo familia Charmitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben, quarum numerus *l* inventus est quadraginta tria millia, & septingenti, triginta. Filius Phallu: Heliab, hujus filii Namuhel, & Dathan, & Abiron Principes populi, qui *m* surrexerunt contra Moysen, & Aaron in seditione Chore, quando adversum Dominum rebellaverunt, & aperiens terra os suum, *n* devoravit Chore morientibus plurimis, quando combussit ignis 250. viros. Et factum est grande miraculum, ut Chore pereunte, filii illius non perirent. Filii Simeon per cognationes suas: Nahumel, ab hoc, familia Nahumelitarum: & Jamin, ab hoc, familia Jaminitarum: Jachin, ab hoc, familia Jachinitarum: Zaræ, ab hoc, familia Zareitarum: Saul, ab hoc, familia Saulitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon; quarum omnis numerus fuit *o* viginti duo millia, ducenti. Filii Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc, familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarum: Harod, ab hoc, familia Haroditarum: Arihel, ab hoc, familia Arihelitarum. Istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit *p* quadraginta millia, quingenti. Filii Juda, Her & Onam, qui *q* ambo mortui sunt in terra Chanaan. Fueruntque filii Juda per cognationes suas: Sela, a quo familia Selaitarum: Phares, a quo familia Pharesitarum: Zare a quo familia Zareitarum. Porro filii Phares, Esron, a quo familia Esronitarum; & Amul, a quo familia Amulitarum. Istæ sunt familiæ Juda quarum omnis numerus fuit *r* septuaginta millia quingenti. Filii Isa-

EXPOSITIO CAP. XXVI.

POstquam *h*, &c.] supra primo capite fecerat Dominus numerari omnes ad præliandum idoneos a vigintis annis usque ad quinquaginta, & inventi fuerunt sexcenta tria millia quingenti quinquaginta: sed quia contra Dominum, & Moysen in deserto multoties murmuraverunt, omnes prostrati sunt in deserto, præter Caleb, & Josue; ideo præcipiuntur hic numerari filii eorum a vigesimo anno, & supra, & omnes, qui in exitu de Ægypto infra vigesimum annum fuerunt constituti, & modo vigesimum attigerant, & inventi sunt sexcenta millia, & mille septingenti, & triginta: inter quos nullus eorum fuit, qui fuerant superius numerati, præter Caleb, & Josue. Levitæ etiam numerati sunt a mense uno, & supra, & inventi sunt viginti tria millia generis masculini. Sed cum legatur, quod nullus eorum, qui egressi sunt de Ægypto, intravit in terram promissionis, præter Caleb, & Josue, quæritur utrum de Levitis aliquis intraverit; an omnes cum aliis perierint? Ad hoc dicunt, quod non est certum, utrum Levitæ cum aliis, murmuraverint, & pariter perierint. Veruntamen pro coitu Madianitarum non omnes perierunt.

i Noxiorum] qui scilicet initiati fuerant Beelphegor. Aliqui dicunt: Noxiorum, scil. Madianitarum, quamvis non plane legatur occisio eorum. Alii intelligunt hoc de Madianitis mulieribus, cum quibus fornicati fuerant filii Israel.

k Supra,]i. juxta.

l Inventus est quadraginta tria millia, & DCCXXX.] In alio numero fuerunt 46 millia quingenti.

m Surrexerunt contra Moysen,] *sup.* 16. *n* Devoravit Chore,] Contrarium dicitur *sup.* 16. scilicet quod exustus est in igne egresso de thuribulis cum cel. sociis suis. Solut. revera incendio periit Chore; sed dicitur absorptus a terra, quia subito terra exustum ejus cadaver accepit; vel attribuitur Chore, quod complicibus suis accidit, scil. Dathan, & Abiron. Vel hic dicitur devoratio terræ pœna generalis, sicut *Josue* 7. combustio pro generali pœna sumitur. Ibi enim præcipitur Achor comburi; & tamen lapidatur. Similiter *Jerem.* 11. dicitur: eduxi vos de fornace ferrea, idest, de dura servitutis afflictione.

o Viginti duo millia cc.] supra fuerunt 59. millia ccc.

p Quadraginta millia] Supra fuerunt 45. millia 650.

q Ambo mortui sunt] *Gen.* 38. *r* Septuaginta millia d.] Supra fuerunt 47. millia, sexcenti.

Sexa-

a Sexaginta quat. mil. ccc.] sup. fuerunt liv. mil. cccc. *b* 60. m.d.] sup. lvii. m. cccc. *c* 52. m. dcc. sup. xxxii. m. cc. *d* 32. m.d.] sup. xl. m.d. *e* Quadraginta quinque mil. dc.] sup. xxv. mil. cccc.

D

f Sexaginta quat. mil. cccc.] sup. lxii. mil. dcc. *g* Quinquetria mill. cccc.] sup. xl. mil. & mil. quingenti. *h* Quadrag. quinque mil. cccc.] sup. liii. millia cccc. *i* Sexcen. mil. &c.] Summa superius fuit dc. tria millia, d. l. *k* Vocabulorum, id est, hominum propriis nominibus vocatorum.

l Pluribus &c.] *Gloss.* scil. ut numerosior tribus majora spatia terræ sortiatur, quæ minor autem fuerit hominum numero, minorem. Sed quomodo hoc fieri potuit? Sors enim Tribubus divisit, ut dicitur hic. Jactus autem sortium incertus est, & in contrarium sæpe cadit: ergo potuit esse, ut pauciores majorem partem terræ haberent, & plures minorem. Solutio: Terra prius fuit æque divisa, & postea secundum sortes distributa Tribubus: & quod dicitur hic, quod pluribus majorem partem dabis, intelligitur, non de Tribubus, non de familiis, sed de domibus. Terra enim æque divisa, per sortes est æqualiter Tribubus data: & postea quælibet Tribus sorte partes æquales dedit familiis Familiæ vero secundum numerum capitum, domibus diviserunt terram: majori domui, id est, quæ plura capita habebat, dabat majorem partem, & minori minorem: & hoc est, pluribus majorem dabis, &c. Quod autem dicit *Gloss.* ut numerosior Tribus majora spatia terræ sortiatur, sic exponitur, idest, forte distribuat domibus, ut scilicet, major domus majorem partem habeat. Unde in

Infr. 17. Josue 17.

E

char per cognationes suas: Thola, a quo familia Tholaitarum: Phua, a quo familia Phuatarum: Jasub, a quo familia Jasubitarum: Semram, a quo familia Semramitarum. Hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit *a* sexaginta quatuor millia trecentorum. Filii Zabulon per cognationes suas: Sared, a quo familia Sareditarum: Helon, a quo familia Helonitarum: Jalel, a quo familia Jalelitarum. Hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit *b* sexaginta millia 500. Filii Joseph per cognationes suas Manasse, & Ephraim. De Manasse ortus est Machir, a quo familia Machiritarum: Machir genuit Galaad, a quo familia Galaaditarum: Galaad habuit filios Hiezer, a quo familia Hiezeritarum: & Helech, a quo familia Helechitarum: & Asrihel, a quo familia Asrihelitarum: & Sechem, a quo familia Sechemitarum: & Semida, a quo familia Semidatarum: & Epher, a quo familia Epheritarum. Fuit autem Epher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantum filias, quarum ista sunt nomina; Maala, & Noa, & Egla, & Melcha, & Thersa. Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum *c* quinquaginta duo millia septingentorum. Filii autem Ephraim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, a quo familia Suthalitarum: Becher, a quo familia Becheritarum: Theem, a quo familia Theemitarum. Porro filius Suthala fuit Heram, a quo familia Heramitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Epraim, quarum numerus fuit *d* triginta duo millia quingentorum. Isti sunt Filii Joseph per familias suas: Filii Benjamin in cognationibus suis: Bale, a quo familia Baleitarum: Azbel, a quo familia Azbelitarum: Azhiram, a quo familia Azhiramitarum: Supham, a quo familia Suphamitarum: Upham, a quo familia Uphamitarum. Filii Bare, Hered, & Noeman. De Hered familia Hereditarum: De Noeman familia Noemitarum. Hi sunt Filii Benjamin per cognationes suas, quorum numerus fuit *e* quadraginta quinque millia 600. Filii Dan per cognationes suas: Suham, a quo familia Suhamitarum: Hæ sunt cognationes Dan per familias suas. Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat *f* sexaginta quatuor millia quadringentorum. Filii Aser per cognationes suas: Jemna, a quo familia Jemnaitarum: Jessui, a quo familia Jessuitarum: Brie, a quo familia Brietarum: Filii Brie: Haber, a quo familia Haberitarum: & Melchiel, a quo familia Melchielitarum. Nomen autem Filiæ Aser fuit Sara. Hæ cognationes Filiorum Aser, & numerus eorum fuit *g* quinquaginta tria millia quadringenti. Filii Nephtalim per cognationes: Jessihel, a quo familia Jessihelitarum: Guni, a quo familia Gunitarum: Jeser, a quo familia Jeseritarum: Sellem, a quo familia Sellemitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Nephtalim per familias suas, quarum numerus *h* quadraginta quinque millia quadringentorum. Ista est summa filiorum Israel, qui recensiti sunt, *i* sexcenta millia, & mille septingenti triginta. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Istis dividetur terra juxta numerum *k* vocabulorum in possessiones suas. *l* Pluribus majorem potestatem dabis; & paucioribus minorem: singulis sicut nunc recensiti sunt, tradetur possessio; ita dumtaxat, ut sors terram Tribubus *m* dividat, & familiis. Quicquid sorte contingerit, hoc vel *n* plures accipiant, vel *o* pauciores. Hic *p* quoque est numerus filiorum Levi per familias suas: Gerson, a quo familia Gersonitarum: Caath, a quo familia Caathitarum: Merari, a quo familia Meraritarum. Hæ sunt familiæ Levi. Familia Lobni, familia Hebronni, familia Mooli, familia Musi, *q* familia Chori. At vero Caath genuit Amram, qui habuit uxorem Jocabeth *r* filiam Levi, quæ nata est in Ægypto: Hæc genuit viro suo Amram filios Aaron, & Moysen, & Mariam sororem eorum. De Aaron orti sunt Nadab, & Abju, & Eleazar, & Ithamar. Quorum Nadab, & *s* Abju mortui sunt, cum obtulissent ignem alienum coram Domino. Fueruntque omnes, qui numerari sunt viginti tria millia generis masculini ab uno mense, & supra, qui non sunt recensiti inter filios Israel: nec eis cum ceteris data est possessio. Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moyse, & Eleazaro Sacerdote in campestribus Moab supra Jordanem contra Jerico: inter *t* quos nullus fuit eorum, qui *u* ante numerati sunt a Moyse, & Aaron in deserto Sinai. Prædixerat enim Dominus, quod *x* omnes morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Jephone, & Josue filius Nun.

Gloss. subjungitur. Quæ autem minor hominum fuerit, numero minorem.

m Dividat,] idest, divisam distribuat, & assignet. *n* Plures] idest major Tribus, vel major familia. *o* Pauciores.] idest minor Tribus, vel familia. Omnes Tribus æquales partes habuerunt, & omnes familiæ similiter, sed non domus, imo major majorem, & minor minorem.

F

p Hic quoque, &c.] Numeratis aliis Tribubus a viginti annis, & supra, numerat Moyses Tribum Leviticam ab uno mense, & supra.

q Familia Chori.] De quo filio Levi, vel de quibus fuerint istæ familiæ, non assignatur hic, neque supra in aliqua numeratione, forte de omnibus domibus erat. Et quia potentiores erant istæ familiæ, repetuntur hic.

r Filiam Levi,] ergo Jocabeth fuit soror Chaat, ergo amita Aram, quomodo ergo habuit eam in uxorem? Solutio: Nondum lex fuerat promulgata. *s* Et Abju mortui] *Lev.* 10.

t Inter quos nullus] Intelligendum est hoc de aliis Tribubus a Levitica. De Levitis enim, qui fuerunt numerati remanserunt multi infantes, qui terram promissionis intraverunt. Sed de aliis Tribubus omnes, qui numerati fuerunt, mortui sunt in deserto, præter Caleb, & Josue.

Lev. 6. *Supr.* 5.

G

u Qui ante numerati sunt] capite primo. *x* Quod omnes, &c.] a viginti annis, & supra.

EX-

EXPOSITIO CAP. XXVII.

ACcesserunt *a* autem &c.] sicut supra primo, & modo dictum est, quod tantum mares præcepit Dominus numerari, & eis terram dividi; inter quos Salphaad numeratus sine filiis mortuus est, relinquens quinque filias. Quæ videntes nomen patris omnino extinguendum, nisi portionem in terra reciperent: accesserunt ad Moysen, & Eleazarum quærentes possessiones inter cognatos suos. Quarum causam retulit Moyses ad Dominum, qui respondit: Rem justam postulant filiæ Salphaad, & statuit hanc legem. Si homo mortuus fuerit absque filio, ad filiam transibit hæreditas, quod si nec filiam habuerit, transibit ad patruos &c. *b* Filiæ] *Orig.* Quinque filiæ Salphaad, significant quinque sensus corporis, quibus opus omne in corpore completur. Item sunt quinque talenta de quibus *Matthæi* 25.

Sup. 26. Infr. 36. Josue 17.

c Pater noster] Dicitur, quod fuerit ille, qui interfectus fuit ex mandato Domini, quia colligebat ligna in Sabbato, *sup.* 15.
d Sanctum lege perpetua,] i. firmum, & inviolabile. *e* Dixit quoque Dominus] quia dubitaverat Moyses de potentia Domini ad aquas contradictionis, dictum est ei a Domino, quod nequaquam intraturus esset in terram promissionis. Veruntamen, ut videret, qualis esset terra, quam intrare propter peccatum suum prohibetur, jubetur ascendere in montem, unde totam terram contemplari posset. Non tamen credimus, quod totam viderit, sed magnam partem. Et si totam vidit, miraculum fuit, sicut legitur de Beato Antonio, qui vidit totum mundum plenum laqueis, & dixit, quis hos laqueos potest evadere, & responsum est ei: sola humilitas. *f* Sicut ivit frater tuus] *Sup.* 20. In monte Hor. *g* In deserto Sin] *Supra* 20.
h Sanctificare,] idest, sanctum ostendere.
i In Cades] *Sup.* 20. *k* Provideat, &c.] Hic notat Moyses, quod Ecclesiasticæ dignitates non debeant hæreditatis tenore ad posteros devenire, sed Dei electione. Unde *Interl.* dicit: Nota, non eligit filios, non nepotes: nec rogat, ut constituantur Duces, judicio Dei electionem servavit.
l Spiritus Dei,] vel Domini, scilicet, Spiritus sanctus.
m Partem gloriæ tuæ:] idest, gratiam tuam ei communicabo, sed non tantam dabo, quantam tibi, ideo dicit partem. *n* Audiat,] idest, ei obediat.
o Pro hoc si quid] idest, pro Josue.
p Ad verbum ejus] idest, Eleazari.
q Frequentia] idest, multitudine.

C A P. XXVII.

ACcesserunt *a* autem *b* filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Joseph: quarum sunt nomina, Maala, & Noa, & Egla, & Melcha, & Thersa, steteruntque coram Moyse, & Eleazaro Sacerdote, & cunctis Principibus populi ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt: *c* Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, quæ concitata est contra Dominum sub Chore; sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habet filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. Retulitque Moyses causas earum ad judicium Domini: Qui dixit ad eum: justam rem postulant filiæ Salphaad: Da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditate succedant. Ad filios autem Israel loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit hæreditas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod si & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris ejus. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi sunt. Eritque hoc filiis Israel *d* sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi. Dixit *e* quoque Dominus ad Moysen; ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus sum filiis Israel. Cumque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, *f* sicut ivit frater tuus Aaron, quia offendistis me in *g* deserto Sin in contradictione multitudinis, nec *h* sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Hæ sunt aquæ contradictionis in *i* Cades deserti Sin. Cui respondit Moyses; *k* Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare ante eos, & educere illos, vel introducere: ne sit populus Domini sicut oves absque pastore. Dixitque Dominus ad Moysen: Tolle Josue filium Nun, virum, in quo est *l* Spiritus Dei, & pone manum tuam super eum: Qui stabit coram Eleazaro Sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & *m* partem gloriæ tuæ: & *n* audiat eum omnis Synagoga filiorum Israel. *o* Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar Sacerdos consulet Dominum. Ad *p* verbum ejus egredietur, & ingredietur ipse, & omnes Filii Israel cum eo, & cetera multitudo. Fecit Moyses ut præceperat Dominus. Cumque tulisset Josue, statuit eum coram Eleazaro Sacerdote, & omni *q* frequentia populi, & impositis capiti ejus manibus, cuncta replicavit, quæ mandaverat Dominus.

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

DIxit *r* quoque Dominus] Moyses moriturus accepit mandatum a Domino, ut ad instructionem Josue, quem sibi substituerat Dominus, ostenderet tam ipsi Josue, quam populo, quæ, & quanta, & qualia offerri debeant in septem præcipuis festivitatibus, idest, in Sabbatto, Neomenia, Phase, Pentecoste festo tubarum, festo propitiationis, scenopegia: de quibus plenius dictum est *sup. Lev.* 23. propter quod hic breviter pertransimus. Prius autem agit de jugi sacrificio, quod nunquam intermittebatur, & fiebat de publico sumptu. Mane offerebatur agnus anniculus in holocaustum cum libamentis suis, & tota die cremabatur in odorem suavem Domino. Quo imposito super altare holocausti, Sacerdos cum prunis, & Thimiamate lotus intrabat tabernaculum, & componebat prunas cum Thymiamate super altare incensi: & hoc dicebatur consummatio sacrificii; & tunc extinguebat quatuor de septem lucernis candelabri. In vespere similiter ponebatur alius agnus super altare holocausti, & intrans Sacerdos tabernaculum cum prunis, & Thymiamate ponebat super altare incensi, sicut fecerat mane: & tunc accendebat omnes lucernas, & sic tota nocte erat super altare odor suavis Domino, sed sacrificium vespertinum gratius dicebatur Domino, quia pinguior agnus offerebatur in vespere. Et quia mortem Domini factam in vespere figurabat. Unde dicit Ecclesia. *Psalmo* 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Quidam dicunt hos duos agnos tradi de sumptu Sacerdotum: Sed *Josephus* dicit de publico sumptu.

S. q. e. Mar. & e. lico, & h. ergo.

s Oblationem meam,] Quare dicat meam, & non vestram, determinat *Interlin.* dicens omnia, quæ offerimus, Dei sunt, nihil ergo ei damus, sed reddimus.
t Immaculatos] corpore, non vellere. *u* Sempiternum:] Hoc dicit, quia sine termino præcipitur: vel ratione significati dicitur sempiternum. Hic prosequitur *Origenes* septem festivitates secundum ordinem, quem prædiximus: & primo ostendit Mystice, quid sit festum indeficiens celebrare. Hæc est, inquit, veteri, & novo Testamentis jugiter intentum esse. Et adjungit: Qui peccat, & agit dies peccati, non potest agere diem festum & of-

C A P. XXVIII.

DIxit *r* quoque Dominus ad Moysen: Præcipe Filiis Israel, & dices ad eos. *s* Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suavissimi offerte per tempora sua. Hæc sunt sacrificia, quæ offerre debetis. Agnos anniculos *t* immaculatos duos quotidie in holocaustum *u* sempiternum; unum offeretis

a mane, & alterum ad *b* vesperum decimam *c* partem Ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin. Holocaustum juge est, quod obtulistis in monte Sinai in odorem suavissimum incensi Domini. Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in Sanctuario Domini. Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperum juxta omnem ritum sacrificii matutini, & libamentorum ejus, oblationem suavissimi odoris Domino. *d* Die autem Sabbati offeretis *e* duos agnos anniculos immaculatos, & *f* duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio, & liba, quæ rite funduntur per singula Sabbata in holocaustum sempiternum. In *g* Calendis autem, idest mensium exordiis offeretis, holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos septem immaculatos, & *h* tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos, & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes, *i* & decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos. Holocaustum suavissimi odoris, atque incensi est Domino. Libamenta autem vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt. Media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. Hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt. Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum, cum libamentis suis, *k* Mense autem primo, quarta decima die mensis, Phase Domini erit, & quinta decima die solemnitas. Septem diebus vescentur Azymis, quarum dies prima venerabilis, & sancta erit. Omne opus servile non facietis in ea. Offeretisque in incensum holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem, & sacrificia singulorum ex simila, quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, & *l* decimam decimæ per agnos singulos, idest, per septem agnos, & hircum pro peccato unum, ut *m* expietur pro vobis, *n* præter holocaustum matutinum, quod semper offeretis. Ita facietis per singulos dies *o* septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suavissimum Domino, qui surget de holocausto, & de libationibus singulorum. Dies quoque septimus celeberrimus, & sanctus erit vobis. Omne opus servile non facietis in eo. *p* Dies enim primitivorum, quando offeretis novas fruges Domino, *q* expletis hebdomadibus, venerabilis, & sancta erit. Omne opus servile non facietis in ea. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos septem, *r* atque in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes duas, per agnos *ſ* decimam decimæ, qui simul sunt agni septem: hircum quoque, qui mactatur pro expiatione præter holocaustum sempiternum, & liba ejus. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

& offerre indeficiens sacrificium. Qui vero indesinenter custodit justitiam, & abstinet a peccato, continuum offert sacrificium. *a* Mane,] in lege, & Prophetis attendentes dicit *Gloss.* *b* Ad vesperum.] *Gloss.* in Evangelica doctrina, scil. quæ in vespera mundi Salvatoris ostendit adventum.

c Partem Ephi,] supple, pleni.

d Die autem Sabbati.] Primo inter festa agit de Sabbato, dicens quid offerri debeat in illo. Et exponit *Origen.* quid sit celebrare Sabbatum in via, scil. cessare a mundanis operibus, postea docet quomodo servatur in patria, quod nihil aliud est, nisi quod omnis miseria tunc cessabit, ubi Deus erit omnia in omnibus, plenitudo lucis rationabilis.

De consec. d. 2. c. non oportet. 1. Cor. 15.

e Duos agnos.] *Interl.* Duos agnos anniculos offert, qui simplicitatem mentis, & innocentiam operis Deo exhibet.

f Duas decimas.] Cum quolibet agno unam decimam. *Gloss.* Hæc offert, qui spirituali gratia repletus, scientiam duorum testamentorum docente Spiritu sancto, verbis, & exemplis docet auditores suos, non pro temporali lucro, sed pro vitæ æternæ præmio.

C

g In calendis.] Hic agit de secundo festo, idest, de Neomenia: est autem Neomenia, innovatio Lunæ. Neos enim novum, & mene Luna sonat. Judæi enim in legitimis suis lunationes pro mensibus habent, & diem novæ Lunæ Neomeniam vocant, & Calendas legales. Et hæc est dies ferialis apud eos.

h Et tres decimas.] Forte tres integræ decimæ de Tribus Ephi dabantur per singulos vitulos. Vel forte de uno Ephi prius tollebatur decima pars, & iterum novem partes reliquæ decimabantur, & iterum reliquum tertio decimabatur: & sic tres decimæ unius Ephi, major, minor, minima, quæ dabantur pro vitulo. Item nota, tres decimas dari jubet cum vitulo, duas cum ariete, unam cum agno, quia vitulus erat trimus, aries bimus, agnus anniculus: & ita juxta ætatis mensuram, sumebatur mensura libaminum.

Exod. 29. Lev. 23.

i Et decimam decimæ,] idest, Ephi, quæ est decima pars cori, ut legitur *Ezech.* 45. Vel decima decimæ, Ephi decimabatur. Et hæc decima decimæ, quæ satis modica est, dabatur pro agno, secundum quosdam. Vel decima decimæ, idest, decimationis, idest, quæ dabatur secundum rectam decimationem, per singulos, scilicet, vitulos arietes, & agnos. *k* Mense autem primo,] idest, Aprili. De quo *Exod.* 12. Hic mensis erit vobis primus, &c. Hic de tertio festo egit idest, Phase, quod decima quarta die primi mensis ad vesperum celebrabatur, quando agnus cum lactucis agrestibus, & Azymis comedebatur: & in crastino incepit festum Azymorum, quod septem diebus protelabatur, quorum primus, & ultimus feriales fuerunt, & solemnes.

l Decimam decimæ.] Expone, sicut paulo ante expositum est.

m Ut expietur,] idest, immoletur ad expiationem pro vobis.

n Præter holocaustum,] quasi dicat: Hæc omnia offeretis in illo festo præter matutinum sacrificium, quod semper offertur, nec pro aliquo intermittitur. Imo nec aliquod sacrificium offerri licebat, nisi prius oblato sacrificio matutino.

o Septem dierum,] in quibus comeditur Azyma.

p Dies etiam primitivorum.] Hic agit Moyses de quarto festo, idest, Pentecoste, quod 50. diebus a Phase semper celebrabatur, unde dicitur Pentecoste a Pentecosta, quod est quinquaginta. Fit autem hoc festum apud Hebræos in memoriam legis latæ, quinquagesimo die ab exitu de Ægypto. *Exod.* 19. Dicitur etiam festum hebdomadarum, quia supputatis septem hebdomadis ab altera die Sabbati Azymorum fit, ut dicitur *Levit.* 23. Dicitur & festum primitivorum, quia tunc offerebantur duo panes de novis frugibus, ut legitur *Levit.* 23. Dicitur etiam festum novorum, propter eamdem causam, idest, propter panes novos, qui tunc offerebantur. Sed nota, quod aliud est mensis novorum, aliud festum novorum est. Mensis novorum dicitur Aprilis: quia in eo colligebant filii Israel spicarum manipulos, & offerebant Domino. Festum novorum dicitur Pentecoste, in quo jam collectis frugibus offerebant duos panes novos. Præcepit autem Dominus eadem offerri, quæ in festo Azymorum, & secundum eumdem ritum. Est autem hoc festum septem dierum, sicut & illud. *q* Expletis hebdomadibus,] septem scilicet a Phase. *r* Atque in sacrificiis,] idest in libaminibus. *ſ* Decimam decimæ,] idest, simplicem decimam. Vel decimam decimæ, idest, consuetæ decimationis. Vel decimam decimæ, idest, decimam Ephi, ut *supra* expositum est *eodem capitulo*. Vel decimam decimæ, partis Ephi.

D

EXPOSITIO

CAP XXIX.

a Mensis *a* etiam septimi.] Hic incipit Moyses de festivitatibus Septembris, qui fere totus festivus est. Prima die erat festum clangoris, sive tubarum, in qua cordibus pecuinis clangebant in memoriam liberationis Isaac, Ariete pro ipso oblato. Et nota, quod illa die erat duplex festum, scilicet, Neomenia, & festum clangoris. Item notandum, quod haec dies solebat dici festum cereorum, quia tunc accendebant cereos; sed a modernis Judaeis translati sunt cerei ad decimum diem ejusdem mensis, quae est pro mortuis.

b Calendarum,] idest, Neomeniae.

c Cum sacrificiis suis,] idest, libamentis.

d Holocaustum sempiternum] i. juge.

e Decima quoque dies.] Hic agit de sexto festo, idest, propitiationis: quia illa die rediit Moyses de monte ad populum, referens Dominum placatum super offensa vituli conflatilis. *Exod.* 35. Item dicebatur dies afflictionis: quia jejunabant homines, & jumenta, & etiam, pueri septennes a vespera usque ad vesperam pro memoria mortuorum. Item dicebatur dies expiationis: quia eadem die sanguine vitulae expiabatur tabernaculum, & altare, & fiebat cinis ex ea ad expiationem immundorum per totum annum, ut dictum est *supra* 19. & *Levit.* 16.

f Et in sacrificiis eorum,] idest, libaminibus.

g Decimam decimae.] Expone, ut *supra* 28.

h Quinta decima vero die.] Hic agit de septimo festo, idest, de Scenopegia, quae sic dicitur, idest, fixio tabernaculorum: in hoc festo per septem dies continuos habitabant filii Israel sub umbraculis in memoriam quadraginta annorum, quibus in deserto fuerunt sub tabernaculis. Unde & festum tabernaculorum dici solet. Protelatur autem septem diebus, quarum prima, & ultima solemnes erant: octava etiam solemnis erat, non quod esset de festo Scenopegiae; sed quia ea die conveniebant ad faciendam collectam in usus pauperum, vel in usus communes. In octo his diebus, ut dicit *Josephus* ferebant ramos Myrthae, & salicis, & summitates palmarum, & virgulas mali Persici in manibus, & fiebat oblatio de cunctis frugibus, & fructibus terrae in gratiarum actione. In prima die offerebantur in holocaustum vituli 13. arietes duo, agni anniculi 14. hircus pro peccato cum libamentis suis: eadem oblatio fiebat per singulos dies sequentes. Sed de numero vitulorum unus quotidie subtrahebatur, ita ut in summa fierent vituli 70. in memoriam, quod in tot animabus intraverunt Aegyptum, *Gen.* 45.

i Vitulos,] singulos.

k Absque holocausto sempiterno,] idest, praeter holocaustum juge.

l Sacrificio, & libamine.] Et pro, idest.

m In die altero,] idest, secundo, scilicet, decima sexta Luna.

n Die octavo, qui est celeberrimus,] sed non est de Scenopegia.

o Haec offeretis Domino,] quae dicta sunt, Conclusio est duorum praecedentium capitulorum, scilicet, 28. & 29. in quibus dictum est, quae, & quot offerenda sunt in festis praecipuis.

CAP. XXIX.

Mensis *a* etiam septimi prima dies venerabilis, & sancta erit vobis. Omne opus servile non facietis in ea, quia dies clangoris est, & tubarum. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificiis eorum similae oleo conspersae tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, unam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem, & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi, praeter holocaustum *b* Calendarum *c* cum sacrificiis suis, & *d* holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. Eisdem caeremoniis offeretis in odorem suavissimum incensum Domino. *e* Decima quoque dies mensis hujus septimi erit vobis sancta, atque venerabilis, & affligetis animas vestras. Omne opus servile non facietis in ea. Offeretisque holocaustum Domino in odorem suavissimum, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem, & in *f* sacrificiis eorum similae oleo conspersae tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, *g* decimam decimae per agnos singulos, qui sunt simul agni septem: & hircum pro peccato, absque his, quae offerri pro delicto solent in expiationem, & holocaustum sempiternum in sacrificio, & libaminibus eorum. *h* Quinta decima vero die mensis septimi, quae vobis sancta erit, atque venerabilis, omne opus servile non facietis in ea; sed celebrabitis solemnitatem Domino septem diebus. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino *i* vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, & in libamentis eorum similae oleo conspersae tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim, & duas decimas arieti uno, idest, simul arietibus duobus, & decimam decimae agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim: & hircum pro peccato, *k* absque holocausto sempiterno, & *l* sacrificio, & libamine ejus. In *m* die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque, & libamine ejus. Die tertio offeretis vitulos 11. arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque, & libamine ejus. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque eorum, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno sacrificioque ejus, & libamine. Die quinto offeretis vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus, & libamine. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus, & libamine. Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus, & libamine. *n* Die octavo, qui est celeberrimus, omne opus servile non facietis, offerentes holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem: sacrificiaque ejus, & libamina singulorum per vitulos, & arietes, & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus, & libamine. Haec *o* offeretis Domino in solemnitatibus vestris, praeter vota, & oblationes spontaneas in holocausto in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.

EXPOSITIO CAP. XXX.

NArravitque Moyses.] Hic agit de votis mulierum, & eorum retractatione, primo faciens talem distinctionem: Vir auctoritatem habet vovendi, & potestatem explendi votum, mulier vero non semper habet potestatem explendi votum suum. Et sicut dicit *Orig.* intelligendum est hoc de votis, quæ fiunt adversus animam, idest, contra animalem delectationem, idest, de votis abstinentiæ, & hujusmodi, per quæ caro affligitur. Certum est enim, quod in voto continentiæ non præjudicatur mulieri, sed in alterutris mutuum juramentum est dominiam corporis. Unde 1. *Corinth.* 7. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: Similiter, & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier. Item si puella adhuc in domo patrisfamilias votum fecerit, si pater ejus sciens votum, tacuerit, vel concesserit, tenetur puella voto: & est rea, si non impleverit votum. Si autem pater contradixerit, absoluta est puella a voto. Item si puella sub viro voverit, viro statim contradicente absoluta est puella. Si autem vir tacuerit, vel sciens concesserit, tenetur voto puella: & est rea, si non impleverit. Sed quid, si primo tacuerit vir sciens, & postea contradicat? Ex tunc absolvitur puella, nec tenetur voto: nec est rea, si non impleverit; sed reus est vir contradicendo. Item *Aug.* dicit: Si puella sub patre votum fecerit, & pater concesserit, si postea nubat puella, vir quam cito scit votum, potest retractare si vult. Nec peccat mulier non solvendo, quod voverat sub patre consentiente voto ejus. *a* Imperarat,] scil. Dominus de votis faciendis, & solvendis. *b* Si quis virorum.] De voto abstinentiæ agitur hic, ut patet *in Gloss. illa August.* Non hoc ad omnem jurationem pertinet; sed ad eam, ubi quisque vovet alicujus rei abstinentiam, qua licebat uti per legem; sed per votum ipse sibi efficit non licere. *c* Quod promisit,] licite, scilicet. *d* Implebit,] si potest absque præjudicio alterius. Vir enim si voverit continentiam, implere non potest votum suum sine præjudicio: quare non tenetur illo voto. *e* Mulier.] Dicunt quidam, quod Moyses agit hic de votis, de juramentis, & isti sic legunt litteram: Mulier si quippiam voverit, & si se constrinxerit juramento, &c. Alii dicunt, quod agit de votis juramento firmatis. *Isid. Gloss.* Si femina, & adhuc tenera fuit anima, cui vir, vel pater dominatur in votis, non semper in ipsa est culpa; sed interdum redit ad viros, vel parentes, scilicet, si primo consentiant, & postea contradicant.

f In domo patris,] vel cujuscunque tutoris, sive matris, sive fratris, sive alterius. *g* Voti rea erit,] si fregerit illud. Vel voti rea erit, idest, obnoxia voto.

h Animam illius obligaverit.] Hic videtur velle Moyses, quod idem sit juramentum, & votum. Quod etiam videtur. Votum enim est conceptio boni propositi, animi deliberatione firmata, de his quæ ad religionem pertinent cum intentione obligandi se Deo. Similiter juramentum licitum, & honestum, est conceptio boni propositi, animi deliberatione firmata, his quæ ad religionem pertinent, qua aliquis obligat se Deo. Ergo omne juramentum est votum. Contra. Votum est tantum de voluntariis, & bonis. Juramentum etiam est de malis, & necessariis. Ergo juramentum non est votum. Item, votum solemniter factum dirimit matrimonium; juramentum non. ergo juramentum non est votum. Solut. Proprie loquendo aliud est votum, aliud juramentum; tamen aliquando idem est votum, & juramentum. Potest enim aliquis vovere, quod intrabit claustrum, & idem jurare, & ita idem est votum, & juramentum. Non tamen de omnibus est votum, de quibus est juramentum. Juramentum enim de omnibus necessariis potest esse; votum vero tantum de voluntariis, sine quibus potest esse salus. Simpliciter votum non potest esse juramentum. Votum est animi propositum; juramentum obligatio, qua quis se obligat Deo, vel hujusmodi. *i* Vidua, & repudiata quicquid voverint, reddent,] quia sui juris sunt: & ideo obligare se possunt. *k* Uxor in domo viri.] Supra dixit de muliere, quæ in domo patris vovit, & antequam redderet, nupsit. Hic loquitur Moyses de illa, quæ in domo mariti vovit. Et dicit *August.* Hic manifestum est, legem ita voluisse feminam sub viro esse, ut nulla ejus vota, quæ abstinentiæ causa voverit, reddantur ab ea, nisi vir fuerit auctor permittendo. Dicit etiam, quod vir peccat, si prius consentit voto uxoris, & postea contradicit; tamen uxor viro contradicenti obedire debet. Et dicit, quod intelligitur hoc totum de votis, quæ sunt adversus animam, idest, de votis abstinentiæ, non continentiæ. Ibi enim pares sunt vir, & mulier. In aliis vero mulier est sub potestate viri. *l* Constrinxerit & juramento.] Divisum lege, i. si voto se constrinxerit. Vel conjunctum sic, si voto, & juramento se constrinxerit, i. voto juramento vallato. *m* Sponsioni reddet, scilicet, mulier, quousque vir non contradixerit.

n Si voverit, & juramento.] Repetit dicta, ut addat. Addit enim, quod votum mulieris in arbitrio sit viri; utrum mulier impleat, vel non impleat.

o At quæ promiserat, reddet,] mulier, scilicet, idest, reddere tenetur, quousque vir non contradixerit.

p Portabit ipse iniquitatem ejus.] Non dicit, quod ipse votum, scilicet, solvat; sed quod peccat, & pœnam solvet. Quærit *Augustinus*. Si pater, vel tutor filiæfamilias possit irritare votum ejus, quandocunque voluerit. Et dicit *Augustinus*, quod si pater, vel tutor primo tacuit, vel concessit: postea non potest. Vir vero potest, quia vir majorem potestatem habet in uxorem, quam pater, vel tutor in filiamfamilias. Videtur tamen, quod pater, vel tutor, infra annum, & diem possit irritare votum filiæfamilias infra annum duodecimum constitutæ, ut legitur 20. *quæst.* 2. C. *puella*.

32. q. 5. c. manifestum, & c. noluit.

CAP. XXX.

NArravitque Moyses filiis Israel omnia, quæ ei Dominus *a* imperarat, & locutus est ad Principes Tribuum filiorum Israel. Iste est sermo, quem præcepit Dominus. Si *b* quis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit juramento, non faciet irritum verbum suum; sed omne *c* quod promisit, *d* implebit. *e* Mulier si quippiam voverit, & se constrinxerit juramento, quæ est in *f* domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognoverit pater votum, quod pollicita est: & juramentum, quo obligavit animam suam, & tacuerit, *g* voti rea erit: Quicquid pollicita est, & juravit, opere complebit. Sin autem, statim ut audierit, contradixerit pater: & vota, & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & semel verbum de ore ejus egrediens, *h* animam illius obligaverit juramento: quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, redditque quodcumque promiserat. Sin autem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes ejus, verbaque, quibus obstrinxerat animam suam, propitius erit ei Deus. *i* Vidua, & repudiata quicquid voverint, reddent. Uxor in *k* domo viri cum se voto *l* constrinxerit, & juramento: si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit *m* sponsioni, reddet, quodcumque promiserat: Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea, quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit. Si *n* voverit, & juramento se constrinxerit, ut per jejunium, vel ceterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, in arbitrio viri erit, ut faciat, sive non faciat. Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid voverat, *o* atque promiserat, reddet: quia statim ut audivit, tacuit. Sin autem contradixerit, postquam rescivit, *p* portabit ipse iniquitatem ejus. Istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi inter virum, & uxorem, inter patrem, & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

EXPOSITIO CAP. XXXI.

Locutusque *a* est Dominus, &c. *b* Vasa quoque sancta, & tubas.] Et pro, i. *c* Interfecerunt.] *Gloss.* patet consilio Balaam subornatas esse mulieres Madianitarum, quæ deceperant Israel. Unde hic velut auctor sceleris interficitur, Sed objicitur hic *Sup.* 24. legitur, quod Balaam rediit in locum suum, quomodo ergo modo legitur interfectus? Solut. Not. non dicitur, quod ad domum suam, vel patriam suam redierit, sed ad locum suum, i. ad hospitium, vel tentorium suum a loco, scil. ubi sacrificia fecerat. Vel forte prius rediit ad domum suam, sed postea reversus est ad Balach, officium divinandi impleturus apud eum.

d Tam urbes.] *Gl. Orig.* Patet, quod longe gravius est peccati causam præbere scienter, & ex intentione, quam peccare. Unde *Matt.* 26. Melius illi erat, si natus non fuisset. Et *Matth.* 18. Mola asinaria suspendatur in collo ejus &c. *e* In occursum eorum,] duodecim militum, quos miserat contra Madianitas. *f* Ad suggestionem Balaam] *Gloss.* Hic evidentius ostenditur Balaam suggestione mulieres subornatas fuisse. *g* Ergo cunctos interficite.] Hic præcepit Moyses interfici, quas Pharao præcepit *Exod.* 1. interfectis masculis reservari. Sed nota, quod sunt mares feminei, qui debent interimi. Hi sunt carnales motus, de quibus *Ps.* 135. Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram, i. ad Christum, 1. *Cor.* 10. Petra autem erat Christus. Item sunt feminæ masculinæ, ut sic dicam, scil. cogitationes viriles. Hæ sunt virgines servandæ, & nutriendæ, i. in opus producendæ. De his dicitur hic: Feminas Virgines reservate vobis. Item sunt mares masculi, i. virtutes, boni mores, & opera fortia. De his dicitur *Exod.* 1. Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite. Item sunt feminæ femineæ, i. molles, & carnales cogitationes. Hæ sunt mulieres, quæ norunt virum, quas præcipit Moyses hic interfici; sed Pharao jubet eas reservari. De his *Cant.* 2. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas, &c.

h Lustrabitur,] idest, asperget aqua aspersionis, sive lustrationis. Sed quid hoc? Nunquid, qui Madianitas occiderunt, Deo placuerunt? Constat, quod sic: quia mandatum ejus impleverunt; tamen jubentur extra castra manere, & mandari: quia, ut dicit *Gloss.* nulla bona, quæ facimus, pura sunt. *Is.* 64. Omnes justitiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ.

i Ad viros exercitus.] *Septuaginta* habent, ad viros virtutis, unde sumpta est illa, *Gloss.* Nota, &c.

k Igne purgabitur.] Quidam secum ferunt lignum, fœnum, stipulam, id est, peccata venialia: & hi igne purgatorii purgabuntur. Alii aurum, argentum, lapides pretiosos, idest, opera virtuosa: hi ad gloriam pertransibunt. Unde de utrisque dicitur 1. *Cor.* 3. Si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam: uniuscujusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit: quia in igne revelabitur: uniuscujusque opus, quale sit ignis probabit. Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet; si cujus opus arserit, detrimentum patietur: ipse tamen salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Alii ferunt æs, ferrum, plumbum, & stannum, idest, mortalia peccata: & hi perpetuo punientur. Per ignem ergo intelligitur ignis purgatorii, vel inferni; per aquam pœnitentia in præsenti, vel per ignem dura pœnitentia; per aquam levis pœnitentia accipitur. Quisquis ergo ignem non potest sustinere, debet aqua purgari. Hoc autem discernere interest Sacerdotum.

l Ex æquo,] idest, in duo aqua, ut una medietas detur pugnantibus; altera residuæ multitudini. Juxta quod dedit David legem. 1. *Reg.* 30. Æqua, inquit, erit pars descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas. *m* Unam animam.] Forte prius data decima

Moraliter. Sup. 15.

CAP. XXXI.

Locutusque *a* est Dominus ad Moysen, dicens: Ulciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Statimque Moyses: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis Tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. Dederuntque millenos de cunctis Tribubus, i. duodecim millia expeditorum ad pugnam, quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari Sacerdotis. *b* Vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit eis. Cumque pugnassent contra Madianitas, atque vicissent, omnes mares occiderunt, & Reges eorum, Evi, & Recem, & Sur, & Ur, & Rebe, quinque principes Gentis. Balaam quoque filium Beor *c* interfecerunt gladio, ceperuntque mulieres eorum, & parvulos, omniaque pecora, & cunctam supellectilem. Quicquid habere potuerant, depopulati sunt: tam *d* urbes, quam viculos, & castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, & universa, quæ ceperant tam ex hominibus, quam ex jumentis, & adduxerunt ad Moysen, & Eleazarum Sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. Reliqua etiam utensilia portaverunt ad castra in campestribus Moab juxta Jordanem contra Jericho. Egressi sunt autem Moyses, & Eleazar Sacerdos, & omnes Principes Synagogæ in *e* occursum eorum extra castra. Iratusque Moyses Principibus exercitus, Tribunis, & Centurionibus, qui venerant de bello, ait: Cur feminas reservastis: Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel *f* ad suggestionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, unde & percussus est populus? *g* Ergo cunctos interficite, quicquid est generis masculini etiam in parvulis: & mulieres, quæ noverunt viros in coitu, jugulate: puellas autem, & omnes feminas virgines reservate vobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, *h* lustrabitur die tertio, & septimo. Et de omni præda, sive vestimentum fuerit, sive vas, & aliquid in utensilia præparatum de caprarum pellibus, & pilis, & ligno, expiabitur. Eleazar quoque Sacerdos *i* ad viros exercitus, qui pugnaverant, sic locutus est. Hoc est præceptum legis, quod mandavit Dominus Moysi. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omne, quod potest transire per flammas, *k* igne purgabitur: quicquicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: & lavabitis vestimenta vestra die septimo: & purificati postea castra intrabitis. Dixitque Dominus ad Moysen: Tollite summam eorum, & quæ capta sunt, ab homine usque ad pecus, tu, & Eleazar Sacerdos, & omnes Principes vulgi: dividesque *l* ex æquo prædam inter eos, qui pugnaverunt, & egressi sunt ad bellum: & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partem Domino ab his, qui pugnaverunt, & fuerunt in bello, *m* unam animam de quingentis, tam ex hominibus, quam ex bobus, & asinis, & ovibus: & dabis eam Eleazaro Sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt: Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ovium, cunctorumque animantium: & dabis ea Levitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini. Feceruntque Moyses, & Eleazar, sicut præceperat Dominus. Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ovium sexcenta septuagintaquinque millia, boum septuagintaduo millia, asinorum sexaginta millia, & mille: animæ hominum sexus feminei, quæ non cognoverunt viros, trigintaduo millia. Dataque est media pars his, qui in prælio fuerant, ovium tre-

cima de præcepto legis, præcipiuntur hic dari primitiæ, quæ inter quadraginta, & sexaginta consistebant, unde subditur quinquagesimum, &c. *a* De animabus hominum,] i. virginum. *b* Et de hominibus &c.] i. de virginibus. *c* Ne unus quidem defuit.] *Orig.* Si milites Dei dissentiant: ingrata sunt Deo omnia, etiam si bella conficiant, spolia deferant, munera offerant.

d Ob hanc causam] Hic videtur, quod pro spiritualibus possit dari pecunia licite. Quod verum est tribus casibus, sive tribus de causis. In signum scilicet, & memoriam obitus illius pro quo datur. Item ut alii hujus facti memores ad simile invitentur. In signum devotionis offerentis, quam accipientes debent attendere, pensantes, ex quanto tribuant, non quantum: quod si non faciunt, simonia est. Etiam in dedicatione Ecclesiæ licet Episcopo petere redditus assignandos ad luminaria Ecclesiæ, & divinum officium prosequendum in ea, ne si non habet redditus, absoleat locus. Item Sacerdos labore manuum suarum vivens, si poscatur, ut Missam celebret, potest respondere: non habeo, unde sustenter hodie. Et si datur ei victus illius diei, potest celebrare Missam. Petitur etiam aliquando pecunia ad correctionem, & pœnam delinquentium: ut Prælati petunt a Sacerdotibus pro enormitatibus suis coercendis: & ita pecunia potest esse causa divini officii celebrandi; Causa dico, sine qua non, non pro qua fiat. Principes ergo obtulerunt in signum, & in memoriam. Unde subditur. In monimentum filiorum, &c.

e Periscelides.] Periscelides, & armillæ, ornamenta brachiorum sunt, & dextralia similiter ex auro, & argento facta. *Is.* 3. Periscelides. Et dicit *Gloss. ibi*, quod sunt ornamenta talorum, Muraenulæ sunt ornamenta colli, vel aurium, & dicuntur a murice, vel a Muræna pisce, vel a serpente sic dicto, eo quod complicet se in circulo. Et est Muraenula lata catena; & spissa interdum auri, & argenti virgulis texta, quæ alio nomine vocatur redimiculum colli.

centa triginta septem millia quingentæ. E quibus in partem Domini supputatæ sunt oves sexcentæ septuagintaquinque, & de bobus trigintasex millibus, boves septuaginta & duo, de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta, & unus. *a* De animabus hominum sedecim millibus cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ. Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro Sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum ex media parte filiorum Israel, quam separaverat his, qui in prælio fuerant. De media vero parte, quæ contigerat reliquæ multitudini, idest, de ovibus trecentis triginta septem millibus quingentis, & de bobus triginta sex millibus, & de asinis triginta millibus quingentis, & *b* de hominibus sedecim millibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Levitis, qui excubabant in tabernaculo Domini. sicut præceperat Dominus. Cumque accessissent Principes exercitus ad Moysen, & Tribuni, Centurionesque dixerunt: Nos servi tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus, sub manu nostra, & *c* ne unus quidem defuit: Ob *d* hanc causam offerimus in donariis Domini singuli, quod in præda auri potuimus invenire, *e* periscelides, & armillas, annulos, & dextralia, ac muraenulas, ut depreceris pro nobis Dominum. Susceperuntque Moyses, & Eleazar Sacerdos omne aurum in diversis speciebus, pondo Sanctuarii sedecim millia, septingentos quinquaginta siclos a Tribunis, & Centurionibus. Unusquisque enim, quod in præda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonii in monimentum filiorum Israel coram Domino.

C A P. XXXII.

FILII *f* autem Ruben, & Gad habebant pecora multa, & erat illis in *g* jumentis insignita turba. Cumque vidissent *h* Jazer, & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen, & ad Eleazarem Sacerdotem, & Principes multitudinis, atque dixerunt Attaroth, & Dibon, & Jazer, & Nemra, & Hesebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, terra, quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regionis uberrimæ est ad pastum animalium: & nos servi tui habemus jumenta plurima, precamurque, si invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Jordanem. Quibus respondit Moyses: Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & *i* vos hic sedebitis? *k* Cur subvertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus? Nonne ita egerunt *l* patres vestri, quando misi de Cadesbarne ad explorandam terram? Cumque venissent usque *m* ad vallem Botri, lustrata omni regione, subverterunt cor filiorum Israel, ut non intrarent fines, quos eis Dominus dedit: Quibus iratus juravit, dicens: Si *n* videbunt homines isti, qui ascenderunt ex Ægypto a viginti annis, & supra, terram, quam sub juramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Jacob: & noluerunt sequi me, præter Caleb filium Jephone Cenezæum, & Josue filium Nun. Isti impleverunt voluntatem meam. *o* Iratusque Dominus adversum Israel, circumduxit eum per desertum quadraginta annis donec consumeretur universa generatio, quæ fecerat malum in conspectu ejus. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris incrementa, & *p* alumni hominum peccatorum, ut augeretis furorem Domini contra Israel: Qui si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. At illi prope accedentes, dixerunt: Caulas ovium fabricabimus, & stabula jumentorum, parvulis quoque nostris urbes munitas; nos autem ipsi armati, & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua: *q* Parvuli nostri, & quicquid habere possumus, erunt in urbibus muratis propter habitatorum insidias. Non revertemur in domus nostras, usquequo possideant filii Israel hæreditatem suam: nec quicquam quærimus

EXPOSITIO CAP. XXXII.

FIlii *f* autem, &c.] *infra* addit dimidiam Tribum Manasse, quæ cum illis remansit citra Jordanem.

g In jumentis, &c.] Aliqui libri habent, infinita substantia, & plures, idest, multa jumenta habebant. *Gloss.* Quos multa mundi impedimenta implicant, habitationem cœlestis patriæ non requirunt: qui dum pro fide ad certamen properant, eam non sibi, sed proximis vindicat, nec amant: pro illa pugnant, sed pignora sua extra illam deponunt. *h* Jazer, & Gala,] civitates sunt. *i* Vos hic, &c.] Nos vero Clerici in sudore alieno vescentes pane nostro, sedemus, fratribus nostris pugnantibus. Quid igitur nisi saltem spiritualiter orantes pro eis laboremus. Dictum est enim Adam, totique posteritati ejus: In sudore vultus tui vesceris pane tuo.

k Cur subvertitis.] Hic ostenditur quanta esset diligentia Moysi circa populum, cum sciret se Jordanem non transiturum; & tamen sollicitus erat pro terra acquirenda. Homines enim in his solent solliciti esse, ubi emolumentum sperant aliquod habere.

Gen. 3. Supr. 14

l Patres vestri,] i. exploratores. Quando misi,] *supra* 20. *m* Ad vallem Botri,] ubi ad fertilitatem loci denunciandam populo levaverunt botrum in vecte.

n Si videbunt,] i. non videbunt. Simile in *Ps.* 94. Si introibunt in requiem meam, i. non introibunt. Vel est aposiopesis, & est supplendum, jam amplius non credatis mihi. *o* Iratusque Dominus,] propter murmurationem ejus, *supr.* 20. ad aquas contradictionis, vel potius in reditu exploratorum de terra promissionis, *sup.* 13. *p* Et alumni hominum,] i. imitatores, & transcendentes in malo. *q* Parvuli nostri.]

trans Jordanem, quia jam habemus possessionem nostram in Orientali ejus plaga. Quibus Moyses ait: Si facitis, quod promittitis, *a* expediti *b* pergite coram Domino ad pugnam, & omnis vir bellator armatus Jordanem transeat, donec subvertat Dominus inimicos suos, & subjiciatur ei omnis terra; tunc eritis inculpabiles, & apud Dominum, & apud Israel: & obtinebitis regiones, quas vultis coram Domino. Sin autem; quod dicitis, non feceritis, nulli dubium, quin peccetis in Deum: & scitote, quoniam peccatum vestrum *c* apprehendet vos. Ædificate ergo urbes parvulis vestris, & caulas, ac stabula ovibus, ac jumentis: & quod polliciti estis, implete. Dixeruntque filii Gad, & Ruben ad Moysen: Servi tui sumus, faciemus, quod jubet Dominus noster. Parvulos nostros, & mulieres, & pecora, ac jumenta relinquemus in urbibus Galaad; nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, sicut tu, Domine, loqueris. Præcepit ergo Moyses Eleazaro Sacerdoti, & Josue filio Nun, & Principibus familiarum per Tribus Israel, & dixit ad eos: Si transierint filii Gad, & filii Ruben vobiscum Jordanem omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit terra subjecta: date eis Galaad in possessionem: Sin autem noluerint transire vobiscum in terram Chanaam, inter vos *d* habitandi accipiant loca. Responderuntq; filii Gad, & filii Ruben: Sicut locutus est Dominus servis suis, ita faciemus: Ipsi armati pergemus coram Domino in terram Chanaan, & possessionem jam suscepisse nos confitemur trans Jordanem. Dedit itaque Moyses filiis Gad, & Ruben, & dimidiæ Tribui Manasse,

Josue 1. (?) E

Jos. 4. (?) F

Jos. 22. (?)

Hic arguuntur illi, qui cum uxoribus, & parvulis transierant, Unde subditur.

a Expediti,] a sarcinis, scil. & utensilibus. *b* Pergite,] expediti a sarcinis. Unde *Matth.* 10. dicitur Apostolis: Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. *c* Apprehendet vos.] Peccatum non dormit, neque quiescit. Unde in *Psal.* 39. Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, ut viderem. Unde *Salom.* Sicut leo sanguini, & ursus venationi insidiatur, sic peccatum iniquitatem operantibus. *Eccles.* 27. Leo venationi insidiatur semper, sic peccatum operantibus iniquitatem.

d Habitandi, &c.] Aliqui habent, loca non accipiant: & ratum stare potest, aliter tamen, & aliter.

e Jair.] Alius fuit Jair Galaatides de Tribu Manasse. Similiter, qui fuit octavus Judex, habens triginta filios, quos fecit principes triginta civitatum, quos vocavit nomine suo Avoth Jair, i. oppida Jair. Ita legitur *Jud.* 10.

f Nobe, &c.] *Gloss.* Utinam legamus semper, & videamus, quæ rite nobis imminent profectiones, & mansiones.

EXPOSITIO

CAP. XXXIII.

HÆ *g* sunt mansiones.] Hic ponitur catalogus mansionum ab exitu de Ægypto usque ad Jordanem, quæ in universo fuerunt quadraginta duæ, quatuor usque ad mare rubrum, & inde octo usque ad montem Sinai; inde usque ad Cades viginti, inde decem usque ad campestria Moab. Hic dicit *Origen.* Sicut filii Israel quadraginta duobus mansionibus profecti sunt de Ægypto in terram promissionis; sic Christus in mundum per quadragintaduas generationes, ut legitur *Matth.* 1. Sic etiam in ordine nostro multæ sunt mansiones, nam sunt contemplativi claustrales in lecto, prædicationis officium exercentes in agro, quem vomere spirituali excolunt, & seminant semine verbi Dei, officiales in mola.

h Altera,] i. secunda die post Phase,] i. in crastinum Phase. Phase enim quartadecima Luna fuit ad vesperum, & ipsi profecti sunt quintadecima Luna, summo mane.

i Quos percusserat.] *Exod.* 12.

k Castrametari sunt.] Usque huc suspensa est locutio, sive constructio.

l Per medium mare in,] rubrum, scilicet.

m Hæc est Cades,] supple, ubi murmuraverunt filii Israel contra Dominum *supra* 20. Israel

filiis Joseph regnum Schon Regis Amorrhæi, & regnum Og Regis Basan, & terram eorum cum urbibus suis per circuitum. Igitur extruxerunt filii Gad, Dibon, & Atataroth, & Aroer, & Roth, & Sopham, & Jazer, & Jechaa, & Bethnemra, & Batharam, urbes munitas, & caulas pecoribus suis. Filii vero Ruben ædificaverunt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim, & Nabo, & Baalmeon universis nominibus, Sabama quoque, imponentes vocabula urbibus, quas extruxerant. Porro filii Machir filii Manasse perrexerunt in Galaad, & vastaverunt eam, interfecto Amorrhæo habitatore ejus. Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir filio Manasse, qui habitavit in ea. *e* Jair autem filius Manasse abiit, & occupavit vicos ejus, quos appellavit Avoth Jair, idest, villas Jair. *f* Nobe quoque perrexit, & apprehendit Cariath cum viculis suis: vocavitque eam ex nomine suo Nobe.

CAP. XXXIII.

HÆ sunt *g* mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas, in manu Moysi, & Aaron, quas descripsit Moyses juxta castrorum loca, quæ Domini jussione mutabant. Profecti igitur de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi, fecerunt *h* altera die Phase filii Israel in manu excelsa videntibus cunctis Ægyptiis, & sepelientibus primogenitos, quos *i* percusserat Dominus. Nam & in Diis eorum exercuerat ultionem: k Castrametati sunt in Soccoth, & de Soccoth venerunt in Ethan, quæ est in extremis finibus solitudinis. Inde egressi venerunt contra Phihahirot, quæ respicit Beelsephom, & castrametati sunt ante Magdalum. Profectique de Phihahiroth, transierunt per *l* medium mare in solitudinem, & ambulantes tribus diebus per desertum Ethan, castrametati sunt in Mara. Profectique de Mara, venerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta, ibique castrametati sunt. Sed & inde egressi fixerunt tentoria super mare rubrum. Profectique de mari rubro, castrametati sunt in deserto Sin. Unde egressi venerunt in Depheca. Profectique de Depheca, castrametati sunt in Alus; Egressique de Alus, in Raphidim fixere tentoria, ubi aqua populo defuit ad bibendum. Profectique de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. Sed & de solitudine Sinai egressi venerunt ad sepulchra concupiscentiæ. Profectique de sepulchris concupiscentiæ, castrametati sunt in Aseroth. Et de Aseroth venerunt in Rethma. Profectique de Retbma, castrametati sunt in Remmophares unde egressi venerunt in Lebna. Et de Lebna castrametati sunt in Ressa, Egressi de Ressa venerunt in Ceeletha. Unde profecti castrametati sunt in monte Sepher. Egressi de monte Sepher venerunt in Arada. Inde proficiscentes castrametati sunt in Maceloth. Profectique de Maceloth venerunt in Taath. De Taath castrametati sunt in Thare; Unde egressi fixere tentoria in Meteha. Et de Metcha, castrametati sunt in Esmona, Profectique de Esmona venerunt in Moseroth. Et de Moseroth castrametati sunt in Benejachan. Egressique de Benejacchan, venerunt in montem Gadgad. Unde profecti castrametati sunt in Jathebatha, & de Jathebatha venerunt in Hebrona. Egressique de Hebrona castrametati sunt in Asiongaber. Inde profecti venerunt in desertum Sin: Hæc est *m* Cades. Egressique de Cades castrametati sunt in monte Hor, in extremis finibus terræ Edom. Ascenditque Aaron Sacerdos in montem Hor, jubente Domino: & ibi mortuus est anno 40. egressionis filiorum

A

B

Exod. 15.

Exod. 17. (?)

C

D

supr. 20.

a Israel ex Ægypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum 123. Audivitque Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chanaan venisse filios Israel. Et profecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona, unde egressi venerunt in Phinon. Profectique de Phinon: castrametati sunt in Oboth: & de Oboth venerunt in Jeabarim, quæ est in finibus Moabitarum. Profectique de Jeabarim fixere tentoria in Dibongad. Unde egressi, castrametati sunt in Helmondeblathiham, Egressi de Helmondeblathiam, venerunt ad montem Abarim contra Nabo. Profectique de montibus Abarim transierunt ad campestria Moab supra Jordanem contra Jericho: Ibique castrametati sunt de Bethsimon usque ad Belsathim in planioribus locis Moabitarum: ubi locutus est Dominus ad Moysen: Præcipe filiis Israel & dic ad eos: Quando transieritis Jordanem intranter terram Chanaam, disperdite cunctos habitatores regionis illius, confringite vitulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, mundantes terram, & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis illam in possessionem, quam dividetis vobis sorte. *b* Pluribus dabitis latiorem, *c* & paucis angustiorem. Singulis, ut sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per Tribus, & familias possessio dividetur. Sin *d* autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis, quasi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus: & adversabuntur vobis in terra habitationis vestræ, & quicquid illis cogitaveram facere, vobis faciam.

C A P. XXXIV.

LOcutus *e* est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram Chanaam, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. Pars meridiana incipiet a solitudine Sin, quæ juxta Edom, & habebit terminos contra Orientem mare salsissimum, qui circuibunt Australem plagam per ascensum Scorpionis: ita ut transeant in Senna, & pervenient ad meridiem usque ad Cadesbarne, unde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent usque Asemona: Ibitque per gyrum terminus ab Asemona usque ad torrentem Ægypti, & maris magni littore finietur: Plaga autem Occidentalis a *f* mari magno *g* incipiet, & ipso fine claudetur. Porro ad Septentrionalem plagam a mari magno termini incipient pervenientes usque ad *h* montem altissimum, a quo venient in Emath usque ad terminos Sedaba, ibuntque confinia usque ad *i* Zephrona, & *k* villam Enam. Hi erunt termini in parte Aquilonis: Inde metabuntur fines contra Orientalem plagam, de villa Enam usque ad Sephama, & de Sephama, descendent termini in Reblatha contra fontem Daphnim. Inde pervenient contra Orientem ad *l* mare Cenereth, & tendent usque Jordanem, & ad ultimum *m* salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. Præcepitque Moyses filiis Israel, dicens: Hæc erit terra, quam possidebitis sorte, & quam jussit Dominus dare novem Tribubus, & dimidiæ Tribui. Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & Tribus filiorum Gad, juxta cognationum numerum. Media quoque Tribus Manasse, id est, duæ semis Tribus acceperunt partem suam trans Jordanem contra Jericho ad Orientalem plagam. Et ait Dominus ad Moysen. Hæc sunt nomina virorum, qui terram vobis divident: Eleazar Sacerdos, & Josue filius Nun, & singuli Principes de Tribubus singulis, quorum ista sunt vocabula: De Tribu Juda, Caleb filius Jephone. De Tribu Simeon, Samuel filius Amiud. De Tribu Benjamin, Elidat filius Chanselon. De Tribu filiorum Dan, Bocci filius Jogli, Filiorum Joseph. De Tribu Manasse, Hannihel filius Ephod. De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthan. De Tribu Zabulon, Elisapham filius Pharnath. De tribu Isachar, Dux Phaltiel filius Ozam. De tribu Aser, Abjud filius Salomi. De Tribu Nephtalim, Phedael filius Ammjud. Hi sunt, quibus præcepit Dominus, ut dividerent filiis Israel terram Chanaam.

C A P. XXXV.

HÆc quoque *n* locutus est Dominus ad Moysen in Campestribus Moab super Jordanem contra Jericho; Præcipe filiis Israel, ut dent *o* Levitis de possessionibus suis

a Israel ex Ægypto.] *supr.* 20. d. *b* Pluribus.) Hoc *supra* expositum est 26. *circa fin.*

c Et paucis angustiorem.) *Gloss.* quia, qui habent copiam virtutum, latitudinem sperant præmiorum: Qui autem paucitate virtutum contenti sunt, secundum meritum suum retributionem accipiunt. Unde: Qui parce seminat, parce & metet. a. *Cor.* 9. b. Sed videtur hæc. *Gloss.* esse falsa: quia ex ea sequitur, quod aliquis pauciores habeat quam alius. Contra. Qui habet unam, habet omnes, ut dicit *Hieron.* ergo omnes habent æquales virtutes. Si tu dicis, quod hoc intelligitur hic de operibus virtutum. Ergo pluralitas, vel paucitas operum facit ad quátitatem præmii. Contra. Præmium semper mensuratur secundum quantitatem charitatis. Ergo sive plura, sive pauciora opera virtutum habet aliquis, quam alius, dummodo habeat parem charitatem; habebit, & par præmium. Solut. Intelligitur de operibus, quæ non ratione sui, sed charitatis annexæ dicuntur esse causa præmii majoris, vel minoris. Quare autem hoc, quod est charitatis, attribuitur operibus hæc est ratio: quia plura opera exeunt a majori charitate, pauciora a minori. *d* Si autem.) *Isai.* 24. a. Infirmata est altitudo populi terræ, & terra infecta est ab habitatoribus suis. *Idem* 26. d. Justitiam non fecimus in terra nostra; ideo non ceciderunt habitatores ejus. *Prov.* 28. d. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus; qui autem sectatur otium, replebitur egestate.

E X P O S I T I O
CAP. XXXIV.

LOcutus *e* est, &c.) Hic distinguit Dominus terminos terræ promissionis a quatuor partibus mundi, & nominat Principes, qui transito Jordane, cum Josue terram dividant Tribus.

f A mari, &c.) quod dicitur mare Mediterraneum, alicubi mare Tyrrhenum.

g Incipiet, &c.) *Gloss.* id est, a mari usque ad mare, a torrente, scilicet, rivo Corule, qui mari influit, usque ad Emath urbem Syriæ.

h Ad montem, &c.) Amaum, scilicet, vel saurum potius.

i Zephrona] *Gloss.* Unde hodie Zephedum oppidum Ciliciæ vocant.

k Villam, &c.] *Gloss.* Hebraice Aseraim, quod interpretatur atrium fontis: & est terminus Damasci.

l Ad mare.] Quidam fluxus Jordanis. *Gloss.* dicit stagnum Tyberiadis. Quælibet enim congregationes aquarum appellantur maria.

m Salsissimo.] *Gloss.* mortuo, vel lingua maris rubri, in cujus littore Achila posita est.

E X P O S I T I O
CAP. XXXV.

HÆc quoque locutus est, &c.] Hic agitur de civitatibus Levitarum. Præcepit enim Dominus, ut Levitæ in omnibus Tribubus dispersi haberent 48. civitates ad inhabitandum, & a muris forinsecus per circuitum terram mille passuum obtinerent, in qua essent suburbana ad pecora alenda. Ex his 48. civitatibus sex erant refugii; tres ultra Jordanem, & tres citra. De quibus *Deut.* 19. a. & *Josue* 29. a. dicetur.

o Ut dent Levitis] Contrarium *supra* 18. d. Ibi enim dicitur, nihil aliud possidebunt filii Levi, decimarum oblatione contenti. Et hoc solvitur per illud, quod dicitur *Josue* 21. b. scilicet, quod Caleb filio Jephone dati sunt agri in Hebron, & urbes ad possidendum, & incolendum; suburbana vero Levitis ad pecora alenda. Sic ergo dicimus, quod Levitæ civitates habuerunt ad inhabitandum, & pecora alenda; & non ad possidendum, vel dominandum. Quia ergo *supra* dicitur, nihil aliud possidebunt, oblatione decimarum contenti: refertur ad dominium, & possessionem; quod autem *hic* dicitur, ad inhabitationem, vel *supra* dicitur, quod non haberent in divisione terræ, id est, nullam sortem, sed facta divisione per sortes, quælibet Tribus daret Levitis civitates ad inhabitandum, hoc dicitur & hic, ad inhabitandum, non dicit ad dominandum, non ad reditus percipiendum, qui erant legis Israel ad sanguinem fundendum, quod planius determinat,

urbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum: *a* ut ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus, ac jumentis: quæ a muris civitatum forinsecus per circuitum mille passuum spatio tendentur: contra orienté *a* duo millia erunt cubiti, & contra meridiem similiter erunt duo millia: ad mare quoque, quod respicit occidentem, eadem mensura erit: & septentrionalis plaga æquali termino finietur. Eruntque urbes in medio, & foris suburbana. De ipsis autem oppidis, quæ Levitis dabitis, sex erunt in fugitivorum auxilia separata, ut fugiat ad ea, qui *b* fuderit sanguinem: & exceptis his alia 42. oppida, i. simul 48. cum suburbanis suis: Ipsæque urbes, quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israel, ab his, qui plus habent, plures offerentur: & qui minus, pauciores. Singuli juxta mensuram hæreditatis suę dabunt oppida Levitis. Ait Dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Quando transgressi fueritis Jordanem in terram Chanaan, decernite, quæ urbes esse debeant in præsidia fugitivorum, qui nolentes sanguinem fuderint: in quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi non *c* poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius *d* judicetur. De ipsis autem urbibus, quæ ad fugitivorum subsidia separantur, *e* tres erunt trans Jordanem, & *f* tres in terra Chanaan, tam filiis Israel, quam advenis, atque *g* peregrinis; ut confugiat ad eas, qui nolens sanguinem fuderit. Si quis *b* ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur. Si lapidem jecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet: *i* statim ut apprehenderit, eum percutiet. Si per odium, quis hominem impulerit, vel jecerit quippiam in eum per insidias: aut cum esset inimicus; manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor homicidii reus erit. Cognatus occisi, statim ut invenerit eum, jugulabit. Quod si *k* fortuito, & absque odio, & inimicitiis quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem, & propinquum sanguinis quæstione ventilata, liberabitur innocens de *l* ultoris manu, & reducetur per sententiam in urbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur. Si interfector extra fines urbium, quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inventus, & percussus ab eo, qui *m* ultor est sanguinis, absque noxa erit, qui eum occiderit. Debuerat enim profugus usque ad mortem Pontificis in urbe residere. Postquam autem *n* ille obierit, homicida revertetur in terram suam. Hæc sempiterna erunt & legitima in cunctis habitationibus vestris. Homicida sub *o* testibus punietur. Ad *p* unius testimonium nullus condĕnabitur. Non *q* accipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis: statim & ipse morietur. Exules, & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in urbes suas reverti poterunt, ne *r* polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per ejus sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit: atque ita emundabitur vestra possessio, me cómorãte vobiscum. Ego enim sum Dńs, qui habito inter filios Israel.

CAP. XXXVI.

ACcesserunt *f* autem, & Principes familiarum Galaad filii Machir, filii Manasse de stirpe filiorum Joseph, locutique sunt Moysi coram Principibus Israel, atque dixerunt: Tibi Dño nostro præcepit Dominus, ut terram sorte divideres filiis Israel, & ut filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri: quas si alterius Tribus homines uxores acceperint: sequetur possessio sua, & translata ad aliam Tribum de nostra hæreditate minuetur: atque ita fiet, ut cum jubileus, i. quinquagesimus annus remissionis advenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filiis Israel, & Domino præcipiente ait: Recte Tribus filiorum Joseph locuta est: & hæc lex super filiabus Salphaad a Domino promulgata est. Nubant quibus volunt, tantum, ut suæ Tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israel de Tribu in Tribum. Omnes enim viri ducent uxores de Tribu, & cognatione sua, & cunctæ feminæ maritos de eadem Tribu accipient, ut hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur Tribus; sed ita maneant, ut a Domino separatæ sunt, feceruntque filiæ Salphaad, ut sibi fuerat imperatum: & nupserunt Maala, & Thersa, & Egla, & Melcha & Noa, filiis patrui sui de familia Manasse, qui fuit filius Joseph: & possessio, quæ illis fuerat attributa, mansit in Tribu, & familia patris earum. Hæc sunt mandata, atque judicia, quæ *t* præcepit Dominus per manum Moysi ad filios Israel in campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho.

Explicit Liber Numeri.

a Ut ipsi, &c.] non ut dominentur, ut *supra* 18. d. dicitur; Nihil possidebunt in terra, oblatione decimarum contenti. *a* Duo millia.] Non est contrarium ei, quod nunc dictum est, scilicet forinsecus per circuitum mille passuum spatia tendentur. Passus enim duos cubitos humanos continere potest. *b* Qui fuderit] nolens sc. sicut dicitur *Deut.* 19. b. Si quis ivisset cum amico in silvá insimul ligna scindẽtes, unus alium occidisset: si nulla causa odii præcessisset, judicabatur eũ nolens occidisse. Unde fugiebat ad unam sex civitatum refugii, & ibi erat usque ad mortem summi Pontificis: tunc enim poterat redire ad propria, vel ire quocunque vellet. Si autem infra mortem summi Pontificis cognati occisi invenissent homicidam extra civitatem refugii, impune poterant eum occidere. Volentem homicidam nulla civitas refugii recipiebat: immo & ab altari Domini evellebatur, sicut legitur factum de Joab 3. *Reg.* a. e. *c* Non potest occidere] impune sc. *d* Judicetur,] i. discernatur, utrum volens, vel nolens occiderit eum: si nolens, tunc securus est in civitate, si volens, tradetur cognatis occisi, ut de ipso faciant voluntatem suam *e* Tres, &c.] *Gloss.* scilicet Bosor in campestri solitudine de Tribu Ruben, & Ramoth Galaad de Tribu Gad, & Gaulon in Basan de Tribu Manasse. *f* Et tres, &c. *Gl.* scilicet Cades in terra Galilæa montis Nephtali, & Siché in monte Ephraim, & Cariatharbe. Ipsa est Hebron in monte Juda. *g* Peregrinis,] sic Ecclesia non solum Christianis, sed Judæis, & Gentilibus debet esse in refugium. *b* Si quis.] Enumerat hic diversa genera interfectionis. *i* Statim, &c.] *Gl.* Non est enim opus eum ad judicium adduci, cum jam homicida judicatus est. Et propterea de illis civitatibus expulsus. *k* Fortuito,) id est, per ignorantiam. *l* Ultoris, id est, cognati ipsius occisi, qui volebat esse ultor occisi. *m* Qui, &c.) id est, qui potest, & debet ulcisci jure cognationis. *n* Ille obierit,) id est, Pontifex. *o* Sub te [scilicet convictus. Non dicit juratis, quia non juratis tunc credebatur, ut modo Sacerdotibus; sed hoc jam nõ fit. *p* Ad unius, &c.) *Deut.* 19 d In ore duorum, aut trium testium stat omne verbum. *q* Non accipietis.) Contra hoc fieri videtur, si aliquis convictus de homicidio permittatur intrare claustrum, vel dari templo ad serviendum ibi perpetuo. *r* Ne polluatis.) Ergo Princeps, qui permittit homicidam in terra sua, donec satisfecerit parentibus occisi, polluit eam.

EXPOSITIO CAP. XXXVI.

ACcesserunt, *f* &c.) hic agitur de filiabus Saphaad, quibus, ut dictum est *sup.* 27. a mortuo patre earum absque filiis jubente Domino cessit hæreditas, quarum occasione ibidem data est lex de successione hereditatis; ut si non sit etiam filius, filia succedat patri in hæreditate; quod si nec filia, frater, quod si nec frater patruus; quod si non patruus, propinquior generæ. Ne vero in jubilæo confunderentur sortes, & Tribus, præcipit hic Dominus, quod mulier patri succedens, nulli conjungatur, nisi viro de Tribu sua. Aliis vero mulieribus, quæ locum primogeniti non tenebant, id est, quæ patri in hæreditate non succedebant, licitum erat contrahere cum viris alterius Tribus. Unde lex ista tantum de primogenitis, id est, succedentibus patribus in hæreditate intelligitur. Unde patet, quod Beata Virgo cum esset primogenita, & hæres paternæ hæreditatis, erat de Tribu Juda, & Joseph vir ejus erat de Tribu Juda. *t* Præcepit.) *supra* 25. & ut filiabus Salphaad, *supra* 22.

Reve-

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,
D. HUGONIS, &c. CARDINALIS PRIMI
de Ordine Sancti Dominici,
IN POSTILLAM SUPER LIBRUM DEUTERONOMII.
P R O L O G U S.

Joan. 6.

EST puer unus hic, qui habet quinque panes hordaceos, & duos pisces, sed quid hæc inter tantos? Puer ille est Moyses, qui dicitur puer propter vitæ puritatem, & animi mansuetudinem. Unde *Num.* 12. Moyses autem erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Quinque panes, quinque libri legis, qui recte dicuntur panes: quia sicut pane homo exterior; sic legis intelligentia homo interior reficitur, & confirmatur. Unde Dominus *Matth.* 4. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, q. d. Homo exterior pane, sed homo interior verbo Dei vivit. Sed dicuntur panes hordeaci. Hordeum enim asperitatem, & duritiam habet in cortice, sed dulcedinem interius in medulla: sic lex Mosayca duritiam habet in littera; dulcedinem vero intus in mysterio continet spiritalem. His quinque panibus pavit Dominus quinque millia hominum, ut dicitur *Joan.* 6. & *Matth.* 14. Alibi tamen, scilicet, *Matth.* 15. dicitur, quod ex septem panibus pavit quatuor millia hominum. Nam quinarius legis ad Patres veteris Testamenti pertinet. Refectio vero quatuor millium, propter quatuor Evangelia, ad Patres novi Testamenti spectat. Illis enim data sunt, & promissa terrena, quæ quinque sensibus subsunt. Unde *Isai.* 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Istis vero quadratura, idest, soliditas terræ viventium promittitur in futuro. Unde *Matth.* 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Quatuor ex his quinque panibus jam refecti, quintum modo frangere vobis, & apponere comedendum, secundum quod Dominus dederit, proponimus, ipso Domino adjuvante. Ut autem nos panem istum dilucidius frangere valeamus, & apponere fructuosius; & vos accipere perfectius valeatis, videndum est, quæ sit materia hujus libri, quæ auctoris intentio, quis modus agendi, quis titulus. Materia hujus libri est materia quatuor præcedentium librorum in hoc libro breviter iterata, quod & ipso nomine libri declaratur. Dicitur enim Hebraice *Elle baddebarim*, quod interpretatur, hæc sunt verba: Hæbrei enim a principio libros denominant. Græce *Deuteronomium*: Latine, *secunda lex*. Non ut quidam mentiti sunt, post prædictam alteram, quia credebant ipsi duas leges esse, dicentes unam datam a Deo, quæ in præcedentibus libris continetur, alteram datam a Moyse, quæ in hoc libro continetur. Addentes in assertione sui erroris, quod de illa lege supra semper legitur. Locutus est Dominus ad Moysen. De ista vero dicitur. Locutus est Moyses ad omnem Israel. Sed dicitur secunda lex, secundo iterata. Hoc nomine appellatur Evangelium, quod successit legi, & cui nulla succedet. In hoc etiam, quod multa breviter recolligit, & supplet quædam superius prætermissa, Evangelium præfigurat, quod imperfecta legis supplet. Unde *Matth.* 5. Non veni solvere legem, sed adimplere. Auctoris intentio est, prædicta breviter replicare. Iterat autem hic principaliter tria, & tribus de causis. Præcepta, & cæremoniæ ad commendationem memoriæ, & ipsorum confirmationem. Beneficia Dei iterat, ad roborandam dilectionem Dei in illis. Flagella etiam iterat, quæ sustinuerunt murmurantes ad timorem incutiendum; ut quos amor non provocat ad bonum, saltem timor revocet a malo. Fit etiam iteratio legis alio triplici fine, ut novæ legis typus præhabitus commendetur, ut utilitas prædictorum inculcetur. Quod enim utile est, sæpe dicere, non debet esse pigrum, nec audire molestum, ut dicit Apostolus *Philip.* 3. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum; vobis autem necessarium. Item ut Judæorum duritia condemnetur, qui toties dicta non intellexerunt. Modus autem agendi talis est. Præmittit quasi Prologum, in quo ostenditur, quis scripserit, & quid, & quibus, & ubi. Moyses quidem scripsit: & eadem, quæ in aliis libris scripserat, & filiis Israel scripsit, & in campestribus Moab, anno quadragesimo ab exitu de Ægypto. Secundo Moyses commemorat grave delictum, propter quod perierunt in deserto. Tertio separat civitates refugii, *infra* 19. Quarto commemorat dicta, facta, mala, & bona, supple quædam superius prætermissa. Quinto jubet librum istum reponi in arca, & anno septimo legi coram omni Israele in Scenopegia *infra* 31. Sexta subdit canticum. *Audite cœli*, &c. in memoriam murmurantium, & pœnæ eorum, & in memoriam obedientium, & præmii eorum, *infra* 32. Septimo ponit benedictiones duodecim Tribuum, *infra* 33. Octavo, & ultimo ponitur mors Moysi. Titulus talis est. *Incipit liber Deuteronomii*, idest, legis Moysi, secundo iteratæ. Et nota, quod lex dicitur Moysi, & Dei; sed Dei, ut auctoris, Moysi, ut ministri.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.
Postilla super Librum Deuteronomii.
EXPOSITIO CAP. I.

INCIPIT LIBER
Elle baddebarim, i. Deuteronomii.

CAP. I.

HÆc *a* sunt verba, quæ *b* locutus est *c* Moyses *d* ad omnem Israel *e* trans Jordanem in solitudine campestri cōtra *f* mare rubrum inter *g* Pharā, & Thophel, & Labam, & Aseroth, ubi est *h* auri plurimum, *i* undecim diebus de Horeb, per viam mōtis Seir, usque ad Cadesbarne: *k* Quadragesimo anno, undecimo mense, prima

HÆC *a* sunt verba] scilicet, quæ sequuntur per totum librum. *b* Locutus est,] docendo, explanando, prædicta, & ad majorem memoriam habendam repetendo. *c* Moyses.] Ecce qui scripsit. *d* Ad omnem Israel.] Ecce quibus. *e* Trans Jordanem.] Ecce ubi, scilicet ultra Jordanem ex parte Ægypti. Pro situ enim terræ promissionis consuevit dicere sacra Scriptura ultra, vel citra Jordanem. Sed ex hoc videtur, quod liber iste non fuit editus a Moyse, quia ipse non transivit Jordanem. Quod concedunt quidam, dicentes librum istum compositum, sive scriptum a Josue post transitum Jordanis. Ipse enim memoriter retinens verba Moysi, post transitum Jordanis congrue potuit dicere. Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses trans Jordanem. Videtur etiam velle *Hieron.* quod Josue partem hujus libri composuit, sed non totum. Alii dicunt hoc principium appositum ab Esdra, sicut in fine mortem Moysi apposuit. Moyses enim mortem suam non potuisset scripsisse. Sed verius videtur, quod Moyses hunc librum scripsit, & ita volunt *Gloss.* Et loquitur de se, quasi de alio. Videns Moyses in spiritu populum statim transiturum Jordanem, & secum librum istum delaturum juxta mandatum suum, quasi in persona recitantium verba ejus, dixit: Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses trans Jordanem. Legentes enim librum post transitum Jordanem, falso dicerent citra Jordanem. *f* Mare, &c.] quod multos habet sinus, & longe, lateque extenditur, ibi ergo erat ex opposito aliqua pars maris rubri.

A

g Inter, &c.] *Gloss.* Nomina locorum. Item *Gloss.* Quatuor hi montes, quatuor Evangelia significant, quibus circumdat Ecclesia. *h* Auri] Ad litteram ibi erant aurifodinæ. *i* Undecim &c.] Hoc diasyrticum est, & potest continuari cū precedenti, vel sequenti. Cum precedenti sic. Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnē Israel trans Jordanē, in tali loco, undecim diebus. Et hanc lecturam approbat: *quadam Gl.* quę dicit. Undecim diebus lex per Moysē explanata est. Ad idem facit *quadam Gl. super n.* 33. quę sic incipit. In quadragesima mansione, &c. Vel cum sequenti, sic. Undecim diebus de Horeb, supple, venerunt per viam mōtis Seir usq; ad Cadesbarne. Sic legit *Interl.* Et tangit hic, quod cum secundo anno ab exitu de Ægypto venerunt in Cadesbarne, quæ fuit tricesimatertia mansio, territi ab exploratoribus murmuraverunt. Unde Domino vindicante, redeunte usque ad Horeb, diu erraverunt: ita quod quadraginta novem diebus venerunt de Horeb in Cadesbarne. Et in isto undenario dierum facta est hæc recapitulatio. Forte singulis diebus aliquam partem explicabat, vel forte una die dicta, & undecim scripta sunt. *k* Quadrag. &c] Determinat tempus, quando facta est hæc recapitulatio, sc. quadragesimo anno egressionis de Ægypto, qui

fuit

die mensis locutus est Moyses *a* ad filios Israel omnia, quæ *b* præceperat illi Dominus, ut *c* diceret eis, postquam percussit Sehon Regem Amorrhæorum, qui habitavit in Hesebon: & Og Regem Basan, qui mansit in Aseroth,& in Edai trans Jordanem in terra Moab. Cœpitque Moyses explanare legem,& dicere: *d* Dominus Deus noster locutus est *e* ad nos in Horeb, dicens: *f* Sufficit vobis,quod in hoc monte *g* mansistis. *h* Revertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cetera, quæ ei proxima sunt campestria, atque montana, & humiliora loca contra meridiem,& juxta littus maris,terram Chananæorum,& Libani usque ad flumen magnum Euphratem. En,inquit, tradidi vobis: Ingredimini, & possidete eam, *i* super quam juravit Dominus patribus vestris *k* Abraham, *l* Isaac, & *m* Jacob, ut daret illam eis,& semini eorum post eos. Dixitque *n* vobis illo in tempore: *o* Non possum solus sustinere vos:quia Dominus Deus vester multiplicavit vos,& estis hodie, sicut *p* stellæ cœli plurimi. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia,& benedicat vobis, *q* sicut locutus est. Non valeo solus vestra negotia sustinere, & pondus, ac jurgia. *r* Date ex vobis viros *s* sapientes, & gnaros, & quorum conversatio sit probata in Tribubus vestris, ut ponam eos vobis Principes. Tunc respondistis mihi: Bona res est, quam vis facere. *t* Tulique de Tribubus *u* vestris viros sapientes, & *x* nobiles, & constitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, ac Decanos, qui docerent vos singula: Præcepique eis, dicens: Audite illos, & quod justum est, *y* judicate: Sive civis sit ille, sive peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita parvum audietis, ut magnum, nec *z* accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est. Quod si difficile vobis aliquid visum fuerit, referte ad me, & ego audiam: Præcepique omnia, quæ facere deberetis. *a* Profecti autem de *b* Horeb transivimus per *c* eremum terribilem, & maximam solitudinem, quam vidistis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumque *d* venissemus in *e* Cadesbarne, dixi vobis: Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus noster daturus est nobis. *f* Vide terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: Ascende & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: *g* Noli metuere, nec quicquam paveas. Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: *h* Mittamus viros, qui considerent terram,& renuncient, per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere civitates. Cumque mihi sermo placuisset, misi e vobis duodecim viros, singulos de Tribubus suis. Qui cum perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt usque ad vallem Botri, considerata terra sumentes de fructibus ejus,ut ostenderent ubertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt: Bona est terra, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascendere, sed increduli ad sermonem Domini Dei nostri, murmurati estis in tabernaculis vestris, atque dixistis: Odit nos Domi-

fuit ultimus annus itineris eorum, quia in eo transierunt Jordanem: ita quod eo transito celebraverunt Phase sequentis anni, quartadecima die, scilicet sequentis anni, idest, 41. Supra enim dixerat, quod undecim diebus completa fuerat legis replicatio. Hic determinat, quoto tempore ab exitu de Ægypto, scilicet quadragesimo anno, undecimo mense, prima die mensis *a* Ad filios Israel.] *Gloss.* Inter quos, & Deum ipse mediator erat. *b* Præceperat.] *Gloss.* Non a se, sed a Deo acceperat. *c* Diceret,] tanquam mediator. *d* Dominus Deus noster.] Hic Moyses incipit recapitulare præmissa. Et est sumptum de *Num.* 10. ubi dicitur. Anno secundo, mense secundo, 20. die mensis elevata est nubes de tabernaculo fœderis, & recubuit in solitudine Pharam. Et dicitur ibi, quod ad imperium Domini movebant castra, idest, ad motionem nubis, quæ fiebat ex præcepto Dei. Hoc dixit Moyses, secundum *Joseph.* ad Jordanem congregans populum ubi nunc est civitas Adibab, locusque palmarum. *e* Ad nos, &c.] anno secundo post legem datam. Nec dixit hoc Dominus verbo, sed motione nubis, quæ erat ei, quasi dictio: quia per hanc voluntatem suam eis significavit. Qua stante ipsi stabant, qua procedente, ipsi procedebant. *f* Sufficit, &c.] *Gloss.* Præcipitur Moysi, ut recedat a monte, in quo legem acceperat: quia Doctor non semper debet instare contemplationi, sed aliquando descendat, ut sui, & proximorum curam gerat, sive mente excedimus Deo, sive sobrii sumus vobis. *g* Mansistis.] Ibi, ut dicit *Hieron.* manserunt per annum legitimum, & quatuor dies. *h* Revertimini, &c.] Non habentur ista verba *Num.* 10. unde sumpta est hæc recapitulatio.

i Super quod, &c.] scilicet terram, de qua terra habenda, facta est promissio. Vel quam, est adverbium. Et est sensus, possidete eam, supra quam, idest, amplius, & largius, quam juravit Dominus se daturum pluribus. Largiora enim Dei beneficia sunt, quam promissa. *k* Abraham.] *Genes.* 13.

l Isaac.] *Genes.* 26.

m Jacob] *Genes.* 28.

n Dixitque vobis.] Multa invenies in hac recapitulatione aliter dicta quam *in Exod.* 18. unde sumpta est. Et videtur Moyses sibi ipsi obloqui hic, & in tempore, & in modo. Constat enim quod in Raphidin, ubi victus est Amalech, antequam venirent ad montem Sinai, dedit Jethro Consilium Moysi de eligendis Chiliarchis, & Centurionibus, ut dicitur *Exod.* 18. Ergo non fuit datum consilium eo tempore, quo hic dicitur datum. Videtur enim dicere hic, quod datum fuit post discessum a monte Sinai. Item *Exod.* 18. legitur consilio Jethro factum fuisse hoc, sed hoc dicit hic Moyses a se dictum. Summa solutionis est *in Gl.* Tempus enim large accipitur, hic, scilicet ab exitu de Ægypto usque ad discessum a monte Sinai. Et est sensus, ego dixi vobis in illo tempore, quo scilicet veniebatis de Ægypto ad montem Sinai, vel ad terram hanc, quam debetis modo intrare. Ad aliud dicimus, quod primo datum fuit consilium a Jethro Moysi, postea vero a Moyse promulgatum populo. *o* Non possum solus] *Gloss.* Non se labori subtrahit, sed adjutores quærit. *p* Stellæ.] Hoc de bonis dictum est, dicit *Gloss.* *q* Sicut locutus est.] *Gloss.* qui non mentitur. *r* Date.] *Gloss.* Date vos, non ego, q. d. Nolo vobis imperare, sed obedire. *s* Sapientes.] Contrarium minatur Dominus Ecclesiæ propter peccatum nostrum, quod hodie credo esset impletum. *Isai.* 3. Ecce, inquit, Dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem, & ab Juda validum, & fortem, &c. *Item* 56. Speculatores ejus cæci omnes, & *Ezech.* 7. Lex peribit a Sacerdote, & consilium a senioribus, &c. *t* Tulique.] *Gloss.* vobis eligentibus prius. *u* Vestris.] Non alienis. *x* Nobiles,] nobilitate morum, & animi, non carnis tantum, quæ putat, & inflat. *Prov. ult.* Nobilis in portis vir ejus. *y* Judicare.] Prælatis dicitur hic, ut studiose causam inquirant, antequam judicent, *Job.* 29. Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam: conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. *z* Nec accipiet, &c.] Personam accipere, est, quod faciendum est, omittere, vel quod non faciendum est facere propter reverentiam personæ. *Jac.* 2. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini. *Malach.* 2. Non servastis vias meas & accepistis faciem in lege. Et *Jerem.* 5. Magnificati sunt, & impugnati, & ditati: incrassati sunt, & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime: causam viduæ non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt. *Isai.* 1. Pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. *Act.* 10. Non est acceptor personarum Deus.

a Profecti, &c.] *Num.* 10. *b* De Horeb,] sive de Sinai. Idem est enim mons Sinai, & mons Horeb. Ex altera parte dicitur Horeb. Ex altera parte mons Sinai. *c* Per eremum.] Eremus est via ad Paradisum. *Luc. ult.* Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Hanc viam tenent Electi, sed reprobi per amœnam mundi ducuntur ad latibulum inferni. *d* Cumque, &c.] prima, s. vice. Bis enim venerunt illuc; primo in secundo anno egressionis suæ. Sed quia tunc murmuraverunt, & noluerunt obedire Moysi, redierunt errantes per solitudinem diu: anno tandem 40. venerunt illuc secundo. *e* In Cadesbarne] quæ fuit 33. mansio. *f* Vide, supra propter multitudinem dixit pluraliter, venistis. Sed quia multitudo unus est populus, dicit hic singulariter. Vide. *g* Noli.] *Exod.* 14. State, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie. *h* Mittamus viros.] Contrarium videtur

B

Exod. 18.

2. Cor. 5.

C

Joan. 7. De Judæorum... (marginal references)

al. venistis.

D

Num. 13.

videtur esse *Num.* 13. Ibi legitur Dominus dixisse Moysi: Mitte viros, qui considerent terram, &c. Sol. Non est contrarium, quia Moyses ad suggestionem populi consuluit Dominum, qui dixit ei, mitte viros: Ita dicit *Gl.* Et ipse retulit populo, qui postea dixit, mittamus. Mystice. Duodecim exploratores, significant Ecclesiæ Doctores. Per Caleb, & Josue, qui populum curare studuerūt, significantur boni Doctores. Per reliquos decem, pravi, qui populum terrent male vivendo, vel male docendo.

a Pro vobis, &c.] Simile *Exod.* 14. Dominus pugnabit pro vobis; vos autem tacebitis. *b* Sicut fecit,] *Gl.* Per ante facta de faciendis confidite.

c Et in solitudine,] ante introitum maris rubri, *Exod.* 14. Vel in Raphidim *Exod.* 17. in pugna contra Amalech.

d Portavit te] *Gl.* Affectuose portavit nos Dominus ad Pœnitentiam expectando. *Osee* 11. Ego quasi nutricius Ephraim portabam eos in brachiis meis. Item in Cruce peccata nostra sustinendo. *Isaiæ* 46. Ego feci, & ego feram. Item ad viam reducendo. *Luc.* 15. Ovem, quæ erraverat, reportavit in humeris suis pius pastor. Item ab hostibus liberando, *Exod.* 19. Vos ipsi vidistis, quid fecerim Ægyptiis: quomodo portaverunt vos super alas Aquilarum. Item in bono promovendo. *Isai.* 40. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo, congregabit agnos, & in sinu suo levabit, fœtas ipse portabit. *e* Parvulum.] *Gloss.* Quem tenere diligit, nec laborare permittit. *f* In omni via] nunquam defuit.

g Et nec sic, &c.] *Gl.* Ingrati beneficiis.

h Domino,] qui magna fecit in nobis. *i* Præcessit,] quasi Dux, & Comes laboris. *k* Et metatus,] indicio nubis. *l* Figere,] stante, scil. nube. *m* Juravit,] idest, immutabiliter statuit. *n* De hominibus generationis,] qui tunc murmuraverunt. *o* Pollicitus,] non malis, sed bonis. *p* Præter Caleb.] de Josue tacet: quia certum erat de ingressu ejus, & etiam statim post dicit idem de ipso. *q* Dominus propter vos,] jurgantes ad aquas contradictionis. *Num.* 20. Nota, quod hoc dixit Moyses ad consolationem populi. Solatium est enim misero socios habere pœnarum: Et maxime fuit eis hoc solatium, cum Moyses nihil meruerit; & tamen punitus fuerit. Quandoque enim pro peccatis malorum affliguntur boni, Non est intelligendum, quod pro murmure populi punitus fuerit Moyses, imo pro peccato suo, quia dubitavit ad aquas contradictionis de potentia Domini. Unde *Num.* 20. dictum est ei, & Aaron. Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis nomen meum coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Quia autem dicitur hic. Cum mihi iratus Dominus propter vos dixerit, nec tu ingredieris illuc, intelligendum est, quod murmur populi fuit causa perturbationis, perturbatio causa hæsitationis, hæsitatio fuit peccatum, propter quod non intravit. Unde cum dicitur *in Psal.* 105. Vexatus est Moyses propter illos. Propter dicit causam remotam, & similiter etiam hic.

r De quibus dixistis.] *Num.* 14. *s* Qui hodie] Loquitur pro tempore murmuris in reditu exploratorum. Et est argumentum hic, quod parvuli non consentientes malo, pro peccatis parentum non sunt puniendi. *t* Cumque instructi,] confidentes propria virtute. *u* Imperio Domini,] qui in me loquebatur. *x* Et concidit, &c.] fugientes vos, scilicet Vel cecidit, quod idem est. Hic dicitur *in Gloss.* quod Seir mons est in terra Edon, qui ab Esau piloso, & hispido Seir, idest, pilosi nomen accepit: Contrarium dicitur *Gen.* 36. Isti filii Seir, Horrhæi habitatores terræ. Item *ibid.* Hi sunt Duces Horrhæi, filii Seir in terra Edom. Istos Horrhæos expulit Esau a terra, ut legitur 1. *Paral.* 1. Sic ergo videtur, quod terra illa dicta est Seir, non ab Esau, sed a Seir Horræo, qui fuit ante Esau. Solut. Quidam dicunt, quod nomen terræ non est variatum, sed causa appellationis. Cum enim prius diceretur Seir a Seir Horrhæo, postea dicta est Seir ab Esau piloso. Alii dicunt, quod terra dicta est Seir a Seir Horrhæo, sed quædam villa in terra illa dicta est Seir ab Esau.

y Non exaudivit vos.] *Gloss.* Auditu indignos.

Num. 14. al. cecidit.

nus: & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, ut traderet in manu Amorrhæi, atque deleret. Quo ascendemus? Nuncii terruerunt cor nostrum, dicentes: Maxima multitudo est, & nobis in statura procerior: Urbes magnæ, & ad cœlum usque muratę: Filios Enachim vidimus ibi. Et dixi vobis, nolite metuere, nec timeatis eos. Dominus Deus, qui Ductor est noster, pro *a* vobis ipse pugnabit, *b* sicut fecit in Ægypto videntibus cunctis, *c* & in solitudine ipsi vidistis. *d* Portavit te Dominus Deus tuus, ut solet homo gestare *e* parvulum filium suum, in *f* omni via, per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Et *g* nec sic quidem credidistis *h* Domino Deo vestro, qui *i* præcessit vos in via, & *k* metatus est locum, in quo tentoria *l* figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. Cumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum, iratus *m* juravit, & ait: Non videbit quispiam *n* de hominibus generationis hujus pessimæ terram bonam, quam sub juramento *o* pollicitus sum patribus vestris, præter *p* Caleb filium Jephonę. Ipse enim videbit eam: & ipsi dabo terram, quam calcavit, & filiis ejus, quia secutus est Dominum. Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoq; iratus Dominus *q* propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc, sed Josue filius Nun minister tuus ipse intrabit pro te: Hunc exhortare, & robora: & ipse terram sorte dividat Israeli. Parvuli vestri, *r* de quibus dixistis, quod captivi ducerentur: & filii, qui *s* hodie boni, ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur, & ipsis dabo terram & possidebunt eam; vos autem revertimini, & abite in solitudinem per viam maris rubri. Et respondistis mihi: Peccavimus Domino: Ascendemus, atque pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cumq; *t* instructi armis pergeretis in montem, ait mihi Dominus: Dic ad eos: Nolite ascendere, neq; pugnetis. (Non enim sum vobiscum) ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum, & non audistis, sed adversantes *u* imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis in montem. Itaq; egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obviam veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & *x* concidit de Seir usque Horma. Cumque reversi ploraretis coram Domino, non *y* exaudivit vos, nec voci vestræ volui acquiescere. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

C A P. II.

PRofectique *z* inde venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus, & circumivimus montem Seir longo tempore. Dixitque Dominus ad me: Sufficit vobis circumire montem istum: ite contra Aquilonem: & populo præcipe, *a* dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. Videte ergo diligenter, ne moveamini contra eos: Neque enim dabo vobis de terra eorum, quantum potest unius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Sair. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & *b* bibetis. Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: *c* Novit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam per quadraginta annos, habitans tecum Dominus Deus tuus,

EXPOSITIO CAP. II.

PRofectique *z* inde,] idest, de Cadesbarne in solitudinem retro, unde venerant in pœnam murmuris. *a* Dicens, transibitis.] Hoc dicitur *Num.* 20. non tamen omnino eisdem verbis *b* Et bibetis.] Contrarium dicitur *Num.* 20. ubi dicunt filii Israel ad Edom: Non bibemus aquas de puteis: Et ille omnino negavit transitum per terram suam; ergo non biberunt in ea aquam emptam. Solutio. Negatus est eis transitus per terram; tamen concessum est eis, ut prope in finibus suis transirent, & emerent sibi necessaria. *c* Novit iter tuum, quomodo, &c.] idest, disposuit, quod prospere ires. Vel novit, i. approbavit, idest, placuit ei iter tuum, ut ita transires, scil. circumeundo quadraginta annis.

a Nihil

& nihil tibi *a* defuit.) Cumque transissemus *b* fratres nostros filios *c* Esau, qui habitabant in Seir per *d* viam campestrem de Elath, & de Asiongaber, venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab. Dixitque Dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas adversus eos prælium: Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum: quia filiis *e* Loth *f* tradidi Ar in possessionem. *g* Emim primi fuerunt habitatores ejus, populus magnus, & validus, & tam excelsus, ut de Enachim stirpe quasi *h* Gigantes crederentur, & essent similes filiorum Enachim. Denique Moabitæ appellant eos Emim. In Seir autem prius habitaverant *i* Horrhæi, quibus expulsis, atque deletis habitaverunt filii Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, quam dedit ei Dominus. Surgentes ergo, ut transiremus *k* torrentem Zareth, venimus ad eum, tempus autem, quo ambulavimus de *l* Cadesbarne usque ad transitum Zareth, triginta & octo annorum fuit, donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut juraverat Dominus, cujus manus fuit adversum eos, ut interirent de castrorum medio. Postquam autem universi ceciderunt pugnatores, locutus est Dominus ad me dicens: Tu transibis hodie terminos Moab urbem nomine Ar, & accedens in vicina filiorum Ammon, cave, ne pugnes contra eos, nec movearis ad prælium. Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon: quia filiis Loth dedi eam in possessionem. *m* Terra Gigantum reputata est, *n* & in ipsa olim habitaverunt Gigantes, *o* quos Ammonitæ vocant Zonzomin, *p* populus *q* magnus, & *r* multus, & proceræ longitudinis, sicut Enachim, quos delevit Dominus *s* a facie eorum & *t* fecit illos habitare pro *u* eis, sicut fecerat filiis Esau, qui habitabant in Seir, *x* delens eos, & terram eorum illis tradens, quam possident usque in præsens. *y* Hevæos quoque, qui habitabant in Aserim usque Gazam Cappadoces expulerunt eos: Qui egressi de Cappadocia deleverunt eos, & habitaverunt pro illis. *z* Surgite, & transite torrentem Arnon. Ecce tradidi in manu tua *a* Sehon Regem Hesebon Amorrhæum: & terram ejus incipe possidere, & committe adversum eum prælium: *b* Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub *c* omni cœlo, ut audito nomine tuo paveant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. Misi *d* ergo nuncios de solitudine Cademoth ad Sehon Regem Hesebon verbis pacificis, dicens: Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via, non declinabimus, neque ad dexteram, neque ad sinistram: Alimenta pretio vende nobis, ut vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bibemus: Tantum est, ut nobis concedas transitum, sicut *e* fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir: & Moabitæ, qui morantur in Ar, donec veniamus ad Jordanem, & transeamus in terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. Noluitque Sehon Rex Hesebon dare nobis transitum, quia *f* induraverat Dominus Deus tuus spiritum ejus & obfirmaverat cor illius, ut traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. Dixitque Dominus ad me: Ecce cœpit tradere tibi Sehon, & terram ejus incipe possidere eam. Egressusque est Sehon obviam nobis cum omni populo suo ad prælium in Jesa, & tradidit eum Dñs Deus noster nobis, percussimusque eum cum filiis, & *g* omni populo suo, cunctasque urbes in tempore cepimus interfectis habitatoribus earum viris, ac mulieribus, & parvulis: Non reliquimus in eis quicquam absque jumentis: quæ in partem venere prædantium: & spoliis urbium, quas cepimus ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon oppido, quod in valle situm est usque Galaad. Non fuit vicus, & civitas, quæ nostras effugeret manus. Omnes tradidit Dominus Deus noster nobis, absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus & cunctis, quæ adjacent torrenti Jeboch, & urbibus montanis, universisque locis, a quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

a Nihil tibi defuit,] scil. quod erat necessarium. *b* Fratres nostros,] i. consanguineos. *c* Esau,] fratris Jacob. *d* Per viam camp.] supple, quæ venit de Elath, & de Asiongaber, & ducit in desertum. Non enim tunc transierant per Asiongaber, quam jam dimiserant, quæ fuit tricesima secunda mansio. *e* Filiis Loth,] idest, Moabitis.

f Tradidi Ar in possessionem.] Ar æquivocum est, ad fluvium, & civitatem. Similiter & Arnon, sicut dictum est *sup. Num.* 21. *Gloss.* At metropolis est Moabitarum super ripam torrentis Arnon, olim possessa a Gente veterrima Emim: postea retenta est a filiis Loth, i. Moabitis subversis accolis: *g* Emim,] quod interpretatur terribiles, proprium nomen est Emim populi, sive Gentis.

h Quasi Gigantes.] Bene dicit, quasi Gigantes, quia revera non erant, sed magni corpore, ut Gigantes. *i* Horræi,] vel Horim,] deletis ab Esau fratre Jacob. *k* Torrentem Zareth,] quem siccis pedibus transierunt, sicut mare rubrum. *l* De Cadesbarne.] *Hieron. in Gloss.* Cadesbarne est locus in deserto, qui conjungitur civitati Petræ in Arabia, quæ olim dicta est Archis, Metropolis Arabum, ubi occubuit Maria, & Moyses. *Num.* 20. rupe percussa aquam sitienti populo dedit. Et monstratur usque hodie ibidem sepulchrum Mariæ. Sed & principes Amaloch, ibi cæsi sunt a Chodorlaomor. *m* Terra Gigantum,] non quod essent Gigantes, sed magni corpore. Vel forte Gigantes ibi ante habitaverunt. *n* Et in ipsa, &c.] Et pro quia. *o* Quos, &c.] quos scil. Gigantes. *p* Populus,] ille scil. *q* Magnus,] corpore. *r* Multus numero. *s* A facie,] i. filiorum Loth. *t* Fecit illos,] i. filios Loth. *u* Pro eis,] i. Gigantibus. *x* Delens, sc. Horrhæos. *y* Hævæos, &c.] q. d. non est mirum, si filii Esau Horrhæos expulerunt de terra sua, quia Cappadoces similiter expulerunt Hevæos de terra sua, & habitaverunt pro ipsis. Nec sunt illi Hevæi, illi, qui computantur inter septem Gentes, quas expulerunt Israel de terra promissionis. Hos quoque Cappadoces expulerunt Palæstini, Palæstinos postea expulerunt filii Israel.

z Surgite,] verba sunt Domini ad Moysen, & filios Israel. Et præcepit hic Dominus fieri pugnam contra alienigenas, & possidere terram eorum. *a* Sehon Reg.] De hoc. *Num.* 21. *b* Hodie, &c.] Imo prius immiserat. Unde *Exod.* 15. dicit Maria *in Cant.* Irruat super eos formido, & pavor. Sol. Licet prius immiserit terrorem in hoc facto, tamen ille terror, sive timor nihil fuit respectu istius. Unde modus loquendi est hic, qui frequens & in usu habetur multum. Dicit enim sæpe aliquis modo, incipiam bene facere, quasi priora pro nihilo reputo respectu eorum, quæ faciam. *c* Sub omni cœlo.] Hyperbole est. Vel sub omni cœlo dicit, non sub toto, q. d. Immittam timorem tuum in populos, qui habitant ad Orientem, & Occidentem, & Aquilonem, & Austrum, non tamen in omnes. *d* Misi, &c.] *Num.* 21. Transibimus, quasi peregrini, & advenæ. *e* Fecerunt filii &c.] i. Idumæi. Ergo illi concesserunt eis transitum per terram suam, quod falsum est, ut patet *Num.* 20. Sol. Revera Idumæi negaverunt eis transitum per terram suam, sed concesserunt eis transitum juxta terram suã in finibus, & hoc idem petebant Sehon.

f Induraverat.] *Gl.* Indurari permiserat exigentibus peccatis. Sed quid est induratio, nisi gratiæ subtractio, vel major gratiæ elongatio? sed hoc facit Dominus. Quid est ergo, quod dicit *Interl.* Indurari permisit: quia permisit peccare, quo facto, subtrahit Dominus gratiam suam, vel elongat: nihil autem aliud est subtrahere Dominum gratiam suam, quam conservare, sive non prohibere peccatum. Proprie enim loquendo, hæc est falsa, Dominus subtrahit gratiam suam. Sed si alicubi invenis hoc dictum, vel scriptum, exponere per negationem omnimodam, i. non conservat gratiam, vel non prohibet hominem a peccato. *g* Et omni,] sic peccatum non omni circunstantia sua destruendum est in confessione. Unde *Is.* 14. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, &c. *Prov.* 12. Verte impium, & non erit, scilicet impius.

E X-

C A P. III.

ITAQUE *a* conversi ascendimus pariter Basan: Egressusque est Og Rex Basan in occursum nobis cum populo suo, ad bellandum in Edrai. Dixitque Dominus ad me: *b* Ne timeas eum: quia in manu tua traditus est cum omni populo, ac terra sua, faciesque ei, sicut fecisti Sehon Regi Amorrhæorum, qui habitavit in *c* Hesebon. Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og Regem Basan, & universum populum ejus, percussimusque eos usque ad internecionem, vastantes cunctas civitates illius uno tempore. Non fuit oppidum, quod nos effugeret. Sexaginta urbes, & omnem *d* regionem Argob regni Og in Basan. Cunctæ urbes erant munitæ muris altissimis, portisque, & vectibus, absque oppidis innumeris, quæ non habebant muros. Et delevimus eos, sicut feceramus Sehon Regi Hesebon, disperdentes omnem civitatem, virosque, ac mulieres, & parvulos: jumenta autem, & spolia urbium diripuimus. Tulimusque illo in tempore *e* terram de manu duorum Regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem, a torrente Arnon usq; ad montem Hermon, quem Sidonii Sarion vocant, & *f* Amorrhæi Sanir. Omnes civitates, quæ sitæ sunt in planitie, & universam terram Galaad, & Basan usq; Selcha, & Edrai, civitates regni Og in Basan. *g* Solus quippe Og Rex Basan restiterat de stirpe Gigantum. Monstratur lectus ejus ferreus, qui est in *h* Rabbath filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. Terramque possedimus in tempore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon usque ad mediam partem montis Galaad, & civitates illius *i* dedi Ruben, & Gad: Reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi mediæ Tribui Manasse, omnem regionem Argob. Cunctaque Basan vocatur terra Gigantum. Jair filius Manasse possedit omnem regionem Argob usque ad terminos Gessuri, & Machati. Vocavitque *k* ex nomine suo Basan, Avoth Jair, i. villas Jair usque in præsentem diem. Machir quoque *l* dedi Galaad, & Tribubus Ruben, & Gad dedi terram Galaad, usque *m* ad torrentem Arnon, medium torrentis, & confinium usque ad torrentem Jeboch, qui est terminus filiorum Ammon, & planitiem solitudinis, atque Jordanem, & terminos Cenereth usque ad *n* mare deserti; quod est salsissimum ad radices montis Phasga contra Orientem. *o* Præcepique vobis in tempore illo dicens. Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hæreditatem: expediti præcedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti absque uxoribus, & parvulis, ac jumentis. Novi enim quod plura habeatis pecora, & in urbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis, donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris, sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam terram, quam daturus est eis *p* trans Jordanem: tunc revertetur unusquisque in possessionem suam, quam dedi vobis. Josue quoque in tempore illo præcepit dicens: oculi tui viderunt, quæ fecit Dominus Deus vester duobus his Regibus: sic faciet omnibus regnis, ad quæ transiturus es: ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis. Precatusque sum Dominum in tempore illo, dicens: Domine Deus, tu cepisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, *q* manumque fortissimam. *r* Neque enim est alius Deus, vel in cœlo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. Transibo igitur, & videbo terram hanc optimam trans Jordanem, & montem istum egregium, & *s* Libanum. Iratusque est Dominus mihi propter vos: nec exaudivit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquam ultra loquaris de hac re ad me: *t* Ascende cacumen Phasgæ, & *u* oculos tuos circumfer ad Occidentem, & ad Aquilonem Austrumque, & Orientem, & aspice: Nec enim transibis Jordanem istum. Præcipe Josue, & corrobora eum, atque conforta: quia ipse præcedet populum istum, & dividet eis terram, quam visurus es: Mansimusque in valle contra Phanum Phogor.

A Num. 21. — 21. q. 5. cap. Si vero per facientes. B — C — D

EXPOSITIO CAP. III.

ITaque *a* conversi.] Hic recapitulat de morte Og Regis Basan. De qua *Num.* 21. *in fin.* Ad istum non misit nuncios Moyses: Sciebat enim, quod inutiliter mitteret: vel forte antequam prope esset, audivit Moyses, quod Og exierat contra eum pugnaturus.

b Ne timeas.] Hoc dicit Dominus, quia magnæ staturæ erat Rex iste, quasi Gigas: & populus ejus fortis, unde possent terreri filii Israel: & sic Dominus confortat tempore opportuno. *c* In Hesebon], quæ erat caput regni Sehon. *d* Regionem Argob,] i. omnem regionem regni Og, quæ dicitur Argob, & erat Argob in Basan. *e* Terram de manu.] Nec est terra ista de terra promissionis, quia Moyses in hac terra fuit, qui terram promissionis prohibitus est intrare a Domino.

f Et Amorrhæi Sanir.] Ergo idem est mons Hermon, & Sanir. Contra. *Cant.* 4. Conjunguntur conjunctione copulativa, ubi dicitur, de vertice Sanir, & Hermon. Solut. Alius est mons trans Jordanem, qui dicitur Sanir, & alius in Judæa, qui etiam dicitur Sanir. Hic ergo loquitur Scriptura de uno, ibi de alio. Vel potest dici, quod *in Cant.* hæc conjunctio, & ponitur expositive pro, idest.

g Solus quippe.] Antipophora est: quasi quæreret aliquis, quare tantum steterant in terra Basan? Quia solus Rex Basan restitit eis, qui miro modo fortis fuit, & magnus.

h In Rabbath.] civitate illa. *i* Dedi, &c.] *Num.* 32. scil. *k* Ex nomine, &c.] i. terram, quæ prius dicebatur Basan, vocavit ex nomine suo. *l* Dedi Galaad,] i. aliquam partem Galaad. *m* Ad torrentem Arnon.] Arnon, & Jeboch nomina sunt fluviorum, & civitatum. Unde *sup. Num.* 21. dicit quædam *Gloss.* Jeboch civitas est, finisque regni Sehon, sicut Arnon initium: inter quas regni caput erat Hesebon. *n* Ad mare deserti,] quod & Palæstinum dicitur: nec est hoc mare mortuum, sed aliud. *o* Præcepique.] Hic mutat personam; prius loquebatur de duabus Tribubus, & dimidia in tertia persona. Nunc loquitur ad easdem in secunda persona. Et habes de hoc *Num.* 32. *p* Trans Jordanem.] Hic dicitur trans, non respectu Jerusalem, sed respectu loquentis. *q* Manumque fortissimam.] *Job* 9. Si Fortitudo quæritur, fortissimus est. *r* Neque enim est alius.] *Jer.* 10. Dii, qui non fecerunt cœlum, & terram, pereant de terra. Idem *in eod.* Non est similis tui, Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. *s* Et Libanum,] &, pro, i. Unde *Gloss.* Montem Libanum, scil. hic est mons Phœnicis terminus Judææ contra Septentrionem. *t* Ascende cacumen.] *Num.* 27. dicitur: Ascende in montem Abarim, & contemplare terram. *inf.* 34. dicitur, Ascendit ergo Moyses super montem Nebo in vertice Phasga. Unde patet, quod idem mons est Phasga, & Abarim, cujus cacumen, sive vertex dicitur Nebo. Tamen *Magister in historiis* dicit, quod duo montes sunt, & dicit quod utrumque ascendit in unum per alterum.

u Et oculos, &c.] Phasga interpretatur dolatus vel inscisus, & significat statum claustralium, qui se ab omnibus temporalibus dolaverunt, & a se omnia absciderunt. Hi debent respicere ad Occidentem mortis, scilic. unde oritur timor, quo declinatur peccatum. *Eccl.* 1. Timor Domini expellit peccatum. Item ad Aquilonem tentationum; inde oritur cautela ad cavendum futura mala. Item ad Austrum gratiæ: inde spes oritur ad sperandum veniam de præteritis. Item ad Orientem nativitatis: inde humilitas nascitur ad expellendam superbiam. Ad Occidentem ergo respice, ut timeas: ad Aquilonem, ut caveas: ad Austrum, ut speres: ad Orientem, ut te humilies. Hæ quatuor virtutes sunt quatuor venti, quibus mortui reviviscunt. Unde *Ezech.* 37. Hæc dicit Dominus Deus a quatuor ventis, veni spiritus, & super interfectos istos, & reviviscant. Item *Zachar.* 6. Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, ut stent coram dominatore universæ terræ.

CAP. IV.

ET *a* nunc, Israel, audi *b* præcepta, & *c* judicia, quæ ego doceo te, ut faciens ea *d* vivas, & ingrediens possideas terram, quam Dñs Deus patrum vestrorum daturus est vobis. *e* Non addetis ad verbū, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata Dñi Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Oculi vestri viderunt omnia, quæ fecit Dominus contra *f* Beelphegor: *g* quomodo contriverit omnes cultores ejus de medio vestri, Vos autem, qui *h* adhæretis Domino Deo vestro, vivitis universi usque in præsentem diem. Scitis, quod docuerim vos præcepta, atque *i* justitias: sicut mandavit mihi Dominus Deus meus, sic facietis ea in terra, quam possessuri estis, & observabitis, & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus *k* coram populis, ut audientes universi præcepta hæc, dicant: En populus sapiens, & intelligens, Gens magna. Nec est alia natio tam *l* grandis, quæ habeat Deos *m* appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia Gens sic inclyta, ut habeat cæremonias, justaque judicia, & *n* universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? *o* Custodi igitur temetipsum, & animam tuam sollicite: Ne obliviscaris verborum, quæ *p* viderunt oculi tui: & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. *q* Docebis eas filios, ac nepotes tuos: diem in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus *r* locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum, ut audiat sermones meos, & discat *s* timere me omni tempore, quo vivunt in terra: *t* doceantque filios suos. Et accessistis ad radices montis, qui *u* ardebat usque *x* ad cœlum, erantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum ejus audistis, & *y* formam penitus non vidistis. Et respondit vobis pactum suum, quod præcepit, ut faceretis, & decem verba, quæ scripsit in *z* duabus tabulis lapideis: Mihique mandavit in illo tempore, ut docerem vos cæremonias, & judicia, quæ facere deberetis in terram, quam possessuri estis. Custodite igitur sollicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis *a* sculptam similitudinem, aut imaginum masculi, vel feminæ: similitudinem omnium jumentorum, quę sunt super terram, vel avium sub cęlo volantium: atque reptilium, quæ moventur in terra: sive piscium, qui sub *b* terra morantur in *c* aquis; ne forte elevatis oculis ad cęlum videas Solem, & Lunam, & omnia astra cęli: & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creavit Dominus Deus in ministerium cunctis Gentibus, quæ sub cœlo sunt. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de *d* fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæreditarium, sicut est in præsenti die. *e* Iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros: & juravit, ut non transirem Jordanem, nec ingrederer terram optimam, quam daturus est vobis. Ecce morior in hac humo, non transibo Jordanem; vos transibitis, & possidebitis terram egregiam. Cave, ne quando obliviscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dñs *f* prohibuit: quia Dñs Deus tuus ignis *g* consumens est: Deus æmulator. Si genueritis filios, ac nepotes, & morati fueritis in terra: deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem patrantes malum coram Dño Deo vestro, ut eum ad iracundiam provocetis, testes invoco hodie

EXPOSITIO CAP. IV.

A

ET *a* nunc Israel audi.] Convertit suum sermonem Moyses ad populum, ut doceat, quid facturus sit: cujus documenti summa est, ut in cultu Dei permaneat. Sciebat enim Moyses ipsos pronos ad idololatriam, unde ad cultum Dei propensius hortabatur eos. *b* Præcepta,] quæ facias. *c* Judicia,] ut scias, qualiter transgressores punias, vel ut timeas. *d* Vivas] vita spirituali, sive vita gratiæ, & tandem vita gloriæ. *Prov.7.* Custodi præcepta mea, & vives. *e* Non, &c.] *Gloss.* Sicut Scribæ, & Pharisæi, qui propter traditiones suas reliquerunt præcepta Dei: *Matth.* 15. Nota: Christiana religio in duobus consistit, in

B

sanctitate fidei, & bonis moribus. Fidei nihil addendum est, nihil auferendum, moribus additio potest fieri, secundum quod videtur homini expedire. *f* Beelphegor.] Idolum Moabitarum, ad cujus cultum mulieres Moabitarum inclinaverunt filios Israel. *g* Quomodo contriverit.] *Num.* 31. *h* Adhæretis, &c.] religione fidei, & honestate. 1. *Cor.* 6. Qui adhæret Deo, unus spiritus est. *i* Justitias,] i. judicia. Hæc enim vestra sapientia, i. scire debetis hæc, & intelligere. *Inf.* 32. Utinam saperent, & intelligerent, &c. Saperent quoad intellectum; intelligerent, quoad effectum. *Job* 28. Timere Deum summa prudentia est: & recedere a malo, summa sapientia, i. initium sapientiæ. Summa vero sapientia est dilectio Dei. *Eccl.* 25. Timor Dei

C

initium dilectionis. k Coram populis] quibus non tradidi præcepta vivendi sicut vobis. *l* Tam grandis.] *Gl.* Dignitate, scil. donorum, non multitudine populorum. Nec enim Gens Judæorum numero vincebat alias Gentes, aut potentia, sed patrum prærogativa, & dignitate divina. *m* Appropinquantes,] per auxilium, & cognitionem. *Jac.* 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. *Sap.* 6. Dignos se quærens circuit, & in viis suis ostendet se illis hilariter. Appropinquantes sibi *Gl.* Manifeste apparendo per signa, & prodigia, & auxilia. *n* Universa.] Unde & de hoc gloriabantur Judæi. *Rom.* 3. Quid amplius Judæo est, aut quæ utilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primo quidem,

D

quia credita sunt illis eloquia Domini. *o* Custodi, &c.] *Prov.* 4. omni custodia custodi cor tuum, & ab ipso procedit vita, & mors. 2. *Tim.* 2. Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo. *p* Quæ viderunt] i. intellexerunt. *q* Docebis ea,] 1. *Tim.* 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Et est argumentum, quod tenemur docere familiam. *r* Locutus est.] *Exod.* 19. *s* Timere.] *Eccl.* 12. Deum time, hoc est, omnis homo. *t* Doceant] fil. sc. *Ps.* 77. Filii, qui nascentur, & exargent, &c. *u* Qui ardebat.] Hyperbole est. *x* Ad cœlum.] *Gl.* Aereum, quod aqua diluvii occupavit. *y* Et for.] *Gl.* ne sc. volens imitari, sculpendo facere idolum tibi. *z* In duabus.] Secundum *Aug.* tria in una, quæ ad dilectionem Dei pertinent: septem in alia, quæ ad dilectionem proximi. Sed secundum *Jos.* in utraque quinque moraliter: Duæ tabulæ, in quibus Dominus scripsit legem, sunt duæ potentiæ animæ, scilicet intelligentia capax, & memoria tenax. *Jer.* 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum, scribam eam. *a* Sculptam.] Idem dicit similitudinem, & imaginem, scilicet, quodlibet idolum. Vel differentia est secundum *Aug.* Similitudo enim, sive simulachrum est statua ad nullius hominis lineamentorum imitationem facta. Imago vero statua est ad hominis alicujus imitationem facta. Vel aliter similitudo est omne illud, quod exprimit rem alicujus speciei communiter. Imago vero quod factū est ad imitationem alicujus rei particularis. Vel similitudo est repræsentatio cujusque rei: Imago vero tantum ad hominem pertinet: & ita omnis imago est similitudo, sed non convertitur. Omnia hæc tangit *August. in quadam Gloss.*

b Sub terra.] *Aug.* An aquam, terram intelligi voluit propter tractabilem corpulentiam; sicut *ibi*: Fecit Deus cœlum, & terram: Et *ibi*: Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum, & terram: An ideo dictum est sub terra, quia nisi aquis terra superior esset, habitari ab hominibus, & animalia terrena habere non posset.

c In aquis.] Aqua intra viscera terræ est. Unde *Psalm.* 135. Qui fundavit terram super aquas. Vel sub terra dicitur esse aqua, idest, juxta: Sicut dicitur: Civitas sita est super fluvium, idest, juxta. Vel sub terra, idest, sub aquis. Pisces enim ita sunt in aquis quasi subtus. *d* De fornace,] idest, de dura servitute Ægypti. *Jerem.* 11. idem dicit. *e* Iratusque, &c.] ad aquas contradictionis: *Num.* 20. Hoc jam ter dixit Moyses. Sed cum ipse peccaverit, cur imputat populo? Videtur se excusare, sicut Adam *Genes.* 3. Sed hoc dicit, ut eos moneat ad pœnitentiam, & timorem, cum sibi tam grato, tam familiari Deo ipsum iratum asserit. *f* Prohibuit.] *Exod.* 20. *g* Ignis consum.] *Glos.* quia peccata consumit, & reprobos ignibus gehennæ tradit. Item *Soph.* 1. In igne zeli ejus devorabitur

Hebr. 12.

Inf. 30.

rabitur omnis terra. *Mal.* 3. quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. *a* Cœlum & terram.] *Gl.* i. Angelos & homines, metonymicos, per id, quod continet, id quod continetur significat. Simile habes *Is.* 1. Audite cœli: & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Hæc autem in testimonium invocat, quia non sunt peritura, sed in æternum permansura. *b* Invenies eum.] *Is.* 43. Noli timere: quia ego tecum sum: ab Oriente ducam semen tuum: ab Occidente congregabo te: dicam Aquiloni: Da, & Austro: noli prohibere. *c* Tribulatione.] *Ps.* 110. Ad Dominum cum tribularer, clamavi, &c. *Jo.* 28. Sapientia ubi invenitur: & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium.

d Postquam te inveni.] *Tob.* 13. Non est alius Deus omnipotês, præter eum. Ipse enim castigavit nos, propter iniquitates nostras: & salvavit nos propter misericordiam suam. *Job* 4. Recordare, obsecro, quis unquam innocens periit. *Gl.* Licet justus patiatur defectus têporalium; tamen defectus est ei loco deliciarum. *d* A summo cœli.] *Gl.* Interrogate subaudit *Gl.* i. ab Angelis, & hominibus, vel ab Oriente usque ad Occidentem, vel a meridie usque ad Aquilonem. Et quærit *Aug.* quare dixit Moyses interrogate a summo cœlo usque ad summum ejus potius, quam a summo terræ? Constat enim, quod homo mortalis per se non potest ad cœlum ascendere. Et est simile illud *Matth.* 24. Congregabuntur electi a summo cœli usque ad terminos ejus. Videtur enim, quod deberet dici, Congregabuntur a summo terræ: quia corpora Sanctorum de terra resurgent, ubi etiam sepulta sunt. Solutio est: Quia Moyses per hoc voluit notare, quod etiam Angelis non est notum, cur Dominus huic populo tantam exhibuerit familiaritatem. *Psal.* 147. Non enim taliter fecit omni nationi. *e* Ut ingrederetur,] idest, in medio eorum graderetur, & tolleret, idest, ab aliena subjectione liberaret, ut sibi liberam faceret.

f Per tentationes,] quibus multipliciter tentavit emollire duritiam Pharaonis. *g* Per pugnam] contra Amalech *Exod.* 17. *h* Brachium] ad percutiendum, ad succurrendum.

i Horribiles.] *Sap.* 18. Visiones enim, quæ illos turbaverunt; hæc præmonebant; ne inscii, quare mala paterentur, perirent. Similiter facit quotidie in tonitruis, & fulguribus. *k* Et audisti verba.] *Exod.* 19. *l* In cœlo sursum, &c. Ideo justa est petitio illa. *Matth.* 6. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. *m* Præcepta,] affirmativa, scilicet. *n* Atque mandata] negativa, scilicet. Vel præcepta legis, sc. & mandata, scil. naturæ. *o* Nec fuerit inimicus.] q. d. si fuerit inimicus ante, non habebit refugium. *p* In Tribu manasse.] Alias tres civitates non enumerat Moyses, quia erant in terra promissionis: & ipse non intravit in eam; sed ultra Jordanem mortuus est in monte Phasga. Nomina sex civitatum notata sunt *sup. Num.* 35. *q* Proposuit Moys.] de se tanquam de alio loquitur, ut vitet arrogantiam, & vitandam demonstret. *r* Trans Jordanem] in valle. Hic dicitur trans, respectu Jerusalem. Similiter *infra ibi*, trans Jordanem, ad Orientem.

a cœlum, & terram, cito perituros vos esse de terra, quam transito Jordane possessuri estis; Non habitabitis in ea longo tempore: sed delebit vos Dominus atque disperget in omnes Gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est Dominus: ibique servietis Diis, qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi qui non vident, non audiunt, non comedent, non odorantur. Cumque quæsieris ibi Dominum Deum tuum, *b* invenies eum, si tamen in toto corde quæsieris, & tota *c* tribulatione animæ tuæ: *d* postquam te invenerint omnia, quæ prædicta sunt: Novissimo autem tempore reverteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem ejus: quia Deus misericors Dominus Deus tuus est: Non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliviscetur pacti, in quo juravit Patribus tuis. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die, quo creavit Deus hominem super terram *d* a summo cœli usque ad summum ejus, si facta est aliquando hujuscemodi res, aut unquam cognitum est, ut audiret populus vocem Domini Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & vidisti: si fecit Deus, ut *e* ingrederetur, & tolleret sibi Gentem de medio nationum per *f* tentationes, signa, atque portenta, per *g* pugnam, & robustam manum, extentumque *h* brachium, & *i* horribiles visiones, juxta omnia, quæ fecit pro vobis Dominus Deus vester in Ægypto, videntibus oculis tuis: ut scires, quoniam Dominus ipse est Deus: & non est alius præter unum. De cœlo te fecit audire vocem suam, ut doceret te: & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, *k* & audisti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Eduxitque te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto, ut deleret nationes maximas, & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretque tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die. Scito ergo hodie, & cogita in corde tuo, quod Dominus ipse est Deus in *l* cœlo sursum, & in terra deorsum, & non sit alius. Custodi *m* præcepta ejus, *n* atque mandata, quæ ego præcipio tibi: ut bene sit tibi, & filiis tuis post te: & permaneas multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Tunc separavit Moyses tres civitates trans Jordanem ad Orientalem plagam, ut confugiat ad eas, qui occiderit nolens proximum suum, *o* nec fuerit inimicus ante unum, aut alterum diem, & ad harum aliquam urbium possit evadere: Bosor in solitudine, quæ sita est in terra campestri de Tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in Tribu Gad: & Golam in Basan, quæ est in *p* Tribu Manasse. Ista lex, quam *q* proposuit Moyses coram filiis Israel: & hæc testimonia, & cæremoniæ, atque judicia, quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto trans Jordanem in valle contra fanum Phogor in terra Sehon Regis Amorrhæi, qui habitavit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filii quoque Israel egressi ex Ægypto possederunt terram ejus, & terram Og Regis Basan duorum Regum Amorrhæorum, qui erant trans *r* Jordanem ad Solis ortum ab Aroer, quo sita est super ripam torrentis Arnon usque ad montem Sehon, qui est & Hermon, omnem planitiem trans Jordanem ad orientalem plagam usque ad mare solitudinis, & usque ad radices montis Phasga.

C A P. V.

Vocavitque Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum: audi Israel, ceremonias, atque judicia, quæ ego loquor in *s* auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in *t* Horeb: Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum, qui in

EXPOSITIO CAP. V.

Vocavitque Moyses, &c.] *s* In auribus vestris hodie,] quasi manifeste & aperte. *Nehem.* 8. Legit Esdras in libro legis aperte in platea. *t* Fœdus in Horeb.] *Exod.* 19. *u* Non cum patribus.] Dicit *Interl.* Abraham, Isaac, & Jacob. Sed nunquid cum illis pepigit Dominus fœdus? Videtur, quod sic. Unde *sup.* 1. dictum est. Possidete terram, supra quam juravit Dominus patribus vestris Abraham, Isaac, & Jacob, ut daret eam illis, & semini eorum post eos Ergo Dominus pepigit fœdus cum eis, ergo falsa est *Interl.* Solut. Pactum dicitur hic lex scripta, quam nec Abraham, nec Isaac, nec Jacob acceperunt, quia jam mortui erant. Unde *Exod.* 5. Ego Dominus omnipotens apparui Abraham, Isaac, & Jacob: & nomen meum, Adonai, non indicavi eis, supple, sicut tibi. Sed videtur, quod hæc solutio nulla sit: quia sicut illi patres jam mortui erant, quando lex data est; ita isti, quibus modo loquitur Moyses, nondum nati erant: & ita sicut illis non est data lex, ita nec istis. Sol. Maxima pars istorum tunc erat, quando lex data fuit. Nam solum illi mortui fuerant in deserto, qui erant viginti annorum, & supra in enumeratione populi: & istis pepigit Dominus pactum cum patribus suis, qui in deserto mortui sunt. Vel potest dici, quod Dominus non pepigit pactum cum Abraham Isaac, & Jacob, ut scilicet de Ægypto transirent in terram promissionis: vel quod eis personaliter daret terram promissionis, sed istis dedit, illis promiserat. *Augustinus* dicit. Non cum patribus nostris, ideo dictum est, quia illi non ingrediebantur in terram promissionis: omnes enim mortui sunt in deserto, qui numerati sunt a viginti annis, & supra. Et ita vult *Augustinus* quod illis patribus, qui mortui sunt in deserto, non pepigit Dominus

minus

minus hoc pactum; sed istis, quibus loquebatur Moyses. Quod videtur falsum: quia in illis data est lex *in Ex.* 25. 50. die ab exitu de Ægypto quando nullus adhuc mortuus fuerat, & multi istorum nondum nati erant, Responsio, Cum illis non pepigit pactum, ut personaliter intrarent in terram promissionis; sed istis pepigit in patribus, ut ipsi personaliter intrarent in terram promissionis. *a* In præsentiarum.] In præsenti, genitivus pro ablativo. *b* Facie ad faciem.] Contra *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet. Et 1. *Jo.* 4. Deum nemo vidit unquam. Et idem *in Evang. Jo.* 1. Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu Patris. Sol. Hoc dicit Moyses, quia expresse, & præsentialiter, & familiariter locutus est eis; tamen per subjectam creaturam, ut per Angelum, vel per subjectam creaturam, i. in nube. *c* Ego sequester.] In hoc aperte gessit Moyses typum Christi, qui est verus mediator Dei, & hominum, quia & verus Deus, & verus homo. De hoc dicebat *Job* 9. Non est, qui utrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.

d Medius fui inter Deum.] *Gl.* Non in loco, sed interpretandi officio verba Dei populo, & populi nuncians Deo. *e* Non habebis Deos alienos,] Idololatriam hic prohibet. Hic replicat Moyses totum Decalogum. De quo sufficienter dictum est *Exod.* 20. Non habebis Deos alienos, i. me solum habebis Deum. Et ponitur, non habebis pro non habeas, indicativum pro imperativo. Non enim asserit hoc, quia falsa esset assertio. Habuerunt enim aliquando Deos alienos 1. *Reg.* 7. dicit Samuel: auferte Deos alienos de medio vestri. Nota, quod secundum *Orig.* primum mandatum est. Non habebis Deos alienos, & prohibetur adoratio creaturæ. Secundum præceptum est. Non facies tibi sculptile, &c. & prohibetur ibi factio cujuslibet sculptilis. Sed secundum *Aug.* & melius duo prædicta sunt unum præceptum: quia utrobique idem prohibetur, scil. adoratio. Factio non est in præcepto, sed ejus adoratio. Nam adhuc fiunt Imagines apud nos, non tamen adorantur; sed in reverentiam Dei, & Sanctorum memoriam. *f* In conspectu meo] quem nihil latet, i. in publico, vel in conspectu, i. in corde, ubi solus Deus videt juxta illud *Jer.* 17. Ego sum Deus scrutans corda, & renes, i. cogitationes, & affectiones. Et ita prohibetur tam interior, quam exterior adoratio idolorum. *g* Non facies.] Explanatio est primi mandati secundum *Aug.* Sculptile. Alia littera habet idolum, quod nihil est in mundo, ut dicitur 1. *Cor.* 8. i. nullius rei naturalis repræsentativum. *h* Nec similitudinem omnium.] q.d. non facias pro Deo simulacrum Solis, aut Lunæ aut hujusmodi, quæ in cœlo sunt: aut bovis, aut Leonis, aut hujusmodi, quæ in terra sunt, aut draconis, aut reptilis, cujuslibet quæ sunt sub terra: aut piscis, aut hujusmodi, quæ in aquis sunt *Ezech.* 8. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & universa idola domus Israel, & nota tria, quæ dicit Non habebis Deos alienos, non facies tibi sculptile, neque omnium similitudinem. In primo prohibet ipsam creaturam adorari. V. gr. vel homines, vel Angelos. In 2. figmentum, quod nihil est in te. In 3. rei similitudinem, i. factionem similitudinis cujuslibet. *i* Non adorabis:] sc. effectu. *k* Non coles,] affectu. Vel, Non adorabis corpore. Non coles mente. *l* Deus æmulator.] *Gl.* Vindicans, & zelans. *Ex.* 20. dicitur Deus zelotes, ubi dicit *Gl.* Non ferens animam mihi desponsatam aliqua suspicione notari. Anima enim in Baptismo desponsatur Deo per fidem. Unde *Os.* 2. Sponsabo te mihi in fide. Et non est illud de præcepto, sed ad inducendum custodiam mandati prædicti, q.d. volo, ut custodiatur hoc mandatum, quia ego sum Dominus, &c. In quo etiam aditus misericordiæ redeunti post lapsum aperitur. Unde *Jer.* 3. Fornicata es cum amatoribus multis: nunc saltem revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Et *Jo.* 6. Et eum, qui venit ad me, non ejiciam foras. *m* His, qui oderunt me.] Non aliis, sed his, &c. *n* In multa millia,] i. in omnes, finitum pro infinito: *o* Diligentibus me, & custodientibus.] Quia, ut dicit *Greg. in hom.* probatio dilectionis, exhibitio est operis. *p* Non usurpabis.] *Gl.* Primum mandatum prohibet idololatriam: secundum, perjurium. *Ex.* 20. sicut habetur. Non accipies nomen Dei tui in vanum. Quod fit tripliciter. Vel frustra jurando. *Eccl.* 23. Jurationi non assuescat os tuum. Item, vel Christum puram creaturam credendo. Christus enim est veritas, ut dicit *Jo.* 14. Sed omnis pura creatura vanitas est, ut dicitur *Eccl.* 1. Et *Rom.* 8. Omnis creatura vanitati subjecta est. Vel nomen Christiani; quod a Christo trahitur, per peccatum annihilando. 2. *Cor.* 6. Hortamur vos, ne in vanum gratiam Dei recipiatis. *q* Nomen Dei tui.] *Gl.* filii. *r* Frustra.] *Gl.* Jurando pro se, quæ non est: vel nomen Dei ligno, vel lapidi, & hujusmodi tribuendo.

s Assumpserit.] *Gl.* Christum, scil. purum hominem putans. *t* Observa diem Sabbati.] Tertium mandatum est de observantia Sabbati, quod tertio ponitur, quia ut dicit *Gl.* Primum mandatum pertinet ad Patrem: Secundum ad Filium: Tertium ad Spiritum Sanctum, qui est tertia persona in Trinitate, non ordine prioritatis, aut posterioritatis: quia ibi nihil prius, aut posterius, sed modo essendi. Pater enim a nullo est, Filius a patre solo, Spiritus Sanctus a Patre, & filio. Nec aliter a Filio, aliter a Patre; sed eodem modo ab utroque. Quod autem mandatum de Sabbati observantia sit cæremoniale, patet per id, quod dicitur *Ezech.* 20. Sabbata mea, inquit Dominus, dedi eis, ut essent signum inter me, & eos. Ibi *Gloss.* Sicut circumcisio fuit signum veræ circumcisionis; ita Sabbatum fuit signum veri Sabbati. Item super illud *Joan.* 5. Pater meus usque modo operatur, dicit *Aug.* Cum Deus semper operetur, patet Sacramentum esse, quod de Sabbato legitur, quod concedunt multi. Sed si hoc quæritur, quare ponitur inter præcepta moralia? Responsio. Duplex fuit ratio, sive causa institutionis Sabbati. Principalis fuit ad significandam quietem mentis in præsenti, quam sequitur quies æternitatis in futuro. Unde *Isai. in fin.* Erit Sabbatum ex Sabbato: quoad hoc observantia Sabbati cæremonialis fuit, & cessit adveniente Christo, in quo est vera quies. Unde *Augustin. in lib. confes.* Fecisti nos, Domine, ad te: & inquietum est cor nostrum, donec veniat ad te. Et *Beatus Dionysius* dicit, quod solus Deus locus est animæ. Unde cum res non quiescat extra locum suum; non vere quiescit anima nisi in solo Deo. Secunda ratio, & secundaria fuit, ut Judæi expediti ab exterioribus operibus, liberius possent vacare interioribus: quoad hoc fuit moralis. Unde propter secundariam rationem ponitur inter moralia, & adhuc manet non in septima die, sed translata est in octavam, propter reverentiam dominicæ resurrectionis, & missionis Spiritus sancti.

u Sanctifices,] idest, sanctum & feriatum habeas. Ideo autem voluit Dominus Sabbatum sanctum esse, & feriatum, quia ipso illo die feriavit, sive quievit ab omni opere, quod patrarat. *Levit.* 23. Septimus dies, quia requies Sabbati est, Sanctus vocabitur: omne opus non facietis in eo. *Gloss.* dicit hic, omnia sancte faciendo, a strepitu vitiorum cessando. Item *alia Gloss.* Ut omnia facias propter Sabbatum, idest, æternam requiem, ad Spiritus sancti donum pertinentem.

x Opera tua.] *Gloss.* Naturæ tuæ congrua.

y Quicquam operis.] *Gloss.* servilis.

a præsentiarum sumus, & vivimus. *b* Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. *c* Ego sequester, & *d* medius fui inter Deum, & vos in tempore illo, ut annunciarem vobis verba ejus. Timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem, & ait: Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo servitutis: Non *e* habebis Deos alienos in *f* conspectu meo: Non *g* facies tibi sculptile: nec *h* similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra: Non *i* adorabis ea, & non *k* coles. Ego enim sum Dominus Deus tuus, *l* Deus æmulator reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam, & quartam generationem his, *m* qui oderunt me, & faciens misericordiam in *n* multa millia *o* diligentibus me, & custodientibus præcepta mea. Non *p* usurpabis *q* nomen Domini Dei tui *r* frustra: quia non erit impunitus, qui super rem vanam nomen ejus *s* assumpserit. *t* Observa diem Sabbati, ut *u* sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. Sex diebus operaberis, & facies omnia *x* opera tua; Septimus dies Sabbati est, i. requies Domini Dei tui. Non facies in eo *y* quicquam operis, tu, & filius tuus, & filia, servus, & ancilla, bos, & asinus, & omne jumentum tuum, & peregrinus, qui est intra portas tuas, ut requiescat servus, & ancilla tua, sicut & tu. Memento, quod & ipse servieris in Ægypto: & reduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio

B

C

a Ex

a Extento.] *Gloss.* idest, manifesto. b Honora] *Gloss.* officio pietatis, & honoris. De qua pietate 1.*Tim.*4. Pietas ad omnia valet promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. Item *Gloss.* Hoc est maximum, & primum mandatum in altera tabula.
c Patrem tuum,] *Gl.* carnalem, vel spiritualem.
d Et matrem:] *Gl.* ad litteram, vel Deum, vel Ecclesiam.
e Præcepit] *Exod.* 20.
f Ut longo, &c.] *Gl.* vita æterna, pro qua laborandum est. *Eccl.* 3. Qui honorat patrem, vita vivet longiore.
g In terra,] *Gloss.* viventium.

Est terra, quam { terimus, hæc materialis est, & morientium. / gerimus, caro nostra mortua, / quærimus, cœlestis patria viventium. }

propric, & principaliter sunt diversa prohibita, unde & diversa mandata.
l Furtumque] *Gloss.* actu, vel consensu, vel avaritia commissi talenti. De quo *Matth.* 25. Nota, quod nomine furti intelligitur cujuslibet rei quæcunque illicita usurpatio.
m Nec loqueris] Hic prohibetur omne mendacium, licet quidam male senserint, Deum tacite consensisse in mendacium, quod alicui prodest, & nulli obest. Contra quos dicit *Augustin. in lib. de mendacio*: Qui dicit, vel credit aliquod mendacium non esse peccatum, turpiter se decipit.
n Falsum testimonium.] *Gloss.* pessimum genus mendacii. *Proverbior.* 19. Falsus testis non erit impunitus. Sed quæritur in quo illud mandatum differat a secundo: ubi etiam perjurium prohibetur. Solut. In hoc, quia ibi prohibetur perjurium; hic vero mendacium. Vel aliter, ibi prohibetur juramentum ex levi causa, quod est ex contemptu Dei; hic falsa juratio contra proximum, quod est ex avaritia.

a extento. Idcirco præcepit tibi, ut observares diem Sabbati: b Honora c patrem tuum, & d matrem, sicut e præcepit tibi Dominus Deus tuus: ut f longo vivas tempore, & bene sit tibi in g terra, quam Dominus Deus tuus h daturus est tibi. i Non occides, neque k mœchaberis, l furtumque non facies. m Nec loqueris contra proximum tuum n falsum testimonium. o Non concupisces uxorem proximi tui: p Non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, & universa, quæ illius sunt. Hæc verba locutus est Dominus ad q omnem multitudinem vestram in monte de r medio ignis, & nubis, & caliginis, ſ voce magna, nihil t addens amplius: & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes Principes Tribuum, & majores natu, atque dixistis: Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster majestatem, & magnitudinem suam: Vocem enim ejus audivimus de medio ignis, & probavimus hodie, quod loquente Deo cum homine u vixerit homo. Cur ergo moriemur, & devorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultra vocem Domini Dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audivimus, & possit vivere? Tu magis accede: & audi cuncta, quæ dixerit Dominus Deus noster tibi, loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea. Quod cum audisset Dominus, ait ad me: audivi vocem verborum populi hujus, quæ locuti sunt tibi: bene omnia locuti sunt: x Quis det talem eos habere y mentem, ut z timeant me, & custodiant universa mandata mea in omni tempore: ut bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum? Vade ergo, & dic eis: Revertimini in tentoria vestra. Tu vero hic sta mecum, & loquar tibi omnia mandata, & cæremonias, atque judicia: quæ docebis eos, ut faciant ea in terra, quam dabo illis in possessionem. Custodite igitur, & facite ea, quæ præcepit Dominus Deus vobis. Non declinabitis

h Daturus] *Gloss.* gratis.
i Non occides,] *Gl.* re, vel voluntate, vel subtrahendo, quod potes præstare. Item *Gloss.* 1. *Joan.* 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Sed de priori præcepto notandum est, quod honor parentum in duobus consistit, scil. in debitæ reverentiæ exhibitione, & necessariorum voluntaria administratione. Item notandum, quod nomine patris, & matris accipitur hic omnis proximus. Unde in hoc mandato, & in aliis, quæ sequuntur, ex parte accipitur totum, ut dicit *quædam Gloss. super Exod.* 20. Additur autem huic mandato promissio vitæ longioris: quia justum est, ut qui vitam alterius prolongat, sustentando, ut vita ejus a Domino prolongetur, ut patet *Eccl.* 3. & *Tob.*4. Non occides manu, vel mente, vel verbo, vel exemplo, vel auxilii vel consilii subtractione, vel consensu. Omnibus enim his modis contrahitur homicidium. Unde *Gen.* 9. Quicunque effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius: De manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris ejus requiram animam hominis. Mente: Unde 1.*Jo.*3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: Verbo. Unde *Inf.* 19. Si securis effugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio percusserit amicum, & occiderit, hic ad unam supradictarum urbium confugiet, & vivet. Ibi dicit *Gloss.* securis manum fugit, cum correctio sese in asperitatem protrahit: Ferrum de manubrio prosilit, cum de correctione sermo durior excedit: Amicum percutiens occidit, qui auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Exemplo: Unde *Osee* 5. Laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor. Auxilii subtractione: Unde 1. *Joan.* 3. Qui habuerit substantiam mundi hujus, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo Charitas Dei manet in eo? Item dicit Auctoritas: Pasce fame morientem; si non paveris, occidisti. Consensu: Unde *Ezech.*25. Pro eo, quod dixisti: Euge, euge, super Sanctuarium meum, quia pollutum est: ecce ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem.
k Non mœchaberis,] Nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus prohibetur. Hic dicit *Gloss.* Adulterium carnale, & spirituale. Sed fornicatio idololatria est; ergo hic prohibetur idololatria, & in primo similiter: ergo idem mandatum sunt. Solut. In primo mandato propric, & principaliter prohibetur carnalis concubina; per consequens autem, & quasi mystice idololatria; & ita

Exod. 20. *Matth.* 15. *Marc.* 7. *Matth.* 5. *Rom.* 13. 23 q. 5. c. Si non licet.

C

o Non concupisces] Hic prohibetur sola voluntas. Unde *Interl.* sola voluntate: Qui enim viderit mulierem ad concupiscendum, &c. *Matth. quinto*. In superiori vero mandato prohibetur actus.
p Non domum, &c.] Hoc est ultimum mandatum, & prohibetur hic mala voluntas habendi. Unde *Gloss.* decimo mandato omnis rei cupiditatem interdicit. Item nota, quod hæc ultima duo mandata unit *Origen.* in unum mandatum, & primum divisit in duo. *Augustin.* econverso facit: & uterque bene facit, sed diversis in respectibus, ut notatum est, *sup. Exod.* 20. Et super sententias *lib.* 3. *circa fin.* Quidam tamen aliter distinguunt inter hæc duo ultima mandata, dicentes quod in primo prohibetur concupiscentia rei alienæ immobilis; in secundo rei mobilis. Sed hæc differentia etiamsi vera esset, pure materialis est; nec faceret diversa mandata. Verius igitur dicimus, quod in primo prohibetur concupiscentia mulieris: in secundo concupiscentia possessionis. Illud ad luxuriam pertinet, hoc ad avaritiam. Unde cum ancilla concupisci possit, utraque concupiscentia ad utrumque mandatum pertinet: si concupiscatur ad libidinem, pertinet ad primum; si ut possessio, pertinet ad secundum.
q Ad omnem multitudinem] *Gl.* nemo excipitur.
r De medio ignis, &c.] *Exod.* 20.
ſ Voce magna,] Ita quod omnis populus audiebat vocem Domini.
t Addens amplius:] *Gloss.* in tabulis, scilicet. Verbo enim multa addidit, ut judicia, & alia.
u Vixerit homo.] Quod secundum eos erat quasi incredibile. Unde nolumus amodo cum eo loqui, ne forte moriamur: sed tu loquere cum eo, & postea nuncia nobis. Quidam libri habent, non vixerit, idest, vix vixerit: aliqui habent, vel dicunt, vix erit, quasi dicat, hodie probavimus, quod homo vix potest sustinere præsentiam Dei, & hæc littera planior est.
x Quis det] quasi diceret, nisi ego.
y Mentem,] per infusam gratiam.
z Ut timeant] casto timore.

D

a Neque ad dexteram,] verbo, ut addatis aliquid.
b Neque ad sinistram;] ut minuatis.

a neque ad dexteram, *b* neque ad sinistram; sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, ut vivatis, & bene sit vobis, & protelentur dies vestri in terra possessionis vestræ.

C A P. VI.

HÆc *c* sunt præcepta, & *d* cæremoniæ, atque judicia, quæ mandavit Dominus Deus vester, ut docerem vos, & *e* faciatis ea in terra, ad quam transgredimini possidendam; ut *f* timeas Dominum Deum tuum, & *g* custodias omnia mandata, & præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi, & filiis, ac *h* nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, ut *i* prolongentur dies tui. *k* Audi, Israel & observa; ut facias, quæ præcepit tibi Dominus, & bene sit tibi, & *l* multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram *m* lacte, & melle manantem. *n* Audi Israel: Dominus Deus vester, Deus *o* unus est. *p* Diliges Dominum Deum tuum ex *q* toto corde tuo, & ex tota *r* anima tua, & ex tota *s* fortitudine tua: Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in *t* corde tuo: & narrabis *u* ea filiis tuis, & *x* meditaberis sedens in *y* domo tua, & ambulans in *z* itinere,

EXPOSITIO CAP. VI.

HÆc *c* sunt præcepta,] quoad moralia. *d* Et cæremoniæ, quoad figuras, quæ adveniente veritate cesserunt. *e* Ut faciatis ea,] ideo docerem, ut faciatis. *f* Ut timeas, &c.] quia timere non sufficit, addit: *g* Et custodias] non corde tantum, sed opere. Timor declinat peccatum, custodia meretur præmium. *h* Ac nepotibus tuis,] Et est argumentum, quod filii in patribus obligantur; non enim tenerentur ad cæremonias, nisi in patribus obligati fuissent. Quod videtur falsum, quia obligatio debet esse voluntaria. Sol. Dicunt, quod obligati sunt ad hujusmodi, quia habuerunt terram hoc intuitu patribus datam: sicut nos obligamur ad decimas, quia habemus terram, ad quas obligaverunt nos patres nostri; & necesse habemus eas solvere, si cum eis æternam hæreditatem habere volumus. *i* Ut prolongetur] Argumentum est, quod dies hominis prolongari possunt per observantiam mandatorum Dei. Sed contra *Job* 14. Constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt, &c. Præterea, dies vitæ cujuslibet numerati sunt, & diffiniti, & taxati apud Deum. Quæro ergo: Iste homo aut potest plus vivere, aut non. Si non, habeo propositum, quia scil. non potest protelari vita hominis: Si sic, ergo homo potest plus vivere, quam Deus taxaverit sive præviderit. Sol. Sensus est, ut prolongentur dies tui; i. ut longior sit vita tua, quam esset futura, si non custodires mandata Dei: qui viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. *k* Audi Israel, &c.] Dicturus de dilectione Dei Moyses permittit de fide: quia fides initium dilectionis est, ut dicitur *Eccl.*25. Sed iterum quia fides ex auditu est, permittit de auditu dicens: Audi Israel. Sed quia non sufficit audire, addit: & observa, non tantum quidem in corde, sed ut facias. *l* Et multipliceris scil. in filiis, & aliis bonis amplius, quam usque modo multiplicatus sis. *m* Lacte, & melle] *Gl.* omni copia. *n* Audi Israel: &] postea crede, i. ideo audi, ut credas. Argumentum est hic, quod tenemur audire mandata. *Eccl.*35. Sacrificium salutare est attendere mandata *Jer.*6. Ego inducam mala super populum istum secundum adinventionem eorum, &c. *o* Unus est.] In Majestate, trinus in Personis. *p* Diliges Dominum Deum tuum. *Gl. Aug.*] Triplicis naturæ, i. potentiæ ex anima, ideo jubetur diligere tripliciter. Non vult Deus amorem suum partiri, ut simul diligamus Deum, & aurum, vel uxorem, vel filios: nemo potest duobus Dominis servire: *Matth.*6. Item nota, quod dilectio plenitudo legis est, ut dicitur *Rom.*13. & finis præcepti, ut dicitur 1. *Tim.* 1. Ideo post præcepta legis, recte præceptum de dilectione Dei ponit, docens modum, quo diligendus est Deus, sc. *q* Et toto corde] i. toto intellectu. *r* Tota anima] i. tota voluntate. *s* Tota fortitudine] i. toto posse, ut scil. omnes cogitationes, omnia desideria, omnia opera, idest, omnem vitam tuam in illum conferas, a quo habes, quæ confers. Expositio *Aug.* est hæc: Hæc dicens Dominus, dicit *Aug.* nullam animæ partem reliquit, quæ vacare debeat; sed si quid venerit in animum, illuc statim rapiatur, quo dilectionis currit impetus. Secundum hanc expositionem non potest impleri hoc præceptum in via, quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. 1. *Cor.* 13. Unde dicit *Aug.* Cum adhuc inest aliquid carnalis concupiscentiæ, quod vel continendo frænetur, non omnino ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro concupiscit, sed dicitur concupiscere, quia anima carnaliter concupiscit: Tunc autem, i. in patria, quia nulla lex erit in membris, quæ repugnet legi mentis, diligetur Deus ex toto corde, tota anima, tota mente. Debuit autem homini ista perfectio præcipi, quamvis in hac vita non possit impleri. Non enim recte curritur, si quo currendum est, nesciatur: Curramus ergo sperando, credendo, desiderando, eleemosynas dando, & orando, ut currentes adjuvemur, ut præcepta perfectionis audiamus, & faciamus. Charitas enim non auferetur, sed augebitur, & implebitur: in qua plenitudine illud præceptum charitatis implebitur. Alii sic exponunt: Toto corde, i. intellectu sine errore; tota anima, i. voluntate sine contrarietate. Tota mente, i. memoria sine oblivione, i. ut anima, vel mens, vel vita tua non sit ei contraria. Secundum hoc potest impleri in via, licet vix ad modicam horam, vel instans, *B. Bernard.* sic exponit: Toto corde dulciter: Tota anima prudenter: Tota fortitudine, fortiter. Unde dicit: Disce, Christiane, a Christo amare Christum, Ama dulciter, ama prudenter, ama fortiter. Dulciter, ne abductus: prudenter, ne deceptus, fortiter, ne depressus, ab amore Domini avertaris. Ergo, ne mundi, gloria, sive carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi præ his sapientia Christus: ne seducaris spiritu mendacii, & erroris; lucescat tibi veritas Christus: ne adversitatibus fatigeris; confortet te virtus Dei Christus. Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia: sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus. Sit ergo suavis, & dulcis affectui tuo Dominus Jesus Christus contra male dulces vitæ carnalis illecebras; Vincat dulcedo dulcedinem, quemadmodum clavus clavum repellit. Sit nihilominus intellectui prævia lux, & dux rationi, ut cautus sis nimiam, & indiscretam vehementiam in tua conversatione vitare. Sit etiam fortis, & constans amor tuus, nec cedens terroribus, nec succumbens laboribus. Amemus ergo affectuose, circumspecte, & valide, scientes amorem cordis absque eo, qui dicitur animæ, dulcem quidem esse, sed seducibilem: Istum etiam absque illo, qui virtutis est, rationabilem esse, sed fragilem. Amor cordis ad zelum pertinet affectionis; Amor animæ ad industriam, sive judicium rationis; Dilectio virtutis, ad animi constantiam, & vigorem. Et vide in manifestis exemplis hoc ita esse; ut dicimus. Cum ægre ferrent Discipuli quod audierant de ascensuri Magistri discessu, ab eodem audierunt: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem. *Jo.* 14. Quid ergo? Non diligebant, de cujus discessione dolebant; sed diligebant quidem, & non diligebant. Diligebant dulciter, sed minus prudenter. Diligebant carnaliter, sed non rationabiliter. Denique diligebant toto corde, sed non tota anima. Ergo non abduci blanditiis, non seduci fallaciis, nec injuriis frangi, toto corde, tota anima, tota virtute, diligere est. Ex toto corde. *Gloss.* Intellectu. Sed videtur, quod ista expositio nulla sit, quia ipsius intellectus est cognoscere, sed affectus est amare. Sol. Hoc dicitur, quia intellectus causa est dilectionis. Quantum enim quis intelligit Deum, tantum diligit eum. Unde *Aug. sup. Jo.* Non visa possumus diligere, incognita vero nequaquam. Ablativus igitur ille causalis est, non originalis. *Gl. Greg.* Per amorem Dei gignitur amor proximi: & per amorem proximi nutritur amor Dei. Nam qui amare negligit Deum, diligere proximum nescit. Et plenius in Dei dilectione proficimus, si in ejus dilectionis gremio, proximi charitate lætamur. Dicturus ergo: Diliges proximum tuum, præmisit, diliges Dominum Deum tuum, ut prius in nobis radicem sui amoris figat, & postea fraterna dilectio ramos expandat. Sed ex hac *Gloss.* videtur sequi, quod sit eadem dilectio, sive amor Dei, & proximi, ex quo unus gignit alium, & nutritur ab illo. Sol. Quod hic dicitur, intelligitur de motu charitatis, non de habitu. *t* In corde tuo,] per intellectum, & affectum. *u* Ea filiis tuis,] ad litteram, vel imitatoribus in cultu unius Dei. *x* Meditaberis] in eis. *y* In domo tua,] *Prov.*8. Beatus, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. *z* In itinere,]

Infr. 17. A *Psal.* 54. *Rom.* 10. *Matth.* 22. *Marc.* 12. *Luc.* 10. B

Psalm.

Psalm. 118. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. *a* Consurgens:] i. in omnibus, quæ egeris. *b* Quasi signum] ut scil. aliis exemplum tribuas. *c* In manu] ut opere compleas, & ut die, ac nocte in memoria habeas. *Gloss.* Hoc Pharisæi male interpretantes in membranis Decalogum, i. 10. verba legis scribebant, & ligata in fronte portabant: quod usque hodie faciunt Babylonii, ut putentur Religiosi. Unde: dilatant enim philateria sua, & magnificant fimbrias suas. *Matth.* 23. *d* Inter oculos] cordis. *e* In limine, &c.] *Gloss.* Ingrediens, & egrediens, semper ea mediteris. *f* Saturatus fueris,] Saturitas enim temporalium, oblivionem Dei generat, & peccatum. *Inf.* 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitravit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. *Ezech.* 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, & saturitas panis, & abundantia aquæ, & otium. *Is.* 1. Filios enutrivi, &c. *g* Et ipsi, &c.] propter te; aliis autem propter ipsum. *h* Per nomen, &c.] Et est permissio indulgentiæ, non tolerantiæ, quia illa est de peccatis *Gloss.* non jurare jubet; sed per alterius Dei nomen jurare prohibet: Melius autem omnino non jurare: Non quod mala sit juratio vera; sed ne facilitate jurandi in perjurium cadas. Qui enim jurat, perjurare potest; qui autem omnino non jurat, longe a perjurio est. Alia *Gloss.* Permittuntur jurare per nomen Dei, ne forte per idola jurantes, & assidue nominantes ea colere inciperent. *Eccl.* 25 Jurationi non assuescat os tuum. *i* Et auferat] Argumentum est, quod potest mori ante terminum sibi præfixum a Deo. Unde *Job* 22. Viri iniqui sublati sunt ante tempus suum. Ibi *Gloss.* Deus juxta merita singulorum ponit terminum. *k* Non tentabis, &c.] *Gloss.* Hoc Diabolo Christum tentanti objectum est, cum diceret: Mitte te deorsum. *Matth.* 4. Item *Gloss.* Deum tentat, qui habens quod faciat, sine ratione se committit periculo, experiens utrum possit liberari a Deo, De hoc dicitur 2. *Par.* 20. Dum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, ut oculos nostros dirigamus ad te. Item tentat Deum, qui duplici corde venit ad eum. *Sap.* 1. Inveniuntur autem ab his, qui non tentant eum. *l* Servi eramus] in luto, & latere, & palea. *m* Pessima] *Gl.* pro opinione sustinentium.

C *Infr.* 10. *Matth.* 4. *Luc.* 4. *Matth.* 4. *Luc.* 4.

D *Matth.* 5.

22 *q.* 5 *c.* *Ponderetur.*

A *Exod.* 23. *Exod.* 34. *Infr.* 12.

Infr. 20.

dormiens, atque *a* consurgens: & ligabis ea *b* quasi signum in *c* manu tua: eruntque, & movebuntur inter *d* oculos tuos; scribesque ea *e* in limine, & ostiis domus tuæ. Cumque introduxerit te Dominus Deus in terram, pro qua juravit patribus tuis Abraham, Isaac, & Jacob: & dederit tibi civitates magnas, & optimas, quas non ædificasti: domos plenas cunctarum opum quas non extruxisti: cisternas, quas non fodisti: vineta, & oliveta, quæ non plantasti, & comederis, & *f* saturatus fueris, cave diligenter, ne obliviscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis: Dominum Deum tuum timebis, & ipsi *g* soli servies, ac *h* per nomen illius jurabis. Non ibitis post Deos alienos cunctarum Gentium, quæ in circuitu vestro sunt: quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor Domini Dei tui contra te, *i* & auferat te de superficie terræ. *k* Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia, & cæremonias, quas præcepit tibi: & fac, quod placitum est, & bonum in conspectu Domini; ut bene sit tibi, & ingressus, possideas terram optimam, de qua juravit Dominus patribus tuis; ut deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est. Cum interrogaverit te filius tuus cras dicens: Quid sibi volunt testimonia hæc, & cæremoniæ, atque judicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis? dices ei: *l* Servi eramus Pharaonis in Ægypto: & eduxit nos Dominus de Ægypto in manu forti, fecitque signa, atque prodigia magna, & *m* pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius in conspectu nostro: & eduxit nos inde, ut introductis daret terram, super qua juravit patribus nostris. Præcepitque nobis Dominus, ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Dominum Deum nostrum, ut bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. Eritque nostri misericors, si custodierimus, & fecerimus omnia præcepta ejus coram Domino Deo nostro, sicut mandavit nobis.

CAP. VII.

Cum *n* vero introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingredieris: & deleverit *o* Gentes multas coram te, Hethæum & *p* Gergesæum, & Amorrhæum, & Chananæum, & Pherezæum, & Hevæum, & Jebusæum, *q* septem Gentes, *r* multo majoris numeri, quam tu es, & robustiores te: tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi: percuties eas usque ad internecionem. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis conjugia. Filiam *s* tuam non dabis *t* filio ejus: nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & ut magis serviat Diis alienis: Irasceturque furor Domini, & delebit te cito: Quin potius hæc facietis eis: Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosque succidite & sculptilia comburite. quia *u* populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus *x* æque peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas Gentes numero vincebatis, vobis junctus est Dominus & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores; sed quia dilexit vos Dominus, & custodivit juramentum, quod juravit patribus vestris: Eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo servitutis de manu Pharaonis Regis Ægypti: & scies, quia Dominus Deus tuus ipse est *y* Deus *z* fortis, & *a* fidelis, custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his, qui custodiunt præcepta ejus in *b* mille genera-

EXPOSITIO CAP. VII.

Cum *n* vero introduxerit] Hic admonet Dominus filios Israel, ut cum introducti fuerint in terram promissionis, non ineant fœdus cum alienigenis. Et enumerat illos septem populos, quos ejecit a facie eorum: & postea subdit pœnam, quam comminatur se illaturum eis, si fœdus inierint cum eis. *o* Gentes] *Gl.* 7. principalia vitia, & eorum genimina. *p* & Gergesæum,] Hæc gens non nominatur, nisi hic, imo semper omittitur, ut fit mentio de his Gentibus. *q* Septem Gentes,] *Gl.* Abrahæ promissum est, quod decem delerentur, tunc enim decem erant: Sed cum filii Israel transirent ad Jordanem, jam tres deletæ erant. Filii enim Loth deleverunt Gigantes: Filii Esau Horræos: Cappadoces vero partem Hevæorum. *sup.* 2. *r* Multo majoris] *Gloss.* Spirituales nequitiæ subtiliores sunt, & plus valent ad decipiendum, quam infirmitas hominum ad sustinendum. Unde *Job* 42. Non est potestas sub cœlo, quæ ei valeat comparari. Contra *Psal.* 71. Liberabit pauperem a potente, &c. Ibi dicit *Gloss.* idest a Diabolo, quem non sua virtus, sed peccata hominum fecerunt potentem. Item debilis est hostis, qui non potest vincere, nisi volentem. Unde *Isai.* 51. dicunt Dæmones animæ: Incurvare, ut transeamus. Solut. In homine duo sunt, natura, scil. & voluntas: Diabolus si permittitur, potest supra naturam hominis, sed non superat voluntatem hominis: quia homo nisi volens, non potest vinci a Diabolo. Vel potest dici, quod potest super hominem, si sibi soli relinquatur, sed non potest super hominem, cum quo est gratia Dei.

s Filiam tuam] hæc est cogitatio. *t* Filio] idest peccato, Vel filia est vana gloria, filius est bonum opus: ista non debent sociari. *u* Populus sanctus] *Lev.* 20. Eritis mihi sancti, quia ego Dominus Deus vester sanctus sum. Sancti, i. mundi, vel firmi. *x* Populus peculiaris] Peculium dicitur possessio pecorum mansuetorum. Unde populus peculiaris idem est, quod populus mansuetus, & assuetus ad Dominum. *Isai.* 60. Omne pecus Cedar congregabitur. *y* Deus] qui te creavit. *z* Fortis,] qui te liberavit. *a* Fidelis] qui nullum sperantem in se decipit. *b* In mille] idest, in omnes.

tiones, & reddens odientibus se *a* statim, ita ut disperdat eos, & ultra non differat, protinus eis restituens, quod merentur. Custodi ergo præcepta, & cæremonias, atque judicia, quæ ego mando tibi hodie, ut facias. Si postquam audieris hæc judicia, custodieris ea, & feceris; custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi, & misericordiam, *b* quam juravit patribus tuis: & diliget te, ac multiplicabit: benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ovium tuarum super terram, pro qua juravit patribus tuis, ut daret eam tibi: Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te *c* sterilis utriusque sexus; tam in hominibus, quam in gregibus tuis. Auferet Dominus a te omnem languorem: & infirmitates Ægypti *d* pessimas, quas novisti, non inferet tibi; sed cunctis hostibus tuis. *e* Devorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus: nec servies Diis eorum, ne sint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo: plures sunt Gentes istæ, quam ego: quomodo potero delere eas? Noli metuere, sed recordare, quæ fecerit Dominus Deus tuus *f* Pharaoni, & cunctis Ægyptiis; plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa, atque portenta, manumque robustam, & extentum brachium; ut educeret te Dominus Deus tuus: Sic *g* faciet cunctis populis, quos metuis. Insuper & *h* scabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes, atque disperdat, qui te fugerint, & latere non poterunt. Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est: Deus *i* magnus, & *k* terribilis: *l* Ipse consumet nationes has in conspectu tuo *m* paulatim atque per partes: Non poteris delere eas pariter, ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo, & interficiet illos, donec penitus deleantur. Tradetque Reges eorum in manus tuas: & disperdes nomina eorum sub cœlo. Nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. Sculptilia eorum igne combures: Non concupisces argentum, & aurum, de quibus *n* facta sunt; neque assumes ex eis tibi quicquam, *o* ne offendas: propterea quia abominatio est Domini Dei tui: Nec inferes *p* quippiam ex idolo in domum tuam, *q* ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum, ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

CAP. VIII.

OMne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, cave diligenter, ut facias: ut possitis vivere, & multiplicemini, ingressique possideatis terram, pro qua juravit Dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti *r* itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus, quadraginta annis per desertum, ut affligeret te, atque tentaret: & *s* nota fierent, quæ in tuo animo versabantur, utrum custodires mandata illius, an non. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum *t* manna, quod ignorabas tu, & patres tui, ut ostenderet tibi, quod *u* non in solo pane vivat homo; sed in omni verbo, quod egreditur

a Statim,] Contra *Eccl.* 8. dicitur: peccator facit malum, & per patientiam sustentatur. *Job* 24. Dedit eis Deus locum pœnitentiæ, & ipsi abusi sunt eo in superbia. *Sap.* 11. Misereris omnium, quoniam omnia potes & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Rom.* 2. Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Solut. Sic exponitur; Statim, i. præsenti, quia ut dicit *Gl.* omne tempus æternitati comparatum, est quasi punctum. Et loquitur hic tantum de his, quos misericorditer punit hic, ne puniat in futuro, vel ut minus ibi puniat. Unde 2. *Mac.* 6. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sua sententia agere, i. sua voluntate, sed confestim ultiones adhibere, magni beneficii indicium est. Vel hoc refertur ad pœnam spiritualem, quæ statim adest, scil. subtractio gratiæ, & diminutio boni naturalis. Vel statim, i. in futuro judicio. Tempus enim istud, quod modo transit, est tanquam punctum respectu æternitatis.

Exod. 13.

b Quam juravit.] Sed si juravit Dominus tenetur reddere: ergo justitia est reddere, non misericordia. Sol. Dominus juravit patribus dare terram, i. firmiter proposuit, ex pacto vero dicitur Dominus reddere quoad id quod dabit pro meritis, & quoad hoc est justitia, sed quoad illud quod dabit supra merita, dicitur misericordia. Unde super *Ezech.* dicit *Gl.* in malis reddet secundum merita, in bonis excedet modum clementia. Et ad illud quod est misericordiæ, non est obligatus, licet promiserit: quia ipse est supra legem, nec obligatur legibus. Vel justitia est quantum ad opus: misericordia, quoad virtutem operis meritorii, idest, gratiæ, quam dat Dominus gratis.

c Sterilis] *Gloss.* Quædam steriles apud Judæos fuerunt, ut Sara, Anna, Elisabeth, sed adeo paucæ, ut ad comparationem fœcundarum viderentur nullæ. Item *Cant.* 4. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. *d* Pessimas,] quia propter abundantiam ciborum multas infirmitates passi sunt in Ægypto. *e* Devorabis] idest, interficies.

f Pharaoni,] Ad mare rubrum *Exod.* 14. *g* Sic faciet, ut fecit Ægyptus. *h* Scabrones] *Interl.* timoris punctiones, quia ut dicit *Gl. ibid.* Non legitur alicubi in historia, quod Scabrones, vel vespas in hostes eorum Deus præmiserit: sed per animalia aculeata timoris punctiones designat, quibus hostes territos fugabat. Unde etiam Rahab confessa est exploratoribus, dicens; Audivimus famam vestram, & timor percussit civitatem hanc. *Josue* 2. *i* Deus magnus,] Omnipotens liberando suos.

Matth. 4. *Luc.* 4.

k Terribilis:] in adversarios. *l* Ipse consumet] & non alius, ipsi soli victoria ascribitur, per quem hostes superantur. *m* Paulatim, &c.] *Gloss.* Cavendum esse respondit, ne forte expulsis peccatis a carne nostra, insurgat spiritualis bestia, idest, jactantia, superbia, vel vana gloria, quæ difficilius extirpantur, quam carnalia vitia. Loth enim, qui se in Sodomis continuit, in monte, fornicatione pollutus est. *Gen.* 19 Expulso vitio, statim virtus plantetur, ne immundus Spiritus redeat, & domum vacantem inveniat *Matth.* 12. *Glossa Gregor.* Quibusdam majora bona dat Deus, nec minora, ut semper animus eorum habeat, unde se reprehendat: & dum perfecti esse appetunt, nec possunt; minime se extollant in his, quæ habent, qui per se habere parva non valent. De hoc *Jud.* 3. dicitur Hæ sunt gentes, quas reliquit Dominus, ut erudiret Israel. Sed cum per has Gentes vitia simul deleantur, videtur, quod non omnia, sicut nec Gentes illæ similiter una hora deletæ sunt. Hoc etiam dicit textus: Paulatim, atque per partes. Contra, Deus autem omnia peccata dimittit, aut nullum; ergo non per partes delentur. Solut. Non oportet hoc, ut scil. in omnibus moralitas, vel mysterium sequatur historia. Vel potest dici, quod vitia, sive peccata simul omnia delentur, quoad maculam, & reatum, sed non, quoad reliquias, quæ post peccati remissionem infestant, sed paulatim, & successive extirpantur.

n Facta sunt:] *Osee* 2. Multiplicavi eis argentum, & aurum: & ipsi fecerunt Baal.

o Ne offendas, &c.] Quam ergo oravit Judas pro occisis in prælio, qui in hoc peccaverant, ut legitur 2. *Machab.* 12. Item legitur, quod *Greg.* quemdam mortuum Monachum projecit in sterquilinio, quia cum eo invenit duo minuta. Solut. Forte illi Judæi pœnituerunt in bello, vel pœnitere potuerunt, sed ante mortem ita subito non potuerunt deponere illa, quod revelatum fuit Judæ.

p Quippiam, &c.] *Gloss.* Imaginem, vel statuam fabrefactam, & bene politam: vel forte de auro, vel argento, quod fuit in idolo.

q Ne fias, &c.] adorando, vel colendo: Anathema interpretatur alienatio.

EXPOSITIO CAP. VIII.

OMne mandatum, &c.] *r* Itineri] *Ecclef.* 11. In die bonorum ne sis immemor malorum.

s Nota fierent,] tibi, vel aliis: Omnia enim nuda, & aperta sunt in oculis ejus, idest, Dei. *Hebr.* 4. *Gloss.* Ideo autem per 40. annos permisit eos affligi, ut cognoscerent, quantæ fragilitatis essent.

t Manna,] *Exod.* 16.

u Non in solo pane, &c.] Ad literam Judæos murmuran-

ex ore Dei. *a* Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit: & *b* pes tuus non est subtritus. En 40. annus est, ut recogites in corde tuo: quia sicut *c* erudit homo filium suum; sic Dominus Deus tuus erudivit te, ut *d* custodias mandata Domini Dei tui, & *e* ambules in viis ejus, & *f* timeas eum. Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram *g* rivorum, *h* aquarumque, & *i* fontium, in cujus campis, & montibus erumpunt fluviorum abyssi: terram frumenti, hordei, ac vinearum: in qua ficus, & malogranata, & oliveta nascuntur: terram olei, ac mellis: ubi absque ulla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: Cujus lapides *k* ferrum sunt, & de montibus ejus æris metalla fodiuntur; ut cum comederis, & satiatus fueris, *l* benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi. Observa, & cave, ne quando obliviscaris Domini Dei tui, & negligas mandata ejus, atque *m* judicia, & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie; ne postquam comederis, & satiatus fueris, domos pulchras ædificaveris, & habitaveris in eis, habuerisque armenta boum, & ovium greges, argenti, & auri cunctarumque rerum copiam, *n* elevetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna, atque terribili, in qua *o* erat serpens flatu adurens, & scorpio, ac *p* dipsas, & nullæ omnino aquæ; qui eduxit rivos de *q* petra durissima, & cibavit te *r* manna in solitudine, quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit, ac *s* roboravit te: ad extremum misertus est tui, *t* ne diceres in corde tuo: fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præstiterunt; sed *u* recorderis Domini Dei tui, quod ipse tibi vires præbuerit, ut impleret *x* pactum suum, super quo *y* juravit Patribus tuis, sicut præsens indicat dies. Sin autem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris alienos Deos, *z* colueris que illos, & *a* adoraveris: ecce nunc prædico tibi, quod omnino dispereas, sicut Gentes, quas delebit Dominus in introitu tuo; ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri.

C A P. IX.

AUdi, *b* Israel: tu transgredieris *c* hodie Jordanem, ut possideas nationes maximas, & fortiores te, civitates ingentes & ad cœlum usque muratas, populum magnum atque sublimem, filios Enachim, quos *d* ipse vidisti, & audisti: *e* quibus nullus potest ex adverso resistere. Scies ergo hodie, quod Dominus Deus tuus ipse transibit ante te ignis *f* devorans, atque consumens, qui *g* conterat eos, & *h* deleat, atque *i* disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi. *k* Ne dicas in corde tuo, cum deleverit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: propter justitiam meam introduxit me Deus, ut terram hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. Neque enim propter justitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris, ut possideas terras earum; sed quia illæ egerunt impie, introeunte te, deletæ sunt, & ut *l* compleret verbum suum Dominus, quod sub *m* juramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob. Scito igitur, quod non propter justitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ cervicis sis populus, *n* Memento, & ne obliviscaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Dominum Deum tuum in solitudine, & ex eo die, quo egressus es de Ægypto, usque ad

murantes contra Deum, arguit hic Moyses, q.d. Vos putatis, quod non possit Deus pascere homines nisi pane materiali, & usuali; sed falsa est opinio vestra: quia solo verbo potest vos pascere. *a* Vestimentum, &c.] Vestimenta sunt virtutes, quibus vestitur anima. *Job* 29. Justitia indutus sum, ut lorica. *Eccl.* 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. *Apoc.* 19. Beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. *b* Pes tuus] idest, sotularis, quo tegitur pes. *c* Erudit] Argumentum, quod pater debet filios erudire, verum est in bonis moribus. *Eph.* 6. Patres nolite provocare ad iracundiam filios vestros, sed educate eos in disciplina, & correctione Domini. *d* Custodias] in corde per jugem meditationem. *e* Ambules] proficiendo per bonam operationem. *f* Timeas] cessando a malo in Dei reverentiam, & amorem. *g* Rivorum,] currentium. *h* Aquarumque,] quæ stant. *i* Fontium,] scaturientium. Nota, quod rivi, qui currunt, sunt Prædicatores, qui discurrunt per mundum, annunciantes verbum Dei. *Isai.* 32. Beati, qui seminatis super omnes aquas, idest, annunciantes verbum Dei omnibus populis, innectentes pedem bovis & asini, idest, Judæum, & Gentilem in unitate fidei copulantes. Fontes, qui non moventur a loco suo, sunt Magistri, a quibus rivi manant. De his fontibus dicitur *Isai.* 12. Haurietis aquas de fontibus Salvatoris. Campi sunt activi, montes contemplativi: Ad utroique debet fluere, & doctrina Magistrorum, & prædicatio prædicatorum, quæ nomine aquæ intelligitur. *Prov.* 5. Bibe aquam de cisterna tua &, fluenta putei tui, deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.
k Ferrum sunt,] i. cujus terræ lapides duri sunt ad litteram, & ædificio apti. *l* Benedicas] *Gloss.* gratias agendo. *m* Judicia,] *Gloss.* quæ per Moysen post legem datam diversis temporibus populo præcepta sunt, quæ in *Exod.* 31. & 32. justificationes appellantur.
n Elevetur cor tuum, &c.]

Triplex lex quoad	fidem,
	mores,
	cæremonias.

Osee 2. Multiplicavi eis aurum, & argentum, & ipsi fecerunt Baal, qui interpretatur superior, quoad superbiam, vel devorator, quoad luxuriam: Divitiæ enim temporales & luxuriæ, & superbiæ causa sunt 1. *Tim. ult.* Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere. *o* Erat serpens] *Num.* 21. *p* Dipsas,] *Gl.* Genus aspidis, quæ Latine dicitur situla, per contrarium: vas enim quoddam dicitur situla: Situla aufert sitim; hæc autem affert: quemcumque mordet, siti perit: adeo parva, ut cum conculcatur, non videatur: cujus venenum ante extinguit, quam sentiatur, nec tristitiam sentit moriturus. Varii serpentes, hæreses sunt inter se quidem diversæ; sed omnes mortiferæ. *q* De petra] *Exod.* 17 *Num.* 20. *r* Manna] *Exod.* 16. *s* Roboravit] vel probavit. *t* Ne diceres] attribuendo tibi. *u* Recorderis Domini Dei tui,] cui attribuenda sunt. *x* Pactum] *Gloss.* promissionem.
y Juravit] *Gl.* firmiter promittendo. *z* Coluerisque] mente. *a* Adoraveris,] corpore.

EXPOSITIO CAP. IX.

AUdi, *b* Israel] Adhuc prosequitur Moyses recapitulationem, ad exequenda mandata Dei. *c* Hodie,] i. in proximo, q.d. tempus imminet, quo debes transire Jordanem, & terram promissam intrare: quia 11. mense 40. anni locutus est ista Moyses ad filios Israel, ut legitur *sup. cap.* 1. Et in sequenti mense ingressi sunt terram, & transierunt Jordanem. *d* Ipse vidisti,] quoad 12. exploratores, qui viderunt illos Gigantes. Unde in reditu suo terruerunt populum. *Num.* 13. *e* Quibus nullus, &c.] ut dixerunt exploratores. *f* Devorans,] i. destruens inimicos suos, sive tuos, sicut ignis devorat ligna. *g* Conteratur] in contritione. *h* Deleat,] in confessione. *i* Disperdat] in satisfactione.
k Ne dicas,] q. d. cum hoc fuerit impletum, noli adscribere merito tuo: quia potius propter demerita ejectorum factum est, quam propter merita tua. Unde Ezechias Rex Juda cum oraret Dominum, ut liberaret eum a Sennacherib; prætendebat illius blasphemias, non merita propria. *Isai.* 37. *l* Et ut compleret] quasi dicat, quod ingredieris adscribendum est demerito ejectorum, & promissioni divinæ, & merito patrum; non merito tuo.

Num. 26. *Num.* 20. *Exod.* 16. *Exod.* 17.

m Sub juramento] idest, stabili promissione.
n Memento, & ne obliviscaris,] *Jerem. secundo*: Vide vias tuas: scito, quid feceris. *Augustinus* movet quæstionem, quare isti, qui erant introducendi in terram promissionis, hic arguuntur a Moyse, tanquam cervicosi, cum supra fuerint commendati: *Num.* 14. ubi dictum est patribus eorum: Vos omnes peribitis in deserto: filios autem vestros, qui nescierunt declinare ad dexteram, vel sinistram introducam in terram promissionis: non declinare enim ad dexteram, vel ad sinistram, tantum

locum istum semper adversum Dominum contendisti. *a* Nam & in Horeb *b* provocasti eum: & iratus *c* delere te voluit, *d* quando ascendi in montem, ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti, quod pepigit vobiscum Deus, & perseveravi in monte *e* 40. diebus, ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas *f* scriptas digito Dei, & continentes omnia verba, quæ *g* vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est. Cumque transissent xl. dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitque mihi: *h* Surge, & descende hinc cito: quia populus tuus, quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt *i* velociter *k* viam, quam *l* demonstrasti eis, feceruntq; sibi conflatile. Rursusque ait Dominus ad me: Cerno, quod populus iste *m* duræ cervicis sit, *n* dimitte me, ut conteram eum, & deleam nomen ejus de sub cœlo, & constituam te super Gentem, quæ hac major & fortior sit. Cumq; de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis *o* utraque tenerem *p* manu, vidissemque peccasse vos Dño Deo vestro, & fecisse vobis *q* vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam ejus, quam vobis *r* ostenderat, projeci tabulas de manibus meis, confregique eas in conspectu vestro. Et *s* procidi ante Dominum, *t* sicut prius *u* 40. diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra, quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam provocastis. Timui enim indignationem & iram illius, qua adversum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudivit me Dñs etiam hac vice. Adversum Aaron quoq; vehementer iratus voluit eum conterere: & pro illo similiter deprecatus sum. *x* Peccatum autem vestrum, quod feceratis, i. vitulum arripiens igne combussi, & in frusta comminuens, omninoq; in pulverem redigens projeci in torrentem, qui de monte descendit. In *y* incendio quoque, & in *z* tentatione, & in *a* sepulchris concupiscentiæ provocastis Dominum, & *b* quando misit vos de Cadesbarne, dicens: Ascendite, & possidete terram, quam dedi vobis: & contempsistis imperium Dñi Dei vestri, & non credidistis ei, neque vocem ejus audire voluistis; sed semper fuistis rebelles a die, qua nosse vos cœpi: Et jacui coram Domino, 40. diebus, ac noctibus, *c* quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos, ut fuerat comminatus, & orans dixi: Dñe Deus, ne disperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti. *d* Recordare servorum tuorum Abraham, Isaac, & Jacob: Ne aspicias duritiam populi hujus, & *e* impietatem, atq; *f* peccatum: ne forte dicant habitatores terræ, de qua eduxisti nos: non poterat Dñs introducere eos in terram, quam pollicitus est eis: & oderat illos; idcirco eduxit, ut interficeret eos in solitudine: qui sunt populus tuus & hæreditas tua: quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio extento.

de bonis solet dici. Sed nunquid potest intelligi, quod quando illud supra dictum fuit, erant isti commendabiles; postea facti sunt vituperabiles? Vel forte posset solvi secundum *regul. Ticonii*, ut de eodem populo intelligatur, secundum alias, & alias personas: sicut illud *Ps.87.* Cum occideret eos, quærebant, &c. Utramque istarum solutionum removet *Aug.* & solvit dicens, quod revera isti non fuerunt rei murmuris, propter quod patres eorum prohibiti sunt intrare terram promissionis; tamen in aliis imitati sunt eos, unde mali erant, & ideo vituperantur hic. Nec data est eis terra, quia essent boni; sed quia non fuerunt rei murmuris. (*Exod. 12.*) Quia autem supra commendati sunt, ad mysterium refertur, q. d. per istos, qui non murmuraverunt cum Patribus suis, significantur illi, qui non declinant ad dexteram, vel sinistram. Vel facilius potest solvi, ut dicatur, quod cum dicitur, cum durissimæ cervicis sit populus, & ad iracundiam provocaverit Dominum, sit simplex demonstratio, & demonstratur simpliciter populus Israel, non qui est modo, vel fuit, sed simpliciter. *a* Nam & in Horeb] In vitulo conflatili: *Exod.32.* Provocasti. In patribus. (*Ps. 113.*) *c* Delere te voluit,] & non delevit; ergo Dominus aliquid voluit, quod non factum fuit. Contra: Omnia, quæcumque voluit Dominus fecit. (*Matt. 8.*) Solut. Delere voluit, i. signum volentis delere ostendit. Et est simile: Venit ad eos Jesus ambulans super mare, & volebat eos præterire, i. signum volentis præterire ostendebat. *d* Quando ascendi] Hoc de primo ascensu intelligitur: *Ex.19.* *e* Quadraginta diebus,] Duas quadragenas fecit Moyses: Elias unam, Christus unam: Unde quatuor quadragenas in anno faciunt quidam. *f* Scriptas digito Dei,] Videtur dicere contrarium ei, quod dicitur in *quadam Gloss. sup. Exod. 34.* quod scil. Dominus duas tabulas dedit Moysi, quas Moyses Domino dictante scripsit. Sed quod dicitur hic, intelligitur de primis tabulis de quibus non est dubium, quin Dominus per se scripserit eas. *Gloss. illa super Exod.* loquitur de secundis tabulis, quas Moyses Domino dictante per Angelum scripsit. Vel si vis intelligere, quod hic dicitur de secundis, expone, scriptas digito Dei, i. a Moyse, Spiritu Sancto, qui dicitur digitus Dei, dictante. Primas tabulas Dominus solus scripsit, secundas Dominus, & Moyses. Dominus ut Magister dictans: Moyses, ut minister notans, sicut legitur *Jer.36.* Scripsit Baruch ex ore Jeremiæ. De primis tabulis dicitur *Exod.* 24. Dabo tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi. Item *Ex.32.* Reversus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonii in manu scriptas ex utraque parte, factas opere Domini. Scriptura quoque Domini erat sculpta in tabulis. Has confregit Moyses iratus propter vitulum. De secundis, quæ integræ remanserunt, dicitur *Exod.* 34. Præcide tibi duas tabulas instar priorum, & scribam eas, i. scribi faciam. Similem expositionem habes *Rom.* 8. Spiritus postulat pro nobis: i. postulare nos facit. *g* Quæ vobis locutus est in monte] i. mihi pro vobis, vel vobis audientibus. *h* Surge, & descende] *Ex.32.* *i* Velociter] quasi leves. *k* Viam] Christum, qui est via, & veritas, & vita. (*Ioan. 14.*) *l* Demonstrasti] *Gl.* ideo inexcusabiles. *m* Duræ cervicis] indomitæ superbiæ. *n* Dimitte me,] argumentum, quod bonus Prælatus precibus suis tenet iram Domini contra populum: Sed rarus est modo talis Prælatus. Unde conqueritur Dominus per *Isai. 64.* Non est, qui consurgat, & teneat me. Item *Ezech.* 22. Quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne disperderem eam; & non inveni. Sed quomodo se audebat Moyses opponere Domino? Responsio, quia Dominus volebat. Unde *Greg.* Sancti iræ Dei obviant, cum ab eo accipiunt, ut se opponant. *o* Utraq;] manu sunt tenenda præcepta Dei: Dextera, ne extollatur in prosperis; sinistra, ne frangatur in adversis. *p* Manu,] *Gloss.* quia præcepta opere sunt tenenda. *q* Vitulum conflatilem,] *Gl.* vitulos fecerunt, quia Ægyptios, boves colere viderunt. *r* Ostenderat,] per me. *s* Et procidi, &c.] Cave hic circa litteram, debes enim incipere constructionem infra parum: ibi, sc. peccatum autem vestrum, &c. & lege usque ibi: & jacui, &c. Postea redi superius, & dic: procidi ante Dominum: & statim immediate redi inferius, ubi dimisisti prius, & dic: & jacui coram Domino, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Postea immediate redi superius, & dic. *t* Sicut prius] supple steteram coram Domino. *u* Quadraginta diebus, &c.] Et immediate lege usque ibi: Peccatum autem vestrum, ubi primo inceperas, & prætermitte totum, quod lectum est usque ibi: Quibus eum suppliciter, &c. ubi incipias tenere seriem litteræ. Et si sic construis litteram, non cogeris per textum hic dicere, quod Moyses fuerit cum Domino tribus quadragenis; quod tamen dicunt quidam, forte propter hoc, quod bis dicitur hic quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. *y* In incendio] idest, in illa mansione, ubi factum fuit incendium propter Chore, & socios ejus murmurantes contra Aaron: *Num.* 16. Vel in illa, ubi populus murmuravit pro labore viæ in recessu de monte Sinai. *Num.* 11. Idem locus vocatus est sepulchra concupiscentiæ.
z Et in tentatione,] ad aquas contradictionis. *Num.* 20.
a Et in sepulchris concupiscentiæ] *Num.* 11.
b Et quando misit] *Num.* 13. *c* Quibus eum, &c.] idest, in quibus, scilicet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. *d* Recordare, &c.] quasi dicat, propter merita Patrum parce filiis. *e* Impietatem,] in Deum. *f* Peccatum:] in proximum.

C A P. X.

IN *a* tempore illo dixit Dominus ad me: *b* Dola tibi duas tabulas lapideas, *c* sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montem, *d* faciesque arcam ligneam, & scribam in tabulis verba, quæ fuerunt in his, quas ante confregisti: ponesque eas in arca. Feci igitur arcam de lignis *e* Sethin. Cumque *f* dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem habens eas in manibus. *g* Scripsitque in tabulis juxta id, quod prius scripserat, verba decem, quæ locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est, & dedit eas mihi. Reversusque de monte descendi, & posui tabulas in arcam, quam feceram: quæ hucusque ibi sunt, sicut mihi præcepit Dominus. *h* Filii autem Israel castra moverunt ex Beroth filiorum Jachan in Mosera, ubi Aaron mortuus est, & sepultus est: pro quo sacerdotio functus est *i* Eleazar filius ejus. *k* Inde venerunt in Gadgad, de quo loco profecti castrametati sunt in Jethebata, in terra aquarum, atque torrentium. *l* Eo tempore separavi Tribum Levi, ut portaret arcam fœderis Domini, & staret coram eo in ministerio, ac *m* benediceret in nomine illius usque in præsentem diem. Quamobrem non habuit *n* Levi partem, *o* neque possessionem cum fratribus suis: *p* quia ipse Dominus possessio ejus est, sicut *q* promisit ei Dominus Deus tuus. *r* Ego autem steti in monte, *s* sicut prius quadraginta diebus, ac noctibus, *t* exaudivitque me Dominus etiam hac vice, & te *u* perdere noluit: dixitque mihi: *x* Vade, & præcede populum, ut ingrediatur, & possideat terram, quam juravi patribus eorum, ut traderem eis. Et *y* nunc Israel, quid Dominus Deus tuus *z* petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: custodiasque mandata Domini, & cæremonias ejus, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene sit tibi? *a* En Domini Dei tui cœlum est, & *b* cœlum cœli, terra, & omnia quę in ea sunt: & tamē patribus tuis cōglutinatus est Dominus, & amavit eos, elegitque semen eorum post eos, idest, vos de cunctis Gentibus, sicut hodie comprobatur.

E X P O S I T I O
C A P. X.

IN *a* tempore illo] quando scilicet secundo ascendit Moyses, fractis prioribus tabulis. Unde notandum, quod adhuc prosequitur Moyses recapitulationem datæ legis, ostendens, quomodo fractis prioribus tabulis scriptis digito Dei, propter peccatum vituli, ex pręcepto Domini alias tabulas dolaverit instar priorum. Quo facto ascendit in montem ad Dominum, & scripsit in eis Dominus verba, quæ scripta fuerant in prioribus: descendensque de monte posuit eas in arca lignea, quam præcepit Dominus ad hoc fieri. *b* Dola tibi, &c.] *Exod.* 24. Unde sumitur recapitulatio, dicitur: Præcipe tibi duas tabulas lapideas, instar priorum. *c* Sicut priores, &c.] idest illis similes. *d* Faciesque arcam] In qua scilicet reponantur tabulæ, quasi in custodia. In quo instruxit nos Dominus, ut diligenti memoria verba Sacræ Scripturæ custodire studeamus.

e De lignis, &c.] quæ sunt imputribilia, & incorruptibilia: In quo significatur, quod Doctores legis & Prædicatores, in quibus, quasi in arca, lex debet custodiri, debent esse imputribiles, idest intus semper virides, per sinceritatem conscientiæ, & rectitudinem intentionis, & incremabiles, idest exterius, & interius fortes contra incentiva vitiorum, idest debent esse mundi interius, & exterius, & fortes contra utraque vitia, scilicet spiritualia, & carnalia. *f* Cumque dolassem, &c.] In latere montis, quibus dolatis ascendit in supercilium montis. Non enim probabile est, quod pro dolandis tabulis descenderit ad radicem montis, ubi erat populus. *g* Scripsitque] Contra *Exod* 24. Dixit Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, & scripsit in tabulis verba fœderis. Et loquitur ibi de secundis tabulis, sicut hic. Ad hoc dicunt, quod tabulas secundas scripsit, & Dominus & Moyses, sed Dominus auctoritate, Moyses ministerio. Sed eadem ratione potest dici, quod Dominus scripsit judicia, & omnia alia, quæ sunt in lege, quia ejus auctoritate scripta sunt. Solutio: Plus est ibi quam auctoritas. Domino enim per Angelum dictante scripsit Moyses secundas tabulas, unde Dominus non tantum auctor, sed & agens fuit. Expone ergo; Scribam, idest scribi faciam, dictando scilicet quid in eis scribatur. Et scripsit, idest scribi fecit. *h* Filii autem, &c.] Transitum hic facit Moyses secundum historiam; Quod non modo dicebat, factum fuit primo anno egressionis de Ægypto. Quinquagesimo enim die egressionis data est lex in utrisque tabulis; Hoc autem, quod dicitur hic, scilicet transitus ex Beroth in Mosera, factum fuit quadragesimo anno. Et nota, quod Mosera, & Hor, idem mons sunt. Sic non legitur *Num.* 20. Tolle Aaron, & filium ejus cum eo; & duces eos in montem Hor; Cumque nudaveris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium ejus, & Aaron colligetur & morietur ibi. Item nota, quod Beroth non est mansio, sed locus quidam in deserto inter Cadesbarne, & Hor. Sic enim dicitur *Num.* 20 quod filii Israel venerunt de Cadesbarne in montem Hor. *i* Eleazar] privilegio ætatis. *k* Inde venerunt, &c.] Gadgad non est mansio, sed locus in mansione. Mansio enim post Hor fuit Salmona, ut dicitur *Num.* 33. Vel forte nomen illius mansionis duplex fuit, scilicet, Gadgad & Salmona. Similiter Jethebata, in quam venerunt de Gadgad; non est nomen mansionis, sed loci in mansione, quæ dicitur Phinon. Vel forte mansio illa binomina fuit, scilicet Jethebatha, & Phinon. Vel forte Jethebata est in Jebarim, quæ fuit tertia mansio a Phinon. Sic enim dicitur *Num.* 21. Egressi de Oboth fixerunt tentoria in Jebarim in solitudine, quæ respicit Moab contra orientalem plagam: Inde moventes venerunt ad torrentem Zareth.

A
Exod. 3. 6.

l Eo tempore] scilicet post interfectionem Madianitarum, & mulierum quæ traxerunt filios Israel ad cultum idolorum, & etiam Judæorum, qui initiati sunt Beelphegor, ut legitur *Numer.* 25. & 26. *m* Ac benedicerent] hoc quoad Sacerdotes. Non enim omnibus Levitis licebat benedicere, sed solis Sacerdotibus *Gregor. supr. Ezec.* 14. Qui necessitate tenemur summa scire, compellimur summa ministrare. *n* Levi partem,] idest sortem *Num.* 26.

o Neque possessionem] ut aliis per sortem. Simile *Ezech.* 44. Non erit eis hæreditas, possessio non dabitur eis in Israel. *p* Quia ipse, &c.] idest reditus Domini possessio ejus est, scilicet decimæ, primitiæ, & hujusmodi. *Ezech.* 46. Non accipiet Princeps de hæreditate populi per violentiam. *Hieron.* Qui ditior est Sacerdos, quicquid plus habuerit, non filiis debet dare, sed pauperibus, & sanctis patribus, qui vincunt merita liberorum. *q* Sicut promisit] *Num.* 18. *r* Ego autem, &c.] scil. secunda vice. Dicunt hic Hebræi, quod Moyses ter ascendit in montem, & quod tres quadragenas fecit cum Domino; Primam, quando primas tabulas accepit. Secundam, quando secundas tabulas accepit. Tertiam, quando dixit Domino: Aut dimitte populo, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti. Sed non est hoc verum: Non enim a 3. die Jun. quando primo ascendit, ut legitur *Exod.* 19 usque ad 9. diem Septembris, quando ultima vice descendit, possent inveniri tres quadragenæ dierum: Ultima enim vice descendit 9. die Septembris & in crastino fecit celebrari festum propitiationis, & in posterum, singulis eodem die. Sed sive hoc verum sit, sive non, post secundum reditum præcepit eis Moyses de constructione tabernaculi, secundum quod a Domino acceperat. Et ne putarent in hoc opere sibi licere in Sabbato operari, præmisit de observatione Sabbati, ut legitur *Exod.* 35. *s* Sicut prius] quoniam primas tabulas accepi. *t* Exaudivitque me] rogantem pro populo. *u* Perdere noluit:] idest tibi pepercit, *Exod.* 32. *x* Vade, & præcede] *Exod.* 32. q. d. ego amplius non præcedam, qui usque modo præcessi. *y* Et nunc, &c.] Ne populus posset dicere se gravatum, & Dominum plus exigere ab eis, quam possent, ideo determinat hic, quid Dominus petat ab eis dicens. & nunc, &c. *z* Petit a te, &c.] Idem quasi *Mich.* 6. Indicabo tibi, homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te, utique facere judicium, & diligere misericordiam, & sollicite ambulare cum Deo tuo. *a* En Domini Dei] q. d. moneo vos ad serviendum Deo; & tamen Deus non indiget servitio vestro, quod patet: quia en Domini, &c. *b* Cœlum cœli,] Quidam dicunt tres cęlos esse, aereum, ęthereum, sidereum. Nonnulli 7. Primum aereum scilicet sub Luna ubi habitant aves, & etiam Dæmones. Unde *Matth.* 13. Volucres cœli comederunt illud. Secundum æthereum, scilicet in lunaris globi altitudine. Tertium olympium sub Sole. 4. igneum, super Solem. 5. firmamentum, quod idem est, quod sidereum. 6. aqueum hoc est, crystallinum. 7. Angelorum, scilicet empyreum. *c* Conglutinatus per amoris vinculum indissolubile, & per sponsiones firmiter conjunctus. *Jer.* 13. Sicut enim adhęret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum

C
Num. 10.
Exod. 14.

Infr. 24.

a Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & cervicem vestram ne induretis amplius: quia Dominus Deus vester ipse b est Deus Deorum, & Dominus Dominantium, Deus c magnus, & d potens, & e terribilis: qui f personam non accipit, nec munera. g Facit judicium pupillo, & viduæ: amat h peregrinum, & dat ei victum, atque vestitum. Et vos ergo amate peregrinos: quia i & ipsi fuistis advenæ in terra Ægypti, Dominum Deum tuum k timebis, & ei soli servies: Ipsi adhærebis, l jurabisque in m nomine illius. n Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui. In o septuaginta animabus p descenderunt patres tui in Ægyptum: & ecce nunc multiplicavit te Dominus Deus tuus sicut astra cœli.

C A P. X I.

AMA q itaque Dominum Deum tuum, & observa r præcepta ejus, & cæremonias, judicia, atque s mandata omni tempore. t Cognoscite hodie, quæ ignorant filii vestri, qui non u viderunt x disciplinam Domini Dei vestri, magnalia ejus, & robustam manum, extentumque brachium, signa, & opera, quæ fecit in medio Ægypti Pharaoni Regi, & universæ terræ ejus, omnique exercitui Ægyptiorum, & equis, ac curribus, y quomodo operuerit eos aqua maris rubri, cum vos persequerentur: & z deleverit eos Dominus usque in præsentem diem: a vobisque quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum, & Dathan, atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto b ore suo terra absorbuit cum domibus, & tabernaculis, & universa substantia eorum, quam habebant in medio Israelis. Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna, quæ fecit: ut custodiatis universa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis: & possitis introire, & possidere terram, ad quam ingredimini, multoque in ea vivatis tempore: quam sub juramento pollicitus est Dominus patribus vestris, & semini eorum lacte, & melle manantem. c Terra enim, ad quam ingredieris possidendam, non est sicut terra Ægypti, de qua existi: ubi d jacto semine, in hortorum morem, aquæ ducuntur irriguæ; sed montuosa est, & campestris de cœlo expectans pluvias, quam Dominus Deus tuus semper invisit: & oculi illius in ea sunt a principio anni usque ad finem ejus. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & serviatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra: dabit pluviam terræ vestræ e temporaneam, & f serotinam, ut colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fœnumque ex agris ad pascenda jumenta, & ut ipsi comedatis, ac saturemini. Cavete, ne forte decipiatur cor vestrum, & recedatis a Domino, serviatisque Diis alienis, & adoretis eos, iratusque Dominus claudat cœlum, & pluviæ non

Israel. a Circumcidite] quasi dicat Deum diligite, qui talia fecit pro vobis: & in signum amoris circumcidite præputia cordis vestri, idest omnem malam voluntatem, & superfluas cogitationes. *Jer.* 4. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum, viri Juda, & habitatores Jerusalem. b Deus Deorum,] *Gloss.* contra quem stultum est superbire. Deorum, idest Sanctorum *Sup.* 6. Ego dixi Dii estis. Vel Deus Deorum, idest, super omnes Deos. c Magnus,] misericordia. d Potens,] justitia. e Terribilis:] judicio. f Personam non accipit] *Infr.* 16. Non accipies personam in judicio. g Facit judicium, &c.] Probatio, quæ non accipit personam, nec munera, quia scilicet facit judicium pupillo, & viduæ. Contrarium dicitur de Prælatis. *Isai.* 1. Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones: pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. h Peregrinum,] *Job* 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. i Et ipsi, &c.] q. d. bene debetis hoc facere, quia, &c. *Exod.* 22. Advenam non contristabis, nec affliges eum, fuistis enim & vos advenæ in terra Ægypti. k Timebis,] Filialiter. l Jurabisque] *Gloss.* permissio est.
m In nomine illius,] q. d. si te contingat jurare ex causa aliqua: ita jura, & non in nomine idolorum, vel Dæmonum, vel hujusmodi. Simile *Infr.* 23. Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno. Quod dicitur fratri tuo, prohibitio est; quod dicitur alieno, permissio est. n Ipse est laus, &c.] quasi dicat, bene debes prædicta facere, quia ipse est laus tua, idest solus debet laudari, quia ipse solus bonus. *Luc.* 18. Nemo bonus, nisi solus Deus; Verum est substantialiter, vel ex se, vel pure. o In lxx. &c.] Adhuc hortatur populum ad observantiam mandatorum, commemorans beneficia præstita, ut amplius alliciat. Inter quæ connumerat, quod cum essent pauci in principio, quando ingressi sunt Ægyptum, multiplicati sunt super numerum. Sed ei, quod hic dicitur, videtur contrarium, quod dicitur *Gen.* 46. Ibi enim dicitur: cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius absque uxoribus filiorum, sunt, sive fuerunt 66. *Item* 70. Interpretes dicunt ibi, cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum 75. Idem dicit *B. Stephan. in serm. suo, Act.* 7. Sol. Computato Joseph cum duobus filiis suis, qui ei nati sunt in Ægypto, scilicet Manasse & Ephraim, fuerunt 70. ita tamen, ut Jacob & Dina computentur, v. g. Filii Liæ fuerunt 33 quorum duo, sc. Her, & Onam mortui sunt in terra Chanaan, ut legitur *Gen.* 46. & 38. quibus Dina addita sunt 32. qui ingressi sunt in Ægyptum de filiis Liæ. *Item* 16. de Zelpha, ut ibid. dicitur, & sunt 48. quibus additi 14. de Rachel, ut ibid. legitur, fuerunt 62. *Item* 7. de Bala, ut ibid. dicitur, & sunt 69. & Jacob, sunt 70. Quia autem lxx. interpretes, & *B. Steph.* dicunt 75. ingressos, anticipatio est, computat enim 5. filios filiorum Joseph, qui nondum nati erant; quod patet, quia lxx. interpretes transtulerunt in *Deut.* 11. quod Israel ingressus est Ægyptum cum animabus 70. Et dicitur animabus pro hominibus synecdochice pars pro toto. p Descenderunt] Ad litteram secundum situm terræ, descenderunt, & mystice, *Virg. Æn. lib.* 6. quia *facilis descensus Averni*, sive inferni.

E X P O S I T I O
C A P. X I.

AMa q itaque, &c.] Hic invitat ad observantiam mandatorum: & quia dilectione sola servantur mandata, juxta illud *Rom.* 13. Plenitudo legis est dilectio, præmittit de ea, concludens ex præcedentibus: Ama itaque, &c. r Præcepta] disciplinæ. s Mandata] naturæ. t Cognoscite] idest ad memoriam revocate. u Qui non, &c.] quia nati in deserto, postquam facta sunt illa mirabilia in Ægypto. x Disciplinam] qua correxit filios Israel in Ægypto, vel ipsum Pharaonem in principio. y Quomodo operuerit] *Exod.* 14. z Deleverit eos,] idest hostes, non solum Ægyptios, sed etiam alios. Et hic est suppositio relativi communior, quam antecedentis. a Vobisque, &c.] quia ad amorem Dei, & observantiam mandatorum hortatur Moyses populum; ideo ostenso, quanta fecerit inimicis eorum propter eos, ostendit quanta beneficia præstiterit eis. b Ore suo] idest hiatum faciendo. *Num.* 16. c Terra enim, &c.] Hic ostendit, quæ necessitas incumbit eis observandi præcepta Domini in terra promissionis, dicens: quod non est sicut terra Ægypti, quæ beneficio fluminis fœcundatur. d Ubi, &c.] per hortos aquæ derivantur irriguæ; sed est etiam montuosa, & campestris, de cœlo pluviam expectans: & ideo ibi plurimum colendus est Deus, ut det pluviam temporibus suis. e Temporaneam,] in autumno, vel hyeme jactis seminibus nutriendis, & putrefaciendis. f Et serotinam,] ad incrementum segetum in vere, vel æstate: quia nisi granum in terram cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet. *Joan.* 12. Item 1. *Cor.* 15. Stulte, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Temporaneam. *Gloss.* qua in principio anni. Serotinam. *Gloss. in fin.* Nota, quæ *Gloss.* hic aliter accipit temporaneam, & serotinam pluviam, quæ in Prophetis accipitur. In Prophetis enim dicitur pluvia temporanea, quæ in Septemb. vel Octob. datur ad putrefactionem seminum. Serotina, quæ datur in vere ad perficienda grana, & maturanda Et sic sæpe etiam alibi accipitur. Hic autem e converso temporanea dicitur, quæ fit in principio anni, i. in vere. Et dicitur temporanea, quasi tempestiva a novitate temporis. Vel temporanea, quasi parans, & perficiens tempori necessaria. Pluvia temporanea est gratia in præsenti: Pluvia serotina gratia in futuro. *Jer.* 5. Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & serotinam in tempore suo. *Os.* 6. Veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Item *Ps.* 67. Pluviam voluntariam segregabis Deus, &c. Item pluvia temporanea sunt lacrymæ pro incolatu præsentis miseriæ. Serotina pro dilatione patriæ. *Jer.* 3. Prohibitæ sunt stillæ pluviarum, & serotinus imber non fuit. Unde *Jud.* 1. Axa, i. Anima fidelis sedens

super

super asinum, idest, corpus subjiciens sibi, suspirat ad Caleb, idest, ad Christum, dicens: Terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis, deditque ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius. Item pluvia est verbum prædicationis, & nubes, unde est hæc pluvia, Prædicatores sunt. *Isai.* 5. Nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. *Job* 37. Numquid nosti, quando præcepit Dominus pluviis, ut ostenderent lucem nubium ejus? *a* In manibus,] quia non sufficit verba Domini in codice, vel in corde tantum, sed etiam oportet habere in opere.

b Super postes, &c.] *Gloss. Aug.* Hoc secundum litteram nemo Israelitarum fecisse memoratur, nec facere potuit, nisi per multas partes domus suæ, forte ea diviserit, an hyperbolica commendatio est, per quam exprimitur diligentia custodiendi, sicut multa dicuntur. *c* Omnis locus, &c.] Hic describit terram promissionis, assignans terminos ejus a quatuor partibus mundi. *d* A deserto,] *Gloss.* quod est in meridie. *e* Et Libano,] *Gloss.* In Septentrione. *f* Eufrate] *Gloss.* qui in Oriente. *g* Ad mare Occidentale.] *Gloss.* Tyrrhenum hi sunt termini terræ promissionis. *h* Contra vos,] ut noceat vobis. *i* Supra montem] ad litteram sic factum est, *infr.* 27. Sex Tribus fuerunt in monte Hebal ad maledicendum: & aliæ sex in monte Garizim ad benedicendum.

descendant, nec terra det germen suum, pereatisque velociter de terra optima, quam Dominus daturus est vobis. Ponite hæc verba in cordibus, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in *a* manibus, & inter vestros oculos collocate. Docete filios vestros, ut illa meditentur. Quando sederis in domo tua, & ambulaveris in via, & accubueris, atque surrexeris, scribes ea *b* super postes, & januas domus tuæ, ut multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra, quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret eis, quamdiu cœlum imminet terræ. Si enim custodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, adhærentes ei: disperdet Dominus omnes Gentes istas ante faciem vestram, & possidebitis eas, quæ majores, & fortiores vobis sunt. Omnis *c* locus, quem calcaverit pes vester, vester erit. A *d* deserto, & *e* Libano, & flumine magno *f* Eufrate usque ad *g* mare Occidentale erunt termini vestri: Nullus *h* stabit contra vos. Terrorem vestrum, & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram, quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem: Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: Maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri; sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaveritis post Deos alienos, quos ignoratis. Cum vero introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, ad quam pergis habitandam, pones benedictionem *i* super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal, qui sunt trans Jordanem post viam, quæ vergit ad Solis occubitum in terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est juxta vallem tendentem, & intrantem procul. Vos enim transibitis Jordanem, ut possideatis terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, & habeatis, ac possideatis illam. Videte ergo, ut impleatis cæremonias, atque judicia, quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

C A P. X I I.

HÆC sunt *k* præcepta, atque judicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, ut possideas eam cunctis diebus, quibus super humum gradieris. Subvertite *l* omnia loca, in quibus coluerunt Gentes, quas possessuri estis, Deos suos, super montes excelsos, & colles, *m* & subter omne lignum frondosum: Dissipate aras eorum, & *n* confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite, *o* disperdite nomina eorum de locis illis. Non facietis ita Domino Deo vestro; sed *p* ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis Tribubus vestris, ut ponat *q* nomen suum ibi, & *r* habitet in eo, venietis, & *s* offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas, & *t* primitias manuum vestrarum, & vota, atque donaria, primogenita boum, & ovium, & *u* comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri: ac lætabimini in cunctis, ad quæ *x* miseritis manum, vos, & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester: Non facietis ibi, quæ nos hic *y* facimus hodie, singuli, quod sibi rectum videtur. Neque enim usque in præsens tempus venistis ad *z* requiem, & possessionem, quam Dominus Deus daturus est vobis. Transibitis Jordanem, & habitabitis in terra, quam Dominus Deus vester daturus est vobis: ut requiescatis a cunctis hostibus per circuitum, & *a* absque ullo timore habitetis in loco, quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit *b* nomen ejus in eo. Illuc omnia, quæ præcipio, conferetis holocausta, & hostias, *c* ac decimas, & *d* primitias manuum vestrarum; & quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vovistis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos, & filii, ac filiæ vestræ, famuli, & famulæ, atque Levites, qui in vestris urbibus

E X P O S I T I O C A P. X I I.

HÆc sunt præcepta,] Repetitio promissorum est *sup.* 7. *l* Omnia loca,] idest, Phana, & idola, quæ coluntur in locis.

m Et subter omne lignum] In umbra cujus colebant idola, *Jerem.* 2. Sub omni ligno frondoso prosternaberis meretrix.

n Confringite] *Gloss.* ut non remaneat memoria. *o* Disperdite nomina eorum] *Isai.* 14. Perdam nomen Babylonis, &c. *p* Sed ad locum, &c.] quasi dicat: non ita sacrificabis Domino in diversis locis; sed in uno loco tantum tibi a Domino assignato. *q* Nomen suum ibi,] idest, in quo sit templum ad invocandum nomen ejus. *r* Et habitet in eo,] idest, in suis servitoribus. *s* Offeretis in illo loco] Argumentum est, quod Ecclesiæ parochiali debemus facere oblationes nostras, & decimas reddere. *Num.* 18. Filiis Levi dedi omnes decimas. *Exod.* 22. Decimas, & primitias non tardabitis offerre. *t* Et primitias manuum, &c.] Monet *Aug.* quæstionem, quomodo præcipitur filiis Israel, ut hæc comedant in loco sancto tantum, cum decimæ Levitarum sint, & primitiæ, & primogenita Sacerdotum. Videntur enim fraudari juri suo Sacerdotes, & Levitæ: Nec solvit *August.* de prima, & secunda, & tertia decima. Notandum ergo, quod filii Israel singulis annis de omnibus bonis suis separabant decimas ad opus Levitarum; primitias vero, & primogenita, ad opus Sacerdotum: postea iterum decimabant novem partes residuas, & hæc erat secunda decima, & de hac agitur hic. Conveniebant enim homines de singulis civitatibus in Jerusalem ter in anno scilicet in Pascha, Pentecoste, & Scenopegia ferentes secum secundas decimas, secundas primitias, & secunda primogenita, quæ apud se reservabant, & inde epulabantur coram Domino cum Levita suo. De tertio etiam in tertium annum separabāt tertias decimas, & tertias primitias, & tertia primogenita apud se reservantes, & hæc expendebant in duobus annis mediis, in usus pauperum, & peregrinorum. De prima decima habes *infr.* 14. Et de illa dicitur *Eccl.* 12. Desudet eleemosyna in manu tua, donec invenias Justum, cui des, idest, illum, cui debes. De secunda agitur hic, & *infr.* 14. De tertia dicitur *Luc.* 6. Omni petenti tribue. *u* Comedetis ibi] Argumentum, quod confratriæ possunt fieri in Ecclesiis. *x* Miseritis manum] laborando, ut in vinea, vel in agro, vel hujusmodi. *y* Facimus hodie,] idest, non adorabitis, unusquisque in loco suo pro voluntate sua, sicut modo. *z* Ad requiem,] Alia est lex peregrini, alia est civis. Et est hic quasi argumentum, quod peregrini, & laborātes, bene possunt comedere bis in 40. *a* Absque ullo timore] *Jer.* 23. In diebus illis salvabitur Juda, & Israel habitabit confidenter. [Nomen ejus in eo,] i. templum ad invocandum nomen ejus. *c* Ac decimas,] secundas scilicet. *d* Primitias] secundas scilicet.

a Cave, ne offeras] Ad litteram occasionem amputat sacrificandi idolis. Ideo enim præcipit in C templo,& in altari hostias offerri, ut, ubi est integra religio, ubi congruus exhibeatur cultus. *b* Sin autem comedere] quasi dicat, dum sacrificatis Domino, non comedetis, nisi in loco, quem elegerit Dominus. Sed si forte vultis facere convivium solemne, & epulari splendide; hoc poteritis facere in urbibus vestris cum Levita vestro: sed non de sacrificiis, sed aliis scilicet. Et tunc poteritis comedere immundum ad offerendum, ut cæcum, claudum, & hujusmodi; hæc enim munda erant ad comedendum, sed immunda ad offerendum. Et hoc est, quod dicit: Si autem &c. *c* Juxta benedictionem] idest, secundum facultatem tuam, quæ dicitur benedictio sinistræ.

De consec. d. 1. c. sicut non.

93. q. 5. § his ita, de decim. c. 3.

Infr. 15.

D *d* Sive, &c.] scilicet ad offerendum; mundum tamen ad comedendum. *e* Capream, & cervum] quæ immunda sunt ad offerendum. *Levit.* 11. *f* Absque] *Gloss.* homicidium prohibet. Sanguis pro anima ponitur, quia sedes animæ, idest, humanæ vitæ in sanguine est. De prohibitione esus sanguinis habes. *Levit.* 17. c. 19. Comeditur tamen modo, quia idololatria causa fuit prohibitionis. Unde cessante causa, cessavit effectus. *g* Decimam, &c.] secundam scilicet. *h* Extenderis, &c.] laborando. *i* Cave, ne] Magna est curialitas Domini, ad litteram in hoc. Voluit enim, ut cui sors inter alios non fuerat, alii providerent. Unde *Gal. ult.* Communicet autem A is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. 1. *Cor.* 9. Qui Evangelium annunciant, de Evangelio debent vivere. *k* Procul, &c.] Videtur quod nihil dicat, quia aut loquitur de sanctificato, aut de B non sanctificato. Si de sanctificato, illud non poterat comedi, nisi in Jerusalem. Si de non sanctificato, illud poterat comedi alibi, & si locus non esset procul. Sol. Quando locus multum distabat a Jerusalem, ne gravarentur multum Judæi, concessum erat eis vendere illa, quæ debebant comedere coram Domino, & ferre secum pretium in Jerusalem, & inde emere, quæ volebant, ut dicitur *infr.* 14. Poterant ergo sibi illa retinere pro eodem pretio, pro quo

Inf. 19.

16. q. 1. c. nec mirum circa fin. q. 2. c. intelligi, & c. illud ante fin.

91 q. fin. c. loquitur.

commorantur. Neque enim habet aliam partem, & possessionem inter vos. *a* Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus in una Tribuum tuarum offeres hostias, & facies, quæcumque præcipio tibi. Sin *b* autem comedere volueris, & te esus carnium delectaverit, occide, & comede, juxta *c* benedictionem Domini Dei tui, quam dedi tibi in urbibus tuis: *d* sive immundum fuerit, hoc est, maculatum, & debile: sive mundum, hoc est, integrum, & sine macula, quod offerre licet, sicut *e* capream, & cervum comedes, *f* absque esu dumtaxat sanguinis, quem super terra, quasi aquam, effundes. Non poteris comedere in oppidis tuis *g* decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia, quæ voveris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum; sed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu, & filius tuus, & filia, servus, & famula: atque Levites, qui manet in urbibus tuis, & lætaberis, & reficieris coram Domino Deo tuo in cunctis, ad quæ *h* extenderis manum tuam. *i* Cave, ne derelinquas Levitem in omni tempore, quo versaris in terra. Quando dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut locutus est tibi: & voluerit vesci carnibus, quas desiderat anima tua: locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut sit nomen ejus ibi, *k* procul fuerit: occides de armentis, & pecoribus, quæ habueris, sicut præcepit tibi: & comedes in oppidis tuis, ut tibi placeat. Sicut comeditur caprea, & cervus, ita vesceris eis: & mundus, & immundus in *l* commune vescentur: Hoc solum cave, ne sanguinem comedas: Sanguis enim eorum pro anima est; & idcirco non debes animam comedere cum carnibus, sed super terram fundes, quasi aquam, ut sit tibi bene, & filiis tuis post te, cum feceris, quod placet in conspectu Domini. Quæ autem sanctificaveris, & voveris Domino, tolles, & venies ad locum, quem elegerit Dominus: & offeres oblationes tuas, carnem, & sanguinem super altare Dñi Dei tui. Sanguinem hostiarum fundes in altari; carnibus autem ipse vesceris. Observa, & audi omnia, quæ ego præcipio tibi, ut bene sit tibi, & filiis tuis post te in sempiternum, cum feceris, quod bonum est, & placitum in conspectu Domini Dei tui. Quando disperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam Gentes, *m* ad quas ingredieris possidendas, & possideris eas, atque habitaveris in terra earum, cave, ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subversæ: & requiras cæremonias earum, dicens: Sicut coluerunt Gentes istæ Deos suos; ita & ego colam. Non *n* facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas aversatur Dominus fecerunt Diis suis offerentes filios, & filias, & comburentes igni. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.

C A P. X I I I.

SI *o* surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum, atque portentum, & evenerit, quod locutus est, & dixerit tibi: eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & serviamus eis: non *p* audies verba prophetæ illius, aut somniatoris: quia *q* tentat vos Dominus Deus vester, ut *r* palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete: Mandata illius custodite, & audite vocem ejus. Ipsi *s* servietis, & ipsi *t* adhærebitis. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est, ut vos averteret a Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit de domo servitutis, ut errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus, & *u* auferes malum de medio tui. Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, sive uxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, ut animam tuam, clam dicens: Eamus, & serviamus Diis alienis, quos ignoras tu, & patres tui, cunctarum in circuitu Gentium, quæ juxta, vel procul sunt ab initio usque ad finem terræ: non *x* acquiescas ei, nec au-

darent aliis: & comederent in oppidis suis, pretio tamen reservato, ut in tempore suo ferrent illud in Jerusalem, & emerent inde, quæ comederent coram Domino. *l* In commune vescentur:] in talibus scilicet conviviis. *m* Ad quas ingredieris, &c.] idest, ad quarum possessiones ingredieris. *n* Non, &c.] ut adores illa, sicut Deum vivum.

E X P O S I T I O
C A P. X I I I.

SI *o* surrexerit] In præcedenti cap. replicavit Moyses beneficia Dei populo collata, ut sic provocaret populum ad cultum Dei. Hic ostendit, quid faciendum sit, si quis aliquem trahere voluerit ad colendum idola dicens: Si propheta, vel somniator: si frater, aut quilibet amicus specialiter persuaderet cultum idolorum forte propter affluentiam, quæ sequebatur Gentiles, vel alia quacumque de causa, non occultarent eum, sed convictum, aut confessum populum obrueret eum lapidibus, & ille, cui persuaserat, prius poneret manus suas super eum. Eodem modo civitas adversus civitatem insurgeret, deleret eam, si persuaderet recedere a cultu Dei. *p* Non audies, &c.] Argumentum, quod non est credendum omni spiritui. Unde 1. *Joan.* 4. Probate Spiritus, an a Deo sint, quia ut dicitur 2. *Cor.* 11. Transfigurat se Angelus Satanæ in Angelum lucis. Sed quomodo cognoscetur Angelus lucis ab Angelo tenebrarum? dicit *Luc.* 1. *Gloss.* Quem malus, inquit, turbatum videt, amplius turbat; bonus vero consolatur. *q* Tentat] idest, probat. *r* Palam fiat,] idest, scire faciat. Simile *Gen.* 22. Nunc scio, dicit Dominus Abrahæ, quod timeas Deum, idest, scire te feci experimento. Et *Rom.* 8. Spiritus postulat pro nobis, idest, postulare nos facit. *Gloss.* 70. Scire, an diligatis; sed Latini interpretes, ita ut sciat, an diligatis. Sed eadem sententia est: quod enim dictum est, tentat vos scire, hoc est, tentando vos facit scire. *s* Servietis,] Charitate. *t* Adhærebitis,] fide. *u* Auferes malum] hominem scilicet. Vel malum, idest, doctrinam malam.

x Non acquiescas,] *Proverb.* 1. Fili, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis.

a Et

a Et occultes eum:] Et est argumentum, quod peccatum hæretici non est occultandum. *Ezech.* 39. Cum viderint os hominis, i. hæreticum induratum, statuent juxta illud titulú, donec sepeliant. *Matt.* 18. Si peccaverit in te frater, &c *b* Lapidibus] *Gloss.* dura objurgatione, & forti sententia. *Eccl.* 22. In lapide luteo lapidabitur piger, i. increpabitur. *c* Audiens] hanc vindictam. *d* Opere perpetratam: *Gen.* 18. Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint. Ibi *Greg.* Majora crimina tarde credantur; sed veraciter agnita citius puniantur. *e* Anathemate] Anathema aliud suspendebatur in templo, ut gladius Goliæ. 1. *Reg.* 17. Aliud omnino comburebatur, & comminuebatur, ut spolia Jericho: *Josue* 6. Unde legitur, quod quædam meretrix conversa ad Deum per quemdam Eremitam, combussit quicquid stupro acquisierat: forte melius fuisset dare pauperibus; sed in detestationem peccati factum est.

dias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & *a* occultes eum; sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum: *b* Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere a Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti de domo servitutis, ut & omnis Israel *c* audiens timeat, & nequaquam ultra faciat quippiam hujus rei simile. Si audieris in una urbium tuarum, quam Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: Egressi sunt filii Belial de medio tui, & averterunt habitatores urbis tuæ, atque dixerunt: eamus, & serviamus Diis alienis, quos ignoratis; quære solicite, & diligenter, rei veritate perspecta, si inveneris certum esse, quod dicitur, & abominationem hanc *d* opere perpetratam: statim percuties habitatores urbis illius in ore gladii, & delebis eam, omniaque, quæ in illa sunt, usque ad pecora. Quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum ejus, & cum ipsa civitate succendes, ita ut universa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo *e* anathemate quicquam in manu tua, ut avertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te, sicut juravit patribus tuis, quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi hodie: ut facias, quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

C A P. XIV.

f FIlii *g* estote Domini Dei vestri: *h* Non vos incidetis, nec facietis *i* calvitium super mortuo: quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit, ut sis ei in populum *k* peculiarem de cunctis Gentibus, quæ sunt super terram. Ne *l* comedatis, quæ immunda sunt. Hoc est animal, quod comedere debetis: *m* Bovem, ovem & capram, cervum, & capream, *n* bubalum, *o* tragelaphum, *p* pygargum, orygen, *q* camelopardalum. Omne animal, quod in duas partes findit ungulam, & ruminat, comedetis; de his autem, quæ ruminant, & ungulam non findunt, hæc comedere non debetis, Camelum, leporem, chirogyllum, quia *r* ruminant, & non dividunt ungulam, immunda erunt vobis. Sus quoque quoniam dividit ungulam, & non ruminat, immunda erit. Carnibus eorum non vescemini, & cadavera non tangetis. Hæc comedetis ex omnibus, quæ morantur in aquis: Quæ habent pennulas, & squamas, comedite, quæ absque pennulis, & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. Omnes aves mundas comedite, *s* immundas ne comedatis. Aquilam, scilicet, & *t* Gryphem, & *u* haliæetum, *x* ixion, & vulturem, ac milvum juxta genus suum, & omne corvini generis, & *y* struthionem, ac noctuam, & *z* larum, atque accipitrem juxta genus suum: *a* herodium, ac cygnum, *b* ibin, ac mergulum, *c* porphyrionem, *d* nycticoracem, *e* onocrotalum, & *f* caradrium, singula in genere suo. *g* Upupam quoque

EXPOSITIO CAP. XIV.

f FIlii *g* estote, &c.] In hoc cap. prohibet incisuras fieri super mortuos, ac calvitium, & capillos idolis consecrare, ut Ethnici faciunt, qui inconsolabiliter dolent super mortuos. Unde 1. *Thess.* 4. Non contristemini sicut ceteri, qui spem non habent. Flere tamen, & dolere super mortuos moderate, licitum erat, sicut & modo. Unde *Eccl.* 22. *&* 38. Fili, super mortuos produc lacrymas. Prohibuit etiam morticina comedi; Dicit ergo. *h* Non vos incidetis, nec &c. idest propter dolorem mortui, sicut illi, qui desperant de resurrectione. Vel non vos incidetis, ut sanguinem vestrum idolis immoletis, sicut fecerunt Sacerdotes Baal. 3. *Reg.* 18. Non vos incidetis. *Gl.* Usque hodie multæ Gentes incidunt se in funeribus mortuorum. *i* Calvitium] ut scil. a capite pilos radatis, & ponatis in ignem mortui ad honorem ipsius. *k* Peculiarem] i. familiarem. *l* Ne comedatis,] *Gl.* Non animalia immunda sunt, sed quæ significando exprimunt, mores scil. hominum, & actus, & voluntates. *m* Bovem, & ovem, &c.] De his *Lev.* 11. Unde sunt, est hæc recapitulatio. *n* Bubalum,] *Gl.* Bubali sunt, qui alio nomine infontes, vel bisontes dicuntur. Ita dicit *Gl.* *o* Tragelaphum,] *Gl.* i. hircocervum. Similis est enim hirco, & cervo. *p* Pygargum, orygen,] ista duo animalia ignota sunt; & ideo nulla *Gl.* de illis ponitur. *q* Camelopardalum.] *Gl.* qui albis maculis respersus capite camelo similis, collo equino, pedibus bubali, per cetera pardus, in Æthiopia nascitur. *r* Quia ruminant, &c.] *Gl.* Ruminant Judæi verba legis; sed ungulam non dividunt, quia in Patrem, & filium non credunt, nec duo testamenta recipiunt. Sed hæc *Gl.* videtur falsa, quia *Jo.* 8. dicitur: Est pater meus, quem dicitis, quia Deus vester est; ergo cognoscebant Patrem. Præterea dicit *quædam Gl. sup. Apoc.* quod nulla hæresis est de Patre; ergo omnes credunt in Patrem; ergo & Judæi. Sol. Triplex est notio Patris, innascibilitas, paternitas, communis spiratio. De Patre, in quantum est innascibilis, nulla est hæresis, & ipsum in quantum talem cognoverunt Judæi, quoad alias notiones fuerunt hæreses 7. de Patre, & in quantum talem non cognoverunt Judæi ipsum. Iterum objicitur de hoc, quod dicitur, nec duo testamenta recipiunt; ergo non habent scientiam legis Judæi. Contra, *Luc.* 11. Væ vobis legisperiti, qui tulistis clavem scientiæ; ergo habuerunt scientiam. Sol. Habuerunt scientiam sua reputatione; sed in veritate non habuerunt. Unde *Matt.* 22. Erratis nescientes Scripturas. Sed quomodo igitur dicitur, habuerunt clavem scientiæ? Responsio. Habuerunt ad claudendú; sed non ad aperiendum. Unde *Matth.* 23. Væ vobis, qui habetis clavem scientiæ, nec intratis, nec alios intrare sinitis. Vel habuerunt clavem scientiæ, i. potestatem solvendi, & ligandi, cui debet esse annexa scientia, sicut multi habent modo. Vel clavis scientia dicitur officium discernendi, inter lepram, & non lepram, quod regitur scientia. *s* Immundas ne, &c.] ergo aliqui contemplativi sunt immundi, *Matth.* 24. Erunt duo in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur. Idem *Luc.* 17. *t* Gryphem,] *Gl.* quæ est quadrupes capite, & alis, Aquilæ similis, reliquo corpore Leoni: & habitat in hyperboreis montibus, equis maxime infesta, & hominibus. *u* Haliæetum,] *Gl.* falco. *x* Ixion,] avis ignota nobis sub hoc nomine. *y* Struthio,] hypocrita est. *Job* 39. Penna struthionis similis est pennis herodii, & accipitris. *z* Larum,] *Gl.* qui ut avis volat, ut aquatile natat. *a* Herodium, *Gloss.* grifalco vulgo. *b* Cygnum,] idest, ciconia. *Gloss.* Hæ longi colli esse, & cibum de profundo terræ trahere dicuntur. Nos autem debemus quærere panem, qui de cœlo descendit; nec esse soliciti, quid manducemus. Sed nota, quod duplex est solicitudo: Providentiæ, & hæc est bona. Unde *Luc.* 10. Martha, Martha solicita es. Item curiositatis, & hæc est mala. Unde *in Glossa prædicta*: Prima mentis quietem turbat, sed plurimos juvat: secunda mentem suffocat. Unde ibi *Gloss.* non providentiam damnat, sed curam, quæ mentem suffocat. *c* Porphyrionem,] LXX. habent pellicanum. De quo *Ps.* 101. Pellicano, qui habitat in solitudine. *d* Nycticoracem,] quæ nocte cibum quærit cuilibet odiosa. *e* Onocrotalum] avis nobis ignota. *f* Caradrium,] *Gloss.* non calandræ, ut putant, quæ propter dulcem melodiam sunt in domibus potentum; quid autem sit caradrius, non determinat. *g* Upupam] *Gloss.* Quæ luctum amat. 2. *Corinth.* 7. Sæculi autem tristitia mortem operatur: Nos vero debemus in Domino gaudere, in omnibus gratias agere. Sed nota, quod hæc avis in stercoribus nidificat. Unde significat Prælatos, qui

C D A B

23. q. 5. c. si audieritis.

Sup. 7. *&* *infr.* 26. *Lev.* 11. *Joan.* 6.

Matth. 6.

Lev. 11.

& a vespertilionem, & omne, quod reptat, & pennulas habet, immundum erit, nec comedetur. Omne, quod mundum est, comedite: Quicquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo: b Peregrino, qui intra portas tuas est, da, ut comedat, aut vende ei: quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Non c coques hedum in lacte matris suæ. d Decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis, quæ nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, ut in eo nomen illius invocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & e primogenita de f armentis, & ovibus tuis, ut discas g timere Dominum Deum tuum omni tempore. Cum autem longior fuerit via, & locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, h vendes omnia, & in pretium rediges, portabisque i manu tua, & proficisceris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pecunia, quicquid tibi placuerit, sive ex armentis, sive ex ovibus, vinum quoque, & k siceram, & omne, quod desiderat anima tua, & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu, & domus tua, & Levita, qui intra portas tuas est. Cave, ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. l Anno tertio separabis m aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi n eo tempore, & o repones intra januas tuas. p Venietque Levites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum: & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt; & comedent, & saturabuntur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, quæ feceris.

C A P. X V.

SEptimo q anno facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur: Cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, r repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. A peregrino, & advena exiges: civem, & propinquum repetendi non habes potestatem. Et omnino s indigens, & mendicus non erit inter vos: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem: Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris universa, quæ jussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, ut pollicitus est. t Fœnerabis Gentibus multis, & ipse a nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuæ in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & u dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. Cave, ne fortex subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat

Exod. 23. & 34.

qui in nepotulis ædificant: de quibus *Mich.* 3. Audite hæc Principes domus Jacob, & Judices domus Israel, qui abominamini judicium, & omnia recta pervertitis: qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Jerusalem in iniquitate.

a Vespertilionem,] *Gloss.* quæ circa terram volat, & pennis ambulat. Nostra autem conversatio in cœlis debet esse. *Phil.* 3.

b Peregrino, &c.] Ostenso quæ animalia, vel aves non possint comedi: ostendit, quid de illis possint facere, dicens: Quod dare possunt eas peregrinis, & advenis, vel vendere. Aliæ enim nationes licite vescebantur multis, quæ interdicta erant Hebræis.

c Non coques, &c.] i. infra octavum diem, quando adhuc lacteæ substantiæ est: vel prohibetur ad litteram gastrimargia, vel irritatio gulæ.

D

Mystice. Non occides Christum in die conceptionis suæ: vel prophetice de Herode. O Herodes, non occides Christum in infantia sua. d Decimam partem] De secunda decima agitur hic, de qua *sup.* 12 notatum est. e Primogenita] scil. secunda. f De armentis] ita scil. quod unum de ducentis, ut dicitur *Ezech.* 45. g Timere,] implendo mandata ejus. h Vendes] abrenunciando omnibus. *Matt.* 19. Vade, & vende omnia, quæ habes, &c. i Manu tua,] vel certe vehiculo. k Siceram,] *Gloss.* omne scil. quod inebriare potest, excepto vino. l Anno tertio] *Gl.* uno interposito. Et agitur hic de tertia decima, quæ fit de tertio in tertium annum, uno anno interposito. m Aliam, &c.] *Gl.* extr. illam scil. quam manducas cum tuis, & Levitis, in loco, quem elegit Dominus. n Eo tempore,] i. tertio anno. o Repones] *Gl.* non deferes ad locum, quem elegit Dominus. p Veniatque] *Gl.* manifeste ostendit hanc decimam non ei, qui offert esse communicandam, sed tantum illis, quibus præcipit erogari, in quibus præcipue Levitem posuit.

A

B

E X P O S I T I O C A P. X V.

SEptimo q anno] *Gl.* quia in septiformi spiritu remissio est: Omnes pene legis solemnitates in septenario numero sunt: Sabbatum enim in die septima est, & Pentecostes finitis, septem hebdomadibus. Septimus quoque annus celebratur, & jubilæus septies septem annis succedit. Notandum, quod in hoc capitulo agitur de duobus. Primo de Sabbatismo, & remissione septimi anni. In septimo enim anno quiescebat terra, & quod sponte in ea nascebatur, erat pauperum. Sed dicit *Aug.* aperte, quod in septimo anno seminabant terram, & non colligebant, sed pauperibus dimittebant. In hoc anno non licebat exigere debitum a debitore Hebræo, sed a peregrino licebat: & ob hoc dicebatur annus remissionis. Aliter tamen, quam jubilæus. Nam in jubilæo simpliciter omnia debita dimittebantur, sed in isto anno tantum differebatur repetitio debitorum. Secundo hic prohibet Moyses arari in primogenitis boum, & vellera ovium primogenitarum tonderi: In primo moraliter pietas, & dilectio commendatur, ut scilic. proximis misereamur. Nam, ut dicitur *Eccl.* 29. Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo, i. dat ei mutuum. In secundo commendatur justitia, ut scil. nihil de primogenitis in usus proprios nostros convertamus, sed Levitis, quorum sunt, reddamus.

Inf. 23.

r Repetere non poterit,] Hoc morale est, & pietate plenum. Sed ut dicit *Gloss. super Levit.* 23. quæ pietate plena sunt, ad litteram servanda sunt; ergo hoc adhuc debet observari. Ad hoc dicunt quidam, quod bonum esset hoc fieri, sed non facimus, ne videamur judaizare. Sed eadem ratione non debemus dare decimas. Ideo dicimus, quod hoc mutatum est in melius: quia non solum in septimo, sed in nullo anno, vel tempore debemus aliquid repetere cum scandalo fratris. Unde *Matth.* 5. Qui vult tecum contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium. Ibi tamen dicit *Gloss.* Licet infirmis sua repetere, sed non contendere, supple cum scandalo. De hoc habes *Luc.* 6. & 2. *Cor.* 6.

13.& 14. bis ita 16.&.3. sic etiam, & 9.7. cap. omnes decimæ.

s Indigens, & mendicus, &c.] Contrarium videtur *Matth.* 26. & *Jo.* 12. Pauperes semper habetis vobiscum. Item cum hoc sit morale, quod hic dicitur, videtur quod omnes divites hujus mundi sint transgressores hujus præcepti. Solut. Sic intelligitur: Omnino indigens, idest, ultima necessitate arctatus. Nec prohibetur ad litteram habere pauperes secum; sed præcipitur, ut nullum patiantur secum adeo arctari, ut penuria cibi, vel vestitus, vel hujusmodi moriatur. t Fœnerabis, &c.] secundum hoc videtur, quod fœnerari non sit peccatum. Sol. Fœnerari æquivocum est. Uno modo fœnerari est dare ad usuram, hoc peccatum est, & prohibitum infra. Alio modo fœnerari est mutuare: & hoc modo opus misericordiæ est, & præcipitur hic. Sed nunquid possumus usuram accipere a Gentibus, ut sic saltem paupertate oppressi, convertantur ad Dominum, sicut etiam accipimus res suas per bellum? Si dicis, quod non, quia omnis usura prohibita est, eadem ratione, & omnis rapina. *Exod.* 20. *ibi*: Non facies furtum. Sol. Auferre possumus per justum bellum, nec est hoc prohibitum, sed non per usuram. u Et dabis] *Prov.* 28. Qui dat pauperi, non indigebit; qui despicit deprecationem, penuriam sustinebit. x Subrepat, &c.] Impia dicitur cogitatio avari, quia est contra pietatem, unde & avaritia idolorum servitus appellatur. *Ephes.* 5. ubi dicit *Gloss.* Æqualis avaritiæ idololatriæ dicitur, quia idolum illum avarum significat, cui Deus nummus est. Vel ideo, quia sicut idololatra honorificentiam Dei sibi usurpat; ita avarus res Dei, quas filiis suis indigentibus servire instituit, sibi usurpat, & abscondit. De hac cogitatione dicitur *Prov.* 24. Cogitatio stulti peccatum est.

De dec. a. B

a Non

septimus annus remissionis; & avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei, quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum, sed dabis ei: Nec ages quippiam callide in ejus necessitatibus sublevandis, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in cunctis, ad quæ manum miseris. Non *a* deerunt pauperes in terra habitationis tuæ; idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo *b* egeno, & pauperi, qui tecum versantur in terra. *c* Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis servierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patieris, sed dabis viaticum de gregibus, & de area, & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi. Memento, quod & ipse servieris in terra Ægypti, & liberavit te Dñs Deus tuus; & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit, nolo egredi, eo quod diligat te, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulam, & perforabis aurem ejus in janua domus tuæ, & serviet tibi usque in æternum. Ancillæ quoque similiter facies. Non avertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos, quoniam juxta mercedem mercenarii per sex annos servivit tibi, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus, quæ agis. De *d* primogenitis tuis, quæ nascuntur in armentis, & ovibus tuis, quicquid sexus est masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bovis, & non tondebis primogenita ovium. In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos in loco, quem elegerit Dominus tuus, & domus tua. Sin autem habuerit maculam, & vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme, vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo, sed intra portas urbis tuæ comedes illud, tam mundus; quam immundus similiter vescentur eis, quasi *e* caprea, & cervo. Hoc solum observabis, ut sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram, quasi aquam.

C A P. XVI.

OBserva *f* mensem *g* novarum frugum, & verni *h* primum temporis, ut facias *i* Phase Domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de *k* Ægypto nocte. *l* Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ovibus, & de *m* bobus in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi. Non comedes in *n* eo panem fermentatum: *o* Septem diebus comedes absque fermento *p* afflictionis panem, quoniam in *q* pavore egressus es de Ægypto, ut memineris diei egressionis tuæ de Ægypto *r* omnibus diebus vitæ tuæ. Non apparebit *s* fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus ejus, quod *t* immolatum est vespere, in *u* die primo mane. Non poteris immolare Phase in qualibet urbium tuarum, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet *x* nomen ejus ibi. *y* Immolabisque Phase vespere ad Solis occasum, quando *z* egressus es de Ægypto, & *a* coques, & comedes in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus: maneque consurgens *b* vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia *c* collecta est Domini Dei tui, non facies opus. *d* Septem hebdomadas numerabis tibi,

a Non deerunt pauperes] Non est contrarium ei, quod supra dictum est; Omnis indigens, & mendicus non erit inter vos, ut ibi expositum est.

C *b* Egeno, & pauperi,] non diviti. *Is.* 58. Frange esurienti panem tuum, &c. Cum tibi, &c.] de hoc habes *Exo.* 21. *d* De primogenitis] (*Exod.* 13. *Jer.* 34.) Sicut præmisit distinctionem decimarum; ita hic ponit distinctionem primogenitorum, dicens: prima primogenita masculina offerẽda sunt Deo: secunda in loco, quem Dominus elegerit comedenda. Et ne posset aliquis fraudulenter excusare se, dicens: Ego nutriam primogenitum bovis, ut pinguius offeram Deo, & interim araret in eo; ideo removens hoc subjungit: Non operaberis in primogenito bovis. *e* Caprea, & cervo.] quæ sunt munda ad comedendum; sed immunda ad offerendum.

D *EXPOSITIO CAP. XVI.*

OBserva *f* mensem] *Gl.* primum, scil. Hebræorum, qui apud eos Nisan dicitur; apud Græcos vero Xanthicos, apud Latinos dicitur Aprilis, in (A) quo Agnus Paschalis occidebatur. Notandum, quod Moyses hic repetit de observatione trium festivitatum, scil. Paschæ, Pentecostes, & Scenopegiæ. De quibus supra dictum est *Lev.* 23. & *Num.* 28. Phase fiebat 14. Luna Aprilis. Pentecoste 50. die a Phase. Scenopegia 15. die Septemb. *Gl.* quia in eo manipuli spicarum, i. primitiæ per Sacerdotem offerebantur Domino.

g Novarum frugum,] (*Sap.* 16.) i. grana spicarum igne tosta, & manibus confricata. *h* Primum] mensem scil. i. primam lunationem. Ad litteram post æquinoctium vernale, ubi occurrit Luna. (B) 14. est Pascha Judæorum. *i* Phase] nomen Hebræum est, sed Pascha est Græcum. *k* De Ægypto nocte.] *Exod.* 12. Ergo de nocte exierunt filii Israel de Ægypto. Contra, *Exod.* 12. Habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit cccc. 30. annor. quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti. Solut. In nocte præparaverunt se ad exeundum diluculo; & ideo dicuntur hic nocte exiisse. Vel ideo, quia in crepusculo ante clarum diem exierunt. *l* Immolabisque Phase] i. Agnum Paschalem. *m* Et de bobus. Hoc forte addit, quia in sequentibus diebus azymorum immolabantur boves, sed in Pascha, i. 14. Luna tantum Agnus præcipitur immolari. *n* in eo] scil. die Phase. *o* Septem diebus] scil. ayzmorum, qui sequuntur Phase, & incipiunt 15. Luna Aprilis in crastinum Phase. *p* Afflictionis panem,] in memoriam afflictionis Ægyptiacæ. *q* Quoniam in pavore, &c.] ut patet *Exod.* 14. ubi dicitur; Levantes oculos filii Israel viderunt Ægyptios venientes post se, & timuerunt valde.

r Omnibus diebus vitæ tuæ.] Argumentum, quod semper debemus reminisci remissionis peccatorum, ad minus baptismalis, vel causæ, per quam facta est remissio peccatorum, scil. Dominicæ Passionis. *Eccl.* 5. De propitiato peccato noli esse sine metu. Item *Eccl.* 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Inde est, quod quamdiu vivit homo, non potest perfici pœnitentia ejus, quia hujus semper tenetur esse memor, & vitare peccatum, quod substantiale est penitentiæ. Unde Dominus *Jo.* 8. Vade, & amplius noli peccare. *s* Fermentum] quod dicitur a fervore, quia fervere facit massam, cui adjungitur, & subito acredine quadam in sui naturam convertit. *t* Quod immolatum est] Hoc plenius. *Exod.* 12. *u* In die primo mane.] i. usque ad mane primæ diei azymorum.

x Nomen ejus ibi.] Ergo Judæi non poterant comedere agnum in domibus suis. *Exod.* 12. Ponent de sanguine ejus super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum, & Dominus in domo comedit agnum cum Discipulis. *Marc.* 14. Sol. Ad primum dicimus, quod Judæi non tenebantur hoc præcepto, quamdiu fuerunt extra terram promissionis. Ad secundum dicimus, quod locus ille, in quo Dominus fecit sibi parari Pascha, sanctus erat, quia in Jerusalem, & propter præsentiam Domini: aliter etiam Dominus nõ tenebatur hoc præcepto, quia est Dominus legis. *y* Immolabisq; Phase] i. Agnum Paschalem. *z* Quando, &c.] Sed quomodo potest hoc esse, quia ipsi comederunt Agnum 14. Luna ad vesperum, & 15. mane egressi sunt? Dicunt ad hoc, quod quando non est demonstrativum horæ, sed temporis. Vel melius, quando egressus es, i. paratus ad egrediendum, vel egressus mente, jam continuo egressurus corpore. Simile *Gen.* 12. Egredere de terra tua. Ibi *Aug.* Quia jam egressus es corpore, egredere mente. *a* Et coques,] q. d. ubi coctus est Agnus, ibi comedendus est. In quo ostenditur, quod Sacerdos, qui celebrat, tenetur communicare. *b* Vades in tabernacula] Ad litteram, in propria domicilia. *c* Quia collecta est] In hac septima die fiebat collecta in usus pauperum. Octavo vero die Scenopegię fiebat alia major collecta ad emendum juge sacrificium, & farinam, & vinum, & oleum ad opus libaminum; cetera emebant Sacerdotes de proprio. Hæc duplex collecta, duplicem collectam spiritualem significat. Unam, quæ fit in præsenti per gratiã; aliam, quæ fit in futuro per gloriam. Vel forte hic dicitur collecta congregatio hominum: non enim legitur expresse aliã collectam fieri, nisi die octavo post Scenopegiã. *d* Septem hebdomadas] Dicto

de

a ab ea die, qua falcem in segetem miseris, & celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres *b* juxta benedictionem Domini Dei tui, & *c* epulaberis coram Domino Deo tuo, tu, & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua, & Levites, qui est *d* intra portas tuas, & advena, ac pupillus, & vidua, qui morantur vobiscum in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi; & *e* recordaberis, quoniam servus fueris in Ægypto, *f* custodiesque, ac *g* facies, quæ tibi præcepta sunt. *h* Solemnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area, & torculari fruges tuas, & epulaberis in festivitate tua, tu, & filius tuus, & filia, & servus tuus, & ancilla: Levites quoque, & advena, & pupillus, ac vidua, qui intra portas tuas sunt. *i* Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in loco, quem elegerit Dominus, benedicetque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, erisque in lætitia. k Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, in *l* solemnitate azymorum, & in solemnitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorum. Non *m* apparebit ante Dominum *n* vacuus; sed offeret unusquisque, secundum quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei. *o* Judices, & *p* Magistros constitues in *q* omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas Tribus tuas, ut judicent populum justo judicio, nec in alteram partem *r* declinent. Non accipies personam, nec munera, quia *s* munera excæcant *t* oculos sapientium, & mutant verba Justorum. *u* Juste, quod justum est, persequeris, ut vivas, & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Non *x* plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini tui: nec facies tibi, atque constitues statuas, quæ odit Dominus Deus tuus.

C A P. XVII.

NOn *y* immolabis Domino Deo tuo *z* bovem, & ovem, in quo est macula, aut quippiam vitii: quia abominatio est Domino Deo tuo. *a* Cumque reperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir, ac mulier, qui faciunt malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediuntur *b* pactum illius, ut *c* vadant, & serviant Diis alienis, & adorent eos, Solem, & Lunam, & omnem militiam cęli, quæ non *d* præcepit; & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque *e* inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israel: educes virum, ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad *f* portas civitatis tuæ, & lapidibus

de festo Paschæ, subjungit de festo Pentecostes, quod quinquagesimo die fiebat. Sed quæritur, a quo die incipiat computatio usque ad quinquagesimum. A Phase non, quia illa die non mittebant falcem in messem.

C

Item cum non omnes eadem die mittant falcem in messem, quia alibi citius, alibi tardius maturatur seges: videtur, quod pluries celebrent Pentecosten, unusquisque suam in tempore messis suæ. Et videtur velle *Aug.* ut scil. una sit generalis Pentecosten communis omnibus. de qua plenius actum est *Lev.* 23. Et plures particulares, quia unusquisque illo die, quo mittebat falcem in messem, celebravit suam Pentecosten. *Hier.* non vult hoc ad litteram observandam. Alii incipiunt computare a secundo die azymorum, idest, a 16. Luna Aprilis: & sic

D

videtur velle littera *Lev.* 23. ubi dicitur: Numerabitis ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulos primitiarum 7. hebdomadas plenas usque ad alteram diem hebdomadæ, 7. idest, 50. dies; & sic offeretis novum sacrificium Domino. Alii incipiunt computationem ab eo die azymorum, 50. diem esse Pentecosten.

A

Exod. 30. & 34. Lev. 23. De consecr. d. 1. c. omnes Christianos. Exod. 23. Eccl. 10. 11.q.4.cap. Jan.

Item a secundo die azymorum, 50. diem esse aliam Pentecosten, in qua offerebantur panes novi: sicut secunda die azymorum offerebantur grana manibus confricata, ut dicitur *Lev.* 23. Et ita duo dies quinquagesimi, sive duæ Pentecostes leguntur numeratæ. Huic sententiæ videtur *Joseph* consentire, qui sic exponit hanc litteram: A die, qua falcem in segetem miseris, &c. i. a die, qua manipulos de segete falce collectos abstuleris, i. a secunda azymorum celebrabis diem festum hebdomadarum. *a* Ab ea die, &c.] *Hier.* Hoc Judæi nec ad litteram, nec ad spiritum custodiunt. *b* Juxta benedictionem] i. juxta multiplicationem bonorum tuorum tibi a Deo collatorum. Argumentum, quod ditior plus tenetur offerre Domino. *c* Et epulaberis] Argumentum, quod in magnis festivitatibus debemus visitare Ecclesiam, & nos habere religiosius, & comedere splendidius. 3. *Esdr.* 9. Manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his, qui non habent: Sanctus enim est hic dies Domini. *d* Intra portas tuas,] i. qui commoratur tecum in urbe una. *e* Recordaberis,] ne inter epulas superbia extollaris. *f* Custodiesque,] mente. *g* Facies,] opere. *h* Solemnitatem, &c.] *Gloss.* non habens hic manentem civitatem. *Hebr. ult.* Hic non est Paradisus. *i* Septem diebus, &c.] Tertio post Phase, & Pentecosten agit Moyses de Scenopegia, quæ sonat fixio tabernaculorum: in qua per septem dies habitabant Judæi sub umbraculis in memoria 40. annorum, quibus fuerunt in deserto sub tabernaculis, unde & festum tabernaculorum dicitur. Et cum septem diebus protelaretur, primus, & ultimus solemnes erant. Octavus etiam solemnis erat, non quia esset de Scenopegia, sed quia tunc conveniebant ad faciendam collectionem in communes usus. Unde & Scenopegia aliquando dicitur festum octo dierum. Sed quia de hoc, & de aliis festis plenius diximus *Lev.* 23. *& Num.* 28. ideo breviter pertransimus. *k* Tribus vicibus] Pascha, Pentecoste, Scenopegia: Moraliter corde, ore, opere. *l* In solemnitate, &c.] specificat se. *m* Non apparebit] *Eccl.* 35. Non apparebis in conspectu Domini vacuus. *Gl.* in judicio. *n* Ante Dominum vacuus;] *Gloss.* In cujus manus incidere est horrendum. *Heb.* 10. *Gloss. Greg.* Qui promerendæ vitæ mercedem bene agendo non providit in conspectu Domini vacuus apparebit. Unde *Ps.* 125. Venientes autem venient cum exultatione portantes &c. Ad examen quippe judicii portantes manipulos suos veniunt, qui in semetipsis recta opera, quibus vitam merentur, ostendunt. *o* Judices,] ad puniendum reos, & liberandum innoxios. *p* Magistros] ad instruendum ignaros. Vel Judices, & Magistros, i. doctos Judices, & prudentes. *Gen.* 47. Si nosti in eis esse viros industrios, constitue eos Magistros pecorum meorum. Non enim bestialis homo debet præfici. Unde *Exod.* 19. Bestia, quæ montem tetigit, lapidabitur. *q* In omnibus, &c.] Argumentum, quod in publico debet Judex esse. *Prov. ult.* Nobilis in portis vir ejus; quando sederit cum Senatoribus terræ. In portis enim debent Judices constitui, quasi communiter judicaturi extrinsecus, & intrinsecus. *r* Declinent.] *Gl.* prece, vel pretio. *s* Quia munera] *Eccl.* 20. Xenia, & dona excæcant oculos Judicum, & quasi mutus in ore avertit correctiones eorum. *t* Oculos sapientium,] *Gloss.* apud homines, non apud Deum, quibus dicitur: Væ, qui sapientes estis in oculis vestris. *u* Juste,] non durius æquo, nec remissius. *x* Non plantabis] *Gl.* Occasionem idololatriæ amputat: Solebant enim Gentes in lucis immolare, & in delubris statuas adorare.

Isai. 5.

EXPOSITIO CAP. XVII.

NOn *y* immolabis] *Lev.* 22. Homo, qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus, quam de ovibus, immaculatum offeret. *z* Bovem,] Bos est fortis in opere: Ovis est simplex intentio: Macula in ove est fatuitas in simplicitate: Macula in bove, prava intentio in opere. Unde Dominus dicit Apostolis, *Matth.* 10. Estote prudentes sicut serpentes, &c. *a* Cumque reperti fuerint] Hucusque Moyses hortatus est populum ad bonum, & dehortatus a malo, hic comminationem subdit non obedientibus, & perversoribus aliorum. Et hic intendit prohibere errorem, & idololatriam, quæ dominus magis detestatur: quia fidem destruunt, quæ est fundamentum omnis boni: Neque enim est majus scelus, quam honorem Creatoris impendere creaturæ. *b* Pactum] idest, legem. *c* Vadant,] recedentes a Deo. *d* Non præcepit;] imo prohibuit. *Exod.* 20. In primo mandato: Non habebis Deos alienos. *e* Inquisieris] *Gloss.* nihil indiscrete agens. *f* Ad portas civitatis] *Gloss.* ubi celebrantur judicia, ne sine judicio quis damnetur.

a In

lapidibus obruentur. *a* In ore duorum, aut trium *b* testium *c* peribit, qui interficietur. *d* Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium. Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur, ut auferas malum de medio tui. Si *e* difficile, & ambiguum apud te judicium esse prospexeris inter *f* sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & judicium intra portas tuas videris verba *g* variari, *h* surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad *i* Sacerdotes *k* Levitici generis, & ad *l* judicem, qui fuerit illo tempore, *m* quæresque ab eis, qui *n* indicabunt tibi judicii veritatem, & *o* facies quodcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus: sequerisque *p* sententiam eorum: nec declinabis ad *q* dexteram, vel ad *r* sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto Judicis; morietur homo ille, & *s* auferes malum de Israel, cunctusque populus *t* audiens timebit, ut nullus *u* deinceps intumescat superbia. Cum ingressus fueris *x* terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaverisque in illa, & *y* dixeris: constituam super me *z* Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: cum *a* constitues, quem Dominus Deus tuus *b* elegerit de numero fratrum tuorum. Non *c* poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit *d* frater tuus. Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, *e* nec reducet *f* populum in *g* Ægyptum equitatus numero sublevatus; præsertim cum Dominus præceperit vobis, ut nequaquam amplius per eamdem viam revertamini. *h* Non habebit uxores *i* plurimas, quæ alliciant animum ejus: neque argenti, & auri immensa *k* pondera. Postquam autem sederit in *l* solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, accipiens exemplar a *m* Sacerdotibus Leviticæ Tribus, & habebit secum, *n* legetque illud omnibus diebus

a In ore duorum, &c.] Hoc dicit, nec passim, sed cum discretione procedatur ad judicium mortis, in quo compescitur malitia invidorum. *b* Testium] *Glos.* attestatione scil. legis, Prophetarum, & Evangelii, secundum illud verbum *Jo.* 5. quod locutus sum, ipse judicabit eum in novissimo die. In titulo quoque Crucis tres linguæ testantur Christum esse Regem Judæorum. *Jo.* 19. Hebræa, Græca, & Latina. *c* Peribit, &c.] Sic fiet in extremo judicio, quia sub testimonium trium peribit omnis malus, & salvabitur omnis bonus sc. Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Unde *Jo.* 3. Tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo, &c. Item sub testimonio duorum, scil. testamentorum, ut inter medium montium, pertranseant aquæ judicii. Et his testimoniis dicitur illud *Psal.* 118. Mirabilia testimonia, &c. Sic Prædicator quoscumque interficit peccatores, debet interficere sub testimonio trium, i. sub testimonio cordis oris, & operis. Cordis quoad scientiam Scripturarum. *Jo.* 5. Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Oris quoad eloquentiam, quam etiam debet habere Prædicator. *Mal.* 2. Labia Sacerdotis, &c. Operis, quoad vitam bonam, sine qua non debet esse Prædicator. *Jo.* 5. Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Nemo, &c.] *Glos.* Unius testimonium nec legibus, nec canonibus suscipitur. Unde Dominus, *Jo.* 5. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum; alius autem est, qui perhibet testimonium de me, scil. Pater. *e* Si difficile, &c.] *Glos.* hoc quoque in Ecclesia servandum est. Quid facturi sunt Judices, quos statui in portis civitatis præcepit, jam determinavit, sed quoniam quandoque causa ardua, & difficilis erat, & ultra vires, & sapientiam Judicis; docet, quid tunc faciendum sit, dicens: Si contingeret, Judices illos super aliquo dubitare, ut accederent ad summum Sacerdotem: & quod ille judicaret, fieret: & si quis ejus sententiæ non obediret, interficeretur. Ex hoc loco inolevit consuetudo appellandi ad summum Pontificem. Et de *Exod.* 18. similiter. Unde & Paulus appellavit Cæsarem, *Act.* 25. De his Judicibus dicit *Josephus*, quod septem eligebantur in singulis civitatibus virtute, & justitiæ studio excepti: cuilibet dabantur duo ministri de genere Levitarum. Et recte assignat *Joseph.* virtutem, & justitiam Judicibus: nam virtute excluditur personarum acceptio, justitia fit judicii executio. *f* Inter sanguinem, & sanguinem] i. peccatum, & peccatum. Vel sanguinem, i. causam sanguinis. *g* Variari, præ ambiguitate. *h* Surge, &c.] *Gl.* Nota, appellandi tribuit facultatem. *i* Ad Sacerdotes] Sic dubitatio fidei ad Sacerdotes referenda est. *k* Levitici generis,] *Gl.* legitimos scil. *l* Et ad Judicem,] *Gl.* Pontificem. *m* Quæresque] scil. judicium. *n* Indicabunt] *Gl.* in partem non declinantes. *o* Facies,] obediendo. Obedite Præpositis vestris. *Hebr. ult.* *p* Sententiam eorum:] quasi ducem tuum. *q* Ad dexteram,] per superbiam contemnendo. *r* Vel ad sinistram.] per pusillanimitatem dimittendo. *s* Auferes malum] *Gl.* exemplum mali. *t* Audiens] sententiam scil. *u* Deinceps] scil. illo punito. *x* Terram] promissionis. *y* Dixeris] tu; non ego. *z* Regem,] *Gl.* non Deum, sed hominem. Nota, quod in hac parte cap. agit Moyses de Rege faciendo post ingressum in terram promissionis, non præcipiens, ut fieret, sed permittens: Addens tamen, quod si facerent Regem, non alienigenam, sed contribulem eligerent: qui sine consilio Sacerdotis, sive Pontificis, & seniorum nihil ordinaret, & in otio semper Deuteronomium legeret: uxores sibi non multiplicaret, ne averterent eum a recto. Item equos, & opum pondera non multiplicaret, ne potentior factus sæviret in subditos, terminos terræ propriæ, vel alienæ non mutaret. *a* Constitues, &c.] *Gl.* permittit, non committit. *b* Elegerit] aliquo indicio, ut Saulem. 1. *Reg.* 11. *c* Non poteris,] idest, non debebis. *d* Frater] cognatione, vel frater charitate. Et est argumentum, quod qui extra charitatem est, scienter eligendus non est. *Ezech.* 44. Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos, & incircumcisos corde, & incircumcisos carne. Hoc facisse isti, qui pueros faciunt Prælatos, qui nec scientiam habent, nec etiam loqui sciunt. *e* Nec reducet] *Gl.* exemplo, dominatione, persuasione. *f* Populum] *Gl.* varium, & mutabile. *g* In Ægyptum] Ad litteram ad quærendum equos, quia ibi abundant. Unde *Isai.* 31. Væ, qui descenditis in Ægyptum, &c. Ad litteram enim prohibet multiplicari ea, quæ abundant in Ægypto, ne occasione illorum vellent redire illuc. *h* Non habebit] Ad litteram Regibus Israel prohibet habere plurimas uxores, maxime alienigenas, quarum instinctu de facili traherentur ad idololatriam, sicut Salomon. 3. *Reg.* 11. Plures vero indigenas permissum est habere propter prolem ad cultum Dei procreandam. Unde David plures habuit, nec tamen preceptum præterit. 1. *Reg.* 25. Numquam igitur licitum fuit habere plures uxores. Unde *Gen.* 1. ubi matrimonium institutum est, dicitur: Propter hoc adhærebit homo uxori suæ, non dicit uxoribus. Item: Erunt duo in carne una, non dicit plures. Sed quod illicitum erat, ex dispensatione factum est licitum quibusdam, ut Abraham, Isaac, & aliis, quibusdam autem nunquam fuit, quia nunquam cum eis fuit dispensatum. Unde Lamech de bigamia reprehenditur. *Gen.* 4.

Mystice autem hic tria prohibet: In equis superbiam, in opibus avaritiam, in uxoribus luxuriam. De primo, & secundo dicitur *Amos* 6. Væ, qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, &c. De tertio dicitur *Eccl.* 19. Vinum, & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes. Item *Eccl.* 47. Inclinasti femora tua mulieribus, & posuisti maculam in gloria tua.

i Plurimas,] *Gloss.* dicit, & si plures, supple, indigenas. In hoc moraliter prohibentur plures præbendæ, sed quilibet sibi Papa est, ut sine omni dispensatione audeat plures retinere.

k Pondera.] *Gloss.* ultra mensuram necessitatis. *l* In folio] *Gl.* quies, gravitas, maturitas Regum est. *m* Sacerdotibus] non quibuslibet, sed bonis. Unde *Gl.* ubi nihil fuscatum est, nihil corruptum. Sed hodie magis accipitur exemplum a malis, quam a bonis; sed hoc satis misera res est. Unde *Seneca*: Nihil perniciosius, quam quod vivitur ad exemplum. Ideo dicit Dominus. *Matt.* 23. Super cathedram Moysi, &c.

n Legetque illud omnibus] *Gl.* Nota, quanta assiduitate legere

Marginalia: B; C; *Matth.* 18. *Jo.* 8. 2. *Cor.* 13. *Hebr.* 10. 1. *Tim.* 5. ... *Qui filii sunt legis. e per vituperabilem.*; *Sap.* 6.; *Infr.* 16.; D; *Mystice.*

vitæ suæ, *a* ut discat *b* timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & cæremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt. Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque *c* declinet in partem dexteram, vel sinistram, ut longo tempore *d* regnet ipse, *e* & filius ejus super Israel.

C A P. XVIII.

NOn *f* habebunt *g* Sacerdotes, & *h* Levitæ, & *i* omnes, qui de eadem Tribu sunt, partem, & hæreditatem cum reliquo populo Israel: k quia sacrificia Domini, & oblationes ejus comedent, *l* & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus *m* enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis. *n* Hoc erit judicium Sacerdotum a populo, & ab his, qui offerunt victimas, sive bovem, sive ovem immolaverint, dabunt Sacerdoti armum, ac ventriculum, primitias frumenti, vini, & olei, & lanarum partem ex ovium tonsione. *o* Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis Tribubus tuis, ut stet, & ministret nomini Domini Dei tui, ipse, & filii ejus in sempiternum. Si *p* exierit Levites ex una orbium tuarum ex omni Israel, in qua habitat, & voluerit venire desiderans locum, quem elegit Dominus, ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes *q* fratres ejus Levitæ, qui *r* stabunt eo tempore coram Domino. Partem ciborum eamdem accipiet, quam & ceteri *f* excepto eo, quod in urbe sua *t* ex paterna ei successione debetur. *u* Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave, ne imitari velis abominationes illarum Gentium, nec inveniatur in te, qui *x* lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem: aut qui *y* ariolos sciscitetur, & observet *z* somnia, atque *a* auguria, ne sit maleficus, nec incantator, neque *b* Pythones *c* consulat, nec divinos, & quærat a mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter illiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo: *d* Perfectus eris, & absque macula *e* cum Domino Deo tuo:

legere debent Sacerdotes, cum assidue legant Reges. *a* Discat] *Glos.* legendo. *b* Timere] *Gloss.* casto timore. *c* Declinet] *Gl.* amicitia, vel odio, vel qualibet occasione, sed regat in virga ferrea. *d* Regnet] *Gl.* corporaliter, & spiritualiter. *e* Et filius] carne, vel imitatione.

A

EXPOSITIO CAP. XVIII.

B

NOn *f* habebunt, &c.] Dixerat supra Moyses, ut in dubiis venirent Judices ad Sacerdotes, qui eis indicarent judicii veritatem, & ne ipsi, vel alii crederent, quod ob hoc Sacerdotes deberent habere portionem in terra cum aliis, determinat hic, quæ sit hæreditas eorum, sacrificia scil. & oblationes, & hujusmodi. Justum est enim, ut qui cœlestia tractant, nihil in terra possideant. Unde 2. *Tim* 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. Et *Matth.* 10. Nolite possidere aurum, & argentum. *g* Sacerdotes,] qui offerunt sacrificia, & thymiamata. *h* Levitæ,] qui ministrant. *i* Et omnes, &c.] scil. Levitici, qui scil. nec erant Sacerdotes, neque ministrabant. k Quia sacrificia] *Gl.* quasi quis quærat, unde ergo vivent. Item *Gl.* non de victu, & vestitu sint curiosi. *l* Et nihil aliud, &c.] Ex hoc videtur, quod Clerici non deberent habere possessiones cum fratribus tuis. Cum aliquid universaliter proponitur, & aliquid pertinens ad idem subjungitur, illud excipitur: v. g. 1. *Cor.* 6. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus suum est, hæc est falsa per se, sed exceptio vera est, quæ sequitur: Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Ita est hoc: Cum enim dictum est, nihil accipient, universaliter proponitur: quod autem sequitur, Dominus autem ipse est hæreditas eorum, exceptio est: Unde omnia oblata, & data Domino, eorum sunt. Unde *Num.* 18. Filiis Levi dedi omnes decimas. Ex quo etiam videtur, quod soli ministri Ecclesiæ debent eas habere. Sed nunquid possunt Clerici terras habere? Sol. In divisione terræ promissionis præcepit Dominus, quod Levitæ non haberent. Unde *Num.* 18. Nihil possidebitis, decimis tantum contenti. Non tamen prohibuit, quin possessiones possent eis conferri post divisionem terræ, ut patet *Lev. ult.* Item *Act.* 4. dicitur, quod Joseph Levites vendidit agrum: quod non posset, nisi Dominus ejus esset. Et patet, quod Clerici bene possunt possidere terras, & habere partem in patrimoniis. *m* Dominus enim ipse est hæreditas] *Gl.* qui omnia possidet, *Gl.* idest, pars Domini, scil. decimæ, & hujusmodi est hæreditas eorum. *Hier.* Nimis avarus est, cui non sufficit Dominus. Vulgo enim dicitur: Qui habet rusticum, habet prædam. Quid ergo potest deesse illi, qui habentem omnia habet? *n* Hoc erit judicium Sacerdotum] i. separatio, i. portio separata justo judicio Dei. *o* Ipsum enim, &c.] in servitorem quasi meliorem.
p Si exierit Levites] Levitæ dispersi erant cum filiis Israel per totam Judæam. Unde quidam in Jerusalem, quidam extra habitabant. Sed quoniam templum erat in Jerusalem, contingebat aliquando, vel contingere poterat, ut de aliis civitatibus venirent in Jerusalem, ibidem propter templum moraturi; ideo determinat hic Moyses, quid faciendum esset eis, dicens, quod Levita deforis adveniens Jerusalem, si ministrare voluerit cum aliis Levitis, licebit ei: & eamdem partem habebit, quam & alii in Jerusalem habitantes, excepta portione, quæ ei dabatur in urbe sua jure hæreditario. Dictum est enim supra, quod filii Israel remoti a Jerusalem, vendere poterant secundas decimas, & secunda primogenita, & secundas primitias in urbe sua propter laborem portandi tam longe; & de pretio accipiebat Levita partem suam sibi debitam jure hæreditario; & cum venerat in Jerusalem, reservabatur ei portio sua, & præter illam habebat portionem cum aliis Levitis ministrantibus. Et hoc tangit *August. in quadam Gl.* vel potius cum Levita forensis moraretur in Jerusalem, & filii Israel de sua civitate veniebant in Jerusalem, in tribus festis comedebant cum eis de pretio decimarum, quas vendiderant. *q* Fratres ejus] idest, consanguinei.
r Stabunt] firmiter.
f Excepto eo,] quasi dicat, licet habeat partem cum aliis, nihilominus habebit, quod ei debetur jure hæreditario. Argumentum est, quod Clericus cum paterna hæreditate potest habere redditus Ecclesiasticos. Hic ponit *Aug.* litteram *Septuaginta*, quæ quodammodo nostram exponit: præter venditionem, inquiunt, quæ secundum familiam est. *t* Ex paterna, &c.] Forte Levites manens in Jerusalem, non tantum recipiebat de venditione secundarum decimarum absens, quantum faceret, si esset præsens: sicut Parisiis Canonici absentes non tantum recipiunt in quotidiana distributione, quantum præsentes. Sic enim omnes confluerent Jerusalem parcentes expensis. *u* Quando ingressus fueris] Hic intendit Moyses, imo Dominus per Moysen prohibere Regi, & populo secum habere ariolos, idest, inspectores fibrarum circa aras, pro cognoscendis futuris: & conjectores somniorum, & augures scil. gestus avium, vel garritus attendentes, & maleficos, idest, immolantes pueros Dæmonibus, vel lustrantes per ignem, & incantatores, idest, præstigios, qui intuentes fallant: & Pythones, idest, ventriloquos, qui per Spiritum malignum loquuntur; & dicunt Pythones a Pythio Apolline: & divini, idest, auspices, idest, astrorum inspectores: & Necromantici, qui carminibus, vel sacrificiis evocant mortuos. Hæc omnia prohibet Moyses hic, dicens: Quia Prophetam suscitaret illis Dominus de Gente eorum, & illum audirent, sicut se. *x* Qui lustret filium] i. hoc genus sacrificii faciant, quia, ut dicit *Andreas*, lustrare, ut hic accipitur, est sacrificando parvulos suos per ignem trajicere. In alia significatione idem est, quod purgare: in alia idem, quod circuire. *y* Ariolos] *Gloss.* qui circumeunt aras nefandis precibus, & divinationem in extis animalium quærunt. *z* Somnia,] Quid ergo de Joseph, & Daniele? Peccaverunt? Non, quia nec somnia procurarunt, ut in eis futura indicarent: nec in somniis spem ponebant, quod hic prohibetur; sed significationem somniorum sibi divinitus revelatam exposuerunt ad mandatum Domini.
a Auguria] *Gloss.* quasi avigeria, quæ in vocibus avium geruntur, vel avigaria ab avium garritu.
b Pythones] *Gloss.* ventriloquos, de quorum ventre Dæmones loquuntur, a Pythio sic dictos, idest, Apolline, quem Deum divinationis credebant esse. Ex hac *Gloss.* innuitur, quod Diabolus ad litteram sit in ventre. Tamen dicit Beda, quod tunc dicitur exire ab homine, quando cessat a læsione.
c Consulat] sicut Saul. 1. *Reg.* 28.
d Perfectus eris,] *Gl.* humano modo.
e Cum Domino Deo tuo:] idest, sicut Dominus Deus

tuus

C

Num. 18. 12. q. 2. c. clerici.

Lev. 20. 1. Reg. 28.

Gentes istæ, quarum possidebis terram, augures, & divinos audiunt: tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es. *a* Prophetam de Gente tua, & de fratribus tuis, *b* sicut me, suscitabit Dominus Deus tuus: ipsum audies, ut petisti a Domino Deo tuo in *c* Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Ultra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi: Bene omnia sunt locuti. *d* Prophetam suscitabo eis de *e* medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia, quæ *f* præcepero illi. Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Propheta autem, qui arrogantia depravatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non *g* præcepi illi, ut diceret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur. Quod si tacita cogitatione responderis, *h* quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus *i* non est locutus? hoc habebis signum; Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non evenerit: hoc Dominus *k* non est locutus; sed per tumorem animi sui Propheta confinxit; & idcirco non timebis eum.

C A P. XIX.

CUM disperdiderit Dominus Deus tuus Gentes, quarum tibi traditurus est terram: & possederis eam, habitaverisque in urbibus ejus, & in ædibus, *l* tres civitates separabis tibi in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem sternens diligenter viam, & in tres æqualiter partes *m* totam terræ tuæ Provinciam divides; ut habeat e vicino, qui propter *n* homicidium profugus est, quo possit evadere. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cujus vita servanda est. *o* Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri, & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur; sed abiisse cum eo simpliciter in silvam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus percusserit, & occiderit: hic ad unam supra dictarum urbium confugiet, & vivet; ne forsitan proximus ejus, cujus effusus est sanguis, dolore stimulatus persequatur, & apprehendat eum, si longior via fuerit, & *p* percutiat animam ejus, qui non est *q* reus mortis: quia *r* nullum contra eum, qui occisus est, odium prius habuisse monstratur. Idcirco præcipio tibi, ut tres civitates æqualis inter se spatii dividas. Cum autem dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut juravit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram, quam eis pollicitus est: si tamen custodieris mandata ejus, & feceris, quæ ego præcipio tibi: ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus omni tempore: *s* addes tibi tres alias civitates, & *t* supradictarum *u* trium urbium numerum *x* duplicabis, ut non effundatur sanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus. Si quis autem odio habens proximum suum insidiatus fuerit vitæ ejus, surgensque percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supra dictis urbibus, mittent seniores civitatis illius, & arripient

tatus est suo modo: vel promissio est, quod hic dicitur, q.d. si cum Domino Deo tuo fueris perfectus, & sine macula eris.

Act. 7.

Ps. 17. Cum sancto sanctus eris, ita dicit *Interl.* Prophetam,] Josue, vel alios sequentes. Ita dicit, vel etiam Christum. De quo *Joan.* 4. Video, quia Propheta es tu. Et *Luc. ult.* Qui fuit vir Propheta, potens, &c. *b* Sicut me.] *Gl.* verum hominem. *c* In Horeb, &c. *Exod.* 20. *d* Prophetam,] *Gl.* Christum. *e* De medio fra.] *Hebr.* 2. Semen Abrahæ apprehendit. *f* Præcepero illi.] *Isa.* 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare, eum, qui lapsus est verbo. *g* Non præcepi.] *Jer.* 23. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. *h* Quomodo possum, &c. ut scil. discernam. *i* Quod non est locutus,] per illum Dominus. *k* Dominus non est locutus,] q.d. Si quis Propheta dixerit se loqui in nomine Domini, & non evenerit, quod dixit: Tunc certum est, quod non est locutus ex ore Domini, nec est verus Propheta. Sed quæ est hæc ratio, nonne aliquando eveniebat, quod dicebant Pseudoprophetæ, ut patet in Balaam, & Caiphæ & etiam aliquando non eveniebat, quod dicebat verus Propheta, ut patet in Jona prophetante de Ninive, & in Isa prophetante de Ezechia? Responsio est, quod verus Propheta dicit, in quantum semper evenit: & in hoc cognoscitur verus Propheta, quia numquam mentietur. Pseudopropheta aliquando dicit, quod non evenit omnino: & in hoc cognoscitur falsus Propheta. Prophetia autem Jonę, & Isaię impleta fuit, & si non ad litteram, tamen ad spiritualem sensum. Vel potest dici, quod tunc prophetabant sub conditione, scilicet si non pœniterent, & Domini ita placaretur.

Exod. 20.

Sup. 32. Num. 35. Jos. 20. Num. 35. Joan. 21. Jona 3. Isa. 38. 35. q. 1. illa, & 6. fin.

E X P O S I T I O C A P. XIX.

Sup. 32.

CUm *c* disperdiderit, &c.] *l* Tres civitates.] De sex civitatibus refugii plenius dicetur *Josue* 20. *Gl.* hic dicit fidem, spem, charitatem, ad quas omnes pœnitentes debent confugere. Alio modo moraliter. Prima civitas est innocentia: secunda pęnitentia: tertia perfecta justitia. Ad primam confugimus in Baptismo, ad secundam post Baptismum, ad tertiam post longam pœnitentiam. Prima paucorum est: secunda pauciorum. Unde *Ambros.* Plures inveni, qui servarent innocentiam; quam qui veram agerent pœnitentiam. Tertia paucissimorum. Secundum Manducatorem civitates refugii ultra Jordanem, sunt integritas, charitas, humilitas. Citra Jordanem sunt propitiandæ Divinitatis ambitio, idest, appetitus, sequendæ præceptionis obeditio, interdictæ prævaricationis cautio. *m* Totam terræ,] promissionis, scilicet; q.d. considerabis terram promissionis diligenter, & in tribus partibus ejus assignabis tres civitates æqualiter a se distantes, ut habeat e vicino, quo fugiat, & salvetur, qui nolens fecerit homicidium. *n* Propter homicidium,] involuntarium. *o* Qui percusserit,] &c.] pro exemplo ostendit, qualis homicida salvandus sit: per quod innuitur, qualis non sit salvandus. *p* Et percutiat, &c.] Ex hoc conjicitur, quod proximus occisi posset occidere illum fugientem. Sed quomodo hoc, si erat innocens? Responsio. Hoc dicitur, non quia proximus occisi posset impune, vel deberet eum occidere, illum fugientem, sed quia de facili posset contingere, ut dicit *quædam Interl.* Sed videtur *Num. pen.* quod proximus occisi poterat occidere occisorem. Responsio; quando in dubio erat, an nolens an volens occidisset, veniebant coram Judice illius civitatis, ad quam confugerat occisor, & proximus occisi. & quando judicatus erat nocens, sive reus, tradebatur occisor proximo occisi occidendus ab eo: quando autem judicatus erat innocens, habebat refugium usque ad mortem Summi Pontificis. Si tamen proximus occisi ante mortem Pontificis poterat invenire occisorem extra civitatem refugii, poterat eum impune occidere, ut legitur *Num. pen.* Et *inf. Jos.* 20. de hoc dicetur plenius. *q* Non est reus, &c. *Gloss.* quia non malitiose occidit. *r* Nullum contra eum.] *Gloss.* quasi non industria, sed casu interfecerit. *s* Addes tibi tres, &c.] Nota cum *sup.* 4. dictum sit de tribus civitatibus refugii ultra Jordanem, & modo paulo ante de aliis tribus circa Jordanem in terra, scil. promissionis, & hic præcipiat supra dictarum urbium numerum duplicari, cum Dominus dilataverit terminos eorum, videtur, quod novem fuerunt civitates refugii; tres ultra Jordanem, & sex citra Jordanem: quod nec in textu, nec in *Gloss.* legitur, quod scil. fuerint novem civitates refugii. Solut. Cum in terra duarum Tribuum, & dimidiæ, tres civitates refugii essent, videtur congruum, ut duplo plures, i. sex essent in terra novem Tribuum, & dimidiæ, quando Dominus dedisset eis totam terram, sed quia filii Israel nunquam totam terram promissionis habuerunt, has tres civitates, de quibus agitur hic, nunquam separavit Moyses, neque Josue, neque alius: & ita fuerunt tantum sex civitates refugii separatæ: tamen novem præceptæ, sub conditione scilicet, si terram totam haberent: Et hoc videtur velle littera hic, cum dicitur: cum dederit tibi Dominus cunctam terram. Vel ita potest intelligi littera, & legi: Addes tres alias civitates ab illis, scil. quas jam separaverat, ut non sint nisi sex: tres civitates ultra Jordanem de quibus dictum est *sup.* 4. & tres citra Jordanem, de quibus dictum est modo paulo ante, & de eisdem hic recapitulat ad majorem expressionem. *t* Supradictarum,] *sup.* 4. *u* Trium urbium,] quæ sunt ultra Jordanem. *x* Duplicabis,]

eum de loco effugii, *a* tradentque in manu proximi, cujus sanguis effusus est: & morietur: nec misereberis ejus: & auferes *b* innoxium sanguinem de Israel, ut bene sit tibi. *c* Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam. Non stabit testis unus *d* contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in *e* ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum. Si steterit *f* testis mendax contra hominem accusans eum prævaricationis, stabunt ambo, quorum causa est ante Dominum in conspectu Sacerdotum, & Judicum, qui fuerint in diebus illis. Cumque diligentissime perscrutantes invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, *g* reddent ei, sicut fratri suo *h* facere cogitavit: & auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. Non misereberis ejus, sed *i* animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

C A P. XX.

SI *k* exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & majorem, quam tu habeas, adversarii exercitus multitudinem, *l* non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti. *m* Appropinquante autem jam prælio *n* stabit Sacerdos *o* ante aciem, & sic loquetur *p* ad populum: Audi, Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, *q* Nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in *r* medio vestri est, & pro *s* vobis contra *t* adversarios *u* dimicabit, ut eruat vos de periculo. Duces quoque per singulas turmas *x* audiente exercitu *y* proclamabunt. *z* Quis est homo, qui ædificavit domum novam, & non dedicavit eam? *a* vadat, & revertatur in domum suam, ne *b* forte moriatur in bello: & alius dedicet illam. Quis est homo, qui plantavit vineam, & necdum fecit eam esse communem, & de qua vesci omnibus liceat? vadat, & revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo ejus fungatur officio. Quis est homo, qui desponsavit uxorem, & non accepit eam? vadat, & revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. *c* His dictis, addent reliqua, & loquentur ad populum. Quis est homo formidolosus, & corde pavido? vadat, & revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Cumque *d* siluerint exercitus Duces, & finem loquendi fecerint, unusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit. Si quando *e* accesseris ad expugnandam

cabis,] ut sint sex. *a* Tradentque,] convictum tamen prius, vel confessum, quod ex odio occiderit eum. *b* Innoxium sanguinem.] *Gl.* culpam innoxii sanguinis Et debet intelligi de culpa, quæ erat in occisore, q.d. aliter in te redundaret, nisi vindicaveris effusionem sanguinis innoxii. Qualiter autem lex excusetur a nimia crudelitate, cum præcipiat homicidam tradi in manus proximi occisi, ad libidinem vindictæ exercendæ, non video, nisi dicatur permissio esse, sicut repudium uxoris. *c* Non assumes, &c.] Eruditio moralis est hic contra avaros, de terminis terræ non transferendis. Unde *Prov.* 22. Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui: ad litteram. Vel mystice Terminos transferre, est regulas vivendi, & diffinitiones Patrum præcedentium transmutare. *d* Contra aliquem.] Contra hoc videntur facere Religiosi quotidie in capitulis ubi unus accusat fratrem etiam non præmonitum. Sol. Quod hic dicitur, intelligitur de accusatione ad condemnationem, quæ fit in majoribus criminibus: Religiosi vero clamant se invicem, & accusant ad correptionem: & hoc in minoribus, quæ quotidie eveniunt. *e* In ore duorum] Idem *sup.* 17. *f* Testis mendax,] i. accusator. *g* Reddent ei, &c.] *Prov.* 19. & 21. Falsus testis non erit impunitus. *h* Facere cogitavit.] *Lev.* 24. Qui irrogaverit maculam alicui civium suorum: sicut fecit, sic fiet ei. Et intelligitur hoc, quando criminaliter agitur. Tunc enim accusator tenetur ad pœnam talionis, cum deficit in probatione. *Eccl.* 20. Potior est fur, quam assiduitas viri mendacis. *Prov.* 6. Sex sunt, quæ odit Deus; & septimum detestatur anima ejus. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes sanguinem innoxium, cor machinans cogitationes pessimas; pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum, qui seminat inter fratres discordias.

i Animam pro anima,] vitam pro vita.

EXPOSITIO CAP. XX.

SI *k* exieris, &c.] In capitulo agit Moses de timidis, & sollicitis removendis a prælio, dicens, ut summus Sacerdos antecedens exercitum præmoneat eos, ne timeant hostes, sed sperent in Domino, non in armis, & robore suo; deinde quisque Princeps convocet turmam suam, & formidolosos, & sollicitos pro infectis negotiis faciat reverti. *l* Non timebis,] timore humano, vel mundano. *Jerem.* 1. Dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum, super omnem terram, *Ezech.* 3. Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, &c. *m* Appropinquante.] *Gloss.* spirituali, vel corporali. *n* Stabit.] *Gloss.* firmus, interritus, qui debet confortare in spirituali bello. *o* Ante aciem,] *Gloss.* primus pugnaturus pro se, & pro aliis. Simile *Joan.* 10. Bonus pastor, cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. *Josue* 3. Et ait Josue ad Sacerdotes: Tollite arcam fœderis Domini, & præcedite populum. *p* Ad populum,] probandum. *q* Nolite me,] 2. *Paral.* 20. O Juda, & Jerusalem, nolite timere neque paveatis: cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. *Rom.* 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Exod.* 14. Nolite metuere, state, videte mirabilia Dei: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. *Isa.* 44. Nolite timere, neque conturbemini. *r* In medio vestri,] communis omnibus. *s* Pro vobis liberandis. *t* Contra adversa,] Dæmones, scilicet, vel vitia. *u* Dimicabit.] *Gloss.* virtutem & voluntatem dimicandi dabit. Unde patet, quod etiam bonum velle dat nobis Deus: quia neque hoc potest liberum arbitrium per se. *Philip.* 2. Deus, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. *Gloss.* volumus, sed Deus facit, quod operamur. Hoc nobis expedit dicere, & credere: quia pium est, & verum. *August.* Gratia Dei prævenit, ut velimus: subsequitur, ne frustra velimus. *x* Audiente,] idest, intelligente, quasi dicat, Palam, & aperte clamabunt. *Prov.* 14. Doctrina prudentum facilis. *y* Proclama,] publice populum exhortantes. *z* Quis est homo, &c.] quasi dicat, Si quis implicatus est negotiis, quæ necessario eum compellunt redire a bello in domum suam, talis revertatur, priusquam vadat ad bellum. Exponit tria, quæ maxime poterant homines revocare a bello verbi gratia; Si quis ædificavit domum, & non dedicavit, sive initiavit eam faciendo, scilicet solemne convivium in introitu ejus. Item, si quis plantavit vineam, & nondum fecit eam communem, quinto, scilicet anno; Tribus enim primis annis nihil ferebat, vel non erant fructus esibiles, & abiiciebantur, quasi præputia Ægypti, & immundi reputabantur; quia quasi contra verum credebantur esse, eo quod nimis cito producerentur: quinto anno totum Deo dabatur, & Levitis, & pauperibus: quinto anno fiebat communiter de ea, sicut de aliis vineis: quia tunc Dominus vineæ poterat uti fructibus ejus: & etiam licebat transitoribus per viam, intrare in eam, & comedere uvas; sed non exportare, nisi forte in manu aliquot uvas. Et de hoc plenius dictum est *supra Levit.* 19. Item si aliquis desponsavit uxorem, & non accepit eam, tales, inquam, potius revertantur, quam eant. Unde

Villa, boves, uxor, cœnam clausere vocatis.
Mundus, cura, caro, cœlum clausere renatis.

a Vadat, & revertatur,] idest, potius remaneat, quam eat. Vel vadat, scilicet ad domum suam, & non ad bellum, & hoc est, quod subjungit, & revertatur, &c. *b* Ne forte moriatur,] idest, ne redire velit a bello, postquam ibi fuerit, timens ne moriatur, & alius dedicet domum suam. Et tales maluit Dominus non ire, quam ire, ne redeuntes, & fugientes, alios deviarent a prælio, suo exemplo. *c* His dictis,] quasi dicat, His tribus præmissis addant alias exhortationes Duces, qui proclamabunt. *d* Siluerint,] ab hac exhortatione. *e* Si quando accesseris, &c.] Hic agitur de civitatibus extra terram promissionis expugnandis: quibus dominaturi

civitatem, offeres ei primum pacem. Si *a* receperit; & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, salvabitur, & serviet tibi sub tributo. Sin autem fœdus inire noluerint, & cœperint contra te bellum, oppugnabis eam. Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in *b* manu tua, percuties omne, quod in ea generis *c* masculini est, in ore gladii absque mulieribus, & infantibus, jumentis, & ceteris, quæ in *d* civitate sunt. Omnem prædam *e* exercitui divides, & comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis civitatibus, quæ a te *f* procul valde sunt; & non sunt de his urbibus, quas in possessionem accepturus es. *g* De his autem civitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes vivere, sed interficies in ore gladii, Hethæum, videl. & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Hevæum, & *h* Jebuzæum, sicut præcepit tibi Dñs Deus tuus; ne forte doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt Diis suis, & peccetis in Dñm Deum vestrum. Quando *i* obsederis civitatem multo tempore, & munitionibus circumdederis; ut expugnes eam, non succides arbores, de quibus vesci potest; nec securibus per circuitum debes vastare regionem, quoniam *k* lignum est, & *l* non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in ceteros apta usus, succide, & instrue machinas, donec capias civitatem, quæ contra te dimicat.

C A P. XXI.

QUando *m* inventum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi hominis *n* cadaver occisi: & ignoratur cædis reus, egredientur majores natu, & Judices tui, & metientur a loco cadaveris singularum per circuitum spatia civitatum, & quam *o* viciniorem ceteris esse perspexerint, seniores civitatis ejus tollent *p* vitulam de armento, quæ non traxit jugum, nec terram scidit vomere, & ducent eam ad vallem asperam, atque saxosam, quæ numquam arata est, nec sementem recepit, & cædent in ea cervices vitulæ. Accedentque Sacerdotes filii Levi, quos elegerit Dominus Deus tuus, ut ministrent ei, & benedicant in nomine ejus, & ad verbum eorum omne negotium pendet, & quicquid mundum, vel immundum est, judicetur. Et venient majores natu civitatis illius ad interfectum, levabuntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est, & dicent. Manus nostræ non effuderunt hunc sanguinem, *q* nec oculi viderunt. Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti, Domine, & non reputes *r* sanguinem innocentem in medio populi tui Israel: & *s* auferetur ab eis reatus sanguinis. Tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fusus est, cum feceris, quod *t* præcepit Dominus. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captivosque duxeris, & videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, voluerisque habere uxorem, introduces eam in domum tuam. Quæ radet cæsariem, & circumcidet ungues, & deponet vestem, in qua capta est, sedensque in domo tua flebit patrem, & matrem suam uno mense: & postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit uxor tua. Si autem postea non *u* sederit in animo tuo, dimittes eam liberam; nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam, quia *x* humiliasti eam. Si *y* habuerit homo uxores duas, unam dilectam, & alteram

minaturi erant, & ab eisdem tributum accepturi. In illis enim poterant alienigenas commorantes dimittere. Postea statim aget de civitatibus expugnandis in terra promissionis: de quibus dicet, ut nemini parcatur in eis, sed omnes occidantur: quia in eis erant habitaturi. Et noluit Dominus alienigenas cum eis in terra commorari, ne forte filii Israel sequi vellent ritus eorum: quod quia non servaverunt Judæi, numquam totam terram promissionis habuerunt. *a* Si receperit, &c.] Hoc est, quod docuit Dominus discipulos suos, quando misit eos prædicare. *Luc.* 10. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui, &c. *b* In manu tua,] i. potestate. *c* Masculini.] *Gl.* vigore repugnandi. *d* Quæ in civitate.] Hæc, inquam non interficientur, sed captivi ducentur. Unde sequitur *e* Omnem prædam, &c.] Sed contrarium videtur *Num.* 31. Ubi dicit, cur feminas reservastis: nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel? Responsio. Illud ideo dicit, quia illæ mulieres deceperant filios Israel: hic vero de illis loquitur Moyses, quæ non fuerunt causa deceptionis. Unde & ibi præcepit Moyses puellas virgines reservari. Sed iterum quæritur, ibi, i. *Nu.* 31. præcipiuntur pueri interfici, hic autem reservari. Sed ibi agitur de Madianitis, qui ad consilium Balaam miserant mulieres ad decipiendos filios Israel, hic autem de illis, qui non fecerant malum tale, nisi quia se tradere nolebant. Sed hæc solutio non est multum idonea: unde quære aliam, si potes. *f* Procul valde, &c.] q. d. ita faciendum est civitatibus, quæ sunt extra terminos terræ promissæ filiis Israel. *g* De his autem.] Hic agitur de civitatibus expugnandis, quæ sunt in terra promissionis. *h* Et Jebusæum.] Septimam Gentem, scil. Gergesæum non nominat: quia fere semper tacetur, nisi *sup.* 7. ubi nominatur. *i* Quando obsederis.] Dixerat Moyses, quid facere deberent filii Israel in expugnatione civitatum: hic docet, quid facere debeant in obsidione. Et est summa hujus particulæ, quia prohibet Moyses arbores fructuosas succidi, de infructuosis poterant machinæ fieri. Et quamvis hoc præceptum sit morale, male observatur hodie. Aliquando autem non servatur, quia dispensatur in contrarium existente necessitate, ut quando Ecclesia pugnat contra hæreticos, vel schismaticos: ut sic citius cogantur deficere, & redire ad fidem, vel unitatem Ecclesiæ. *k* Lignum est,] fructiferum. *l* Et non homo,] q. d. Quid meruit, ut succidatur. Et ad litteram nimia severitas prohibetur hic, & nimia libido nocendi, sive gravandi inimicos.

EXPOSITIO CAP. XXI.

QUando *m* inventum, &c.] In hoc casu docet Moyses, quid faciendum esset: quando inveniebatur occisus homo in agris, nec certum erat quis occidisset, dicens, quod seniores civitatis propinquioris loco, ubi occisus est inventus, vitulam adducant, & occidant in valle aspera, & saxosa, ponentes manus super vitulam: jurent in præsentia Sacerdotum, quod non occiderint eum, nec viderunt occidi: & sic purgabunt se, & civitatem suam. *n* Cadaver occisi.] Cadaver est corpus sine anima, & dicitur a cadendo. Sic anima sine Deo cadaver est. Cadit enim anima, cum recedit a Deo. *o* Viciniore] invento cadaveri, suspectam habebunt, supple: & ideo seniores civitatis illius suspectæ tollant vitulam taliter purgantes, ut hic dicitur. *p* Vitulam.] *Interl.* Christi carnem *Jud.* 14. dicit Samson. Si non arassetis in vitula mea, non invenissetis problema. Samson, Christus est cujus vitula, i. caro, si non esset arata in Cruce, non intelligeremus problemata, i. obscuritates Prophetarum. Unde in ejus morte velum templi scissum est *Matt.* 27. *q* Nec oculi.] *Interl.* non consensimus. *r* Sanguinem innocentem.] *Interl.* pœnam, sc. innocentis sanguinis. *s* Et auferetur] sic. *t* Quod præcepit,] scil. supradictam expiationem. *u* Non sederit, &c.] q. d. si volueris eam dimittere, eo quod non placeat tibi, dimitte eam liberam: quod tamen non poterat, nisi cum libello repudii, de quo *inf.* dicitur 24. Et est arg. hic, quod qui corrumpit ancillam, tenetur dimittere eam liberam. Similiter, qui lædit servum enormiter, tenetur dimittere *Ex.* 21. Qui percusserit servum suum, vel ancillam, & mortui fuerint in manibus ejus, crimine reus erit. *x* Quia humiliasti eam.] *Jona* 1. Arg. quod lex non prohibet castitatem, cum etiam hoc de licita defloratione dicat; erat tamen maledicta sterilis in lege. Verum est sterilis, quæ dabat operam operi carnali. Sed si quæris, ubi invenitur, quod maledicta sit sterilis in lege? Resp. Nusquam expresse, sed a lege extorquetur per multa argumenta media. *Exod.* 23. Non erit infœcunda, & sterilis in terra tua: & ita contra legem erat esse sterilem. Sed qui faciebat contra legem, maledictus erat. Unde *inf.* 27. Maledictus, qui non permanserit in omnibus sermonibus istis. Et ita a primo maledicta erat sterilis in lege, maledictione pœnæ, scil. non culpæ. *y* Si habuerit homo uxores duas.] ex dispensatione, ut Moyses, vel de facto, ut Lamech. Et agitur hic de conservatione juris primogenituræ, ne amore, vel odio primogenitus defraudetur. Et secundum hoc videtur, quod

odiosam; genuerintque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos dividere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ; sed filium odiosæ agnoscet primogenitum: *a* dabitque ei de his, quæ habuerit cuncta *b* duplicia. Iste est enim principium liberorum ejus, & huic debentur primogenita. Si genuerit homo filium *c* contumacem, & protervum, qui *d* non audiat patris, ac matris imperium, & *e* coercitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad seniores civitatis illius, & ad portam judicii, dicentque ad eos: Filius noster iste protervus, & contumax est: monita nostra audire contemnit: *f* comessationibus vacat, & luxuriæ, atque conviviis; lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur: ut *g* auferatis *h* malum de *i* medio vestri, & universus Israel audiens *k* pertimescat. Quando peccaverit homo, quod *l* morte plectendum est, & adjudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver ejus in ligno; sed in eadem die *m* sepelietur: quia maledictus a Deo est, qui pendet in ligno: & nequaquam contaminabit terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

C A P. XXII.

NON *n* videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, & præteribis; sed reduces fratri tuo: Etiamsi non est propinquus frater tuus, nec nosti eum; duces in domum tuam, & erunt apud te, quamdiu quærat ea frater tuus, & recipiat, Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui, quæ perierit, si inveneris eam, ne negligas, quasi alienam. Si videris asinũ fratris tui, aut bovem cecidisse in via, non despicies; sed sublevabis cum eo. *o* Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea. Abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc. Si *p* ambulans per viam, in arbore, vel in terra nidum avis inveneris, & matrem pullis, vel ovis desuper incubantem, non tenebis eam cum filiis; sed *q* abire patieris, captos tenens filios: ut bene sit tibi, & longo vivas tempore. Cum *r* ædificaveris *s* domum

---

secundum legem licitum erat habere plures uxores: quod etiam probatur ex eo, quod *sup.* 17 prohibetur Rex ducere plurimas uxores: etsi non plures, ut dicit *Interl.* Unde & Moyses, & David, & Salomon leguntur plures habuisse. Sed si hoc, quomodo hodie Judæi tantum unam habent uxorem? Responsio. Nunquam fuit licitum habere plures uxores simpliciter, nisi cum dispensatio interveniebat ex causa, scil. propter populum in cultu Domini multiplicandum, modo autem cessante causa, cessare debuit illa dispensatio: & dicunt, quod cessavit a tempore Judæ Machabæi. *a* Dabitque ei,] *Gl.* Alii dabit, ut vivat, non ut abundet. *b* Duplicia.] Tale enim erat jus primogenituræ, quod in ferculis, & in divisione terræ recipiebat duplicem portionem, Habebat etiam vestem specialem: qua festivis diebus utebatur, in qua etiam benedicebatur a patre in morte ipsius, & erat dominus fratrum suorum, benedicebatque in conviviis. Sed numquid peccant, qui hoc hodie non observant? Videtur, quod sic, quia dicit *Gl. hic*, hoc ad litteram faciendum est, ne sequatur quis motum animi sui, vel amorem, vel odium. Sed verum dicunt ad hoc, quod ubi est consuetudo huic legi consona, peccant qui contrarium faciunt; ubi vero consuetudo contraria est, non peccant; quia consuetudo derogat legi. Unde *Aug. sup. Gen.* 29. Objiciuntur Jacob quatuor uxores, quod, quando mos erat, peccatum non erat. *c* Contumacem,] i. non obedientem parentibus. *d* Qui non audiat.] Benedicit, qui non audiat, quia admonitio debet præcedere vindictam. *Ex.* 7. Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto; & usque ad præsens audire noluisti: & postea vindicta per plagas. *e* Coercitus.] *Interl.* sæpe admonitus. Unde patet, quod pater tam carnalis, quam spiritualis tenetur corrigere filios suos. Unde 1. *Reg.* 3. legitur de Heli: Eo quod noverat filios suos indigne agere, & non corripuit eos, ablatum est a domo ejus Sacerdotium. Ubi dicit *Greg.* Heli quantum in se bonus fuit, sed filios non corripuit, & ideo fractis cervicibus expiravit. *f* Comessationibus,] quod grave est peccatum. Unde *Luc.* 21. Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ: & superveniat in vos repentina illa dies, scil. mortis, vel judicii. Item *eod.* 15. de filio prodigo legitur, qui vivendo luxuriose consumpserat totam substantiam suam. *g* Ut auferatis,] sic *h* Malum.] *Interl.* peccatum. *i* De medio, &c.] *Interlin.* ne alios exemplo corrumpat. *k* Pertimescat.] *Prov.* 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. *l* Quod morte.] *Interl.* scil. mortale crimen. *m* Sepelietur.] Hoc ad litteram servabatur. Unde & Dominus eadem die suspensionis suæ depositus est de Cruce. Ergo hodie, cum illud sit plenum pietate, debet observari. Quæ enim pietate plena sunt, ad litteram servanda sunt, ut dicit *Gl. sup. Lev.* 23. Male ergo facit Ecclesia, quæ sustinet suspensos tamdiu in patibulo remanere. Item secundum hoc videtur, quod lex Christi gravior sit, quam lex Moysi. Sol. Hoc tunc fuit sic institutum, sed crescente malitia hominum, fuit pœna aggravata. Unde & 2. *Reg.* 21. legitur, quod Gabaonitæ suspenderunt duos filios Respha, & quinque filios Michol, qui diu suspensi permanserunt. Item *Exod.* 22. dicitur, quod pro furto, si res existat, debet fieri restitutio in duplum. Si non existat, in quadruplum. Hoc tunc fuit statutum: tamen Salomon postea aggravavit pœnam, propter malitiam hominum, quæ creverat. Unde *Prov.* 6. dicitur. Cum quis furatur, ut esurientem impleat animam, deprehensus reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabit se. Ad id autem, quod dicit, quod est pietate plenum, & ideo observandum. Verum est, nisi esset in contrarium dispensatum, vel in melius immutatum. Circa enim moralia disciplinæ poterat fieri immutatio, & dispensatio; sed non circa moralia naturæ. Quod Dominus ostendit *Matth.* 10. ubi dixit. In viam Gentium ne abieritis: ipse tamen postea ivit, & multos convertit, & Discipulos misit. *Marc. ult.* Prædicate Evangelium omni creaturæ, &c.

E X P O S I T I O CAP. XXII.

NON *n* videbis bovem.] Mores bonos instruit hic Moses. Unde dicit *Interl.* hæc ad litteram ex benignitate naturæ facienda sunt. Sed numquid peccat mortaliter, si quis prætereat non reducens bovem, aut ovem errantem. Difficile esset hoc dicere; sed nomine bovis, & ovis errantium, fratres errantes accipiuntur: quos reducere, & corrigere debemus, cum errare eos videamus, juxta illud *Matt.* 18. Si peccaverit in te frater, &c. Et pertinet hoc ad omnes ex debito charitatis. Ad Prælatos etiam ex debito, & officio dignitatis. *Prov.* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. *o* Non induetur.] *Interl.* Utrique sexui diversum indumentum natura dedit. Item *Gl. Aug.* Alia editio. Non erunt vasa viri super mulierem, vasa bellica voluit intelligi, i. arma. Mystice autem hoc exponit Apostolus 1. *Tim.* 2. Non permitto mulieri docere in Ecclesia. Nec enim Sacerdotium, nec doctrina conceditur feminis in Ecclesia: ne induantur veste virili. Sed nec vir debet indui veste feminea. Qui enim vir est, & principatum Ecclesiæ gerit: non debet aliquid femineum, vel molle in doctrina sua habere. Item *Gl.* Contra naturam est virum muliebria facere, comam crispare, torquere capillos. Unde 1. *Cor.* 11. Vir si comam nutriat, ignominia est illi: mulieri autem capilli pro velamine dati sunt. Non ergo induetur vir veste feminea, operatione, scil. fluxa, & dissoluta. Moraliter ergo mulier veste viri induitur, quando ille, qui mollis, & dissolutus est animo, exterius per hypocrisim opera fortia facit. E converso vir veste feminea induitur, quando qui fortis est animo, per pusillanimitatem opera mollia facit. *p* Si ambulans, &c.] Hoc ad litteram non servatur, sed mystice, per matrem historia, per pullos accipitur spiritualis intelligentia. Mater ergo non est tenenda, idest, historia non est in consequentia trahenda, ubique scil. ut quod leguntur Hebræi vasa aurea, & argentea mutuo accepisse, & asportasse. Sed pulli capienda sunt, idest, spiritualis intelligentia sequenda.

q Sed abire patieris.] *Interl.* quia in quibusdam locis prætermittenda est historia, ut soli pulli, i. spiritualis intelligentiæ sensus reficiat nos. *r* Cum ædificaveris, &c.] Lex ista localis erat data in Palæstina, ubi domorum tecta sine cacumine fiunt, & desuper spatiantur homines. Unde ibi jubet fieri appodiationes per lunulas, ne ambulantes ibi cadere possint. *s* Domum novam. *Gl.* i. Ecclesiam,

Marum

novam facies *a* murum tecti per circuitum: ne *b* effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. *c* Non feres vineam tuam altero semine: ne & sementis, quam sevisti, & quæ nascuntur ex vinea, *d* pariter sanctificentur. Non *e* arabis in bove simul, & asino. Non *f* indueris vestimento, quod ex lana, linoque contextum est. *g* Funiculos in fimbriis *h* facies per quatuor angulos pallii tui, quo operieris. Si *i* duxerit vir uxorem, & postea odio habuerit eam: quæsieritque occasiones, quibus dimittat eam: obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit: uxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inveni virginem: tollent eam pater, & mater ejus, & ferent secum signa virginitatis ejus ad seniores urbis, qui in porta sunt: & dicet pater: Filiam meam dedi huic uxorem: quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, ut dicat: non inveni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. *k* Expandent vestimentum coram senioribus civitatis, apprehendentque senes urbis illius virum, & verberabunt illum: condemnantes insuper centum siclis argentis, quos dabit *l* patri puellæ: quoniam diffamavit nomen pessimum super virginem Israel: habebitque eam uxorem, & non poterit dimittere omni tempore vitæ suæ: Quod si verum est, quod obiicit, & non est in puella inventa virginitas: eiicient eã extra fore a domus patris sui, & lapidibus obruent viri civitatis ejus, & morietur: quoniam fecit *m* nefas in Israel, ut fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. Si *n* dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, i. adulter, & adultera: & auferes malum de Israel. Si *o* puellam virginem desponderit vir: & invenerit eam aliquis in civitate: & concubuerit cum illa: educes utrumque ad portam civitatis illius, & lapidibus obruentur:

a Murum tecti,] idest, virtutum custodiam. *b* Ne effundatur sanguis,] ne alio peccante, reus tenearis per incuriam, & desidiam. Unde qui virtutes sine humilitate congregat, quasi pulverem in ventum portat. *c* Non feres.] Ad litteram præcipit, ne diversa semina in eodem agro serantur: ne alterum ab altero suffocetur. Vel ut alia littera dicit. *d* Ne ambo,] idest, ne de uno tantum decimæ, ac primitiæ Domino afferantur. Judæi enim avari erant, & cito dicerent: si duo semina essent in eodem agro, quod sufficeret tantum de uno dare decimas, & primitias. Vel aliter, Ne ambo pariter sanctificentur, idest, simul decimentur, quod malum esset, cum unum ante veniat ad maturitatem, quam aliud. Vel aliter, & melius: Sementis primo anno sanctificabatur: vinea quarto: Facta igitur altera sanctificatione, putarent sufficere ad unius agri sanctificationem.

16. q. 7. decimas. De elect. c. cum causa. De apost. c. quidam. Num. 15.

e Non arabis, &c.] Hoc mysticum est. *Gl. Isid.* In bove, & asino arat, qui recipit Evangelium cum Judæorum observantia, quę præcessit in umbra. Sed *Josephus* exponit hoc ad litteram, dicens nomine asini quælibet alia animalia a bove intelligi. Unde secundum ipsum sensus est: Non in bove, & asino, i. bobus tantum arabis terram. *Hebræi* dicunt, ideo hoc dictum, quia noluit Dominus Regem jumentorum servili animali, i. asino copulari. Quatuor enim quasi regalia animalia ostendit Dominus. *Ezech.* 1. Homo enim Rex est omnium animalium: Sub quo Leo Rex est ferarum: Aquila Rex avium: Bos jumentorum. *Quidam Hebræi* puerilius exponunt: quia scilicet bos ruminat, putaret asinus, quod ipsum vellet comedere, & fame afficeretur, & deficeret. *Isidorus* dicit, i. fatuum sapienti in prædicatione non associes. *f* Non indueris vestimento.] *Gl.* Hoc tunc figurabatur in vestibus, quod nunc declaratur in moribus. Veste ex lana, & lino induitur, qui sub locutione innocentiæ celat subtilitatem malitiæ. *Matth.* 7. Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium; intrinsecus autem sunt Lupi rapaces. Ad litteram dicit *Josephus* hanc vestem esse prohibitam populo: quia solis Sacerdotibus erat concessa. Quod adeo bene observant Judæi, ut neque pelles, neque aliquam laneam vestem, nisi filo laneo consuant. Tradit etiam *Josephus* jumenta diversi generis prohibita commisceri, ne hæc injuria transiret ad homines, ut commisceri pecudibus putarent esse licitum. Multa enim in minoribus dicit prohibita, ne ad majora per simile fieret accessus. *g* Funiculos, &c.] i. fimbria, quasi funiculos, quod ad litteram præceptum est, ut hoc signo quasi quodam charactere populus Dei a ceteris nationibus discerneretur. Pharisæi hoc adeo ampliaverunt, ut etiam spinas palliorum suorum extremitatibus alligarent, quibus jugiter puncti, ad serviendum Domino monerentur. Habebant etiam schedulas quasdam in brachiis dependentes, in quibus scriptus erat Decalogus; ut sic haberent jugem memoriam præceptorum. Quod quia superstitiose faciebant, dicitur eis *Matth.* 23. Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. *h* Facies] *Interlin.* In omnibus, quæ agis, memor esto præceptorum Dei. *i* Si duxerit.] Moyses nihil indiscussum relinquit, omnia perscrutatur, ut de omnibus, quid agendum sit, rationem assignet. Dicit ergo sic: Si vir aliquis accusaverit uxorem suam, dicens, quod non invenit eam Virginem, & res ita se habuerit: illa lapidabitur: Si vero falsa fuerit accusatio viri, non quidem lapidabitur propter hoc; sed verberabitur: insuper etiam condemnabitur centum siclis argenti, qui dabuntur patri puellæ. In quo notari potest, quanta sit prærogativa viri super uxorem, quia uxor accusata a viro, & convicta lapidatur; vir vero de falso crimine imposito uxori non lapidatur, sed verberatur, & in pecunia condemnatur. Item in hoc ostenditur prærogativa viri: quia vir recipitur testificans contra uxorem de crimine, sed non uxor contra virum. Sed contra *supra* 19. dicitur. Cum judices diligentissime præscrutantes invenerint falsum testem contra fratrem suum dixisse mendacium, fiet ei, sicut fratri suo facere cogitavit. Ergo eodem modo debet puniri vir convictus de falso testimonio contra uxorem. Solutio Lex talionis locum habet in eis, qui sunt paris conditionis: Unde *Levit.* 24. Si quis irrogaverit maculam fratri suo, sicut fecit, sic fiet ei: Uxor vero non parificatur viro, sed quasi famula viri est secundum legem, propter quod non tenet in eis lex talionis. *k* Expandent vestimentum.] Forte mater puellæ pannos, in quibus dormierat, cum vir eam defloraret, reservabat: sic si forte postea vellet eam dimittere ex odio, & imponere ei crimen non inventæ virginitatis, posset palam ostendere signa deflorationis; ut sic vir puellam cogeretur retinere. *l* Dabit patri.] Videtur, quod deberet dari puellæ, quæ passa est injuriam infamiæ. Non est verum, quia dare puellæ, esset dare viro, cujus remanet uxor: quia quicquid habet uxor, est viri ejus. Dicit etiam, quod patri puellæ dentur, non dicit matri: quia pater dominus est omnium. Unde *Gloss.* dicit. Lex pœnæ famulas voluit esse Uxores. Vel ideo, quia crimen filiæ magis imputatur patri, qui debuit eam corrigere, & ideo emenda jubetur fieri patri. *m* Nefas in Israel, &c.] Ex hoc videtur, quod pro simplici fornicatione lapidanda sit mulier, quod falsum est, quod patet per legem sequentem: Si invenerit vir puellam, &c. *in fin. capit.* Solut. Revera nulla lapidabatur in lege pro sola fornicatione; hic autem dicitur lapidanda, non quia fornicata sit, sed quia in domo patris deflorata: patrem suum dehonestavit, & se pro virgine nuptui tradidit. Illa vero lex. Si invenerit vir puellam, &c. loquitur de illa, quæ vi oppressa est: nec se pro virgine marito tradidit; Sed iterum obiicitur: quia super illud *Matth.* 1. Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, dicit *Gloss.* ne sine viro pariens, quasi adultera lapidaretur. Sed dicimus, quod filia Sacerdotis pro sola fornicatione, quasi adultera lapidabatur. Unde *super Levit.* 21 dicit *quædam Gloss.* Grave est filiam fornicari: sed maxime Sacerdotis: & ideo, quia Maria Mater Jesu erat de genere Sacerdotali ex parte matris: recte dicit *Gloss.* quod lapidaretur, ut adultera, si sine viro prægnans inveniretur: imo & textus dicit hoc expresse *Levit.* 21. Si filia, inquit, Sacerdotis deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, flammis exuretur.

32. q. 5. c. hac imago.

32. q. 5. c. vero Levit. 20.

34. q. 2. c. non satis.

n Si dormierit, &c.] Post fornicationem, ad adulterium transit Moyses: ubi vir sicut, & mulier jubetur lapidari.

o Si puellam virginem.] Hic agit de oppressione Virginis desponsatæ, dicens: Si quis in civitate virginem alteri desponsatam oppresserit: uterque lapidabitur: illa, quia non clamavit: ille, quia violavit. Si vero in agro oppresserit eam: ille morietur, non illa, quia vim passa est. Unde eadem lex est de uxorata, & de desponsata, quoad pœnam. Sed quid, si illa non fuerit virgo? Dicunt, quod tunc non tenet lex ista. Unde *Levit.* 19. Homo si dormierit cum muliere ancilla, quæ sit etiam nobilis non

Puella, quia non *a* clamavit, cum esset in civitate: vir, quia humiliavit *b* uxorem proximi sui: & auferes malum de medio tui. Sin autem in agro reporerit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea: ipse morietur solus; puella nihil patietur; nec est rea mortis: quoniam, sicut latro, consurgit contra fratrem suum, & occidit animam ejus; ita & puella perpessa est. Sola erat in agro: *c* clamavit, & nullus adfuit, qui liberaret eam. Si *d* invenerit vir puellam virginem, qui non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad judicium venerit: dabit, qui dormivit cum ea, patri puellæ *e* quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem: quia humiliavit illam. Non poterit dimittere eam cunctis *f* diebus vitæ suæ.

C A P. XXIII.

NON *g* accipiet homo uxorem patris sui, nec revelabit operimentum ejus. *h* Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Domini. Non *i* ingredietur Manzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini usque ad decimam generationem. *k* Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum: quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua in via, quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt *l* contra te Balaam filium Boer de Mesopotamia Syriæ, ut malediceret tibi, & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem ejus in benedictionem tuam, eo quod diligeret te. *m* Non facies cum eis pacem, *n* nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. Non *o* abominaberis Idumæum, quia *p* frater tuus est: nec Ægyptium, quia advena fuisti in terra ejus. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Domini. Quando *q* egressus fueris adversus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo, qui

redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur. Ubi dicit *Gl.* Nota, quanta sit differentia servitutis, & libertatis. In libera enim desponsata, mors, adulterii pœna est. In ancilla etiam nobili, idest, secundum *Septuaginta* custodita, idest, viro desponsata, sacrificium jubetur offerri, non mors inferri corruptori, scilicet viro. Sic videtur contra illud, quod dicitur de Thamar *Gen.* 38. Ibi enim dicitur, quod debebat comburi, quæ tamen non erat virgo. Ad hoc potest dici, quod nondum erat lex ista data. Vel melius potest dici, quia nupta erat, sed non expectabat, quod crevisset Sela, qui fratri suo suscitare semen debebat. *a* Quia non clamavit.] Et ita spontanee videtur consensisse adulterio. *b* Uxorem,] idest, sponsam. Vel uxorem, in proximo futuram. *c* Clamavit,] & licet non clamasset, tamen lex interpretatur contra illum oppressorem eam clamasse. *d* Si invenerit vir.] Hic agitur de oppressione virginis non desponsatæ, neque uxoratæ: Et dicit Moyses, quod si quis talem virginem appetierit, dabit patri ejus 50. siclos argenti, & postea habebit eam uxorem, nec poterit eam dimittere. Simile *Exod.* 22. Si duxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem. Sed videtur, quod dolus posset sic patrocinari, ut si puella esset nobilis, & dives; & ille ignobilis, & pauper. Item quid fiet, si pater noluerit eam dare nuptui? Solut. hujus sequitur in text. *Exod.* 22. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis. Sed quid, si ille pauper fuerit? Solut. Venundabitur sicut pro furto restituendo, *Exod.* 22. *e* Quinquaginta siclos argenti,] pro humiliatione filiæ suæ. *f* Cunctis diebus.] Ecce duo casus, in quibus vir non potest dare uxori libellum repudii, & dimittere, quando scilicet, vir dicet se eam non invenisse virginem, & mentitur: & quando vi oppresserit eam.

EXPOSITIO CAP. XXIII.

NON *g* accipit homo.] Dictum est supra, quid fieri debeat de illis, qui cognoscunt non suas: Sed ne quis crederet, quod indifferenter posset ducere quamlibet, respondit, quam non liceat ducere, dicens: Non accipiet homo, &c. & per hoc intellige alias personas exclusas a matrimonio *supra Lev.* 18. Talis enim, qui duceret uxorem patris sui, revelaret turpitudinem patris. Et dictum est *Lev.* 20. Qui dormierit cum noverca sua, & revelaverit turpitudinem patris sui, moriantur ambo. Sed contra hanc legem videtur fecisse David. 2. *Reg.* 18. ubi dixit: Servate mihi puerum Absalon: & tamen ille Absalon intraverat ad concubinas patris sui, ut dicitur 2. *Reg.* 16. Solut. In hujusmodi præceptis moralibus disciplinæ licebat Judici dispensare: & sic David dispensavit cum Absalon. Item 1. *Cor.* 5. excommunicavit Apostolus Corinthium, qui tenebat concubinam patris sui. Et videtur ibi gravior esse manus Apostoli, quam hic Moysi, cum ibi Apostolus excommunicet, non hic Moyses. Item ibi traditur Corinthius Satanæ in interitum carnis: hic non. Solut. Simpliciter levior est manus Apostoli, quam Moysi: quia Apostolus parcit pœnitenti, ut patet in eodem Corinthio. 2. *Cor.* 7. sed Moyses nulli parcit. *h* Non intrabit, &c.] Hic ponit Moyses differentiam ingredientium in Ecclesiam Dei. excludens Eunuchos ab ingressu Ecclesiæ, & Manzeres usque ad x. generationem. Ammonitas vero, & Moabitas in æternum, eo quod Hebræis exeuntibus de Ægypto non occurrerunt cum pane, & aqua, cum scirent eos siti laborare in deserto, & conduxerunt Balaam ad maledicendum eis: *Num.* 22. Sed videtur, quod hæc prohibitio nulla sit, quia nulli licebat intrare templum, nisi Sacerdotibus mundis, ut dictum est *Lev.* 12. Sol. Hic dicitur Ecclesia Dei, atrium mundorum, quod non debebant tales ingredi. In templo enim erant quatuor atria, ut dicetur *inf.* 3. *Reg.* 10. Ab atrio mundorum quidam arcebantur ad tempus, de quibus dictum est *Lev.* 5. *& multis aliis cap.* Quidam in æternum, ut Ammonites, & Moabites. Quidam ad certum terminum successionum, de quibus dicitur hic. *i* Non ingredietur.] Manzer proprie dicitur, qui de scorto natus est. Spurius, qui de concubina, propter spurcitiam incontinentiæ. Nothus, qui de adultera: Et dicitur sic, quia etsi non sit verus filius, videtur tamen, sicut nothus: quo pacto febres dicimus, quæ videntur esse veræ quartanæ, aut hujusmodi; tamen non sunt. Et forte, quia solum Manzerem nominavit, non excludebatur ab Ecclesia nothus, & spurius: Ecclesia vero modo non solum Manzeres, sed & spurios, & nothos excludit ab ordinibus. Et nota, quod Hebræus dicit, in Ecclesiam ingredi, nihil aliud esse, quam de filiabus Israel ducere uxorem, & sic fieri de populo Dei Manzer, ergo non copulabatur matrimonio filiabus Israel nec filius, neque nepos usque ad x. generationem, post vero poterat, quia penitus erat extincta memoria antiqui opprobrii. *k* Ammonites. Alia editio habet; Non intrabit Ammonites, & Moabites Ecclesiam Domini: & usque ad x. generationem non intrabit Ecclesiam Domini: & usque in æternum. Dicit *Aug.* quod per hoc, quod primo dicitur usque ad x. generationem, innuit, quod in x. generatione aliquis intraturus erat Ecclesiam de Moabitis. Per hoc. quod postea dicitur, & usque in æternum, innui dicit *Aug.* nullum postea intraturum: & hoc verum fuit. Ruth enim Moabitis in generatione x. intravit, idest, Booz nupsit. Sed quia generatio Ruth nescitur, numerantur x. generationes ab Abraham contemporaneo Moab filio Loth, hoc modo: Abraham, Isaac, Jacob, Judas, Phares, Esrom, Aram, Aminadab, Naason, Salmon, qui genuit Booz, qui Ruth matrimonio copulata est. Quidam dicunt tantum de viris Moabitis iactam hic prohibitionem, quia dictum est. Ammonites, & Moabites non intrabit, &c. quę sunt nomina masculini generis, quia forte mulieres non occurrerunt Hebræis in deserto, sed tantum viri: & ideo tantum viri Moabitæ, non mulieres Moabitæ excluduntur ab Ecclesia Domini. *l* Contra te Balaam.] *Num.* 22. *m* Non facies.] Ad litteram docet Moyses Judæos, qualiter se habere debeant erga minores inimicos, ut scil. non recipiant ad cohabitationem, & comparticipationem possessionum: ne forte imitentur eos in cultu Deorum suorum. *n* Nec quæras.] Ex hoc loco forte sumptum est illud *Matth.* 5. dictum est antiquis: odio habebis inimicum tuum, &c. Tamen contrarium dicitur *Lev.* 19. Diliges proximum tuum, &c. Et dicit *Aug.* nomine proximi omnem hominem intelligi. *o* Non ambo.] Quia excluserat Ammonitas, & Moabitas, ab ingressu Ecclesiæ in æternum, Ne idem facerent de Idumæis, & Ægyptiis, dicit: Non ambo, &c. q.d. Ammonitæ, & Moabitæ nunquam intrabunt Ecclesiam Domini: quia non cum panibus, sive aqua occurrerunt nobis, sed Idumæi in tertia generatione: quia cognati vestri sunt, poterunt intrare, & Ægyptii: quia ipsi peregrini fuistis similiter. *p* Frater tuus,] i. consanguineus, quia de Esau, & Judæi de Jacob. *q* Quando egressus.] Docuit

supra

nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non revertetur, priusquam ad vesperam lavetur aqua: & post Solis occasum regredietur in castra. *a* Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ, gerens paxillum in *b* baltheo. Cumque sederis, fodies per circuitum, & *c* egesta humo *d* operies, quo relevatus es: *e* Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, ut sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Non *f* trades servum domino suo, qui ad te confugerit. Habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in una urbium tuarum requiescet, nec contristes eum. Non *g* erit meretrix de filiabus Israel, neque scortator de filiis Israel. Non offeres *h* mercedem prostibuli, nec *i* pretium canis in domum Dñi Dei tui, *k* quicquid illud est, quod voverint: quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum. Non *l* fœnerabis *m* fratri tuo ad usuram pecuniam; *n* nec fruges, nec quamlibet aliam rem; sed *o* alieno. Fratri autem tuo absque usura id, quo indiget, commodabis: ut benedicat tibi Dñs Deus tuus in omni opere tuo in terra, ad quam ingredieris possidendam. Cum *p* votum voveris Dño Deo tuo, non tardabis reddere: quia *q* requiret illud Dominus Deus tuus: & si *r* moratus fueris, *f* reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis, & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria *t* voluntate, & ore tuo locutus es. *u* Ingressus vineam proximi tui, comede uvas, quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Si *x* intraveris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes.

C A P. XXIV.

SI acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam fœditatem, *y* scribat libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum

supra Moyses observanda tempore pacis, hic docet tempore belli abstinendum esse a vitiis: Inde enim dicuntur castra, quia ibi quasi castrati vivere debemus: In castris enim vivendum est, sicut in claustris. Unde est, quod Urias abstinuit ab amplexibus uxoris, licet David compelleret. 2. *Reg.* 11. *a* Habebis locum, &c.] Ad litteram præcipit Dominus munditiam, & honestatem, etiam corporis, servari in castris. Unde *Gl.* Corporalem munditiam diligit Deus, ideo præcipit nihil fœdum remanere in castris. *b* In Baltheo,] quo sc. cingeris. *c* Et egesta.] Egesta potest esse accusativi casus, vel ablativi. Nota: Moyses Ægyptium abscondit sub sabulo. *Exod.* 4. Rachel Idola Laban sub stramento cameli. *Gen.* 31. Jacob eadem Idola sub terebintho. *Gen.* 35. Sic nostra fragilitate considerata, sordes peccatorum operire debemus, ne ante oculos Dei appareant: Operire dico per compunctionem, per confessionem, & satisfactionem. *d* Operies.] Ex hoc patet, quod nihil immundum debet fieri in loco sacro. Unde *Matth.* 21. Domus mea domus orationis vocabitur, &c. *Gl.* Nemo in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit. *e* Dominus enim Deus tuus,] i. Angelus, in quo Deus loquebatur eis, & qui ducebat eos: De quo dictum est *Exod.* 23. Angelus meus præcedet te. Si autem propter immunditiam corporalem arcebatur quis a castris, quia in his ambulabat Angelus, quanto magis a Sacramentis arcendus est, ubi Christus, & Angeli sunt præsentes? Ex hoc inolevit, quod Sacerdos de nocte pollutus, cessat ab officio altaris, nisi necessitas adsit. *f* Non trades, &c.] Contrarium videtur *sup.* 22. ubi dicitur. Non videbis bovem fratris, aut ovem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo. Ergo eadem ratione servus fugitivus debet restitui domino suo. Sicut enim bos, ita servus de possessione domini est. Ad hoc dicit *Aug.* quod hoc non intelligitur de servo deposito, i. commendato, vel fugitivo in eodem regno, i. qui fugit de persona ad personam: quia talis reddendus est; sed de illo, qui fugit de regno in regnum, sive de Gente in Gentem. Hoc servavit Achis Rex Geth, nolens Sauli reddere David, qui ad eum fugerat. 1. *Reg.* 21. Ecclesia tamen modo reddit & servum fugitivum Domino suo: salva tamen vita, & mutilatione membrorum. Unde potest dici, quod hic præcipitur, ut non tradatur servus domino suo, dum ira ejus manet, sed cum quæsiverit, debet eum reconciliare. Ita fecit Apost. de Onesimo, quem reconciliavit Philemoni domino suo, a quo fugerat ad Apost. [*Ad Philemonem.*] *g* Non erit meretrix, &c.] Sicut *Exod.* 20. prohibuit adulterium: imo fornicationem generaliter: ita & hic prohibet omnem concubitum, qui est præter legitimum matrimonium, quod patet ex littera lxx. quam ponit *Aug.* Non erit meretrix a filiabus Israel, & non erit fornicans a filiis Israel: Et dicit *in Gl. hic Aug.* manifeste prohibet viros, & feminas fornicari. *h* Mercedem prostibuli,] mercedem, quæ datur meretrici pro coitu. Sed numquid posset juste meretrix offerre mercedem prostibuli? Videtur, quod sic, quia etsi turpiter acquirit; juste tamen retinet; ut dicit *Aug.* Ad hoc dicit *Cantor Parif.* quod sicut a communione arcenda est, ita ab oblatione publica, ne fiat scandalum, sed non a privata. Item pretium canis hic prohibet offerri. Et generaliter non offerebatur pretium animalis, cujus primogenitum præcipiebatur interfici, non redimi, vel commutari: sicut primogenitum asini commutabatur; sed primogenitum canis interficiebatur. *Joseph.* aliter exponit. *i* Pretium canis, i. quod dabatur pro coitu canis. Venatici enim canes, & custodes gregum locabantur ad coitum. Et hoc pretium abominabile videbatur ad detestationem fornicationis: quia turpiter acquirebatur, sicut pretium meretricis: & ideo hæc duo conjunguntur. *k* Quicquid illud est, &c.] q. d. de illis non reddes votum, quia abominatio est, &c. Unde alia translatio dicit: Non offeres mercedem meretricis, neque commutationem canis ad omne votum, i. pro omni voto. *l* Non fœnerabis. *Interl.* mercedem cupiens. *m* Fratri tuo,] i. Judæo hoc præceptum est. *Ps.* 14. Domine, quis habitabit in tabernac. &c. Et *inf. eod.* Qui pecuniã suam non dedit ad usuram. Item *Ezech.* 18. Usuram, & superabundantiam non accipiet. Qui, inquam, hoc fecerit, vita vivet. *Luc.* 6. Date mutuum, nihil inde sperantes. *Gl.* Non spem mercedis in hominem figentes: Dominus enim retribuet, *Jer.* 17. Maledictus, qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suum. Item *alia Gl. ib.* Duo sunt genera beneficii; vel cum damus, vel cum restituenda commodamus. Item *sapr.* 15. Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum tuam, *n* Nec fruges.] *Lev.* 25. Frugum superabundantiam non exiges. Idem habes *Ezech.* 18. *o* Sed alieno.] Hoc additum est a Judæis, vel est permissio: sicut repudium uxoris est permissio, sed datio libelli præceptio est. [*Eccl.* 5. *Bar.* 6.] Est autem duplex pecunia, & duplex usura. Corporalis, quæ prohibetur hic; spiritualis, quæ in Evangelio commendatur. Unde *Gl. hic*: est pecunia, &c. *p* Cumque votum voveris.] Hoc intelligitur de illis, qui vovere possunt, de quibus *Nu.* 30. Si quis virorum, votum fecerit, aut se juramento constrinxerit, non faciet irritum. *Prov.* 20. Ruina est homini devorare Sanctos, & post vota retardare, vel retractare. *Eccl.* 5. Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: Displicet enim infidelis, & stulta promissio; sed quodcumque voveris, redde. Multo melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere. *q* Requiret.] *Interl.* quasi debitum. *r* Si moratus fueris] reddere. *f* Reputabitur] scil. ipsa mora. *t* Propria voluntate.] *Interl.* ideo jure teneris. *u* Ingressus vineam.] Hoc non servatur hodie ad litteram; sed in contrarium dispensatum est, propter malitiam hominum, quæ nimis abundat. *x* Si intraveris, &c.] Hoc erat licitum. Unde *Matt.* 12. redarguuntur Discipuli Domini de hoc; quia hoc Sabbato faciebant, ut *quædam Gl.* dicit. Melius est hominem de famis periculo liberare, quam sacrificium Deo offerre. Sed quæritur, utrum de acervo panum, vel uvarum, vel segetum liceat accipere in domo, sicut in agro? Resp. quod non. Et hujus ratio est. Cum messis est in agro, nullus adhuc verus est dominus ejus, vel proprietarius, sed solus Deus: cujus est filius spiritualis omnis homo, & ideo omni homini licet comedere de illa; sed tum cum moderamine, ne damnificetur, qui laboravit in ea, cujus est messis, quæ est in agro spe, sed cum acceperit eam in domum, sive aream; tunc est dominus, etiam re; & imo tunc sine voluntate sua nulli licitum est ex eis accipere.

[13. q. 2. §. his verb. Item præcepit Domin. 6. qu. 3. cap. scriptum. De celeb. c. venerabilem in princ. 14. q. 1. cap. non satis. 14. q. 1. ver. objicitur. 15 dist. cap. ab exordio. Matth. 5. Marc. 10.]

EXPOSITIO CAP. XXIV.

SI acceperit homo, &c. *y* Scribet, &c.] *Int.* dicit: ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses præceptum istud, malens tolerare, vel indulgere dissidium, quam committi homicidium. Sed *ex hac Gl.* sequitur, quod dare libellum repudii

maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, *a* dederitque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in uxorem: quia *b* polluta est, & abominabilis est coram Dño, *c* ne peccare facias *d* terram tuam, quam Dñs Deus tuus tibi tradiderit possidendam. *e* Cum acceperit homo nuper uxorem, non *f* procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis injungetur *g* publicæ; sed vacabit absque culpa domui suæ, ut uno anno lætetur cum uxore sua. Non *h* accipies loco *i* pignoris, *k* inferiorem, & *l* superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi. Si deprehensus fuerit homo *m* sollicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium, *n* interficietur: & auferes malum de medio tui. *o* Observa diligenter, ne incurras plagam lepræ; sed facies, quæcumque *p* docuerint te *q* Sacerdotes Levitici generis, juxta id, quod *r* præcepi eis: & imple sollicite. *ſ* Mementote, quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via, cum egrederemini de Ægypto. Cum *t* repetes a proximo tuo rem aliquam, qui debet tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus auferas, sed stabis foris: & ille tibi proferat, quod habuerit. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus; sed statim reddes eis ante Solis *u* occasum, ut dormiens in vestimento suo

repudii est præceptum, ergo non est permissio. Sol. Repudium permissio est, dare libellum præceptio est. Sed videtur, quod dimittere adulteram sit præceptum. *Prov.* 17. Qui tenet adulteram, stultus est. Solut. Sensus est: Qui tenet, i. qui non corrigit. Sed cum in hoc capitulo agatur de libello repudii, Notandum, quod hæc est summa. Vir, apud quem uxor sua non inveniebat gratiam propter aliquam fœditatem, scribebat, quod nunquam conveniebat cum ea, & causam, ob quam displicebat ei mulier; & tradebat ei libellum, in quo hæc scripta erant, ut coram Sacerdotibus legeretur, & cum juraverat vir verum esse, quod scripserat, permittebatur utrique alii copulari. Quod si iterum secundus vir illi mulieri daret libellum repudii, non licebat priori viro eam recipere: quia abominabilem eam fecerat coram Domino. Modo vero pro nulla fœditate mulier excluditur, nisi ob fornicationem solum, ut dicitur. *Matt.* 19. Nec etiam tunc licet eis transire ad secunda vota. Unde *Matt.* 19. Quicumque duxerit aliam, mœchatur: & quicumque dimissam duxerit, mœchatur. Et nota, quod cum dico libellus repudii, duo dico, libellum, & repudium. Scribere libellum, & dare mulieri in repudio, hoc est in præceptione; repudium vero est in permissione. Unde *Matt.* 19. Dominus ait, Moyses, ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores, propter vitandum periculum uxoricidii, scil. ad quod proni erant, & sæpe facerent, nisi possent dimittere. Sed nonne peccavit Moyses tali repudio consentiendo. Dicimus, quod Moyses non consensit repudio, sed quia non poterat arcere, toleravit propter majus malum vitandum. Unde *Gl.* Maluit indulgere dissidium, quam committi homicidium. In quo patet, quantum malum sit homicidium, propter quod vitandum tot adulteria tolerabantur. Sed quæritur, esto quod Papa rationabiliter, & probabiliter præsumat, quod iste occidat uxorem, nisi permittatur dimittere, numquid permittet Papa? Videtur, quod sic, sicut Moyses fecit, cujus locum ipse Papa obtinet. Responsio. Non est simile: quia tunc multitudo erat in causa; hic autem unus, vel pauci. *a* Dederitque ei libellum.] *Gl. Aug.* Multæ erant in lege causæ dimittendi uxores; Christus solam fornicationem excepit. *Matt.* 19. Fornicationem dico corporalem, vel spiritualem, i. blasphemiam Creatoris. Sed quid, si leprosa facta fuerit mulier? Tenetur vir ejus reddere debitum, quod patet, quia Dominus solam fornicationem excepit. *b* Quia polluta est.] *Interl.* ipsius judicio, qui eam quasi pollutam prius dimisit. *c* Ne peccare facias,] vel pollui malo, scil. exemplo, & occasionem maledicendi dando. *d* Terram,] habitatores terræ. *e* Cum acceperit homo, &c.] De hoc *Sup.* 20. Qui desponsavit uxorem, & non accepit eam, vadat; &c. Ad litteram autem hujus mandati ratio est: quia in initio matrimonii Judæi magis laborabant, quam alio tempore, ut haberent necessaria, & ut placerent uxoribus, & ideo ne amaro animo procederet ad bellum; & ita plus obesset, quam prodesset, permissum est eis remanere in domo cum uxoribus per annum. Tanto enim tempore potest uxor concepisse, & peperisse; & sic minor esset causa Zelotypiæ. Vel potest esse, quod nimius amor, quem solent habere novi sponsi ad sponsas suas, causa fuit hujus institutionis. Vel potest dici, quod lex ista non tenet modo, quia non continet pietatem; seu potius pigritiæ occasionem, quæ magnum malum est. Unde *Prov.* 6. Usquequo piger dormies; usquequo dormitabis; quando consurges ex somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis. *f* Non procedet ad bellum,] i. non cogetur procedere, vel, i. non debet cogi. *g* Publicæ,] i. aliqua publica administratione, quia nimis intentus uxori, male administraret; quia nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotiis. 2. *Tim.* 2. *h* Non accipies] *Interl.* i. auferes. Nota hic: consuetudo fuit Palæstinis in propriis domibus habere duas molas, quasi manuale molendinum, quia non

Sup. 20.

habent flumina. Ideo ergo prohibuit Moyses, ne loco pignoris accipiatur mola, quia quotidie erat necessaria, nec altera per se quid valet. Mystice autem tangit hic Confessores, & Prædicatores. Pignus enim emundationis, confessio est peccatoris, Duæ molæ, spes, & timor. Spes superior, quia ad alta provehit: timor inferior, quia inferius trahit. Prima tollitur per desperationem; secunda per præsumptionem. Quidam enim Confessores, imo ut verius dicam, vitiorum palpones, superiorem molam auferunt, nimis acriter corrigendo, vel nimias penitentias injungendo. Contra quos dicitur *Joel.* 11. Solvite eum, & sinite abire. Alii auferunt molam inferiorem, vitia palpando: vel diminuendo, vel fallaciter veniam promittendo. De quibus dicitur *Jer.* 23. Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini, dicunt his, qui blasphemant me, locutus est Dominus, pax erit vobis, & omni, qui ambulat in pravitate cordis sui, dicunt. Non venit super vos malum. *i* Pignoris.] *Interl.* confessionis peccatoris, quæ est pignus emendationis. *k* Inferiorem.] *Interl.* timorem, qui quasi pignora mola jacet immobilis. Jacet, i. jacere facit hominem. Bene de hac mola dicitur *Isai.* 47. Tolle molam, mole farinam, denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum. *l* Superiorem,] i. spem exigens a pœnitente, quod supra vires ejus est. *Exod.* 22. Si commodaveris pecuniam populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis quasi exactor, nec usuris opprimes eum. *Lev.* 25. Non accipies ab eo usuras. *Gl.* i. opera viribus majora. *m* Solicitans,] i. suadens ei, ut se vendat alicui, eo scil. intuitu, ut partem pretii habeat. Aliquando enim aliquis fraudulenter loquebatur cum aliquo emptore, & dicebat ei: Ego faciam, ut ille se vendat tibi, si dederis mihi partem pretii. Vel aliter, & melius. Sollicitans eum, ut in aliam transeat regionem, ut sic vendat eum ibi. *n* Interficietur.] Simile *Exod.* 21. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ morte moriatur. Sed numquid hoc intelligendum est de quolibet homine? Videtur, quod non, per hoc, quod additur, de filiis Israel. Quid ergo, si quis furatur hominem non liberum, qua lege punietur? Responsio, lege furti: Servus enim Domini sui pecunia est, ut dicitur *Ex.* 21. Et ita, qui furatur eum; furatur pecuniam, quare lege furti judicandus est. *o* Observa diligenter.] Hic hortatur Moyses populum ad obedientiam, & ad hoc, ut non resistat majori: Nam propter hoc peccatum lepra sæpe incurritur, sicut patet in Maria: *Nu.* 12. & Ozia Rege Juda, 2. *Par.* 26. Et ideo sub comminatione illius infirmitatis hortatur hic ad obedientiam. *Interl.* hic dicit, propter peccatum hanc infirmitatem accidere hominibus, sicut Oziæ, qui Sacerdotium usurpavit: *p* Docuerint te,] pertinentia ad cathedram. Unde Dominus *Matt.* 23. monens ad obediendum Sacerdotibus, præmisit; Supra cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: quæ dicunt, facite, q.d. obedite in omnibus, quæ pertinent ad cathedram. *q* Sacerdotes, &c.] *Int.* Apparet omnem Sacerdotem Levitam fuisse, quamvis non omnis Levita Sacerdos fuerit, præcepi:] *Lev.* 13. & 14. *ſ* Mementote, ut attentius faciant, quod hortatur. Commemorat pœnam, quam incurrit Maria soror ejus, quia contra ipsum murmuravit. *Nu.* 12. *t* Cum repetes.] Hic prohibet Moyses violentiam, & commendat misericordiam. Nam sicut dicit *Aug.* ad opus misericordiæ pertinet, ut pignorator in domum debitoris non intret, ne fiat perturbatio debitori: & debitorem admonet, ut pignus afferat creditori. *u* Ante Solis occasum.] Simile *Exod.* 22. Si pignus a proximo acceperis vestimentum, ante Solis occasum reddes illi. Sed quid, si debitor aliud vestimentum habeat sufficiens, numquid creditor tunc tenetur ei reddere pignus? Non. Unde ibi *Exod.* 22. sequitur. Ipsum enim est solum, quo operitur indumentum carnis ejus: nec habet aliud,

Num. 12.

B

C

benedicat tibi, & *a* habeas justitiam coram Domino Deo tuo: non *b* negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive *c* advenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed *d* eadem die reddes ei pretium laboris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne *e* clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Non occidentur patres pro filiis, nec filii *f* pro patribus: sed unusquisque pro peccato suo morietur: Non pervertes *g* judicium *h* advenæ, & *i* pupilli, Nec *k* auferes pignoris loco viduæ vestimentum. Memento, quod servieris in Ægypto: & eruerit te Dominus Deus tuus inde: Idcirco præcipio tibi, ut facias hanc rem, Quando messueris segetem in *l* agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris: non reverteris, ut tollas eum; sed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris olivarum, quidquid remanserit in arboribus, non reverteris, ut colligas; sed relinques advenæ, pupillo, ac viduæ. Si vindemiaveris vineam tuam: non colliges remanentes racemos; sed cedent in usus advenæ, pupilli, ac viduæ. Memento, quod & tu *m* servieris in Ægypto; & idcirco præcipio tibi, ut facias hanc rem.

C A P. XXV.

SI *n* fuerit causa inter *o* aliquos, & interpellaverint Judices, quem justum esse perspexerint: illi *p* justitiæ palmam dabunt: quem impium *q* condemnabunt *r* impietatis. Sin autem eum, qui peccavit, dignum viderint *s* plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit, & *t* plagarum modus, ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non *u* excedant: ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus: Non *x* ligabis os bovis

in quo dormiat. Et ne parvum peccatum putetur facere: contra hoc sequitur ibidem: Si clamaverit ad me, exaudiam eum: quia misericors sum. Sed quærit *Aug.* Cur Dominus jubet egenti pignus eadem die restitui: quia non habet ubi dormiat, & non potius præcipit creditori, ut non auferat pignus, quod eadem die restituendum est. Et solvit: quia hoc ideo facit Dominus, ne creditor obliviscatur, quod tenetur reddere, & ut magis gratus sit debitori, si pignus recipit, in quo dormiat. *a* Habeas justitiam coram Domino, &c.] i. ut tua justitia ex eo, quod subvenis proximo coram Domino commendetur. Vel melius: & habeas justitiam coram Domino, &c. i. ut ex opere misericordiæ, quam facis proximo; justè meritum habeas coram Domino. *b* Non negabis. *Interl.* dicit secundum historiam, affectum misericordiæ, & æquitatis opera erga pauperes commendat. *c* Sive advenæ.] Unde *Exod.* 23. peregrino molestus non eris: scitis enim, quod & ipsi peregrini fuistis *Lev.* 19. Si habitaverit advena inter vos, non exprobretis ei; sed sit inter vos quasi indigena. *d* Sed eadem die.] Ista lex exponit illam. *Lev.* 19. Non morabitur apud te opus mercenarii tui usque mane, Hoc enim præcipitur, sicut patet hic: quia mercenarius non habet alias, unde vivat illa nocte. Sed oonne si mercenarius alias habet, unde possit vivere, peccat, qui retinet mercedem ejus ad tempus? Non; nisi damnificetur in hoc mercenarius: vel in pactum deductum fuerit, quod eadem nocte solvatur ei merces sua. *e* Ne clamet, &c.] *Interl.* re, vel voce, Nota † clamat ad Dominum homicidium *Gen.* 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra &c. Item Sodomiticum vitium. *Gen.* 18. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplici, &c. Item mercedis retentio violenta, ut *hic*: Et *Jac. ult.* Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth intravit. *f* Nec filii pro patribus,] Idem *Ezech.* 18. Filius non portabit iniquitatem patris, Contrarium *Exod.* 20. ego sum Deus zelotes vindicans iniquitatem patrum in filios. Ad hoc ponit *August.* hic duplicem solutionem. Primo dicit, quia hoc de filiis nondum natis intelligitur, qui tenentur peccatis parentum, quæ ipsi fecerunt, antequam conciperentur filii, i. de peccato originali: cujus pœna est mors temporalis: & sic filii puniuntur pro peccatis parentum temporaliter, nunquam æternaliter. Vel illud *Exod.* de filiis imitantibus patres in sceleribus suis: hoc autem, quod hic dicitur, dicitur de filiis non imitantibus patres.

g Non pervertes judicem.] Dupliciter peccatur in judiciis; per personarum, & munerum acceptionem. Et de hoc dictum est *Lev.* 19. Juste judicabitis: Et *sup.* 10. Dominus magnus, & potens, & terribilis qui personam non accipit, nec munera: facit judicium pupillo, & viduæ. Item per sententiæ dilationem. Et de hoc agitur hic. *Job* 31. Si negavi, quod volebant pauperibus: & oculos viduæ expectare feci. *Is.* 1. Quærite judicium: subvenite oppresso, &c. *h* Advenæ.] *Interl.* qui non potest se defendere in aliena terra. *i* Pupilli.] *Interl.* qui parentibus caret. *k* Nec auferes.] *Job* 24. Non auferes pro pignore bovem viduæ. Et quærit hic *Aug.* Quare de vestimento viduæ prohibet, & non de vestimento pupilli, vel advenæ, cum supra istos commemoraverit. Et est summa solutionis, quod ideo communiter vetuit declinationem judicii istorum trium: quia in judicio nulli parcendum est. Vestimentum autem viduæ spiritualiter prohibuit in pignus accipi, ut notaret paupertatem, & ut ostenderet hoc opus concordare Apostolo, qui veram viduitatem attendit in quatuor 1. *Tim.* 5. ut sc. habeat castitatem mentis, & corporis, ut careat filiis, & nepotibus: ut divitias non habeat: & amicis etiam, qui se sustentarent, careat. *l* Quando messueris.] Ad litteram misericordiæ opera commendat hic Dominus. Sed diceret aliquis. Ego dimitterem, si scirem quod pauperes colligerent. Ideo respondet *quædam Gloss.* hic dicens: Etsi superbi colligant, & improbi: & ille misericordiam facit, qui hoc anno dimittit, ut egentes habeant. *Lev.* 19. Cum messueris segetes terræ: nec remanentes spicas colliges: nec in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis; sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. *m* Servieris in Ægypto]. q. d. hoc debes facere, ut servi habeant: quia tu aliquando servus fuisti; unde scire debes, quo indigent.

Lev. 19. — *4. Reg.* 14. *2. Par.* 25. — *Lev.* 16. & 23. — A — B

E X P O S I T I O C A P. XXV.

SI fuerit causa.] Hic ostendit Moyses, quod sit officium Judicum, scil. absolvere justos, & condemnare impios. Et quia quidam male intelligentes dicebant impietatem tantum esse peccatum in Deum, & graviori pœna dignum: ideo Augustinus ponens litteram lxx. ostendit impietatem etiam esse peccatum in hominem, & quamdam levem, quæ verbere solum digna est: quamdam gravem, quæ morte digna est: sic etiam est de aliis peccatis, sive in Deum, sive in hominem sint; quædam sunt digna morte; quædam verbere. Littera lxx. talis est; Si fuerit altercatio inter homines, & accesserint ad judicium, & justificaverint justum, Judices subaudi, & deprehenderint impium; & erit, si dignus fuerit plagis, qui impie agit; constitues eum in conspectu judicum; & flagellabunt eum ante se; secundum impietatem ejus. *Num.* 40. flagellabunt eum, & non apponent, q. d. pro mensura peccati erit, & plagarum modus; tamen ut quadragenarium numerum non excedant. *Joseph.* dicit 40. plagis una minus habena publica verberandum. Unde Apost. 2. *Cor.* 11. dicit; A Judæis quinquies quadragenas una minus accepi. Hanc pœnam sustinere, turpissimum erat libero homini. *o* Et interpel.] sc. homines illi, qui habent causam. *p* Justitiæ pal, &c.] *Exod.* 23. Insontem & justum non occidas, quia aversor impium *q* Condemnabunt,] sc. Judices. *r* Impietatis,] idem pro impietate. *Exod.* 22. Maleficos non patieris vivere, *s* Plagis,] & non morte. *t* Plagarum modus *Is.* 27. In mensura contra mensuram cum adjecta fuerit, judicabis eam. *Matt.* 7. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis *Apoc.* 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. *u* Non excedant.] Ita excommunicati, cum absolvuntur, virgarum plagis cæduntur; secundum numerum versuum alicujus Psal. qui dicitur, dum illi verberantur *x* Non ligabis.] Ratio hujus mandati etiam ad litteram patet; quia inhumanum esset uti bove in tritura; & ipsum non posse comedere paleas, quas pedibus suis conculcat. Hoc tempore legis tenebat, sed modo non tenet, nisi secundum mysterium. Nomine bovis Prædicator accipitur; per aream corda fidelium. Est ergo sensus; Non ligabis, &c. i. victum Prædicatori non subtrahes, ut omnino possit vacare orationi, & prædicationi. Unde 1. *Cor.* 9. Si nos vobis spiritualia seminavimus, non est magnum, si carnalia vestra metamus. *Mat.* 10. Dignus est operarius cibo suo. *y* Bovis.] Contra 1. *Cor.* 9. Nunquid de bobus cura est Deo? an propter vos utique hoc dicit. Sol. duplex est cura, providentiæ, hæc est Deo de omnibus. *Sap.* 12. Non est alius Deus quam tu, cui est

1. *Cor.* 9. 1. *Tim.* 5. 13. q. 1. cap. Ecc.

cura

a triturantis in arca fruges tuas. *b* Quando habitaverint fratres simul, *c* & unus ex eis absque *d* liberis mortuus fuerit: uxor defuncti non nubet alteri; sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui; & primogenitum ex ea filium *e* nomine illius appellabit; ut non deleatur *f* nomen ejus ex Israel. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis, & interpellabit majores natu, dicetque: Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel: nec me in conjugem sumere. Statimque accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit: nolo eam uxorem accipere; accedat mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israel, domus discalceati. Si *g* habuerint inter se *h* jurgium viri, & unus contra alterum rixari cœperit: volensque uxor alterius eruere virum suum de manu fortioris: miseritque manum, & apprehenderit verenda ejus: abscides manum illius, nec flecteris super eam ulla misericordia. Non *i* habebis in sacculo diversa pondera, majus nec minus: nec erit in domo tua modius major, & minor. Pondus habebis justum, & verum: & modius æqualis, & verus erit tibi, ut multo vivas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Abominatur enim Dominus eum, qui facit hæc, & adversatur omnem injustitiam, *k* Memento, quæ fecerit tibi Amalech in via, quando egrediebaris ex Ægypto quomodo occurrerit tibi: & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras *l* fame, & labore confectus: & non timuerit Deum. Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subjecerit cunctas per circuitum nationes in *m* terra, quam tibi pollicitus est, *n* delebis nomen ejus sub cœlo. Cave ne obliviscaris.

CAP. XXVI.

CUMQUE *o* intraveris terram, quam

cura de omnibus. Item est cura instructionis, & doctrinæ: & hæc de solo homine est, & de illa loquitur Apostolus.

a Triturantis.] *Interlin.* prædicantis. *Prov.* 14. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est: ubi autem plurimæ sunt segetes, manifesta est fortitudo bovis. *b* Quando habitaverunt, &c.] Hic agitur de suscitatione seminis, & modo discalceandi. Ad cujus evidentiam, notandum, quod quando aliqua mulier sine filiis erat a viro defuncto relicta, accipiebat eam frater defuncti: & primum filium quem habebat ex ea, agnominabat fratri defuncto, id est, filium defuncti non suum vocabat: eratque ille filius successor hæreditatis defuncti. Quod si forte frater defuncti nolebat relictam fratris suscipere, interpellabat judices in porta. Et eo accersito, si nolebat eam accipere, mulier coram eis tollebat calceamentum de pedibus illius, & spuebat in faciem ejus, & dicebatur domus ejus domus discalceati, quod erat magnum opprobrium in Israel. Legitur tamen *Ruth*. 4. quod nolens ducere eam, seipsum discalceavit. Unde sciendum, quod aliquando mulier discalceavit eum, qui nolebat eum ducere. aliquando etiam ille ipse se discalceavit. Aliquando aliquis alius, qui ducebat eam, discalceavit illum, cui debebatur mulier ex lege, qui cedebat juri suo, v. g. Quando frater defuncti nullo interpellante spontanee fatebatur Judicibus se nolle eam habere: tunc ipse seipsum discalceabat, ut in *Ruth*. 4. Quando vero aliquis alius ducturus eam erat præsens, tunc ille discalceabat illum, qui cedebat: secundum quod Jo. Bapt. dixit *Marc*. 1. Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus, i. Non sum dignus vocari sponsus Ecclesiæ. Quando vero nullus ducturus eam erat, vel quando non erat præsens: tunc mulier discalceabat eum, & secundum hoc loquitur hic Moyses. *c* Simul, i. in ead. civitate. Nam si alter in exilio, vel nimis remotus esset, aliquo modo non tenebatur hoc observare. *d* Absque liberis: Nota pluraliter dicit, absque liberis: nam pro uno tantum filio non dicebatur reliquisse semen. Quod probatur sic: *Sup. Matth*. 1. ubi agitur de generatione Christi dicit *Gl.* quod Mathan relictam fratris Mathan, sc. Hestam duxit uxorem, ut illa suscitaret semen, & genuit ex ea Heli: tamen Mathan reliquerat ex ea filium unum, i. Jacob. Unde Jacob, & Heli fuerunt fratres uterini. Habuit autem Heli uxorem, & mortuus est sine liberis, ideo Jacob frater ejus duxit eam, ut suscitaret ei semen, & genuit ex ea Joseph virum Mariæ, & ita Joseph fuit filius naturalis Jacob, sed filius legalis Heli. Inde est quod *Matt.* dicit Joseph filium Jacob: *Luc.* vero dicit eum filium Heli, *e* Nomine illius:] non quod proprio nomine illius appellaretur; sed dicebatur filius illius, non istius, qui genuerat eum. *f* Nomen ejus,] i. defuncti. *g* Si habuerint, &c. Planum est hoc ad litteram. Cum autem dictum sit *Lev*. 25. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum; sicut fecit, sic fiet ei, videtur, quod manus mulieri non deberet amputari, quia nec ipsa alicui amputavit. Sol. Sicut dictum est *Ex*. 21. & *Lev*. 24. & *sup*. 19. ubi lex talionis non poterat observari. Quod si non poterat fieri injurianti, sicut ipse fecerat alii, tunc in arbitrio Judicum erat ipsum puniri, ut patet *Ex*. 21. ubi dicitur: Si percusserit quispiam mulierem prægnantem, & abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit; subjacebit damno,

quod maritus ejus expetierit, & arbitri judicaverunt. Congrue autem manus abscindi præcipitur mulieri: quia manu injuriam fecerat. Juxta illud *Sap*. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sed quid, si mulier ambas manus apposuerit: nunquid ambæ abscindentur ei? Sol. In arbitrio judicum est.

h Jurgium.] De hoc jurgio dicitur *Gen*. 13. Facta est rixa inter pastores gregum Abrahā, & Loth.

i Non habebis, &c.] Dolum, qui fieri posset in mensuris, ponderibus prohibet. Quidam enim consueverunt habere duplex pondus, & duplicem mensuram; majorem ad emendum, & minorem ad vendendum. Unde *Os*. 12. Chanaan, in manu ejus statera dolosa *Prov*. 11. & 20. Pondus & pondus, mensura & mensura; utrumque abominatio Domino. *Lev*. 19. Nolite iniquum aliquid facere in judicio, in regula, in pondere, in mensura; Statera justa, & æqua sint pondera: justus modius, æquusque sextarius. In sacculo diversa pondera. *Interl.* i. non doceas agere, quod non vis facere; quia Jesus cœpit facere, & docere. *Act*. 1. *k* Memento, &c.] Hic dat Moyses preceptum de non parcendo Amalecitis, quia quando filii Israel exibant de Ægypto, extremos agminis occiderunt, ut dicitur *Num*. 31. i. leprosos secundum Hebræorum expositionem, & fœminifluentes, & alios extra castra positos. Ita tradunt *Hebræi*. Contrarium dicitur in *Ps*. 104. Et non erat in Tribubus eorum infirmus; quid est ergo, quod dicunt Hebræi? Sol. Antequam peccarent in Ægypto, non erat in eis infirmus, ut tradunt *Hebr.* sed postquam peccaverunt, fuerunt quidam infirmi, leprosi, seminifluii, & isti retro, sc. extra castra erant; & hos interfecit Amalech. *l* Fame] *Interl.* verbi Dei *Amos* 8. *m* In terra] promissionis. *n* Delebis.] *Interl.* Hoc Samuel, & Saul impleverunt.

EXPOSITIO CAP. XXVI.

CUmque *o* intraveris.] Mandatum de primitiis offerendis in loco electo a Domino dat hic Moyses. Quidam dicunt hoc factum fuisse semel tantum, scil. in introitu terræ promissionis: sed *Joseph* tradit factum singulis annis. Et loquitur hic Moyses de 2. primitiis, quas ferebant secum in Jerusalem singulis annis in tribus festivitatibus hebdomadalibus. Sed cum hoc mandatum de primitiis dandis morale fuerit, sicut mandatum de decimis, quare non servatur modo, cum etiam sit pietate plenum? Unde *Exod*. 22. Decimas, & primitias non tardabis offerre. *Num*. 18. Primitias quas voverint, & obtulerint filii Israel, dedit tibi, & filiis, ac filiabus jure perpetuo. *Gl.* Impium est, ut qui ingrediuntur Ecclesiam Dei, non offerant Sacerdotibus primitias de frugibus terræ, quos dedit Deus, Solem suum producendo, & pluvias ministrando. Item alia *Gl.* Ostendimus mandatum de primitiis, & decimis debere stare etiam ad litteram. Item *Ezech*. 44. Omnis populus tenetur primitiis. Sed si hoc, omnes sunt transgressores; quia fere nullus solvit primitias. Sol. Sicut præceptum de secundis decimis cessat causa cessante, ut dictum est *sup*. 14. quia illæ decimæ non erant confirmatæ; sic hodie cessat præceptum de primitiis. Ideo enim dabantur primitiæ ut ministri tabernaculi inde sustentati, terrenis negotiis non vacarent; unde super illud *Num*. 18. Omnes primitias Sanctuarii, quas offerunt, &c. dicit *Glos.* Oblationes ad necessaria tribuuntur, & decimæ ne terrenis possessionibus audeant inhiare, non lucrum de ministerio quærere.

Unde

a Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam: atque habitaveris in illa, tolle de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in *b* cartallo: pergesque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, ut ibi *c* invocetur nomen ejus. Accedesque ad Sacerdotem, qui fuerit in diebus illis: & dices ad eum: profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quod ingressus sim in terram, pro qua juravit patribus nostris, ut *d* daret eam nobis, Suscipiensque Sacerdos cartallum de manu ejus ponet ante altare Domini *e* tui: & loqueris in conspectu Domini Dei tui: *f* Syrus persequebatur *g* patrem eum; qui descendit in *h* Ægyptum, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero; Crevitque in Gentem magnam, ac robustam, & infinitæ multitudinis. Afflixeruntque nos Ægyptii, & persecuti sunt imponentes *i* onera gravissima: & clamabis ad Dominum Deum patrum nostrorum; qui exaudivit nos, & respexit humilitatem nostram, & *k* laborem, atque *l* angustias: & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento, in *m* ingenti pavore, in *n* signis, atque *o* portentis: & introduxit ad *p* locum istum: & tradididit nobis terram lacte, & melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quam Dñs Deus tuus *q* dedit *r* mihi: Et dimittes eas in conspectu Dñi Dei tui, & *ſ* adorato Dño Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quæ Dñs Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu, & Levites advena, qui tecum est. Quando *t* compleberis decimam cunctarum frugum tuarum *u* anno decimarum tertio: *x* dabis Levitæ, & advenæ, & *y* pupillo, & viduæ: ut comedant intra portas tuas, & saturentur. *z* Loquerisque in conspectu Domini Dei tui: *a* Attuli, quod sanctificatum est de *b* domo mea, & *c* dedi illud Levitæ, & advenæ, & pupillo, ac viduæ, sicut jussisti mihi: Non præterivi mandata tua: nec sum oblitus imperii tui. Non comedi ex eis in *d* luctu meo, nec separavi ea in qualibet immunditia, nec

Unde cum Ecclesiæ modo abundent: intelligitur Dominus dispensasse sicut in decima decimarū, quam dabant Levitæ Sacerdoti. *Nu.* 18. Modo loco primitiarū reddimus gratiarū actiones, jugiter serviendo: eleemosynas largiēdo: superflua erogādo: Et ad hoc tenemur, sicut illi olim ad primitias. *Luc.* 3. Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat. Per unam tunicam necessaria: per secundam superflua accipiuntur. Unde *Gloss.* ibi; de duabus tunicis dividendis datur præceptum: quia si una dividatur, nemo vestitur: In dimidia tunica nudus remanet, & qui accipit, & qui dedit. Misericordiæ enim ipsius pro possibilitate humanæ conditionis servatur mensura, ut non sibi unusquisque totum eripiat; sed quod habet, cum paupere partiatur. *a* Terram, quam Dominus, &c.] Terra dicitur Ecclesia triumphans. *Jer.* 2. Induxi in terram Carmeli. Carmelus interpretatur scientia Circumcisionis: & ibi nullus habitabit, nisi sciens, & circumcisus. Item terra.] Qui appendit terram, superest Ecclesia militans. *Job* 26. Qui appendit terram super nihilum. Item terra est Scriptura sacra. *Job* 28. Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subversa est. Item terra est anima. *Ps.* 103. Qui respicit terram, & facit eam tremere. Item terra est caro. *Jo.* 31. Si adversum me terra mea clamat. *Is.* 26. Cum feceris judicia in terra tua, justitiam discent omnes habitatores orbis. Item terra est conversatio bona, *Job* 28. Ferrum de terra tollitur, i. constans & fortis Prædicator de bona conversatione sumitur. Unde sequitur: & lapis calore solutus, in æs vertitur, idest, durus prius, & ferreus in peccatis, calore charitatis solutus, fit patiens, & eloquens Prædicator. *b* In Cartallo.] *Interl.* vase vimineo: & est quarta pars sextarii. *c* Invocetur.] Quicunque enim invocaverit nomen ejus, salvus erit: *Joel.* 2. Sed videtur contrarium, *Matth.* 7. Non omnis, qui dicit mihi; Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, &c. Sol. Invocat Deum, qui corde, ore, opere Dominum confitetur. Unde non qui bis: sed qui ter dicit: Domine, Domine, Domine, invocat: & omnis talis salvus erit, si perseveraverit.

d Daret eam nobis.] *Interl.* i. filiis. Unde *Genes.* 28. Terram in qua dormis, dabo tibi, & semini tuo, idest, filiis tuis, q. d. non omnibus filiis; sed qui reputantur in semine. *Rom.* 9. Non, qui filii sunt promissionis, hi æstimantur in semine. *e* Dei tui,] vel sui, Domini servi tui, supple, dicens: *f* Syrus,] idest, Laban *Gen.* 31. Patrem meum,] idest, Jacob. *h* In Ægyptum.] *Is.* 52. In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi: Assur absque ulla causa calumniatus est eum. *i* Onera] luti & lateris; *Exod.* 1.
k Laborem,] corporis. *l* Angustias,] mentis,
m Ingenti pavore:] Ægyptiorum dicit *Interl.* *n* In signis;] minoribus, scil. *o* Portentis;] majoribus scil. signis. *p* Ad locum istum.] *Interl.* tam pretiosum, tam amœnum. *q* Dedit,] gratis.
r Mihi] servo, scilicet.
ſ Adorato.] *Interl.* per talia sacrificia, q. d. non ante epulaberis, quam obtuleris. Argumentum, quod prius audienda est Missa, & aliud officium Dei, quam comedatur. *t* Quando compleveris, &c.] idest, quando tuleris primam decimam; quæ est Levitarum; & secundam, quam portare debes in Jerusalem. *u* Anno decimarum tertio.] Hoc ideo dicit, quia tertio anno fiebant tres decimæ. Unde nota, quod hic agitur de decimis, quæ fiebant de 3. in 3. annum: & de secundis quæ fiebant singulis annis. Tres enim erant decimæ. Prima Levitarum, de omnibus fructibus, & frugibus terræ, atque pecoribus. Hac oblata, residuum iterum decimabatur, & erat secunda decima; quam secum ferebant in Jerusalem ter in anno; quam comedebant coram Domino in pastophoriis, quæ erant circa tabernacula. Hæ duæ decimæ singulis annis fiebant; in tertio anno, his duabus sublatis fiebat, & tertia in usus pauperum, & peregrinorum. Et nota, sicut *Hebræi* dicunt, hoc mandatum datum est pro remotis, quibus quia non poterant singulis annis venire in Jerusalem, indulgebatur eis venire tantum in tertio anno. Hi sicut & alii separabant singulis annis primas decimas, & dabant Levitis, qui habitabant cum eis: Separabant & secundas, & has quia remoti erant, apud se reservabant primo, & secundo anno: tertio vero anno, quo ipsi veniebant in Jerusalem, separabant tres decimas: Prima semper dabatur Levitis; tertia vero tertio anno collecta dabatur pauperibus: secunda tribus annis collecta, tertio anno ferebatur in Jerusalem: & inde fiebant expensæ, & oblationes: sic se habet veritas historiæ, quidquid videatur sonare *Gl.* Redeamus ad litteram, quæ difficilis est. *x* Dabis Levitæ, & advenæ,] hujusmodi scil. pauperibus dabis, supple tertiam decimam tertii anni. *y* Pupillo, & viduæ.] Ergo ista sunt pauperum, ergo divitibus non sunt danda: ergo peccat Abbas, vel Episcopus, qui dant hujusmodi redditus divitibus. Solut. Ex causa potest dare: Abbati enim, vel Episcopo commissa est custodia, & dispensatio rerum Ecclesiæ: Unde eis, qui juvant eos in custodia, possunt dare: si autem sine causa hac, vel alia honesta, nulli dubium quin peccarent. *Matth.* 15. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus ad manducandum.

B

C

z Loquerisque.] *Interl.* Non te jactando, sed te non ingratum ostendendo. Nota, quod hic debet fieri suppletio talis, scil. & his tertiis decimis tertii anni datis pauperibus prætaxatis: veniens in Jerusalem, deferens secum secundas decimas, tribus annis collectas, & ex dispensatione reservatas. Loquerisque, &c.
a Attuli,] scil. secundas decimas.
b De domo mea.] Nota: non de rapina *Tob.* 2. Videte, ne forte furtivus sit: sed reddite eum dominis suis, idest, ne ab eo acceperis, qui furatus sit eum: Sciebat enim, quod uxor sua non fecisset furtum. Et hoc, quod hic dicitur, ad secundas decimas refertur, qui ferebantur ad Jerusalem: *c* Et dedi illud, i. sanctificatum,] i. tertiam decimam tertii anni; Utraque enim decima sanctificata erat. Unde non refert idem suppositum, sed idem in specie; prius enim hoc ipsum sanctificatum, supponebat pro secundis decimis; sed relativum refertur ad ipsum; non ratione suppositi, sed ratione significati, & supponit pro tertia decima. Et est simile; mulier quæ salvavit damnavit. Vel posset esse propria relatio, scil. ad secundas decimas, de quibus sustentabant Levitam cancellaneum, & pauperes secum venientes in Jerusalem. Unde sic expone illud, idest, partem illius, scil. secundarum decimarum in via scil. ad comedendum, & etiam in Jerusalem.
d In luctu meo,] i. in re funebri, i. in anniversariis paren-

expendi ex his quicquam in re funebri. Obedivi voci Domini Dei mei, & *a* feci omnia, sicut præcepisti mihi. Respice de Sanctuario tuo, & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & terræ, quam dedisti nobis, sicut jurasti patribus nostris, terræ lacte, & melle mananti. *b* Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, ut facias mandata hæc, atque judicia, ut custodias, & impleas ex *c* toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, ut sit tibi Deus, & ambules in viis ejus, & custodias *d* cæremonias illius, & *e* mandata, atque *f* judicia, & obedias ejus *g* imperio. En Dominus *h* elegit te hodie, ut sis ei populus *i* peculiaris, *k* sicut locutus est tibi: & custodias omnia præcepta ejus: & faciat te excelsiorem cunctis Gentibus, quas creavit in *l* laudem, & *m* nomen, & *n* gloriam suam: ut sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

C A P. XXVII.

PRæcepit *o* quoque Moyses, & seniores Israel populo, dicentes: Custodite omne mandatum, quod præcipio vobis hodie. Cumque transieris Jordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi: eriges ingentes *p* lapides, & calce levigabis eos, ut possis in eis scribere omnia verba legis hujus, Jordane transmisso: ut introeas terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte, & melle manantem, sicut juravit patribus tuis. Quando ergo transieris Jordanem, erige lapides, quos ego hodie præcipio tibi in monte Hebal; & *q* levigabis eos calce, & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, de lapidibus quos ferrum non *r* tetigit; & de saxis informibus, & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, & immolabis hostias pacificas, comedesque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo. Et scribes *s* super lapides omnia verba legis hujus *t* plane, & lucide: dixeruntque Moyses ac Sacerdotes Levitici generis ad omnem Israelem: Attende, & audi, Israel; Hodie *u* factus es populus Domini Dei tui, Audies vocem ejus, & facies mandata, atque justitias, quas ego præcipio tibi. *x* Præcepitque Moyses populo in die illo, dicens: Hi stabunt ad benedicendum Domino super montem Garizim, Jordane transmisso: *y* Simeon, Levi, Judas, Isachar, Joseph & Benjamin. Et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal, *z* Ruben, Gad, & Aser, Zabulon, Dan, & Nephtalin. Et *a* pronunciabunt Levitæ, dicentque ad omnes viros Israel excelsa voce: Maledictus

parentum: more Gentilium, qui in morte parentum, Parentalia, id est, convivia in morte eorum statuta faciebant. Hanc expositionem tangit *Interl.* & sic superstitio Gentilium prohibetur, vel avaritia Judæorum. Tunc enim primas decimas tenerentur dare Levitis; & secundas portare in Jerusalem; & ibi eas comedere coram Domino: & tertias dare pauperibus: ipsi etiam expensas in anniversariis parentum faciebant de eisdem, & hoc malum erat: quia fraus, & avaritia: & ideo dicit hic: Non comedi ex eis, scilicet sanctificatis Domino, In luctu meo, idest, in anniversariis, & funeribus parentum meorum. Vel aliter: In luctu meo, idest, solus ut golosi, *Job* 31. Si comedi buccellam meam solus: Vel in luctu, idest, in tristitia: ut avari qui lugent, quando oportet eos expendere obolum. 3. *Esdræ ult.* Manducate pinguissima quæque: & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his, qui non habent. Sanctus enim dies Domini est, & nolite mœsti esse. Vel in luctu, idest, sepulto funere. *Tob.* 2. Cum occultaret corpus, comedebat panem cum luctu, & tremore. Vel in luctu; idest, cum peccatoribus. *Tob.* 4. Super sepulturam Justi constitue panem tuum, & vinum tuum: & noli comedere ex eo cum peccatoribus. Vel in luctu, idest, de rapina, & violentia. *Eccl.* 34. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata *ibid.* Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. *a* Et feci omnia,] ita oportet; quia qui offendit in uno, factus est omnium reus; *Jac.* 2. Sed videtur quod seipsum laudet, & ita facit contra illud *Prov.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum. Item David punitus est graviter propter numerationem populi. 2. *Reg.* 24. ergo multo fortius iste debet puniri, qui numerat bona, quæ fecit. Sol. David fecit hoc ex superbia, ut patet in litera; iste autem ex devotione, sicut Ezechias, *Isaiæ* 38. Memento quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto; & quod bonum est, in oculis tuis fecerim. Pharisæus vero, qui cum Publicano ascendit orare in Jerusalem, ex superbia dicebat, Gratias tibi ago, Deus, quia non sum, &c. *Luc.* 18. *b* Hodie Dominus.] Verba sunt Moysi ad populum. *c* Ex toto corde,] supra exposita sunt 6. *d* Cæremonias, idest, sacrificia. *e* Mandata,] naturæ. *f* Judicia,] in causis. *g* Imperio] disciplinæ. *h* Elegit te] *Joan.* 15. Non vos me elegistis, &c. *i* Peculiaris,] *supra* 7. *l* In laudem.] Exaggeratio potest esse, idest, inculcatio; sicut illud. Laudamus te, benedicimus te. Vel aliter in laudem ut ipsum laudes. *m* Nomen] ut ab ipso nominis Israel: *n* Et gloriam suam,] ut sibi omnia adscribas, non tibi. Vult enim Dominus gloriam sibi, & homini utilitatem.

EXPOSITIO CAP. XXVII.

PRæcepit *o* autem Moyses, & seniores.] *Interl.* illi 70. qui electi sunt a Moyse præcipiente Domino. Nota, data lege, præcepit Moyses hic eam custodiri. Ad hoc enim datur ut custodiatur, & opere impleatur, *supra* 6. Audi, Israel, præcepta Domini: & ea in corde, quasi in libro scribe. Argumentum est, hic, quod non debet Prælatus sine consilio seniorum aliquid præcipere. Unde inolevit usus, ipsos Prælatos scribere pluraliter: mandamus, præcipimus, & hujusmodi. Unde *Act.* 15. Visum est Spiritui Sancto, & nobis. *p* Lapides.] Quidam intelligunt istos lapides, esse illos 12. lapides, quos sumi præcepit Dominus in medio Jordanis, ut dicit: *infra Josue* 4. *q* Levigabis eos,] id est, complanatos cæmento ex calce facto colligabis. Et levigabis: sic arca facta est de lignis levigatis *Genes.* 7.
r Non tetigit,] ad sculpendum, supple, quod exponit, cum subdit. Et de saxis.
s Super lapides.] *Interl.* Sanctos, qui Evangelium scriptum in cordibus suis habent. Unde *Jer.* 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam: & ero eis in Deo, & ipsi mihi in populum. *Prov.* 3. Fili mi, ne obliviscaris legem meam, & præcepta mea custodiat cor tuum.
t Plane, & lucide.] *Habacuc.* 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas, ut percurrat, qui legit eum.
u Factus es populus Domini,] audiendo & faciendo præcepta ejus.
x Præcepitque Moyses.] Hic præcepit Moyses de benedictionibus, & maledictionibus in hunc modum. Sex tribus nobiliores jussit stare in monte Garizim ad benedicendum: alias sex in monte Hebal, ad maledicendum. Jussit etiam, ut Levitæ cum arca prius ascenderent in montem Hebal, & imprecarentur maledictiones in transgressores legis, & postea ascenderent in montem Garizim cum arca: & benedicerent observatoribus legis. His autem benedictionibus, & maledictionibus succlamaret populus, Amen: quasi confirmando. Et etiam ideo dicuntur stare ad benedicendum, & maledicendum: quia non populus, sed Levitæ pronunciabant illas.
y Simeon. Levi.] Nota: nullus de filiis concubinarum eligitur ad benedicendum populum, per quod innuitur, quod nullus debet eligi ad dandum benedictiones super populum, nisi de legitimo matrimonio sit natus. Unde *supra* 23. Non ingredietur Manzer Ecclesiam Dei usque ad decimam generationem.
z Ruben, Gad, &c.] Quatuor filii ancillarum assumpti sunt ad maledicendum, & Zabulon ultimus Liæ, & Ruben cum eis, qui maculavit lectum patris sui. Cui dictum est *Genes. penultim.* Non crescas. Per hoc ergo innuitur, quod ignobilium, & infamium personarum est maledicere; nobilium autem benedicere. Unde Episcopus nunquam nisi coactus debet maledicere. Unde *Roman.* 12. Benedicite, & nolite maledicere. *a* Pronunciabunt Levitæ. Sed quomodo jam dictum est quod Levi fuit una

de

homo, qui facit *a* sculptile, & conflatile abominationem Domini, opus manuum artificum: ponetque illud in abscondito. Et respondebit omnis populus, & dicet, amen. Maledictus, qui non honorat *b* patrem suum, & matrem suam, & dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui *c* transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui *d* errare facit cæcum in itinere. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui *e* pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui dormit cum *f* uxore patris sui, & revelat operimentum lectuli ejus. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui dormit cum *g* omni jumento. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui dormit cum *h* sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui dormit cum *i* socru sua. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui *k* clam percusserit *l* proximum suum. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus, qui dormit cum uxore proximi sui. Et dicet omnis populus, amen. *m* Maledictus, qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis. Et dicet omnis populus, amen; Maledictus, qui non *n* permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit, Et dicet omnis populus, amen.

C A P. XXVIII.

SIN autem *o* audieris vocem Domini Dei tui, ut facias, atque custodias omnia mandata ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus *p* excelsiorem cunctis gentibus, quæ *q* versantur in terra. Venientque super te universæ benedictiones istæ, & *r* apprehendent te, si tamen præcepta ejus *s* audieris. Benedictus tu in Civitate, & benedictus in agro. Benedictus *t* fructus ventris tui, & fructus *u* terræ tuæ: fructusque jumentorum tuorum: *x* greges armentorum tuorum, & caulæ ovium tuarum. *y* Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ, Benedictus eris & ingrediens, & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te corruentes in conspectu tuo. Per unam viam venient contra te, & per septem fugient a facie tua. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum, benedicetque tibi in terra, quam acceperis. *z* Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctum, sicut juravit tibi, si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaveris in viis ejus, videbunt omnes terrarum populi, quod nomen Domini invocatum sit super te, & timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu uteri tui, & fructu jumentorum tuorum, fructu terræ tuæ, quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret tibi. Aperiet

de sex, quæ erant in monte Garizim ad benedicendum. Dicimus, quod ipsorum erat pronunciare maledictiones, & benedictiones. De pronunciatione benedictionum hic tacet: quia numeratus est inter benedicentes: & ideo patet quod ad Levitas pertinet etiam pronunciare benedictiones. Ex hoc autem quod dicitur hic, pronunciabunt Levitæ maledictionem, trahitur argumentum, quod licet alicui, qui non sit Levita: dum mandata sit excommunicatio, vel absolutio; non tamen debet pronunciare per se, sed per Levitam. Unde, & Ecclesia maledictiones quas facit super suos malefactores, facit per Levitas.

a Sculptile, &c.] De hoc *sup.*5. & *Exod.* 20. *Is.*42. Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili, vos dii nostri, *Sap.*14. Per manus quod fit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud.

b Patrem.] *Exod.* 20. Honora patrem, &c. *Lev.* 20. Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.

c Qui transfert terminos.] Ad litteram detestatur avaritiam, propter quam aliqui metas terrarum transferunt, *Prov.*22. Ne transgrediaris terminos quos posuerunt patres tui. Item hæresim hic detestatur. Unde *Glos.* statuta patrum transferunt Hæretici.

d Errare,] a veritate. Hoc etiam prohibitum est. *sup.* 19. Et *Lev.* 19. ibi Non maledices surdo, nec pones cæco offendiculum, scil. falsa suggerendo ei, qui lumen scientiæ non habes. *e* Pervertit, &c.] *Lev.*19. Nolite iniquum, &c. *Item* 24. Æquum sit judicium inter vos. *Isai.* 1. Subvenite oppresso, judicate, &c. *f* Cum uxore.] *Lev.* 20. Qui dormierit cum noverca sua, morte moriatur.

g Cum omni jumento.] *Lev.*20. Qui cum jumento, vel pecore coierit, morte moriatur, & pecus occidite. Jumentum est caro nostra, cum qua coit, qui in ea delectatur. *h* Cum sorore.] Hanc maledictionem incurrit Amnon, qui sororem suam Thamar oppressit. 2.*Reg.*13. Item *Lev.* 20. Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem ejus: illaque conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt, moriantur ambo. Pater est mundus: mater concupiscentia. *Ezech.* 16. Pater tuus Amorrhæus: mater tua Cethæa. Soror est mundi sapientia: filia prudentia carnis. Cum hac dormit, qui in ciborum exquisita varietate delectatur.

i Cum socru.] *Lev.* 20. Qui supra filiam uxorem duxerit matrem, scelus operatus est, vivus ardebit cum eis. *k* Clam percusserit.] *Interl.* oderit; talis est detractator *Prov.* 26. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis; & susurrone subtracto jurgia quiescunt.

l Proximum.] *Interl.* quemlibet hominem.

m Maledictus qui accipit munera,] Sicut Judas, dicit *Interlin.* *Isaiæ* 33. Et *Exod.* 23. Non accipies munera, *Levitic.* 19. Non consideres personam pauperis; nec honores vultum potentis, *supra decimo*. Non accipies personam in judicio, nec munera.

*Matth.*26.

Sup. 19.

n Maledictus, qui non permanet, &c. *Psalm.* 118. Maledicti, qui declinant a mandatis tuis. Hic solet construi syllogismus. Nam proponit Moyses *Deuter.* 27. Maledictus, qui non permanet in omnibus sermonibus legis hujus. Assumit Petrus *Actorum* 15. Hoc est onus, quod neque patres nostri portare potuimus. Concludit Paulus *Galatas tertio* ergo quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt: Sed de hoc maledicto nos redemit Christus, qui pro nobis factus est maledictum.] Permanet.] Perfecte, dicit *Interlin.* Ergo videtur quod quilibet teneatur perfectus esse. Responsio, Perfectione sufficientiæ tenetur quilibet esse perfectus: nam sine illa non est salus, quia consistit in charitate: perfectione eminentiæ nemo tenetur, nisi qui novit.

D

A

EXPOSITIO

CAP. XXVIII.

SIn *o* autem audieris.] Corde. Ex hoc videtur, quod quilibet tenetur audire verbum Domini, sicut & facere. Argumentum etiam *Apocal.* 1. Beatus, qui audit, & legit verba prophetiæ hujus, & facit. Contra, *Rom.* 2. Non enim auditores legis justi sunt: sed factores legis justificabuntur. Solut. Duplex est auditus: exterior, & interior. Exterior utilis est, sed non necessarius. Interior utilis est, & necessarius. Et de hoc dictum est *supra* 6. Audi Israel.

Gal 3.

p Excelsiorem, &c.] *Luc.* 12.

q Quæ versantur, &c.] In terra versantur, qui terrenis adhærent, quibus dicitur *Apoc.*8. Væ, væ, væ habitantibus in terra. Triplicem dolorem innuit, scil. in ingressu vitæ, in processu, & in egressu. Nam labor, & dolor concomitantur nativitatem, & vitam, & mortem nostram. *r* Apprehendent te;] q. d. licet fugias eas, tamen apprehendent. Temporales enim benedictiones umbræ comparantur, quæ sequitur fugientem, & fugit sequentem. *s* Audieris.] Auditu interiori, idest, audita compleveris.

Versus. *Væ mihi nascenti, væ vivo, væ morienti.*

t Ventris tui.] *Interl.* mentis, vel cordis.

u Terræ,] corporis.

x Greges armentorum.] idest, patientia, fortitudo. Caulæ ovium sunt humilitas, & benignitas.

y Benedicta horrea,] quasi dicat multiplicabit Dominus possessiones tuas, & fruges faciet abundare. *Prov.*3. De primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.

z Suscitabit te.] *Matth.* 3. Potens est Dominus de lapidibus suscitare filios Israel.

a Thesau-

Dominus *a* thesaurum suum optimum cœlum, ut tribuat *b* pluviam terræ *c* suæ in tempore suo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse a *d* nullo fœnus accipies. Constituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam, & eris semper supra, & non subter, si tamen audieris mandata Domini Dei tui, quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris, & feceris, ac non *e* declinaveris ab eis, nec ad dexteram, nec ad sinistram, nec secutus fueris Deos alienos, neque colueris eos. Quod si *f* audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata ejus, & ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in *g* civitate, *h* maledictus in agro. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum: Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens, Mittet Dominus super te *i* famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies, donec conterat te, & *k* perdat velociter propter adinventiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Adjungat tibi Dominus pestilentiam, donec consumat te de terra, ad quam ingredieris possidendam. Percutiat te Dominus *l* egestate, *m* febri & frigore, ardore & æstu, & aere corrupto, ac rubigine, & persequatur, donec pereas. Sit *n* cœlum, quod supra te est æneum: & terra, quam calcas ferrea. *o* Det Dominus imbrem terræ tuæ *p* pulverem, & de cœlo descendat super te cinis donec conteraris. Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos. Per unam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias, & dispergaris per omnia regna terræ. Sitque *q* cadaver tuum in escam cunctis volatilibus cœli, & bestiis terræ, & non sit, qui abigat. Percutiat te Dominus *r* ulcere Ægypti, & parte corporis, per *f* quam stercora egeruntur, scabie quoque, & *t* prurigine ita, ut curari nequeas. Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis, & palpes in meridie *u* sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, nec habeas, qui liberet te. Uxorem accipias, & alius dormiat cum ea. *x* Domum ædifices, & non *y* habites in ea. Plantes *z* vineam, & non *a* vindemies eam. *b* Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo. *c* Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. *d* Oves tuæ dentur inimicis tuis, & non sit, qui te adjuvet. Filii tui, & filiæ tuæ tradantur alteri populo videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua: Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus, quem ignoras, & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, & stupens ad terrorem eorum, quæ videbunt oculi tui. Percutiat te Dominus ulcere pessimo in genibus, & in suris, sanarique non possis a planta pedis usque ad verticem tuum. Ducetque te Dominus, & *e* Regem tuum, quem constitueris super te in gentem, quam ignoras tu, & patres tui, & servieris ibi diis alienis, ligno, & lapidi, & eris perditus in proverbium, ac *f* fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. Sementem multam jacies in terram, & modicum congregabis, quia *g* locustæ devorabunt omnia. *h* Vineam plantabis, & fodies, & *i* vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quoniam

a Thesaurum.] Scilicet cœlum. *Job* 38. Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti?

b Pluviam,] Doctrinam dicit *Interl.* *Job* 38. Quis est pater pluviæ, vel quis genuit stillas roris? *Os.* 2. Exaudiam cœlos, & illi exaudient triticum, vinum, & oleum.

c Terræ suæ.] Sc. cordibus terrenorum.

d A nullo fœnus, &c.] Idest, commodum, sive mutuum, idest, in tantum abundabis quod omnibus poteris accommodare, & tu a nullo indigebis accipere mutuo. Et accipitur hic fœnerari in bono, sicut *Prov.* 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.

e Non declinaveris.] Per peccatum.

f Quod si audire nolueris.] Repetit de maledictionibus, ut timorem incutiat, ut quos amor non promovet in bonum, saltem timor revocet a malo.

g In civitate.] In conscientia, *Isai.* 34. Orientur in domibus ejus spinæ, & urticæ & paliurus in munitionibus ejus.

h Maledictus in agro.] Idest, in corde. *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri transivi, & ecce totum impleverant urticæ.

i Famem.] Verbi Dei *Amos* 8.

k Et perdat velociter] Velox est vindicta Domini. *Prov.* 29. Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus superveniet interitus. Contra *Ecclesiast.* 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque ullo timore filii hominum perpetrant malum. Solut. Patet ex illo verbo *Augustini*: Breve est, quicquid fine clauditur, quantumcunque ergo differatur vindicta, cito tamen redditur. Vel aliter, & melius: Aliquando differtur, sed subito venit, quando scil. non putatur: & hoc dicit prior auctoritas *Prov.*

p Pulverem.] Idest, doctrinam sterilem, & oculos excæcantem, quasi dicat sicut cinis, & pulvis non faciunt fructum, sed potius impediunt: sic doctrina tibi data non excitet bonorum operum germina.

q Cadaver tuum.] Hoc impletum est in captivitate Babylonica. *Jer.* 19. Dabo cadavera eorum escam volatilibus cœli, & bestiis terræ.

r Ulcere.] De hoc *Exod.* 19. *f* Per quam stercora, &c.] Sicut Philistæi percussi sunt in posterioribus. 1. *Reg.* 5.

t Et prurigine.] Supple percutiat.

u Sicut palpare solet cæcus.] *Isai.* 50. Expectavimus lucem, & ecce tenebræ; splendorem, & in tenebris ambulavimus, palpavimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectavimus: impegimus meridie quasi in tenebris. *Job* 12. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare faciet eos quasi ebrios.

x Domum ædifices.] Bonam conversationem, vel bonam conscientiam.

y Et non habites in ea.] Scilicet non perseverando. *Eccles.* 34. Unus ædificans, & alius destruens, quæ utilitas in utrique?

z Vineam.] Scripturam in prædicatione.

a Et non vindemies eam.] Idest, præmium non habeas propter malum opus, vel pravam intentionem. *Job* 31. Seram & alius comedet. *Eccles.* 2. Renunciavit cor meum ultra laborarem sub Sole; Nam cum alius laboret in sapientia, & doctrina, & sollicitudine, & homini otioso cuncta dimittit.

b Bos tuus.] Idest, petulantia, solo timore dejiciatur, te invito, & incorrecto.

c Asinus.] Idest, corpus.

d Oves.] Simplicitas.

e Et Regem tuum.] *Interlin.* Osee Regem Samariæ, Salmanasar Rex Assyriorum cum decem Tribubus duxit in captivitatem. Nabuchodonosor, Joachim, & Sedechiam Regem Juda cum populo captivavit.

f Ac fabulam.] *Jer.* 24. Dabo eos in vexationem, & afflictionem.

g Locustæ.] *Interl.* inanis gloria, mentis instabilitas. *Isai.* Triginta modii sementis faciunt modios tres. *Aggæi* 1. Seminastis multum, & intulistis parum: comeditis, & non estis satiati.

h Vineam, &c.] Pœnitentiam.

i Vinum.] Idest, hilaritatem conscientiæ.

l Egestate] *Interl.* veri panis. Unde *Thren.* 1. Omnis populus ejus gemens, & quærens panem.

m Febri.] *Interl.* carnalium desideriorum ardore. *Job* 31. Luxuriæ scil. ignis est usque ad consumptionem devorans, & omnia eradicans genimina.

n Sit cœlum, &c.] *Aggæi* 1. Super vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum. *o* Det Dominus imbrem terræ tuæ.] *Interl.* dicit; hoc tempore Achab ad orationem Eliæ completum est. 3. *Reg.* 17.

Vermi

vastabitur *a* vermibus. *b* Olivas habebis in omnibus terminis tuis, & non *c* ungeris oleo, quia defluent, & deperibunt. *d* Filios generabis, & *e* filias, & non *f* frueris eis, quoniam ducentur in *g* captivitatem. Omnes arbores tuas, & fruges terræ tuæ *h* rubigo consumet. *i* Advena, qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior, tu autem descendes, & eris inferior. Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te, donec intereas, quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec servasti mandata ejus, & cæremonias, quas præcepit tibi. Et erunt in te signa, atque prodigia, & in semine tuo usque in *k* sempiternum, eo quod non servieris Domino Deo tuo in *l* gaudio, cordisque lætitia, propter rerum omnium abundantiam. Servies inimico tuo quem immittet tibi Dominus in *m* fame, & siti, & nuditate, & omnium *n* penuria, & ponet jugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat. Adducet Dominus *o* super te gentem de *p* longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem *q* Aquilæ volantis cum impetu. Cujus linguam intelligere non possis, gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur parvuli, & deferet fructum jumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum & oleum, armenta boum, & greges ovium, donec te disperdat, & conterat in cunctis urbibus tuis, & destruantur muri tui firmi, atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus, & comedes *r* fructuum uteri tui, & carnes filiorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus in angustia, & vastitate, qua opprimet te hostis tuus. *s* Homo delicatus in te, & *t* luxuriosus valde, invidebit fratri suo, & uxori, quæ cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet, eo quod nihil aliud habeat in obsidione, & penuria, qua vastaverint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier, & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter mollitiem, & teneritudinem nimiam, invidebit viro suo, qui cubat in sinu ejus super filii, & filiæ carnibus, & *u* illuvie secundinarum, quæ egrediuntur de medio feminum ejus, & super liberis, qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam, in obsidione, & vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris, & feceris omnia verba legis hujus, quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen ejus gloriosum, & terribile, hoc est Dominum Deum tuum, augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas, & perseverantes, infirmitates pessimas, & perpetuas, & convertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi. Insuper & universos languores, & plagas, quæ non sunt scriptæ in volumine legis hujus, inducet Dominus super te, donec conterat te. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cœli præ multitudine, quoniam non audistis vocem Domini Dei vestri. Et sicut ante lætatus est Dominus super vos bene vobis faciens, vosque multiplicans, sic lætabitur *x* disperdens vos, atque subvertens, ut auferamini de terra, ad quam ingrediemini possidendam. Disperget te Dominus in omnes populos a summitate terræ usque ad terminos ejus, & servies ibi diis alienis, quos & tu ignoras, & patres tui, lignis, & lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum, & deficientes oculos, & animam mœrore consumptam. Et erit vita tua quasi *y* pendens ante te. Timebis nocte, & die, & non *z* credes vitæ tuæ. *a* Mane dices, qui mihi det vesperum? & vespere, quis mihi det mane? propter cordis tui *b* formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. Reducet te Dominus *c* classibus in Ægyptum, de qua dixit tibi, ut eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in servos, & ancillas, & non erit, qui emat.

a Vermibus.] Qui non morietur: *Is. ult.* i. remorsu conscientiæ.
b Olivas, idest, opera misericordiæ.
c Non ungeris oleo,] i. divina miseratione, vel nitore conscientiæ: quia non intendunt, nisi terrenam mercedem *Matth. 6.* Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Job 15.* Lædetur quasi vinea in primo flore botrus ejus, & quasi oliva projiciens florem suum. *d* Filios,] opera fortia.
e Filias.] opera minora.
f Non frueris eis,] i. non gaudebis de eis.
g In captivitate.] *Thr. 1.* Facti sunt omnes filii mei perditi, quoniam invaluit inimicus.
h Rubigo.] Invidia, *Amos 4.* Percussi vos vento urente.
i Advena. *Gloss.* Gentilis. Aperte significatur abjectio Judæorum, & electio Gentilium. *Mat. 21.* Auferetur a vobis regnum Dei, &c.
i Descendes,] idest, humiliaberis.
k Usque in sempiternum.] Quia de ultima captivitate non liberabuntur.
l In gaudio.] *2. Cor. 9.* Hilarem datorem diligit Deus.
m In fame & siti.] *Thren. 4.* Adhæsit lingua lactentis ad palatum suum in siti, & parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.
n Et omnium penuria.] Justa pœna, propter abundantiam sibi datam servire contempsit Domino, qui sibi dederat, ideo servivit inimico in omni penuria, qui sibi abstulit omnia.
o Super te gentem] *Interl.* Chaldæos, vel Romanos.
p De longinquo.] *Jer. 6.* Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget a finibus terræ, sagittam & scutum arripiet, crudelis est, & non miserebitur.
q Aquilæ volantis, &c.] *Ezech. 17.* Aquila magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.
r Fructum uteri sui,] *Interl.* dicit filios, sicuti *in lib. Reg.* legitur, & in excidio Jerusalem. *4. Reg. 6. Thr. 4.* Manus immisericordium mulierum coxerunt filios suos, facti sunt cibi eorum in contritione filiæ populi mei. *Jeremiæ 19.* Cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarum, & unusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, & angustia.
s Homo delicatus in te,] ostendit quanta sit penuria.
t Luxuriosus valde.] Propter quod deberet uxori dare quicquid haberet.
u Illuvie secundinarum.] *Interlinear.* pelliculam, quæ tegit puerum in ventre matris etiam comedebant. Vel illuvie secundinarum, idest, in secundinis, idest, pelliculis, quæ fluunt de utero matris cum partu.
x Disperdens vos, &c.] *Isaiæ primo.* Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.
y Pendens ante te, &c.] Quasi dicat, in pendulo erit vita tua præ timore hostium.
z Non credes vitæ tuæ.] *Glossa*, idest, interminas, & dolos hostium vitam tuam videbis ex incerto.
a Mane dices, quis mihi det vesperum, & vespere, quis mihi det mane, &c.] *Interlin.* Hæc ad litteram contigere sæpe Judæis.
b Formidinem qua terreberis.] Etiam ubi tuti erunt, ibi timebunt. *Job 15.* Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.
c Classibus in Ægyptum.] Sed nunquid classibus itur in Ægyptum per mare. Non, sed classes dicit collectiones, secundum quod dicitur, prima classis majorum, secunda classis mediorum, tertia classis minorum. Vel Ægyptum vocat Alexandriam, in qua navigio translati sunt, & venundati a Tito, & Vespasiano, & adeo viles reputati, ut vix invenirent emptores, & tamen dicitur, quod dabantur triginta Judæi pro denario.

Thren. 4. 4. Reg. 6.

Exod. 19.

EXPOSITIO CAP. XXIX.

HÆc *a* sunt verba fœderis,] idest, testamenti, quod dicitur fœdus: quia antiquitus in reconciliatione positum feriebatur. Et in hoc cap. recapitulat Moyses breviter beneficia Dei collata populo tam in Ægypto, quam in deserto, tentationes etiam a quibus eos mirabiliter liberavit, ut sic eos ad impletionem, & observantiam legis provocaret. Præmittit autem quandam distinctionem inter legem in hoc volumine editam, in quatuor præcedentibus. Eadem enim est lex repetita, & in verbis alicubi differens. Dicit Ergo: Hæc sunt verba, &c. *b* Feriret,] idest, statueret. *c* In terra Moab.] Juxta Jordanem. *d* Fœdus, i. testamentum. *e* In Horeb,] idest, in Sina, *Exod.* 24. Ex hoc autem, quod dicit. Præter,] videtur, quod aliud sit testamentum in hoc libro traditum, & aliud in quatuor præcedentibus libris, & ita plura sunt testamenta, præter novum, & vetus. Ad hoc dicit *August.* quod præter, magis notat repetitionem ejusdem, quam diversitatem: Idem enim est testamentum, sive eadem lex iterata hic cum aliquantula differentia, propter quam differentiam, forte dicitur hic præter.

A B C *Num.* 22.

f Vos vidistis.] Sed nonne ferre omnes, qui exierant de Ægypto mortui sunt, ita ut dicitur *Num.* 14. quomodo ergo dicit vos vidistis, &c. Sol. Patres & filii idem populus judicantur. Unde quod patres fecerunt, attribuitur filiis. Simile. 1. *Thess.* 4. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, &c. Et tamen illi, qui erant tempore Apostoli, constat, quod non erunt in secundo adventu vivi. Vel aliter, *secundum Regulam Ticonii* dictum est hoc, vos vidistis, i. quidam vestrum. *g* Tentationes] quibus tentavit Dominus Pharaonem. *h* Quas, &c.] *Aug.* ponit aliam litteram, quæ talis est: Tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, & non dedit Dominus Deus tuus vobis cor scire, & oculos videre, & aures audire. Et movet quæstionem *Aug.* Quomodo viderunt tentationes, si non Dominus dedit eis oculos ad videndum? Et solvit, quod oculis corporis viderunt, sed oculis mentis non viderunt, i. non intellexerunt, nec correcti sunt, nec obedierunt. *i* Signa, &c.] Expositio est tentationum.
k Cor intelligens.] *Interl.* i. voluntatem operandi, quæ intellexeritis. *Is.* 6. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, &c. *l* Non sunt attrita,] i. non sunt mutata,] vestimenta filiorum Israel in deserto, quod Religiosi quantum possunt imitantur, identitatem servantes in colore, & in forma, etsi non in substantia, ut sic innuant se in deserto esse peregrinos, & ad patriam ituros.
m Panem non comedetis] *Interl.* hominum, sed Angelorum, idest, manna officio Angelorum præparatum.
n Vinum,] sed si vinum non habuerunt filii Israel in deserto, quomodo dicitur *Exod.* 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Non enim hoc de aqua diceretur, neque post potum aquæ sequeretur talis ludus. Ad hoc dicit *August.* quod filii Israel tantum de vino portaverant secum, quando exierunt de Ægypto, quod cito consumere potuerant, de quo tamen habebant adhuc ad montem Horeb. Tamen dicit *Joseph.* quod non nisi per triginta dies duraverunt eis cibaria, quæ attulerunt de Ægypto sed forte *Joseph.* non computat vinum inter cibaria. *o* Ut sciretis.] Quia dabat panem, quem homo non posset dare, & ubi homo non posset dare. Unde & quidam murmurantes dixerunt. Nunquid poterit panem dare in deserto, aut parare mensam, populo scilicet. *p* Et venistis.] Multo circuitu, & labore. *q* Sehon.] *Num.* 21. *r* Ruben.] *Num.* 24. Custodite,] corde, quasi dicat, tot vobis fecit Dominus, ergo custodite, &c.

Psal. 77.

t Implete,] Opere.
u Ut intelligatis, &c.] Argumentum quod ex opere bono datur intelligentia legis: quod verum est. Nam per opera venitur ad fidem, ut dicitur *Act.* 10. Fide autem mundatur cor, ut dicitur *Act.* 15. Cor mundatum videt Deum, ut dicitur *Matth.* 5. Et *Isai.* 7. *secundum aliam translationem*. Nisi credideritis non intelligetis: ergo a primo est intelligentia. *x* Vos statis hodie.] Undecim diebus est hic sermo protelatus, ut dicunt. *y* Principes, &c.] Tria genera hominum nominat, quæ sunt necessaria in Ecclesia Dei. Milites, qui sunt quasi manus Ecclesiæ, ad defendendum eam. Clericos, qui sunt oculi Ecclesiæ ad illuminandum eam. Populus, sive agricolæ, qui sunt pedes Ecclesiæ ad portandum eam. Primi defendunt duos ultimos. Medii docent, & instruunt primos, & ultimos. Tertii sustentant duos primos. Unde patet, quod sine illis tribus non potest esse Ecclesia commoda. Inde est, quod Apostolus de his tribus membris tantum facit mentionem 1. *Corinth.* 12. ubi Ecclesiam comparat corpori. De primis dicit Ecclesia per *Psal.* 143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus &c De secundis *Ps.* 118. Revela oculos &c. De tertiis dicit. *Ps.* 17. Qui posuit pedes meos quasi cervorum, &c.

Jona v.

z Exceptis lignorum &c.] Tales non debebant interesse sacrificiis, sed potius in coquina ad parandum ignem ad opus convivii, & his renunciabant mandata sacerdotum, qui intererant, ita etiam sit modo.
a Ut transeas, idest, parati ad transeundum Jordanem scilicet.
b Nec vobis solis,] scilicet, qui auditis hæc.
c Sed cunctis.] *Interl.* qui nascituri sunt. Videtur ex hoc quod non solum Judæis, sed etiam gentibus data est lex, ergo gentiles tenentur ad custodiam legis, sicut & Judæi, quod falsum est, ut patet *Rom.* 2. Solutio. Judæis, & de Judæis tantum, & successoribus eorum loquitur hic Moyses. Vel generaliter de omnibus quoad mysterium, quod commune est omnibus. Judæi ergo tantum tenebantur ad litteralem custodiam legis *Galat.* 5. Testificor autem omni homini circumcidenti se, quod debitor est universæ legis faciendæ. Est autem hic argumentum, quod parentes possunt filios etiam nondum natos obligare. Sed nunquid ad Religionem? Responsio. Non, tamen filii, qui succedunt patribus in hæreditate, obligantur hoc ipso ad onus hæreditatis, & Dominus hoc onus imposuit ad tempus hæreditati, quam dedit scilicet litteralem observantiam legis, ad quam omnes Judæi obligati fuerunt usque ad adventum Christi, tunc velum templi scissum est, i. obscuritas & legis, & prophetarum explanata est, & petræ scissæ, idest, duritia cordis Judæorum emollita.
e Nationum, i. gentium, quæ tales sunt ut nascuntur, i. nec circumcisi ut Judæi, nec baptizati ut Christiani.

C A P. XXIX.

HÆc *a* sunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moysi, ut *b* feriret cum filiis Israel in *c* terra Moab, præter illud *d* fœdus quod cum eis pepigit in *e* Horeb. Vocavitque Moyses omnem Israel, & dixit ad eos. *f* Vos vidistis universa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus servis ejus, universæque terræ illius, *g* tentationes magnas, quas *h* viderunt oculi tui, *i* signa illa, portentaque ingentia, & non dedit Dominus vobis k cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ possint audire usque in præsentem diem. Adduxit vos quadraginta annis per desertum, *l* non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum consumpta sunt. *m* Panem non comedistis, *n* vinum, & siceram non bibistis, ut *o* sciretis, quia ipse est Dominus Deus vester. Et *p* venistis ad hunc locum. Egressusque est *q* Sehon Rex Hesebon, & Og Rex Basan occurrens nobis ad pugnam, & percussimus eos, & tetulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam *r* Ruben & Gad, & dimidiæ Tribui Manasse. *s* Custodite ergo verba pacti hujus, & *t* implete ea, ut *u* intelligatis universa, quæ facitis. *x* Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, *y* principes vestri, & tribus, ac majores natu, atque Doctores, omnis populus Israel, & uxores vestræ, & advenæ, qui tecum morantur in castris, *z* exceptis lignorum cæsoribus, & his, qui comportant aquas, ut *a* transeas in fœdere Domini Dei tui, & in jurejurando, quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum, ut suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut juravit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob, *b* Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc juramenta confirmo, sed *c* cunctis præsentibus, & *d* absentibus. Vos enim nostis, quomodo habitaverimus in terra Ægypti, & quomodo transierimus per medium *e* nationum, quas transeuntes, vidistis abominationes, & sordes, idest, idola eorum

Lignum

lignum, & *a* lapidem, argentum, & aurum, quæ colebant. *b* Ne forte sit inter vos vir, aut mulier, familia aut tribus, cujus cor aversum est hodie a Domino Deo vestro, ut vadat, & serviat diis illarum gentium, & sit inter vos *c* radix germinans fel, & amaritudinem. Cumque audierit verba juramenti hujus, *d* benedicat sibi in corde suo dicens. Pax erit mihi, & *e* ambulabo in pravitate cordis mei, & assumat *f* ebria sitientem, & Dominus non *g* ignoscat ei, sed tunc, quam maxime furor ejus fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta in hoc volumine, & deleat Dominus *h* nomen ejus sub cœlo, & consumat eum in perditionem: ex omnibus Tribubus Israel, juxta maledictiones, quæ in libro legis hujus, ac fœderis continentur. *i* Dicetque sequens generatio, & filii, qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longe venerint, videntes plagas terræ illius, & infirmitates quibus illam afflixerit Dominus *k* sulphure, & *l* solis ardore comburens, ita ut ultra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subversionis Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboin, quas subvertit Dominus in ira, & in furore suo, *m* & dicent omnes gentes: Quare sic fecit Dominus terræ huic? Quæ est hæc ira furoris ejus immensa? Et respondebunt: *n* Quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, quando eduxit eos de terra Ægypti, & servierunt diis *o* alienis, & adoraverunt, quos nesciebant, *p* & quibus non fuerant attributi. Idcirco iratus est furor Domini contra *q* terram istam, ut induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt, & ejecit eos de terra sua, in ira, & in furore, & indignatione maxima, projecitque in terram alienam, *r* sicut hodie comprobatur. *ſ* Abscondita a Domino Deo nostro, quæ manifesta sunt nobis, & filiis nostris usque in sempiternum, ut faciamus universa legis hujus,

C A P. XXX.

CUM *t* ergo venerint super te omnes sermones isti, *u* benedictio, sive *x* maledictio, quam proposui in conspectu tuo, & ductus pœnitudine cordis tui, in universis gentibus, in quas *y* disperserit te Dominus Deus tuus, & *z* reversus fueris ad eum, & obedieris ejus imperiis, sicut ego hodie

a Lignum, & lapidem,] idest, idola lignea, lapidea, aurea, argentea.
b Ne forte, &c.] Supple, attendite, & cavete. Et est argumentum, quod quilibet debet esse solicitus, ne inter vos sit hæreticus.
c Radix germinans] idest, perversus quispiam, trahens alios ad peccata, quæ ducunt ad æternam amaritudinem. Vel radix dicitur perversa voluntas cujuslibet. De hoc loco illud ad *Hebr.* 12. sumptum est. Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

D

d Benedicat,] i. blandiatur, pacem, & veniam sibi promittendo.
e Et ambulabo] q.d. mala mea faciam, & non puniar. Sed dicitur *Eccles.* 5. Ne dixeris, quomodo potui, aut quis me subjiciet propter facta mea? Dominus enim vindicans vindicabit.
f Ebria sitientem,] *Habac.* 2. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem ejus. *g* Non ignoscat] Argumentum, quod hæretico vel schismatico, qui jam aliquem circumveait, non est venia indulgenda. Simile *supra* 13. Si voluerit tibi persuadere frater tuus filius matris tuæ dicens: eamus, serviamus diis alienis, non acquiescas, nec audies eum, nec parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occultes eum.
h Nomen ejus] idest, famam ejus nominis. *i* Dicetque sequens] Adhuc pœnas transgressorum prædicit.
k Sulphure,] sicut Sodomam, & Gomorrham, *Gen.* 19. Sed non legimus ad litteram ita factum fuisse in terra promissionis. Sed hoc ideo dicit, ut notetur similitudo pœnæ Sodomorum fore in acerbitate, & perpetuitate.
l Et solis ardore] Carentiam pluviæ notat, ut patet per *Interl.* quæ dicit in diebus Achab, tribus annis, & sex mensibus non pluisse. 3. *Reg.* 17. & 18.
m Et dicent omnes gentes:] Hucusque pendet constructio. Ut repetit per longum Hyperbaton ab illo loco. Dicetque sequens, &c.] Idem enim est dicens, & sequens generatio, & dicent omnes gentes. *n* Quia dereliquerunt] Hoc respicit ad præcedens illud, scil. Quare sic, &c. & ad sequens. Idcirco, &c. *o* Diis alienis,] ita dicent, cum evenerit hoc, quod Moyses comminatur eis. *p* Quibus non fuerant, &c.] sed Deo, ad cujus imaginem facti sunt. *q* Terram istam,] idest, habitantes in terra. *r* Sicut hodie, &c.] Non dicit hodie tempus, quando Moyses dicebat hoc, sed tempus, quando gentes hoc dicent. *ſ* Abscondita, &c.] Capitulum quasi est per se, sive quædam pars capituli per se, usque ad finem capituli. Et distinguitur littera dupliciter. Primo sic: Abscondita a Domino Deo nostro, i. apud Dominum Deum nostrum, manifesta sunt nobis, & filiis nostris usque in æternum. Quæ supple, ideo manifesta sunt nobis, ut faciamus universa legis hujus, q. d. ideo Dominus manifestavit nobis abscondita sua, ut faciamus, quæ lex præcipit fieri, non ut disputemus, vel faciamus illa tantum. Vel potest esse de præcedenti capit. ut abscondita determinativum sit hujus accusativi, maledicta, ante positi, hoc modo: Idcirco iratus est Dominus contra terram istam, ut induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt. Maledicta dicunt abscondita a Domino Deo nostro, idest, apud Dominum Deum tuum. Quæ maledicta manifesta sunt nobis, & filiis nostris in æternum, ut faciamus universa legis hujus, id est, ut semper faciamus mandata legis. Vel in æternum respicit abscondita, q.d. abscondita in æternum apud Dominum sunt manifesta nobis, &c. *Andr.* sic legit. Ideo ejecit eos Dominus de terra sua, quia dereliquerunt pactum Domini. Unde vos bene debetis illud custodire, tum propter pœnam cavendam, tum propter beneficia a Deo vobis exhibita. Nam abscondita sunt a Domino Deo vestro aliis, scil. nationibus, quæ manifesta sunt vobis, & filiis vestris, q.d. bene debetis servare pactum Domini, propter pœnam cavendam, & propter beneficia multa. Nam ea, quæ abscondita sunt aliis nationibus, manifesta sunt vobis, scil. quæ facienda sunt, & quæ non facienda. Unde *Ps.* 147. Non fecit taliter omni nationi, sicut Judæis, supple. Et judicia sua non manifestavit eis. Et *Matt.* 3. dixit Joannes Pharisæis: Progenies viperarum quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Vel aliter: Abscondita, &c. q. d. prædixi vobis pœnas, quæ evenient vobis, si transgredimini pactum Domini, quia Deus reservat eas vobis tempore congruo persolvendas. Et hoc est, abscondita sunt a Domino Deo nostro, i. apud Deum quasi in thesauris ejus recondita, quia ab æterno prævidit pœnas istas, quas prædixi vobis inferre, quas modo per me vobis manifestavit. Hæc ultima lectio magis consonat menti Moysi. Unde in Cantico ejus legitur: Nonne hæc abscondita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Mea est ultio, & ego retribuam. Et secundum hanc lectionem, abscondi accipitur pro reponi. Ut ibi: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te.

3. *Reg.* 9. *Jer.* 22.

A

Infr. 32.

Psalm. 30.

EXPOSITIO CAP. XXX.

CUM *t* ergo, &c.] In hoc cap. agitur de beneficiis pœnitentiæ, quæ in universo sunt quatuor, scil. reductio in terram promissionis, circumcisio cordis, rerum abundantia, cordis lætitia. Continua sic: Dico, quod bene facientes, recipient benedictiones, quæ dictæ sunt; & malefacientes, maledictiones. Et cum ita evenerint super te, [Ergo enim, hic non est illativum; sed continuativum,] tunc pœnitebis, quod malefeceris. Et tunc reducet te Dominus in Jerusalem, non quidem auream Jerusalem, & terrestrem, ut dicunt Judæi, & exponunt, sed spiritualiter, ad unitatem fidei. Et hoc erit in fine temporum, quando reliquiæ Israel salvæ fient, ut dicitur. *Is.* 10. *u* Benedictio,] Obedientibus.
x Maledictio,] Transgressoribus.
y Dispersérit] Per Romanos, vel Chaldæos. *z* Reversus fueris] Per pœnitentiam, & fidem. *Jer.* 32. Ecce congregabo eos de universis terris, ad quas ejeci eos in furore meo, & in ira mea, & indignatione mea grandi. Et

Psalm. 15.

Rom. 9.

a præcipio tibi, cum filiis tuis in toto corde tuo, & in tota anima tua, *b* reducet te Dominus Deus tuus de captivitate tua, ac miserebitur tui. Et rursum *c* congregabit te de cunctis populi, in quos te ante *d* dispersit. Si *e* ad cardines cœli fueris dissipatus, inde *f* te retrahet Dominus Deus tuus, & assumet, atque introducet in *g* terram, quam *h* possederunt patres tui, & obtinebis eam, & benedicens tibi, *i* majoris numeri esse te faciet, quam fuerint patres tui. *k* Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis vivere. Omnes autem maledictiones has, convertet super inimicos tuos, & eos, qui oderunt te, & persequuntur. Tu autem reverteris, & audies vocem Domini Dei tui, faciesque universa mandata, quæ ego præcipio tibi hodie, & *l* abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, & in fructu jumentorum tuorum, in ubertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Revertetur enim Dominus, ut *m* gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus tuis, si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris præcepta ejus, & cæremonias, quæ in hac lege scripta sunt, & revertaris ad Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua. *n* Mandatum hoc, quod præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo situm, ut possis dicere. Quis nostrum ad cœlum valet conscendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus, neque trans mare positum, ut causeris, & dicas; Quis e nobis transfretare mare poterit, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire, & facere, quod præceptum est? Sed *o* juxta te est sermo valde in *p* ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Considera, quod hodie proposuerit in conspectu tuo vitam, & bonum, & e contrario *q* mortem, & malum, *r* ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & custodias mandata illius, & *ſ* cæremonias, atque *t* judicia, & vivas, ac multiplicet te, benedicatque tibi in terra, ad quam ingredieris possidendam. Sin *u* autem aversum fuerit cor tuum, *x* & audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris Deos alienos, & servieris eis, prædico tibi hodie, quod pereas, & parvo tempore moreris in terra, ad quam Jordane transmisso ingredieris possidendam, *y* Testes invoco hodie cœlum, & *z* terram, quod proposuerim vobis vitam, & bonum, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, ut tu vivas, & semen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci ejus, & illi adhæreas. Ipse est enim *a* vita tua, & longitudo dierum tuorum, ut habites in terra, pro qua juravit Dominus patribus tuis Abraham, Isaac, & Jacob, ut daret eam illis.

C A P. XXXI.

ABIIT *b* itaque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad *c* universum Israel, & dixit ad eos: Centum viginti annorum sum hodie

reducam eos ad locum istum. Sed ibi loquitur de captivitate Babylonica, ad litteram. *Ezech.* 36. Cum sanctificatus fuero in vobis coram eis, tollam vos quippe de gentibus, & congregabo vos de universis terris, & adducam vos in terram vestram. *a* Præcipio tibi,] Ut scil. obedias. *b* Reducet te] Ecce primum beneficium pœnitentiæ. *Interl.* dicit: Cum reliquiæ Israel salvæ fient, ad prædicationem Eliæ, & Henoch. *Mal. ult. Apoc.* 12. *c* Congregabit te] Contrarium *sup.* 28. ibi. Omni tempore calumniam sustineas, nec habeas, qui liberet te. Sol. Illud intelligendum est: Qui liberet te, i. liberationem, quam tu expectas, per Messiam faciam. Tunc enim expectabant Messiam, & adhuc expectant, qui liberet eos. Unde *Matt.* 17. dicunt Scribæ: Oportet primum venire Eliam. Et *Jo.* 4. dicit mulier: Scimus, quia Messias venit. Vel illud *sup.* intelligitur sub conditione dictum, si scil. non pœnitueris. *d* Dispersit.] per Romanos. Non enim per Chaldæos fuerunt dispersi in omnes gentes, sed tantum in Babyloniam, unde redierunt post septuaginta annos. *e* Si ad cardines cœli] i. ad extrema terrarum. Vel hyperbole est. *f* Inde te retrahet] i. ad fidem revocabit. *g* In terram,] Viventium. *h* Possederunt] Tunc spe, & modo re. *i* Majoris numeri] Forte ad litteram ita est, quod ultra montes Caspios plures sunt Judæi, quam fuerunt patres eorum. Sed potius refertur ad Sacramenta Ecclesiæ, ubi plures sunt filii, qui nati sunt ei per Apostolos, qui fuerunt ex Judæis, quam fuerunt patre eorum carnales. *k* Circumcidet, &c.] Secundum beneficium, *sup.* 10. Circumcidite, &c. *l* Abundare te faciet] Tertium beneficium est. *m* Ut gaudeat] i. gaudere faciat. Et est quartum beneficium. *n* Mandatum hoc,] i. per hoc significatum, scil. mandatum Evangelicum. [Rom. 10.] Et est Antipophora, quia possent dicere Judæi: Præcepta hæc sunt supra vires nostras, nec possemus ea adimplere. Ideo respondet: Mandatum hoc &c. q. d. Non potestis excusari, si non faciatis, quia mandatum hoc non est supra vires vestras. Sed contrarium videtur *Act.* 15. ubi dicit Petrus: Hoc est onus, &c. Et Paulus concludit *Gal.* 3. Ergo omnes erant sub maledicto legis. Sol. Quoad litteralem observantiam, onus erat importabile, ut dicit Petrus, propter contrarietatem, propter multitudinem præceptorum. Sed quod spiritualem intelligentiam facile est onus legis. Idem enim est Mandatum legis, & Evangelii, quoad spiritualem intelligentiam. De onere autem Evangelii dicit Dominus. *Matt.* 11. Jugum meum suave, & onus meum leve. Vel aliter, Petrus appellat jugum, & onus legis, collectionem mandatorum. Cujus executio litteralis, supra vires humanas est. Hic autem appellat mandatum, quodlibet illorum per se, quorum nullum supra vires humanas est. *o* Sed juxta te, &c.] *Interl.* i. mandata Dei moderata, & contemperata sunt humanis viribus.
p In ore, &c.] Ut scilicet dici, & intelligi, & fieri possint. Unde LXX. addunt. Et in manibus tuis. Unde Apostolus *Rom.* 10. quasi hoc exponens dicit: Juxta est sermo, &c. i. corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fiat ad salutem. Vel sic: Sermo, i. filius Dei, qui est sermo patris, est juxta te, i. tibi conformis in natura, vel tecum conversatus, ut dicitur *Baruch.* 3. In ore tuo, & in corde tuo, i. ut dicere, & intelligere possis eum, & credere, & confiteri.
q Mortem,] *Ecclesi.* 15. Ante hominem mors & vita, malum & bonum, quod voluerit, dabitur illi.
r Ut diligas Dominum Deum tuum,] Ecce bonum, quod sequitur vita.
ſ Cæremonias,] i. sacrificia.
t Judicia,] Inter causam, & causam. [Sup. 4.]
u Sin autem aversum, &c.] Ecce malum, unde sequitur mors.
x Et audire] Idest, obedire.
y Testes invoco] Quasi dicat, animam meam libero. Unde postea subjungit: Audite cœli, &c.
z Cœlum, & terram,] Idest, habitantes in terra.
a Vita tua,] Unde *Jo.* 14. Ego sum via, & veritas, & vita.

EXPOSITIO CAP. XXXI.

ABiit *b* itaque Moyses, &c.] Hic agit Moyses de completione verborum suorum ad populum, de substitutione Josue, de repositione Deuteronomii in arca fœderis, ut semper in septimo anno remissionis, a summo sacerdote legeretur in edito loco, ut dicit *Josephus* universis utriusque sexus audientibus in diebus Scenopegiæ. Deinde admonitionem ad populum, ut faciat universa, quæ scripta sunt in libro isto. *c* Ad universum Israel,] videtur ex hoc, quod omnia omnibus sint dicenda. Ergo omnes articuli omnibus sunt prædicandi. Contra. *Hebr.* 5. Omnis, qui lactis particeps est, expers est sermonum justitiæ, parvulus enim est. Sol. Revera non omnes articuli sunt prædicandi, quia carnalibus, & simplicibus, tantum simplicia, & levia prædicanda sunt. Sufficit enim illis implicite multa credere, ut scil. credit Ecclesia. Sed omnia mandata omnibus sunt prædicanda, quia non possunt implicite impleri. Et hoc innuitur hic.

a Non

a non possum b ultra egredi, & ingredi, præsertim cum & Dominus c dixerit mihi, non transibis Jordanem istum. Dominus ergo Deus tuus transibit ante te. Ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas. Et Josue iste transibit ante te, sicut locutus est Dominus. Facietque Dominus eis sicut fecit Sehon, & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, delebitque eos. Cum ergo & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis sicut præcepi vobis. Viriliter d agite, & e confortamini. f Nolite timere, nec paveatis ad conspectum eorum, quare Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet nec derelinquet te. g Vocavitque Moyses Josue, & dixit ei h coram omni Israel: i Confortare, & esto k robustus. Tu enim introduces populum istum in terram, quam daturum se l patribus eorum m juravit Dominus, & tu eam sorte divides. Et Dominus, qui ductor videtur esse, ipse erit tecum, non dimittet, nec derelinquet te. Noli timere, nec paveas. Scripsit n itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam o sacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel. Præcepitque eis dicens: Post p septem annos, anno remissionis io solemnitate tabernaculorum, convenientibus cunctis ex filiis Israel, ut appareant in conspectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit Dominus, leges verba legis hujus coram omni Israel, audientibus eis, & in unum omni populo congregato, tam viris, quam mulieribus, parvulis & advenis, qui sunt intra portas tuas, ut audientes discant, & q timeant Dominum Deum vestrum, & r custodiant, ſ impleantque t omnes sermones legis hujus. Filii quoque eorum, qui nunc u ignorant ut x audire possint, & timeant Dominum Deum suum cunctis diebus quibus versantur in terra, ad quam vos Jordane transmisso pergitis obtinendam. Et ait Dominus ad Moysen. Ecce prope sunt dies mortis tuæ. Voca Josue, & state in tabernaculo testimonii, ut præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses, & Josue, & steterunt in tabernaculo testimonii. Apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi. Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste y consurgens fornicabitur post Deos alienos in terra, ad quam ingredietur, & habitabit in ea. Ibi z derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod a pepigi cum eo. Et irascetur furor meus contra eum in b die illo, & c derelinquam eum, & abscondam faciem d meam ab eo, & erit in e devoratione. Invenient eum omnia mala, & afflictiones, ita ut dicat in illo die: Vere, quia non f est Deus mecum, invenerunt me hæc mala. Ego autem abscondam, & g celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est Deos alienos. Nunc itaque scribite vobis h canticum istud, & docete filios Israel, ut memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel. Introducam enim eum in terram, pro qua juravi patribus ejus i lacte, & melle manantem. Cumque k comederint, & saturati, crassique fuerint, l avertentur ad Deos alienos, & servient eis, & detrahent mihi, & irritum facient pactum meum. m Postquam invenerint eum multa mala, & afflictiones, respondebit ei canticum istud, pro testimonio, quod nulla delebit oblivio ex ore seminis tui. Scio enim n cogitationes ejus, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus sum. Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel. Præcepitque Dominus Josue filio Nun, & ait: Confortare, & esto

a Non possum, &c.] Contra infra 34. dicitur. Dentes ejus non sunt immutati, sed ibi sorvetur forte.

b Ultra egredi,] idest, ad bellum procedere, & verbis præesse, sicut usque modo, q. d. inutilis sum vobis amodo. Sic Prælati deberent dignitates dimittere, ex quo vident se inutiles subditis, & dicere. Non possum egredi ad prædicandum populo, & ingredi ad consulendum Deum. Ingreditur enim Prælatus per contemplationem, egreditur per prædicationem. Job 38. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentur, &c.

Josue 1. 3. Reg. 2.

c Dixerit mihi,] Sed ubi dixit ei hoc Dominus? Dicimus, quod Num. 20. ubi dixit ipsi, & Aaron. Non introducetis populos hos in terram, quam dabo eis. Item ibid. 27. Ascende in montem istum Abarim, & contemplare terram, quam dabo filiis Israel. Cumque videris eam, ibis, & tu ad populum tuum. Item Num. 31. Ulciscere prius de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Hæc autem verba, quæ sunt hic, non habemus alicubi expresse.

d Viriliter] in aggressione terribilium.

e Confortamini.] In perpessione periculorum. In his duobus consistit vis fortitudinis.

f Nolite timere,] Duplex timor excluditur, humanus, & mundanus, quorum uterque malus est.

g Vocavitque, &c.] Ecce secundum de quo agitur in hoc cap. Sed nota, vocatur Josue præficiendus, non se ingerit impudenter. Hebr. 5. Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur tanquam Aaron a Domino. h Coram omni Israel.] Argumentum, quod consensus populi requiritur in Prælato faciendo. Levit. 8. Fecit Moyses, ut Dominus imperavit.] Gloss. Ibi requiritur in ordinando sacerdote præsentia populi sciant omnes, & certi sint. Quia qui præstantior est omnibus, & doctior, & sanctior, virtute eminentior, ille eligitur. Quod forte innuunt cymbala sonantia in Ecclesiis. Hodie non requiritur consensus populi in Prælato faciendo, forte antiquitus requirebatur. i Confortare,] mente. k Robustus.] Corpore. l Patribus] Interl. Patriarchis, & Prophetis. m Juravit] Interl. Firmiter promisit.

n Scripsit itaque] Ecce tertium, de quo agitur in hoc capitulo, scil de repositione Deuteronomii. o Sacerdotibus] Interl. Quibus maxime legis custodiam commendavit. Unde Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus. 1. Pet. c. 1. Parati omni poscenti reddere rationem de ea, quæ in nobis est, fide, & spe. p Post septem annos,] Hæc præceptum omnino oblivioni tradiderunt. Posuerunt quidem Deuteronomium in latere arcæ. Sed illius obliti, festo Scenopegiæ non extraxerunt, & ita fuit absconditus in arca, usque ad tempora Josiæ, tunc fuit inventus, ut legitur. 4. Reg. 22.

q Et timeant] Timore filiali.

r Custodiant,] Mente.

ſ Impleant] Opere.

t Omnes sermones] Ex hoc patet, quod nullum est consilium in lege, quare omnes sermones legis præcipiuntur servari, & impleri.

u Ignorant] idest, nesciunt.

x Audire] idest, intelligere.

y Consurgens] idest, mente, & corpore surgens.

z Ibi derelinquet me,] Ecce, qui habitant in terra, derelinquunt Deum, & irritum faciunt fœdus ejus. Jer. 17. Domine, qui te derelinquunt, scribentur in terra.

a Pepigi] In baptismo.

b In die illo,] Peccati, vel judicii.

c Derelinquam] Dæmonibus cruciandum.

d Faciem meam] idest, misericordiam.

e In devoratione.] Passive.

f Non est Deus mecum,] Sed nonne Deus ubique est? Sic certe. Ergo in omni re. Quomodo ergo dicit: Non est Deus mecum? Solutio: Deus in omni re est, sed non cum omni re. Esse quidem in re Deum, est esse ipsum per essentiam, per potentiam, & præsentiam in re. Esse vero cum re, & esse in re per gratiam. Patet ergo, quod cum quocunque est Deus, in illo etiam est, sed non in quocunque est, cum illo est.

g Celabo faciem meam] Hoc est, quod dicit Is. 26. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Item Isai. 59. Iniquitates vestræ diviserunt inter vos, & Deum vestrum. h Canticum istud,] Quod sequitur, scil. Audite, cœli, &c. i Lacte, & melle, &c. i. omni bono abundantem. k Cumque comederint, &c.] Exod. 32. Sedit populus manducare, & bibere, &c. Osee 13. Adimpleti sunt, & saturati sunt, & elevaverunt cor suum, & obliti sunt mei. Habac. 1. Incrassata est pars ejus, & electus cibus ejus. Job 15. Cucurrit adversus Deum erecto collo, & pingui cervice armatus est.

l Avertentur] A me. Vel convertentur, alia littera.

m Postquam invenerint, &c.] Psalm. decimoquinto. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.

n Cogitationes ejus,] i. populi.

e Et ego ero tecum.] Hinc trahitur argumentum ad hoc, quod dicit *Aug.* Si ego facio quod in me est, me, scil. præparando; Deus faciet, quod in se est, gratiam apponendo. *b* Tollite librum] *Interl. Deut.* i. Evangelium. Et est hoc Thema bonum in synodo. *Osee* 14. Tollite vobiscum verba, & convertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Arca autem est cor Christiani. *Is.* 40. Loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam. *Marc. ult.* prædicate Evangelium omni creaturæ. *c* Ut sit ibi contra te] *Matt.* 5. Esto consentiens cito adversario tuo, i. legi, dum es cum eo in via. *Jo.* 5. Est, qui accusat, &c. Item nota, quod arca dicta est arca fœderis, quia ibi duæ tabulæ erant, fœdus populi ad Dominum continentes, i. præcepta, quorum impletio confœderat nos Deo. *Ex.* 19. Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, &c. Item quia ibi erat virga, qua significatur potestas sacerdotalis, qua confœderamur Deo. Vel quia ibi erat urna aurea plena manna, quæ significat Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, ut dicitur *Coloss.* 2. Per quem reconciliamur Deo patri. *Eph.* 1. In laudem gloriæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem. *d* Cervicem] i. superbiam indomabilem. Hinc est sumptum illud *Act.* 7. Dura cervice, & incircuncisis cordibus, & auribus vos semper Spiritui Sancto restitistis. *Jer.* 5. Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. *Idem* 8. Quare aversus est populus iste in Jerusalem aversione contentiosa, & apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. *e* Quanto magis, &c.] Hoc exponitur Mystice de Christo. Et est argumentum, quod Judæi plus peccaverunt post mortem Christi, quam in crucifixione. Unde *Ps.* 68. Dederunt in escam meam fel. Ibi *Gl.* Contemptor in cœlo sedentis gravius peccat, quam qui crucifixerunt eum in terra. Contra *sup.* 28. Et erit vita tua pendens ante te. Ibi *Gl.* Nihil pejus inter maledicta, quam videre vitam suam, i. filium Dei pendentem, & non credere ei. Solut. Judæi magis dicuntur peccasse post mortem Christi quoad numerositatem personarum, & actuum, sed magis ante quoad genus, & quantitatem peccati. Ad hoc quod dicitur in *Gl sup. Ps.* dicitur, quod sit comparatio inter hæreticos, post mortem Christi alios pervertentes, & simplices Judæos, qui ex ignorantia Christum crucifixerunt. *f* Et loquar, &c.] *Interl.* dicit: Intelligentibus. Hic videtur innui, quod Moyses tantum majoribus loquebatur, & dedit legem. Contra. Statim postea dicitur: Locutus est ergo Moyses audiente universo cœtu Israel verba carminis hujus. Sol. Dicunt, quod Moyses tantum majoribus loquebatur, quia tota multitudo non potuisset eum audire. Dicitur autem loqui toti populo, quia per seniores, quibus loquebatur transibat verbum suum ad totum populum. Sicut in *Gen.* 3. mandatum de pomo vetito datum est mulieri, non quidem personaliter, sed quia per virum transibat ad illam. *g* Cœlum, & terram,] Idest cœlestes & terrestres, sc. Angelos, & homines. *h* Novi enim, &c.] Sed si hoc novit, quare dedit eis legem? constat enim, quod post mortem gravius peccaverunt, quia transgressioni legis naturalis prævaricationem legis scriptæ addiderunt. Unde 2. *Pet.* 2. Melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retrorsum converti. Sol. Ex lege multa utilitas erat secutura, quæ non est prætermittenda propter malitiam aliquorum. Aliquando enim utilitas paucorum, præfertur incommodo multorum. Unde *Jo.* 6. licet Dominus sciret, quod de verbo corporis sui, scil. Qui manducat carnem meam, &c. multi scandalizarentur, tamen quia aliquibus erat utile, non dimisit. *i* In extremo, &c.] Hoc intelligitur de captivitate Judæorum facta per Romanos, in qua adhuc sunt.

robustus. Tu enim introduces filios Israel in terram, quam pollicitus sum: & *a* ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine atque complevit, præcepit Levitis, qui portabant arcam fœderis Domini dicens: *b* Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri, ut sit ibi *c* contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, & *d* cervicem tuam durissimam. Adhuc vivente me, & ingrediente vobiscum semper contentiose egistis contra Dominum, *e* quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes majores natu per Tribus vestras, atque doctores, & *f* loquar audientibus eis sermones istos, & invocabo contra eos cœlum, *g* & terram. *h* Novi enim, quod post mortem meam inique agetis, & declinabitis cito de via, quam præcepi vobis, & occurrent vobis mala in *i* extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, ut irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente universo cœtu Israel verba carminis hujus, & ad finem usque complevit.

C A P. XXXII.

AUDITE *k* cœli, *l* quæ loquor, audiat *m* terra verba oris mei. Concrescat in *n* pluviam *o* doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum,

EXPOSITIO CAP. XXXII.

AUdite *k* cœli, &c.] Post legis totius recapitulationem, & multiplicem populi excitationem, ponit Moyses canticum, quod docente Domino scripsit in testimonium contra filios Israel, ut inexcusabiles essent. Commemorantur enim in hoc cantico Dei beneficia, & populi maleficia, ut audiens posteritas eorum utraque, sciat eos fuisse inexcusabiles, & Deum juste punivisse. Et per hæc ipsa solicitior in Dei servitio redderetur. Dicit autem *Josephus*, hoc canticum esse scriptum apud Hebræos carmine elegiaco, ab elegia, quod est miseria, idest, carmen de miseria, idest, de amore elegiaco, versibus hexametris, & pentametris. Ordo talis est. Primo suscitatur auditorum tam præsentium, quam futurorum attentio: Et hoc in duobus. Primo, in hoc, quod majora elementa invitat ad audiendum, in quo etiam notatur cantici auctoritas. Secundo in hoc, quod comparat canticum pluviæ, in quo notatur operis utilitas: Et hæc duo, scil. auctoritas, & utilitas, auditores reddunt attentos. Secundo loco exhortatur ad magnificentiam Dei, subdens causas plurimas, quare magnificandus sit. Tertio, exprobrat eis maleficia sua multiplicia. Quarto, enumerat Dei beneficia, ut sic, modo timere faciat, modo provocet ad amorem. Comminationes etiam sæpe interserit, ut sic compescat malitiam impiorum. Dicit ergo: Audite cœli, &c. Elementa autem ad litteram testes vocat, quia in ejus admonitionis testimonium aut inutile esset, quia mortales sunt, & ideo immortalia elementa in testes inducunt, ut si filii Israel mandata ejus neglexerint, eorum testimonio convicti competentius puniantur. Nec invocat ea, ut quasi animata audire, & loqui valeant, ut quidam putaverunt: Juxta illud *Ps.* 103. Qui respicit terram, & facit eam tremere. Non enim tremit nisi animatum, ut dicunt. Sed hoc est potius potestatis Dei, & super eorum intelligentiam. Sed quomodo insensatorum elementorum testimonio Judæi convicti fuerunt, patuit in Passione Domini, ubi sol obscuratus est, terra tremuit, petræ scissæ sunt, aqua de latere emanavit. Hæc omnia eos sceleris arguerunt. Unde *Sap.* 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Vel Metonymice *l* Cœli,] i. Angeli. *m* Terra] i. homines: Et nota, quod dicit pluraliter cœli, ubi Hebræi habent Samahim, quod est pluralis numeri masculini, secundum illam sententiam *Hier.* quod illa nomina Hebræa desinentia in n, sunt generis neutri, & pluralis numeri, quæ vero in m, generis masculini, & pluralis numeri. Tamen Moyses singulariter voluit intelligi. Unde plurale est voce, significatione vero singulare, sicut Thebæ, Athenæ, & hujusmodi. Vel cœli, i. majores, terra minores, terrenis sensibus attributi. Vel cœli, cœlestem vitam ducentes, i. justi. Terra, terrenam vitam ducentes, i. mali, vel cœli contemplativi, terra laboriosi, ut dicit *Aug.* Cœli ad audiendam allegoriam, terra ad audiendam historiam invitantur, omnes secundum quod eis congruit. Audite, utroque auditu, interiori sc. & exteriori. Simile *Is.* 1. Audite cœli, & auribus percipe terra. *n* In pluviam] *Interl.* i. multipliciter, ut pluvia, quæ innumerabiles habet guttas, & Dei inscrutabilia sunt judicia, *Rom.* 11. *o* Doctrina, &c.] Inculcatio est. Vel doctrina, dicitur pluvia, ubi timorem incutit, ros ubi blanditur. Vel pluvia est, ubi est aperta; ros, ubi occulta. Vel pluvia est, ubi difficilior est; Ros, ubi planior. Ros refrigerat, suavis est, nutrit segetes teneras, nocte cadit. Sic doctrina Sacra, ab æstu vitiorum refrigerat, suavis est facientibus, & intelligentibus eam, *Ps.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Hæc nutrit hominem in bonum, noctem hujus sæculi illuminat. *Ps.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen sem. &c. Herba mollis est, tenera est, virens est. Sic corda auditorum debent

a Quasi imber b super herbam, & quasi stillæ super gramina, quia c nomen Domini d invocabo. e Date f magnificentiam Deo nostro, g Dei perfecta sunt opera, & h omnes viæ ejus i judicia. k Deus fidelis, & l absque ulla iniquitate, m justus, & n rectus, o peccaverunt ei, & non filii p ejus in q sordibus. r Generatio prava atque perversa f hæccine reddis Domino popule s stulte, & insipiens? u Nunquid non ipse est pater tuus, qui x possedit te, & fecit, & y creavit te? z Memento a dierum antiquorum, b cogita generationes singulas. c Interroga patrem tuum, & annutiabit tibi, d majores tuos, & dicent tibi. Quando e dividebat Altissimus gentes,

esse mollia per mansuetudinem, tenera per obedientiam, virentia per fidem, & operationem. a Quasi imber] i. prosit doctrina mea, quæ per imbrem, & stillas intelligitur, majoribus, & minoribus, qui per herbam, & gramina intelliguntur. b Super herbam,] *Interl.* Quam vivere facit, & crescere, sic doctrina auditorum corda, ut proferant virtutum germina. c Quia nomen, &c.] *Gl.* demonstrat, quæ sit pluvia. Nomen enim Domini invocare, Evangelium Dei prædicare est. Quod qui audit, & facit, fructum vitæ possidebit. d Invocabo.] *Interl.* i. virtutes, & magnalia Dei cantabo. e Date magnificentiam] Hic incipit secunda pars hujus cantici. Et hucusque fuit quasi procemium. Hic insistit principali sermoni. Primo attrahens promissionibus, deinde terret comminationibus, deinde commendat judicem a perfectione, a donatione, a fidelitate, a patientia. f Magnificentia] i. prædicate Dei magnificentiam. Unde dicit *Interl.* Deum magnificare, est corde, ore, opere majestatem ejus prædicare. Vel dare magnificentiam, i. magna quæque Deo non vobis attribuite. *Ps.* 33. Magnificate Dominum mecum. g Dei perfecta sunt opera,] *Interl.* qui perfectus est. Et est prima causa quare Deus sit magnificandus, q.d. merito magnificandus est, quia Dei, &c. Unde *Gen.*2. Perfecti sunt cœli, & omnis ornatus eorum. Imperfecta opera Dei annuntiant, qui solum verbo Deum glorificant. Item ut dicit *Gloss.* Septimo die complevit opus suum, quod est redemptio humani generis. Sed hoc videtur falsum. Imo, sexta feria, quando mortuus est. Sol. Secundum *Aug.* dicitur hoc, qui dicit, quod vespera sextæ feriæ pertinebat ad sabbatum, quia secundum eum, tunc incepit ordo mutari. Item nota, quod ex eo, quod requievit in sabbato, innuit sabbatum animæ, & ideo hoc canticum in sabbato cantatur. h Omnes viæ] quibus itur ad Deum, & quibus ipse venit ad nos. Nos imus ad eum per viam pœnitentiæ, & satisfactionis, ipse venit ad nos per viam misericordiæ, & retributionis. [Viæ] i. opera. i Judicia.] i. discrete facta. Unde *Interl.* Quia omnia discrete, & ordinate facit. Item *Gl.* i. omnia mandata ejus justa. *Ps.* 18. Judicia Domini verba justificata in semetipsa. Et hæc secunda causa, quare magnificandus est Deus. k Deus fidelis,] Promissa fideliter adimplens, & minas. Et est tertia causa, quare magnificandus est Deus. Sex enim de hoc ponit causas I. est operis perfectio. II. ejus discretio. III. fidelitas. IV. equitas. V. justitia. VI. rectitudo. l Absque ulla] *Interl.* Quia æquitas est. m Justus,] *Interl.* pro meritis retribuens malis mala. n Rectus,] *Interl.* Bonis retribuendo bona. o Peccaverunt ei,] Tertia pars est. LXX. habent: Peccaverunt non ei filii vituperabiles. Quia ut dicit *August.* qui peccat, non Deo, sed sibi peccat; i. peccato nocet. Sed objicit *Aug.* quomodo dicitur in *Psal.* 50. Tibi soli peccavi. Item *Jer.* 14. secundum aliam literam. Tibi peccavimus, patientia Israel Domine. Et alibi: Sana animam meam, quia, &c. Et solvit ponens differentiam inter peccare in Deum, & peccare Deo. Peccare in Deum, est in his, quæ ad cultum Dei pertinent, peccare. Sic peccabant filii Heli. 1. *Reg.* 2. Unde ibi dicitur: Si in Deum peccaverit vir, quis orabit pro ipso? Sic etiam peccat, qui peccat in homines, qui pertinent ad Deum. Unde *Gen.* 20. dictum est Abimelech: Propterea pepercit tibi, ne peccares in me; auferendo, scilic. Abraham uxorem suam. Peccare Deo dicitur quis multipliciter. Uno modo peccat Deo, qui de peccato suo pœnitet, & Deum ignoscentem glorificat, peccatum suum confitendo. Unde dicitur Achor, *Josue* 7. Da gloriam Deo. Idem dicitur cœco nato. *Joan.* 9. Sic etiam exponitur illud *Psal.* 50. Tibi soli peccavi. Et illud: Sana animam meam, quia peccavi tibi. Item peccat quis Deo, qui ab eo sperat salutem. Sicut æger dicitur ægrotare medicu, quia sperat ab eo sanitatem. Item peccare sibi, & non Deo dicitur quis, quando peccat sibi, idest ad damnum suum. p Non filii] *Gloss.* Quia non ex fide. Item *Gloss.* Infideles, qui ex patre diabolo. *Jo.* 8. Item non filii, qui a Deo patre degeneraverunt. q In sordibus.] *Interl.* In idolis, vel peccatis sordium. *Gloss* i. diversis generibus peccatorum. *Apoc. ult.* Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vel sic: Ipsi non filii ejus existentes in sordibus peccaverunt ei, i. ad honorem, & gloriam ejus. Deus enim per pœnitentiam malorum ostenditur gloriosus. r Generatio, &c.] De tertia parte est. Et convertit sermonem ad eos, qui mali sunt. Et discurrens per operum genera, ostendit illos pravos, interius voluntate, & beneficiorum ingratitudine, ibi: [Prava.] Et exterius operatione, & mali pro bona redditione: ibi: [Perversa, &c.] De hac generatione dicitur. *Matth.* 12. Generatio mala, & adultera signum quærit. Et *Lucæ* 11. Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? [Hæccine] *Interl.* i. pro bonis reddens mala. *Ps.* 33. Retribuant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Nota, reddere malum pro bono, perversitas est, ut hic reddere malum pro malo, fragilitatis est, reddere bonum pro bono, æquitatis est, reddere bonum pro malo, perfectæ charitatis est. *Rom.* 12. Non reddentes malum pro malo. *Prov.* 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. s Stulte,] Stultus est, qui nec vitat mala, nec præcavet. Insipiens qui prævidet, sed non præcavet. Item stultus, quoad intellectum, insipiens, quoad effectum. Sequitur autem hæc stultitia ex tribus prædictis, scilicet ex beneficiorum ingratitudine, ex voluntatis pravitate, ex operis perversitate, & mali pro bono redditione. Nullus enim insipientior, & stultior illo, qui hæc facit. u Nunquid, &c.] Hic invitat eos ad amorem pariter, & timorem. Ad amorem quidem ratione beneficiorum exhibitorum, ubi dicit: Numquid non ipse est pater tuus, q.d. sic. Unde diligendus. *Mal.* 1. Si ego pater, ubi amor, sive honor meus? Item non quicunque pater, sed x Qui possedit, &c.] Et est ordo præposterus, in quo notatur Judæorum perversitas, & deordinatio. Primo enim creavit Deus de nihilo, disponendo ut essent. Post fecit formando, ut bene essent. Tertio possedit dominando, & regendo, ne deficerent, vel caderent. Propter primum dicitur pater, propter secundum magister, propter tertium Dominus. Quia ergo pater, diligendus: quia magister, honorandus: quia Dominus, est timendus. Unde ad hæc tria invitatur hic populus. Sed nota, quod sub interrogatione dicit: Nunquid non ipse est pater tuus? In quo exprimitur populi infidelitas, & ingratitudo, & ignorantia. Vel creavit, vitam conferendo; fecit, gratiam infundendo; possedit, i. possidebit in futuram gloriam recipiendo. De his tribus creavit, fecit, possedit, potest intelligi illud *Apoc.* 1. *Cor.* 1. Vos estis in Christo Jesu, qui factus est vobis sapientia a Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio. Sapientia ad creatorem refertur. Sanctificatio, & redemptio ad factorem, sive recreatorem. Justitia ad remuneratorem, sive ad possessorem. Pater, *Interl.* creatione non generatione. y Creavit] *Interl.* i. ad imaginem formavit. z Memento] Specificat præcedentia, ut magis provocet eos ad amorem, q.d. talis est Deus, tam magnificus, tam perfectus, tam discretus, tam fidelis, tam æquus, tam justus, tam rectus; insuper, pater & Dominus, ergo non est dandus oblivioni. Igitur memento, i. mente teneto, ut sic ad eum redeas, vel ab eo non recedas. a Dierum antiquorum,] quibus scil. tot beneficia a Deo recepisti, tam in re, quam in patribus, quando scil. elegit patres tuos in populum peculiarem. Et est argumentum, quod tenemur ad gratiarum actiones pro beneficiis antecessoribus nostris exhibitis. Et quia posset dicere populus: Verum est, quod multa beneficia contulit Deus mihi, & patribus, & parum duravit illa beneficiorum largitio, nec fuit continua, ideo addit: b Cogita generationes, &c.] Et videbis, quod nulli generationi defuit liberalitas Dei. Cogita ergo, i. in corde agita tot Dei beneficia, qui usque nunc sine sensu, & cogitatione justa, sive recta extitisti, qui usque nunc de exterioribus tantum cogitasti. Unde *Isai.* 46. Redite prævaricatores ad cor, recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Dominus Deus. Sed quia duri sunt Judæi ad credendum, subdit testimonium: c Interroga, &c.] quasi dicat, non, quemlibet interroga, sed patrem tuum, qui pro te potius, quam contra te testificabitur. Et ut omnis suspicio excludatur a testimonio, addit: d Majores tuos,] Qui nullo modo mentirentur, & qui sciunt veritatem. Unde *Job* 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Hic etiam est argumentum contra illos, qui malunt imprudenter ignorare, quam prudenter, quod nesciunt, interrogare. Ad quorum instructionem dicitur. *Luc.* 2. Invenerunt Maria, & Joseph Christum in templo sedentem in medio doctorum audientem, & interrogantem. e Quando, &c.] Quid

Job 2.

dicant testes producti, ostendit dicens: Quando, &c. q.d. ipsi dicent tibi, quod Dominus filios Israel præ cunctis populis in hæreditatem suam elegit. Vel resume: Memento, quando dividebat, &c. *Int.* In confusione linguarum. *Gen.* 11. q.d. licet multitudo hominum innumerabilis sit, filios tantum Israel in hæreditatem suam Dominus elegit, quibus potentiam suam, & secreta sua per legis, & Prophetarum manifestabat judicia. *a* Quando separabat, &c.] disseminando per omnes terras, dicit *Int.* post diluvium, scil. A tribus enim filiis Noe, ortæ sunt linguæ 70. & ab eis occupata est tota terra, ut dicitur *Gen.* 10. *b* Constituit, &c.] *Int.* dicit. Hyperbole est, i. tot constituit singulas gentes, quot erant singulæ personæ in populo Israel, vel quot ingressæ sunt in Ægyptum. *Gen.* 46. t. Septuaginta. Totum hoc dicit *Int.* Sed videtur falsum dicere: quod tantum 70. personæ ingressæ sunt in Ægyptum: Nam videtur, quod fuerint 75. & genera linguarum fuerunt 72. Unde, & Dominus 72. discipulos misit. *Luc.* 10. Sol. Scriptura Sancta non curat de minutiis. Hebræus sic legit: Constituit ter. &c. q.d. Israel quasi charum sibi Dominus numeravit, & nominavit alios quasi viles, numero non distinxit. *Greg. in quadam Gl.* ponit litteram 70. secundum quam dicitur. Statuit terminos gentium, juxta numerum Angelorum Dei, i. singulis gentibus, imo & singulis hominibus deputavit singulos Angelos ad custodiam. Judaico vero populo seipsum custodem dedit, usque dum fecerant vitulum conflatilem in deserto. Et tunc se subtraxit & Angelum ejus deputavit custodem, scil. Michaelem, qui fuit custos eorum usque ad Domini passionem, ut patet *Dan.* 10. Et tunc translatus est de Synagoga ad Ecclesiam Christianam. Unde & omnes Ecclesiæ Angelorum, dedicatæ sunt in honore Michaelis. Unde & ex hoc dicitur Michael præpositus paradisi. Ex hoc autem quod dicitur; Statuit numerum gentium juxta numerum Angelorum Dei, non solum notatur Angelorum custodia hominibus deputata, verum etiam quod paries hominum, ex æquo respondebit parieti Angelorum. In superna enim civitate erunt duo parietes. Unus ex solis hominibus, alius ex Angelis, qui perstiterunt, & hominibus resarcientibus ruinam eorum. Et hi duo parietes erunt æquales, ut dicunt magistri, & ex *Gl. Greg.* hic posita videtur haberi, non tamen expresse. Sed hoc certum est, quod homines ascendent in sortem Angelorum, per similitudinem conversationis suæ. Quidam enim homines Angelis de superiori ordine æquabuntur, alii aliis secundum meriti qualitatem, quia etiam de quolibet ordine aliqui Angeli ceciderunt. *c* Pars autem Domini] i. Dominus per se, non per Angelum præfuit Israeli. Vel sic: Pars, i. hæreditas Domini est populus ejus, i. populus Judaicus. Judaicum enim populum quasi populum peculiarem elegit sibi Dominus, & alios quasi viles, & ignotos dimisit. Unde *Is.* 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. De Israel vero dicitur *Is.* 43. Noli timere Jacob, quia ego redemi te, & vocavi te nomine tuo, servus meus es tu. Item *Is.* 19. Hæreditas mea Israel. *d* Populus] *Int.* fidelis, [Jacob,] i. populus Judaicus, qui ex Jacob descendit, est funiculus hæreditatis ejus, i. portio funiculata, sive funiculo, mensurata. Quod ideo dicitur, quia funiculo solet distribui hæreditas. Unde *Ps.* 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, &c. In hoc autem, quod dicit funiculus, duo notantur, paucitas populi, & familiaritas Domini erga populum. *d* Funiculus hæreditatis ejus.] *Int.* i. possessio hæreditatis. Item *Gl.* ibid. Cum Deus universas gentes creavit, solos Israelitas elegit, quos sua cognitione, signis, & miraculis glorificavit. *e* Invenit eum] Adhuc collata beneficia commemorat. Et cum dixit Israel esse partem, & funiculum, ostendit mala, quæ habebat, quando elegit eum sibi in populum. Et ponit tria. Privationem sive defectum omnium bonorum, cum dicit: In terra deserta. Secundum multitudinem malorum actualiter opprimentium, cum dicit: In loco horroris. Tertium, privationem consolationis, cum dicit: Et vastæ solitudinis. In his tribus consistit perfecta miseria. Hic invenit Dominus Israel, & hinc assumpsit. Unde devotus, & sedulus deberet esse in servitio Domini, qui a tanta miseria liberavit eum. Moraliter.] Cor peccatoris dicitur terra deserta, propter gratiæ amissionem. Locus horroris,

quando *a* separabat filios Adam. *b* Constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israel. *c* Pars autem Domini *d* populus ejus, Jacob *d* funiculus hæreditatis ejus. *e* Invenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis. *f* Circumduxit eum, & *g* docuit, & *h* custodivit *i* quasi pupillam oculi sui. Sicut *k* aquila provocans ad volandum *l* pullos suos, & super eos volitans expandit *m* alas *n* suas, & assumpsit eum, atque *o* portavit in *p* humeris suis. Dominus *q* solus *r* Dux ejus fuit, *s* & non erat cum eo *t* Deus alienus. Constituit eum *u* super excelsam terram, ut comederet *x* fructus

propter dæmonum habitationem: Vasta solitudo, propter bonorum naturalium corruptionem. *f* Circumduxit eum,] Ostenso unde liberatus est Israel, respondit quomodo liberatus, cum dicit: Circumduxit. Quia ad litteram, per viam montis Seir, ut dicit *Int.* Nam recta via ire non poterant, contradicentibus Idumæis ut dicitur *Nu.* 22. *g* Et docuit,] *Gl.* Quia in Sina pactum cum eo iniit. *Ex.* 19. Manna dedit. *Ex.* 16. & *Nu.* 11. Aquam de petra produxit. *Nu.* 22. Coturnices ministravit. *Ex.* 16. Et in ea eremo 40. annis, eos circumducendo præcepta sua docuit, *sup. eod.* 29. *h* Custodivit] Sed quomodo custodivit eos, cum omnes præter Caleb, & Josue, mortui fuerint in deserto. Ad hoc solvit *Int.* dicens: Multi in deserto prostrati sunt, sed postquam mandata Dei transgressi sunt q.d. ante transgressionem bene custodivit eos, sed non post. Vel *secundum regulam Ticonii* dictum est: Custodivit eum, i. aliquam partem ejus. Simile est ibi: Cum occideret eos, quærebant eum, i. cum occideret quosdam eorum, quærebant eum. *i* Quasi pupillam] Dixit, quod invenit eum in deserto, ubi non dimisit eum, sed circumduxit, circumducendo docuit, docendo custodivit, & diligentiam ostendit, cum subdit: Quasi pupillam oculi. Unde ibi dicit *Int.* diligentissime. *Zach.* 2. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. *Ps.* 16. Custodi me, Domine, ut pupillam oculi. *k* Sicut Aquila] i. Christus provocans dictis, & exemplis. *Gl.* Aquila, ut ajunt, cum plumescere pullos suos videt, ad solem convertit, & illum nutrit, qui irreverberata acie aspicit radios solis: qui lumina deflectit, quasi degenerem negligit. Pullos quoque ad volandum provocat, & lassos alis sustentat, sic Dominus ad verum solem nos invitat, infirmitatibus nostris compatitur, & alis gratiæ sustentat. *l* Pullos] scil. quos fovet quasi gallina, & congregat sub alis. Item *Gl.* Ad terram Chanaan possidendam, Dominus populum suum provocavit, adjuvit, & ab inimicis protexit. *m* Alas] *Int.* Geminæ dilectionis, & auxilium protectionis. *n* Suas,] i. Brachia sua in Crucem expandit. *Is.* 65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, &c. *o* Portavit] Ne solum verbis sollicitus videretur de populo suo Dominus, sicut multi, qui sollicite præcipiunt aliquid fieri, pigri tamen sunt, & remissi in opere. Ideo addidit: Portavit non in equis, sed *p* In humeris suis.] *Gl.* cum in Cruce peccata eorum sustinuit. 1. *Pet.* 2. Unde, & *Luc.* 15. Pastor ovem perditam in humeris reportavit domum. Item *Is.* 46. Audite me domus Jacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, &c. *q* Dominus solus] i. solus Deus, non etiam idola Ægyptiorum, neque vitulus conflatilis. Unde ipsi mentiti sunt. *Ex.* 32. dicentes. Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. *r* Dux ejus] q.d. non solum portavit eum expectando, scil. & pro eo patiendo, sed & Dux ejus fuit per viam dirigendo: Hoc est, quod dicitur *in libro Boetii, de consolatione: Principium vector, Dux, semita, terminus idem.* Principium quidem, quia creator. *Jo.* 8. Ego sum principium, qui & loquor vobis. Vector, quia vexit de Ægypto per desertum in terram promissionis. *Hebr.* 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Dux, quia circumduxit. *Ps.* 118. Deduc me, Domine, in semitam, &c. Semita, & terminus, quia per eum, & ad eum itur. *Jo.* 14. Ego sum via: Ecce semita. Veritas: Ecce Dux. Vita: Ecce terminus. *s* Et non erat, &c.] *Int.* In ducatum. *t* Deus alienus.] Diabolus, vel idolum. *u* Super excelsam] i. super Palæsthinam, quæ montuosa est, Ægyptus vero plana. Et ne diceret, quod sterilis esset, ostendit in ea omnium rerum esse abundantiam. Et subdit: Ut comederet, &c. Excelsam terram. *Int.* Ferunt ibi esse verticem terræ, quasi umbilicum. Et hoc probatum est in puteo Samariæ, qui dicitur esse in medio terræ, quia sol in meridie descendit usque ad aquam, nec declinat in aliquam partem. *Ps.* Operatus est salutem in medio terræ, i. Jerusalem, quæ est in medio terræ. *x* Fructus agrorum] *Int.* abundantiam omnium rerum. Et nota miram ordinis consequentiam. Primo ostendit, ubi assumpsit eos, scil. in terra deserta. Secundo quomodo duxit, quia circumduxit per terram Seir, & portavit in humeris suis. Tertio quis fuerit iste ductor, quia solus Deus. Nunc ostendit, quo portavit eum, cum dicit: Constituit eum super excelsam terram. Et qualis sit locus, quo duxit eum, insinuat, cum dicit: Ut comederet

B

Matth. 23.

Versus.

agrorum. Ut *a* sugeret mel de *b* petra, oleumque de saxo durissimo: *c* Butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipe agnorum, & *d* arietum filiorum Basan: & *e* hircos cum medulla tritici, & sanguinem uvæ biberent meracissimum. *f* Incrassatus est *g* dilectus, & *h* recalcitravit, *i* incrassatus, *k* impinguatus, *l* dilatatus. *m* Dereliquit Deum factorem suum, & *n* recessit a Deo salutari suo. *o* Provocaverunt eum in diis *p* alienis, & in abominationibus ad *q* iracundiam concitaverunt. *r* Immolaverunt *s* dæmonibus, & non Deo, diis, quos ignorabant. *t* Novi, recentesque venerunt, quos non *u* coluerunt patres eorum. Deum, qui te genuit dereliquisti, & *x* oblitus es Domini creatoris tui. *y* Vidit Dominus, & ad *z* iracundiam concitatis est, quia *a* provocaverunt eum filii *b* sui, & filiæ. Et ita: *c* Abscondam faciem meam ab eis, & *d* considerabo *e* novissima eorum. Generatio enim *f* perversa est, & *g* infideles filii. Ipsi *h* me provocaverunt in eo, qui non *i* erat Deus, & irritaverunt in vanitatibus suis. Et *k* ego provocabo in eos, qui non *l* est populus, & in *m* gente stulta irritabo illos. Ignis *n* succensus est

deret fructus agrorum. *a* Ut sugeret mel] Primo generaliter dixit fertilitatem terræ, *ibi*. Fructus agrorum, modo vero specificat. Ad litteram autem per ea, quę hic enumerat, terræ fertilitas, & omnium rerum abundantia designatur. Mystice autem pinguedo fidei, charitatis, & aliarum virtutum designatur. *Greg.* dicit. Hoc juxta historiam factum nusquam legitur, sed de petra, idest de Christo adhuc mortali, mel suxerunt, quibus dulcedinem miraculorum ostendit. Firma petra oleum fudit, quia post resurrectionem impassibilis, per afflationem Spiritus Sancti donum S. Unctionis donavit. Exponitur tamen ad litteram sic: *b* Mel de petra,] idest de arboribus terræ petrosæ, & saxosæ, & difficilis ad laborandum. Unde per hoc, quod dicit, mel, & oleum, intelligitur abundantia arborum fructuosarum. Per hoc, quod dicit, fructus agrorum, fertilitas, sive copia segetum. Per hoc quod dicit, butyrum, & lac, fertilitas pascuarum. Per hoc, quod dicit, sanguinem uvæ, &c. fertilitas vinearum. *c* Butyrum, &c.] *Job* 29. Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat rivos olei. *Isai.* 7. In die illa nutriet homo vaccam boum, & duas oves, & præ ubertate lactis comedet butyrum. Butyrum enim, & mel comedet omnis homo. Et nota, quod dicit præ ubertate lactis comedet butyrum, quia simplex doctrina efficacior est, quam subtilis ad efficiendum pinguedinem charitatis in auditoribus. *d* Et arietum filiorum Basan:] idest agnorum, & arietum, qui sunt nutriti in terra Basan. Basan enim est regio pascuosa, abundans pecoribus *Num.* 32. Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ Tribui Manasse tradita est, quia habebant pecora multa. *e* Et hircos cum medulla] Repete, ut comederet. Homo enim non sugit hircos, neque triticum, sed utrumque comedit. Et ideo melius repetitur, verbum comedendi, quam sugendi, utrumque repetitur, alicubi hoc, alicubi illud. Ad litteram plana sunt.

Mystice. Mystice. Adeps arietum, & hircorum, doctrina est Apostolorum, quæ comeditur in Ecclesia, quando fide tenetur, & opere adimpletur. Medulla tritici est pinguis refectio corporis Christi. Triticum enim Christus est, *Joan.* 12. Nisi granum frumenti, &c. Sanguis uvæ, sanguis Christi, qui sumitur in altari: Christus enim uva est. *Num.* 13. Exploratores absciderunt palmitem cum uva sua, quam portaverunt duo viri in vecte. *Gen.* 49. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum. *f* Incrassatus] *Interl.* divina largitate. Ostensa fertilitate terræ, ad quam ducendi sunt, ostendit quasi prophetice quid accidet ex illa fertilitate, quia scilicet contra Dominum repugnabunt, & ejus, qui tot beneficia eis contulit, obliviscentur idolis adhęrentes. *g* Dilectus,] *Interl.* Israelita, vel Christianus. *h* Recalcitravit,] *Interl.* contemnendo præcepta, & ingratus benefactori, & contumeliosus. *i* Incrassatus,] Scientia. *k* Impinguatus,] Virtute. *l* Dilatatus.] *Interl.* Multiplicatus, ut numerari non posset. Vel dilatatus, mala dilatatione peccatorum, quæ dilatatio oritur pinguedine temporalium. Juxta illud. Luxuriant animi rebus plerumque secundis. *Oseæ* 2. Dedi eis aurum, & argentum, & ipsi fecerunt Baal. *Idem* 13. Adimpleti sunt, & saturati, & elevaverunt cor suum, *Jerem.* 5. Saturavi eos, & mæchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. *Idem eod.* Magnificati sunt, & dilatati, incrassati sunt, & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. *Idem* 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? *Psal.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. *m* Dereliquit Deum] Post tanta beneficia. *Jerem.* 2 Dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. *n* Et recessit] Sequendo idola. *Jerem.* 2. Elongaverunt a me, & ambulaverunt post vanitatem. Hoc enim necesse est, ut qui declinat a veritate, sequatur vanitatem. *o* Provocaverunt] Ecce ostendit beneficia Dei, ut sic per Antithesim ostenderetur eorum ingratitudo. Ea enim, quæ eos debuerant trahere ad amorem Dei, occasionaliter traxerunt ad oblivionem ejus, & peccatorum abominationem. *p* In diis alienis,] idest in idolis. *q* Ad iracundiam] idest ad vindictam. *r* Immolaverunt.] Ostendit, quomodo contaminaverunt Deum. *s* Dæmonibus,] filios, scilicet & filias trajiciendo per ignem. Item dæmon interpretatur, sciens. Dæmonibus ergo immolat, qui tantum propter scire, scire laborat. Scire enim velle propter scire, turpis curiositas est, ut dicit *B. Bern.* Histrionibus dare, est dęmonibus immolare, ut dicit *Hieron.* *t* Novi recentesque] *Gloss.* Recedentes a cultura Dei, invenerunt sibi deos, quos patres eorum non coluerunt. *Jerem.* 2. Dicentes ligno, pater meus es tu; & lapidi, tu me genuisti. *u* Quos non coluerunt] quasi dicat a se habuerant, quia nullus ante eos sic fecit, & ideo gravius peccaverunt. *x* Oblitus es.] *Psal.* 9. Non est Deus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. *y* Vidit] scilicet aversionem, quasi dicat ne credatis, quod Dominus ignoret, imo videt. Omnia enim nuda, & aperta sunt oculis ejus. *Heb.* 4. Dominus inquam videt, qui potens est vindicare, quando voluerit, cujus voluntati nihil resistere potest. Sed possent dicere Judæi, verum est, quod Dominus omnia videt, quod potest vindicare quando placuerit ei, sed nunquam placebit, ideo addit.

C

z Et ad iracundiam, &c.] Et ne crederet aliquis, quod injuste irasceretur, ideo addit:

a Quia provocaverunt eum,] quasi dicat non est a Deo, quod irascitur; quia ira non cadit in Deum, sed a populo, qui eum per peccata provocavit.

b Filii sui, &c.] *Interl.* Quos in filios, & filias elegerat, idest uterque sexus. 2. *Reg.* 16. Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam, *Isai.* 1. Filios enutrivi; & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. *c* Abscondam faciem] *Interl.* Subtraham auxilium, notitiam, benevolentiam. Vel sic, idest non tuebor. *d* Considerabo] *Interl.* expectabo, ad quem finem venient. *e* Novissima eorum,] i. tormenta, quæ eos manent in novissimo. *Psal.* Prospicit, quod veniet dies ejus. Sed hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, &c. Et nota duplicis pęnæ comminationem. Pœnam scilicet damni, idest subtractionem gratiæ, & carentiam visionis divinæ comminatur, cum dicit: Abscondam faciem meam ab eis. Pœnam sensus, i. tormenta gehennæ comminatur, cum dicit: Considerabo novissima eorum. Prior pœna gravior est quoad damnum, secunda vero gravior quoad sensum. *f* Perversa] *Interl.* voluntate, & operatione, reddens mala pro bonis. *g* Infideles filii] *Interl.* Fidem Deo promissam non servantes. *h* Ipsi me provocaverunt] q.d. non ego, quia mitis sum natura, sed ipsi me provocaverunt ad vindictam. *Sap.* 1. Deus non fecit mortem, nec lætatur in perditione vivorum, injustitia autem mortis acquisitio, impii autem manibus, & verbis accersierunt illam. *Isai.* 27. Irascetur, ut faciat opus suum. Alienum est opus suum, ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo. *i* Qui non erat Deus,] Idola, scil. colentes. *k* Ego provocabo eos, &c.] q.d. Ipsi colentes idola, & mihi præponentes, quæ mihi super omnia displicent, ad iracundiam provocaverunt. Et ideo in pęnam hujus facti, ego populum illum, quem super omnia odio habent, scilicet gentilem, assumam, & exaltabo super capita eorum, ut sic pęna culpæ respondeat. Et est hic aperta prophetia de vocatione gentium, & reprobatione Judæorum. *l* Qui non est populus,] *Interl.* quia Deum ignorant, qui vere est. *m* In gente stulta] Secundum opinionem Judæorum, qui reputabant gentiles stultos, quia non habebant scientiam legis, & prophetiæ. *Oseæ* 2. Miserebor ejus, qui fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet: Deus meus es tu. Hoc de vocatione gentium. *Idem* 1. Vocabo nomen ejus non populus meus, quia non populus meus vos, &c. Hoc de reprobatione Judæorum. Sed ne quis crederet quod vindictam differret Dominus, ideo subdit: *n* Ignis succensus est] Quasi dicat, jam ardescit vindicta mea, nec amplius differam. De hoc igne dicitur

Psalm. 10. *Psalm.* 72. *Rom.* 10. *Jer.* 15. *De pœn. dist.* 1. §. *authoritas.*

in furore *a* meo, & ardebit usque *b* ad inferni novissima. *c* Devorabitque terram cum *d* germine suo, & montium *e* fundamenta comburet. *f* Congregabo super eos *g* mala, & *h* sagittas meas *i* complebo in eis. k Consumentur fame, & *l* devorabunt *m* eos *n* aves *o* morsu amarissimo. *p* Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore *q* trahentium super terram, atque *r* serpentium. *s* Foris vastabit eos gladius, & intus *t* pavor, *u* juvenem simul, ac virginem lactentem cum homine sene. Et dixi: *x* Ubi nam sunt? *y* Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed *z* propter iram inimicorum *a* distuli, ne forte superbirent hostes eorum, & *b* dicerent: *c* Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia, Gens *d* absque consilio est, & *e* sine prudentia, utinam *f* saperent, & *g* intelligerent, ac *h* novissima *i* providerent. k Quomodo persequatur unus mille, & *l* duo fugent decem millia. *m* Nonne ideo, quia *n* Deus suus vendidit eos, & Dominus *o* conclusit illos. Non *p* enim est Deus

D *Isai.* 66. quod vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. *Ibid.* 23. Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? *Soph.* 1. In igne zeli ejus devorabitur omnis terra, & consummationem cum festinatione faciet. Item *Soph.* 1. Juxta est dies Domini magnus, & velox nimis. *a* In furore] In hoc notatur acerbitas pœnæ. In hoc, quod sequitur. *b* Usque, &c.] notatur perpetuitas pœnæ. Unde *Interl.* ibi dicit: Usque in æternum puniendo. *c* Devorabit terram] *Int.* i. reprobos terrena diligentes.

d Cum germine suo,] i. cum operibus malis. *Sap.* 14. Etenim, quod factum est cum illo, qui fecit, tormenta patietur. *Eccl.* 27. Conteretur cum delinquente delictum. *e* Montium] i. superborum. *e* Fundamenta] i. spem vel fiduciam, vel consilia, quibus se credebant impune peccare. Unde dicunt *Soph.* 1. Non faciet Dominus bene, & non faciet male. *f* Congregabo] i. congregari permittam. Comminationes exaggerat, sive multiplicat hic Moyses, ne promissiones præmiorum, sive beneficiorum jam exhibitorum collationes negligant, ut sic saltem terrore convincatur duritia eorum. Et nota, quod dicit: Congr. super eos mala. Sicut enim latronibus deprehensis fit, scil. quod res furtiva ad collum eorum suspenditur, sic mali causam suæ damnationis secum deferent, scil. opera mala. *Apoc.* 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Et dicetur cuilibet: Ecce homo, & opera ejus cum eo. *Thren.* 1. Vigilavit jugum iniquitatum mearum in manu ejus, convolutę sunt, & impositæ collo meo. *g* Mala,] *Int.* i. flagella, quæ sustinentibus videntur mala, sed Deo bona, quia justa. *h* Sagittas] Sagittæ Domini ultiones ejus sunt, quas ab arcu suo, i. a Sacra Scriptura per sagittarios suos, i. Prophetas & Apostolos multo tempore ante emisit. De his sagittis dicit David. Sagittæ potentis acutæ. Ita quidem ut animam penetrent. Item 4. *Reg.* 13. Sagitta Domini contra Syriam. Sunt autem 7. sagittæ Domini quibus vulnerat in præsenti, ut dicit *B. Bern.* Fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, infirmitas, 7. mortis necessitas. Qui bene se habet ad sex primas, non timet septimam. Unde *Job* 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Has sagittas infixit Dominus Adę pro peccato ejus, & toti posteritati ejus. Unde *Ps.* 37 Sagittę tuę infixę sunt mihi. *i* Complebo in eis.] i. perficiam. Unum enim est flagellum, quod in pręsenti incipitur, & in ęternis suppliciis consummatur, ut dicit *Gregor.* k Consumentur fame,] Ad litteram in eversione Jerusalem factum est hoc. *Thren.* 2. Matribus suis dixerunt, ubi est triticum, & vinum, cum deficerent. Mystice. Consumentur fame Verbi Dei, & sterilitate bonorum operum. *Amos* 8 Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. *l* Devorabunt in pręsenti per culpam, in futuro per pœnam. *m* Eos] scil. peccata perpetrantes. *n* Aves] Dæmones, leves, & instabiles. *o* Morsu amarissimo.] Morsus diaboli amarus est in peccati perpetratione, amarior in separatione animę, amarissimus erit in corporis resumptione. *Jer.* 19. Dabo cadavera eorum escam volatilibus cœli, & bestiis terræ *Job* 39. Clamorem exactoris, &c. *Gl.* Exactor potest dici diabolus, qui suadendo intulit culpam, sęviendo exigit pœnam. *p* Dentes, &c.] Dæmones dicuntur bestiæ, propter ferocitatem. Item ad litteram, Leones, Ursi, Lupi, laniabant eos, i. cadaver in obsidione, & captivitate Jerusalem, a Babylonis, & etiam a Romanis. *q* Trahentium] supple eos. *Interl.* Super terram trahuntur, quia in terrenis dissipantur. *r* Serpentium.] i. decerpentium eos. Vel aliter. Dentes bestiarum immittam in eos, & furorem trahentium, & serpentiū, i. animaliū, quæ trahunt se super terram. Reptilium enim tria sunt genera. Trahentium, ut vermes, qui se ore trahunt. Serpentium, ut colubri, qui vi costarum se rapiunt. Repentium pedibus, ut lacertę, botraeq. Immissionem harum bestiarum ad litteram comminatur, per quas Mystice dæmones signantur. *s* Foris vastabit] Ad litteram planum est hoc, de obsidione Jerusalem a Babylonis, extra civitatem vastabit eos gladius hostium. *t* Intus pavor,] Mortis. *Thr.* 1. Foris interficit gladius, & domi mors, &c. Moraliter Foris vastat gladius apertæ tentationis, scil. in sęculo. Et intus, i. in claustro, pavor occultę tentationis. Et bene dicit intus pavor, quia plus timet quilibet minimam tentationem in claustro, quam timeret magnam in

sæculo, quia quanto magis vult cavere peccatum, tanto magis timet incurrere peccatum. Vel foris in corpore, vastat gladius, i. aperta persecutio tyrannorum, hereticorum, detractorum, invidorum, & hujusmodi. Intus, i. in anima pavor occultę suggestionis, dæmonum, & malarum cogitationum, & remorsus conscientiæ, in recordatione peccatorum præteritorum. Item *Gloss.* Corpus ignis æterni torquebit exustio, & mentem angustiæ magnitudo. Unde *Isai. in fin.* Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. *u* Juvenem simul,] quia omnes maculaverat idololatria, jam omnibus pœnam comminatur. Parvuli enim per ignem trajiciebantur in veneratione idolorum. Unde per hoc innuitur, quod de omni ætate, & sexu aliqui damnabuntur. Ad litteram in captivitate Babylonica Chaldæi, nulli sexui, nulli ætati parcebant. *x* Ubinam sunt?] quasi dicat, ubi sunt honores, quos habuerunt, ubi divitiæ, ubi deliciæ? Respondit *Psal.* 9. Periit memoria eorum cum sonitu. *Sap.* 2. Nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum nostrorum. Item hic dicit *Interl.* Non ex ignorantia interrogat, sed ut corripiat. *y* Cessare faciam] *Gl.* A terra sua ejecti, & per totum orbem dispersi sunt. Generaliter vero peccatores tollentur de terra sanctorum, & memoria eorum. Unde propterea destruet te Deus in finem, evellet, &c. *z* Sed propter iram,] &c. q.d. hoc comminatus sum. Sed ne hostes eorum superbirent, & sibi, non mihi ascriberent, ideo distuli vindictam, quam comminatus sum populo meo, non tamen abstuli. Et hoc est. Sed propter. Et est argumentum, quod propter malitiam hostium parcendum est domesticis peccantibus. Unde *Exod.* 30. dixit Moyses ad Dominum. Ne quæso dicant Ægyptii, callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret de terra, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Inde est quod Ezechias in oratione sua pro civitate Jerusalem, non allegavit merita sua, sed malitiam Sennacherib. *Isai.* 37. dicens, Aperi oculos tuos, Domine, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quę misit ad blasphemandum Deum viventem. *a* Distuli,] *Gl.* ne blasphemarent nomen meum, nec tamen abstuli vindictam. *b* Dicerent:] Sibi arrogantes, superatis, scil. Judæis. *c* Manus] i. potentia. *d* Gens absque, &c.] Ita dicerent hostes superatis Judæis, quia gens absque, &c. Gens, scil. Judæorum. Vel ita, distuli vindictam, ne insultarent eis, i. Judæis, hostes eorum, quia ferre non possent. Quia gens absque consilio, idest, Judæi. Consilium est de præsentibus, prudentia de futuris. Vel Consilium est in præcavendis malis, prudentia in acquirendis bonis. Vel consilium in discernendo, prudentia in eligendo, & exequendo. *e* Sine prudentia,] *Interl.* providentia. *f* Saperent,] per se. *g* Intelligerent,] per doctores. *h* Novissima] tormenta, scil. vel præmia. *i* Prævidèrent] in præsenti, quia nunc est tempus providendi, tunc erit tempus accipiendi provisa. Vel aliter. Saperent, idest, pensarent præsentia. Intelligerent præterita. Providerent futura. *Jer.* 2. Vide vias tuas in convalle, scito, quid feceris, explicans vias tuas cursor levis. Vel utinam saperent homines, quid sint, quia vas stercorum. Intelligerent, quid fuerunt, quia sperma fœtidum. Providerent quid erunt, quia esca vermium. *B. Bern.* Cogita homo unde veneris, & erubesce: ubi es, & ingemisce: quo vadis, & contremisce. *k* Quomodo, &c.] Resume. Utinam saperent. Quomodo persequebatur unus gentilis mille Judęos, i. pauci plurimos. Vel aliter. Unus de Judęis antiquitus fugabat mille gentiles. *l* Et duo, &c.] idest pauci plurimos, modo e converso. Sed quare hoc? *m* Nonne ideo,] q.d. ideo est hoc. *n* Quia Deus suus, &c.] i. inimicis tradidit. *o* Conclusit] in manibus inimicorum, i. concludi permisit. *Job* 16. Conclusit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. *p* Non enim, &c.] Vere Deus vendidit, & conclusit illos. Et hoc quidem potuit. Non enim, &c. Et est Metaplasmus. Inducit enim ipsos Judæos loquentes, quasi dicat, ita fecit Deus, quia potuit, quia non est ut dii eorum, qui nihil possunt. *Jer.* 2. videte, si factum est hujuscemodi, si mutavit Gens deos suos. Et certe ipsi non sunt dii. Vel ipse Moyses loquitur complectens alios Judæos secum.

Psalm. 51.

Psalm. 6.

a Et

a Et inimici, &c.] q.d. Non tantum nos dicimus hoc, sed & ipsi inimici nostri testificantur, quod Deus noster est, sicut dii eorum. Nam qui idola colunt, etiam unum Deum Creatorem omnium esse intelligunt, sed in assignatione, qui illud sit, errant. Vel aliter: inimici nostri sunt judices, i. dominantur, & imperant, licet Dominus noster non sit, ut dii, i. licet Dominus sit fortis, & potens, & dii eorum idola surda, & vana, omnino impotentia, tamen inimici nostri sunt judices nostri: & quare hoc? Nonne ideo, &c. b De vinea] Causam reddit, quare Dominus conclusit eos, quia scil. vinea eorum, &c. idest, quia similes sunt Sodomitis, qui propter peccata sua succensi sunt a Domino, & loquitur Moyses de populo Israel metaphorice, comparans illum vineæ incultæ, quæ labruscas facit. Is. 5. Plantavit vineam electam, & ædificavit turrim in medio ejus, & torcular extruxit in ea, & expectavit, ut faceret uvas, & ipsa fecit labruscas. Et inf. Vinea enim Domini exercituum, domus Israel est. Dicit ergo: Vinea eorum, i. ipsi, qui dicuntur vinea exculta per Prophetas, septa sepibus, i. custodia Angelorum hæc inquam vinea est de vinea Sodomorum, i. eorum vitiis sunt corrupti. Sodoma, muta: Gomorrha aspera interpretatur. Et ipsi muti sunt in laude Dei asperi in necessitatibus proximi. Is. 56. Universi canes, non valentes, &c. [Uva eorum,] i. ipsi, qui uva sunt, vel comparatur uvæ. d Uva fellis] i. fellita, i. degeneres, & amari sicut Sodoma, quæ vim fecit naturæ. e Vinum eorum,] Ad literam, vinum cum felle mixtum Christo in Cruce obtulerunt. Ipsi etiam pro vino lætitiæ habent venenum nequitiæ. f Aspidum] *Interl. Plin.* ait, venenum aspidis aceto repelli: Sic dicimus peccatum fide, & memoria passionis Christi expelli. g Insanabile.] *Int.* Nisi summus medicus subvenerit. h Nonne hæc] q.d. ita faciunt, & putant evadere, & me non curare, & ignorare. Ideo subdit: Nonne hæc, &c. q.d. sic. *Job* 14. Signasti quasi in sacculo delicta mea. *Gloss.* Signat delicta in sacculo, quia ea in secreto judiciorum servat, ut feriat tempore suo. Unde sequitur: m Mea est ultio,] Argum. est, quod pecunia a prælatis exacta, non est eorum, sed Domini. Unde videtur, quod peccent, qui in usus suos expendunt talem pecuniam. Hic est etiam argum., quod peccatum est suam injuriam vindicare, quia Domini est ultio. Unde *Eccl.* 28. Qui vult vindicari a Deo, inveniet vindictam, & peccatum illius servans servabit. *Rom.* 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ: Ibi *Gloss.* non referientes. i Condita] in judicia præferenda, dicit *Interl.* k Apud me,] Cui omnia sunt præsentia, & ideo nulla oblivio. l In thesauris meis?] idest in memoria æterna. *Job* 38. Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti? In his thesauris modo peccata reproborum, qui prosperantur in tempore, sunt signata, & reposita, sed in furore apertis thesauris omnia manifesta erunt. *Dan.* 7. Judicium sedit, & libri aperti sunt. Et bene in thesauris hæc signata sunt, quia m Mea est, &c.] i. ad me pertinet hæc ultio. In cujus figura vidit *Jo. Apoc.* 1. similem filio hominis, de cujus ore exibat gladius ex utraque parte acutus. n Retribuam] *Gloss.* dicit hic: Paulus de hoc loco sumpsit: Mihi vindictam. (*Rom* 12.) & ego retribuam secundum merita, scil. o In tempore] Opportuno, quia cum accepero tempus, ego justitias judicabo. Hic Moysi pro populo oranti dixit: In die ultionis visitabo hoc peccatum eorum. p Juxta est] i. *Gl.* unicuique. Quicquid enim finitur, brevissimum est, si æternitati comparetur. q Dies perditionis] *Int.* i. ultionis. Et expone, idest, dies judicii, ubi ulciscetur se de hostibus suis. *Isa.* 34. Dies ultionis Domini, annus retributionis Sion. *Job* 21. In diem perditionis servabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Item *Gl.* Secundum historiam, Judæorum vindicta festinat. *Jo.* 11. Quia locum, & gentem, & omnem prosperitatem in brevi perdiderunt, quia Prophetas, & Salvatorem occiderunt. *Matth.* 21. & 23. r Et adesse,] i. ut sint, sive ad essendum. s Tempora.] *Interl.* dicit ventura. Ergo tempus erit post judicium? Verum est, quoad esse, sive quoad essentiam temporis, sed non quoad accidens ei: Mutabilitas enim contrarietatis, quæ annexa erit tempori, non erit sc. de calido in frigidum, de gaudio in tristitiam, & hujusmodi, ad minus ibi, ubi boni sunt, sed forte in inferno erunt, ubi erit omne malum.

Psal. 18. — *Rom.* 12. *Hebr.* 10. — *Jer.* 2. — *Psal.* 71. *Luod.* 32.

t Judicabit] *Interl.* Discernendo a malis: Secundum illud Judica me, Domine, & discerne carnem meam, &c. Hic ostendit, quid facturus sit Dominus, cum venerit dies perditionis: Separabit quidem bonos a malis. Ut dicitur *Matth.* 25. Et bonos eliget, & salvabit, malos autem damnabit.

Judicium:
- Discussionis. *Ps.* 142. Non intres in judicium cum servo tuo, Domine, & hoc erit cum fidelibus tantum.
- Condemnationis. *Ps.* 34. Judica Domine, nocentes, &c. Et hoc erit cum reprobis tantum.
- Discretionis. *Ps.* 42. Judica me, Domine, & discerne causam meam, & hoc erit cum omnibus.
- Absolutionis. *Ps.* 25. Judica me Domine, quoniam ego in innocentia mea, &c. & hoc erit cum electis tantum.

u Miserebitur.] per misericordiam dando æternam beatitudinem. x Videbit,] idest videri faciet. *Ezech.* 21. Tabescet omne cor, & dissolventur universæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: Ecce venit, & fiet, dicit Dominus. y Manus,] eorum scil. id. potestas. Hoc impletum fuit in obsidione Babylonica. Intelligitur etiam de die judicii, ubi malorum potentia omnino annihilabitur. z Clausi] i. obsessi. *Is.* 24. Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur in carcere. a Defecerunt,] Fame, vel capti sunt ab hostibus. b Residuique] Qui in viribus suis confidebant. c Consumpti sunt.] *Interl.* morte. *Ezech.* 6. Qui longe est, peste morietur; qui prope est, gladio corruet; & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur. d Et dicet:] Videntes alii scil. i., quoniam captivati fuerint, sic illudentur ab aliis. e Ubi sunt dii] bene dicit dii, non Deus, quia relicto Deo, qui posset eos juvare, adhæserant idolis, qui non poterant eos ab hostibus liberare. Item dii, sunt potentes hujus seculi. De quibus si quæratur ubi sint, vere potest responderi, quod nusquam, quia separati sunt ab eo, qui vere est, & ubique. Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani; transivi, & ecce non erat; quæsivi eum, & non inventus est locus ejus. Vel, ubi sunt dii, i. divites hujus mundi. *Jer.* 2. Ubi sunt dii tui, quos fecisti; surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ. *Jac.* 5. Aurum, & argentum vestrum æruginavit, & ærugo eorum erit vobis in testimonium. *Job* 20. Divitias, quas devoravit, evomet: Deus extrahet eas de ventre ejus. f Fiduciam] Spem ponentes in eis. *Gl.* dicit, quasi nihil prosunt idola, in quibus confidebant, vel opes, vel honores, vel seculi voluptates, nihil enim secum ferunt de universo labore *Ecc.* 5. Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic revertetur, & nihil auferet de labore suo. g Comedebant, &c.] Contra legem, quæ prohibet omnem adipem comedi. *Lev.* 3. Omnis adeps Domini erit jure perpetuo in cunctis generationibus, & habitaculis vestris, nec adipem, nec sanguinem comedetis omnino. h Vinum libaminum,] Ad literam, quia optima vina offerebantur. Adhuc hoc vitio gulæ multi laborant, qui vinum, quod ad sacrificium pertinet libenter, & sæpius bibunt. *Is.* 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum. *Amos* 6. Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Joseph. i Surgant] Irrisio est. k Opitulentur] i. auxilientur. l Vobis,] Cultoribus suis. m In necessitate] i. quando opus est, & tempus. n Videte] i. intelligite, q.d. idololatria relicta, ad verum Deum convertimini, q.d. ex quo dii vestri non possunt vos juvare, credite, quod ego solus sum Deus, qui ita vos liberavi, & tot, & tanta beneficia, ut dictum est, vobis contuli. o Quod ego sum] *Inter.* dicit proprie. p Solus, *Interl.* Deus: Et loquitur hic Deus Trinitas, qui solus vere, & proprie est, quia nihil habet de non esse; omnis vero creatura de non esse participat, quia omnis creatura de nihilo facta est, & in nihilum per se ipsam rediret, nisi a Deo teneretur in esse. q Propter me.] *Is.* 45. Sciant hi, qui ab ortu Solis, & qui ab occidente, quoniam absque, &c. r Ego occidam,] q.d. vere ego solus sum Deus, quia ego occidam malos condemnando, scil. morte æterna, vel etiam morte temporali interficiam. Vel in bono potest accipi. Occidam veterem hominem cum actibus suis, & vivere faciam novum hominem, qui secundum Deum creatus est. s Vivere faciam] Bonos scilicet vita naturæ, & vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ. t Percutiam,] Infirmitate, paupertate, perse-

Psal. 36.

noster, ut dii eorum, a & inimici nostri sunt judices. b De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ, c Uva eorum d uva fellis, & botri amarissimi. Fel draconum e vinum eorum, & venenum f aspidum g insanabile. h Nonne hæc i condita sunt k apud me, & signata in l thesauris meis? m Mea est ultio, & ego n retribuam in tempore o, ut labantur pedes eorum. p Juxta est q dies perditionis; & r adesse festinant s tempora. t Judicabit Dominus populum suum, & in servis suis u miserebitur. x Videbit, quod infirmata sit y manus, & z clausi quoque a defecerunt, b residuique c consumpti sunt. Et d dicet: e Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant f fiduciam? De quorum victimis g comedebant adipes, & bibebant h vinum libaminum. i Surgant, & k opitulentur l vobis, & in m necessitate vos protegant. n Videte, quod o ego sum p solus, & non sit alius Deus q præter me. r Ego occidam, & ego s vivere faciam, t percutiam

& ego *a* fanabo, & non eſt, qui de *b* manu mea poſſit *c* eruere. *d* Levabo ad cœlum manum meam, & dicam: *e* Vivo ego in æternum, Si *f* acuero, ut fulgur gladium meum, & *g* arripuerit *h* judicium *i* manus mea: Reddam ultionem *k* hoſtibus meis, & his, qui oderunt me, *l* retribuam. *m* Inebriabo ſagittas meas *n* ſanguine: & gladius meus devorabit carnes. De cruore occiſorum, & de captivitate nudati, inimicorum capitis. *o* Laudate *p* gentes *q* populum ejus, quia *r* ſanguinem *a* ſervorum ſuorum ulciſcetur, & vindictam retribuet in hoſtes eorum, & propitius erit terræ populi ſui. *b* Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba cantici hujus in auribus populi, ipſe, & Joſue filius Nun. Complevitque omnes ſermones iſtos loquens ad univerſum Iſrael, & dixit ad eos: *c* Ponite corda veſtra in omnia verba mea, quæ ego teſtificor vobis hodie, ut mandetis ea filiis veſtris *d* cuſtodire, & *e* facere, & *f* implere univerſa, quæ ſcripta ſunt in volumine legis hujus, quia non incaſſum præcepta ſunt vobis, ſed ut ſinguli in *g* eis viverent, quæ facientes longo *h* perſeveretis tempore in terra, ad quam Jordane tranſmiſſo ingredimini poſſidendam. *i* Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in eadem die, dicens: Aſcende in montem iſtum *k* Abarim, idest, *l* tranſitum in *m* montem Nebo, qui eſt in terra Moab contra Jericho, & vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis Iſrael obtinendam, & morere in monte: *n* Quem conſcendens jungeris populis tuis ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus *n* in monte Hor, & appoſitus populis ſuis, quia *o* prævaricati eſtis contra me in

perſecutione. Vel percutiam, i. tribulationi exponam. Juxta illud *Zach.* 13. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. *a* Et ego ſanabo,] *Job* 5. Increpationem Domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus ſanabunt. *Oſ.* 6. Venite, & revertamur ad Dominum, quia ipſe cepit, & ſanabit nos; percutiet, & curabit nos poſt duos dies. *b* De manu] i. poteſtate. Idem *Job* 10. *c* Eruere.] quia quo fugiet? Deus ubique eſt. Unum *Pſ.* 138. Quo ibo a ſpiritu tuo, &c. *Amos ult.* Non erit fuga eis. *d* Levabo, &c.] Modus loquendi eſt. Q. d. credere debetis, quia tacitam, quod comminatus ſum, quia levabo manum quaſi jurando. Unde alia editio habet: Tollam in cœlum manum meam, & jurabo per Deum meum, & dicam: vivo ego in æternum. Ad litteram autem, tollere, & levare manum in cœlum, eſt potentiam ſuam ſuper omnia excellentem oſtendere. Quod fit in punitione malorum, & liberatione bonorum, quod plenius fiet in judicii. Per hoc autem, quod dicit: Levabo manum meam in cœlum, notatur gravis comminatio. Quanto enim magis manum elevat, tanto magis ictus gravat. *e* Et dicam: Vivo ego] Quia vita ſum. *Jo.* 14. Vel Vivo ego in æternum, ſpecies juramenti eſt. Et ſtatim determinat, quid juraverit, cum dicit. *f* Si acuero,] Si, affirmativum eſt, i. acuam, ſc. in captivitate Babyloniæ, vel Romanorum, vel potius in judicio. Si acuero. *Gloſ.* i. ſi repentinam vindictam, & inevitabilem hoſtibus inflixero. *g* Arripuerit] De improviſo. *h* Judicium] i. juſtam retributionem, ſecundum exigentiam divinæ juſtitiæ, quæ ſemper citra merita punit, non ſecundum quantitatem culpæ, quia ſi iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit? *i* Manus mea:] *Gl.* poteſtas divina. *k* Hoſtibus] *Iſ.* 1. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis. *l* Retribuam.] *Pſal.* 93. Redde retributionem ſuperbis. *Soph.* 3. Mane judicium dabit. *Id.* 2. Extendat manum ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur, & ponet ſpecioſam in ſolitudinem. *m* Inebriabo] Dicto, quod ſumet vindictam de hoſtibus oſtendit, qualem, ut magis timeant, quia ſc. crudelitate plenam, quod notat verbum inebriandi: Super quod dicit *Gl.* plenam vindictam ſignat. *Jer.* 6. Crudelis eſt, & non miſerebitur. *Pſ.* 30. Retribuet Dominus abundanter facientibus ſuperbiam. *Iſ.* 34. Gladius meus repletus eſt. De quo vero inebriet, determinat, cum ſubdit: *n* Sanguine, &c.] Littera ſic conſtruenda eſt: Inebriabo ſagittas. *Gl.* ultiones ſubitas, & improviſas, quæ modo occultæ ſunt, ſed ſubito impios penetrabunt. Sanguine. *Gl.* i. perditorum damnatione, vel ad litteram ſanguine Judæorum in utraque captivitate. De cruore occiſorum. Expoſitio eſt ejus, quod dixerat, ſanguine, q.d. plenam vindictam accipiam de eis, i. de Judæis occiſis in captivitate. Unde ſubdit: De captivitate nudati inimicorum cap. i. Judæorum, quorum capita radebant, & nudabant capillis, & ſic eos vendebant, & captivos tenebant, in deriſionem eorum. Modo reſume: Et gladius meus, i. divina ſententia. Devorabit carnes, i. carnales Judæos, vel quoslibet carnalia ſapientes in captivitate, vel in extremo judicio. Myſtice ſic: Inebriabo,] i. inebriari permittam. Sagittas meas, i. illos, qui futuri ſunt ſagittæ meæ, ſcil. doctores, & prædicatores. *Jer.* 1. Poſui te quaſi ſagittam electam. Sanguine, i. peccato. *Oſ.* 4. Sanguis ſanguinem tetigit. Et de cruore occiſorum, i. peccato eorum, quos occiderunt malo exemplo, & perverſa doctrina. Et de captivitate nudati inimicorum capitis, i. malis exemplis denudantium caput, i. mentem virtutibus. Et poſtquam ita peccaverint: Gladius meus, i. ſermo meus. *Hebr.* 4. qui penetrabilior eſt omni gladio ancipiti: Devorabit carnes, i. carnalia vitia. Hoc totum patet in Paulo, & in multis aliis, qui prius magni peccatores fuerunt, & poſtea magni prædicatores. *o* Laudate] Oſtenſa malorum pœna, concludit Moyſes canticum in laude bonorum; q. d. ita faciet hoſtibus ſuis, quia eos occidet, & amicos ſuos vivere faciet. Et ideo *p* Gentes] quæcunque laudate, i. dignum laude dicite. *q* Populum ejus,] i. populum Dei, qui ſcil. populus tantum, & talem habet defenſorem, & non ſolum defenſorem, ſed etiam inimicorum punitorem. Hoc planius fiet in judicio, ubi boni omni laude digni apparebunt, quando dicetur beatus populus, cujus Dominus Deus ejus. *r* Sanguinem] i. afflictionem, vel martyrium. *a* Servorum] i. Sanctorum. Unde: Vindica, Domine, ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. *b* Venit ergo, &c.] de tabernaculo, ubi cum Joſue vocatus fuit a Domino, ubi etiam Dominus docuit eos canticum iſtud, ut dictum eſt *ſup.* 31. *c* Ponite corda] ut intelligatis, & memoriter teneatis, i. corda aptate, & præparate ad hoc. Simile in *Pſ.* 47. Ponite corda veſtra in virtute ejus, ut enarretis in progenie altera. *d* Cuſtodire,] Mente, *Prov.* 7. Fili cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi. *e* Facere] opere ſcil. *Jac.* 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. *f* Et implere] Recta intentione, *ſup.* 16. Juſte quod juſtum eſt exequeris. *g* In eis viverent,] i. vitam per eorum impletionem haberent, & ex tranſgreſſione eorum mortem incurrerent: Et intelligitur de vita ſpirituali. Tamen Apoſt. *Gal.* 3. intelligit de vita temporali. Lex, inquit, non eſt ex fide, ſed qui fecerit, vivet in ea, i. evadet pœnam, vel mortem corporis. *h* Perſeveretis] Quia ſine perſeverantia nihil prodeſſet obſervantia mandatorum ad ſalutem ſcil. *Matth.* 10. Qui autem perſeveraverit, hic ſalvus erit, q. d. & non alius. *i* Locutuſque eſt] huculque facta eſt recapitulatio, quod ſequitur eſt additio, ubi præcipit Dominus Moyſi, ut aſcendat in montem Abarim in montem Nebo, i. per illum tranſeat in illum. Et inde terra promiſſionis contemplata, ibidem poſtea moreretur. Sed Moyſes antequam aſcenderet, benedixit filios Iſrael. Sed nota, quod ſecundum quoſdam, mons Abarim, & mons Nebo, diverſi ſunt montes, de uno tranſivit Moyſes in alium: Ita videtur *Magiſter* velle *in hiſtoriis*. Secundum alios idem mons eſt: Et eſt ibi inculcatio ubi dicitur, in montem Abarim, in montem Nebo. Secundum alios Abarim nomen eſt totius montis, Nebo vero eſt nomen partis ejuſdem montis, ſicut mons Sinai, mons quidam eſt, & mons Horeb eſt quædam pars ejuſdem montis. Similiter mons Jovis, quidam mons eſt, columna Jovis eſt pars quædam ejuſdem montis. Alii dicunt, & forte verius, quod Abarim mons eſt habens duos colles, Nebo ſcil. & Phegor, & in Phegor mortuus eſt Moyſes. Et ſi invenias alicubi, quod in Nebo, ideo dictum intellige, quod per Nebo tranſivit in Phegor, vel propter vicinitatem collium. Dicitur etiam regio illa Phaſga, a Phegor colle, inde etiam dicitur mons Phaſga, i. illius regionis. Ipſe etiam mons Abarim Phaſga dicitur. Aliter diſtinguitur *inf. circa fin.* Aſcendit in montem. Idem *Num.* 27. *l* Tranſitum] Hoc non eſt de textu, ut dicitur, ſed expoſitio ejus, quod dictum eſt Abarim, & vitio ſcriptorum inſertum eſt textui, quia forte interlinearis erat. Vel eſt de textu, & eſt ſenſus. *k* Abarim] i. tranſitum, i. qui erat tranſitus in monte Nebo. *m* In monte Nebo,] Quaſi in partem illam primo, quæ dicitur Nebo. *n* In monte Hor,] *Nu.* 20. *o* Quia prævaricati eſtis] Propter hoc dixerunt quidam Moyſen damnatum, cum non legatur ejus pœnitentia. Sed falſiſſimum eſt; Nam ſi hoc eſſet verum, nomen ejus taceretur in Eccleſia, cum ejus

Pſal. 143. *Pſal.* 78. *Pſal.* 139. *Num.* 20.

ejus lectio recitatur, sicut tacetur nomen Salomonis, quando ejus libri leguntur. Et ubique dicitur liber Sapientiæ, sive lectio libri Sapientiæ, sive sit de libro Sapientiæ, sive de Ecclesiaste, sive de alio suo libr.

A

a Deserti Sin,] *Num.* 20.
b Non sanctificastis] i. non sanctum ostendistis sine dubitatione mandatum Dei peragentes ad aquas contradictionis.
b E contra,] i. ex opposito.

medio filiorum Israel ad aquas contradictionis Cades *a* deserti Sin, & non *b* sanctificastis me inter filios Israel. *b* Econtra videbis eam, & non ingredieris in eam, quam ego dabo filiis Israel.

C A P. XXXIII.

HÆC *c* est benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel ante mortem suam, & ait *c* *d* Dominus de Sina *e* venit, & *f* De Seir ortus est nobis: *g* Apparuit de monte Pharan, & cum eo *h* sanctorum millia. *i* In dextera ejus ignea lex, *k* dilexit *l* populos omnes, *m* sancti *n* in manu illius sunt, & qui *o* appropinquant *p* pedibus ejus, accipient de doctrina illius. *q* Legem præcepit nobis Moyses, *r* hæreditatem multitudinis Jacob. *ſ* Erit apud rectissimum *t* Rex, congregatis principibus populi cum Tribubus Israel. *u* Vivat Ruben, & non moriatur, & *x* sit parvus in numero. *y* Hæc est Judæ benedictio;

minem *Jo.* 13. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, &c. Hæc in linguis igneis data est; *Act.* 2. Quia spiritu ferventes, & operatione lucentes fecit. Sed quia non uni populo, sicut lex Moysi, sed omnibus data est, unde & omnium linguis loquebantur Apost. Sequitur: *k* Dilexit] Eos Dominus, scil. quos in tantum dilexit, quia pro omnibus mortuus est. 1. *Jo.* 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit. *Jo.* 15. Majorem hac dilectionem, &c.

E X P O S I T I O
C A P. XXXIII.

HÆC *c* est benedictio,] Moriturus Moyses more antiquorum benedixit populo, quem regendum a Deo susceperat: De qua benedictione agit hic Moyses. Et bene in fine Deuteronomii, per quem Evangelium designatur, posuit Moyses benedictionem ascensurus in montem, quia & Christus post completionem Evangelii ascensurus in cœlum, elevatis manibus in discipulos suos, benedixit. Præponit autem Moyses quasi titulum benedictionibus istis, dicens: Hæc est benedictio, &c. Et postea benedictiones inchoat dicens: *d* Dominus de Sina] Tradunt Hebræi, quod Dominus misit Angelos suos ad Idumæos, & Ismaelitas in Pharam, & obtulit illis legem suam, quam cum recipere nollent, venit ad Judæos in monte Sina cum multis millibus Angelorum. Et hoc est, quod dicit: Dominus de Sina, &c. *e* Venit,] Vel veniet per legem datam, in Sina visitavit nos. Tria sunt, per quæ venit Dominus ad nos. De Sina, per flagella; de Seir, per memoriam peccatorum; de Pharan, per exempla Sanctorum. *f* De Seir ortus] *Aug.* ponit aliam editionem, dicens: Dominus de Sina venit, & alluxit ex Seir nobis, festinavit ex monte Pharan cum multis millibus, Cades ad dexteram ejus Angeli cum eo, & pepercit populo suo, &c. Et dicit *Aug.* Cum Seir sit mons Idumææ possunt ad quem Judæi nunquam intraverant, quod hæc non stare possunt ad litteram, sed potius mystice intelliguntur. Possunt tamen bene intelligi secundum litteram hoc modo: Dominus de Sina venit, i. per legem datam in Sina nos visitavit, & de Seir ortus est nobis. *g* Apparuit] nobis [de monte Pharan,] i. ab Idumæis, & Ismaelitis, qui habitabant in Pharan, relictis in errore suo, venit ad nos, dans nobis legem per Moysen in Sina. Mystice.] Dominus venit de Sina, i. ex lege data in Sina credentibus innotuit. De Seir ortus est, i. ex Judæis hispidis natus est. Apparuit nobis de Pharan, i. de ferocitate infidelium. Quanto enim ferocitas infidelium contra eum exarsit, tanto altius deitatis notitia crevit. Vel de Sina, i. ex Judæis: De Seir, i. gentibus est, quia de utroque populo natus est Dominus, scil. de Booz, & Ruth. *Is.* 16. Emitte agnum Domine, & Dominatorem terræ, &c. idem *Habac.* 2. Dominus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan. *h* Sanctorum millia,] scil. Angelorum. Mystice vero sancti primitivæ Ecclesiæ. *i* In dextera, &c.] i. tabulæ, in quibus erat lex, quæ dicitur ignea, i. lucida, & illuminans. *Ps.* 18. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Item lucerna pedibus meis, &c. *Prov.* 6. Mandatum lucerna est, & lex lux. Item dicitur ignea, quia sicut ignis calefacit, & purgat metalla, sic lex calefacit corda, & purgat peccata. *Jer.* 23. Nunquid non verba mea sunt ignis? *Ps.* 118. Ignitum eloquium tuum, &c. Vel dicitur ignea, quia in igne data. Unde *Exod.* 19. dicitur, quod in donatione legis fumabat mons, & audita sunt tonitrua, & lampades coruscantes: Item lex ignea dicitur Evangelium, quod docet, & prædicat charitatem, quæ est ignis inflammans per amorem Dei, & proximi. *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur? Lex ignea dextera est, qui filius, qui est dextera patris, legem charitatis attulit, sicut Moyses legem severitatis. *Jo.* 1 Lex per Moysen data est. Item lex ignea in dextera est, quia lex charitatis, i. Evangelium æterna promittit, quæ per dexteram designantur, sicut per lævam temporalia. *Cant.* 2. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Hæc lex perfecta est, quia ad perfectum ducit. *Rom.* 13. Plenitudo legis est dilectio, quod non est lex Moysi. *Heb.* 7. Nihil ad perfectum duxit lex. Item dicitur nova lex, quia innovat ho-

l Populos, &c.] Utrosque scil. circuncisionis, & præputii. *m* Sancti] *Lev.* 20. Sancti estote, quia ego sanctus sum. *n* In manu] i. potestate, quia de eis, quæ vult, & sicut vult facit. *Prov.* 21. Cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud. Item in manu Domini sunt, quia defenduntur, & reguntur ab illo. *Sap.* 3. Justorum animæ in manu Dei sunt, &c. *o* Appropinquant] ut discant humiliter, vel qui sequuntur vestigia ejus fide, & dilectione, vel qui se humiliant ei, colendo ipsum, sicut Judæi, qui colebant unum Deum.
p Pedibus ejus,] i. Apostolis, prædicatoribus, qui portant Dominum per universum orbem. *Is.* 52. Quam pulchri super montes pedes evangelizantium pacem. *Apoc.* 1. Pedes ejus similes auricalcho, sicut in camino ardenti. Vel pedibus, i. humanitati ejus. *Ps.* 109. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Vel pedibus appropinquant, qui bona sua pauperibus largiuntur: Et tales accipiunt doctrinam ejus, dicentis; Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. *q* Legem præcepit] Metaplasmus est: Inducit enim populum loquentem, & dicentem: Legem præcepit nobis Moyses. Legem dico, hæreditatem, i. quasi hæreditatem firmiter, & solicite tenendam, & custodiendam. *r* Hæreditatem] dico [multitudinis Jacob,] i. datam multitudini Judæorum natæ ex Jacob. *ſ* Erit] idem, sc. [apud rectissimum,] i. apud Israel, qui interpretatur rectissimus, secundum rectam interpretationem, ut dicit *Hier. sup. Gen.* 32. ubi ab Angelo benedictus Israel vocatus est, i. rectus Dei. Unde *Is.* 44. Audi Jacob serve meus, & rectissime quem elegi. *t* Rex, &c.] i. regens principes populi cum tribubus Israel. Vel sic: Moyses præcepit legem, & ipsa lex erit apud rectissimum, i. apud Israel. Rex congregatis principibus populi, i. concorditer viventibus, quia per legem reguntur, & regunt Tribus subditas. *u* Vivat, &c.] Hucusque generaliter de Tribubus locutus est Moyses; nunc descendit ad singulas, ut singulis benedicat. Et primo ad Tribum Ruben, quia fuit primogenitus Jacob, tamen primogenituræ jura non habebat, sed data sunt filiis Joseph, ut dicitur 1. *Par.* 5. quia cubile patris sui maculavit, ut legitur *Gen.* 49 Dicit ergo: Vivat Ruben, q. d. Licet mortem meruerit maculando lectum patris, tamen vivat, i. non moriatur: Veruntamen, quia ut dicit *Aug.* Deus dedecus peccati non finit esse sine dedecore vindictæ: Sequitur de pœna ejus. *x* Sit parvus] Et ita benedicitur Ruben, & maledicitur. Benedicitur, ibi: Vivat. Maledicitur, ibi: Et sit parvus. Ad litteram: Tribus Ruben non fuit numerosa, neque bellicosa, ut aliæ. Et fuit Moyses benignior Ruben benedicens ei, quam Jacob pater ejus dicens *Gen.* 49. Ruben effusus es, sicut aqua, non crescas. Sed videtur hoc, quod dicitur hic: Non moriatur, contrarium *Lev.* 20. Qui dormierit cum noverca, morte moriatur: sed hoc fecit Ruben, ergo debuit mori. *Sol.* Jura communia, & præcepta disciplinæ, possunt recipere dispensationem ex causa rationabili. Unde licet Absalon maculaverit lectum patris sui, ad concubinas ejus publice accedendo, ut legitur 2. *Reg.* 16. tamē David dispensavit cum eo dicens: Servate mihi puerū Absalon. Ita dispensatur hic cum Ruben. Vel aliter: Hic agitur de Tribu Ruben, quæ non peccaverat, licet pater peccaverit in se, etiam ipse Ruben non punitur morte, quia nondum lex ista fuerat promulgata. Item objicitur de hoc, quod dicitur: Et sit parvus numero, quia Rubenitæ multi fuerunt, ut patet *Nu.* 1. *Sol.* Parvus dicitur respectu Tribus Ephraim, & Tribus Regiæ. *y* Hæc est Judæ] Non servatur hic ordo habitus in benedictionibus Jacob. *Gen.* 49. & tamen non fit hoc sine causa, quia dicitur *Job* 5. Nihil fit in terra sine causa, i. in S. Scriptura. Sed

1. *Reg.* 18.

causam

a Audi, Domine, vocem Judæ, b & ad populum suum introduc eum: c Manus ejus pugnabunt pro eo, & adjutor illius contra adversarios ejus erit. d Levi quoque ait: e Perfectio tua, & doctrina tua f a viro sancto tuo, g quem h probasti in tentatione, i & judicasti k ad aquas contradictionis: l Qui dixit patri suo, & matri suæ: nescio vos: & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos. Hi custodierunt m eloquium tuum, & n pactum tuum servaverunt, o judicia tua o Jacob, p & legem tuam o Israel. Ponent thymiama in q furore tuo, r & holocaustum super altare tuum. f Benedic, Domine, fortitudini ejus, t & opera manuum illius suscipe. u Percute dorsa inimicorum ejus, & qui oderunt eum non consurgant. x Et Benjamin ait: y Amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die morabitur, & inter z humeros illius requiescet. a Joseph quoque ait: b De benedictione Domini c terra ejus, de pomis d cœli, & rore, atque abysso subjacente. De e pomis fructuum Solis, ac Lunæ, de vertice f antiquorum montium, de pomis collium g æternorum, & de frugibus terræ, & de h plenitudine ejus. i Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat super caput Joseph, & super verticem k Nazaræi inter fratres suos: l Quasi primogeniti tauri m pulchritudo ejus

B

causam istam ad præsens non curamus, quia forte magis difficilis, quam utilis. a Audi, Domine,] De Juda quasi de præliante loquitur Moyses, alludens prophetice ei, quod legitur Jud. 20. Consuluerunt filii Israel Dominum, atque dixerunt: Quis erit princeps in exercitu nostro contra Benjamin? Et respondit Dominus: Judas sit princeps vester. Et est sensus ad litteram: Audi, Domine, vocem Judæ, quando scil. ibit in prælium contra inimicos suos, & rogabit te: Audi, i. audies eum. b Et ad populum, &c.] i. expugnatis hostibus suis fac eum sanum, & incolumen reverti ad suos. Un-

C

de ubi nos habemus, introduc eum, Hebræi habent reduc. c Manus ejus, &c.,] i. pro Israel. Ad litteram enim bellicosa fuit Tribus Juda, & audax, & Reges de ea fuerunt. d Levi quoque ait:] Tertio ponit benedictionem Levi, tamen fuit secundus in filiis Jacob, de quo Tribus sacerdotalis fuit. Dicit ergo: Levi quoque, i. de Levi, ait, Moyses scil. Et loquitur de se in tertia persona, quasi de alio: In quo innuit Moyses, quod non verba sua, sed alterius loquebatur: O Domine. e Perfectio tua, &c.] Perfectio quid est quoad opera. De quibus Gen. 2. dicitur: Perfecti sunt cœli, & omnis ornatus eorum. Doctrina quoad legem datam. Ex. 20. Hæc inquam perfectio, & doctrina innotuit populo. f A viro, &c.] i. a Moyse, i. per Moysen declarasti perfectionem operum tuorum, & sanctitatem doctrinæ. g Quem probasti, &c.] i. tentasti, ut probares, qualis esset: Et inventus est Moyses infidelis. Unde sequitur: i Et judicasti] i. justo judicio punivisti. k Ad aquas, &c.] Ubi ipse, & Aaron dubitaverunt de potentia Dei, propter quod terram promissionis non intraverunt, ut legitur Nu. 20. Vel aliter: Levi quoque, i. ad Levi, ait Moyses. O Levi perfectio tua, & doctrina tua innotuit a viro sancto tuo, i. a Moyse, qui fuit vir perfectus in opere, & sanctus, i. mundus in corde: Et tuus, i. de te natus: Quem scil. Levi probasti, o Domine. Et mutatur persona, ad quam loquitur. Prius enim ad Levi, modo ad Dominum loquitur. k In tentatione] scil. in Cades, i. perfectum ostendisti, & judicasti. Quia omnes præter Tribum Levi, & Caleb, & Josue, timuerunt in reditu exploratorum, & contra Dominum murmuraverunt. Unde in deserto perierunt. Nu. 13. l Qui dixerit patri] Qui scil. Levi, i. facto ostendit, i. non pepercit familiaritati, vel sanguini, quando transiens cum Moyse a porta usque ad portam interfecit omnes idololatras, qui vitulum adoraverunt, ut legitur Ex. 32. ubi sic dicitur: Congregati sunt ad Moysen omnes filii Levi, quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: ponat vir gladium suum super femur: Ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntque Levitæ juxta sermonem Moysi, & occiderunt die illa quasi 23. millia hominum. m Eloquium] tuum, i. præceptum de interficiendis idololatris, quod Dominus locutus est eis. n Pactum] i. legem, quam pepigit Dominus cum eis in monte Sinai. Ex. 20. & inf. per tot. o Judicia] scil. quæ Deus judicavit in te. p Et legem] i. Decalogum. q In furore tuo,] Placando scil. Sicut Aaron stans inter mortuos, & viventes, pro populo deprecatus est. Nu. 16. Unde Sap. 18. Et commotio facta est in eremo multitudinis, sed non diu permansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari pro populo, proferens servituti suæ scutum, orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati. r Et holocaustum] Ad placandum Deum, vel pro pace, vel hujusmodi. Et hic tangitur officium Levitarum. f Benedic, Domine,] Facta commendatione Levi in stirpe sua, imperfectam eorum auget benedictionem, dicens: Benedic, &c. Benedictione dexteræ. Prov. 10. Manus fortium parat divitias, qui autem nititur mendaciis, pascit ventos. t Opera] i.

91. d. cap. Diaconi sunt.

labores. u Percute dorsa] Int. Ut terga vertentes fugiant. Item Gl. Æterna damni pœna, quam prævidere neglexerunt. Ps. 77. Percussit inimicos suos in posteriora dorsi, i. in fine damnabit eos æterna pœna, quam modo post dorsum ponunt non prævidere curantes. Prov. 10. Virga in dorso ejus, qui indiget corde [Non consurgant.] Cum ceciderint. x Et Benjamin] Dativi casus. Int. dicit, quem Jacob tenere diligebat. Hic quarto loco ponitur benedictio Benjamin, qui ultimus fuit inter filios Jacob. Et nota tria, quæ hic dicuntur de ipso: Pater suus eum tenere diligebat, quia in senectute genuerat eum. Propter hoc dicit: Amantissimus. Item Tribus ejus fuit populosa, propter hoc dicit: Habitabit confidenter. Item templum fuit in sorte ejus, propter hoc dicit: In eo quasi in thalamo, &c. y Amantissimus Domini,] i. Tribus Benjamin fuit Deo dilecta: [Habitabit confidenter] Inter alias Tribus quasi populosa. [In eo quasi in thalamo tota die morabitur,] In thalamo secreta reponuntur, & requiescit sponsus: Sic in templo, quod per thalamum designatur, secreta Domini, i. lex, urna aurea plena manna, virga Aaron, virga fœderis, tabulæ Moysi repositæ erant, in eo quasi in thalamo requiescebat Dominus. Est ergo sensus: Dominus morabatur in eo, i. in Benjamin, i. in templo, quod est in sorte Benjamin, quasi in thalamo. Vel in eo potest esse finis clausulæ præcedentis, hoc modo: Benjamin habitabit confidenter in eo, i. in Domino, & postea quasi in thalamo tota die morabitur in illo, scil. in Domino, nullo vitio alienatus ab eo. z Inter humeros] i. in operibus, quæ fiunt in medio Benjamin, scil. sacrificia, oblationes, & hujusmodi, quæ fiebant in templo, quod erat in sorte Benjamin, q. d. opera, quæ fiunt in templo, quod est in Benjamin placent Domino: Ad hoc enim dicitur in illis, requiescere, quia placent ei. a Joseph quoque] Quinto agitur de benedictione Joseph, de quo duæ Tribus fuerunt, sc. Ephraim, & Manasses. Dicit ergo Joseph dativi casus, Ait, sc. Moyses: b De benedictione, &c.] Gl. Ad litteram fertilitatem significat, quam duæ Tribus ex Joseph, i. Ephraim, & Manasses habuerunt in ubertate frugum, pomorum, & pastu pecorum. Hæc est Basan fertilissima regio: Unde pinguedo interpretatur. c Terra ejus, i. Tribus Joseph, replebitur, supple de benedictione Domini, i. abundantia rerum temporalium, quod ostenditur per hoc, quod sequitur: De pomis, &c. d Cœli, & rore,] i. de fructibus temperie aeris, & rore cœli, ac pluvia irrigatis desuper, & inferius aquis subjacentibus. Et ita notatur duplex irrigatio. Unde major fertilitas terræ innuitur de Tribu Ephraim, & dimidia Tribu Manasse, quæ cum Ruben, & Gad ultra Jordanem remansit, constat, quod habuerunt terram fertilem, & pascualem. e Fructuum solis, &c.] i. quos nutrit calor Solis, & humor Lunæ: Ita dicit Int. & bene. Sol enim dicitur fons totius caloris, & Luna dicitur mater totius humoris, ex quibus omnia terræ nascentia oriuntur. f De vertice antiquorum] i. de eminentia, & sublimitate terræ, cujus nobilitas notatur in vertice, fertilitas, & valor in antiquo, quia terra ab antiquo exculta fertilior est, quam terra deserta. g Æternorum,] In hoc notatur, quod diu erant inhabitandi. h De plenitudine ejus.] i. terræ. i Benedictio illius,] i. Dei. i Qui apparuit, &c.] Int. Non in propria substantia, sed per Angelum. Ex 3. k Nazaræi inter, &c.] i. sanctificati Deo. l Quasi primogeniti tauri] Ad litteram comparat Joseph tauro, quia taurus fortis est: In hoc notatur fortitudo Ephraim, qui ex Joseph. m Pulchritudo ejus] Hic ad litteram, pulchritudo, ipsius Joseph innuitur, qui super omnes pulcher fuit, in tantum etiam, quod cum ipse ibat per vicos civitatis, homines dimittebant opera sua, & officia, & intuebantur eum. Et virgines etiam, quæ naturaliter sunt verecundæ, currebant per muros, & ad fenestras, ut viderent eum. Hoc est, quod dicitur Gen. 49. Filius accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus aspectu, &c.

a Cornua

a cornua Rhinocerotis cornua illius: In ipsis *b* ventilabit gentes usque ad terminos terræ. Hæ sunt *c* multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse. Et *d* Zabulon ait: *e* Lætare Zabulon in exitu tuo, & *f* Isachar in tabernaculis tuis, *g* populos ad montem vocabunt, ibi *h* immolabunt victimas justitiæ, *i* qui inundationem maris, quasi lac sugent, & *k* thesauros absconditos arenarum. Et *l* Gad ait: *m* benedictus in latitudine Gad, *n* quasi leo requievit: *o* Cepitque brachium, & verticem, & vidit *p* principatum suum, quod in *q* parte sua doctor esset repositus, *r* qui fuit cum principibus populi, & fecit justitias Domini, & judicium suum cum Israel. Dan quoque ait: *s* Dan catulus Leonis, *t* fluet largiter de Basan. Et *u* Nephtalim dixit: Nephtalim abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: *x* mare, & meridiem possidebit. *y* Aser quoque ait: *z* Benedictus in filiis Aser, sit placens *a* fratribus suis, & *b* tingat in oleo pedem suum. *c* Ferrum: & æs calceamentum ejus: Sicut *d* dies juventutis tuæ, ita & senectus tua. Non *e* est Deus alius, ut Deus *f* rectissimi: Ascensor cœli, auxiliator tuus. Magnificentia ejus discurrunt nubes, habitaculum ejus, sursum, *g* & subter *h* brachia sempiterna. Ejiciet *i* a facie tua *k* inimicum, dicetque

a Cornua Rhinocerotis] Hic notatur singularis principatus Tribus Ephraim. Jeroboam enim, qui fuit primus Rex super decem Tribus, ut legitur *Reg.* 12. fuit de Tribu Ephraim. Pluraliter autem dicit: Cornua Rhinocerotis, cum tamen Rhinoceros non habeat nisi unum cornu, propter duas Tribus, quæ ex Joseph fuerunt. Vel Christus est Rhinoceros, *Job* 39. Nunquid volet Rhinoceros servire tibi? Duo cornua, fortitudo, & sapientia ejus. *Job* 9. Sapiens corde est, & fortis robore. *b* In ipsis] scilicet cornibus. Hoc magis mysticum est, quod hic dicitur de Christo, scilicet, qui sapientia prædicationis, & fortitudine passionis, Ecclesiam dilatavit usque ad terminos orbis terrarum. *Is.* 54. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos. *Job* 39. Nunquid credes ei, quoniam reddet sementem tibi? *c* Hæ sunt multitudines Ephraim,] *Interl.* dicit: Innumerabiles. Sed nota, quod incertum numerum ponit de Ephraim, & certum de Manasse, quia per Ephraim, qui prius benedictionem accepit a Jacob, in dextera ejus collocatur, ut dicit *Gl. Gen.* 48. significantur Gentiles Judæis prælati, de quibus quamplurimi quasi innumerabiles salvabuntur. Per Manasse vero, qui ad sinistram fuit, significantur Judæi, qui sola temporalia sectantur, & amant: De quibus pauci salvabuntur. Hoc est, quod dicitur *Rom.* 11. Cum plenitudo gentium intraverit, tunc reliquiæ Israel salvæ fient. *d* Et Zabulon ait:] Sexto loco agitur de benedictione Zabulon: De quo se breviter expedit, dicens: *e* Lætare Zabulon, &c.] i. quia exivisti de Ægypto, & venisti in terram promissionis. Vel exitum vocat latam possessionem, quam habebat Zabulon: Nam homines de illa Tribu mercatores erant, & convenie-bunt ibi undique populi ad emendas merces. Unde *Gen.* 49. dicitur: Zabulon in littore maris habitabit, in statione navium pertingens usque ad Sidonem. *f* Et Isachar] Septimo posuit benedictionem Isachar, dicens: Isachar in tabernaculis tuis, supple lætare, q. d. lætare, quia venisti in terram promissionis, ubi securus es, & sine metu habitas in tabernaculis. *g* Populos ad, &c.] Metaplasmus est, i. mutatio personæ. Et alludit facto illorum: Erant enim negotiatores de hac Tribu, & merces venales populis exponebant: Et ita convocabant eos. Ad montem autem dicit propter Jerusalem, quæ erat sita in monte, & illuc merces ad vendendum ferebant, & animalia ad sacrificandum ducebant, quia alibi non licebat immolare. Et hoc est, quod dicit:
h Ibi immolabunt, &c.] i. quas juste offerebant Deo.
i Qui inundationem] Hoc dicit, quia de transmarinis partibus cum multo labore efferebant, quem tamen laborem dulcem reputabant propter lucrum. Et hoc est, quod dicit: [Quasi lac sugent] Quia sicut lac cito, & de facili sorbetur, ita ipsi cito, & de facili in mercimoniis lucrabantur. *k* Et thesauros absconditos] Supple, quasi lac sugent, & gemmas, & aurum in arena abscondita. Ibi enim inveniri solent gemmæ, & aurum in littore maris. *l* Et Gad ait: Octavo benedicit Gad. Ait Moyses, scil. Gad, i. de Gad. *m* Benedictus in latitudine] Ad litteram hoc dicit, quia illa Tribus erat populosa, & latam possessionem habuit. *Gl.* dicit: In benedictione Gad videtur prædicere potentiam virorum fortium, vel judicum, qui de illa Tribu fuerunt, sicut Jephte, & alii multi. *n* Quasi leo.] Hic prædicit fortitudinem judicium; qui de illa fuerunt, ut Jephte. *o* Cepitque brachium,] i. fortitudinem hostium superavit. Et verticem,] i. castra in montibus sita, & inexpugnabilia. Vel per hoc fortitudo terræ, quæ eis cessit in sortem, exprimitur, quia ipsi firmas munitiones habuerunt, & bellicosi fuerunt. Unde *Gen.* 49. Gad accinctus præliabatur ante eum.
p Et vidit principatum suum,] idest, vidit principes, qui de ipso fuerunt.
q Quod in parte sua] Supple: Et vidit etiam, quod in parte sua doctor esset repositus, i. quod de ipso futuri essent sapientes. *r* Qui fuit cum principibus] In hoc notatur, quod de ipso erant judices futuri, qui judicarent populum juste, & cum populis aliis concorditer habitarent. *s* Dan catulus Leonis,] Nono ponitur benedictio Dan. De quo dicit: Dan catulus, &c. In quo ad litteram, prædicit fortitudinem illius Tribus. Et est prophetia de fortitudine Samsonis, qui de illa Tribu fuit: de quo *Jud.* 13. Habuit autem Dan sortem suam in regione Basan, quæ abundat in pascuis. Unde sequitur: *t* Fluet largiter de Basan.] Dicit ergo: Dan, i. de Dan: Ait Moyses, scil. Dan catulus Leonis, i. Samson, qui erit de Dan, erit fortis ut Leo. Et Dan fluet largiter, i. abundanter de Basan, i. abundat fertilitate, quæ erat in Basan, ubi erit & possessio sua.
u Et Nephtalim] i. de Nephtalim. Decimo loco ponitur Nephtalim, cui prophetat ad litteram, abundantiam temporalium, quia & ipse sortem habuit in terra fertili. Unde supra *Gen.* 49. dicitur, quod in sorte ejus erant prematuri fructus, unde fiebant primitiæ Domino. *Gen.* 49.
x Mare, & meridiem] Ad litteram sors ejus fuit ab australi plaga usque ad mediterraneum mare, quod est mare occidentale. *y* Aser quoque] Undecimo loco ponitur Aser. De quo ait: *z* Benedictus in filiis Aser] i. inter filios Israel, quasi sicut alii, benedictus sit, vel benedictus in filiis suis, i. multiplicetur in filiis. *a* Fratribus suis, i. aliis Tribubus. *b* Tingat in oleo pedem, &c.] Metaphorice loquitur. Et notatur ejus abundantia, sicut *sup.* 32. Ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Et ita etiam dicitur *Job* 29. Lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi rivos olei. *c* Ferrum, & æs, &c.] Hoc dicit, quia terra illa metallosa est, non quod de his metallis fierent calceamenta ejus, sed quia pedibus calcabat. *d* Sicut dies juventutis, &c.] *Interl.* dicit: Significat hanc Tribum prosperitate, & deliciis abundasse usque ad senectutem captivitatis. *e* Non est Deus] præmissis benedictionibus singularum Tribuum, subjungit Moyses Dei commendationem. Et notandum, quod benedictio Simeon non est hic apposita, quia nec pater ejus Jacob eum benedixit, sed potius maledixit dicens: Simeon, & Levi, vasa iniquitatis bellantia: in consilium eorum non veniat anima mea. Sed eadem ratione non debuit hic apponi benedictio Levi. Sed forte Levi per Simeon inductus fuit. Vel forte, ideo non apponitur Simeonis benedictio, quia Judam significat, qui a numero duodecim Apostolorum est subtractus. Unde & Simeon interpretatur exclusio, vel audiens merorem, quod utrumque convenit Judæ. Admirans ergo Moyses supradicta, prorupit in laudem lætabundus, dicens: Non est Deus alius, ut Deus noster, qui tot, & tanta beneficia nobis contulit. Unde: Quis similis tui in diis, Domine? *f* Rectissimi:] i. populi Israelitici, qui rectissimus dicitur. Unde *sup. eod.* Et erit apud rectissimum Rex. Rectus quidem per naturam, rectior per gratiam, rectissimus per gloriam. Unde *Eccl.* 7. Solummodo hoc inveni, quod fecit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuit quæstionibus. *g* Et subter] Eum supple. *h* Brachia sempiterna.] i. invictæ fortitudinis, scil. Angeli, homines, dæmones, qui sunt subter eum, i. inferiores eo. Hebræus habet. Subter eum brachia sæculi; simile *Job* 9. Deus, cujus iræ nemo resistere potest, sub quo curvantur, qui portant orbem. *i* A facie tua] O Israel, ad quem loquitur Moyses modo. *k* Inimicum,] idest, Chananæum, & alios sex populos terræ promissionis. *Psal* 85.

a Con-

a Conterere:] Vel contere. Et est sensus: Dominus dicet tibi: o Israel, contere inimicum, i. facile faciet, ut conteratur, sicut facile loquitur quis. Vel dicet tibi contere inimicum, i. præcipiet: Quo contrito, & fugato. *b* Habitabit Israel, &c.] *Gl.* suo scil. more, & suis legibus vivens. Unde Balaam, *Num.* 23. dicit: Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. *c* Oculus Jacob] i. intentio populi Judaici. *d* In terra frumenti,] Quia ille populus tantum pro bonis terræ Domino serviebat. Unde *If.* 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. *e* Cœlique caligabunt, &c.] *Gl.* Quasi tam abundanter terræ fœcundæ ros infundetur, ut hominum obtenebrescant obtutus. In quo significatur, quod Judæi, cum terrenam opulentiam ultra modum diligerent, caligaverunt, & Christum cognoscere non potuerunt. Unde: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, ne forte veniant Romani, &c. *Jo:* 11. *f* Salvaris in Domino?] i. a Domino. *Gl.* quasi ideo, Beatus; ideo tibi similis nullus, quia non de tua virtute, sed de Christi gratia salutem speras, qui salvum facit populum suum a peccatis eorum. *Mat.* 1. *g* Scutum] i. protectio ab omni incursione defendens. *h* Auxilii tui,] In prælio. *Eccl.* 51. Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam adjutor, & protector factus es mihi. Idem est, quod hic dicitur: Scutum, & gladius. Scutum enim ad defendendum, in hoc protector. Gladius ad impugnandum, in hoc adjutor. Hinc est, quod Angelus præcedebat Israel in exitu, antequam Pharao insequeretur eum; ipso persequente, factus est in posteriori, i. qui erat adjutor, factus est protector. *i* Negabunt] *Gl.* Abominabuntur, & odient sicut Balach, qui rogavit Balaam, ut Israelitas maledicendo repelleret. *k* Colla calcabis.] Hoc in David, & Salomone impletum fuit.

Jer. 23. — 2. Mach. 2. — Gen. 13. & 15. — 21. q. 2. c. ... alit.

a conterere: *b* Habitabit Israel confidenter, & solus, *c* oculus Jacob in *d* terra frumenti, & vini cœlique *e* caligabunt rore. Beatus es tu Israel: Quis similis tui popule, qui *f* salvaris in Domino? *g* Scutum *h* auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ. *i* Negabunt te inimici tui, & tu eorum *k* colla calcabis.

C A P. XXXIV.

Ascendit *l* ergo Moyses de campestribus Moab super *m* montem Nebo, in verticem Phasga contra Jericho: Ostenditque ei Dominus *m* omnem terram Galaad usque Dan, & *n* universum Nepthalim, terramque Ephraim, & Manasse, & omnem terram Juda, usque ad mare novissimum, & australem partem, & latitudinem campi Jericho civitatis palmarum usque Segor. Dixitque Dominus ad eum: Hæc est terra pro qua juravi Abraham, & Isaac, & Jacob dicens: Semini tuo dabo eam. Vidistis eam oculis tuis, & non transibis ad illam. Mortuusque est ibi Moyses servus Domini in terra Moab *o* jubente Domino, & sepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognovit homo sepulchrum ejus usque in præsentem diem. Moyses centum & viginti annorum erat, quando mortuus est. Non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt. Fleveruntque eum filii Israel in campestribus Moab *p* triginta diebus, & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. Josue vero filius Nun, repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filii Israel, feceruntque sicut præcepit Dominus Moysi. Et non *q* surrexit Propheta ultra in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie *r* ad faciem, in omnibus signis, atque *f* portentis, quæ misit per eum, ut faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus servis ejus, universæque *t* terræ illius; & *u* cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ facit Moyses coram universo Israel.

Finis libri Deuteronomii.

EXPOSITIO CAP. XXXIV.

Ascendit *l* ergo] Præceperat Dominus Moysi *supra* 32. ut ascenderet in montem Abarim: & inde visa terra promissionis iret ad populum suum. Sed Moyses volens ascendere in montem Abarim, prius benedixit populum sibi a Domino commendatum. Finitur igitur benedictionibus implevit Moyses mandatum Domini: Et ascendit super montem Abarim usque ad verticem ipsius, qui dicitur Phasga: Et ostendit ei Dominus omnem terram promissionis, usque ad mare novissimum, & usque ad Segor, totam plagam australem, & latitudinem campi Jericho, quæ alio nomine dicitur civitas palmarum. Et mortuus est ibi in terra Moab: non cognovit aliquis homo sepulchrum ejus usque in præsentem diem. Quod ideo factum autumant Judæi, ne ipsi Moysen pro Deo colerent. Hoc ultimum caput apposuit Esdras, ut dicunt, & Josue. Sed Josue ab isto loco; ascendit ergo, usque ibi, & non surrexit: Residuum apposuit Esdras, qui Bibliam a Chaldæis combustam divino sensu reparavit: Qui & titulos psalmis apposuit. *m* Super montem Nebo,] *Andr. & Magister Hugo de S. Vict.* dicunt, & Phasga Provincia est: Abarim, mons: Nebo, oppidum. Et cum dicitur: Ascendit in montem Abarim, propria est locutio, & intransitiva. Cum autem dicitur, super montem Nebo, transitiva est, i. super montem, qui est juxta Nebo. *Cantor Paris.* dicit, quod Abarim mons est, qui alio nomine Phasga dicitur, cujus vertex Nebo dicitur: Hebræi moderni dicunt, quod Abarim, & Nebo diversi montes sunt, Cacumen Nemo dicunt, Phasga, ibi dicunt Moysen ascendisse. Et inde contemplata terra promissionis, mortuum esse. His videtur *Magister in historiis*, consentire. *m* Omnem terram] *Gl.* i. partem omnis terræ, quam ex altissimo monte potuit videre. Vel omnem terram ostendit ei in spiritu miraculose, sicut B. Benedicto ostendit Dominus in radio Solis totum mundum in spiritu. *n* Nephtalim] i. universam terram Nephtalim. *o* Jubente Domino. Contra *Sap.* 1. Mortem non fecit. Sol. Mortem non fecit, i. causam mortis, scil. peccatum. *Isai.* 53. 1. *Petr.* 2. Qui peccatum non fecit. *p* Triginta diebus,] *Gl.* Hinc videtur orta consuetudo, ut fidelibus mortuis triginta diebus pietatis officia persolvantur, ut præcepit Dominus Moysi *sup.* 18. ubi dicitur: prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris, ipsum sicut me audietis. *q* Et non surrexit] *Gl.* Hoc, ut referunt, Esdras de suo adjecit, qui Bibliothecam a Chaldæis exustam, divino sensu reparavit, & litteras quibus Judæi nunc utuntur invenit. Unde & velox scriba. 1. *Esdr.* 7. appellatus est. Item *Gl.* Quia Moyses omnibus prophetis veteris testamenti præstantior. Unde Judæi arroganter dicunt: *Jo:* 9. Nos Moysi discipuli sumus. Sed postquam Dominus Prophetarum incarnatus venit in mundum, omnis illa prior dignitas, & umbra futurorum cessavit, sicut dicitur *Hebr.* 10. Quia lex, & figura per Moysen data est. *Jo:* 1. Gratia, & veritas per Jesum Christum, qui est legis consummatio ad Justitiam omni credenti. *Rom.* 10. *r* Facie ad faciem, i. ita familiariter sicut Moysi. *f* Signis] minoribus. *t* Portentis] Majoribus signis. *u* Et cunctam, &c.] *Gl.* Misit, scil. ut faceret.

Explicit Expositio super Deuteronomium.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Librum Josue.

P R O L O G U S.

Sexto loco inter libros veteris Testamenti ponitur liber Josue: in quo ipsius operis perfectio demonstratur. Senarius enim perfectus est numerus. Et merito sextum locum obtinet liber Josue. Nam præ cunctis Patribus veteris Testamenti, Josue tam factis, quam nomine expressius typum gessit Christi, qui sex diebus omnia de nihilo potenter creavit. Sexto die hominem ad imaginem, & similitudinem suam formavit, eundem hominem peccato deformem, sexto die suo sanguine reformavit, ac redemit, atque de carcere inferni misericorditer liberavit. Quanto ergo familiarius Josue liber nobis figuram exprimit Salvatoris, tanto diligentius, ac studiosius est tam historiæ, quam mysterii veritas inquirenda. Scriptum est enim: Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt: & qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Eccl.* 24. Verba sunt sapientiæ, i. veri Josue, qui est virtus, & sapientia Dei Patris. Propter quod libentius insudandum est, ut hujus operis tota veritas, secundum quod possumus, pateat. Ad majorem igitur evidentiam breviter inquiramus illa sex, quæ in exordiis cujuslibet libri solebant antiquitus prælibari

prælibati, quæ maxime totius operis seriem pandunt, & lectorem maxime dirigunt in legendo scilicet. Quæ materia, quis auctor, quæ intentio, quæ utilitas, quis modus agendi, quis titulus? Horum cognitio lectores reddit benevolos, dociles, & attentos: Quod omnibus modis intendere debet doctor, quia in hoc fructus operis, & laboris sui utilitas radicatur. Materia igitur hujus libri duplex est, sc. spiritualis, & litteralis; sive mystica, & historica. Historica materia est Josue litteralis, & gesta ejus. Mystica vero materia est Josue spiritualis, scil. Christus, & gesta ejus. Auctor operis est ipse Josue famulus Moysi, cum quo Dominus se futurum promisit, sicut fuerat cum Moyse. Intentio duplex est, sicut & materia: Litteralis intentio est, gesta filiorum Israel sub ducatu Josue posteris aperire. Spiritualis vero intentio est, auditores ad exitum de sæculo nequam, qui designatur per transitum Jordanis, & ad spiritualem circuncisionem, & Christi imitationem concorditer provocare. Utilitas magna est, scil. per dictorum intelligentiam proficere in amorem Christi, cujus facta pro nobis hic mystice commendantur. Modus agendi talis est. Primo inducitur Dominus loquens ad Josue, & exhortans ad transitum Jordanis, promittens ei eadem, quæ promiserat Moysi: Et eisdem fere verbis, eosdem terminos terræ promissionis distinguens. Secundo, agitur de duobus exploratoribus, quos misit Josue in Jericho de ultra Jordanem. Tertio agitur de transitu, & circuncisione facta in Galgalis. Quarto de eversione Jericho, & lapidatione Achor. Quinto de eversione Hai, & dolo Gabaonitarum. Sexto de quinque Regibus suspensis, & vigintiquatuor percussis a Josue. Septimo de translatione tabernaculi, & castrorum a Galgalis in Silo propter loci opportunitatem, & de constructione altaris in monte Hebal, de lapidibus impositis. Octavo de divisione terræ novem Tribubus, & dimidiæ. Nono de ritu duarum Tribuum, & dimidiæ, in sortem suam ultra Jordanem. Decimo, & ultimo de fœdere Dei ad populum, & de morte Josue. Titulus talis est: Incipit liber Josue filii Nun, qui & Osee, & Jesus dictus est. Cognominatus est autem a patre Josue Bennum, i. filius Nun, vel filius Nave, vel Jesus Nave supple filius. Et cognominatur sic, ad differentiam Jesu filii Sirach, pronepotis Jesu Sacerdotis magni, sub quo & Zorobabel Duce rediit populus de captivitate, ut legitur *Aggæi*, & *Zach.* 3. Jesus autem filius Sirach, scripsit Ecclesiasticum, ut dicitur: & notandum, quod secundum Hebræos incipit hic secundus ordo veteris testamenti. Distinguunt enim Hebræi vetus testamentum in tres ordines. Primum vocant legem: Secundum Prophetas: Tertium Agiographa. In lege ponunt quinque libri Moysi. In Prophetis ponunt octo libros, scil. Josue, Judicum, Samuel, idest, duos primos libros Regum, Malachim, idest, duos ultimos Regum: Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, duodecim Prophetas. In Agiographis ponunt novem libros, qui supersunt veteris testamenti, scil. Job, David, Proverbia, Ecclesiasten, Danielem, Cantica, Paralipomenon, Esdram, Esther. Hi dicuntur Agiographa, idest Sanctorum, scripta, quod est nomen commune omnibus libris Sacræ Scripturæ. Sed quia hi novem libri non habuerunt aliquam præeminentiam præ ceteris, secundum quam agnominarentur, communi nomine sunt contenti. Sicut hoc nomen confessor, commune est Sanctis omnibus. Sed aliqui secundum aliquam eminentiam, quam habent, aliis censentur nominibus. Nam alii Apostoli, alii Prophetæ, alii Patriarchæ, alii Martyres, alii Virgines dicuntur: Qui autem nullam habent eminentiam, dicuntur confessores. In hunc modum ultimus ordo Angelorum, nomine communi omnium, idest Angeli nuncupantur. Origenes vero secundum Græcos, ponit in primo ordine septem libros, addens Pentateucho Josue, & Judicum: Et vocat illum ordinem Heptatichum, ab Hepta, quod est septem, & teuchos, quod est volumen. In quocunque vero ordine sit liber hic, historiæ veritas non mutatur.

Jos. 2. & 3.

Nota versus de omnibus libris veteris testamenti.

Quinque libros Moysi: Josue, Judicum, Samuelem,
Et Malachim, tres præcipuos, bis senque Prophetas:
Hebræus reliquis, censet præcellere libris:
Quinque vocat legem, reliquos vult esse Prophetas.
Post Agiographa, sunt Daniel, David, Esther, & Esdras,
Job, Paralipomenon, & tres libri Salomonis,
Lex vetus his libris, perfecte tota tenetur.
Restant Apocrypha: Jesus, Sapientia, Pastor,
Et Machabæorum Libri, Judith, atque Tobias.
Hi quia sunt dubii sub canone non numerantur,
Sed quia vera canunt, Ecclesia suscipit illos.

Explicit Prologus Auctoris.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini, D. HUGONIS, &c. CARDINALIS PRIMI de Ordine Sancti Dominici, Prologi Sancti Hieronymi in Librum Josue, *EXPOSITIO.*

INCIPIT PROLOGUS S. HIERONYMI In Librum Josue.

TANDEM *a* finito Pentateucho Moysi, velut grandi *b* fœnore liberati ad Jesum filium Nave *c* manum mittimus, quem Hebræi Josue *d* Bennum, idest, Josue filium Nun vocant, & ad Judicum librum, quem † Sophthim appellant: ad Ruth quoque, & Esther, *e* quos iisdem nominibus efferunt. *f* Monemusque lectorem, ut *g* silvam Hebraicorum nominum, & distinctiones per *h* membra divisas, diligens scriptor conservet, ne & noster labor, & *i* illius studium *i* pereat. Et ut in *k* primis, quod sæpe testatus sum, sciat me non in *l* reprehensionem veterum nova *m* cudere, sicut enim *n* amici mei criminantur, sed pro virili *o* parte offerre linguæ *p* meæ hominibus,

al. † Sobephtim.

TANDEM *a* finito, &c.] Præmittit autem Hieronymus huic libro Prologum, qui in sex partes distinctus est. Primo ostendit, quos libros post Pentateuchum de Hebræo in Latinum transferre intendat, scil. Josue, Judicum, Ruth, Esther, quos ad petitionem Eustochii virginis, & Pammachii, viri sancti transtulit. Secundo lectorem admonet pro distinctione nominum Hebraicorũ diligenda, ne & studium illius pereat, & labor ejus inutilis videatur. Tertio excusat se, quod non in reprehensionem veterum intendat cudere nova. Quarto ponit duas causas, quare hos libros transferre voluerit. Prima est, ut per suam translationẽ, defectus, sive dubitatio veterum probaretur. Secunda, ut Judæis auferretur occasio calumniandi Christianos. Quinto invehitur contra detractores suos. Sexto ad quorum petitionem libros istos transtulerit, sc. ad petitionẽ Eustochii virginis, filiæ Paulæ matronæ, & S. Pammachii viri venerabilis. *a* Tandem, &c.] Prologus Hieronymi est in Josue. *b* Grandi fœnore] Metaphorice loquitur. Sicut, ille, qui pecuniam mutuo accipit, tenetur ei, qui mutuavit: ita Hieronymus obligatum se reputat, ergo eos, qui rogaverunt eum transferre hunc librum de Hebræo in Latinum, & Pentateuchum: Quo translato, quasi ex fœnore liberatum se dicit. *c* Manum, &c.] Modus loquendi est, i. operam damus. *d* Bennum] Ben filius interpretatur. Nun, proprium nomen est patris Josue. *e* Quos iisdem] quibus & nos, scil. Esther, & Ruth. *f* Monemusque, &c.] Hic incipit secunda pars. *g* Silvam, &c.] i. confusionem, & multitudinem. Latenter autem innuit hanc confusionem infructuosam esse. Silva enim dicitur collectio arborum infructuosarum. Interpretatio tamen nominũ Hebraicorũ valde est necessaria, & maxime prædicatoribus. *h* Per membra] i. capitula. Hic est auctoritas distinguendi capitula. *i* Pereat.] ad eum. *k* Et ut imprimis,] monemus supple. *l* Non in reprehensionem, &c.] Tertia pars est, in qua respondet æmulis. Accusabatur enim a quibusdam, quod in sugillationem LXX. Interpretum, & aliorum veterum interpretum, transferebat de Hebræo in Latinum, ut sic per novitatem translationis, antiquitati derogaret. Quibus respondit multis modis, sicut patet in littera. *m* Cudere,] formare. *n* Amici mei, &c.] Ironice loquitur, i. inimici mei. Simile *Job* 1. Tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi, i. maledixerit. Vel amici passive, quia licet non amarent eum, tamen amabantur ab eo. *o* Sed pro virili, &c.] i. pro parte mihi viriliter impensa. *p* Linguæ, &c.]

omni-

omnibus scil. volentibus legere libros meos. Vel linguæ meæ hominibus, alia littera, i. Latinis. *a* Hexaploys,] i. exemplaribus, ab Hexa, quod est sex, & Ploys, quod est Asser, q. d. Pro Græcorum Hexaploys, i. loco sex translationum græcarum, i. a Græcis sumptarum, scil. Septuaginta, Aquilæ, Theodotionis, Symmachi, Eusebii, Pamphili, Origenis. In quorum exemplariis laboriosum erat quærere, quod volebant. *b* Quæ & sumptu,] quia magna. *c* Et labore maximo] quia difficilia. *d* Et sicubi] Quarta pars est. *e* Dubitarint,] i. si quid voluerint probare esse de Hebraica veritate, in hac translatione mea poterunt scire, quam verbo ad verbum transtuli. Judæi enim dicebant aliter esse in Hebraica veritate, quam in aliis translationibus de Græco in Latinum translatis. Sed modo non potuerunt hoc dicere, quia editio hæc continet Hebraicam veritatem, nullo omisso, nullo addito. *f* Hæc illis] i. hanc editionem aliis translationibus. *g* Tot sunt exemplaria,] i. tot diversitates translationum varia continentes. Adeo enim vulgata fuit translatio Septuaginta, quod vix inveniebatur eadem littera, in diversis codicibus, sed una secundum unum translatorem, alia secundum alium. *h* Quod dissonat.] i. contraria non possunt simul esse vera. *i* Arcuato] i. obliquo. k Scorpius,] i. æmulus, præsenti blandiens, sed detrahens absenti. *l* Suscipiens,] hoc opus. *m* Concinnabat, &c.] i. componebat. *n* Fratrem tuum] natura. *o* Matris] scil. Ecclesiæ. *p* Scandalum.] i. offendiculum detractionis.

Septuaginta aliquid de suo addiderant, quod videbatur superfluum: Origenes jugulabat quasi protrahendo, & apponebat figuram, quasi veru, sive ad modum sagittæ barbolatæ. Et dicitur obelus, ad significandum, quod locus ille, quasi superfluus jugulabatur. Et ut semel nos expediamus de his translationibus, notandum, quod ante incarnationem Domini 300. annis & 41. tempore Ptolæmei Philadelphi, floruerant Septuaginta interpretes, qui transtulerant de Hebræo in Græcum. Post Ascensionem Domini 124. annis, Aquila primus interpres, ex Hebræo in Græcum transtulit, qui Hadriano regnante floruit. Inde post anno 53. Commodo regnante, Theodotion floruit. Deinde post annos 30. Sub Severo, Symmachus. Inde post annos 8 quinta editio inventa fuit Jerosolymis, quæ quia ejus Auctor ignoratur, vulgata dicitur. Demum post annos 18. sub Alexandro Origenes correxit Septuaginta, cum asterisco, & obelo. Postea transtulit sine his. Hi omnes de Hebræo in Græcum transtulerunt. Quidam autem scioli utriusque linguæ, de Græco in Latinum transtulerunt. Hieronymus vero ultimo de Hebræo in Latinum transtulit, immediate, cujus tamen editione non ubique utimur. Eusebius vero, & Pamphilus, translationem Origenis fere ubique vulgaverunt, ut dicitur in Prologo Paralipomenon. *h* Sub asteriscis,] sunt addita. *i* Et obelis,] amputata. *k* Legunt,] addita. *l* Negligunt?] amputata. Non eas, scil. translationes meas. *m* Quare Danielem, &c.] Alia probatio ad idem. *n* Eusebium Pamphili] Eusebius Pamphili, unum nomen est unius expositoris, alius ab illo Pamphilo, qui translationem Origenis vulgavit, de quo dicitur in Prologo supra allegato. Eusebius, & Pamphilus, codices ab Origene elaboratos vulgaverunt, forte transferendo de Græco in Latinum. Vel ipse Origenes transtulit Septuaginta de Græco in Latinum. Erat enim sciolus utriusque linguæ. Vel forte Eusebius Pamphili, sunt duo nomina. Et ibi punctus: Eusebium, & postea Pamphili. *o* Cunctas editiones] Quæ in universo sunt septem. *p* Differentes,] i. exponentes. *q* Stultitia,] invidorum. *r* Postquam vera dixerint,] i. postquam vera receperunt. *s* Proferre,] i. dicere, quæ falsa sunt. *t* Unde autem, &c.] Alia probatio ad idem. *u* Assumpta testimonia,] de Hebraica veritate, ut est illud *Osee* 11. Ex Ægypto vocavi filium meum. *x* Hæc dicimus, &c.] Hic ostendit, quare hoc dixerit, & ita excusat se, ne videretur se commendasse. Et est quinta pars. *y* Sexta pars est, ubi ostendit, cujus precibus transtulerit hos libros. *z* Eustochio] filiæ Paulæ. *a* Decrevimus, &c.] i. proposuimus. *b* Postliminio] una dictio est. Et loquitur metaphorice. Postliminium enim est lex, qua si cui hæreditas detracta fuerit longa captivitate post liberationem redeat ad ipsam, sic Hieronymus finita occupatione sua, redit ad opus suum. *c* Sirenarum] Sirenas vocat quosdam, qui persuadebant ei tacere, quorum persuasiones mortiferas vocat. Et alludit ei, quod dicitur, quod Sirenæ dulci cantu naves attrahunt, & postea submergunt.

ques tamen nostra delectant, ut pro Græcorum ἑξαπλῶν *a* hexaploys, quæ & *b* sumptu, & *c* labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et *d* sicubi in antiquorum voluminum lectione *e* dubitarint, *f* hæc illis conferentes, inveniant, quod requirunt. Maxime cum apud Latinos *g* tot sint exemplaria, quot codices, & unusquisque pro arbitrio suo, vel addiderit, vel subtraxerit, quod ei visum est, & utique non possit verum esse, quod *h* dissonat. Unde cesset *i* arcuato vulnere contra nos insurgere k scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat, vel *l* suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet: Memineritque illorum versuum. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua *m* concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem *n* tuum loquebaris, & adversus filium *o* matris tuæ ponebas *p* scandalum. Hæc fecisti, & *q* tacui. Existimasti inique, quod ero *r* tui similis, *s* arguam te, & *t* statuam illa contra faciem tuam. Quæ enim *a* audientis, vel legentis utilitas est, ne laborando suadere, & *b* alios *c* detrahendo laborare, dolere Judæos, quod calumniandi eis, & irridendi Christianos sit ablata occasio, & Ecclesiæ homines id *d* despicere, imo lacerare, unde *e* adversarii torqueantur. Quod si vetus ei tantum *f* interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, & nihil extra recipiendum putant *g* cur ea, quæ sub *h* asteriscis, & *i* obelis, vel addita sunt, vel amputata k legunt, & *l* negligunt? *m* Quare Danielem juxta Theodotionis translationem Ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur, & *n* Eusebium Pamphili *o* cunctas editiones similiter *p* differentes? Aut quæ fuit *q* stultitia, *r* postquam vera dixerint, *s* proferre, quæ falsa sunt? Unde autem *t* in novo testamento probare poterunt *u* assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur. Hæc *x* dicimus, ne omnino calumniantibus tacere, videamur. *y* Ceterum post S. Paulæ dormitionem, cujus vita virtutis exemplum est, & hos libros, quos *z* Eustochio virgini Christi negare non potui, *a* decrevimus, dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere, & omissum jam diu opus, quasi quodam *b* postliminio repetere. Præsertim cum & admirabilis, sanctusque vir Pammachius, hoc idem litteris flagitet, & nos ad patriam festinantes mortiferos *c* sirenarum cantus, surda debeamus aure transire.

Psal. 49.

Finis Prologi Sancti Hieronymi.

q Tacui, &c.] expectans ad pœnitentiam. *r* Tui similis,] i. injustus. *s* Arguam] de peccato. *t* Statuam] te, vel peccatum tuum. *a* Audientis,] meam editionem. *b* Et alios] scil. æmulos. *c* Detrahendo] nobis. *d* Despicere,] quod scil. Judæis ablata est occasio irridendi. *e* Unde adversarii] q.d. Quid prodest labor meus, cum homines Ecclesiæ contristentur, quod Judæis sit ablata occasio irridendi Christianos, quia amplius non possunt dicere Christianis: Non est sic in Hebraica veritate. *f* Interpretatio placet,] idest, editio Septuaginta, quæ omnium prima est. *g* Cur ea, &c.] Probat quod non debent derogare suæ translationi; quia translationem Septuaginta, quam ipse asteriscis, & obelis signavit recipiunt, & multas alias. Eadem ratione, & suam, de Hebræo translatam, recipere debent. Et hoc est: Cur ea, &c. Vel aliter: Cur ea quæ sub asteriscum, &c. i. translationem Septuaginta, quam Origenes asterisco, & obelo correxit, multa commiscens de translatione Theodotionis, ut dicit *Hieron.* in illo prologo Bibliæ: Desiderii mei, &c. Legens enim Origenes translationem Septuaginta, videns multa vel deesse, vel superfluere, habens translationem Theodotionis secum, vel ipsam Hebraicam veritatem, ut quidam dicunt, quod deerat editioni Septuaginta, addebat, scribens quamdam figuram ad modum astri, quæ significabat, quod additio illa, illuminabat locum illum, qui prius erat obscurus, propter defectum: Et illa figura dicebatur asteriscus. Ubi vero

Explicit Expositio Prologi S. Hieronymi.

EJUSDEM

EJUSDEM REVEREMDISS. PATRIS. & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Librum Josue.

EXPOSITIO CAP. I.

ET factum, &c.] Hæc conjunctio, &, more aliorum Prophetarum continuatur ad subintellectum, vel conceptum in animo Josue. Vel potest continuari ad clausulam præmissam a Josue in fine Deuteronomii, ibi scilicet: Ascendit ergo Moyses, &c. ubi mortuus est. Et post hoc quiescente luctu pro ipso, locutus est Dominus Josue. *b* Post mortem, &c.] i. completis diebus luctus pro morte Moysi. Et nota in hoc, quod dicit, Moysen mortuum, sugillatur error illorum, qui dicunt Moysen raptum cum Elia, & Henoch, ob hoc, quod nullum vestigium mortis ejus relictum sit. In hoc autem, quod dicitur: Servus meus, sugillatur error illorum, qui dicebant ipsum esse damnatum æternaliter propter aquas contradictionis. *Nu.*20. *b* Surge.] Modus loquendi est. Non enim credibile, quod sederit, vel jacuerit Josue, cum Dominus loqueretur ad eum. Sed monetur Josue stare, quod est pugnantium, vel pugnare volentium. Unde & Stephanus *Act.*7. vidit Jesum stantem, quasi eum juvare volentem. *g* Dabo] gratis non propter merita. Dabo inquam ego, non Moys. Dabo inquam mortuo Moyse, ut sic pateat, quod non ipse, sed ego dabo eam. In quo etiam patet, quod non ipse, sed ego eduxi Israel de Ægypto, & duxi per desertum, & perducam in terram promissionis. *b* Quem, &c.] supple in terra promissionis infra terminos inferius designatos. *i* A deserto, &c.] Termini sunt terræ promissionis. Et est desertum a Meridie, Libanus ab Aquilone, Euphrates ab Oriente, Mare magnum ab Occidente.

A — *Deut.* 11. — *B* — *Infr.* 3. *Deuter.* 31. 2. *Reg.* 2. *Hebr.* 13. — *C*

Mystice. Mysterium,] tale est. *a* Et factum, &c.] Josue Christum significat, & recte. Sicut enim Josue introduxit populum in terram promissionis, Amalech prius debellato, & postea divisit terram in funiculo distributionis. Sic Christus diabolum in cruce debellavit, populum Christianum per baptismum introducit quotidie in soliditatem æternæ hæreditatis, modo spe, tandem re, quando secundum merita omnibus distribuet præmia. Mors Moysi, defectus legis significat. Dominus loquitur ad Josue, idest, pater ad filium, & dicit: *c* Moyses servus meus mortuus est:] idest, evacuatæ sunt cæremoniæ legis. Dicitur autem Josue minister Moysi, quia Christus non venit ministrari, sed ministrare. *Matth.* 20. In hoc autem minister Moysi, quia legem exposuit, & implevit. *Matth.* 5. Non veni legem solvere, sed adimplere. Implevit igitur legem Christus tripliciter, scilicet promissa solvendo, obscura explanando, consilia addendo.

d Surge,] idest, de sinu Patris mundo per carnem appare, ad expugnandas aereas potestates. *e* Transi Jordanem istum,] idest, bibe de torrente Passionis. *Psalm.* 109. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.

f Tu, & omnis populus tecum] Non enim major est servus Domino suo. Et qua via præcessit caput, necesse est, ut membra sequantur. *Joan.* 13.

b Omnem locum, &c.] idest, si calcaveris terrena, dabuntur tibi cœlestia.

i A deserto, &c.] Per desertum significantur peccatores deserti a Deo. Per Libanum, qui interpretatur candidatio, significantur innocentes. Per Euphratem, qui interpretatur frugifer, significantur in bonis operibus proficientes. Per mare magnum, significantur pœnitentes. Ex his quatuor generibus hominum constat Ecclesia. Unde recte dicuntur termini terræ promissionis, per quam Ecclesia designatur. *k* Cunctis diebus] supple si legem meam servaveritis. *l* Sicut fui cum Moyse,] Sicut dicit *Aug.* hoc testimonio, & multis aliis probatur Moyses defunctus, ut famulus Dei, & Deo placens, licet in eo impleta sit vindicta. *m* Confortare,] Tria verba dicuntur Josue, surge, confortare, esto robustus, quæ cuilibet prælato bene dicuntur. Surge contra dæmonem, confortare contra principem, esto robustus contra sanguinem, ut nec suggestione dæmonis, nec timore, vel favore principis, nec amore, vel affectu sanguinis assignet gradus Ecclesiæ. *n* Robustus:] ad deferenda onera subditorum. *Moraliter.*

Mystice. Mystice] vero possunt esse verba patris ad filium. Confortare, i. fortiter age opera salutis generis humani. *Psal.* 26. Viriliter age, & confortetur cor tuum.

n Robustus esto,] idest: æquanimiter persecutorum calumnias sustine.

o Sorte divides,] idest, divina electione.

p Terram,] idest, soliditatem æternæ hæreditatis electis distribues.

q Confortare] Ter dicitur ei confortare, propter tres hostes, quos habuit principales, Herodem in Ægyptum fugantem: Scribas, & Pharisæos prædicationi ejus observantes: Milites Pilati ipsum crucifigentes. Unde & David tres hostes habuit principales, Saul, Goliam, Absalon. *r* Ad dexteram, vel sinistram,] idest, non extollaris prosperis, neque dejiciaris adversis.

s Ut intelligas] idest, intellectum in omnibus habeas, ut prudenter cuncta facias. *t* Quæ agis.] Qui enim mandata servat, intelligit, quid agendum sit juxta illud *Psal.* 118. A mandatis tuis intellexi. *u* Diebus, ac noctibus,] idest, assidue, vel prosperis, vel adversis q.d. nec prosperitas, nec adversitas faciat, quin mediteris in lege Domini. Beatus enim vir, qui in lege Domini meditabitur die, ac nocte. *x* Custodias,] mente. *y* Facias] opere. *z* Viam tuam,] quia lex, quasi lux, viam ostendit, per quam eundem est. *Ps.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. *Proverb.* 5. Mandatum lucerna est, & lex lux. *a* Confortare,] Ecce jam tertio, dixit confortare, propter tria, quæ debet habere princeps, & maxime prælatus, scilicet vitam, scientiam, facundiam. *b* Noli, &c.] timore humano. *c* Noli, &c.] timore humano. *d* Præcepitque, &c.] per præcones. *e* Cibaria,] Non intelligitur hoc de manna, sed de aliis cibariis. Manna enim in diem tertium non poterat reservari,

Psal. 118. — *Moraliter*

INCIPIT ARGUMENTUM.

JESUS filius Nave, typum Domini, non solum in gestis, verum etiam in nomine gerens, transit Jordanem, hostium regna subvertit, dividit terram victori populo, & per singulas urbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia Ecclesiæ, cœlestisque Jerusalem spiritualia regna describit.

Explicit Argumentum.

INCIPIT LIBER JEHOSVA, idest, Josue.

CAPUT I.

ET *a* factum est post *b* mortem Moysi servi Domini, ut loqueretur Dominus ad Josue filium Nun ministrum Moysi, & diceret ei: *c* Moyses servus meus mortuus est: *d* Surge, & *e* transi Jordanem istum, tu, *f* & omnis populus tecum, in terram, quam ego *g* dabo filiis Israel. Omnem *b* locum, quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi. A *i* deserto, & Libano usque ad fluvium magnum Euphratem, omnis terra Hethæorum usque ad Mare magnum contra Solis occasum, erit terminus vester. Nullus vobis poterit resistere *k* cunctis diebus vitæ tuæ. *l* Sicut fui cum Moyse, ita ero & tecum, non dimittam, nec derelinquam te. *m* Confortare, & esto *n* robustus: Tu enim *o* sorte divides populo huic *p* terram, pro qua juravi patribus tuis, ut traderem eam illis. *q* Confortare igitur, & esto robustus valde, ut custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses servus meus: Ne declines ab ea ad *r* dexteram, vel ad sinistram, ut *s* intelligas cuncta, quæ *t* agis. Non recedat volumen legis hujus de ore tuo, sed meditaberis in eo *u* diebus, ac noctibus, ut *x* custodias, & *y* facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges *z* viam tuam, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi *a* confortare, & esto robustus. *b* Noli metuere, & noli *c* timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus, ad quæcunque perrexeris. *d* Præcepitque Josue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite: Præparate vobis *e* cibaria, quoniam

ut legitur. *Exod.* 16. quia reservatum vermibus scaturiebat. Moraliter, tres dies sunt evacuatio trium noxiarum, quæ sunt concupiscentia oculorum, superbia vitæ, contritio, confessio, satisfactio. *a* Post diem, &c.] Hoc ut dicit *Aug.* dixit Josue humano consilio non divino, non enim transierunt Jordanem usque in diem septimum. Exploratores enim, quos tunc misit, per triduum morati sunt. Post duorum reditum expectavit populus triduo diminutionem aquarum Jordanis, qui excreverat ex resolutione nivium, & tunc præparavit sibi cibaria juxta mandatum Josue. Et permisit Dominus errare Josue, ut dicit *Aug.* ne deinceps aliquid simile attentaret sine consilio divino, præsertim cum Dominus dixisset Moysi *Num.* 27. succedet tibi, pro eo si quid agere voluerit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Quod autem in hoc erraverit Josue, patet ex eo quod ignorabat utrum in tertio die nubes attolleretur desuper tabernaculum, sine cujus motu non moverentur castra, ut dictum est, *Num.* 10. Quidam tamen volentes Josue excusare ab errore, & mendacio, dicunt, hoc dictum esse per anticipationem, nec hoc mandatum esse a Josue, donec post reditum nunciorum.

Moraliter. — D — *Num.* 32. — A — 1. *Mach.* 3. — B

a post diem tertium transibitis Jordanem, & intrabitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. *b* Rubenitis quoque, & Gadditis, & dimidiæ Tribui Manasse, ait: Mementote sermonis *c* quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens: Dominus Deus vester dedit vobis requiem, *d* & omnem terram, uxores vestræ, & filii vestri, ac jumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis Moyses trans Jordanem: Vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis, donec det Dominus requiem fratribus vestris, sicut & vobis dedit: Et possideant ipsi quoque terram, quam Dominus Deus vester daturus est eis, & sic *e* revertimini in terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea, quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Jordanem contra Solis ortum. Responderuntque ad Josue, atque dixerunt: omnia, quę præcepisti nobis faciemus, & quocumque miseris, ibimus. Sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi, *f* tantum sit Dominus Deus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus, quos præceperis ei, moriatur: Tu tantum confortare, & viriliter age.

CAP. II.

MISIT *g* igitur Josue filius Nun, *h* de Setim *i* duos viros exploratores in abscondito, & dixit eis: Ite, & considerate terram, urbemque Jericho. *k* Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris *l* meretricis nomine Rahab, & quieverunt apud eam. Nunciatumque est regi Jericho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, ut explorent terram. *m* Misitque Rex Jericho ad Rahab meretricem dicens: Educ viros, qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: Exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt. Tollensque mulier viros *n* abscondit *o* & ait: Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam, unde essent. Cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter *p* exierunt, nescio, quo abierunt. Persequimini cito, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere *q* viros in solarium domus suæ, operuitque eos *r* stipula lini, quæ ibi erat. Hi autem, qui *s* missi fuerant, secuti sunt eos per viam, quæ ducit *t* ad vada Jordanis: *u* Illisque egressis statim porta clausa est. *x* Necdum obdormiverant, qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait: *y* Novi, quod tradiderit Dominus vobis terram: Etenim irruit in nos terror vester, & *z* elanguerunt omnes

k Ingressi sunt] vespere, urbe prius considerata. Sed quomodo hospitati sunt illi viri in domo meretricis, cum dicat Dominus *Matth.* 10. In quamcumque civitatem, vel castellum intraveritis, interrogate, quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis? Solut. Hoc fuit in lege, istud præcipitur in Evangelio, ubi major perfectio requiritur. Unde *Matth.* 5. Nisi abundaverit justitia vestra, &c. Præterea illud præcipitur prædicatoribus, isti autem, non prędicatores, sed exploratores erant. Præterea, meretrix dicitur Rahab, idest, tabernaria. Præterea, ipsi nesciebant, quod talis esset. In domum ejus potius declinaverunt, quia juncta erat muro, & portæ civitatis. Vel meretrix fuit ante, tunc non erat, tamen dicebatur, sicut Simon leprosus vocabatur, sicut quando fuerat leprosus. Vel forte adhuc meretrix fuit, & ideo ad eum intraverunt, quia domus meretricum omnibus patent, & maxime de nocte, & illi de nocte venerunt. *n* Abscondit,] *Interl.* fideliter apud se conservans. *o* Et ait:] nunciis regis. *p* Pariter, &c.] quæritur an mentita fuerit Rahab? Dicimus quod sic. Unde *Aug. in lib. de mendac.* Rahab nondum talis erat, ut ab ea exigeretur: Sit sermo vester, est est, non non. (*Matth.* 5.)

b Rubenitis, &c.] Isti tres fuerunt primogeniti matrum suarum, Ruben, Liæ, Gad, Zelphæ, Manasses, Afsenez. Et significant prælatos, qui præcedere debent armati populum suum. Uxores vero, & filii, & jumenta non pergunt in exercitum, idest, fragiles, idiotæ, carnales, quia cito deficerent. Unde talibus non debet committi cura animarum. *c* Quem præcepit] *Num.* 32. *d* Et omnem terram,] duorum regum, scil. Schon, & Og. *e* Sic reversi,] de quo reditu habebitur *inf.* 22. *f* Tantum sit Dominus Deus, &c.] q. d. nisi Dominus fuerit tecum, non obediemus tibi: si autem fuerit tecum, obediemus. Quidam male intelligentes, & ideo errantes, argumentantur ex hoc, quod malis Prælatis non est obediendum, sed mentiuntur. In his enim, quę ad cathedram pertinent, obediendum est Prælatis, sive boni, sive mali sint, quod probatur ex verbis Domini. *Matth.* 23. ubi dicit: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, nolite facere. Unde quod dicitur hic: Tantum sit Dominus Deus tecum, optative dicitur, non conditionaliter, quasi sub illa conditione vellent obedire, & non aliter; imo simpliciter volebant obedire, sed hoc optabant.

Hebr. 11. *Jac.* 2. 23 *q.* 1. §. *cum ergo.* — *Infr.* 6.

EXPOSITIO CAP. II.

MIsit *g* &c.] præposteratio est secundum Hebræos, quia prius misit Josue exploratores, postea jussit præparari cibaria, sed secundum *Aug.* non.

h De Setim] Locus est in campestribus Moab.

i Viros, &c.] qui sub simulatione fatuitatis consideraverunt Urbem, & loca munita, sicut legitur 1. *Reg.* 21. de David, quod simulavit se arreptitium, ut effugeret manus Achis.

q Viros] exploratores. *r* Stipula lini,] vel canapi. *Interl.* dicit. Vel stupa, vel quisquiliis. *s* Missi fuerant,] a rege Jericho. *t* Ad vada, &c.] Unde venerant exploratores, & quo credebant eos rediisse. *u* Illisque egressis] scilicet nuntiis regis Jericho. *x* Necdum obdormiverant,] quia timebant sibi. *y* Novi,] per ea quæ audierat pro eis a Domino facta, conjiciebat, quod Dominus traderet eis totam terram. *z* Elanguerunt] idest, timore contracti sunt, dissoluti.

℞ *a* Maris *Myst.*

In hoc cap. jam exposito mysterium potest esse tale. *g* Josue] Christus. *i* Exploratores,] prædicatores. *i* Duos] Unde & Dominus discipulos suos misit binos, & binos ante faciem suam. *Luc.* 10. Binos autem misit propter duo præcepta charitatis, quæ debent servare in se, & aliis prædicare, qui officium prædicationis assumpserunt. Unde & duos discipulos misit Dominus, ut adducerent ei asinam, & pullum. *Matth.* 21. idest, Ecclesiam de gentibus, & Judæis. Vel duos, propter duo testamenta, quorum scientiam debent habere prędicatores. Et nota, quod dicit: *m* Misit] quia non debent prædicare, nisi mittantur. Unde dicitur *Rom.* 10. *h* De Setim] quod interpretatur spina. Tales enim debent mitti, quia experti sunt punctiones tentationum. *l* Meretricis] Per hoc nobis clericis pudor, & timor incutitur. Meretrices prædicationes recipiunt, & non repellimus illas. Unde *Matth.* 21. Amen dico vobis, quia Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei. *m* Rex, &c.] diabolus, qui semper nititur impedire fructus prædicationis. Unde misit ad Rahab; ut eos educeret, sed illa abscondit eos. *r* Sub stipula lini,] quod multo labore fit candidum. Et significat poenitentiam, sub qua peccatum absconditur.

℞ Funiculus

habitatores terræ. Audivimus quod ſiccaverit Dominus aquas *a* maris rubri ad veſtrum introitum, quando egreſſi eſtis ex Ægypto, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Jordanem: *b* Sehon, & Og, quos interfeciſtis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in *c* nobis ſpiritus ad introitum veſtrum. Dominus enim Deus veſter, ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum. Nunc ergo *d* jurate mihi per Dominum, ut quomodo ego feci vobiſcum miſericordiam, ita & vos faciatis cum domo patris mei, detiſque mihi ſignum verum, ut ſalvetis patrem meum, & matrem, fratres, ac ſorores meas, & omnia, quæ eorum ſunt, & eruatis animas noſtras de morte. Qui reſponderunt ei: *e* Anima noſtra ſit pro *f* vobis in mortem, ſi tamen non *g* prodideris nos. Cumque tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te *h* miſericordiam, & *i* veritatem. Demiſit ergo eos per funem de feneſtra: Domus enim ejus hærebat *k* muro. Dixitque ad eos: Ad *l* montana conſcendite, ne forte occurrant vobis *m* revertentes, ibique latitate diebus tribus, donec redeant, *n* & ſic ibitis *o* per viam veſtram. Qui dixerunt ad eam: Innoxii erimus a juramento hoc, quo adjuraſti nos, ſi ingredientibus nobis terram, ſignum non fuerit *p* funiculus iſte coccineus, & ligaveris eum in *q* feneſtra, per quam nos demiſiſti, & patrem tuum, ac matrem, fratreſque, & omnem cognationem tuam congregaveris in domum tuam. Qui oſtium *r* domus tuæ egreſſus fuerit, reus ſibi erit, ſanguis ipſius erit in *ſ* caput ejus, & nos erimus *t* alieni. *u* Cunctorum autem ſanguis, qui tecum fuerint in domo, redundabit in caput noſtrum, ſi eos aliquis tetigerit. Quod ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtum proferre in medium, erimus mundi ab hoc juramento, quo adjuraſti nos. Et illa reſpondit: Sicut locuti eſtis, ita fiat. Dimittenſque eos, ut pergerent, *x* appendit funiculum coccineum in feneſtra. Illi vero ambulantes pervenerunt ad *y* montana, & manſerunt ibi tres dies donec reverterentur, qui fuerant perſecuti. Quærentes enim per omnem viam, non repererunt eos. *z* Quibus urbem ingreſſis reverſi ſunt, & deſcenderunt exploratores de monte, & Jordane tranſmiſſo venerunt ad Joſue filium Nun, narraveruntque ei omnia, quæ acciderant ſibi, atque dixerunt: *z* Tradidit Dominus in manus noſtras omnem terram hanc, timore proſtrati ſunt cuncti habitatores ejus.

C A P. III.

IGITUR *a* Joſue de nocte *b* conſurgens movit caſtra, egredienteſque de *c* Setim venerunt ad Jordanem, ipſe, & omnes filii Iſrael, & morati ſunt ibi per tres dies. Quibus evolutis tranſierunt præcones per caſtrorum medium, & clamare cœperunt. Quando videritis arcam fœderis Domini Dei veſtri, & *d* Sacerdotes ſtirpis Leviticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & *e* ſequimini *f* præcedentes: Sitque inter vos, & arcam *g* ſpatium cubitorum duorum millium, ut procul *h* magis videre poſſitis, & noſſe, per *i* quam viam ingrediamini, quia prius non ambulaſtis per eam, & cavete, ne appropinquetis ad arcam. Dixitque Joſue ad populum: *k* Sanctificamini, cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Et ait ad Sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui juſſa complentes tulerunt, & ambulaverunt ad eos. Dixitque Dominus ad Joſue: Hodie incipiam *l* exaltare te coram omni Iſrael, ut ſciant, quod ſicut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim. Tu autem præcipe Sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, & dic eis: Cum ingreſſi fueritis partem aquæ Jordanis, ſtate in ea. Dixitque Joſue ad filios Iſrael: *m* Accedite huc, & audite verbum Domini Dei veſtri. Et rurſus *n* In hoc inquit ſcietis, quod Dominus Deus vivens in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæum, & Hethæum, Hevæum, & Pherezæum, Gergeſæum quoque, & Jebuſæum, & Amorrhæum. Ecce arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Jordanem. *o* Parate xii. viros de xii. Tribubus Iſrael, ſingulos per ſingulas Tribus. Et cum poſuerint veſtigia pedum ſuorum Sacerdotes, qui portant arcam fœderis Domini Dei univerſæ terræ in aquis Jordanis, aquæ, quæ inferiores ſunt, *p* decurrent, atque deficient, quæ autem deſuper veniunt, in una mole conſiſtent. Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, ut tranſirent Jordanem, & Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum. Ingreſſiſque eis Jordanem, & pedibus eorum in partem aquæ tinctis, *q* Jordanis autem ripas alvei ſui

a Maris rubri] *Exod.* 14.
b Sehon, & Og, &c.] *Num.* 21.
C *c* In nobis ſpiritus] id eſt, virtus, vel audacia.
Supr. 6. *d* Nunc ergo jurate] *Interlin.* pactum facit pro ſalute ſua, & ſuorum cum teſtamentis Domini.
e Anima noſtra, &c.] ideſt, morti nos exponemus pro te, ſi modo non celes, & non perdas.
f Pro vobis] ideſt, pro te, & domo tua, ita dicimus.
g Si tamen non, &c.] regi Jericho.
h Miſericordiam,] conſervando.
32. q. 5. §. *cum ergo.* *i* Veritatem] pactum implendo. Vel miſericordiam, quoad domum ejus, veritatem quoad ipſam, quæ meruit ſalvari.
k Muro] civitatis.
l Ad montana] Bene conſulit, quia montana non ſunt ita pervia ſicut valles.
m Revertentes,] ſcilicet nunciis regis Jericho, qui quærunt vos, & ſequuntur putantes vos exiviſſe.
D *n* Ibitis] ad veſtros.
o Per viam veſtram,] ſecuri.
ſ In caput ejus,] ideſt, ipſe erit ſibi cauſa mortis ſuæ, non nos.
t Alieni,] a culpa.
u Cunctorum autem] i. pœna pro ſanguine cunctorum requiretur a nobis, ſi quis eorum, qui erunt in domo interficiatur.
A *x* Appendit funiculum] ſtatim ne homines apprehenderent, & ne ipſi traderent oblivioni.
Supr. 1. B *y* Ad montana,] ut ibi laterent, ſicut eis dixerat Rahab.
z Quibus, &c.] ſcilicet nunciis.
z Tradidit, &c.] ideſt, tradet, vel tradidit jam in diſpoſitione.
Myſtice. Myſtice.
Θ *p* Funiculus coccineus] ſignificat ſanguinem Chriſti.
C *q* Feneſtra,] incarnationem Chriſti.
r Domus] Eccleſiam ſignificat.

EXPOSITIO CAP. III.

D IGitur *a* Joſue] his auditis.
b Conſurgens] lætus.
c De Setim] locus eſt, unde miſerat exploratores.
d Et ſacerdotes] præcedere.

e Sequimini] Alia litera, perſequimini, id eſt, perfecte ſequimini.
f Præcedentes:] Debent enim præcedere ſacerdotes vitæ honeſtate, ſicut præcedunt officii dignitate.
g Spatium cubitorum] quia aliter non viderent omnes arcam, niſi remota eſſet, neque etiam ſic omnes poterant videre, quia ut dicit *Aug.* nimis magnum erat agmen.
i Per quam viam] Ex hoc intelligitur, ut ait *Auguſtinus*, quod columna nubis, quæ ſolebat caſtris movendis ſignum dare, & iter oſtendere, jam receſſerat, nec eis amplius apparebat.
h Magis,] ideſt, potius.
k Sanctificamini] id eſt, hac nocte abſtinete ab amplexibus uxorum.
l Exaltare] faciendo miracula pro te, quæ feci pro Moyſe.
m Accedite huc,] id eſt, appropinquate mihi.
n In hoc] quod ſequitur, ſcilicet, quod Jordanis dividetur ad ingreſſum arcæ.
o Parate duodecim, &c.] *infr.* 4. dicet, ad quid parari jubeantur, ſcilicet, ad tollendum duodecim lapides de medio Jordanis, ex quibus fieret altare Domino.
p Decurrent, &c.] in mare.
q Jordanis autem ripas alvei] interpoſitio. Ut oſtendatur majus miraculum. Tunc enim, i. tempore meſſis inundaverat Jordanis ex imbre ſerotino, ſicut in vere ex imbre temporaneo. Unde *Eccl.* 24. Qui multiplicat, quaſi Jordanis in tempore meſſis.
a Meſſis.

a Messis] triticeæ. *b* Steterunt] *Adamantius:* Peccatori omnis creatura hostis est, justo serviunt omnia. Nihil ergo est, quod metuat justus, cui omnis creatura famulatur: Et ei dicitur: si transieris per ignem, flamma non nocebit te: *Isai.* 4. *c* Contra Jordanem,] i. per Jordanem, ut ponatur præpositio pro præpositione. Vel ideo dicitur, quia appropinquabant moli aquarum, q.d. non timebant. *d* Accincti] idest, parati.

De consec. d. 2. c. revertimo, vers. Jordanis.

D

duodecim in corona mulieris, idest, Ecclesiæ, *Apoc.* 12. Item nota duodenarius ex duplici senario constat, quia duplex perfectio fuit in Apostolis, quæ adhuc exigitur in prædicatoribus, scilicet vitæ, & scientiæ. *Isai.* 40. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion.

EXPOSITIO CAP. IV.

Quibus *e* transgressis] scilicet populo. *Sup.* 3. jusserat Josue parari duodecim viros, singulos de singulis Tribubus, qui postquam populus transivit Jordanem, tulerunt, ex præcepto Josue de loco, ubi steterant sacerdotes, duodecim lapides juxta numerum filiorum Israel in siccum. De sicco vero retulerunt in alveum alios duodecim, in memoriam transitus eorum. Postea reversæ sunt aquæ in alveum suum, & ascendens populus de Jordane, tulit secum duodecim lapides fluminis, ex quibus Josue in Galgalis construxit altare Domino, super quod postea sacrificavit Domino: Et hoc est, quod dicitur in hoc capitulo.

A — *Deut.* 27. — B

f Viros] animi virtutes.

Mystice. Mystice. Duodecim viri electi a Josue, sunt duodecim Apostoli electi a Christo. *Matth.* 10. Convocatis duodecim discipulis dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, *Joan* 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, &c. Duodecim lapides fluminis translati in siccum, signant populum Judaicum natum ex xii. filiis Jacob, qui prius habuit humorem gratiæ, & abundantiam doctrinæ, postea translatus in siccitatem malitiæ. Unde *Ps.* 105. Posuit flumina eorum in desertum, & exitus aquarum in sitim. Et alibi. Abierunt in sicco flumina. Per xii. lapides de sicco translatos in flumen, significantur gentes, per doctrinam xii. Apostolorum ab ariditate gratiæ ad finem conversi. Unde *Ps* 106. Posuit desertum in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

Num. 23. — C

Moraliter. Moraliter autem per lapides de flumine in sicco positos, significantur illi, qui de fluxu mundi intrant soliditatem claustri. Per lapides de ripa in flumine repositos, significantur illi, qui de claustri soliditate assumantur in honoribus, & ad sæcularia negotia peragenda. Unde *Isai* 43. Ponam in deserto viam, & in invio flumina, & glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones, quia dedi in deserto aquas, & flumina in invio, ut darem populo meo potum. Vel duodecim lapides in sicco positi, sunt contemplativi. Lapides in flumine positi, sunt activi, qui inter procellas sæculi laborant. Item duodecim lapides in sicco positi, sunt prædicatores in tuto paupertatis, & humilitatis radicati. Duodecim in flumine repositi, sunt prædicatores in sæculo remanentes. Primi sunt duodecim fontes in Elim, *Exod.* 19 Secundi sunt duodecim lapides in superhumerali sacerdotis. *Exod.* 39. Utrique lapides

tempore *a* Messis impleverat: *b* Steterunt aquæ descendentes in loco uno, & instar montis intumescentes apparebant procul ab urbe, quæ vocatur Edom usque ad locum Sartham: Quæ autem inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum descenderunt, usquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra *c* Jordanem, & sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini stabant super siccam humum in medio Jordanis *d* accincti, omnisque populus per arentem alveum transibat.

C A P. IV.

Quibus *e* transgressis dixit Dominus ad Josue: Elige duodecim *f* viros singulos per singulas Tribus, & præcipe eis, ut tollant de medio *g* Jordanis alveo ubi steterunt sacerdotum pedes, duodecim *h* durissimos lapides, quos ponetis in *i* loco castrorum, ubi fixeritis *k* hac nocte tentoria. *l* Vocavitque Josue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel singulos de Tribubus singulis, & ait ad eos: Ite *m* ante *n* arcam Domini Dei vestri ad Jordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in *o* humeris vestris juxta numerum filiorum Israel, ut sit *p* signum inter vos. Et quando interrogaverint vos filii vestri *q* cras dicentes: Quid sibi volunt *r* isti lapides? respondebitis eis: Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini, cum transiret eum, idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel usque in *s* æternum. Fecerunt ergo filii Israel sicut præcepit eis Josue, portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides, ut Dominus ei imperarat, juxta numerum filiorum Israel, usque ad locum, in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, & sunt ibi usque in præsentem diem. Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Jordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Josue, ut loqueretur ad populum, præceperat Dominus, & dixerat ei Moyses: *t* Festinavitque populus, & transiit. Cumque transissent omnes, transivit & arca Domini. Sacerdotesque pergebant ante populum. Filii quoque Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manasse armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses, & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos incedebant super plana, atque campestria urbis Jericho. In illo die magnificavit Dominus Josue coram omni Israel, ut timerent eum sicut timuerant Moysen, dum adhuc viveret. Dixitque ad eum: Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœde-

g De medio Jordanis,] idest, de medio mundi. *h* Durissimos, &c.] gentes duras corde, & aridas. *Thren.* 4. Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium viarum. Viæ sunt Prælati. *Thren.* 1. Viæ Sion lugent. *Isaiæ* 33. Dissipatæ sunt viæ, cessavit transiens per semitam. *i* In loco castrorum] idest, in Ecclesia, quæ militat in terra. *k* Hac nocte] adversitatis. *Job* 7. Militia est vita hominis super terram.

l Vocavitque, &c.] *Luc.* 9. Convocatis duodecim Apostolis dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia.

m Ite ante] *Luc.* 10. Misit illos binos, & binos ante faciem suam in omnem locum, quo ipse erat venturus.

n Arcam] Idem significatur per arcam, & per arcum, idest, Christus. Unde *Genes.* 9. Ponam arcum meum in nubibus, & erit signum inter me, & terram. Arcus enim fit ex sole intrante nubem, & Christus fit divinitate intrante carnem. *Isai* 19. Ascendet Dominus super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, idest, filius Dei assumet carnem, & veniet in mundum. Arcus curvus est, & Christus se incurvavit super genus humanum, ut ipsum miserabiliter incurvatum, ad rectitudinem revocaret: Quod figuratum fuit 4. *Reg.* 4. in Eliseo, qui se incurvavit super puerum suscitandum.

o In humeris] Compassionis, vel operis, *Galat. ult.* Alter alterius onera portate, &c.

p Ut sit signum inter vos.] Jam diu desiit signum, compassio, scilicet, & exemplum prælatorum. *Psalm.* Signa nostra non vidimus, jam non est Propheta. *Psalm.* 73.

q Cras] idest, in futuro. Simile *Genes.* 30. Respondebit mihi cras justitia mea.

r Isti lapides?] Hos lapides creditur demonstrasse Joannes Baptista, quando dixit. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *Luc.* 3.

s Usque in æternum.] *Gloss.* Augustini dicit: Quomodo in æternum, cum cœlum, & terra transeant? *Matthæi* 24. & 2. *Petr. ultim.* An quoniam æternum aliquid significant, cum ipsi æterni esse non possint; quamvis possit, quod in Græco est, Latina dici, usque in sæculum.

t Festinavitque populus, & transiit Hoc est contra illos, qui bonum propositum differunt adimplere. *Ecclesiast. ultim.* Non trades converti ad Dominum. *Hebr.* 4. Festinemus ingredi in illam requiem. *Proverbiorum* 4. Currens non habebis offendiculum. Unde *Exod.* 12. Phase præcipitur comedi festinanter.

a Decima

ris Dominis, ut ascendant de Jordane. Qui præcepit eis dicens: Ascendite de Jordane. Cumque ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cepissent, reversæ sunt aquæ in alveum suum, & fluebant sicut ante consueverant. Populus autem ascendit de Jordane *a* decimo die primi mensis, & castrametati sunt in *b* Galgalis contra orientalem plagam urbis Jericho. Duodecim quoque lapides, quos de Jordanis alveo sumpserant, posuit Josue in Galgalis, & dixit ad filios Israel: Quando interrogaverint filii vestri cras patres suos, & dixerint: Quid sibi volunt isti lapides? docebitis eos, atque dicetis: *c* Per arentem alveum transivit Israel Jordanem istum, siccante Domino Deo nostro aquas ejus in conspectu nostro, donec transiremus, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccavit, donec transiremus, ut discant omnes terrarum populi fortissimam Dei manum, & ut vos *d* timeatis Deum vestrum omni tempore.

C A P. V.

POstquam *e* ergo audierunt omnes *f* Reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Jordanem ad occidentalem plagam, & cuncti *g* reges Chanaan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quod siccasset Dominus fluenta Jordanis coram filiis Israel, donec transirent, dissolutum est cor eorum, & *h* non remansit in eis spiritus *i* timentium introitum filiorum Israel. Eo tempore ait Dominus ad Josue: *k* Fac tibi cultros lapideos, & *l* circuncide secundo filios Israel. Fecit, quod jusserat Dominus, & circuncidit *m* filios Israel in *n* colle præputiorum. Hæc autem causa est secundæ circuncisionis: Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, universi *o* bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, qui omnes circuncisi erant: Populus autem, qui *p* natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircuncisus fuit, *q* donec consumerentur, qui non audierant vocem Domini, & quibus ante *r* juraverat, ut ostenderet eis terram *s* lacte, & melle manantem. Horum filii in locum *t* successerunt patrum, & circuncisi sunt a Josue, quia *u* sicut nati fuerant, in præputio erant, *x* nec eos in via aliquis circunciderat. Postquam autem omnes circuncisi sunt, *y* manserunt in

a Decima die primi mensis,] idest, Aprilis. De quo *Exod.* 12. Hic mensis erit vobis primus in mensibus anni. Eodem die præcipitur in lege agnus tolli ad immolandum. *Exod.* 12. Et notandum, quod annus ille, in quo transibat Jordanem, erat Jubilæus secundum Hebræos, ut legitur *in Chronicis Eusebii Cæsariensis*, & erat quinquagesimus primus inter jubilæos, quasi ab initio usque tunc fluxissent anni bis mille quingenti quinquaginta singulis jubilæis 50. distinctis. Secundum lxx. vero longe plures anni fluxerant ab initio mundi usque tunc: *Beda* vero probat *in Chronicis suis*, secundum Hebraicam veritatem annos septem de prædicta summa defuisse. *b* In Galgalis] per decem stadia a Jericho ad Orientem, quinquaginta vero a Jordane. *c* Per arentem, &c.] Unde sumi poterant lapides isti mari rubro. *Exod.* 14. *d* Timeatis,] filiali timore.

EXPOSITIO CAP. V.

POstquam *e* ergo, &c.] Hic agitur de circumcisione populi, quam fecit Josue in Galgalis cultris lapideis, ut dicitur in textu. Tamen Hebræus habet, novaculis acutis. Secundo de celebratione Paschæ in Galgalis. Tertio præcipit Dominus solvere calceamenta de pedibus suis. *h* Non remansit, &c.] idest, virtus, vel audacia, eorum dico. *i* Timentium] vel introitu. *m* Circumcidit filios Israel.] *Interl.* dicit populum, scilicet, non hominem unum.

n In colle præputiorum.] Quidam collis est sic dictus propter præputia circuncisorum, quæ ibi projecta sunt. Hic dicit *Aug. contra Cyprianum*, scilicet, quod baptizatus ab hæretico non est iterum baptizandus, sicut nec idem homo iterum circumcisus. Sed nota, quod ex hoc, quod dicitur: Circumcide secundo, insurgunt hæretici dicentes, bis debere baptizari, sicut bis debere circumcidi, sed errant *a*. Non enim bis circumcisus fuit aliquis. Et quod dicitur hic, secundo, non ad easdem personas, sed ad eumdem populum est referendum: idem enim erat populus tunc, qui & prius, non tamen eædem personæ, quia mares, qui circumcisi fuerant in Ægypto, mortui sunt in deserto. Filii vero eorum, quos genuerunt in deserto per quadraginta annos, circuncisi non erant, alii ex mandato Domini, alii ex negligentia parentum, alii ex cautela, ne forte mox, ut circumcisi essent, attolleretur nubes, & sic necesse haberent progredi, & periclitarentur parvuli recenter circumcisi, isti modo circumcisi fuerant: Et ita idem populus bis circumcisus fuit, primo in Ægypto, secundo in Galgalis, non tamen eædem personæ, sicut dicitur populus Romanus bis devictus, primo a Cæsare, secundo ab Imperatore, nullus tamen fuit sub utraque victoria. Vel secundo dicitur, quia bis præcepit Dominus circumcisionem, primo Abrahæ. *Genesis* 17. secundo Josue hic. Est ergo sensus: Circumcide secundo filios Israel, idest, ex mandato Domini super hac re secundo facto. *o* Bellatores, &c.] Hoc dicit propter Levitas, qui non fuerunt numerati ad bellum, neque mortui sunt in deserto. *q* Donec consumerentur,] *Gloss.* quia patres lege inobedientes, circumcidere eos noluerunt, vel despexerunt.

r Juraverat,] i. firmaverat, vel firmiter promiserat, quæ promissio impleta fuit in filiis. Vel juraverat sub conditione, si custodirent mandata ejus. Unde *Isai.* 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. *t* Successerunt] Et ita idem populus, sicut modo idem dicitur populus istius civitatis, & qui fuit ante centum annos, propter loci, & legis identitatem, & generationis continuationem.

u Sicut nati fuerant,] illi, qui sic erant incircuncisi, & non alii. *x* Nec eos, &c.] Triplici ratione, quæ dicta est, vel mandato Dei, vel negligentia, vel cautela vitandi periculi, quod emergere possit. D

Ω *b* Hodie. *Mystice, & Moraliter.*

Mystice, & Moraliter sic potest legi hoc cap. *f* Reges Amorrhæorum] Per Amorrhæos, qui interpretantur amaricantes, significantur divites hujus mundi, Christum in membris suis ad amaritudinem provocantes. A *Ps.* 9 Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, &c. *Osee* 12. Ephraim provocavit me ad iracundiam in amaritudinibus suis, idest, divitiis, vel peccatis.

g Reges Chanaan,] propinqua mari possident, idest, negotiatores terræ amaritudini infernali sunt vicini. B

k Fac tibi, &c.] Josue, Prælatus, qui debet sibi facere cultros lapideos, idest, de Christo lapide prædicare, vel prædicatores fortes secum assumere, & per suam, & illorum prædicationem vitia resecare. C *Eph. ult.* Galeam salutis accipite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. *Joelis* 3. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Contrarium videtur *Isaiæ* 22. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Expone moraliter, & nulla erit contrarietas, *Luc.* 22. Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. *l* Circumcide secundo] Duplicem innuit circumcisionem. Prima fit in Baptismo, quæ tollit originale peccatum, secunda fit in pœnitentia, quæ tollit actuale. Vel prima est a culpa in præsenti, secunda erit ab omni miseria in futuro. Vel prima per legem, secunda per Evangelium fuit.

p Natus in deserto] per desertum intellige claustrum.

Per quadraginta annos, tempus pœnitentiæ. Populus natus in deserto, claustrales a juventute nutriti in claustro, qui cum iter latissimum tenere incipiunt, incircuncisi protinus fiunt. *Ezechiel* 44. Sufficiant vobis scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, in domum meam.

s Lacte, & melle manantem,] idest, bonorum omnium copia affluentem. Terra promissionis terra viventium est, quæ fluit lacte, & melle, idest, gaudio divinitatis, & humanitatis. Lac enim, quod de carne nascitur, significat gaudium humanitatis. Mel quod a cœlo descendit, dulcedinem divinitatis. *Psal.* 56. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, &c. *y* Manserunt in eodem castrorum, &c.] quia accepta penitentia de peccatis, constanter manendum est in ea. *Eccles.* 2. Fili accedens ad servitutem Dei, &c.

Ω *b* Hodie abstuli, &c.] idest originale peccatum, contra quod Ægyptii non habent remedium, quod est opprobrium eis. Vel opprobium Ægypti, idest, propter præputium, quod habent Ægyptii, quod est opprobrium apud Hebræos. Vel opprobrium Ægypti, idest, servitutem Ægypti, quæ opprobrium erat eis. Numquam enim plene liberati fuerint ab hoc opprobrio, donec Jordane transito a Josue sunt circumcisi. Et alludit huic nomini Galgala, quod interpretatur libertas. Tunc enim liberi fuerunt, qui usque tunc erant servi. Vel Galgala interpretatur revelatio, idest, sanctificatio, juxta illud *Psal.* 113. Facta est Judæa sanctificatio ejus. *e* Fecerunt Phase] idest, agnum paschalem comederunt cum azimis & lactucis agrestibus, ut præceptum est *Exod.* 12. Hoc phase nondum factum fuerat nisi bis: Primo in finibus Ægypti circa Ramasse. *Exod.* 12. Secundo ad radicem montis Sinai, secundo anno egressionis. *Num.* 19. Et tunc intermissum fuit cum circumcisione usque ad terram promissionis, de quo hic agitur. Primum significat exitum de vitiis ad virtutes: Secundum profectum de virtute in virtutem: Tertium transitum de miseria ad gloriam. Primum fit per gratiam prævenientem: Secundum per gratiam proficientem: Tertium per gratiam consummantem. Sive primum per gratiam operantem, secundum per gratiam cooperantem, tertium per gratiam consummantem. *f* Quarta decima die] idest, decima quarta luna Aprilis. *g* Die altero] idest, in crastino. *h* Et polentam] Polenta Gallice dicitur *granea*, idest, grana tosta, & manibus contricata ad modum grani tusi. Unde dicitur polenta a polen polinis, quod est farina delicatissima. *i* Defecitque manna,] *Adamantius* dicit: Tres species ciborum distinguuntur: Sparsum fermentum in vestimentis. *Exod.* 13. Manna *Exod.* 16. Fructus terræ Palestinæ. Cibus quem de Ægypto portamus, & ad parvum tempus sufficit, parva hæc eruditio scholaris est liberalium litterarum. In eremo vero, idest, in hujus vitæ statu manna vescimur, dum divinæ legis eruditione docemur. Qui vero meruerint terram promissionis intrare, & promissa Christi consequi, edent fructum de regione palmarum, idest, victoriarum. *Apoc.* 2. Qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. *l* Et vidit virum] idest, Angelum in specie viri: qui ideo in specie viri apparebat, quia ad viriles actus admonebat. *m* Perrexitque ad eum,] Josue perrexit ad Angelum, licet evaginato gladio contra se stare concupisceret, quia a Christo irato fugiendum est ad Christum placatum, & a Christo justo appellandum est ad Christum misericordem. *n* Nequaquam,] quasi dicat, nec vester sum, nec adversariorum, quia non est Deus dissensionis, sed pacis. *Isaiæ* 9. Princeps pacis. *o* Cecidit Josue] *Gloss.* Quæritur utrum Angelo se prostraverit, eumque Dominum dixerit, an potius intelligens a quo missus fuerit, ipsum Dominum dixerit, eique se prostraverit. *p* Et adorans] Deum in ipso, vel ipsum Angelum dulia. *q* Solve, &c.] Idem dictum fuit Moysi in monte Horeb, *Exod.* 3. Sed contrarium *Exod.* 12. In esu agni præcipitur, scilicet, ut habeant calceamenta in pedibus. Solutio: Ibi calceamenta exempla Sanctorum, hic vero opera mortua significant. *r* Sanctus est,] quasi dicat Angelus, quia ego ibi sum. Ita innuit *Interl.* Item *Adamantius*: Quocumque venerit princeps virtutis Domini, sanctificat locum.

[Margin: 16.c.xx sed & illud.] [Margin: Exod. 3. Act. 7.]

...eodem castrorum loco, *a* donec sanarentur, Dixitque Dominus ad Josue: *b* hodie *c* abstuli *d* opprobrium Ægypti a vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, usque in præsentem diem. Manseruntque filii Israel in Galgalis, & *e* fecerunt Phase *f* quarta decima die mensis ad vesperum in campestribus Jericho, & comederunt de frugibus terræ, *g* die altero, & azimos panes, & *h* polentam ejusdem anni. *i* Defecitque manna, postquam comederunt de frugibus terræ, nec usi sunt ultra cibo illo filii Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan, Cum *k* autem esset Josue in agro urbis Jericho, levavit oculos *l* & vidit virum stantem contra se evaginatum tenentem gladium, *m* perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an adversariorum? Qui respondit: *n* nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. *o* Cecidit Josue pronus in terram, & *p* adorans ait; Quid Dominus meus loquitur ad servum suum? *q* Solve inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, *r* sanctus est. Fecitque Josue, ut sibi fuerat imperatum.

CAP. VI.

JERICHO *s* autem *t* clausa erat, atque *u* munita *x* timore filiorum Israel, & *y* nullus egredi audebat, aut...

...tentia, vel in Baptismo. *d* Opprobrium, &c.] i. peccatum, quod opprobriosum reddit peccatorem, in Ægypto, idest, in tenebris inferni. Unde *Isai.* 4. Tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. In hoc autem, quod dicit, hodie, innuit, quod gravius puniri meretur, qui peccat tempore gratiæ, quam ante. Et hoc idem probat Apostolus ad *Hebr.* 10. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis mereri deteriora supplicia, qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est. Hoc idem probat *Orig.* Nam in lege, qui fornicabatur, non lapidabatur; modo autem, qui fornicatur in corpus suū peccat, idest, totam Ecclesiam, cujus ipse est membrum, maculat. *k* Cum autem, &c.] Jericho, mundus, ubi debet esse Josue, idest, prælatus in agro, idest, in officio prædicationis, & laboris, non in lecto quietis, & corporis: Ad quem pergit Angelus, ut defendat si bene fecerit: Vel occidat, si male. Evaginatum tenet gladium, quia denudat ei intelligentiam verbi Dei. *Dan.* 9. Nunc egressus sum docere te. Vel evaginatum gladium tenet Angelus in manu, quia Prælatus apertam doctrinam debet habere, quam etiam debet bonis operibus confirmare.

[Margin: 1. Cor. 6.]

EXPOSITIO CAP. VI.

JEricho *s* autem, &c.] Hic agitur de eversione Jericho, quæ facta est in hunc modum: Primo die azimorum summo diluculo septem Sacerdotes juxta consilium Angeli clangere ceperunt buccinis ante arcam, & omnis populus armatus præcedebat arcam, & reliquum vulgus sequebatur eum, & sic prima die azimorum circuierunt civitatem Solis sub silentio, & redierunt in castra. Hoc modo fecerunt sex diebus. Septimo vero die septies circuierunt eam, & in septimo circuitu dixit Josue ad populum: Vociferamini, & ascendite, sitque civitas anathema. Et sic vociferante populo, & tubis clangentibus, muri funditus corruerunt, & ascenderunt unusquisque per locum, qui contra se erat, & interfecerunt omne vivens in ea, & omnem suppellectilem combusserunt. Rahab vero cum omni domo sua oneratam muneribus receperunt in Israel in perpetuum. Quam tempore procedente duxit Salmon in uxorem, de qua genuit Booz, avum illius Booz, qui genuit Obed ex Ruth. Tres enim continui dicti sunt Booz, pater, filius, nepos, pro quibus tribus semel ponitur in genealogia Booz. *Matth.* 1. Postea imprecatus est Josue super reædificatione Jericho. Jericho autem clausa erat, &c. *x* Timore filiorum Israel,] idest, propter filios Israel, quos timebant.

Ω Dixitque

[Margin: Mystice.]

s Jericho] interpretatur luna: & significat mundum, qui sicut luna crescit, & decrescit, & nunquam in eodem statu permanet. *t* Clausa] muro triplici, scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. 1. *Joan* 2. Nolite diligere mundum, quia omne, quod est in mundo, &c. De hoc muro dicitur in *Psal.* 17. Et in Deo meo transgrediar murum. *u* Munita] mundana sapientia, de qua *Jac.* 3. Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Et respondent tria tribus. *Psal.* 59. Quis deducet me in civitatem munitam. Et *Isa.* 64. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra, qui interpretatur munita. Sed quare ita munita est Jericho? Ecce *x* Timore filiorum Israel,] Princeps enim rationes invenit, quibus cives mundi: rationes prædicantium regnum Dei, & contemptum mundi, eliminent, & eludant, imo fatuos reputant tales prædicatores, qui penitentiam prædicent, vel contemptum mundi, *Cor.* 1. Verbum Crucis pereuntibus. *Gloss.* idest, sapientibus stultitia est, his autem, qui salvi fiunt, id est, nobis virtus Dei est. *y* Et nullus egredi] Nullus vere ingreditur mundum per cognitionem, quia si vere cognosceret,

EXPO-

* *a* Donec sanarentur] idest, cum amore facerent, quæ prius difficilia videbantur. *Adamantius*: Non sufficit circumcidi, necesse est sanari, idest, cum quodam dolore animi consuetudinis culpam novella institutione vitamus, usquequo in usum vertamus, quod prius insolitum, & difficile videbatur. *b* Hodie] i. tempore gratiæ. *c* Abstuli] in pœni-

* nullo

ingredi. a Dixitque Dominus ad Josue: Ecce dedi in b manu tua Jericho, & regem ejus, omnesque fortes c viros. Circuite urbem cuncti d bellatores semel per diem. Sic facietis sex diebus. e Septimo autem die, Sacerdotes tollent septem buccinas, quarum usus est in f jubilæo, & præcedant arcam fœderis. g Septiesque circuibitis civitatem, & Sacerdotes clangent buccinis. Cumque insonuerit vox tubæ longior, atque h concisior, & in auribus vestris i increpuerit, k conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & l muri funditus corruent civitatis. Ingredienturque singuli per locum, contra quem steterint. m Vocavit ergo Josue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos: n Tollite arcam fœderis, & septem alii Sacerdotes tollant septem o jubilæorum buccinas, & incedant ante arcam Domini. Ad p populum quoque ait: ite, & circuite civitatem armati q præcedentes arcam Domini. Cumque Josue verba finiisset, & septem Sacerdotes buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini: omnisque populus præcederet armati exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis r omnia concrepabant. Præceperat autem Josue populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque ullus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies, in quo dicam vobis: s Clamate, & vociferamini. Circuivit ergo arca Domini civitatem semel per diem, & reversa est in castra, remansitque ibi. Igitur Josue de t nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini, & septem ex eis septem buccinas, quarum in jubilæis usus est, præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes, & armatus populus ibat ante eos: Vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis u personabat. Circuieruntque civitatem secundo die semel, & reversi sunt in castra; Sic fecerunt sex diebus. Die autem septimo, diluculo consurgentes, circuierunt urbem sicut dispositum erat septies. Cumque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Josue ad omnem Israel. Vociferamini: Tradidit enim vobis Dominus civitatem. Sitque civitas hæc anathema, & x omnia quæ in ea sunt, Domino. y Sola Rahab meretrix vivat cum universis, qui cum ea in domo sunt. Abscondit enim nuntios, quos direximus. Vos autem cavete, ne de his z quæ præcepta sunt, quippiam a contingatis, & sitis prævaricationis rei, b & omnia castra Israel sub peccato sint, atque turbentur. Quicquid autem auri, & argenti fuerit, &

Ω a Dixitque Dominus] idest, Angelus in persona Domini vel Dominus per Angelum. b In manu] idest, in potestate. c Viros,] in ea manentes. f In jubilæo] quia appropinquante jubilæo, septem diebus continuo clangebant buccinis, ut dictum est *Num.* 10. & *Lev.* 52. g Septiesque, &c.] septima scil. die, quia aliis 6. diebus præcedentibus semel tantum in die. h Concisior,] i. interpolata. i Increpuerit] i. insonuerit. k Conclamabit] septimo die. o Jubilæorum, &c.] quidam habent jubilorum, sed male. p Ad populum] bellatorum. q Præcedentes] Nota ordinem: Armati præcedunt, postea Sacerdotes cum buccinis, & cum arca, deinde populus. r Omnia concrepabant.] septimo die, scilicet. s Clamate, & vociferamini.] Alia littera habet, jubilate. Hinc forte habuerunt, quod dicunt, septem jubilorum buccinas. t De nocte sollicitudinem suam demonstrat Josue, de implendo mandato Domini. u Personabat] non populus, sed arca, quæ dicitur buccinasse, quia sacerdotes, qui cum ea erant, buccinabant. x Et omnia, &c.] Construe sic: Sit hæc civitas anathema, i. separata Domino, & omnia, quæ in ea sunt, similiter sint separata Domino, i. nihil ex eis in usus proprios retineatur, sed Domino omnia conferrentur, vel comburantur. Dicitur autem anathema ab anathane, quod est sursum ponere, sive devotare, i. Seorsum voto ab omni usu nostro separare. Res enim vota, & Domino reddita sursum ponebatur in templis. y Sola Rahab, &c.] *In Deut.* 20. præceptum est, ut omnes interficerentur, hic reservatur Rahab, & sui, ergo contra legis præceptum fecit Josue. Item videtur male fecisse, quod non obtulit pacem Jericho sicut præceptum est. *Deut.* 20. Solutio: Ad primum dicimus, quod spirituali consilio Domini reservata est Rahab. Ad secundum dicimus, quod præceptum de pace offerenda, intelligitur de illis, qui erant extra terminos terræ promissionis, ut patebit *inf.* 9. z Quæ præcepta sunt,] anathematizari. a Contingatis] ad reservandum vobis. b Et omnia castra] *Interl.* Modicum fermentum totam massam corrumpit, 1. *Corinth.* 5.

Ω a Et

Supra 2. * nullo modo diligeret, & nullatenus in eo remaneret. *Nahum* 3. Et erit omnis, qui viderit te, resiliet a te per amorem, scilicet. Ideo autem nullus egreditur per amorem, quia nullus ingreditur per cognitionem. Sed e converso, multi ingrediuntur per amorem, & egrediuntur per cognitionem, quia tantum superficialiter contemplantur mundum, & ea quæ mundi sunt, & ideo male judicant, bona dicentes mala, & e converso. De quibus dicitur *Isai.* 5. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes lucem, &c. Facile est ingredi Jericho, sed difficile egredi. Quid enim difficilius quam de deliciis, & divitiis, & honoribus, ad paupertatem, asperitatem, & vilitatem transire? Nihil difficilius est amatoribus hujus mundi, qui quasi pisces capti sunt in rete diaboli. Rete quidem anterius latum est, & patens, sed post strictum, & angustum: *Matth.* 7. Lata est via, &c. a Dixitque Dominus ad Josue:] i. pater ad filium. b Ecce dedi] *Matth. ult.* Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Unde de cœlo jam ejecit superbum, qui inter fratres discordiam seminabat, *Apoc.* 12. Projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte. Et de terra in fine ejiciet eum in infernum. *Joan.* 12. Princeps mundi hujus ejicietur foras. c Circuite] Sic dicit Dominus prædicatoribus. Sic enim, & ipse fecit, *Matth.* 4. Circuibat Jesus totam Galilæam docens in synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni, *Jo.* 13. Exemplum enim dedi vobis, ut & vos ita faciatis. Et de bonis prædicatoribus dicitur in *Ps.* 58. Famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem. d Bellatores,] i. prædicatores, quia debent bellare pro Domino, ore prædicando, manu operando, pede animæ currendo, scilicet desiderando. De primo *Isai* 58. Clama, ne cesses. De secundo *Ps.* 143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus, &c. De tertio *Job* 39. Gloria narium ejus terror, terram ungula findit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pavorem, non cedit gladio. e Septimo die tollent] i. septenario hujus vitæ prædicatores tollent prædicationem, qui per buccinam, designantur. Buccina fit de argento. Unde *Num.* 10. Fac tibi duas buccinas argenteas. Duas propter duo præcepta charitatis, vel propter duas partes justitiæ, scil. declinare a malo, & facere bonum, ad quod est omnis prædicatio ducenda. Argenteas vero: Argentum enim dum quiescit, nigrescit, cum exercetur, clarescit; sic prædicatio. Curva est tuba, sic prædicator ad seipsum aliquando debet reflecti, ut primo videat in se, quod alios doceat. Tuba manu tenetur, sic prædicatio operibus debet adjuvari. Tuba stricta est ex illa parte, qua ori conjungitur, lata vero ex illa parte per quam sonus fit, sic prædicator sibi justus, alii misericors debet esse, e converso est hodie. Septem dicuntur buccinæ, quia prædicator per septem dona septem vitia debet extirpare. Vel propter septem principales nequitias, quæ sunt, pertinacia Judæorum, idololatria gentium, perfidia hæreticorum, apostasia falsorum Christianorum, malitia dæmonum, superbia Antichristi, obstinatio sequacium ejus. f Quarum, &c.] quia usus prædicationis debet retorqueri ad requiem æternam, non ad laudem propriam, vel temporalem requiem.
b Vox communis,] quia prædicatio debet esse interpolata, non assidua, ne vilescat. Nam ut dicit auctoritas, prædicatio si rara est, non sufficit, si assidua, vilescit. k Conclamabit,] obediendo. l Et muri, &c.] idest, peccati defensio. m Vocavit,] idest, Christus prædicatores, & adhuc quotidie vocat, dicens: Messis quidem multa, operarii vero pauci, &c. *Luc.* 10.
n Tollite arcam] idest, exaltate Ecclesiam. o Quicquid autem, &c.] Aurum, sapientia; argentum, eloquentia; vas humilitas, ferrum, patientia. Ista quatuor valde necessaria sunt prædicatori. Hæc debent consecrari Domino combusta Jericho, ut prædicator sit sapiens, sit eloquens, sit humilis, sit patiens, aliter non prædicet. Si autem hæc habet, secure prædicet, quia in thesauris Ecclesiæ Domini signatus est.

vasorum æneorum, ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris ejus. Igitur omni populo vociferante, *a* & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox, sonitusque increpuit, muri illico corruerunt, & ascendit unusquisque per locum, qui contra se erat. Ceperuntque civitatem, & interfecerunt omnia, quæ erant in ea a viro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem. Boves quoque, & oves, & asinos in ore gladii percusserunt. Duobus autem viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Josue: Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia, quæ illius sunt, sicut illi juramento firmastis. Ingressique juvenes, eduxerunt Rahab, & parentes ejus, fratres quoque, & cunctam supellectilem, ac cognationem illius, & extra castra Israel manere fecerunt. Urbem autem, & omnia, quæ inventa sunt in ea, succenderunt: absque auro, & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in *b* ærarium Domini consecrarunt. Rahab vero meretricem, & domum patris ejus, atque omnia, quæ habebat, fecit Josue vivere, *c* & habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem, eo quod absconderit nuncios, quos *d* miserat, ut explorarent Jericho. In tempore illo *e* imprecatus est Josue dicens: Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit, & ædificaverit civitatem Jericho: in *f* primogenito suo fundamenta illius jaciat, & in novissimo liberorum ponat portas ejus. Fuit ergo Dominus cum Josue, & nomen ejus in omni terra vulgatum est.

C A P. VII.

FILII *g* autem Israel prævaricati sunt mandatum, & usurpaverunt de anathemate. Nam *h* Achan filius Charmi filii Zabdi, filii Zare de Tribu Juda, tulit aliquid de anathemate. Iratusque est Dominus contra filios Israel. Cumque mitteret Josue de Jerico viros contra Hai, quæ est juxta Bethaven ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascendite, & explorate terram. Qui præcepta complentes, exploraverunt Hai. Et reversi dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo, vel tria millia virorum pergant, & deleant civitatem. Quare omnis populus frustra vexetur contra hostes paucissimos? Ascenderunt ergo *i* tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes, percussi sunt a viris urbis Hai, *k* & corruerunt ex eis triginta, & sex homines. Persecutique sunt eos adversarii de *l* porta usque *m* ad Sabarim, & ceciderunt per *n* prona fugientes. Pertimuitque cor populi, & instar aquæ *o* liquefactum est. Josue vero scidit vestimenta *p* sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini usque ad vesperam, tam ipse, quam omnes senes Israel. *q* Miseruntque pulverem super capita sua, & dixit Josue: Heu Domine Deus, qui voluisti *r* transducere populum istum Jordanem fluvium, ut *s* traderes nos in *t* manus Amorrhæi, & perderes? Utinam, ut cœpimus, mansissemus trans Jordanem? Mi Domine Deus quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati, circundabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra: Et quid *u* facies magno nomini tuo? Dixitque Dominus ad Josue: Surge cur jaces pronus in terra?

a Et clangentibus tubis,] idest, Sacerdotibus in tubis. *b* In ærarium,] idest, in locum thesauri. *c* Et habitaverunt, &c.] Aliam litteram ponit *Adamantius*, dicens: Rahab meretricem, & omnem domum patris ejus vivificavit Jesus, & adjecta est ad Israel usque in hodiernum diem. Et quærit *Adamantius* quomodo in hodiernum diem adjecta est? Hoc enim moris est sanctæ Scripturæ dicere de his, quæ ad finem vitæ, vel sæculi permanent: ut, Hic est pater Moabitarum, *Genesis* 19. usque in hodiernum diem, idest, usque in finem sæculi. Et illud *Matt. ult.* Et diffamatus est sermo iste apud Judæos usque in hodiernum diem, idest, quamdiu stat sæculum. Rahab vero quomodo adjecta est domui Israel usq; in hodiernum diem supple, quæ tamen modicum duravit, an matri posteritas ascribitur, ut videatur in sobole servari, an magis intelligendum est, quod vero, qui usque tunc duravit Israel sociata est usque in hodiernum diem: Ramus enim oleastri apponitur, *Rom.* 10. idest, inseritur in radicem bonæ olivæ, & adjungitur Israel usque in hodiernum diem, quia in illorum radice nos ex gentibus assumpti, qui ali quando meretricabamur, lignum, & lapidem pro Deo colentes: facti sumus per Christi fidem furium. *d* Quos miserat,] scil. Josue. *e* Imprecatus est] Contra: Sæpe legitur in *Gl. super Prophetas*, ubi ipsi videntur imprecari malum alicui dicunt. *Glos.* Prædictive dicit, non optative, sed hic dicitur manifeste, quod imprecatus est Josue: Sol. Sancti possunt imprecari malum non libidine vindictæ, sed amore justitiæ Dei, maxime Josue, qui spiritu prophetico prævidebat hoc futurum. Unde hoc dixit non malum optando, sed divinæ justitiæ consentiendo. *f* In primogenito suo, &c.] idest, quando jaciet fundamenta, moriatur primogenitus ejus; & quando ponet portas, moriatur novissimus. Hoc impletum fuit in Ahiel de Bethel, ut dicitur 3. *Reg* 16. qui in Abiram primogenito suo posuit fundamenta Jericho, & in Segub novissimo suo posuit portas ejusdem.

E X P O S I T I O C A P. VII.

FILII *g* autem Israel, &c.] In hoc capitulo agitur de lapidatione Achor, qui contra præceptum Josue retinuerat sibi de anathemate Jericho, scil. clamydem coccineam contextam auro, & ducentos siclos argenti, regulam auream quinquaginta siclorum, propter quod iratus Dominus, de viris, quos miserat Josue ad capiendam Hai, permisit occidi triginta sex viros a viris Hai. Quod audiens Josue scidit vestimenta sua, & jacuit pronus in terra coram arca Domini usque ad vesperum, & seniores populi cum eo saccis induti. Et dixit Dominus ad Josue: Pollutus est populus anathemate, nec ero tecum, donec mundentur. In crastino convocato omni populo jecit sortem Josue, & tandem cecidit sors super Achor. Qui confessus peccatum suum, lapidatus est, & cuncta quæ illius erant, consumpta. [Filii autem Israel,] idest, aliquis de filiis Israel. Et quod unus fecit, toti populo imputatur. Unde *Adamantius*: Uno peccante, ira super omnem populum venit. Sed quare hoc? Solutio: Quia ita placuit Deo cujus judicia, & facta abyssus multa.

h Nam Achan] idest, Achor. Et hæc est vera littera. Ipse enim trinomius fuit. Habet etiam aliud quartum nomen, scilicet Achari. Unde *Interl.* dicit *in Paralip.* Achar, vel Achari *in Josue*, Achan, vel Achor. *i* Tria millia] Tamen *Josephus* dicit triginta millia.

k Et corruerunt, &c.] qui puniti sunt pro peccato alieno, vel alterius, sed secundum judicium divinum punitur quis temporaliter pro peccato alterius, & illa pœna temporalis magis est ei ad profectum quam ad vindictam, ut in pueris Sodomæ, qui cum patribus perierunt, ne si viverent, fierent pejores. *l* De porta] Hai. *m* Usque ad Sabarim,] nomen est loci, vel civitatis.

n Per prona] idest, per decliva loca.

o Liquefactum est] præ timore.

p Scidit vestimenta sua,] ut mos erat Judæorum. Forte Josue peccavit mittens exploratores contra Hai, & non prius os Domini interrogavit. *q* Miseruntque pulverem super, &c.] quod est signum humilitatis, & pœnitentiæ. *Gregorius*. Cinis, & cilicium, arma sunt pœnitentium. *r* Transducere populum istum, &c.] idest, ducere trans Jordanem. Idem enim valet propositio per compositionem addita verbo, quantum per appositionem addita casuali.

s Ut traderes nos] idest, tradi permitteres.

t In manus, &c.] Hic nomine Amorrhæi intelligitur omnis populus Chanaan.

u Magno nomini tuo?] quod ita exaltatum fuit, & glorificatum in nobis, quos mirabiliter eduxisti de Ægypto.

Sic debet dicere quilibet: *Psalmo centesimo decimo tertio*. Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam.

a Peccavit

a Peccavit Israel, & prævaricatus est pactum meum: Tuleruntque de anathemate, & furati sunt, atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua: Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui hujus sceleris reus est. Surge, *b* sanctifica populum, & dic eis: Sanctificamini in crastinum: Hæc enim dicit Dominus Deus Israel: *c* Anathema in medio tui est Israel. Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. Accedetisque mane singuli per Tribus vestras, & quamcumque Tribum sors invenerit, accedet per *d* cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros: & quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua, quoniam prævaricatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israel. Surgens itaque Josue mane, applicavit Israel per Tribus suas, & inventa est Tribus Juda. Quæ cum juxta familias suas esset oblata, inventa est familia Zare. Illam quoque per *e* viros offerens reperit Zabdi: Cujus domum in singulos dividens viros, *f* invenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de Tribu Juda. Et ait Josue ad Achan: Fili mi, *g* da gloriam Domino Deo Israel, & *h* confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Responditque Achan Josue, & dixit ei: Vere ego peccavi Domino Deo Israel, & sic, & sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, *i* regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui. Misit ergo Josue ministros, qoi currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul. Auferentesque de tentorio, tulerunt ea ad Josue, & ad omnes filios Israel, *k* projeceruntque ante Dominum. Tollens itaque Josue Achan filium Zare, argentumque, & pallium, & auream regulam, filiosque ejus, & filias, boves, & asinos, & oves, ipsumque tabernaculum, & cunctam supellectilem, & omnis Israel cum eo, duxerunt ad vallem *l* Achor, ubi dixit Josue: quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. *m* Lapidavitque eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt: Congregaverunt quoque super eum acervum magnum lapidum, qui permanet usque in præsentem diem. Et aversus est furor Domini ab eis. Vocatumque est nomen loci illius *n* vallis Achor usque hodie.

C A P. VIII.

DIXIT *o* autem Dominus ad Josue: *p* Ne timeas,

---

a Peccavit Israel,] Sed in quo? quia nec consensu, nec actu peccavit nisi unus.

b Sanctifica populum,] idest, sanctificari jube per jejunium vel per abstinentiam ab amplexibus uxorum; vel aliquibus traditionibus, ut aspersione cineris super caput, & hujusmodi.

c Anathema in medio,] idest, res digna separatione, vel ille, qui fecit anathema: sont autem duo genera anathematis. Unum, quod interimebatur, vel destruebatur. Aliud, quod suspendebatur, ut gladius Goliæ. 1. *Regum* 17. Et est hic argumentom, quod si Episcopus in correctione Sacerdotum sumat pecuniam, debet esse anathema illa pecunia, idest, a propriis usibus separata, & Deo consecranda, idest, pauperibus eroganda.

d Per cognationes,] idest, familias. Unde nota, quod idem est cognatio, & familia. Tribus dividitur in familias, familia in domos, domus in capita personarum. Unde jacta est sors primo super Tribus, secundo super familias, tertio super domos, quarto super capita. *e* Illam quoque, &c.] idest, per domos virorum.

f Invenit Achan] Achar, Achari, Achor, Achan idem nomen sunt.

g Da gloriam,] idest, confitere peccatum tuum in quo Judæi confunduntur, qui dicunt, quod nihil valet exterior confessio peccatorum.

h Et confitere,] & pro idest: Confessio enim peccantis ad laudem pertinet ionocentis, & ad gloriam peccatum dimittentis. De qua gloria *Isai.* 42. Gloriam meam alteri non dabo, quia solus Deus peccata dimittit.

i Regulam,] vel lingulam, secundum Hebræos scilicet massam auri, ad modum linguæ factam.

k Projeceruntque ante Dominum,] idest, ante tabernaculum Domini, ubi erat arca. *l* Ad vallem Achor,] Prolepsis est, quia nondum sic vocabatur, sed ab illo facto nomeo accepit.

m Lapidavitque eum.] Non est putandum populum neglexisse præceptum Domini, quo præcepit ipsum esse comburendum. Nam ignis in sacra Scriptura pro gravi poena solet accipi, ut *Jeremiæ* 11. Eduxi vos de terra Ægypti, & de fornace ferrea, & de dura servitute Ægyptiorum. Putant tamen Hebræi Dominum præcepisse ipsum Achor lapidari, & alia, quæ lapides non sentirent, igne cremanda. Dicit tamen *Augustinus* Josue fecisse hoc quadam bona consideratione. Aut enim penituit Achor, & sic non erat dignus igne gehennali. Si autem non poenituit, reservandus erat igni æterno.

n Vallis Achor usque hodie.] *Isaiæ* 65. Erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum, *Oseæ* 2. Dabo tibi vallem Achor ad aperiendam spem. Spiritualiter vallis Achor est religio, ubi proprietarii interficiuntur.

EXPOSITIO CAP. VIII.

DIxit *o* autem Dominus ad Josue.] In hoc capitulo agitur de incendio Hai. Mortuo enim Achor surrexit Josue cum omni populo de loco illo, & præmisit triginta millia virorum inter Bethel, & Hai ad Occidentem, qui dimissis in loco insidiarum quinque millibus, redierunt ad populum. Rex vero Hai festinavit mane egredi cum omni populo suo, ignorans quod post tergum laterent insidiæ. Josue vero simulavit fugam. Et cum longius protraxisset eos de civitate, elevavit clypeum. Quo viso surrexerunt omnes illi, qui erant in insidiis absconditi, & intrantes urbem succenderunt eam, & post insecuti sunt hostes. Et Josue repugnante ex utraque parte cædebantur adversarii, & interfecti sunt omnes viri Hai, scilicet 12. millia hominum. Prædam vero divisit exercitui filiorum Israel. Regem vero vivum cepit, & suspendit in patibulo. Quem vespere deponentes sepelierunt in introitu civitatis sub acervo lapidum.

p Ne timeas,] quasi dicat depone timorem.

Mystice. Ω Omnia Mysterium planum est.

o Dixit autem Dominus ad Josue,] idest, pater ad filium.

p Ne timeas hostes visibiles.

Moraliter. * *a* Neque formides. Moralitas talis potest esse. *p* Ne timeas. Finis capitis præcedentis consonat principio hujus capituli. Dixerat enim: Vocatum est nomen loci illius, vallis Achor, de qua dicitur *Oseæ* 2. Dabo vallem Achor ad aperiendam spem, & canet ibi juxta dies juventutis suæ. Per vallem Achor intelligitur humilitas pœnitentiæ, in qua peccata dimittuntur sicut io Baptismo. Unde *Hieron.* Quod fecit Baptismus, hoc facit penitentia. Unde signanter dictum est: Dabo vallem Achor ad aperiendam spem, quod pertinet ad penitentiam. Et canet ibi juxta dies juventutis suæ, idest, innocentiæ baptismalis, q.d. Tanta erit fiducia peracta penitentia, quanta fuit post Baptismum. Recte ergo facta pœnitentia de Jericho, & Achor, confortat Dominus Josue dicens: Ne timeas, neque formides. Ita quilibet nostrum, si vere in seipso destruxerit Jericho, idest, vanitatem mundi, & Achor lapidaverit, idest, corpus suum, quod sæpe conturbat spiritum, jejuniis, vigiliis, disciplinis afflixerit, statim merebitur a Domino adjuvari, consolari, & confortari. Unde & David, dum adhuc confiteretur peccatum suum, vel peniteret de peccato suo, rogabat Deum, dicens: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Duplicem autem timorem amovet ab eis, quo sæpe bonum dimittitur, & malum committitur, humanum scilicet, cum dicit: Ne timeas, mundanum, cum dicit:

* *a* Neque

Liber Josue.

a neque formides: *b* Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens *c* ascende in oppidum Hai. Ecce tradidi in manum tuam regem ejus, & populum, urbemque, & terram. Faciesque urbi Hai, & regi ejus, sicut fecisti Jericho, & regi illius. Prædam vero, & *d* omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias urbi post eam. Surrexitque Josue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, ut ascenderent in Hai. Et *e* electa triginta millia virorum fortium misit nocte, præcepitque eis, dicens: *f* ponite insidias post civitatem, nec longius recedatis, & eritis omnes parati: Ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum est, ascendemus ex adverso contra urbem. Cumque exierint contra nos, sicut *g* ante fecimus, fugiemus, & terga vertemus donec persequentes ab urbe longius protrahantur. Putabunt enim fugere nos, sicut prius: Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidiis, & vastabitis civitatem, tradetque eam Dominus Deus vester in manus vestras. Cumque ceperitis, succendite eam, sic omnia facietis, ut jussi. Dimisitque eos, & perrexerunt ad insidiarum locum, sederuntque inter Bethel, & Hai ad occidentalem plagam urbis Hai. Josue autem nocte illa in medio mansit populi. Surgensque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in *h* fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum, Cumque venissent, & ascendissent ex adverso civitatis, steterunt ad Septentrionalem urbis plagam, inter quam & eos vallis erat media. Quinque autem millia viros elegerat, & posuerat in insidiis inter *i* Bethaven, & Hai ex Occidentali parte ejusdem civitatis: Omnis vero reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita ut novissimi multitudinis Occidentalem plagam urbis attingerent. Abiit ergo Josue nocte illa, & stetit in vallis medio, Quod cum vidisset Rex Hai, festinavit mane, & egressus est cum omni exercitu civitatis, direxitque aciem contra desertum, ignorans quod post tergum laterent insidiæ. Josue vero, & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam, *k* at illi vociferantes pariter, & se mutuo cohortantes persecuti sunt eos. Cumque recessissent a civitate, & ne unus quidem in urbe Hai, & Bethel remansisset, qui non persequeretur Israel, sicut erupetant aperta oppida derelinquentes, dixit Dominus ad Josue: Leva clypeum, qui in manu tua est contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Cumque levasset clypeum ex adverso civitatis, insidiæ, quæ latebant, surrexerunt confestim, & pergentes ad civitatem, *l* ceperunt, & succenderunt eam. Viri autem civitatis, qui persequebantur Josue respicientes, & videntes fumum urbis *m* ad coelum usque conscendere, non potuerunt ultra huc, atque illuc diffugere, præsertim cum hi, qui simulaverant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissime restitissent. Vidensque Josue, & omnis Israel, quod capta esset civitas, & fumus urbis ascenderet, reversus percussit viros Hai. Siquidem & illi, qui ceperant, & succenderant civitatem, egressi ex urbe *n* contra suos, *o* medios hostium ferire ceperant. Cum ergo ex utraque parte adversarii caderentur, ita ut nullus de tanta multitudine salvaretur, regem quoque urbis Hai apprehenderunt viventem, & obtulerunt Josue. Igitur omnibus interfectis, qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus reversi filii Israel percusserunt civitatem. Erant autem qui in eodem die conciderant a viro usque ad mulierem, duodecim millia hominum *p* omnis urbis Hai. Josue vero

ℒ *d* Omnia animantia, &c.] tamen animalia Jericho igne combusta fuerunt, quia Jericho prima fuit civitas, quam ceperunt filii Israel in terra

B

promissionis, ideo omnia, quæ in ea erant, consecrata sunt Domino.

12. q. 2. c. Dominus.

e Et electa triginta millia virorum fortium] Isti missi fuerunt ultra civitatem, relictis ibi in insidiis quinque millibus, reliqui, scilicet vigintiquinque redierunt, quos videntes cives Hai rediisse absque timore exierunt mane.

Sup. 7.

f Ponite insidias] Hic videtur Josue peccasse, quia laboravit ad fallendum hostes suos. Omnis autem voluntas fallendi, peccatum est. Vel si non peccavit Josue, quilibet potest hostem suum cir-

C

cumvenire mendacio sine peccato, quod falsum est, quia dicit *Aug. in libro de mendacio*, quod omne mendacium quacumque causa fiat, peccatum est. Solut. Concedimus quod omne mendacium peccatum est, & in nullo casu, licet mentiri, nec hostem circumvenire mendacio, licet tamen per simulationem operis hostem decipere,

D

si bellum justum est. Unde dicit *Aug.* Cum quis justum bellum suscipit cui bellare fas est, utrum aperta pugna, vel insidiis vincat, nihil ad justitiam interest. Et in hoc excusatur Josue, quia non fuit auctor belli, sed minister auctoris. Et quid

E

sit justum bellum, describit *August.* quod scilicet pro injuria vindicanda, sive pro recuperando, quod sibi injuriose ablatum fuerat, infertur. Præcipue illud justum est, quod Dominus fieri imperat.

g Sicut ante fecimus] idest, sicut quidam ex nostris fecerunt, scilicet tria millia prius missa.

h In fronte exercitus,] non in cauda, in quo notatur ejus audacia.

i Bethaven,] idem est, quasi diceret Bethel.

F

k At illi] scilicet de Hai.

m Ad cælum usque conscendere,] idest, multum alte.

n Contra suos,] idest, versus suos.

o Medios] scilicet inter se, & Josue.

p Omnis urbis Hai,] idest, totius.

b Tolle tecum omnem multitudinem] idest, cœtum Apostolorum, & Apostolicorum virorum.

c Ascende in oppidum, &c.] in mundum. Hai enim interpretatur chaos. Unde recte significat mundum, ubi omnia confusa sunt. Rex Hai, est diabolus *Joan.* 14. Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam. In duas partes divisit Josue exercitum, alios præmittit, alios secum retinet, qui ex insperato post tergum hostium veniunt. Primi sunt de Judæis conversi, postremi sunt converti de gentibus, qui ultimo Domino adhæserunt. Unde *Matth.* 15. Non veni nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel, supple primo, & principaliter. *Rom.* 2. Gloria, & honor & pax omni operanti bonum, Judæo primum, & Græco, idest, gentili posteriori. Unde in *Num.* 13. significatur populus gentilis per posteriorem illorum duorum, qui portaverunt botrum. Primi quos præmisit Josue, visi sunt fugere, quia Judæi venientes ad Jesum videntur fugere ab onere legis, sed tamen non fugiunt, imo ad plenitudinem legis veniunt. Christus enim non venit solvere legem, sed adimplere, explanando obscura, solvendo promissa, addendo præceptis consilia.

Matth. 5.

* Moraliter: *a* Neque formides.] De primo dicitur *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. De secundo dicitur *Deut.* 20. Quis est homo formidolosus, & corde pavido, vadat, & revertatur in domum suam. Tales enim non sunt idonei ad faciendum bella Domini: Immundi enim sunt. Lepus enim immundus est, *Deut.* 14.

Moraliter.

f Ponite insidias, &c.] Hai interpretatur chaos. Et significat luxuriam, quæ est caput omnis confusionis, ubi quot sunt habitatores, tot sunt incentores libidinis, primi motus, cogitationes, & hujusmodi.

l Ceperunt, &c.] Hai capitur ab illis, qui post tergum sunt, quia peccati recordatio cum ex-

Mystice.

⊕ Mystice. *a* Neque formides: invisibiles. Vel non timeas tibi, neque formides de tuis.

ℒ *a* Divise- probratione maxime diabolum expugnat, ideo dicitur *Jeremiæ* 2. Vide vias tuas in convalle; scito, quid feceris cursor levis.

non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai. Jumenta autem, & prædam civitatis *a* diviserunt sibi filii Israel, sicut præceperat Dominus Josue. Qui succendit urbem, & fecit eam *b* tumulum sempiternum. Regem quoque ejus suspendit in patibulo usque ad vesperam, & *c* Solis occasum: Præcepitque Josue, & deposuerunt cadaver ejus de cruce, projeceruntque in ipso introitu civitatis congregato super eum magno acervo lapidum, qui permanet usque in præsentem diem. Tunc *d* ædificavit Josue *e* altare Domino Deo Israel in monte Hebal, sicut *f* præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine *g* legis Moysi; altare vero de lapidibus impositis, quos ferrum non tetigit, & obtulit super holocausta Domino, immolavitque pacificas victimas, *h* & scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod *i* ille digesserat coram filiis Israel. Omnis autem populus, & omnes majores natu, ducesque, ac judices stabant ex utraque parte arcæ in conspectu Sacerdotum, qui portabant arcam fœderis Domini, ut advena, & indigena. Media eorum pars *k* juxta montem Garizim, & media juxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primum quidem benedixit populo Israelis: Post hæc legit omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta, quæ scripta erant in legis volumine. Nihil ex his, quæ Moyses jusserat, reliquit intactum, sed universa replicavit coram omni multitudine Israel, mulieribus, ac parvulis, & advenis, qui inter eos morabantur.

C A P. IX.

Quibus *l* auditis, cuncti Reges trans Jordanem, qui versabantur in montanis, & campestribus, in maritimis, ac littore maris magni, hi quoque, qui habitabant juxta *m* Libanum, Hethæus, & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Hevæus, & Jebusæus, congregati sunt pariter, ut pugnarent contra Josue, & Israel uno animo, eademque sententia. At hi, qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta, quæ fecerat Josue Jericho, & Hai, & *n* callide cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & utres vinarios scissos, atque consutos, calceamentaque perantiqua, quæ ad indicium vetustatis pictaciis consuta erant, induti veteribus vestimentis: Panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frusta comminuti. Perrexeruntque ad Josue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque omni simul Israeli: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderuntque filii Israel ad eos, atque dixerunt: Ne forte in terra, quæ nobis forte debetur, habitetis, & non *o* possimus fœdus inire vobiscum. At illi ad Josue: Servi, inquiunt, tui sumus. Quibus Josue: Quinam, ait, estis vos & unde venistis? Responderunt: De terra longinqua valde venerunt servi tui in nomine Domini Dei tui. *p* Audivimus enim famam potentiæ ejus, cuncta quæ fecit in Ægypto, & duobus Amorrhæorum Regibus, qui fuerunt trans Jordanem: Sehon Regi Hesebon, & Og Regi Basan, qui erant in Astaroth: Dixeruntque nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ: Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, ac dicite: Servi vestri sumus: fœdus inite nobiscum. En panes, quando egressi sumus de domibus nostris, ut veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti. Utres vini novos implevimus, nunc rupti sunt, & soluti. Vestes, & calceamenta, quibus induimur, & quę habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & pene consumpta. *q* Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non *r* interrogaverunt. Fecitque Josue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est, quod

a Diviserunt sibi.] In hoc differt destructio Hai, a destructione Jerico, quia hic preda populo reservatur, ibi totum cremaatur.
b Tumulum sempiternum.] idest, desertam eam fecit sicut tumulum. Sed quomodo in sempiternum, quia Ahiel de Bethel eam reparavit, ut legitur 3. *Reg.* 16. Solut. In sempiternum, idest, longo tempore. Vel in sempiternum, quantum fuit in se.
c Et solis occasum;] Et pro, idest.
d Tunc ędificavit, &c.] *Interlin.* Oportebat eum aliquid Deo dignum tanta victoria offerre.
e Altare,] quia mos Judæorum erat post victoriam cantare canticum, ut fecit Moyses, & Maria submerso Pharaone. *Exod.* 15. Vel ad gloriam Domini altare construere, ut Josue hic.
f Præceperat, &c.] *Deut.* 27.
g Legis Moysis:] idest, Deuteronomii.
h Et scripsit super, &c.] Sed quomodo tantum librum super lapides tam parvi altaris scribere potuit? Ad hoc dicendum, quod in Deuteronomio decem recapitulantur præcepta, & illa tantum scripsit super lapides altaris, & hæc vocat Deuteronomium legis Moysi.
i Quod ille,] scilicet Moyses.
k Juxta montem, &c.] sicut legitur *Deut.* 27. & 28. Et dicitur in *Gloss.* quod sex tribus nobiliores steterunt super montem Garizim ad benedicendum, inter quos computatur Levi: Et videtur quod male, quia sicut ibi legitur: Levitæ pronuntiabant maledictiones, ergo erant super montem Hebal, quia ibi factæ sunt maledictiones. Solut. Ex utraque parte erant Levitæ, scilicet in utroque monte: Vel omnes primo ascenderunt in montem Garizim, & postea descenderunt quidam, & ascenderunt in montem Hebal ad pronuntiandum maledictiones, quibus pronuntiatis, redierunt ad suos.

EXPOSITIO CAP. IX.

Quibus *l* auditis, &c.] In hoc capite agitur de dolo Gabaonitarum. Audientes igitur Gabaonitæ, quæ fecerat Josue Regi Jericho, & Regi Hai, & quod nulli parcebat in terra promissionis manenti, miserunt nuntios quasi de longe venientes, qui in argumentum longi itineris utres scissos tulerunt secum, & veteres subtalares, ex pictaciis consutos, & panes duros in sitarciis, & muscidos, & in frusta comminutos. Qui cum venissent in Galgalis, dixerunt ad Israel: De longingua terra venimus, quæ est extra terram, quæ vobis forte debetur, inite nobiscum fędus. Et crediderunt eis filii Israel, & os Domini non interrogaverunt, & juraverunt principes. Post triduum vero cognovit Israel circumventum, & moventes castra venerunt, ut everterent civitates eorum. Egressi vero Gabaonitæ promiserunt filiis Israel se fore servos eorum, & sic dimissi sunt vivi, & Israel rediit in Galgalis. (Quibus auditis,) illis scilicet, quæ fecit Josue.
m Libanum] qui est mons in Phœnicia in confinio Judææ.
n Callide] *Interlin.* non sincere, neque integre socii Israelitarum fieri cupientes.
o Non possumus fœdus inire &c.] propter mandatum Domini. *Deuter.* 20. ut nulli parceret.
p Audivimus enim famam, &c.] *Interl.* Fatentur se divina miracula audisse, & scire, nihil tamen dignum tantarum virtutum admiratione faciunt.
q Susceperunt igitur] non ad comedendum, sed ad probandum, utrum esset ita, ut dicebant.
r Non interrogaverunt.] de pace facienda cum eis, vel utrum ita esset, ut dicebant, id est, non consuluerunt Dominum per Sacerdotem, sicut *Numer.* 27. dixerat Dominus: Josue succedet tibi pro eo, si quid agendum est, Eleazar consulet Dominum. Sed nunquid peccaverunt Josue, & principes incundo fœdus cum Gabaonitis, cum Dominus præcepisset omnes interfici? Ignorantia excusavit eos a tanto, sed non a toto, quia insipienter egerunt, quando os Domini non interrogaverunt.

runt. *a* Principes quoque multitudinis, &c.] populo ignorante, ut patet *infra*.
b Non percusserunt, &c.] idest, Gabaonitas. Vel eas, scilicet civitates.
c Murmuravit itaque omne vulgus, &c.] eo quod fecissent pacem cum Gabaonitis, & jurassent ipso nesciente.
d In nomine Domini] idest, per nomen Domini, vel ad honorem nominis Domini. Sed nonne juramentum fuit illicitum? Videtur quod sic, quia fuit contra preceptum Domini. Sed dicit *Isid.* In turpi voto muta decretum, in malis promissis rescinde fidem: Ergo hæc fides non erat tenenda. Item hæc promissio per dolum, & fraudem fuit impetrata: Sed nemini debet dolus patrocinari, ergo hoc juramentum non tenebat, ergo peccaverunt tenendo. Solut. Juramentum istud sicut innuit *Aug. in Glossa illa*: Quæritur quomodo, &c. licitum fuit, multis de causis: Primo, quia ipsi petierunt pacem primi, & Deus pronior est ad miserandum, quam ad puniendum. Item Dominus approbavit illud juramentum, quia etsi Gabaonitæ fallere pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuerunt. Item illud juramentum tenendum fuit, & Dominus voluit, propter scandalum vitandum. Hostes enim vicini, qui ignorabant fidem Dei, cum viderent Israel non servasse fidem Gabaonitis, de cetero non crederent eis, imo crederent quod nulli juramento standum esset. Item hoc voluit Dominus, ut ostenderet, quantum ei placeret misericordia. Unde & David juramentum, quod fecerat contra Nabal, mutavit 1. *Reg.* 25. Item quod Dominus approbaverit hoc juramentum, patet per hoc, quod dicitur 2.*Reg.*21. Facta est fames in diebus David tribus annis jugiter, & consuluit David oraculum Domini, dixitque Dominus: Propter Saul, & domum ejus, & sanguinem, quia occidit Gabaonitas. Ad id quod objicitur dicendum, quod non propter dolum permissi sunt Gabaonitæ vivere, sed quia timuerunt Deum, & propter alias causas, quæ dictæ sunt. Item quod Dominus præceperat *Deut.* 7. *&* 20. ut nulli parceretur intra terminos terræ promissionis, generale mandatum fuit, & hic dispensatio specialis.

22.q.4.c.Innocente. De elect. c. venerabilem, Aute fin.

D

Jubemur jurare:
- Propter scandala vitanda, sive removenda.
- Propter sinistras suspiciones sopiendas.
- Propter veritatem manifestandam. *Rom.* 1. testis mihi Deus est.

Permittimur jurare:
- In pactis.
- Pro pace inimicorum.
- In fœderibus.
- In differentibus.

Prohibemur jurare:
- Negligenter, sicut hic Josue, & Principes juraverunt Gabaonitis.
- Præcipitanter, sicut David contra Nabal. 1. *Reg.* 25.
- Assidue pro lucro temporali, ut mercatores, *Eccl.*23. Jurationi non assuescat os tuum.
- Otiose, sicut faciunt pueri. *Exod.*20. Non assumes nomen Dei tui in vanum.
- Erronee, ut cupidi. *Matth.* 23. Qui juraverit in templo, nihil est; qui autem in auro templi, debet.
- Falso, ut falsi testes. *Prov.* 19. Falsus testis non erit impunitus.
- Dolose, sicut carnifices. *Psal.* 23. Nec juravit in dolo proximo suo.

non occiderentur. *a* Principes quoque multitudinis juraverunt eis: Post dies autem tres initi fœderis audierunt, quod in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. Moveruntque castra filii Israel, & venerunt in civitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, & Caphira, & Heroth, & Chariathiarim, & non *b* percusserunt eos, eo quod jurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. *c* Murmuravit itaque omne vulgus contra principes. Qui responderunt eis: Juravimus illis in *d* nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere: Sed hoc faciemus eis: Reserventur quidem ut vivant, ne contra nos ira Domini concitetur si *e* perjuraverimus, sed sic vivant, ut in usus universæ multitudinis ligna cædant, *f* aquasque comportent. Quibus hæc loquentibus vocavit Gabaonitas Josue, & dixit eis: Cur nos decipere fraude voluistis, ut diceretis procul valde habitamus a vobis, cum in medio nostri sitis? Itaque sub *g* maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei. Qui responderunt: Nunciatum est nobis servis tuis, quod promisisset Dominus Deus tuus Moysi servo suo, ut traderet vobis omnem terram, & disperderet cunctos habitatores ejus: *h* Timuimus igitur valde, & providimus animabus nostris, vestro terrore compulsi, & hoc consilium inivimus. Nunc autem in manu tua sumus, quod tibi bonum, & rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo Josue, ut dixerat, & liberavit eos de manibus filiorum Israel, ut non occiderentur. Decrevitque in illo die esse eos in ministerio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas portantes usque in præsens tempus, in loco, quem Dominus elegisset.

C A P. X.

QUÆ *i* cum audisset *k* Adonisedech † Rex Jerusalem, quod scilicet Josue cepisset Hai, & subvertisset eam. Sicut enim fecerat Jericho, & Regi ejus, sic fecit Hai, & Regi illius, & quod transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent *l* fœderati eorum, timuit valde. Urbs *m* enim magna erat Gabaon, & una regalium civitatum, & major oppido Hai, omnesque *n* bellatores ejus fortissimi. Misit ergo *o* Adonisedech Rex Jerusalem ad Oham Regem Hebron, & ad Pharam Regem Hierimoth, ad Japhie quoque Regem Lachis, & ad Dabir

A

al. † Adonibezech.

e Si perjuraverimus,] contra juramentum veniendo, quod licet male fecerunt, tamen bene juraverunt, in quo nobis vis juramenti commendatur. *f* Aquasque] scilicet in usus altaris, unde & Nathinnei dicti sunt. *g* Sub maledictione] pœnæ, & servitutis. *h* Timuimus igitur valde] Timorem Domini habuerunt, & fidem potentiæ ejus, ideo parcitum fuit eis.

EXPOSITIO CAP. X.

QUæ *i* cum audisset] In hoc capitulo agitur principaliter de quinque Regibus suspensis. Adonisedech Rex Jerusalem cum audisset Gabaonitas confæderatos cum Israel, timuit valde, & vocavit quatuor Reges Amorrhæorum, qui obsederunt Gabaon. Obsessi autem miserunt ad Josue, ut venirent, & liberaret eos. Qui collecto exercitu repente irruit super hostes, qui conversi sunt in fugam. Videns autem Josue Solem occidere, clamavit: Sol contra Gabaon sta, & Luna contra vallem Ajalon. Et steterunt Sol, & Luna spatio unius diei. Quinque vero Reges absconderunt se in spelunca, & præcepit Josue saxum grande advolvi ad os speluncæ. Et redeunte exercitu cæsis hostibus, educti sunt, & suspensi. Vespere autem depositi, projecti sunt in speluncam illam, onde extracti fuerunt. Eadem die percussit Josue Maceda, & Regem ejus, & multas alias civitates cepit, & reversus est cum omni Israel in locum suum, scilicet Galgala. *k* Adonisedech] Alia littera Adonibezech. *l* Essent fœderati eorum,] idest, socii eorum effecti fœdere.
m Urbs enim] Interpositio est, quæ ostendit, quod jurare timuit. Gabaon enim orbs magna, & potens erat.
o Misit, &c] in litteris, vel per nuntios.

Ω *a* Ascen-

Moraliter.] *k* Adonisedech, interpretatur fulgurans, & significat diabolum, qui dolet, quando audit amatores mundi, qui per Gabaonitas significantur confugere ad Jesum. Et suscitat quinque Reges adversus eos, idest, quinque sensus corporis, de quibus *Eccl.* 10. Væ terræ, cujus Rex puer est, & cujus principes mane comedunt. *Isai.* 3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis, & corruet populus. *n* Omnes bellatores, &c.] Isti sunt Prælati, qui debent esse fortes ad resistendum, fortiores ad implendum præceptum, fortissimi ad faciendum consilia. *Cant.* 3. En lectulum Salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bellandum fortissimi.

Moraliter.

Regem Eglon, dicens: *a* Ascendite ad me, & ferte præsidium, ut expugnemus Gabaon, *b* quare *c* transfugerit ad Josue, & filios Israel. Congregati igitur ascenderunt quinque *d* Reges Amorrhæorum: Rex Jerusalem, Rex Hebron, Rex Hierimoth, Rex Lachis, Rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. Habitatores autem Gabaon urbis obsessæ miserunt *e* ad Josue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio servorum tuorum. Ascende cito, & libera nos, ferque præsidium. Convenerunt enim adversum nos omnes Reges Amorrhæorum, qui habitabant in *f* montanis. Ascenditque *g* Josue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortissimi. Dixitque Dominus *h* ad Josue: Ne timeas eos: In manus enim tuas *i* tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaque Josue super eos repente *k* tota nocte ascendens de Galgalis. Et conturbavit eos Dominus a facie Israel, contrivitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est per viam *l* ascensus Bethoron, & percussit usque Azecha, & Maceda. Cumque fugerent filios Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos *m* lapides magnos de cœlo usque ad Azecha. Et mortui sunt *n* multo plures lapidibus grandinis, quam *o* quos gladio percusserant filii Israel. Tunc locutus est Josue Domino in die, qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: *p* Sol contra Gabaon ne movearis, & *q* Luna contra vallem *r* Ajalon. Steteruntque Sol, & Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in *ſ* libro justorum? Stetit itaque Sol in medio cęli, & non festinavit occumbere spatio unius *t* diei. Non *u* fuit antea, & postea tam longa dies *x* obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. Reversusque est Josue cum omni Israel in castra Galgalæ. Fugerant enim quinque Reges, & se absconderant in spelunca urbis Maceda. Nuntiatumque est Josue, quod inventi essent quinque Reges latentes in spelunca urbis Maceda. Qui præcepit sociis, & ait: Volvite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios, qui clausos custodiant. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & *y* extremos quosque fugentium cædite, nec dimittatis eos urbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras. Cæsis ergo adversariis plaga magna, & usque ad internecionem pene consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt, ingressi sunt civitates munitas. Reversusque est omnis exercitus ad Josue in Maceda ubi *z* tunc erant castra, sani, & integro numero: Nullusque contra filios Israel *a* mutire ausus est. Præcepitque Josue, dicens: Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque Reges, qui in ea latitant. Feceruntque ministri, ut sibi fuerat imperatum, & adduxerunt ad eum quinque Reges de spelunca, Regem Jerusalem, Regem Hebron, Regem Hierimoth, Regem Lachis, Regem Eglon. Cumque adducti essent ad eum: Vocavit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite, & ponite pedes super colla Regum istorum. Qui cum perrexissent, & subjectorum colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos: Nolite timere:

Ω *a* Ascendite] Hoc dicit propter situm Jerusalem, quæ erat in monte. *b* Quare] idest, ideo. *d* Quinque Reges Amorrhæorum] ergo Rex Jerusalem fuit Rex Amorrhæus, quod falsum est, imo Jebusæorum. Solut. Amorrhæus quandoque est nomen commune ad omnes populos illius terræ, & sic accipitur hic. Quandoque speciale ad unum populum de septem, quos expulerant filii Israel.
h Dixit, &c.] idest, Angelus in persona Domini. *i* Tradidi] jam in præscientia. Vel tradidi, idest, tradam.
l Per viam, &c.] idest, per viam, qua ascenditur in Bethoron. *m* Lapides magnos,] grandinis. *o* Quo gladio percusserant] Simile 2. *Reg.* 18. in fuga Absalon, ubi dicitur, quod plures saltus interfecit, vel consumpserat, quam gladium. *q* Et luna, &c.] ut soli respondeat, ut sine confusione temporis prolongetur dies, q. d. Sol, & Luna stent fixa in locis suis, ne superveniat nox, cujus beneficio valeant hostes effugere. *ſ* In libro justorum?] quem liber Paralipom. justorum dicitur: alii quod liber Prophetarum dicitur justorum. Unde in cantico Habacuc agitur de hoc ibi. Sol, & Luna steterunt. *t* Unius diei.] Tantum enim protelata est illa dies.
u Non fuit, &c.] Nam sub Ezechia decem horæ tantum additæ sunt diei, hic autem unus dies.
x Obediente, &c.] vel die: Planior littera, quia ipsa dies obedivit homini, & pro homine pugnavit. Unde *Sap.* 16. Creatura tua tibi factori deserviens exardescit in tormentum adversus injustos.
y Extremos] idest, ultimos.
z Ibi tunc erant castra, sani, &c.] vel ubi. *a* Mutire ausus est.] *Septuaginta* habent, nullus mutiit lingua sua, idest, nemo, se jactavit de victoria sua; sciensus, quia Jesus est, qui vincit. Ita dicit *Interl.*

Ω *a* Atque omnia,]

Moraliter.

Moraliter. *b* Expugnemus Gabaon] Gabaon interpretatur vallis mœstitiæ.
c Transfugerimus ad Josue] *Adamantius*: Sciat, qui Jesu expetit amicitias, multorum inimicitias tolerare. Unde 2. *Timoth.* 3. Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. *Eccles.* 2. Fili, accedens ad servitutem, &c. Item *Adamantius*. Licet ultimus in Ecclesia sis meritis, hoc ipso tamen quod pertinens ad Jesum, impugnaris a quinque Regibus; sed adest Jesus, qui non solum auxilium præstat, sed & diem producit. Unde 1. *Corinth.* 10. Fidelis est Deus, qui non patitur, &c.

d Quinque Reges] quinque sensus corporis sunt, qui dicuntur Amorrhæi, idest, amaricantes, quia faventes ei ducunt ad amaritudinem inferni.
e Miserunt ad Josue,] quia qui taliter impugnantur, non habent refugium nisi ad Christum. Unde 2. *Paralip.* 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum residui, vel refugii habemus, ut ad te oculos levemus, dicit Josaphat. Sed plerique cum tentantur, vel aliter tribulantur, potius ad consolationem hominum, quam Christi confugiunt, & ideo sæpe utraque carent. Dicit enim *B. Bernardus*, Delicata est divina consolatio, & non recipit alienam. Nuncius, qui mittitur, est oratio humilis. Unde *Psal.* 87. Intret oratio mea in conspectu tuo. *Gloss.* Miræ virtutis est oratio, quæ quasi quædam persona ad Deum intrat, & ibi mandatum peragit, quo caro pervenire nequit.
f In montanis] idest, in superbis. *Job* 41. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ.
g Josue de Galgalis,] Galgalis, collis præputiorum, vel collis circumcisionis dicitur. Josue ascendit de Galgalis, idest, Christus de Judæis, & Gentibus.
h Dominus, &c.] idest, pater ad filium.
k Tota nocte] Sic nos de nocte debemus irruere super hostes orando. Multum enim valet nocturna oratio, sicut dicitur super illud: Memor fui nocte nominis tui, Domine. Et *alibi*: In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus.

Psal. 118.

Psalm. 41.

n Multo plures lapidibus.] Per lapides intelligitur dura prædicantium increpatio. Per gladium splendens, & limata prædicatio. Et multo plures corriguntur dura increpatione, quam polita prædicatione. Sed nota, quod dicuntur lapides de cęlo mitti, quia nisi prædicator cęlum fuerit, stellatus virtutibus, altus vita, clarus scientia, concavus humilitate, increpatio sua plus nocet, quam juvat. Vel lapides grandinis, sunt infirmitates immissæ a Domino. Et plures convertuntur ad Dominum per infirmitatem, quam per prædicationem. *Psal.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.
p Sol contra Gabaon] Gabaon interpretatur vallis miseriæ, vel proclivium iniquitatis. Sol est ergo contra Gabaon, quando peccator in valle miseriæ constitutus, calore Solis justitiæ tactus, rogat ut a proclivio peccatorum revocetur.
r Ajalon] interpretatur ubi sunt ursi. Vallis ergo Ajalon, est vallis hujus sæculi nequam, ubi sunt ursi, idest,

* luxuriosi,

nec paveatis, confortamini, & estote robusti. Sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris adversum quos dimicatis. Percussitque Josue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fueruntque suspensi usque ad vesperum, Cumque occumberet Sol, præcepit sociis, ut deponerent eos de patibulis: Quibus depositis projecerunt in speluncam in qua latuerant, & posuerunt super os ejus saxa ingentia, quæ permanent usque in præsens. Eodem die Macedam quoque cepit Josue, & percussit in ore gladii, Regemque illius interfecit, & omnes habitatores ejus: Non dimisit in ea saltem parvas reliquias. Fecitque Regi Maceda, sicut fecerat Regi Jericho. Transivit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam, quam tradidit Dominus cum Rege suo in manu Israel. Percusseruntque urbem in ore gladii, & omnes habitatores ejus: Non dimiserunt in ea ullas teliquias. Feceruntque Regi Lebna, sicut fecerant Regi Jericho. De Lebna transivit cum omni Israel in Lachis, & exercitu pet gyrum disposito oppugnabat eam, tradiditque Dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero, atque percussit ore gladii, omnemque animam, quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Hiram Rex Gazet, ut auxiliaretur Lachis, quem petcussit Josue cum omni populo ejus usque ad internecionem. Transivitque de Lachis in Eglon, & circumdedit, atque expugnavit eam in eodem die, percussitque in ore gladii omnes animas, quæ erant in ea juxta omnia, quæ fecerant Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnavit contra eam, cepitque, & percussit in ore gladii, Regem quoque ejus, & omnia oppida regionis illius, universasque animas, quæ in ea fuerant commoratæ. Non reliquit in ea ullas reliquias. Sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta, quæ in ea reperit, consumens gladio. Inde reversus in Dabir, cepit eam, atque vastavit. Regem quoque ejus, atque *a* omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii: Non dimisit in ea ullas reliquias. Sicut fecerat Hebron, & Lebna, & Regibus earum, sic fecit Dabir, & Regi illius. Percussit itaque Josue omnem terram montanam, & meridianam, atque campestrem, & Asedoch cum Regibus suis. Non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne, quod spirare poterat, interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel. A Cadesbarne usque Gazam, omnem terram Gessen usque Gabaon, universosque Reges, & regiones eorum *b* uno cepit impetu, atque vastavit. Dominus enim Deus Israel pugnabat pro eo. Reversusque est cum omni Israel ac locum castrorum in Galgala.

Deuteron. 21.

CAP. XI.

QUÆ *c* cum audisset Jabin Rex Asor, misit ad Jobab Regem *d* Madon, & ad Regem *e* Someron, atque ad Regem Achsaph, ad Reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis, & in planitie contra *f* meridiem Ceneroth, & campestribus quoque, & in regionibus Dor juxta mare, Chananæumque ab Oriente, & Occidente, & Amorrhæum, atque Hethæum, ac Pherezæum, & Jebusæum in montanis, Hevæum quoque, qui habitabat ad radices Hermon in terra Masphe. Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis, sicut arenæ, quæ est in littore maris, equi quoque, & currus immensæ multitudinis. Conveneruntque omnes reges isti in unum ad aquas Meron, ut pugnarent contra Israel. Dixitque Dominus ad Josue: Ne timeas eos: Cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel. Equos eorum subnervabis, & currus igne combures. Venitque Josue, & omnis exercitus cum eo adversus illos ad aquas Meron subito, & irruerunt super eos, tradiditque illos Dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt usque *g* ad Sidonem magnam, & aquas Masserephot. campumque Masphe, qui est ad orientalem illius partem. Ita percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecitque sicut præceperat ei Dominus: Equos eorum subnervavit, currusque combussit igni. Reversusque statim *h* cepit Asor, & Regem ejus percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Percussitque omnes *i* animas, quæ ibidem morabantut: Non dimisit in ea ullas reliquias, sed usque ad internecionem universa vastavit, ipsamque urbem peremit incendio, & omnes per circuitum civitates. Reges quoque earum cepit, percussit, atque delevit, sicut præceperat ei Moyses famulus Domini, *k* absque urbibus, quæ erant in collibus, & in tumulis sitæ, ceteras succendit Israel, unam tantum Asor munitissimam flamma consumpsit. Omnemque prædam istarum urbium, ac jumenta diviserunt sibi filii Israel, cunctis hominibus interfectis. Sicut præceperat Dominus Moysi servo suo, ita præcepit Moyses Josue, & ille universa complevit. Non præteriit de universis mandatis ne unum quidem verbum, quod jusserat Dominus Moysi. Cepit itaque Josue omnem terram montanam, & meridianam, terramque Gessen, & planitiem, & occidentalem plagam, montemque Israel, & campestria ejus, & partem montis, quæ *l* ascendit Seir usque Baalgad per planitiem Libani subter montem Hermon, omnes Reges eorum cepit, percussit, & occidit.

* luxuriosi. Contra tales rogatur Luna non moveri, idest, Ecclesia; quia per sacramenta Ecclesiæ possunt omnes de valle luxuriæ ad montem continentiæ [orante Josue] transire. Unde 1. *Regum* 17. dicit David, Leonem, & ursum interfeci. Per leonem superbia, per ursum luxuria designatur.

Ω *a* Atque omnia] quæ, supple, sunt cum Regibus suis, idcit, qui sibi venerant in auxilium.

b Uno impetu cepit,] antequam ad castra sua rediret in Galgalis.

EXPOSITIO CAP. XI.

QUæ *c* cum audisset Jabin] in hoc capitulo agitur de viginti quatuor Regibus, & aliis quinque percussis a Josue, quos Jabin Rex Asor congregaverat, ut pugnaret contra Israel, quos Dominus tradidit Josue, qui equos ex præcepto Domini subnervavit, & currus eorum igne combussit.

d Regem Madon,] vel dian.

e Someron,] *Interl.* vel Semeron.

f Contra meridiem Ceneroth,] idest, in planitie Ceneroth, quæ est ad meridiem.

g Usque ad Sidonem,] civitas est.

h Statim cepit Asor, &c.] ideo illam ultimo expugnat, quia aliæ civitates munitæ erant, & facilius poterat.

i Animas,] idest, homines.

k Absque urbibus, quæ erant in collibus, &c.] Has, quia munitæ erant, non destruxit, sed reservavit sibi.

l Quæ ascendit Seir] idest, quæ extenditur usque in ascensum Seir, quæ est terra montuosa, & alta.

Ω *a* Multo

Ω *a* Multo tempore] Sed quomodo multo tempore, cum tantum de tribus diebus tacta sit mentio, *sup. ead.* ubi dictum est: Cras eadem hora ego tradam illos omnes vulnerandos in conspectu tuo. Solut. Ibi dicitur eadem hora, idest, eodem tempore, idest, cras, idest, in futuro. *b* Quæ se non traderet] non tamen sponte.

c Filiis Israel] *Infr.* 13. dicitur contrarium. Sol. Non fuit civitas, quæ se non traderet, supple, ad quam expugnandam veniret Josue. Vel non fuit civitas de supradictis.

d Omnes bellando &c.] præter eas, quæ excipiuntur. *e* Domini enim sententia &c.] *Interl.* Permittuntur enim a Domino, vel potius excitantur dæmones contra nos venire in prælium, ut nos vincamus, & illi intereant. *f* Corda eorum,] ut rebellantes caperentur, & non sponte se traderent. *g* Enachim] dicitur, quod de illo Enachim non fuerunt gigantes: Sed contrarium videtur, *Num.* 13 ubi dicuntur exploratores: Monstra quædam vidimus ibi filios Enachim de genere giganteo. Solut. Revera de isto Enachim non fuerunt gigantes, sed de Og. Unde *Deuter.* 3. Solus quippe Og restiterat de genere giganteo. Quod autem dicitur in *Numeris*, dicimus, quod filios Enachim vocat gigantes, quia magni erant corpore ut gigantes. *h* Cepit ergo, &c.] *Gl.* Non filius Nave, qui solam Judæam tenuit, sed Jesus Christus, ad quem de omni terra, & omni natione concurrit multitudo gentium. *i* Secundum, &c.] *Inf.* 22.

a Multo tempore pugnavit Josue contra reges istos. Non fuit civitas, quæ se non *b* traderet filiis *c* Israel præter Hevæum, qui habitabat in Gabaon, omnes enim *d* bellando cepit. Domini enim *e* sententia fuerat, ut *f* indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent sicut præceperat Dominus Moysi. In tempore illo venit Josue, & *g* interfecit Enachim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Juda, & Israel, urbesque eorum delevit. Non reliquit ullum de stirpe Enachim in terram filiorum Israel, absque civitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solis relicti sunt. Cepit *h* ergo Josue omnem terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum *i* partes, & tribus suas, quievitque terra a præliis.

C A P. XII.

HI sunt *k* reges, quos percusserant filii Israel, & posséderunt terram eorum *l* trans Jordanem ad Solis ortum, *m* a torrente Arnon *n* usque ad montem Hermon, & *o* omnem Orientalem plagam, *p* quæ respicit solitudinem. *q* Sehon rex Amorrhæorum, qui habitavit *r* in Hesebon dominatus est *s* ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, *t* & mediæ partis in valle, *u* dimidiique Galaad *x* usque ad torrentem Jaboch, qui est terminus *y* filiorum Ammon, *z* & a solitudine usque *a* ad mare Ceneroth contra Orientem, & usque *b* ad mare deserti, quod est mare salsissimum, ad Orientalem plagam, per viam, quæ ducit *c* Bethesimoth, *d* ab australi parte, quæ subjacet *e* Asedoch usque

Ω *a* Phasga

EXPOSITIO CAP. XII.

HI sunt *k* reges,] In hoc cap. enumerantur reges, quos Josue, & filii Israel transito Jordane superaverunt, & occiderunt, quoniam terram Josue divisit filiis Israel. Et continuatur hoc cap. fini præcedentis, ibi, cepit ergo Josue, &c. *l* Trans Jordanem] respectu terræ, unde venerant. *q* Sehon] nominativi casus. *r* In Hesebon] civitas est metropolis. *s* Ab Aroer,] civitas est. *t* Et Mediæ partis] repete, dominatus est, quia alteram partem habuit Og rex Basan. *u* Dimidiique Galaad] repete, dominatus est. *x* Usque ad torrentem Jaboc,] Fluvius est, quem transivit Jacob, ut legitur *Gen.* 32. *z* Et a solitudine,] supple, habitavit, vel dominatus est. *a* Ad mare Ceneroth,] hoc est mare Tyberiadis: Ceneroth enim ibi civitas est, quam Herodes Tetrarcha reparavit in honorem Tyberii Cæsaris, unde a nomine ejus Tyberiadem nominavit. *b* Ad mare deserti,] idest, mare rubrum. *c* Bethesimoth,] civitas est metropolis. *d* Et ab australi,] habitavit vel dominatus est. *e* Asedoch,] civitas est.

Moraliter. Moraliter. *k* Hi sunt reges,] i. dæmones, qui regunt hominem in via peccatorum, quos interficiunt filii Israel, i. fideles quilibet, qui per fidem Deum vident, tandem visuri per speciem, & possident terram eorum, i. corda, in quibus tanquam in terra propria prius habitabant. *l* Ad Solis ortum,] bene dicit, quia verus Sol non oritur nisi trans Jordanem, i. transitis, & dimissis carnis illecebris, & mundi divitiis, quæ more aquæ fluunt, & transeunt. Sed nota, quod dicit: *m* A torrente Arnon] Arnon interpretatur arca mœroris: & significat pœnitentiam. Nam sicut in arca thesaurus servatur, ita per pœnitentiam virtutes custodiuntur. Torrens non fluit nisi in hyeme, sic pœnitentia locum non habet, nisi in in hyemali vita. Unde de Christo dicitur: De torrente in via bibet, &c. [Psal. 109.] Et sicut torrens sordes mundat, sic pœnitentia peccata purgat. Unde recte sequitur. *n* Usque ad montem Hermon,] quia per pœnitentiam pervenitur ad virtutum eminentiam, quæ per montem Hermon designatur. *Isa.* 40. Super montem ascende tu, qui evangelizas Sion. Hermon interpretatur separatio, quia postquam per pœnitentiam separatus est homo a carnis deliciis, & mundi divitiis, tunc incipit venire ad montem virtutum.

o Omnem Orientalem plagam,] Hæc est patria cœlestis ad quam venitur per torrentem Arnon, & montem Hermon, idest, per pœnitentiam, & virtutes. Pœnitentia impedimenta removet, virtutes euntem dirigunt, & deducunt. Unde *Sap.* 10. Justum deduxit Dominus per, &c. *p* Quæ respicit solitudinem] Hoc dicit, quia electi semper videbunt miseros in solitudine inferni, ut sic magis moveantur ad laudandum Deum, de tanta pœnarum evasione, & quia major erit gloria eorum in comparatione pœnarum inferni. *q* Sehon rex Amorrhæorum,] Sehon interpretatur tentatio oculorum: Quæ bene dicitur Rex Amorrhæorum, idest, amaritudinis, quia ducit ad illam illos, qui sequuntur regimen eorum. Unde orabat Psalmista: Averte oculos meos, &c. [Psal. 118.] Recte autem dicitur, quod Sehon habitavit in Hesebon, quod interpretatur cingulum mœroris, quia tales, qui suos oculos sequuntur, sæpe cinguntur mœrore, & tristitia. Unde David valde doluit de hoc, quod viderat Betsabee; secundo *Reg.* 12. Adhuc etiam dolet totum genus humanum propter respectum, quo mulier respexit pomum vetitum. *Greg.* Non licet intueri, quod non licet concupisci.

s Dominatus, &c.] Aroer interpretatur suffocatio vigiliæ: Arnon maledictio. Recte ergo dicitur, quod Aroer sita est super ripam Arnon, quia suffocavit vigilia somnis vacantes, & ideo possidebunt maledictionem æternam. Unde dixit Dominus discipulis. *Luc.* 22. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem, & de tentatione in peccatum, & de peccato in infernum. Multum enim prodest vigilia, honesta dico. Unde *Ecclesiast.* 31. Vigiliæ honestatis tabefaciunt carnes, idest, carnales concupiscentias, & cogitatus illius aufert somnum. Sed quid est, quod dicitur: Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem, quia in oratione magis instat tentatio: Tunc enim veniunt cogitationes inutiles, quandoque immundæ. Unde *Ecclesiast.* 19. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. Sed aliud est cogitationes, sive tentationes intrare in hominem, aliud hominem intrare in tentationes. Homo intrat in tentationes, quando sponte facit ea, quæ consueverunt sequi tentationes, ut est otium, somnus, divitiæ, saturitas. Unde *Ezechiel.* 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, abundantia, & otium. *Ecclesiast.* 33. Multa mala docuit otiositas *Proverb orum capit.* 29. Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Ideo bonum est jugum Domini ferre ab adolescentia, ut dicitur *Thren. capit.* 3. Item *Ecclesiastic.* 33. Laxa manus servo, & quæret libertatem. Jugum, & lorum curvant collum durum; & servum inclinant operationes assiduæ: Servo malevolo tortura, & compedes; mitte illum in operationem, ne vacet.

x Usque, &c.] Jaboch interpretatur pulvis, & significat divitias temporales, quæ sicut pulvis excæcant oculos.

y Filiorum Ammon,] Ammon interpretatur populus doloris, & significat illos, qui divitias cum labore congregant, cum timore possident, cum dolore deserunt. Recte ergo Jaboc terminus est filiorum Ammon, quia intentio divitum non nisi ad divitias terminatur. *a* Mare Ceneroth]

* Nota

a Phasga *b* terminus Og regis Basan de *c* reliquiis *d* Raphaim, qui habitavit in *e* Astaroth, & in Edrai, & dominatus est in monte *f* Hermon, & in Salacha, atque in universa *g* Basan usque ad terminos Gessuri, & Machati, & *h* dimidiæ partis Galaad, & *i* terminum Sehon regis *k* Hesebon. Moyses famulus Domini, & filii Israel *l* percusserunt eos, tradiditque terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gadditis: & dimidiæ Tribui *m* Manasse. Hi sunt *n* reges terræ, quos percussit Josue, & filii Israel *o* trans Jordanem ad occidentalem plagam a *p* Baalgad in campo Libani usque ad montem Libani, cujus pars ascendit *q* in Seir. *r* Tradiditque eam Josue in possessionem Tribus Israel, singulis *ſ* partes suas, tam in montanis, quam in planis, atque campestribus. In Aseroth, & in solitudine, ac in meridie *t* Hethæus fuit, & Amorrhæus, & Chananæus, & Pherezæus, Hevæus, & Jebusæus. *u* Rex Jericho unus: Rex Hai, quæ est ex latere Bethel unus. Rex Jerusalem unus. Rex Hebron unus. Rex Hierimoth unus. Rex Lachis unus. Rex Eglon unus. Rex Gazer unus. Rex Dabir unus. Rex Gader unus. Rex Herma unus. Rex Hereth unus. Rex Lebna unus. Rex Odollam unus. Rex Maceda unus. Rex Bethel unus. Rex Taphua unus. Rex Ofer unus. Rex Aphec unus. Rex Someron unus. Rex Madon unus. Rex Asor unus. Rex Someron unus. Rex Achsaph unus. Rex Thenach unus. Rex Mageddo unus. Rex Cedes unus. Rex Jachanan Carmeli unus. Rex Dor, & provinciæ Dor unus. x Rex gentium Galgal unus. Rex Thersa unus. Omnes reges triginta, & unus.

C A P. X I I I.

JOSUE *y* senex, provectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum: Senuisti, & longævus es, terraque latissima derelicta est, *z* quæ necdum sorte divisa est, omnis videlicet Galilæa, Philistiim, & universa Gessuri, *a* a fluvio turbido, qui irrigat Ægyptum, usque ad terminos *b* Accaron contra Aquilonem, terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philistiim dividitur: *c* Gazeos, & *d* Azotios, *e* Ascalonitas, *f* Gethæos, & *g* Accaronitas. Ad meridiem vero sunt Hevæi: Omnis terra Chanaan, & Maara Sidoniorum usque Apheca, & terminos Amorrhæi *h*, ejusque confinia. Libani quoque regio contra Orientem a Baalgad sub monte Hermon, donec ingrediaris *i* Emath. *k* Omnium *l* qui habitabant in monte a Libano usque ad aquas Masserephat, *m* universitque Sidonii: Ego sum qui debello eos a facie filiorum Israel. Veniat ergo in partem hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi. Et nunc divide terram in possessionem novem Tribubus, & dimidiæ Tribui Manasse, *n* cum qua Ruben, & Gad possederunt terram, quam *o* tradidit eis Moyses famulus Domini trans fluenta Jordanis ad Orientalem plagam ab Aroer, quæ sita est io ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, *p* universaque cam-

* Nota mare Ceneroth * est contra

Ω *a* Phasga] mons, ubi mortuus est Moyses.

b Terminus Og regis Basan] supple hic est. Ostensa terræ magnitudine, in qua dominatus est Sehon, ostendit terminos Og regis Basan.

c De reliquiis] Og dico natus est de reliquiis.

d Raphaim,] illius gigantis. *e* Astaroth, &c.] civitates sunt.

h Et dimidiæ partis] supple dominatus est. Vel usque ad terram dimidiæ partis, quia aliam partem possedit Sehon, ut modo dictum est.

i Et terminum] idest, usque ad terminum.

k Hesebon] civitas Metropolis est in regno Sehon. *l* Percusserunt eos,] *Num.* 21.

m Manasse.] *Num.* 23.

n Hi sunt, &c.] qui infra numerantur. Enumeratis enim regibus, quos Moyses superavit, & ostensis terminis terræ eorum quam ipsemet duabus Tribubus, & dimidiæ dedit in possessionem, enumerat, quos Josue superavit, & occidit, & ostendit terminos terræ eorum, quam ipse Josue *infr.* 22. divisit sorte aliis novem Tribubus, & dimidiæ.

o Trans Jordanem] respectu Ægypti, unde venerant.

p A Baalgad] civitas est, supple, quæ sita est in campo Libani.

q In Seir.] Idumæa.

r Tradiditque eam] *Infra* 22.

ſ Partes] æquales, secundum funiculos distributionis.

t Hethæus, &c.] quia ab his locis non potuerunt expelli. Vel forte filii Israel propter tributa noluerunt eos expellere, vel interficere.

u Rex Jericho] Modo incipit numerare reges.

x Rex gentium] nomen speciale unius populi, qui sic dictus est.

EXPO-

* est contra Orientem. Ceneroth enim interpretatur figura citharæ, quæ sonum reddit ab inferiori. Et significat carnis mortificationem, quæ propter illum debet fieri, de quo dicitur *Zach.* 6. Ecce vir, oriens nomen ejus.

a Phasga terminus, &c.] Og interpretatur coacervans. Basan interpretatur brutus. Og ergo rex Basan significat illos, qui præbendas multiplices coacervant, quas ut bruta animalia devorant, non judicantes unde, vel quare eas habeant. Et bene tales *c* de reliquiis Raphaim] dicuntur esse, quod interpretatur medici, quia de eis conqueritur hæmorroissa, idest, Ecclesia, fluens sanguine peccatorum, (*Marc.* 5. & *Luc.* 8.) quæ omnia expendit in tales medicos, sed nec sibi subveniunt, imo potius polluunt. Unde *Jerem.* 2. Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus ejus, & optima illius, & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Tales recte habitant *e* in Astaroth, & in Edrai, Astaroth enim interpretatur vestibulum. Edrai inundatio malorum, quia ipsi necant Ecclesiam spiritualiter, & ideo inundant mala. Sed forte non cogitant, quod postea inundabunt tormenta. *Apoc.* 18. Quantum glorificavit se, &c. *Isai.* 27. In mensura contra mensuram, &c.

f Tales habitant in Hermon, & Salacha.] Hermon, separatio; Salacha, læva venit interpretatur, quia ipsi separabuntur ad lævam, cum dicetur eis: Ite maledicti in ignem æternum, &c. *Matth.* 25. Cuilibet talium dicitur *Luc.* 16. Fili memento, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. *g* Habitant etiam isti in Basan] & Gessuri, & Machati. Basan interpretatur ignominia: Gessuri, juxta lumen, idest, tenebræ, & ipsi omnimodam ignominiam sustinebunt, & in tenebras exteriores mittentur, perpetuo cruciandi: Machati vero interpretatur mollities mea. Ob hoc enim plures præbendas recipiunt, ut molliter vivant, nullam facientes pœnitentiam, *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion. Et *infra*: Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris, &c. & nihil patiebantur super contritione Joseph.

EXPOSITIO CAP. XIII.

JOsue *y* senex, provectæque, &c.]

z Quæ necdum sorte divisa est,] Neque alia adhuc, quare ergo potius de hac dicit, quæ nondum sorte divisa est? Solut. Sic debet exponi: quæ nondum sorte divisa est, idest, nondum acquisita, ut sorte dividi possit. Sed contrarium videtur *sup.* 11. ibi: Et quievit terra a prælis. Solut. Illud supra dicitur, non quod tota terra acquisita esset, sed quod hostes jam imminuti non audebant mutire. Vel Mystice: Terra, idest, Ecclesia, jam quievit a pugna infidelitatis, sed nondum cessat impugnatio vitiorum, nec cessavit usque ad mortem. *a* A fluvio] Nilo turbido inundante. *b* Accaron] civitas. *c* Gazeos,] dictos a Gaza civitate.

d Azotios,] ab Azoto.

e Ascalonitas,] ab Ascalone.

f Gethæos,] a Geth.

g Accaronitas] ab Accaron.

h Ejusque confinia,] supple nondum sunt a divisa sorte.

i Emath.] Antiochia.

k Omnium] supple & terra, *l* Omnium, qui habitant, &c.] nondum sorte divisa est. *m* Universique Sidon.] idest, terra universa Sidoniorum. *n* Cum qua] idest, cum reliqua medietate ejus, scilicet Tribus. *o* Tradidit eis Moyses] *Num.* 32. *p* Universaque campestria,] tradidit Moyses, supple.

a Ad terminum

pestria Medaba usque Dibon, & cunctas civitates Sehon Regis Amorrhæi, qui regnavit in Hesebon usque ad terminos filiorum Ammon, & Galaad ad *a* terminum Gessuri, & Machati, & *b* omnem montem *c* Hermon, & universam Basan usque Salecha, *d* omne regnum Og in Basan, qui regnavit in Astaroth, & Edrai, ipse fuit de reliquiis Raphaim, percussitque eos Moyses, atque delevit. Noluerunque disperdere filii Israel *e* Gessuri, & Machati, & habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem. Tribui autem *f* Levi non dedit possessionem, sed sacrificia, & victimæ Domini Dei Israel, ipsa est ejus hæreditas, sicut *g* locutus est illi. Dedit ergo Moyses possessionem Tribui filiorum Ruben juxta cognationes suas. Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in valle ejusdem torrentis media, universam planitiem, quæ ducit Medaba, & Hesebon, cunctosque *b* viculos earum, qui sunt in campestribus: Dibon quoque, & Abamoth, Baal, & oppidum Baalmaon, & Gessa, & Cedimoth, & Mephet, & Cariathaim, & Sabama, & Sarathasar, in monte convallis Bethphogor, & Asedoth Phasga, & Bethiesimoth, omnes urbes campestres, universaque regna Sehon Regis Amorrhæi, qui regnavit in *i* Hesebon, quem percussit Moyses *k* cum principibus *l* Madian, Hevæum, & Recem, & Sur, & Ur, & Rebec duces Sehon habitatores terræ, & Balaam filium Beor ariolum occiderunt filii Israel gladio cum ceteris interfectis, factusque est terminus filiorum Ruben Jordanis fluvius. Hæc est possessio Rubenitarum per cognationes suas urbium, & viculorum. Deditque Moyses Tribui Gad, & filiis ejus per cognationes suas possessionem, cujus hæc divisio est: *m* Terminus Jaser, & omnes civitates Galaad, & dimidiam partem *n* filiorum Ammon, usque ad Aroer, quæ est contra Rabba, & ab Hesebon usque Ramoth Masphe, & Betonim, & a Manaim usque ad terminos Dabir. In valle quoque Betharan, & Bethnemra, & Socoth, & Saphon *o* reliquam partem regni Sehon Regis Hesebon. Hujus quoque finis Jordanis est usque ad extremam partem *p* maris Cenereth trans Jordanem ad *q* Orientalem plagam. Hæc est possessio filiorum Gad per familias suas, & civitates, & villæ earum. Dedit & dimidiæ *r* Tribui Manasse, filiisque ejus juxta cognationes suas possessionem, cujus hoc principium est: A Manaim universam Basan, & cuncta regna Og Regis Basan, omnesque vicos Jair, qui sunt in Basan sexaginta oppida, & *f* dimidiam partem Galaad, & Astaroth, & Edrai urbes regni Og in Basan, filiis Machir filii Manasse, dimidiæ parti filiorum Machir juxta cognationes suas, hanc possessionem divisit Moyses in campestribus Moab trans Jordanem contra Jericho ad Orientalem plagam. Tribui autem Levi non dedit possessionem, quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio ejus, ut locutus est illi.

C A P. XIV.

HOc est, *t* quod possederunt filii Israel in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos, & Josue *u* filius Nun, & principes familiarum per Tribus Israel sorte omnia dividentes, sicut præceperat Dominus in manu Moysi, novem Tribubus, & dimidiæ Tribui Manasse. Duabus enim Tribubus, & dimidiæ *x* dederat Moyses trans Jordanem possessionem *y* absque Levitis, *z* qui nihil terræ *a* acceperunt inter fratres suos, sed in eorum successerant locum filii Joseph in *b* duas divisi Tribus Manasse, & Ephraim; nec acceperunt Levitæ aliam in terra partem, nisi *c* urbes ad habitandum, & *d* suburbana earum ad alenda jumenta, & pecora sua: Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filii Israel, & diviserunt terram.

a Ad terminum Gessuri] idest, usque ad terminum.

b Et omnem montem] supple tradidit Moyses.

c Hermon,] alius est Hermon in terra promissionis.

d Omne regnum Og] supple tradidit Moyses filiis Israel.

e Gessuri, & Machati,] civitates sunt, idest, habitatores earum noluerunt occidere.

C *f* Tribui autem, &c.] i. sortem cum aliis: habuit vero possessionem, idest, partem 48. civitates ad manendum, & suburbana earum ad pecora alenda, ut dictum est *Num.* 35. Et *infr.* 21. plenius dicetur.

g Sicut locutus est illi.] *Exod.* 29.

b Viculos] idest, parvas villas.

i In Hesebon,] civitas in qua erat sedes regni.

k Et numerat eos.

l Madian, Hevæum, &c.] Isti dicuntur principes, sive Duces Sehon, quia Sehon erat maximus inter eos, & isti ei tributa reddebant.

m Terminus Jaser,] supple dedit.

D *n* Dimidiam partem, &c.] *Deut.* 2. legitur contrarium, scil. quod Dominus non erat daturus filiis Israel aliquid de terra filiorum Ammon: Sed ibi stricte accipitur terra filiorum Ammon, scil. terra, in qua ipsi habitabant, quæ eorum erat propria, hic vero largius accipitur, scilic. terra adjacens, quam forte subjugaverant sibi violenter.

o Reliquam partem, &c.] quia aliam possidebat Og Rex Basan. Tamen *sup.* dicitur contrarium, ubi sc. dictum est, quod Moyses dederit Rubenitis universa regna Sehon. Solut. Illud sic exponendum est: dedit universa regna Sehon Rubenitis, i. universa terra, quæ data est eis, fuit de regno Sehon. Similem expositionem habes *Jo.* 15. Quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis, i. quæcumque nota feci vobis, audivi a patre meo. *Jo.* 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Num. 34. A

p Partem maris] hoc est, mare Tyberiadis.

q Ad Orientalem plagam.] respectu Jerusalem.

r Tribui, &c.] quæ mansit cum eis ultra Jordanem.

f Dimidiam partem Galaad,] *Supr.* dicitur contrarium, scil. quod Rubenitis dedit eam. Sol. Æquivocatio est in nomine, vel large vocat hic terram Galaad, sc. terram vicinam.

EXPOSITIO CAP. XIV.

HOc est,] Continentia hujus capitis talis est. Primo recapitulat, quæ dicta sunt in cap. præced. ostendens quod terra ultra Jordanem data est in possessionem, scil. novem Tribubus, & dimidiæ, quia aliæ duæ, & dimidia jam receperant possessionem citra Jordanem a Moyse. *Num.* 32. Ostenditur etiam hic, per quos data est illis 9. Tribubus, scil. per Josue, & Eleazarum Sacerdotem. Levitæ vero nihil acceperunt in sortem, sed tamen aliquot civitates postea datæ sunt eis a fratribus suis, ut dicetur *infr.* 21. Secundo ostenditur hic, qualiter Hebron data est Caleb filio Jephone, qui fuit de duodecim exploratoribus, quos misit Moyses de Cadesbarne. *Num.* 13. Dicit ergo: [Hoc est,] scil. terra, quæ determinata est supra. *t* Quod possederunt] i. in possessionem habuerunt filii Israel, i. acquisierunt, quia proprie loquendo, non adhuc possederunt, quia nondum erat eis divisa.

u Et Josue filius Nun,] Ita præceperat Dominus. *Num.* 34. ubi dicitur: Hæc sunt nomina virorum, qui terram divident Eleazar Sacerdos, & Josue filius Nun, & singuli principes de singulis Tribubus.

x Dederat Moyses, *Num.* 32.

y Absque Levitis,] i. illis dedit, non Levitis. *z* Qui nihil terræ] *Gl.* Ne temporalibus occupati, minus cœlestibus deservirent. Sic etiam hodie clerici si vero Deo servire vellent, minus in temporalibus se occuparent. *a* Acceperunt] sorte, idest in divisione terræ, non habuerunt sortem cum aliis.

12. q. 4. curas.

b In duas divisiones Tribuum] Ergo fuerunt tredecim Tribus. Verum est singulis computatis: Sed quia tantum duodecim receperunt sortem, dicuntur tantum duodecim Tribus.

c Nisi urbes] 48. *d* Et suburbana] de hoc *inf.* 21.

a Accesserunt itaque filii Juda ad Josue in Galgala, locutusque est ad eum *b* Caleb filius Jephone Cenezæus. *c* Nosti, quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me, & te in Cadesbarne, Quadraginta annorum eram, quando me misit Moyses famulus Domini de *d* Cadesbarne, ut considerarem terram, nunciavique ei, quod mihi verum videbatur: Fratres autem mei, qui ascenderunt mecum *e* dissolverunt cor populi, & nihilominus ego *f* secutus sum Dominum Deum meum, Juravitque Moyses in die illo, dicens: *g* Terra, quam calcavit pes tuus erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum, quia secutus es Dominum Deum tuum. Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est usque in præsentem diem, Quadraginta & quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem, *h* Hodie octogintaquinque annorum sum, sic *i* valens, ut eo valebam tempore, quando ad explorandum missus sum: Illius in me temporis fortitudo usque hodie perseverat, tam ad bellandum, quam ad gradiendum. *k* Da ergo mihi montem illum, quem pollicitus est Dominus te quoque audiente, in quo Enachim sunt, & *l* urbes magnæ, atque munitæ, si forte sit Dominus mecum, & potuero delere eos sicut promisit mihi. Benedixitque ei Josue, & tradidit ei Hebron in possessionem; atque ex eo fuit Hebron filio Caleb Jephone Cenezæo usque in præsentem diem, quia secutus est Dominum Deum Israel. Nomen Hebron ante vocabatur *m* Cariatharbe. Adam maximus ibi inter Enachim situs est, & *n* terra cessavit a præliis.

CAP. XV.

IGITUR *o* sors filiorum Judæ

Moraliter.

B

a Accesserunt, &c.] Filii Israel sunt quilibet fideles, scilicet, per boni operis imitationem, Israel per fidei cognitionem. Isti accedunt ad Josue, idest, ad Jesum in Galgalis, quod interpretatur revelatio, & significat confessionem, in qua omnia Deo revelantur. Unde *Ps.* 36. Revela Domino viam tuam, &c. Accedendum est autem non quolibet modo, neque subito, sed per gradus. Sunt autem in universo sex gradus, quibus itur ad confessionem. Primus est vitæ præteritæ recordatio. Unde *Ps.* 37. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. *Is.* 38 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Jer.* 2. Vide vias tuas in convalle, scito quid feceris: Secundus est vitæ præsentis consideratio. *Jer.* 3. Leva oculos tuos in directum, & vide ubi nunc prostrata sis. Tertius est status futuri præmeditatio. *Eccl.* 38. Memento novissimorum, & noli oblivisci. Item *in eodem* Memento judicii mei: Sic erit & tuum; mihi heri, tibi hodie. De primo, & tertio dicitur *Gen.* 16. Agar ancilla Sarai, unde venis, & quo vadis? Agar interpretatur advena, Sarai princeps. De secundo *Gen.* 3. Adam, ubi es? Et respondet, *Ps.* 6. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Ex his tribus gradibus alii tres procedunt. Ex primo quartus, i. pudor. Ex secundo quintus, i. dolor. Ex tertio sextus, i. timor. De primo dicit *Jer.* 3. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. De secundo *Isai.* 47. Sede, tace, & intra in tenebras filia Chaldæorum. De tertio *Habac.* 3. Domine, audivi auditionem tuam, & timui de omnibus, dicit B. *Bern.* Vide, unde venis, & erubesce; ubi sis, & ingemisce; quo vadis, & contremisce.

Num. 14.

Sex gradus quibus itur ad confessionem.

C

Sup. 1.

Eccl. 16.

D

A

b Caleb, &c.] Qui fuit unus duodecim exploratorum, qui populum ab aliis exploratoribus exterritum confortavit. Quare autem dicatur Cenezæus, cum non fuerit filius Cenez, sed nepos, *infra* 15. patebit.

c Nosti, &c.] *Num.* 14. ubi dicitur: Omnes, qui numerati estis a viginti annis, & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram, super quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem in ea præter Caleb filium Jephone, & Josue filium Nun.

d De Cadesbarne,] *Num.* 13. dicitur, quod misit eos de deserto Pharan. *Magister* dicitur *in historiis*, quod de Asiongaber, quæ fuit 32. mansio, missi sunt exploratores, & interim transierunt filii Israel de Asiongaber in Cadesbarne, & illuc redierunt exploratores ad eos. Super hoc diversæ sunt opiniones. Quidam dicunt, quod de Cadesbarne missi sunt exploratores, quæ fuit trigesima tertia mansio, & ibi expectavit eos populus. Alii dicunt, quod de Asiongaber, & hi dicunt, quod Cades complectitur plures mansiones, inter quas est Asiongaber, vel de Cades dicitur misisse eos, quia ibi expectavit eos.

e Dissolverunt cor populi,] dicentes: nequaquam ad hunc populum valemus ascendere.

f Ego secutus, &c.] quod attestatur ei Dominus. *Num.* 14. dicens: Servus meus Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam eum in terram hanc, quam circuivit,

g Terra, quam calcavit pes tuus] supple intra terminos terræ promissionis.

Moraliter. Ille solus, qui contemnit omnia, possidet terram promissionis. Unde *Aug.* Fœlix Christiana religio, quæ nihil habet, & omnia facit possidere. Unde 2. *Cor.* 6. Nihil habentes, & omnia possidentes. Item 1. *Corinth.* 3. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.

h Hodie octogintaquinque annorum sum,] quia quadraginta annis erraverunt per desertum. Sed quia illud dixit Dominus secundo anno egressionis de Ægypto, ut patet per *Num.* 10. restat, quod dixit hoc Caleb secundo anno post transitum Jordanis.

i Sic valens, &c.] Sic claustrales debent facere, ita scilicet ferventer, & potenter servire Domino in senectute, ut in principio. *Job* 3. Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum invenerint sepulchrum. Hoc est contra illos, qui tantum in principio faciunt, ita quod postea, aut nihil, aut parum possunt facere. Hoc etiam est contra illos, qui in novitate religionis fervent, & in senectute torpent, vel minus fervent.

k Da mihi montem, &c.] Hæc pollicitatio nusquam legitur facta. Sed sensus est: Quem pollicitus est mihi Dominus, idest, quem habere debeo ex promissione Domini mihi facta. *Num.* 14.

l Et urbes magnæ, sicut dixerunt exploratores in reditu suo filiis Israel. Sed contrarium videtur *sup.* 11. In tempore illo venit Josue, & interfecit Enachim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Juda, & Israel, urbesque eorum delevit: Non reliquit ullum vestigium de stirpe Enachim in terra filiorum Israel: Hic vero dicitur, quod Hebron sita erat in monte, qui erat in terra Juda, ubi habitabant Enachim. Solutio: Quod supra dictum est, fuit præoccupatio; Prius enim data fuit Hebron Caleb in possessionem, & postea expugnavit eam, quomodo dictum est supra, quod Josue interfecit Enachim? Solut. Josue duxerat principes totius exercitus; & ideo quidquid factum est ibi; dicitur fecisse Josue, sicut Rex dicitur fecisse, quod facit exercitus suus.

m Cariatharbe.] Civitas est, & interpretatur civitas quatuor, quia ibi sepulti fuerunt quatuor Patriarchæ cum uxoribus suis, scil. Adam cum Eva, Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Jacob cum Lia: Rachel vero licet magis dilecta, non fuit ibi sepulta cum viro suo: forte quia idololatra fuit, colens idola Laban patris sui. In hoc commendatur vita activa, quæ per Liam significatur, sicut *Matth.* 25. ad commendationem vitæ activæ, opera misericordiæ recitantur.

n Et cessavit terra a præliis,] non tamen statim.

EXPOSITIO CAP. XV.

IGitur *o* sors, &c.] In hoc capite possessio Judæ describitur. Dixerat enim supra, quod Caleb fuit de Tribu Juda: Unde recte sequitur descriptio possessionis ejus, in qua descriptione exprimuntur duo termini, sc. plaga Orientalis, & Meridiana. De Occidentali, & Septentrionali nulla fit mentio. Forte per illas duas, quas exprimit, duæ illæ dantur intelligi, Meridiana enim incipit ab Orientali, & terminatur ad Occidentalem: Orientalis a Meridiana, & terminatur ad Septentrionalem: Unde necesse est, intellectis illis duabus, intelligi alias duas, sicut intellecta linea, intelligitur punctum de necessitate. Tamen *Gloss.* videtur dicere contrarium. Sed ipsa loquitur secundum translationem LXX.

e Desertum

per *a* cognationes suas ista fuit: A termino *b* Edom usque ad *c* desertum Sin contra Meridiem, & usque ad extremam partem *d* Australis plagæ. *e* Initium ejus a *f* summitate maris salsissimi, & a *g* lingua ejus, quæ respicit Meridiem: Egrediturque contra *h* ascensum scorpionis, & *i* pertransit in Sina, ascenditque in Cadesbarne, & pervenit in Esron, ascendens ad Addar, & circumiens Cariathaa, atque inde pertransiens in Asemona, & perveniens ad *k* torrentem Ægypti, eruntque termini ejus *l* mare magnum: Hic erit finis *m* meridianæ plagæ. Ab Oriente vero erit initium mare salsissimum usque ad extrema Jordanis, & ea, quæ respiciunt ad Aquilonem *n* a lingua maris usque ad eumdem Jordanis fluvium, ascenditque terminus in Bethagla: Et transit ab Aquilone in Betharaba, ascendens *o* ad lapidem Boen filii Ruben, & tendens usque ad terminos Debera de valle Achor contra Aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex adverso ascensionis *p* Adommim ab Australi parte torrentis, transitque aquas, quæ vocantur *q* fons solis, & erunt *r* exitus ejus ad fontem Rogel, ascenditque per vallem filii Ennom ex latere Jebusæi ad Meridiem *ſ* hæc *t* est Jerusalem, & inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Geennom ad Occidentem in summitate vallis Raphaim contra Aquilonem, pertransitque a vertice montis usque ad fontem aquæ Nepthoa, & pervenit usque ad vicos montis Ephron, inclinaturque in Bala, quæ est Cariathiarim, idest urbs silvarum, & circuit de Bala contra Occidentem usque *u* ad montem Seir: Transitque juxta latus montis Jarim ad Aquilonem in Chesson, & descendit in Bethsames, transitque in Thamna, & pervenit contra Aquilonem partis Accaron ex latere, inclinaturque Secrona, & transit montem Baala, pervenitque in Jebneel, & magni maris contra Occidentem fine concluditur. Hi sunt termini filiorum Juda per circuitum in cognationibus suis. *x* Caleb vero filio Jephone *y* dedit partem in medio filiorum Juda sicut præceperat ei Dominus, Cariatharbe *z* patris Enach, *a* ipsa est Hebron, delevitque ex ea Caleb tres filios Enach, Sesai, & Haiman, & Tholmai de stirpe Enach. Atque inde

c Desertum Sin] Duo sunt deserta Sin, unum inter Elim, & Sinai, ubi fuit octava mansio, ut legitur *Ex.* 16. & scribitur per Samech, & interpretatur rubus, vel odium, ut dicit *Hier.* Aliud fuit post solitudinem Pharan, in quo est Cades. *Num.* 13. & 20. & scribitur per Sade, & interpretatur mandatum, vel tancta. Samech, at dicit *Hier.* in libro de interpretationibus Hebræorum nominum habet, f, lene. Sade vero, f, aspiratum, quod aures nostræ penitus reformidant. *d* Australis, &c.] terræ scil. promissionis. *e* Initium ejus] idest, sortis Judæ. *f* A summitate maris] ab Oriente scil. *g* A lingua ejus,] i. maris. Lingua maris, confessio est amara. Multi hanc linguam non habent, qui sine amaritudine peccata confitentur, ex consuetudine magis, quam ex contritione. *h* Ascensum scorpionis] locus est, sic dictus. *k* Ad torrentem Ægypti,] qui dicitur Rinocorula. *l* Mare magnum:] occidentale scil. *m* Finis meridianæ, &c.] usque ad Occidentem. *n* A lingua maris] salsissimi. *o* Ad lapidem Boen] Lapis Boen locus est. *p* Adommim] una dictio, vel etiam duæ, & est desertum, in quo Dominus tentatus fuit: *Matth.* 4. Et interpretatur desertum sanguinis, quia ibi sanguis hominum a latronibus fundebatur: Hoc est desertum inter Jerusalem, & Jericho: in quo homo, qui descendebat a Jerusalem in Jericho, incidit in latrones, qui vulneribus impositis abierunt semivivo relicto, ut legitur *Luc.* 10. *q* Fons solis,] Nota tres civitates inter alias in sorte Judæ, scilicet fons solis, civitas litterarum, civitas solis. Judas, Prælatus: fons solis, scientia: civitas litterarum, doctrina: civitas solis, conversatio sancta: Hæc enim tria in omni Prælato requiruntur, sc. scientiæ veritas, doctrinæ suavitas, vitæ sanctitas. *r* Exitus ejus] i. termini. *ſ* Hæc] i. vallis Ennom. *t* Est Jerusalem,] i. prope Jerusalem erat. *u* Ad montem Seir:] quem tantum circumierunt filii Israel in deserto errantes. *y* Dedit partem] sc. Josue. *z* Patris Enach,] supple, qui fuit patris Enach, intransitive, vel transitive. Et ponitur Enach pro Enachim, singulare pro plurali. *a* Ipsa] scil. Cariatharbe in *Paral.* dicitur Hebron.

Ω Cariathiarim

Mystice. *a* Igitur sors, &c.] Multa sunt in hoc cap. utilia ad confessionem. Primum notabile est, quod ut patet in principio capituli in divisione terræ. Prima sors fuit Judæ, i. confitentium. Ipse quippe est primus, qui post Moysen, i. Christum transivit mare. Secunda est Joseph, i. innocentium. His duobus tota terra viventium dividetur tantum. Unde *Psal.* 24. Innocentes, & recti adhæserunt mihi. Dicitur *Apoc.* 14. Isti soli sequuntur Christum: Isti per viam pœnitentiæ, illi per viam innocentiæ. De utrisque dicit *Psal.* 118. Beati immaculati in via, &c. De his viis intelligitur illud: Vias tuas, Domine, demonstra mihi: Et illud: Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quia sunt reliquiæ homini pacifico. Item *Prov.* 8. Dominus in initio viarum suarum possedit me. Item *in ead.* Beati qui custodiunt vias meas. Filii Juda sunt omnes vere confitentes. *a* Cognationes] ejus sunt duæ: Phares, & Zaram, i. contritio, & satisfactio, quia sine his nihil valet confessio, & hæc duo cognata sunt confessioni. Contritio tres habet familias, pigentiam, dolorem, pudorem, sicut vult *Aug.* Nam vere qui conteritur de peccatis suis, piget de peccato suo propter gratiæ amissionem, dolet propter naturalium læsionem, pudet propter animæ maculationem, qua imago Dei deformata est. Item satisfactio tres habet familias, orationem, jejunium, eleemosynam. Oratione satisfacimus Deo, jejunio nobis, eleemosyna proximo. Nota, quod terminus possessionis Judæ, est *b* Edom] qui interpretatur terrenus, quia nunquam est aliquis vere confessus, nisi in eo finitus fuerit omnis amor terrenorum: juxta illud *Matth.* 16. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, i. se, & sua, & suos, & sequatur me. Unde *Luc.* 9. cum dixisset adolescens: Sequar te, Domine, statim addidit, sed primum permitte me renunciare his, qui domi sunt. Huic concordat, quod dicitur *Luc.* 23. de Simone, qui bajulabat crucem post Jesum veniens de villa, i. de mundo. Alius terminus possessionis Judæ est. *c* Desertum Sin] quod interpretatur rubus, vel tentatio. Et recte possessio Judæ est ab omni Edom usque ad desertum Sin, idest, a fine peccati usque ad tentationes. Tunc enim incipiunt tentationes, cum homo deserit peccatum, & pœnitentiam agere incipit. Unde *2. Tim.* 3. Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. *Eccl.* 2. Fili accedens ad servitutem, &c. Hoc est, quod legitur *Ezech. ult.* de templi ædificatione, scil. quod Australis pars venit a Thamar usque ad aquas contradictionis. Thamar enim amara interpretatur: Et ab amaritudine pœnitentiæ venitur ad aquas contradictionis, i. ad tentationum inundationes. Item nota, quod possessio Judæ incipit a summitate maris salsissimi, & a lingua maris, & egreditur usque ad ascensum scorpionis: in quo notatur initium, & medium, & finis pœnitentiæ, sive confessionis: Debet enim incipere a summitate maris, idest, a prima origine peccatorum. Deinde a lingua maris, idest, a confessione eorumdem, ut primo sint peccata per contritionem in corde, secundo per confessionem in ore: Inde egrediatur contra ascensum scorpionis, ut tantum ascendat pœnitentia vindicando, quantum ascendit culpa peccando. Et bene per scorpionem significatur peccatum, quia in principio blanditur per delectationem, in fine pungit per æternam conscientiæ remorsionem. *Is. ult.* Vermis eorum non morietur. *Gregorius*: Momentaneum est, quod delectat; sed æternum, quod cruciat. Signanter autem sequitur.

i Et pertransit in Sina,] quod interpretatur mandatum, vel mensura, quia pœnitens non arbitrio suo, sed ad mandatum sacerdotis debet sibi pœnitentiam mensurare. Inde autem transit in Cadesbarne, quæ interpretatur facta, quia peracta pœnitentia fit anima sancta, quæ prius fuit immunda.

x Caleb vero filio Jephone,] Caleb interpretatur quasi cor, vel canis: & significat Prælatum, qui debet esse discretus, & vigil circa curam subditorum. Debet etiam habitare in medio eorum, ut omnibus æqualiter provideat necessaria: Bonis exhortationem, malis increpationem, mediis, scilicet, pigris excitationem, inscius instructionem, miseris consolationem, quia quidam, ut ait *Augustinus*, sunt manifeste boni, quidam manifeste mali: Illi sunt exhortandi, isti increpan-

conscendens venit ad *a* habitatores Dabir, quæ prius vocabatur, Cariathesepher, idest, *b* civitas litterarum: Dixitque Caleb: *c* Qui percusserit Cariathsepher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem. Cepitque *d* eam *e* Othoniel filius Cenez *f* frater *g* Caleb junior, deditque ei Axam filiam suam uxorem. Qui cum pergerent simul, suasa est a viro suo, ut *h* peteret a patre suo agrum, *i* suspiravitque, ut sedebat in asino. Cui Caleb: Quid habes, inquit? At illa respondit; *k* Da mihi benedictionem. Terram *l* Australem, & *m* arentem dedisti mihi; junge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum superius, & inferius. Hæc est *n* possessio Tribus filiorum Juda per cognationes suas: Erantque civitates ab extremis partibus filiorum Juda juxta terminos Edom a Meridie Cabseel, & Eder, & Jagur, & Cina, & Dimona, & Adada, & Cedes, & Asor, & Jethanziphetelem, & Baloth, & Asor Nova, & Cariothierson, hæc est Assoromam Same, & Meloda, & Asergadda, & Assemoth, & Bethpheleth, & Asersual, & Belsabee, & Baziothia, & Abala, & Humesem, & Beltholad, & Exul, & Sarma, & Sicelech, & Medemena, & Sensenna Lebaoth, & Selim, & Ahemremmon: *o* Omnes civitates trigintanovem, & villæ *p* earum. In campestribus vero Estaol, & Sarca, & Asena, & Asone, & Engannim, & Taphua, & Enaim, & Hierimoth, & Adulansocho, & Asecha, & Sarim, & Adithaim, & Gedera, & Giderothaim, urbes 14. & villæ earum, Sanam, & Adasa, & Magdalgad Delcam, & Masepha, & Jectel, Lachis, & Baschat, & Eglon Tebbon, & Leemas, & Cethis, & Gideroth, & Bethdagon, & Naama, & Maceda civitates 16. & villæ earum. Labana, & Ether, & Asan, Jephtha, & Esna, & Nesib, & Ceila, & Achzib, & Maresa, civitates 9. & villæ earum. Accaron cum vicis, & villulis suis. Ab Accaron usque ad mare omnia, quæ vergunt ad Azotum, & viculos ejus. Azotus cum vicis, & villulis suis, Gaza cum vicis, & villulis suis usque ad *q* torrentem Ægypti, & mare magnum terminus ejus, & in *r* montem Samir, & Jether, & Sochot, & Edenna Cariathsenne, hæc est Dabir, Anab, & Histhemo, & Anim, Gosen, & Olon, & Gilo, civitates 11. & villæ earum. Arab, & Roma, & Esaam, & Janum, & Betaphua, & Apheca Athamatha, & Cariatharbe, hæc est Hebron, & Sior, civitates 9. & villæ earum Maon, & Chermel, & Ziph, & Loche Jezrahel, & Jucadan, & Zanoe Accaim Gabaa, & Thamna, civitates 10. & villæ earum. Alul, & Bethsor, & Hiedor Mareth, & Bethamoth, & Helthecem, civitates 6. & villæ earum, Cariathbaal, hæc est Cariathiarim urbs silvarum, & Arobba, civitates 2. & villæ earum. In *s* deserto Betharaba Meddin, & Sacha, & Nebsam, civitates salis, & *t* Engaddi, civitates 6. & villæ earum. Fiunt simul centum quindecim. *u* Jebusæum, & habitatorem Jerusalem non potuerunt fi-

D — *Judic. 1. 1. Par. 2.*

Ω Cariathiarim, i. civitas sylvarum, vel Cariathbaal, i. civitas muscarum, vel virorum. Sed *Hier.* dicit, quod Cariathiarim fuit una de civitatibus Gabaonitarum: Hebron vero non fuit Gabaonitarum. Unde patet Cariathiarim æquivocum esse ad duas civitates. Moraliter: Hebron, in qua sepulti sunt quatuor Patriarchæ in spelunca duplici, data est Caleb, i. Prælato. Spelunca duplex, est duplex vita, activa, & contemplativa, quæ debet esse in Prælato, ut in activa sepeliatur a vitiis, in contemplativa a sæcularibus negotiis.

E

b Civitas litterarum:] Forte cives ejus scriptores erant. *d* Cepitque eam] scil. urbem. *e* Othoniel] vel Gothoniel.

f Frater Caleb] i. consanguineus. Cenez enim, & Jephone fratres fuerunt; & ita Othoniel, & Caleb consanguinei: sed si hic quæritur, *Sup.* 14. dictus est Caleb Cenezeus. Forte Jephone pater Caleb binomius fuit, & dictus est Cenez, & Jephone, vel etiam trinomius; Dictus est enim Elthon, ut dicit *Hier.* in quadam epistola: vel forte ideo dictus est Cenezeus, quia Cenez nutrivit eum. Unde dictus est Cenezeus, quasi filius Cenez adoptivus, sicut in Paralip. Ner dicitur filius Cis, quia Cis nutrivit eum. *Magister* dicit in *historiis*, quod Caleb & Othoniel fuerunt fratres uterini, idest, ex eadem matre, sed non ex eodem patre. Sed si hoc quomodo dedit Caleb filiam suam fratri suo? Tale enim conjugium prohibitum est *Lev.* 18. Ad hoc dicit *Magister*, quod Caleb maluit observare votum suum licet indiscretum, quam legis mandatum. Hebræi dicunt hanc prohibitionem intelligi de fratribus ejusdem patris, non ejusdem matris, licet ejusdem conditionis. Alii dicunt hoc factum inspiratione divina. Vel potest dici, quod sicut Jephte non bene vovit, quia ita generaliter vovit, quicunque primus occurrerit mihi revertenti, offeram eum Domino. *Judic.* 11. Nec etiam benefecit, quando votum non sic implevit; sic iste male fecit, quando ita generaliter dixit: Qui percusserit Cariathsepher, dabo ei Axam filiam meam uxorem, pejus etiam fecit, quando votum implevit. *k* Da mihi, &c.] Munera vocantur benedictiones, quia sunt causa benedictionis. Accipiens enim benedicit & Deum, & dantem. Unde Religiosi in omni, quod datur eis, dicunt: Benedictus Deus in donis suis. *l* Terram, &c.] idest ex parte Austri.

G

m Et arentem] & ideo sterilem. Ad litteram, ad Occidentem habebat terram sterilem, fertilem quærebat in Oriente superius. *n* Hæc est possessio] quæ dicta est. *o* Omnes civitates, &c.] Hebræi dicunt vigintinovem. Si plures inveniuntur in littera numeratæ, dicunt, quod computentur villæ cum civitatibus. *p* Et villæ earum.] quæ pertinent ad civitates. *q* Ad torrentem] qui dicitur rinocorula. *r* Et in monte] i. in montibus, q. d. prædictæ sunt in campestribus, hæ sunt in montibus. *s* In deserto, &c.] supple sunt sitæ, quæ sequuntur. *t* Engaddi,] ubi erat vinea Balsami,

u Jebusæum, &c.] & pro, idest.

Moraliter.

* di. Item sunt medii, scil. pigri, inscii, miseri. Pigri sunt excitandi, inscii instruendi, miseri consolandi: Hoc agere, est utiliter præesse. Ob hoc dicit Apost. 1. *Tim.* 3. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Cariatharbe interpretatur civitas quatuor, & significat Ecclesiam, quam recipit Caleb in possessionem, i. Prælatus. Dicitur autem Ecclesia civitas, i. civium unitas: Omnes enim, qui in Ecclesia sunt, debent esse uniti fide, & charitate. *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unũ, & anima una. Cor unum, ut idem sentiat: Anima una, ut idem velint. Civitas quatuor, propter quatuor ordines dicitur, qui sunt in Ecclesia, & ex quibus est Ecclesia: primus ordo Apostolorum, secundus Martyrum, tertius Confessorum, quartus Virginum. Quibus quatuor virtutes appropriantur. Apostolis prudentia, propter officium prædicationis. Martyribus fortitudo, propter patientiam passionis. Confessoribus justitia, propter carnis afflictionem. Virginibus temperantia propter omnimodam castitatem. *a* Ad habitatores, &c.] Dabir interpretatur loquela; Cariathsepher, civitas litterarum. Recte ergo dicitur, quod prius dicta est Cariathsepher, postea Dabir, quia primum debet esse homo civitas litterarum, quam alius loquatur. Unde *Eccl.* 5. Si est tibi intellectus responde proximo, sin autem manus tua sit super os tuum. In aliis facultatibus tantum 24. sunt litteræ, in hac autem tot sunt litteræ, quot creaturæ. *c* Qui percusserit Cariathsepher,] Alia translatio habet, qui exciderit, i. qui separaverit spiritualem intellectum a littera legis, habebit Axam in uxorem, i. legis intelligentiam. *e* Othoniel] interpretatur responsio Dei, & significat populum gentilem, quia Christo vocanti eum ad fidem respondit per obedientiam. Unde *Ps.* 17. Populus, quem non cognovi, servivit mihi, &c. *g* Caleb] interpretatur quasi cor, & significat Judaicum populum, qui quasi cor habet, sed non cor ad credendum. Unde *Os.* 7. Facta est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Item nota Cariathsepher percutit, qui diligenter studet: Capit eã, qui quod intelligit, libenter opere implet. Ex his duobus, i. ex studio, & opere datur intelligentia. *Ps.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. *i* Suspiravit, &c.] Axa est fidelis anima, quæ insidet asino, carnis motibus dominando. Axa suspirat, quando anima a carcere corporis liberari desiderat. Unde *Rom.* 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Hæc suadetur a viro, i. a Christo, qui est vir cujuslibet animæ fidelis, quam sibi in baptismo desponsat per fidem. *Os.* 2. Sponsabo te mihi in fide. *h* Ut peteret] i. a Deo irriguum superius, i. lacrymas pro dilatatione patriæ, habens irriguum inferius, i. lacrymas pro incolatu hujus miseriæ. *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, &c. Et nota, quod multi habent terram Australem, i. legis intelligentiam, sed arentem, sine devotione, sine affectione,

sine

lii Juda delere: habitavitque Jebusæus cum filiis Juda in Jerusalem usque ad præsentem diem.

C A P. XVI.

CEcidit quoque *a* sors filiorum Joseph a Jordane contra Jericho, & *b* ad aquas ejus ab *c* Oriente solitudo, quæ ascendit de Jericho ad montem Bethel, & egreditur *d* de Bethel Luzam, transitque terminum Archiataroth, & descendit ad Occidentem, juxta terminum Jephleti usque ad terminos *e* Bethoron inferioris, & Gazer, finiunturque regiones ejus mari magno, possederuntque filii Joseph Manasse, & Ephraim. Et factus est *f* terminus filiorum Ephraim per cognationes suas, & possessio eorum contra Orientem Astaroth Addar usque Bethoron superiorem *g* egrediunturque confinia in mare. Machmetath vero Aquilonem respicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanathselo, & pertransit a torrente Janoe, descenditque de Janoe in Atharoth, & Noaratha, & pervenit in Jericho, egrediturque ad Jordanem de Taphua, pertransitque contra mare in vallem Arundineti, suntque egressus ejus in mare salsissimum. Hæc est possessio Tribus filiorum Ephraim per familias suas, urbesque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manassæ, & villæ earum. Et non interfecerunt filii Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer, habitavitque Chananæus in medio Ephraim usque in diem hanc tributarius.

C A P. XVII.

CEcidit autem *h* sors Tribu *i* Manasse *k*: ipse enim est primogenitus Joseph, Machir primogenito Manasse *l* patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad, & Basan, & reliquis filiorum Manasse juxta familias suas, filiis Abjezer, & filiis Helech, & filiis Jezrihel, & filiis Sichem, & filiis Hepher, & filiis Semida. Isti sunt filii Manasse filii Joseph, *m* mares per cognationes suas. Salphaad vero filio Hepher filii Galaad, filii Machir, filii Manasse non erant filii, sed solæ filiæ, quarum ista sunt nomina, Maala, & Noa, & Egla, & Melcha, & Thersa. Veneruntque in *n* conspectu Eleazaris Sacerdotis, & Josue filii Nun, & principum, dicentes: Dominus *o* præcepit per manum Moysi, ut daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditque juxta imperium Domini possessionem in medio fratrum patris earum, & ceciderunt *p* funiculi Manasse 10. absque terra Galaad, & Basan trans Jordanem. Filiæ enim *q* Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorum ejus. *r* Terra autem Galaad *s* cecidit in sorte filiorum Manasse, qui reliqui erant. Fuitque terminus Manasse ab *t* Aser Machmetath, quæ respicit *u* Sichem, & egreditur ad dexteram juxta habitatores fontis *x* Taphuæ. Etenim in sorte Manasse ceciderat terra Taphuæ, quæ est juxta terminos Manasse filiorum Ephraim. *y* Descenditque terminus vallis Arundineti in Meridiem torrentis civitatum

sine pietate, & tamen insident asino, carnem miseram, quæ nihil fecit mali, nimium affligentes, significati per Balaam, qui asinam suam tantum percussit, quod sub eo cecidit, *Nu.* 22. Tales debent irriguam terram petere, i. cor devotum. *Psal.* 50. Cor mundum, &c.

EXPOSITIO CAP. XVI.

CEcidit *a* quoque sors, &c.] Congrue post divisionem possessionis Judæ, sequitur divisio possessionis filiorum Joseph. Sicut enim Tribus Judæ inter alias principatum obtinuit majorem, ita Tribus Joseph inter omnes majorem terræ collectionem habuit: Habuit enim duplicem sortem. *b* Ad aquas ejus] i. Jericho. *c* Ab Oriente solitudo,] i. ex parte Jericho. *d* De Bethel Luzam,] Hoc videtur falsum, quia idem est locus, sive civitas. Eadem est Bethel, & Luza, ut legitur *Gen.* 28. ubi dicitur: Appellavit Jacob urbis nomẽ Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Item *Gen.* 35. Venit ergo Jacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel. Quomodo egreditur de Bethel in Luzam, si idem est Bethel, & Luza? Sol. Sic legitur *Gen.* 35. Jacob ædificavit altare Domino, & ipsum locum vocavit domum Dei, i. Bethel, juxta quem locum erat civitas Luza, quæ postea dicta erat Bethel, & ita Bethel æquivocum est ad illum locum, & ad civitatem. Egreditur ergo sors filiorum Joseph de Bethel, i. de illo loco in Luzam, non tamen ibi est finis ejus. Vel sic: Egreditur de Bethel, i. de Luza. Luzam, i. extenditur de Luza ultra Luzam, q. d. Sors filiorum Joseph usque ad Bethel extenditur, sed non est ibi finis, imo transit ultra. *e* Bethoron inferioris,] respectu superioris, de qua infra eod. *f* Et factus est, &c.] quia filii Joseph duplicem sortem habuerunt: ideo ostensa divisione possessionis filiorum Joseph, simul subdividit, ut ostendat divisionem, & terminos utriusque possessionis. Et primo ostendit terminos possessionis Ephraim.

g Egrediunturque confinia] terræ Ephraim.

EXPOSITIO CAP. XVII.

CEcidit autem sors, &c.] Ostensa divisione possessionis Ephraim ostendit divisionem possessionis Manasse. Sed quæritur: Cum Manasses fuerit primogenitus, & Ephraim minor natu, quare prius ponitur divisio Ephraim? Sol. Quia Jacob manum dexteram ponens super Ephraim, primo benedixit ei, ut legitur *Gen.* 48. & ideo hic primus recepit divisionem terræ. *i* Tribui Manasse,] idest filiis ejus. Et postea ostendit eos cum dicit: Machir, &c. *k* Ipse enim, &c.] interpositio est. *l* Patri Galaad,] Galaad potest esse personale nomen, vel locale. Si est proprium nomen hominis, tunc planum est, quia Machir pater fuit Galaad. Si autem est proprium nomen civitatis, tunc exponitur sic: patri Galaad, i. rector illius civitatis. *m* Mares per cognationes] hoc dicit, non quod filiæ habuerunt possessiones sicut mares. Unde statim sequitur, de filiabus Salphaad, sed quia mares præcipui fuerunt in possessionibus disponendis. *n* In conspectu, &c.] quid est quod Eleazar intravit in terram promissionis, cum Dominus dixerit *Num.* 14. Nullum de his, qui supra 20. annos exierunt de Ægypto intraturum terram promissionis præter Caleb, & Josue? Quod autem Eleazar egressus sit de Ægypto cũ Aaron patre suo, & etiam adultus supra 20. annos, habes aperte in *Gloss.* quadam super *Gen.* 15. Sol. Illa sententia Domini in Numer. facta, non se extendit ad Levitas, de quibus nullus abiit ad explorandum terram. *o* Dominus, &c.] *Num.* 27. *p* Funiculi] Unus funiculus facit sortem unam; quomodo ergo ceciderunt decem funiculi Manasse? Sol. Funiculus est mensura, qua terra in divisione mensurabatur. Unde dicitur *in Psal.* 77. In funiculo distributionis. Expone ergo: Decem funiculi, scil. funiculus decies jactus. *q* Filiæ enim &c.] sunt quinque filiæ Salphaad, qui fuit de Manasse. *r* Terra autem Galaad] Autem pro quia: Et ostendit, quare dixit, absque terra Galaad. *s* Filiorum &c.] qui remanserunt cum Ruben, & Gad ultra Jordanem. *t* Ab Aser] i. a sorte Aser. Et ponitur nomen Tribus pro sorte ejus, quod sępe invenitur in Biblia. *u* Sichem,] civitas, quæ cessit in partem Josue. *x* Taphuæ] civitas est. *y* Descenditque, &c.] Obscura est hæc littera, quia præpostera est; ideo sic lege: Terminus civitatum Ephraim, descendit in Meridiem torrentis, idest, in Meridiana parte torrentis: torrentis dico vallis Arundineti, idest, qui fluit per vallem Arundineti. Civitates enim Ephraim sunt in medio urbium Manasse.

Ω *a* Ab Aquilone

Moraliter. *r* Terra autem Galaad] Galaad interpretatur acervus testimonii. Terra Galaad, S. Script. est, quæ cadit in sortem filiorum Manasse, i. clericorum, qui debent esse filii oblivionis, ut dicere possint cum Apost. *Phil.* 3. Quæ retro sunt obliviscens &c. Et statim sequitur: Quicunque ergo vocati sumus, hoc sentiamus. Est autem oblivio mala, qua scil. quis Deum, & ejus beneficia ingratus obliviscitur *Ps.* 102. Benedic anima mea Dominum, i. bonum dic gratias agendo, & noli oblivisci omnes retributiones ejus. Item est bona oblivio, qua sc. quis obliviscitur mundi, & parentum suorum carnalium. *Ps.* 44. Audi filia, & vide, &c. Ideo dicitur, quod media pars Manasse transivit Jordanem, altera citra Jordanem remansit, quia filii prioris oblivionis damnabuntur, filii secundę salvabuntur. Filii Manasse in possessionem recipiunt Machmetath, quæ interpretatur humilis, & Sichem, quæ interpretatur humerus, quia clerici potissime humilitatem, & patientiam debent quasi proprium possidere. Assumpti enim sunt in ministeriũ Christi, ministri autem humiles debẽt esse, & patientes. Non est enim aliquis nostrum, si haberet servientem superbum, quin displiceret ei, & ejiceret eum a se: sic & Christus faciet. *Eccl.* 10. Est malum, quod vidi sub sole, videns servos in equis, & principes ãbulãtes quasi servos super terrã.

Ephraim, quæ in medio sunt urbium Manasse. Terminus Manasse ab *a* Aquilone torrentis, & exitus ejus pergit ad mare, ita ut *b* possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aquilone *c* Manasse, *d* & utramque claudat mare, & conjungantur sibi in *d* Tribu Aser ab Aquilone, & in Tribu Issachar ab Oriente. Fuitque hæreditas Manasse in *e* Issachar, & in Aser, *f* Bersan, & viculi ejus, & Jeblaan cum villis suis, & habitatores *g* Dorcum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum villulis suis, similiterque habitatores *h* Thenath cum villulis suis, & habitatores *i* Mageddo cum viculis suis, & tertia pars urbis Nopheth. Nec potuerunt filii Manasses has civitates subvertere, sed cœpit Chananæus habitare in terra sua. Postquam autem convaluerunt filii Israel, subjecerunt Chananæos, & fecerunt sibi tributarios, nec *k* interfecerunt eos. Locutique sunt filii *l* Joseph ad Josue, atque dixerunt: *m* Quare dedisti mihi terram in possessionem *n* sortis, & funiculi unius, cum sim tantæ *o* multitudinis, & *p* benedixerit mihi Dominus? Ad quos Josue ait: Si populus *q* multus es, *r* ascende in silvam, & succide tibi spatia in terra Pherezæi, & Raphaim, quia angusta est tibi possessio montis Ephraim. Cui responderunt filii Joseph: Non poterimus ad montana conscendere, cum *s* ferreis curribus utantur Chananæi, qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Bersan cum viculis suis, & Jezrael mediam *t* possidens vallem. Dixitque Josue ad *u* domum Joseph, & Ephraim, & Manasse: Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis *x* sortem unam, sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia, & poteris ultra procedere cum subverteris Chananæum, quem dicitis ferreos habere currus, & esse fortissimum.

C A P. XVIII.

CONgregatique *y* sunt omnes filii Israel in *z* Silo

Ω *a* Ab Aquilone], i. ab Aquilonari parte torrentis. *d* Et utramque] scilicet possessionem. *d* In Tribu Aser,] idest, conjunctæ, & conterminate terminantur, ex parte Aquilonis ad sortem Aser, ex parte Orientis ad sortem Issachar. *e* In Issachar, & Aser,] idest inter Issachar, & Aser. *f* Bersan,] Ostendit quæ fuit hæc hæreditas Manasse. *g* Dorcum, &c.] Provincia, vel fluvius. *h* Thenath,] civitas, quæ cessit Josue in partem. *i* Mageddo] civitas. *k* Nec interfecerunt eos.] contra præceptum Domini ex cupiditate eos reservantes, unde peccaverunt graviter. *l* Filii Joseph] Ephraim, & Manasse. *m* Quare dedisti mihi] i. domui Joseph. *n* Sortis, & funiculi] i. sortis funiculatæ, i. funiculo mensuratæ. Sed videtur, quod male dicat, funiculi unius, imo duorum. Habuit enim Ephraim funiculum suum, & Manasse suum. Solut. Ideo dicit unius, quia parum videbatur eis, quod datum erat illis, cum essent tantæ multitudinis. Vel ideo dicitur unius, quia Ephraim habebat civitates in medio Manasse, ut dicitur *sup.* & ita indivisa erat sors eorum, quare pro una reputatur.

o Tantæ multitudinis,] i. tam magnæ. *p* Benedixerit] i. multiplicavit. *q* Si populus multus, i. quia multus es; ideo *r* Ascende] quia poteris terram vindicare tibi, & ita Josue concessit istis terram sine sorte. Contrarium videtur Dominus præcepisse. *Num.* 33. ubi dicitur: Ego dedi vobis terram in possessionem, quam dividetis vobis sorte, pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem: Ubi etiam quomodo fit: Si sorte terra dividitur, quomodo potuit observari, ut pluribus terra latior, paucioribus angustior traderetur? Sol. Ad primum dicit *Magister in historiis*, quod duabus Tribubus, & dimidiæ, i. Judæ, Ephraim, & Manasse prius fuit concessa terra ad custodiendum, antequam sorte divideretur: Postea quando jam subjugassent omnes hostes, divisa est terra sorte. De terra concessa, sive commissa loquitur hic Josue, in Numeris vero de divisa. Alii dicunt, quod terra promissionis non fuit tota obtenta, nec adhuc, quando divisa fuit, sed postea magnam partem obtinuerunt: Illa, quæ erat obtenta, fuit sorte divisa, & de illa loquitur in *Nu.* 34. Ego dedi vobis, &c. Alia, quæ postea acquisita fuit, sine sorte data est a Josue Tribubus pro arbitrio suo, non æqualiter, sed secundum quod videbatur ei justum. Ad secundum dicitur, quod terra primo fuit divisa æqualiter, non secundum quantitatem, sed secundum æstimationem valoris, non sorte, sed funiculo. Postea facta divisione sortes jactæ fuerunt Tribubus; & sic terram divisam funiculo, sorte receperunt Tribus. Hæc prima divisio facta fuit per æqualia, non quantitate, sed valore, & tantum datum fuit uni, quantum alii. De hac divisione non intelligitur illud, pluribus dabitis latiorem, &c. Sed postea quælibet Tribus dividebat terram suam familiis suis: Similiter postea familia domibus, & majori majorem partem dabat, minori minorem: Et de hac ultima divisione sine sorte facta intelligitur illud, pluribus dabitis, &c. Vel secundum alios de terra post distributionem acquisita. *s* Cum ferreis] Currus ferratos vocat hic, qui in *Judic.* 1. dicuntur currus falcati. *t* Possidens] i. continens. *u* Ad domum] scil. Ephraim. *x* Sortem unam,] supple tantum.

**b* Ita ut possessio] Possessio Ephraim, i. contemplativorum, est ab Austro, quia semper sunt vel esse desiderant in fervore charitatis, & claritatis meridianæ, quæ est Christus mediator Dei, & hominum, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Unde in persona talium dicit sponsa *Cant.* 1. Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie. *c* Manasse, &c.] i. activi, qui adhuc in tempestate, & procella hujus sæculi agitantur. In quorum persona dicit sponsa *Cant.* 1. Nigra sum, sed formosa, propter studium pietatis formosa; sed nigra, propter æstum laboris. *d* Utramque claudit] quia tam contemplativorum, quam activorum firmitas contra dæmones, & insultus eorum est amaritudo pœnitentiæ. *d* Et conjunguntur sibi in Tribu Aser ab Aquilone, &c.] i. in gratia, quæ per Aser designatur, qui interpretatur fertilitas, & in gloria, quæ per Issachar significatur, qui interpretatur merces. Unde ibi: ab Aquilone, i. in via hujus vitæ præsentis, ubi Aquilo, idest, dæmonum tentatio perflat, ibi ab Oriente, quia in gloria semper est Oriens.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

CONgregatique *y* sunt, &c.] In hoc cap. quomodo Josue sorte divisit terram novem Tribubus, & dimidiæ. Convocatis enim filiis Israel in Silo dixit: Bonum est, ut terram quam Dominus Deus dedit nobis, sorte dividamus. Quibus consentientibus, assumpsit de singulis Tribubus tres industriores viros, & dedit eis decem viros metiendi peritos, quos veritas non lateret, mandans eis ne secundum quantitatem terram metirentur; sed secundum æstimationem felicis terræ, & infelicis. Nam sæpe pluris sunt decem jugera, quam centum alibi. Jussit etiam, ut in scripto redigerent terræ divisionem. Illi vero circuita terra, & æstimata, septimo mense reversi sunt ad Josue in Silo, & projectis sortibus: Prima sors cecidit Judæ. Secunda Simeoni. Tertia Benjamin: Et hæc sors angustissima fuit in quantitate, propter terræ fertilitatem: Habuit enim Jericho, & Jerusalem. Quarta sors fuit Ephraim. Quinta medietati Manasse. Sexta Issachar: Septima Zabulon. Octava Aser. Nona Nephthalim. Decima Dan. Sed nota, quod auctores varie loquuntur de hac terra. Quandoque enim

Moraliter.

Moraliter. Congregatique sunt, &c.] Filii Israel sunt religiosi, qui sunt filii per amorem, Israel per cognitionem. Vel certe filii per laborem actionis, Israel per visum contemplationis. Hi congregati sunt mente, & corpore. *Act.* 2. Erant omnes discipuli congregati pariter in eodem loco. Pariter concordia voluntatum, & in eodem loco conformitate morum. *z* In Silo,] idest, in claustro. Silo enim interpretatur avulsa, vel translata, vel dimissio, vel restitutio. Et religio omnis debet esse avulsa a mundo, mente, & conversatione, & translata de divitiis ad paupertatem, de deliciis ad asperitatem, de honoribus ad vilitatem. Hoc est triplex vinculum, quo ligata debet esse omnis religio. De quo *Eccl.* 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Unde religio dicitur quasi iterata ligatio. Et ideo multi religiosi dissolvuntur, quia non habent hoc triplex vinculum. Quando sic translata est religio, tunc fit dimissio peccatorum, & restitutio virtutum. Quando vero non est sic translata, sed ut prius remanet in divitiis, & deliciis, tunc necesse est, quod remaneat in vitiis. *Jer.* 48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, non est transfusus de vase in vas, requievit in fæcibus suis, non abiit in transmigrationem, idcirco permansit gustus ejus in eo: & odor ejus non est immutatus. Propterea hæc dicit Dominus: Mittam eis ordinatores, & stratores laguncularum,

ibique *a* fixerunt *b* tabernaculum testimonii, & fuit eis terra subjecta. Remanserunt autem filiorum Israel *c* septem Tribus, quæ necdum *d* acceperant possessiones suas. Ad quos Josue ait: Usquequo † marcetis ignavia, & non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum *e* dedit vobis? Eligite de singulis Tribubus ternos viros ut mittam eos, & pergant, atque circumeant terram, & describant eam juxta numerum uniuscujusque *f* multitudinis, referantque ad me, quod scripserint. Dividite vobis terram in septem partes. *g* Judas sit in terminis suis ab Australi plaga, & *h* domus Joseph ab Aquilone, mediam *i* inter hos terram in septem partes *k* distribuite, & *l* huc venietis ad me, ut *m* coram Domino Deo vestro mittam vobis hic *n* sortem, quia non est *o* inter vos pars Levitarum, sed *p* sacerdotium Domini *q* est eorum hæreditas. Gad autem, & Ruben, & dimidia Tribus Manasse jam acceperunt possessiones suas trans Jordanem ad Orientalem plagam, quas *r* dedit eis Moyses famulus Domini. Cumque surrexissent viri, ut pergerent ad describendam terram, præcepit eis Josue, dicens: Circuite *f* terram

Ω loquuntur secundum concessionem terræ duabus Tribubus, & dimidiæ prius factam, ut dictum est in c. præced. Quandoque secundum traditionem postea factã per sortes. Legitur enim *sup.* 15. quod Judas habuit terram sine sorte, & quod obtinuit Jerusalem, & non poterat inde ejicere Jebusæum, quod de concessione necesse est intelligi, non de distributione; sed hic dicitur, quod Benjamin possedit Jerusalem, quod de distributione facta per sortem intelligitur. Item dicitur hic, quod Josue locutus est septem Tribubus, dicens: Usquequo torpetis ignavia, date mihi viros, qui dividant vobis terram: tamen hoc dixit omnibus: Sed ideo legitur hoc dixisse septem, quia duæ & dimidia, scil. Judas, & Ephraim, & medietas Manasse, terram concessam quasi traditam possidebant, & aliæ septem nihil faciebant. Inde est, quod hoc nomen Juda diversis modis accipitur: Quandoque enim tota terra promissionis appellatur Judæa, secundum quod dicitur *in Ecclesiast. hist.* quod Pompejus Judæam tributariam fecit. Quandoque Judæa dicitur regnum Juda tantum, ut ibi: Audivit Joseph, quod Archelaus regnaret in Judæa, & noluit illo ire. *Matth.* 2. Quandoque pro sola sorte Judæ, ut ibi: Judæa, & Jerusalem nolite timere. 2. *Par.* 20. Si igitur alicubi invenitur contrarietas, determinanda est secundum terræ concessionem, vel traditionem. Majorem enim habuerunt Judas, & Ephraim, primo secundum concessionem, quam postea in distributione per sortem; soli duo homines, Caleb scil. & Josue, quasi privilegiati habuerunt terram sine sorte: Caleb habuit Hebron, Josue Tamnata, & etiam Sichem, secundum Josephum, quam elegit sibi Josue post distributionem omnibus factam, quasi bonus dispensator, qui ultimus accipit. Nec etiam sibi terram dedit, sed filii Israel sibi dederunt. *b* Tabernaculum] Sic dicitur tabernaculum propter arcam, in qua erant tabulæ testamenti, & urna aurea plena manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, & Deuteronomium, quæ omnia servabantur in testimonium eorum, quæ fecerat Dominus pro filiis Israel in deserto. *c* Septem Tribus,] Duæ Tribus, & dimidia, scil. Ruben, & Gad, & medietas Manasse habebant possessionem ultra Jordanem, quam dedit eis Moyses. *Nu.* 32. Aliæ duæ, & dimidia, scil. Judæ, & Ephraim, & reliqua medietas Manasse terram habebant in custodiam, ut dictum est, quam scil. traditam, sive propriam possidebant. Aliæ septem adhuc nihil habebant; & ideo dicitur eis: Usquequo torpetis ignavia? *d* Necdum] quia nondum divisa erat terra. *e* Dedit vobis?] i. dare promisit. *f* Uniuscujusque] i. uniuscujusque Tribus. Et nota, quod isti nuntii diviserunt terram, i. significaverunt, non singulariter, ut dicerent: hæc pars terræ erit hujus Tribus, & illa illius, sed communiter. sic: Hæc erit sors unius Tribus, hæc alterius. Et postea Josue per jactum sortium, unicuique tribui assignavit suam sortem. *g* Judas sit] Per hoc videtur, quod opinio illorum, qui dicunt, quod Judas, & Ephraim, & media Tribus Manasse non receperunt partem suam in terra, non secundum concessionem, sed secundum traditionem vera sit. *h* Et domus Joseph] i. Ephraim, & medietas Manasse. *i* Inter hos] i. Judam, & domum Joseph. *k* Distribuite,] i. dividite. *l* Et huc] i. in Silo. *m* Coram Domino] idest, ante tabernaculum testimonii.

n Hic sortem,] quæ determinet, quæ sit sors uniuscujusque Tribus. *o* Quia non est] Antipophora est: Posset enim dici, quare in septem partes cum tredecim sint Tribus? Et ipse respondet, quod Tribus Levitica non computatur, quia non habuit sortem, contenta parte Domini, i. decimis, & primitiis, & oblationibus. Tribus Judæ, & Ephraim, & medietas Manasse jam receperant possessiones suas, vel secundum concessionem terræ, ut dicit *Magist. in histor.* Vel secundum traditionem, ut dicunt alii. Item Ruben, & Gad, & alia medietas Manasse, ultra Jordanem habebant possessionem, & ita tantum septem rema-

al. torpetis.

nebant Tribus, quæ nondum habebant terram, nec concessam, nec traditam. *p* Sed sacerdotium] supple hæreditas. *q* Hæc est] i. Levitarum, q.d. Levitæ non habebunt aliam hæreditatẽ quam hoc, quod Dominus concessit Sacerdotibus. *r* Dedit eis Moyses] *Nu.* 32.

Ω *e* Qui misit

Moraliter.

* *a* Ibique fixerunt] In claustris enim debet esse tabernaculum, non palatium, ut dicant cum Apostolo *Hebr.* 33. Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Claustrales enim milites Christi sunt non cives mundi. *Job* 7. Militia est vita hominis super terram, sed vita hominis sub terra, vel in terra est spurcitia. Unde *Hier.* Delicatus es miles, si vis hic gloriari cum mundo, & in futuro regnare cum Christo. Legitur *Jer.* 35. de Rechabitis, qui fuerunt de primis Religiosis, vel primi, quia dixerunt ad Jeremiam invitantem eos ad potum vini: Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filii vestri usque in sempiternum, & domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut vivatis multis diebus. Legitur de Mathusalem, qui tot annis vixerat, & nunquam voluit ædificare domum, brevem reputans vitam suam. Et vere brevis, quantumcumque longa videatur. Unde *Aug.* Breve est, quicquid fine clauditur. Melius est ergo Religiosis tabernaculum habere, quam palatium. Cadent enim palatia, sicut tabernacula. *Zach. ult.* Erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderint ad celebrandam festivitatem tabernaculorum. *b* Tabernaculum testimonii,] Tabernaculum dicitur testimonii, quia si habuerimus hic tabernaculum, non palatium, erit testimonium, quod fuimus milites in exercitu Christi pauperis, qui non habuit, ubi caput reclinaret, & tunc recipiet nos in æterna tabernacula, non manufacta, quando dicet: Venite benedicti, &c. *Matth.* 25. Si autem palatia habuerimus, testimonium facient contra nos, quod cives mundi fuimus; & ideo claudetur janua civitatis supernæ. *Habac.* 2. de hoc testimonio dicit: Lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter juncturas ædificatum est, respondebit: Væ qui ædificat civitatem in sanguine.

f Circuite terram,] Ad litteram enim singulis annis revertuntur Presbyteri ad Episcopum audituri mandata ejus. Dicit ergo Prælatus Presbyteris: Circuite terram, unusquisque Ecclesiam suam, ne lupus, idest, malignus spiritus foramen inveniat in ovili, unde subintrans oves mactet, & perdat. *Proverb.* 16. Si spoponderis pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, captus propriis sermonibus tuis. Fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui, discurre, festina, suscita amicum tuum. Qui curam animarum recipit, spondet in manu Domini pro eis, & defigit apud extraneum. Dominus enim quasi extraneus requiret ab eo, & numerum, & valorem ovium suarum, quas ei commendavit. *Ezechiel.* 34. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum. Item ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum in die, &c. *Jer.* 33. Adhuc transibunt greges ad manum numerantis. Discurrite de vitio in vitium corrigendo; de virtute in virtutem informando. Festina festinanter arguendo. Multi enim peccant, quia non arguuntur, *Ecclesiast.* 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala: Suscita excitando, exhortando, sicut Apostolus *Ephes.* 5. Surge, qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Quasi damula, idest, strenuiter, & perspicaciter. Sequitur.

B

& *a* describit eam, *b* ac revertimini ad me, & hic coram Domino Deo vestro in Silo mittam vobis sortem. Itaque pertexerunt, & lustrantes eam in septem partes diviserunt, scribentes in volumine, reversique sunt ad Josue in castra Silo. *c* Qui misit sortes coram Domino in Silo, divisitque terram filiis Israel in septem partes. Et *d* ascendit *e* sors prima filiorum *f* Benjamin per *g* familias suas, ut possiderent terram inter filios Juda, & filios Joseph. Fuitque terminus eorum contra Aquilonem, ad Jordanem pergens juxta latus Jericho *h* Septentrionalis plagæ, & inde contra Occidentem, ad *i* montana conscendens, & perveniens ad solitudinem *k* Bethaven, atque pertransiens *l* juxta Luzam ad Meridiem, ipsa est Bethel: *m* Descenditque in Astaroth Addar in *n* montem, qui est *o* ad Meridiem Bethoron inferioris, & inclinatur circumiens contra mare ad *p* Meridiem montis, qui respicit Bethoron contra *q* Africum. Suntque exitus ejus in Catiathbaal, quæ vocatur & Cariathiarim urbem filiorum Juda: Hæc est plaga contra *r* mare, & Occidentem. A Meridie autem ex parte Catiathiarim egreditur terminus contra mare, & pervenit usque ad fontem aquarum *ſ* Nepthoa. Descenditque in partem montis, qui respicit vallem filiorum Ennon, & est contra Septentrionalem plagam in extrema parte vallis *t* Raphaim. Descenditque in Gehennon, idest, vallis *u* Hennon juxta latus Jebusæi ad Austrum, & pervenit ad fontem Rogel, transiens ad Aquilonem, & egrediens ad *x* Ensames, idest, fontem solis, & pertransit usque ad tumulos, qui sunt e regione ascensus *y* Adomim, descenditque ad *z* Abenboem, idest, lapidem Boem filii Ruben, & pertransit ex latere Aquilonis ad campestria, descenditque in planitiem, & prætergreditur contra Aquilonem Bethagla, suntque exitus ejus contra linguam maris salsissimi ab Aquilone in finem Jordanis ad Australem plagam, qui est terminus illius ab Oriente. Hæc est possessio filiorum Benjamin per terminos suos in circuitu, & familias singulas. Fueruntque civitates suas Jericho, & Bethagla, & vallis Casis Betharaba, & Samaraim, & Bethel, & Avim, & Aphata, & Ophora villa Hemona, & Ophni, & Gabee, civitates duodecim, & villæ earum. Gabaon, & Rama, & Beroth, & Mesphe, Caphara, & Amopha, & Recem, Jarephel, & Tharela, & Sela, Heleph, & *a* Jebus, quæ est Jerusalem, Gabaad, & Cariath, civitates quatuordecim, & villæ earum. Fuerunt omnes civitates vigintisex. Hæc est possessio filiorum Benjamin juxta familias suas.

c Qui misit sortes coram Domino] Tunc licebat uti sortibus, modo non licet. Forte hujusmodi sortibus uti bene licet, & sæpe fiunt [ut credo] in divisione terrarum, ut si in diversis schedulis scribatur nomen illius, & istius, & tertii, & dicatur: Cujus schedula ceciderit illuc, habeat illam terram, & cujus schedula ceciderit istuc, habeat istam, & sic de aliis. Vel in schedulis scribebatur nomen terræ, & postea casu dabatur cuilibet una schedula, & habebat terram, cujus nomen erat in schedula illa. *d* Et ascendit] Hoc dicit propter situm terræ. *e* Sors prima] Alius ordo hic ponitur, quam *Magister* ponat *in historiis*. Ibi enim ponit illum ordinem, qui est secundum terræ consequentiam; hic vero secundum jactum sortium, & uterque bonus est. Sed unde accipit *Magister* illum ordinem, quem ponit *in historiis*? Forte a *Josepho*.

f Benjamin] qui fuit ultimus inter filios Jacob.

g Per familias] sed primo per Tribus, postea per familias, demum per domos, & capita.

h Septentrionalis] idest juxta latus Jericho ex parte Septentrionis.

i Ad montana] Ecce quare dixit, ascendit sors prima filiorum Benjamin.

k Bethaven] Eadem civitas, quæ Bethel. Sed prius dicta est Bethaven, idest, domus idoli, propter idololatriam gentium; postea Bethel, idest, domus Dei a Jacob, qui ibi vidit Angelum Domini. *Gen.* 35.

l Juxta Luzam] Eadem est quæ Bethel, & Bethaven. Vel Luza nomen est civitatis. Bethel est nomen unius loci in civitate, in quo Jacob dormivit, & vidit Angelum Dei, a quo loco tota civitas dicta est Bethel, ut dictum est *sup.* *m* Descendit in Astaroth Addar] civitates sunt, idest, extenditur hujus Tribus sors versus Astaroth, & Addar. *n* In montem,] idest, usque ad montem. *o* Ad Meridiem Bethoron inferioris,] respectu superioris. *p* Ad Meridiem montis, idest, ad montem ex parte meridiana.

q Contra Africum.] Ventus Septentrionalis.

r Mare, & Occidentem.] idest, contra mare Occidentale. *ſ* Nepthoa.] civitas est.

u Vallis Hennon] idest, hæc est vallis Hennon.

x Ad Ensames,] vel Ensemes; en, fons; fames, sol.

y Adomim,] vel Domin, & interpretatur sanguis, & est nomen deserti inter Jerusalem, & Jericho, ubi multus sanguis fundebatur a latronibus; ubi homo, qui descendebat a Jerusalem in Jericho, incidit in latrones, ut legitur *Luc.*10. *z* Abenboem,] Aben interpretatur lapis. *a* Et Jebus, quæ, &c.] Ergo Jerusalem fuit in sorte Benjamin. Contra *sup.* 15. dicitur, quod fuit in sorte Judæ. Ibi enim legitur: Habitavit Jebusæus cum filiis Judæ in Jerusalem. Item dicitur, quod Bethel, & Jerusalem, idem sunt. Unde *versus*.

Solyma, Luza, Bethel, Jerosolyma, Jebus, Helia:
Urbs sacra Jerusalem dicitur, atque Salem.

Sed si hoc quare reperitur hic, cum supra dictum sit, quod Bethel est Benjamin. Solut. Ad primum dicimus, sicut dicit *Magist. in historiis*, quod Jerusalem fuit Judæ per concessionem, Benjamin per traditionem. Vel ut quidam dicunt, partim fuit in Tribu Judæ, partim in Tribu Benjamin. Ad aliud dicimus, quod Bethel æquivocum est ad Jerusalem, & ad aliam civitatem juxta Jerusalem, in qua vidit Jacob Angelum. *Gen.* 35.

Moraliter.

a Et describit eam,] Sacerdotes enim mores subditorum describere debent in corde suo, ut sciant, quid unicuique expediat. *Prov.*27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui. De hac descriptione dicitur *Ezech.* 4. Fili hominis, sume tibi laterem, idest, terrenum cor subditi, & describes in eo civitatem Jerusalem, idest, statum, & ordinem civitatis supernæ, & ordinabis adversus eam obsidionem, idest, dæmonum suggestiones, carnis, & mundi varias tentationes, ut vitari possint, & comportabis aggerem, idest, amorem mundi, & temporalium. Hæc enim omnia debet facere Sacerdos, qui curam suscipit animarum. *Is.* 49. Ecce in manibus meis descripsi te, & muri tui coram oculis meis semper. Muri sunt peccata, quos erigunt peccatores inter se, & Deum, qui debent semper esse coram oculis prælati ad subvertendum. Item *Prov.*22. Ecce descripsi eam tripliciter: Eam, idest, doctrinam. Tripliciter enim debet Sacerdos subditos docere, scilicet vocando ad bonum, sive ad viam, regendo in via, pungendo ad finem viæ. Hæc tria notantur in baculo pastorali, quia est curvus superius, rectus in medio, & acutus inferius. Unde *versus*:

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

b Ac revertimini,] idest, quicquid boni feceritis, attribuite Christo. *Job* 38. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & revertentia dicent, adsumus? Fulgura sunt Prælati missi ad subditos, ut in eis faciant, quæ in fulgure designantur, idest, ut penetrent corda eorum gladio verbi Dei, fœtere faciant peccatum, ad amorem accendant, & illuminent, Christo totum attribuant. Hoc enim est reverti ad Josue. *Luc.*9. Reversi sunt Apostoli, & narraverunt illi quæcumque fecerant.

t Vallis Raphaim] Raphaim interpretatur medici, vel matres resolutæ, & significat dæmones, qui se medicos sæpe fingunt, dicentes aliquibus quandoque per se, quandoque per ministros suos, non est bonum, quod jejunetis, propter nimiam debilitatem, neque vigiletis, propter caput, & hujusmodi sæpe faciunt. Aliquando autem hoc idem dicitur a Spiritu sancto; & ideo difficile est discernere. Item dæmones aliquando se exhibent matres, dantes duo ubera sua, idest, divitias, & honores. De primo ubere sugitur lac voluptatis, de secundo lac vanitatis. *Is.*5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.

CAP. XIX.

ET egressa *a* est sors secunda filiorum Simeon per cognationes suas, fuitque hæreditas eorum in medio possessionis *b* filiorum Juda, Bersabee, & Sabee, & Molada, & Asersual, Baala, & Asem, & Heltholad, Bethularma, & Sicelech, & Bethmarchaboth, & Asersua, & Bethlepaboth, & Sarohen, civitates tredecim, & villæ earum. Ahin, & Remmon, & Athar, & Asan, civitates quatuor, & villæ earum: Omnes viculi per circuitum urbium istarum usque ad Balaadbercameth contra Australem plagam. Fueruntque omnes civitates decem, & septem. Hæc est hæreditas filiorum Simeon, juxta cognationes suas in possessione, & funiculo filiorum Juda, quia major erat, & idcirco filii Simeon possederunt in medio hæreditatis ejus. *c* Cecidit quoque sors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas, & factus est terminus possessionis eorum usque Sarith. Ascenditque de mari, & Medalaa, ac pervenit in Debbaseth usque ad torrentem, qui est contra Jeconnam, & revertitur de Sarith contra Orientem in fines Ceseleth Thabor, & egreditur ad Dabereth, ascenditque contra Japhie, & inde pertransit usque ad Orientalem plagam Gethepher, & Thachasim, & egreditur in Remmon Amphar, & Noa, & circuit ad Aquilonem, & Nathon. Suntque egressus ejus vallis Jepthahel, & Cathethet, & Naalol, & Semron, & Jedula, & *d* Bethleem, civitates duodecim, & villæ earum Zabulon per cognationes suas, urbes, & viculi earum. Isachar egressa est sors quarta per cognationes suas: fuitque ejus hæreditas *e* Jezrael, & Casaloth, & Sunem, & Apharaim, & Senon, & Naaroth, & Rabboth, & Cesien Haemes, & Rameth, & Enganni, & Henadda, & Bethphases, & pervenit terminus ejus usque Thabor, & Seseima, & Bethsames, erantque exitus ejus Jordanis, civitates sedecim, & villæ earum. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas, urbes, & viculi earum. Ceciditque sors quinta Tribui filiorum Aser per cognationes suas, fuitque terminus eorum Alchat, & Oali, & Bethen, & Axab, & Elmelech, & Amaad, & Messal, & pervenit usque ad *f* Carmelum maris, & Sihor, & Labanath, ac revertitur contra Orientem Bethdagon, & pertransit usque Zabulon, & vallem Jepthahel contra Aquilonem in Bethemeth, & Neiel; egrediturque ad lævam Cahul, & Acran, & Roob, & Amon, & Chana usque ad *g* Sidonem magnam: revertiturque in Horma usque ad civitatem munitissimam Tyrum, & usque Oza: eruntque *h* exitus ejus in mare de funiculo Acziba, & Amma, & Apheg, & Roob, civitates vigintiduæ, & villæ earum. Hæc est possessio filiorum Aser per cognationes suas, urbesque, & viculi earum, Filiorum Nephtalim sexta pars cecidit per familias suas, & cepit terminos de Heleb, & Helon Sannanim, & Adami quæ est Neceb, & Jebnahel usque Lecum, & egressus eorum usque ad Jordanem: revertiturque terminos contra Occidentem, & Azavoth Thabor, atque inde egreditur in Ucuca, & pertransit in Zabulon contra Meridiem, & Aser contra Occidentem, & in Juda ad Jordanem contra ortum Solis civitates munitissimæ, Assedim, Ser, & Ammad, & Rechath, & Cenereth, & Edema, & Arama, Asor, & Cedes, & Edrai, Nasor, & Jeron, & Magdihel, Horem, & Bethanath, & Bethsames: civitates decem, & novem, & villæ earum. Hæc est possessio Tribus filiorum Nephtalim per cognationes suas, urbes, & viculi earum. Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est sors septima, & fuit terminus possessionis ejus Saraa, & Hesthaol, & Airsesemes, idest, civitas solis, Selebin, & Ajalon, & Jethela, Helon, & Themna, & Achron, Helchetem, Jebton, & Baaladitud, & Bane, & Barach, & Jethremmon, atque Hiercon, & Arechon, cum termino, qui respicit Joppen, & *i* in ipso fine concluditur. Ascenderuntque filii Dan, & pugnaverunt contra Lesen, ceperuntque eam, & percusserunt eam in ore gladii, & possederunt, & habitaverunt in ea; vocantes nomen ejus Lesendan ex *k* nomine Dan patris sui. Hæc est possessio Tribus filiorum Dan per cognationes suas, urbes, & viculi earum. Cumque *l* complesset sorte dividere terram singulis per Tribus suas, dederunt filii Israel possessionem Josue filio Nun in medio sui juxta præceptum Domini, urbem quam postulavit *m* Tamnathsarra in monte Ephraim. Et ædificavit civitatem, habitavitque in ea. Hæ sunt possessiones quas sorte diviserunt Eleazar Sacerdos, & Josue, filius Nun, & principes familiarum, ac Tribuum filiorum Israel in Silo coram Domino ad ostium tabernaculi testimonii, partitique sunt terram.

EXPOSITIO

CAP. XIX.

ET egressa *a* est sors, &c.] secundum jactum sortium.

b Filiorum Juda,] Fuit ergo permixta sors Simeonis sorti Judæ. Contrarium dicitur *Ezech. ultim.* Sed non est contrarietas, quia aliter fit ibi terræ divisio, aliter hic. Dicitur autem Simeon in medio Judæ habuisse hæreditatem, quia Judas major, & fortior, & dignior erat, & defendebat eum. Ideo dixit Jacob prophetice in benedictione Simeonis, & Levi. *Gen. penult.* Dividam eos in Jacob, & disperdam in Israel. Ad litteram enim Levi non habuit sortem in terra. Simeon quia modicus erat, non habuit sortem separatam, sed receptus est in sortem Judæ.

c Ceciditque sors tertia] secundum jactum sortium.

d Et Bethleem,] Nota, quod hic dicitur Bethleem esse de sorte Zabulon, *supra* 15. de sorte Judæ. Responsio: Duæ fuerunt Bethleem: una fuit in Galilæa, hæc fuit de sorte Zabulon, de hac agitur hic. Alia fuit in Judæa in qua natus est Christus. Unde *Mich. quinto.* Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda. De hac dictum est *supra* 15. Hinc est, quod super illud *Matth. secundo.* Cum natus esset Jesus in Bethleem Judæ, & cæt. dicit *Interlin.* Judæ, dicit ad differentiam alterius, quæ est Zabulon in Galilæa.

e Jezrael,] hæc est civitas in qua interfectus est Naboth Jezraelites, propter vineam suam, quam noluit vendere Acab Regi Israeli. 2. *Reg.* 21

f Ad Carmelum maris,] idest, ad montem illum, qui dicitur Carmelus, & est juxta mare. De quo *Jerem.* 2. Induxi vos in terram Carmeli.

g Ad Sidonem magnam:] Alia fuit ista Sidon, alia illa de qua dicitur. *Matth.* 11. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyru, & Sidone, &c. Hæc Judæorum, illa vero gentium erat, vel forte eadem erat.

h Exitus ejus, &c.] idest, exitus funiculi ejus erat in mare.

i Et ipso fine concluditur.] idest, fine Joppen.

k Nomine Dan patris sui.] idest, eorum.

l Cumque complesset, &c.] Terra divisa omnibus, ultimo accepit Josue partem suam. Nec ipse sibi dedit, sed alii ei dederunt. *Gloss.* Non ipse præsumpsit factus omnium novissimus, ut esset omnium primus. Unde *Hebræus* 5. Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur a Domino tanquam Aaron.

m Thamnathsaraa] vel Thamnata.

EXPO-

C A P. XX.

ET locutus *a* est Dominus ad Josue dicens: Loquere filiis Israel, & dic eis: Separate urbes fugitivorum, de quibus *b* locutus sum ad vos per manum Moysi, ut confugiat ad eas quicumque animam percusserit *c* nescius, & *d* possit evadere iram proximi, qui *e* ultor est sanguinis, cum ad unam harum confugerit civitatum, stabit ante *f* portam civitatis, & loquetur senioribus urbis illius ea, quæ se comprobent innocentem, sicque suscipient eum, & dabunt ei *g* locum ad habitandum. Cumque ultor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus ejus, quia ignorans percussit proximum ejus, nec ante biduum, triduumve ejus *h* probabitur inimicus. Et habitabit in civitate illa, donec stet *i* ante judicium, causam reddens facti sui, & moriatur Sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore. Tunc revertetur homicida, & ingredietur civitatem, & domum suam, de qua fugerat.

EXPOSITIO CAP. XX.

ET locutus *a* est Dominus ad Josue, &c.] in hoc cap. agitur de sex civitatibus refugii, quarum tres erant ultra Jordanem, in terra duarum Tribuum, & dimidiæ, de quibus dictum est *Num.* 35. & *Deut.* 4. Aliæ tres erant citra Jordanem in terra novem Tribuum, & dimidiæ, de quibus etiam dictum est *Deut.* 19. Hic autem de omnibus repetit Josue diligenter exequendo, quod sibi a Moyse fuerat imperatum. Usus harum civitatum hic erat: Si quis nolens hominem occidisset, confugiebat ad aliquam harum, & ibi a consanguineis occisi tutus erat usque ad reconciliationem cum propinquis occisi, vel usque ad mortem summi Pontificis, in qua omnes hujusmodi fugitivi securi redibant ad propria. Infra vero si aliquis eorum, qui poterant esse ultores occisi, invenirent illum extra fines harum civitatum, impune percutere poterat homicidam, aliter non. Tamen si propinqui occisi volebant eum impetere, quod volens eum occidisset, citabant eum coram civibus illius civitatis, in quam confugerat, & si hoc probabant, tradebatur ad occidendum. Nullus enim locus defendebat voluntarium homicidam. Unde, & Joab occisus fuit a Salomone in templo, ad quod confugerat, 3. *Reg.* 2. Unde patet, quod majoris libertatis est Ecclesia, quam fuerit synagoga, cum in Ecclesia etiam salvetur voluntarius homicida. *b* De quibus locutus sum] *Num.* 35. & *Deut.* 19. *c* Nescius,] Quid sit nescius, expositum est *Deut.* 19. Ibi enim dicitur nolens, vel nescius percutere, quando non ex odio inveterato percutit, vel quando non habere rationem, vel rancorem erga eum ab heri, & nudiustertius comprobatur. *e* Qui ultor est sanguinis,] id est, esse potest de jure legis, non Evangelii. Unde *Rom.* 12. Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ. *Eccl.* 28. Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. *f* Ante portam] idest, coram judicibus, qui in porta sedere solent, probaturus innocentiam suam, si occisi propinquus eum fuerit persecutus. Qua probata, recipietur in urbe securus. Econverso, si propinquus probaret odium, vel rancorem illius erga occisum, tradebatur ad occidendum fugitivus. *g* Locum] in urbe, vel in suburbio, quia utrobique securus erat. *h* Probabitur inimicus.] vel probatur, verior, littera. *i* Ante judicium,] Construe sic: Dabunt ei locum ad habitandum donec stet ante judicium, i. quando ultor fuerit eum persecutus, non statim tradetur ei fugitivus, donec coram judicibus cognitum sit de causa. Et est argumentum hic, quod sine ordine judiciario nullus est condemnandus. Unde Nicodemus dixit Judæis, insidiantibus, & machinantibus

Moraliter. Sex civitates dicuntur refugii, tres circa Jordanem, & tres ultra Jordanem. Jordanis significat Baptismum. Tres civitates citra Jordanem significant triplex remedium, quod fuit ante Baptismum, scilicet circumcisio, oblatio, fides parentum. Tres civitates ultra Jordanem, significant aliud triplex remedium post Baptismum, scilicet jejunium, oratio, eleemosyna. *Ambr.* aliter assignat eas, scil. integritatem, charitatem, humilitatem. Ad civitatem integritatis refugit, qui suum archetypum idest Deum, in se tanquam ejus imago exprimit. Ad civitatem charitatis fugit, qui Deum tanquam patrem toto corde diligit. Ad civitatem humilitatis fugit, qui Deo tanquam Domino humiliter servit. Has tres civitates tantum boni inhabitant. Tres citra Jordanem sunt, ambitio adipiscendæ propitiationis peccatorum, hæc est prima civitas. Secunda adimpletio præceptorum. Tertia evitatio inhibitorum. Omnes hæ civitates sunt in montibus, idest, in eminentia bonæ vitæ. Item omnes hæ civitates sunt Levitarum. Unde *Ambr.* Recte fugaces fugacibus committuntur. Fugaces vocat Levitas, qui debent fugere cum Jacob in Mesopotamiam a facie Esau, cum Elia, usque ad montem Dei Horeb a facie Jezabel. Item cum Joseph, & Maria in Ægyptum a facie Herodis. Esau interpretatur quercus, & significat carnem, a cujus facie debent fugere Levitæ cum Jacob, i. cum lucta magna, in Mesopotamiam, quæ interpretatur elevatio cujusdam vocationis: Et significat abstinentiam, per quam anima a carnis illecebris elevatur, ut jam vocem non audiat exactoris, i. ventris. *Mich.* 7. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. De hac fuga legitur *Gen.* 39. quod uxor Putipharis apprehensa lacinia vestimenti Joseph, dicebat: Dormi mecum. At ille relicto in manu ejus pallio fugit, & egressus est foras. Joseph, spiritus est; uxor Putipharis, caro, quæ dicit illi dormi mecum, i. fruere bonis, quæ sunt, & utere creatura, tanquam in juventute celeriter, vino pretioso, & unguentis implearis, non te prætereat flos temporis, *Sap* 2. Item *Prov.* 7. Considero vecordem juvenem, qui transit per plateas juxta angulum, & ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis: nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos insidians, apprehensumque deosculatur juvenem, & procaci vultu blanditur, dicens, victimas pro salute devovi, hodie reddidi vota mea, idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, & reperi, veni inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Jezabel interpretatur sterquilinium: Et significat mundum, a cujus facie Levitæ cum Elia fugere debent ad montem Horeb, i. ad claustrum. Horeb enim interpretatur siccitas, & in claustro fluxus luxuriæ, per nocturnas vigilias, per diurna jejunia, per assiduas disciplinas, penitus desiccatus. Herodes interpretatur pelliceus, i. deceptor: Et significat diabolum, qui pellibus multos decipit. A cujus facie debent fugere Levitæ cum Joseph, & Maria in Ægyptum, i. in mœrorem pro peccatis. Unde *Mich.* 4. Egredieris de civitate, & habitabis in regione, & venies usque ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. *d* Et possit evadere iram proximi,] Proximus noster est Christus, qui est proximus beneficiorum impensione. *Luc.* 10. Quis istorum videtur tibi proximus fuisse? hic qui fecit misericordiam in illum. Item flagellorum correctione. *Ps.* 94. Quadraginta annis proximus fui, &c. Item naturæ conformitate. *Lev.* 18. Cum uxore proximi tui non coibis, idest, cum gloria, quam Christus desponsavit. *Luc.* 2. Gloria in altissimis Deo, &c. *Is.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. *Marc.* 6. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Hic proximus, scil. Christus est ultor sanguinis effusi. *Matth.* 18. Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Scandalum enim facit, qui sanguinem effundit. Sed quandoque aliquis nescius, vel nolens scandalum facit, non credens ex verbis, vel factis suis aliquem debere scandalizari, & tunc fugiat ad aliquam præmissarum civitatum, & liberabitur. Et erit ibi usque ad mortem summi Pontificis, idest, Christi, qui est Pontifex futurorum bonorum, & tunc libere revertetur ad hæreditatem suam. Ante mortem enim Christi nullus intrabat in hæreditatem suam, idest in gloriam, sed in morte ejus reserata est, & romphaea amota, quæ propter peccatum primi hominis obstruxerat paradisum. *Gen.* 3. Ejecit Dominus Adam, & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. *Coloss.* 2. Donavit nobis Christus omnia delicta, delens quod adversum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Chirographum, & flammeus gladius idem sunt, debitum, scil. pro peccato Adæ.

A B C — Num. 35. Deut. 19. — Deut. 19. — Moraliter. — Gen. 19. — 3. Reg. 19. Matth. 2.

a Decreveruntque Cedes in Galilæa montis *b* Nephtalim, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est Hebron in monte Juda, & trans Jordanem contra Orientalem plagam Jericho, statuerunt Bosor, quæ sita est in campestri solitudine de Tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de Tribu Gad, & *c* Gaulon in Basan de Tribu Manasse. Hæ civitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel, & advenis, qui habitant inter eos, ut fugeret ad eas, qui animam nescius percussisset, & non moraretur in manu proximi, effusum sanguinem vindicare cupientis, *d* donec staret *e* ante populum expositurus causam suam.

CAP. XXI.

ACcesseruntque *f* principes familiarum Levi ad Eleazarum sacerdotem, & Josue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas Tribus filiorum Israel, locutique sunt ad eos in *g* Silo, terræ Chanaan, atque dixerunt: Dominus *h* præcepit per manum Moysi, ut darentur nobis urbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda jumenta. Dederuntque filii Israel de possessionibus suis, juxta imperium Domini civitates, & suburbana earum. Egressaque est sors in familiam Caath *i* filiorum Aaron sacerdotis, *k* de Tribubus Juda, & Simeon, & Benjamin civitates tredecim, & *l* reliquis filiorum Caath, idest, Levitis, qui superfuerant de Tribubus Ephraim, & Dan, & *m* dimidia Tribu Manasse civitates decem. Porro filiis Gerson egressa est sors, ut acciperent de Tribubus Isachar, & Aser, & Nephtalim, dimidiaque Tribu Manasse in Basan, civitates numero tredecim. Et filiis *n* Merari per cognationes suas de Tribubus Ruben, & Gad, & Zabulon, urbes duodecim. Dederuntque filiis Israel Levitis, civitates, & suburbana earum, sicut præcepit Dominus per manum Moysi, singulis sorte tribuentes. De *o* Tribubus filiorum Juda, & Simeon dedit Josue civitates, quarum ista sunt nomina, filii Aaron per familias Caath Levitici generis: *p* Prima enim sors illi *q* egressa est *r* Cariatharbe patris *ſ* Enach, quæ vocatur Hebron in monte Juda, & suburbana ejus per circuitum. Agros vero, & villas ejus *t* dederat Caleb filio Jephone ad *u* possidendum. Dedit ergo filiis Aaron Sacerdotis Hebron confugii civitatem, ac suburbana ejus, & Lebnan cum suburbanis suis, & Jether, & Istimon, & Helon, Dabir, & Ahin, & Jethan, & Bethsemes cum suburbanis suis, civitates novem *x* de Tribubus, ut dictum est duabus, de Tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon, & Gabae, & Anathoth, & Almon cum suburbanis suis, civitates quatuor, omnes simul civitates filio-

ℵ machinantibus mortem Christi. Lex neminem judicat, donec audierit eum, & cognoverit, quid faciat. *Jo.* 7.

a Decreveruntque] Josue, scil. & principes, & filii Israel.

b Montis Nephtalim,] Cedes dico Montis Nephtalim, idest, quæ erat in monte Nephtalim.

c Gaulon] vel Golam, ut dicitur, *Deut.* 4.

d Donec staret] proximus, vel fugitivus.

e Ante populum] illius civitatis, ad quam fugit.

EXPOSITIO

CAP. XXI.

ACcesseruntque *f* principes] In hoc cap. agitur de civitatibus Levitarum. Divisa enim terra, filii Israel de possessionibus suis dederunt quadraginta octo civitates Levitis ad habitandum, & suburbana earum ad alenda pecora, juxta imperium Domini. Quarum decem fuerunt, ultra Jordanem in terra duarum Tribuum, & dimidiæ, reliquæ fuerunt citra Jordanem in terra promissionis. Erant autem hæ civitates non simul, sed dispersæ per totum Israel, ut non per se, sed cum omni populo habitarent Levitæ. Et hoc est, quod dixit Jacob; *Genes. penult.* de Levi, & de Simeone. Dividam eos in Jacob, & dispergam in Israel. Enumerat autem in summa Josue, quot civitates habuerunt, & in quibus Tribubus, Caathithæ, quot Gersonitæ, & quot Meraritæ. Levi enim tres habuit filios, Caath, Gerson, Merari. De Caath fuerunt Sacerdotes, & etiam quidam Levitæ. De Gerson, & Merari, Levitæ tantum.

g In Silo terræ Chanaan] i. quæ in terra Chanaan.

h Præcepit] *Num.* 35.

i Filiorum Aaron] Hoc dicit ad differentiam aliorum, qui non fuerunt filii Aaron, & tamen erant Caathitæ.

k De Tribubus Juda,] idest, Tribus Juda dedit civitates Caathitis, non omnibus, sed filiis Aaron, & Tribus Simeon, & Tribus Benjamin. Contrarium habetur, 1. *Paralip.* 6. Ibi enim tantum de Tribu Juda, & Benjamin dicitur, quod dederant civitates Caathitis. Solutio. In Tribu Juda comprehenditur Simeon, sed quia modica fuit, & conjuncta erat ei, ut dictum est *supra* 19. Et nota: Caathitæ divisi sunt in duas partes, scil. in filios Aaron, & in alios Caathitas, & sic quatuor fuerunt familiæ Levitarum, Aaronitæ, Caathitæ, Gersonitæ, Meraritæ, & quælibet earum acceperunt civitates in tribus Tribubus. Et ordinat *Glossator* in loco hoc duodecim Tribus, sicut *Num.* 2. ordinati sunt.

l Et reliquis filiorum, &c.] a filiis Aaron.

m Et dimidia Tribu Manasse] cum habitabat ultra Jordanem cum Ruben, & Gad.

n Et filiis Merari] supple egressa est sors.

o De Tribubus filiorum Juda, &c.] Ideo ita sigillatim nominat civitates, quas dederunt filii Israel Levitis, quia sicut plures fuerunt, plus terræ habuerunt; ita hæc Tribus, quæ plus habuit, plus dedit Levitis; & quæ minus, minus.

D

p Prima enim sors illis] idest, Aaronitis.

q Egressa est] scilicet.

r Cariatharbe] supple, quæ fuit.

ſ Patris Enach,] transitive lege, vel intransitive,

t Dederat, scilicet Josue *sup.* 15.

A

u Ad possidendum.] idest, ad colendum, tamen dominium erat Levitarum. Nota, omnes civitates refugii fuerunt Levitarum. In quo notatur, quod clerici consilium, & auxilium tenentur pauperibus magis erogare, quam alii.

x Ut dictum est de duabus,] Hic superflui præpositio.

ℵ *a* Filiorum

Moraliter.

Moraliter. *f* Accesserunt principes] Tres filii Levi, significant Prælatos Ecclesiæ, qui debent esse tres, propter fidem Trinitatis, cujus rationem tenentur reddere omni poscenti. Unde *primo Petr. tertio cap.* Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos, rationem de ea, quæ in vobis est fide, & spe. Caath primus filius est, & interpretatur patientia, vel dentes molares. Patientia enim Prælatis super omnia necessaria est. Unde *Luc. vigesimoprimo.* In patientia vestra possidebitis animas vestras. Patientia est firmamentum omnium virtutum. Nam vidua est virtus, quam non patientia firmat. Item Prælati debent esse dentes molares, ad confringendum duritiam peccatorum, & molendum eos ad hoc, ut facile trajiciantur in corpus Ecclesiæ. Unde Petro dictum est: *Actorum decimo.* Macta, & manduca. De his dentibus dicitur *Cantic. quarto.* Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de monte Galaad, idest, de alta intelligentia Sacræ Scripturæ. Verius dixisset, sicut greges tonsorum. Sed multi modo habent dentes contractos, & putridos. Unde *Threnorum tertio*, dicit Ecclesia: Confregit ad numerum dentes meos. Ideo non est qui frangat, & porrigat panem parvolis. Unde *ibidem quarto*, parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Nec tantum confractos habent dentes, sed fœtidos. *Joel primo.* Dentes ejus, ut dentes leonis, & molares ejus, ut catuli leonum. Dentes leonum fœtidi sunt, & avidi præda, sic & multi fœtidi sunt, putrescentes in sentina vitiorum, & avidi prædæ, in cumulatione redditum. *Proverbiorum vigesimo quinto.* Deus putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli. Deus totum corpus pascit, & pes sustentat, sic Prælatus Ecclesiam pascere debet pane doctrinæ, & sustentare exemplo bonæ vitæ. Sed dens putridus non pascit, sed fœtet, & dolorem facit in toto corpore.

Num. 35.

B

1. *Par.* 6.

rum *a* Aaron Sacerdotis tredecim cum suburbanis suis: *b* Reliquis vero per familias filiorum Caath Levitici generis, hæc est data possessio. De Tribu Ephraim urbes confugii Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer, & Jebsam, & Bethoron cum suburbanis suis civitates quatuor. De Tribu quoque Dan Helteco, & Gabathon, & Hailon, & Jethremmon cum suburbanis suis civitates quatuor. Porro de dimidia Tribu Manasse, Tanach, & Jethremmon cum suburbanis suis, civitates duæ. Omnes civitates decem, & suburbana earum datæ sunt filiis Caath *c* inferioris gradus. Filii quoque Gerson Levitici generis, dedit de dimidia *d* Tribu Manasse confugii civitates, Gaulon in Basan, & Bosram cum suburbanis suis, civitates duas. Porro de Tribu Isachar, Cesion, & Dabereth, & Jaramoth, & Engannim cum suburbanis suis, civitates quatuor. De Triba autem Aser, Masan, & Abdon, & Elrath, & Rooth cum suburbanis suis, civitates quatuor. De Tribu quoque Nephtalim civitates confugii Cedes in Galilæa, & Amothdor, & Carthan cum suburbanis suis, civitates tres. Omnes urbes familiarum Gerson tredecim cum suburbanis suis. Filiis autem Merari Levitis *e* inferioris gradus per familias suas, data est de Tribu Zabulon, Jecnal, & Cartha, & Damna, & Naalol, civitates quatuor cum suburbanis suis. De Tribu Gad, civitates confugii Ramoth in Galaad, & Manaim: & Hesebon, & Jaser, civitates quatuor, cum suburbanis suis, de Tribu Ruben ultra Jordanem contra Jericho civitates refugii, Bosor in *f* solitudine. Misor, & Jazer, & Jetson, & *g* Maspha, civitates quatuor cum suburbanis suis. Omnes urbes filiorum Merari per familias, & cognationes suas duodecim. Itaque universæ civitates Levitarum in medio possessionis filiorum Israel, *h* fuerunt quadraginta octo cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. Deditque Dominus Deus Israeli omni *i* terram, quam traditurum se patribus eorum *k* juraverat, & possederunt illam, atque habitaverunt in ea. *l* Dataque est ab eo pax io omnes per circuitum nationes, nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. Ne unum quidem verbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

C A P. XXII.

EOdem *m* tempore vocavit Josue Rubenitas, & Gadditas, & dimidiam Tribum Manasse: Dixitque ad

---

a Filiorum Aaron] Nota supra dixit, quod Tribus Juda, & Simeon, & Benjamin, dederunt civitates Aaronitis, hic autem nulla civitas dicitur data Simeon. Sol. Sicut 1. *Par. 6.* sub Tribu Juda comprehenditur Simeon, ita & hic; supra vero non.

C

b Reliquis vero] ab Aaronitis.

c Inferioris gradus.] supple quam Aaronitæ, quia Aaronitæ fuerunt Sacerdotes, illi tantum Levitæ.

d Dimidia Tribu Manasse] quæ remansit cum Ruben, & Gad, ultra Jordanem.

e Inferioris gradus] supple quam Aaronitæ, & etiam quam Gersonitæ. Omnibus enim inferior fuit Merari.

f In solitudine.] Misor non est civitas, sed solitudo in qua est Bosor.

D

g Maspha,] Hæc est civitas Samuelis.

h Fuerunt quadraginta octo, &c.] præter sex civitates refugii, quæ fuerunt eorum, & ita habuerunt quadraginta octo, ut patet *Num.* 35. Tamen *Gloss. Isidor.* dicit, quod universæ civitates fuerunt quadraginta duo, sicut textus dicit, & utrumque verum est. Si computentur civitates refugii quadraginta octo sunt, ut dicitur *Num. penult.* Si non computentur, sunt quadraginta duo, ut dicitur. Tamen aliqui libri habent hic quadraginta octo. Et quod quadraginta octo fuerint, probatur per litteram præcedentem, quia Aaronitæ habuerunt tredecim, Caathitæ decem, Gersonitæ tredecim, Meraritæ duodecim, quæ simul sunt quadraginta octo.

A B

i Omnem terram,] Hoc videtur falsum, quia *Gen.* 15. legitur, quod terram promissionis habitabant undecim gentes. In multis locis legitur, quod septem. Sed filii Israel, neque septem, neque undecim gentium totam terram possederunt tunc. Solut. Dedit Israel omnem terram, idest, investivit eum omni terra, idest, jus possidendi dedit, quod adimpletum est sub Salomone, qui omnes sibi subjugavit, & facta est pax in omni terra ejus. Item dicitur terra data Israeli ad exercendum, ne ex otio superbiret. Dedit ergo eis omnem terram non in sortem possessionis, sed in utilitatem exercitationis.

k Juraverat,] Dupliciter potest legi. Juraverat patribus se daturum terram eis. Vel juraverat se daturum patribus, & verum fuit, quia dedit patribus in filiis.

l Dataque est pax,] non tunc, sed tempore Salomonis.

E X P O S I T I O C A P. X X I I.

EOdem tempore, &c.] in hoc cap. agitur de reditu duarum Tribuum, & dimidiæ in sortem suam. Divisa enim terra cum jam 14. annus transisset, dixit Josue Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ Tribui Manasse: fecistis omnia, quæ præcepit vobis Moyses. Revertimini ergo ad terram possessionis vestræ, ita dumtaxat, ut custodiatis legem Dei, & colatis eum, nec eatis post Deos alienos. Quod dixit, quia non habebant arcam, & tabernaculum. Qui redeuntes ædificaverunt juxta Jordanem altare, quod infinitæ magnitudinis erat. Quod nunciatum est Josue, qui arbitratus est eos erexisse illud, ut immolarent super illud victimas. Inito ergo consilio, missus est ad eos Phinees, & decem viri honorati. Qui dixerunt eis. Quæ est ista stultitia? Cur reliquistis Deum Israel? Qui responderunt se fecisse hoc in signum, quod fratres erant, & Deicolæ cum illis. Quo audito, placatus est Phinees. Et cum retulisset verba ad populum, laudaverunt Deum. Hic videtur quibusdam factum, quod legitur *Judicum secundo*, scilicet, quod Angelus Domini transivit de Galgala ad locum flentium. Sed *Augustinus* dicit factum post mortem Josue, & ideo ibi competentius ponitur.

a Præcepit

Mystice. *m* eodem tempore, &c.] Per duas Tribus, & dimidiam, quæ Jordanem non transierunt, significantur patres Veteris Testamenti, qui baptismum non receperunt. Quorum altare, infinitæ magnitudinis dicitur, propter multiplicia, & quasi infinita sacrificia, & alias cæremonias, quas observabant. Per Tribus decem, quæ transierunt Jordanem, & redarguunt duas de constructione altaris, significantur patres novi Testamenti, qui baptismum habuerunt, & prædicant hujusmodi sacrificia modo non prodesse, quia unicum est sacrificium, una fides, unum baptisma. Unde *Galat.* 3. Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.

Mystice.

Moraliter.] Per duas Tribus, & dimidiam, quibus præcepit Josue post impletionem officii sui reverti ad domus, & possessiones suas, significantur Prælati, qui de vita contemplativa debent transire ad fructum activæ, & postquam ibi profecerint, debent reverti ad quietem contemplationis, ut iterum hauriant, quod postea prædicando effundant. Quod etiam significatum fuit *Genesis* 30. per hoc quod Rachel concessit Liæ Jacob una nocte pro mandragoris filii sui. Jacob enim dormiens cum Rachel, est Prælatus in contemplatione quiescens, hic pro mandragoris Ruben, i. pro odore bonæ conversationis subditorum, ut fiant Ruben, i. filii visionis æternæ, una nocte, i. labore hujus vitæ, debet transire ad Liam, i. ad activam, & generare filios adoptionis Domino. Unde sponsus *in Cant.* 5. cum sponsa dixisset: Ego dormio, & cor meum vigilat, statim sequitur: Vox dilecti mei pulsantis; Aperi mihi, soror mea, columba mea, amica mea, immaculata mea. Dormit sponsa, & cor suum vigilat, quia abstracta a curis sæculi, tota mentis vigilantia studet habere semper præsentiam sponsi. Dormit mortua mundo, sed vigilat vivens cum Christo. *Gloss.* 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

Moraliter.

* Fecistis

eos; Fecistis omnia, quæ *a* præcepit vobis Moyses famulus Domini, mihi *b* quoque in omnibus obedistis, *c* nec reliquistis fratres vestros longo tempore usque in præsentem diem, custodientes imperium Domini Dei vestri. Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem, ac pacem, sicut pollicitus est, revertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Jordanem, ita dumtaxat, ut custodiatis attente, & opere compleatis mandatum, & legem, quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, & observetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac serviatis in omni corde, & in omni anima vestra. Benedixitque eis Josue, & dimisit eos, qui reversi sunt in tabernacula sua. Dimidiæ autem Tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan, & idcirco mediæ, quæ superfuit, dedit Josue sortem inter ceteros fratres suos, *d* trans Jordanem ad occidentalem ejus plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos: In multa substantia, atque divitiis *e* revertimini ad sedes vestras cum argento, & auro, ære, ac ferro, & veste multiplici: Dividite *f* prædam hostium cum fratribus vestris. Reversique sunt, & abierunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia Tribus Manasse, a filiis Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan, ut intrarent Galaad terram possessionis suæ, quam obtinuerant juxta imperium Domini in manu Moysi. Cumque venissent ad *g* tumulos Jordanis in terram Chanaan, *h* ædificaverunt, juxta Jordanem altare infinitæ magnitudinis.

Ω *a* Præcepit vobis] *Num.* 32. *c* Nec reliquistis fratres, &c.] quatuordecim annis. *d* Trans Jordanem, &c.] Hic dicitur trans, respectu terræ, unde venerant. *f* Dividite prædam, &c.] qui remanserunt: Ex hoc forte sumpsit David legem illam, quam instituit 1. *Reg.* 30. Æqua erit pars descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter divident. Et est argumentum hic de indulgentia crucis trans mare pro uxore, & filiis, qui remanent domi pro custodia. *g* Ad tumulos Jordanis] quidam locus est sic dictus, per quem transierunt filii Israel, quando redierunt de Ægypto, *supr.* 4.

Ω *a* Quod eum Moraliter, * Fecistis omnia, &c.] Moyses, idest, lex. *b* Mihi quoque in omnibus, &c.] i. in Evangelio. Felices illi, quibus Josue, i. Jesus hoc testimonium perhibebit in die judicii. Et qui sunt illi? Qui mandata servant, & consilia implent. Unde *Matth.* 19. Cum Domino quærenti, quid faciendo vitam æternam haberet, respondisset: Serva mandata, & illo respondente, hæc omnia custodivi a juventute mea, addidit Dominus: Unum tibi deest, si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ possides, &c.

B

C

c Nec reliquistis fratres, &c.] Non potest hoc dici multis, qui habentes talentum scientiæ Parisiis, vel alibi torpent cum uxoribus, & filiis, idest, curam carnis facientes in desideriis, & de fratribus, qui per mundum ab hostibus, i. a dæmonibus, hæreticis, & falsis fratribus impugnantur, non curant. Nonne istis dicitur *Matt.* 25. Serve male, & piger, sciebas, quia meto, ubi non seminavi, & congrego ubi non sparsi; oportuit ergo te pecuniam meam committere nummulariis, & ego veniens recepissem utique, quod meum est cum usuris: Servus malus est, mala committendo: piger in omittendo bona, & de utroque arguitur, & damnatur.

e Revertimini ad sedes, &c.] Hic ostenditur fructus, quem reportant Prælati de activa vita redeuntes ad contemplativam, scil. argentum, aurum, æs, ferrum, & vestem multiplicem. Per argentum significatur scientia Christi, i. quam Christus docet. Quæ in tribus consistit, scil. in fidei defensione contra hæreticos, & dæmones in sancta conversatione, in medio hujus pravæ, & perversæ nationis, quantum ad morum informationem, in bonorum suorum fideli dispensatione. Et de hac scientia intelligitur illud *Isai.* 5. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Item *Matth.* 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam.

Hæc scientia non inflat vento inanis gloriæ, sed illuminat fidei defensione, ædificat morum informatione, sustentat bonorum dispensatione. Hoc est, quod dicitur *Matth.* 25. Euge, serve bone, & fidelis. Serve, quoad bonorum dispensationem: Servus enim dicitur a serviendo. Bone, quoad morum informationem: Mores enim boni bonum faciunt. Fidelis, quoad fidei defensionem. Item in auro intelligitur sapientia. Sapientia dico non a sapere, sed a sapore: Quæ similiter consistit in tribus, scil. in Dei cognitione, in virtutum dilectione, in vitiorum detestatione. In ære significatur fidei confessio, firma tribulationem perpessio, gratiarum actio. Sicut enim æs, quando percutitur, dilatatur, & resonat, sic Prælati in tribulationibus dilatari debent in charitate. Unde *Ps.* 4. In tribulatione, dilatasti mihi. Et gratias agere gaudentes de tribulatione, quam pro Domino patiuntur. *Act.* 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Non est hoc omnium, sed quibus donatum est a Domino. *Phil.* 1. Vobis donatum est, pro Christo, non solum, ut in eum credatis, sed ut etiam pro eo patiamini. Nota: triplex est gradus bene sustinentium, tribulationes. Primus sustinet patienter. Secundus libenter. Tertius ardenter. Primus dolet, Secundus gaudet. Tertius desiderat. Primus bonus: Secundus melior: Tertius optimus. In ferro signatur patientia, humilitas, & perseverantia. In veste multiplici, conversatio bona, quæ ex multis virtutibus contexitur. His divitiis ditantur Prælati in activa. *f* Dividite prædam, &c.] Prædam hostium fratribus dividere, est victoriam non sibi, sed orationibus fratrum imputare. Pugnant enim fratres orando, & quandoque magis expugnatur diabolus virtute orationum sedentis in claustro, quam virtute prædicationis loquentis in publico. Unde in vita B. Hilarii legitur; Plus proficiebat S. Martinus orando, quam Hilarius prædicando. *Ex.* 17. legitur, quod Moyse orante vincebatur Amalech, & plus oratione Moysi, quam pugna Josue. *h* Ædificaverunt juxta Jordanem, &c.] In *Ex.* legitur, quod fuerunt duo altaria. Unum holocaustorum, alterum thymiamatis. Per altare holocaustorum significantur illi, qui carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis, diurnis jejuniis gulam reprimendo, nocturnis vigiliis sensus corporis temperando; assiduis disciplinis carnis lasciviam refrænando. Hoc altare quinque cubitos habuit in latitudine, per quam significatur charitas, quia sunt diligenda tantum quinque, scil. quod supra nos est, i. Deus: quod nos sumus, i. anima nostra: quod juxta nos est, i. proximus: quod infra nos est, i. corpus, quod extra nos est, i. res unde sustentamur. Item 5. cubitos in longitudine, per quam significatur spei longanimitas, quia quinque per pœnitentiam speramus, scil. peccatorum remissionem, gratuitorum restitutionem, naturalium reparationem, pœnarum absolutionem, gloriæ adeptionem. Item tres cubitos habuit in altitudine, per quas significatur fides, quia omnia credenda sunt, aut de Patre, aut de filio, aut de Spiritu Sancto. Per altare thymiamatis significantur perfecti, qui jam peracto holocausto pœnitentiæ offerunt Deo suavitatem orationis, & laudis: De qua *Eccl.* 10. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. Hoc altare unum cubitum habuit in latitudine, & in longitudine alterum, quia isti contemplativi unum tantum diligunt, unum tantum sperant, scil. semper esse cum Deo. Unde & arca Noe in uno cubito consummatur. Duos cubitos habuit in altitudine, quia altitudo contemplationis in duo figitur, scil. in Christi divinitatem, & ejus humanitatem: Et quia isti merito fidei duplicia possidebunt, scil. stolam corporis, & stolam animæ. Sed illud altare infinitæ magnitudinis significat hæreticorum Ecclesiam, quæ similiter significatur per altare Jeroboam 3. *Reg.* 12. & 2. *Paral.* 11. quod ad vocem viri Dei Abdo, est scissum in diversas partes, quæ scissio significat diversas sectas hæreticorum. Quod similiter significatur *Judic.* 15. per diversas facies vulpium Samsonis, quarum caudæ simul erant colligatæ, quia omnes sectæ hæreticorum in fine conveniunt in debito, scil pœnæ æternæ. Recte autem dicitur illud altare infinitæ magnitudinis, quia Hæretici sine fine se magnificant, & ideo sine fine punientur. Unde *Rom.* 2. Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. Item significatur per altare, quod ad mandatum Achan construxit Urias in Jerusalem ad similitudinem altaris Damasci. 4. *Reg.* 16.

Quod cum *a* audissent filii Israel, & ad eos certi nuncii detulissent *b* ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manasse altare in terra Chanaan super Jordanis tumulos contra filios Israel, convenerunt omnes in Silo, ut ascenderent, & dimicarent contra eos. Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotem, & decem principes cum eo singulos de singulis Tribubus. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manasse in terram Galaad, dixeruntque ad eos: Hæc mandat omnis populus Domini: Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare *c* sacrilegum, & a cultu illius recedentes? An parum vobis est quod *d* peccastis in Beelphegor, & usque in præsentem diem *e* macula hujus *f* sceleris in nobis permanet, multique de populo corruerunt, & vos hodie reliquistis Dominum, & cras in universum Israel *g* ira ejus desæviet? Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad terram, in qua tabernaculum Domini est, & habitate inter nos: tantum, ut a Domino, & a nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei vestri. *h* Nonne Achari filius Zare præteriit mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira ejus incubuit? Et ille erat unus homo, *i* atque utinam solus periisset in scelere suo. Responderuntque filii Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manasse principibus legationis Israel: *k* Fortissimus Dominus Deus ipse novit, & Israel simul intelligat, si *l* prævaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat in præsenti. Et si ea mente fecimus, ut holocausta, & sacrificium, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quærat, & judicet, & non *m* ea magis cogitatione, atque tractatu, ut *n* diceremus: *o* Cras dicent filii vestri filiis nostris: Quid vobis, & Domino Deo Israel? Terminum posuit Dominus inter nos, & vos o filii Ruben, & filii Gad Jordanem fluvium, & idcirco partem non habetis in Domino, & per hanc occasionem avertent filii vestri filios nostros a timore Domini. Putavimus itaque melius, & diximus: Extruamus nobis altare: non in holocausta, neque ad victimas offerendas, sed in testimonium inter nos, & vos, & sobolem nostram vestramque progeniem, ut serviamus Domino, & juris nostri sit offerre holocausta, & victimas, & pacificas hostias, & *p* nequaquam dicant cras filii vestri filiis nostris: Non est vobis pars in Domino. Quod si voluerint dicere, respondebunt eis: Ecce altare Domini, quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium vestrum, ac nostrum. Absit a nobis hoc scelus, ut recedamus a Domino, & ejus vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerendas præter altare Domini Dei nostri, quod extinctum est ante tabernaculum ejus. Quibus auditis Phinees Sacerdos, & Principes legationis Israel, qui erant cum eo, placati sunt, & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ Tribus Manasse libentissime susceperunt. Dixitque Phinees filius Eleazari Sacerdos ad eos: Nunc scimus quod nobiscum sit Dominus: quoniam alieni estis a prævaricatione hac, & *q* liberastis filios Israel de manu Domini. Reversusque est cum principibus a filiis Ruben, & Gad de *r* terra Galaad finium Chanaan ad filios Israel, & retulit eis. Placuitque sermo cunctis audientibus, & laudaverunt Deum filii Israel, & nequaquam ultra dixerunt, ut ascenderent contra eos, atque pugnarent, & delerent terram possessionis eorum. Vocaveruntque filii Ruben, & filii Gad altare, quod extruxerant, testimonium nostrum, quod Dominus ipse sit Deus.

a Quod cum audissent, &c.] idest, novem Tribus, & dimidia.

b Ædificasse, &c.] improprie dicitur hoc. Proprie enim terra promissionis dicitur terra Chanaan.

c Sacrilegum,] idest, contra legem Dei.

d Quia peccastis, &c.] *Num.* 25. Illos autem dicunt peccasse, non quod ipsi peccaverunt personaliter, sed prædecessores eorum, sicut nos dicimur in Adam peccasse. Sed quid est ipsi objiciunt eis, cum nullus de Tribu istorum, i. Ruben, Gad, & Manasse, ibi peccaverit, sed de Simeone? Dicitur enim ibi *Num.* 25. ut refert *Joseph.* quod princeps de Tribu Simeon, Zambri, filiam cujusdam Madianitæ Cozbi, scil. duxit uxorem, quos confixit Phinees in genitalibus: Ergo è contrario poterant isti illis imputare, sive improperare, quod peccaverunt in Beelphegor. Solut. Modus loquendi est. Consuetudo enim est Sacræ Script. vocare omnes peccatores filios peccatorum. Unde eisdem dixit Moyses *Num* 32. Ecce vos surrexistis pro patribus vestris incrementa, & alumni hominum peccatorum.

e Macula] Contra *Num.* 25. dicitur: Phinees filius Eleazari avertit iram meam a filiis Israel, dicit Dominus. Sol. Macula vocatur hic infamia, sicut ibi, *Pœna potest demi, culpa perennis erit*, i. infamia.

f Hujus sceleris,] scil. idololatriæ. Credebant enim illos fecisse illud altare causa idololatriæ.

g Ira] Domini, propter vos.

h Nonne Achari] quasi dicat: bene dico, quod propter peccatum vestrum omnes delebimur. Hoc enim sæpe facit Dominus. Et hoc est: Nonne, &c. Hic tangit quod *supr.* 7. dictum est de Achar, pro cujus peccato triginta sex interfecti sunt a civibus Hai. E contrario sæpe accidit, quod propter unum justum parcitur malis multis, ut patet *Actor.* 27. ubi propter Paulum omnibus, qui cum eo erant in navi, parcitum est. Et *Genes.* 18. dixit Dominus de Sodomis: Si inventi fuerint ibi decem justi, non delebo eam propter decem. Item in Jeremia dixit Dominus: Si invenero unum justum in Jerusalem, salvabo eam. Hinc est, quod nos corpora Sanctorum cum veneratione servamus in Ecclesia, quia propter eorum præsentiam sæpe parcitur nobis: Et hæc est manifesta misericordia Dei. Sed quod propter unum plures puniuntur, occulta est Dei justitia, propter quod exclamat Apost. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum, &c. Et *Ps.* 35. Judicia tua abyssus multa, &c.

i Atque utinam, &c.] Sed Deus hoc noluit. Ergo Josue aliquid voluit contrarium voluntati Dei, ergo habuit cor distortum. Forte dices, ut dicunt aliqui, quod Josue nesciebat hoc velle Dominum, & ideo velle poterat contrarium. Contra: Jam factum erat, ergo sciebat, quod Dominus voluit, quod non solus periret. Solut. Hæc dictio utinam, significat quandoque voluntatem absolute, idest, quod proferens aliquid velit. Quandoque notat desiderium conditionale, i. quod proferens optaret aliquid, si Deus vellet, vel si optabile esset, & sic accipitur hic. Simile est *Rom.* 9. Optabam anathema esse propter vos, idest, optarem, si optabile esset. Item *Mich.* 2. utinam essem vir nonhabens spiritum, & mendacium, potius loquerer, idest, potius vellem, quod non haberem spiritum propheticum, si Deus vellet, quam quod fieret, quod dixi.

k Fortissimus Dominus Deus, &c.] Dulciter respondent, & ideo frangitur ira illorum, qui missi fuerant. *Prov.* 15. Mollis responsio frangit iram, durus sermo suscitat furorem.

l Si prævaricationis animo] Hic debet fieri distinctio, quasi diceret: Coram Deo, & hominibus hoc dicimus, scil. Si prævaricationis animo, &c.

m Et non ea magis cogitatione, &c.] Magis, i. potius.

n Ut diceremus:] idest, non ideo fecimus altare, ut super eo offeramus, sed quia cogitavimus.

o Et dicent filii vestri, &c.] i. in futuro.

p Et nequaquam dicant cras filii vestri filiis nostris:] idest, in futuro.

q Et liberastis filios Israel de manu Domini.] idest, non dedistis ei occasionem irascendi contra Israel.

r De terra Galaad finium Chanaan ad filios Israel,] i. quæ terra Galaad est in finibus Chanaan.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XXIII.

EVoluto *a* autem multo tempore,] In hoc cap. agitur de fœdere, quod statuit populus ad Dominum, Appropinquante enim morte Josue congregavit populum in Silo, adjuravitque eum, ut Domino adhæreret. Quo respondente: Domino serviemus, & ab eo non recedemus, erexit lapidem pergrandem subter quercum, quæ erat ante tabernaculum, in testimonium initi fœderis, effuditque aquam super terram, Mos enim fuit gentibus in signum, & robur initi fœderis effundere sanguinem suillum; quasi dicant, sic effundetur sanguis illius, qui violaverit hoc fœdus. Hebræi vero aquam effundentes, atrociorem pœnam indicabant in violatorem fœderis initi. Alii enim liquores non effunduntur, quin aliquod vestigium, vel saporis, vel coloris in vase remaneat, sola aqua prorsus effunditur. Et ideo Hebræi fœdere inito cum Domino, aquam fundebant, quasi dicant; Non solum violator hujus fœderis peribit, sicut fit in aliis fœderibus, sed tota progenies peribit cum eo, ut nullum vestigium ejus appareat super terram, Et scripsit verba hæc Josue in volumine isto, & post hoc mortuus est, centum, & decem annorum existens. Quadragintaquatuor enim annorum erat quando venit cum Moyse, & quadraginta annis servivit ei in deserto. Ex quo colligitur, quod viginti sex annis rexit populum trans Jordanem. Et sepelivit eum populus in Thamnathsare civitate sua in monte Ephraim. Eleazar quoque mortuus est, & sepultus in Gabaa: Cui successit Phinees filius ejus in sacerdotium. *b* Subjectis, &c.] idest, gentibus, quæ dicuntur nationes, quia tales sunt ut nascuntur, non signati charactere circumcisionis, ut Judæi; non loti aqua baptismatis, ut Christiani. *c* Persenilis, &c.] i. valde senis, & fracto. *d* Juretis in nomine, &c.] exhibentes eis reverentiam. *e* Quod fecistis, &c.] Hoc falsum videtur, quia *Num.* 25. legitur, quod initiati sunt Beelphegor. Solut. Jam pœnituerant. Unde pro non facto habebatur, juxta illud *Ezech.* 18. Quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Vel non isti, sed patres eorum initiati sunt Beelphegor. *f* En ego hodie, &c.] *Aug.* ponit translationem Septuaginta, quæ dicit; Ego autem recurro viam, sicut & omnes, qui sunt super terram. In interpretatione, quæ est ex Hebræo invenimus, ingredior viam, Ita ergo accipiendum est, quod Septuaginta dixerunt: Recurro, sicut dictum est homini. *Genes.* 3. Donec revertaris in terram, unde sumptus es, ut secundum corpus intelligatur: Secundum animam vero, si voluerimus accipere sicut in *Eccles. ult.* scriptum est. Et spiritus revertetur ad Deum, qui dedit eum, non arbitror de omnibus posse dici, sed de his, qui sic vixerunt, ut ad Deum redire mereantur, tanquam ad auctorem, a quo creati sunt: Ita *Aug.* dicit in *Gloss.* [3. Reg. 2.]

g Incassum.] Nullum enim verbum Deo adhuc cassatum erat, tamen nondum omnia adimpleta, sed implerentur, nisi peccata eorum impedissent.

g Sicut ergo implevit] in parte scil.

h Comminatus est,] *Deut.* 27.

i Consurget in vos] i. contra vos,

CAP. XXIII.

EVoluto *a* autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, *b* subjectis in gyro nationibus universis, & Josue jam longævo, & *c* persenilis ætatis, postquam diviserat terram filiis Israel, secundum quod Dominus imperaverat, vocavit Josue omnem Israelem, majoresque natu, & principes, ac duces, ac magistratus, dixitque ad eos: Ego senui, & progressioris ætatis sum, vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnaverit: Et nunc, quia vobis sorte divisit omnem terram ab orientali parte Jordanis usque ad mare magnum, multæque adhuc supersunt nationes. Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet a facie vestra, & possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est: Tantum confortamini, & estote solliciti, ut custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, ne postquam intraveritis ad gentes, quæ inter vos futuræ sunt, *d* juretis in nomine deorum earum, & serviatis eis, & adoretis illos, sed adhæreatis Domino Deo vestro, quod *e* fecistis usque in diem hanc, & tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas, & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Unus e vobis persequetur hostium mille viros, quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est, hoc tantum diligentissime præcavete, ut diligatis Dominum Deum vestrum. Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare, jam nunc scitote, quod Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed erunt vobis in foveam, ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & sudes in oculis vestris, donec vos auferat, atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis. En *f* ego hodie ingrediar viam universæ terræ, toto animo cognoscetis, quod de omnibus verbis, quæ se Dominus præstiturum nobis esse pollicitus est, unum non præterierit in cassum. *g* Sicut ergo implevit opere, quod promisit, prospera cuncta venerunt, sic adducet super vos, quicquid malorum *h* comminatus est, donec vos auferat, atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis, eo quod prætereritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & servieritis diis alienis, & adoraveritis eos. Cito, atque velociter *i* consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima, quam tradidit vobis.

CAP. XXIV.

COngregavitque Josue omnes Tribus Israel in Sichem, & vocavit majores natu, ac principes, & judices, & magistros, steteruntque in *k* conspectu Domini, & ad populum sic locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israel: *l* Trans fluvium habitaverunt, patres vestri ab initio Thare pater Abraham, & Nachor, servieruntque diis alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & *m* adduxi eum in terram Chanaan, multiplicavique semen ejus, & *n* dedi ei Isaac, illique rursum dedi Jacob, *o* & Esau. E quibus Esau dedi montem Seir ad possidendum, Jacob vero, & filii ejus *p* descenderunt in Ægyptum. *q* Misique Moysen, & Aaron, *r* & percussi Ægyptum multis signis, atque portentis, *s* eduxique vos, & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare: Persecutique sunt Ægyptii patres vestros cum curribus, & equitatu usque ad mare rubrum. Clamaverunt autem ad Dominum filii Israel, qui *t* posuit tenebras inter vos, & Ægyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos. *u* Viderunt oculi vestri cuncta, quæ in Ægypto fecerim, & habitastis in so-

EXPOSITIO CAP. XXIV.

COngregavitque Josue, &c. [Gen. 11.]

k In conspectu Domini,] i. ante tabernaculum. *l* Trans fluvium] Euphraten, in Chaldæa scil. *m* Et adduxi eum] *Gen.* 13. *n* Et dedi ei Isaac,] *Gen.* 21. *o* Jacob, & Esau.] *Gen.* 25. *p* Descenderunt in Ægyptum.] *Gen.* 46.

q Misique Moysen, & Aaron,] *Exod.* 4.

r Et percussi Ægyptum] *Exod.* ab 6. *usque ad* 12. *s* Eduxique vos,] *Exod.* 14. *t* Qui posuit tenebras] i. nubem, quæ Ægyptiis obscura erat, & Hebræis clara, ut legitur *Exod.* 14.

u Viderunt oculi vestri cuncta, &c.] Hoc videtur falsum, quia illi nunquam fuerunt in Ægypto, sed omnes nati sunt in deserto, vel potius in terra promissionis. Sol. Hic demonstratur gens non personæ; & una est gens sive populus, patres & filii succedentes.

litudine multo tempore, & introduxi vos in *a* terram Amorrhæi, qui habitabat trans Jordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis terram eorum, atque interfecistis eos. Surrexit autem *b* Balaac filius Selphor rex Moab, & pugnavit contra Israelem: Misitque & vocavit Balaam filium Beor, ut malediceret vobis, & ego nolui audire eum, sed e contrario per illum benedixi vobis, & liberavi vos de manu ejus. Transistis *c* Jordanem, & venistis ad Jericho, *d* pugnaveruntque contra vos viri civitatis ejus: *e* Amorrhæus, & Pherezæus, & Chananæus, & Hethæus, & Gergesæus, & Hevæus, & Jebusæus, & tradidi illos in manus vestras. Misique *f* ante vos scabrones, & ejeci eos de locis suis, *g* duos reges Amorrhæorum ad possidendum, non in gladio, & arcu tuo, dedique vobis *h* terram, in qua non laborastis, & urbes, quas non ædificastis, ut habitaretis in eis, vineas, & oliveta, quæ non plantastis. Nunc *i* ergo *k* timete Dominum, & servite ei perfecto corde, atque verissimo, & *l* auferte Deos, *m* quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia, & in Ægypto, ac servite Domino. Sin autem malum vobis videtur, ut Domino serviatis, *n* optio vobis datur: Eligite hodie, quod placet, cui servire potissimum debeatis, *o* an diis Amorrhæorum, in quorum terra habitatis. Ego autem, & domus mea serviemus Domino. Responditque populus, & ait: Absit a nobis, ut relinquamus Dominum, & serviamus diis alienis. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros de terra Ægypti, & de domo servitutis, *p* fecitque videntibus nobis signa ingenita, & custodivit nos in omni via, per quam ambulavimus, & in cunctis populis, per quos transivimus, & ejecit universas gentes, Amorrhæum habitatorem terræ, quam nos intravimus. Serviemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster. Dixitque Josue ad populum: Non *q* poteritis servire Domino: Deus enim sanctus, & fortis *r* æmulator est, nec ignoscet *s* sceleribus vestris, *t* atque peccatis. Si dimiseritis Dominum, & servieritis diis alienis, convertet se, & affliget vos, atque subvertet, postquam vobis præstiterit bona. Dixitque populus ad Josue: *u* Nequaquam, ita ut loqueris, erit, sed Domino serviemus. Et Josue ad populum: Testes inquit, vos estis, quia ipsi *x* elegeritis vobis Dominum, ut serviatis ei? *y* Responderuntque: Testes. Nunc ergo ait, auferte deos alienos de medio vestrum, & *z* inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel: Dixitque populus ad Josue: Domino Deo nostro serviemus, & obedientes erimus præceptis ejus. Percussit ergo Josue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta, atque judicia in Sichem. Scripsit quoque omnia verba hæc in *a* volumine legis Domini, & tulit lapidem pergrandem, posuitque eum *b* subter quercum: quæ erat in *c* sanctuario Domini, & dixit ad omnem populum: En *d* lapis iste erit vobis in testimonium, quod *e* audieritis

a In terram Amorrhæi,] Duorum regum, Sehon scil. & Og. *Num.* 21.
b Balaac filius Sephor] *Num.* 22.
c Transistisque Jordanem,] *sup.* 3.
d Pugnaverunt contra vos] Hoc videtur falsum, quia nusquam legitur, quod Jerichontini pugnaverunt. Hoc dicit *August. in hac Gloss.*
e Amorrhæus,] Hoc ideo dicit, quia isti omnes Jerichontinis tulerunt auxilium contra Israelitas. *Num.* 21.
f Misitque ante vos, &c.] *Septuag.* dicunt vespas. Quæ autem differentia sit inter scabrones, & vespas, & apes, docet *Isidorus*, dicens: Apes nasci ex putridis cadaveribus boum, vespas, sive scabrones ex equis, fucos vero ex mulis. Hæc sunt tria genera muscarum, sed nunquid hoc verum fuit ad litteram? Non. Sed metaphorice loquitur, scabrones appellans aculeos timoris, quos immisit Dominus illis gentibus ex sola fama filiorum Israel. Unde Rahab *sup.* 2. dixit duobus exploratoribus: Irruit in nos terror vester.
g Duos reges] Sehon, & Og.
h Terram, in qua, &c.] *Joan.* 4. Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. Quod satis convenienter potest dici de clericis præbendatis.
i Nunc ergo] Usus est Josue modo quodam Rhetorico, quia incipit a remotis narrare Dei beneficia, ut sic populum ad amorem Dei provocaret.
k Timete Dominum,] timore filiali.
l Et auferte Deos,] Contra. Isti nunquam habuerunt deos alienos, sed semper Domino adhæserunt. Unde *sup.* 23. dictum est. Adhæreatis Domino Deo vestro, quod fecistis usque in præsentem diem. Solut. Sic exponendum est: Auferte deos alienos, idest, non recipiatis eos. *Aug.* dicit, quod quasdam malas cogitationes habebant de diis colendis, quas monet abjicere Josue. Idem dixit Jacob familiæ suæ, inventis idolis Laban: *Genes.* 35. Abjicite, inquit, deos alienos, qui in medio vestri sunt.
m Quibus servierunt patres vestri] ut prædictum est de Nachor, & Thare.
n Optio vobis datur:] idest, permittitur. Permissio enim non est indulgentiæ, non concessionis, sed tolerantiæ.
o An Diis] Pluraliter dicit Diis, propter hoc nomen Eloim, quod apud Hebræos idem sonat quod dils, sicut dicitur super illud *Genes. primo.* In principio creavit Deus cœlum, &c. Simile *Exod. trigesimo secundo*, ubi dicitur: Hi sunt Dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti, & tamen non erat nisi unus vitulus, vel caput vituli. Unde dicit *Augustinus* Tot quilibet habet Deos, quot vitiis servit, & ideo pluraliter dicitur Dii.
p Fecitque videntibus nobis] Idest, patribus nostris. Vel proprie nobis. Multa enim fecit coram illis in transitu Jordanis, & post.
q Non potestis servire] idest, difficile poteritis. Et est vulgaris modus loquendi, secundum quod communiter dicitur: Non possum invenire, idest, vix possum, vel aliter. Non poteritis, existentes tales, scilicet inflati, infideles: Juxta quem modum dicitur *Joan.* 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, &c. Et *Matth.* 20. Et *Marc. decimo*. Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, supple talibus. Vel aliter: Non poteritis per vos, scilicet sine auxilio Dei. *Joan. decimo quinto*. Sine me nihil potestis facere. *Isai.* 26. Omnia opera nostra operatus in nobis es, Domine.
r Æmulator] Idem est quod *Exod.* 20. Zelotes.
s Sceleribus] magnis peccatis.
t Atque peccatis.] minoribus.
u Nequaquam, &c.] scilicet, ut dimittamus Dominum.
x Elegeritis Dominum,] Vel sine interrogatione, testes vos estis, idest, secure asseritis, ut testes, & palam.
y Responderuntque testes:] supple, sumus, idest, contestamur ita esse, secundum quod dicitur: Audi populus meus, & contestabor te, Israel, si me audieris, &c. *Psal.*
z Inclinate corda vestra] humiliando vos, & obediendo.
a In volumine] in hoc scilicet loco.
b Subter quercum,] Alia translatio habet terebinthum.
c In sanctuario] idest, ante tabernaculum Domini. Contra præceptum Domini videtur hæc quercus ibi esse. Dicitur enim *Deuteronom. decimo sexto*. Non plantabis lucum juxta altare Domini. Solut. Non dicit: Non erit, sed non plantabis.
d En lapis iste, &c.] Mos fuit antiquorum, lapidem erigere in perpetuum signum fœderis initi. Sic fecerunt Jacob, & Laban inito fœdere: *Genes. trigesimo primo* ubi dicitur: Jacob tulit lapidem, & erexit illum in titulum, & fecerunt fratres ejus tumulum, quem vocavit Laban tumulum testis, & Jacob acervum testimonii, quasi dicat: Sicut lapis iste est durabilis in perpetuum, ita & fœdus hoc. Et ob hoc etiam erigebatur, ut videntes eum, tam ipsi, quam posteri recordarentur fœderis initi. Sed quid est, quod sequitur.
e Quod audieritis omnia] Numquid lapis materialis audire

dire potest? Non: Sed recurrendum est ad mysterium, ut dicit *Aug.* & intelligitur de Christo. Et est sensus: Lapis iste, idest, signatus per lapidem istum. Similem expositionem habetis *Matth.* 3. Potens est Deus de lapidibus istis, idest, de gentibus per hos lapides significatis, suscitare filios Abrahae. Vel sub en tropo dicitur lapis audire, quo *in cantico Deuteronom.* 32. dicitur: Audite coeli, quae loquor, &c. Et *Matth.* 8. Venti, & mare obediunt ei. Inducuntur autem inanimata in testimonium, quia auctoritatem testium in accusationem habebunt. Sicut enim manus testium prima fiebat in accusato reo, ita totus orbis terrarum pugnabit contra insensatos. *Sapientia* 5. Dicitur etiam lapis audire, quia eo praesente omnia dicta sunt.

Gen. 50. *Lund.* 13. 11. qu 1. *Heb* 6. Item ... *ra.*

omnia verba Domini, quae locutus est vobis, ne forte postea negare velitis, & mentiri Domino Deo vestro. Dimisitque populum singulos in possessionem suam. Et post haec mortuus est Josue filius Nun servus Domini, centum, & decem annorum: Sepelieruntque eum in finibus possessionis suae in Thamnathsare, quae sita est in monte Ephraim a Septentrionali parte montis Gaas. Servivitque Israel Domino cunctis diebus Josue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Josue, qui noverant omnia opera Domini, quae fecerat in Israel. *a* Ossa quoque Joseph, quae tulerant filii Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri, quem *b* emerat Jacob a filiis Hemor patris Sichem *c* centum novellis ovibus, & fuit in possessionem filiorum Joseph: Eleazar quoque filius Aaron mortuus est, & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filii ejus, quae data est in monte Ephraim.

Explicit Liber Josue.

a Ossa quoque, &c.] *Genes. ult.*
b Quem emerat] *Gen.* 24.
c Centum] idest, centum agnis.

Explicit expositio super Lib. Josue.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,

D. HUGONIS, &c. CARDINALIS PRIMI de Ordine Sancti Dominici,

IN POSTILLAM SUPER LIBRUM JUDICUM,

PROLOGUS.

IN sex tribulationibus liberabit te Dominus, & in septima non tanget te malum. *Job* 5. Verba sunt Eliphaz Themanitis, totam hujus libri continentiam breviter complectentis. Septem tribulationes septem sunt persecutiones, quas filii Israel post mortem Josue propter peccata sua a finitimis nationibus sustinuerunt. Mortuo enim Josue, & senioribus, qui viderant virtutes, quas fecerat Dominus pro Israel, consurrexerunt alii ignorantes Dominum, qui servierunt Baal, & Astaroth, & aliis diis terrae, propter quod indignata deitas, tradidit eos in manibus inimicorum, qui septem persecutiones intulerunt eis. Primo, Satrapae Philisthinorum. Secundo, rex Syriae. Tertio, rex Edom. Quarto, Jabin rex Chanaan. Quinto, Madianitae. Sexto, filii Moab, & Ammon. Septimo, Philisthaei, a quibus liberati fuerunt per duodecim judices, qui Josue successerunt, quorum haec sunt nomina. Othoniel, Ajoth, Sangar, Delbora, Gedeon, Abimelech, Thola, Jephte, Abessan, Ajalon, Abdon, Samson. Moyses enim, & Josue non tantum judices, sed & duces fuerunt. Sed isti duodecim judices nullum dominium habuerunt super Israel, sed in persecutionibus suis, consiliis eorum utebatur populus. Et ex his patet materia hujus libri: Quae quidem duplex est, quia liber iste sicut & alii praecedentes, scriptus est intus, & foris. Intus mystica, vel morali intelligentia, foris vero litterali. Litteralis vero materia, est duodecim judices, & actus eorum, & septem persecutiones praedictae, auctoresque earum. Spiritualis materia est, duodecim Apostoli per duodecim judices designari, & eorum actus, vitia, & virtutes, & conflictus eorum. Intentio, litteralis, & spiritualis. Litteralis intentio est litteralem materiam per ordinem explicare. Spiritualis autem intentio est spiritualem materiam spiritualibus aperire. Utilitas vero est, ut discamus Deum timere, & in adversitatibus non desperare. Mixtim enim justitia, & misericordia Dei in hoc libro declarantur, ut videntes justitiam, timeamus; sed videntes misericordiam, non desperemus. Finis autem est, declinare a malo, & facere bonum. Dicitur autem iste liber Hebraice *Schophtim*: Latine *Judicum*, a nomine auctorum, vel a materia sic dictus. A nomine auctorum, quia quisque judicum tempus suum, i. facta sui temporis redegit in scriptis. A materia vero, quia judices describit a Josue usque ad Heli sacerdotem. Quis autem in unum volumen compegerit, dubium est. Quidam dicunt, quod Samuel, alii quod Esdras, alii quod Jeremias. Sed verisimilius est, quod Ezechias, qui Parabolas Salomonis, & librum Reguin collegit in unum. Modus agendi talis est. Primo ostendit, quod Judas praefectus filiis Israel, in praeliis suis expugnavit Chananaeum, & expulit Jebusaeum ab Jerusalem. Secundo agit de transgressione populi, & afflictione ejus: Et de primo judice, scil. Othoniel fratre Caleb, per quem liberati sunt. Tertio agit de alia transgressione populi, & secunda afflictione ejusdem, & secundo judice, i. Ajoth, per quem liberati sunt. Quarto, agit de alia transgressione populi, & afflictionibus ejusdem, & tertio judice, scil. Delbora, per quam liberati sunt. Quinto, agit de aliis peccatis Israel, & afflictionibus ejusdem, & quarto judice, scil. Gedeone, per quem liberati sunt. Sexto, agit de alia transgressione Israel, & afflictione ejusdem, & quinto judice, scil. Abimelech, & regno ejus, & fuga. Iste non liberavit, quia non habuit bellum. Septimo agit de duobus judicibus, scil. Thola, & Jair: Quorum alter viginti tribus annis, alter viginti duobus judicavit Israel: Et nulla bella fecerunt: Unde nec isti liberaverunt, ideo breviter se expedit de illis. Octavo, agit de alia transgressione populi, & afflictione ejusdem, & octavo judice, scil. Jephte, qui liberavit eos. Nono agit de tribus judicibus, scil. Abessan, Ajalon, & Abdon, quorum primus septem annis: Secundus decem: Tertius septem Israel judicavit. Similiter nec isti liberaverunt. Decimo, agit de alia trasgressione, & afflictione ejusdem, & duodecimo judice, scil. Samsone, qui superatis hostibus Israel liberavit, etiam sine labore Israel. Et ideo bene dictum est: Et in septima non tanget te malum. Undecimo, agit de idolo Michae. Duodecimo, de uxore Levitae, & ultione in Benjamin pro morte ejus. Convenienter autem Heptatichus concluditur in hoc libro, quia in primo, i. in Genesi, ostenditur, qualiter genus humanum propter primi parentis peccatum cecidit in hujus vitae miseriam, & aerumnas. In secundo, i. in Exodo, ostenditur ejus liberatio. In tertio, i. in Levitico, de Sacramentis Ecclesiasticis informatur. In quarto, i. in Numeris, contra adversarios debellandos armatur. In quinto, i. Deuteronomio, ubi lex recapitulatur, in omnibus confirmatur. In sexto, idest, Josue, finito labore deserti in terram promissionis introducitur Israel. In septimo, idest, Judicum, ostenditur animadversio Dei in transgressores, & ejusdem propitiatio in poenitentes, ut per primum timeatur, per secundum diligatur. Ad hoc tendit tota Scriptura, ut revocet a malo per timorem, & promoveat ad bonum per amorem.

Judic. 2.

Explicit Prologus.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Librum Judicum incipit.

C A P. I.

Post mortem Josue *a* consuluerunt filii Israel Dominum, dicentes: *b* quis ascendet ante nos *c* contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitque Dominus: *d* Judas ascendet, *e* ecce tradidi terram in manu ejus. Et ait *f* Judas Simeoni fratri suo: Ascende mecum in *g* sortem meam, & pugna contra Chananæum, ut & ego pergam tecum in *h* sortem tuam: Et abiit cum eo Simeon. Ascenditque *i* Judas, & tradidit Dominus Chananæum, ac Pherezæum in manus eorum, & percusserunt in *k* Bezech 10. *l* millia virorum. Inveneruntque *m* Adonibezech in Bezech, & pugnaverunt contra eum, ac percusserunt Chananæum, ac Pherezæum. Fugit autem Adonibezech, quem persecuti comprehenderunt cæsis summitatibus *n* manuum ejus, ac pedum. Dixitque, *o* Adonibezech: 70. reges amputatis manuum, ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, *p* ita reddidit mihi Dominus. Adduxeruntque eum in *q* Jerusalem, & ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, ceperunt eam, & percusserunt in *r* ore gladii, tradentes cunctam *s* incendio civitatem. Et postea descendentes pugnaverunt contra Chananæū, qui habitabat in *t* montanis, & ad meridiem, & in campestribus. Pergensque Judas contra Chananæum, qui habitabat in Hebron, cujus nomen fuit antiquitus *u* Cariatharbe, percussit Sesai, & Haiman, & Tholmai: Atque inde profectus abiit ad habitatores *x* Dabir, cujus nomen vetus erat Chariathsepher, idest, civitas litterarum: Dixitque Caleb: *y* Qui per-

EXPOSITIO CAP. I.

Post mortem Josue *a* consuluerunt] Sæpe male acciderat filiis Israel, qui in negotiis suis os Domini non interrogabant, sicut præceperat Dominus Josue per Moysen *Num.* 27. Ideo mortuo Josue, & Eleazaro, petunt consilium a Domino per Phinees sacerdotem dicentes: *b* Quis ascendet ante nos] Et dicit: Ascendet, quia in montibus habitabant Chananæi. Et respondit Dominus: Judas non personam, sed Tribum designans. Creditur tamen Caleb, qui fuit de Tribu Juda, populo præfuisse, sed pro modicitate temporis, nec rectoribus (nec) judicibus annumeratus est.

c Contra Chananæum,] Non est contrarium, quod dictum est supra *Jos.* 14. Et cessavit terra a prœliis, intelligendum est enim ad tempus. Et nota, quod Chananæus hic est nomen generale omnium adversantium Hebræis, supra *ult. Jos.* ubi numerantur septem populi, est nomen speciale unius populi. Et *Deut.* 7. *d* Judas ascendet,] i. Tribus Judæ. *f* Judas Simeoni] i. Tribus Juda Tribui Simeonis. *g* In sortem meam:] Per hoc patet, quod de Tribu debet intelligi, non de persona. Non enim persona sortem habuit, sed Tribus. *h* In sortem tuam:] Ergo Simeon habuit sortem per se: Legitur tamen super *Gen.* 49. quod non habuit, sed dicendum, quod revera habuit sortem, ut patet *Jos.* 21. Sed quia modicus erat Simeon, annumerata est sors ejus sorti Judæ, qui major erat, ut dictum est *Is.* 21. Et ideo aliquando legitur Simeon habuisse sortem, aliquando non habuisse. *k* In Bezech] civitate. *l* Decem millia, &c.] Similis modus loquendi 1. *Mach.* 10. *l* Misit Jerosolymam duodecim millia drachmas argenti. *m* Adonizebech] i. dominium Bezech. Adonai enim dominium sonat. Unde corruptum nomen est Adonizebech, & debet esse Adonaibezech. Supra *Jos.* 10. legitur, quod Josue occidit Adonibezech, vel Adoisedech regem Jerusalem. Alius fuit ille, alius iste. Vel si idem, prolepsis fuit ibi in Josue, i. anticipatio. *n* Manuum ejus,] Hebræus tamen sermo videtur sonare, pollices, quibus cæsis, non est homo idoneus ad arma ferenda. Ita reddidit, &c.] Non est lex æquior ulla, quam necis artifices arte perire sua. Hoc est, quod *Sap.* 11. dicitur: Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. *Is.* 33. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis: *Habac.* 2. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis. *q* In Jerusalem,] supple postquam capta fuit, nondum enim capta erat. Unde prolepsis est, quod dicitur hic, i. anticipatio. Unde statim sequitur de impugnatione Jerusalem. *r* In ore, &c.] i. in instantia, vel devoratione gladii. *s* Incendio civitatis, &c.] Non est intelligendum, quod filii Israel tunc habuerunt Jerusalem, in ditione sua, expulso Jebusæo. Hoc enim non fuit factum usque ad tempus David, qui expulsis penitus Jebusæis, sedit in ea Dominus, ut legitur 2. *Reg.* 5. Et transtulit sicut dicit magister in historiis, eam de sorte Benjamin in sortem Judæ vocans arcem Sion civitatem David. Tamen *Aug.* dicit *inf. in quæst. Gloss.* Jerusalem, fuisse commune Judæ, & Benjamin ab ipsa prima divisione terræ. Et nota, quod secundum quosdam, quicquid hic dicitur usque ibi. Et surrexerunt alii, qui non noverant Dominum, *inf.* 2. fuit factum tempore Josue ante divisionem sortium, quando Judas concessam sibi habebat Jerusalem. Hic autem totum dicitur recapitulando. Alii dicunt eo ordine dictum, quo factum, & *inf.* 2. inchoant recapitulationem ibi, scil. dimisit ergo Josue populum, &c. & hic vult *Aug.* hæc suo ordine dicta hic, & in Josue præoccupata.

t In montanis,] ideo dixit sup. Quis ascendet ante nos contra Chananæum? *u* Cariatharbe,] civitas, quatuor interpretatur. *x* Dabir,] loquela interpretatur.

y Qui percusserit Cariathsepher,] Idem Josue, *sup. decimo quinto.* Unde *Augustin.* quærit. an ibi

Moraliter, *a* Post mortem Josue] Josue est Christus, qui moritur in nobis per quodlibet mortale peccatum. Toties enim quis Christum occidit, quoties mortale peccatum committit. Judæi semel eum occiderunt, multi nostrum centies, vel millesies occiderunt. Unde *Jo.* 8. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Post mortem Josue consulitur Dominus, quia post peccatum orandus est Deus. Unde *Matth.* 26. Cum *Josue.* Dominus invenisset discipulos dormientes, dixit: Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem.

b Quis ascendet] Judas, idest, confessio duplex, scil. peccati, de qua *Rom.* 10. Corde creditur ad justitiam, ore autem, &c.] Item laudis, de qua *Eccl.* 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est a Deo missus. Simeon interpretatur audiens mœrorem. Audiens, idest, obediens, ecce satisfactio; mœrorem, ecce contritio. Horum optima est societas. Non enim prodest peccati confessio, nisi præcesserit, vel comitetur dolor contritionis, & obedientia satisfactionis. Quidam confitentur, sed non audiunt vocem Sacerdotis pœnitentiam injungentis, quia pœnitentiam non accipiunt nisi ad libitum suum. Vel non faciunt, si accipiunt, quod pejus est. Tales sunt Judas sine Simeone. Soli sunt. Unde & eis dicitur: Væ soli: quia si ceciderit, non habet sublevantem se. *Eccl.* 4. Item *Prov.* 18. Frater, qui juvatur a fratre quasi civitas munita.

d Judas ascendet,] Recte dicit ascendet, quia confessio debet ascendere non descendere, ut non timore pœnæ fiat, sed amore Dei. Item confessio debet præcedere in spirituali bello. Unde *Ps.* 146. Præcinite Domino in confessione. Item *Ps.* 94. Præoccupemus faciem ejus in confessione. *Gen.* 43. legitur, quod Jacob tradidit Judæ Benjamin, ut perduceret ad Joseph. Sic quilibet pœnitens vere committit spiritum suum confessori, ut ducat ad Christum; item ibidem sequenti capite legitur, quod Judas loquens ad Joseph, movit eum ad lacrymas, quia pœnitens in confessione movet Dominum ad veniam, & ad compassionem.

e Ecce tradidi, &c.] i. pondus peccatorum dimisi virtute confessionis. *i* Ascenditque Judas, &c.] Chananæus interpretatur negotians, & significat primos motus, per quos diabolus negotiatur animam dejicere in peccatum. Pherezæus interpretatur divisus, & significat peccata mortalia, per quæ anima dividitur a Deo. Hos tradidit Dominus in manibus Judæ, quia virtute confessionis tam venialia, quam mortalia dimittuntur. Sed ubi? in Bezech, quæ interpretatur fulgur, vel egestas. In fulgure, ut dicit *Greg.* claritati percussio sociatur, & confessio debet esse clara, per apertam veritatem; percutiens, per accusationem. *Prov.* 18. justus primo est accusator sui: in egestate paupertas spiritus accipitur, idest, humilitas, sine qua non valet confessio. *o* Dixitque, &c.] per Adonibezech significantur mali, qui inter bonos moriuntur, similes illi, de quo *August.* dicit

* super

cusserit Cariathsepher, & vastaverit eam, dabo ei Axam, filiam meam uxorem. Cum cepisset eam Othoniel filius Cenez frater *a* Caleb *b* minor, dedit ei Axam filiam suam *c* conjugem. Quam pergentem in itinere monuit vir *d* suus, ut peteret a patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb. Quid habes? At illa respondit: Da mihi *e* benedictionem; quia terram arentem dedisti mihi, Da & *f* irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & *g* irriguum inferius. Filii *h* autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt *i* de civitate palmarum cum filiis Juda in desertum sortis ejus, quod est ad meridiem Arat, & habitaverunt cum eo. Abiit autem Judas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum, qui habitabat in *k* Sephat, & interfecerunt eum. Vocatumque est nomen urbis Horma, i. Anathema. Cepitque Judas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis, Fuitque Dominus cum Juda, & *l* montana possedit. *m* Nec potuit delere habitatores vallis, quia *n* falcatis curribus abundabant. *o* Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui delevit ex ea tres filios Enach. *p* Jebusæum autem habitatorem Jerusalem non *q* deleverunt filii *q* Benjamin, habitavitque Jebusæus cum filiis Benjamin in Jerusalem, *r* usque in præsentem diem. Domus quoque, *s* Joseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis. Nam cum obsiderent urbem, quæ prius *t* Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem *u* de civitate, dixeruntque ad eum. Ostende nobis *x* introitum civitatis, & faciemus tecum *y* misericordiam. Qui cum ostendisset eis, percusserunt urbem in ore gladii, hominem autem illum, & omnem cognationem ejus dimiserunt. Qui *z* dimissus abiit in terram Ethim, & ædificavit ibi civitatem, vocavitq; eam Luzam, quæ ita appellatur *a* usque in præsentem diem. Manasses quoque non *b* delevit Bethsan, & Thanach cum vi-

Ω an ibi dictum sit per prolepsim, an hic per recapitulationem. Et dicit, quod ibi fuit præoccupatio, quia post mortem Josue hoc factum fuit, & prius fuit ibi dictum quam factum, hic autem loco suo factum dicitur. Dicit autem *Aug.* quod non frustra Scriptura bis commemorat de Axa filia Caleb data in præmium victoriæ, quia victori vitiorum, Scripturæ Sacræ intelligentia datur bis, hic scilicet, & in futuro. Hic ænigmatica, quæ evacuabitur: in futuro comprehensiva, quæ manebit in æternum. *Jos. 15.*

a Frater, &c.] idest, consanguineus, vel etiam frater ejus uterinus. *b* Minor,] idest junior. *c* Conjugem.] malens servare votum, quam legis mandatum, quæ hujusmodi nuptias prohibebat *Lev.* 18. *d* Vir suus,] Othoniel. *e* Benedictionem] munus, unde te benedicam. *f* Irriguam] *Gloss. Aug.* Septuaginta, redemptionem aquæ, terram, scilicet, de cujus fructibus aquam redimeret, idest recompensaretur defectus aquæ, cujus inopia erat in illis regionibus ad quas nupta ducebatur. *g* Irriguum, &c.] *Gloss. Aug.* redemptionem humilium fluentorum subaudis, quæ vel in montanis, vel in campestribus fluunt. *h* Filii, &c.] Notanda est hic historia Jethro Socer Moysi, idest, pater Sephoræ uxoris Moysi trinomius fuit. Dictus est enim Jethro, Cinæus, & Raguel, cujus filius fuit Eliab, vel Obab, qui relicto patre, & patria ad preces Moysi venit cum eo, ut dicitur *Num.* 10. Sciebat enim desertum, & ubi castrametari posset Israel, & ubi non. Unde fuit quasi ductor eorum per desertum. Hic, cum venissent filii Israel in terram promissionis, habitavit in medio filiorum Israel in campestribus Jericho cum Benjamin: Unde transtulit se in sortem Judæ. Ab illo ergo Eliab fuerunt isti Cinæi. Ipse enim Eliab dictus est Cinæus, ut legitur 1. *Reg.* 15. *i* De civitate, &c.] idest, Engaddi, vel Jericho, quæ dicitur civitas palmarum, quia in territorio ejus abundant palmæ, sicut mons Oliveti dicitur, quia abundat arboribus olivarum. *k* In Sephat,] civitas fuit. *m* Nec potuit delere] *Gloss. Aug.* Septuaginta habent, non hæreditaverat. In hoc ipso fuit Dominus cum Juda. Restringit Deus etiam propitius in cordibus filiorum nimiæ prosperitatis excessum, ut in usus eorum convertat inimicos, non solum quando vincuntur, sed etiam quando vincunt: Illud ad commendandam suam largitatem, hoc ad reprimendam eorum elationem. Inimicus enim Sanctorum est Angelus Sathanæ, quem sibi datum ad colaphizandum dicit Apostolus, ne magnitudine revelationum extolleretur. *2. Cor. 12.* *n* Falcatis, &c.] Falcati currus dicebantur a falcibus, quas in singulis cantis habebant. *o* Dederuntque, &c.] *Gloss. Aug.* Hoc in *lib. Jesu* 15. dictum est, quia illo vivo factum est. Sed hic recapitulando memoratum est, cum de Tribu Juda, unde fuit Caleb, loqueretur Scriptura. *p* Jebusæum, &c.] LXX. habent, non hæreditaverunt, *Augustinus*: Superius eodem legitur eadem civitas a Juda capta, & incensa, interfectis in ea Jebusæis, sed non omnibus. Vel quia extra civitatem erant, vel quia fugere poterant, quos Jebusæos filii Benjamin, quibus cum Juda civitas illa communis fuit, Tributarios facere non potuerunt, vel noluerunt. Aut non hæreditaverunt Jebusæum, quia non sine illo tenuerunt terram, quam possidebant. *q* Non deleverunt] quia forte non potuerunt post hoc facere. Sed etiam postquam potuerunt, postquam scilicet confortati sunt, ut dicitur infra eodem, adhuc etiam passi sunt, cum vivere, & habitare cum eis, malentes habere tributum ab eis, quam eos delere, transgredientes mandatum Domini, qui præceperat *Deut.* 6. ut omnes habitatores terræ promissionis delerent filii Israel, & nulli parcerent. Similiter fecerunt & aliæ Tribus, & converterunt se ad agriculturam, qui per divitias, & epulas, atque libidinem imbelles effecti, in custodia legis integri non fuerunt. Et totius hujus mali causa fuit cupiditas. Unde verum est, quod dicit Apostol. 1. *Tim.* 6. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa, & inutilia, & nociva. *q* Filii, &c.] in quorum sorte erat. *r* Usque, &c.] idest, diu scil. usque ad David, qui expulsis penitus Jebusæis possedit eam. 2. *Reg.* 5. & 1. *Par.* 11. *s* Joseph] idest, Ephraim. *t* Luza, &c.] *Gen.* 28. *u* De civitate] Bethel. *x* Introitum, &c.] idest, locum, per quem possimus intrare. *y* Misericordiam] Ei poterant parcere, non toti civitati, per hoc, quia inhibuerat Dominus sicut David fecit 1. *Reg.* 30. parcens puero Amalechitæ, qui duxit eum ad cuneos hostium. *z* Dimissus] & etiam ditatus ab eis. *a* Usque, &c.] Filii Ephraim non deleverunt eum, sed passi sunt eum vivere sub tributo. *b* Non delevit] Septuaginta dicunt, non hæreditavit Manasses Bethsan, quæ est Scytarum civitas, neque filias ejus, idest, civitates, quas ipsa tanquam Metropolis instituerat.

Ω *a* Postquam

Moraliter. * super illud *Jo.* 12. Ut quid perditio hæc? Iste bono odore moritur, unde alii vivunt. His amputandæ sunt summitates manuum, & pedum, idest, executio malorum operum, & malorum affectuum. *l* Et montana, &c.] Montana Judas possedit, sed habitatores vallis non potuit delere, quia pœnitens quandoque majoribus peccatis dominatur, sed minora vitare non potest. Sed quare hoc? Quia falcatis curribus abundant, per quos motus carnis intelliguntur. Currus quatuor habet rotas, & corpus nostrum ex quatuor constat humoribus. Falx non secat ligna, vel lapides, sed fœnum, & herbam. Et tales motus, fortes non lædunt, sed debiles, & novitios. Currus falcatus cito currit, sic tales motus cito veniunt, & cito recedunt. Et recte per falcem motus carnis intelligitur. Falx enim in se recurvatur, & motus hujusmodi ex carne oritur, & in carnem reflectitur, quasi tinea, quæ ex veste nascitur, & vestem consumit. *Eccl.* 42. De vestimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. *t* Quæ prius, &c.] Luza interpretatur nux, vel amygdalum, & significat claustrum. In nuce enim tria sunt, cortex amarus, testa dura, nucleus dulcis, sic in claustro potus amarus, cibus & habitus durus, sed tamen intus consolatio dulcis. Unde *B. Bern.* Multi vident nostras cruces, qui non vident nostras unctiones. Hæc dicitur Bethel, i. domus Dei. Homo egrediens de hac civitate, significat ad litteram apostatas, qui de claustris suis egrediuntur, & introitum civitatis ostendunt, i. secreta, si qua sint cælanda produnt in sui excusationem, & statim domus Joseph, i. Ephraim, i. divites, amatores sæculi, percutiunt civitatem, i. incipiunt detrahere religioni, & ditant hominem illum, i. falsis promissionibus, & vanis consolationibus, qui dimissus vadit in Ethim, quæ interpretatur mare congelatum, idest, in infernum, ubi erit fletus ex amaritudine, & stridor ex frigore. *Matth.* 22. Ibi erit fletus, & stridor dentium. *Job* 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis nivium, & usque ad inferos peccatum illius.

Ω *a* Postquam autem, &c.] noluit, cum posset, & ideo peccavit ductus cupiditate, & ideo iratus est Dominus ei. Quid ergo ad hoc dicunt Christiani, qui Saracenos, quos tenent sub tributo, non permittunt baptizari, numquid peccant, sicut Ephraim? Dicimus quod sic, quia impediant salutem animarum. *Is.* 43. Dicam Aquiloni, da, & Austro; noli prohibere.
b Arctavitque Amorrhæus] *Gl. Aug.* & tribulavit Amorrhæus filios Dan in monte, quoniam non permisit eos descendere in vallem, &c. Hoc autem *in lib. Jesu Nave* 15. præoccupando memoratum est, hic autem recapitulando. *c* Testatio] i. mons testaceus a testa. Nam quid fragilius testa nisi superbia? Juxta illud: Franget Deus omnem superbum. Vel testatio, i. detestatio, simplex pro composito. Quid enim detestabilius superbia? Nihil. *d* In Ajalon,] Supple habitavit Dan. *e* Aggravata] super Amorrhæum auxilio Judæ. *f* Factusque] Amorrhæus. *g* Ei] idest, domui Joseph.
h Scorpionis] nomen loci est. *i* Petra] nomen loci. *k* Et superiora] i. usque ad superiora.

dam ex ira Dei venire peccata. Sed videtur falsum dicere, quia idem est ira Dei, & voluntas Dei. Ergo ex voluntate Dei aliquando veniunt peccata, ergo Deus est auctor peccati, quia idem est fieri aliquid Deo volente, & Deo auctore, ut dicit *Aug.* Sol. Ira Dei dicitur hic subtractio gratiæ, qua absente homo de facili ivit in peccatum.
r Et Dii, &c.] Non repetas, ut, aut si repetitur, vocet consequentiam, non finem.

culis suis, & habitatores Dor, & Jebblaam, & Mageddo cum viculis suis: Cœpitque Chananæus habitare cum eis. *a* Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitavit cum eo. Zabulon non delevit habitatores Tethron, & Naalon, sed habitavit Chananæus in medio ejus, factusque est ei tributarius. Aser quoque non delevit habitatores Accho, & Sidonis, Alab, & Achazib, & Amma, & Aphech, & Roob, habitavitque in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. Nephtalim quoque non delevit habitatores Bethsames, & Bethanath, & habitavit inter Chananæum habitatorem terræ, fueruntque ei Bethsamitæ, & Bethanitæ tributarii. *b* Arctavitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, ut ad planiora descenderent, habitavitque in monte Hares, quod interpretatur *c* testatio in *d* Ajalon, & Salabim: Et *e* aggravata est manus domus Joseph, *f* factusque est *g* ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrhæi ab ascensu *h* Scorpionis *i* petra, & *k* superiora loca.

C A P. II.

Ascenditque *l* Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium, & ait; *m* Eduxi vos de Ægypto: & *n* introduxi in terram, pro qua *o* juravi patribus vestris, & pollicitus sum, ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum, ita dumtaxat, ut non *p* feriretis fœdus cum habitatoribus terræ hujus, & aras eorum subverteretis, & noluistis audire vocem meam. Cur hoc fecistis? *q* Quamobrem nolui delere eos a facie vestra, ut habeatis hostes, *r* & Dii eorum sint vobis in ruinam. Cumque loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel elevaverunt vocem suam, & fleverunt. Et vocatum est nomen loci illius, locus *f* flentium, sive lacrymarum, immolaveruntque ibi hostias Domino. Dimisit *t* ergo Josue populum, & abierunt filii Israel unusquisque in possessionem suam, ut obtinerent eam, servieruntque Domino *u* cunctis diebus ejus, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & *x* noverant omnia *y* opera Domini, quæ fecerat cum Israel. Mortuus est autem Josue filius Nun, famulus Domini centum, & decem annorum, & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare in monte Ephraim a Septentrionali plaga montis Gaas. Omnisque *z* illa generatio congregata est ad *a* patres suos, *b* & surrexerunt alii, qui non *c* noverant Dominum, & opera, quæ fecerat cum Israel. Feceruntque filii Israel malum in conspectu Domini, & servierunt Baalim, ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti, & secuti sunt Deos alienos, Deos quoque populorum, qui habitabant in circuitu eorum, & adoraverunt eos, & ad iracundiam concitaverunt Dominum dimittentes eum, & servientes Baal, & Astaroth. Iratusque Dominus contra Israel, *d* tradidit eos in

f Flentium, &c.] idest locum flentium. *t* Dimisit, &c.] Hoc idem in fine Josue habetur, hic autem repetitur, ut historia continuetur, quasi dicat auctor: Filii Israel dimissi a Josue abierunt unusquisque in sortem suam. Quo mortuo servierunt Diis alienis, quod eo vivente nullo modo audebant facere. Continuatur autem hoc modo: Percussit Josue fœdus cum populo, & dedit eis præcepta, atque judicia in Sichem. In cujus signum erexit lapidem pergrandem, [Ergo,] i. sic: Dimisit populum.
u Cunctis, &c.] i. virtutibus. Non enim sufficit una sola virtute servire Deo. *x* Et noverant] *Interl.* Faciebant opus, scil. patientiæ, justitiæ, & omnium virtutum. *y* Omnia, &c.] q.d. Memores erant operum Dei, non ingrati, gratiam referentes, serviebant ei. Hoc enim vult Dominus, ut memoriam beneficiorum suorum jugiter teneamus. 1. *Match.* 2. Mementote operum patrum vestrorum, quæ fecerunt in generationibus suis, *Thr.* 3. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, & absinthii, & fellis. *Hebr.* 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis vestris deficientes, Nondum enim usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes. Et

Infr. 3. 4. & 6.

E X P O S I T I O CAP. II.

Ascenditque *l* Angelus Domini] Nota historiam. Josue, & senioribus mortuis, filii Israel inierunt fœdus cum habitatoribus terræ, & reservaverunt aras eorum. Et dum hæc fecissent, apparuit Angelus Domini in Galgala, & cum ivissent ad eum filii Israel de finibus suis, transtulit se Angelus ad alium locum, & secuti sunt eum alii Israel, qui improperavit eis beneficia Dei, dicens. Cur iniistis fœdus cum habitatoribus terræ hujus, & aras eorum reservastis, & vocem meam audire noluistis? Hoc dicente Angelo elevata voce fleverunt filii Israel. Et ex hoc vocatus est locus ille locus flentium ab hoc eventu, sicut Galgala collis præputiorum. *Josue* 5. Unde hic dicitur: Ascendit Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium. Præoccupatio est, nondum enim sic dicebatur locus ille, qui postea a fletu eorum sic dictus est. Alia littera, quam ponit *Aug.* habet: Ascendit Angelus Domini super montem Clauthmos, i. plorationis. *Clauthmos* enim Græce, *ploratio* Latine. Forte scriptor, qui post mortem Josue, & post hæc omnia scripsit hunc librum, appellavit locum illum sic, propter eventum, qui ibi evenerat. Ascendit, dicitur, quia Angelorum semper est ascendere: Vel forte propter situm loci. Dicunt autem Hebræi hunc fuisse Phinees, qui vocatur Angelus Domini propter ferventem zelum legis, quem habebat. *m* Eduxi vos, &c.] *Exod.* 12. Et loquitur hic Dominus per Angelum, vel Angelus in persona Domini. *n* Et introduxi] *Josue* 4. *o* Juravi] *Gen.* 15.26.28. *p* Ut non, &c.] *Deut.* 7. & 28. *q* Quamobrem, &c.] *Gloss. Aug.* Hic intelligimus quæ-

na dupliciter potest exponi: Noverant, idest, memores erant. Vel ut dicit *Gloss.* Noverant, idest, faciebant.
z Omnisque illa generatio] idest, Josue, & seniores, qui noverant opera Domini.
a Ad patres suos,] idest, in sinum Abrahæ.
b Et surrexerunt] In malo accipitur hic surgere, sicut ibi: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, *Exodi* 32.
c Qui non noverant] i. agebant sicut illi, qui Deum nesciunt. Vel ad litteram non noverant opera Dei, quæ fecerat in exitu de Ægypto, in deserto, in terra promissionis, in principio. Quæ opera parva sunt respectu eorum, quæ postea fecit, pro nobis factus est homo, mortuus est propter peccata nostra, resurrexit propter justificationem nostram. *Rom.* 3. *d* Tradidit eos] permissive, idest, tradi permisit, idest, in peccatis suis quasi indignos dereliquit. Justum est enim, ut qui in sordibus est, sordescat adhuc, *Apocalyps. ultim.* Est autem duplex traditio, qua homo Satanæ traditur: Occulta, qua Deus

hominem

manibus diripientium: Qui ceperunt eos,, & vendiderunt hostibus, qui habitabant per gyrum: Nec potuerunt resistere adversariis suis, sed quocumque pergere voluissent, *a* manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & *b* juravit eis, & vehementer afflicti sunt. *c* Suscitavitque Dominus judices, qui liberarent eos de vastantium manibus, sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cito deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum, & audientes mandata Domini omnia fecere contraria. Cumque Dominus *d* judices suscitaret, in diebus eorum, *e* flectebatur misericordia, & *f* audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Postquam autem mortuus esset judex, *g* revertebantur, & multo faciebant majora, quam fecerant patres eorum sequentes deos alienos, & servientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt *h* adinventiones suas, & *i* viam durissimam, per quam ambulare consueverat. Iratusque est furor Domini in Israel, & ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod *k* pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam *l* audire contempsit, & ego non *m* delebo gentes, quas dimisit Josue, & mortuus est, ut in ipsis experiar Israel utrum *n* custodiant viam Domini, & ambulent in ea sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo Dominus omnes has nationes, *o* & cito subvertere noluit, nec tradidit in manibus Josue.

C A P. III.

HÆ *p* sunt gentes, quas Dominus dereliquit, ut *q* erudiret in eis Israelem, & omnes, qui non noverant bella Chananæorum, & postea discerent filii eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi, quinque

hominem sibi ipsi dimittit, ut secundum desideria cordis sui faciat. *Rom.* 1. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Et *infr.* Servierunt creaturæ potius, quam Creatori, qui est benedictus in sæcula: Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Item est manifesta traditio, quæ fit per Sacerdotem, cum excommunicat peccatorem, & separat a corpore Ecclesiæ, ut notatus coram hominibus erubescat, & revertatur, & vivat. De qua 1. *Cor.* 5. Tradidi hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat. *a* Manus Domini, &c.] i. hostes prævalebant eis. Et erant super eos non virtute sua, sed manus, i. potentia Domini hoc faciebat. Illi enim, per quos Dominus punit malos dicuntur manus Domini, licet mali: Sicut Sennacherib dictus est *Isai.* 36. securis Domini, & servus, quia secando Judæos serviebat Deo, licet pessimus esset, i. in facto suo fiebat Dei servitium. *b* Et juravit eis,] *Deut.* 27. *c* Suscitavitque, &c.] Statim post judicium sequitur misericordia. Non enim obliviscitur misereri Deus, nec continebit in ira misericordias suas, sed cum iratus fuerit, misericordiæ recordabitur: *Habac.* 3. *d* Cumque, &c.] Prælibatio, quædam est dicendorum. Et breviter tangitur materia totius libri. *e* Flectebatur] Precibus, & meritis illorum. *f* Audiebat afflictorum, &c.] *Exod.* 3. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi propter duritiam eorum, qui præsunt operibus. *g* Revertebantur,] ad peccata. *h* Adinventiones] i. excogitationes malitiæ. *i* Et viam durissimam,] i. Peccatum, quod est via ad Infernum: Lata quidem *Matt.* 7. Lata est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Hæc via dura est in consensu, durior in opere, durissima in consuetudine. *Ps.* 13. Contritio, & infelicitas in viis eorum, i. impiorum. *Eccl.* 21. Via peccantium complanata est lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Quia ducit ad miseros dura, quia ad tenebras durior, quia ad pœnas durissima. *Sap.* 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles. Vel certe peccati via dura est in laicis, durior in clericis, durissima in Prælatis. *Sap.* 6. Judicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Tripliciter enim peccant prælati: Male intrando, & postquam intraverint male vivendo, gregem sibi commissum male custodiendo. Durum itaque fiet eis Judicium propter primum: durius propter secundum, durissimum propter tertium. Propter hoc fiet eis in futuro triplex quæstio: Quomodo intrasti, quomodo vixisti, quomodo populum rexisti? De prima *Matth.* 22. Amice, quomodo huc intrasti, &c. At ille obmutuit: Quippe quia non cogitaverat circa hanc quæstionem. De secunda *Isai.* 22. Quid tu hic, aut quasi, quis hic? Bene dicit quasi, quis, quia in veritate non est quis, i. persona, sed idolum personæ. *Zach.* 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. De tertio *Isai.* 43. Ubi est zelus tuus, fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum? Expressius dicitur *Gen.* 4. Ubi est Abel frater tuus. *k* Pepigeram] *Ex.* 20. *l* Audire,] i. exaudire. *m* Non delebo gentes,] Ante mortem Josue noluit eas delere impetu uno, ne deserta terra hominibus subito bestiis abundaret, quæ devorarent eos, ut legitur *Deut.* 7. Post mortem Josue statim delere noluit, ut filii Israel probarentur per eas, ut dicitur hic. Post mortem seniorum noluit delere eas propter peccatum eorum, ut *sup. eod.* Primo noluit delere eas, ut essent filiis Israel in solatium. Secundo noluit, ut essent in exercitium illis. Tertio ut essent eis in exterminium. *n* Utrum, &c.] *Interl.* dicit, verba Scriptoris exponentis, quare non sint illæ gentes deletæ. *o* Et cito, &c.] *In ecl.* Quasi ne videatur Jesus illas gentes humano consilio reliquisse.

Moraliter.

Moraliter. *c* Suscitavitque Dominus, &c.] *Isai.* 3. Dominus ad Judicium veniet, &c. Judices sunt Prælati, & Apostoli, quos suscitavit Dominus, gratiam infundendo, sive inspirando. *Dan.* 13. Suscitavit Dominus spiritum pueri junioris, qui statim dixit: Revertimini ad judicium. Dicuntur autem judices prælati, quia ex officio debent se judicando examinare, an sint digni ad prælationem, vel idonei. *Eccl.* 7. Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitatem. Et *alibi* 37. Tenta animam tuam antequam des ei potestatem. Item debent judicare de subditis, inter lepram, & non lepram, & inter lepram, & lepram. *Lev.* 13. Homo, in cujus cute, vel carne orta fuerit plaga lepræ, adducetur ad Aaron Sacerdotem, vel ad quemlibet filiorum ejus. His judicibus dicitur. Recte judicate filii hominum. Item: Judicate pupillo, & humili. *Isai.* 1. Judicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit Dominus. Ad quid suscitat hos judices? Ut liberet subditos de manu vastantium, i. dæmonum hæreticorum, schismaticorum, tyrannorum, opponendo se quasi murum pro domo Israel. Liberare autem debent eos prædicationis gladio, ut Paulus *Eph. ult.* Orationis clypeo, ut Aaron. *Sap.* 18. Item Sacramentorum ministerio, eleemosynarum subsidio. Hæc enim quatuor debent prælati subditis, prædicationem, orationem, Sacramentorum administrationem, bonorum suorum communicationem. Quilibet igitur antequam promoveri debeat, debet attendere in se, si sit in reddendo hæc quatuor idoneus. Sed econtra faciunt multi Prælatorum, oves suas non liberant, ut pastores, sed spoliant, ut fures. Unde *Mich.* 2. Desuper tunicam pallium tulistis. Excoriant, ut carnifices. *Mich.* 3. Audite principes domus Jacob, & duces domus Israel: Numquid vestrum est scire judicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum; qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnem desuper ossibus eorum, qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriaverunt. Item tondent, ut mercenarii. *Ezech.* 34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat comedebatis, & gregem meum non pascebatis. Item devorant, ut lupi. *Ps.* 13. Qui devorant plebem meam, ut cibum panis.

D

A

Psal. 57.
Psal. 81.

EXPOSITIO CAP. III.

HÆ *p* sunt gentes,] scil. septem prædictæ. In hoc cap. agitur de primo judice, scil. Othoniel fratre Caleo, quem *Josephus* vocat Cenez nomine patris sui. Hic Judex liberavit Israel de manibus Chusanrasathaim Regis Mesopotamiæ, cui propter peccata sua traditus fuerat, & servierat octo annis. *q* Erudiret] i. probaret *Jer.* 6. In flagellis erudieris Jerusalem: Ita dicit alia editio. Littera nostra habet: Infirmitas, & plaga erudit te, Jerusalem, ne forte recedat anima mea a te.

Ω *a* Satra-

Moraliter. *p* Hæ sunt gentes,] Isti sunt primi motus, quos Dominus dimittit majoribus peccatis separatis, ne multiplicentur bestiæ inanis gloriæ, vel superbiæ. 2. *Cor.* 12. Ne magnitudo revelationum, &c.

a Satrapas Philisthinorum, omnemque Chananæum, & Sidonium, atque Hevæum, qui habitabant in monte Libano, de monte *b* Baal Hermon usque ad introitum Emath. Dimisitque eos, ut in ipsis experiretur Israelem, utrum *c* audirent mandata Domini, quæ *d* præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. Itaque filii Israel habitaverunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & *e* Jebusæi, & *f* duxerunt uxores filias eorum, ipsique filias suas filiis eorum tradiderunt, & servierunt diis eorum. Feceruntque malum in conspectu Domini, & *g* obliti sunt Dei sui servientes *h* Baalim, & *i* Astaroth. Iratusque contra Israel Dominus, tradidit eos in manus *k* Chusanrasathaim regis *l* Mesopotamiæ, servieruntque ei *m* octo annis. Et *n* clamaverunt ad Dominum: *o* Qui suscitavit eis salvatorem, & liberavit eos, *p* Othoniel videlicet filium Cenez fratrem Caleb minorem, *q* fuitque in eo spiritus Domini, & judicavit Israel. Egressusque est ad pugnam, & tradidit Dominus in *r* manus ejus Chusanrasathaim regem Syriæ, & oppressit eum. Quievitque terra *s* quadraginta annis, & *t* mortuus est Othoniel filius Cenez. *u* Addiderunt autem filii Israel facere malum in conspectu Domini, qui *x* confortavit adversum eos *y* Eglon, regem Moab, quia fecerunt malum in conspectu ejus. Et *z* copulavit ei filios Ammon, & Amalech, abiitque, & percussit Israel, atque possedit *a* Urbem palmarum: Servieruntque filii Israel Eglon regi Moab decem, & octo annis: & postea *b* clamaverunt ad Dominum: Qui suscitavit eis *c* salvatorem vocabulo *d* Ajoth,

Ω *a* Satrapas] i. principes *Gloss. Aug.* Satrapæ dicuntur, quasi parva regna, quibus Satrapæ præerant, quod nomen in illis partibus cujusdam est honoris, vel fuit. Ex hac *Gl.* patet, quod Satrapæ apud Hebræos æquivocum est ad parva regna, & ad principes regni. *b* De monte Baal] supple, & qui erant de monte Baal. *c* Audirent] obediendo. *Gl. Aug.* dicit: Non ut sciret Deus omnium cognitor etiam futurorum, sed ut ipsi scirent, & conscientia sua gloriarentur, vel convincerentur. *d* Præceperat patribus] *Ex.* 20. *Deut.* 5. *e* Et Jebusæi,] Septimam gentem tacet, sc. Gergesæi, quæ *sup. Deut.* 7. & *Josue ult.* nominata est. Significant autem septem vitia principalia. Unde filias eorum ducere in uxores, est vitiis, & malis operibus adhærere. *f* Duxerunt uxores] contra mandatum Domini, *Deut.* 7. *g* Obliti] non servantes legem. *h* Baalim,] interpretatur vir meus. *i* Astaroth.] factura explorationis. *k* Chusanrasathaim] interpretatur humiliatio eorum, sive tenebrosa iniquitas. *l* Mesopotamiæ,] Mesos, medium, potamus aqua: Inde Mesopotamia, quasi media inter aquas ad modum Insulæ: Et significat mundum, qui totus positus est in medio aquarum luxuriæ. Hic habitabat diabolus. *Job* 40. Sub umbra dormit, &c. *m* Octo annis.] *Gl.* Quantum scil. servierunt Baalim. Debet enim afflictio fieri secundum quantitatem culpæ. Unde *Apoc.* 18. Quantum glorificavit se, &c. *Isai.* 27. In mensura contra mensuram, &c. *Matth.* 7. In qua mensura mensi fueritis, &c. *Deut.* 25. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus. *n* Clamaverunt] *Gl.* Nisi clamassent, non suscitaretur eis Salvator. *o* Qui suscitavit, &c.] *Gloss. Aug.* Hysterologia, species, scil. hyperbaton, idest, ordo præposterus, quia prius fuit pugna, quam liberatio. Proprie hysterologia est longa sententiæ, vel litteræ suspensio. Item *Gloss. Aug.* Nota, quod hominem salvatorem dicit, per quem Deus salvat. *q* Fuitque in eo] Othoniel scil. *r* In manus ejus] quia spiritus Domini erat cum eo.
s Quadraginta annis,] *Gloss.* Magna largitas divinæ clementiæ; Octo annis servierunt pro multorum delictis, quadraginta quieverunt pro unius justitia. Item *Gloss. Aug.* Quantum temporis, scil. primordia Imperii Romani sub Numa Pompilio, tantum modo rege placato habuerunt. Sed nota, quod Hebræi sub primo judice sub istis quadraginta annis comprehendunt octo annos servitutis, & similiter sub aliis judicibus annos servitutis, & quietis conjungunt sub annis quietis, aliter non staret historia, excepto Jephte, cujus anni non adduntur annis servitutis præcedentis. *Infr.* 12. *t* Mortuus est] *Gl.* Quia scil. indignus erat populus, cum haberet talem judicem. *u* Addiderunt] Hic dicit *Josephus* factam occisionem Benjamin, de qua *inf.* 20. agitur. *x* Confortavit] *Gl* Vides, quia peccata nostra vires reddunt hostibus, vel præbent. *y* Eglon,] quando ei potestatem super Israel. *z* Copulavit] i. copulari permisit. *a* Urbem palmarum:] scil. Engaddi, vel Jericho: *b* Clamaverunt] corde, & ore. *c* Salvatorem] In temporalibus, vel liberatorem ab hostibus. *d* Ajoth,] qui interpretatur laus.

Ω *a* Jemini,

Moraliter. * *a* Satrapas Philisthinorum,] Philisthiim, potione cadentes interpretantur: Isti sunt dæmones. Chananæi, calumniantes interpretantur: Isti sunt potentes. Sidonii, venatores: Isti sunt hæretici. Hos dereliquit Dominus super terram ad exercitium, & eruditionem filiorum Israel, i. fidelium. Dæmones enim nos exercent per iniquas suggestiones: Potentes, sive tyranni per injustas exactiones: Hæretici per pravas expositiones. Hæ sunt tres turmæ Chaldæorum, quæ invaserunt animalia Job, i. Christi. Hi habitant in monte Libani, in monte Hermon usque ad introitum Emath. Libanus interpretatur candidatio: Et significat hypocritas, qui sunt albi exterius in oculis hominum, sed nigri interius in conspectu Dei, & Angelorum. *Matt.* 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos quidem a foris apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Baal interpretatur vorator: Et significat castrimargos, qui in castris ventris omnia devorant. De quibus *Lucæ* 21. Attendite vobis, ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus mundi. Hermon interpretatur anathema, & significat superbos, qui se ab aliis dividunt, ut appareant singulares. Unde superbia solet depingi singulariter cornuta, & uno pede. Habet enim duo cornua, scil. generis potentiam; & opulentiam. Primo aggreditur Deum. Unde Lucifer dixit: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo *Isai.* 14. Cum secundo impugnat proximum. Unde *Eccl.* 10. Odibilis est superbus coram Deo, & hominibus. Sed non habet nisi unum pedem. Unde cito corruit: De quo pede dicit *Ps.* 35. Non veniat mihi pes superbiæ, &c. Ibi enim ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Emath interpretatur mulcta hic, & significat infernum. Unde recte dicitur: Usque ad introitum Emath. *Is.* 14. Detracta est ad inferos superbia tua. *p* Othoniel, &c.] Othoniel interpretatur responsio Domini. Ille fuit primus judex in Israel. Nemo enim assumit sibi honorem, sed qui vocatur a Domino tanquam Aaron. *Heb.* 5. *Job* 14. Vocabis me, & ego, &c. Vocat autem Dominus quatuor modis: per inspirationem, per prædicationem, per beneficia, per flagella. Unde in *Cant.* 6. quater dicitur: Revertere. Primæ vocationi respondendum est per humilitatem. Secundæ per credulitatem. Discentem enim oportet credere. Tertiæ per gratiarum actiones. Quartæ per patientiæ fortitudinem. Othoniel frater Caleb est, qui interpretatur cor, vel canis, quia qui Prælatus constituitur, debet esse cordatus, & sagax, procul odorans subditorum necessitates, prævidens dæmonum versutias, & calliditates. Propter quod sponsæ dicitur *Cant.* 7. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum, Nasus Ecclesiæ, Prælatus est propter discretionem, quæ comparatur turri propter altitudinem vitæ, propter fortitudinem patientiæ, propter munimenta virtutum. Libani dicit propter candorem conscientiæ. Contra Damascum, i. contra diabolum, ut vel potenter elidat, vel prudenter eludat ejus versutias. Damascus enim interpretatur oculus sanguinis, & significat diabolum, qui semper habet oculum ad sanguinem, i. ad peccatum. Sic etiam filius Cenez, i. spernens mundum, ipse Prælatus, & frater Caleb, i. patiens, & providus, & sic poterit salvare Israel. *z* Et copulavit, &c.] i. superbiæ copulantur Ammon, & Amalec, i. cupiditas, & luxuria. *Greg.* Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, pondere suo mox ad aliud trahit. *d* Ajoth, &c.] Ajoth interpretatur nobilis: Gera incola, quia nobilitas morum incola est in hoc mundo, non habens hic manentem civitatem, sed futuram inquirit. *Heb.* 13. dicens cum David: Incola ego sum in terra. Ajoth dicitur Salvator, quia sic nobiles debent fieri Prælati, qui est ambidexter, quia quicquid facit, pro vita æterna facit, quæ in dextra significatur, spiritualia, & temporalia bene dispensans.

e Post

Psal. 118.

B

Sup. 1. & 4. & 6. & 10. & 14. 5 ... *minantur vers. per scientes. De pen. d.* 1. *sup. vide. Job* 1.

Ω a Jemini,] Nota quod hic Jemini debet scribi per i, & non per g. Fuit enim iste Jeminus de stirpe Benjamin, ut dicit *Magister in Historiis*, ignobilis, & vilis. Unde sæpe suis posteris legitur improperatus, ut 1. *Reg.* 22. dixit Saul: Audite me filii Jemini, &c. Et 2. *Reg.* 19. dixit David: Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam, quanto magis nunc hic filius Jemini. Hebræi dicunt, quod iste Ajoth fuit Benjamin, idest, filius Jamin, ben, idest filius, Jamin, idem est, quod Jemini, quod sonat dextralis, vel dextratus, quia utraque manu utebatur pro dextera. *b* Qui fecit] scilic. Ajoth. *c* Ancipitem] i. ex utraque parte acutum. *d* In medio] latitudinis, non longitudinis, sicut ensis. *e* Capitulum] idest, manubrium, a capiendo, vel a capite sic dictum. *f* Sagum] idest, pallium militare quadratæ formæ, quod a Gallicis primo inventum dicitur, ut dicit *Magister in historiis super Exod. in Rubrica de cortinis, & sagis.*
g In dextero femore:] idest, in dextro latere: modo accingitur in sinistro, quia non erant tunc ita edocti forte in armis, ut modo. Vel ad cautelam hoc fecit, ut videretur imperitus armorum. Vel quia ambidexter erat, non curabat, ex qua parte esset. Vel ad litteram, in dextro femore sub tunica accingitur etiam modo cultellus.
h Crassus nimis.] Alia littera habet, exilis nimis, quod dictum est ironice, ut dicit *Aug.*
h Socios,] regredientes.
i De Galgalis,] Usque illuc prosecutus fuerat socios redeuntes, & inde visis idolis regis, non potuit se continere, & reversus est ad regem. Aliqui glossant, reversus est de Galgalis, idest, ad Galgala ubi erat rex Eglon.
k Ubi erant idola,] quia rex transiens Jordanem, posuit ibi idola sua. *l* Verbum secretum] *Gloss. Aug.* Non mentitur: Factum enim verbum appellatur, & secretum a Deo sibi revelatum, & inspiratum, factum erat ei ad regem. *m* Imperavit silentium.] idest, jussit, ut omnes exirent, & sic fieret silentium. Vel dixit, taceatis, dimittatis nos loqui. *n* Verbum Domini] *Aug.* Quia præceperat ei Deus hoc facere, quem populo suo Salvatorem excitaverat. *o* Sinistram] Contra. Ambidexter erat, ergo non habebat sinistram. Solut. Sinistram habebat, sed ea utebatur, ut dextera, & ideo ambidexter dictus est. *p* Sicam] idest, gladium sic dictum a sono, quem facit, quando de vagina extrahitur. Vel est genus gladii, cujus ferrum in manubrio absconditur totum. *q* Caput] idest, capulus.
r Nec eduxit] ut periculosius esset vulnus.
s Per secreta naturæ] idest, per partem inferiorem.
t Obfirmatis] de intus, clave exterius remanente.
u Ingressi] domum, non cœnaculum.
x In æstivo cœnaculo.] quia potentes habent domum hyemalem, & æstivalem. *y* Donec erubescerent,] id est, in se confunderentur propter tam longam moram Domini in tam turpi loco. Vel quia diu solum dimi-

fissent Dominum suum. Vel quia nesciebant, quid faciebant, & quomodo erat ei. *z* Clavem,] eandem, quæ erat exterius, vel aliam secundum *Aug.*
a Dominum suum] i. corpus Domini: Synecdoche, ut legitur *Marc.* 16. Ecce locus, ubi posuerunt eum.
b Locum idolorum,] idest, Jericho ubi erant idola regis.
c In fronte gradiente.] idest, ante alios, quasi dux. *Joan* 10. dicitur de bono pastore, cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & eum sequuntur oves, quia sciunt vocem ejus. Debet etiam bonus pastor subsequi oves suas. Præcedere, exemplum boni operis dando, ut dicat cum Christo: Exemplum dedi vobis, &c. *Joan.* 13. Subsequi, exhortando. Unde *Genes.* 33. Jacob, & pueri ejus sequebantur gregem suum.
d Vada Jordanis,] locus est, per quem filii Israel transierunt in terram promissionis: Nec per alium locum poterant Moabitæ redire in terram suam, ideo occupaverunt illum filii Israel.
e Post hunc fuit Sangar] Vel Semegar, & forte melius, quod patet, quia LXX. habent Semegar, vel Sangar.
f Vomere:] Alia editio habet aratro. Unde patet, quod iste Sangar rusticanus homo fuit.
g Defendit Israel.] Quærit *Aug.* quomodo Sangar defenderit Israel, & salvaverit, cum non fuerit captivatus, vel jugo servitutis innexus. Et dicit, quod defendit, & salvavit Israel, quia hostem, qui inceperat impugnare Israel, repulit, & ita nocere non permisit. *Sup. 2. & 3. infr. 6.*

filium Gera, filii *a* Jemini, qui utraque manu utebatur pro dextera. Miseruntque filii Israel per illum munera Eglon regi Moab. *b* Qui fecit sibi gladium *c* ancipitem habentem in *d* medio *e* capulum longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subter *f* sagum in *g* dextero femore: Obtulitque munera Eglon rebi Moab. Erat autem Eglon *h* crassus nimis. Cumque obtulisset ei munera, prosecutus est *h* socios, qui cum eo venerant, & reversus de *i* Galgalis, ubi *k* erant idola, dixit ad regem: *l* Verbum secretum habeo ad te, o rex. Et ille *m* imperavit silentium. Egressisque omnibus, qui circa eum erant, ingressus est Ajoth ad eum. Sedebat autem in æstivo cœnaculo solus. Dixitque: *n* Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extenditque Ajoth *o* sinistram manum, & tulit *p* sicam de dextero femore suo, infixitque eam in ventrem ejus tam valide, ut *q* caput ferrum sequeretur in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. *r* Nec eduxit gladium, sed ita percusserat, reliquit in corpore: Statimque per *s* secreta naturæ alvi stercora proruperunt. Ajoth autem clausis diligentissime ostiis cœnaculi, & *t* obfirmatis sera, per posticam egressus est. Servique regis *u* ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt: Forsitan purgat alvum in *x* æstivo cœnaculo. Expectantesque diu *y* donec erubescerent, & videntes, quod nullus aperiret, tulerunt *z* clavem, & aperientes invenerunt *a* Dominum suum in terra jacentem mortuum. Ajoth autem, dum illi turbarentur, effugit, & pertransiit *b* locum idolorum, unde reversus fuerat: Venitque in Seirath, & statim insonuit buccina in monte Ephraim: Descenderuntque cum eo filii Israel, ipso in *c* fronte gradiente: Qui dixit ad eos: Sequimini me. Tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, & occupaverunt *d* vada Jordanis, quæ transmittunt in Moab, & non dimiserunt transire quemquam, sed percusserunt Moabitas in tempore illo circiter decem millia omnes robustos, & fortes viros: Nullusque eorum evadere potuit Humiliatusque est Moab in die illo, sub manu Israel, & quievit terra octoginta annis a præliis. *e* Post hunc fuit Sangar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sexcentos viros *f* vomere: Et ipse quoque *g* defendit Israel.

C A P. IV.

ADdideruntque *b* filii Israel facere malum in con-

E X P O S I T I O C A P. IV.

ADdideruntque *b* filii, &c.] In hoc cap. ostenditur, quomodo populus Israeliticus liberatus est per Delboram de manu Jabin regis Chanaan, qui traditi fuerant mortuo Sangar propter peccata sua. Unde dicit: Addideruntque, &c. sicut dicit *Gl.* Et propter peccata populi subtraxit eis Dominus aliquando bonos judices, & hoc sæpe fit. Unde *Is.* 57. A facie malitiæ collectus est Justus. Quandoque etiam datur malus propter peccata nostra. *Job* 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. *Osee* 13. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Et agitur hic de quarta persecutione, & quarto judice.

Ω a Post

Moral. *b* Addideruntque filii] Sangar interpretatur incola. Et significat viros bonos, & forte temporalium contemptores. De quibus 1. *Jo.* 2. Scribo vobis juvenes, quoniam fortes estis, & vicistis malignum. Isti reputant se peregrinos mundi, non cives. Unde *Ps.* 118. Incola ego sum in terra, &c. Item *Ps.* 38. Peregrinus sum sicut omnes patres mei, &c. Unde dicunt cum Apost. *Hebr.* 13. Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Sangar vivente, terra fuit in pace, quia dum tales fuerunt Prælati in Ecclesia pax fuit: nullus enim de paupertate contendit. Unde Secundus Philosophus: * Paupertas

ſpectu Domini poſt *a* mortem Ajoth, & tradidit illos Dominus in manus Jabin regis Chanaan, qui regnavit in *b* Aſor: Habuitque ducem exercitus ſui nomine Siſaram: Ipſe autem habitabat in *c* Aroſeth gentium. *d* Clamaveruntque filii Iſrael ad Dominum. *e* Nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppreſſerat eos. *f* Erat autem Delbora *g* prophetes uxor *h* Lapidoth, quæ *i* judicabat populum in illo tempore, & ſedebat ſub *k* palma, quæ *l* nomine illius vocabatur, inter Rama, & Bethel in monte Ephraim. Aſcendebantque ad eam filii Iſrael in *m* omne judicium, quæ miſit, & *n* vocavit Barach filium Abinoem de *o* Cedes Nephtalim, dixitque ad eum: *p* Præcepit tibi Dominus Deus Iſrael: Vade deſcende, & duc exercitum in montem *q* Thabor, tolleſque tecum millia pugnatorum de filiis Nephtalim, & de filiis Zabulon: *r* Ego autem adducam ad te in loco *ſ* torrentis Ciſon Siſaram principem exercitus Jabin, & currus ejus, atque omnem multitudinem, & tradam eos in *t* manu tua. Dixitque ad eam Barach: Si *u* venis mecum, vadam, ſi nolueris venire mecum, non pergam. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu *x* mulieris tradetur Siſara. Surrexit itaque Delbora, & perrexit cum Barach in *y* Cedes. Qui *z* accitis Zabulon, & Nephtalim *a* aſcendit cum decem millibus pugnatorum, habens Delboram in comitatu ſuo. *b* Aber autem Cinæus receſſerat quondam a ceteris *c* Cinæis fratribus ſuis filiis *d* Obab *e* cognati Moyſi, & tetenderat tabernacula uſque ad vallem, quæ vocabatur Sennim, & erat *f* juxta Cedes. Nunciatumque eſt Siſaræ, quod aſcendiſſet Barach filius Abinoem in monte Thabor, & congregavit nongentos falcatos currus, & *g* omnem exercitum de Aroſeth gentium ad torrentem Ciſon, Dixitque Delbora ad Barach: Surge, hæc eſt enim dies in qua *h* tradidit Dominus Siſaram in *i* manus tuas;

a Poſt mortem, Ajoth,] Non dicit poſt mortem Sangar, quia parum vixit, & parum fecit, & ideo hiſtoria parum dicit de eo. *b* In Aſor:] civitas metropolis eſt. *c* In Aroſeth, &c.] ſic vocabatur civitas quædam, quia non ab uno populo, ſed a multis gentibus incolebatur, ſicut Pariſius, ubi multi de diverſis partibus mundi conveniunt. Dicunt, quod Aroſeth eadem civitas eſt, quæ Aſor, binomia. *d* Clamaverunt] propter gravem, & longam oppreſſionem Jabin. *e* Nongentos enim] Hic ſubjungit cauſas timoris, & clamoris.
g Prophetes] *Interl.* Hoc de nullo judicum legitur. *h* Lapidoth,] qui & Barach dictus eſt.
i Judicabat,] i. conſulebat populo.
k Sub palma,] quod erat ſignum victoriæ futuræ. Palma enim datur victoribus deferenda.
l Nomine illius] ſcilic. palma Delboræ. *m* In omne judicium,] ideſt, conſilium. *n* Et vocavit Barach] virum ſuum, qui prius dictus eſt Lapidoth. Creditur enim idem fuiſſe Barach, & Lapidoth, ut dicit *Magiſter in hiſtoriis*, quia utriuſque nominis Hebræorum eadem eſt interpretatio, ſcil. coruſcatio. Tamen in libro de interpretationibus nominum dicitur, quod Barach interpretatur fulgur: Lapidoth coruſcatio, quod ſatis eſt idem.
o De Cedes Nephtalim,] i. de illa civitate, quæ eſt in Nephtalim, ideſt, in ſorte Nephtalim. *p* Præcepit tibi] per me tibi revelavit ſuper hoc voluntatis ſuæ diſpoſitionem. Totum enim exitum rei prævidit Delbora ſpiritu prophetico illuſtrata. *q* Thabor,] In hoc monte transfiguratus eſt Dominus coram Petro, Jacobo, & Joanne. *Matth.* 17. *r* Ego autem adducam ad te] Verba ſunt Delboræ loquentis ad virum ſuum in perſona Domini. *ſ* Torrentis Ciſon] Fluvius eſt, ſive torrens procedens de fonte Endor. Unde *Pſal.* 82. Fac illis ſicut Madian, & Siſaræ, ſicut Jabin in torrente Ciſon, diſperierunt in Endor, i. juxta fontem Endor.
t In manu] i. poteſtate. *u* Si venis mecum,] Septuaginta habent: Si ieris mecum, ibo, quoniam neſcio diem, in qua proſperat Dominus Angelum mecum, i. facit mecum proſpera per Angelum, ſed tu ſcire potes, cum ſis prophetes. *x* Mulieris] i. Jahel uxoris Aber.
y In Cedes.] nomen civitatis.
z Accitis] i. advocatis. *a* Aſcendit] in montem Thabor. *b* Aber autem Cinæus] vir Jahel. *c* Cinæis] de quibus dictum eſt ſupra, quod receſſerant de ſorte Benjamin in ſortem Judæ. *d* Obab] qui Eliab dicitur. *Num.* 10. *e* Cognati Moyſi,] ideſt, affinis, ſcil. fratris uxoris ſuæ. *f* Juxta Cedes.] Erat enim fœdus inter regem Aſor, & domum Aber Cinæi. *g* Omnemque, &c.] trecentorum armatorum, & decem equitum, & alios curros præter falcatos duo millia, & centum, ut dicit *Joſephus*. *h* Tradidit] i. tradere diſpoſuit. *i* In manus] Contrarium dicitur *ſup. eod.* Victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Siſara. Sol. Utrumque verum fuit. In manu Barach, i. in poteſtate ejus ad fugandum, ſed in poteſtate mulieris ad occidendum.

B

11. q. 3. Aſſm.

fecit ſanctus, i. agios, i. ſine terra, i. contemptor terrenorum. Et ideo Iſrael traditus eſt in manus Jabin regis Chanaan. Jabin interpretatur ſenſus, & ſignificat prudentiam mundi. Chanaan interpretatur negotiatio. Hujus exercitus Siſaræ committitur, i. ſuperbiæ. Interpretatur enim Siſara viſio equi, vel excluſio gaudii, equus ſuperbus eſt, & tales carent gaudio ſpirituali. *f* Erat autem Delbora] Delbora interpretatur apis, & ſignificat Sacram Scripturam, quia ſicut apis habet mel, & aculeum. Mel in promiſſione gaudii æterni. Ut ibi: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. Aculeum in comminatione ſupplicii æterni. Ubi dicit: Jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis arbor, quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur. *Matth.* 3. Dicitur etiam apis Sacra Scriptura propter humilitatem, & utilitatem, quam docet. *Eccl.* 11. Brevis eſt in volatilibus apis; Ecce humilitas, & initium dulcoris habet fructus ejus; ecce utilitas ejus. Delbora fuit prophetes, quia Scriptura bonis prophetat vitam æternam, malis pœnam æternam. *Joann.* 5. Venit hora, &c. & procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, ſcilicet, culpæ, finaliter in reſurrectionem judicii, ideſt, damnationis. Hæc eſt vera prophetia, quæ immutari non poteſt. *Apocalyp. ultim.* Conteſtor omni audienti verba prophetiæ hujus libri; Si quis appoſuerit ad hæc, ponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas, quæ ſunt in libro iſto. Delbora uxor eſt Lapidoth, qui interpretatur coruſcatio, & ſignificat vitæ ſanctæ converſationem, quia in eo, qui prælatus conſtituitur, debet ſcientia bonæ vitæ inſeparabiliter ſociari, & tunc ſecure poteſt populum judicare, & ſedere ſub palma inter Rama, & Bethel. Per palmam crux intelligitur. *Cantic. ſeptimo.* Aſcendam in palmam, &c. Fructus palmæ ſunt redemptio humani generis, reparatio ruinæ Angelicæ. Sub umbra hujus palmæ, ideſt, ſub fide crucis ſedendum eſt, ideſt, quieſcendum, per ſpei ſecuritatem. Unde *Cant.* 2. Sub umbra illius, quem deſideraveram, ſedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Rama interpretatur excelſum, & ſignificat Eccleſiam triumphantem. Bethel, domus Dei, & ſignificat Eccleſiam militantem. Inter has debet ſedere Prælatus ut triumphanti adhæreat per ſuſpendium contemplationis, & a militante nunquam recedat per exercitium bonæ actionis. Et hoc eſt, quod Jacob conjunctus eſt matrimonio, id eſt, inſeparabiliter, & Liæ, & Rachel; quia Prælatus, & debet habere ſtudium contemplationis, & exercitium bonæ actionis.
n Quæ miſit, &c] Delbora vocat Barach ad prælium, quia Sacra Scriptura invitat prælatos ad prælium contra dæmones, contra mundum, contra carnem. Contra dæmones, ubi docet humilitatem, manſuetudinem, & hujuſmodi: *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Item 1. *Petr.* 2. Subjecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. Contra mundum, ubi docet miſericordiam: *Lucæ ſexto.* Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. *Luc.* 11. Date eleemoſynam, &c. Contra carnem, ubi docet jejunium, orationem, vigilias, diſciplinas.

Moraliter. * Paupertas eſt odibile bonum, ſanitatis mater, curarum remotio, reparatrix ſapientiæ, negotium ſine damno, poſſeſſio abſque calumnia, ſine ſolicitudine felicitas. Sangar, i. prælati contemptores temporalium defecerunt. *Pſal.* Salvum me fac, Domine, quoniam de-

Ω *a* En

En *a* ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barach de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo. *b* Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus ejus, universamque multitudinem in ore gladii ad conspectum Barach in tantum, ut Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret, & Barach persequeretur fugientes currus, & exercitum usque ad *c* Aroseth gentium, & omnis hostium multitudo usque ad internecionem caderet. Sisara autem fugiens pervenit ad tentorium Jahel uxoris Aber Cinæi. *d* Erat enim pax inter Jabin regem Asor, & domum Aber Cinæi. Egressa igitur Jahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum: Intra ad me, Domine mi, intra ne timeas. Qui ingressus tabernaculum ejus, & opertus ab *e* ea pallio, dixit ad eam: Da mihi, obsecro, paululum aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit *f* utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Dixitque Sisara ad eam: Sta ante hostium tabernaculi, & cum venerit aliquis interrogans, & dicens: Numquid hic est aliquis? Respondebis: Nullus est. Tulit itaque Jahel uxor Aber *g* clavum tabernaculi, assumens pariter & malleum, & ingressa abscondite, & cum silentio posuit *h* supra tempus capitis ejus clavum; percussumque malleo defixit in cerebrum usque ad terram, qui *i* soporem morti socians, defecit, & mortuus est. Et ecce *k* Barach sequens Sisaram veniebat. Egressaque Jahel in occursum ejus, dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum, quem quæris. Qui cum *l* intrasset ad eam, vidit Sisaram jacentem mortuum, & clavum infixum in tempore ejus. Humiliavit ergo Deus in die illo Jabin regem Chanaan coram filiis Israel: Qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Jabin Regem Chanaan, donec delerent eum.

C A P. V.

CEcineruntque *m* Delbora, & *n* Barach filius Abinoen in *o* illo die, dicentes: Qui *p* sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, *q* benedicite Domino. *r* Audite reges, auribus percipite *s* principes. Ego *t* sum, ego sum, quæ Domino *u* canam, *x* psallam Domino Deo Israel. Domine, cum *y* exires de Seir, & *z* transires per regiones Edon, terra *z* mota est, cœlique, ac

a En ipse] scilicet, Dominus.

b Perterruitque] Ventus enim, & grando, & pluvia irruebant in facies eorum, ita quod fundibulæ, & arcus eorum penitus inutiles erant, plurimi etiam de equis, & curribus excussi atterebantur propter pressuram fugientium, sic converso exercitu in fugam, Sisara de curru exiliens fugit ad tentoria Jahel uxoris Aber Cinæi, quæ occidit eum, ut patet in littera.

c Aroseth] civitas.

d Erat enim pax] Antipophora est, quasi quis quæreret quomodo audebat Aber habitare ibi; quia pax erat, &c.

e Pallio,] *Septuag.* habent, pellibus.

f Utrem lactis,] idest, aquam dulcem ad modum lactis, vel etiam ipsum lac, quod naturaliter ponderosum est, ut si vellet aufugere, de facili non posset. Et quod gravius est, obdormiret, ut posset eum occidere.

g Clavum] *Septuag.* habent, palum. *h* Supra tempus] *Septuag.* habent, supra maxillam. *i* Qui soporem] scil. Sisara.

k Barach, &c.] Qui prior sequi cœperat.

l Intrasset, &c.] *Gloss.* Nota, non esse consequens, cum Scriptura dicit, virum intrare ad aliquam mulierem, quod cum ea mixtus sit, quamvis ita soleat loqui, hic ergo proprie dictum est, Intravit ad eam, idest, in domum ejus.

quoniam fortiter egit Sisaram occidendo. Hæc est tota materia hujus cantici, quod satis difficile est, & diligenti indiget attentione. Dicit ergo: [Cecinerunt,] laudem, scilicet victoriæ.

n Barach] *Gloss.* Lapidoth interpretatur fulgur. Barach fulmen, quia antequam ulcisceretur Israel, quasi fulgur resplendebat in populo meritis scil. & prærogativa operum: Postquam vero ultus est Israel, fulmen, idest, percutiens vocatus est. *o* In die illo] quo scil. mortuus est Sisara.

p Sponte obtulistis] Hic incipit canticum Delboræ, quod est jam tertium canticum in Biblia. Primum *Exod.* 15. Secundum *Deut.* 32. Et dicit *Gloss.* quod istud canticum significat illud canticum, quod cantabitur in patria, superato penitus Sisara, idest, diabolo, quando scil. hoc mortale induerit immortalitatem, & dicetur: Ubi est mors victoria tua? 1. *Cor.* 15. Cantant enim canticum Domino incipientes, cantant proficientes, & cantant pervenientes. Unde primum canticum est incipientium: Secundum proficientium: Tertium pervenientium. Primum cum tympano: Secundum cum psalterio: Tertium fit in choro. Unde *Ps.* 149. Laudent nomen ejus in choro, in tympano, & psalterio psallant ei.

21. q. 5. §. fin. in fin.

q Benedicite Domino] quasi dicat, non alii.

r Audite] *Gloss.* Sicut inferiores sunt regibus Satrapæ, ita & auribus percipere, videtur inferius esse, quam audire. Audire enim ad interiorem pertinet hominem, auribus vero percipere ad exteriorem, & corporalem auditum.

s Principes.] *Septuag.* dicunt, Satrapæ. Item nota, quod primo vocat reges, & principes ad laudem Dei, quia primi in dignitate, primi debent esse in laude Dei. Sed forte non est ita hodie: Sed potius, qui primi sunt in dignitatibus, primi sunt in sceleribus; & ideo primi erunt in pœnis. Unde sex viris discurrentibus per mediam Jerusalem ad percutiendum, dictum est a Domino: A sanctuario meo incipite. *Ezech.* 9.

t Ego sum, &c.] Repetitio signum est lætitiæ cordis, & corporis.

u Canam] corde, & ore.

x Psallam] opere.

y Cum exires, &c.] Beneficium commemorat, quod fecit Dominus Israeli: Nam, ut tradunt Hebræi, Dominus prius legem obtulit Esau, quasi primogenito, qui recipere noluit; & ideo obtulit eam Jacob minori populo, qui recepit. *Exod.* 20. Unde *Gloss.* dicit hic. Exisse dicitur Dominus de Seir, & transisse per Edom, quia Idumæis legem recipere nolentibus, dedit Judæis in monte Sinai. *z* Et transires] idest, cum ducatum præberes populo tuo exeunti de terra vicina Seir, & transeunti per regiones Edom. Simile *Deut. penult.* Dominus de Sina venit, & de Seir ortus est nobis. Vel aliter: Cum exires de Seir, idest, recederes ab Esau; terra, idest, habitatores terræ moti sunt, idest, turbati. *Ps.* 67. Deus cum egredieris in conspectu, &c. usque a facie Dei Israel, in datione scilicet legis

a Mota est,] mons Sinai, scilicet *Exod.* 19.

E X P O S I T I O CAP. V.

CEcideruntque *m*, &c.] Quintum caput in quo scribitur canticum Delboræ. Consuetudo enim fuit Judæorum antiquitus, habita victoria cantare canticum Domino in gratiarum actione. Unde *Exod.* 15. Submerso Pharaone, & exercitu ejus, dixit Moyses, & Maria: Cantemus Domino, &c. Inde est, quod Ezechias rex Juda, quia interfecto exercitu Sennacherib, non cantavit canticum, infirmatus est usque ad mortem. 4. *Reg.* 20. *Is.* 38. ideo Delbora, victo Sisara, & ejus exercitu superato, cecinit Domino canticum istud, in quo exhortatur victores ad benedicendum Dominum, rememorans beneficium Dei, quod fecit Israeli, quando dedit legem in terræmotu, & pluvia; addens, quomodo per Sangar quieverunt hostes a semitis Israel; & quomodo defecerit virtus Israel, donec surgeret Delbora, quomodo nova bella elegit Dominus, ut de viro mulier triumpharet. Addit etiam de Amalech, quem Moyses vicit. *Exod.* 17. Quem etiam iterum a Saule vincendum prophetavit. Deinde commendat eos, qui de Manasse, & Issachar, & Zabulon, & Nephtalim cum ea ad prælium descenderunt: e contrario vituperans Ruben, & Gad, & Dan, & Aser, qui venire noluerunt cum ea. Postea modum vincendi determinat, ubi ait: Stellæ pugnaverunt adversus Sisaram: Non quod fatali constellatione hoc factum fuerit, sed quia coruscationes, & fulgura de sublimi irruebant in eos, ac si stellæ fuerent de cœlo. Deinde ostendit, quid factum fuerit de mortuis, dicens, quod torrens Cison traxit cadavera Ægyptiorum. Deinde exhortationes populi sese invicem ad prælium exhortantis. Deinde dirigit sermonem ad Michaelem Archangelum, ut maledicat Angelos apostatas, qui adversabantur ei in secreto. Ultimo benedicit Jahel:

o Montes]

nubes distillaverunt aquis, *a* montes *b* fluxerunt a facie Domini, & *c* Sinai a facie Domini Dei Israel. In *d* diebus Sangar filii *e* Anath, in diebus Jahel *e* quieverunt semitæ, & qui *f* ingrediebantur per eas, ambulaverunt per *g* calles devios: *h* Cessaverunt *i* fortes in Israel, & *k* quieverunt, *l* donec surgeret Delbora, surgeret *m* mater in Israel. *n* Nova bella elegit Dominus, & *o* portas hostium ipse subvertit. *p* Clypeus, & hasta si *q* apparuerint in *r* quadraginta millibus Israel. *s* Cor meum diligit *t* principes Israel, qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, *u* benedicite Domino. Qui ascenditis super nitentes *x* asinos, & *y* sedetis in *z* judicio, & ambulatis *z* in via, *a* loquimini. Ubi collisi sunt *b* currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi *c* narrentur justitiæ Domini, & clementia in *d* fortes Israel. Tunc *e* descendit populus Domini ad *f* portas, & obtinuit principatum. *g* Surge, surge Delbora; surge, surge, & loquere canticum. Surge Barach, & apprehende captivos tuos fili Abinoem: Salvatæ sunt reliquiæ populi. Dominus in *h* fortibus dimicavit. Et *i* Ephraim delevit eos in *k* Amalech, & *l* post eum in *m* Benjamin in populos tuos, o Amalech: De *n* Machir principes descenderunt, & de Zabulon, qui exercitum ducerent ad bellandum. *o* Duces Isachar fuere cum Delbora, & Barach vestigia sunt secuti, *o* qui quasi in præceps, ac baratrum se discrimini dedit. *p* Diviso contra se *q* Ruben *r* magnanimorum reperta est contentio. *s* Quare habitas inter *t* duos terminos, ut audias sibilos *u* gregum?

a Montes] i. aliqua pars montis. *b* Fluxerunt] aquis pluvialibus. *c* Et Sinai] *Interl.* Contremuit, & fumavit, subaudi. Unde *Exod.* 19. Totus mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eo in igne, & ascendit fumus de eo quasi de fornace, eratque totus mons terribilis. *d* In diebus, &c.] de quo *sup.* 3. dictum est, quod interfecit vomere uno sexcentos viros. *e* Filii, &c.] vel Anath, ut dicunt quidam, & est verior littera. *e* Quieverunt] ab itinerantibus præoccupatæ ab hostibus. Et ideo nullus audebat ascendere in Jerusalem ad orationem, etiam in festis. Unde *Thren.* 1. Viæ Sion lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem. Sed quomodo dicuntur semitæ præoccupatæ ab hostibus tempore Sangar, & Jahel. Numquid non Sangar interfecit hostes vomere, & Jahel Sisaram; & sic tunc nullus erat hostis, qui terreret populum? Sol. Verum est, sed propter recentiam facti timebat adhuc populus, & non audebat ire per semitas in Jerusalem. Vel Sangar non plene interfecerat hostes Israel, sed tantum sexcentos, ut dicit *Gloss.* *f* Et qui ingrediebantur] i. ingredi solebant tempore pacis. *g* Per calles] divertentes a via publica propter timorem hostium. *h* Cessaverunt] i. defuerunt. *i* Fortes] scil. Moyses, & Josue, Caleb, Othoniel, Sangar.

k Quieverunt,] filii Israel non audentes pugnare. Vel illi fortes quieverunt in sinu Abrahæ. *l* Donec, &c.] De se loquitur quasi de alia, quod fit ad vitandam arrogantiam. *m* Mater] i. defensatrix. *n* Nova bella] Novo enim modo expugnavit Jericho, novo modo cepit Hai, novo modo devicit Sisaram, quia per mulierem dedit victoriam, & inermes fecit fortes, & triumphales. *o* Portas hostium] scil. regnum Jericho, & Hai, & aliorum, de quibus supra Josue dictum est. *p* Clypeus,] *Gloss.* quia nec clypeus, nec hasta inveniri poterat in Israel, quia Jabin rex Chanaan abstulerat eis arma. *q* Si apparuerint] Aposiopesis est, i. defectus sermonis est. Et debet suppleri, non credatis mihi. Simile *Job* 13. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Vel: Si, pro non, sicut ibi: Si introibunt in requiem meam. Vel hoc dicit, quia non audebant filii Israel rebellare, & ideo non apparebat hasta, & gladius. Vel quia Jabin rex Chanaan abstulerat omnia arma de Israel. Simile 1. *Reg.* 13. ubi dicitur: Faber ferrarius non inveniebatur in Israel. Caverunt enim Philisthiim, ne facerent Hebræi gladium, aut lanceam, & cum venisset dies prælii, non est inventus ensis, vel lancea in manu totius populi, excepto Saul, & Jonatha. Hanc expositionem ponit *Gloss.* *r* In quadraginta millibus] i. licet tot essent, tamen non apparuit gladius ad defendendum, vel impugnandum. *s* Cor meum] In persona Dei loquitur Delbora. Unde *Interl.* Deum inducit loquentem. *t* Principes] *Gloss.* de quibus dicitur *sup. eod.* qui sponte obtulistis animas vestras ad periculum, &c. *u* Benedicite Domino,] corde, ore, opere, q. d. vos estis digni benedicere Domino, & non alii. *x* Asinos,] Hebræus habet asinas, quia animalia feminea labori sunt aptiora, ut dicitur *Gloss.* Alia littera dicit, jumenta, per quæ mystice intelliguntur doctores legis, nitentes vita, & doctrina, super quos debet ascendere populus, & quiescere. Vel jumenta sunt corpora, quæ debent spiritui subjugari, castitatis, & pudicitiæ splendore nitentia. *Eccl.* 33. Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus servo. *y* Sedetis] super asinos scil. *z* In judicio] i. discrete affligitis.

Rom. 12. Rationabile sit obsequium vestrum. *Isai.* 28. Ponam in pondere judicium, & justitiam in mensura. *z* Ambulatis, &c.] Ad litteram, non per calles devios ut supra. *a* Loquimini.] *Gloss.* i. laudate. *b* Currus,] Sisaræ. *c* Narrentur justitiæ pro victoria data. *c* Clementia] pro liberatione populi id dicitur. *d* In fortes] i. per fortes. Vel simpliciter in fortes. *e* Tunc descendit] suffocato exercitu hostium. *f* Ad portas] tabernaculi in Jerusalem, ut ibi adoraret, & sacrificaret. *f* Principatu,] *Interl.* hoc in Hebræo non habetur. *g* Surge] Vox populi est invitantis Delboram, & Barach ad laudandum pro liberatione Israel. Vel est vox ipsius Delboræ invitantis seipsam, & virum suum ad laudem Dei. Et dicitur ter, surge, in quo notatur, quod qui vult laudare Deum, debet surgere corde, ore, & opere, & tunc est laus perfecta. Vel surgere debet a peccato cordis, oris, & operis. Vel surgere, fide, opere, perseverantia. Fides enim sine operibus mortua est. *Jac.* 2. Opus parum valet sine perseverantia. *Matth.* 10. Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit, q. d. & non alius. *Gloss.* In Hebræo non habetur, sed expergiscere spiritu, scil. prophetiæ. Perfecti enim doctores Delboram provocant, ut expergiscatur spiritu prophetiæ, & laudis. *h* In fortibus] i. per fortes. *Gloss.* In Hebræo, Dominus propter me in fortibus dimicavit, & est vox totius populi. *i* Ephraim delevit] Josue, qui fuit de Ephraim, delevit Amalechitas. *Exod.* 17. Et memorat hic præterita, & statim prophetat futura, dicens: *l* Post eum] i. Josue. *m* In Benjamin] i. Saul, qui fuit in Benjamin, delebit populos tuos, o Amalech. 1. *Reg.* 15. *k* In Amalech,] *Gloss. Ex.* 17. legitur: Fugavit Josue Amalech, & populum ejus in ore gladii. *n* De Machir] Hic commendat illos, qui de Tribu Manasse, & Isachar, & Zabulon, & Nephtalim descenderunt cum eo ad prælium. *o* Duces] *Gloss.* Quia quædam pars illorum cum Delbora ad laudandum Deum remansit; pars autem secuti sunt Barach ad populum exhortandum, & Sisaram debellandum. *o* Qui quasi, &c.] dicit *Interl.* præcipitans se in torrentem Cison, & persequens inimicos. Dicit baratrum propter voraginem, & impetum, q. d. Illi exposuerunt se periculo magno contra hostes Israel, quod non fecerunt alii, qui noluerunt venire ad pugnam. Unde quasi vituperans eos subdit:

p Diviso, &c.] quia quidam hortabantur, ut irent, alii dehortabantur. Vel diviso dicit, quia Rubenitæ diviserunt se ab illis, qui descenderunt cum Delbora ad prælium. *q* Ruben] *Gloss.* Vox Delboræ increpantis Ruben, qui imperio Domini non obtemperavit cum fratribus suis, ut debellaret inimicos, sed perterritus, & verbis Domini incredulus divisit se ab eis, & ideo magnanimus repertus est. Unde in spiritu prophetiæ increpatur sic. *s* Quare] In Hebræo non habetur duos. *r* Magnanimorum] scil. Rubenitarum qui dicuntur magnanimi, i. superbi. Vel ironice, vel propter quosdam, qui ire volebant. [Quare, &c.] o tu Ruben. *t* Inter, &c.] Hoc dicit, quia ex una parte erat Jordanis terminus inter se, & fratres suos, ex alia parte fecerat muros, & munitiones, ne vicinæ gentes possent ad eos transire. *u* Gregum?] q. d. Magis delectaris in pascendis gregibus tuis, & eorum sibilis audiendis, quam persequi inimicos Israel. Rubenitæ enim pascuis, & pecoribus abundabant, ut legitur *Num.* 32. *Gloss.* quasi greges, quibus abundas, servare cupis, & eorum sibilos potius audire delectaris, quam cum fratribus tuis occurrere inimicis, & imperio Domini superbus contradicis.

a Navibus

Diviso contra se Ruben, magnanimorum reperta est conteptio. Gad trans Jordanem quiescebat, & Dan vacabat navibus. *a* Aser *b* habitabat in littore maris, & in *c* portubus morabatur. d Zabulon vero, & Nephtalim obtulerunt animas suas morti in regione *d* Morome. Venerunt reges, & pugnaverunt: *e* Pugnaverunt *f* reges Chanaan in *g* Thane juxta aquas Mageddon, *h* & tamen nihil tulere *i* prædantes. De cœlo dimicatum est contra eos, k stellæ manentes in ordine, & cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt. Torrens Cison traxit *l* cadavera eorum, *m* torrens Cadumim, torrens Cison. *n* Conculca anima mea robustos. *o* Ungulæ equorum ceciderunt fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium. *p* Maledicite terræ *q* Meroth, dixit *r* Angelus Domini, maledicite habitatoribus ejus, quia non venerunt ad *s* auxilium Domini, in adjutorium fortissimorum ejus. Benedicta *t* inter mulieres Jahel uxor Aber Cinæi, & benedicatur in *u* tabernaculo suo. Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit *x* butyrum. Sinistram manum misit ad *y* clavum, & dexteram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite *z* vulneri locum, & *a* tempus valide perforans, inter pedes ejus *b* ruit, defecit, & mortuus est. Volvebatur ante pedes ejus, & jacebat exanimis, & miserabilis. *c* Per fenestram respiciens ululabat mater ejus, & de cœnaculo loquebatur: Cur *d* moratur regredi currus ejus? quare tardaverunt pedes quadrigarum illius? Una sapientior ceteris *e* uxoribus ejus, hæc *f* socrui verba respondit: Forsitan nunc dividit spolia, & pulcherrima feminarum *g* eligitur ei. Vestes diversorum colorum Sisuræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic *h* pereant omnes inimici tui, Domine; qui autem diligunt te, *i* sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent. k Quievitque terra quadraginta annos.

C A P. VI.

FEcerunt *l* autem filii Israel malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manu Madian septem annis, & oppressi sunt valde ab eis. *m* Feceruntque sibi antra, & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca.

a Navibus.] quia mercatores erant. Vel navibus aufugerant. *b* Aser habitabat] Ad litteram a lateribus occupaverat littora maris, ne hostes intrarent terram suam, quia immunita erat. *c* Et in portubus] Ibi enim sors sua erat. *d* Zabulon] Vituperatis Ruben, & Gad, & Aser, qui noluerunt venire ad auxilium fratrum suorum, commendat Zabulon, & Nephtalim, qui iverunt, & ceteris deficientibus, periculo se exposuerunt. *d* Morome.] quod sonat excelsum. Et dicit *Gloss.* quod non est proprium, sed appellativum. Et nota, quod in victoria, quam habuerunt Hebræi, manus eorum fuit excelsa contra hostes. Vel Morome proprium nomen est loci. *e* Pugnaverunt] contra Israel. *f* Reges] Dicit *Interl.* qui scilicet Jabin subditi erant. *g* In Thane] Hebræus in Romozache, quod interpretatur super altitudinem campi. Et significatur, quod in campo, ubi pugnabant cum hostibus, superiores facti sunt. *h* Et tamen nihil] Subsannatio, quia neque animas suas servaverunt. *i* Prædantes.] Minus dicit, & plus significat, q. d. nihil tulerunt de Israel, imo nec animas suas servaverunt: Et est sarcasmos, i. hostilis derisio. *k* Stellæ] idest coruscationes, & fulgura ita de sublimi ferebantur in illos, ac stellæ irruerent: Et est hyperbole. Quidam Mathematici intelligunt hoc quasi fatali constellatione factum. Sed male, quia talia, quæ libero arbitrio fiunt, nullo modo reguntur motu cœli. *l* Cadavera] idest, exercitus Jabin. *m* Torrens, &c.] idest, maris rubri, q. d. torrens Cison factus est torrens maris rubri, sive Cadumim. Assimilatus est ei, quia sicut mare rubeum cinxit cadavera Ægyptiorum. *Exod.* 14. Ita torrens Cison cadavera Chananæorum. Cadumim enim interpretatur antiquorum, & ponitur pro mari rubro, eo quod in ipso facta sunt antiqua miracula. *n* Conculca] *Gloss.* Vox populi sese magnanimiter exhortantis est, ut conculcet colla inimicorum suorum. Et est dictum juxta illud *Josue* 10. Ponite pedes vestros super colla eorum. *o* Ungulæ] *Gloss.* Lapidibus grandinis de cœlo missis, quasi ungulæ equorum lapidibus percussæ ceciderunt, quid putas equitibus accidisse; q. d. si grandinis lapides ungulas equorum ita percusserunt, ut caderent, quanto magis ipsos equites, qui erant super equos, cadere fecerunt. Sed filii Israel pugnantes super asinos nitentes beneficio, ad quæ nulli illæsi abierunt. *p* Maledicite] *Gl.* Michael, qui jubet per Delboram maledicere Meroth, idest, contrariæ potestati, quæ præerat Chananæis. Meroth enim interpretatur Arcanum. Ceteris enim Angelis dimicantibus pro Israel, apostatæ Angeli non solum non pugnaverunt, sed etiam adversati sunt. *q* Meroth,] qui fuit unus de principibus Chanaan. *r* Angelus] idest, Delbora, quæ se Angelum dicit, idest, nuncium Domini. Vel Michael, qui præerat Israel, quasi custos ejus, dixit, ut malediceret Meroth, quod sonat Arcanum, i. Angelis apostatis, qui adversabantur ei in Arcano, juvantes partem Jabin, cui præerant. Sic exponit illa *Gloss.* Michael, qui jubet, &c. Contrarium videtur haberi *in Epist. Judæ* 5. ubi dicitur: Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans, altercaretur de corpore Moysi, &c. dixit: Imperet tibi Dominus. Item *Zach.* 3. Increpet in te Dominus Sathan. *Eccles.* 21. Cum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Solut. Tripliciter est maledicere diabolum, scil. malum ei optare. Hoc modo non est maledictus, quia creatura Dei est. Vel tanquam malum ejus præsentiam abhorrere, hoc modo, & potest, & debet maledici. Vel maledicendus, i. malus dicendus. *s* Ad auxilium] imo contra eos venerunt. *t* Inter mulieres] sanctas, scil. Saram, Rebeccam, Rachel, Liam, & hujusmodi. *u* In tabernaculo] idest, in æterna tabernacula. Unde dicit *Interl.* [suo] i. Domini. Suum erat, & Domini: Suum quidem est, quod meruerat: Domini, quia fecerat. Vel in tabernaculo suo, idest, in familia sua: vel in tabernaculo suo, idest, pro tabernaculo, in quo Sisaram interfecit. *x* Butyrum.] idest, lac coagulatum, quod dormire facit, dedit ei in phiala Principum, idest, in vase pretioso, in quo solent bibere Principes, ut sic eum melius alliceret. *y* Ad clavum,] *Jer.* 35. hoc dicit, quia Aber Cinæus erat de genere Rechab. *z* Vulneri locum,] idest, congruum ad occidendum facilius. *a* Et tempus] Ecce locus aptus. *b* Ruit,] Sisara sc. *c* Per fenestram] *Sup. 2. & 14.* Irrisio est, q. d. mater ejus dolebit de mora ejus, causam ignorans. Et ideo de fenestra respiciens si veniret filius ejus, conquerendo dicit. *d* Cur moratur, &c.] Ululabat, quod signum est doloris. *e* Uxoribus] sc. Sisaræ. *f* Socrui] i. matri Sisaræ. *g* Eligitur ei.] quasi victori. *h* Sic pereant] Verba sunt Delboræ in persona ejus dicta, quasi dicat, ita somniabunt illæ mulieres de Sisara: Sed utinam sic esset omnibus inimicis nostris, sicut illi, & hoc est, sic pereant. *i* Sicut Sol] *Prov.* 4. Justorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit, usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa; nesciunt enim, ubi corruant. k Quievitque] Quiescit terra, dum quiescit peccatum. Movetur terra, idest, qui habitant terram, cum animas hominum movent, & conturbant peccata. *Is.* 26. Justitiam non fecimus in terra nostra; ideo non ceciderunt habitatores ejus. Dum esset justitia in terra, quievisse dicitur; dum autem crevit iniquitas, & fecerunt malum in conspectu Domini, tradidit eos in manus Madian.

E X P O S I T I O C A P. VI.

FEcerunt *l* autem] Sextum capitulum, ubi de quinto judice, sc. Gedeone. Mortua enim Delbora fecerunt iterum malum filii Israel coram Domino, qui tradidit eos in manu Madian, & Amalech, qui singulis annis ascendentes in Israel vastabant segetes eorum, & universa jumenta tradebant in prædam. Et clamavit Israel ad Dominum, qui suscitavit eis liberatorem Gedeon. Modus autem, quo electus est, & qualiter ipse vicerit Madian planus est in littera. Causam autem persecutionis aperit auctor in principio, dum dicit: *m* Fecerunt] Modum cum subjungit: In herbis cuncta, &c.

a Cumque

Cumque *a* sævisset Israel, *b* ascendebat Madian, & Amalech, cetérique Orientalium nationum, & *c* apud eos figentes tentoria, sicut erant in *d* herbis cuncta vastabant, usque ad introitum *e* Gazæ, nihilque *f* omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel: Non *g* oves, non *h* boves, non *i* asinos. *k* Ipsi enim,

a Cumque sævisset] Qui seminat de spiritu, de spiritu metet vitam æternam. *b* Ascendebat Madian,] Madian interpretatur iniquitas, sive declinans judicium. Et filii Israel, quia declinaverunt judicium Domini, traditi sunt in manus iniquitatis, i. diaboli iniqui. De quo *Job* 39. Considerabam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Ita bonus Prælatus debet facere. Amalech interpretatur lingens sanguinem, & significat diabolum, qui toto desiderio sanguinem sitit, i. peccatum. 1. *Pet*. 5. Sobrii estote, & vigilate, &c. Orientales nationes similiter sunt dæmones, qui sicut lux nati, i. creati fuerunt in Oriente, i. in cœlo empireo. *Is*. 14. Quomodo cecidisti Lucifer de cœlo, qui mane oriebaris. Per illos tres, Madian, Amalech, Orientales nationes, significantur dæmones de tribu peccatorum generibus tentantes, sc. avaritia, superbia, luxuria. Per Madian enim significantur dæmones de avaritia tentantes. Avaritia enim proprie iniquitas, i. inæqualitas dicitur. Unde *Luc*. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, i. de pecunia inæqualitatis. Per Amalech significantur dæmones, qui tentant de luxuria. Per nationes Orientales significantur dæmones, qui de superbia tentant. Hi spiritus tres, sc. spiritus superbiæ, spiritus luxuriæ, & spiritus avaritiæ, descendunt in montes, i. in Prælatos. Unde *Zach*. 11. Succidi tres pastores in mense uno, sc. superbos, luxuriosos, avaros Prælatos; hos succidit Dominus, i. succidet. Et ibi antra faciunt, & speluncas. Ibi dormiunt, ibi comedunt, ibi quiescunt. *Job* 40. Ecce Behemoth, quem feci tecum, i. sicut te, fœnum quasi bos comedet, i. luxuriosos. Huic montes herbas ferunt, i. Prælati in monte dignitatis positi, omnes bestiæ agri ludent ibi. *Habac*. 1. Ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi ejus erunt, ipse super omnem munitionem ridebit, comportabit aggerem, & capiet eam. Et *inf*. Incrassata est pars ejus, & cibus ejus electus. In hoc enim maxime laborant, ut possint illos, qui præsunt dejicere in peccatum, & facere escam sibi, quia sciunt, quod scriptum, & verum est. Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. (Zach. 13.) *Matth*. 26. Quia majoribus superatis, de facili obtinent minores. Unde *Thr*. 1. Facti sunt hostes ejus in capite. Et statim sequitur: Et parvuli ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis, sequentes Prælatos suos, qui deberent eos ducere in cœlum, & ipsi ducunt eos in infernum. Quod prævidens *Habac*. 1. dicebat: Facies hominis, quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. *c* Apud eos, &c.] Tentoria militantium sunt, & dæmones in Prælatos militant, quia per hos hodie quamplures capiunt, & seducunt, quia *Regis ad exemplum totus componitur orbis*. Sub peccatis enim Prælatorum, quasi sub arbore requiescunt peccata subditorum; non enim invenitur, qui audeant reprehendere peccata subditorum, in quibus sunt ipsi Prælati. Ipsi enim Prælati nolunt reprehendere, quia in hoc condemnarent se, secundum quod dicitur *Rom*. 2. Qui alios doces, cur teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris, &c. usque: Nomen Dei blasphematur per vos inter gentes. *Ezech*. 36. Ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini est iste. *d* In herbis, &c.] In herba dicitur esse semen, quando opus bonum est in proposito. Hoc vastare conantur dæmones quantum possunt, ne scil. bonum propositum, ad effectum perveniat. *Os*. 8. Germen non faciet farinam, quod si fecerit, alieni comedent illam, quia dæmones ipsum bonum opus, postquam factum fuerit, conantur destruere per jactantiam, aut inanem gloriam, quæ sunt species superbiæ. Unde *Aug*. Alia iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant; sola superbia bonis operibus insidiatur, ut pereant.

e Gazæ] Gaza interpretatur fortitudo, quia fortium propositum bonum aliquando impediunt dæmones. *f* Nihil omnino ad vitam pertinens, &c.] Ad vitam pertinent virtutes, opera virtutum, doctrina vivendi. Et hæc omnino destruere conantur dæmones in Israel, i. in clericis, maxime in Prælatis. *g* Non oves,] i. simplices subditos. *h* Non boves,] i. Prælatos, & prædicatores, *Prov*. 14. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est.

i Non asinos.] i. imperitos. *Job* 1. Boves arabant, & asinæ pascebantur juxta eos, irrueruntque Sabæi, & tulerunt omnia. (1. Pet. 3.) Sabæi interpretantur captivi, vel clamantes. Hi sunt dæmones, qui capti sunt in hoc caliginoso aere, quasi in carcere, ut dicit Petrus, & clamant: Si ejicis nos hinc, mitte nos in porcos. *Matth*. 8. Vel, Non asinos, i. laboratores agricolas. Hos omnes diripiunt dæmones. 4. *Reg*. 25. legitur, quod Nabuzardam reliquit in Jerusalem vinitores, & agricolas; columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, transtulit in Babylonem. Sed hoc est, quod custodes Ecclesiæ facti sunt vinitores, & agricolæ, quia de agris, & vineis est tota cura eorum. Et illi, qui erant columnæ, jam abierunt in captivitatem. Unde *Ps*. 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, &c. *k* Ipsi enim, &c.] Greges dæmonum, congeries inutilium cogitationum, quas immittunt in nobis, dicit *Gloss*. Frequenter etiam contingit, ut quis in spirituali opere multum desudans, fructus plurimos fecerit, & repleverit horrea sua fruge justitiæ, & multa bona opera condiderit in conclavi conscientiæ suæ. Sed si negligat, & post laborem proclivius ad voluptatem vergat, omnia illa bonorum semina dominante libidine corrumpentur. Ideo dictum est: Omni custodia serva cor tuum. *Prov*. 4 Custodiendum est igitur cor ab omni peccato, præcipue in tempore persecutionis. Si quis enim tunc deneget fidem, omnes justitiæ fructus amisit, nudus repente factus, & inanis, & diu quæsitus, & multo labore vix collectus, subito omnis labor effunditur, secundum illud *Ezech*. 18. Omnes justitiæ ejus, quas fecerit, &c. Oremus ergo, ut persecutionem sustinere possimus, quia tribulatio patientiam operatur [*Rom*. 5.] Patientia probationem, probatio vero spem, &c. pertendit enim probatio nostra, non solum usque ad verba, sed usque ad sanguinis effusionem, quia Christus, quem sequimur, pro redemptione nostra effudit sanguinem suum, ut inde exeamus loti in sanguine nostro. Baptismum enim sanguinis solum est, quod nos puriores reddat, quam aqua Baptismi. De quo dicitur *Luc*. 12. Baptismo habeo baptizari, quod vos nescitis. Profusionem ergo sui sanguinis baptisma nominavit. Etsi non ista docens offendo, vereor, ne baptisma istud eminentius sit illo baptismate, quod per aquam traditur, illud enim acceptum valde pauci immaculati usque ad exitum vitæ custodiunt. Hoc vero, qui baptizatus est, ultra peccare non potest. Et si temerarium non est in rebus talibus audere quicquam, possumus dicere, quod per illud baptisma peccata præterita purgantur: Per illud etiam futura perimuntur, & veniens princeps hujus mundi ad talem animam non invenit quicquam, imo sanguinis profusione sopitur, neque audet in aliquo criminari animam morte sua clarificatam, sanguine lotam. Nota *Gl*. istam, quæ dicit, quod baptisma sanguinis puriores nos reddit, quam aqua baptismi, & quod eminentius est baptisma sanguinis, quam aquæ. Hoc videtur falsum, quia baptisma aquæ omnino mundat; & a pœna, & a culpa, quod non semper baptisma sanguinis, vel si semper, tamen habemus, quod non efficitur purior homo hoc, quam illo baptismo, cum utrobique penitus a pœna, & a culpa mundetur. Præterea de baptismo aquæ dicitur *Jo*: 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. hoc non dicitur de baptismo sanguinis: Ergo eminentius est baptisma aquæ, quam baptisma sanguinis. Solut. Ad primum patet solutio per hoc, quod dicitur in fine *Gl. Hier*. enim hic dicit, quod baptisma aquæ tollit tantum præteritas culpas, baptisma vero sanguinis, & præteritas, & futuras. Baptizatus enim baptismo sanguinis, de cetero non potest peccare, sed baptizatus baptismo aquæ adhuc potest peccare. Item ut dicitur *in ead. Gl*. princeps hujus mundi veniens ad talem animam, non invenit quicquam sui, nec audet in aliquo calumniari eam morte glorificatam, & sanguine lotam, post baptismum aquæ non sic. Quantum enim calumniatur diabolus animas sic baptizatas, & nulla est, quæ se possit penitus custodire: Item baptismus sanguinis statim facit animam evolare, ut dicit quædam *Gloss*. super epistolam ad Hebræos, quod non baptismus aquæ. Et ideo purior redditur anima baptismo sanguinis, quam aquæ, quia ibi gloriosa anima fit, hic gratiosa tantum. Ad secundum dicimus, quod auctoritas Joannis sic debet intelligi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, idest, ex gratia, quæ datur in aqua a Spiritu sancto, & eadem gratia datur in baptismo sanguinis, vel forte major, quia ibi gratia consummans, hic autem gratia incipiens. Præterea illa auctoritas non facit, quod baptismus aquæ sit eminentior,

pentior, sed necessarior, ut sic loquar, & hoc verum est.
a Cum tabernaculis] ut sic moram possent facere, nec cogerentur grandine, vel pluvia recedere in domos suas.
b Locustarum] i. omnino sicut locustæ vastabant omnia. Unde: Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. (Joel. 1. 4.)

parabit grana virtutum a paleis vitiorum. Hæc recondens in horreis suis, & illa expellens in ignem æternum.
m Ut fugeret] i. ut haberet viaticum ad fugam. Et dicit *Josephus*, hoc fuisse indicium maximum divinæ propitiationis; quod utebatur torculari pro area. Futurum enim erat per eum, ut areæ, & torcularia replerentur. Vel torcular æquivocum est ad vas, in quo fit purgatio tritici, & ad domum, in qua est hoc instrumentum, & ad pressorium, in quo uvæ premuntur. (1. Reg. 12.)

B

b Locustarum] Locustæ iniqua sunt desideria.
c Multitudo hominum,] peccata aliquem colorem excusationis habentia.
d Et camelorum] peccata enormia, quæ omni excusatione carent. Hæc adducunt secum dæmones in tabernaculis suis, i. in cordibus peccatorum. Primo inutiles cogitationes, secundo prava desideria, tertio peccata minora, quarto peccata enormia, & flagitiosa.

C

Ideo cavere debemus, ne recipiamus inutiles cogitationes immissas per angelos malos, quia postea sequuntur alia tria. Unde: Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, pondere suo mox ad aliud trahit. Hoc est, quod dicitur *Joel.* 1. Residuum erucæ, &c. *Amos* 2. Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non convertam eum, eo quod dissecuerit prægnantes Galaad, i. doctores, quos dissecuit Moab, idest diabolus per pluralitatem beneficiorum.
e Humiliatusque] idest dejectus. f Virum prophetam,] idest Angelum, qui prædixit eis futura in specie viri, per quem exprobravit beneficia, quæ contulerat eis, & tamen noluerunt audire vocem ejus.

D

g Ejecitque] a terra promissionis.

& universi greges eorum veniebant cum a tabernaculis suis, & instar b locustarum universa complebant, innumera c multitudo hominum, & d camelorum, quicquid tetigerant devastantes. e Humiliatusque est Israel valde in conspectu Madian, & clamavit ad Dominum, postulans auxilium contra Madianitas. Qui misit ad eos virum f Prophetam, & locutus est: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego vos feci conscendere de Ægypto, & eduxi vos de domo servitutis, & liberavi de manu Ægyptiorum, & omnium inimicorum, qui affligebant vos. g Ejecique eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis terram eorum, & dixi: Ego Dominus Deus vester. Ne timeatis deos Amorrhæorum, in quorum terra habitatis. Et noluistis audire vocem meam. h Venit autem Angelus Domini, & i sedit sub quercu, quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Joas k patrem familiæ Ezri. Cumque l Gedeon filius ejus excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, ut m fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus n tecum, virorum fortissime. Dixitque ei Gedeon: Obsecro, mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? ubi sunt mirabilia ejus, quæ narraverunt patres nostri, atque dixerunt, de Ægypto eduxit nos Dominus? Nunc o autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manu Madian. p Respexitque Dominus ad eum, & ait: Vade in hac q fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian. r Scito, quod miserim te. Qui respondens ait: Obsecro, mi Domine, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea infirma est in Manasse, & ego minimus in s domo patris mei. Dixitque t ei Dominus: Ego ero tecum, & percuties Madian quasi unum virum. Et ille: Si inveni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum, quod tu sis, qui u loquaris ad me. Nec recedas hinc, donec revertar ad te, x portans sacrificium, & y offerens tibi. Qui respondit: Ego præstolabor adventum tuum. Ingressus est itaque Gedeon, & coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes, carnesque z ponens in canistro, & jus carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, a & obtulit ei, Cui dixit Angelus Domini: Tolle carnes, & panes azymos, & pone supra petram illam, & jus

n Dominus tecum virorum fortissime.] In hoc notatur utraque natura Episcopi. Per Dominus tecum, divinitas; per virorum fortissime, humanitas. Et dicitur Christus fortissimus, quia fortis fuit in tentatione post jejunium *Matth.* 4. contra diabolum: Fortior fuit Judæorum insidias sustinendo: Fortissimus mortem in cruce superando, & infernum spoliando.
o Nunc autem] quasi dicat, patres nostri dixerunt, quod Dominus eduxerit nos de Ægypto; ego autem dico: Nunc dereliquit nos, &c. p Respexitque] in Angelo.
q In hac fortitudine, &c.] quam scil. modo confero tibi respiciendo, vel mittendo.
r Scito] *Interl. August.* auctoritate Domini loquitur, a quo missus est. s In domo] Humilitatem prætendit, propter quod sublimari meretur. Simile 1. *Cor.* 15 Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. t Dixitque ei Dominus:] in Angelo.

Moraliter. h Venit Angelus] Angelus Domini est Prælatus. *Malach.* 2. Labia sacerdotis, &c. Qui debet subditis nuntiare quinque. Primo quid credendum, scil. duodecim articuli. Secundo quid faciendum, scil. decem præcepta: Tertio quid cavendum, scil. septem mortalia: Quarto quid timendum, scil. undecim supplicia inferni: Quinto quid appetendum, scilic. duodecim gaudia paradisi. Hæc sunt quinque verba, de quibus dicit Apostolus, 1. *Cor.* 14. In Ecclesia volo quinque verba loqui sensu meo, ut alios instruam, quam decem millia verborum in lingua.
i Hic sedit sub quercu,] idest, sub arbore crucis. Hæc tantum debet esse sedes Prælati. Unde *Cant.* 2. Sub umbra illius, quem desideravi, sedi, idest, crucis. Quæ bene dicitur esse in Ephra, quod interpretatur fructificans, quia crux affert fructus multiplices. Ad præsens duos dicimus, redemptionem humani generis, & reparationem Angelorum. Unde *Cant.* 7. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. i Et pertinebat ad Joas] qui interpretatur sperans, quia fructus non capiunt, nisi sperantes in crucem. k Patrem] i. honorabiliorem inter homines familiæ Ezri. Unde dicit hic pater non generatione, sed dignitate. l Cumque Gedeon] Gedeon interpretatur circumiens in utero: Et significat Christum, qui, ut dicit *Isidor.* in utero Virginis incarnatus, intra uterum fuit per substantiam infirmitatis, & extra mundum per potentiam divinitatis. *Jer.* 31. Novum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum. Gremio, uteri sui, dicit *Gloss.* Gedeon excutit frumenta in torculari, quia Christus in die judicii se-

u Qui loquaris] Humano more loquitur Gedeon: Vel quod tu sis Dominus: Vel quod ponitur pro quis. Et est sensus: Da mihi signum, quis tu sis, homo, vel Angelus. Et nota, quod non credidit statim, sed voluit probare quis esset. Sic fecit Josue *cap.* 5. qui dixit Angelo tenenti gladium: Noster es, an adversariorum? Sciebat enim non esse credendum omni spiritui, quia sæpe transfigurat se Angelus tenebrarum in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. Ideo dicitur 1. *Joan.* 4. Probate spiritus, utrum ex Deo sint. Et hoc nobis in exemplum relinquitur, sicut dicit B. Antonius discipulis suis.
x Portans sacrificium,] Hoc dicit, non quia vellet quærere signum in sacrificio [hoc enim esset tentare Deum] sed ad notandum, quod ante omnia sacrificandum est Domino. Sed quid est, quod Gedeon sacrificavit Domino, & non in loco electo a Domino, cum Dominus hoc prohibuisset. *Deut.* 12. Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo, quem elegit Dominus. Sol. Prohibitio illa jam cessaverat per contrariam consuetudinem. Et credendum est, quod Dominus revocaverat eam, vel occulte, vel aperte, quod patet ex eo, quod exaudiebat alibi sacrificantes, ut Eliam in monte Carmeli. 3. *Reg.* 18. Vel excusatur Gedeon, quia consilio Angeli hoc fecit, qui poterat dispensare. Dominus enim constituit non sibi, sed hominibus.
y Offerens tibi.] idest, Domino terræ. z Ponens in canistro,] vase vimineo. a Et obtulit ei.] i. præsentavit ad comedendum, quia potius putabat illum esse homi-

desuper funde. Cumque fecisset ita, *a* extendit Angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azymos. Ascenditque ignis de petra, & carnes, azymosque panes consumpsit; Angelus autem Domini evanuit ex oculis ejus. *b* Vidensque Gedeon, quod esset Angelus Domini, ait: Heu mi Domine Deus, quia vidi Angelum Domini *c* facie ad *d* faciem, Dixitque ei Dominus: *e* Pax tecum: Ne timeas, non *f* morieris: ædificavit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocavitque illud: Domini *g* pax usque in præsentem diem. Cumque adhuc esset in Ephra, quæ est familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum. *h* Tolle taurum patris tui, & alterum taurum, annorum septem, destruesque aram Baal, quæ est patris tui, & nemus quod circa aram est, succide, & ædificabis altare Domino Deo tuo in *i* summitate petræ hujus, super quam sacrificium ante posuisti, *k* tollesque taurum secundum, & *l* offeres holocaustum super struem lignorum, quæ de nemore succideris. *m* Assumptis igitur Gedeon decem viris de servis suis, *n* fecit sicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris sui, & homines illius civitatis, per diem noluit facere, sed omnia nocte complevit. Cumque surrexissent viri oppidi ejus mane, viderunt destructam aram Baal, lucumque succisum, & *o* taurum alterum impositum super altare, quod tunc *p* ædificatum erat, Dixeruntque ad invicem: Quis hoc fecit? Cumque perquirerent auctorem facti, dictum est: Gedeon filius Joas fecit hæc omnia, & dixerunt ad Joas: Produc filium tuum huc, ut moriatur, quia destruxit aram Baal, & succidit nemus. Quibus ille respondit: Numquid ultores estis Baal, ut pugnetis pro eo? Qui adversarius est ejus, moriatur antequam lux crastina veniat. Si Deus est, vindicet se de eo, qui suffodit aram ejus. Et illo die vocatus est Gedeon *q* Jerobaal, eo quod dixisset Joas, ulciscatur de eo Baal, qui suffodit aram ejus. Igitur omnis Madian, & Amalech, & Orientales populi congregati sunt simul, & transeuntes Jordanem castrametati sunt in valle Jezrael. Spiritus *r* autem Domini implevit Gedeon, qui *s* clangens buccina, *t* convocavit domum *u* Abiezer, ut sequeretur se. Misitque nuncios in universum Manassen, qui *x* & ipse secutus est eum. Et alios nuncios in Aser, & Zabulon, & Nephtalim, qui occurrerunt ei. Dixitque Gedeon ad Dominum: Si salvum facis per manum meam populum Israel, sicut locutus es, *y* ponam hoc vellus lanæ in area. Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam, quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. *z* Factumque est ita. Et de nocte consurgens, expresso vellere, concham rore complevit. Dixitque rursus ad Dominum: Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc *a* semel *b* tentavero, signum quærens in vellere: Oro, ut solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecitque Dominus nocte illa, ut postulaverat, & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

hominem, quem Angelum, vel credebat illum esse Prophetam Domini. Unde obtulit ei sacrificium suum, non quia vellet ei sacrificare, sed volebat illum esse ministrum sacrificii sui, quem credebat Deo acceptum. *a* Extendit, &c.] Patet hic, quod Angelus officium ministrantis implevit.

E

b Vidensque, &c.] Denique tunc cognovit Gedeon, quod Angelus Domini esset. Hoc enim scriptura continuo subdidit; Et vidit Gedeon, quod Angelus Domini esset. Prius enim tanquam cum homine loquebatur, quem tamen hominem Dei credidit, ut coram illo sacrificium vellet offerre, velut adjuvandus præsentia sanctitatis ejus. Vidensque Gedeon per hoc, quod evanuit. Prius enim eum eo quasi cum homine loquebatur, quia credebat illum esse hominem Dei.

c Facie] conversa scil. *d* Ad faciem.] idest, aperte. *e* Pax tecum:] Hinc sumitur salutatio Episcoporum in Missa. Simplicium vero sacerdotum sumitur, ubi dicit Angelus: Dominus tecum, vel de *Ruth* 2. ubi dixit Booz messoribus suis: Dominus vobiscum. *f* Non morieris:] hoc timebant Judæi, quia reputabant se indignos videre Angelum Domini, vel quia dixerat Dominus *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet, quod ipsi male intelligebant. Credebant enim, quod statim, ut quis vidisset Dominum, vel Angelum ejus, moreretur. Sed sensus est: Non videbit me homo, & vivet, idest, dum est in hac vita corruptibili non poterit me videre facie ad faciem. Nec est objectio de Paulo, qui raptus ad tertium cœlum vidit Dominum facie ad faciem, i. manifesta visione non ænigmatica, sicut dicit *August.* quia ipse fuit extra status mortalis hominis, i. supra. *g* Domini pax] quia in signum pacis, & reconciliationis cum Domino factum fuit.

F

G

h Tolle taurum] quem saginabant idolo suo, quem cives dedicaverunt idolo.

i In summitate] i. in capite. Vel, in summitate petræ, i. supra petram. Unde & Petro dictum est *Matth.* 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

k Tollesque] i. unum duorum.

l Et offeres] Ecce de consilio Angeli obtulit; & ideo non peccavit, quia præter tabernaculum sacrificavit.

m Assumptis igitur, &c.] qui defenderent eum, si opus esset. *n* Fecit] facere disposuit in corde suo in nocte.

o Et taurum alterum] unum de duobus.

p Ædificatum erat.] a Gedeone

q Jerobaal,] i. fortitudo Baal, quasi fortis contra Baal, a Jeros, quod est vir sive virtuosus, & Baal.

r Spiritus Domini implevit] Alia littera, induit. Et dicitur spiritus Domini, i. gratia Spiritus sancti, indumentum animæ, quia est munimentum contra frigus timoris male humiliantis, vel contra calorem amoris male accendentis. Hæ sunt enim duæ portæ inferni, ex quibus omne malum, ut dicit *Gloss.* super Psalmum illum: Incensa igni, & suffosa.

Psal. 79.

s Qui clangens] Dicit *Interl.* LXX. spiritus Domini confortavit Gedeonem.

t Convocavit] Hic habes ex diversis translationibus diversos effectus gratiarum. Induit, implet, confortat. Induit pauperes, implet humiles, confortat fragiles. Alibi dicitur quod obumbrat pœnitentes. Mariæ enim, per quam pœnitentes significantur, dictum est: Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Est igitur gratia vestis induens *Eccles.* 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. *Apoc.* 16. Beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. *Matth.* 22. Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Vel oleum replens vasa vacua 4. *Reg.* 4. de oleo Elisei. Vel est nuncius confortans eum. *Luc.* 22. Apparuit ei Angelus confortans eum, vel est umbra refrigerans *Luc.* 1. quia virtus Altissimi obumbrabit tibi. *u* Abiezer,] de cujus familia ipse erat. Dicit *Gloss.* LXX. Et vocavit post se Abiezer, qui scil. nusquam erat. Interpretatur autem patris mei auxilium. Non ergo vocavit aliquem hominem, sed patris summi videtur vocasse auxilium.

Luc. 1.

x Qui & ipse] Manasses. *y* Ponam vellus] Non hoc signum quasi incredulus petiit, sed futura prævidit mysteria, & diligenter explorat, ut amplius credat mysterium, cum intellexerit oraculum. *z* Factumque] 1. *Cor.* 1. Judæi signa quærunt. Ezechias petiit signum recursum solis, & habuit; iste petiit vellus complui, & impetrat, area sicca manente; secundo contrarium petiit, & obtinuit. Sed numquid tentavit Dominum petendo hoc certum signum? Ad hoc dicit *Isidor.* quod non. Non enim incredulus petiit hoc signum, sed futura prævidit mysteria, & diligenter explorat, ut amplius credat mysterium, cum intellexerit oraculum. Et creditur, quod Dominus suasit ei, ut hoc signum peteret propter mysterium figuratum. Achaz noluit petere signum, non ex humilitate quasi non volens tentare Deum, hoc enim bonum fuisset; sed ex superbia, qua noluit Dei virtutem manifestari. *a* Semel] Simile *Gen.* 18. dixit Abraham: Ne quæso Domine, indigneris, si loquar. Item ibidem: Obsecro te, Domine, ne irascaris, si adhuc loquar semel. *b* Tentavero, signum quærens in vellere:] probavero.

4. *Reg.* 20. & *Isai.* 38.

Isai. 7.

EXPO-

CAP. VII.

IGITUR *a* Jerobaal, qui & Gedeon de nocte consurgens, & omnis populus cum eo venit ad fontem, qui vocatur Arad. Erant autem castra Madian in valle ad Septentrionalem plagam collis excelsi. Dixitque Dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus ejus, ne glorietur contra me *b* Israel, & dicat, meis viribus liberatus sum. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica. *c* Qui formidolosus, & timidus est, revertatur. Recesseruntque de monte Galaad, & *d* reversa sunt ex populo viginti & duo millia virorum, & tantum decem millia remanserunt. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est: *e* Duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo *f* dixero tibi, ut tecum vadat, ipse pergat; quem ire prohibuero, revertatur. Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui manu, & lingua *g* lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum; qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os projicientes aquas lambuerunt trecenti viri; omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerunt aquas liberabo vos, & tradam Madian in manu tua, omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum: Sumptis itaque pro numero cibariis, & tubis omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua. Et ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle. Eadem nocte dixit Dominus ad eum: Surge, & descende in castra, quia *h* tradidi eos in manu tua. Sin *i* autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. Et cum audieris quid *k* loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer ejus in partem castrorum, ubi erant armatorum vigiliæ. Madian autem, & Amelech, & omnes Orientales populi fusi jacebant in valle, ut locustarum multitudo. Cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena, quæ jacet in littore Maris. Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo, & in hunc modum referebat, quod viderat: Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volvi, & in castra Madian descendere. Cumque pervenisset ad *l* tabernaculum, percussit illud, atque subvertit, & terræ funditus coæquavit. Respondit is, cui loquebatur: *m* Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filius Joas viri Israelitæ. Tradidit enim Dominus in manus ejus Madian, & omnia castra ejus. Cumque audisset Gedeon somnium, & interpretationem ejus, *n* adoravit, & reversus est ad castra Israel, & ait: Surgite: Tradidit enim Dominus in manus nostra castra Madian. Divisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in *o* medio lagenarum, & dixit ad eos. Quod me facere *p* videritis, hoc facite: Ingrediar partem castrorum, & quod fecero sectamini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, & conclamate Domino, & Gedeoni. Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri, qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & *q* complodere inter se lagenas. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & *r* hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus *s* lampades, & dexteris sonantes tubas, clamaveruntque, Gladius Domini, & Gedeonis, stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes, ululantesque fugerunt. Et nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant, fugientes usque ad Bethseca, & crepidinem *t* a Belmeula in Thebhat. Conclamantes autem viri Israel de Nephtalim, & Aser, & omni Manasse, persequebantur Madian. Et dedit Dominus victoriam populo Israel in die illa. Misitque Gedeon nuncios in omnem montem Ephraim, dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas usque Bethbera, atque Jordanem. Clamavitque omnis Ephraim, & præoccupavit aquas usque Bethbera. Apprehensosque duos viros Madian, Oreb, & Zeb, interfecit

EXPOSITIO CAP. VII.

IGitur *a* Jerobaal,] Cognita Domini voluntate per signum, statim Gedeon voluit implere mandatum Domini, dicit: De nocte consurgens. *b* Israel,] sicut illi, de quibus dicitur *Deut.* 32. Propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum, & dicerent: Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia. *c* Qui formidolosus,] Dicit *Gl.* Formidolosus est, qui quasi adolescentiæ vitio antequam videat mala, sola cogitatione terretur, gelidam per membra formidinem volvens, ubi non tam conspectu malorum, quam auditu, & expectatione solvatur. Ideo juxta LXX. formidolosis corde dicitur. In corde enim, & in interioribus animi defixum manet hoc vitium. Timidus autem, qui primo aspectu ad congressum trepidat, non tamen corde toto terretur, sed reparari, & animari denuo potest. Qui formidolosus] Intelligendum est, quod alia tria, quæ mandavit Dominus Moysi clamanda *Deut.* 20. Non tacuit hic Dominus, sed clamari fecit, scil. Qui plantavit vineam, & nondum fecit eam communem, revertatur. Qui ædificavit domum, & nondum dedicavit eam, revertatur. Qui desponsavit uxorem, & nondum accepit eam, revertatur. *d* Et reversa ex populo] vel reversi sunt. *e* Duc eos ad aquas,] in calore meridiei.
f Dixero tibi,] signo ostendero.
g Lambuerint] antiqua Grammatica, lamberint, nova sive moderna. Declinatur enim modo lambo lambis lambi, antiquitus lambui. Construe sic: Qui lambuerunt aquas manu, sicut canes solent lambere lingua, & superfluit conjunctio.
h Et tradidi eos] tradere disposui.
i Autem solus ire formidas,] idest, si solus descendere times.
k Quid loquantur,] Madianitæ.
l Ad tabernaculum,] Regis scilicet.
m Non est hoc] Quomodo potuit ille sic somnium interpretari? Forte Spiritu sancto revelante. Vel forte audierat, quod Gedeon volebat resistere; & ideo hoc dixit: Et bene per panem hordeaceum, & subcinericium Gedeon accipitur, quia ipse de seipso, *sup.* 6. dixerat: Ego sum infimus in domo patris mei. *n* Adoravit,] confortatus interpretatione somnii. Sed numquid credidit ipse somnio? Si sic ergo peccavit, quia scriptum est *Deut.* 18. Non inveniatur in te, qui lustret filium suum per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, aut observet somnia, si non credidit; quare ergo adoravit? Sol. Non credidit somnio, sed Domino, qui jusserat eum ire, & audire, & audito confortari. *o* In medio lagenarum.] idest, lucernas, lumen continentes. *p* Videritis,] dicit propter illos, qui prope eum erant, & eum videre poterant, vel visus ponitur communiter pro quolibet sensu, ut *Exod.* 20. Videbat populus voces.
q Complodere inter se lagenas.] Sed quomodo, cum quilibet non haberet, nisi unam? Respondeo, duo & duo ad invicem.
r Hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus] lagenas.
s Lampades, &c.] nudas.
t A Belmeula] Belmeula una dictio, a præpositio, vel Emeula civitas est, & ab præpositio.

a In

Oreb in *a* petra Oreb, *b* Zeb vero in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb, & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Jordanis.

C A P. VIII.

DIxeruntque *c* ad eum viri Ephraim: Quid est hoc, quod facere voluisti, ut nos non vocares cum ad pugnam pergeres contra Madian, jurgantes fortiter, & *d* prope vim inferentes? quibus ille respondit: Quid enim *e* tale facere potui quale vos fecistis? Nonne *f* melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer? In *g* manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb, & Zeb. Quid tale facere potui quale vos fecistis? Quod cum locutus esset *b* requievit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. Cumque *i* venisset Gedeon ad Jordanem transivit eum cum *k* trecentis viris, qui secum erant, & præ *l* lassitudine *m* fugientes persequi non poterant. Dixitque ad viros *n* Socoth. Date, obsecro, panes populo, qui mecum est, quia valde defecerunt, ut possimus *o* persequi Zebee, & Salmana Reges Madian. Responderunt principes Socoth: *p* Forsitan palmæ manuum Zebee, & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas, ut demus exercitui tuo panes? Quibus ille ait: Cum ergo *q* tradiderit Dominus Zebee, & Salmana in manus meas, & cum reversus fuero victor in pace, *r* conteram carnes vestras cum spinis, tribulisque

a In Petra Oreb,] In loco, qui ob hoc dictus est petra Oreb, qui modico apice litteræ differt ab illo Oreb, unde aquæ fluxerunt per manum Moysi. *Exod.* 17. *b* Zeb vero &c.] i. in loco dicto ab illo facto.

E X P O S I T I O CAP. VIII.

DIxerunt *c* &c.] Ut dictum est in fine cap. præcedentis, Gedeon miserat nuncios ad Ephraim, ut descenderet, & occuparet aquas usq; ad Jordanem, ne Madianitæ effugere possent. Quod & fecit Ephraim, apprehensisque duos viros Madianitas, scil. Oreb, & Zeb interfecit, & capita eorum portavit ad Gedeonem trans Jordanem. Iratusque dixit ad eum. Cur contempsisti vocare nos ad pugnam? Et respondit Gedeon: Ne forte indignemini. Melior est enim racemus Ephraim vindemiis Abiezer, q. d. minus vestrum est major, & melior omni domo patris mei; & ideo non fui ausus vocare vos ad pugnam. Præterea non debetis irasci super hac re, quia duo Reges dati sunt in manus vestras, scil. Oreb, & Zeb, quos interfecistis; unde plus fecistis, quam aliquis nostrorum. Et quievit ira Ephraim propter mansuetam responsionem Gedeonis, secundum quod dicitur *Prov.* 15. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Quo pacto transivit Gedeon Jordanem persequens Madianitas cum trecentis viris, invenitque Zebee, & Salmana cum quindecim millibus in valle quadam quiescentes, & nihil mali suspicantes, & irruit Gedeon repente super eos, & turbato exercitu eorum, Zebee, & Salmana comprehensos vivos reduxit secum in Ephraim, quos ibi interfecit. Et divisis spoliis habuit Gedeon inaures aureas de preda, de quibus fecit Ephod, & posuit in civitate sua Ephra, in quo omnis Israel postea fornicatus est, quod Gedeon, & toti domui ejus factum est postea in ruinam. Et hoc est quod dicitur in hoc capitulo: *d* Prope] i. fere. *e* Tale facere] q. d. vos plus fecistis in hoc prælio, quam nos. Iterum vos estis meliores, & nobiliores, quam ego; & ideo nolui vos vocare, quia præsumptio esset. Et ita humili responsione fregit superbiam eorum. Unde legitur in vitis Patrum, quod quædam dæmoniaca percussit quemdam Eremitam in maxillam, & ille paravit aliam, & statim diabolus coactus est exire ab ea, propter humilitatem illius. Econtrario, Roboam, quia dure respondit populo, secutus consilium juvenum, amisit majorem partem regni, 3. *Reg.* 12. *g* In manus] Non sibi, sed illis attribuit honorem pugnæ Gedeon. Juxta illud *Rom.* 12. Honore invicem prævenientes. Quod in S. Mauro, & B. Benedicto videri potest, & B. Germano, & S. Martino. *b* Spiritus eorum] i. indignatio. *n* Socoth.] civitas. *m* Fugientes] Madianitas scil. *p* Forsitan, &c.] subsannatorie, & ironice dixerunt hoc. *q* Cum ergo, &c.] assertive, accepit Gedeon, quod illi ironice dixerant. Et inde infert q. d. sic erit. *p* Ergo] i. cum tradiderit.

Ω *a* In Phanuel.

*Moral. *c* Dixeruntque, &c.] Viri Ephraim sunt prædicatores viriliter agentes, & in populo fructum facientes Domino. Hi quando vident Ecclesiam indigere prædicatione, & doctrina verbi Dei, affectantes militiam prædicationis, & zelantes Ecclesiam, sicut illi Gedeonem redarguunt, sic illi Episcopum, vel Prælatum, quando vident eum in hoc officio pigritari. Sed Prælati se excusant, respondentes cum Gedeone: Melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer, i. plus valet minima prædicatio vestra, quam nostra abundans prædicatio, vel doctrina, & sic molli responsione eorum evadunt redargutiones. Unde sequitur. *b* Et quievit, &c.] Hoc est quod dicitur *Prov.* 15. Mollis responsio frangit iram. Vel per racemum Ephraim intelligitur contemplativa, quæ una est non divisa. Unde *Cant.* 1. Introduxit me Rex in cellam vinariam, non dicit cellas, *Luc.* 10. Unum est necessarium. Per vindemias Abiezer, qui interpretatur pater meus fortis, significatur activa, quæ divisa est per curas multiplices. *Luc.* 10. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Excusant ergo se Prælati, dicentes: *f* Melior est, &c.] Melior est contemplativa, quam activa. Unde *Luc.* 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Unde & Rachel plusquam Liam dilexit Jacob, & libentius dormiebat cum ea. *Gen.* 30. Et Elcana plus Annam, quam Phenennam, & tamen utilior est activa, quam contemplativa; unde & Lia, & Phenenna fœcundæ fuerunt; Rachel, & Anna steriles. *i* Cumque] Gedeon Christus, qui transivit fluxum temporalium. *k* Cum trecentis] idest, omnibus fidem Trinitatis, & perfectionem operum habentibus. *l* Præ, &c.] Lassitudo est acedia, quia torpent aliquando socii Gedeonis, i. claustrales, & tunc opus est pane, i. verbo prædicationis, ut eo reficiantur. *Ps.* 118. Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis, q. d. lassus sum, da mihi panem, qui confirmet cor hominis, non ventrem asini. Hoc est, quod Dominus ait *Matth.* 15. Misereor super turbam, quia jam triduo perseverant mecum, & non habent, quid manducent, & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. 3. *Reg.* 19. Elias lassus invenit ad caput suum panem subcinericium, in cujus fortitudine ambulavit viam 40. dierum usque ad montem Oreb. *n* Dixitque, &c.] Socoth interpretatur tabernaculum, hoc est corpus quod est tabernaculum animæ, in quo scil. in fervore perfectionis corpus suum inhabitant, & pascunt. Viri Socoth sunt illi, qui deserviunt tabernaculo corporis sui, i. qui delicias quærunt, vel divitias congregant, ut molliter vivant. *Hebr.* 13. Habemus altare, scil. corpus Christi, de quo edere non habent potestatem, qui in tabernaculo corporis deserviunt. Et super illud: Pro iniquitate vidi tentoria, &c. dicit *Hier.* Quisquis ad opes laborat, & divitias congregat, factus est tabernaculum, in quo diabolus habitat. Ab istis divitibus quærit Gedeon, i. Christus pro populo suo lasso panem. Ad litteram: Eleemosynas petit a talibus, & ipsi non tantum non dant, sed subsannant pauperes, & derident. Unde Socoth est Ecclesia militans, quæ est tabernaculum, in quo militat Christus. Vel figuratur per tabernaculum, quod fecit Moyses in deserto. Viri Socoth sunt Prælati. Phanuel interpretatur facies Dei. Hæc est sacra Scriptura, in qua sicut per faciem homo cognoscitur, ita Deus. Viri Phanuel sunt Doctores, qui habent scientiam sacræ Script. A viris ergo Socoth, & Phanuel petit Gedeon, i. Christus pro populo suo panem verbi Dei, sed ipsi nolunt dare, sed quod pejus est derident. *Thr.* 4. Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, nec adhuc est; & ideo multi fame pereunt. Et ideo dicitur *Thr.* 2. Ecclesiæ: Leva manus tuas ad Dominum pro animabus parvulorum, quia fame pereunt in capite omnium compitorum. *Is.* 21. Occurrentes sitientes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram austri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiatorum fugerunt. Gladiatorum dicit pluraliter, quia triplex est gladius, quem fugere debemus. Gladius diaboli, mundi, & carnis, i. curiositas, vanitas, voluptas. Curiositas vult scire, vanitas quærit scientiæ ostentationem, voluptas delectationem. De hoc triplici gladio dicitur *Ezech.* 21. Duplicetur, ac triplicetur gladius. *o* Ut possit, &c.] Ecce Episcopus petit panem prædicationis, ut possit ipse, & populus suus Zebee persequi, & Salmana. Zebee interpretatur victima lupi, & significat luxuriam, per quam fit homo victima lupi diaboli. Salmana interpretatur umbra commotionis, & significat avaritiam, quæ comparatur umbræ, quia omnis terrena possessio vana est, & cito moritur, & transit umbra. *Eccl.* 34. Quasi qui apprehendit umbram, & sequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia, i. ad divitias temporales. *Jer.* 8. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. *r* Conteram carnes vestras.

* Ecce

deserti: Et inde conscendens venit in *a* Phanuel, locutusque est ad viros loci illius similia: Cui & illi responderunt, sicut responderant viri Soccoth. Dixit itaque eis: Cum reversus fuero victor in pace, destruam turrim hanc. Zebee autem, & Salmana *b* requiescebant cum omni exercitu suo. *c* Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis Orientalium populorum: cæsis centum viginti millibus bellatorum, & educentium gladium. *d* Ascendensque Gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur ad *e* Orientalem partem, *f* Nobe, & *g* Jecbaa, percussit castra hostium qui *h* securi erant, & nihil adversi suspicabantur, fugeruntque Zebee, & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. Reversensque de bello ante solis ortum apprehendit *i* puerum de viris Soccoth, interrogavitque eum nomina principum, & *k* seniorum Soccoth, & descripsit septuaginta septem viros. Venitque ad Soccoth, & dixit eis: En Zebee, & Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicentes: Forsitan manus Zebeæ, & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas, ut demus viris, qui lassi sunt, & defecerunt, panes. Tulit ergo seniores civitatis, & spinas deserti, ac Tribulos, & contrivit cum eis, atque comminuit viros Soccoth: *l* Turrim quoque Phanuel subvertit occisis habitatoribus civitatis. Dixitque *m* ad Zebee, & Salmana: Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt: Similes tui, & unus ex eis quasi filius Regis: Quibus ille respondit: fratres mei fuerunt, filii matris *n* meæ. Vivit Dominus, quia si servassetis eos, non vos occiderem. *o* Dixitque Jether *p* primogenito suo: Surge & interfice eos. Qui non eduxit gladium. Timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntque Zebee, & Salmana: *q* Tu surge, & irrue in nos, quia juxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee, & Salmana, & tulit ornamenta, ac *r* bullas, quibus colla regalium camelorum *s* decorari solent. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon: Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non *t* dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus: Dixitque ad eos: Unam petitionem postulo a vobis: *u* Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueverant. Qui responderunt: Libentissime dabimus. Expandentesque super terram pallium, projecerunt in eo inaures de præda, & fuit pondus postulatarum inaurium mille septingenti auri sicli absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus Reges Madian uti soliti erant, & præter *x* torques aureas camelorum: Fecitque ex eo Gedeon *y* Ephod, & po-

a In Phanuel] civitas. *b* Requiescebant] putantes evasisse Gedeonem, & nihil mali suspicantes. *c* Quindecim] Quia dixerat, requiescebat cum exercitu suo, posset quis dicere: cum quo exercitu, putans omnes Madianitas fuisse mortuos. Et respondet auctor: Non fuerunt omnes mortui quindecim enim millia, &c.

i Puerum] quem invenit in agris, vel in via.

Moraliter. * Ecce quid sit Doctoribus, atque Prælatis prædictum, qui nolunt dare panem prædicationis populo Christi: Conterentur spinis, idest, curis, & sollicitudinibus mundanis pungentibus, & infructuosis, sicut spinæ, & Tribuli deserti, scilicet pruritu carnis, & motibus vitiosis, & penitus infructuosi efficiuntur. Quærunt desertum, quia a Christo deseruntur, & rore gratiæ non compluuntur, nec vomere prædicationis excoluntur.

d Ascendensque Gedeon] sic prædicator ascendere, & circumire debet viam illorum, qui tabernaculo corporis deserviunt; idest, peccatorum, ut peccata eorum cognoscat, & liberius, & verius reprehendat. Unde in *Psalm.* 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam.

e Ad Orientalem] plagam: Hæc est scientia. *f* Nobe] latratus interpretatur: Hæc est eloquentia. *g* Jecbaa] torcular: Hæc est bona vita: Cum prædicator cum his tribus venit ad peccatores, de facili subvertit castra eorum.

h Qui securi erant] Tunc periculosum est, quando peccatores, securi remanent in peccatis, nec attendunt justi judicis ultionem. Unde: Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus superveniet eis interitus. (1. *Thess.* 1.)

k Et seniorum] quia ipsi fuerant auctores negationis, & subsannationis, & ideo ceteris manentibus impunitis, illi soli puniti fuerunt.

l Turrim, &c.] hæc est hypocrisis.

m Dixitque] postquam rediit in Ephraim civitatem suam, vel regionem.

n Filii matris] quasi dicat fratris mei erant uterini ex parte matris, non ex parte patris, quos occiderant Madianitæ, non hac vice, sed alias, quia sæpe ascenderant in terram Ephraim, ubi multa mala faciebant.

o Dixitque] Gedeon. *p* Primogenito] Sic Christus prælato, qui est primogenitus ejus. Habet enim duplicem portionem in divisione terræ. In ferculis dicit, ut occidat vitia. Unde *Act.* 10. dictum est Petro: Macta & manduca, idest, destrue peccata, & Ecclesiæ peccatores incorpora. *q* Tu surge] Magna superbia post mortem famam quærebant. Vel forte ex timore hoc dixerunt, malentes a forti interfici quam a debili, ut citius morerentur, & minus doloris sentirent.

r Ac bullas] torques.

s Decorari solent] Simile fecit David. 2. Reg. 12. capta Rabbath civitate Ammonitarum, tulit de capite Melchom idolo eorum diadema, & imposuit capiti suo.

t Non dominabor] Ita deberent dicere Episcopi: Non enim domini sunt, secundum quod dicitur. 1. *Petr.* 5. Non ut dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Neque enim Episcopus est nomen dignitatis, & dominii, sed officii, juxta quod dicitur. 1. *Tim.* 5. Si quis Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: Episcopari ergo, operari est, non dominari. Mentiuntur ergo quidam adulatores, qui dicunt de Episcopis, dominus Belvancesis, dominus Metensis.

C

u Date mihi] Inauris, obedientia, quam Gedeon, idest, Christus sibi postulat dari. Unde *Job ult.* legitur, quod quilibet de amicis suis dedit ei inaurem unam, & ovem unam, idest, puram, & simplicem obedientiam: Et hoc est quod hic responderunt: Libentissime dabimus. Libenter dat, qui patienter sustinet mandatum: Libentius, qui festinanter implet mandatum: Libentissime qui gaudenter. *August.* Verus obediens, qui mandatum non procrastinat, sed parat aures auditui, oculos visui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & se totum intus colligit, ut mandatum peragat imperantis.

D

E

x Torques] quas prius bullas appellavit.

y Ephod] *Gloss.* Intelligendum est, quia prius humiliatus fuit Madian: Et Gedeon in fine vitæ suæ fecit Ephod, sic Salomon omnibus hostibus superatis, in fine vitæ suæ seductus a mulieribus, apostatavit. 3. *Reg.* 11. Per prolepsim dictum est, quod fecerit Gedeon Ephod contra legem Dei ex auro, quod devictis hostibus erat ablatum, ut simul diceretur unde erat aurum, & quid de illo factum sit. Factum est enim hoc peccatum in fine dierum Gedeon, & consecuta sunt mala, quæ annectit Scriptura, postquam dixit, quot annis in diebus Gedeon quievit terra. Ephod æquivocum est ad vestem pontificalem, quæ superhumerale dicitur. *Exod.* 28. & ad aliam vestem lineam, qua utebantur simplices Levitæ, & etiam nobiles, & majores, Unde Samuel legitur habuisse Ephod lineum. 2. *Reg.* 2. & David 2. *Regum* 6. quod dicitur stola linea, vel byssina. 1. *Paral.* 15. Hic autem de veste pontificali intelligitur. Et quærit *August.* Ephod cum parvum sit, quomodo Gedeon de tanto auro fecit illud, idest, mille quingentis siclis auri, præter brachialia, & torques, & ornamenta purpurea, & bullas camelorum. Et dicit, quod per Ephod intelliguntur omnia ornamenta cetera, quæ ad cultum talem pertinent. Ipsum enim Ephod non fuit ex solo auro, sed ex hiacyntho, & purpura, & bysso, & cocco bis tincto fieri jussum est. *Exod.* 28. Vel aliter dicit, quod fecit ex eo auro Ephod, non quod totum in eo expenderit, sed quantum sufficiebat. Unde est ibi synecdoche a parte totum.

F

fuit illud in civitate *a* sua Ephra. *b* Fornicatusque est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni, & omni *c* domui ejus in ruinam. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt ultra elevare cervices, sed quievit terra per quadraginta annos, quibus præfuit Gedeon. Abiit itaque Jerobaal filius Joas, & habitavit in domo sua, habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore ejus, eo quod plures haberet uxores. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech. Mortuusque est Gedeon filius Joas in *d* senectute bona, & sepultus est in sepulchro Joas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquam autem mortuus est Gedeon, aversi sunt filii Israel, & fornicati sunt cum Baalim. *e* Percusseruntque cum Baal fœdus ut esset eis in Deum, nec recordati sunt Domini *f* Dei sui, qui eruit eos de manibus omnium inimicorum suorum per circuitum, nec fecerunt misericordiam cum *g* domo *h* Jerobaal Gedeon juxta omnia bona, quæ fecerat Israeli.

C A P. I X.

ABiit *i* autem *k* Abimelech filius Jerobaal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & omnem cognationem domum patris, matrisque suæ dicens: Loquimini ad *l* omnes viros Sichem. Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Jerobaal, an ut dominetur vobis unus vir; *m* Simulque considerate, quia os vestrum, & caro vestra sum. Locutique sunt fratres matris ejus de eo ad omnes viros Sichem universos sermones istos, & inclinaverunt cor eorum post Abimelech, dicentes: Frater noster est. Dederuntque illi septuaginta *n* pondo argenti de *o* fano *p* Baalberith. *q* Qui conduxit sibi ex eo *r* viros inopes, & vagos, secutique sunt eum. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Jerobaal septuaginta viros super lapidem unum. Remansitque Joathan filius Jerobaal minimus, *s* & absconditus est. Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & universæ familiæ urbis *t* Mello, *u* abieruntque, & consti-

Ω *a* Sua Ephra] In hoc redarguitur Gedeon, quod in civitate sua posuit Ephod, quod de spoliis hostium sibi datis fecit. Sic Prælatus si munera sibi data a subditis, in domo sua in parentibus expendat, & non in Ecclesia sua, peccat, & redarguendus est cum Gedeone. *b* Fornicatusque est] fornicatione spirituali. *c* Domui ejus] Notandum autem, quod per Ephod quod est dignius indumentum pontificis intelligitur, quod Gedeon fecit omnia indumenta pontificalia, & fecit etiam in Ephra tabernaculum, & altare, præter illud, quod erat in Silo, & factus sacerdos immolavit super illud hostias contra mandatum Domini. *Deut.* 12. propter quod offensus Dominus, omnem domum ejus fere delevit. Habuit enim septuaginta filios de uxoribus, & unum naturalem de concubina, scilicet Abimelech, qui occidit omnes fratres suos præter unum, ut melius patebit *insr.* & hoc est, quod dicit hic. Factum est Gedeoni, & omni domui ejus in ruinam. Quid ergo de his, qui faciunt de spoliis subditorum Ephod, si peccatum fuit illud facere de spoliis hostium *Eccl.* 34 Qui offert sacrificium de rapina pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Moraliter. Per Gedeon, qui spolia de præda quæsivit ad faciendum Ephod, significantur Prælati, qui Ecclesias suas accipiunt ad usuras, & sic usurarios gibbosos, idest, peccatores efficiunt occasione mutui, quod credo illicitum esse, tum propter scandalum, tum propter peccatum usurarum. *d* In senectute bona] Hoc non consuevit dicere sacra Scriptura, nisi de bonis, unde patet, quod pœnituit Gedeon in fine. *e* Percusseruntque cum Baal fœdus] modus est loquendi, idest, confœderati sunt cum Baal. Simile *Isai* 28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. *f* Domini Dei sui] Simile *Eccl.* 9. Civitas parva, & pauci in ea viri, venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio, inventusque est vir in ea pauper, & sapiens, & liberavit eam per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Idem *Gen.* 40. Succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. *g* Cum domo] imo malum pro bono reddiderunt, adhærentes Abimelech contra alios filius legitimos Gedeonis. *h* Jerobaal Gedeon] idest, vindicantis Baal, idest, de Baal. Et quod sic debeat exponi, patet per hoc, quod dicitur *Oseæ* 10. Omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salmana a domo ejus, qui vindicavit Baal in die prælii.

· EXPOSITIO CAP. IX.

ABiit *i* autem] Dictum est cap. præcedente, quomodo Gedeon petiit inaures, ex quibus fecit Ephod, cum quo populus fornicatus est, quod ei factum est in ruinam, & domui ejus. In hoc capitulo ostenditur quomodo, & a quo facta sit illa ruina, scilicet ab Abimelech: Unde, dicitur: Abiit, &c. *k* Abimelech] Iste Abimelech, sicut dictum est, fuit filius Gedeonis de concubina Diomia, quam habebat in Sichem. Hic, mortuo patre suo Gedeone, abiit ad parentes matris suæ, ut regnaret post patrem suum, consilio, & auxilio eorum. *l* Ad omnes viros Sichem] hoc scilicet, quod sequitur, quid vobis, &c. quasi dicat: Melius esset, quod unus esset rex, quam plures. Hoc autem dicebat ardens desiderio dominandi. *m* Simulque considerate] quasi dicat præterea, ego sum de genere vestro, unde melius est, quod ego sim rex, quam alius. *n* Pondo] indeclinabile est, & est genus ponderis, ut marcha vel libra sive as, duodecim uncias continens. Unde idem est pondus pondi. *o* De Fano] idest, templo. *p* Baal Berith] Nota, inclinato populo Abimelech juraverunt omnes ei fidelitatem in fano Baal, unde postea dictum est Baal Berith, idest, idolum conjurationis. Baal enim nomen est iduli, & berith interpretatur conjuratio. Prius ergo facta fuit conjuratio, & postea dederunt ei septuaginta pondo argenti, unde conducere viros inopes, & profugos ut juvarent eum contra fratres suos. Et notandum, quod Abimelech tantum fuit rex in Sichem, Saul vero in toto Israel. Unde primus rex dicitur fuisse Saul, quod quidem dicitur propter regnum universale. *q* Qui conduxit] *Interl.* sic Antichristus multos conducet muneribus, ut faveant sibi. *r* Viri inopes] Hic accipitur, inopes in malo 1. *Reg.* 22. in bono, ubi dicitur, convenerunt ad David omnes, qui erant in angustia, & oppressi ære alieno. *s* Minimus, & absconditus] & David minimus inter fratres suos, iunctus est in regem. 1. *Reg.* 16. Sæpe enim Dominus cum minoribus facit signum in bonum. Parvulos enim diligit Dominus. Unde *Luc.* 28. Sinite parvulos venire ad me, & nolite vetare: Talium enim est regnum cælorum.
t Mello] æquivocum est: Est enim Mello profunda voraga vallis. Unde 2. *Reg.* 5. legitur: Et ædificavit David civitatem a Mello, & intrinsecus, idest, a profunda voragine vallis usque sursum. Ipsa etiam civitas David postea dicta est Mello, hic autem alia civitas dicitur Mello. *u* Abieruntque, & constituerunt] *Isid.* pro parte exponit sic: Per Gedeonem intelligitur Christus. Per ejus multas uxores, diversæ nationes, ex quibus genuit septuaginta filios, propter septuaginta idiomata linguarum: Concubina Gedeonis, synagoga est, de qua genuit unum filium spurium, idest, Antichristum, quia sicut Abimelech congregavit impios ad interficiendum fratres suos, sic Antichristus congregabit impios ad occidendum Christianos. Joathan minor filius Gedeonis, qui evasit gladium Abimelech significat reliquias Israel, quæ salvæ fient, ut dicitur *Isai.* 10. Joathan post mortem fratrum ascendit in Garizim montem, scilicet benedictionem, quia in fine temporum reliquiæ Israel ascendent in montem Ecclesiæ, extra quam nullus salvabitur. Unde quicumque fuerunt extra arcam Noe in diluvio perierunt. Per ligna silvarum, significantur homines infructuosi, qui quærunt olivam, idest, gratiam Spiritus sancti, ut regnet super eos, sed non vult, quia non bene quærunt. Tantummodo enim ore quærunt, sed corde fugiunt. *Isai.* 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Per ficum, significatur lex, quia sicut ficus primo facit grossos fructus, scilicet inutiles, & postea facit dulces fructus, sic lex primo Judæos inutiles fecit, sed postea gentilitas in ea fructus dulces spiritualis intelligentiæ invenit. Per vitem significatur Christus. Unde *Joan.* 15. Ego sum vitis vera. Sicut ergo hæc tria, oliva, ficus, vitis noluerunt super ligna silva-

Mystice.

G

A

tuerunt Regem Abimelech juxta quercum, quæ stabat in Sichem. Quod cum nunciatum esset, Joathan ivit, & stetit in vertice *a* montis Garizim, elevataque voce *b* clamavit, & dixit: Audite me viri Sichem, ita ut audiat vos Deus: *c* Ierunt ligna, ut ungerent super se regem. *d* Dixeruntque olivæ: Impera nobis. Quæ respondit: Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua *e* & dii utuntur, & homines, & venire, ut inter ligna promovear? Dixeruntque ligna ad arborum ficum. Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suavissimos, & ire, ut inter cetera ligna promovear? Locuta sunt quoque ligna ad vitem. Veni, & impera nobis. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere vinum meum, quod *f* lætificat Deum, & homines, & inter ligna cetera promoveri? *g* Dixerunt omnia ligna *g* ad rhamnum. Veni, & impera super nos: Quæ respondit eis. Si vere me regem vobis constituistis, venite, & sub umbra mea requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis *h* de rhamno, & devoret cedros Libani. Nunc *i* igitur si recte, & absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, & bene egistis cum Jerobaal, & cum domo ejus, & reddidistis vicem beneficiis ejus, qui pugnavit pro vobis, & animam suam dedit periculis, ut erueret vos de manu Madian, qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios ejus, septuaginta viros super unum lapidem, & constituistis regem Abimelech filium ancillæ ejus super habitatores Sichem, *k* eo quod frater vester sit. Si ergo recte, & absque vitio egistis cum Jerobaal, & domo ejus, hodie lætemini in Abimelech, & ille lætetur in vobis. Sin autem perverse, egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello, egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & devoret Abimelech. Quæ cum dixisset, fugit, & abiit in Berara, habitavitque ibi metu Abimelech fratris sui. Regnavit itaque Abimelech *l* super Israel tribus annis. Misitque *m* Dominus *n* spiritum pessimum inter Abimelech, & habitatores Sichem. Qui cœperunt eum *o* detestari,

silvarum regnare, sic nec gratia Spiritus sancti, nec spiritualis intelligentia legis, nec Christus voluit in hominibus infructuosis, idest, sine bonis operibus habitare. Moraliter. [Abierunt, &c.] Per Abimelech significantur ambitiosi, qui dignitates appetunt, & honores, & tales proprie assimilantur diabolo, qui in celo petiit dominatum. Unde dixit *Isai.* 14. Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis Altissimo. Sic ambitiosi assimilari volunt Altissimo. Altissimus enim trinus est in personis, sed unus in essentia, ita & ipsi unicam habent essentiam, & hanc modicam, & mortalem, & non tantum tres imo decem, aut plures appetunt dignitates, vel personatus. Unde in hoc transcendunt diabolum, quia diabolus voluit assimilari Altissimo, isti superare. Et nota, quod Abimelech non fuit legitimus filius, sed spurius; & ambitiosi non sunt legitimi, sed spurii, quia non legitime per canonicam electionem, neque propter Christum eliguntur, sed prece, aut pretio, aut carnali affectione. Unde dicit Abimelech: Os vestrum, & caro vestra sum. Abimelech conduxit vagos, & inopes, sic tales postquam facti sunt Prælati beneficia conferunt vagis, qui nunquam resident in Ecclesia sua, & inopibus, qui scilicet sunt sine opere doctrinæ, quia nullam doctrinam habent, nec verbi, nec exempli. Unde recte dicitur, conduxit. Conducere enim proprie est mercenariorum, & omnes tales mercenarii sunt in veritate, non veri pastores, quia tantum lac, & lanam, idest temporalia quærunt, & non pertinet ad eos de ovibus, idest, de animabus subditorum non curant, imo certe malo exemplo eos interficiunt. Et hoc est, quod hic dicitur, quod Abimelech, & conducti ab eo 70. filios Gedeonis interfecerunt.

Moraliter. Moraliter. *d* Dixerunt, &c.] Ligna silvarum, idest, clerici sæculares vadunt, ut faciunt regem super se, idest, eligant Prælatum. Per olivam, ficum, & vitem, quæ eliguntur & non recipiunt, significantur contemplativi, sive religiosi, qui nolunt promoveri in sæculo ad prælationes. Debent enim viri religiosi esse oliva per suavitatem conscientiæ, ficus per dulcedinem, quam sentiunt in devotione mentis, vitis per hilaritatem spiritualis lætitiæ. Cum ergo bonus contemplativus non vult dimittere pinguedinem charitatis, quam habet in contemplatione, neque dulcedinem, quam habet in devotione, neque hilaritatem conscientiæ, tunc ligna silvarum, idest, mali, & infructuosi præficiunt sibi rhamnum, idest, prælatum, qui in principio mollis est, & postea indurescit, & aculeatur, & spinosus efficitur, spolians subditos sicut spina, quæ spoliat oves, quæ tangunt eam, & tandem de se emittit ignem perversæ conversationis, & se, & subditos comburit incendio infernali. *a* Montis Garizim] *Interl.* qui deputatus est ad benedictionem. *Deut.* 27.

b Clamavit] ad Sichimitas, qui convenerant ad diem festum.

c Ierunt ligna] Paradigma proponit de lignis silvarum, quæ voluerunt facere super se regem vitem, ficum, & olivam, sed illæ noluerunt. Postea venerunt ad rhamnum, qui eis acquievit. Et factus est rex super omnia ligna silvarum, qui combussit omnia, etiam cedros Libani. Postea exposuit eis paragdima dicens: Interfecistis filios Jerobaal, & filium ancillæ ejus constituistis super vos regem. Si recte egistis cum Jerobaal, & filiis ejus, bene sit vobis; si autem perverse, egrediatur ignis de rhamno, i. de Abimelech, & devoret vos, & ipsum: Et his dictis aufugit. Est autem paradigma, ut dicit *Isid.* exemplum facti, vel dicti, ex simili, vel dissimili. *e* Qua dii utuntur] Oleum enim lucet, & ardet in Ecclesia coram Deo.

f Quod lætificat] deos in oblatione, & homines in potatione.

g Dixerunt] hic dicit omnia, ut supra. *g* Ad Rhamnum] Dicit *Gloss.* Rhamnus est genus rubi, quem vulgo senticem urticam appellant, asperum nimis, & spinosum. Dicitur etiam, quod rhamnus in principio mollis est, sed postea indurescit, & vertitur in spinam, & fit rhamnus. Et secundum *Josephum* ad impetum venti ex se naturaliter ignem producit, per quod significatur Antichristus, cum omni asperitate, & feritate humanum genus vastaturus. Et exiit ignis de rhamno, idest, iniquitas de Antichristo, & omnes, qui in illo confidunt pariter cum illo devorabit. *h* Ignis de rhamno] quia talis est ejus natura. *i* igitur si] Exponit Joathan paradigma, improperans, quod malum pro bono reddiderunt patri suo, & domui ejus. *k* Eo quod frater] Quasi judicio, sive intuitu sanguinis non pietatis, vel charitatis amore constituistis eum regem super vos. Igitur peccatum est promovere parentes intuitu carnis, vel sanguinis. Hinc est, quod Dominus noluit Joseph cognatum suum substitui Judæ Scarioth in Apostolatu, licet optimus esset, sed Matthiam, qui nihil attinebat ei ex parte carnis. Unde per Psalmistam dicit: non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, &c. *Psalm.* 15.

l Super Israel] non ex toto, sed in parte, idest, super Sichimitas.

m Misitque] idest, dimisit.

n Spiritum] idest, diabolum, idest, permisit diabolo, qui est spiritus discordiæ, perturbare pacem, & seminare discordiam inter Abimelech, & Sichimitas. Sicut enim opilio canem furentem tenet vinctum, ne mordeat, vel oves, vel homines, ita Dominus tenet diabolum sævientem, ne noceat, quantum velit. Et aliquando laxat ei vincula, idest, permittit eum venire ad nos, & tentare, & aliquando decipere. Unde 3. *Reg.* 22. Quis decipiet Achab? Et dixit unus de sinistris. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et dixit Dominus: Vade, & prævalebis. Hoc enim exigebant merita ejus. Aliquando permittit corporaliter verberare sanctos, ut patet *Job* 2. & in B. Antonio. Et quanto magis vident dæmones instare diem judicii, tanto amplius sæviunt in nos scientes, quod tunc finietur potestas eis permissa in nos ad tempus. *Apoc.* 12. Væ terræ, & mari, quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam, sciens, quod modicum temporis habet. Per terram, avari; per mare, luxuriosi intelliguntur, ad quos venit principaliter diabolus, quia plures per hæc vitia seducit. Unde *Luc.* 8. dæmones ejecti rogabant Dominum, ut permitteret eos in porcos ingredi, & permisit, & impetu abiit grex per præceps in mare. *o* Detestari] Hoc notabile est, quare

cognito scelere suo auctorem sceleris detestatur. Hoc enim meretur auctor, ut odium consentientium consequatur, & vix accidit, quin illi, qui magis promoveni tales, postea non sint eis inimiciores.

a Adjuraverant] idest, cum eo conjurati fuerant, & alios conjurare fecerunt, vel, adjuverant: habent aliqui libri, & est sensus, adjuverant, ad habendum regnum.

b Adversum eum] qui similiter insidiabatur eis, sicut illi ei.

c Et dum illius] idest, Abimelech.

d Erecti] confortati.

e Uvasque calcantes] idest, vinum in doliis reponentes, vel ad terram sub pedibus conculcantes, ne eas posset habere Abimelech, qui expulsus a civitate, exercebat latrocinia super eos, tamen Zebul, quem fecerat Abimelech præpositum civitatis, adhuc erat in ea pro Abimelech.

f Quis est] ut regere debeat super nos, idest, quam vilis. *g* Et quis est iste,] i. quantus, & quam dignus est iste populus, qui est de genere Sichem regis filii Emor, qui fuit tam nobilis, q. d. populus Sichem nobilis est, & Abimelech vilis est, & ideo non debet regere super eos. Aliqui libri habent, quæ est iste Sichem, & tunc ponitur continens pro contento, idest, civitas pro civibus. Vel sic, quis est iste Sichem, idest, quam vilis est iste Sichimita ex parte matris.

h Jerobaal,] idest, nonne ipse est filius Jerobaal, qui fuit infimus in domo Abjezer quæ etiam erat infima in Tribu sua. Vel sic, nunquid ipse est filius Jerobaal? Ironice, q. d. non est filius Jerobaal, sed spurius est, & ideo non debet hæreditatem patris habere.

i Et constituit] Abimelech scilicet. *k* Super viros Emor] idest, super Sichimitas, q. d. nimis indecens, quod Abimelech spurius servum suum fecit principem super nobilem populum Sichem.

l Utinam daret] Simile 2. Reg. 15. dicebat Absalom stans in porta. Quis constituit me, ut ponte judicem?

m Sub manu mea] quod concesserunt ei, idest, ut esset dux eorum pro Abimelech. *n* Zebul] Determinat a quo dictum sit ei. *o* Et oppugnat] idest, facit conjurare cives adversum te, ut expugnet te.

& scelus interfectionis septuaginta filiorum Jerobaal, & effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum, & inter ceteros Sichimorum principes, qui eum *a* adjuraverant. Posueruntque insidias *b* adversum eum in summitate montium. Et dum *c* illius præstolarentur adventum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. Nunciatumque est Abimelech: Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transivit in Sichimam. Ad cujus adventum *d* erecti habitatores Sichem egressi sunt in agros, vastantes vineas, *e* uvasque calcantes. Et factis cantantium choris, ingressi sunt Fanum Dei sui, inter epulas, & pocula maledicebant Abimelech clamante Gaal filio Obed. *f* Quis est Abimelech *g* & quis est iste Sichem ut serviamus ei? Numquid non est filius *h* Jerobaal, & *i* constituit principem Zebul servum suum super *k* viros Emor patris Sichem? Cur ergo serviemus ei? Utinam *l* daret aliquis populum istum sub *m* manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Dictumque est Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, & veni. *n* Zebul enim princeps civitatis auditis sermonibus Gaal filii Obed iratus est valde, & misit clam ad Abimelech nuncios, dicens. Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, & *o* oppugnat adversum te *p* civitatem. Surge itaque nocte cum populo, qui tecum est, & latita in agro, & primo *q* mane *r* oriente sole, irrue super civitatem. *s* Illo autem egrediente adversum te cum populo suo, fac ei, quod potueris. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias juxta Sichimam in quatuor locis, Egressusque est Gaal filius Obed, & stetit in *t* introitu portæ civitatis. Surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. Cumque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Umbras montium vides quasi capita hominum, & *u* hoc errore deciperis. Rursumque Gaal ait: Ecce populus *x* de umbilico terræ descendit, & unus cuneus venit per viam, quæ respicit quercum. Cui dixit Zebul: Ubi est nunc os tuum, quo *y* loquebaris, quis est Abimelech, ut serviamus ei? Nonne iste est populus, quem despiciebas? Egredere, & pugna contra eum. Abiit ergo Gaal *z* expectante Sichimorum populo, & pugnavit contra Abimelech, qui persecutus est eum fugientem, *a* & in urbem compulit. Cecideruntque *b* ex parte ejus plurimi usque ad portam civitatis. Et Abimelech sedit in *c* Ruma. Zebul autem Gaal, & socios ejus expulit de urbe, nec in ea passus est commorari. Sequenti ergo die *d* egressus est populus in campum. Quod cum nunciatum esset Abimelech, tulit exercitum suum, & divisit in tres turmas tendens insidias in agris. Vidensque quod egrederetur populus de civitate, surrexit, & irruit in eos cum cuneo suo oppugnans, & obsidens civitatem. Duæ autem turmæ *e* palantes per campum *f* adversarios persequebantur. Porro Abimelech *g* omni illo die oppugnabat urbem, quam cepit interfectis habitatoribus ejus, ipsaque destructa, ita ut *h* sal in ea dispergeret. Quod cum audissent, qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt fanum Dei sui Berith, ubi *i* foedus cum eo pepigerant, *k* & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. Abimelech quoque audiens viros *l* turris Sichimorum pariter conglobatos, ascendit in montem Selmon cum omni populo suo, & arrepta securi præscidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videtis facere, cito facite: igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebantur ducem. Quos circundantes præsidium succenderunt, atque ita factum est ut fumo, & igne mille homines necarentur, viri pariter ac mulieres habitatorum turris Sichem. Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circundans obsidebat exercitu. *m* Erat autem turris excelsa in media civitate, ad quam confugerant simul viri, ac mulieres, & omnes principes civitatis clausa firmissime janua, & super turris tectum stan-

p Civitatem] Sichem scilicet.

q Primo mane] idest, valde mane, scilicet.

r Oriente sole] idest, veniente ad ortum. Sic exponit Evangelium *Marci ult.* Et valde mane, orto jam sole, idest, veniente ad ortum. Mane autem dicitur tempus, quod est terminus noctis, & initium diei. *s* Illo autem] Gaal, scilicet. *t* Introitu] & Zebul cum eo. *u* Et hoc errore] mentietur proditor. *x* De umbilico] idest, de valle: vel quia umbilicus est eminentior pars ventris, commodius exponitur de umbilico terræ, idest, de tumore montis, qui eminebat terræ.

y Quo loquebaris] scilicet, quis est Abimelech.

z Expectante] idest, non cum eo descendente ad pugnam contra Abimelech.

a Et in urbem compulit] Sichem.

b Ex parte ejus] Gaal.

c In Ruma] locus est juxta civitatem.

d Egressus est populus] Sichimæus.

e Palantes] idest, vagantes.

f Adversarios] Sichimitas.

g Omni illo die] idest, toto.

h Ut sal in ea] in signum perfectæ destructionis, quia sal sterilem reddit terram, hoc fecit Cæsar Teruanæ, unde Teroana dicitur quasi terra vana. Ecce ignis de quo dixerat Joathan. Egredietur ignis de rhamno, idest, iniquitas de Abimelech, & dejiciet cedros Libani, idest, Sichimitas nobiles.

i Foedus cum eo] idest, Abimelech.

k Et ex eo locus nomen] idest, ex illa conjuratione nomen acceperat Baalberith, ut dictum est.

l Turris Sichimorum] quæ erat in Sichem. Tamen *Josephus* dicit profugos per provinciam congregatos super terram munitissimam, nitentes eam munire. Quod videns Abimelech, ascendit in montem Selmon, & succendit præsidium illud, & igne, & fumo perierunt in eo mille viri præter mulieres, & parvulos.

m Erat autem turris excelsa in media] ostendit, quid dixerit

res per propugnacula. Accendensque Abimelech juxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur. Et ecce mulier una fragmentum molæ desuper jacens, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum ejus. Qui vocavit cito Armigerum suum, & ait ad eum: *a* Evagina gladium tuum, & percute me, ne forte dicatur, quod a femina interfectus sim. Qui jussa perficiens, interfecit eum. Illoque mortuo, omnes qui cum eo erant Israel, reversi sunt in sedes suas: Et reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum *b* interfectis *c* septuaginta fratribus suis. *d* Sichimitis quoque quod *e* operati erant, retributum est, & venit super eos maledictio Joathan filii Jerobaal.

C A P. X.

POST *f* Abimelech surrexit Dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimelech vir *g* de Isachar, qui habitavit in *h* Sanir montis Ephraim, & *i* judicavit Israel viginti, & tribus annis, mortuusque est, ac sepultus in Sanir. *k* Huic successit Jahir Galaadites, qui judicavit Israel per viginti, & duos annos, habens triginta filios sedentes super triginta pullos *l* asinarum, & principes triginta civitatum, quæ ex nomine ejus appellatæ sunt *m* Avothiair, idest, oppida Jajor usque in præsentem diem in terra Galaad. Mortuusque est Jair, ac sepultus in loco, cui est vocabulum. Chamon. Filii autem Israel peccatis veteribus *n* jungentes nova fecerunt malum in conspectu Domini, & servierunt idolis Baalim, & Astaroth, & diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philistiim: dimiseruntque Dominum, & non colebat eum. Contra quos Dominus *o* iratus, & tradidit eos in *p* manus Philistiim, & filiorum Ammon, afflictique sunt, & vehementer oppressi per annos decem, & octo omnes, qui habitabant trans *q* Jordanem in terra Amorrhæi, quæ est in Galaad, in tantum, ut filii Ammon Jordane *r* transmisso vastarent *s* Judam, Benjamin, & Ephraim, *t* Afflictusque est Israel nimis: Et *u* clamentes ad Dominum dixerunt: *x* Peccavimus tibi, quia *y* dereliquimus Dominum Deum nostrum, & servivimus Baalim. Quibus locutus est Dominus: Nunquid non Ægyptii, & Amorrhei filiique Ammon, & Philistiim, Sidonii quoque, & Amalech, & Chanaan oppresserunt vos, & *z* clamastis ad me, & erui vos de

rit oppidum Thebes turrim, scilicet illam excelsam quæ erat in media civitate. Et nota, quod a Thebis Ægyptiorum dicuntur Thebæi: Inde fuit legio Thebæorum, scilicet Mauritii, & sociorum ejus. A Thebis Judæorum Thebitæ: Inde fuit Elias Thesbites. A Thebis Græcorum Thebani: Ibi habemus nos modo conventum.

a Evagina] Simile 1. *Reg.* 31. dixit Saul ad Armigerum suum: Percute me gladio tuo, ne forte incircumcisi isti illudant mihi viventi, & postea interficiant me, & noluit Armiger. [1.Reg. 31.2.] *b* Interfectis] idest, interficiendo. *c* Septuaginta] idest, fratres suos. *d* Sichimitis] *Josephus* dicit hoc accidisse eis, [2. Regum. 2. Paralip. 10.] ideo quia jurgati sunt contra Gedeonem ad vada Jordanis, *supr.* 8. Magnum enim peccatum est objurgatio, maxime contra Prælatum. Unde Maria propter objurgationem contra Moysen percussa fuit lepra, *Numer.* 12. *e* Operarii erant] Qui Abimelech elegerunt.

A

EXPOSITIO CAP. X.

POst *f* Abimelech] Hic ostenditur, quis successit Abimelech, scil. Thola filius Phua patrui Abimelech, qui judicavit Israel 23. annis. Et quærit *Aug.* quomodo Phua fuerat patruus Abimelech, cum non fuerit frater Gedeonis, quia Gedeon fuit de Manasse, Phua vero de Isachar, ut dicitur in littera ad hoc dicit *Aug.* quod Gedeon, & Phua fratres fuerunt unius matris filii, & duorum patrum, quorum alter de Manasse, scilicet pater Gedeonis, alter de Isachar, scilicet pater Phua, & ita secundum hoc oportuit, quod eadem mulier fuerit uxor alicujus non de sua Tribu. Contra *Num. ult.* Omnes viri ducant uxores de Tribu sua, & cunctæ feminæ maritos de eadem Tribu: ergo non potuit secundum legem una mulier fuisse uxor duorum virorum de diversis Tribubus. Ad hoc dicit *Aug.* quod feminæ nubere poterant viris alterius Tribus. Unde Saul, qui erat de Benjamin, dedit filiam suam David, qui erat de Tribu Juda. 1. *Reg.* 18. Et Jojada sacerdos de Tribu Levi habuit uxorem Josabeth filiam Joram regis Juda 2. *Paral.* 22. Sed secundum hoc videtur, quod Sancti non bene probant, quod B. Virgo fuerit de Tribu Juda, eo quod fuit uxor Joseph, ex quo Joseph poterat ducere uxorem de alia Tribu. Præterea auctoritas in *Numeris* contraria videtur aperte, quæ dicit: Cunctæ feminæ ducant maritos de eadem Tribu, non de alia. Ad hoc dicendum, quod intelligitur lex de feminis, ad quas paterna hæreditas devolvebatur, scil. quæ non habebant fratres, qui succederent patribus. Aliæ bene poterant nubere viris alterius Tribus, quia cum illis non transibat hæreditas: Beata autem Virgo fratres non habuit, & ad eam spectabat hæreditas patris, quare oportuit, quod de eadem Tribu esset, de qua & Joseph, cui nupsit, & sic bene probant Sancti. Idem patet in filiabus Salphaad, quæ non poterant nubere viris nisi de Tribu sua, quia non habebant fratres. *Num. ult.* [Abimelech] Ergo Abimelech fuit judex. Contra, præter illum fuerunt duodecim, scilicet, Othoniel, Ajoth, Sangar, Delbora, Gedeon, Thola, Sair, Jephte, Abessan, Ajalon, Abdon, Samson: Et non fuerunt nisi duodecim judices, ut dicunt Sancti; ergo Abimelech non fuit judex. Item *Eccles.* 46. ubi laudantur judices Israel, non fit mentio de Abimelech, sed de aliis: ergo non fuit judex. Solutio. Duodecim fuerunt judices Israel, qui non habuerunt cor corruptum, & illi numerantur in Ecclesiastico. Abimelech habuit cor corruptum, & ideo non numeratur ibi, nec fuit de duodecim, sed tamen fuit judex qualiscunque. Vel non fuit judex, sed rex: & tunc expone, [Post Abimelech,] idest, mortuo Abimelech. [supr. 6. & 1. & 4. & 6. & infra 3.]

C

g De Isachar] De Tribu Isachar.

h In Sanir] Civitas in monte Ephraim.

i Et judicavit] Consilia dando. *k* Huic successit] idest, fuit judex post ipsum.

l Pullos asinarum] Idest, equitaturas, sive asinas, sive equos, & forte mulos habebant, quos vocat pullos asinarum.

m Avothiair,] Avoth interpretatur oppidum, & Galaad. In *Num.* 32. dicitur, quod Jar filius Manasse occupavit vicos, quos vocavit nomine suo Avothiair, idest, villas Jair. Sed sciendum, quod ille alius Jair fuit quam iste, & alia oppida. Non enim probabile est, quod tantum vixerit unus homo; neque verisimile est, quod ibi fuerit anticipatio hujus facti, neque hic recapitulatio: Nimia enim esset utraque.

n Jungentes nova] Et ideo plus peccantes, quia alias peccaverant & pœnituerant, & dimissum fuit eis.

o Iratus est Dominus] Ecce pœna, quæ sequitur culpam.

p In manus] Unde dicit *Aug.* Dei tanta justitia est, quod nec ad modicum sinit dedecus peccati esse sine dedecore vindictæ. *q* Trans Jordanem] Scilicet duæ Tribus, & dimidia, idest, Ruben, Gad, & dimidia Manasse.

r Transmisso] idest, transito. *s* Judam] i. terram Judæ, & Benjamin, & Ephraim. *t* Afflictusque est Israel nimis] idest, ultra vires. *u* Et clamantes ad Dominum] corde, & ore. *x* Peccavimus tibi] i. contra te, i. contra mandata tua. Vel tibi, idest, coram, i. te sciente, & ulciscente. *y* Quia dereliquimus, &c.] *Jer.* 2. Duo mala fecit populus meus; dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas. Sed nonne idem peccatum est avertere se a Deo, & convertere se ad creaturam? Sic. Sed hic dicuntur duo, quia dereliquerunt Deum, dicitur hic dimittere mandata, & cæremonias, ad quæ tenebantur, & ita erat omissio. Quia autem serviebant idolis, erat transgressio, aliud peccatum, & numero, & specie.

z Et clamastis ad me, &c.] Improperat eis, quod post peccata dimissa iterum peccaverant. Unde patet, quod plus peccat, qui post dimissa peccata, & actam pœnitentiam iterum relabitur in peccatum. Unde *Joan.* 5. Ecce sanus factus es, jam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

a Et tamen reliquistis] Cultum meum. *b* Deos alienos] Colendo eos. *c* Idcirco non] Simpliciter nisi sub conditione, idest, nisi penitueritis. Vel non addam, statim. Vel non addam, ut ultra liberem vos existentes tales, quales modo estis. Simile *Matth.* 20. Sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, existentibus

tibus talibus, scilicet. *d* Ite, & invocate] Improperando dicit. Simile *Deut.* 32. Ubi sunt dii eorum, surgant, &c.

e Peccavimus, &c.] Peccasse nos confitemur, & pœnitemus.

ter sicut voverat. Exinde increvit mos in Israel ut annuatim conveniant filiæ Israel, & plangant filiam Jephte quatuor diebus. Notandum autem quod quidam aliter narrant historiam istam. Dicunt enim quidam, quod pater Jephte habuit uxorem legitimam, de qua habuit filios legitimos, qui facti majores, ejecerunt Jephte quasi spurium de terra sua. In hoc autem est diversitas, quod primo dictum est, quod filii Jephte ejecerunt eum de terra sua, & ita dicit *Magister in historiis*. Secundo dictum est, quod fratres ejus ejecerunt eum, & hoc ait *Archiep. Cantuariens.* & *Andreas Credo*.

manu eorum? Et tamen *a* reliquistis me, & coluistis *b* deos alienos. *c* Idcirco non addam, ut ultra vos liberem. *d* Ite, & invocate Deos, quos elegistis: Ipsi vos liberent in tempore angustiæ. Dixeruntque filii Israel ad Dominum: *e* Peccavimus, redde tu nobis *f* quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis *g* alienorum deorum idola projecerunt, & servierunt Domino Deo, qui *h* doluit super miseriis eorum. Itaque filii Ammon *i* conclamantes in Galaad fixere tentoria, contra quos congregati filii Israel in Maspha castrametati sunt. Dixeruntque principes *k* Galaad singuli ad proximos suos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

C A P. X I.

FUIT *l* itaque illo in tempore Jephte *m* Galaadites vir fortissimus, atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui *n* natus est de Galaad. *o* Habuit autem Galaad uxorem, de qua suscepit filios, qui postquam creverant, ejecerunt Jephte, dicentes: Hæres in *p* domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre generatus es. Quos ille fugiens atque devitans habitavit in *q* terra Thob. Congregatique sunt ad eum viri *r* inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. In illis diebus pugnabant filii Ammon contra Israel, *s* quibus acriter instantibus perrexerunt majores natu de Galaad, ut *s* tollerent in auxilium sui Jephte de terra Thob. Dixeruntque ad eum: Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon, *t* quibus ille respondit: Nonne vos estis, qui odistis me, & ejecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me *u* necessitate compulsi? Dixeruntque principes Galaad ad Jephte: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, ut proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium, qui habitant in Galaad. Jephte quoque dixit eis: Si vere *x* venistis ad me, ut pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero princeps vester. Qui responderunt ei: Dominus, qui hæc audit, ipse *y* mediator, *z* ac testis est, quod nostra promissa faciemus. Abiit itaque Jephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus *a* principem sui. Locutusque est Jephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha: Et *b* misit

f Quicquid, &c.] Ita debemus nos rogare Deum, ut quantamcumque voluerit pœnam temporalem nobis inferat pro peccatis, dummodo liberet ab æterna. Unde *Aug.* super illud: Domine, ne in furore, &c. Domine, hic ure, hic seca, dummodo in futuro parcas. *g* Alienorum deorum] Sic facit vere pœnitens, omnes circumstantias peccatorum, & etiam actiones a se abjicit. *Isai.* 14. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem, & germen, idest, peccatum, & omnes circumstantias ejus; nomen, idest, nominationem; reliquias, cogitationem ad delectationem; progeniem, idest, opus; germen, idest, voluntatem.

h Doluit] idest, ad modum dolentis se habuit misertus in hoc quod miseriis eorum subvenit. Et est antropospathos, idest, figura, secundum quam humana passio Deo attribuitur. Antropos enim homo, & pathos passio. Et frequens est illa figura in sacra Scriptura *Gen.* 6. Pœnitet me fecisse hominem. *i* Conclamantes] Ut fit in expeditionibus. *k* Galaad] Terræ illius.

m Galaadites] idest, de Galaad. Et nota, quod Galaad æquivocum est ad quatuor. Galaad enim terra est. Item quidam de filiis Manasse, dictus est Galaad. Item populus descendens ab illo. Item pater Jephte. Et si inveneris forte alicubi nomen patris Jephte, scito, quod binominus fuit. *n* Qui natus est de Galaad.] Terra, vel viro. *o* Habuit autem Galaad] Duobus modis exponitur, secundum quod duobus modis dicta est historia. Primo modo sic: Habuit Galaad uxorem, Jephte habuit uxorem Galaad, idest, in Galaad terra illa. Secundo modo sic: Galaad, scilicet pater Jephte, habuit uxorem de qua suscepit filios, qui ejecerunt Jephte, &c.

p Patres nostri] Juxta secundam opinionem plana est littera, quia idem erat pater Jephte & illorum, qui loquuntur: Unde bene dicunt, patres nostri. Juxta primam opinionem sic exponitur. In domo patris nostri, idest, in terra matris nostræ, quam habuit a patribus suis. Adultera dicitur, quæ accedit ad virum alterius: sic dicitur hic, vel quæ uxorata est, & accedit ad alium quam ad virum suum, sive ille fuerit conjugatus, sive liber. *q* In terra Thob] Vir vel terra. *r* Viri inopes, & latrocinantes] Idem *sup.* 9. de Abimelech. Idem de David 1. *Reg.* 22. *s* Quibus acriter, &c.] Filiis Ammon scilicet. *s* Ut tollerent] idest, adducerent. *t* Quibus ille respondit] Elegans responsio, prophetiam evidenter exprimit.

u Necessitate] *August.* Felix necessitas, quæ ad meliora compellit.

x Si vere venistis] idest, si verum est, quod hac causa venistis ad me. Vel sic: Si vere venistis ad me, idest, si vultis ut eam vobiscum, pro quo venistis, devictis hostibus, ero vester princeps.

y Mediator] Facti.

z Ac testis] Promissi.

a Principem sui] Argumentum, quod spurius potest promoveri. Verum est in sæculari dignitate, sed non ad sacros ordines, nisi ex dispensatione, vel in religione. Quod statutum est in detestationem fornicationis, & adulterii, idest, incontinentiæ. Sunt autem spurii aliquando boni, ut iste, quandoque mali, ut Abimelech. *b* Et misit nuncios] Videtur Jephte facere juxta legem, primo mittens nuncios antequam pugnet. Dicitur enim *Deut.* 20. Si quando exieris ad expugnandam civitatem, offeres ei,

E X P O S I T I O CAP. XI.

FUit *l* itaque] Hic ostendit, qualiter Jephte populum Israeliticum liberavit a filiis Ammon, & Philistum, qui eum decem, & octo annis graviter oppresserant. Primo igitur videndum, quis fuerit iste Jephte, & qualiter promotus in judicem. Sciendum ergo quod Jephte fuit quidam vir fortissimus pugnator, sed filius meretricis, idest, spurius fuit, non legitimus. Habuit autem uxorem de Galaad, de qua suscepit filios, qui cum adolevissent, ejecerunt eum tanquam spurium, dicentes eum non debere esse hæredem in domo, & terra matris eorum. Et abiit in terram Thob, & congregati sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & fecerunt eum quasi principem super se. Postea vero majores de Galaad descenderunt ad eum, & fecerunt eum principem super Israel, & descendit cum eis in Maspha, & misit nuncios ad Regem Ammon, ut exiret de terra sua, qui noluit: Et vovit Jephte votum Domino, quod si daret ei victoriam de filiis Ammon, quicumque primo occurreret ei revertenti de bello, offerret eum Domino. Et percussit Jephte filios Ammon, & humiliavit omnino. Cui revertenti occurrit unigenita filia, quam habebat: Qua visa scidit vestimenta sua, & ait: Heu filia, decepisti me, & decepta es. Aperui enim os meum contra te Domino. Filia vero non dolens propter victoriam patris, dixit. Fac mihi pater, quodcumque pollicitus es Domino. Hoc tantum mihi præsta, ut mensibus duobus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Et expletis duobus mensibus rediit ad patrem, & fecit ei pa-

primo

nuncios *h* ad regem filiorum Ammon, qui ex *c* persona sua dicerent. *d* Quid mihi, & tibi est, quia venisti contra me, ut *e* vastares terram meam? *f* Quibus ille respondit: Quare tulit Israel terram *g* meam, quando ascendit de Ægypto a finibus Arnon usque Jaboch, atque Jordanem, nunc igitur cum pace redde mihi eam: Per quos rursum mandavit Jephte, & imperavit eis, ut dicerent regi Ammon. Hæc dicit Jephte: Non tulit Israel terram *h* Moab, nec terram filiorum Ammon, sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulavit per solitudinem usque ad mare rubrum, & venit in *i* Cades: Misitque nuncios ad regem Edom, dicens: Dimitte, ut transeam per terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus ejus. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades, & circuivit ex latere terram Edom, & terram Moab. Venitque ad Orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon, nec voluit intrare terminos Moab. Arnon quippe confinium est terræ Moab. Misit *k* itaque Israel nuncios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei: Dimitte, ut transeam per terram tuam usque *l* ad fluvium. *m* Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos, sed *n* infinita multitudine congregata *o* egressus est contra eum in Jesca, & fortiter resistebat: Tradiditque eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo. Qui & percussit eum, & possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, & universos fines ejus, de *p* Arnon usque Jaboch, & de solitudine usque ad Jordanem. Dominus ergo Deus Israel subvertit Amorrhæum pugnante contra illum populo suo Israel. Et tu nunc vis *p* possidere terram ejus? *q* Nonne ea, quæ *r* possedit Chamos Deus tuus, tibi jure debentur? Quæ autem Dominus Deus noster victor *s* obtinuit, in nostram *t* cedent possessionem, nisi forte *u* melior es Balach *x* filio Sephor rege Moab, aut *y* docere potes, quod *z* jurgatus sit contra Israel, & *a* pugnaverit contra eum, quando habitavit in *b* Hesebon, & viculis ejus, & in *c* Aroer, & villis illius, vel in cunctis civitatibus juxta Jordanem per *d* trecentos annos. *e* Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentasti? Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non justa. Judicet Dominus *f* arbiter hujus diei inter Israel, & inter filios Ammon. Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Jephte, quæ per nuncios mandaverat. Factus est ergo super Jephte spiritus *g* Domini, & *h* circumiens Galaad, & Manasse, *i* Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon *k* votum vovit Domino, dicens: Si tradiderit filios Ammon in manus

primo pacem. Si receperit, & aperuit tibi portas, populus, qui in ea est, salvabitur, & serviet tibi sub tributo. Si autem fœdus inire noluerint, & cœperint contra te bellum, oppugnabis eam. *b* Ad regem &c.] Dicit *Gloss.* Mittit nuncios pacis, sicut Apost. *Rom.* 12. in quo Christus loquebatur, ait: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. *c* Qui ex persona] scil. Jephte *d* Quid mihi] q. d. non est affinitas inter me, & te, propter quam videaris aliquid juris habere in terra mea. Hic est argumentum, quod terra aliena non est rapienda, sed propria recuperanda. Unde licet Christianis terram Sarracenorum, vel Nicolaitarum, sive hæreticorum acquirere, quia aliquando fuit eorum. Sed terram idololatrarum, quæ nunquam fuit nostra, non licet nobis acquirere bello, ita dicit *Cantor. Paris.* bonæ memoriæ, sed prædicatores sunt mittendi. Sed nunquid omnis terra est de patrimonio Crucifixi. Constat, quod sic, quare totam fecit, & totam emit; ergo tota est Christianorum, qui sunt heredes Christi; ergo licet nobis ab omnibus non credentibus terram accipere. *e* Ut vastares terram meam] videtur mentiri, quia terra non erat sua, quia non erat rex, sed judex, ut dicit *Gl.* Sol. Ex persona populi dixit hoc. *f* Quibus] Rex Ammon. *g* Terram meam] non videtur verum dicere, quare nusquam legitur, quod filii Israel in ascensu de Ægypto pugnaverant contra filios Ammon, nec quod tulerint terram eorum. Sol. *Nu.* 21. dicitur, quod filii Israel abstulerint Sehon regi Amorrhæorum terram suam usque ad Ammon, quam Sehon Amorrhæus abstulerat Ammonitis, & Moabitis, & ita verum dicit Ammon, quia terra illa fuerat sua, quam tulit Israel, non tamen tunc sua, quando eam tulit, sed Sehon, qui jure belli obtinuerat eam. Iterum verum dicit Jephte postea, non tulit Israel terram suam, quia tunc non erat terra Ammon, licet prius fuisset sua. Præterea neque Sehon, neque Ammon habitabat ibi in terra, sed solus Israel, cui Dominus dederat eam. *h* Terram Moab] Contra. Tulit terram Sehon ab Arnon usque Jaboch, & hæc terra fuit Moab. Unde *Num.* 21. Urbs Hesebon fuit regis Amorræi, qui pugnavit contra regem Moab, & tulit omnia, quæ ditionis illius fuerant usque Arnon, ergo tulit terram Moab. Solut. Tulit terram, quæ aliquando fuit Moab, quia Dominus dederat eam Israel. Unde non tulit terram Moab, sed tunc non erat Moab, quando tulit eam. Et ideo dicit, non tulit terram Moab. Vel aliter: Non tulit terram Moab, sed recuperavit suam. *i* In Cades] *Num.* 20. *k* Misit itaque] *Num.* 21. *l* Usque ad flumen] Jordanem scilicet *m* Qui, &c.] Sehon scilicet *n* Sed infinita] i. multa. *o* Egressus] *Num.* 21. *p* De Arnon] *Num.* 21. *p* Possidere terram] quam Dominus dederat ei, qui poterat dare. *q* Nonne, &c.] Probat Jephte per locum a minori, quod terra sua est, hoc modo. Tu juste possides, quod tibi dedit Chamos Deus tuus, ergo multo fortius nos possidemus juste, quod dedit nobis Dominus. Sed ipse dedit nobis terram istam, ergo jure possidemus eam. Hic dicit *Aug.* Videtur velle Jephte, quod diabolus aliquid terrenæ hæreditatis possit dare cultoribus suis, quod satis potest concedi tamen ex Dei permissione. Vel secundum opinionem eorum locutus est Jephte hoc, quod putabant Deum suum Chamos aliquid possidere, vel in possessionem sibi aliquid posse dare. *r* Quæ possedit] i. possidere fecit, secundum opinionem tuam. *s* Obtinuit] per 30. ann. *t* Cedent] i. cedere debent, fortiori ratione, quia noster Deus potest dare, quia verus est Dominus. *u* Melior es] derisorie loquitur Jephte. q. d. Balach rex Moab fuit melior, & potentior te, & non potuit nobis resistere, multo fortius nec tu poteris aliquid contra nos. *x* Filio Sephor] *Nu.* 22. *y* Quod jurgatus] q.d. nos possedimus hanc terram in pace longo tempore, scil. 300. ann. Unde jure præscriptionis eam habere debemus. *z* Aut forte docere, &c.] i. nisi forte velis probare, quod non fuit quieta possessio nostra, quia rex Moab jurgatus est aliquando super hac re, & ideo non currit tempus præscriptionis, sed hoc non posses probare. *a* Et pugnaverit, &c.] & ita ruperit tempus præscriptionis. *b* In Hesebon] Civitas metropolis. Hic manifeste habes, quod Hesebon fuit Moab, quam tamen Israel abstulit Sehon regi Amorrhæorum. *Num.* 21. Unde constat, quod Sehon abstulerat eam Moab, ut dictum est *sup. eod.* *c* Aroer] civitas. *d* Per trecentos annos] hoc jungi debet huic verbo, obtinuit. *e* Quare tanto, &c.] q.d. si habuisses jus aliquod, tu tentasses. Præterea, quia non tentasti, nos quiete possedimus, & ideo præscripsimus. Et videtur hic velle textus, quod jure possidetur, quod præscriptionis titulo possidetur, sed secundum legem Christi, quod juste non acquiritur, nunquam præscribitur. Unde si auferas mihi domum meam, & 100. annis teneas, nunquam erit tua, sed quanto plus tenes, tanto magis injuriaris. Neque hoc innititur tantum præscriptioni, sed donationi factæ a vero Domino, i. a Deo, qui dederat eam filiis Israel, & ideo eorum erat non titulo præscriptionis, sed titulo donationis. *f* Arbiter] i. judicans injuriam, quam mihi facias in hac die *g* Spiritus Domini] animans eum ad pugnandum contra Ammonitas. Argumentum, quod bonus fuit Jephte ante votum. *h* Et circumiens] Jephte, scil. ut congregaret exercitum. *i* Maspha] Civitas Galaad, scil. patris Jephte. *k* Votum, &c.] De voto isto Jephte solet dubitari. Quidam enim dixerunt Jephte vovisse familiari consilio Spiritus sancti, quod volunt probare per hoc, quod dicitur, factus est super Jephte spiritus Domini. Item *Aug.* Si spiritus hoc præcepit, non est insipientia culpanda, sed obedientia laudanda. Hoc etiam modo si se homo perimat, quod humano consilio nefas est facere, non est vituperandus. Item hic error aliquam laudem fidei habet, qua timuit Deum, ut quod voverat, redderet, sive sperans Deum prohibiturum sicut Abrahæ, sive ejus voluntatem non prohibentis intellectam potius facere quam contemnere statuens. Ergo Deus voluit, ut hoc faceret, ergo fuit bonū, ergo bene vovit. Contra dicit *Jos.* Jephte stultus fuit

Num. 22.

Num. 21.

Num. 11.

C D E F

meas, *a* quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit revertenti cum *b* pace a filiis Ammon, eum *c* holocaustum offeram Domino. *d* Transivitque Jephte ad filios Ammon, ut pugnaret contra eos, quos *e* tradidit Dominus in manu ejus, percussitque ab *f* Aroer usque dum venias in *g* Mennith viginti civitates, & usque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis, humiliatique sunt filii Ammon a filiis Israel. Revertenti autem Jephte in Maspha domum suam occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis, & choris. Non enim habebat alios liberos. Qua visa, scidit vestimenta sua, & ait: *h* Heu me, filia mea, decipisti me, & ipsa decepta es: *i* Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere *k* non potero. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi, quodcumque pollicitus es *l* concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis. Dixitque ad patrem: *m* Hoc solum mihi præsta, quod deprecor. Dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes, & *n* plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit: Vade, & dimisit eam duobus mensibus. Cumque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. Expletisque duobus mensibus, reversa est ad patrem suam, & *o* fecit ei sicut voverat: Quæ ignorabat virum. Exinde mos increvit in Israel, & consuetudo servata est, ut post anni circulum conveniant in unum filiæ Israel, & plangant filiam Jephte Galaadite diebus quatuor.

vovendo, impius solvendo. Item dicit *Aug.* quod votum suum retulit ad uxorem, quam habebat odio, cogitans eam sibi occurrere primo, & ita patet, quod mala intentione vovit, ergo malum fuit ejus votum. Item ipse Jephte dicit: *a* Quicumque, &c.] His verbis non intellexit votum facere de pecore, quod esset licitum immolari. Tale enim pecus non solet occurrere Triumphanti. De cane etiam non intellexit, qui solet occurrere victori Domino. Dicendo ergo quicumque intellexit de rationali, scilicet matre vel filia, quia per masculinum uterque sexus intelligitur, sed utrumque immolari prohibitum est. *Deut.* 12. ergo male vovit. Item *Aug.* Non solum non diligit, sed odit Deus sacrificia, in quibus homines immolantur, sed illa diligit, cum justus usque ad mortem pro veritate decertat; ergo Deus odivit votum Jephte. Item *Aug.* Distat factum Jephte a facto Abraahæ, quia ille jussus obtulit filium, iste fecit, quod lege vetatur. Item *Aug.* Dominus a nece filiæ non prohibuit Jephte sicut Abraham, donec perficiendo, se orbaret, ne impunitum talis voti relinqueretur exemplum. Item *Aug.* Jephte, & Gedeon, de quo dicitur, spiritus Domini confortavit eum, non solum non approbamus, sed etiam reprobamus inter laudabiles viros poni, non tamen fit injuria spiritui Domini. si inter justos numeratur Jephthe, & Gedeon, qui in operando Ephod peccavit, & forte in signo velleris bene eum egisse credendum est. Item *Aug.* Cum Jephte fidem tantum naturaliter haberet, irruit in eum spiritus Domini, & stulte vovit, & impie solvit. Sic ergo videtur, quod male voverit Jephte, & solverit. Contra. Super *Jerem.* 7. dicit *Hieron.* Non sacrificium Jephte, sed animus laudatur offerentis. Item *Hebr.* 12. ponit eum Apostolus in *Catalogo Sanctorum*. Item dicitur: Factus est spiritus Domini super eum, & postea votum vovit. Unde videtur, quod & votum, & quicquid postea fecit, fuerunt a Spiritu sancto. Sol. Duplex est votum, scil. votum conceptionis, & vocationis. Votum conceptionis dico, quod primo mente concipitur, hoc votum primo bonum fuit in Jephte, quando generaliter cogitavit votum vovere Domino pro habenda victoria, sed postea quando retorsit illud ad uxorem, malum fuit. Votum vocationis dico, quod voce exprimitur, & illud indiscretum fuit in Jephte, & solutio impia, sed postea pœnituit Jephte, & ideo ponitur *in Catalogo Sanctorum*. Ex his patet solutio ad omnia. [Quicumque primus] Sub genere masculino comprehenditur femininum. Simile *Gen.* 23. Date mihi jus sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum, idest, mortuam meam. Hoc enim dixit Abraham de Sara mortua. *b* Cum pace] i. cum victoria, quam sequitur pax. *c* Eum holocaustum] Hic patet, quod hominem cogitavit, non tamen filiam, quod patet per hoc, quod dixit, Heu me filia mea. Cogitavit ergo uxorem. Et quod non dixit, quæcumque, sed quicumque non impedit, quin uxorem intellexerit, Scriptura enim masculinum pro utroque sexu ponere consuevit. *d* Transivitque] facto voto. *e* Quos tradidit] Sed si vovendo peccavit, quomodo ergo ei hostes tradidit, & non potius ipse traditus est hostibus? Nam propter peccatum Achor traditi fuerant 36. viri hostibus. *Josue* 7. Forte jam pœnituerat, vel non propter ipsum, sed propter populum traditi sunt ei hostes. *f* Aroer] civitas. *g* Mennith] civitas. *h* Filia mea, decepisti me] Alia editio habet, Impedisti me. Ex quo patet, quod non intellexerat de filia, sed uxore, quam credebat sibi primo occurrere, & ita fraudatus fuit ab intentione sua Jephte per filiam suam, & ideo dicit: impedivisti me, sive decepisti, idest, ab intentione fraudasti. *i* Aperui] Vovendo. *k* Non potero.] Male dixit, quia posset, & deberet etiam. *l* Concessa, &c.] q. d. ex quo habes victoriam de hostibus, non curo, quid de me fiat. *n* Et plangam &c.] quia maledicta erat sterilis, quæ in lege non pariebat, quod tantum intelligitur de sterili dante operam operi nuptiarum. *o* Et fecit ei, &c.] idest, immolavit eam.

21. q. 4. c. 5. p. unusquisque 1 C. q. 5. c. si non licet.

Mystice. G

Mystice. Per Jephte qui interpretatur aperiens, intelligitur Christus, qui discipulis suis seosum aperuit, ut intelligerent scripturas, & nobis aperuit januam paradisi, quam clauserat nobis primus parens. Istum filii sui, sive fratres sui ejecerunt de terra sua, sic Judæi qui filii, & fratres Episcopi eum ejecerunt, & dicebant Christum fornicariæ filium. Revera fornicariæ filius fuit, idest, Synagogæ, quæ dimisso vero sponso cum diabolo fornicata est. Jephte fugit in terram Thob, quæ interpretatur optima, & Episcopus dimittens Judæos fugit ad gentes, quæ fecerunt fructum optimum. Alii trigesimum, alii sexagesimum, alii centesimum, scilicet conjugati, continentes, & virgines. Viri inopes venerunt ad Jephte, idest, Christum ante passionem, & post. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. Unde 1. *Reg.* 21. Convenerunt ad David omnes, qui oppressi erant ære alieno. Æs alienum peccatum est, quod est æs, sive pecunia diaboli, qui est alienus a regno Dei. *Ps.* 18. Ab alienis parce servo tuo. Per Ammon, qui interpretatur filius populi mei, significantur hæretici, qui fuerunt populi mei, idest, Ecclesiæ, de quibus 1. *Joan.* 2. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Ammon impugnavit Israel, sic hæretici Ecclesiam. Galaaditæ tempore necessitatis vocaverunt Jephte. Per Galaaditas, Christiani. Filia Jephte caro Episcopi est, quæ immolata est Deo Patri. *p* Filiæ Israel,] idest, sanctæ singulis annis luctum Ecclesiæ pro Episcopi passione recolunt, diffusæ per quatuor partes orbis.

Matth. 9.

Moraliter.

Moraliter. Per Jephte intelligitur contemplativus, qui de loco contemplationis, idest, de terra Thob assumitur ad officium prædicationis. Cui reverenti de victoria hostium, occurrit filia, idest, caro propria petens inducias moriendi, idest, vigilandi, jejunandi, laborandi, & hujusmodi, per quæ mortificatur caro. Et illa allegat illud: Nemo carnem suam unquam odio habuit. Et illud: Quod caret alterna requie, durabile non est. Et arcus si cessetur tendere, lentus erit, & ita obtinet, aliquando, & sic decipitur spiritus contemplativi curam carnis in desideriis agens sub prætextu necessitatis. Sed postmodum dicit:

Ephes. 5.

h Heu filia mea,] decepisti me, & ipsa decepta es, quia aperui os meum ad Dominum contra te in confessione, quia scilicet per te peccavi, ideo oportet te immolari per macerationem. *k* Cui ille respondit, &c.] Tunc caro spiritui obedit, cum quasi ex voto pœnitentiam suam facit absque ulla miseratione.

m Hoc solum, &c.] Montes circumire, est viros sanctos in monte vitæ, & scientiæ constitutos consulere. Per duos menses intelliguntur duo defectus, qui sunt in homine, unus in omittendo, alius in committendo. Virginitatem plangere, est de difficultate bonorum operum dolere. Filia ergo Jephte per duos menses montes circumit, quando anima peccatrix, & pœnitens peccata commissionis, & omissionis juxta consilium bonorum virorum emendare contendit. Filia Jephte post duos menses finito fletu virginitatis, revertens ad patrem, occiditur, quia peracta pœnitentia de commissis, & omissis, caro, quæ prius sterilis, & male vivens extiterat, mortificata in se, & vivens in Christo quasi hostia sancta, & beneplacens Domino sacrificatur, ut jam dicere possit cum Apostolo: Vivo ego, jam non ego, vivit

autem

autem in me Christus; ad *Gal.* 2. Filiæ Israel sunt fideles animæ Deum per fidem videntes, quæ singulis annis plangunt filiam Jephte, i. peccata, quæ ex carne contraxerunt, & singulis annis renovant pœnitentiam quatuor diebus, quorum primus dies est contritionis *Is.* 37. Dies Tribulationis, & angustiæ, correctionis, & angustiæ, correctionis, & blasphemiæ dies hæc. Secundus dies est confessionis. In die clamavi, & nocte coram te. *Soph.* 1. Erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris a porta piscium, & ululatus a secunda. Porta piscium est gula. Porta secunda est luxuria. Hæc dies dicitur festum elangoris, quod fiebat in memoriam liberationis Isaac, quia in confessione liberationis spiritus a vinculis diaboli, quibus quasi ad victimam ducitur anima. Unde *Ps.* 95. Annunciabo de die in diem salutare ejus. Tertius dies est satisfactionis. *Ps.* 41. In die mandavit Dominus misericordiam suam. Quartus dies supererogationis, de hoc proprie dicitur *Jo.* 11. Si quis ambulat in die, non offendit. Hæc est quarta dies, qua Petrus venit ad Cornelium. *Actorum* 10. Hi quatuor dies sunt contrarii illis quatuor, quibus Lazarus jacuit fœtidus in sepulchro *Jo.* 11.

CAP. XII.

ECce *a* autem in Ephraim exorta est *b* seditio. Nam *c* transeuntes contra Aquilonem, dixerunt ad Jephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos *d* noluisti, ut *e* pergeremus tecum? Igitur *f* incendemus domum tuam. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi, & populo meo contra filios Ammon vehemens: *g* vocavitque vos, ut præberetis mihi auxilium, & facere noluistis, quod *h* cernens posui meam animam in manibus meis, transivique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, ut adversum me consurgatis in prælium? Vocatis itaque ad se cunctis viris de Galaad *i* pugnabat contra Ephraim. Percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat, fugitivus est Galaad de Ephraim, & *k* habitabat in medio Ephraim, & Manasse. Occupaverunt Galaaditæ *l* vada Jordanis, per quam Ephraim *m* reversurus erat. Cumque venisset ad ea de *n* Ephraim numero fugiens, atque *n* dixisset, obsecro, ut me transire *o* permittas. Dicebant ei Galaaditæ: Numquid *p* Ephratæus es? Quo dicente: non sum: Interrogabant eum: Die ergo *q* Scibboleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat Sibboleth: *r* eadem littera spicam exprimere non valens, statimque *r* apprehensum jugulabant in ipso Jordanis transitu: Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadragintaduo millia. Judicavit itaque Jephte Galaadites Israel sex annis, & mortuus est, ac sepultus in *f* civitate sua Galaad. Post hunc judicavit Israel *t* Abessan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, & totidem filias. Quas emittens foras, maritis dedit, & ejusdem numeri filiis suis accepit uxores, introducens in domum suam. Qui septem annis judicavit Israel, mortuusque est, ac sepultus in Bethlehem. Cui *u* successit Ajalon *x* Zabulonites, & judicavit Israel decem annis, mortuusque est, ac sepultus in Zabulon: Post hunc judicavit Israel Abdon filius *y* Hellel Pharatonites, qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis *z* nepotes, ascendentes super septuaginta *a* pullos asinarum, & judicavit Israel octo annis, mortuusque est, ac sepultus in *b* Pharathon *c* terræ Ephraim in monte Amalech.

EXPOSITIO CAP. XII.

ECce *a* autem, &c.] In præced. cap. dictum est, quomodo Jephte vicit Madianitas, quo audito, venerunt ad Jephte de Ephraim, qui non fuerant cum eo in prælio, quos tamen vocaverat, sed noluerunt venire, & dixerunt ei: cur contempsisset eos vocare, comminantes incendere eum, & domum ejus. Quod, videns Jephte, vocavit viros Galaad, qui eum constituerant judicem, & pugnavit contra Ephraim, & ceciderunt de Ephraim quadraginta duo millia. Judicavit autem Jephte Israel sex annis, & mortuus est, & sepultus in Sebech civitate sua, quæ est Galaad. Et nota, quod anni, quibus alii judices dicuntur judicasse Israel, connumerantur annis afflictionis præcedentis, sed annis istius non. Sex enim annis judicavit iste Israel, & Madian octodecim annis afflixerat Israel, de hoc agitur in hoc capite. Sic continua; Ita vicit Jephte Madian. *a* Autem] pro sed. Ecce,] i. statim postquam hæc facta sunt. *b* Orta est seditio.] i. discordia. *c* Transeuntes] Ephraitæ scilicet. *d* Noluisti,] ita ei imponebant, & mentientes. *e* Pergeremus tecum?] si vocasses nos. *f* Igitur incendemus] quia non vocasti. *g* Vocavitque vos,] Sed in littera non est expressum, quod vocaverit, sed credendum est ei. *h* In manibus meis,] i. me pro vobis exposui periculo fortiter agens quasi pro anima mea. *i* Pugnabat] Jephte scil. *k* Et habitabat] Galaad scil. *l* Vada Jordanis,] locus per quem transierunt filii Israel redeuntes de Ægypto. *Jos.* 4. *m* Reversus] in terram suam. *n* De Ephraim numero] vir. scil. *n* Dixisset,] populo Galaad. *o* Permittas.] vel dimittas. *p* Nunquid Ephratæus] idest, Ephraita, Ephrates enim proprie dicitur Bethlemita. Bethlehem enim prius dicta est Ephrata ab uxore Caleb ibi sepulta. Unde ab Ephrata Ephratæus; ab Ephraim Ephraita dicitur. *r* Eadem littera] scil. *r* Apprehensum] illum qui non poterat dicere Scboleth. *f* In civitate] i. quæ erat in Galaad. *t* Abessan,] qui alio nomine dictus est Hesebon, & fuit de Tribu Juda. Tempore istius non fuit afflictio aliqua in Israel, & ideo gesta ejus non narrantur. *u* Cui successit Ajalon,] vel Ailon, qui interpretatur ubi sunt ursi. De isto, & annis ejus, quibus Israel judicavit, tacuerunt LXX. Interpretes, propter quod *Euseb. Cæsariensis* Josue, & Samuel, & Saulis plures annos annotavit, quam legatur in *Josepho*, ut sic ab egressu Israel de Ægypto usque ad ædificationem Templi Salomonis 480. annorum summam haberet, quam Scriptura prædicat. *x* Zabulonites,] a Tribu, vel a loco. *x* In Zabulon:] idest, in illa Tribu, vel in sorte illius Tribus, vel potius in loco illo. Zabulon enim æquivocum est ad locum, & ad Tribum.

y Hellel Pharatonites,] idest, de Thecua civitate: Hoc nomen Hellel Phara non legitur in libro de Hebræis nominibus: unde dicunt, veriorem litteram esse: Helles Pharonites, a Pharoth loco, ubi sepultus est iste Abdon.

z Nepotes,] idest, filios filiorum.

a Pullos] Per quos intelligitur quælibet equitatura, & maxime muli, i. *b* In Pharathon] vel Pharaam. *c* Terræ Ephraim] idest, quæ est in terra Ephraim.

Moraliter. *g* Vocavi vos,] dicit Jephte, id est, Christus. Ephraitæ sunt divites hujus mundi, qui fructificant hic. Vocat enim Christus divites hujus mundi, ut sibi præbeant auxilium contra filios Ammon, idest contra hæreticos, & ipsi facere nolunt. *Prov.* 1. Vocavi, & renuistis; extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, sed quid inde? Ecce ibidem dicitur: Invocabunt me, & non exaudiam eos; mane consurgent ad me, & non invenient me.

h Quod cernens] Christus animam suam in manibus suis posuit, quando in Cruce pendens dixit: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. *Luc.* 23. Vel animam suam in manibus suis posuit, quia pro nobis, qui sumus opus manuum suarum, eam deposuit *Jerem.* 12. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum ejus. *Jo.* 10. Ego pono animam meam pro ovibus meis, & iterum sumam eam; sic qui pro Christo animam suam ponit modo, iterum resumet eam, sed gloriosam. 2. *Mach.* 7. dixit unus de septem fratribus, E cœlo ista possideo, sed propter Dei leges hæc ipsa nunc despicio, quoniam me ab ipso ea accepturum spero.

q Dic ergo] Ephraita non potest dicere Scibboleth, quod interpretatur spica, sed Sibboleth, quod interpretatur spica paleæ. Per spicam, ubi est solidum granum, intelligitur fructus vitæ æternæ. Per paleam, vanitas temporalis, hanc dicere potest Ephraim, & non illam, quia divites de Deo, & de fructibus vitæ æternæ non noverunt loqui, sed de terra sua, & fructibus ejus tota locutio eorum est. *Isai.* Humiliaberis de terra loquens, & de humo audietur eloquium tuum. *Jo.* 3. Qui de terra est, de terra loquitur. Quod enim homo habet in corde, hoc loquitur ore. *Matth.* 12. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Item *Matth.* 26. Et tu Galilæus es, nam & loquela tua manifestum te facit.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XIII.

RUrsumque *a*] In tempore trium prædictorum judicum non recessit Israel a Domino, & quievit terra, & ideo nihil memoriale fecisse legitur: Tamen quidam tradunt cladem in Benjamin factam sub Abdon, de qua clade dicitur *infr.* 20. Istis ergo judicibus mortuis, peccavit Israel coram Domino, qui tradidit eum in manus Philisthinorum 40. annis, a quorum servitute liberati sunt per Samsonem; Cujus nativitatis series in hoc capite declaratur. Gesta vero ejus declarantur in tribus cap. sequentibus. Item Samson fuit unus ex quatuor, quorum nomina in Veteri Testamento per Angelum prænunciata sunt, Ismael. *Gen.* 16. Isaac, *Gen.* 18. Josias 3. *Reg.* 13. Samson hic. In novo Testamento fuerunt duo, Joannes, & Jesus. *Luc.* 1. *b* Qui tradidit] Statim culpam sequitur pœna. Sed iterum, quia Deus, cum iratus fuerit, misericordiæ recordabitur, statim subditur de liberatione. *c* Sterilem] sed pulchram. *d* Apparuit] oranti sæpe pro sterilitate amovenda. Apparuit autem ei soli in agro. *e* Sterilis, & ideo maledicta, maledictione pœnæ, idest, opprobrio habita. *f* Novacula] idest rasorium. *g* Erit enim] idest, observabit legem Nazaræorum. *h* Ab infantia] idest, a nativitate usque ad exitum vitæ. *i* Et incipiet] Alia littera habet: Dicetur Robustus liberator in Israel. *k* Venisset de agro in domum. *l* Vir Dei] idest, Angelus in specie viri, quem credidit esse virum. Erat etiam vir a virtute. Dicitur enim vir quatuor modis. Unde Versus:

Annis, conjugio, sexu, virtute vir esto.

m Angelicum] idest, bonum, & simplicem.

n Terribilis] idest reverendus.

o Interrogassem] juxta illud documentum 1. *Joan.* 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus, si ex Deo sint. *p* Et quo nomine vocaretur] *Gl.* hoc superius Scriptura tacuit. *q* Ecce] idest, in proximo. *r* Cave, &c.] Sed quare mater prohibuit uti hujusmodi, cum ipsa non esset Nazaræa? Sol. ut per matris observantiam ostenderetur, qualis puer futurus erat. *s* Nec siceram] Sicera ut dicit *Gloss. super Luc.* 1. dicitur quicquid inebriare potest præter vinum.

t Ne aliquo, &c.] juxta legem Nazaræorum, de qua dictum est *Num.* 6.

u Oravit itaque, &c.] Nota: Manue quando uxor narravit, quod viderat, commendans faciem, & pulchritudinem Angeli, qui ei apparuerat, contristatus est valde. Erat enim zelotes. Ideo uxor ejus, ut mitigaret irrationabilem motum ejus, consuluit ei, ut ambo orarent Deum, ut iterum veniret Angelus ad eos, & instrueret eos de puero nascituro. Et apparuit iterum Angelus uxori Manue in agro, & ipsa vocavit virum suum, qui dixit Angelo: Tune es, qui locutus es mulieri? & ita in textu omittitur aliquid de historia, *x* Mihi vir] idest, Angelus in specie viri. *y* Sermo tuus] idest, res sermonis tui. *z* Et faciamus] idest, sacrificemus tibi hœdum. Facere enim pro sacrificare dicitur, ut dicit *August.* Unde *Virgil.*

Cum faciam vitulam, pro frugibus ipse venito.

Sed quid est hoc? Ipsi credebant esse purum hominem, ut dixit *Aug.* & etiam textus satis innuit hic, quomodo ergo volebant ei sacrificare? Solut. Hoc verbum, faciamus, construitur cum dativo acquisitive: non transitive, nec causaliter. Unde sensus est: Faciamus tibi hœdum, idest, sacrificemus Domino hœdum: Tibi, idest, ad tuam utilitatem, ut scilicet inde comedas. De sacrificio enim pars Domino cremabatur, altera pars erat offerentium, & de hac volebant Angelo dare. Angelus vero non comedens, holocaustum, potius fieri voluit non sibi sed Domino, unde dixit: Si holocaustum vis facere, offer illud Domino, q. d. non mihi.

a Si me cogis] idest quamvis me cogere velis. *b* Sin autem] q. d. propter me non facias sacrificium, sed si vis holocaustum facere, offer illud Domino. *c* Nesciebat eum] sed postea scivit. *d* Quod est tibi nomen] Quærit nomen Angeli promittentis filium, ut in tempore suo posset ei rependere vices: Et ut sciret, quis esset, cui crederet. Non enim credendum est omni spiritui, sed probandi sunt spiritus, si a Deo sunt. 1. *Joan.* 4. Sæpe enim transfigurat se Angelus tenebrarum in Angelum lucis, ut dicitur 2. *Corinth.* 9. Unde & *Josue* 5. Angelo tenenti gladium dixit: Noster es, an adversariorum? Et Gedeon *supra* 6. dixit Angelo, qui ei victoriam de Madian promittebat: Da mihi signum, quod tu sis, qui loqueris. *e* Quod est mirabile] idest, ineffabile. Idem respondit Angelus Jacob, *Gen.* 23. Et loquitur Angelus non in persona sua, sed Domini, cujus nomen est mirabile, quia facit mirabilia. Unde *Psalm.* 8. Domine Dominus noster quam admirabile, &c. *Isai.* 9. Et vocabitur nomen ejus admirabilis, &c. Et ponit sex nomina, pro quibus LXX. dixerunt: Magni consilii Angelus: In persona cujus hic Angelus dicit: Cur quæris nomen meum, quod est admirabile, idest, ineffabile, non quod non debeat dici, sed quia non potest intelligi, vel quia legalis sacerdos ipsum nomen Dei Tetragrammaton, quod erat scriptum in lamina, quam portabat in fronte, non poterat intelligere virtutem illius nominis. Erat autem nomen illud scriptum quatuor litteris, scilicet, he, vau, heth, jod, quod sonat principium vitæ passionis, iste; idest, iste, quem repræsentat iste legalis Sacerdos, cujus nomen portat in fronte, est principium vitæ passionis, idest, per passionem. Vel potest dici, quod Angelus loquitur in persona sua, quasi dicat, quotidie mittor ad diversa officia, a quibus diversa contraho: Unde modo habeo unum nomen, modo aliud, & ideo nomen meum mirabile est, *Tob.* 5. dixit Tobias Angelo: Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua Tribu es tu? Et respondit Angelus, Ego sum Azarias Ananiæ magni filius.

A

B

1. Reg. 1.

Habacuc 3.

C

Gen. 16. Luc. 1.

Mysticè.

Gen. 32.

CAP. XIII.

RUrsumque *a* filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui *b* tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis. Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan nomine Manue habens uxorem *c* sterilem, cui *d* apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & absque liberis, sed concipies, & paries filium. Cave ergo, ne bibas vinum, ac siceram, nec immundum quicquam comedas, quia concipies, & paries filium, cujus non tanget caput *f* novacula. *g* Erit etiam Nazaræus Dei *h* ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse *i* incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum. Quæ cum *k* venisset ad maritum suum dixit ei: Vir *l* Dei venit ad me habens vultum *m* Angelicum, *n* terribilis nimis. Quem cum *o* interrogassem, qui esset, & unde venisset, & quo *p* nomine vocaretur, noluit mihi dicere, sed hoc respondit: *q* Ecce concipies, & paries filium: *r* Cave, ne vinum bibas, nec *s* siceram, & *t* ne aliquo vescaris immundo. Erit enim puer Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex utero matris usque ad diem mortis suæ. *u* Oravit itaque Manue Dominum, & ait: Obsecro, Domine, ut vir Dei quem misisti, veniat iterum, & doceat nos, quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est. Exaudivitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum Angelus Domini uxori ejus sedenti in agro. Manue autem maritus ejus non erat cum ea. Quæ cum vidisset Angelum, festinavit, & cucurrit ad virum suum nunciavitque ei dicens: Ecce *x* apparuit mihi vir, quem ante videram. Qui surrexit, & secutus est uxorem suam, veniensque ad virum dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit: Ego sum. Cui Manue: Quando, inquit, *y* sermo tuus fuerit expletus, quid vis, ut faciat puer, aut a quo se observare debebit? Dixitque Angelus Domini ad Manue: Ab omnibus quæ locutus sum uxori tuæ, abstineat se, & quicquid ex vinea nascitur non comedet, vinum, & siceram non bibat, nullo vescatur immundo, & quod ei præcepi, impleat, atque custodiat. Dixit itaque Manue ad Angelum Domini: Obsecro te, ut acquiescas precibus meis, & *z* faciamus tibi hœdum de capris. Cui respondit Angelus: Si *a* me cogis, non comedam panes tuos. Sin autem vis *b* holocaustum facere, offer illud Domino: Et *c* nesciebat Manue, quod Angelus Domini esset. Dixitque ad eum: Quod est tibi *d* nomen, ut si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondit: Cur quæris nomen meum, *e* quod est mirabile?

a Qui

a Qui facit mirabilia.] ideo nomen ejus mirabile. b Statimque] Unde patet, quod prius credebat hominem esse. c Morte moriemur] *Aug.* quærit, quare antiqui fuerunt in hac opinione, ut crederent se mori, si Dominum viderent. Et respondet, quia male intelligebant illud, quod dictum est Moysi: *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet. Sed unde metuebant isti mori? Non enim dictum est non videbit homo Angelum, & vivet. Si dicatur, quod ipsum, quem videbant, putabant esse Deum: Hoc non potest stare, quia supra dictum est, statim cognovit Manue, quod Angelus Domini est. Ad hoc dicit *August.* quod in Angelo intellexerint Dominum, propter quod ita perturbati fuerunt, & ideo hoc dixerunt, scilicet, morte moriemur. Sed nunc objicitur de Gedeone, qui *sup.* 6. dixit: Heu mihi, Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem: Et ita quia Angelum vidit, timuit mori. Ad hoc dicimus, quod hoc dixit, quia reputabat se indignum videre rem tam sanctam, & venerabilem sicut multi reputant se indignos accedere ad tactum, vel osculum reliquiarum, & si tangant, timent se puniri, considerantes indignitatem suam, & dignitatem sanctorum. Inde est quod Petrus viso miraculo de captura piscium dixit: Exi a me Domine, quia homo peccator ego sum. *Luc.* 5. Non volebat autem expellere, sed ex humilitate hoc dixit. Similiter 3. *Reg.* 17. Cur ingressus es ad me vir Dei, ut rememorarentur iniquitates meæ, i. e converso, æquitates tuæ magis, ac magis apparerent. d Vidimus Dominum] in Angelo, vel Dominum, idest, Angelum Domini. Prior expositio melior est. e Cui respondit mulier] *Greg.* Quid est hoc, quod ad visionem Angeli vir est timidus, & mulier audax, nisi quando nobis cœlestia demonstrantur, spiritus quidem pavore se concutit, sed tamen spes præsumit. g Crevitque puer] *Luc.* 2. Jesus autem crescebat, & proficiebat ætate, & scientia, & gratia apud Deum, & homines.

h In castris] ita ut fortis esset in castris Dan, de cujus Tribu ipse erat. Vel castra Dan dicitur locus, ubi nutritus est Samson, quod magis consonat literæ.

Mystice. Mystice f Samson] significat Christum. Samson enim interpretatur sol eorum, & Christus Sol est justitiæ *Mach. ult.* Samsonis nomen, & nativitas per Angelum nunciata sunt, & Christi similiter. *Luc.* 1. Samson leonem interfecit, & Christus diabolum occidit. Samson de faucibus leonis extraxit favum, & Christus de faucibus diabolis genus humanum significatum per favum. Cera corpus, mel spiritus est. Samson duxit alienigenam, non Hebræam; & Christus duxit gentilem Ecclesiam, & repudiavit Sinagogam. Samson stravit Allophylos; & Christus stravit tam corporales, quam spirituales inimicos. Samson asportavit portas Gazæ, ascendens montis supercilium; & Christus fractis portis inferni, ascendit in cœlum. Samson plures occidit moriens quam vivens; & Christus plures locratus est moriendo, quam vivendo.

Moraliter. Moraliter autem Samson significat quemlibet justum, in fide fortem, qui leonem interfecit, quando diabolum in se pœnitendo occidit, vel in aliis prædicando. Favum de ore leonis extrahit, dum se, vel alios a suggestionibus diaboli eruit. Vel de tentatione proventum accipit, vel de tribulatione jucunditatem dulcedinis elicit. Allophylos ster-

Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super petram, offerens Domino, qui a facit mirabilia: Ipse autem, & uxor ejus intuebantur. Cumque ascenderet flamma altaris in cœlum, Angelus Domini in flamma pariter ascendit. Quod cum vidisset Manue, & uxor ejus, proni ceciderunt in terram, & ultra eis non apparuit Angelus Domini. b Statimque intellexit Manue Angelum esse Domini, & dixit ad uxorem suam: c Morte moriemur, quia d vidimus Dominum. e Cui respondit mulier: Si Dominus nos vellet occidere: de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset, sed nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea, quæ sunt ventura, dixisset. Peperit itaque filium, & vocavit nomen ejus f Samson. g Crevitque puer, & benedixit ei Dominus: Cœpitque spiritus Domini esse cum eo in h castris Dan inter Saraa, & Esthaol.

C A P. XIV.

DEscendit i igitur Samson in k Thamnata: vidensque ibi mulierem de filiabus Philistiim, ascendit, & nunciavit patri suo, & matri suæ dicens: Vidi l mulierem in Thamnata de filiabus Philistinorum, quam quæso, ut mihi accipiatis uxorem. Cui dixerunt pater, & mater sua: m Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo, quia vis accipere uxorem de Philistiim, qui incircumcisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Parentes autem ejus nesciebant, quod res a Domino fieret, & quæreret n occasiones contra Philistiim. Eo enim tempore Philistiim dominabantur Israeli: Descendit itaque o Samson cum patre suo, & matre in Thamnata: Cumque venissent ad p vineas oppidi apparuit catulus leonis sævus & rugiens, & q occurrit ei. Irruit autem spiritus Domini in Samson, & dilaceravit leonem quasi hœdum in frusta r decerperet; nihil omnino habens in manu, & hoc patri, & matri noluit indicare. Descenditque, & locutus est mulieri, quæ s placuerat oculis ejus. Et t post aliquot dies revertens, ut

nit, dum peccata, vel vitia a se, vel aliis expellit. Alienigenam ducit, quando carni non consentit. Moriens hostes interficit, quando per carnis mortificationem in se vitia extinguit, vel per ingressum claustri, moriens mundo, a se propriam voluntatem, & sensum proprium, amorem domesticum, omnino expellit. Hi enim sunt tres hostes David, scilicet Saul, Absalon, Semei. Portas Gazæ asportat, quando sensus quinque colligit, & a terrenis elevat. Montem ascendit, quando contempto sæculo, cœlestibus intendit.

EXPOSITIO CAP. XIV.

DEscendit i igitur] In hoc cap. ostenditur, quomodo Samson occidit leonem, & de quibusdam aliis factis Samsonis, sicut plane patet in litera. k In Thamnata:] civitatem Philistinorum, ut videret solemnitatem, quæ ibi agebatur. l Vidi mulierem] & concupivi supple. n Nunquid &c.] Increpant Sampsonem parentes, nescientes quod a Deo fieret, quia dixerat Deus *Deut.* 7. Non sociabis cum eis conjugia, nec filiam tuam dabis ejus filio, nec filiam ipsius accipies filio tuo. Item *Num. ultim.* Cuncti viri ducent uxores de Tribu sua, & cunctæ feminæ maritos de eadem Tribu. o Occasiones] impugnandi eos. p Oppidi] scilicet Thamnata. q Occurrit] in vineis: solus forte diverterat illuc. s Quæ placuerat] supple, & ea desponsata rediit cum parentibus in domum suam. t Et post, &c.] ad sponsam. *Infr.* 15.

ℬ a Ut acciperet *Mystice.*

Mystice i descendit Samson,] idest Christus in Ecclesiam. Samson enim Sol eorum interpretatur, & Christus est Sol justitiæ. *Malach.* 3. Thamnata interpretatur vectans exploratores ascensionis, & Ecclesia vehit eos, qui explorant ascensiones in cœlum. *Ps* 83. Ascensiones in corde suo disposuit, &c. Philistiim, quod interpretatur potione cadentes, sunt Dæmones, qui inebriati vino superbiæ, a gloria ceciderunt. Horum filia est Ecclesia de gentibus, quæ dæmonum faciebat opera. Unusquisque enim illius filius est, cujus opera facit *Joan* 8. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facit. Et *infr.* Vos ex patre diabolo estis. Hanc filiam, idest, Ecclesiam de gentibus vidit Samson, idest, Christus oculo misericordiæ, idest, videre eam fecit oculo fidei, & concupivit eam. Pater, & mater Christi, secundum carnem, Synagoga fuit, quæ moleste tulit hoc, quod Christus Ecclesiam de gentibus sibi copulavit. Unde dicit: Non est bonum sumere panem filiorum, &c. *Matth.* 15. o Samson,] idest, Christus cum Apostolis in Ecclesiam; p Ad vineas] Vinea dicitur novella Ecclesia de gentibus, ad quam cum Christus venit, statim apparuit catulus leonis, sævus, & rugiens occurrit ei, idest, diabolus, vel Herodes, qui statim natum Christum in Ecclesia persecutus est, volens eum devorare quasi hœdum. In hoc facilitas divinæ potentiæ demonstratur, cujus velle, vel dicere, est facere juxta illud. Dixit, & facta sunt, &c. r Decerperet] Sic justus diabolum frustatim devorat, quando peccata singula considerans, deflet, & emendat; nihil habens in manu, idest, nullum bonum opus se fecisse reputans. *Luc.* 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, &c. *Isai.* 11. Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in caverna regali, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet, & non nocebunt ei. *Ps.* 12. & 140.

* b Declina-

a acciperet eam, *b* declinavit, ut videret *c* cadaver leonis. Et ecce examen apum in ore leonis erat, ac favus mellis. Quem cum sumpsisset in manibus, comedebant in via, veniensque ad patrem suum, & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt, nec tamen eis voluit indicare, quod mel de corpore leonis assumpserat. Descendit itaque pater ejus ad mulierem, & fecit filio suo Samson convivium. Sic enim juvenes facere *d* consueverant. Cum ergo cives loci illius vidissent *e* eum, *f* dederunt ei sodales 30. qui essent cum eo. Quibus locutus est Samson: *g* Proponam vobis problema, quod si *h* solveritis mihi *i* intra septem dies convivii *k* dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas. Sin *l* autem non potueritis solvere, vos *m* dabitis mihi 30. sindones, & ejusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei: *n* Propone problema, ut audiamus. Dixitque eis: De *o* comedente exivit cibus, & de *p* forti egressa est dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propositionem solvere. Cumque *q* adesset dies septimus, dixerunt ad uxorem Samson: Blandire viro tuo, & suade ei ut indicet tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris, incendemus & te, & domum patris tui: An *r* idcirco vocasti nos ad nuptias, ut spoliaretis? Quæ fundebat apud Samson lacrymas, & *s* querebatur dicens: Odis me, & non diligis, idcirco problema quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit: *t* Patri meo, & matri nolui dicere, & tibi indicare potero? *u* Septem igitur diebus convivii flebat ante eum, tandemque die septimo cum ei esset molesta, exposuit, quę statim indicavit civibus suis. Et illi dixerunt ei die septimo ante Solis occubitum. Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non *x* arassetis in vitula mea, non invenissetis *y* propositionem meam. Irruit itaque in eum Spiritus Domini, descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta viros, quorum ablatas vestes dedit his, qui problema solverant. *z* Iratusque nimis ascendit in domum patris sui: Uxor autem ejus accepit maritum unum de amicis ejus, & *a* pronubis.

B *a* Ut acciperet eam,] in uxorem, scil. *d* Facere consueverant] scilicet convivium in nuptiis. *e* Vidissent eum] ita fortem, & ideo timentes ne crescente convivii satietate, vellet aliquid committere in eos. *f* Dederuntque ei, &c] robustos juvenes, qui voce tenus socii ejus dicebantur, sed re custodes ejus erant, ut scilicet tenerent eum, si aliquod malum facere vellet. *i* Intra 7. dies] idest inf. Aliqui habent infra 7. &c. *n* Propone problema] q.d. fiat ut dicis. *o* De comedente, &c.] idest, de leone qui comedit, & devorat animalia.

C *p* De forti] idest, leone, qui est fortissimus bestiarum. *Proverbior.* 30. *q* Cumque adesset] idest, appropinquaret. *r* An idcirco vocastis] Videtur, quod nos velis spoliare, nisi feceris, quod petimus. *s* Querebatur dicens] idest, conquerendo dicebat. *t* Patri meo, &c.] q.d. non esset hoc congruum, ut quod parentibus nolui revelare, tibi revelem. *u* Septem igitur &c.] Sed quomodo septem diebus flevit, cum dictum sit supra,

D quod per tres dies non potuerunt juvenes invenire problema, & cum adesset septimus dies, venerunt ad uxorem ejus? Ideo quidam sic exponunt: Cum adesset septimus dies, i. inter septem primus. Et dicitur septimus, ne putaretur illos venisse ad illam post illos tres, quibus non potuerunt solvere problema. Simile *Isai.* 30. Erit lux Solis quasi lux septem dierum, idest, qualis fuit in septennio, idest, aliquo septem dierum, scilicet ante peccatum. Vel potest dici, cum adesset septimus dies, idest, instaret, quasi juxta esset, & ita post tres dies inquisitionis eorum, quarto die venerunt ad eam. Quia autem dicitur, flevit septem diebus synecdochice intelligitur, idest, in aliquibus illorum septem. Simile *Act.* 1. Per quadraginta dies apparens eis, idest, in quadraginta diebus, non per omnes, sed per aliquos illorum. Similiter dicitur Jesus fuisse in sepulchro tribus diebus, & tribus noctibus, idest, in quolibet trium, non tamen totaliter in quolibet, sed particulariter. Quidam tamen corrigunt ita: Cum adesset dies unus, & dicunt, quod vitio scriptoris positum fuit, & septimus dies, quia unus, & septimus abbreviata, similia sunt in scriptura. *x* Si non arassetis] si non revelasset vobis hæc uxor mea.

Et loquitur per similitudinem. Arans sulcando terram, quod prius latebat, aperit, ita ipsi discutiendo cum uxore sua, quod latebat eos, apertum est eis. Uxorem autem dixit vitulam, propter insolentiam.

y Propositionem meam] idest, solutionem meæ propositionis. Idem vocat propositionem, quod prius problema dixit, quia idem sunt, sed differunt in nomine.

z Iratusque] contra uxorem suam.

a Et pronubis] Masculine dicitur hic pronuba, scilicet sodalis, qui assistebat ei. Paranymphus vero dicitur, qui assistat sponsæ, quasi juxta nympham, idest, puellam. * *b* Declinavit, &c. Bonum thema de Sancto Ambrosio.

Mystice. *c* Cadaver leo, &c.] Mystice. Cadaver leonis, universitas est peccatorum, propter quos venit Christus. *Matth.* 11. Non veni vocare justos, sed peccatores. Examen apum, cœtus est prædicatorum. Apis enim habet aculeum cum melle, sic prædicator asperitatem, & exhortationem cum consolatione habet in prædicatione. Hoc examen apum est in ore leonis, idest, diaboli, quia pauci sunt prædicatores boni, & quos leo in os suum non transglutiat. De ore ejus leonis vocavit, & accepit Christus discipulos suos; vel per leonem mortuum, intelligitur malus Prælatus, in cujus ore est mel, idest, prædicatio sine affectione, cujus dulcedinem non sentit, *g* Proponam vobis problema] Christus Prælatis, doctoribus, prædicatoribus proponit problema, idest, sacram Scripturam difficilem, & obscuram dicens omnibus.

h Si solveritis, &c.] idest, occulta, & obscura sacræ Scripturę mysteria populo aperueritis, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas. In sindone intelligitur cordis munditia, in tunica, honesta conversatio. Et bene dicit triginta, quia per expositionem sacræ Scripturæ venitur ad mundam conscientiam, & honestam conversationem, & observationem Decalogi, & fidem Trinitatis. *l* Sin autem, &c.] idest minorem verbi Dei non habueritis, per quam habenti datur intelligentia, ut dicitur *Luc.* 19. Habenti dabitur, & abundabit. *m* Dabis mihi, &c.] idest, cordis munditiam, & honestam conversationem subditorum a vobis requiram quam habituri erant, si problema ejus fuisset expositum. *Infr.* 19.

Moraliter. Moraliter. *o* De comedente, &c.] Comedens, est diabolus. *Isai.* 11. leo paleas quasi bos comedit. De hoc comedente exivit cibus, idest, prædicator, quem ipse comederat, quando convertitur ad Deum per pœnitentiam. *p* Et de forti] idest, de diabolo, qui fortis est. Unde *Marc.* 3. Nemo potest vasa fortis diripere, nisi prius alliget fortem. Exit dulcis pœnitentium conversatio. Item comedens est prædicator, qui prius debet comedere, idest verbum sacræ Scripturæ, per affectum scilicet, & intellectum incorporare. Unde *Ezech.* 3 Fili hominis comede volumen istud, & tunc exire potest cibus, idest prædicatio de illo. Unde sequitur statim in *Ezech.* Et vade. & loquere ad filios Israel. De forti dulcedo, idest, cum prædicator fortis est, & patiens, tunc ejus prædicatio dulcis est. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Hoc problema proposuit Samson, quod solvere non poterant, quia de prędicatoribus nec cibus, nec dulcedo exire consueverat, donec veniret leo de Tribu Juda, de cujus ore exivit cibus, & dulcedo sanctæ eruditionis. Unde per septem dies convivii intelligitur totum tempus, quod septem diebus volvitur, quo Christus Ecclesiam pascit, & reficit pane lacrymarum, pane doctrinæ, pane gratię, tandem pasturus erit pane gloriæ: de quo *Lucæ* 14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.

x Si non arassetis, &c.] Vitula Samsonis est caro Christi, quæ vitula rufa dicitur *Num.* 19. Arare vero est latentia denudare.

Arare igitur in vitula Samsonis, est Incarnationis Christi, & Passionis, & resurrectionis, & Ascensionis mysteria declarare, quæ omnia in problemate Samsonis clausa latuerant. Problema Samsonis sunt prophetiæ de Christo, quæ apertæ fuerunt, & solutæ in Passione Christi. In cujus signum velum templi scissum est medium. Et bene dixit Samson: Si non arassetis, &c.] quia si non credidissemus Christi Incarnationem, prophetias non intelligeremus. Unde *Isai.* 7. Nisi credideritis, non intelligetis.

EXPOSITIO CAP. XV.

POst *a* aliquantulum autem, &c.] In hoc capite dicitur, quomodo Samson vulpes cepit, & caudas colligavit, & in medio faces ligavit, & dimisit eas in segetes Philistinorum, & eas succendit: & hoc propter uxorem sibi acceptam fecit. Item qualiter cum mandibula asini mille viros occidit. *b* Invisere,] idest, visitare. *c* Solito,] idest, sicut solebat. Vel solito, sicut ubi consuevit intrare cubiculum uxoris. *d* Pater illius,] scilicet uxoris. *e* Amico tuo] idest, uni de pronubis tuis, idest, uni illorum, qui erant sodales tui in convivio nuptiarum. *f* Culpa] pugnare scilicet. *g* Faciam enim, &c.] Quærebat enim occasiones mali contra eos. *h* Comportatæ] in acervum. *i* Quia tulit] scilicet pater uxoris, ille scilicet Thamnatæus. *k* Uxorem ejus] idest, Samsonis, *l* Patrem] mulieris scilicet. *m* Quibus ait] scilicet Philistæis. *n* Suram] idest, tibiam. *Aug.* dicit: Septuaginta: percussit alienigenas Samson ad tibiam super femur, idest, tam mirabiliter, ut stupentes tibiam unius pedis super femur alterius ponerent. Vel forte dictum est illud, quia in tibiis incedimus, & super femur sedemus: sic exponunt quidam: Percussit tibiam super femur, idest, præter equites in equis super femur sedentes percussit pedites tibiis ambulantes. *o* Petræ Ethan] illius loci. *q* Ad eos] scilicet Philistæos. *r* De Tribu Juda] idest, viri de Tribu Juda. *s* In nobis operatus] idest, contra nos. Vel, In nobis, idest, in rebus nostris. *t* Ad specum] idest, speluncam. *u* Feci eis] scilicet, malum pro malo reddens. Sed nonne fecit contra illud *Rom.* 12. Nulli malum pro malo reddentes? Præterea non servavit tenorem justitiæ, quia modum excessit. Solutio: Excusatur, quia hoc totum instinctu Spiritus sancti fecit. *x* Inquiunt] scilicet viri Juda. *y* Jurate] ne occidatis me. [Respondetis mihi,] idest, respondentes ad quæsita, jurate ne occidatis me. Aliqui libri habent: Spondete mihi, &c. & forte melius 70. dicunt: Jurate, ne interficiatis me, & tradite me eis, ne forte occurratis in me, idest, ne forte veniatis adversum me. Simile 3. *Reg.* 2. secundum aliam editionem, ubi jubente Salomone, ut homo occideretur dicit: Vade occurre illi, idest, interfice illum. Hoc autem ut dicit *Aug.* dicitur præter consuetudinem loquendi, sicut militares potestates dicunt: Vade, & alleva illum, idest, interfice. Multum enim secundum Philosophum allevat pauperem, qui interficit illum.

C A P. X V.

POst *a* aliquantulum autem temporis: cum dies triticeæ messis instaret, venit Samson *b* invisere volens uxorem suam, & attulit ei hœdum de Capris. Cumque cubiculum ejus *c* solito vellet intrare, prohibuit eum, *d* pater illius dicens: Putavi, quod odisses eam, & ideo tradidi illam *e* amico tuo. Sed habet sororem, quæ junior, & pulchrior illa est, sit tibi pro ea uxor. Cui Samson respondit: Ab hac die non erit *f* culpa in me contra Philistæos: *g* faciam enim vobis mala, perrexitque, & cepit trecentas vulpes, caudasque earum junxit ad caudas, & faces ligavit in medio, quas igne succendens dimisit, ut huc, illucque discurrerent: Quę statim perrexerunt in segetes Philistinorum. Quibus succensis, & *h* comportatæ jam fruges, & adhuc stantes, in stipula concrematæ sunt, in tantum, ut vineas quoque, & oliveta flamma consumeret. Dixeruntque Philistiim: Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Samson gener Tamnathæi, quia *i* tulit *k* uxorem ejus, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderunt Philistiim, & combusserunt tam mulierem, quam *l* patrem ejus. *m* Quibus ait Samson? Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam ultionem, & tunc quiescam: percussitque eos ingenti plaga, ita ut stupentes *n* suram femori imponerent, & descendens habitavit in spelunca *o* petrę Ethan. Igitur *p* ascendentes Philistiim in terram Juda, castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, idest, maxilla, ubi eorum effusus est exercitus. Dixeruntque *q* ad eos de *r* Tribu Juda: Cur ascendistis adversus nos? Qui responderunt, ut ligemus Samson venimus: & reddamus ei, quæ in nobis *s* operatus est. Descenderunt ergo tria millia virorum de Juda *t* ad specum silicis Ethan. Dixeruntque ad Samson: nescis, quod Philistiim imperent nobis: quare ergo hoc facere voluisti? Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi, *u* feci eis. Ligare *x*, inquiunt, te venimus, & tradere in manibus Philistinorum. Quibus Samson: *y* Jurate, inquit, & *z* respondetis mihi, quod non me occidatis. Dixerunt:

Moraliter. Moraliter. *p* Igitur ascendentes, &c.] Philistiim sunt dæmones, qui videntes factum Samsonis, & vulpium, idest, fructum prædicationis Christi, & Apostolorum, ascenderunt, in terram Juda, ut ligarent Samsonem, idest, per Judam, & Judæos machinati sunt mortem Christi. Unde sequitur, quod viri Juda ad petitionem Philistinorum: Samsonem ligaverunt. *Sup. 14.* Et Judas, & Judæi ad suggestionem dæmonum, Christũ crucifixerunt. Duo funes, quibus ligatus est Samson, sunt mors, & sepultura Christi. Et dicitur novi, quia novum fuit, & inauditum, quod filius moreretur, & sepeliretur. Sed Samson vincula rupit, & Christus mortis, & sepulturæ vincula in Resurrectione dissolvit. Unde *Ps.* 115. Dirupisti Domine, vincula, &c. In membris meis, scilicet, Samson in mandibula asini, quam invenit in terra, interfecit Philistæos: Et Christus per prædicatores, quos de mundo elegit, occidit dæmones in cordibus peccatorum. Sicut enim Christus per peccatum occiditur in anima peccatoris, sic diabolus interficitur per gratiam in corde pœnitentis. Per mandibulam asini recte prædicator designatur: Asinus enim est animal vile, & abjectum, & onoriferum, simplex, & obediens: Et hæc quidem debent habere prædicatores propria cum asino, ut sint viles, & abjecti. Unde egregius prædicator pro se, & aliis dicit. *Cor.* 4. Puto, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus: Nos stulti propter Christum. Et postea c. Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus peripsema omnium usque adhuc. Et beati, qui hujusmodi sunt. *Luc.* 7. Beati eritis, cum vos oderint homines, &c. Sic lætantur veri Christiani *Psal.* 89. Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, &c. Sic Apostoli gaudebant *Act.* 3. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Item mandibula molit escas, & conterit ad corporis nutrimentum. Sic prædicator molere debet, & terere sententias scripturarum ad eruditionem corporis Christi, quod est Ecclesia habita victoria Samson cecinit: Et Christus de conversione fidelium gratias egit, & quotidie agit. Samson mandibulam, in qua Philistæos straverat, de manu projecit: Et Dominus prædicatores per quos de dæmonibus, & peccatoribus triumphavit de manu sua projicit, idest, tribulationi, & martyrio exponit. *Ps.* 58. Ostendisti populo tuo dura, &c. Samson licet mandibulam projecerit, non tamen comminuit: Et Christus licet prædicatores suos tribulationi exponat, non tamen dejicit, sed protegit. *Isai.* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: In momento indignationis meæ abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Hoc est, quod *Joan.* 16. Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Projectio igitur mandibulæ, est prædicatorum exaltatio. Unde & locus ille vocatus est Ramatha, idest, elevatio: Prædicator enim quanto magis tribulatur, tanto amplius exaltatur. *Exod.* 1. Quanto magis opprimebant eos Ægypti, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. Hoc est, quod legitur *Gen.* 7. Factum est diluvium super terram, & multiplicatæ sunt aquæ tribulationis, scilicet, & elevaverunt arcam, idest, Ecclesiam in sublime a terra. Samson victis Philistæis, sitivit usque ad mortem: Et Christus in cruce victo diabolo, dixit: Sitio, salutem generis humani, scilicet. Adhuc sitit Christus recordans abundantiæ prædicationis, quam solebat habere in initio Ecclesiæ. Impleta est enim prophetia *Amos* 8. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Sed tandem aperuit Dominus dentem molarem in maxilla, & egressæ sunt aquæ, & refocillatus est spiritus Samsonis, idest suscitavit ordinem pauperum, & humilium prædicatorum, de quibus egressæ sunt aquæ doctrinæ, mundantes sordes peccatorum, & refrigerium dantes contra fervorem luxuriæ, & avaritiæ, & sic refocillatus est spiritus Samsonis, idest, Christi,

Q *a* De

Non te occidemus, sed vinctum trademus. Ligaveruntque eum duobus novis funibus, & tulerunt eum de *a* petra Ethan. Qui cum venisset *b* ad locum maxillæ, & Philistiim *c* vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus Domini in *d* eum, & sicut solent ad *e* odorem ignis ligna consumi, ita & vincula, quibus *f* ligatus erat, dissipata sunt, & soluta. Inventamque maxillam, idest, mandibulam asini, quæ *g* jacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, & *h* ait: in maxilla asini, in mandibula pulli asinarum delevi eos, & percussi mille viros. Cumque hæc canens verba complesset, projecit mandibulam de manu, & vocavit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur elevatio maxillæ. *i* Sitiensque valde clamavit ad Dominum, & ait: Tu dedisti in manu servi tui salutem maximam, atque victoriam, & en siti morior, incidamque in manus incircumcisorum. Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis refocillavit spiritum, & vires recepit: Idcirco appellatum est nomen loci illius fons invocantis de maxilla usque in præsentem diem. *k* Judicavitque Israel in diebus Philistiim viginti annis.

C A P. XVI.

Abiit quoque in *l* Gazam, & vidit ibi mulierem *m* meretricem, *n* ingressusque est ad eam. Quod cum *o* audissent Philistiim, & percrebuisset apud eos intrasse urbem Samson, circumdederunt eum, positis in porta civitatis custodibus, *p* & ibi tota nocte cum silentio præstolantes ut *q* facto mane exeuntem occiderent. *r* Dormivit autem Samson usque *s* ad noctis medium, *t* & inde consurgens apprehendit ambas *u* portæ fores cum postibus suis, & sera, *x* impositasque humeris suis, portavit ad verticem montis, *y* qui respicit *z* Hebron. *a* Post hæc amavit mulierem, quæ habita-

Ω *a* De petra, idest de loco illo. *b* Ad locum maxillæ] Anticipatio est. *c* Vociferantes] præ gaudio. *d* In eum] scilicet Samsonem. *e* Ad odorem ignis] idest, ad sensum caloris, *f* Ligatus] Samson, *g* Jacebat] in terra scilicet. *h* Et ait] canendo metrice. *i* Sitiensque valde] Hoc Hebræi tradunt ei accidisse, quia de victoria gloriam dederat sibi ipsi, non Deo. *k* Judicavitque Samson, scilicet.

E X P O S I T I O
C A P. XVI.

Abiit *l* quoque in Gazam] Civitas est. In hoc capite dicitur, qualiter Dalila decepit Samsonem, qualiter Samson captus, excæcatus, illusus, tandem moriens plurimos secum interfecit. Hoc totum narratur in hoc capite. *m* Meretricem] non Dalilam. *n* Ingressusque est, &c.] i. domum ejus, vel in thorum. *p* Et ibi] supple fuerunt, tota nocte, &c. *s* scilicet ad medium] Medium large dicitur quicquid inter duos terminos. *t* Et inde consurgens] scilicet de domo meretricis, vel de lecto. Vel inde, idest, post medium noctis. Et est argumentum, quod Christus media nocte resurrexit *August.* tamen dicit, quod mane Dominicæ diei. Aliter non posset inveniri, quomodo Christus fuisset in sepulchro tribus diebus, & tribus noctibus, ut dicunt, & cantat Ecclesia eum tertia die resurrexisse. *u* Portæ fores] Porta dicitur foramen, per quod intratur in domum. Fores sunt postes, quibus clauditur illud foramen. Est ergo sensus: Tulit fores cum postibus, idest, postes, de quibus erant fores portæ, idest, in quibus porta claudebatur. Vel postes dicit repagula forium. *x* Impositasque] postes. *z* Hebron] Civitas est.

Ω *a* Soreth

Mystice *l* Abiit quoque, &c. Gaza interpretatur robusta, vel fortitudo ejus. Et significat infernum, sive mortem, quæ fortis est. Mors enim nulli parcit, omnia domat, a nemine superatur, dilectos separat, ab omnibus timetur. *Eccl.* 41. O mors quam amara est memoria tua, homini injusto, & habenti pacem in substantiis suis. Infernus facit homines fortes, & duros ad tolerandum adversa temporis, ut vitari possit infernus. *Cant.* 8. Fortis, ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Samson igitur in Gazam abiit, idest, Christus in infernum descendit. *m* Et vidit ibi mulierem meretricem] idest, collegium Sanctorum, qui aliquando cum diabolo fornicati fuerunt per peccatum. *Rom.* 3. Omnes enim peccaverunt, & egent gratia Dei. *b* Ingressusque, &c.] idest, turbam Sanctorum, quam in inferno vidit, quam sibi prius desponsaverat uxorem, quando eos sibi fide copulavit.

o Quod cum audissent Philistiim] idest, cum Judæi audissent quod Christus mortem subierat, posuerunt circa sepulchrum custodes.

q Ut facto mane, &c.] idest, ut famam resurrectionis Domini extinguerent. *r* Dormivit autem Samson usque] idest, Christus fuit in sepulchro, usque ad mediam noctem post sabbatum, & inde consurgens post medium noctis, idest, mane resurgens. Unde *Psalm.* 56. Exurge gloria mea, &c. Et sic dicit pater ad filium. Et respondet filius: Exurgam diluculo, &c. *u* Apprehendit ambas portæ, &c.]

Porta inferni dicitur peccatum, per quod intratur ad infernum *Psal* 23. Attollite portas, principes vestras, &c. Fores portæ hujus, sunt duæ, ut dicit *Gl. super illud Ps.* 79. Incensa igni, & suffosa, &c. scilicet amor male accendens, & timor male humilians, idest, nimius amor mundi, & nimius timor pœnarum. Postes, de quibus fiunt fores, sunt divitiæ, deliciæ, & honores mundi, quæ cum aliquis nimis amat, ut habeat; vel nimis timet, ne amittat, peccare non dubitat, & sic sibi fores inferni fabricat. *Cant.* 5. Pessulum ostii mei aperui, dilecto meo. Ostium peccatum est, pessulum consuetudo peccandi. Pessulum ostii aperuit, qui peccatum, & consuetudinem in confessione pandit. *x* Impositasque] Hic Samson portæ fores humeris in montem portavit, i. Christus peccata mundi patiendo in cruce abstulit, & sic nos secum ad cœlum levavit.

y Qui respicit] Hebron interpretatur incantatio, vel conjugium, vel sempiterna visio, & significat statum omnium electorum, qui significantur *Ezech.* 14. per Noe, Daniel, & Job. Noe rectores Ecclesiæ, significat. Daniel contemplativos. Job, conjugatos. Incantatio pertinet ad rectores Ecclesiæ, qui dulci modulatione prædicationis debent peccatores incantare ad bonum. *Eccl.* 12. Quis medebitur incantatori a serpente percusso? Visio sempiterna pertinet ad contemplativos. Conjugium ad conjugatos. Mons igitur respicit Hebron, idest, cœlum patens, quod pertinet ad electos. *a* Post hæc amavit] Dalila interpretatur stulta, & significat carnem, Samson significat spiritum. Samson credens Dalilæ decipitur, i. spiritus carni consentiens seducitur. Samson per Dalilam septem crinibus nudatur, scilicet spiritus per carnem septem donis Spiritus sancti spoliatur. Samson amissis crinibus excæcatur, & ad molam ponitur, sic spiritus amissa gratia excæcatur in spiritualibus, & mundi curis, & laboribus subjugatur. Et notandum, quod Dalila ter ligavit Samsonem. Primo septem nerviceis funibus. Secundo novem novis funibus. Tertio, clavo, & licio, terræ capillos ejus infixit. Sed hæc omnia Samson evasit. Quarto caput rasit, & tunc Samson fortitudinem suam amisit. In quo notantur quatuor genera peccatorum, quorum tria aliquando evadit homo, sed quartum nunquam. Primum est recens mali perpetratio, & hoc significatur per funes nerviceos. Nervus enim durior est carne, sed mollior osse.

Sic recens mali perpetratio, delectationem consensus superat, sed tamen nondum induruit per consuetudinem. Septem dicuntur funes, propter septem peccata principalia. In quorum quolibet est reperire carnem, nervum, & os, idest, consensum, opus, & consuetudinem. Nervus enim exsiccatus a carne, est peccatum per consuetudinem induratam. Secundum est novorum peccatorum adinventio, & hoc significatur per novos funes, qui nondum in usu fuerunt. Hi dicuntur novem funes, qui supra dictis septem duo adduntur, scilicet consuetudo, & adinventio. Tertium est superbia. Sicut enim licium initium est telæ, quia ad ipsum telæ fila ligantur: Sic superbia initium est omnis peccati, & ad ipsa omnia reducuntur. *Tob.* 4. Ab ipsa enim exordium sumpsit omnis perditio. *Eccl* 10. Initium est omnis peccati superbia. Quartum est desperatio, qua mens ab omni gratia spoliatur, a qua vix aliquis liberabitur. Unde *Jerem.* 2. Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum a siti, & dixisti: Desperavi, nequaquam faciam: Adamavi quippe alienos, & post eos ambulabo. Vel forte quatuor deceptiones Dalilæ, sunt peccati abusio, pec-

* cati

cati excusatio, peccati defensio, inverecundia, sive pudoris amissio, hæc est capitis denudatio. De hac dicitur *Jerem.* 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. A tribus aliquando liberat Dominus, a quarto raro, aut nunquam. *Amos* 2. Super tribus sceleribus Moab, & super quarto non convertam eum, dicit Dominus. Hoc significavit Dominus in Evangelio, in hoc quod tres mortuos suscitavit, sed quartum non legitur suscitasse.

Si pater ejus spuisset in faciem ejus, idest, si vilificasset eam, nonne debuit saltem septem diebus rubore confundi? *q* Odorem] Idest calorem.

r Saltem nunc] Sed quomodo fuit ausa iterum quærere, cum potuerit Samson perpendere malitiam ejus, & machinationes? Forte excusavit se dicens se hoc fecisse non pro aliquo malo, sed ad probandum vires ejus. Vel forte sciebat eum captum amore sui.

bat in valle *a* Soreth, & vocabatur *b* Dalila. Veneruntque *c* ad eam principes Philistinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & disce ab illo, in qoo tantam habeat fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere. Quod si feceris, dabimus tibi singuli *d* mille, & centum argenteos. Locuta est ergo Dalila ad Samson: Dic mihi, obsecro, in quo sita sit tua maxima fortitudo, & quid sit, quo ligatus *e* erumpere nequeas? Cui respondit Samson: Si septem *f* nerviceis *g* funibus necdum siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, *h* infirmus ero, ut ceteri homines. Attuleruntque ad eam *i* satrapæ Philistinorum septem funes ut dixerat: Quibus vinxit *k* eum, latentibus *l* apud se insidiis, & in *m* cubiculo finem rei expectantibus. *n* Clamavitque *o* ad eum: Philistiim super te Samson. Qui rupit vincula, quomodo si rumpat quis filum stupæ tortum sputamine, *p* cum *q* odorem ignis acceperit, & non est cognitum, in quo esset fortitudo ejus. Dixitque ad eum Dalila: Ecce illusisti mihi, & falsum locutus es: *r* Saltem nunc indica mihi, *s* quo ligari debeas. Cui ille respondit: Si ligatus fuero novis funibus, qui nonquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis. Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamavit: Philistiim super te Samson, in cubiculo insidiis præparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. Dixitque Dalila rursum ad eum: Usquequo decipies me, & falsum loqueris? Ostende, quo vinciri debeas. Cui respondit Samson: Si, *t* inquit, *u* septem crines capitis mei cum licio *x* plexueris, & *y* clavum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum: Philistiim super te Samson. Qui consurgens de somno, extrahit clavum cum crinibus, & licio. Dixitque ad eum Dalila: Quomodo dicis tu, quod ames me, cum *z* animus tuus non sit mecum? per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere, in quo sit tua maxima fortitudo. Cumque molesta ei esset, & per multos dies jugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens *a* defecit anima ejus, & ad mortem usque lassata est. Tunc *b* aperiens veritatem rei dixit ad eam: *c* Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id. est, consecratus Domino sum de utero matris meæ. Si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut ceteri homines. *d* Vidensque illa, quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philistinorum, atque mandavit: Ascendite adhuc *d* semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia, quam promiserant. At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocavitque tonsorem, & rasit *e* septem crines ejus, & cepit abigere eum, & a se repellere. Statimque enim ab eo fortitudo recessit: *f* Dixitque: Philistiim super te Samson. Qui de somno consurgens dixit in animo suo: Egrediar sicut ante feci, & me excutiam, nesciens quod ab eo recessisset Dominus. Quem cum apprehendissent Philistiim, statim *g* eruerunt oculos ejus, & duxerunt *h* Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere *i* molere fecerunt. Jamque capilli ejus renasci cœperant, & principes Philistinorum convenerunt in unum, ut immolarent hostias magnificas Dagon Deo suo, & epularentur dicentes: Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Quod etiam populus videns laudabat Deum suum, *k* eademque dicebat: Tradidit Deus noster adversarium nostrum in manus nostras, qui delevit terram nostram, & occidit plurimos. Lætantesque per convivia, sumptis jam epulis præcepe-

a Soreth] Locus est, vel genus vitis.

b Dalila] Usitatum est dicere Dalila, sed libri correctiores habent, Dalida. Et sic dicitur *in libro de interpretationibus nominum Hebræorum*. *c* Ad eam] scilicet Dalilam.

d Mille, &c.] Idest simul quinque millia, & quiogentos, quia quinque erant principales, ut patet 1. *Reg.* 6.

e Erumpere, &c.] Sed quomodo ausa fuerat hæc quærere, Forte Samson loquebatur de fortitudioe sua, & inde sumpsit occasionem quærendi.

f Nerviceis] A nervo. Vel verveceis a vervece, idest, ariete. Non dixit Samson, in quo esset ejus fortitudo, sed quibus ligatus teneri posset secundum opinionem, idest, secundum quod videbatur.

g Funibus quos *Josephus* palmites vinearum dicit. *h* Infirmus] Irrisorie hoc dicit Samson.

i Satrapæ] idest, principes.

k Vinxit eum] Sed quomodo ausa fuit vincere eum? Forte dormientem, vel ebrium. Sed hoc non videtur, quia Nazaræus erat, & vinum non bibebat, neque siceram. *l* Apud se] in domo ejus.

m In cubiculo] idest, in secreto thalamo.

n Clamavitque] Dalila.

o Ad eum] scilicet Samsonem.

p Sputamine] idest, de sputo, vel fusi appendiculo. Quidam dicunt stupamine, pro sputamine. Est stupamen purgamentum stupæ subtilioris, idest, stupa grossa. Et hæc littera satis consonat Hebraicæ veritati, quæ dicit: Quomodo si rumpat quis filium de stupa grossa. Est igitur sensus: Ita cito rupit Samson vincula illa, sicut quis filum de stupa. Tortum stupamine, i. nexum de purgamento stupæ, idest, de grossa stupa, quod fragilius est, vel filum tortum sputamine, idest, vilissimum filum. Spuere enim pro vilificare sumitur. Unde *Num.* 12. dicitur de Maria.

s Quo ligari] Ita ut teneri posset, scilicet.

t Si inquit] Samson, scilicet.

u Septem crines] Idest, universos. Septenarius enim numerus est universitatis. Vel septem crines, dicit septem cincinnos.

x Plexueris] Idest, nexueris.

y Et clavum his] Scilicet crinibus, & licio.

z Cum animus] idest, cum non reveles mihi animum tuum, & veritatem quæsitæ rei. Revelatio enim secretorum signum est amicitiæ.

a Defecit anima ejus] idest, Dalilæ.

b Aperiens] Samson.

c Ferrum] idest, novacula.

d Vidensque illa] Aliquibus signis exterioribus.

d Semel] Hoc dicit: quia jam pluries venerant pro nihilo: unde versum erat eis in tædium.

e Septem crines] Idest, universos, vel septem cincinnos. Vel etiam pro solis septem crinibus recessit ab eo Dominus, quia novacula ascenderat super caput ejus. *Isidorus*: Si mulieri, idest, carni nostræ blandienre libidine consentimus, gratia Spiritus sancti, quæ Nazaræi crine signatur, spoliamur.

f Dixitque:] Dalila, scilicet.

g Eruerunt oculos] Simile *Jerem.* 39. Nabuchodonosor Sedechiæ eruit oculos. *Glos.* Prius intellectus obtunditur, & postea captus per exteriora vagatur, ut cæca mens, quo ducitur, nesciat, & carnis illecebris se libenter subdat.

h Gazam] Civitas, cujus portas asportaverat.

i Molere fecerunt, idest, molam volvere, sicut fit de equis cæcis. Ad litteram. Vel quando capilli cœperunt renasci, & fortitudo redire; fecerunt eum molere, idest mulieribus suis commisceri, ut fortes viros eis generaret. Opinio eorum erat, de forti fortem nasci. *k* Eademque dicebat:] quæ & principes, hæc scilicet, quæ sequun-

perunt, ut vocaretur Samson, & *a* ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me: ut tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & reclinet super eam, & paululum requiescam. Domus autem erat plena virorum, ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philistinorum, ac de tecto, & solario, circiter tria millia utriusque sexus spectantes ludentem Samson. At ille invocato Domino ait: Domine Deus meus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas, quibus nitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram læva tenens, ait: Moriatur anima mea cum Philistiim. Concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem, quæ ibi erat. Multoque plures interfecit *b* moriens, quam ante vivus occiderat. Descendentes autem fratres ejus, & universa cognatio, tulerunt corpus ejus, & sepelierunt inter Saraa, & Esthaol in sepulchro patris sui Manue; *c* Judicavitque Israel *d* viginti annis.

CAP. XVII.

FUitque eo *e* tempore vir quidam de monte Ephraim, nomine Michas, qui dixit matri suæ: Mille centum argenteos, quos *f* separaveras tibi, & super quibus me audiente *g* juraveras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus Domino. Reddidit ergo matri suæ, quæ *h* dixerat ei: Consecravi, & vovi hoc argentum Domino, ut de manu mea *i* suscipiat filius meus, & *k* faciat sculptile, atque conflatile, & nunc *l* trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri suæ, quæ *m* tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut faceret ex eis *n* sculptile, atque *o* conflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui *p* ædiculam quoque in *q* ea Deo separavit, & *r* fecit Ephod, ac *f* Teraphim, idest, ve-

---

sequuntur: Tradidit Deus, &c. *a* Ante eos luderet] & illuderent ei. *b* Interfecit moriens,] Sed nonne peccavit Samson hoc faciendo? Respondetur: Non, quia fecit instinctu Spiritus sancti, quod patet ex eo, quod præmisit orationem ad Dominum, & quia numeratur in catalogo Sanctorum, *Heb.* 11. Judicavitque] Hoc idem dictum est *sup in princ. hujus historiæ*. *d* Viginti annis] Hactenus signat tempora liber Judicum, habens ducentos nonaginta novem annos, & judices duodecim preter Sangar.

EXPOSITIO CAP. XVII.

G

FUitq; *e* eo tempore] Hucusq; dictum est, de septem persecutionibus Israel, & duodecim judicibus: Consequenter agitur de historia idoli ipsius Michæ, & uxoris Levitæ. Quæ duæ historiæ, quibus temporibus gestæ sint, dubium est, nisi quod Michas, ut dicitur, hic dicit matri suæ: Mille centum argenteos, quos separaveras tibi, ego habeo Et creditur, quod fuerunt illi argentei, quos Dalila accepit a Philistæis, ut deciperet Samsonem: Et ideo creditur hæc historia contigisse post Samsonem. *Joseph.* tamen dicit hunc eventum, & alterum sc. de uxore Levitæ, contigisse post mortem Josue, & ante Othoniel, cum plurimum peccasset Israel coram Domino, & tradidisset eos Dominus in manus Chananæorum, & abstulerunt inde Ascalunem, & Accaron, & multas urbes in campestribus: Et ipsos Danitas expulsos, in montes fugere compulerunt. Unde dicitur in littera: In diebus illis, Tribus Dan quærebat sibi possessionem. Et quia hæc clausula, sc. In diebus illis, non erat Rex in Israel, replicatur in his duobus eventibus, videtur facere pro *Josepho*. Sed quocumque tempore gestæ sint historiæ, eadem est veritas earum. Dicit ergo: Fuit eo tempore. Sed quoniam littera in principio intricata est, propter recapitulationem, qua utitur hic auctor: notandum quod mater illius Michæ, de quo agitur hic, mille centum argenteos devoverat, ut inde Deum faceret, & posuerat seorsum: Michas autem filius ejus invenit illos, & accepit: Cui dixit mater, quando scivit hoc: Fili, ego devoveram Deo hoc argentum, & ideo non debes expendere illud in alios usus. Et reddidit Michas matri suæ argentum suum, quæ tulit inde ducentos argenteos, & dedit eos Michæ, ut faceret sibi sculptile, & conflatile. *e* Eo tempore] Quo scil. Israel fuit sine rege. Unde *inf.* dicitur: In diebus illis, non erat rex in Israel, propter quod Josephus dicit, hanc historiam contigisse post mortem Josue, & ante Othoniel. *f* Separaveras] Ad faciendum Deum. *g* Juraveras] i. quasi juramento devoveras, ut ex illis faceres Deum. *h* Quæ] i. quia illa, dixerat prius. *i* Suscipiat] q. d. ego novi, ut darem tibi hoc argentum, ut tu faceres inde Deum. *k* Et faciat] i. fieri jubeat. *l* Et nunc trado] Verba sunt matris ad filium. Vel recapitulatio est hic, & sunt verba auctoris. *m* Quæ tulit ducentos argenteos] Quia non reperitur, quid ipsa fecit de residuis, ideo libri correctiores habent: Mille centum argenteos. *n* Sculptile] quod fit ex tunsionibus malleorum. *o* Conflatile] vero in fornace conflatur. Et est idolum, quod per tunsionem malleorum, & conflationem factum fuit.

p Ædiculam] idest, parvam ædem, idest, fanum quoddam, forte in aliqua parte domus suæ fecit quasi quemdam parvum thalamum, ut ibi poneret idola sua. *q* In ea] i. in domo. *r* Et fecit, &c.] Ephod, superhumerale est, ut dictum est *sup.* 8. de Gedeone. *f* Teraphim] idem est, quod idola. Tamen *Hier. super illud Osee* 3. Sederunt filii Israel, sine rege, sine principe, sine Sacerdote, sine altari, & sine Ephod, & sine Theraphim, dicit: Teraphim dicuntur figuræ, & simulacra, quæ hic intelligimus Cherubim, & Seraphim, vel quælibet alia templi ornamenta. Ita dicit *Hieronym.* Sed hic dicuntur Teraphim idola. Et nota, quod Michas fecit sibi unum principale, quod supra dixit sculptile, & conflatile. Fecit & alias parvas imagines, ad honores illius idoli principalis, & illas vocat Teraphim.

Ω *a* Implevitque

Moraliter. *e* Fuitque eo tempore, &c.] Michas interpretatur, quis est hic, vel quis est iste, & significat quemlibet superbum. Hic est de monte Ephraim, idest, de eminentia abundantiæ temporalis, unde provenit omnis superbia, imo omnis iniquitas. *Psal.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. 1. *Tim.* 6. Radix omnium malorum cupiditas. Michas idololatra fuit. Et omnis superbus idololatra est. *Ecclesiast.* 10. Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo. Mater Michæ est opinio sui. Mille centum argentei, transgressio mandatorum Dei, quia mille centum, sunt undecim centum, sed undenarius numerus est transgressionis. Hos argenteos dat Michæ mater sua, quia falsa opinio, quam habet homo de se, transgressionem mandatorum inducit. Deinde dat eos Michas argentario, i. diabolo. *Isai.* 14. Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, i. peccatorem qui est vas diaboli. Vas quidem in contumeliam, non in honorem. In magna quidem domo, i. in Ecclesia sunt non solum vasa aurea, & argentea; sed & lignea, & fictilia. Et quædam quidem in honorem, quædam vero in contumeliam.

k Faciat sculptile, &c.] Per hoc significantur duo genera peccatorum. Sculptile enim fit manuali opere, idest, percussionibus malleorum, & significat peccatum operis: Conflatile fit flatu oris, & significat peccatum locutionis. Unde *Isaiæ* 54. Omne vas, quod fictum est, contra te, non dirigetur: Hoc quantum ad sculptile. Et omnem linguam resistentem tibi judicio judicabis: Hoc quantum ad conflatile. *r* Et fecit Ephod &c.] Hoc idem operatur adhuc argentarius iste, idest, diabolus in multis, qui vestem sacerdotalem habent exterius, & tamen sunt idolum. *Psal.* 113. Os habent, & non loquentur, &c. *Isai.* 42. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Et *Zac.* 11. O pastor, & idolum, derelinquens gregem, gladius super brachium ejus, & super oculum ejus dexterum brachium ejus aridítate siccabitur, & oculus dexter tenebrescens obscurabitur. Per brachium intelligitur opus. Per dexterum oculum spiritualis intelligentia, quasi dicat Propheta: In hoc punitur pastor, qui derelinquit gregem suum, quod caret operum fortitudine, & intelligentia spirituali. Nota, Michas de argento matris suæ sibi fecit idola. Hoc est, ad litteram, quod clerici, & Prælati de

Marginal notes: 32. q. 5. c. Si non licet, & c. reor. De Divor. cap. gaudemus. — *Moraliter.* — *Rom.* 9. 2. *Tim.* 2.

stem sacerdotalem, & idola : *a* Implevitque unius filiorum suorum manum, & *b* factus est ei sacerdos. In *c* diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Fuit quoque in tempore illo alter adolescens, de Bethlehem Juda, ex *d* cognatione ejus, *e* eratque ipse Levites, & habitabat ibi. Egressusque de civitate Bethlehem, *f* peregrinari voluit, ubicumque sibi commodum reperisset. Cumque venisset in montem Ephraim iter faciens, & declinasset parumper in domum Michæ, interrogatus est ab eo, unde venisset. Qui respondit : Levita sum de Bethlehem Juda, & vado, ut habitem ubi potuero, & utile mihi esse perspexero. Dixitque Michas : Mane apud me, inquit, & esto *g* mihi parens, ac sacerdos, daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac *h* vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria. *i* Acquievit, & mansit k apud l hominem, fuitque illi quasi unus de filiis. *m* Implevitque Michas manum ejus, & habuit *n* puerum sacerdotem apud se : Nunc scio, dicens, quod benefaciet mihi Deus *o* habenti Levitici generis sacerdotem.

C A P. XVIII.

IN diebus illis, non erat rex in Israel, & *o* Tribus Dan quærebat possessionem sibi, ut habitaret in ea : Usque ad illum enim diem inter ceteras Tribus sortem non *p* acceperat. Miserunt ergo filii Dan, stirpis, & familiæ suæ quinque viros fortissimos, de *q* Saraa, & Esthaol, ut *r* explorarent terram, & diligenter inspicerent. Dixeruntque eis : Ite, & considerate terram. Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieverunt ibi : Et agnoscentes *s* vocem adolescentis Levitæ, utentesque illius *t* diversorio, dixerunt ad eum : *u* Quis te huc adduxit ? Quod hic agis ? Quam ob causam huc venire voluisti ? Qui respondit eis : Hæc, & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit, ut sim ei sacerdos. Rogaverunt autem eum, ut consuleret Dominum : ut scire possent, an prospero itinere pergerent, & res haberent effectum. *x* Qui respondit eis : Ite cum pace : Dominus *y* respicit viam

a Implevitque unius] idest, investivit eum in sacerdotium, per aliquid impositum in manus ejus. Vel obtulit ei munera quasi sacerdoti. Vel dedit ei munera, ut fieret ei sacerdos, & ita simoniam commisit. Alia littera habet : Implevitque unius filiorum ejus manum, emendo sc. sibi sacerdotium, secundum quod dicitur 3. *Reg.* 13. Quicumque voluit, implevit manum Jeroboam, & fiebat sacerdos excelsorum.

C — *Infr.* 18. & 21.

D

b Et factus est ei sacerdos.] idest, fungens officio sacerdotis. Non enim fuit verus sacerdos, quia non fuit inunctus.

A

c In diebus, &c.] Posset aliquis quærere, quare fiebant hæc mala, & auctor assignat causam, quia in diebus illis non erat rex in Israel, qui hæc mala fieri prohiberet, vel vindicaret. Et habetur hic argumentum, quod officium regis, est malefacta cohibere, & malefactores punire.

B

d Ex cognatione ejus,] idest, Michæ. Ex hoc est argumentum, quod uxor Michæ, sive Michas fuit Levita genere, quia iste adolescens, qui fuit Levita, erat de cognatione ejus. Sed hoc non sequitur, quia Tribus permiscebantur aliquando, ut patet in Jojada sacerdote, & Josabeth filia Joram, regis Juda, 2. *Par.* 22. Et Michol, & David, 1. *Reg.* 18. Ideo quidam dicunt, quod Michas licet fuerit cognatus Levitæ, non tamen fuit Levita. Aliqui dicunt, quod iste adolescens, non fuit cognatus Michæ, quod satis videtur per hoc, quod quando Michas ab eo quæsivit, unde venisset, respondit : Levita sum de Bethlehem Juda, & de cognatione nullam fecit mentionem. Unde sic exponunt : Ex cognatione ejus, idest, Judæ. *e* Eratque] scil. adolescens.

f Peregrinari] quia pauper erat. *g* Esto mihi, &c.] spiritualis. [Ac] pro, idest, sacerdos. *h* Vestem duplicem,] idest, bis in anno. Vel mutatoria vestium. Hinc habet originem prava, & detestabilis consuetudo presbyterorum conducendorum taxato pretio. *i* Acquievit,] Victus amore pretii, sicut hodie multi faciunt sacerdotes mercenarii, qui non propter Deum, sed principaliter propter pretium serviunt, quod nefas est. k Apud hominem] idest, Micham. *l* Quasi unus de filiis.] i. charus. Vel ille, idest Michas fuit Levitæ quasi unus de filiis, quia sacerdos erat ei quasi pater spiritualis.

m Implevitque, &c.] idest, investivit eum sacerdotio. Sicut supra. Vel obtulit ei munera, ut quasi esset ei sacerdos. *n* Puerum sacerdotem] idest, adolescentem. In hoc arguuntur juvenes sacerdotes, quia debent senes esse, si non ætate, tamen mente. *Sap.* 4. Ætas senectutis vita immaculata.

o Habenti Levitici generis] Ex hoc manifeste patet, quod Michas non fuit Levita, quia fecisset unum de filiis suis sacerdotem, fuisset si Levita.

Moraliter. * beneficiis Ecclesiæ faciunt sibi simulacra, idest, picturas varias, vel in libris suis, vel in domibus laqueatis. *Ezech.* 16. De auro, & argento meo, fecisti imagines masculinas. *Jer.* 22. Væ qui dicit : ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa, qui aperit fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque synopide. *Gloss. Hier.* idest, sanguine Christi.

a Implevitque unius filiorum, &c.] In quo figurat Prælatos nostri temporis, qui nepotulorum manus implent beneficiis, & patrimonio Crucifixi. Et bene congruit eis nomen Michæ, quod interpretatur : Quis est hic. Et respondetur ei : Domine, hic est nepos vester, sc. filius sororis vestræ, quæ tantum dilexit vos, quando fuistis pueri, modo videbitur, quomodo rependetis ei vices. Tunc Prælatus confert ei beneficia, & curas animarum, & personatus, qui adhuc nescit, quid sit anima. Ideo talibus Prælatis dicit *Is.* 22. Vade, & ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum : Quid tu hic, aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tibi tabernaculum. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, qui gallinas non fecundat, sed seipsum impinguat. Cristum habet galli, sed non habet vocem galli. Sic Prælati multi Ecclesias non fecundant, neque germine boni exempli, neque semine prædicationis, sed tantum seipsos voluptuose viventes impinguant. Mitram Episcopi habent, sed non verba Episcopi, imo potius militis, vel Comitis.

Supr. 17. *Infr.* 21.

E X P O S I T I O C A P. XVIII.

IN diebus illis, &c. *o* Tribus Dan, &c.] Et hoc videtur, quod Tribus Dan, non habuit possessionem in terra, quod falsum est, quia legitur *Josue* 19. quod omnes Tribus habuerunt sortem præter Levi. Solutio : Revera Dan sortem habuit in terra, & partem obtinuit, partem non, quia Amorrhæus sibi auferebat. Unde *supr.* 1. dictum est : Arctavit Amorrhæus filios Dan in montibus, ideo quærebat possessionem, quia suam nondum obtinuerat.

p Non acceperat.] idest, non obtinuerat.

q De Saraa, & Esthaol,] Civitates sunt, in quibus habitabant filii Dan.

r Ut explorarent terram,] quam possent sibi acquirere.

s Vocem adolescentis] idest, per vocem cognoscentes, quod esset Levita. Et hoc est notabile, quod ex voce cognoscitur Levita. *Malach.* 2. dicitur : Labia sacerdotis custodiunt, &c. *Hieron.* Verba sacerdotis aut sacra sunt, aut sacrilega.

t Diversorio,] quod prius dicebatur ædicula, idest, traxerunt eum in partem.

u Quis te huc adduxit, &c.] Ecce triplex quæstio, quæ fiet Prælatis a Domino in die judicii. Quomodo intrasti ? Quomodo vixisti ? Quomodo rexisti ? Sed quid respondebunt ei, nisi quod respondit Levita sacerdos ? Hæc, & hæc præstitit mihi, &c.

x Qui respondit eis : Ite, cum pace :] De corde suo respondit, sicut hodie multi faciunt, qui de consilio proprio, non de consilio scripturarum respondent. *Jeremiæ* 23. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini.

y Dominus respicit viam vestram] Adulando dicebat hoc non spiritu prophetico. Simile 3. *Reg.* 22. cum vellet Achab occidere Ramoth Galaad, vocavit quadringentos prophetas Baal, & dixit : Ascendere debemus in Ramoth Galaad, an quiescere ? Qui dixerunt : ascende, & Deus dabit eam in manu regis.

a Lais.] civitas est Sidoniorum, quibus erant confœderati, quasi ritum Sidoniorum in idololatria observantes.
b Securum,] Securitas, & otium pariunt negligentiam. Unde *Prov.* 1. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerint super vos tribulatio, & angustia, tunc invocabunt me, & non exaudiam. 1. *Thessalon.* 5. Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus superveniet eis interitus. *Lucæ duodecimo*. Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te.
c In Cariathiarim Judæ,] idest, in territorio ejus.
d Castrorum Dan] idest, dicebantur Castra Dan.
e Quod domibus] idest, in domibus.
f Ephod.] idest, superhumerale.
g Et Theraphim,] idest, idola parva, sive imagines.
h Sculptile,] scil. idolum principale.
i Declinassent,] scilicet Danitæ.
k Ingressi] illi quinque viri, qui prius missi fuerant.
l Domum] idest, ædiculam.
m Sexcenti] Exceptis illis quinque, qui ingressi erant domum.
n Stabat] expectans, quid facere vellent.
n Haud] idest, non.
o Quod cum audisset, &c.] Sic hodie de parva Ecclesia se transferunt ad majorem.
p Qui cum respexissent,] scilicet Danitæ.
q Ad populum, &c.] *Ezech.* 16. Iniquitas Sodomæ, superbia, & saturitas, & abundantia, & odium. *Eccles.* 33. Multam malitiam docuit otiositas
r In ore] idest, in devoratione.
s Urbemque] scilicet Lais.
t Eo quod procul] *Eccles.* 4. Væ soli, &c.
u Filium Gersan] *Exod.* 2.
x Sacerdotes] supple posuerunt.
y Captivitatis suæ.] 3. *Regum* 16. & 17.
z Domus Dei] idest, tabernaculum.
a In diebus illis] Per hoc, quod hæc clausula repetitur hic sicut supra, videtur, quod hæc historia, quæ sequitur, & illa quæ dicta est,

vestram, & iter quo pergitis. Euntes itaque quinque viri venerunt *a* Lais, videruntque populum habitantem in ea absque ullo timore juxta consuetudinem Sidoniorum, *b* securum, & quietum, nullo eis penitus resistente: magnarumque opum, & procul a Sidone, atque a cunctis hominibus separarum. Reversique ad fratres suos in Saraa, & Esthaol, & quid egissent sciscitantibus, responderunt: Surgite, & ascendamus ad eos. Vidimus enim terram valde opulentam, & uberem, nolite negligere, nolite cessare. Eamus, & possideamus eam, nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimam, tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria, eorum, quæ gignuntur in terra. Profecti igitur sunt de cognatione Dan, i. de Saraa, & Esthaol, sexcenti viri accincti armis bellicis, ascendentesque manserunt in *c* Cariathiarim Judæ, qui locus ex eo tempore, *d* Castrorum Dan nomen accepit, & est post tergum Cariathiarim, inde transierunt in montem Ephraim. Cumque venissent ad domum Michæ, dixerunt quinque viri, qui prius missi fuerant ad considerandam terram Lais, ceteris fratribus suis: Nostis, quod *e* domibus istis sit *f* Ephod, & *g* Theraphim, & *h* sculptile, atque conflatile: Videte, quid vobis placeat. Et cum paululum *i* declinassent, *k* ingressi sunt *l* domum adolescentis Levitæ, qui erat in domo Michæ, salutaveruntque eum verbis pacificis, *m* sexcenti autem viri, ita ut erant armati, stabant ante ostium. At illi, qui ingressi fuerant domum juvenis, sculptile, & Ephod, & Theraphim, atque conflatile tollere nitebantur, & sacerdos *n* stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis *n* haud procul expectantibus. Tulerunt igitur, qui intraverant, sculptile, Ephod, & idola, atque conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? Cui responderunt: Tace, & pone digitum super os tuum, venique nobiscum, ut habeamus te patrem, ac sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius viri, an in una Tribu, & familia in Israel? *o* Quod cum audisset, acquievit sermonibus eorum, & tulit Ephod, & idola, ac sculptile, & profectus est cum eis. Qui cum pergerent, & ante se ire fecissent parvulos, ac jumenta, & omne quod erat pretiosum, jamque a domo Michæ essent procul viri, qui habitabant in ædibus Michæ conclamantes, secuti sunt, & post tergum clamare ceperunt. *p* Qui cum respexissent, dixerunt ad Micham: Quid tibi vis? Cur clamas? Qui respondit: Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia, quæ habeo, & dicitis, quid tibi est? Dixeruntque ei filii Dan: Cave, ne ultra loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cepto itinere perrexerunt. Videns autem Michas, quod fortiores se essent, reversus est in domum suam: Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & quæ supra diximus, veneruntque in Lais *q* ad populum quiescentem, atque securum, & percusserunt eos in *r* ore gladii, *s* urbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præsidium, *t* eo quod procul habitarent a Sidone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis, ac negotii. Erat autem civitas sita in regione Roob, quam rursum extruentes habitaverunt in ea, vocato nomine civitatis Dan, juxta vocabulum patris sui, quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur. Posueruntque sibi sculptile, & Jonatham filium *u* Gersan filii Moysi, ac filios ejus *x* sacerdotes in Tribu Dan usque ad diem *y* captivitatis suæ. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit *z* domus Dei in Silo. In *a* diebus illis non erat rex in Israel.

CAP. XIX.

FUit *b* quidam vir Levites, habitans in *c* latere montis Ephraim, qui accepit *d* uxorem de Bethlehem Juda. Quæ reliquit eum, & reversa est in domum patris sui in Bethlehem, mansitque *e* apud eum quatuor mensibus. *f* Secutusque est eam vir suus volens ei reconciliari, atque blandiri, & secum redu-

circa eadem tempora, contigerunt. Consonat *Josephus*.

EXPOSITIO CAP. XIX.

FUit *b* quidam vir] Hic agitur de uxore Levitæ, cujus historia eodem tempore gesta est, quo præcedens.
c In latere, &c.] quia spatium fuit inter eos, non simul habitabant.
d Uxorem] Quod bene poterat, sicut Josabeth, & Aaron, Elisabeth.

ℌ *b* Quæ suscepit

Moraliter. *b* Fuit quidam, &c.] Iste vir est spiritus humanus, qui dicitur vir a virtute, vel a dominatione, quia debet dominari carni, & viriliter subjugare eam. Unde *Gen.* 3. Tu sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui. Iste vir fuit Levites, non habens partem in terra: Sed Dominus pars hæreditatis ejus fuit. *Eccl.* 7. Inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, sed ipse infinitis se miscuit quæstionibus. Rectus est homo, qui non est distortus per injustitiam, nec curvus per concupiscentiam terrenorum. Ideo spiritus dicitur Levites nihil habens in terra, erectus ad cœlestia per amorem. Uxor ejus caro est, quæ quamdiu condelectatur spiritui, bona uxor est. De qua *Prov.* 19. Domus, & divitiæ dantur a patribus, a Domino autem proprie uxor prudens. Et tunc recte est de Bethlehem Juda, idest, de Ecclesia, numero, & merito. Sed quando recalcitrat, & non vult obedire spiritui, statim fugit virum suum, & vadit in domum patris sui, i. diaboli, qui dicit ei: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum viri tui.
e Mansitque, &c.] i. per quatuor genera peccatorum, quæ per quatuor menses significantur. Primum est consensus peccati: Secundum opus: Tertium consuetudo: Quartum desperatio. Hi sunt etiam quatuor dies, quibus Lazarus fuit in sepulchro, *Joan.* 11. Ibi est locus mortuorum. *f* Secutusque est eam vir suus] Sic spiritus sequitur carnem volens eam reducere ad se, & reconci-
*liari sibi

Ω b Quæ suscepit] scilicet uxor [Eum] idest, virum. Quando sic est, tunc bene est domui, quando e converso, tunc perversa est domus. *Prov.* 30. Per tria movetur terra, & quartum non potest sustinere, per servum cum regnaverit: per stultum, cum saturatus fuerit cibo, per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ, *Gen.* 21. Ejice ancillam, &c.

d Mansitque gener in domo soceri tribus diebus,] idest spiritus in domo diaboli, triplici genere peccatorum, scil. cogitationis, locutionis, operis.

e Comedens, & bibens cum eo,] i. in peccato delectans. Sicut enim spiritui in bono opere Deus condelectatur. *Apocal.* 3. Ego sto ad ostium, & pulso, &c. Sic diabolus in peccato condelectatur spiritui.

cere, a habens in comitatu puerum, & duos asinos. b Quæ suscepit eum, & introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset c socer ejus, eumque vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominem. Mansitque d gener in domo soceri tribus diebus, e comedens cum eo, & bibens familiariter. f Die autem quarto de g nocte consurgens proficisci voluit. Quem tenuit socer, & ait ad eum: h Gusta prius pusillum panis, & conforta stomachum, & sic proficisceris. Sederuntque simul, & i comederunt, ac biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum suum: Quæso te, ut hodie hic maneas, pariterque lætemur. At ille consurgens cœpit velle proficisci: Et nihilominus obnixe eum socer tenuit, & apud se fecit manere. Mane autem facto, parabat Levites iter. Cui rursum socer: Obsecro, inquit, ut paululum ibi capias, & assumptis viribus donec increscat dies, postea proficiscaris. Comederunt ergo simul: Surrexitque adolescens, ut pergeret cum uxore sua, ac puero: Cui rursum locutus est socer: Considera, quod dies ad Occasum declivior sit, & propinquet ad vesperum: Mane apud me etiam hodie, & duc k lætum diem, & cras l proficisceris, ut vadas in domum tuam. Noluit gener acquiescere sermonibus ejus, sed statim perrexit, & venit contra Jebus, quæ altero nomine vocabatur Jerusalem, ducens secum duos asinos onustos, & m concubinam. Jamque aderant juxta Jebus, & dies mutabatur in noctem: Dixitque n puer ad Dominum suum: Veni obsecro, declinemus ad urbem Jebusæorum, & maneamus in ea. o Cui respondit Dominus: Non ingrediar oppidum p gentis alienæ, quæ non est q de filiis Israel, r sed transibo usque s Gabaa, & cum illuc pervenero, manebimus in ea, aut certe in urbe Rama. t Transierunt igitur Jebus, & cœptum carpebant iter: Occubuitque eis Sol juxta Gabaa, quæ est in Tribu Benjamin, diverteruntque ad eam, ut manerent ibi. Quo cum intrassent, sedebant in platea civitatis, & nullus eos recipere volebat hospitio. Et ecce apparuit homo senex, revertens de agro, & de opere suo vesperi, qui & ipse erat de monte Ephraim, & u peregrinus habitabat in Gabaa. Homines autem regionis illius erant filii Jemini. Elevatisque oculis vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea civitatis, & dixit ad eum: Unde venis, & quo vadis? Qui respondit eis: y Profecti sumus de Beth-

B

c Socer ejus,] idest, pater uxoris Levitæ.

d Gener] scilicet Levites.

e Soceri] patris uxoris.

g De nocte] i. ante lucem.

i Comederunt] ante horam.

k Et duc lætum, &c.] Hæc est nox diaboli semper penitentiam procrastinantis. *Sophon.* 2. Vox cantantis in fenestra, & corvus in superliminari. Cantus in fenestra est delectatio in sensu. Corvus in superliminari, dilatio poenitentiæ in ratione, quam suggeret corvus, i. diabolus.

C

m Concubinam.] idest, uxorem.

D

o Cui respondit Dominus:] puer, idest Levites ille.

p Gentis alienæ,] Sed quomodo dicitur gentis alienæ, cum civitas esset Benjamin, & habitaret ibi? Solut. Propter Benjamin hoc non dicitur, sed propter Jebusæos, qui habitabant ibi cum Benjamin tributarii ei.

E

q Quæ non est, &c.] totaliter scilicet.

s Juxta Gabaa,] idest, cum esset juxta Gabaa.

u Et peregrinus] idest, advena, sive incola.

1. Reg. 12. x Filii Jemini.] hominis cujusdam ignobilis, qui erat de Tribu Benjamin.

y Profecti sumus] idest, venimus.

f Die autem quarto, &c.] Die quarto fecit Deus Solem in firmamento. Dies igitur quartus est, quando Dominus Solem faciet in firmamento, i. in corde peccatoris, quando inspirat aliquem radium suæ lucis, ut homo cogitet statum suum, ubi est & finem suum, qui incertus est, & hujusmodi; tunc vult reverti, sed tunc tenet eum socer, i. diabolus, dicens: h Gosta prius pusillum panis, & conforta stomachum,] Hoc est, quod facit cogitare hominem, i adhuc poteris parum expectare, & postea facies poenitentiam, Et bene dicit pusillum, quia ut dicit *Greg.* Momentaneum est, quod delectat, sed perpetuum, quod cruciat.

l Cras proficisceris,] Vox est diaboli poenitentiam procrastinantis. *Sophon.* 2. Vox cantantis in fenestra, corvus in superliminari. Cantus in fenestra, est delectatio in sensu. Corvus in superliminari, dilatio poenitentiæ in intentione, quod suggerit corvus, idest, diabolus.

n Dixitque puer ad Dominum, &c.] Jebus interpretatur conculcata, & significat humilitatem poenitentiæ, per quam caro conculcatur, & concupiscentia ejus. Ad hanc urbem obsecrat puer ingredi, i. gratia, sed non consentit Levita. Recte dicitur, quod juxta Jebus vertitur dies in noctem, i. delectatio peccati in amaritudinem, & gloria temporalis in contemptum. Unde *Job* 3. Pereat dies, in qua natus sum, & dies illa vertatur in tenebras. Item urbs Jebusæorum, proprie est claustrum, ad quod monet puer ingredi, & manere, i. gratia Dei. Sed respondet Levitæ, qui ducit uxorem, i. clericus, qui adhuc diligit carnem: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, i. claustrum illud, ubi non sunt nisi alieni, qui non sunt de filiis Israel, i. ubi nullus est de magistris Theologiæ.

r Sed transibo usque Gabaa, & cum illuc pervenero, permanebimus in ea, aut certe in urbe Rama.] Optime dicit, sicut est in re. Gabaa interpretatur vallis ejus, & significat statum humilem, in quo proponit scholaris, quando recedit de Bethlehem, idest, studio permanere, aut certe in Rama, quæ interpretatur excelsa, scilicet, excellentia dignitatis.

t Transierunt igitur Jebus,] Hic notabile est, quod transeunte Jebus occubuit Sol. Hic transeunti poenitentiam, & appetenti dignitates occumbit Sol justitiæ, quia dum gradus dignitatis appetitur, gratia minuitur, vel penitus amittitur.

Ω a Ad domum

Moraliter. * liari sibi. a Habens in comitatu] suo [puerum, & duos asinos,] i. humilitatem, vel gratiam Dei, quæ puram facit animam cum doplici patientia. Duplex enim patientia necessaria est volenti carnem suam reducere ad seipsum. Una in perferendo molestias laborum: alia in sustinendo defectus necessariorum. Hanc duplicem patientiam operatur charitas. Unde 1. *Corinth.* 13. Charitas omnia suffert, omnia sustinet. *Greg.* Vera patientia est, quæ ipsum amat, quem portat: Nam tolerasse, & odisse non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Si igitur hanc patientiam habeat spiritus humilitate, vel cum Dei gratia, potest uxorem suam reducere, aliter non.

b Quæ suscepit eum, & introduxit in domum patris sui.] i. diaboli. Sic enim sæpe contingit, ut dum caro consentit spiritui, inde superbiat spiritus: Et hoc est, quod caro spiritum suscipit; & sic in domum patris, i. diaboli introduxit.

c Quod cum audisset socer ejus,] Socer spiritus est diabolus, qui est pater carnalis, idest, carnalis concupiscentiæ. Hic cum spiritum de carnis obedientia subire videt, occurrit ei lætus, & amplexatur eum. *Eccles.* 37. Noli consiliari cum socero tuo.

a Ad domum Dei,] idest, ad tabernaculum, quod erat in Silo.

b Ne in platea] Noverat senex malitiam concivium suorum, & ideo hoc dixit. Vel forte ex compassione illius dixit hoc, & affectu hospitalitatis.

c Præbuit,] senex de suo. Vel Levita apposuit pabulum, fœnum, scilicet, quod adolescens sive puer suus attulerat secum.

d Pedes suos,] Hæc erat consuetudo antiquitus hospitibus lavare pedes.

e Ut abutamur eo.] Simile *Genes.* 17. de Sodomitis. *Josephus* tamen dicit eos non venisse pro Levita, sed ut raperent uxorem ejus.

f Educam, &c.] Sed numquid peccavit senex, hoc dicendo? Dicunt, quod non, quia hoc dixit ex surreptione, sive perturbatione animi, sicut Lot, *Gen.* 19.

g Eduxit] senex, vel Levita.

h Concubinam] idest, uxorem Levitæ.

i Abusi essent,] i. libidinose usi.

k Surrexit homo,] idest, Levita.

l Concubina] idest, uxor.

m Ac frusta] Ac pro, idest.

lehem Juda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem, & nunc vadimus *a* ad domum Dei, nullusque nos sub tectum suum vult recipere, habentes paleas, & fœnum in asinorum pabulum, & panem, ac vinum in meos, & ancillæ tuæ usus, & pueri, qui mecum est: Nulla re indigemus nisi hospitio. Cui respondit senex: Pax tecum sit, ego præbebo omnia, quæ necessaria sunt tantum quæso *b* ne in platea maneas. Introduxitque eum in domum suam, & pabulum asinis *c* præbuit, ac postquam laverunt *d* pedes suos, recepit eos in convivium. Illis epulantibus, & post laborem itineris cibo, & potu reficientibus corpora, venerunt viri civitatis illius filii Belial, i. absque jugo, & circumdantes domum senis, fores pulsare cœperunt clamantes ad dominum domus, atque dicentes: Educ virum, qui ingressus est domum tuam, ut *e* abutamur eo. Egressusque est ad eos senex, & ait: Nolite, fratres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam *f* educam eas ad vos, ut humilietis eas, & vestram libidinem compleatis: tantum obsecro, ne scelus hoc contra naturam operemini in virum. Nolebant acquiescere sermonibus ejus. Quod cernens homo *g* eduxit ad eos *h* concubinam suam, & eis tradidit illudendām. Qua cum tota nocte *i* abusi essent, dimiserunt eam mane. At mulier recedentibus tenebris venit ad ostium domus, ubi manebat dominus suus, & ibi corruit. Mane facto *k* surrexit homo, & aperuit hostium domus, ut cœptam expleret viam, & ecce *l* concubina ejus jacebat ante ostium, sparsis in limine manibus. Cui ille putans eam quiescere loquebatur: Surge, & ambulemus. Qua nihil respondente intelligens, quod erat mortua, tulit eam, & imposuit asino, reversusque est in domum suam. Quam cum esset ingressus arripuit gladium, & cadaver uxoris cum ossibus suis in duodecim partes, ac *m* frusta concidens, misit in omnes terminos Israel. Quod cum vidissent singuli conclamabant: Nunquam res talis facta est in Israel, ex eo die, quo ascenderunt patres nostri de Ægypto usque in præsens tempus. Ferte sententiam, & in commune decernite, quid facto opus sit.

EXPOSITIO

CAP. XX.

EGressi itaque, &c.

m Quasi vir unus] Uno animo.

n De Dan, &c.] Dan, & Bersabee sunt duæ civitates, ubi Jeroboam posuit duos vitulos aureos, ut decem Tribus, quæ eum fecerant regem, non ascenderent, in Jerusalem, in templum causa immolationis, ut legitur 2. *Regum* 12. Erant autem Dan, & Bersabee quasi in extremitatibus terræ decem Tribuum.

o Anguli populorum,] idest, principes, qui conjungunt populum in unum, sicut anguli parietes. Similiter accipitur *Soph.* 1. Dies tubæ, & clangoris super civitates munitas, & super angulos excelsos, idest, principes.

p In Ecclesiam] idest, congregationem.

q In Gabaa Benjamin,] quæ est in Benjamin.

r Circumdederunt, &c. me occidere] idest, abuti, quod est occidere.

s Furore libidinis] ardore.

t Piaculum] idest, peccatum expiatione dignum.

u Decernite, &c.] Non vult vindictam, nisi discretam, & justam.

x Unius hominis sermone,] i. concorditer.

y Nec suam, &c.] idest, non redibimus ad propria, donec ulciscamur hoc factum in Gabaa.

z Decem viri, &c.] Summa est: Filii Israel diviserunt se omnes, per denarios, & de singulis denariis, elegerunt singulos viros, qui reliquis novem ministrarent in cibis, & in aliis necessariis: Et ita decem serviebant centum, & centum mille, & mille decem millibus: Ita decima pars exercitus deputata erat ad necessaria præparanda, & alii ad pugnandum.

a Contra Gabaa Benjamin] idest, contra Gabaonitas, qui sunt Benjamitæ.

b Ad civitatem] Gabaa scilicet.

c In vobis] idest, in aliquibus vestrum.

d Qui noluerunt] scilicet Benjamitæ.

e Ut capillum, &c.] Hyperbole est, idest, boni fundibularii erant.

f Virorum quoque] qui venerant contra Gabaa.

a Quadrin-

CAP. XX.

EGressi sunt itaque omnes filii Israel, & pariter congregati *m* quasi vir unus de *n* Dan usque Bersabee, & terra Galaad ad Dominum in Maspha, omnesque *o* anguli populorum, & cunctæ Tribus Israel in *p* Ecclesiam populi Dei convenerunt quadringenta millia peditum pugnatorum. Nec latuit filios Benjamin, quod ascendissent filii Israel in Maspha. Interrogatusque Levita maritus mulieris interfectæ quomodo tantum scelus perpetratum esset, respondit: Veni in *q* Gabaa Benjamin cum uxore mea, illucque diverti: Et ecce homines civitatis illius *r* circumdederunt nocte domum, in qua manebam, volentes me occidere, & uxorem meam incredibili *s* furore libidinis vexantes: Denique mortua est: Quam arreptam in frusta concidi, misique partes in omnes terminos possessionis vestræ, quia nunquam tantum nefas, & tam grande *t* piaculum factum est in Israel. Adestis filii Israel, *u* decernite, quid facere debeatis. Stansque omnis populus quasi unius *x* hominis sermone respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, *y* nec suam quisquam intrabit domum, sed hoc contra Gabaa in commune faciemus: *z* Decem viri eligantur e centum ex omnibus Tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, ut possimus pugnantes contra *a* Gabaa Benjamin reddere ei pro scelere, quod meretur. Convenitque universus Israel *b* ad civitatem quasi unus homo, eadem mente, unoque consilio, & miserunt nuncios ad omnem Tribum Benjamin, qui dicerent: Cur tantum nefas in *c* vobis repertum est? Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, & auferatur malum de Israel. *d* Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum, sed ex cunctis urbibus, quæ suæ sortis erant, convenerunt in Gabaa, ut illis ferrent auxilium, & contra universum populum Israel dimicarent. Inventique sunt vigintiquinque millia de Benjamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa, qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra, ut dextera præliantes, & sic fundis ad certum jactantes lapides, ut *e* capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. *f* Virorum quoque Israel absque filiis

Benjamin invehta sunt *a* quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam. Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est in *b* Silo, *c* consulueruntque eum; atque dixerunt: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin? Quibus respondit Dominus: *d* Judas sit *e* dux vester. Statimque filii Israel surgentes mane castrametati sunt juxta Gabaa, & inde procedentes ad pugnam contra Benjamin, urbem oppugnare cœperunt. Egressique filii Benjamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israel die illo viginti duo millia virorum. Rursum filii Israel, & *f* fortitudine, & numero confidentes, in eodem loco, in quo prius certaverant, aciem direxerunt, ita tamen, ut prius ascenderent, & flerent coram Domino usque ad noctem, consulerentque eum, & dicerent: Debemus ultra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin fratres nostros, an non? Quibus ille respondit: *g* Ascendite ad eos, & inite certamen. Cumque filii Israel altera die contra filios Benjamin ad prælium processissent, eruperunt filii Benjamin de portis Gabaa, & occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati sunt, ut decem & octo millia virorum educentium gladium *h* prosternerent. Quamobrem omnes filii Israel venerunt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino. Jejunaverunt die illo usque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta atque pacificas victimas, & super statu suo interrogaverunt. *i* Eo tempore ibi erat arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazar filii Aaron præpositus domus: *k* Consuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt: Exire ultra debemus ad pugnam contra filios Benjamin in fratres *l* nostros an quiescere? Quibus ait Dominus: *m* Ascendite: Cras enim tradam eos in manus vestras. *n* Posueruntque filii Israel insidias per circuitum urbis Gabaa, & tertia vice sicut semel, & bis, contra Benjamin exercitum produxerunt. Sed & filii Benjamin audacter eruperunt de civitate, & *o* fugientes adversarios longius persecuti sunt, ita ut vulnerarent ex eis, sicut primo die, & secundo, & *p* cæderent, per duas semitas terga vertentes, quarum una ferebatur in Bethel, & *q* altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros. Putaverunt enim solito eos more *r* cædere. Qui fugam arte simulantes, *s* iniere consilium, ut abstraherent *t* eos de civitate, & quasi fugientes ad *u* supra dictas semitas perducerent. *x* Omnes itaque filii Israel *y* surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in *z* loco, qui vocatur Baalthamar: Insidiæ quoque, quæ circa urbem erant paulatim se *a* aperire cœperunt, & ab occidentali urbis parte procedere. *b* Sed & alia decem millia virorum de universo Israel *c* habitatores *d* urbis ad certamina *e* provocabant: Ingravatumque est bellum contra filios Benjamin, & non intellexerunt, quod ex omni parte illis instaret interitus. Percussitque eos Dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerunt ex eis in illo die vigintiquinque millia & centum viros, omnes bellatores, & educentes gladium. Filii autem Benjamin cum se inferiores esse vidissent, *f* cœperunt fugere. Quod cernentes filii Israel dederunt eis ad fugiendum locum, ut ad præparatas

a Quadringenta millia] Quidam libri mendaces habent quadraginta millia, quod esse non potest, quod Benjamitæ occiderint de eis, vigintiduo millia prima vice, & secunda 18. ita nullus remansisset de Israel: Quod falsum est, ut patet in littera.

D

b In Silo,] ubi erat tabernaculum.

c Consulueruntque eum,] idest, Dominum.

d Judas sit] De Tribu intellige, non de persona.

e Dux vester.] Idem habetur in principio hujus libri. Unde hoc videtur facere pro Josepho, qui hanc cladem dicit factam post mortem Josue, & ante Othoniel. (S. a. 7. c. quo fine.)

f Et fortitudine,] sua & numero] pugnatorum.

g Ascendite ad eos,] Iratus dicit hoc Dominus, quia nondum purgaverant se á peccatis suis, per oblationem hostiarum.

E

h Prosternerent] *Gregorius* quærit, quare filii Israel, qui in ultionem sceleris venerant, prius occidantur semel, & secundo, & tandem victoriam obtinent. Et respondet, quia nondum purgaverant se a peccatis suis; & ideo non erant apti ad aliorum scelera punienda. Et notabilis est *Gloss.*

i Eo tempore, &c.] Dixerat auctor, quod filii Israel obtulerant hostias pacificas Domino. Hic ostendit, per quem obtulerunt, scil. per Phinees sacerdotem filium Eleazari.

F

k Consuluerunt igitur] per Phinees.

l Fratres nostros] Fratres vocant, quos tamen venerant debellare. In quo docemur, quod ad bellum spirituale debemus exire contra peccatores, non quasi hostes, sed quasi contra fratres, sicut dicit *Augustinus* cum dilectione hominum, & odio vitiorum.

m Ascendite:] Hoc dicit placatus, quod prius dixerat iratus. In quo facto moraliter ostenditur, quod non sufficit confessio peccatorum, neque contritio, nisi sequatur & satisfactio, cum tempus satisfaciendi conceditur a Domino. Filii Israel primo ascenderunt contra Benjamin sine fletu, Juda duce: Ecce pura confessio, & victi sunt. Secundo fleverunt: Ecce contritio: Et postea ascenderunt, & victi sunt. Tertio fleverunt sedentes, in quo notatur perseverantia: Et jejunaverunt, & hostias pacificas obtulerunt, & Dominum consuluerunt: Ecce plena satisfactio, jejunium, eleemosyna, oratio, & tunc victoriam plenariam habuerunt.

n Posueruntque filii Israel, &c.] Nota historiam: Confuse enim, & intricate narratur in libro: Sed ita se habuit res: Exercitus Israel divisus fuit in duas partes: Pars una latuit juxta civitatem in insidiis, sicut fecerat Josue Hai, *Josue* 8. Altera pars remote stetit a civitate, quæ majors pars erat, & hæc pars decem millia separavit, quasi cursores, ut currentes usque ad portas civitatis, provocarent Benjamitas ad exitum: Quos videntes Benjamitæ exierunt contra eos confidentes de victoria obtinenda sicut prius, ita etiam, quod senes, & parvuli, & mulieres exierunt fugantes illa decem millia, & illi sponte fugiebant, ut protraherent eos longius ab urbe, & ad locum, ubi erat exercitus, perducerent. Cum igitur fere omnes de civitate exissent, illi, qui erant in insidiis, ingressi sunt civitatem, & succenderunt eam igni. Illi autem, qui fugiebant sponte, videntes fumum in civitate conversi sunt contra Benjamitas, & illi similiter, qui miserant eos, qui ob hoc remanserunt. Illi autem, qui civitatem combusserant, exierunt contra Benjamitas, & incluserunt eos inter se, & alios, & ita circundati undique Benjamitæ, non potuerunt fugere, neque rebellare: Et mortui sunt ibi omnes, præter sexcentos.

o Et fugientes] sponte, scilicet illa decem millia.

p Et cæderent,] idest, occiderent.

q Altera in Gabaa,] in eamdem civitatem unde fugerant, sed aliunde.

r Cædere.] idest, fugere, vel occidere.

s Inire consilium,] Non tunc, sed prius inierant. (S. a. 7. c. quo fine.)

t Eos,] idest, Benjamitas.

u Ad supradictas semitas,] quarum una tendit in Bethel, altera in Gabaa. Forte una istarum ducebat ad illos, qui juxta Gabaa latebant in insidiis. Altera ducebat ad aliam partem exercitus filiorum Israel.

x Omnes itaque] Hucusque narravit auctor summatim historiam: Hic incipit narrare eamdem per partes, dicens: Omnes itaque, præter illos, supple, qui latebant in insidiis.

y Surgentes de sedibus suis,] idest, de suis tentoriis.

z In loco,] ante urbem scilicet.

a Se aperire,] ut intrarent civitatem post exitum civium.

b Sed & alia decem millia] qui erant quasi cursores.

c Habitatores] scilicet Benjamitas.

d Urbis] Gabaa.

e Provocabant:] currendo usque ad portas urbis.

f Cœperunt fugere.] usque ad urbem.

infidias devenirent quas juxta urbem posuerant. *a* Qui cum repente de latibulis surrexissent, & Benjamin terga *b* cædentibus daret, ingressi sunt civitatem, & percusserunt eam in ore gladii. Signum autem dederant filii Israel his, quos in insidiis collocaverant, ut postquam urbem cepissent, ignem accenderent, ut ascendente in altum fumo captam urbem demonstrarent. Quod cum cernerent filii Israel, in ipso certamine positi, putaverunt enim filii Benjamin *c* eos fugere, & instantius persequebantur cæsis de *d* exercitu eorum triginta viris, & *e* viderunt quasi columnam fumi de civitate *f* conscendere: Benjamin quoque respiciens retro, cum captam cerneret civitatem, & flammas in sublime ferri, qui prius simulaverant fugam, versa facie fortius resistebant. Quod cum vidissent filii Benjamin, in fugam versi sunt, & ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos, *g* adversariis persequentibus. *h* Sed & hi, qui urbem succenderant, occurrerunt *i* eis: Atque ita factum est, ut ex utraque parte ab hostibus *k* cæderentur, nec erat ulla requies morientium: Ceciderunt, atque prostrati sunt ad Orientalem plagam urbis Gabaa. Fuerunt autem, qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores. Quod cum vidissent, *l* qui remanserant de Benjamin, fugerunt in solitudinem, & pergebant ad petram, cujus vocabulum est *m* Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diversa tendentes *n* occiderunt, *o* quinque millia viros. Et cum ultra tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia. Et sic factum est, ut omnes, qui ceciderant de Benjamin in diversis locis, essent *p* vigintiquinque millia pugnatores, ad bella promptissimi. Remanserunt itaque de omni numero Benjamin, qui evadere potuerant, & fugere in solitudinem, sexcenti viri, sederuntque in petra Remmon mensibus quatuor. Regressi autem filii Israel omnes reliquias civitatis, a viris usque ad jumenta gladio percusserunt, cunctasque urbes, & *q* viculos Benjamin, *r* vorax flamma consumpsit.

C A P. XXI.

JUraverunt *s* quoque filii Israel in Maspha, & dixerunt: Nullus nostrum dabit filiis Benjamin de filiabus suis uxorem. Veneruntque omnes ad domum Dei in Silo, & in conspectu ejus sedentes usque ad vesperam, levaverunt vocem, & *t* magno ululatu cœperunt flere dicentes: *u* Quare, Domine Deus Israel, factum est hoc malum in populo tuo, ut hodie una tribus auferretur ex nobis? Altero autem die diluculo consurgentes extruxerunt *x* altare, obtulerunt ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerunt: Quis non ascendit in exercitum Domini de universis Tribubus Israel? Grandi enim juramento se constrinxerant, cum *y* essent in Maspha, *z* interfici eos, qui defuissent. *a* Ductique pœnitentia filii Israel *b* super fratre suo Benjamin, cœperunt dicere: Ablata est Tribus una de Israel: Unde uxores *c* accipient? Omnes in *d* commune juravimus non daturos nos his filias nostras. Idcirco dixerunt: Quis est de universis Tribubus Israel, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inventi sunt habitatores Jabes Galaad in illo exercitu non fuisse. Eo quoque tempore cum essent in *e* Silo, *f* nullus ex eis ibi repertus est. Miserunt itaque ibi decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis: Ite & percutite habitatores Jabes Galaad in ore *m* gladii, tam uxores, quam parvulos eorum, & hoc erit, quod observare debebitis: Omne generis masculini, & mulieres, quæ cognoverunt viros, interficite, virgines autem reservate. Inventæque sunt de Jabes Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo in terram Chanaan. Miseruntque nuncios ad filios Benjamin, qui erant in petra Remmon, & præceperunt eis, ut *g* eas susciperent in pace. Veneruntque filii Benjamin in illo tempore, & datæ sunt eis uxores de filiabus Jabes Galaad, alias autem non repererunt, quas simili *h* modo traderent. Universusque Israel valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione unius Tribus ex Israel: Dixeruntque majores natu: Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt uxores? Omnes in Benjamin feminæ conciderunt, & magna nobis cura, ingentique studio providendum est, ne una Tribus

Num. 31.

F

a Qui cum repente] scilicet illi, qui erant in insidiis.
b Cædentibus] idest occidentibus.
c Eos fugere] scilicet filios Israel.
d De exercitu eorum] scilicet de decem millibus cursorum.
e Viderunt] ipsi inquam filii Israel.
f Conscendere:] Repete cum [Benjamin, &c.
g Adversariis persequentibus.] qui prius fugiebant.
h Sed & hi qui urbem, &c.] qui scilicet erant in insidiis.
i Eis :] idest, Benjamitis.
k Cæderentur,] scilicet Benjamitæ.
l Qui remanserant] a cæde.

G

m Remmon.] Locus est munitissimus.
n Occiderunt,] filii Israel.
o Quinque millia viros.] de Benjamin.
p Vigintiquinque millia pugnatores,] Contra, *supr. eod.* dictum est, quod fuerunt vigintiquinque millia & centum viri. Solut. Scripturæ sacræ consuetudo est de minutiis non curare, ubi magnus est numerus. Sed notandum, quod in hoc numero non computantur mulieres, parvuli, & senes de Benjamin, qui cum civitatibus perierunt, sed tantum bellatores, quod patet per hoc, quod dicitur in littera: Percusserunt in ore gladii.

A

q Viculos] idest, parvas villas.
r Vorax flamma] sicut Gabaa.

EXPOSITIO CAP. XXI.

JUraverunt *s* quoque] antequam dimicarent, ut dicit *Josephus*. Sed hoc juramentum non habuit tres comites, quos debet habere omne licitum juramentum, scil. judicium, justitiam, & veritatem, ut dicit *Hieronymus super Jer.* 4.
t Et magno ululatu,] De hoc loco sumptum est illud *Jer.* 3. Vox in Rama audita est ploratus, & ululatus filiorum Israel, quoniam iniquam fecerunt viam suam.

B

u Quare, Domine] Non plangunt pro justo facto, sed pro scelere, propter quod factum est hoc. Vel pro excessu facti: Excesserunt enim modum ultionis, interficiendo omnes. *x* Altare] Sed nunquid licebat hoc, scil. novum altare construere? Non Sed extruxerunt, idest, extructum paraverunt ad sacrificandum.
y Cum essent, &c.] ante pugnæ congressum.
z Interfici eos] de Israel.
a Ductique pœnitentia] Sed quare pœnitebant, cum ex præcepto Domini, & ex zelo justitiæ hoc fecissent? Sol. Quia modum excesserant: Non enim Dominus jusserat omnes occidi: Vel pœnitentia ponitur pro annexo sibi, idest, pro dolore. Et est sensus: Ducti pœnitentia, idest, dolentes de morte fratris sui Benjamin.
b Super fratre suo] Collective dicitur fratre suo.
c Accipient?] scilicet sexcenti, qui remanserant de Benjamin.
d In commune] quilibet pro se, & de filia sua, non de alia.
e Cum essent in Silo,] post victoriam hostias pacificas offerentes, tunc etiam ibi nullus de Jabes Galaad fuit ad excusandum se de hoc, quod non interfuerant bello.
f Nullus ex eis] scilic. viris de Jabes Galaad.
g Ut eas susciperent] uxores.
h Simili modo traderent.] illis ducentis, qui remanebant.

a Constri-

leatur ex Israel: Filias enim nostras eis dare non possumus, *a* constricti a juramento, & maledictione, qua diximus, maledictus, qui dederit de filiabus suis uxorem Benjamin. Ceperuntque consilium, atque dixerunt: Ecce solemnitas Domini est in Silo anniversaria, quæ sita est *b* ad Septentrionem urbis Bethel, ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona: Præceperuntque filiis Benjamin, atque dixerunt: Ite & latitate in vineis: Cumque videritis *c* filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, *d* exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli uxores singulas, & pergite in terram Benjamin: Cumque venerint patres earum, ac fratres, & adversum vos queri cœperint, atque jurgari, dicemus eis: Misereminі eorum: Non enim rapuerunt eas *e* jure bellantium, atque victorum, sed rogantibus, ut acciperent, non dedistis, & *f* a vestra parte peccatum est. Feceruntque filii Benjamin, ut sibi fuerat imperatum, & *g* juxta numerum suum rapuerunt sibi de his, quæ ducebant choros uxores singulas, abieruntque in possessionem suam *h* ædificantes urbes, & habitantes in eis. Filii quoque Israel reversi sunt per Tribus, & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Explicit Liber Judicum.

a Constricti juramento,] Forte illicito. *b* Ad Septentrionalem plagam sc. *c* Filias Silo] i. puellas de Silo. *d* Exite repente] Simile consilium dedit Romulus militibus suis de Sabinis. *e* Jure bellantium,] i. non ex hostili malevolentia hoc fecerunt, sed ex amore. *f* A vestra parte peccatū est, i. vobis imputandum est, si sunt raptæ, quia petentibus illis, uxores dare noluistis, & ideo peccatum est a parte vestra. Vel ut dicit *Joseph.* peccatum fuit a parte eorum, quia non servaverunt filias suas, ne irent ad choreas. Sed numquid pejeraverunt majores natu, qui hoc consilium dederunt Benjamitis? Videtur, quod sic, quia omnes juraverunt ne darent filias suas uxores Benjamitis, etiam illi de Silo hoc juraverunt. Sol. Non pejeraverunt, quia ipsi filias suas servaverunt, ne irent ad chureas, & ita de filiabus eorum, qui dederunt hoc consilium, nulla fuit rapta a Benjamitis, & quilibet juraverat de filia sua tantum, & non de alia. *g* Juxta numerum suum rapuerunt] scil. sexcentas. *h* Ædificantes urbes,] quia priores destruxerant filii Israel. *i* Non erat] Quia si tunc fuisset Rex, hoc non fuisset factum. Et quia hæc clausula posita est *sup.* 17. & 18. ubi agitur de idolo Michæ, videtur quod circa idem tempus, utraque historia contigerit, scil. post mortem Josue, & ante Othoniel, secundum Josephum. Sed secundum alios post Samsonem.

C D

Supr. 17. & 18.

Explicit expositio Domini Hugonis super librum Judicum.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,

D. HUGONIS, &c. CARDINALIS PRIMI de Ordine Sancti Dominici,

IN POSTILLAM SUPER LIBRUM RUTH,

PROLOGUS.

BREVIS in volatilibus apis. *Eccl.* 11. & tamen magnus exoritur fructus totius Ecclesiæ, ignis pabulum, scil. cera, & vulnerum medicina, scil. mel. Sic liber Ruth modicus est foris in littera, sed intus magna spiritus ponderositate refertur. Sicut enim in nuce modica sub testa aspera nucleus continetur suavis, in favo mellis dulcor, in malogranato medicinale granum. Sic in hac modica historia, Christi, & Ecclesiæ latitant sacramenta. Scriptus est enim liber iste, sicut alii intus, & foris. Foris habet litteram occidentem, sed intus spiritum vivificantem. Habet basim historicam, columnam super basim allegoricam, epistilium super columnam tropologicam. Hæc historia merito superiori connectitur, quia tempore unius judicis, scil. Booz, qui & Abessan dictus est, facta esse conjicitur. Ruth siquidem secundum Hebræos, fuit filia Eglon, Regis Moab, quem interfecit Ajoth, *sup. Jud.* 2. Hanc duxit Booz, sicut sequens narratio declarat. Sed secundum hoc videtur, quod historia ista debuisset interseri in medio libri Judicum, & non postponi. Constat enim, quod Abessan fuit nonus judex. Post Jepthe enim immediate ordinatur. *Judic.* 12. Ideo dicit *Magister in historiis*, quod post Samsonem fuit judex Heli; qui tamen non judex, sed sacerdos, a digniori denominatus est. In diebus ejus facta est fames in terra, propter quam Elimelech cum uxore sua Noemi, & duobus filiis suis, Maalon, & Chelion, fugit in regionem Moabitidem, ut ibi pascerentur. Ubi alter filiorum duxit Ruth uxorem, cujus historia narratur in hoc libro. Et sic patet, quod congrue iste liber post Judicum ordinatur, & ante Regum, quia in hoc libro ostenditur, quomodo Booz genuit Obed ex Ruth, qui fuit pater Jesse, qui genuit David Regem, de quo libro Regum pro majori parte contexitur. Merito igitur liber iste medius inter Regum, & Judicum ordinatur, quia communis terminus, ad quem quasi ad punctum diversæ historiæ copulantur. Tamen secundum Hebræos liber iste, non est liber unus per se, sed decisio quædam libri Judicum. Quare autem potius cum libro Judicum ordinetur liber iste, quam cum libro Regum, manifesta est ratio, quia non in tempore unius regis, sed in tempore unius judicis, facta est historia, ut dicitur in littera. Sed iterum quæret aliquis, cur liber iste historiam Booz potius, quam Ruth inscribatur? Sol. Hoc ideo factum est, ut major, & eminentior Christi gratia monstretur. Ruth enim, ut dicit Hieronymus, est una illarum quatuor mulierum peccatricum, quarum nomina in Christi generatione ponuntur. *Matth.* 1. Quatuor enim peccatrices ibi tantummodo nominantur: Thamar, Raab, Ruth, & Betsabee. Intendit igitur auctor principaliter ostendere, quomodo de Ruth natus est Obed, de quo Jesse pater David, de quo Christus, & ita de Ruth Christus. Unde *Isai.* 17. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti, i. de Ruth gentili, & de deserta a Deo: Ad montem filiæ Sion, i. ad Ecclesiam. Ex his, quæ dicta sunt, patet materia, tam litteralis, quam spiritualis hujus libri. Patet etiam intentio auctoris, quæ semper circa materiam versatur. Quis autem fuerit auctor non exprimitur. Unde relinquitur, quod idem fuerit istius libri, & Judicum, & Regum, scil. Ezechias, qui & parabolas Salomonis copulavit in unum. Patet utilitas, patet & titulus. Modus agendi talis est. Primo ostenditur, qualiter Elimelech cum uxore Noemi, & duobus filiis peregrinatus est in Moabitidem regionem. Qualiter eo mortuo filii duxerunt uxores ibidem. Qualiter ipsis filiis mortuis sine prole, Noemi cum altera nuru sua, scil. Ruth, reversa est in terram suam: secundo ostenditur quomodo Booz Ruth duxit uxorem, altero propinquiore cedente juri suo. In fine recapitulatur generatio patrum a Phares filio Judæ usque ad David, de quo sequens liber agit, in quo librorum continuatio declaratur. Istum librum exposuit *Rabanus.*

Ruth. 2.

Explicit Prologus.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Librum Ruth incipit.

INCIPIT LIBER RUTH.

C A P. I.

IN diebus *a* unius judicis, quando *b* judices præerant, *c* facta est fames in terra. Abiitque *d* homo de *e* Bethlehem Juda, ut *f* peregrinaretur in regione Moabitide, cum uxore sua, ac duobus liberis: Ipse vocabatur *g* Elimelech, *h* uxor ejus Noemi, & *i* duo filii alter *k* Maalon, & alter *l* Chelion, *m* Ephratæi de *n* Bethlehem Juda. Ingressique regionem Moabitidem morabatur ibi. Et mortuus est Elimelech, maritus Noemi: remansitque ipsa cum filiis, qui acceperunt *o* uxores Moabitides, quarum una vocabatur *p* Orpha, altera *q* Ruth. Manseruntque ibi *r* decem annis, & ambo *s* mortui sunt, Maalon videlicet, & Chelion, *t* remansitque *u* mulier *x* orbata duobus liberis, *y* ac marito. Et surrexit, ut in *z* patriam pergeret *a* cum utraque nuru sua de regione Moabitide: audierat enim, quod Dominus respexisset populum suum, & dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum utraque nuru, & jam in via revertendi posita in terram Juda, dixit ad eas: *b* Ite in domum *c* matris vestræ: Faciat vobiscum Dominus misericordian, sicut fecistis cum *d* mortuis, & mecum, det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quæ elevata voce flere

EXPOSITIO CAP. I.

IN diebus *a* unius judicis,] scilicet Booz, qui & Abessan dictus est. Ita exponunt Hebræi *Magister* dicit *in historiis*, quod in diebus Heli facta est fames ista. Quod magis morale est. Heli enim sacerdos fuit, & [A] judex. Et tunc maxime cœpit invalescere fames spiritualis, quando terrenum dominium devolutum est ad Prælatos. Item Heli potestate sua usurpavit sibi sacerdotium. Ipse enim primus transtulit a filiis Eleazar, quibus jure primogenituræ congruebat sacerdotium, ad se, qui erat de Ithamar. Et tunc etiam fames spiritualis invalescit in Ecclesia, quando potestate quis usurpat sibi Ecclesiasticas dignitates.

b Quando judices] Sic & modo est, qui illi, qui præsunt, & deberent esse pastores, facti sunt judices. Et cum deberent vacare orationibus, [B] vacant litibus, & contentionibus. Ideo est fames io Ecclesia. *Amos* 8. Mittam famem in terram, &c. Et de talibus 1. *Cor.* 6. Secularia judicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum. Hioc est, quod Jethro dixit Moysi judiciis intento: Non bonam rem agis, stulto labore consumeris. *Exod* 18. *e* De Bethlehem] idest, Bethlehitæ. Et est hic anticipatio. Nondum enim dicta erat Bethlehem. Eadem civitas est Bethlehem, & Ephrata, sed prius dicta est Ephrata, ab Ephrata uxore Caleb ibi sepulta. Propter incredibilem vero ubertatem sibi redditam, postea dicta est Bethlehem, i. domus panis. Ista Ephrata fuit Maria soror Moysi, secundum quosdam, quæ postea quam percussa est lepra *Num.*12. dicta est Ephrata, i. furorem vidit, idest, iram Dei experimento cognovit. Item interpretatur speculum, quia ejus plaga omnibus posita est in exemplum. *Hier.* tamen dicit, quod Caleb suscepit de Ephrata Hur, patrem Huri, avum Beseleel. Idem dicitur 1.*Par.* 2. & 4. Alii dicunt, quod hæc civitas primo dicta est Ephrata, i. furorem vidit, quia tempore prædicti judicis, iram Dei, i. famem validam sensit, & postea dicta est Bethlehem, reddita sibi ubertate. *g* Elimelech] *Sup.* 1.*Par.*4. dicit *Hier.* quod tempore Elimelech, Sol stetit ad transgressores legis terrendos. Sed quia non timuerunt Deum, tanta fames invaluit, ut potior de Tribu Juda fugeret, cum uxore, & filiis. *p* Orpha,] Hæc fuit uxor Chelion. *t* Remansitque mulier] sc. Noemi. *y* Ac marito.] viduata supple. *c* Matris vestræ:] Matris dicit, non patris, quia forte pater earum mortuus erat. Vel quia filiæ magis solent matres diligere. *d* Cum mortuis] meis, &c. filiis, & viro.

Q *a* In utero

Mystice. In diebus unius judicis, &c.

[Mystice.] *c* Facta est fames] Propter paucitatem spiritualium doctorum, quibus judicandi datur auctoritas, fit fames verbi Dei, & lex per Judaicas traditiones corrupta est.

[Psal. 84.] *d* Abiitque homo] Homo secundum quosdam legis Decalogus, cujus uxor synagoga. Duo filii, regnum, & sacerdotium, qui non solum in gente Judæorum, sed & Proselytorum sibi copulam acquirebant, sicut in tempore David, & Salomonis factum est, & quorundam alienorum. Vel homo Christus. Homo natus est in ea.

f Peregrinaretur in regione] Quia Christus in Bethlehem Juda natus, cum Apostolis, & prophetis peregrinationem hujus mundi visitavit. *Ps.*118. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Vel Judæa lege abutens, in qua mortuus est, factus obediens usque ad mortem. *Phil.* 2. *g* Elimelech, interpretatur Deus meus rex. Hic est Christus, cui dicitur: [Psal. 5.] Intende voci orationis meæ rex meus, & Deus meus. *h* Uxor ejus Noemi,] est Ecclesia. *i* Duo filii] Prophetæ, & Apostoli. *k* Maalon,] interpretatur de fenestra, vel a principio. Hic est chorus Prophetarum, per quos quasi per fenestram primum lumen fidei in orbem processit. Qui etiam veri luminis, idest, Christi, primi præcones fuerunt: *l* Chelion,] interpretatur consummatio. Hic est chorus Apostolorum, qui ænigmata Prophetarum ad consummationem plenæ intelligentiæ perduxerunt. Unde *Joan.* 4. Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. *m* Ephratæi,] idest, fructificantes, quia uterque multum fructum fecerunt. Ad hoc enim missi sunt. *Jo.* 15. Posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Qui & liberi dicuntur, quia Christi sanguine liberati a servitute peccati. *n* De Bethlehem Juda.] quia cœlesti pane satiati per prædicationem Evangelii ad confessionem fidei plurimos adduxerunt, ut & ipsi satiarentur. Unde: Et date illis vos manducare, *Luc.* 9.

o Uxores] duæ filiorum Elimelech, duo populi, quos Christus per Prophetas, & Apostolos satiavit post mortem suam, quando misit Apostolos prædicare. *p* Orpha,] cervis ejus. Hi sunt fideles de Judæis, qui robur fidei, & fortitudinem operum primi perceperunt. *q* Ruth.] videns, vel festinans, vel deficiens, in quo obedientia, & crudelitas gentium designantur. *Ps.* 17. & 67. Populus, quem non cognovi, servivit mihi. Et alibi: Æthiopia præveniet manus ejus Deo. Ex quibus factum est unum ovile. *Jo.* 10. *r* Decem annis,] Apostoli, & Prophetæ, Decalogum legis implentes. *s* Mortui sunt,] in hac peregrinatione, ut pro impletione Decalogi, acciperent denarium beatitudinis. *t* Remansitque] post ascensionem Domini, & passionem Apostolorum. *u* Mulier] idest Ecclesia.

x Orbata corporali præsentia. *z* In patriam] cœlestem. *a* Cum utraque] i. utroque populo. Sed synagoga in infidelitate remanente Ecclesia gentium Christo firmiter adhæsit, de qua nascitur Obed, qui interpretatur serviens Deo, sc. fidelis populus. *b* Ite in domum, &c.] Ecclesia non indiscrete agit, nec indiscrete quemquam recipit 1. *Jo.* 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. Vel possunt hæc synagogæ convenire, quæ retrahit ad fidem Christi venientes. Vel: Ite in domum matris vestræ, i. concupiscentiæ. Pater vero diabolus est. *Ezech.* 16. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. *Ps.* 26. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me. Dominus autem assumpsit me. Multo fortius assumet illos, qui patrem, & matrem dereliquerunt, & ei adhærent. Quomodo ergo Ecclesia invitat ire ad concupiscentiam, a qua deberet potius revocare? Sed sciendum, quod non solum verba, sed & facta loquuntur. Juxta illud *ad Tit.* 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Ita hic, postquam mortuus fuit Christus, & Apostoli, & alii sancti, non est modo, qui doceat Ecclesiam, & ex ea suscitet semen fratri mortuo, i. Christo. Unde ipsa opera Ecclesiæ, i. dolor, amaritudo, viduitas, & sterilitas, & etiam perversitas in quibusdam quasi persuadere videntur ad concupiscentiam esse redeundum. Sicut enim pulchritudo, prosperitas, fœcunditas, & doctrinæ copia, olim multos convertit, sic modo Ecclesiæ deformitas, adversitas, & sterilitas, multos pervertit, & facit abire retrorsum. Unde *Job* 29. Considerans tempora Christi, & Apostolorum, quando bene erat Ecclesiæ, & statum præsentem quasi dolendo exclamat: Quis dabit mihi, ut sim juxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat

O lucerna;

cœperunt & dicere: *a* Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit: *b* Revertimini filiæ meæ, Cur venitis mecum? Num ultra habeo filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis? Revertimini filiæ meæ, & abite: Jam enim *c* senectute confecta sum, nec apta vinculo conjugali. *d* Etiamsi possim hac *e* nocte concipere, & parere *f* filios, si eos expectare velitis, donec crescant, & annos impleant *f* pubertatis, ante eritis vetulæ, quam *g* nubatis. *h* Nolite quæso filiæ meæ facere hoc, quia vestra angustia me magis premit, & *i* egressa est manus Domini contra me. Elevata igitur voce rursum flere cœperunt. Orpha osculata est socrum, ac reversa est: *k* Ruth adhæsit *l* socrui suæ. Cui dixit Noemi: En reversa est *m* cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, *n* vade cum ea. Quæ respondit: Ne adverseris mihi, ut relinquam te, & abeam. *n* Quocumque enim perrexeris, pergam, ubi morata fueris, & ego pariter morabor, *o* Populus tuus, *p* populus meus, & Deus tuus, Deus meus. Quæ te *q* terra morientem susceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi *r* faciat Deus, & hæc addat, si non sola mors me, & te separaverit. Videns ergo Noemi quod *s* obstinato Ruth animo decrevisset secum pergere, adversari noluit, nec ultra ad suos reditum persuadere, *t* profectæque sunt simul, & *u* venerunt in Bethlehem. Quibus, urbem ingressis, velox apud cunctos fama *x* percrebruit, dicebantque mulieres: Hæc *y* est illa Noemi? Quibus ait: Ne *z* vocetis me Noemi, idest, pulchram, sed vocate me Mara, hoc est amarum, quia amaritudine valde replevit me omnipotens. Egressa sum *a* plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur igitur vocatis me Noemi, quam humiliavit Dominus, & afflixit omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua de terra peregrinationis suæ, ac reversa est in Bethlehem, *b* quando primum hordea metebantur.

Ω *a* In utero meo] Quasi dicat senex sum, & muliebria jam defecerunt in me, nec de cetero possum concipere filios quos possitis habere viros, ut suscitent semen fratribus suis mortuis. Unde patet, quod apud Moabitas servabatur lex de suscitando semine, de qua dictum est *Deut.* 25. *f* Pubertatis,] Pubertas, & consensus exiguntur in contractu matrimonii. Attenditur autem pubertas in viro circa 14. annum, in femina circa duodecimum.

g Quam nubatis.] idest, eis nubere possitis.

h Nolite quæso] supple venire. *i* Egressa est] scil. de loco suo, i. de misericordia ad justitiam, qua me punivit in morte viri, & filiorum, Simile *Isai.* 26. Egredietur Dominus de loco sancto suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum. *l* Socrui suæ,] scil. Noemi matri viri sui. *m* Cognata tua] Ex hoc patet quod Orpha, & Ruth non erant sorores.

n Vade cum ea.] videtur quod peccaverit Noemi, quia consulebat Ruth, ut remaneret in idololatria. Forte tentando hoc dixit, ut videret si haberet firmum animum, quia ut dicitur 2. *Petr.* 2. Melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retrorsum converti. Vel permissio fuit, non consilium, vel imperium, quia non poterat eam cogere. Vel mystice per Noemi intelligitur synagoga ibi, quæ retrahit a fide, quos potest, ita dicit *Rab.* *r* Hæc mihi faciat Deus, &c.] Imprecatio est. *s* Obstinato animo] i. confirmato in bono proposito. *t* Profectæque sunt] i. proficisci cœperunt. *u* Et venerunt in Bethlehem,] Anticipatio est. *x* Fama percrebuit,] quod venisset Noemi. *y* Hæc est illa Noemi?] Interrogative, vel remissive potest legi. *a* Plena,] i. virum, & filios habens. Contrarium legitur de Jacob *Gen.* 32. In baculo meo transivi Jordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.

2. *Reg.* 15.

Mystice.

O lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris. Item *Thren.* 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum.

a Tecum pergemus] Orpha, & Ruth significant Ecclesias parochiales, quæ quærunt a Noemi quasi matre Ecclesiæ viros, idest, bonos Prælatos. Sed quid respondet Noemi? *b* Revertimini, &c.] Num ultra habeo filios ex utero meo? Quasi dicat non habeo in capitulo aliquem dignum, & idoneum regimini animarum.

c Senectute confecta sum, &c.] Sic conqueritur Ecclesia. Pauci enim Ecclesiæ copulantur ut viri, sed potius ut lenones. Non in ea quærunt prolem, sed delectationem; non quærunt fructum, sed datum. Licet econtrario dicat Apostol. *Phil.* 4. Non quæro datum, sed requiro fructum in ratione vestra.

d Etiamsi possem hac, &c.] Propter pueros, qui præficiuntur Ecclesiæ, qui antequam crescant, vetulæ sunt Ecclesiæ, & senectute confectæ. Et steriles manent semper, nisi quia cum hæreticis, ac certe cum dæmonibus fornicantur. Et hoc significatum fuit *Gen.* 38. ubi dicit Judas ad Thamar nurum suam: Esto vidua, donec crescat Sela filius meus. Sed nolens Thamar tam diu expectare assumpto habitu meretricio fornicata est. Sic hodie Ecclesiæ multæ spiritualiter fornicantur, eo quod dicunt Episcopi: Esto vidua, donec crescat Sela nepo-

sulus meus, & interim ipse percipit fructus de Ecclesiis. De talibus Episcopis conqueritur *Job* 21. Quare impii vivunt, sublimati sunt, confortatique divitiis? Semen eorum permanet coram ipsis, scil. propinquorum turba, & nepotum.

e Nocte concipere,] Bene dicit, quia tales non audent palam pueros præficere sed occulte, quia qui male agit, odit lucem, &c. *Jo.* 3. Hoc est quod legitur *Gen.* 19. quod Loth nocte genuit Moab, & Ammon; Loth declinans interpretatur. Hic est Prælatus declinans a bono, hic gignit Moab, & Ammon, i. præficit fratres, & consanguineos. Ammon interpretatur filius populi mei: Ecce consanguinei. Moab vero ex patre, ecce fratres. Tales hodie præficiunt Episcopi, & paucos alios. Sed quando? Certe in nocte positi, peccant enim hoc faciendo. Unde & Jonathas, idest, donum columbæ, scil. Spiritus Sanctus redarguit Sichimitas. *Judic.* 9. Eo quod præfecerant sibi Abimelech fratrem suum ratione carnalis parentelæ, dicens: Constituistis regem Abimelech filium ancillæ super habitatores Sichem, eo quod frater vester sit. *Micheæ* 3. Audite hoc principes domus Jacob, & judices domus Israel, qui abominamini judicium, & omnia recta pervertitis, qui ædificatis Sion in sanguinibus. Alter David, i. bonus Prælatus. *Ps.* 13. Non congregabo, inquit, conventicula eorum de sanguinibus, &c. conventicula dicit, quia quidam Episcopi quasi greges in domibus suis habent nepotulos. *Job* 21. Egrediantur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. De hoc admiratur *Isai.* 46. Quis audivit unquam tale, & quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul; quia parturivit, & peperit Sion filios suos? a. Vel: Num habeo, &c.

C

Allegorice.

Allegorice, vox est synagogæ veritatem confitentis & supervenientem culpam non tacentis, quæ a viro, i. David relicta, & filiis, idest, regibus & principibus privata, sterilis est, & infirma ad generandos spirituales filios post adventum Christi. *a* Filios] in Christum credituros. *b* Revertimini] ad observantiam legalem.

m Reversa est] ad cæremonias, vel errorem idololatriæ.

k Ruth adhæsit] Hæ duæ, credentes significant, quorum quidam post baptismum ad peccata redeunt, alii in gratia perseverant.

n Quocumque perrexeris.] Sic Ecclesia de gentibus profitetur se ituram, quo caro Christi ascendit, & pro nomine ejus vult pati cum populo Sanctorum. Unde *Isa. ult.* secundum aliam litteram: Lætamini gentes cum plebe ejus. *o* Populus tuus,] per merita.

p Populus meus:] adjuvante gratia sola vocatione gratuita. *q* Terra] viventium.

q Morientem] corporaliter.

u Et venerunt in Bethlehem.] Noemi, i. primitiva Ecclesia, ducit Ruth, idest Ecclesiam de gentibus in Bethlehem, i. ad fidem Christi, & sociavit eam Booz, qui interpretatur fortis, i. Christo qui diripuit fortiter vasa fortis, & spolia ejus distribuit: *Luc.* 11. *Matth.* 12. *Marc.* 3. *z* Ne vocetis] In pressuris mundi posita, præsentia gaudia non amat, sed futuram gloriam quærit. *Cant.* 1. Nigra sum sed formosa. Vel synagoga per se veritatem confitetur, ut supra. *b* Quando primum, &c.]

Messis

Messis hordeacea, tempus Dominicæ Passionis exprimit quæ mense novorum, i. primo mense contigit. Gentes ergo ad fidem veniunt, quando lex Christum, quem docet in Bethlehem natum, in Pascha, i. in messe novorum prædicat occisum, cujus incarnationis, & resurrectionis mysterin, Ecclesia suos satagit imbuere. Vel messis hordeacea, fides Judæorum, quo peracto sacramentn passionis, prædicantibus Apostolis primi ad fidem veniunt, qui quinque panibus hordeaceis pasti a Domino leguntur. *Jo. 6.* Vel messis hordeacea est conversin peccarorum quorumlibet in recordatione passionis Christi. Item hordeum cibus est infirmorum. Unde Dominus primo satiavit quinque millia hominum de quinque panibus hordeaceis. *Jo. 6.* Secundo quatuor millia de septem panibus triticeis. *Marc. 8.* Tertio pavit discipulos in cœna corpore suo. *Jo. 13.* Per quod notatur triplex ordo electorum, quos Dominus pascit. Per hordeum pœnitentes, qui licet reficiantur spe veniæ, punguntur tamen amaritudine poenitentiæ. Per triticum significantur justi sive proficientes, qui jam sine punctione in pœnitentia delectantur. Per cœnam dominicam significantur perfecti sive contemplativi, qui etiam in terris visione Dei aliquatenus satiantur.

C A P. II.

ERAT autem viro Elimelech *a* consanguineus homo *b* potens, & *c* magnarum opum nomine *d* Booz. Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam: Si jubes, vadam in *e* agrum, & colligam spicas, quæ fugerint manus metentium, *f* ubicumque clementis in me patris familias reperero gratiam. Cui illa respondit: *g* Vade filia mea. Abiit itaque, & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem, ut ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech. Et ecce ipse veniebat de *h* Bethlehem. Dixitque messoribus: Dominus *i* vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi Dominus. Dixitque Booz juveni, qui messoribus præerat, *k* cujus est hæc puella? Qui respondit: Hæc est Moabitis quæ venit cum Noemi de regione Moabitide, & rogavit, ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia, & de *l* mane usque nunc *m* stat in agro, & nec ad momentum quidem *n* domum reversa est. Et ait Booz ad Ruth: *o* Audi filia: Ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco, sed *p* jungere puellis meis, & ubi messuerint sequere: Mandavi enim pueris meis, ut nemo tibi molestus sit, sed etiam si sitieris vade ad *q* sarcinulas, & bibe aquas de quibus, & pueri mei bibunt. Quæ cadens in *r* faciem

EXPOSITIO CAP. II.

ERat autem viro, &c.] *g* Vade filia] Noemi, idest, gratia mittit ad spicas. Pharao vero *Exod.* 5. ad paleas, idest, diabolus.

h De Bethlehem.] in agrum. *i* Dominus vobiscum.] Hinc ut dicitur sumitur illa sacerdotalis salutatio, quæ dicitur in missa, & in horis. Secundum quosdam de *Jud.6.* ubi dixit Angelus Gedeoni: Dominus tecum virorum fortissime. Episcopalis vero salutatio *sup. de Jud.6.* ubi dixit Angelus Gedeoni: Pax tecum. Vel ab illn *Jo.* 20. ubi dixit Dominus discipulis: Pax vobis. De Apostolo vero sumptum est: Et cum spiritu tuo, ubi dicit: Gratia cum spiritu tuo: Ad Philemonem. *q* Ad sarcinulas,] ad loca ubi erant repositoria panum, & lagena aquæ, & acetum in alio vase ad tollendum æstum. *r* In faciem suam,] Boni cadunt in faciem, in quo notatur humilitas, & discretio, quia vident, ubi cadunt. Unde *Apoc.* 7. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas. Et *Ezech.* 2. Et cecidi in terram meam.

Ω Mali

Mystice. *a* Erat autem, &c.] Christus, de gente Judæorum natus secundum carnem *Deut.* 18. Prophetam vobis suscitabit Dominus de fratribus vestris, &c.

b Potens,] quia mundi principem debellavit, & totum orbem suo subdidit imperio. *Ps.* 23. Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. *c* Magnarum opum] quia cœli, & terræ Dominus, possessor est: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. *Col.* 2. Qui est virtus, & sapientia patris. 1. *Cor.* 1. *d* Booz.] fortitudo Dei. *Is.* 9. Et vocabitur nomen ejus, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, Pater futuri sæculi. *Ps.* 117. Fortitudo mea, & laus mea Dominus. *e* In agrum,] in Ecclesiam, ubi crescunt semina virtutum, & metitur seges gloriæ. Messores sunt prædicatores. Spicæ sunt animæ. Messores manipulos colligunt, quia magni Doctores fructum magnum faciunt. Sed Ruth, idest, minoribus prædicatoribus sufficit spicas colligere, idest, grossa & rudi prædicatione aliquas animas ad Deum convertere. Et sæpe contingit, quod plures convertit, quia taliter prædicat, quam qui subtiliter. Unde & Sangar vomere interfecit sexcentos. Ajoth polito gladio solum Eglon. *Jud.* 3. &c. Vel ager Scriptura: Messis subtiles sententiæ: Messores, qui excutiunt granum a palea sunt Doctores, qui divitem habentes venam ingenii brevi tempore multa capiunt. Ruth significat minores, qui colligunt spicas remanentes, i. grossas sententias, quas dimittunt magni Doctores, de quibus conficiunt polentam: unde reficitur Noemi, i. Ecclesia. Et bene dicitur spica sententia Sacræ Scripturæ, quia in spica tria sunt: Arista pungens, palea vilis, granum reficiens. Sic in sententia tria sunt, studium pungens, littera quasi vilis, Mysterium reficiens. Hujus agri Dominus est Booz, idest, Christus. Vel ager est mundus: Messis consummatio sæculi, vel mors cujuslibet justi in horreum cœleste reponendi, messores Angeli. *Matth.* 13. Spicæ remanentes, fideles, qui translatis ceteris ad cœlum, relinquuntur nobis in exemplum.

f Ubicunque clementis, &c.] Hæc debet esse clementia messorum, i. doctorum, ut nullum prohibeant colligere spicas, idest, quasdam exponere sententias. Unde *Deut.* 24. Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, i. quando exposueris sententias, & aliquam inexpositam dimiseris, non reverteris ut tollas illum, sed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, idest, non prohibebis aliter exponere, quam tu exposueris. Idem dicitur de oliva, & vinea. Sacra Scriptura dicitur triticum, quia reficit, & confortat. Dicitur vinum, quia lætificat, & inebriat. Oleum dicitur quia sanat, illuminat, & impinguat. De primo dicitur *Psal.* 105. Panis cor hominis confirmat. De secundo ibidem: Et vinum lætificat cor hominis. Et alibi: Calix meus inebrians quam præclarus est. De tertio simul, & secundo *Luc.* 10. Samaritanus appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum. Booz præcepit messoribus ne prohibeant Ruth colligere spicas remanentes, imo ut de industria aliquas dimittant: Et Christus præcipit doctoribus, ne prohibeant scholares aliquas expositiones scripturarum facere, imo vult Christus ut ipsi doctores aliquas relinquant inexpositas ad exercitium minorum. *i* Dominus vobiscum.] Hæc verba pacis, & salutis familiæ suæ attulit, in cujus nativitate cecinerunt Angeli: Gloria in excelsis Deo; & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc.* 2.

i Benedicat tibi Dominus, &c.] Bene turba clamavit ei: Benedictus, qui venit in nomine Domine, *Matt.* 21. *k* Cujus est hæc puella?] Quia Christus quemlibet de doctoribus, qui præest minoribus sacerdotibus quasi ignorans de fide gentium sciscitatur, ut eum provocet ad prædicandum. *l* De mane] ab initio fidei usque ad consummationem boni operis.

m Stat in agro,] perseverans in doctrina prædicatorum, ut in sinu mentis recondat verba salutis, testimonia scripturarum, & exempla virtutum.

n Domum] antiquæ superstitionis. *o* Audi filia:] i. non recedas a statu fidei post hæreses vel schismata. Vel ne vadas ad aliam facultatem, scil. legum vel decretorum. Sed pauci audiunt vocem istam: Unde *Osee* 8. Scribam eis leges meas multiplices, quæ velut alienæ computatæ sunt. *Idem* 3. Diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia uvarum. *Idem* 9. Dilexisti mercedem super omnes areas tritici, idest, lucrativas scientias magis quam Theologiam, quæ pane triticeo reficit animas spiritualiter.

p Jungere puellis] animabus sanctis, quia convictu mores formantur. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. 1. *Corinth.* 15. *q* Ad sarcinulas, &c.] Opera. Bibe aquam sapientiæ salutaris. *Eccl.* 15. Hauri divinam sapientiam de rivis duorum testamentorum. *r* Quæ cadens

Odens

Ω Mali vero cadunt retro, in quo notatur superbia, & indiscretio, unde 1. *Reg.* 4. Heli cecidit de sella retrorsum. Et *Jo.* 18. de illis, qui venerant capere Dominum dicitur: Abierunt retrorsum, & ceciderunt.

a Unde mihi, &c.] Ecce humiliat se, ut Centurio. *Matth.* 8. Domine, non sum dignus, &c. ut Elisabeth. *Luc.* 1. Et unde hoc mihi, &c. ut Abigail. 1. *Reg.* 25.

c Viri tui,] Vel ejus.

b Alas.] Protectione.

C

p Polentam] idest, manipulum spicarum, quæ Gallice dicitur granea, quam *Josephus* vocat afscam.

s Atque inde] idest, de loco illo, ubi comederunt. Vel inde, idest, post hæc.

x Cædens, & excutiens.] Et, pro, idest.

y Ephi mensuram,] quod est decima pars chori. Chorus autem triginta modios continet, ut dicitur *Ezech.* 46.

D

f Rursumque ait, &c.] supple, respondit: Nolebat mentem ejus teneram a religione evelli.

Mystice. ⊙ dens in faciem.] Gratias refert Ecclesia gentium Salvatori, qui eam respicere dignatus est.

suam, & adorans super terram dixit ad eum: *a* Unde mihi hoc, ut invenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris *b* peregrinam mulierem? Cui ille respondit? Nunciata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ post mortem viri *c* tui, & quod *d* reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & *e* veneris ad populum, quem *e* antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro *f* opere tuo, & plenam *g* mercedem recipias a Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cujus confugisti *h* alas. Quæ ait: Inveni gratiam apud oculos tuos, Domine mi, qui consolatus es me, & *i* locutus ad cor ancillæ tuæ, quæ k non sum similis unius puellarum tuarum. Dixitque ad eam Booz: *l* Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & *m* comede panem, & intinge buccellam tuam in *n* aceto. *o* Sedit itaque ad messorum latus, & congessit *p* polentam sibi, comeditque, & *q* saturata est, & *r* tulit reliquias. Atque inde *s* surrexit, ut spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens: Etiamsi vobiscum metere voluerit ne prohibeatis eam, & de *t* vestris quoque manipulis projicite de industria, & remanere permittite, ut absque rubore colligat, & colligentem *u* nemo corripiat. Collegit ergo in agro usque ad vesperam: Et quæ collegerat, virga *x* cædens, & excutiens, invenit hordei quasi *y* ephi mensuram, idest, tres *z* modios. Quos *a* portans reversa est in civitatem, & ostendit socrui suæ. Insuper protulit, & *b* dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitque ei socrus sua. Ubi hodie collegisti, & ubi fecisti opus? Sit benedictus, qui misertus est tui. Indicavitque ei, apud quem esset operata, & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur. Cui respondit Noemi: *c* Benedictus sit a Domino: quoniam eamdem gratiam quam præbuerat *d* vivis, servavit & *e* mortuis. *f* Rursumque ait: *g* Propinquus noster est homo. Et Ruth: Hoc quoque inquit, præcepit mihi, ut tamdiu messoribus ejus jungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus: Melius est filia mea, ut cum puellis ejus exeas ad metendum, ne in *h* alieno agro quispiam resistat tibi. Juncta est itaque puellis Booz, & tamdiu cum eis messuit, *i* donec, & k hordea & *l* triticum in horreis conderentur.

b Peregrinam mulierem?] *Prov. ult.* Procul, & de ultimis finibus pretium ejus.

d Reliqueris parentes] Gratum habet, quod mortuo viro, idest, diabolo, & mundo cum concupiscentia ejus, carnalia reliquerit desideria, & sanctorum collegio sit sociata, quos prius ignoravit.

e Veneris ad populum,] *Matth.* 8. Non inveni tantam fidem in Israel.

e Quem antea nesciebas.] *Psalmus* 17. Populus, quem non cognovi, servivit mihi.

f Pro opere tuo,] & fide scilicet. *Jo.* 6. Hoc est opus Dei ut credatis in eum, quem misit ille.

g Mercedem recipias] Gloriam æternam. *Jo.* 16. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

h Alas.] Duo testamenta, quibus Deus protegit fugientes ad se. *Psal.* 56. In umbra alarum tuarum sperabo. *Matth* 23. Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis.

i Locutus es ad cor ancillæ] consolando. Nota prius dixerat Booz ad Ruth: Reliquisti parentes tuos, & postea locutus est ad cor ejus, consolans eam, quia prius ducit Deus animam de statu peccati, & postea loquitur ad cor ejus, quando affectum igne sui amoris inflammat, & intellectum luce suæ veritatis illuminat. Unde *Os.* 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.

k Non sum similis, &c.] Ecce humilitas Ecclesiæ de gentibus, quæ se non audet æquiparare Ecclesiæ primitivæ, confitens se imparem tantæ gratiæ. Unde *Matth.* 15. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Et 8. Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

l Quando hora vescendi, &c.] Quæ fuit, quando dixit Apostolis: Ite, docete omnes gentes. *Matth. ult.* Quibus prius dixerat: In viam gentium ne abieritis. *Ibid.* 10.

m Comede panem,] Nota prius dedit Booz licentiam bibendi cum suis, hic dat licentiam comedendi panem: Sic doctor prius debet dare potum Scripturæ, idest, lenia, & facilia docere, & postea potest ministrare cibum solidum, idest, altiora, & subtiliora, sicut Apostolus fecit 1. *Corinth.* 3. Tanquam parvulis in Christo lac potum dedi vobis, non escam.

n In aceto.] lege, quæ diu perseverans, traditionibus Pharisæorum corrupta, nativum saporem perdidit, in qua buccellam Ecclesia, idest, mysterium incarnationis Christi discit a veteri testamento, & ideo firmius credit, quia ante longe præfiguratum cognoscit.

o Sedit itaque, &c.] quia Ecclesia gentilis sanctis prædicatoribus se per fidem conjungit.

q Saturata] quia divinæ legis scientiæ mentem devotam reficit.

r Et tulit reliquias.] quia verba singula audita retinens subtili discretione ruminavit.

s Surrexit ut spicas, &c.] ut majora perciperet instanter meditando laboravit.

t De vestris quoque manipulis, &c.] Nota patrisfamilias humilitatem, qui non solum spicas sententiarum colligi permittit, sed & manipulos scientiæ impertit.

u Nemo corripiat.] quia gentilis populi infirmitatem non despicit, nec pristinos errores improperat, sed studii sagacitate ad ædificationem perducit.

x Virga cædens, & excutiens,] quia sancta Ecclesia virga discretionis spiritualem sensum elicit de littera legis.

z Tres modios.] fidem Trinitatis, quæ in una divinitatis substantia prædicat tres personas.

a Quos portans, &c.] quia fidem suam matri Ecclesiæ ostendit. Vel Ecclesia, fidem synagogæ dicit, vel gratiam quam sponsi sui munere percepit, ut provocet eam ad credendum.

b Dedit ei reliquias] Eructavit cor meum verbum bonum, scilicet de plenitudine cordis, cibum prædicationis. Psal. 14.

c Benedictus, &c.] quoniam eamdem.] Prædicante synagoga, Ecclesia gentium bonitatem, & potentiam Domini cognoscit, & fortitudinem protectionis.

d Vivis,] Judæis fruentibus ejus beneficiis.

e Mortuis.] gentilibus, qui in peccatis sepulti erant.

g Propinquus noster est] synagogæ secundum carnem, Ecclesiæ secundum spiritum.

h In alieno agro] hæreticorum, vel schismaticorum doctrina, ubi rixæ, & contentiones.

k Hordea] legis littera, quæ Judæis quasi jumentis ad pastum data.

l Triticum] gratia novi testamenti rationalibus ad refectionem, in quo offertur caro, & sanguis Christi. *Jo.* 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.

i Donec,] hoc est tamdiu adhæret doctoribus, donec veteris, ac novi Testamenti notitiam in cellaria cordis reconderet, unde victum animæ haberet.

E X P O-

C A P. III.

POstquam autem reversa est ad socrum suam, audivit ab ea: Filia mea *a* quæram tibi requiem, & providebo, ut bene sit tibi. Booz iste, cujus puellis in agro juncta es, propinquus noster est, & in hac nocte *b* aream hordei ventilat.. *c* Lavare igitur, & *d* ungere, & induere *e* cultioribus vestimentis, ac descende in aream. Non *f* te videat homo, donec *g* esum, potumque finierit. Quando autem ierit *h* ad dormiendum, nota locum in quo dormiat, veniesque, & *i* discooperies pallium, quo operitur a parte pedum, & projicies te, & ibi jacebis. Ipse *k* autem dicet tibi, quid agere debeas. Quæ respondit: Quicquid, præceperis, faciam. Descenditque in aream, & *l* fecit omnia, quæ sibi imperaverat socrus sua. Cumque comedisset Booz, & bibisset, & factus esset hilarior, issetque ad dormiendum *m* juxta archonium manipulorum, venit abscondite, & discooperto a pedibus ejus pallio, se projecit. Et ecce nocte jam media expavit homo, & conturbatus est, viditque *n* mulierem *o* jacentem ad pedes suos, & ait illi: *p* Quæ es? Illaque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua. *q* Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Et ille: *r* Benedicta es inquit a Domino filia, & *s* priorem misericordiam *t* posteriore superasti, quia non es secuta *u* juvenes pauperes, sive divites. Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, *x* faciam tibi. Scit *y* enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis: Nec *y* abnuo me propinquum, sed est *z* alius me propinquior. Quiesce hac nocte, & facto mane, si te voluerit propinquitatis jure retinere; bene res acta est; sin autem ille noluerit, ego te absque ulla dubitatione suscipiam, *a* vivit Dominus: Dormi usque mane. Dormivit itaque ad pedes ejus usque *b* ad noctis abscessum. Surrexit itaque *c* antequam homines se cognoscerent mutuo, & dixit Booz: *d* Cave, ne quis noverit, quod huc veneris. Et rursum, *e* expande, inquit, palliolum tuum, quo operiris, & tene *f* utraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex *g* modios hordei, & posuit super eam. *h* Quæ portans ingressa est civitatem, & venit ad socrum suam. Quæ dixit ei: Quid egisti filia; *i* Narravitque ei omnia, quæ sibi fecisset homo: Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait: Nolo vacuam te reverti ad socrum tuam. Dixitque Noemi: Expecta filia donec videamus, quem res exitum habeat, *k* neque enim cessabit homo, nisi compleverit, quod locutus est,

E X P O S I T I O C A P. III.

POstquam autem, &c.] *g* Donec esum,] Mos erat in Israel, quod dominus areæ grande convivium faciebat pueris, & messoribus suis in ventilatione areæ, & dormiebat in area, abstinens ab amplexibus mulierum nocte illa. Idipsum in tonsione ovium, & post vindemiam, ut dicant quidam, sed tamen hic non legitur.

m Juxta archonium] Archonium est acervus gelimarum, in imo latus, in summo acutus.

t Posteriore] Prior misericordia fuit, quod secuta est Noemi, sequens quod vult semen viro suo mortuo suscitari. Argumentum quod major est misericordia, quæ fit cum mortuis, quam quæ fit cum vivis, quia vivi aliquo modo possunt se juvare, mortui non possunt.

y Nec abnuo] i. concedo, vel recognosco.

a Vivit Dominus:] Modus est juramenti.

c Cognoscerent] Ne posset aliquid sinistrum judicari.

e Expande inquit pallium, &c.] Hoc fecit, ut videretur venire de agro, ubi messuerat.

Mystice. *a* Quæram tibi, &c.] Consulit primitiva Ecclesia Ecclesiæ de gentibus quomodo veniat ad consortium Christi.

b Aream] synagogam, in qua legis hordeum conditum est, ventilat Christus, prædicans Evangelium in Judæa, & sciens singulorum erga se voluntates, & consilia. *Jo*: 2. Jesus autem non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & non erat opus, ut quis testimonium perhiberet de homine.

c Lavare] aqua baptismi, vel pœnitentiæ lacrymis.

d Ungere,] chrismate, vel Spiritus Sancti unctione.

e Cultioribus vestimentis,] ornatu virtutum.

f Non te videat] quia fides Ecclesiæ gentium non ante apparuit, quam Christus incarnationis mysterium implevit, sed post cœnam cum discipulis, & passionem, & resurrectionem, accessit.

g Esum, potumque] cum discipulis. *Heb*.2. Pueri communicaverunt carni, & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem.

h Ad dormiendum,] idest, moriendum pro nobis, per quod omnia acquisivit. *Jo*.12. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.

i Discooperies, &c.] Quasi agnosce Christum pro te passum, & discute litteram veteris testamenti, in qua latet incarnationis, & passionis sacramentum, & sic ad auxilium ejus confuge, ut cum ipso permaneas omni tempore.

k Ipse autem, &c.] quia necesse est, ut ab ipso salvationis tuæ ordinem discas, quia mundo tenebris errorum involuto, Ecclesiæ celerem fidem ostendit nobis imitandam. Si autem ad synagogam verba Noemi retuleris, invenies in lege, & Prophetis, quod post passionem ventura sit ad fidem Ecclesia gentium.

l Fecit omnia,] *Gloss.* Obedientia Ecclesiæ, desiderii sui meretur effectum. *Matth.* 15. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti.

m Archonium] Testimonia scripturarum. *Matt.* 26. Filius hominis vadit, sicut scriptum est de illo, vel turmæ fidelium, quas ab inferis liberavit.

n Mulierem] Ecclesiam.

o Jacentem] Incarnationis mysterium humiliter venerantem.

p Quæ es?] Confessionem Ecclesiæ expetit.

q Expande pallium] Protectionem, & gratiam Christi ante omnia desiderat.

r Benedicta es] quia plenam habes fidem, secundum illud *Matth.* 15. O mulier, magna est fides tua, &c. benedictionem, & gratiam, & virtutem meruisti.

s Priorem misericordiam] qua tibi consulens, idololatriam reliquisti.

t Posteriore superasti,] quia postquam ad Christum venisti, constanter in fide perseverasti.

u Juvenes] hæreticos, vel schismaticos, qui non habent maturitatem consilii, quia semper instabiles, & incerti.

x Faciam tibi.] *Luc.* 11. Petite, & accipietis, quærite, & invenietis. *Gloss.* Quicquid fides recte petit, Christi benignitas concedit.

y Scit enim, &c.] quia fidelibus firmiter persuasum est quod Ecclesia virtutibus plena sit: De qua *Prov. ult.* Mulierem fortem quis inveniet?

z Alius me, &c.] Joannes Baptista, qui Christus putabatur, sed sponsi nomen non usurpavit, Christo reservans. *Joan.* 3. Qui habet sponsam, sponsus est. Hic propinquior, quia prior natus in mundo. Vel propinquior synagogæ decalogus quam Evangelium, qui illi populo spiritualiter datus est, & tempore prior.

b Usque ad noctis] Donec recedent tenebræ infidelitatis.

c Antequam homines] quia antequam Judæi doctrina legis imbuti, naturæ suæ jura cognoscerent, Ecclesia gentium excusso inertiæ somno diluculo nascentis fidei surgens, ad Christi gratiam properavit.

d Cave,] ne quæras laudem hominum de tua conversatione. *Matt.* 6. Cum facies eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.

e Expande pallium] i. dilata fidem tuam. *f* Utraque manu.] Opere exerce, quod percepisti corde.

g Sex modios] quia juxta capacitatem intellectus datur perfectæ operationis modus, ut intus, & fortis ditetur divino munere. Senarius enim numerus hoc significare potest, quod Dominus sexta ætate hordeum legis spiritualiter intellectum concessit Ecclesiæ gentium.

h Quæ portans] ditata Christi benedictione, & virtutum ornata fructibus.

i Narravitque ei omnia,] magnalia Dei, ut Ecclesiam primitivam provocet ad laudem, synagogam ad conversionem, quæ est societas ejus.

k Neque enim cessabit, &c.] quia Christus ad effectum perduxit prophetiam de sua incarnatione. Vel non cessabit implere, quod promisit, qui ait: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. *Marc. ult.*

C A P. IV.

Ascendit *a* ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cumque vidisset propinquum præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum: *b* Declina paulisper, & sede hic, *c* vocans eum nomine suo. Qui divertit, & sedit. Tollens autem Booz *d* decem viros de senioribus civitatis, dixit ad eos: Sedete hic. Quibus sedentibus locutus est ad propinquum: *e* Partem agri *f* patris nostri Elimelech vendidit Noemi, quæ reversa est de regione Moabitide, quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & majoribus natu de populo meo. Si vis possidere jure propinquitatis *g* eme, & posside. Sin autem displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, ut sciam, quid facere debeam. Nullus enim est propinquus, excepto te, qui prior es, & me, qui secundus sum. At ille respondit, ego agrum emam. Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere, ut *h* suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua. Qui respondit: *i* Cedo juri propinquitatis: *k* Neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo. Tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo juri cedebat, ut esset firma concessio, *l* solvebat homo calceamentum suum, & dabat propinquo suo. Hoc testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz: Tolle calceamentum. Quod statim solvit de pede suo. At ille majoribus natu, & universo populo: *m* Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon tradente Noemi: & Ruth Moabitidem uxorem Mahalon in conjugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum ejus de familia sua, ac fratribus, & populo deleatur: Vos inquam hujus rei testes estis. Respondit omnis populus, qui erat in porta, & *n* majores natu: Nos testes sumus. Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam sicut *o* Rachel, & *p* Liam, quæ ædificaverunt *q* domum Israel, *r* ut sit exemplum virtutis in *s* Ephrata, & habeat celebre

E X P O S I T I O C A P. IV.

Ascendit *a* ergo Booz, &c.] ubi fiebant judicia, & causæ ventilabantur. Ibi enim jubentur sedere judices *Deut.* 16. ut ab omnibus invenirentur. [Contra eos, qui hodie se occultant,] & judicium patens darent. *f* Patris nostri] Pater dicebatur Elimelech, quia major natu. *g* Eme, &c.] Sed quomodo poterat emere, nonne dictum est *supra eod.* quod Noemi vendidit agrum. Sol. Noemi vendidit agrum in recessu suo tali pacto, ut rediens recuperaret, vel pacto, quod a propinquiori posset redimi, quæ lex adhuc tenetur in Francia. Vel expone, vendidit, i. venditioni exposuit.

h Suscites nomen, &c.] secundum legem, *Deuter.* 25.

i Cedo juri] Argumentum, quod secundum legem, qui propinquior est in consanguinitate, prior est in hæreditate, sed iste volebat hæreditatem, non autem suscitare semen.

k Neque enim, &c.] Hic dicit, quod primus filius dicebatur filius defuncti.

l Solvebat homo, &c.] *Josephus* dicit, quod Booz dixit mulieri, ut illius calceamentum solveret, & spueret in faciem ejus secundum legem. Unde notandum, quod quandoque ipse repudians solvebat sibi ipsi calceamentum, quandoque mulier repudiata solvebat illi, quandoque vir, qui ducebat eam. Et hoc in diversis casibus: v.g. quando repudians sponte sua cedebat juri suo, non interpellatus super hoc discalceabat seipsum, ut hic. Quando vero mulier interpellabat eum coram judicibus, ipsa discalceabat eum, & spuebat in faciem ejus, ut dicitur *Deuter.* 25. Quando vero vir, qui ducebat repudiatam, interpellabat eum, qui debebat eam habere jure propinquitatis, tunc ipse discalceabat repudiantem, secundum quod dicit Joannes Baptista, *Jo.* 1. Cujus non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti. Sed secundum hoc videtur, quod Booz debuit eum discalceare, quia ipse interpellavit eum. Solut. Booz non interpellavit eum super contractu matrimonii, sed tantum dixit, quod si vellet emere agrum, duceret Ruth, non exprimens quod ipse vellet eam ducere: quod si expressisset, debuisset eum discalceasse. Sed quocumque modo fieret, opprobrium erat discalceato, & domus ejus vocabatur domus discalceati, *Deut.* 25. *o* Sicut Rachel,] amabilem, & fœcundam. *q* Domum Israel,] idest, Jacob.

r Ut sit] scilicet ipsa Ruth.

s In Ephrata,] idest, Bethlehem.

Ω *b* Quem

Mystice. *a* Ascendit ergo Booz, i. Christus, [ad portam,] quia in virginis alvo, in qua apparuit, carnem sumpsit, de qua porta *Ezech.* 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam.

b Cumque vidisset, &c. Declina] quia Christus legem Judæis traditam ad dispensationis suæ mysterium testificandum inclinavit. Vel vidit propinquum præterire cum præcursoris sui adventum more humanæ vitæ properare conspexit, & ad prædicationis officium misericorditer convertit.

c Vocans] per Gabrielem nomen ejus Joannes. *Luc.* 1.

d Decem viros] patres veteris Testamenti, qui Decalogum servantes, Christi incarnationem in lege præsignatam cognoverunt.

e Partem agri] *Gloss.* Conveniens legisperitos, partem agri Noemi emendum obtulit, cum partem plebis, quæ apparente jam gratia remanserat ad salvandum magistris synagogæ ostendit, ut infirmitatem suam cognoscerent, & quod ipsi nequirent, vero medico faciendum committerent. Unde leprosis dicitur; Ite, ostendite vos sacerdotibus, & dum irent, mundati sunt. *Luc.* 17.

h Ut suscites, &c.] Significat non aliam possessionem plebis quam copulationem Ecclesiæ in conjugium Christi, qui suscitavit antiquum nomen filii Dei, quod in initio habuerunt sancti. *Gen* 6. Videntes filii Dei filias hominum, &c. Et *Luc.* 3. dicit Adam filium Dei quem Christus in Ecclesia gentium per gratiam suscitavit. *Joan.* 1. Dedit ei potestatem filios Dei fieri, &c. Hoc nomen in nationibus, legis decalogus suscitare non potuit. Si autem hoc nomen ad Joannem Baptistam retuleris, cedit juri propinquitatis, & dicit *Jo.* 1. Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, cujus non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti. Et 3. Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante eum. Cedit quoque lex Evangelio: Lex enim subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit & gratia. *Rom.* 5. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem ejus; introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum, fit per Jesum Christum, *Hebr.* 7.

l Solvebat homo calceamentum] Calceamentum Mysteriorum est velamentum, quod lex Christo dedit, quia Sacramenta per magistros populi manifestare non potuit, sed Christo faciendum reservavit. Joannes ergo non sibi sed Christo calceamentum vindicavit, quia soli Christo sponsam competere intellexit, *Joan.* 3. Qui habet sponsam, sponsus est.

m Testes vos, &c.] Christus ex utroque populo, vel testamento testes habet sufficientes, quod populus gentium quem Decalogus jam finitus spiritualiter fœcundare non potuit, ipse semine verbi fœcundavit, omnia possidens, quæ priores, & posteriores habuerunt Sancti.

n Et majores natu, &c.] *Isidor.* Benedictio decem majorum natu ostendit, in nomine Jesu omnes gentes esse benedicendas. Jota enim apud Græcos decem significat, quæ in nomine Jesu prima littera est.

o Rachel,] species internæ contemplationis, habens certam intelligentiam veritatis. Quam quia pulchra est specie, amat omnis pie studiosus: Et propter hanc servit Laban, idest, gratiæ Dei, per quem dealbamur. *Isai.* 1. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur.

p Liam,] Lia actio hujus vitæ, in qua vivimus, laboriosa ex fide, & incerta, quo exitu ad utilitatem eorum perveniat, quibus consulere volumus. Harum prosperitatis fœcunditatem imprecatur primitiva Ecclesia Ecclesiæ gentium.

O *a* Phares

b Quem Thamar pepetit] *Gen.* 38. Dixeruntque, &c.] post partum Ruth. *f* Familiæ tuæ,] Et supple voluit, ut *g* Vocaretur, &c.] *h* Et nutriat senectutem.] i. serviat tibi in senectute, unde & vocatus est Obed, quod interpretatur serviens. De quo *Chryf. super Matth.* 1. Obed interpretatur subditus. Nunc autem, qui divitias eligunt, & non mores; pulchritudinem, & non fidem; & quod in meretricibus quæri solet, hoc in conjugibus optant, propterea generant filios non subditos vel sibi, vel Deo, sed contumaces, ut non sint fructus justæ conjunctionis sed pœna irreligiositatis. *k* Quam si septem, &c.] non subditos, quia eo quod ejus matrem videbant subditam, credebant filium fore subditum.

D

nomen in Bethlehem: Fiatq; domus tua sicut domus *a* Phares, quem *b* Thamar peperit Judæ, de semine, quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit uxorem, ingressusque est ad eam, & dedit illi Dominus: *c* ut conciperet, & pareret filium. *d* Dixeruntque mulieres ad Noemi: *e* Benedictus Dominus, qui non est passus, ut deficeret successor *f* familiæ tuæ, & *g* vocaretur nomen ejus in Israel, & habeas, qui consoletur animam tuam, & *h* nutriat senectutem. De *i* nuru enim tua natus est, qui te diliget, & multo tibi melior est quam si *k* septem haberes filios. Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, & *l* nutricis, ac gerulæ officio fungebatur. Vicinæ *m* autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, natus est filius *n* Noemi, vocaverunt nomen ejus Obed. Hic est pater *o* Isai patris David. *p* Hæ sunt generationes Phares. Phares genuit Esron. Esron genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naason. Naason genuit Salmon. Salmon genuit Booz. Booz genuit Obed. Obed genuit Isai. Isai genuit David regem.

Finis Libri Ruth.

Mystice. O *a* Phares,] Gentilis populi typum tenet, quia Judaicum, qui prior ad legis opera manum misit, & postea Prophetarum, & Christi cruore pollutus retraxit, *Gen.* 38. nascendo prævenit: Et sic facti sunt novissimi primi, &c. *Matt.* 20. *b* Thamar] commutans, vel amaritudo interpretatur: Ecclesia est gentium, quæ & nomen mutavit, & habitum. Quæ enim in idololatria fœda fuit, & amara, in pœnitentia fit dulcis, & pulchra. *c* Ut conciperet, &c.] quia Ecclesia Christo juncta spiritualem sobolem generat. Unde 1. *Reg.* 2. Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. *e* Benedictus, &c.] Semper Ecclesia Spiritus Sancti gratia fœcundatur, & aliis ad lucem perpetuam decedentibus alii succedunt, ut Christianum nomen maneat in æternum, & mater sancta de nova progenie in senectute sua consoletur. Decedentibus quoque Patriarchis, & Prophetis, successerunt Apostoli, & Evangelistæ, *Ps.* 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. *i* De nuru] Nurus Synagogæ, Ecclesia est, quæ nupsit Christo de Sinagoga nato. *l* Nutricis,] Quem per legem gignere non potuit, per prophetiæ mysterium susceptum sub velamine figurarum portabat occultum, & nutricis fungebatur officio, quia matris carebat privilegio. *m* Vicinæ autem, &c.] Cœlorum virtutes de fecunditate Ecclesiæ gaudentes. *n* Vocaveruntque nomen, &c.] idest, serviens, quem superno regi secum servire desiderant. *o* Pater Isai] Spiritualis prosapia texitur, Obed serviens, Isai sacrificium, vel incensum: David manu fortis vel desiderabilis: Qui enim strenue Deo servit, illi gratum, & suave offert incensum, scilicet opera virtutum, & orationis studium, & sic fide roboratus, devotione desiderabilis est, ut Deo placeat. *p* Hæ sunt generationes] Nota quod decem generationes sunt filii Judæ usque ad David, quia totius legis intentio ad Christum tendit natum de semine David. *Rom.* 10. Finis legis Christus ad justitiam omni credenti. De cujus Incarnatione *Gen.* 49. Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est. Et ad David de Tribu Juda natum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. (Ps. 131.) Patet ergo omnium Prophetarum, & Patriarcharum oraculum ad dispensationem pertinere Domini nostri Jesu Christi, Amen.

Explicit Expositio in librum Ruth.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Postilla super Librum Regum,

P R O L O G U S.

JUdex sapiens judicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit; secundum judicem populi, sic & ministri ejus: Et qualis est rector civitatis, tales & inhabitatores in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & civitates inhabitabuntur per sensum prudentium: Sic legitur *Eccl.* 10 Ex quibus verbis ostenditur, quantum subditis bonus rector prosit, vel obsit indignus. Non solum autem sapientia bonum, vel dignum rectorem efficit, sed & justitia, & misericordia boni rectoris roborant principatum. Unde *Prov* 20. Misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus ejus. Sed inter omnia sola humilitas regem, & principem custodit, sicut superbia dejicit, & deponit. Unde *Eccl.* 10. Sedes ducum superborum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis. Item in *Cantico B. Virginis*: Deposuit potentes de sede, &c. (*Luc.* 1.) Ex his, & multis aliis locis Scripturæ, patescit, quid requiratur in his, qui quasi rectores populis præponuntur. Sed quanto plenius, & evidentius docent, & instruunt tam exempla operum, quam strepitus verborum, tanto utiliorem cognoscimus librum istum, in quo gesta regum a tempore Samuelis usque ad ultimum regem Juda, i. Sedechiam per ordinem continentur, ad omnium, qui præsunt aliis, eruditionem, & informationem. Quadripartitus est autem liber iste apud Latinos, 4. distinctus voluminibus: Apud Hebræos tantum bipartitus, & appellant primum Samuel a nomine auctoris, secundũ librum vocant Malachim, i. Regum, a materia. Quidam vero vocant illum Malachot, quod sonat regnorum, sed vitiose. Agitur enim in eo de uno regno tantum, sc. Judæorum, & regibus ejus, licet in duo divisum fuerit. Scriptus est autem Chronice liber iste, ut credimus: Primo scripsit Samuel gesta temporis sui, deinde David: deinde Salomon: Postea Prophetæ, & maxime Jeremias, ut dicit *Hier.* a quo etiam compactus est in unum, quod patet ex eo, quod idem est finis hujus libri, & Jeremiæ: tamen in prologo Judicum dictum est, quod Ezechias libr. Regum, & parabolas Salomonis compegit in unum: sed potuit utrumque esse, quia quod Jeremias fecit opere, ille fecit auctoritate. Vel opinative dictum est utrumque. Scriptus autem est liber iste, sicut & alii præcedentes, intus, & foris, quia quæ dicuntur de regno corporali ad litteram, spiritualiter intelliguntur de regno spirituali. Ex his patet, quæ sit materia hujus libri, gesta scil. Regum a tempore Samuelis usque ad ultimum regem Juda, i. Sedechiam. Intentio auctoris circa materiam semper versatur. Utilitas autem est, ut legentes gesta tam bonorum, quam malorum, bonorum obedientiam imitemur, malorum inobedientiam detestemur. Titulus talis est: Incipit liber Regum. Modus agendi talis est: Liber iste quadripartitus est, in quatuor libros partiales distinctus: Quorum primus dividitur in sex partes. Primo agit de ortu Samuelis. Secundo de Heli, & filiis ejus. Tertio de captione arcæ, & reductione ejusdem. Quarto de promotione Saulis in regem, & gestis ejus, & præliis. Quinto de morte Samuelis. Sexto de morte Saulis, & filiorum ejus.

Explicit Prologus Auctoris.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Prologi S. Hieronymi in librum Regum.

E X P O S I T I O.

VIginti, *a* & duas litteras] Præmittit *Hier.* Prologum huic libro, scribens Paulæ, & Eustochio: in quo sunt 5. partitiones. In prima ostenditur, quis sit numerus librorum veteris Testamenti, dicens juxta numerum elementorum Hebraici alphabeti libros veteris Testamenti esse distinctos in 22. scilicet. Sicut enim in illis docebatur puerilis infantia ad recte loquendum, sic in his libris populi simplicitas eruditur ad bene vivendum. In 2. parte ostenditur ordo librorum. Tres siquidem sunt ordines librorum apud Hebræos, scil. lex, Prophetæ, Agiographa. Quot autem libros lex contineat, quot Prophetæ, quot Agiographa, in Prologo patebit. In tertia parte ostendit *Hier.* hunc prologum omnibus libris, quos ipse de Hebræo transtulit in Latinum, præponi posse quasi procemium galeatum. In quarta parte more solito respondet æmulis suis. In quinta parte rogat Paulam, & Eustochium, ut contra detractores muniant eum clypeo orationum suarum, inducens *Psalm.* 38. auctoritatem, qui dixit: Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam

PROLOGUS S. HIERONYMI
In libros Regum.

Viginti, *a* & duas litteras esse apud Hebræos, Syrorum quoque *b* lingua, & Chaldæorum *c* testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. Nam *d* & ipsi vigintiduo elementa habent *e* eodem sono, sed *f* diversis caracteribus. *g* Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant, figuris tantum, & *h* apicibus discrepantes. Certum est Esdram, scribam, legisque doctorem, *i* post captam Jerosolymam, & instaurationem templi sub *k* Zorobabel *l* alias litteras reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus, iidem Samaritanorum, & Hebræorum *m* characteres fuerint. In *n* libro quoque numerorum hæc eadem *o* supputatio, sub Levitarum, ac Sacerdotum *p* censu mystice ostenditur: Et *q* nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus usque hodie antiquis expressum litteris invenimus. Sed *r* & Psalmi trigesimus sextus, & trigesimus decimus, & centesimus undecimus, & centesimus octavus decimus, & centesimus quadragesimus quartus, quamquam diverso scribantur metro, tamen *s* ejusdem numeri texuntur alphabeto. Et Jeremiæ *t* lamentationes, & *u* oratio ejus. Salomonis quoque in fine proverbia, ab eo loco in *x* quo ait: Mulierem fortem quis inveniet, *y* iisdem alphabetis, *z* vel incisionibus supputantur. *a* Porro quinque litteræ duplices apud Hebræos sunt, Caph, Mem, Num, Pesaem. Aliter enim scribuntur per has principia, medietatesque verborum, aliter fines: Unde & quinque a plerisque libri duplices æstimantur, Samuel, Malachim, Dibrehajomin, Esdras, Jeremias cum Cinoth, i. lamentationibus suis. Quomodo igitur 22. elementa sunt, per quæ scribimus Hebraice omne, quod loquimur, & *b* eorum initiis vox humana con-

quam in lingua mea: posui ori meo custodiam, &c. Dicit ergo: Viginti duas litteras, &c. *b* Lingua,] Nota, tres esse linguas principales. Græcam, quæ vigintiquatuor litteras habet. Latinam, quæ vigintitres: Hebræam, quæ vigintiduas. *c* Testatur,] Sed quid ad rem, si istæ duæ linguæ, scil. Sira, & Chaldaica habent vigintiduas litteras: numquid per hoc probatur, quod lingua Hebræa habet vigintiduas litteras? Dicimus quod sic, quia istæ duæ parum discrepant ab Hebræa: Forte in modo pronunciandi. Unde quot litteras habent linguæ illæ, tot necesse est esse apud Hebræos. *d* Nam, &c.] Ostenditur quomodo affinis, quia ipsi habent viginti duo elementa. *e* Eodem sono,] i. pronunciatione. *f* Sed diversis, &c.] i. signis vel figuris, quia eodem modo pronunciant, sed diversis figuris scribunt. *g* Samaritani, &c.] Aliter probat idem, quia Samaritani totidem, & eisdem litteris utuntur: De quibus constat, quod non aliis, quam Hebraicis litteris scribunt. Nam Samaria, i. regno decem Tribuum vastato a Salmanasar rege Assyriorũ, & decem Tribubus capticvatis, & ultra montes Caspios collocatis, rex Assyriorum ex diversis gentibus misit in Samariam incolas, qui terram colerent, ne in solitudinem verteretur, qui nescientes terræ illius legitima, a bestiis necabantur, quod Rex Assyriorum comperiens inito consilio misit ad eos quosdam de sacerdotibus Hebræorum, qui docerent illos legitima terræ: Illi autem receperunt tantum Pentateuchum Moysi, & ideo litteras Hebræorum in scriptis suis adhuc retinent. Sed post reversionem Judæorum de Babylonica captivitate, in reparatione bibliothecæ combustæ a Chaldæis, Esdras quasdam novas litteras invenit, & quasdam mutavit, quæ nimis aspere sonabant: Et hoc est, quod dicit: Samaritani, &c. Et nota, quod isti Samaritani circumcisionem recipiunt, & tamen colunt idola. *h* Et apicibus] Titulis, sive litterarum summitatibus, quibus distinguuntur litteræ secundum diversos situs. Nam alius est apes hujus litteræ. A quando est littera capitalis, alius quando est in medio dictionis, alius quando est in fine. Proprie autem apes dicitur notula quædam, quæ vice litteræ fungitur, quæ a pueris dicitur titulus: Et sic accipitur *Matth.* 5. ubi dicitur: Amen dico vobis: Jota unum, aut apex unus non præteribit a lege, donec omnia fiant.
i Post captam, &c.] a Nabuchodonosor, *3. Reg.* 25.
k Sub Zorobabel] *Esd.* 1. & 2. *l* Alias litteras] a litteris Moysi. Usque tunc easdem litteras habuerunt Judæi, & Samaritani, & easdem figuras. *m* Characteres] idest figuræ. *n* In libro, &c.] quasi dicat, huic numero litterarum respondet numerus Sacerdotum, & Levitarum: Quia sicut vigintiduæ litteræ sunt, sic vigintiduo millia Sacerdotum, & Levitarum computantur, *Num.* 3. *o* Supputatio] idest numeratio. *p* Sub censu mystice ostenditur,] idest, sub numeratione, qua Sacerdotes, & Levitæ recensiti, pro primogenitis dati sunt Domino, quasi census a filiis Israel. Vel sub censu, i. sub numeratione, in qua census solvebatur pro capitibus singulorum, ut legitur *Exod.* 30. Prior expositio verior est. Mystice hoc dicit, quia per hunc, i. vigintiduo datur intelligi, quod Sacerdotes, & Levitæ debent intelligere vigintiduo libros veteris Testamenti. Mille enim perfectus est numerus. *q* Nomen Domini, &c.] Dixerat, quod usque ad Esdram fuerunt iidem characteres litterarum apud Hebræos, & Samaritanos; sed Esdras quasdam novas litteras invenit, & quasdam mutavit propter sonum earum difficilem, quibus Judæi modo non utuntur, sed antiquitur utebantur: Et hoc patet, ut dicit *Hier.* quia nomen Dei tetragrammaton illis antiquitus litteris scriptum usque hodie in Græcis voluminibus invenitur. Nomen Dei tetragrammaton est, quod in lamina aurea, quæ erat in fronte Pontificis, quando accedebat ad sacrificium, 4. litteris scribebatur, quæ sunt He, quod interpretatur iste: Joth quod interpretatur principium: Heth quod interpretatur passio: Vau, quod interpretatur vita: Unde illud nomen sonat, principium vitæ passionis iste, quasi dicat, iste Pontifex idest, figuratus per illum, scilicet Christus est principium, idest, auctor vitæ spiritualis sive gratiæ, passionis, idest, per passionem. *r* Sed, & Psalmi] Adhuc ostendit, quod vigintiduæ litteræ erant apud Hebræos, per 5. psalmos, qui per alphabetum Hebraicum scribuntur, scilicet trigesimus sextus: Noli æmulari: Et centesimus decimus. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo in consilio justorum, &c. Et centesimus undecimus, scilicet, Beatus vir, qui timet Dominum. Et centesimus decimus octavus: Beati immaculati. Centesimus quadragesimus quartus: exaltabo te Deus meus rex. Hi Psalmi distincti sunt per alphabetum, non tamen quilibet istorum psalmorum distinguitur per omnes litteras, sed quidam scilicet, Confitebor. Unde *Gloss.* ibi dicit: Iste psalmus est primus eorum, qui per omnes litteras alphabeti scribitur. Alii vero prædicti scribuntur per litteras alphabeti, sed non per omnes. Quod ergo hic dicitur; [Quamquam diverso scribantur, &c.] idest, vigintiduarum litterarum [texuntur alphabeto] composite debet intelligi. Et est sensus: per hos psalmos potest probari 22. litteras fuisse apud Hebræos. Et quod dicitur, quod psalmi scribebantur metro, intelligendum est apud Hebræos. Unde psalterium lyrici composuere pedes, sed apud nos non potuit servari metrum, nec ordo litterarum. *s* Ejusdem, &c.] 22. litterarum. *t* Lamentationes,] supple sub 22. litteris descriptæ sunt. Etiam quodlibet de quatuor alphabetis scriptum est sub vigintiduabus litteris. *u* Et oratio, quæ ultimo ponitur in Jeremia, & incipit: Recordare Domine, &c.
x In quo ait,] *Prov. ult.* *y* Eisdem alphabetis,] i. eisdem litteris alphabeti, & totidem. *z* Vel incisionibus] Quidam exponunt, idest, brevibus clausulis, sive sententiis. Sed quid ad rem de brevibus clausulis, sive sententiis? Ideo aliter potest exponi, ut dicatur incisionibus, idest, litteris. Et secundum hoc, vel ponitur expositive pro, idest. Et quod litteræ dicantur incisiones, patet per illud *Ovidii*:

Scripta soror fuerat: Visum est delere sororem.
Verbaque correptis incidere talia ceris.

Ovid. lib. 8. Metamorphoseos.

a Porro quinque litteræ, &c.] Assignat *Hier.* aliam convenientiam inter litteras alphabeti, & libros veteris Testamenti: Quia sicut quinque litteræ apud Hebræos sunt duplices, ita & quinque libri. Dicuntur autem litteræ duplices: non eo modo, quo apud nos dicitur x. duplex consonans, sed quia dupliciter scribuntur. Uno modo in principio dictionis: alio modo in medio, vel in fine. Similiter quinque libri dicuntur duplices apud eos, quia quilibet eorum continet duos libros. Samuel, qui continet primum, & secundum lib. Regum: Et Malachim, qui continet tertium, & quartum Regum. Dibrehajomin, qui sonat verba dierum secundum Hebræos, secundum Græcos Paralypomenon, i. residuorum: Esdras: Jeremias cum lamentationibus, qui pro uno libro computantur. *b* Et eorum initiis,] idest, illis 22. elementis, sive litteris,

omnis

prehenditur, ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi litteris, & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri justi eruditur infantia. *b* Primus apud eos liber vocatur *c* Bereschith, quem nos Genesim dicimus. II. *d* Elle Smoth, qui Exodus appellatur. III. *e* Vaikra, idest, Leviticus. IV. *f* Vaidabber, quem Numeri vocamus. V. *g* Elle hadborim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinque libri Moysi, quos proprie Thorath, idest, legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Jesu filio Nave, qui apud illos Josue Bennue dicitur. Deinde subtexunt Sophtim, idest, Judicum librum, & in eumdem *h* compingunt Ruth, quia in diebus Judicum facta ejus narratur historia. III. sequitur Samuel *h* quem nos regnorum primum, & secundum dicimus. IV. Malachim, id est, Regum, qui tertio, & quarto regnorum volumine continetur. Meliusque multo est Malachim, i. Regum, quam Malachot, i. regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed unius Israelitici populi, qui Tribubus xii. continetur. V. est *i* Isaias. VI. Jeremias. VII. Ezechiel. VIII. liber xii. Prophetarum, qui *k* apud illos vocatur Thareasra. Tertius ordo, *l* agiographa possidet. Et I. liber incipit a Job. II. a David, quem *m* quinque incisionibus, & uno psalmorum volumine comprehendunt. III. est Salomon, tres libros habens. Proverbia, quæ illi Parabolas, idest, Misle appellant. IV. Ecclesiasten, idest, Koheleth. V. est Canticum Canticorum, quem titulo Schirhaschirim prænotant. VI. est Daniel. VII. Dibrehajomin, idest, verba dierum, quod significantius *n* Chronicon totius divinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus, & secundus inscribitur. VIII. Esdras, qui & ipse similiter apud Græcos, & Latinos in duos libros divisus est. IX. Esther: Atque ita fiunt pariter veteris legis libri 22. idest, Moysi quinque Prophetarum octo, Agiographorum novem. Quamquam nonnulli Ruth, & *o* Cinoth inter Agiographa scriptitent *p* & hos libros in *q* suo putent numero supputandos, ac per hoc esse priscæ legis libros 24. quos sub numero 24. seniorum Apocal. Joan. inducit, adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes, stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante, & retro, id est, in præteritum, & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Hic *r* Prologus scripturarum quasi Galeatum principium omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, convenire potest, ut scire valeamus, quicquid extra hos est inter apocrypha esse ponendum. Igitur sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Jesu filii Syrach liber, & Judith, & Tobias, & Pastor non sunt in canone. Machabæorum primum librum Hebraicum reperi. Secundus Græcus est, quod *s* ex ipsa phrasi probari potest. *t* Quæ cum ita se habeant, obsecro te, Lector, ne laborem meum reprehensionem æstimes *u* antiquorum. In tabernaculum Dei offert unusquisque quod potest: Alii aurum, & argentum, & lapides pretiosos, alii byssum, & purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthum. *x* Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Et tamen Apostolus *y* contemptibiliora nostra magis necessaria judicat. Unde & tota illa *z* tabernaculi pulchritudo, & *a* per singulas species Ecclesiæ præsentis, futuræque distinctio pellibus tegitur, *b* & ciliciis: ardoremque Solis, & injuriam imbrium ea, quæ viliora sunt, prohibent.

Ruth. 1.

omnis vox humana scribitur, & formatur. Et dicuntur litteræ initia, quia ex eis initiatur, idest, componitur vox humana, idest, articulata. Unde sic describitur littera: Littera est minima pars vocis compositæ. Vel litteræ dicuntur initia vocis humanæ, quia pueri eas 1. res discunt. *b* Primus apud, &c.] Hæc est secunda pars procemii, ubi ostenditur ordo librorum secundum Hebræos. *c* Bereschith,] quod sonat in principio. Sic enim incipit liber, quem nos dicimus Genesim, eo quod de mundi generatione agit. *d* Ellesmoth,] sonat hæc sunt nomina. Sic incipit Exodus, qui latine dicitur exitus. *e* Vaikra,] sonat, & vocavit, hic est Leviticus, idest, offertorius latine, sive sacrificativus. *f* Vaidabber,] sonat, & locutus, hic est liber Numeri. *g* Elle habdorim,] sonat, hæc sunt verba, hic est Deuteronomium, idest, secunda lex, idest, secundo iterata. *h* Compingunt] idest, sociant. *h* Quem nos, &c.] quia agit de duobus regnis, idest, de regno duarum Tribuum, quod dicitur regnum Juda; & regno decem Tribuum, quod dicitur regnum Israel. Sed quia duo ista regna erant unum regnum, i. unius regnum, i. Judæorum, ideo quidam libri habent regnum pro regnorum. *i* Quintus est, &c.] inter libros Propheticos. Et nota, quod liber dicitur propheticus, vel a prophetia verbi, ut Isaias, Jeremias, &c. Vel a prophetia facti, sicut Josue, Judicum, Regum. *k* Qui apud, &c.] idest, Hebræos. *l* Agiographa] idest, sanctorum Scripta. Agios enim sanctum, graphos Scriptura dicitur. Et est, agiographa generale nomen omnium librorum Sac. Scripturæ, sicut confessor omnium sanctorum, sed tamen restringitur ad libros, qui non habent aliquod privilegium auctoritatis. *m* Quem quinque, &c.] i. quinque partitionibus, quæ fiunt per fiat fiat. Quatuor enim Psalmi terminantur per fiat fiat. Ubi autem sunt tales quatuor terminationes, quinque sunt partitiones; ut patet in manu, ubi quinque digiti, & tantum quatuor aperturæ. Has quinque partitiones dixit *Hier.* esse 5. libros. Sed *August.* probat unum librum esse. Sed quid est, quod David, & Daniel non computatur inter Prophetas? Responsio: Tripliciter dicitur quis Propheta, officio, missione, gratia: David, & Daniel nec officium habuerant, nec missi fuerunt, & ideo inter Prophetas non computantur, tamen gratiam prophetandi habuerunt, & in veritate prophetæ fuerunt, sed vulgo tantum ex officio Prophetæ dicebantur. *n* Chronicon] Chronon tempus. Et dicitur Paralipomenon Chronicon, quia tempus complectitur ab Adam usque ad finem Regum. *o* Cinoth] i. threnos. *p* Et hos libros] scilic. Ruth, & Cinoth. *q* In suo, &c.] i. per se. *r* Hic prologus, &c.] Tertia pars, ubi dicit *Hier.* hunc prologum posse dici principium Galeatum metaphorice, quia sicut capiti superponitur galea, & armatum contra hostes defendit, sic prologus iste omni libro superponi potest, & defendit Sacr. Scripturam contra illos, qui inducunt apocrypha pro veris. Dicitur autem dupliciter liber aliquis apocryphus, vel quia auctor ignoratur, sed veritas patet: Et tales recipit Ecclesia, non ad probationem fidei, sed ad morum instructionem. Vel quia veritas dubitatur, & tales non recipit Ecclesia, ut est liber de infantia Salvatoris, & de assumptione corporis Beatæ Virginis. *s* Ex ipsa phrasi] idest, ex ipso modo loquendi, quia Græcam redolet eloquentiam. *Phrasis* Græce, *Locutio* Latine. Unde periphrasis, idest, circumlocutio: & antiphrasis, idest, contraria locutio. *t* Quæ cum ita se, &c.] quarta pars est, in qua excusat se *Hieron.* *u* Antiquorum.] idest, septuaginta interpretum. *x* Nobiscum bene agitur,] q.d. alii plus, alii minus offerunt in tabernaculo, idest, in expositione Sacræ Scripturæ, mihi sufficit offerre minimum, & vile. Multa enim sunt vilia, quæ tamen sunt utiliora. Et hoc probat per similitudinem, quia saga, & pelles, quæ erant viliora operimenta tabernaculi, tamen magis necessaria. Nota, quatuor erant operimenta tabernaculi. Primo tegebatur cortinis [quæ vocantur, hic tabernaculum] factis de quatuor coloribus pretiosis, idest, purpura, & bysso, & hyacintho, & cocco bis tincto. Secundo sagis cilicinis. Tertio pellibus rubricatis. Quarto pellibus janthinis. *Exod.* 35. *y* Contemptibiliora nostra magis necessaria judicat.] 1. *Cor.* 12. *z* Tabernaculi pulchritudo,] i. cortinarum. *a* Et per singulas] Et pro, idest. *b* Et ciliciis, idest, sagis. Lege ergo o lector Samuel, qui continet duos primos libros Regum.

Apoc. 4.

1. Cor. 12.

a Et

Lege ergo primum Samuel, & *a* Malachim meum. Meum inquam meum. Quicquid enim crebrius vertendo, & emendando sollicitius, & didicimus, & tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris, quod ante nesciebas, vel *b* interpretem me æstimato, si gratus es, vel *c* paraphrasten si ingratus, quamquam mihi omnino conscius non sim mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certe si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum his opusculis, quæ nuper emendavimus, & ubicumque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem, & si nostra firmaverit, puto, quod eum non æstimes *d* conjectorem, ut in eodem loco mecum similiter divinarit. *e* Sed & vos famulas Christi rogo, quæ Domini discumbentis pretiosissimo fidei *f* myrrho ungitis *g* caput, quæ nequaquam Salvatorem quæritis in *h* sepulchro, quia jam ad patrem Christus ascendit, ut contra latrantes canes, qui adversum me *i* rabido ore deſæviunt, & *k* circumeunt civitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. *l* Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor: Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis.

Explicit Prologus.

INCIPIT LIBER SAMUELIS PRIMUS.

C A P. I.

FUIT *m* vir unus de *n* Ramathaim Sophim

a Et Malachim] qui continet duos ultimos Regum. Hunc *Hier.* vocat suum, quia de Hebræo veraciter transtulit in Latinum. *b* Vel interpretem] i. verum translatorem. Interpres enim est, qui fideliter ea, quæ audit, vel videt exponit. *c* Vel paraphrastem] i. falsum locutorem. Sic exponunt quidam: Sed verius potest dici paraphrastes, qui interpretationis veritatem omnino non sequitur, tamen veritati pro posse innititur, ita quod a sententia non declinat, licet a verbis exorbitet, & dicitur a para, quod est juxta, & phrastes, quod est locutor. Unde *Hier. in originali super Nahum* dicit: Hoc juxta septuaginta paraphrastes diximus, ne aliquam tribuamus Sardanapalo occasionem reprehendendi. Aliter accipitur super illud *Isai.* 27. Quis dabit me spinam, & veprem, ibi dicit *Gl.* Paraphrastes, i. Metaphysicos, & ita æquivocum est. *d* Conjectorem, i. vaticinatorem. *e* Sed & vos, &c.] Quinta pars proœmii, ubi monet Paulam, & Eustochium, ut orent pro eo. *f* Myrrho] Myrrhum myrrhi, unguentum; myrrha, myrrhæ, arbor vel etiam gummi, sicut nardum nardi unguentum est, nardus nardi, arbor, vel gummi. *g* Caput,] Caput Christi, divinitas ejus est. Unde 1.*Cor.*11. Omnis viri caput Christus. Caput vero mulieris vir, caput vero Christi Deus. Caput ergo ungit, qui eum verum Deum adorat, & credit. Pedes vero ungit, qui eum verum hominem credit. Arriani caput non ungunt, qui Christum esse puram creaturam efferunt. Manichæi pedes non ungunt, qui corpus Christi phantasticum habere fingunt. Christum in sepulchro quærit, qui eum resurrexisse non credit. Tales sunt Sadducæi, qui resurrectionem mortuorum negant. *h* In sepulchro,] q. d. qui non creditis Christum adhuc morte detineri, sed creditis resurrexisse, & in hoc majores estis Magdalena, quæ quærebat vivum cum mortuis. *i* Rabido] i. insano. *k* Circumeunt civitatem,] i. Ecclesiam, ad decipiendum, & devorandum, sicut adversarius noster diabolus, qui circuit, quærens quem devoret. 1. *Pet.* 5. Et ita circumire civitatem accipitur hic in malo. In *Ps.* 58. vero ubi dicit: Famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem, accipitur in bono, i. Judæi in fine conversuri ad Deum, sicut famelici canes fidem avide deglutient, & circuibunt de civitate in civitatem quærentes doctores, qui eos instruant in fide Ecclesiæ, & confirment. *l* Ego sciens humilitatem] q. d. vos orate pro me, ego autem contra eos non loquar, sed digito compescam labia mea.

Explicit expositio Prologi S. Hieronymi.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super I. Librum Regum.

E X P O S I T I O C A P. I.

FUit *m* vir unus, &c.] Sicut dictum est in introitu liber iste scriptus est chronice, idest, secundum successionem temporum, quia quilibet rex gesta sua scripto commendavit. Et ut dicit *Gl.* primum librum scripsit Samuel usque ad mortem suam, deinde David, deinde Salomon, & sic de aliis. Jeremias vero omnes quatuor libros Regum compegit in unum, quod inde patet, quia idem est finis hujus libri, & Jeremiæ. Et cum sint tres ordines librorum Veteris Testamenti, scil. lex, Prophetæ, agiographa, lib. Regum in secundo ordine tertius ordinatur. Et recte post Judicum sequitur liber Regum, quia judicium sequitur regnum æternum, & qui bene se judicat in hac vita, ad regnum perveniet æternum. Unde 1. *Cor.* 11. Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. Primo *in Gen.* meritis exigentibus captivatum est corpus humanum. Unde & in fine Geneseos agitur de descensu Israel in Ægyptum, *in Exod.* educitur de captivitate, *in Lev.* Dominicis præceptionibus, & cæremoniis instruitur, *in Num.* contra tentationes hostium armatur; *in Deut.* per legis recapitulationem confirmatur; *in Jos.* per Jesum in terram promissionis introducitur: sed quia interdum superbit homo de beneficio collato sibi, familiari ordine sequitur *liber Judic.* in quo ostenditur divinum judicium, quod mala hominum non dimittat inulta, quod interdum misericordia comitatur. Unde vicissim in eo agitur nunc de Judæorum oppressione, nunc de eorumdem liberatione consummato vero judicio divino, sequitur regnum æternum. Et ideo signanter locum octavum obtinet liber Regum. Ad commendationem autem Samuelis præmittit auctor commendationem patris ejus dicens: Fuit vir unus. Vir non sexu tantum, sed a virore virtutum unus; non unitate personæ tantum, sed religionis singularitate, & mentis constantia. Unus ergo, non mobilis, non vagabundus; sed constans, & stabilis. Sed omnis sapiens, & omnis unus sapiens, stultus vero non est unus, sed multiplex, & variabilis. Unde *Ecclef.* 18. Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol: Nam stultus sicut Luna mutatur. De hoc unitate intelligitur illud. 1 *Cor.* 9. Omnes qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium. Sic Deus unus, fides una, baptismus unus: Unus etiam sanabatur post motum aquæ. *Jo.* 5. *n* De Ramathaim] Dupliciter hoc exponitur secundum *Hieron.* Ramathaim una dictio est, & est nomen civitatis.

Ω quæ

Mystice. *m* Fuit vir, &c.] Iste vir Christus est, qui dicitur vir a virtute. *Zachar.* 6. Ecce vir, oriens nomen ejus. *Jer.* 31. Novum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum. Unus unitate personæ, & unus, idest, immutabilis. *Isaiæ quarto*. Apprehendent septem mulieres virum unum. Hic fuit de Ramathaim Sophim, quæ dicitur excelsa speculatio, idest, de superna Jerusalem. Et dicitur Elcana, idest, possessio Dei, quod bene convenit Christo, ubi dicit: Dominus

O possedit

Moraliter. Elcana est Prælatus, qui debet esse vir animi virtute: i. fortis, & strenuus. Oportet enim eum pugnare pro pluribus, i. pro se, & subditis, & contra plures callidos, & fortes, i. malignos spiritus, & contra mundum, & contra carnem. *Ephes.*6. Induite vos armaturam Dei, quasi milites Christi, ut possitis stare adversus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, supple tantum, sed adversus principes, & potestates. Debet etiam esse unus, ut unum tantum appetat, & non plura, i. spiritualia, non temporalia. *Ps.* 26. Unam petii a Domino, hanc requiram, scil. vitam æternam sibi, & subditis. *Luc.*10. Martha, Martha, solicita es, &c. Item debet esse *n* De Ramathaim] Ramathain interpretatur excelsa duo. Et duplex celsitudo requiritur in Prælato, scil. vitæ, & scientiæ. Sophim interpretatur specula, vel scopulus, per quod in-

Ps. 52. *Mystice.* *Moraliter.* *Prov.* 8.

Ω quæ sita erat in excelso loco, qui dicitur Sophim. Unde Ramathaim Sophim dicitur, idest, civitas speculationis, quia de illo loco multa loca circum adjacentia poterant speculari: Vel aliter, ut Ramatha, infint duæ dictiones. Ramatha civitas, quæ in *Matth.* 27. dicitur Arimathia, a *Josepho* vero dicitur Ramath. In præpositio: Sophim vero nomen est montis, in quo sita erat Ramatha. *a* De monte Ephraim,] Istud est nomen regionis, in qua erat mons Sophim. Et determinatur & locus, & regio, in qua erat civitas Elcanæ. Vel ponitur Ramathaim Sophim pro interpretatione sua, quæ est excelsa duo, quasi dicat de duabus Tribubus excelsis fuit, quia de Levi secundum patrem; de Juda secundum matrem. Descendit autem de Levi non per Aaron, sed per Core. Unde non fuit Sacerdos. Unde *Raban.* Elcana Levita fuit de stirpe Core, Mater ejus de Tribu Juda.

de *a* monte Ephraim, & nomen ejus *b* Elcana, filius *c* Jeroboam, filii d Heliu, filii Thau, filii *d* Suph, Ephratæus. Et habuit *e* duas uxores, nomen uni Anna, & nomen *f* secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filii: *g* Annæ autem non erant liberi. Et *h* ascendebat vir ille de civitate sua *i* statutis diebus, ut *k* adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in *l* Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni, & Phinees *m* Sacerdotes Domini. *n* Venit ergo dies, & *n* immolavit Elcana, *o* deditque Phenennæ uxori suæ, & cunctis filiis ejus, & filiabus *p* partes ejus: Annæ autem dedit *q* partem unam

d Ephratæus.] ab Ephrata uxore Caleb, quæ fuit de Tribu Juda, ut dicit *Raban.* & ita non fuit soror Moysi, quod tamen quidam dicunt. Vel ab Ephrata civitate, quæ postea dicta est Bethlehem. Vel ab Ephraim ut nonnulli ajunt, quia fuit de Ramatha civitate Ephraim, quæ sita est in monte Sophim, qui mons est in Tribu Ephraim, & sic ponitur Ephratæus pro Ephraira, sicut *supr. Judic.* 12. Nunquid Ephratæus es tu? Istæ tres expositiones ponuntur in *Gloss.* Et nota, quod ab Ephraim dicitur Ephratta, ab Ephrata Ephratæus, ab Euphrate fluvio Euphratæus. *e* Duas uxores,] Sed nunquid peccavit in hoc, quia naturaliter una uxor unius viri est. Præterea Lamech, culpatur *Gen.* 4 quia duas habuit uxores, adulterium faciens contra legem naturæ, & decretum Dei. Solut. Ex dispensatione Spiritus sancti habuit duas, & ideo non peccavit. Lamech vero ex libidine, & sine dispensatione, & ideo peccavit.

f Et nomen secundæ Phenenna, &c.] Secundum Grammaticam debuit dicere, alteri de duabus. Sed per hoc, quod dicit secundæ, innuit, quod licet Anna, & Phenenna essent pares nomine uxorum, tamen Phenenna secunda erat in amore viri.

g Annæ autem non erant liberi.] Ita voluit Dominus, quia quanto partus magis fuit desideratus, tanto gratior habitus fuit.

i Statutis diebus,] scilicet, in Pascha, in Pentecoste, in Scenopegia. Unde *Deut.* 16. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit, scilicet, in solemnitate azymorum, in solemnitate hebdomadarum, in solemnitate tabernaculorum.

k Ut adoraret,] *Gloss.* Tanquam Levita.

l In Silo.] *Gloss.* Civitas in Tribu Ephraim, ubi fuit Arca Testamenti, & tabernaculum Domini a tempore Josue usque ad tempus Samuelis. Item *Gloss.* Silo est in nonagesimo miliario Neapoleos in regione Abrathena.

m Sacerdotes Domini.] Sacerdotes Domini dicuntur, non quia essent boni, sed quia ad officium faciendum electi erant.

n Immolavit] non ut Sacerdos, sed ut Levita, quia non fuit Sacerdos, sed quia Levita erat.

o Deditque Phenennæ] *Gloss.* Quia post oblatas victimas cum uxoribus, & filiis, & filiabus Levita vescebatur. *p* Partes] idest, novas vestes, quas Levitæ distribuebant uxoribus, & liberis in diebus festis: Sic exponit *Gloss. Hier.* Vel possunt dici partes sacrificiorum, scilicet, quæ contingebant offerentes, quas, ut sanctas, Levitæ distribuebant uxoribus, & liberis. *q* Partem unam] quia non habebat filios, vel filias, quibus amplius daret: Tamen in *Hebræo* habetur, dedit Annæ partem duplicem, idest, unam æquipollentem duabus.

Ω *a* Tristis

Mystice. O possedit me initio viarum suarum, antequam quicquam a principio faceret.

c Jeroboam,] misericors.

d Heliu,] Deus meus.

d Suph,] effundens, qua Christus ex Deo patre natus, misericordia ad nos veniens, effudit sanguinem suum pro nobis in Cruce. *Cant.* 1. Oleum effusum nomen tuum. Hic habuit duas uxores, Annam scil. & Phenennam, idest, Synagogam, & gentilitatem, i. Ecclesiam de gentibus. Phenenna est synagoga, quæ primo Deo filios genuit per legem, sed postea per infidelitatem facta est infecunda. Anna primo sterilis est Ecclesia de gentibus, quæ olim sterilis a prole spirituali, tandem per gratiam spirituales filios genuit Deo. Elcana dedit Phenennæ, i. Synagogæ, & filiis partes, idest, bona temporalia juxta illud: Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. *Ps.* 104. Annæ autem, idest, Ecclesiæ de gentibus, dedit partem unam, i. naturale ingenium.

a Tristis.

Moraliter. * telliguntur alia duo, quæ similiter in Prælato requiruntur. Per scopulum constans patientia in adversis. Ut sicut scopulus non movetur ad ictus, nec repercutit, ita nec Prælatus. Unde *Thr.* 3. Posuit me quasi signum ad sagittam. Unde *Ezech.* 3. dicitur: Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam. In specula notatur vigilantia circumspectionis, quia Prælatus vigilanter, & circumspecte debet sibi, & subditis providere necessaria, & præcavere nociva. Unde *Habac.* 2. Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum super munitionem, & contemplabor, ut videam, quid dicetur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. *Is.* 21. Super speculam Domini ego sum stans jugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. Item debet esse *a* De monte Ephraim,] ut scil. fructificet sibi, & subditis in æternis, non in temporalibus, sic enim esset de valle Ephraim, unde sunt fere omnes Prælati hodie: Spiritualem fructum non multum curant, temporalem vero tota mentis solicitudine quærunt. Item debet esse *b* Elcana,] idest, possessio Dei, ut totus a Deo possideatur, intellectum possideat veritas Deus, voluntatem possideat bonitas Deus, memoriam possideat æternitas Deus. *B. Bern.* dicit: O veritas, bonitas, æternitas, ad te suspirat mea misera trinitas, ratio, memoria, & & voluntas. Item debet esse filius *c* Jeroboam,] qui interpretatur misericors, ut scilicet, Dominum in misericordia imitetur. Unde *Matth.* 5. Estote perfecti sicut pater vester cœlestis est perfectus, in misericordia scil. Ibi enim agitur de misericordia, & operibus misericordiæ. Item debet habere *e* Duas uxores,] scil. vitam activam, & contemplativam, quæ debent esse uxores non concubinæ, ut vero sponso prolem bonorum operum faciant, non adultero, idest, mundo per inanem gloriam, vel diabolo per superbiam. Superbi enim sunt proprie concubinæ diaboli, vel carnis, per malam concupiscentiam. *h* Et ascendebat] Tota vita justorum est ascensus, e converso tota vita impiorum descensus est. *Is.* 31. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes.

i Statutis diebus,] i. in Pascha, Pentecoste, & Scenopegia. In Pascha ascendimus, cum recolimus Dominicam Passionem. In Pentecoste, cum recolimus Sancti Spiritus missionem. In Scenopegia, cum cogitamus de die Judicii, quia tunc erit fixio tabernaculorum.

l In Silo,] quod interpretatur avulsus, divisus, translatus. Prælatus enim debet esse avulsus a carne, divisus a mundo, translatus ad cœlestia. Unde 1. *Joan.* 3. Nos scimus fratres, quoniam translati sumus de morte ad vitam. *n* Venit ergo dies, &c.] Dies immolationis venit, quando necessitas bene operandi incumbit, tunc oportet Elcanam, idest, Prælatum dare partes uxoribus, idest, activæ, & contemplativæ. Partes activæ, quas debet Elcana dare, sunt novem, scilicet, septem opera misericordiæ, & prædicatio, & martyrium. Hæc enim omnia dare tenetur Prælatus. Unde *Jo.* 10. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Istud est de ultimo. De aliis octo dicitur *Eccles.* 11. Da partes septem, necnon & octo. Septem partes, septem opera misericordiæ. Octava est prædicatio, de qua *ibid.* dicitur: Mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post multa tempora invenies illum. Annæ vero, idest, contemplativæ tantum una pars datur, scilicet quies, ad vacandum Deo.

a Diligebat

tristis, quia Annam *a* diligebat: Dominus autem concluserat vulvam ejus. *b* Affligebat quoque eam *c* æmula ejus, & vehementer *d* angebat in tantum, ut *e* exprobraret, quod conclusisset Dominus vulvam ejus. Sicque faciebat per singulos annos cum redeunte tempore ascenderet ad templum Domini, & sic provocabat eam. *e* Porro illa flebat, & non *f* capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna cur fles, & quare non comedis, & quamobrem affligitur cor tuum? Numquid non ego melior sum tibi quam decem filii? Surrexit autem Anna postquam comederat in Silo, & biberat, & Heli *g* Sacerdote sedente super sellam ante *h* postes templi Domini, cum esset *i* Anna amaro animo, *k* oravit Dominum *l* flens largiter, & votum vovit dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & *m* recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque servæ tuæ sexum *n* virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & *o* novacula non ascendet super caput ejus. Factum est autem cum illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli *p* observaret os ejus. Porro Anna loquebatur in *q* corde suo, tantumque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. *r* Æstimavit ergo eam Heli *s* temulentam, dixitque ei: Usquequo ebria eris? *t* Digere paulisper vinum quod mades. Respondens Anna, *u* nequaquam, inquit, Domine mi: Nam mulier *x* infelix nimis ego sum, vinumque, & omne, quod inebriare potest *x* non bibi, sed *y* effudi animam meam in conspectu Domini. Ne reputes ancillam tuam quasi unam de *z* filiabus Belial, quia ex multitudine doloris, & mœroris mei *a* locuta sum usque in præsens. Tunc *b* Heli ait ei: Vade in pace, & Deus Israel *c* det tibi petitionem, quam rogasti eum. Et illa dixit: Utinam inveniat ancilla tua *d* gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, & comedit, *e* vultusque illius non sunt amplius in diversa *f* mutati. *g* Et surrexerunt mane, & adoraverunt coram Domino, reversique sunt, & vene-

Ω *a* Tristis,] ipse Elcana, quia Annam diligebat, & ideo compatiebatur ei tristi propter sterilitatem suam, propter quod non nisi unam partem habebat. *b* Affligebat] *Gloss.* sicut Agar Saram. *c* Æmula] idest, invidia. Invidebat enim Phenenna Annæ, quod plus diligebatur a viro, sicut Agar Saræ, & Joseph fratres ejus.

d Angebat] improperans ei opprobrium sterilitatis, *e* Ut exprobraret] *Gl.* Malorum est enim solatium vitam bonorum carpere. *e* Porro illa] i. Anna, tum propter sterilitatem, tum propter improperiū Phenennæ. *f* Et non capiebat cibum.] Contra: *inf.* statim dicitur: Surrexit Anna postquam comederat in Silo. Solut. Vulgariter dictum est: Non capiebat cibum, i. parum comedebat, secundum quod solet dici: vos nihil comeditis, i. parum comeditis. Simile *in Psal.* 13. & 52. Non est, qui faciat bonum, i. rarus est, qui faciat bonum: Vel, non capiebat cibum cum lætitia, sicut debet fieri in diebus festis. Et est sensus: Non capiebat cibum, i. non placebat ei capere cibum. Vel non capiebat cibum, quo posset cibari, i. sustentari, diu. Hebræi dicunt, quod ipsa non comedit: Et talem habent litteram: Surrexit autem Anna, postquam comestum est. *g* Heli Sacerdote] *Gloss.* Hic maximus Sacerdos erat, etiam post Samsonem populum Israel rexit annis quadraginta, sed juxta septuaginta, viginti.

Judic. 13. *h* Ante postes] *Gloss.* Ut ingredientibus, & egredientibus templum, verbum Dei ministraret. Sacerdotes enim habent scientiæ claves. *Luc.*11. *i* Anna amaro animo,] Hæc est efficax oratio, quæ cum amaritudine animi fit. *Greg.* Veraciter orare, est amaros in compunctione gemitus, non verba composita, resonare.

k Oravit] *Gloss.* Qui deridetur ab amico, ait Job, sicut ego, rogabit Dominum, & ipse exaudiet eum. *l* Flens] Hæc sunt brachia, scil. oratio, & lachrymæ, quibus Jacob luctatus est cum Domino. Unde *Osee* 12. Directus est Jacob cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus est, flevit & rogavit eum, & in Bethel invenit eum. *m* Et recordatus, &c.] Nihil obliviscitur Deus, nihil ignorat, quomodo ergo recordatur? Solut. Deus oblitus dicitur esse alicujus, cum eum tribulationi exponit, nec liberat rogantem; cum autem liberat, tunc dicitur recordari. *n* Sexum virilem,] Ecce opus virile. Debet enim opus Dei esse virile, ut non fiat negligenter. *Jer.*48. Maledictus, qui opus Dei negligenter facit. Littera nostra habet fraudulenter. *Malach.*1. Maledictus dolosus, qui habet masculum in grege suo, & offert debile Domino. *o* Et novacula non ascendet] sicut in Samsone *Jud.*14. q. d. Nazaræus erit. Filius Annæ, opus est contemplativæ, novacula adulatio, caput intentio. Novacula caput ascendit, quando quis adulatione seductus in opere suo humanam laudem intendit. *Ps.* 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. *p* Observaret] expectans, quod aliquid esset dictura. *q* In corde suo,] *Gl.* Quia Deus non voce tantum invenitur, sed corde. Unde. Desiderium cordis ejus tribuisti ei, vel petitionis ejus. *r* Æstimavit, &c.] Ita divites hujus mundi ebrios, & insanos putant dolentes de peccatis, & pœnitentes, & religiosos. Unde & Judæi irridebant discipulos dicentes, quia musto pleni sunt: *Act.* 2. Sed bene respondetur ibi: Non sicut vos putatis, hi sunt ebrii, cum sit hora diei tertia. Dies est gratia. Duodecim horæ diei, duodecim effectus gratiæ. Primus est sui ipsius consideratio. Secundus vitæ præteritæ abominatio. Tertius peccatorum confessio, hæc hora erat. Unde tunc loquebantur variis linguis *Job* 12. Deridetur justi simplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum. *s* Temulentam,] idest, temeto lentam, idest, vino. Unde *Gloss.* Temulentam a temeto, quod antiqui dicebant vinum.

t Digere] idest, dormiendo excoque &c.

u Nequaquam,] supple sum ebria. Nota humilem responsionem mulieris, in confusionem multorum religiosorum, qui contumelias, nec etiam correctionem sustinent, sed durius respondent: Quibus dicitur *Rom.* 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. *x* Infelix] secundum legem, idest, sterilis.

x Non bibi,] scil. hodie. *y* Sed effudi] per devotam orationem. *z* De filiabus Belial,] *Gloss.* idest, absque jugo. Et notandum dicit *Glossa* quod ebriosi filii Belial vocantur.

a Locuta sum] q.d. non est hoc ex ebrietate, quod facio, ut putas, sed ex doloris anxietate. *b* Tunc Heli ait ei:] intelligens eam propter sterilitatem sic dolere.

c Det tibi] Hebræus habet: Dabit. Unde Anna ex Sacerdotali promissione secura abiit. *d* Gratiam in oculis] ut scilicet, ores pro me. *e* Voltusque] *Gloss.* Alia translatio habet: Facies non concidit amplius, quia certissime credidit se exauditam. *f* Mutati.] *Gloss.* quia in incepto, & in voto firmiter perseveravit: Sic nos perseverare debemus, si a Domino exaudiri volumus.

g Et surrexerunt] Elcana sc. & uxores.

Ω *a* Ramatha.

Mystice. Mystice. *a* Tristis, &c.] quia concluserat eam Dominus, idest, nondum advenit tempus miserendi, ut spirituali prole, idest, gratia fecundaretur. Phenenna Annam despiciebat, sic Synagoga Ecclesiam de gentibus: Sed Annæ flenti datus est filius, sic Ecclesiæ de gentibus natus est Christus.

e Vultusque illius non sunt amplius, &c.] quia Ecclesia a fide, & dilectione Christi nunquam recessit, in diversa declinans, sicut hæretici.

Moraliter. Moraliter. *a* Diligebat, &c.] Contemplativa diligenda est, quia pulchra, quia tuta, quia quieta, quia jucunda: Cujus partes sunt quatuor, consideratio æternorum cum desiderio, gaudium in Spiritu Sancto, Scripturæ meditatio, mentalis oratio. Similiter activa diligenda est; quia utilis est, & fecunda. Unde & Christus de Lia natus est, non de Rachel. Martha Christum in hospitio suscepit, non Maria.

b Affligebat quoque eam, &c.] idest, activa exprobrat contemplativam, quia quanto magis laboribus activæ intendimus, tanto magis miserias, & defectus sæculi intelligimus, & opera activæ magis necessaria invenimus, & tunc fructus activæ exprobrat sterilitatem contemplativæ. Hoc est, quod Martha conqueritur de Maria. *Luc.*10. *Bern.* Felix domus, in qua Martha conqueritur de Maria. *a* Ramatha,] hæc est civitas quæ *supra* secundum *Hier.* dicta est Ramathaim.

b Post circulum] dicit *Gloss.* idest, post anni reditum.

c Vocavitque nomen ejus Samuel,] *Gl.* Postulatio Dei, Vel nomen ejus Deus, qui auctor est, scilicet, nativitatis

ejus, quia sterili oranti concessit filium, qui cunctis diebus sibi in templo deserviret.
d Non ascendit.] in Silo cum viro.
e Ablactetur] i. a lacte separetur.
f Verbum tuum.] *Gloss.* quod vovisti. Vel suum, quod promisit per Heli, cum ait: det tibi Deus petitionem, &c.
g Postquam ablactaverat] Sed hoc videtur mirum, puerum bimum quasi noviter ablactatum, adductum ad ministrandum in tabernaculo. Propterea distinguunt triplicem ablactationem. Prima est a lacte mammillæ, quæ fit in tertio anno. Secunda a lacte infantiæ, quæ fit septimo anno. Tertia a lacte pueritiæ, quæ fit duodecimo anno. In prima amovetur infans a nutrice. In secunda puer a pædagogo. In tertia adolescens a tutore, & a puerili conversatione. 1. *Cor.* 13. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sentiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus, cum autem factus sum vir, evacuavi, quæ erant parvuli. Dicunt ergo eum adductum post secundam ablactationem, ad imbuendum litteras. Unde *infra* legitur, quod per singulos annos mittebat ei mater tunicam parvam. Alii dicunt eum adductum post tertiam ablactationem, quasi jam idoneum ad ministrandum. Unde statim sequitur: Puer autem erat minister in conspectu Domini. *h* In vitulis, &c.] i. cum vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, quæ faciunt. Ephi. Sed objicitur *Num.* 28. præcipitur cum singulis vitulis offerri tres decimas, sed hic fuerunt tres vituli, ergo novem decimas obtulerunt, quæ non faciunt Ephi, sed deest una decima, non ergo tres modios. Solutio: Potest dici, quod non totam illam farinam obtulit, sed partem dedit Sacerdoti, ut libenter susciperet puerum in ministerio. *Hieron.* dicit, quod littera corrupta est hic, & ubi nos habemus tres modios, Hebræus habet, & modio farinæ, cujus partem obtulit cum uno vitulo, residuum cum duobus vitulis dedit Sacerdoti. In tribus vitulis: In tribus serviendum est Deo, in mentis hilaritate, in operis discretione, in cordis compunctione. Per vitulum intelligitur hilaritas, per farinam discretio, per vinum compunctio. Sed nota triplicem ternarium. Tres vituli, tres modii farinæ, tres modii vini, quem semper debet secum portare servus Dei sicut Anna. Tres vituli, triplex hilaritas, scil. de patris reconciliatione, de patriæ reversione, de perditorum restitutione. Tres modii farinæ, triplex discretio operis, ne quid nimis, ne quid parum, ne quid indebitum. Tres modii vini, triplex compunctio, de patris offensione, de temporis amissione, de pœnarum ablatione. Primum timet filius. Secundum mercenarius. Tertium servus. *Hieron.* Trinum luctum complet, qui consolationem futuram quærit.
i Et amphora] quæ est mensura trium modiorum.
k Obsecro] *Gloss.* scil. ut bene suscipias.
l Vivit anima tua,] Modus jurisjurandi pro confirmatione, quasi dicat, per animam tuam Domine. Aliquando autem per execrationem dicitur, ut *infr.* 17. Vivit anima tua rex, si novi eum; quasi dicat, destruat me Deus, & anima tua vivat si novi eum.
m Orans Dominum] idest, ad Dominum.
n Commendavi eum] idest, pro alio filio dedi.
o Cunctis diebus, scil. quamdiu vixerit.

1. q. 1. §. 30. q. 1. c. quicumque.

D

A

runt in domum suam in *a* Ramatha. Cognovit autem Elcana Annam uxorem suam, & recordatus est ejus Dominus. Et factum est *b* post circulum dierum: concepit Anna, & peperit filium, *c* vocavitque nomen ejus Samuel, eo quod a Domino postulasset eum. Ascendit autem vir ejus Elcana, & omnis domus ejus ut immolaret Domino hostiam solemnem, & votum suum, & Anna non *d* ascendit. Dixit enim viro suo: Non vadam donec *e* ablactetur infans, & ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi jugiter. Et ait ei Elcana vir suus: Fac, quod bonum tibi videtur, & mane, donec ablactes eum, precorque, ut impleat Dominus *f* verbum tuum. Mansit ergo mulier & lactavit filium suum, donec amoveret eum a lacte. Et adduxit eum secum, *g* postquam ablactaverat in *h* vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & *i* amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus. Et immolaverunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli: Et ait Anna: *k* Obsecro mi Domine *l* vivit anima tua, Domine: Ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic *m* orans Dominum pro puero isto. Oravi, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulavi eum. Idcirco & ego *n* commendavi eum Domino cunctis *o* diebus, quibus fuerit accommodatus Domino. Et adoraverunt ibi Dominum: Et oravit Anna, & ait.

C A P. II.

EXultavit *p* cor meum in Domino, *q* & *r* exaltatum est cornu meum in Deo meo. *s* Dilatatum est os meum super *t* inimicos meos, quia lætata sum in *u* salutari tuo. Non *x* est sanctus, ut est Dominus, *y* ne-

EXPOSITIO CAP. II.

EXultavit *p* cor meum in Domino,] In hoc cap. agitur de cantico Annæ. Mos enim erat antiquitus, post adeptam victoriam, aut evasa pericula, canticum Domino decantare in gratiarum actione. Unde & Moyses post transitum maris rubri, submerso Pharaone, canticum cantavit Domino *Exod.* 15. Sic Delbora, Sisara interfecto *Judic.* 5. Sic Ezechias post inopinabilem sanitatem adeptam, cantavit canticum dicens. Ego dixi, &c. *Isai.* 38. Sic & Anna ob gaudium fecunditatis sibi collatæ gratias agens cantavit canticum dicens: Exultavit, &c.] Quod licet oratio dicatur, tamen proprie canticum est. Et tria continet hoc canticum. Primum est gratiarum actio pro beneficiis sibi præstitis, ubi dixit: Exultavit cor meum in Domino. Secundum est invectio in superbos occasione Phenennæ, ubi dixit: Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes, &c. Tertium est prophetia de regno Christi, ibi: Dominus judicabit fines terræ, &c. Dixit ergo: Exultavit cor meum, pro sobole suscepta in Domino non in me, meis meritis attribuens, ut superbi, non in laude hominum, ut vani, non in vanitate sæculi, ut avari, sed in Domino, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum: *Jacob* 1. Idcirco dicit Apostolus *Phil.* 4 Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Cor meum dicit, non vox tantum. In corde enim verum gaudium est. Unde non est oblectatio super cordis gaudium.
q Et] pro, idest. *r* Exaltatum est cornu meum] i. filius, quem vocat cornu suum, i. fortitudinem suam, sine quo quasi sine robore erat: Cum vero filium habuit, tunc robur habuit contra æmulos. *s* Dilatatum est os meum] Os cordis, os oris, os operis. De primo dicitur *Ps.* 118. Os meum aperui & attraxi spiritum. De secundo 2. *Cor.* 6. Os nostrum patet ad vos, o Corinthii. De tertio hic, quod tamen ad omnia tria se habet.
t Inimicos meos,] qui dilataverunt super me os suum.
u In salutari tuo.] i. te o Domine, qui salvasti me de opprobrio sterilitatis, quod objiciebat mihi Phenenna, & vere in te lætandum est. *x* Quia non est sanctus ut est Dominus,] quia ipse est sanctus in se, & alios sanctificans. Sanctus ex se, cui idem est esse, & sanctum esse, idem essentia, & sanctitas. Sic solus Sanctus, sicut solus est bonus, scil. essentialiter, alii vero participatione, sive accidentaliter. *Luc.* 18. Nemo bonus nisi solus Deus. Et nota, quod non dicit, non est sanctus nisi Dominus, sed dicit, non est sanctus ut est Dominus: In quo notatur, quod & alii, scil. homines & Angeli, *Lev.* 19. Sancti estote, quia ego sanctus sum: Sed aliter: Ille substantialiter, cui idem est sanctitas, & substantia: Isti accidentaliter, quibus aliud est sanctitas, & essentia.
y Neque enim est alius extra te,] idest, alius a te non est sicut tu, scil. immutabilis, & invariabilis. Nam omnis creatura vanitati subjecta est: *Rom.* 8. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. *Jacob* 1. Vel sic: Non est alius extra te, idest, præter te: Quia sicut solus Deus bonus est, ita solus Deus vere est nihil habens de nihilo. Unde *Exod.* 3. cum Moyses quæsivisset a Domino, quod est nomen tuum, respondit Dominus: Ego sum, qui sum: Sic dices filiis Israel:

Eccles. 30.

Psal. 34.

Psal. 101.

que enim est alius extra te, & non est fortis *a* sicut Deus noster. *b* Nolite multiplicare loqui sublimia *c* gloriantes. *d* Recedant vetera de ore vestro, quia *e* Deus scientiarum Dominus est, *f* & ipsi præparantur cogitationes. *g* Arcus fortium superatus est, & infirmi *h* accincti sunt robore. *i* Saturati prius *k* pro panibus se locaverunt, *l* & famelici saturati sunt. *m* Donec sterilis peperit *n* plurimos, & *o* quæ multos habebat filios *p* infirmata est. Dominus *q* mortificat, & *r* vivificat, *s* deducit ad inferos, & *t* reducit. Dominus *u* pauperem facit, *x* & ditat, *y* humiliat, & *z* sublevat. Suscitat de *a* pulvere egenum, & de *b* stercore elevat pauperem, ut sedeat cum *c* principibus, & solium gloriæ teneat. Domini *d* enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. *e* Pedes sanctorum suorum *f* servabit, & impii in *g* tenebris *h* conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur vir. *i* Dominum formidabunt adversarii ejus, *k* & super ipsos in cœlis tonabit. Dominus *l* judicabit *m* fines terræ, & dabit imperium Regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et abiit Elcana in Ramatha in domum suam. *n* Puer erat autem minister in *o* conspectu Domini, ante faciem Heli Sacerdotis. *p* Porro

Israel: Qui est, misit me ad vos: Solus ergo Deus verè est, quia solus de nihilo non est. Solus vere est: quia solus immutabilis est. *Osee* 11. Ego sum Deus, & non homo. Vel sic: Non est alius extra te, idest, nullus est extra te: Quia sicut Deus est in omnibus, ita omnia sunt in Deo suo modo. Deus in omnibus essentialiter, potentialiter, præsentialiter. Omnia sunt in Deo, ut causatum in causa efficiente, conservante, ordinante. Unde *Roman.* 11. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. *a* Non est fortis sicut Deus noster.] quia Deus ex se, & per se, & seipso fortis est, omnia alia ab illo, non solum fortitudinem, sed etiam esse habent. *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est.

B

Deut. 32. Tob. 13. Sap. 16.

C

b Nolite multiplicare] Secunda pars est, ubi invehitur contra inimicos, idest, in Phenennam, & filios ejus, qui gloriantes de fecunditate matris suæ, improperabant sterilitatem ipsi Annæ, quos redarguens Anna, visa misericordia Dei, quæ facta est, secum dicit: Nolite o vos filii Phenennæ, & tu ipsa Phenenna, multiplicare loqui sublimia, idest, multiplicare sublimes locutiones: quia ut dixit Salomon *Proverb.* 10. In multiloquio non deerit peccatum. *c* Gloriantes.] de fecunditate matris vestræ, & sterilitate mea. Mali enim non tantum de successu suo, sed de malo proximi gaudent. *d* Recedant vetera] idest, antiqua opprobria: quia sublata est causa improperii, idest, sterilitas, & ideo cessare debet opprobrium. *e* Quia Deus scientiarum] idest, Deus, qui scit omnia, cujus oculis nuda, & aperta sunt omnia, *Hebr* 4. Qui scrutatur corda, & renes, idest, cogitationes, & desideria: Qui vidit afflictionem cordis mei, & superbiam cordis vestri: Ipse inquam Dominus est, ideo omnia, quæcumque voluit, fecit: Primo dans Phenennæ fecunditatem, & sterilitatem mihi: Nunc autem & mihi concessit filium. Unde jam non debetis talia cogitare: Quia *f* Et ipsi, &c.] omnes & omnium, tam bonæ: quam malæ. Dominus enim novit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

Ps. 112.

Ps. 134.

g Arcus fortium superatus est,] idest, fortitudo Phenennæ, & filiorum ejus. Et loquitur Anna metaphorice, ponens arcum pro fortitudine, quia soli fortes utuntur arcubus. Vel arcus, a quo mittuntur sagittæ alios vulnerantes, est fecunditas Phenennæ, ex qua improperia jaciebantur in Annam.

h Infirmi accincti sunt robore.] scilicet, Anna, & fautores sui. *i* Saturati, &c.] Repleti, alia littera, scilicet Phenenna, & filii sui.

k Pro panibus se locaverunt,] idest, mendicaverunt, quasi dicat, fecunditas Phenennæ, pro nihilo reputata est, comparatione Samuelis.

l Et famelici saturati sunt.] idest, Anna, quæ prius famelica erat, nolens comedere præ dolore sterilitatis, saturata est modo, comedens & bibens præ gaudio filii. *m* Donec sterilis] q. d. saturati sunt gaudio fecunditatis Phenennæ, & sterilitatis meæ. Et tam diu duravit ista saturitas, donec sterilis, idest, ego: Et de se quasi de alia, ad vitandum arrogantiam, loquitur.

n Peperit plurimos,] In Hebræo, & in Septuaginta habetur Saba, quod interpretatur septem. Dicunt enim Hebræi, quod nato Samuele, mortuus est primogenitus Phenennæ: Et postea singulis filiis Annæ nascentibus, singuli filii Phenennæ mortui sunt. Sed Phenenna septem filios habuit, Anna vero quinque tantum: Ideo Hebræi duos filios Samuelis, annumerant filiis Annæ, & ita sunt septem: Quibus natis mortui sunt septem filii Phenennæ. Unde *Jer.* 15. Infirmata est quæ peperit septem filios, defecit anima ejus, & occidit ei sol. *p* Infirmata est, &c.] Hebræus habet: Secta est, idest, separata a filiis, scilicet. Si autem tu dicis, quod filii Phenenæ non moriebantur, nascentibus filiis Annæ, tunc expone.

o Quæ multos habebat filios] idest, Phenenna: Infirmata est, scilicet, quasi non habens filios reputata est a viro: quia Elcana plus diligebat Samuelem, quam omnes filios Phenennæ. *Isai.* 54. Lætare sterilis, quæ non paris, decanta laudem, & hymnum, quæ non pariebas: quia multi filii desertæ, magis quam ejus, quæ habebat virum. *q* Dominus mortificat,] quasi aliquis quæreret: Unde hoc, quod sterilis peperit, & quæ plurimos habebat filios, infirmata est? Ecce, Dominus, cui omnia possibilia sunt: Mortificat, idest, fecundam sterilem facit, & sine filiis. *r* Et vivificat,] idest, sterilem fecundat, & dat ei filios. *s* Deducit ad inferos,] Metaphorice loquitur. Et est sensus: Dominus deducit Phenennam ad inferos, idest, ad summam afflictionem, i. ad hoc, ut videret stragem filiorum suorum, & æmulam suam quam prius despiciebat quasi sterilem, in filiis jucundari. *Invidia Siculi, non invenere tyranni majus tormentum.* *t* Et reducit.] ab inferis Annam, scilicet, dans ei liberos. Quod autem nomine inferni intelligatur gravis afflictio, habemus *Eccles. ultim.* ubi dicitur in persona afflictorum: Confitebor tibi Domine Rex, quia liberasti me. Et *infr.* De altitudine ventris inferi, idest, de gravi, & profunda tribulatione. Idem in officio mortuorum. *u* Dominus pauperem facit,] Phenennam filiis. *x* Et ditat,] Annam. Et repetit idem aliis verbis. *y* Humiliat,] Phenennam superbam. *z* Sublevat.] Annam humilem. *Jac.* 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

ep. dist. 9. circa prin.

Horat. lib. 1. Epist. ep. 2.

a De pulvere, &c.] Ad litteram, de Phenenna, quam humiliavit Dominus exponitur, & de Anna, quam exaltavit. Vel generaliter de superbo, & humili. Mystice vero de Christo.

b De stercore] idest, de immundo conceptum semine.

c Cum principibus,] Ad litteram, quandoque exaltantur viles, & abjecti in sede principum. *Eccles.* 10. Sedes ducum superborum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis. Et Anna ad litteram solium gloriæ tenuit, in Samuele filio suo, qui Propheta, & David Regem inunxit. *d* Domini enim,] q. d. ita facit Dominus, quia potest. Et revera potest: Domini enim sunt cardines terræ, quatuor mundi partes, idest, totus mundus. *Ps.* 23. Domini est terra, & plenitudo ejus, &c.

Job 14.

e Pedes] idest, gressus. *f* Servabit,] idest, diriget, ne offendant in via. *Ps.* 16. Dirige gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. *g* In tenebris] idest, in despectione, ita ut nec audeant apparere præ rubore. *h* Conticescent,] idest, confusi tacebunt. *Ps.* 106. Iniquitas oppilabit os suum. Vel in tenebris, scilicet, inferni, ubi erit fletus, & stridor dentium. *Matth.* 22. Conticescent, idest, ab arrogantia sua cessabunt. Unde *Sap.* 5. dicitur in persona damnatorum: Quid profuit nobis superbia, & divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa quasi umbra.

i Dominum] Ita facit Dominus, ideo Dominum formidabunt, &c. *k* Et super ipsos] quasi dicat, formidare debent eum adversarii. Et, idest, quia super ipsos tonabit. Sicut legitur *Josue* 10. Mortui sunt multo plures lapidibus grandinis de cœlo, quam quos percusserunt gladio filii Israel. *l* Dominus judicabit.] Tertia pars est, ubi prophetat de Regno Christi. *m* Fines terræ,] q. d. non solum formidandus est Dominus, quia tonabit; sed etiam quia judicabit fines terræ, idest, non solum mediterraneas regiones, sed etiam fines terræ, idest, illos, qui sunt in finibus terræ. *n* Puer autem] idest, Samuel. Et videtur per hoc, quod post tertiam ablactationem adductus fuit in Silo: Sed forte anticipatio est. *o* In conspectu Domini,] idest, in tabernaculo Domini, sub Heli. *p* Porro filii, &c.] Hic incipit secunda pars hujus libri. *Gl.* De filiis Heli refert *Joseph.*

Heli Sacerdoti erant duo filii, Ophni, & Phinees, circa homines injuriosi, & circa divinitatem impii, nullique iniquitati parcebant, &c. *a* Nescientes, &c.] ignorantia, vel negligentia, vel contemptu. *Ps.* 81. Nescierunt, neque intellexerunt opera Domini, in tenebris ambulant. *b* Puer, &c.]

x Peperit, &c.] Non simul, sed successive.
y Magnificatus est, &c.] *Josephus* dicit eum anno 12. prophetasse.
z Heli autem] *Raban.* Heli interpretatur extraneus: A Deo enim alienus est, qui subditos non corrigit.

filii Heli, filii Belial, *a* nescientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum. Sed quicumque immolasset victimam, veniebat *b* puer Sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in *c* lebetem, vel in *d* caldariam, aut in *e* ollam, sive in *f* cacabum. Et omne, quod levabat fuscinula, *g* tollebat Sacerdos sibi. Sic faciebant *h* universo Israeli, venientium in Silo. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer Sacerdotis, & dicebat *i* immolanti: Da mihi carnem, ut *k* coquam Sacerdoti, Non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam, Dicebatque illi immolans: Incendatur primum *l* juxta morem *m* hodie adeps, & *n* tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua. Qui respondens ajebat illi: Nequaquam. Nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Erat enim peccatum *o* puerorum grande nimis coram Domino, quia *p* detrahebant homines a sacrificio Domini, Samuel autem ministrabat ante *q* faciem Domini puer, accinctus *r* Ephod lineo. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferebat *s* statutis diebus ascendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solemnem, & votum suum. Et benedixit Heli Elcanæ, & *t* uxori ejus. Dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro *u* fœnore, quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum. Visitavit ergo Dominus Annam, & concepit, & *x* peperit tres filios, & duas filias. Et *y* magnificatus est puer Samuel apud Dominum. *z* Heli autem erat senex valde, & audivit omnia, quæ faciebant filii sui universo Israeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ *a* observabant ad ostium tabernaculi, & dixit eis: Quare facitis res hujusmodi, quas ego audio res *b* pessimas ab omni populo? Nolite filii mei. Non enim est bona fama quam ego audio, ut transgredi faciatis populum Domini. Si peccaverit vir in virum, placari potest Deus. Si autem in Deum peccaverit vir, quis *c* orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui, quia *d* voluit Dominus occidere eos. Puer autem Samuel *e* proficiebat, atque *f* crescebat, & *g* placebat tam Deo quam *h* hominibus. Venit autem vir *i* Dei ad Heli, & ait ad eum. Hæc dicit Dominus: Numquid non aperte revelatus sum domui patris *k* tui, cum *l* essent in Ægypto domo Pharaonis? Et *m* elegi eum ex omnibus Tribubus Israel mihi in Sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & *n* adoleret mihi incensum, & portaret *o* Ephod coram me. Et dedi domui patris tui *p* omnia de sacrificiis filiorum Israel. Quare calce abjecistis

D

Hæc est familia Domini Episcopi: Habent enim modo tridentem, quo ad se trahunt omnia, quæ possunt, Archidiaconos, Archipresbyteros, famulos. Et tria trahunt de caldaria Sacerdotum, alimenta, pecuniam indumenta. *c* In lebetem,] vas minus. *d* Caldariam,] vas majus, ut in Abbatiis. *e* In ollam,] æneam. *f* In cacabum.] qui est vas fictile de luto. *Eccl.* 13. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringentur. *g* Tollebat, &c.] idest, puer auctoritate Sacerdotis. *h* Universo Israeli,] idest, omnibus, qui veniebant immolare in Silo. *i* Immolanti.] idest, Sacrificium offerenti ad immolandum. *k* Ut coquam, &c.] i. ut lautius præpararem. *l* Primum] Domino, juxta morem. Mos erat in excoriatione animalium adipem præparare, qui primo accendebatur Domino super altare, sicut præcepit Dominus. *Lev.* 3. Postea crudas carnes offerebant ad altare, & oblatas coquebant communiter ipsi offerentes tam sibi, quam Sacerdotibus sed isti sacerdotes, antequam adoleretur adeps Domino, auferebant partes suas crudas ab offerentibus, & lautius faciebant parari: Et præter hoc quantum poterat eorum puer trahere de partibus offerentium cum fuscinula rapiebat. *m* Hodie adeps,] idest, juxta morem hodiernum, idest, qui est hodie. Vel ita lege: Incendatur hodie juxta morem, quasi dicat, non erit damnum in mora: quia totum complebitur hodie. Et sic ponitur hodie ad probandum, quod debeant expectare. Et nota quinque vitia gulæ. *Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose*: Quæ quinque habes hic. Præpropere, ubi dicitur: Antequam. Laute, ibi: Da mihi crudam. Nimis, ibi: Omne quod levabit fuscinula. Ardenter, ibi: Desiderat anima tua. Studiose, ibi: Tollebat Sacerdos. *n* Et tolle, &c.] postea, scilicet. *o* Puerorum] idest, filiorum Heli. *p* Quia detrahebant, &c.] per hoc quod sic faciebant. *q* Ante faciem Domini] idest, in beneplacito Domini. *r* Ephod] idest, superhumerali, non tamen Sacerdotali, idest, Pontificali, sed prophetico, quod minus erat, & minoribus Sacerdotibus concessum. Unde *infr.* 22. dicitur, quod Doeg trucidavit septuagintaquinque viros vestitos Ephod lineo. *s* Statutis diebus,] scilicet in Pascha, Pentecoste, Scenopegia, ut immolaret ipse Elcana; quia mulieres secundum legem non poterant immolare. Et si alicubi invenitur dictum, mulierem immolare, exponendum est, idest, ad immolandum sacrificium offerre. *t* Et uxori ejus.] i. Annæ. *u* Pro fœnore,] Ex hoc patet, quod propter hoc obtulerunt Anna, & Elcana Samuelem Domino, ut multiplicaret eis prolem, sicut supra dictum est.

E

F

[illegible] de his vero,

Versus.

a Quæ observabant] id est excubabant, & etiam eas, quæ veniebant ad purificandum polluebant. Tamen quidam dicunt, quod non commiscebantur illis, sed corrupti pecunia, dabant licentiam mulieribus commiscendi viris ante purificationem. Unde & pater eorum dixit eis: Transgredi facitis, &c. quia accedere ad mulierem ante purificationem, contra legem est, *Lev.* 12. & 15. *b* Res pessimas] Sex enim modis peccabant: Legem prævaricando, homines a sacrificio retrahendo, alios scandalizando, officium suum non faciendo, rapinam committendo, tempus non observando. Peccabant etiam gula, & hoc quinque modis, ut dictum est prius. *c* Quis orabit pro eo?] idest, quis poterit oratione sua illi impetrare veniam? Et nota, quis, difficultatem, non impossibilitatem dicit, q.d. quis est tantus ut orando impetret ei veniam? Simile 1. *Jo.* 5. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut oret quis, idest, quisque indifferenter. Simile *Eccles.* 12. Quis medebitur incantatori a serpente percusso: Item *Matth.* 5. Si sal evanuerit, in quo salietur? *d* Quia voluit] Istud quia, non dicit causam, sed signum, secundum *Magistr. Gil.* Sicut ibi: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, *Luc.* 6. Vel potest dici quod consequens ponitur pro antecedente. Et est sensus: Non audierunt: quia peccatores, ideo voluit Deus occidere illos.
e Proficiebat,] animi virtute. *f* Crescebat,] corporis quantitate. Vel proficiebat, merito operum, & ideo crescebat augmento virtutum. *g* Et placebat, &c.] per mundam conscientiam. *h* Quam hominibus.] per bonam famam. Et ita habebat balsamum famæ, & oleum conscientiæ: Ex quibus conficitur chrisma, quo inungitur omnis Christianus. Simile dicitur de Christo *Luc.* 2. Puer autem crescebat, & confortabatur.
i Vir Dei] idest, Angelus Dei, secundum Hebræos. Tamen quidam Hebræi autumant hunc virum fuisse Phinees, quem etiam dicunt esse Eliam. Alii dicunt Phinees esse Angelum incorporatum. *k* Patris tui,] idest, Aaron. Quod factum est ut dicit *Hieron.* in Ægypto, cum dictum est ei: vade in occursum fratris tui. *Exodi* 4. *l* Cum essent] scilicet filii Israel. Vel essent: alia littera, scilicet Aaron.
m Elegi] *Num.* 17. per floritionem virgæ.
n Et adolere] ex officio.
o Ephod] idest, superhumerale.
p Omnia de sacrificiis] idest, jus percipiendi omnia, quæ scilicet pertinent ad Sacerdotes. Et nota, Aaron habuit quatuor filios, Nadab, Abiu, Eleazarum, & Ithamar. Duo primi mortui fuerunt in deserto, *Levit.* 10.

30. dist. c. alienum est. De pen d. 1. §. quod autem. Luc. 2.

Eleazar

victimam meam, & munera mea, quæ præcepi ut offerrentur in templo, & magis honorasti filios tuos, quam me, ut *a* comederitis *b* primitias omnis sacrificii Israel populi mei? *c* Propterea ait Dominus Deus Israel: Loquens locutus sum, ut domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, *d* usque in sempiternum. Nunc autem dicit dominus: Absit hoc a me. Sed quicumque *e* glorificaverit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, *f* erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & *g* brachium domus patris *h* tui, ut non sit *i* senex in domo tua. Et k videbis *l* æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israel, & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Verumtamen non auferam penitus virum ex te *m* ab altari meo, sed ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua. Et pars *n* magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem venerit. Hoc autem erit tibi *o* signum, quod venturum est duobus filiis tui, Ophni, & Phinees: In die uno morientur ambo. Et suscitabo mihi *p* Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & *q* animam meam faciat. Et ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Futurum est autem, ut quicumque remanserit in domo tua, veniat ut *r* oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: Dimitte me obsecro ad unam partem Sacerdotalem, ut comedam bucellam panis.

C A P. III.

PUer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat *f* pretiosus. In diebus illis *t* non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam, Heli jacebat in lectulo suo, & oculi ejus *u* caligaverant, nec *x* poterat videre lucernam Dei, *y* antequam extingueretur. *z* Samuel autem dormiebat in *a* templo Domini, ubi erat arca Dei. Et vocavit Dominus Samuel, qui respondens ait: *b* Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego, vocasti enim me. Qui dixit: Non vocavi te, fili. Revertere, & dormi. Et abiit, & dormivit. Et *c* adjecit Dominus rursum vocare Samuel. Consurgensque Samuel abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit: Non vocavi te, fili mi. Revertere, & dormi. Porro Samuel d necdum sciebat Dominum, neque revelatus fuerat ei sermo Domini. Et adjecit Dominus, & vocavit adhuc Samuel *e* tertio. Qui consurgens abiit ad Heli, & ait: Ecce ego, quia vocasti me. Intellexit igitur Heli, quia Dominus

---

Eleazar successit Aaron, cui Phinees filius ejus: Et sic filii Eleazari semper fuerunt Sacerdotes, usque ad Heli, qui fuit de Ithamar, qui postea ad se transtulit Sacerdotium Et postea habuerunt filii Ithamar Sacerdotium, usque ad tempus Salomonis, qui abjecto Abiathar, transtulit Sacerdotium ad Sadoch, qui erat de Eleazaro. 3. *Reg.* 2. *a* Ut comederetis] *Glos.* non contenti parte concessa vobis jure Sacerdotii. *b* Primitias] i. potiora. Simile *Exod.* 25. Dic populo, ut afferat mihi primitias, i. quæcumque optima ad opus tabernaculi. Vel primitias, i. antequam adoleretur adeps Domino. Unde dictum est, quod accipiebant carnem crudam. *c* Propterea, &c.] Nota illud propterea, non respicit illud, quod sequitur ipsum immediate, non enim quia Heli honoraverat filios suos plusquam Dominum, propter hoc locutus est, ut domus ejus ministraret ei in sempiternum: Sed respicit ultra illud, scil. quod sequitur. Absit hoc a me, &c. Et est sensus: Honorasti filios tuos plusquam me, propterea ait Dominus: Absit hoc a me, ut domus patris tui ministret mihi in sempiternum, quod loquens locutus sum. Simile *Rom.* 6. Gratias ago Deo meo, quoniam cum servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. Non agit Apostolus gratias, quod servi fuerunt peccati, sed cum servi essent peccati, facti sunt liberi justitiæ. Sed quomodo præmittit Dominus, loquens locutus sum, & postea subjungit, absit hoc a me, numquid mutavit Dominus propositum, aut voluntatem? Absit hoc, cum sit immutabilis: Sed dicimus; quod Dominus locutus est, ut domus Heli ei ministraret in sempiternum sub conditione, scil. si persisteret in bono. *d* Usque, &c.] Non quod umbra æterna sit, sed veritas. Ita exponit *Gloss.* Vel aliter: In sempiternum, i. sine termino prius præfixo, sed modo præfigam. *e* Glorificaverit me,] *Gloss.* sicut Samuel. *f* Erunt ignobiles.] i. abjecti, quasi ignobiles. *g* Brachium] idest, dignitatem, & robur Sacerdotii, pro quo debebatur ei armus dexter. *h* Patris tui,] scil. Aaron, vel Ithamar, de quo fuit Heli. *i* Senex] *Septuaginta* habent, Sacerdos magnus. k Et videbis] in postesis. *l* Æmulum] *Gloss.* Æmulus domus Heli fuit Sadoch Sacerdos, quia abjecto Abiathar, a Salomone Sacerdotium suscepit. Unde 3. *Reg.* 2. Projecit Salomon Abiathar, ne esset Sacerdos Domini, ut impleretur verbum Domini, quod locutus est super domum Heli.
m Ab altari meo,] Quia etiam abjecto Abiathar, adhuc minores Sacerdotes fuerunt de Ithamar, sed non summus Sacerdos. *n* Et pars magna, &c.] Hoc impletum est in primo, quando, scil. filii ejus occubuerunt in bello, *infr.* 4. Vel impletum est hoc, quando Saul jussit occidi Sacerdotes Nobe, qui erant de stirpe ejus *inf.* 22. Sic dicit *Interl.* *o* Signum,] *Gloss.* mutandi Sacerdotii. Mors enim filiorum significat mortem non hominis, sed Sacerdotii. *p* Sacerdotem fidelem,] scilicet Sadoch.

q Et animam] *Gloss.* Non habet Deus animam; sed tropice dicitur animam habere, sicut manus, & pedes, & cetera corporis membra.
r Ut oretur pro eo,] Etiam ut ipse oret pro aliis, quasi Sacerdos, sicut fit modo.

E X P O S I T I O *C A P. III.*

PUer autem, &c.] *f* Pretiosus.] idest, rarus. Consequens pro antecedente: quia omne rarum pretiosum. Simile *Isai.* 13. Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo, idest, rarior. Hic applaudunt sibi, qui dicunt non debere frequenter predicationes fieri, inducentes illud *Heb.* 6. Terra super se venientem sæpe bibens imbrem, & generans herbam optimam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Domino. Ibi *Gloss. Hier.* dicit: Prædicatio, si rara est non sufficit, si assidua, vilescit: sed tam *Gloss.* quam textus contra illos est.
t Non erat visio, &c.] *Gloss.* Propter peccata enim populi, & Prælatorum, non apparebat Dominus per visionem, vel per Angelicas responsiones, sicut patribus apparuit. *u* Caligaverant, &c.] *Gloss.* præ nimia ætate. *y* Antequam, &c.] Lucerna ardebat in templo tota nocte: & mane extinguebatur. Hanc non poterant videre Heli propter visus debilitatem; donec extingueretur, i. usque mane, i. de nocte nihil poterat videre, etiam ad lumen, ita cæcutiens erat. Forte de die videbat parum. Vel sic. *x* Nec poterat, &c.] idest, nec ante, nec post poterat aliquid videre. Simile *Matth.* 1. Joseph non cognovit uxorem, donec peperit filium suum, i. nec ante, nec post cognovit eam. Unde *Hier. contra Helvidium*, tale ponit exemplum: Helvidius non pœnituit, donec mortuus est, idest, nec ante, nec post. Vel sic: Heli non poterat videre lucernam, donec extingueretur, ipse, scilicet Heli, idest, antequam moreretur, idest, dum vivebat. Nec poterat videre: *In libro de Hebraicis quæstionibus dicit Hier.* quod in littera debet esse lucerna: Et sic distinguit litteram: Non poterat videre, idest, visum amiserat. Et postea incipit alia clausula: Lucerna antequam extingueretur. *z* Samuel, &c.] idest, ante lucem, quasi dicat, ante diem facta est revelatio Samuelis. Huic expositioni consentit *Hebræus* qui sic distinguit: Non potuit videre. Et subjungit: Lucerna Domini nondum extinguebatur. *a* In templo Domini,] idest, in thalamo, sive cubili juxta templum, ubi solus cum Heli Sacerdote dormiebat. *b* Ecce ego.] Prompta obedientia. *c* Adjecit] idest, iterum vocavit.
d Nec duo sciebat] *Gloss.* quia per prophetiæ spiritum non erat ei revelatus sermo divinus, i. nondum habebat consuetudinem audiendi Dominum: Sciebat tamen tanquam simplex, & justus, sed nondum ut Propheta. *e* Tertio, &c.] Secundum *Josephum*, hæc trina vocatio Samuelis significavit tres dignitates ipsius futuras. Fuit enim Propheta, &

vocaret puerum, & ait ad Samuel: Vade, & dormi, & si deinceps vocaverit te, dices: Loquere, Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormivit in *a* loco suo. Et *b* venit Dominus, & stetit, & vocavit, sicut vocaverat *c* secundo: Samuel, Samuel. Et ait Samuel, Loquere, Domine, quia audit servus tuus. Et dixit Dominus ad Samuel: Ecce ego *d* facio *e* verbum in Israel, quod quicumque audierit, *f* tinnient ambæ aures ejus. In die illo suscitabo adversum Heli omnia, quæ locutus sum super domum ejus. Incipiam, & complebo. *g* Prædixi enim ei, *h* quod judicaturus essem domum ejus in æternum propter iniquitatem ejus, eo quod noverat indigne agere filios suos, & non *i* corripuit eos. Idcirco *k* juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis, & muneribus usque in *l* æternum. Dormivit autem Samuel usque mane, *m* aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel *n* timebat indicare visionem Heli. Vocavit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi. Qui respondens ait: Præsto sum. Et interrogavit eum: Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? Oro te, ne celaveris me. Hæc *o* faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconderis a me sermonem ex omnibus verbis, quæ dicta sunt tibi. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo. Et ille respondit: Dominus est. Quod bonum est in oculis suis, fiat. Crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non *p* cecidit ex omnibus *q* verbis ejus in terram. Et cognovit universus Israel a *r* Dan usque Bersabee, quod fidelis Samuel Propheta esset Domini. Et addidit Dominus, ut *s* appareret in Silo, quoniam *t* revelatus fuerat Dominus Samueli in *u* Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israeli.

C A P. IV.

Et *x* factum est in diebus illis, convenerunt Philisthiim in pugnam. Egressus est namque Israel obviam Philisthiim in prælium, & castrametatus est juxta *y* lapidem adjutorii. Porro Philisthiim venerunt in *z* Aphec, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, terga vertit Israel Philisthæis. Et cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi *a* quatuor millia virorum. Et reversus est populus ad castra. Dixeruntque majores natu de Israel. Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? *b* Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super *c* Cherubin. Erantque duo filii Heli cum arca fœderis Domini, Ophni, & Phinees. Cumque venisset arca fœderis Domini in castra, *d* vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntque: Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognoverunt, quod arca Domini venisset in castra. Timuerunt Philisthiim dicentes: *e* Venit Deus in castra. Et ingemuerunt dicentes: Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudiustertius. Væ nobis. Quis nos servabit de manu deorum sublimium istorum? Hi sunt dii, qui percusserunt *f* Ægyptum omni plaga in *g* deserto. Confortamini, & estote viri Philisthiim, ne serviatis Hebræis, sicut illi servierunt nobis. Confortamini, & bellate. Pugnaverunt ergo Philisthiim, & cæsus est Israel, & fugit unusquisque in tabernaculum suum, & facta est plaga magna nimis. Et ceciderunt de Israel triginta millia peditum, & arca Dei capta est. Duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illo, scissa veste, & conspersus pulvere caput. Cum-

Judex, obtulit ut Sacerdos, eo quod parvulus esset Iccaboth, nepos Heli: Non autem fuit Sacerdos: quia non fuit Aaronita, ut dictum est *supra*. Sic etiam Moyses vicem Sacerdotis aliquando obtinuit, non tamen fuit Sacerdos. Unde *Psal.* 98. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus ejus, & Samuel &c.

a In loco suo.] idest, in lecto suo.

b Et venit Dominus, &c.] in subjecta creatura.

c Secundo:] Imo tertio vocaverat eum jam. Verum est, ideo libera sic debet legi: Vocaverat secundo, idest, bis: quia dixit Samuel, Samuel, sicut vocaverat prius.

d Facio] idest, in brevi faciam.

e Verbum] idest rem verbi.

f Tinnient] idest, obstupescent per admirationem. *Gloss.* dicit: *Raban.* Comminatio Dei est super Heli, & super domum ejus: quia scil. pro peccato filiorum Heli privabatur Sacerdotio domus Domini: Unde aures audientium tinnient stupore vehementi.

g Prædixi] supra per virum Dei.

h Judicaturus] idest, puniturus.

i Non corripuit] auctoritate Pontificis, neque severitate patris, sed potius lenitate matris, quod valde timendum est Prælatis.

k Juravi] idest, firmiter statui.

l Usque in æternum.] idest, unquam.

m Aperuitque] scilicet Heli, non Samuel, ut dicit *Hieron.*

n Timebat, &c.] quia contra ipsum erat. Nec peccavit in hoc Samuel: quia non habebat mandatum super hoc, ut sc. ei indicaret, sive indiceret. *o* Hæc faciat] *Gloss.* Proverbium erat hoc apud Judæos. Et est sensus: Si absconderis mihi malum, quod locutus est tibi Dominus de me, veniet super caput tuum. *p* Non cecidit, &c.] *Gloss.* quia nihil ex his, quæ locutus est Dominus, irritum fuit. *q* Verbis ejus] i. Domini, qui dixit ea per Samuelem: Sic exponit *Gloss.* prædicta. Vel ejus, idest, Samuelis: Et ad idem redit. *Eccles.* 21. Verba justorum statera ponderabuntur. Vel sic: Ex omnibus verbis ejus non cecidit in terram, idest, non loquebatur de terrenis, sed tantum de cœlestibus. Hoc est contra quosdam, qui semper de terrenis loquuntur. De quibus *Isai.* 29. De terra loquens, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi pythonis vox tua.

r A Dan usque Bersabee,] Isti sunt termini Judææ. Et per hos terminos universitatem plebis comprehendit, ut dicit *Hieronymus*.

s Ut appareret] Samueli, scilicet. Et bene dico addidit:

t Quoniam revelatus, &c.] quasi dicat, iterum apparuit Dominus Samueli in Silo. Vel ut appareret, idest, notum fieret.

u In Silo,] Quid hoc, scil. quoniam, i. quod revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo. Revelatus, inquam, juxta verbum Domini.

E X P O S I T I O

C A P. IV.

Et *x* factum est, &c.] Tertia pars hujus libri, ubi agitur de captione arcæ.

y Lapidem adjutorii.] quem postea *infra eod. lib.* 7. posuit Samuel in signum, quando primum auxiliatus est ei Dominus. Ita dicit *Gloss.* hic. Unde tunc primo dictus est lapis adjutorii. Unde quod dicitur hic, anticipatio est.

z Aphec,] Locus quidam est, pertinens ad Jezrael civitatem, quam *Joseph.* vocat Apheolonitis civitatem.

a Quatuor millia virorum.] de Israel.

b Afferamus, &c.] quasi dicat, hoc accidit propter hoc, quod arca non erat nobiscum, afferamus ergo, &c.

c Super Cherubin.] Tabula enim erat super arcam, quam protegebant Cherubin alis, ubi apparebat per Angelum Dominus, & loquebatur. Ita dicit *Gloss.* Et ideo dicitur sedere super Cherubin. Unde *Psalm.* 79. Qui sedes super Cherubin, &c. Vel ideo dicitur sedere super Cherubin, quia gloria Domini aliquando ibi apparebat. *d* Vociferatus] præ gaudio.

e Venit Deus] & duo filii Heli cum eo. Phinees enim jam fungebatur officio patris, & acceperat ab Heli mandatum, ne rediret ad eum sine arca.

f Ægyptum] idest, Ægyptios.

g In deserto.] Hoc videtur falsum. Imo in Ægypto. Responsio. Omni plaga, scilicet, consummata percussi sunt Ægyptii in deserto, in transitu maris rubri, ubi omnes submersi sunt. *Exod.* 14.

a Contra

a Contera viam] quæ ducebat ad castra. *b* Spectans.] i. ausculatus. Jam enim cæcus erat, non cæcutiens, ut dicunt Hebræi. *c* Pro arca Domini.] non pro filiis. In hoc bonus fuit Heli. *d* Urbi,] i. civibus urbis. Metonymia. *e* Ululavit] i. dolens clamavit. *f* At ille scil. puer. Forte mandavit ei Heli, quod veniret ad eum. *g* Et videre non poterat,] quia cæcus erat secundum Hebræos. Si cæcutiens, tunc expone videre non poterat, i. vix poterat. *h* Et dixit] puer scil. *i* Cumque ille nominasset arcam] Nota, Heli reprobus erat, & tamen audito, quod arca Domini capta esset, præ dolore mortuus est, dum 98. annis vixisset, quorum quadraginta tenuit principatum, ut dicit *Josephus*. Sed modo multi audiunt captam Jerusalem, & fidem subversam, & tamen non moventur præ dolore.

Reg. 1.

2. q. 4 §. item peccato civium vers. Item peccato Israelitarum, & vers. item peccato filiorum Heli. 17 dist. c. legant. Sup. 4.

k Fractis cervicibus] i. fracta cervice. Et quasi quæreret aliquis, quare non tenuit se ita, ut non caderet, Subjungit causam: Senex enim erat. *l* Quadraginta annis.] Sed contra 1. *Paral.* dicitur viginti. Hoc ibi solvetur. *m* Vicinaque] Jam erat septimus mensis, ut dicit *Joseph.* *n* Socer] i. Heli. *o* Vir suus,] i. Phinees. *p* Incurvavit se] præ dolore.

Moral.] Ista mulier audito, quod vir suus, & socer mortui sunt, festinavit ad partum. Sic aliqui audita morte parentum, vel etiam aliorum, festinant ad partum boni operis, & vocant opus suum Iccaboth, i. ingloriam, quia ex ipso opere gloriam suam hic non quærunt. Multi vocant opus suum Iccaboth, i. gloriam. De quibus *Jo.* 7. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. *q* Quæ non respondit eis,] Sic & nos debemus facere, cum laudamus de bono opere, quod fecimus, debemus taciti præterire, non respondere, ut multi, qui commendant manus suas, i. laudant opera sua. *Job* 31. Si osculatus sum manum meam, &c. *r* Iccaboth] i. inglorium. *s* Translata est gloria, &c.] Hoc est *Matth.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei.

t Et pro socero, & pro viro suo,] supple vocavit eum inglorium, i. propter mortem soceri, & viri sui. Vel sic: Pro socero, &c. Repete: Irruerant in eam dolores subiti. *u* Translata, &c.] Nimius dolor causa est repetitionis.

que ille venisset, Heli sedebat super sellam, *a* contra viam *b* spectans. Erat enim cor ejus pavens pro *c* arca Domini. Vir autem ille, postquam *d* ingressus est, nunciavit urbi, & *e* ululavit omnis civitas: Et audivit Heli sonitum clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus hujus? At *f* ille festinavit, & venit, & annunciavit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi ejus caligaverant, & *g* videre non poterat, Et dixit *h* ad Heli: Ego sum, qui venio de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est, fili mi? Respondens autem, qui nunciabat: Fugit, inquit Israel coram Philisthiim, & ruina magna facta est in populo. Insuper & duo filii tui mortui sunt Ophni, & Phinees, & arca Dei capta est. Cumque *i* ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum juxta ostium, & *k* fractis cervicibus mortuus est. Senex enim erat vir, & grandævus, & ipse judicavit Israel *l* 40. annis. Nurus autem ejus uxor Phinees, prægnans erat, *m* vicinaque partui. Et audito nuncio, quod capta esset arca Dei, & mortuus esset *n* socer ejus, & vir *o* suus, *p* incurvavit se, & peperit. Irruerant enim in eam dolores subiti. In ipso autem momento mortis ejus, dixerunt ei, qui stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit *q* eis, neque animadvertit. Et vocavit puerum *r* Iccaboth, dicens: *s* Translata est gloria Domini de Israel, quia capta est *t* arca Dei. Et pro socero suo, & pro viro suo ait: *u* Translata est gloria Dei ab Israel, eo quod capta esset arca Dei.

C A P. V.

PHilisthiim autem tulerunt arcam Dei, & asportaverunt eam a lapide adjutorii in *u* Azotum. Tuleruntque Philisthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum *x* Dagon, & statuerunt eam *y* juxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo *z* Azotii altera die, ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Domini. Et tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Rursumque mane die altero consurgentes, invenerunt *a* Dagon jacentem super faciem suam in terra coram arca Domini. Caput autem Dagon, & *b* duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen: Porro Dagon truncus *c* solus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non *d* calcant sacerdotes Dagon, & omnes, qui ingrediuntur templum ejus, super limen Dagon in Azoto usque in hodiernum diem. Aggravata est autem manus Domini super Azotios, & demolitus est eos. Et *e* percussit in secretiori parte narium *f* Azotum, & fines ejus. Et *g* ebullierunt villæ, & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est *h* confusio mortis magnæ in civitate. Videntes autem viri Azotii hujuscemodi plagam, dixerunt: Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus ejus super nos, & super Dagon Deum nostrum. Et mittentes congregaverunt omnes *i* satrapas Philisthinorum ad se, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderunt *k* Gethæi: *l* Circumducatur arca Dei Israel, & circumduxerunt arcam Dei Israel. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini super singulas civitates interfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros uniuscujusque urbis, a parvo usque ad majorem, & computrescebant prominentes *m* extales eorum. Inieruntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam Domini in Accaron. Cumque venisset arca Domini in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ, dicentes; Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos, & populum nostrum. Miserunt itaque & congregaverunt omnes satrapas Philisthinorum, qui dixerunt: Dimittite arcam Dei Israel, & rever-

E X P O S I T I O C A P. V.

PHilisthiim autem tulerunt, &c. *u* In Azotum.] *Interl.* videtur contraria textui, & *Gloss. margin.* Dicit enim *Interl.* quod Azotus locus est, in quo posuit *infr.* 7. Samuel lapidem adjutorii. Et ita secundum *Interl.* idem locus est Azotus, & lapis adjutorii. Quomodo ergo tulerunt Philisthiim arcam a lapide adjutorii in Azotum? Sol. Expone illud, in quo posuerunt, idest, juxta quem posuerunt. *x* Dagon,] Idoli sui. *y* Juxta Dagon.] quasi trophæum. *z* Azotii altera die,] Vel Azotii, idest, cives Azoti, utrumque enim dicitur & Azotius, & Azotus, Sicut Dardanus, & Dardanius.

D

a Dagon jacentem,] i. caput Dagon.
b Duæ palmæ manuum ejus] Intransitive.
c Truncus solus] Contra supra dictum est: Invenerunt Dagon jacentem super faciem suam. Responsio: Synedochice dictum est illud, quod caput invenerunt jacens super faciem suam.

Ps. 77.

d Non calcant, &c.] ob reverentiam Dei sui.
e Et percussit, &c.] uredine, & putredine.
f Azotum,] i. cives Azoti. *g* Ebullierunt] sicut aqua scaturiens.

A

h Confusio, &c.] quia mures comedebant fruges, & extales corrodebant.

Infr. 6.

Moraliter

Moralit. Fluvius Ægypti ebullivit ranas, *Exod.* 8. Hic vero agri ebulliunt mures. Per mures significatur ingluvies: Per ranam loquacitas. Fluvius ergo Ægypti, idest, abundantia in seculo, parit ranas, idest, loquacitatem. Et agri, idest, latitudo temporalis, parit mures, i. ingluviem. Divites enim, & loquaces sunt, & edaces. Unde dives Epulo puniebatur in lingua. *Luc.* 16. *i* Satrapas] i. principes. *k* Gethæi:] *Gloss.* sacerdotes, & divini. *l* Circumducatur] *Gloss.* ut si quocumque eat, percussio comitetur, sciamus plagam esse a Deo, ex voluntate Dei. Consilio igitur actum est, ut plaga communis esset, quoniam culpa communis erat. *m* Extales] Exta sunt interiora membra, inde extales, ubi fiebat plaga. Ita dicit *Gloss.* Et dicit *Joseph.* hoc accidisse ex crudeli passione dissenteriæ: ita ut putrefacta egererent intestina.

B

G

D

E X P O-

tatur in locum suum, & non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pavor mortis in singulis urbibus, & gravissima valde manus Dei. Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte narium, & ascendebat ululatus uniuscujusque civitatis in cœlum.

C A P. VI.

FUit autem arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus. Et post hæc vocaverunt Philisthiim sacerdotes, & divinos, dicentes: Quid faciemus de arca Dei? Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod *a* debetis, reddite ei pro peccato, & tunc *b* curabimini, & scietis, quare non recedat *c* manus ejus a vobis. Qui dixerunt: Quid est, quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi: *d* Juxta numerum provinciarum Philisthinorum, quinque *e* anos aureos facietis, & quinque mures aureos, quia plaga una fuit omnibus vobis, & *f* satrapis vestris. Facietisque similitudinem anorum vestrorum, & similitudinem murium, qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam, si forte relevet *g* manum suam a vobis, & a diis vestris, & a terra vestra. *h* Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit *i* Ægyptus, & Pharao cor suum? Nonne postquam percussus est, tunc dimisit *k* eos, & abierunt? Nunc ergo arripite, & *l* facite plaustrum novum unum, & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. Tolletisque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & *m* vasa aurea, quæ exsolvistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus ejus, & dimittite eam, ut vadat. Et aspicietis: & siquidem per viam finium suorum ascenderit contra *n* Bethsames, ipse fecit nobis malum hoc grande: sin autem minime: sciemus, quia nequaquam manus ejus tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo, & tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, junxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluserunt domi. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam, quæ habebat mures aureos, & similitudinem anorum. Ibant *o* autem in directum vaccæ per viam, quæ *p* ducit Bethsames, & *q* itinere uno gradiebantur, *r* pergentes, & mugientes, & non declinabant, *s* neque ad dexteram, neque ad sinistram. Sed & Satrapæ Philisthino-

E X P O S I T I O C A P. VI.

FUit autem arca, &c. *a* Quod debetis, reddite ei, &c.] idest, de malis, quæ egistis, pœnitentiam agite. *b* Curabimini,] quia per satisfactionem tollitur indignatio. *c* Manus ejus] i. afflictio, sive flagellum. *d* Juxta numerum] Quælibet metropolis fecit unum anum, & unum murem, pro se, & villis, & castris pertinentibus ad eam. *e* Quinque, &c.] *Joseph.* dicit: Quinque hominum simulacra aurea.

A *Moraliter.* Moral. Quinq; ani sunt quinque sensus: quinque mures quinque passiones annexæ eis: Gustui gastrimargia, tactui libido sive luxuria, visui curiositas, olfactui suavitas odoris, auditui novorum vanitas. *f* Satrapis] idest, principibus. *g* Manum] i. flagellum. *h* Quare, &c.] Hoc dicunt, quia differebant facere consilium suum.

Sap. 5.

B *i* Ægyptus,] i. Ægyptii. *k* Tunc dimisit eos. *Exo.* 12. *l* Facite plaustrum novum] *Mystice.* Mystice: Plaustrum, est Crux Domini. Plaustrum enim vehiculum est infirmorum. *Gen.* 45. dixit Pharao ad Joseph, i. pater ad filium: Præcipe fratribus tuis, i. Apostolis, ut tollant plaustra de terra Ægypti, ad subvectionem parvulorum suorum, & conjugum: Sic levamen, & vehiculum infirmorum, qui non possunt grave onus pœnitentiæ ferre, est Crux Christi. Arca, est sacr. Script. Arca enim intus, & foris deaurata erat: Et sacra Script. in littera, & in spirituali intelligentia sapientiam habet. Item in arca erant manna, tabulæ, virga. Et in sacra Script. est manna, i. consolatio infirmorum: Tabulæ, i. eruditio imperitorum: Virga, i. correctio inquietorum. 1. *Thes.* 5. Rogamus vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Vaccæ junctæ plaustro, sunt Prædicatores adjuncti Crucifixo: Unde *Cant.* 7. Comæ capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus. Coma ornamentum est capitis: Sic DD. Ecclesiæ, ornamentum sunt capitis Ecclesiæ, i. Christi. Purpura Regis, est Christi passio: Canales, Prædicatores. Quid igitur aliud est purpura Regis vincta canalibus, quam vaccæ junctæ plaustro? Et tales debent esse DD. Talis erat Paulus 1. *Cor.* 2. Non judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Sed ne diceret aliquis: Sic junctus est Paulus crucifixo ore tantum: Dicitur *Galat. ult.* Stigmata Jesu jugiter in corpore meo porto. Quam firma sit hæc conjunctio, patet *Rom.* 8. Certus sum, quod nec mors, neque Angeli, neque creatura aliqua poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Item vaccæ junctæ plaustro traxerunt plaustrum: sic DD. prædicatores, non solum debent cruci alligari per amorem, sed illam trahere prædicando. Item vaccæ fortes sunt, & fecundæ: sic isti fortes debent esse in opere, & fecundi in prædicatione, aliter non possunt trahere plaustrum. Item vaccæ duæ sunt propter geminam charitatem, quam debent habere Doctores, & Prædicatores. Unde *Luc.* 10. Misit Dominus 72. discipulos binos, & binos ante faciem suam. Item vaccis nondum fuerat jugum impositum. Sic & istis nullum jugum peccati debet esse impositum, sed tantum jugum Christi. De quo *Matth.* 11. Jugum meum suave est, & onus meum leve. Ad hoc jugum invitat nos Dominus ibidem: Tollite jugum meū super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. *Ibid.* 11.

o Ibant autem, &c.] Non obliquando, vel deviando a via regia. In quo recta intentio prædicatorum monstratur. Unde *Ezech.* 1. Pedes eorum pedes recti. Unde sequitur: Non revertebantur, cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Ante faciem suam graditur, & non revertitur qui a bono incepto nulla prava intentione avertitur. Hoc est, quod dicitur *Luc.* 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. *p* Per viam, &c.] Quæ interpretatur domus solis, & significat cœlestem Jerusalem, ad quam tendere, & alios ducere debent Doctores, & prædicatores. Et nota, quod dicit. *q* Itinere] In quo unitatis concordia insinuatur, quam debent habere Doctores in docendo, & prædicatores in prædicando, quia omnis pugna unanimiter congressa, victoriam parit. Unde *Psalm.* 132 Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum. Uno itinere gradiuntur, qui in operibus suis tantum gloriam Dei quærunt, non propriam. Unde ergo opiniones, tot rixæ, tot contentiones, nisi quia omnes gloriam suam quærunt, teste Apostolo: *Phil.* 2. Omnes, quæ sua sunt, quærunt. Et tales non recte fideles sunt, sicut dicit Dominus *Jo.* 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem recipitis, & gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis? Item *Jo.* 8. Ego gloriam meam non quæro; est, qui quærat, & judicet. *r* Pergentes, &c.] Pergere debent ad litteram Prædicatores, ut pluribus proficiant, non torpere: Et mugire nihilominus debent, i. flere pro peccatoribus, sicut & Christus flevit super civitatem Jerusalem. *Luc.* 19. Hoc est, quod legitur in *Ps.* 125. de Apostolis: Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Multi hodie nec vadunt, nec mugiunt, sed e contrario in domibus suis quiescunt, & sident. Quibus proprie, ut credo, dicit Dominus *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui hic habetis consolationem vestram.

s Non declinabant neque ad dexteram, &c.] i. non extollebantur prosperis, nec frangebantur adversis. Primum facit humilitas, quæ nascitur ex timore: Timor enim est quasi pondus virtutum, qui non sinit eos extolli vento superbiæ. Unde *Eccl.* 25. Timor Dei super omnia se superposuit. Secundum nascitur ex amore. Unde 1. *Cor.* 13. Charitas patiens est, &c. *Cant. ult.* Fortis est ut mors dilectio. *m* Et vasa aurea,] In quibus erant ani, & mures aurei. Vel ipsos anos, & mures aureos vocat vasa. *n* Contra Bethsames,] *Gloss.*

Bethsames

rum sequebantur usque ad terminos Bethsames. Porro Bethsamitæ mittebant triticum in valle. Et *a* elevantes oculos viderunt arcam, & gavisi sunt, cum vidissent. Et plaustrum venit in agrum Josue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, *b* vaccasque imposuerunt super ea, holocaustum Domino. Levitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam, quæ erant juxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt *c* super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolaverunt victimas in die illo Domino. Et quinque satrapæ Philistinorum viderunt, & reversi sunt in *d* Accaron in die illa. Hi *e* sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthiim pro delicto Domino. *f* Azotum unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Accaron unum, & *g* mures aureos secundum *h* numerum urbium Philisthiim quinque provinciarum, *i* ab urbe murata usque ad villam, quæ erat absque muro, & usque *k* ad Abel magnum, *l* super quem posuerunt arcam Domini, quæ *m* erat usque in *n* illum diem in agro Josue Bethsamitis. Percussit autem Dominus *o* de viris Bethsamitibus, *p* eo quod vidissent arcam Domini, & *q* percussit de populo *r* septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, quod Dominus *s* percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitæ: *t* Quis potest stare in conspectu Domini *u* Dei sancti *x* hujus? Et ad quem ascendet a nobis. Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim dicentes: Reduxerunt Philistiim arcam Domini, descendite, & reducite eam ad vos.

C A P. VII.

VEnerunt *y* ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa. Eleazarum autem filium ejus *z* sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini. Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, *a* multiplicati sunt dies. (*b* Erat quippe jam annus vigesimus.) Et quievit omnis domus Israel *c* post Dominum. Ait autem Samuel ad universam domum Israel dicens: Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, *d* auferte deos alienos de

Bethsames civitas est sacerdotalis in Tribu Benjamin, quæ usque hodie monstratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim, in decimo milliario contra Orientem. Altera Bethsames est in Tribu Nephtalim, in qua permanserunt cultores antiqui. *a* Elevantes oculos] Qui deprimunt oculos in terrenis, non possunt videre arcam. Multis enim divina scientia negatur propter cupiditatem. *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit sapientia. Illi qui elevant oculos, vident arcam, idest, qui propter æterna studient, scientiam percipiunt.

D

b Vaccasque, &c.] *Gl.* Levitæ, vel sacerdotes, quia aliis non licebat.
c Super lapidem, &c.] quem Hebrei putant fuisse aram ædificatam ab Abraham, qui in multis locis fecit altaria.
d Accaron] civitas fuit.
e Hi sunt autem, &c.] Nota hic sunt duæ opiniones. Quidam enim dicunt, quod Philistiim non dederunt nisi quinque anos, & quinque mures. Et hoc duobus modis intelligitur. Quidam dicunt quinque civitates Philistiim esse tantum; & ideo misisse tantum quinque mures aureos, & quinque anos. Sed hoc falsum est, quia *infr.* 27. dicitur Sicheleg fuisse civitas Philistinorum. Unde melius videtur, quod dicit *Isidor.* scilicet quinque fuisse metropoles tantum, & quælibet obtulit anum aureum, & murem pro se, & villulis suis, ut dicunt primi. Et secundum hoc legitur littera: Hi sunt ani aurei, &c. *f* Azotus unum, &c.] supra reddidit, & sic de aliis. *g* Et mures aureos] supple similiter reddiderunt. *h* Secundum numerum] quinque metropolum Philistiim. *i* Ab urbe murata usque ad villam, &c.] quasi dicat tam urbes muratæ, quam villulæ dederunt ad faciendos mures, & anos. *k* Et usque ad Abel magnum, &c.] idest, usque ad illum grandem lapidem, super quem posita fuit arca. Aliqui tamen dicunt Abel esse civitatem, quæ tunc dicebatur Bethsames, sed postea dicta est Abel, & interpretatur luctum, propter luctum Bethsamitarum, qui secutus est. Et additum est, magnum, ad differentiam alterius Abel, quæ *infr.* 2. *Regum* 20. dicitur Abela, ubi sapiens mulier clamavit ad Joab; Qui interrogavit, interrogent in Abela. Et secundum hoc legitur.

A

l Super quem posuerunt, &c.] idest, juxta quem. Alia opinio dicit, & hæc est Isidori, quod quinque metropoles civitates dederunt quinque anos, & quinque mures, ita quod quælibet anum, & murem. Reliquæ autem, tam civitas, quam villæ, dederunt mures tantum. Et secundum hoc sic legitur littera: Hi sunt ani, &c.] Hoc planum est, quia computat quinque metropoles, quæ solæ dederunt anos. Et mures, supple reddiderunt Philistiim, secundum numerum urbium Philistiim, tam majorum, quam minorum. Ita scilicet, quod quælibet civitas, & quælibet villa dedit unum murem. Et hoc est, quod sequitur: Ab urbe murata, &c.
m Quæ erat] idest, quæ arca fuit.
n Usque in illum diem] i. assidue. *Hier.* dicit: Usque in diem illam, qua scilicet translata est ab illo loco.
o De viris] *Gloss.* Qui cum non essent Levitæ, ausi sunt videre arcam.
p Eo quod vidissent, &c.] nudam scil. quod non licebat nisi soli Pontifici, ut dicunt Hebræi. Et sic habes *in Gloss. marg.* Sed contra *Num.* 4. legitur, quod Aaron, & filii ejus in motione castrorum intrabant tabernaculum, & involvebant arcam, & omnia vasa sanctuarii. Et postea intrabant filii Caath & portabant eam humeris suis; ergo licebat filiis Aaron videre arcam nudam, non ergo tantum summo Pontifici. Solut. Revera nulli licebat videre arcam nudam nisi summo Pontifici, præterquam in motione castrorum, quia tunc erat necesse. Sed iterum quæritur, quare non fuerunt mortui Philistiim, qui viderunt arcam nudam? Solut. Quia non peccaverunt videndo, quia non erat eis prohibitum videre. Quidam dicunt, quod septuaginta viri, qui mortui sunt, deposuerunt arcam, cum non essent sacerdotes; & ideo mortui sunt. *Gl.* dicit, quod ideo percussi sunt, eo quod indigni essent, vel indigne accessissent, vel quia non custodissent arcam.
q Et percussit de populo] Dominus scil.
r Septuaginta viros,] optimates, sive judices populi majores natu. *Jos.* 24.
s Quod percussisset, &c.] Quod pro quia.
t Quis poterit] Raritatem notat hic, quis, sicut ibi: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet, &c. *Psal.* 14. Item *Isai.* 33. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante. *u* Sancti hujus?] idest sanctuarii. Et ita sancti neutri generis est.
x Domini] idest, arcæ Domini, sive sanctuarii.

EXPOSITIO CAP. VII.

VEnerunt *y* ergo in Cariathiarim,] *Gloss.* civitas est saltuum, una de urbibus Gabaonitarum, pertinens ad Tribum Judæ. De hac fuit Urias Propheta, quem interfecit Joachim in Jerusalem, sicut scribit Jeremias *cap.* 26. Iste Urias arguebat Joachim super peccatis suis, & comminatus est ei valde Joachim, propter quod Urias fugit in Ægyptum, & misit post eum Joachim, & reduxit in Jerusalem, & ibi eum morte turpissima interfecit. In historia, de Joachim 4. *Reg. c.* 38.
z Sanctificaverunt,] i. sacerdotem instituerunt in custodiam arcæ.
a Multiplicati sunt,] idest, multis diebus fuit ibi, scilicet viginti annis usque ad octavum annum regis Saulis, quo ipse tulit eam in castra, ut dicitur *inf.* 14. Unde sequitur:
b Erat quippe jam annus vigesimus] quando scil. Saul transtulit eam in castra de Cariathiarim. Et ita patet, quod multis diebus fuit ibi. Quidam aliter legunt inchoantes hic versum. Erat quippe annus vigesimus, & quievit, &c. q. d. viginti annis fuerunt in quiete Judæi, toto scil. tempore Samuelis. Et nota, quod dicit *Hier.* quod scil. Samuel primo tulit arcam de Cariathiarim in Masphat. Postea ipse, & Saul in Galgala. Postea Saul in Nobe. Et postea de Nobe in Gabaa. Postea David in domum Obededom 2. *Reg.* 6. Postea in Sion, *eodem cap.* Postea Salomon in templum, 3. *Reg.* 18. *c* Post Dominum. Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens, &c.] i. sequentes Dominum. *d* Auferte Deos alienos, &c.] Simile

medio vestri, Baalim, & Astaroth, & præparate corda vestra Domino, & servite illi soli, & eruet vos de manu Philisthiim. Abstulerunt ergo filii Israel Baalim, & Astaroth, & servierunt Domino soli. Dixit autem Samuel: Congregate universum Israel in Masphat, ut orem pro vobis Dominum. Et convenerunt in Masphat. Hauseruntque aquam, & *a* effuderunt in conspectu Domini, & jejunaverunt in die illa, atque dixerunt: Tibi peccavimus, Domine. *b* Judicavitque Samuel filios Israel in *c* Masphat. Et audierunt Philisthiim, quod congregati essent filii Israel in Masphat, & ascenderunt Satrapæ Philisthinorum ad Israel. Quod cum audissent filii Israel, timuerunt a facie Philisthinorum. Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philisthinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino. Et clamavit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudivit eum Dominus. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthiim inire prælium contra Israel. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, & exterruit eos, & cæsi sunt a filiis Israel. Egressique viri Israel de Masphat, persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos usque ad locum, qui erat subter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidem unum, & *d* posuit eum inter *e* Masphat, & inter Sen, & vocavit nomen loci illius, Lapis adjutorii. Dixitque: *f* Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt ultra, ut venirent in terminos Israel. Facta est itaque *g* manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis, & redditæ sunt urbes, quas tulerant Philisthiim ab Israel Israeli, ab Accaron usque Geth, & terminos ejus. Liberavitque Israel de manu Philisthinorum, eratque pax inter Israel, & Amorrhæum. Judicabat quoque Samuel Israel cunctis diebus vitæ suæ, & ibat per singulos annos circuiens *h* Bethel, & *i* Galgala, & Masphat, & judicabat Israelem in supradictis locis. Revertebaturque in Ramatha. Ibi enim erat domus ejus, *k* & ibi judicabat Israelem. Ædificavit etiam ibi altare Domino.

C A P. VIII.

FActum *l* est autem cum *m* senuisset Samuel, posuit filios suos judices super Israel. Fuitque nomen filii ejus primogeniti Joel, & nomen secundi Abia, judicum in Bersabee. Et non *n* ambulaverunt filii illius in viis ejus, sed declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, & *o* perverterunt judicium. Congregati ergo universi majores natu in Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntque ei: Ecce *p* tu senuisti, & filii tui non ambulant in viis tuis: constitue nobis regem, ut judicet nos, sicut & universæ habent nationes. Displicuitque *q* sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent: da nobis regem, ut judicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem: *r* Audivi vocem populi tui in omnibus, quæ loquuntur ad te: non *s* enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos, juxta omnia opera sua, quæ fecerunt a die, qua *t* eduxi eos de Ægypto usque ad diem hanc. Sicut dereliquerunt me, & servierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi. *u* Nunc ergo audi vocem eorum. Verumtamen contestare eos, & prædic eis *x* jus regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se regem, & ait: Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & *y* ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum. Et constituet sibi *z* tribunos, & centuriones, & *a* aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum, & curruum

le *Gen.* 35. dixit Jacob: Abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt.
a Et effuderunt, &c.] Ut sicut aqua effusa non redit, sic nec ipsi redirent ad idololatriam. In hac aqua congesta erant maledicta, sicut legitur *Num.* 5. de judicio zelotypiæ: Quam si bibebat idololatra, labia ejus inseparabiliter sibi invicem adhærebant. Quidam dicunt Samuelem quoddam idolum in pulverem redegisse, & nullum aquæ dedisse populo ad bibendum, & in barbis eorum judicasse, qui rei erant, & qui non, sicut quondam fecit Moyses *Exod.* 32.
b Judicavitque] i. judicia Dei docuit.
c In Masphat.] *Gl.* Civitas est in Tribu Juda juxta Cariathiarim.
d Et posuit eam] *Gl.* in signum victoriæ.
e Inter Masphat, &c.] *Gl.* Alia editio habet: Inter Masphat novam, & veterem, & vocavit nomen ejus Abenezer, vel Abongener, i. lapis adjutorii.
f Hucusque auxiliatus] idest, hucusque fugavimus hostes auxilio Domini.
g Manus] idest, flagellum.
h Bethel, &c.] Istæ tres civitates famosæ erant. Bethel, propter somnium Jacob, *Gen.* 28. Galgala, propter secundam circumcisionem, *Josue* 5. Masphat, propter frequentiam, *Jud.* 20. Ad has tres civitates ascendebat Samuel ad judicandum populum in tribus hebdomadalibus festis. Aliis vero diebus populus ascendebat ad eum in Ramatha. *i* Galgala,] *Gl.* Civitas est, ubi Josue *cap.* 5. populum secundo circumcidit, & Pascha celebravit, & deficiente manna populus Israel usus est panibus triticeis. Ubi & lapides sunt translati de alveo Jordanis. Ubi tabernaculum testimonii diu fuit. Hæc cecidit in sortem Judæ, & usque hodie ostenditur locus in secundo a Jericho milliario, hominibus illius regionis venerandus. Sed juxta Bethel quidam aliam Galgalam suspicantur. *k* Et ibi judicabat] aliis, s. il. temporibus a tribus festis hebdomadalibus. *l* Et ædificavit, &c.] Hic *Gl.* objicit, & solvit, dicens: Lex præcepit *Deut.* 12. non ædificari altare, nisi ubi Dominus elegisset. Sed ne immolarent diis, construxit altare, in quo non reprehenditur.

EXPOSITIO CAP. VIII.

FActum *l* est autem] Quarta pars hujus libri, ubi agitur de promotione Saulis in Regem. Cum enim Samuel senuisset, præfecerat duos filios suos judices in Israel: Alterum in Bethlehem, alterum in Bersabee, ut dicit *Joseph.* & *Hieron.* & *Rabanus*. Ipsi autem sequentes avaritiam, perverterunt judicia. Quod non sustinens populus, postulavit Regem a Samuele, sicut habebant & ceteræ nationes. Et vellet, nollet Samuel, permittente Domino obtinuerunt Saulem in Regem. Qui quomodo factus fuerit Rex, determinatur in hoc capitulo. *m* Cum senuisset Samuel, &c.] *Glos.* quia ætate, & curis gravatus, solemnia celebrare non poterat.
n Et non, &c.] *Glos.* quia pro munere opprimebant justitiam, ad epulas, pretiosaque convivia declinantes.
o Et perverterunt judicium.] Contra legem facientes, *Deut.* 16. Non accipies personam in judicio, nec munera; quia munera excæcant oculos sapientum, mutantque verba justorum.
p Ecce tu, &c.] q. d. ætate defecisti, & rebus præesse non potes.
q Sermo] quo regem postulaverunt, non quo filios respuebant.
r Audivi] *Interl.* vel audi.
s Non enim te, &c.] Qui vos spernit, me spernit. Simile *Act.* 5. Non estis mentiti hominibus, sed Deo: Et *Exod.* 20. *t* Eduxi, &c.] *Exod.* 12. *u* Nunc ergo audi, &c.] i. concede eis, quod habeant regem. *x* Jus Regis,] *Gl.* Exactionem, & dominationem, &c.
y Et ponet in curru, &c.] i. faciet aurigas suos, sive quadrigarios, sive rhedarios. *z* Tribunos,] *Glos.* i. Judices. Nota, tribunus, & centurio sunt nomina dignitatum: Numerantur autem inter angarias, & exactiones, & servitutes, quia dignitatis prælatio humili servitio angaria est: Et etiam omnis prælatio terrena, servitus est in se: Unde & Papa vocat se servum servorum. *a* Aratores agrorum suorum, & messores segetum, &c.] i. bubulcos.

a Unguen-

a Unguentarias,] idest, conficientes unguenta. *b* Focarias,] idest, coquinarias. *c* Vinearum, &c.] quæ redeunte anno vineæ proferunt.
d Addecimabit,] i. juxta decimam terragium sibi tollet. Quidam dicunt, quod hoc est jus Regis, & propter hoc faceret Rex sine peccato. Sed audiant jus Regis, quod describitur *Deut.* 17. sic: Cum fuerit Rex constitutus, non multiplicabit sibi equos, non reducet populum in Ægyptum equitatus numero sublevatus, non habebit uxores plurimas, neque argenti, & auri immensa pondera: Describet sibi Deuteronomium legis, legetque illum omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Deum, nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram, neque in sinistram. *e* Eunuchis,] i. custodibus thalami Regis, vel puellarum.
f Clamabitis] oppressi ab eo. *g* In die illa] quando erit Rex super vos.
h Non exaudiet] ut liberet. *i* Nequaquam] sc. audiemus te. *k* Et audivit] i. concessit eis habere Regem. *l* Audi vocem eorum,] Iratus dixit hoc Dominus: Non enim ex animo, sed quasi per extorsionem dedit Regem. Unde *Osee* 13. Dabo tibi Regem in furore meo, &c.
m Vadat] *Gloss.* donec indicet Dominus, quid faciamus.

suorum: Filias quoque vestras faciet sibi *a* unguentarias, & *b* focarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas, & oliveta optima tollet, & dabit servis suis. Sed & segetes vestras, & *c* vinearum redditus *d* addecimabit, ut det *e* eunuchis, & famulis suis. Servos etiam vestros, & ancillas, & juvenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi. Et *f* clamabitis in *g* die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non *h* exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: *i* Nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & judicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et *k* audivit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus Domini. Dixit autem Dominus ad Samuelem: *l* Audi vocem eorum, & constitue super eos regem: Et ait Samuel ad viros Israel: *m* Vadat unusquisque in civitatem suam.

C A P. I X.

ERat *n* vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filii Seor, filii Bechor, & filii Sareth, & hi filii *o* Aphia, filii viri Jemini fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul, *p* electus, & bonus, & non erat vir de filiis Israel *q* melior illo. Ab *r* humero, & sursum eminebat super omnem populum. *s* Perierant autem asinæ Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium suum. Tolle tecum unum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim, & per terram Salisa, & non invenissent, transierunt etiam per terram *t* Salim, & non erant, sed & per *u* terram Jemini, & minime reperierunt. Cum autem venissent in *x* terram Suph, & non invenissent, dixit Saul ad puerum suum, qui erat cum eo: Veni, & revertamus, ne *y* forte dimiserit pater

EXPOSITIO CAP. IX.

ERat *n* vir, &c.] In hoc cap. agitur de electione, & unctione Saulis. Et primo ostenditur ejus generatio. Secundo qualiter electus, & ubi inunctus.
o Et hi filii Aphia,] Correctiores libri non habent: Et hi. Sed sic: Filii Bechor, filii Sareth, filii Aphia, viri Jemini. Ita dicit *Andreas*, qui exponit Bibliam ad litteram Aphia. *Gloss.* Binomius fuit. Erat autem familia pertinens ad Tribum Benjamin. *q* Melior illo.] ad officium regis, quia fortis, & magnus, & pulcher fuit. *r* Ab humero, & sursum, &c.] scilicet Saul. Nota:

Mystice. Mystice. Saul in quibusdam significat Christum, in quibusdam significat Judaicum populum. Saul enim primo humilis fuit, & bonus, & postea superbus, & malus effectus est. Sic populus Judaicus primo bonus, & humilis fuit, sed postea superbus, & malus factus est. Item Saul interpretatur petitio. Et Judæi rejecto Christo, Barabbam petierunt. Item Saul in quantum bonus, & electus, Christum significat. De quo dicitur *Is.* 44. Ecce puer meus, quem elegi. Item Christus, & gratia, & operibus, quæ per humerum designantur, super omnes fuit. *Cant.* 2. Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Saul missus est a patre ad quærendum asinas: Et Christus missus est a patre ad quærendum, & salvandum animas. Saul secum duxit puerum: & Christus secum chorum Apostolicum. *Tob.* 5. Per Tobiam, qui ivit ad quærendum pecuniam, Christus significatur, qui venit in mundum ad quærendum Ecclesiam. Per canem, qui secutus est Tobiam, significantur Apostoli, qui secuti sunt Christum. Saul dum quæreret asinas patris, in regem inungitur. Et Christus, dum quæreret oves patris, quæ perierant, super cunctum populum in regem constituitur. Unde *Ps.* 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus. Hic nota quatuor. Per hoc, quod dicit: Super Sion, notatur, quod Prælatus constituitur in Ecclesia, ut speculator, & custos, *Is.* 21. Vade, & pone speculatorem, & quodcumque viderit, annunciet. Ita dixit Dominus ad Isa. idest, pater ad filium. Unde *Ezech.* 3. Isai. 52. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Per hoc vero, quod dicit: Montem, ostenditur quod sicut Christus, ita Prælatus debet eminere vita, & scientia, & patientia, & pietate. *Is.* 40. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion. Per hoc, quod dicit, Sanctum innuitur, quod Prælatus debet esse mundus in conscientia. *Is.* 1. Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationũ vestrarum. Et alibi: Mundamini, qui fertis vasa Domini. Per hoc vero quod dicitur: prædicans præceptum ejus, notatur officium Prælati: Non enim ad comedendum, vel dominandum, vel equitandum constituitur Prælatus, sed ad prædicandum verbum Dei, *Is.* 41. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me. Imo quando Prælatus eligitur, debet scire, quod mittitur tanquam Doctor ad docendum discipulos, tanquam pater ad corrigendum filios, tanquam pastor ad greges pascendos, tanquam Medicus ad curandum ægros, tanquam nutrix ad fovendum pueros, tanquam judex ad puniendum reos, & liberandum innoxios, tanquam ductor ad conducendum peregrinos, tanquam mimus ad consolandum mœstos, tanquam pugil ad dæmones expugnandos, tanquam venator ad capiendum apros, tanquam mercator ad emendum pannos ad vestem Domini faciendam, & multa alia. Et quis idoneus, aut sufficiens ad hæc omnia? *Exod.* 3. dixit Moyses: Domine, quis ego sum, ut vadam, &c. Jeremias quoque *inf.* clamavit: A, a, a, Domine Deus, &c. Et Christus *Jo.* 6. fugit ne fieret rex. Et Marcus pollicem sibi abscidit, ne fieret Episcopus. Et nos tota die currimus Romam; & alibi, & petimus, ut Prælati simus.

Inf. 14. 1. Par. 8. — Inf. 10.

Moraliter. In prolo. super Marc. Moral. Per Saul, qui jussu patris quærens asinas perditas, pervenit ad regnum, significantur Prælati, qui jussu Dei patris quærere debent animas perditas. Et per custodiam animarum acquirere sibi regnum, non terrenum, sed æternum. De quo *Matth.* 6. dicitur: Adveniat regnum tuum. Secundum hoc sic prosequere litteram. *p* Erat Saul electus, &c.] Et talis debet esse, qui eligitur ad custodiam animarum. Bonus in se, electus ex aliis. *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus e millibus. Et hoc est, quod sequitur hic. *q* Et non erat vir de filiis, &c.] *Orig.* dicit: Ille eligendus est in Prælatum, de quo constat, quod inter alios optimus est: Saul interpretatur petitio. Sic Prælatus peti debet, & non se ingerere. *Hebr.* 5. Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron, idest montanus. *r* Ab humero, &c.] Per humerum intelligitur patientia. Per sursum intelligitur charitas, quæ omni virtute excellentior est, ut dicitur 1. *Cor.* 13. Manent tria hæc, fides, spes, charitas, major autem horum est charitas. In his duobus debet Prælatus super alios præeminere, scil. in patientia, & charitate. In patientia, ut mala aliorum æquanimiter portet. In charitate, ut bona sua aliis libenter communicet. *s* Perierant autem] sc. perditæ erant. Simile de filio prodigo *Luc.* 15. Perierat, & inventus est. *t* Salim,] Civitas Melchisedech. De qua *Jo.* 3. dicitur: Erat autem Joannes baptizans in Ennon juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, &c. *u* Et per terram, &c.] *Gloss.* i. Benjamin. *x* In terram Suph,] qui fuit proavus Samuelis. *y* Ne forte dimiserit, &c.] a curis suis, propter majorem solicitudinem de absentia nostri,

a Vir

meus aſinas, & ſollicitus ſit pro nobis. Qui ait ei: Ecce eſt vir Dei in civitate hac, vir *a* nobilis, omne, quod loquitur abſque ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, ſi forte indicet nobis de *b* via noſtra, propter quam venimus. Dixitque Saul ad puerum ſuum: Ecce ibimus. *c* Quid feremus ad virum Dei? Panis defecit in *d* ſitarciis noſtris, & *e* ſportulam non habemus, ut *f* demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait: Ecce inventa eſt in manu mea quarta pars *g* ſtateris argenti, demus homini Dei, ut indicet nobis viam noſtram. (Olim in Iſrael ſic *h* loquebatur unuſquiſque vadens conſulere Deum. Venite, & eamus ad *i* Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.) Et dixit Saul ad puerum ſuum: Optimus ſermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in *k* civitatem, in qua erat vir Dei. Cumque aſcenderunt *l* clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendum aquam, & dixerunt eis: Num hic eſt *m* Videns? Quæ reſpondentes dixerunt illis: Hic eſt: Ecce ante te, feſtina nunc. Hodie enim venit in civitatem, quia *n* ſacrificium eſt hodie populi in excelſo. Ingredientes urbem ſtatim invenietis eum, antequam aſcendat excelſum ad veſcendum. Neque enim comeſurus eſt populus, *o* donec ille veniat, quia benedicit hoſtiæ, & deinceps comedunt, qui vocati ſunt. Nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum. Et aſcenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam ei, ut aſcenderet in excelſum. Dominus autem *p* revelaverat auriculam Samuelis, *q* ante unam diem, quam veniret Saul, dicens: Hac ipſa hora, quæ nunc eſt cras, mittam virum ad te de terra Benjamin, & *r* unges eum ducem ſuper populum meum Iſrael. Et ſalvabit populum meum de manu Philiſtinorum, quia reſpexi populum meum. Venit enim clamor eorum ad me. Cumque aſpexiſſet Samuel Saulem, Dominus ait ad eum: Ecce vir, quem dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo. Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & *ſ* ait: Indica oro mihi, ubi domus ſit Videntis? Et reſpondit Samuel Sauli, dicens: Ego ſum Videns: Aſcende ante me in *t* excelſum, ut comedas mecum hodie, & dimittam te mane, & omnia, quæ ſunt in *u* corde tuo, indicabo tibi. Et de *x* aſinis, quas perdidiſti nudiuſtertius, ne ſollicitus ſis, quia inventæ ſunt. Et *y* cujus erunt optima quæque Iſrael? *z* nonne tibi, & *a* domui patris tui? Reſpondens autem Saul, ait: Numquid non filius *b* Jemini ego ſum, *c* de minima Tribu Iſrael, & cognatio mea noviſſima inter familias de Tribu Benjamin? Quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? Aſſumens itaque Samuel Saulem, & puerum ejus, introduxit *d* eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant invitati. Erant enim quaſi triginta viri. Dixitque Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi, & præcepi, ut reponeres ſeorſum apud te. *e* Levavit autem cocus armum, & poſuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede, quia *f* de induſtria ſervatum eſt tibi, quando populum vocavi. Et comedit Saul cum Samuele.

a Vir nobilis,] nobilitate animi.
b De via noſtra] ideſt, de cauſa viæ, propter quam venimus, ideſt, de aſinabus. *c* Quid feremus, &c.] *Hier.* Putavit Saul, quod aſinas non indicaret niſi pretio.
d In ſitarciis] *Gloſſ.* ſacculis, vel peris.
e Et ſportulam] Metonymia eſt, ideſt, argentum in ſportula. Eſt autem ſportula, parva pera, in qua portatur expenſa. *f* Ut demus homini Dei,] *Gloſſ.* Quamvis ſe dare decreverit, non legimus, quod Samuel acceperit: Si tamen accepiſſet, non reputaretur in divinationis pretium, ſed in prophetiæ ſtipendium. Bene dicit *Gloſſ.* quia auditores verbi Dei, Prædicatoribus neceſſaria vitæ debent providere. Unde *Galat.* 6. Communicet autem is, qui cathechizat in omnibus bonis. *Joſeph.* dicit, quod Saul errabat, putans Prophetam accepturum munera. *g* Stateris] *Hier.* dicit *ſuper Ezech.* quod ſtater idem eſt, quod ſiclus. Siclus autem viginti obolos habet, ut dicitur *Exod.* 30. *Lev.* 27. *Num.* 3. & *Ezech.* 45. Quarta pars igitur ſtateris ſunt quinque oboli. *h* Olim in Iſrael ſic loquebatur] Ut ait *Beda*, non hiſtoriographi: ſed Eſdræ verba ſunt uſque ibi: Et dixit Saul, &c.
i Ad videntem.] *Gloſſ.* Videns dicitur Propheta: quia per ſpiritum prænoſcit futura.
k In civitatem,] Ramatha ſcilicet.
l Clivum civitatis,] *Gloſſ.* Clivus aſcenſus montis flexuoſus.
m Videns?] ideſt, Propheta.
n Quia ſacrificium eſt, &c.] *Hier.* dicit *in lib. de Hebr. quæſtionib.* ſacrificium in hoc loco prandium intelligitur, quod Samuel paraverat populo in calendis. *o* Donec ille] ſcilicet Samuel.
p Revelaverat, &c.] i. notificaverat. Et eſt dictum metaphorice, per ſimilitudinem illius, qui diſcooperit aurem ſuam, ut melius audiat. Simile *infr.* 20. dixit Jonathas ad David: Si perſeveraverit malitia patris mei, revelabo aurem tuam, ideſt, indicabo tibi.
q Ante unam diem] i. una die antequam veniret Saul, ideſt, pridie ei dixerat. Simile *Jo.* 12. Ante dies paſchæ venit Jeſus Bethaniam, ideſt, ſexta die ante Paſcha.
r Et unges eum] *Gloſſ.* Saul unctus, Chriſtum ſignificat, quia & ipſe Chriſtus appellatus eſt. Unde: Quare non timuiſti mittere manum in Chriſtum Dominum, *infr.* 2. *Reg.* 1.
ſ Ait:] ideſt, Samueli.
t In excelſum,] Quia ibi fiebat prandium, ſive immolatio. Ante enim ædificationem templi, immolabantur filii Iſrael in excelſis. Nec diſplicebat Domino. Unde 3. *Reg.* 3. dicitur; Attamen populus immolabat in excelſis. Nondum enim ædificatum fuit templum nomini Domini uſque in diem illum. Poſtquam autem templum fuit ædificatum, diſplicuit Domino. Unde ibidem dicitur: Dilexit Salomon Dominum ambulans in præceptis David patris ſui, excepto quod in excelſis immolabat.
u In corde tuo,] *Gloſſ.* Tradunt Hebræi fuiſſe in corde Saulis, quod Rex eſſet futurus, cum vidiſſet per viſum ſe in verticem arboris palmæ collocari, quod eſt ſignum regnaturi.
x De aſinis,] Vel aſinabus.
a Et domui, &c.] Hoc ideo dicit, quia cum unus de familia ſublimatur, melius eſt omnibus, qui ſunt de illa familia. Et nota, quod cum quæſiviſſet per genitivum:
y Cujus erunt, &c.] dedit reſponſionem per dativum, dicens:
z Nonne tibi, &c.] Simile *in Cantico B. Virginis*: Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini ejus.
b Numquid non filius, &c.] Similiter reſpondit Gedeon *Judic.* 6. cum Angelus dixiſſet ei: Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de manu Madian. Dixit: Ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei. Et nota hic duplicem opinionem: Quidam dicunt, quod fuit Jeminus, quidam viliſſimus in Tribu Benjamin, qui ſæpe legitur, improperatus fuiſſe poſteris ſuis: Et de illo fuit Saul, ut dicunt. *Joſephus* dicit contrarium. Dicit enim, quod Cis nobilis fuit, & potens, & Saul ſtrenuus. Et hoc magis credimus. Unde dicimus, ſicut Hebræi dicunt, ſcil. quod Benjamin in Hebræo idem eſt, quod filius Jamin. Jamin idem eſt, quod Jemini, & interpretatur dextera. Idem eſt ergo Benjamin, quod filius Jemini, & e converſo. Eſt ergo ſenſus hujus, quod hic dicitur: numquid non filius Jemini ego ſum, i. de Tribu Benjamin, quæ minima erat, quia fere deſtructa fuit propter uxorem Levitæ, ut legitur *Judicum vigeſimo*. Unde ſubjungit.
c De minima Tribu Iſrael, &c.] vel forte hoc dicit ex humilitate, ut Paulus *prima Corinth.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus.
d In triclinium, & dedit eis, &c.] *Gloſſ.* Triclinium cœnaculum a tribus diſcumbentium ordinum ſeſſionibus.
e Levavit] de loco, ubi eum poſuerat. *f* De induſtria] *Gloſſ.* ideſt, de providentia. Hic datur intelligi, quod jam comederit, licet non plene: quia revelante Domino, quod veniret Saul, convivium dilatum eſt. Sed *ſup. ead.* videtur contrarium, ubi dicitur: Neque enim comeſturus eſt populus, donec ille veniat. Ad hoc poteſt dici, quod jam tranſierat hora prandii, & ſedebant ad menſas,

Margin: B; 1.q.cap. Iu-antes.; C; 1. Reg. 2. & 31.; D; *Luc.* 1.; *De ſacr. unct. cap. unic.*

mensas, & Samuel prævidens in spiritu, quod Saul venturus erat, reservaverat ei locum in capite mensæ, & partem hostiæ, scil. dextrum armum, quasi partem regalem. Et quando audivit, quod Saul venisset, occurrit ei in civitate, & adduxit eum secum in excelsum ad prandium. *a* Et descenderunt, &c.] Hic dicit *Gl.* Descenderunt de excelso, ut in aliquo secretiori loco loqueretur de regno, & ungeret eum. Sed constat, quod ipse non fuit ibi unctus; ergo falsum dicit *Gl.* Sol. Primo descendit, ut secretius loqueretur de regno, & postea unxit, etsi non ibi. *b* Stravitque] i. stratum fecit fieri. *c* Saul] dativi casus. *d* Dormivit.] Saul scil. *e* In solarium,] i. vocavit Saulem, qui dormivit in solario. Sed quia dicitur: In solarium, non in solario, aliter exponitur, & melius: Vocavit Saul in solarium, i. in quamdam partem solarii, i. in superiorem partem domus, ut ibi secretius loqueretur. *f* Dic puero,] i. socio Saulis. Hoc dixit, dum adhuc essent in civitate. *g* Tu autem subsiste] Hoc dixit ei extra civitatem.

A

B

EXPOSITIO CAP. X.

1 q. i. e. sacramenta, & c. Dominus, & s. proportavit. Vas, Lenticula olei. Vas, Amphora vini. Vas, Alabastrum unguenti.

Tulit autem, &c. *i* Lenticulam] *Gl.* Lenticula est vas fictile, quadrangulum in latere habens foramen, per quod fragilitas regni designatur. *k* Super hæreditatem, &c.] i. super Israel. *l* Et hoc tibi signum,] Forte Saul dubitavit de hoc, propter sui humilitatem, & regni novitatem; & ideo Samuel dedit ei signum certitudinis. Mos enim Judæorum est, quærere signa, 1. *Cor.* 1. Judæi signa petunt, *Matth.* 12. & 16. Generatio mala, & adultera signum quærit, &c. *m* Cum abieris] i. recesseris. *n* Sepulchrum Rachel,] Nota: Rachel in partu Benjamin mortua fuit, & sepulta in via, quæ ducit Bethlehem, ut legitur *Gen.* 35. Sed Bethlehem in sorte Judæ erat. Unde *Mich.* 5. Et tu Bethlehem Ephrata, parvulus es in finibus Juda. Ergo sepulchrum Rachel fuit in finibus Juda: Quid est ergo, quod hic dicit, sepulchrum Rachel fuisse in finibus Benjamin? Idem objicitur *Matth.* 2. ubi dicitur: Rachel plorans filios suos, quia videtur, quod deberet dici: Lia plorans filios suos, qui pueri occisi fuerunt de Juda, qui fuit filius Liæ. Sol. Ad primum dicimus, quod sors Judæ, & sors Benjamin conterminæ erant, & conjunctæ. Unde licet sepulchrum Rachel esset in terra Juda, tamen prope erat, & juxta fines Benjamin: unde sic exponitur hoc, quod hic dicitur: Juxta sepulchrum Rachel, i. prope: ita tamen quod in finibus Benjamin. Ad secundum dicimus, quod Rachel prope Bethlehem sepulta fuit: Ideo quasi patrona urbis erat; & ideo plorare filios suos dicitur. *o* Salientes] *Gl.* causa delectationis, & exercitii.
p Magnas foveas,] *Hebr.* habet: Ad achatas foveas. Et potest esse nomen loci, sicut Claravallis.
q Pater tuus asinis] i. curis pro asinis.
r Thabor, &c.] Hic est nomen hominis, non montis.
s Ad Deum, &c.] causa orationis.
t In Bethel,] ubi Jacob erexit lapidem in titulum. *u* In collem Domini, &c.] *Gl.* Collis Dei est, ubi Prophetæ habitabant. *Raban.* dicit, collem Domini vocari locum illum ob aliquod beneficium ibi a Deo collatum.

le in die illa. Et *a* descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cum Saule in solario, *b* stravitque *c* Saul in solario, & *d* dormivit. Cumque mane surrexissent, & jam dies lucesceret, vocavit Samuel Saul in *e* solarium, dicens: Surge, ut dimittam te: Et surrexit Saul. Egressique sunt ambo, ipse videlicet, & Samuel. Cumque descenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic *f* puero, ut antecedat nos, & transeat: *g* Tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbum Domini.

C A P. X.

Tulit autem Samuel *i* lenticulam olei, & effudit super caput ejus, & deosculatus est eum, & ait: Ecce unxit te Dominus super *k* hæreditatem suam in principem, & liberabis populum ejus de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt. Et *l* hoc tibi signum, quia unxit te Dominus in principem. Cum *m* abieris hodie a me, invenies duos viros juxta *n* sepulchrum Rachel in finibus Benjamin in meridie, *o* salientes *p* magnas foveas, dicentque tibi: Inventæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas, & intermissis pater *q* tuus asinis sollicitus est pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo? Cumque abieris inde, & ultra transieris, & veneris ad quercum *r* Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes *s* ad Deum in *t* Bethel, unus portans tres hædos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. Cumque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Post hæc venies in *u* collem Domini, ubi est *x* statio Philistinorum. Et cum ingressus fueris ibi urbem, obvium habebis *y* gregem Prophetarum descendentium de excelso, & *z* ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosque *a* prophetantes, & insiliet in te Spiritus Domini, & *b* prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. Quando ergo *c* evenerint hæc signa omnia tibi: *d* Fac quæcumque invenerit *e* manus tua, quia Dominus *f* tecum est. Et *g* descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te, ut *h* offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid *i* facias. Itaque cum avertisset humerum suum, ut abiret a Samuele, immu- [illegible]

x Statio Philistinorum.] Statio proprie dicitur navium, scil. locus ubi naves stant in hyeme. Sed hic statio Philistinorum, dicitur locus quidam, ubi quondam Philistæi metati sunt castra. Vel ut alii dicunt, custodia militaris a Philistæis ibi relicta in signum ditionis. Et hoc dicunt Hebræi. Sed contra hoc est, quod *sup.* 7. dictum est: Non apposuerunt ultra Philistiim, ut venirent in terminos Israel: Et constat, quod iste locus de Israel est. Ad hoc dicunt, quod Philistæi non fuerunt expulsi ab omnibus præsidiis Israel, sed tantum ab urbibus. Unde ibi dictum est: Redditæ sunt urbes, quas tulerant Philistiim ab Israel Israeli, ab Accaron, usque Geth, & terminos suos. Unde adhuc poterant ibi esse milites Philistiim.
y Gregem, &c.] idest, cuneum. *z* Ante eos] Sed a quo regitur hæc dictio psalterium? Dicimus, quod supplendum est ibi, & videbis ante eos Psalterium, &c. Simile *Deut.* 32. Ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ovibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, supplendum est, comedere. Hirci enim non suguntur, sed comeduntur.
a Prophetantes,] Nota: Samuel primus invenit, & instituit Conventus religiosorum jugiter psallentium Domino. Et dicebatur Conventus eorum cuneus, quasi cocuneus, a coeo cois, quod est convenio convenis: quia simul conveniebant, & manebant, & dicebantur jugiter Deum laudare, & forte aliqui ex eis aliquando prophetabant.

Inf. 13.

b Prophetabis] *Gl.* Judæi tradunt eum prophetasse de futuro sæculo, de Gog, & Magog, de præmiis justorum, & pœnis malorum. *c* Quando ergo, &c.] *Gl.* quasi his signis nosse poteris, quod Deus te fore Regem voluit; ideo in omnibus regaliter age, quia Deus tecum est. *e* Manus tua,] Potentiam notat, i. potenter, & regaliter facies in omnibus. Vel sic: *d* Fac, &c.] i. fac, quod placet tibi. Simile *infr.* 25. ubi dixit David ad Nabal: Quodcumque invenerit manus tua, da mihi, i. quod placuerit tibi. *f* Quia Dominus, &c.] Ita fuit a principio, dum humiliter se habuit Saul, fuit Dominus cum eo: quando incepit superbire, dimisit eum. Unde *infr.* 15. Cum parvulus esses in oculis tuis, caput in Israel factus es.
g Descendes, &c.] i. quando necesse habebis consulere Dominum super aliquo negotio, tunc venies ad locum illum, & vocabis me, & veniam. Et ita instruxit eum, ne sine Propheta, aut sine sacerdote aliquid magnum attentaret. Vel sic: Descendes modo ante me, quia ego sequar te, ut ibi inungaris coram populo.
h Ut offeras oblationem,] *Gl.* subauditur in consecratione regni tui, sicut in consecratione sacerdotum, septem diebus offerebantur victimæ, ut legitur *Exod.* 29. Et secundum hanc *Gl.* septem diebus determinat hoc verbum offeras. Et est sensus: Ut offeras septem diebus oblationem, &c. Tamen quidam septem diebus, referunt ad hoc verbum: Expectabis. Et est sensus: Septem diebus expectabis me, &c. Sed plenius explicabitur de hoc *inf.* 13.
i Quid facias.] *Gl.* subauditur, in consecratione regni tui.

Septem

tavit ei Deus *a* cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce *b* cuneus Prophetarum obvius ei. Et insiluit super *c* eum Spiritus Domini, & prophetavit in medio eorum. Videntes autem omnes, qui noverant eum heri, & nudiustertius, quod esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad invicem: *d* Quænam res accidit filio Cis? *e* Num & Saul inter Prophetas? Responditque alius ad alterum, dicens: Et *f* quis pater ejus? Propterea versum est in proverbium: Num *g*, & Saul inter Prophetas? Cessavit autem prophetare, & venit ad *h* excelsum. Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum ejus: Quo abistis? Qui responderunt: Quærere asinas, quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem: & dixit ei *i* patruus suus: Indica mihi, quid dixerit tibi Samuel: Et ait Saul ad patruum suum: Indicavit nobis, quia inventæ essent asinæ. De sermone autem regni, non *k* indicavit ei, quem locutus fuerat ei Samuel. Et *l* convocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha, & ait ad filios Israel: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego eduxi Israel de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, de manu omnium regum, qui affligebant vos. Vos autem hodie projecistis Dominum Deum vestrum, qui solus salvavit vos de universis malis, & tribulationibus vestris, & dixistis: *m* nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state *n* coram Domino per Tribus vestras, & per familias. Et applicuit Samuel omnes Tribus Israel, & cecidit sors Tribus Benjamin. Et applicuit Tribum Benjamin, & cognationes ejus, & cecidit cognatio *o* Methri, & pervenit usque ad *p* Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, & non *q* est inventus illis. Et consuluerunt post hæc Dominum, utrumnam venturus esset illuc. Responditque Dominus: Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde, stetitque in medio populi, & altior fuit universo populo ab humero, & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis, *r* quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamavit *s* cunctus populus, & ait: Vivat Rex. Locutus est autem Samuel ad populum *t* legem regni, & scripsit in libro, & reposuit *u* coram Domino. Et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaa. Et abiit cum eo pars exercitus, quorum *x* tetigerat Deus corda. Filii *y* vero Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei *z* munera. Ille vero *a* dissimulabat se audire.

C A P. XI.

ET *b* factum est, quasi post mensem, ascendit

Septem itaque dies, non ad expectandum, sed ad immolandum statuti sunt. Et hæc *Gloss.* videtur esse contra secundam expositionem prædictam. Sed dicendum: Non ad expectandum, supple tantum. *a* Cor aliud] quia altius, & audacius cor habuit. *b* Cuneus] Cuneus proprie est hominum consertim ambulantium, sed hic accipitur pro collegio Prophetarum, ut dictum est. *c* Super eum] Ecce quod dicitur *Jo.* 3. Spiritus ubi vult spirat. Sed quid sit spiritus iste, qui insilit in Prophetam, utrum scil. habitus, vel actus? quæstio est, & opinio. *d* Quænam] Per hoc videtur, quod Saul erat ignobilis. Responsio: Prophetare bonorum est, non nobilium. Unde hoc dicitur non propter ignobilitatem, sed quia non credebant tantæ bonitatis esse ipsum Saul, ut esset Propheta. *e* Num] i. nunquid. *f* Et quis pater ejus?] Triplex est littera hic. Quidam habent: Et Cis est pater ejus. Et est sensus: Nunquid Saul est inter Prophetas? & Cis est pater ejus? q. d. hoc mirum est, cum non sit de genere Prophetarum. Item alii habent: Et quis pater ejus? Et exponitur dupliciter. Primo sic: Dixerunt ad invicem: Quænam res accidit filio Cis? Et respondit; alter ad alterum, ad illum sc. qui quæsierat: Quænam res, &c. dicens: Et quis est pater ejus? q.d. non est de genere Prophetarum, & tamen prophetat; & ideo mirum est. Vel sic: Et quis pater ejus? Respondens: Quare dicitis: quænam res accidit filio Cis: Quare enim non prophetaret ipse, nonne pater bonus est? & hic est, q.d. & quis pater ejus? bonus est. Vel sic: Unde quæsierat: Quænam res accidit filio Cis? Et alter respondit: Quid ad rem de Cis, dummodo Dominus dederit ei spiritum prophetiæ, quia spiritus, ubi vult, spirat. Sic legit *Andr.* Alia littera habet: Et quis pater eorum: Et hanc ponit *Hier. & Raban.* Et exponitur dupliciter, secundum diversas glossas. Prima sic; Quæsierat unus vel plures, in hoc non est vis: Quænam res accidit filio Cis? & nunquid Saul inter Prophetas? Et respondit alter: Et quis est pater eorum: supple Prophetarum nisi solus Deus, q.d. quid vocatis eum filium Cis, aut Saulem? Non enim a patre suo habet, ut prophetet; sed a Deo, qui est pater Prophetarum, & dat donum prophetiæ, quibus vult. Vel sic: Quis est pater eorum, i. Prophetarum, supple, nisi iste, q. d. Quis est major isto in dignitate, & sapientia? ergo non tantum potest esse inter Prophetas, sed magister, & pater Prophetarum potest dici. *g* Num, &c.] Quod forte de solo Saule dicebatur, & de quolibet repente sublimato. *h* Ad excelsum.] Unde descendebat cuneus prophetarum, quem habuit obvium. *i* Patruus] scil. Ner. *k* Indicavit] *Gl.* Ne videretur gloriari, vel ne invidiam generaret sibi. *l* Convocavit] i. præcepit ex parte Domini, ut convenirent. *m* Nequaquam,] supple faciemus, quod dicit nobis Samuel. Vel nequaquam audiemus te. Sic dixerunt *sup.* 8. *n* Coram Domino] supple & faciemus sortes. Cujusmodi autem sortes fuerint, non invenitur scriptum. *o* Super cognationem, &c.] *Joseph.* dicit, Mathri, & sic habent emendati codices, ut dicit *Archiep. Cantuar.* Sed Mathri non in tota Tribu Benjamin, neque *in lib. de Hebr. quæstion.* Et dicunt Hebræi, non esse proprium nomen, sed appellativum. Et dicuntur Mathri, qui certissime sciunt ad signum jacere sagittas: sicut legitur de Gabaonitis, quod cum funda certissime jaciebant ad signum, ut pilum percuterent. *p* Usque ad Saul] Cum dicitur, quod Samuel tentavit sortes secũdum cor suum. Vel forte non fecit, sed ipse Dominus, secundum quod legitur in *Prov.* 16. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur. *q* Non est, &c.] Sciens enim Saul, quod quæreretur, latuit, quasi nolens suscipere principatum. *r* Quem elegit Dominus,] Ex hoc videtur, quod Domino placuit, quod Judæi haberent Regem. Contra *Osee* 13. Dedi eis Regem in ira mea. Solut. Judæi postulando regem peccaverunt, & Dominus ex ira noluit eos reprimere, & retrahere ab hac instantia, sed permisit eos habere Regem. Et hoc dicitur in *Osee*: Dedi eis Regem in ira mea, i. permisi habere. Sed quod Saul esset Rex eorum, hoc placuit Domino in principio, scil. dum fuit humilis, ut dictum est. Et in hoc respexit eos Dominus misericorditer, quod dedit eis talem regem, qui posset eos liberare de manibus inimicorum. Unde sicut Dominus permisit dimittere Judæis uxores propter majus malum vitandum, & tamen voluit, & jussit, ut in dimissione daretur libellus repudii, sic permisit Judæos habere regem, & tamen ex quo noluerunt carere Rege, voluit Dominus, quod Saul esset Rex eorum. *s* Cunctus populus,] i. major pars populi, quia non omnibus placuit, ut patet *inf. eod.* *t* Legem regni,] scil. quid Rex a populo exigere, & quid populus Regi dare debet, sicut *sup.* dictum est. *u* Coram Domino.] i. in tabernaculo. *x* Tetigerat] ad consentiendum in Saulem, ut esset Rex. *y* Filii vero, &c.] i. sine jugo. Et hic patet, quod non cunctus populus clamavit *sup.* Vivat Rex, sed major pars, ut dictum est. *z* Munera.] sicut fit novo Regi. *a* Dissimulabat, &c.] Sed quare hoc? Quia si statim vindicaret in eos, ascriberetur ferocitati, & impatientiæ; si non vindicaret, ascriberetur pusillanimitati; & ideo prudenter dissimulavit.

EXPOSITIO CAP. XI.

ET *b* factum est, &c.] In hoc cap. agitur de prima militia Saulis post inunctionem suam. Accidit enim, ut eo tempore Naas Ammonites obsedit Jabes Galaad. Obsessi vero miserunt nuncios ad Saulem, qui congregatis trecentis millibus virorum divisit exercitum in tres partes. Et ingressus in castra Naas vigilia matutina, percussit eum Saul plaga grandi. Et sic liberati sunt Jabitæ. Et reversus est

est populus cum Saule, & Samuele in Galgala, & inunctus est secundo in Regem. Et significat mystice pugna ista bellum Hæreticorum contra Ecclesiam Dei. Naas enim interpretatur serpens, & significat diabolum. Ammon, populus mœroris. Hi sunt Hæretici, qui privati gaudio in spiritu fluctum expectant æternum. Jabes interpretatur sensus, Galaad acervus testimonii. Hi sunt viri sensati, habentes testimonium scripturarum: contra quos ascendit diabolus ad expugnandum, pactum faciens cum eis, ut dexteros oculos eis eruat, sinistros dimittat, idest, ut visum sanæ fidei in eis extinguat. Visum vero mundanæ sapientiæ sanum relinquat. Sed Saul, i. Christus populum suum ad se mittentem nuncios, orationis, scilicet, liberat ducens exercitum, quem divisit in tres partes, idest, in Apostolos, & Martyres, & Confessores.

a Naas Ammonites] scilicet Rex Ammonitarum.

b Jabes] regio est, sive civitas est, Galaad vero patria.

c Oculos dexteros] volebat eis eruere potius quam sinistros, ut essent inutiles in bello, quia sinistri oculi clypeo teguntur in pugna, & sic faciebat Naas omnibus, quos capiebat in bello. Sed quare omnino non excæcabat eos? Forte propter majus opprobrium. Licet enim ibi majus damnum esset, hic tamen majus opprobrium vel forte in hoc parcebat eis, quia nolebat eos penitus excæcare.

d Venerunt ergo, &c.] Dicit *Josephus*, quod hoc concessit eis Naas, de facili quasi spernens eos, & auxilia eorum. *e* In Gabaa] civitatem Saulis. *e* Saulis] idest, ad Saulem, quia ad ipsum missi erant nuncii, vel in Gabaa Saul, idest, quæ erat ipsius Saulis.

f Hæc audiente populu] quia Saul non erat præsens tunc. *g* Et levavit] ad Dominum. Vel alte clamavit, ad litteram.

g Sequens boves] non ut custos boum, quia hoc esset inconveniens, ut Rex esset bubulcus, sed casu accidit, ut eum rediret Saul de agro, boves pręcederent eum in via. Tamen *Josephus* vult aperte, quod Saul redibat tunc ab agrili opere. Non enim propter regnum dimiserat officium suum. Hoc est contra religiosos, qui quando fiunt Episcopi, dimittunt regulam suam.

h In Saul] animans eum ad succurrendum Jabitis.

i Iratus] ira zeli, non vitii.

k Furor ejus] idest, animositas.

l Utrumque bovem] post quos ibat. Ita fecit Eliseus 3. *Reg.* 19. suscepto super se pallio Eliæ, tulit par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populu, & comederunt. *m* Saul, & Samuel] quos nominat propter auctoritatem, & præponitur Saul. Sic enim fieri debet in edictu regis. *n* Sic fiet, &c.] Non dicit, sic fiet ei. Et est temperata pęna edicti. Sic deberet adhuc fieri in bannis principum, ut ejus boves, vel animalia sumerentur, qui non vult sequi suum dominum in justa expeditione. *o* Timor] immissus a Domino. *p* Quasi vir unus] idest, uno animo. *q* Recensuit] idest, numeravit, non ex supercilio elationis, ut David 2. *Reg.* 24. sed, ut certus esset de numero pugnatorum. *q* Bezech] civitas est. *r* Cras] idest, in futuro dicit *Interl.* Thema in vigilia Natalis Domini. Simile *Genes.* 30. Respondit mihi cras justitia mea. *s* Et facietis, &c.] Ironice dicebant hoc, & irrisorie. *t* Percussit Ammon] idest, populum Naas. *u* Dispersi sunt] mali dispersi sunt, boni conjuncti sunt, voluntatum unitate, & morum conformitate. *Act.* 2. Dum complerentur, &c.

x Quis est iste, &c.] *sup.* 10. alia verba sunt hæc, scilicet: Num salvare nos poterit iste? despective. *y* Non occidetur, &c.] Similiter *inf.* 2. *lib.* 19. dixit David ad Abisai, qui volebat interficere Semei; ergo ne hodie interficietur homo in Israel *y* Innovemus] idest, confirmemus.

z Et fecerunt] idest, confirmaverunt. *a* Pacificas] idest, pro pace habita, & conservanda. *b* Nimis] idest, multum.

a Naas Ammonites, & pugnare cœpit adversus *b* Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & serviemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fędus, ut eruam omnium vestrum *c* oculos dexteros, ponamque vos opprobrium in universo Israel. Et dixerunt ad eum seniores Jabes: Concede nobis septem dies, ut mittamus nuncios ad universos terminos Israel, & si non fuerit, qui defendat nos, egrediemur ad te. *d* Venerunt ergo nuncii in *e* Gabaa Saulis, & locuti sunt verba hæc *f* audiente populo. Et *g* levavit omnis populus vocem suam, & flevit. Et ecce Saul veniebat mane *g* sequens boves de agro, & ait: Quid habet populus, quod plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes. Et insiluit spiritus Domini in *h* Saul, cum audivisset verba hæc, & *i* iratus est k furor ejus nimis. Et assumens utrumque *l* bovem concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manus nunciorum, dicens: Quicumque non exierit, & secutus fuerit *m* Saul, & Samuel, sic *n* fiet bobus ejus. Invasit ergo *o* timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir *p* unus, & *q* recensuit eos in Bezech. Fueruntque filiorum Israel trecenta millia, virorum Juda triginta millia. Et dixerunt nunciis, qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt in Jabes Galaad: *r* Cras erit vobis salus, cum incaluerit Sol. Venerunt ergo nuncii, & annunciaverunt viris Jabes. Qui lætati sunt, & dixerunt: Mane exibimus ad vos, & *s* facietis nobis omne, quod placuerit vobis. Et factum est, cum venisset dies crastinus, constituit Saul populum in tres partes. Et ingressus est media castra in vigilia matutina, & *t* percussit Ammon, usque dum incalesceret dies. Reliqui autem dispersi *u* sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter. Et ait populus ad Samuelem: *x* Quis est iste, qui dixit, Saul non regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul: Non *y* occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel. Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & *y* innovemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, & *z* fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala. Et immolaverunt ibi victimas *a* pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel *b* nimis.

CAP. XII.

DIXIT *c* autem Samuel ad universum Israel: Ecce audivi vocem vestram juxta omnia, quæ locuti estis ad me, & constitui super vos Regem. Et nunc Rex graditur ante vos: ego autem senui, & incanui. *d* Porro filii mei vobiscum sunt. Itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad diem hanc *e* ecce præsto sum, loquimini de me coram Domino, & *f* coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum. Si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, & *g* contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam. Dixitque ad eos: Testis est Dominus *b* adversum vos, & testis Christus ejus in

EXPOSITIO CAP. XII.

Dixit *c* autem Samuel, &c.] In petitione regis. *d* Porro filii, &c.] q. d. inter vos nutritus sum, & filii mei similiter, unde potestis scire conversationem meam, utrum scilicet fuerim injuriosus alicui. *e* Ecce præsto sum] ad audiendum, & satisfaciendum, si aliquid tale egi. *f* Coram Christu ejus] idest, Saule uncto in regem. *g* Et contemnam illud hodie] idest, non reputabo mihi injuriam factam, si hoc dixeritis. Vel contemnam, idest, non habebo curam, quin totum restituam. Simile dixit Moyses *Num.* 16. Domine, tu scis, quod nec asellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Et Paulus *Act.* 20. Argentum, & aurum, & vestem nullius concupivi. Ubi sunt Prælati hodie, qui vere possint hoc dicere?

b Adversum vos] imo debent dicere, pro vobis, ideo quidam sic exponunt: Testis est Dominus adversum vos, idest, vos non mentimini in hoc, quod est pro me, & contra vos, quia quanto magis gravavit eos, tanto plus, tenebantur ei, & tamen abjecerunt eum, postulando Regem. Vel interrogative potest legi, sic: Testis, &c. q. d. Vultis, quod Dominus sit testis contra vos, si de cetero dixeritis contrarium?

die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. *a* Et dixerunt: Testis. Et ait Samuel ad populum: Dominus, qui fecit Moysen, & Aaron, & eduxit patres nostros de *b* terra Ægypti, adest. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversus vos coram Domino, de omnibus *c* misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris, quomodo *c* Jacob ingressus est in Ægyptum, & *d* clamaverunt patres vestri ad Dominum, & misit Dominus *d* Moysen, & Aaron, & *e* eduxit patres vestros ex Ægypto, & collocavit eos *f* in loco hoc. Qui obliti sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manu *g* Sisaræ magistri militiæ *h* Asor, & in *i* manu Philistinorum, & in manu k regis Moab, & pugnaverunt adversum eos. Postea clamaverunt ad Dominum, & dixerunt: Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, & servivimus *l* Baalim, & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & serviemus tibi. Et *m* misit Dominus *n* Jerobaal, & *o* Badan, & Barach, & Jephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter. Videntes autem, quod Naas rex filiorum Ammon venisset *p* adversum vos, dixistis mihi: *q* Nequaquam, sed Rex imperabit nobis, cum Dominus Deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo præsto est Rex vester, quem elegistis, & petistis. Ecce dedit vobis Dominus regem. Si timueritis Dominum, & servieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non *r* exasperaveritis os Domini, *s* eritis & vos, & rex, qui imperat vobis sequentes Dominum Deum vestrum. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermonem Domini, erit *t* manus Domini super vos, & super patres vestros. Sed & nunc *u* state, & videte rem istam *x* grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. Nunquid non *y* messis tritici est hodie? Invocabo Dominum, & dabit *z* voces, & pluvias, & scietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini petentes super vos regem. Et clamavit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluvias in illa die. Et timuit omnis populus nimis Dominum, & Samuelem, dixitque universus populus ad Samuelem: Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur. Addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis Regem. Dixit autem Samuel ad populum: *a* Nolite timere, vos fecistis universum malum hoc: verumtamen nolite recedere *b* a tergo Domini, & servite Domino in omni corde vestro, & nolite declinare *c* post vana, quæ non proderint vobis, neque eruent vos, quia vana sunt, & non derelinquet Dominus populum suum propter *d* nomen suum magnum: quia *e* juravit Dominus facere vos sibi populum. Absit *f* autem a me hoc peccatum in Domino, ut cessem *g* orare pro

a Et dixerunt, &c.] supple, sit Dominus, si aliter dixerimus Christo ejus, i. Saul. Nota prudentiam Samuelis, ipse volebat Judæis peccata objicere, & ideo prius se purgavit coram rege, eorum testimonio, ne possent postea reconveniendo mentiri in eum, & ita tutius potuit eos arguere. Præterea in hoc ostenditur nobis, quod qui aliter se habet ad subditos quam ipse habuit, non potest eos arguere de peccato. Quomodo enim arguet prælatus luxuriosus subditum luxuriosum? *Roman* 2. Existimas, o homo, qui judicas eos, qui talia agunt, & facies ea, quia tu effugies judicium Dei? Et ideo multi Prælati muti sunt, vident multa fieri, & non audent corrigere *Isai.* 56. Speculatores cæci omnes, nescierunt universi, canes muti non valentes latrare. *b* De terra, &c.] i. præsens est. *c* Misericordiis Domini] non dicit suis. *c* Jacob] *Gen* 46. *d* Clamaverunt] oppressi a Pharaone. *d* Misit Dominus Moysen] *Exod.* 4. Moyses sapiens fuit, Aaron eloquens. Hæc duo vult Dominus esse in illo, qui mittitur ad populum liberandum. *e* Eduxit] *Exod.* 12. *f* In loco hoc] tam nobili, tam fertili. *g* In manu Sisaræ] *Jud.* 4. De qua liberavit eos Delbora. *h* Militiæ Asor] i. Jabin regis Asor. *i* In manu Philistinorum] *Jud.* 13. Hic liberavit Samson. k Regis Moab] *Jud.* 3. Hic liberavit Ajoth. *l* Baalim, & Astaroth] nomina sunt idolorum. *m* Et misit Dominus] Unde *Psalm.* 31. Dixi confitebor, &c. & tu remisisti. *n* Jerobaal] qui & Gedeon dicitur. *o* Badan] sed rectior littera est Dedan. *Gloss.* Samson fortissimus. Sed nota Hebræi dicunt, Bendan, i. filium Dan, scilicet quemdam de Tribu Dan, sed de isto nulla fit mentio in Judicum: Unde verius dicitur Dan, idest, Samsone. De Gedeone habes *Jud.*6.7.8. De Samsone *Jud.*13.14 15.16. De Barach, *Jud.*5 De Jephte, *Jud.*11.12. De Samuele, 1.*Reg.*1.2 & deinceps. *p* Adversum vos] Contrarium videtur *sup* 11. ubi dicitur, quod Naas Ammonites quasi post mensem unctionis Saul, cœpit pugnare contra Jabes Galaad, hic autem dicitur, quod ante unctionem Saul venit Naas adversum eos. Solut. Utrumque verum est, ut dicit *Josephus*. Naas multos oppresserat ultra Jordanem ante electionem Saul, propter quod etiam Judæi compulsi sunt petere regem. Mense vero transacto post unctionem Saul, cœpit Naas expugnare Jabes. *q* Nequaquam] faciemus, scilicet, quod dicis, ne petamus Regem. *r* Non exasperaveritis, &c.] idest, non reputaveritis mandata ejus aspera. Vel exasperaveritis, idest, aspere loqui feceritis propter peccata vestra. Dominus enim aspere loquetur peccatoribus, quando dicet: Venite ad judicium. Asperius, quando dicet: Esurivi, & non dedistis mihi manducare. Asperrime quando dicet: Ite maledicti, &c. E converso, Dominus bonis loquitur jucunde, *Isa.* 26. Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in pulvere. Jucundius *Matth.* 25. Esurivi, & dedistis mihi manducare. Jucundissime, ibidem: Venite benedicti, &c. Vel os Domini dicit Prophetas Domini, per quos dominus loquitur. *Jerem.* 15. Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris. *s* Eritis & vos, &c.] q.d. si hæc feceritis, vos, & Regem vestrum pariter custodiet Dominus. *t* Manus] idest, flagellum. *u* Sed & nunc state] q.d. per signa sequentia ostendam, quod male fecistis. *x* Grandem] idest, insuetam. *y* Messis] *Gloss.* collectio, scilicet Gentilis populi ad fidem. *Joan.* 4. Levate oculos vestros, & videte, &c. *z* Voces, & pluvias] *Gloss.* idest, tonitrua, & pluvias: Non est consuetudo Judææ in tempore æstatis pluere. Sed hoc videtur falsum: nam *Josue* 3. legitur, Jordanis ripas alvei sui impleverat in tempore messis. Item *Eccl.* 24. Qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis. Constat, quod hoc non est nisi ex pluvia? ergo pluit in Judea tempore messis. Solutio: Sicut dicit hic *Gloss.* & *Beda super Matth.* 16. Tempore messis non pluit in Judæa. Unde & Judæi illo tempore petierunt signum de cœlo. *Matth.* 16. Quod autem dicitur in Josue, & Ecclesiastico, solvitur: quia ex pluvia, quæ fuerat ante messem, adhuc tempore messis inundabat Jordanis, vel potius ex resolutione nivium, quæ fit maxime tempore messis. Sed mystice: Christus in adventu suo dedit voces. *Gloss.* blandientem prædicationem, & pluvias. *Gloss.* verba Evangelii, vel legis. *a* Nolite, &c.] Imo ideo debent timere, quia fecerunt malum. Solutio: Ideo dicitur, nolite timere, quia pœnitebant, & confitebantur malum, quod fecerant.

b A tergo Domini,] *Gloss.* qui sequimini Dominum tanquam ducem vestrum. *c* Post vana] idest, mundi desideria. *Sap.* 5. Quid profuit nobis superbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra. *d* Propter, &c.] idest, propter misericordiam suam, vel propter filium suum, qui dicitur nomen patris, quia loquitur ipsum mundo, idest, manifestat. *Psalm* 24. Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo; Multum est enim.

e Juravit] idest, firmiter promisit, vel statuit.

f Absit autem, &c.] Argumentum, quod Prælatus peccat, si non oret jugiter pro subditis, multo fortius peccat, si facit se talem, ut oratio ejus sit inutilis. Maxime vero peccant, qui talem Prælatum constituunt, de quo præsumitur, quod omnino non erit utilis.

g Ut cessem] *Gloss.* quamvis me, & Dominum offenderitis.

h Pro vobis] Similiter & Moyses pro Judæis, qui eum, & Dominum abjecerant, oravit. *Exod.* 32. Et ita sunt duo in veteri Testamento, qui oraverunt pro inimicis. Unde *Jerem.* 15.

Jerem. 15. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum. Sic & duo in novo Testamento, scilicet Christus in Cruce, *Luc.* 23. Stephanus in lapidatione, *Act.* 7. Unde *Matth.* 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri.

postulaverunt Regem, & dedit eis Dominus Saul filium Cis, annis quadraginta. *Hebraeus* sic habet: Filius unius anni erat Saul, cum esset in Regno, & duobus annis regnavit. *f* Elegit sibi Saul, &c.] idest, cum regnasset uno anno, & post duobus aliis, & ita in tribus elegit sibi tria millia.

a Timete Dominum] *Gloss.* sicut filii.
b Ex toto corde, &c.] *Glos.* non ex necessitate.
c Pariter peribitis.] Si caecus caeco ducatum praebeat, nonne ambo in foveam cadunt?

vobis, & docebo vos viam bonam, & rectam. Igitur *a* timete Dominum, & servite ei in veritate, & *b* ex toto corde vestro. Vidistis enim magnifica, quae in vobis gesserit Dominus. Quod si perseveraveritis in malitia, & vos, & Rex vester *c* pariter peribitis.

CAP. XIII.

Filius *d* unius anni erat Saul cum regnare coepisset: *e* duobus autem annis regnavit super Israel. Et *f* elegit sibi Saul tria millia de Israel. Et erant cum Saul duo millia in *g* Machmas, & in monte Bethel, mille autem cum Jonatha in *h* Gabaa Benjamin. Porro ceterum populum *i* remisit, unumquemque in tabernacula sua. Et percussit Jonathas *k* stationem Philistinorum, quae erat in Gabaa. Quod cum *l* audissent Philistiim, Saul *m* cecinit buccina in omni terra, dicens: *n* Audiant Hebraei. Et universus Israel audivit hujuscemodi *o* famam: Percussit Saul stationem Philistinorum: & erexit se Israel adversus Philistiim. Clamavit ergo populus post Saul in Galgala, & Philistiim congregati sunt ad praeliandum contra Israel triginta millia curruum, & sex millia equitum, & reliquum vulgus sicut arena, quae est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad Orientem Bethaven. Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos, afflictus enim erat populus, absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis. *p* Hebraei autem transierunt Jordanem, in terram *q* Gad, *r* & Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, *s* universus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et *t* expectavit septem diebus juxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saul: Afferte mihi *u* holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Et egressus est Saul obviam ei, ut salutaret eum. Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi, quod populus dilaberetur a me, & tu non veneras juxta placitos dies, porro Philistiim congregati fuerant in Machmas, dixi: Nunc descendent Philistiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum. Dixitque Samuel ad Saul: Stulte egisti, nec *x* custodisti mandata Domini Dei tui, quae praecepit tibi. Quod si non *y* fecisses, jam nunc praeparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed

g In Machmas] aliqui libri habent Machimas, & hanc litteram dicit versorem *Archiepiscopus Cantuar.*
h In Gabaa] *Gloss.* Gabaa urbs est Phinees filii Eleazari, ubi ipse Eleazar sepultus est, & interpretatur collis patruelis.
i Remisit] Sauli.
k Stationem] idest, milites de statione.
l Quod cum audissent Philistiim] supple percussam stationem suam, conturbati sunt, ita supplet *Hieron.* Vel supple sic: Praeparaverunt se ad pugnam contra Israel. *Sup. 10.*
m Cecinit] idest, fecit buccinari.
n Audiant] hoc, scilicet, quod Saul percussit stationem Philistiim.
o Famam] quae sequitur, scilicet percussit, &c.
p Hebraei autem] Quidam erant in Israel appropriato vocabulo sic dicti, quia frequenter transibant Jordanem ut dicunt, & ideo dicti sunt Hebraei. Hebraeus enim interpretatur transiens.
q Gad] nomen est fortis.
r Galaad] nomen est regionis.
s Universus] idest, pars major.
t Expectavit septem diebus] idest, usque ad septimum diem expectavit. Et cum tota septima die deberet expectare Samuelem timore compulsus, in ipsa septima die sacrificavit, & ita peccavit transgrediens pactum, quod pepigerat cum Samuele. Unde *Josephus* dicit: Expectavit Saul Samuelem non cum perfectione. *Gen. 12. 2. Paralip. 16.*

EXPOSITIO CAP. XIII.

A Filius *d* unius anni] In praecedentibus capitulis dictum est de promotione Saulis. In hoc capitulo dicitur, quod Samuel praedixit Sauli de translatione Regni. Et primo ostenditur, qualis fuit Saul quando electus est in Regem, scilicet bonus, & humilis. Secundo qualis postea fuit, scilicet

B superbus, & inobediens, propter quod translatum est regnum ab eo, & a domo ejus. Dicit ergo: Filius unius anni erat Saul cum regnare coepisset, idest, humilis, & quasi parvulus. Unde *inf.* 15. Cum parvulus esses in oculis tuis, caput in Tribubus Israel factus es. *e* Duobus autem annis, &c.] idest, juste rexit populum. In reliquis annis quasi tyrannus fuit, & non Rex. Vel sic: Filius unius anni erat Saul

C cum regnare coepisset, vigesimumprimum annum habebat, quando coepit regnare. Et videtur haec expositio extranea, sed non est ita. Legitur enim *Num.* 1. quod homines a viginti annis, & supra, tantum eligebantur ad bellum. Ideo ergo Saul dicitur fuisse unius anni cum regnare coepit, quia unum habebat supra vigesimum. *Raban.* legit hoc de Isboseth filio Saulis. Et secundum hoc Saul est dativi casus. Et est sensus: Sauli erat filius unius anni quando ipse Saul coepit regnare. Et duobus annis regnavit super Israel, scilicet ipse Isboseth, ut dicitur *infr.* 2. *Reg.* 2. Sed objicitur: Saul circiter viginti annos regnavit, ut dicit *Magister in histor.* & idem legitur *in Chronicis Samuel.* & *Saul*, & hoc etiam dicunt sancti. Isboseth vero statim post mortem Saulis coepit regnare, ut patet *infr.* 2. *Reg.* 2. Et quadraginta annorum erat, quando mortuus est, ut legitur 2. *Reg.* 2. Ergo, vel plus regnavit, quam duobus annis: vel Saul plus regnavit quam viginti, vel Isboseth plures annos habuit, quando Saul coepit regnare. Sed Isboseth tantum duobus annis regnavit, ut dictum est, & Saul tantum viginti, ergo Isboseth plures annos habuit, quando Saul coepit regnare, ergo falsa est illa expositio *Rabani*. Ad hoc solvit *Rabanus*, quod Saul statim post Heli coepit regnare, & ponit annos Samuelis in regno Saulis, & ita sunt quadraginta annis, quibus regnavit Saul, & ita omnia concordant. Sed quaeritur: Unde accepit *Rabanus*, quia neque liber Regum, neque Paralipomenon ponit numerum annorum Samuelis, neque Saulis. Sed dicimus, quod accepit hoc de *Act.* 13. ubi Paulus in sermone, quem fecit Antiochiae Syriae dicit: Post haec autem dedit eis Dominus Judices usque ad Samuelem Prophetam. Exinde

u Holocaustum, & pacifica] idest, animalia ad faciendum holocaustum, & pacifica. *x* Nec custodisti] Quare dicit hoc Samuel, videtur, quod male arguat eum, quia Saul expectavit eum septem diebus juxta condictum *sup.* 10. Ad hoc dicit *Gloss. Hier.* quae sic incipit: Videtur quibusdam, quod illa littera supra posita 10. Ego quippe descendam, &c. sic distinguenda est: Ego descendam ad te, & tu expectabis me, ut offeras oblationem, & immoles victimas septem diebus, idest, expectabis me antequam immoles victimas septem diebus, quae fiunt septem diebus, & hoc non fecit Saul, & ideo peccavit. Unde alia *Gloss.* dicit hic: Samuel ex praecepto Domini *supr.* 10. jusserat, ut expectaret illum, donec veniret ad inungendum Regem, & offerendum victimas septem diebus, sicut in consecratione sacerdotis, quod quia non custodivit, recte arguitur. *y* Quod si non fecisses, &c.] Hoc videtur falsum, quia Dominus sciebat eum peccaturum. Solutio: Expone sic: Jam nunc praeparasset, idest, non fuisset inventum in te, propter quod esses amovendus a Regno. Vel sic: Si hoc non fecisses effectus praeparationis Regni Israel in te aeternum mansisset. Peccatum igitur Saulis non impedivit praeparationem Dei, quae aeterna est, sed effectum, qui temporalis est.

a nequaquam regnum tuum ultra consurget. *b* Quæsivit sibi Dominus virum juxta cor suum, & præcepit ei Dominus, ut esset Dux super populum suum, eo quod non servaveris, quæ præcepit Dominus. Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul *c* obviam populo, qui expugnabant eos venientes ex Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recensuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo, quasi sexcentos viros, & Saul, & Jonathas filius ejus, populusque, qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin. Porro Philisthiim consederant in Machmas. Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum *d* tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephraim ad terram Saul. Porro alius ingrediebatur per viam Bethoron. Tertius autem vertebat se ad iter termini, in terra Sabaa imminentis vallis Seboim contra desertum. *e* Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel. *f* Caverant enim Philisthiim, ne forte facerent Hebræi *g* gladium, aut lanceam. *h* Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque *i* vomerem suum, & ligonem, & securim, & tridentem, & sarculum. Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentium, & securium usque ad *k* stimulum corrigendum. Cumque venisset dies prælii, *l* non est inventus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saul, & Jonatha, *m* excepto Saul, & Jonatha filio ejus. Egressa est autem statio Philisthiim, ut *n* transcenderent in Machmas.

C A P. X I V.

ET *o* accidit quadam die, ut diceret Jonathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum. Veni, & transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit. Por-

a Sed nequaquam, &c.] Hoc videtur falsum, quia Isboseth post Saulem regnavit duos annos, sicut dicitur *infr.* 2. *Reg.* 2. Solut. Isboseth non regnavit plenarie, sed super quædam præsidia, ut patet *infr.* 2. *Reg.* 2.

b Quæsivit] *Gloss.* Non ubi sit, nesciens, sed per hominem more hominum loquitur, qui, & loquendo quærit. Vel expone; Quæsivit, idest, quæret, idest, placebit ei. Et ponitur antecedens pro consequente. Simile in *Psalm.* 7. Scrutans corda, & renes Deus. In *Act.* 13. dicitur: Invenit Deus virum secundum cor suum.

D *c* Obviam populo] idest, Philisthæis.

d Tres cunei] Nec filii Israel ausi sunt umi resistere, in tantum debilitati erant.

Moraliter. Moraliter. Tres cunei Philisthiim, idem sunt, quod tres turmæ Chaldæorum, *Job* 1. Unus cuneus pergit contra viam Ephraim, quando, scilicet, diabolus tentat per avaritiam. Alius ingreditur per viam Bethoron, quæ interpretatur domus magistri, quando tentat de superbia, sive inani gloria. Unde diabolus Dominum tentavit in pinnaculo templi, *Matth.* 4. ubi erat locus docendi. Tertius

A cuneus vertit se ad terram Sabaa, quæ interpretatur captiva, & significat carnem, hoc est, quando tentat de luxuria, & gula. *f* Caverant enim.] ut facilius possent superare, i. caute providerant, quia omnes fabros expulerant de Israel, & forte duxerant eos in terram suam. Similiter legitur 4. *Reg.* 24. quod Nabuchadonosor transtulit de Jerusalem in Babylonem omnes viros robustos septem millia, & artifices, & inclusores mille. *i* Vomerem] Nota quatuor, vomerem, ligonem, securim, stimulum, quæ sacræ Scripturæ conveniunt. Vomer est dum prædicatur. *Isa.* 2. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Securis est, dum comminatur. *Matth.* 3. Jam securis ad radicem arboris posita est. Ligo est, dum operatur. *Joel* 3. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones in lanceas. Stimulus est dum exhortatur. *Eccl.* 38. Qui gloriatur in jaculo, stimulo boves agitat. *k* Usque ad stimulum corrigendum] Dupliciter legitur, primo sic, i. emendandum, sive exacuendum. Vel qui est ad corrigendum, bovem scil. *l* Non est inventus ensis] Sed quomodo interfecerunt filii Israel Ammonitas, cum non haberent gladios? Illud enim bellum præcessit. Præterea, quomodo dimicaverunt, cum non haberent arma? Hoc solvit *Josephus* dicens, quod Philisthiim abstulerant arma tantum eis, qui erat in Gabaa, & juxta eos. Et hi soli Gabaonitæ aliis fugientibus remanserunt cum Saul, & Jonatha, & ita verum est, quod dicitur: In manu totius populi non est inventus ensis, aut lancea, excepto Saul, & Jonatha. In pugna vero contra Ammonitas filii Israel omnes fuerunt, tam habentes gladios, quam non habentes, & interfecerunt eos. *m* Excepto Saul]. Argumentum, quod licet minores Prælati careant scientia prædicationis, tamen majores necessario tenentur eam habere in manu, idest, in opere. *n* Ut transcenderent in Machmas] Sed quid est hoc? *Sup.* dictum est, quod Philisthiim conscenderant in Machmas, quomodo ergo volebant transcendere in Machmas? Sol. Sic construe. Statio Philisthiim existens supple in Machmas, egressa est, ut, scilicet, alibi ascenderet.

Moraliter. Moraliter. *e* Porro faber, &c.] Faber ferrarius est prædicator, vel Doctor, qui operatur in igne, vel malleo super incudem, idest, in verbis sacræ Scripturæ, quæ sunt ignis, & malleus. Unde *Jerem.* 23. Nunquid non verba mea quasi ignis ardens, & quasi malleus conterens petras? Verba Domini sunt ignis, quia consumunt rubiginem peccatorum, & calefaciunt ad amorem Dei, & illuminant ad cognoscendos articulos fidei. Sunt etiam malleus, quia duritiam cordium frangunt, & emolliunt ad compunctionem: lapis igne calefactus cito frangitur malleo, sic cor hominis quando est calore verbi Dei calefactum, cito liquescit in devotionem. Incus est cor peccatoris, super quod debet prædicator operari, & formare vas in honorem in domo Domini. *Eccl.* 38. Faber ferrarius sedet juxta incudem considerans opus ferri, vapor ignis urit carnes ejus, & in calore ignis concrematur: vox mallei innovat aurem ejus, & contra similitudinem vasis oculus ejus, cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia sua ornabit imperfectionem. Iste faber ferrarius non invenitur in omni terra Israel, idest, in Ecclesia non invenitur prædicator, aut doctor verbi Dei. Multi sunt doctores, & multi prædicatores, sed pauci fabri ferrarii, quia pauci sunt, qui ob studium, & amorem verbi Dei sustineant ardorem, aut laborem, ut faber ferrarius facit. *f* Caverant enim Philisthiim, &c.] idest, maligni spiritus cavent, ne sit prædicator in populo Dei, quia per prædicationem converterentur ad Deum, qui ob defectum verbi Dei remanent, & moriuntur in peccatis. *g* Gladium, aut lanceam] Gladius, qui de prope percutit, dicitur Sacra Scriptura, ubi præsentia peccata destruit; & lancea dicitur, ubi futura docet cavere, vel præterita plangere. *h* Descendebat ergo, &c.] ad Philisthæos descendunt acuere vomere, qui ad verba Philosophorum prædicationem, aut doctrinam sacræ Scripturæ convertunt. Multi descendunt hodie. Sed tantum potest acui gladius, quod totus consumitur. Sic etiam quidam tantum Philosophiam sequuntur, quod Theologia annihilatur. Aliter expone sic: Terra Israel est religio sive claustrum. Faber ferrarius expositor, sive Doctor, sive prædicator sacræ Scripturæ. Olim fere omnes fabri ferrarii erant in terra Israel, quia fere omnes expositores, omnes Doctores fuerunt religiosi, & habitabant in claustris. Augustinus, regularis fuit. Hieronymus, Gregorius, Beda, Monachi fuerunt. Sed Philisthiim, idest, dæmones, tantum fecerunt, quod nullus modo reperitur ibi. Sed oportet omnes descendere ad Philisthiim, acuere gladios, & lanceas, idest, ad scientias lucrativas.

EXPOSITIO CAP. XIV.

ET *o* accidit quadam die, &c.] In præced. cap. dictum est, quod percussa statione Philisthiim a Saule, congregati sunt Philisthæi ad præliandum contra Israel, & consederunt in Machmas. Saul vero, & Jonathas erant in Gabaa Benjamin tantum cum sexcentis militibus, non habentibus gladium, vel lanceam. In hoc autem capite ostenditur, qualiter per Jonathan cum armigero suo dispersus fuerit exercitus Philisthiim, & confusus; & quomodo Saul postea persecutus est eos, & quomodo Jonathas contra prohibitionem Saul comedit de melle in via, & vix liberatus est a populo e manibus patris. Quo facto, redierunt omnes ad propria, & Saul confirmatus est in regno, & quocumque se verteret, superabat hostes. *Mystice.* Mystice. Saul significat hic Christum: Jonathas, doctores, & clericos: Armi-

ge r

ro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub *a* malogranato, quæ erat in Magron: & erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii *b* Phinees, qui ortus fuerat ex Heli Sacerdote Domini in Silo, portabat Ephod. *c* Sed & populus ignorabat, quo isset Jonathas. Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Jonathas transire *c* ad stationem Philistinorum, eminentes petræ, d ex utraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc, & inde prærupti. d Nomen uni Bodes, & nomen alteri Sene. Unus *e* scopulus prominens ad Aquilonem ex adverso Machmas, & alter ad Meridiem contra Gabaa. Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum: Veni, transeamus ad stationem Philistinorum *f* incircumcisorum horum, si forte faciat Dominus pro nobis, quia non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis. Dixitque ei armiger suus: Fac omnia, quæ placent animo tuo: perge, quo cupis, & ero tecum, quocumque volueris. Et ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis, si *g* taliter locuti fuerint ad nos, *h* manete, donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint: Ascendite ad nos: ascendamus ad eos, quia tradidit eos Dominus in manus nostras: hoc erit nobis signum. Apparuit igitur *i* uterque stationi Philistinorum, dixeruntque Philistiim: En Hebræi egrediuntur de k cavernis, in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de *l* statione ad Jonathan, & ad armigerum suum, dixeruntque: Ascendite ad nos, & ostendemus *m* vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum: Ascendamus, sequere me. Tradidit enim eos Dominus in manus Israel. *n* Ascendit autem Jonathas reptans manibus, & pedibus, & armiger ejus post eum. Itaque cum vidissent faciem Jonathæ, alii cadebant ante Jonathan, alios armiger ejus *o* interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima, *p* quam percussit Jonathas, & armiger ejus, quasi viginti virorum in media parte *q* jugeri, quam *r* par boum in die arare consuevit. Et factum est miraculum in castris, & per agros. Sed & *ſ* omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, & conturbata sunt castra: & accidit *t* quasi miraculum a Deo. Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Benjamin, & ecce multitudo prostrata, & huc, illucque diffugiens. Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite, & videte, quis abierit ex nobis. Cumque requisissent, repertum est, non adesse Jonathan, & armigerum ejus. Et ait Saul ad Achiam: *u* Applica arcam Domini. *x* Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel. Cumque loqueretur Saul ad Sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum, crescebatque paulatim, & clarius *y* reboabat. Et ait Saul ad Sacerdotem: *z* Contrahe manum tuam. Conclamavit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & venerunt usque ad locum certaminis. Et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, & cædes magna nimis. *a* Sed & Hebræi, qui fuerant cum Philistiim heri, & nudiustertius, ascenderantque *b* cum eis in castris, reversi sunt, ut essent cum Israel, & his, qui *c* erant cum Saul, & Jonatha. Omnes quoque Israelitæ, qui se absconderant in monte Ephraim, audientes, quod fugissent Philistiim, sociaverunt se *d* cum suis in prælio. Et erant cum Saul quasi decem millia virorum. Et salvavit Dominus Deus Israel in die illa. Pugna autem pervenit usque ad Bethaven. Et viri Israel *e* sociati sunt sibi in die illa.

ger discipulos doctorum, sive quoslibet fideles. Philistiim, hæreticos, vel dæmones. Jonathas cum armigero ascendit ad expugnandum Philistæos per ardua, quia, ut dicit *Rab.* Sacerdotes hostibus contraire nequeunt, nisi per viam arduam gradiantur, de qua dicitur *Matth.* 7. Ardua est via, quæ ducit ad vitam.

a Malogranato, quæ erat in Magron] arbor est, & est una dictio, & generis feminini, cujus fructus malogranatum dicitur, neutri generis.

b Filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli Sacerdote Domini, in Silo] *supra* 4.

c Ad stationem Philistinorum eminentes petræ,] *supra* 13. dictum est, quod Jonathas percussit stationem Philistiim, quomodo ergo modo transire vult ad illam? Solutio Aliter accipitur hic statio exercitus ipse, supra vero præsidium, sive custodia militaris.

c Sed & populus ignorabat, &c.] Sic continua, non indicavit hoc Jonathas patri suo. Sed & populus, &c.

d Ex utraque parte] idest, versus Hebræos, & versus Philistæos.

d Nomen uni] scilicet scopulo.

e Unus scopulus prominens ad Aquilonem ex adverso Machmas] Exponit, quod dixerat ex utraque parte.

f Incircumcisorum horum] quasi dicat, non oportet timere transire ad illos, quia incircumcisi sunt.

g Si taliter locuti fuerint ad nos,] idest, in hunc modum, qui sequitur.

h Manete. Hoc erit nobis signum.] Non fuit hoc augurium, sed signum, quod non erant armati ad pugnam, & forte revelatum fuit hoc Jonathæ. Vel secundum morem Judæorum signum petiit a Domino, & hoc posuit in animo suo. 1. *Corinth.* 1. Judæi signa petunt.

i Uterque stationi Philistinorum] idest, Jonathas, & armiger suus.

l De statione ad Jonathan, & ad armigerum suum,] Philistiim.

m Vobis rem] quam quæritis: Ironica locutio. Vagabantur enim per mortem, quasi rem perditam quærentes.

n Ascendit autem Jonathas reptans manibus] *Josephus* dicit, quod Jonathas a loco, ubi fuerat visus, recedens, mutavit locum, & ascendit per ardua, ex qua parte minus sibi timebat.

o Interficiebat sequens eum] Sed cum quo; cum non haberet gladium, ut dictum est *supra*? Potest dici, quod cum clava, vel fuste aliquo, vel etiam gladiis ipsorum hostium, quos relinquebant, ut dicit *Josephus*.

p Quam percussit Jonathas] idest, quam fecit percutiendo.

q Jugeri, quam] Antiquitus dicebatur hoc jugerum jugeri, modo dicitur juger jugeris.

r Par boum in die arare consuevit,] idest, duos boves.

ſ Omnis populus stationis eorum] idest, exercitus. Vel refertur hoc ad tres cuneos, qui *supra* 13. exierant de castris ad prædandum.

t Quasi miraculum] in hoc, scilicet, quod non cognoscebant se Philistæi, sed mutuo se interficiebant.

u Applica arcam Domini] idest, consule Dominum.

x Erat enim] Interpositio est, quasi dicat: jam erat allata arca in castra. *y* Reboabat] i. resonabat ubique.

z Contrahe manum tuam] idest, fac cito. Vel secundum *Andr.* contrahe, idest, retrahe, idest, consumma opus tuum, quo consummato retrahitur manus. Vel retrahe, a præparatione arcæ, quasi dicat: dimitte præparationem arcæ, ne hostes effugiant ad proximum, scilicet. Hoc est miraculum, quod supra dixerat.

a Sed & Hebræi, qui fuerant cum Philistiim heri] qui transierant ad castra Philistiim, *sup.* 13.

b Cum eis] idest, Philistæis.

k De cavernis, in quibus absconditi fuerant] Simile *Judith* 14. Egressi sunt mures de cavernis suis, ausi sunt nos provocare ad prælium.

c Qui erant cum Saul] Hic relativum suppositum respicit. *d* Cum suis in prælio] idest, cum filiis Israel. *e* Sociati sunt sibi] idest, Sauli, vel sibi invicem confœderati.

a Adjuravit autem Saul populum, dicens: *b* Maledictus vir, qui comederit *c* panem usque ad vesperum, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem. Omnisque terræ vulgus venit in saltum, in quo *d* erat mel super faciem agri. Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum. Timebat enim populus *e* juramentum. Porro Jonathas non audierat, cum adjuraret pater ejus populum, extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis, & convertit manum suam ad os suum, & *f* illuminati sunt oculi ejus. Respondensque unus de populo ait: *g* Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit *h* panem hodie, (*i* defecerat autem populus.) Dixitque Jonathas: *k* Turbavit pater meus terram: vidistis ipsi, quia *l* illuminati sunt oculi mei, eo quod gustaverim paululum de melle isto, quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit, nonne major facta fuisset plaga in Philistiim? Percusserunt ergo in die illa Philistæos a Machmis usque in Ajalon. *m* Defatigatus est autem populus nimis, & versus *n* ad prædam tulit oves, & boves, & vitulos, & mactaverunt in terra, comeditque populus cum *o* sanguine. Nunciaverunt autem Sauli dicentes, quod populus *p* peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait: prævaricati estis: volvite ad me jam nunc saxum grande. Et dixit Saul: Dispergimini in vulgus, & dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bovem suum, & arietem, & *q* occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu sua usque ad noctem, & occiderunt ibi. *r* Ædificavit autem Saul altare Domino. Tuncque *f* primum cœpit ædificari altare Domino. Et dixit Saul: Irruamus super Philistiim nocte, & vastemus eos usque dum illucescat mane, nec relinquamus de eis virum. Dixitque populus: Omne, quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. Et ait Sacerdos: *t* Accedamus huc ad Deum: Et *u* consuluit Saul Dominum, dicens: Num persequar Philistiim? *x* Si trades eos in manus Israel? Et *y* non respondit ei in *z* die illa, dixitque Saul: Applicate huc universos *a* angulos populi, & scitote, & videte, per quem acciderit hoc peccatum hodie. Vivit Dominus salvator Israel, quia si per Jonathan filium meum factum est, *b* absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad universum Israel: Separamini vos in partem unam, & ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Responditque populus Israel ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis fac. Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel: Domine Deus Israel *c* da judicium, *d* quid est, quod non responderis servo tuo hodie? Si in me, aut in Jonatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. Aut si hęc est iniquitas in populo tuo *e* da sanctitatem. Et *f* deprehensus est Jonathas, & Saul: populus autem *g* exivit. Et ait Saul: Mittite sortem inter me, & inter Jonatham filium meum. Et *h* captus est Jonathas. Dixit autem Saul ad Jonatham: Indica mihi, quid feceris. Et

a Adjuravit] videns moram damnosam.
b Maledictus] idest, morte dignus, vel morti addictus.
Glos. Saul indixit jejunium, ne, si comederent, fieret mora ultioni adversariorum.
c Panem] idest, cibum quemcumque.
d In quo erat] Dicitur, quod tanta copia mellis est ibi in cavis arboribus, & in cavernis petrarum, & in abditis terræ, quod plures favi reperiantur super terram decidentes: dicit autem *Josephus*, quod Jonathas invenit apum cubilia in quercu, quæ erat in sorte Ephraim.
e Juramentum] idest, adjurationem Saulis.
f Illuminati sunt] *Glos.* nimio calore, & prælio, jejunio prius reverberati. Aliter dicit *Rab.* Illuminati, inquit, non ad videndum, quia prius videbat, sed ad discernendum, quia vetitum tetigerat, quia quidam dixit ei edictum patris. Utrumque verum est.
g Jurejurando constrinxit pater, &c.] non, quod populus juraverit, hoc enim non legitur, sed Saul.
h Panem] idest, cibum.
i Defecerat] præ fame.
k Turbavit] idest, populum terræ deficere fecit fame.
l Illuminati] idest, vigorem receperunt.
m Defatigatus] idest, valde fatigatus.
n Ad prædam] hostium.
o Cum sanguine] *Glos.* quia occisis pecudibus nondum bene expurgatis carnibus a sanguine, coxerunt, & comederunt.
p Peccasset] *Glos.* Peccasse Domino, & cum sanguine comedisse dicuntur, quia mactatis victimis non obtulerunt ad sanctuarium Sacerdotibus juxta legem, adipem, & sanguinem, cum scilicet sanctuarium secum haberent. Quando enim locus sanctuarii procul erat. *Deuteronom.* 12. jubebatur sanguis in terram fundi, earum scilicet victimarum, quas præparabant ad cibum suum. Cum vero sanctuarium præsens erat, super altare fundebatur. Unde *in Deuteronom. ubi supra* Sanguinem hostiarum tuarum fundes in altari, carnibus autem ipse vesceris. Hoc populus modo non fecit, ideo dicitur Domino peccasse, & cum sanguine comedisse. Vel comedit cum sanguine, quia ante vespertinum sacrificium comederunt, quod post stragem usus erat fieri ante cibum. Vel in hoc peccaverunt, ut placet quibusdam, quia ad ostium tabernaculi, victimas suas non duxerunt. Tot modis exponunt *Glos.* Vel potest dici: Cum sanguine, idest, cum peccato, quia non expectaverunt horam. Peccatum enim nomine sanguinis intelligitur. *Oseæ* 4. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit. Hebræi dicunt, quod populus peccavit, quia simul interficiebant vitulum, & matrem, quod prohibitum est ibi. Non coques hœdum in lacte matris.
q Occidite super istud,] *Glos.* ut fluat sanguis ad terram.
r Ædificavit] *Glos.* ut pro peccato populi interveniret.
f Primum cœpit ædificari, &c.] *Glos.* quia obedienter, & recte. Superius vero cum increpatus est a Samuele, non dicitur ædificasse altare Domino, quia inobedienter ædificavit *supra* 13. Potest etiam dici, quod supra non ædificavit aliquod altare, neque hoc legitur, sed super ædificato jam immolavit.
t Accedamus huc] idest, ad arcam.
u Consuluit] per Sacerdotes.
x Si trades eos, &c.] idest, an.
y Non respondit ei] Dominus scilicet.
z In die illa] naturali, idest, nec die, neque nocte sequenti.
a Angulos populi] idest, principes, quibus hinc inde populi tanquam angulis parietes adhærebant, ita dicit *Glos.* Vel etiam ideo dicuntur anguli, quia sicut meliores, & fortiores lapides ponuntur in angulis ad parietes conjungendos, ita principes debent esse meliores, qui ad regendum alios eliguntur. Quod autem nomine anguli intelligantur homines, habetur *Sophoniæ* 1. Dies Domini super omnem angulum. Item. *Isai.* 19. Deceperunt Ægyptum anguli populorum ejus. Unde statim supra dixerat Propheta: Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos. *b* Absque retractatione morietur] sententiæ prius latæ. *c* Da judicium] vel indicium. *d* Quid est quod] in causa scilic. *e* Da sanctitatem] idest, sanctifica populum per vindictam illius, qui hoc fecit. Vel ostende sanctitatem tuam in populo, non vindictam, quia multi sunt, quasi dicat: quia multi sunt, ideo da sanctitatem, de me autem, & Jonatha, si fecimus, sume vindictam. Vel, da sanctitatem, idest, ostende te sanctum, monstrando, scilicet, quare non responderis. *f* Deprehensus est Jonathas] per sortem. *g* Exivit] liber a culpa. *h* Captus] idest, sors cecidit super eum.

a Gustans

indicavit ei Jonathas, & ait: *a* Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis, & ecce ego *b* morior. Et ait Saul: Hæc *c* faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Jonatha. Dixitque populus ad Saul: *d* Ergo ne Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Hoc nefas est. Vivit Dominus, si *e* ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Liberavit ergo populus Jonathan, ut non moreretur. Recessitque Saul, nec persecutus est Philistiim. Porro Philistiim abierunt in loca sua. At Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversum omnes inimicos ejus, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistæos, & quocumque se verterat, superabat. Congregatoque exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorum ejus. Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, & *f* Jessui, & Melchisua, nomina duarum filiarum ejus nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol, & nomen uxoris Saul Achinoam, filia Achimaas. Et nomen principis militiæ ejus Abner, filius Ner, *g* patruelis Saul. Porro Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. Erat autem bellum potens adversum Philistiim omnibus diebus Saul. Nam quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

C A P. XV.

ET dixit *h* Samuel ad Saul: *i* Me misit Dominus, ut ungerem te in regem super populum ejus Israel. Nunc ego audi *k* vocem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum: *l* Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de *m* Ægypto. Nunc igitur vade, & percute Amalec, & demolire universa ejus. Non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice a viro usque ad mulierem, & parvulum, atque lactentem, *n* bovem, & ovem, camelum, & asinum. Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos, ducenta millia peditum, & decem millia *o* virorum Juda. Cumque venisset Saul usque ad *p* civitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. Dixitque Saul *q* Cinæo: Abite, recedite, atque *r* discedite ab Amalec, ne forte *s* involvam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam, cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de *t* medio Amalec. Percussitque Saul Amalec *u* ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ est e regione Ægypti. Et apprehendit Agag regem Amalec *x* vivum. Omne autem vulgus interfecit in *y* ore gladii. Et pepercit Saul, & *z* populus Agag, & optimis gregibus ovium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & universis, quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid vero vile fuit, & reprobum hoc demoliti sunt. Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens: *a* Pœnitet me, quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, &

a Gustans] Hic præter solitum morem geminatio notat diminutionem, cum sæpius notet augmentum, vel expressionem, ut ibi: Benedicens benedicam, &c.
b Morior,] idest, paratus sum mori, ut dicit *Josephus*.
c Hæc faciat] *Glos.* juramentum Hebræorum, quod per contrarium intelligitur, q. d. malum, quod tibi debetur, mihi imputetur, si te non interfecero.
Josue 7.
d Ergo ne] Istæ duæ dictiones quasi loco unius admirativæ interjectionis ponuntur, vel loco unius interrogationis.
Infr. 24.
e Si ceciderit] *Glos.* idest, non morietur, & sic ponitur, si, pro non. Vel capillus, idest, si minimum passus fuerit, & est Aposiopesis, idest, defectus locutionis, quasi dicat, mirum est, si Jonathas, qui fecit salutem in Israel, moriatur propter hoc factum.
f Et Jessui] De Isboseth, non fit hic mentio, vel quia indignus erat numerari cum aliis.
g Patruelis] idest, frater patris Saul. Contra 1. *Paralip.* 8. dicitur Ner genuit Cis, Cis vero genuit Saul. Solutio: Ner tanquam senior educavit fratrem suum, scilicet Cis, & ideo dicitur eum genuisse.

EXPOSITIO CAP. XV.

ET dixit] Supra dictum est, quod Saul percussit Amalec, nunc ostenditur, quomodo Saul percussit, imo potius quomodo delevit. Forte supra omnino percusserat, modo omnino delevit. Vel semel tantum percussit, & quod supra dictum est, anticipatio est.
Sup. 9. 1. Paral. 8.
i Me misit] ideo libentius deberes mihi obedire.
k Vocem Domini] Non dicit meam.
l Recensui quæcumque, &c.] idest, ad memoriam revocavi. Unde *Deut.* 25. Memento, quid fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Ægypto. Quando ergo Dominus sumit vindictam de malis, tunc videtur revocare ad memoriam peccata eorum: quando parcit, tunc videtur oblivisci. Unde *Psalm.* 73. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum. *m* De Ægypto] *Exod.* 17.
n Bovem, & ovem, camelum, & asinum] Quidam dicunt Amalecitas fuisse maleficos, & in pecudes se vertendi habuisse peritiam, & ideo ne sub forma pecudum evaderent pecudes etiam fecit interimi Saul. *Gloss.* aliam assignat rationem, dicens: Ideo jubet Dominus demoliri jumenta Amalec, ut nec in jumentis ejus memoria fiat. Dominus enim dixerat se deleturum memoriam Amalech de sub cœlo. Et quia ejus memoria penitus deleta non fuit, Saul per inobedientiam peccavit.
Deut. 25.

o Virorum] Sursum numerantur viri Juda, quia fortissimi erant. *Genes.* 49. Catulus leonis Judas.
p Ad civitatem] Metropolim.
q Cinæo] *Glos.* Cinæus ipse est Jethro cognatus Moysi, de quo erant Cinæi, qui habitabant cum Amalec. Consanguinei enim erant, & in terra ejus hæreditatem habebant. Misericordiam fecit Cinæus cum filiis Israel, quia fovit Moysen, *Exod.* 2. in terra Madian. Et consilium dedit ei, qualiter gubernaret multitudinem populi, *Exod.* 8.
Exod. 18.
r Discedite ab Amalec] Ergo Cinæi habitabant cum Amalec, & ita dicit *Gloss.* Contra, *Judicum* 1. dicitur, quod Cinæi recesserunt ab Amalec, & ascenderunt cum Juda. Solut. In *libro Judicum* agitur tantum de filiis Obab, qui venit cum Moyse, & populo in terram promissionis, derelicto patre, & patria, ut legitur *Num.* 10. Hic vero Obab Eliab appellatur. Fuit autem Obab frater uxoris Moysi, filius Jethro. Hic autem agitur de aliis Cinæis, qui remanserunt cum Amalec.
s Involvam te cum eo] sicut piscator, qui involvit ranas, quandoque cum piscibus, etiam nolens.
t De medio Amalec] & deinceps habitavit in Israel. Ex his Cinæis ortus est Rechab, sicut legitur 1. *Paralip.* 2. ubi dicitur: Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore domus patris Rechab. Ab isto Rechab sumpserunt initium eremitæ. De Recabitis satis habes *Jerem.* 35. per totum.
u Ab Hevilla] Hevila debet pronunciari, non Hejula, quia *in lib. de Hebraicis quæstionibus* Hevila ponitur inter nomina, in quibus post e, ponitur, u, immediate tamen multi dicunt Hejula.
Genes. 6.
x Vivum] ad gloriam sui triumphi demonstrandam, ita dicit *Gloss.* *Josephus* dicit, quod ideo Saul dimisit vivum Agag, quasi misericorditer faciens, ob pulchritudinem ejus.
y In ore] idest, in devoratione.
z Et populus] Israeliticus.
a Pœnitet me] Antropospathos. Attribuitur enim Deo, quod est hominis. Idem *Genes.* 6. Pœnitet me fecisse hominem. Et ponitur antecedens pro consequente, idest, faciam, quod solent facere pœnitentes, idest, mutabo quod feci, idest, regnum Saulis transferam ab eo. Est autem pœnitentia Dei, rerum a Deo constitutarum mutatio. Unde *August.* Cum legitur, quod pœniteat Deum, mutatio rerum significatur Dei præscientia immobili permanente.
b Et clamavit] *Josephus* dicit, quod oravit pro Saule. Sed quomodo hoc, cum sciret eum a Domino reprobatum,

verba mea opera non implevit. Contristatusque est Samuel, & *b* clamavit ad Dominum tota nocte. Cumque de nocte surrexisset Samuel, ut iret ad Saul mane, nunciatum est Samueli, *c* eo quod venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi *d* fornicem triumphalem, & reversus transisset, descendissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino *e* de initiis prædarum, quæ attulerat de Amalec. Et dum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: Benedictus tu Domino, *f* implevi verbum Domini. Dixitque Samuel: Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio? Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea: *g* pepercit enim populus melioribus ovibus, & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus. Ait autem Samuel ad Saul: Sine me nocte, & indicabo tibi, quæ locutus sit Dominus ad me. Dixitque ei: Loquere. Et ait Samuel: Nonne cum *h* parvulus esses in oculis tuis, caput in Tribubus Israel factus es? Unxitque te Dominus in regem super Israel, & misit te Dominus in viam, & ait: Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos usque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem Domini, sed versus ad prædam es, & *i* fecisti malum in oculis Domini? Et ait Saul ad Samuelem: *k* Imo audivi vocem Domini, & ambulavi in via, per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & *l* Amalec interfeci. Tulit autem populus de præda oves, & boves *m* primitias eorum, quæ cęsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis. Et ait Samuel: Nunquid vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quam victimæ, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum *n* ariolandi est *o* repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Pro eo ergo, quod abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus, *p* ne sis rex. Dixitque Saul ad Samuelem: Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, *q* timens populum, & obediens voci eorum. Sed nunc *r* porta quæso peccatum meum, & revertere mecum, ut adorem Dominum. Et ait Samuel ad Saul: Non *s* revertar tecum, quia projecit te Dominus, *t* ne sis rex super Israel. Et conversus est Samuel, ut abiret. Ille autem apprehendit summitatem pallii ejus, quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel: *u* Scidit Dominus regnum Israel *x* a te hodie, & tradidit illud *y* proximo tuo meliori te. Porro *z* Triumphator in Israel, non *a* parcet, & pœnitudine non *b* flectetur. *c* Neque enim homo est, *d* ut agat penitentiam. At ille ait: Peccavi. *e* Sed nunc honora me *f* coram senioribus populi mei, & *g* coram Israel, & revertere mecum, ut adorem Dominum Deum

hoc enim dixerat ei Dominus. Ad hoc solvunt quidam dicentes, quod Dominus aliquando loquitur in Prophetis comminatorie, & tunc potest mutari, quod loquitur Dominus, si pœniteant illi, contra quos loquitur Dominus, ut patet in Ninive. *Jonæ* 3. Et in Ezechia *Isai.* 38. Et Samuel [ut dicunt] credebat Dominum sic locutum fuisse contra Saulem, & ideo orabat pro ipso. Sed contra *supra* 13. dixit ipse Samuel ad Saul: Nequaquam ultra consurget regnum tuum, ergo bene sciebat Saulem reprobatum, & regnum transferendum, quomodo ergo pro eo oravit? Sol. Non oravit de regno reddendo Sauli, sed pro regno, & populo conservando.

D

c Eo quod venisset] Quidam libri, non habent eo, & tunc littera planior est. Valet autem eo, idem quod quod.

d Fornicem] *Gloss.* arcum, ubi describeret triumphum gloriæ suæ? *Hieron.* dicit *in lib. de Hebraicis quæst.* quod quando victoria potiebantur Hebræi, arcum de myrtis, & palmis, & olivis in signum victoriæ faciebant. Et dicitur fornix, idest, arcus triumphalis. *Prover.* 20. Dissipat impios rex sapiens, & incurvat super eos fornicem. A fornice autem dicitur fornicor, fornicaris, quia fere omnes, qui fornicantur, incurvat diabolus, & triumphat de ipsis. Vel ut quidam dicunt, fornix est arcus in muro testudinatus, sub quo antiquitus solebant meretrices prosterni, & inde dicitur fornicor, fornicaris. Item nota, quod triplex est titulus, scilicet triumphalis, qui scribitur in fornice. Talis fuit titulus Domini super scriptus Cruci: Jesus Nazarenus rex Judæorum. Item memorialis, qui scribitur in epitaphiis mortuorum, sicut ibi: Hic situs est Phæton currus auriga paterni. Item præconialis, qui scribitur in portis civitatum, vel in foribus domorum, sicut est illud: Ut rosa flos florum, sic est domus ista domorum. *e* De initiis] idest, de optimis. *f* Implevi] Mentitur Saul. *g* Pepercit enim] Culpam suam retorsit in populum, & ideo plus peccavit, sicut Eva, quæ retorsit peccatum suum in serpentem, & Adam in Evam. *Gen.* 3. *h* Parvulus] *Gloss. Gregor.* Parvulus est in oculis suis, qui dum se considerat, imparem alienis meritis pensat. Nam grandem se conspicit, qui super aliena merita se extendit. Item *Gl.* Parvulum se Saul prius vidit, sed elatus potentia jam se parvulum non videbat; cæterorum comparatione se præferens, quia plus poterat, magnum se præ omnibus existimabat: cum apud se magnus, apud Deum parvulus fuit. Unde: Ducem te constituerunt; noli extolli; sed esto in illis, quasi unus ex ipsis. *Eccl.* 32.

E

F

i Fecisti malum] reservando Agag, & animalia.

k Imo] *Gloss.* superbe respondit, malum malo adjecit, quia culpam defendere statuit, vel studuit, ac per hoc accumulavit. *l* Et Amalec] populum, scilicet.

m Primitias] idest, meliora.

n Ariolandi] Arioli sunt, qui circa Aras in fibris animalium immolatorum futura requirebant.

o Repugnare] idest, non obedire.

p Ne sis rex] Hoc videtur falsum, quia jam erat rex. Sol. Expone: Ne sis rex, scil. in posteris, quia sicut pater vivit in filiis, ita regnat in filiis. Ita exponit *Aug.* *q* Timens] Argumentum, quod peccat, qui propter verba malorum omittit facere, quod jubetur. *r* Porta] idest, satisfac pro peccato meo orando ad Dominum. Simile *Levit.* 10. Hostia pro peccato data est vobis, ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini. Vel porta peccatum meum, idest, pęnam pro peccato. Simile 1. *Petr.* 2. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Vel porta peccatum meum, idest, asporta, idest, amove a me orationibus tuis. Propter quod, & dicitur *Oseæ* 4. Peccata populi mei comedent Sacerdotes, idest, orationibus consument.

Eccles. c. 4. 8. q. 1 cap. sciendum 12. dist. §. verum 81. dist. c. si quis presbyter 2. q. 6. §. item peccato etiam.

s Non revertar, supple modo. *Infr.* enim *eod.* habetur, quod reversus est cum eo. Simile *Joan.* 7. Vos autem ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam ad diem hunc, modo, scilicet, quia postea ascendit. Vel non ascendam, scilicet palam vobiscum, sed in occulto.

Infr. 18.

t Ne sis rex] in filiis scilicet.

u Scidit] idest, scissum, vel scindendum signo ostendit. *x* A te hodie] *Gloss.* tantum, quod in universo regnavit 40 annis, & computantur hic 20. anni Samuelis, ut dicit *Rabanus* in alia *Gloss. supr.* 13. quamvis postea regnaret 40. annis, sed tunc promeruit, ut a stirpe sua scinderetur, & traderetur meliori, idest, David.

y Proximo tuo] idest, David. *z* Triumphator] *Gloss.* Dominus, cui omnis victoria ascribitur: & dicitur hoc contra Saul, qui de triumpho Amalec fuerat gloriatus.

a Non parcet] tibi scilicet.

b Non flectetur,] ut aliter faciat, quam prævidit.

c Neque enim] *Gloss.* quia immutabilis est, sed secundum justitiam, & veritatem omnia judicat. Simile *Nu.* 23. Non est Deus ut homo, ut mentiatur.

d Agat penitentiam] Contra, *sup. eod.* dictum est: Pęnitet me, quod constituerim Saulem regem. Sol. *Isai.* 38. dicit *Gloss. Gregor.* [ut dicunt] quod Dominus mutat sententiam, sed non consilium, idest, mutat res, sed non præscientiam. Pœnitet ergo Dominum, quoad rerum mutationem, sed non quoad præscientiam. Unde *August.* Cum legitur, quod pœniteat Deum, significatur mutatio rerum, divina præscientia immutabili permanente.

e Sed] *Hier.* Honora me sicut regem, ut ego præcedam sicut rex, & tu me sequaris.

f Coram] i. coram illis, qui sunt de Tribu mea. *g* Et coram] i. coram aliis, qui non sunt de Tribu mea. Vel seniores

Ω vocat

n vocat majores, & nobiliores; Israel vero vocat reliquum populum.

a Reversus] *sup. eod.* dixerat, non revertar, sed solutum est ibi.

b Pinguissimus] Simile dictum est de Eglon, *Jud.* 3.

propter quam veniret. Unde sicut falsum esset, si quis responderet se ire ad scholas, ut sedeat, vel videat parietes, licet ista faciat secundario; ita videtur, quod falsum diceret Samuel, si responderet se venisse ad immolandum. Ad hoc dicendum est, quod ponitur species pro genere. Et est sensus, dicens: ad immolandum veni, idest, ad præstandum obsequium Deo, vel etiam ad immolandum simpliciter, quia licet non ob hoc principaliter, tamen ob hoc veniebat. Neque est simile, quod adductum est pro simili.

tuum. a Reversus ergo Samuel secutus est Saulem: Et adoravit Saul Dominum: Dixitque Samuel: Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag b pinguissimus, & tremens. Et dixit c Agag; Siccine separat amara mors. Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis d mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis. Abiit autem Samuel in Ramatha, Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa. Et non vidit e Samuel ultra Saul, usque ad diem mortis suæ. Veruntamen f lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat, quod constituisset eum regem super Israel.

C A P. XVI.

DIXITQUE Dominus ad g Samuelem: Usquequo tu luges Saul, cum ego projecerim eum, ne regnet super Israel? b Imple cornu tuum oleo, & veni, ut mittam te ad i Isai Bethlemitem. Providi enim in filiis ejus mihi regem. Et ait Samuel: Quomodo vadam? k audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: Ad l immolandum Domino veni. Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi, quid facias, & unges quemcumque monstravero tibi. Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei Dominus. Venitque in Bethlehem. Et m admirati sunt seniores civitatis, occurrentes ei. Dixeruntque: n Pacificus ne est ingressus tuus? Et ait: Pacificus: ad o immolandum Domino veni, p sanctificamini, & venite mecum, ut immolem. Sanctificavit ergo Isai, & filios ejus, & vocavit eos q ad sacrificium. Cumque ingressi essent, vidit r Eliab, & ait: Num coram Domino est f Christus ejus. Et dixit Dominus ad Samuelem: t Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem staturæ ejus, quoniam, u abjeci eum, nec juxta intuitum hominis x ego judico. Homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Et vocavit Isai y Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit: Nec hunc elegit Dominus. Adduxit autem Isai z Samma, de quo ait: Etiam hunc non elegit Dominus. Adduxit itaque Isai a septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai: Non elegit Dominus ex istis: Dixitque Samuel ad Isai. Nunquid jam b completi sunt filii? Qui respondit: Adhuc reliquus est parvulus, & c pascit oves. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum. d Nec enim discumbemus prius, quam huc ille veniat. Misit ergo, & adduxit eum. Erat autem e rufus, & pulcher aspectu, decoraque

c Et dixit Agag] potest esse nominativi casus, vel dativi. Si nominativi, sic exponitur: Ipse Agag dixit, siccine, idest, sic me separat amara mors, q. d. mors, quæ separaverat a me meos, amarissime separat me ab omnibus modo. Et hic sensus habetur a *Josepho*, qui sic dicit: Adductus est Agag tremens, & dicens: Quam amara mors est hæc. *Eccl.* 41. O mors quam amara est memoria tua homini injusto. Quidam dicunt, se parat, duas esse dictiones, & utroque modo legitur, primo modo suppletur, adversus me, secundo modo suppletur, adversus te. Si Agag est dativi casus, sensus est: Samuel dixit ipsi Agag: Siccine, idest, sic separat te amara mors, q. d. mirum est, quod sic concutit amara mors, & separat animam tuam a te. d Mulieres] Hebræorum, quarum filios occiderat Agag. e Et non vidit] subauditur in habitu regnantis, dicit *Interl.* Nam in prophetico postea vidit eum *infra* 19. vel non vidit, idest, non visitavit ex proposito.

f Lugebat] Nota: Samuel in publico aspere arguebat Saulem, in secreto flebat pro ipso. Sic Prælatus quilibet aspere debet corrigere peccatorem in publico, ut alii timeant: in secreto orare pro ipso, ut Dominus propitius fiat ei. Sic Moyses legitur fecisse, *Exodi* 32. Et *Jerem.* 13. Si hoc non audieritis in abscondito, plorabit anima mea. Sed quæritur quomodo Samuel lugebat Saulem, nonne volebat Saulem projici a regno? Si sic, ergo non debebat lugere; si non, & sciebat Dominum hoc velle, ergo habebat cor distortum. Sol. Samuel volebat Saulem projici, & tamen lugebat ex naturali compassione, sicut mulier facit filium secari, ut sanetur, & tamen luget, quia secatur compatiendo ei. Ita Dominus volebat destrui Jerusalem, & tamen flebat super illam. Sed sic hoc: Quare Dominus statim in sequenti capite in principio arguit Samuelem super luctu suo? Solut. Non arguit, sed ut terminet luctum, admonet.

G 1. q. 5. cap. sns.

2. qu. 7. §. Item cum Balaam, ante fin. A

De pœn. d. 1. 1 prædixerat.

C

m Admirati] quia propheta non consueverat quoquam ire, nisi ob arduum negotium.

n Pacificus] Timebant ne offensus esset Sauli, & ideo non auderent eum recipere, vel ne veniret causa corripiendi eos missus a Saule.

3. Reg. 2.

p Sanctificamini] idest, lavate vestes, dicit *Gloss.* & etiam corpora. Simile *Exod.* 19 Vade, & sanctifica illos, laventque vestimenta sua hodie, & cras, & sint parati ad diem tertium. Dies legis, dies Evangelii, dies judicii. Aqua enim expiationis sanctificavit Samuel Isai, & filios ejus; vel ipse Isai sanctificavit se, & filios suos, a mulieribus abstinendo, corpora sua, aqua lavando, vestes lotas de novo induendo. *Gloss.* dicit, idest, mundare se ipsos fecit.

Lev. 20. Josue 3.

q Ad sacrificium] *Gloss.* idest, ad convivium. Similiter accipitur *supr.* 9. sacrificium est hodie populi mei in excelso. Nota Samuel sanctificavit prius, quos vocavit ad convivium, in quo docuit, honestas personas, non scurras ad convivium esse vocandos.

2. Reg. 7. Psalm. 77. Act. 13.

r Eliab] procerum corpore, & elegantem speciem.

f Christus ejus] idest, ille, qui debet inungi in regem. t Ne respicias vultum ejus. *Eccl.* 11. Ne laudes hominem in facie sua, & ne spernas hominem in visu suo. Brevis in volatilibus apis, & initium dulcoris fructus ejus. u Abjeci eum] i. non elegi. Non enim reprobavit eos tanquam malos, sed David inter omnes elegit tanquam meliorem.

x Ego judico] *Is.* 11. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed judicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. y Abinadab] secundum filium.

z Samma] Tertius filius erat Samma. 2. *Reg.* 21. dicitur Jonathas filius Samma fratris David.

a Septem filios] Et constat, quod inter istos non fuit David, ergo Isai habuit octo filios, sed 1. *Par.* 11. non numerantur nisi septem. Solutio: Hic annumeratur Jonathas filius Samma, fratris David, quem Isai adoptaverat sibi in filium ibi vero non.

b Completi] idest, omnes.

c Pascit oves] *Gloss.* De officio pecorum factus est David rex hominum. Christus autem ab ovili Judaicæ plebis ad regnum gentium translatus est. d Nec enim, &c.] Simile *Gen.* 42. Per salutem Pharaonis non egredimini hinc, donec veniat frater vester minimus. e Rufus] idest, rubens.

E X P O S I T I O C A P. XVI.

Dixitque] In hoc capite agitur de prima inunctione David. b Imple] Saul inunctus fuit oleo lenticulæ fictilis, *sup.* 10. in signum, quod regnum suum cito frangendum erat: David autem inungitur oleo cornu, quia regnum ejus duraturum erat in æternum.

i Isai] patrem David.

k Audiet] idest, si audierit, interficiet me.

l Ad immolandum] Videtur, quod mentiretur Samuel si hoc diceret; quia hoc non erat ejus intentio principalis

facie. Et air Dominus: Surge, unge eum: Ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum ejus. Et *a* directus est Spiritus Domini in David a die illa, & in *b* reliquum. Surgensque Samuel abiit in Ramatha. Spiritus autem Domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam *c* a Domino. Dixeruntque servi Saul ad eum: Ecce spiritus Dei *d* malus exagitat te. Jubeat Dominus noster rex, & servi tui, qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara, ut quando arripuerit te spiritus Dei malus, psallat manu sua, & levius feras. Et ait Saul ad servos suos: Providete mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me. Et *e* respondens unus de pueris, ait: *f* Ecce vidi filium Isai Bethlemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus est cum eo. Misit ergo Saul nuncios ad Isai, dicens: Mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis: Tulitque Isai *g* asinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris unum, & misit per manum David filii sui Sauli. Et venit David ad Saul, & stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis, & factus est ejus armiger. Misitque Saul ad Isai dicens: Stetit David in conspectu meo: invenit enim gratiam in oculis meis. Igitur quandocumque spiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat David citharam, & percutiebat manu sua, & *h* refocillabatur Saul, & *i* levius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus.

C A P. XVII.

CONGREGANTES *k* vero Philistiim agmina sua in prælium convenerunt in *l* Socho Judæ, & castrametati sunt inter Socho, & *m* Azeca in finibus *n* Dommim. Porro Saul, & viri Israel congregati venerunt in Vallem *o* terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philistiim. Philistiim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte, vallisque erat inter eos. Et egressus est vir *p* spurius de castris Philistinorum nomine Goliath de *q* Geth, altitudinis sex cubitorum, & palmi, & cassis ærea super caput ejus, & lorica *r* hamata induebatur. Porro pondus loricæ ejus quinque millia siclorum æris erat, & ocreas *s* æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus regebat humeros ejus. Hastile autem hastæ ejus erat quasi *t* liciatorium texentium. Ipsum autem ferrum hastæ ejus sexcentos siclos habebat ferri. Et armiger ejus antecedebat eum. Stansque clamabat adversum *u* phalangas Israel, & dicebat ejus: Quare venistis parati ad prælium: Nunquid ego non sum Philistæus, & vos servi Saul? Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Si quiverit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis servi. Si autem ego prævaluero, & percussero eum, vos servi eritis, & servietis nobi; Et *x* ajebat Philistæus: Ego exprobravi agminibus Israel hodie: Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul, & omnes Israelitæ sermones Philistæi hujuscemodi, stupebant, & metuebant nimis. David autem erat filius viri *y* Ephratæi, de quo supra dictum est, de Bethlehem Juda, cui no-

Unde Golias contempsit eum quasi inconsuetum armorum. *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. *a* Et directus est] *Josephus* dicit, quod tunc accepit David propheticum spiritum, sic ille quidem prophetare cœpit, sancto super se spiritu veniente. Idem dicit *Hieron. in lib. de Hebraicis qu.* dicens, quod tunc cœpit Psalmos canere. Tamen quia dicitur, quod spiritus Domini recessit a Saul, & directus est in David, videtur, quod de eodem spiritu intelligatur. Unde dicunt Hebræi, quod spiritus ille est quædam gratia, qua hucusque Saul victor hostium extitit, quæ recessit a Saule, & data est David Saule reprobato.

b In reliquum] tempus, scilicet.

c A Domino] idest, licentia Domini.

d Spiritus Dei malus] Videtur hic esse oppositio in adjecto, quia si est spiritus Dei, non est malus. Hoc solvunt *Greg. & Isidor. in Gloss. Greg.* dicit: Idem spiritus & Dei appellatur, & malus; Dei, per licentiam justæ potestatis, malus per desiderium injustæ voluntatis. *Isid.* dicit: Dicitur spiritus Dei malus, idest, minister Dei, ad faciendum in Saule, quod eum pati decreverit judex omnium.

e Respondens unus] *Hieron.* dicit, quod iste fuit Doeg inimicus David, qui jam conceperat odium adversus eum, & hoc dixit, ut interficeretur a Saule, dum vesania agitaretur. Tales sunt multi hodie, qui inimicos suos laudant, ut eos decipiant.

f Ecce vidi filium, &c.] Nota, octo dicuntur hic de David, per quæ signantur octo virtutes, de quibus facit sermonem Dominus *Matth.* 5. Beati pauperes, &c.

g Asinum plenum] idest, oneratum, vel asinum plenum, idest, saccum plenum factum de corio asini.

h Refocillabatur Saul] *Gloss.* Ante enim vexabatur a dæmonio usque ad suffocationem. Refert *Boetius*, Philosophum quemdam tactu citharæ dæmonium ab obsesso corpore repulisse. *Isidorus* dicit, quod non propter citharam recessit spiritus malus a Saul; sed mysterium in cithara designatum. In cithara est lignum, & chorda. Lignum est Crux Cristi, chorda tensa, caro Christi est in cruce extensa: Unde citharizare, est Christum passum prædicare, quod cum audit diabolus, multum expavescit.

Moraliter. Citharam tangere, est carnem mortificare, & orare. Et hæc duo cogunt diabolum exire. Unde *Matthæi* 17. Hoc genus dæmoniorum non ejicitur, nisi per orationem, & jejunium.

i Levius habebat] Dicitur tamen, quod natura citharæ est secundum musicam, ut lætum lætiorem, & tristem tristiorem efficiat. Unde *Eccl.* 22. Musica in luctu, &c. Sed hoc intelligendum est de læto, vel tristi secundum complexionem. Tristi enim ex vexatione prodesse potest musica, sive cithara.

E X P O S I T I O CAP. XVII.

CONgregantes *k* autem, &c] in hoc capit. agitur de morte Goliæ. Est autem plana historia.

l Socho] *Gloss.* oppidum in Tribu Juda, & interpretatur ramus, vel humilitas.

m Azeca] civitas est Chananæorum in Tribu Juda, ad quam usque persecutus est *Josue* 8. quinque reges, & hodie villa vocatur Azeca, & interpretatur fortitudo, & disciplina divina.

n Dommim] vel Divina, vicus est in Tribu Juda, & interpretatur silentium, vel gaudium, quæ duo connexa sunt in contemplativis. Sed nota, quod Dommim quandoque est nomen deserti inter Jerusalem, & Jericho, ubi fuit sauciatus ille, de quo fit mentio *Luc.* 10. istud Dommim interpretatur sanguinis.

o Tebcrinthi] *Gloss.* Terebinthus arbor est, de qua lacryma resinæ præstantissima manat.

Moraliter. Terebinthus, Crux Christi est; vallis, humilitas. Viri Israel congregantur in Valle Terebinthi, quia humiliantur, cum passionis Domini recordantur. Et cum diabolus vult rumpere silentium nostrum, statim memores simus silentii, quod Christus tenuit ante Pilatum. Diabolum repellimus tacendo, auxilio Domini. Unde *Exod.* 14. Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis. Et *Isai.* 32. Pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas.

p Spurius de castris Philistinorum nomine Goliath] *Gloss.* quia de ignobili patre, idest, gentili, matre vero nobili natus erat.

q De Geth,] *Gloss.* quia de patre gigante, & matre Gethæa natus.

r Hamata induebatur] idest, hamis concatenata, sive conserta.

s Æreas] idest, de ferro, quia æs pro omni metallo accipitur.

t Liciatorium texentium] idest, lignum, cui adhærent licia. *u* Phalangas] *Gloss.* idest, agmina.

x Et ajebat] quasi glorians in dicendo. *y* Ephratæi] ab Ephrata

men erat Isai, qui habebat *a* octo filios, & erat vir in diebus Saul senex, & grandævus inter viros. Abierunt autem tres filii ejus majores post Saul in prælium; Et nomina trium filiorum ejus, qui perrexerunt ad bellum: Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma. David autem erat minimus. Tribus ergo majoribus secutis Saulem, abiit David, & reversus est a Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem. Procedebat vero Philistæus mane, & vespere, & stabat quadraginta diebus. Dixit autem Isai ad David filium suum: Accipe fratribus tuis *b* ephi polentæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei, has deferes ad Tribunum: Et fratres tuos visitabis, si *c* recte agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. Saul autem, & omnes filii Israel in valle terebinthi pugnabant adversum Philistiim. Surrexit itaque David mane, & commendavit gregem custodi, & onustus abiit, sicut præceperat Isai: Et venit ad locum Magala, & ad exercitum, qui egressus ad pugnam vociferans erat in certamine. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philistiim ex adverso fuerant præparati. Derelinquens ergo David vasa, quæ attulerat, sub manu custodis *d* ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat, si omnia recte agerentur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens Goliath nomine Philistæus de Geth de castris Philistinorum: Et loquente eo hæc *e* eadem verba, audivit David. Omnes autem Israelitæ cum vidissent virum, fugierunt a facie ejus timentes eum valde. Et dixit *f* unus quispiam de Israel: Num vidisti virum hunc, qui ascendit? ad exprobandum enim Israel ascendit. Virum enim, qui percusserit eum, ditabit rex divitiis magnis, & *g* filiam suam dabit ei, & domum patris ejus faciet *h* absque tributo in Israel. Et ait David ad viros, qui stabant secum, dicens: Quid dabitur viro qui percusserit Philistæum hunc, & *i* tulerit opprobrium de Israel? Quis est enim hic Philistæus incircuncisus, qui k exprobravit acies Dei viventis? Referebat autem ei populus eumdem *l* sermonem, dicens: Hæc *m* dabuntur viro, qui percusserit eum. Quod cum *n* audisset Eliab frater ejus major loquente eo cum aliis, iratus est contra David, & ait: Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? Ego novi superbiam *o* tuam, & nequitiam cordis quia, ut videres prælium, descendisti. Et dixit David: Quid feci? *p* Nunquid non verbum est? Et declinavit paululum ab eo ad alium, dixitque eumdem sermonem. Et respondit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba, quæ locutus est David, & annuntiata sunt in conspectu Saul. Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei: Non concidat cor cujusquam in *q* eo: Ego servus tuus vadam, & pugnabo adversus Philistæum. Et ait Saul ad David: Non vales resistere Philistæo isti nec pugnare adversus eum, quia *r* puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque David ad Saul: Pascebat servus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Et illi consurgebant adversum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Nam & *ſ* leonem, & ursum interfeci ego servus tuus. Erit *t* igitur & Philistæus hic incircuncisus quasi unus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi, quoniam quis est hic Philistæus incircuncisus, qui ausus est maledicere exercitum Dei viventis? Et ait David: Dominus qui eripuit me de *u* manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philistæi hujus. Dixit autem Saul ad David: Vade, & Dominus tecum sit. Et *x* induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput ejus, & vestivit eum lorica. Accinctus ergo David gladio ejus super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinem. Dixitque David ad Saul: Non possum sic incedere, quia usum non habeo. Et deposuit ea: & *y* tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque

ab Ephrata uxore Caleb, a qua traxit originem, vel Ephratæi, idest, Bethleemitæ, quia in Bethleem natus. Eadem enim civitas dicitur Ephrata, & Bethleem.

a Octo filios] computato Jonatha filio Samma fratris David: quem quidam suspicantur fuisse Nathan Prophetam. Sed hoc falsum est, quia iste Jonathas, ut dicit *Glos.* dedit consilium 2. *Reg.* 13. Amnon, ut concumberet cum sorore sua, quod prophetam non decuit. Præterea, Nathan prophetam dicit *Isidor.* de Gabaonitis fuisse.

C

b Ephi polentæ,] idest, polentam unius Ephi, idest, trium modiorum. Est autem polenta, secundum quosdam, delicatissima farina, de qua fiunt pultes. Et dicitur a polline. Pollen vero farina est *Andreas* dicit, quod polenta est frumentum pila tusum. Alii dicunt, quod polenta est grana tosta, & manibus confricata. Et sic accipitur *Jos.* 5.

D

c Formellas] idest, decem caseos parvæ formæ, & recentes. Hebræus habet, decem sectiones casei, idest, decem genera, sive diversitates caseorum.

d Si recte agant] Hebræi dicunt, quod Isai præcepit David, ut secum afferret pignora fratrum, idest, libellos repudii. Nam ut dicit *Hier.* mos erat euntibus ad prælium, ut libellos repudii darent uxoribus, ut si caperentur, nec redirent infra tres annos, liceret uxoribus nubere aliis.

d Ad sarcinas] in tentorio scilicet.

e Hæc eadem verba] scilicet date mihi virum, & ineat singulare certamen mecum.

E

f Et dixit unus quispiam] idest, quidam ad David.

g Filiam suam] primogenitam dicit *Interlin.* primogenita filia Saulis, est populus Judaicus, minor populus gentilis. Major promissa fuit David, quia Christus missus erat ad oves, quæ perierant domus Israel, sed minor filia nupsit David, idest, minor populus conjunctus est Christo per fidem. Hoc est, quod legitur *Isai.* 9. Verbum misit Dominus in Jacob, & cecidit in Israel. *(Matth. 25.)*

h Absque tributo] pœnæ & culpæ, *Joannis* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis.

i Et tulerit] idest, abstulerit.

k Incircumcisus] idest, immundus, & ideo non timendus.

l Sermonem] quem prius retulit unus solus.

m Hæc dabuntur] prædicta scilicet.

n Quod cum audisset] scilicet David interrogantem, quid dabitur illi, qui vicerit Goliam?

o Superbiam tuam] *Hieron.* dicit, quod Eliab credebat David de unctione superbire. *(Infra 10. & 20.)*

p Nunquid] supple dignum increpatione, quasi dicat, quare pro solo verbo increpas me? Vel sic: Nunquid non verbum est, supple tantum, & rex quasi dicat, non animo pugnandi hoc dico, sed ut sciam rem.

q In eo] idest, in Golia, idest, nullus timeat eum.

r Quia puer] idest, non assuetus bello. Hoc ideo sic exponitur, quia supra dictus est vir fortis, & bellicosus.

ſ Leonem, &c.] ubi hoc fecerit, non legitur nisi hic.

t Erit igitur] *Hier.* dicit: Audaciam ex eo sumpserat, quod Spiritum sanctum acceperat expertus auxilium Dei in leone, & urso, & ideo audacter se obtulit ad singulare certamen, non tam victoriæ cupidus, quam ultionis blasphemiarum Dei, & injuriarum populi.

u De manu] idest, de potestate.

x Et induit Saul] David. Argumentum est hic, quod David magnus erat, non puer, quia aliter non darentur ei vestes Saulis, quia magnæ staturæ erat.

y Et tulit] idest, nunquam habebat in manibus nisi illum. Simile *Joan.* 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, idest, nullus illuminatur nisi per illum.

a Limpi-

a limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in *b* peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit adversum Philistæum. Ibat autem Philistæus incedens, & appropinquans adversum David, & armiger ejus ante eum. Cumque inspexisset Philistæus, & vidisset David, despexit eum. Erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philistæus ad David: Nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philistæus David in diis suis. Dixitque ad David: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestiis terræ. Dixit autem David ad Philistæum: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in *c* nomine Domini exercituum Dei agminum Israel, *d* quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu *e* mea, & percutiam te, & auferam caput tuum a te: & *f* dabo cadavera castrorum Philistiim hodie volatilibus cœli, & bestiis terræ, ut sciat omnis terra, quia est Dominus Deus in Israel, & noverit *g* universa Ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta salvat Dominus. *h* Ipsius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. Cum ergo surrexisset Philistæus, & veniret, & appropinquaret contra David: festinavit David, & cucurrit ad pugnam ex adverso Philistæi: & misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem, & funda jecit, & circumducens, percussit Philistæum in *i* fronte. Et infixus est *k* lapis in fronte ejus, & cecidit in faciem suam super terram. Prævaluitque David adversum Philistæum in funda, & lapide, percussumque Philistæum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu David, cucurrit, & stetit super Philistæum, & tulit gladium ejus, & eduxit de vagina sua, & interfecit eum, præciditque caput ejus. Videntes autem Philistiim quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Et consurgentes viri Israel, & Juda, vociferati sunt, & persecuti sunt Philistæos usque dum venirent in vallem, & usque ad portas Accaron. Cecideruntque vulnerati de Philistiim in via Saraim, & usque ad Geth, & usque ad Accaron. Et revertentes filii Israel, postquam persecuti fuerant Philistæos, invaserunt castra eorum. Assumens autem David caput Philistæi, *l* attulit illud in Jerusalem, arma vero ejus posuit in *m* tabernaculo suo. Eo autem tempore, quo viderat Saul David egredientem contra Philistæum, ait ad Abner principem militiæ: De qua *n* stirpe descendit adolescens? Dixitque *o* Abner: Vivit *p* anima tua rex, si novi. Et ait rex: Interroga tu cujus filius sit iste puer. Cumque regressus esset David, percusso Philistæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philistæi habentem in manu. Et ait ad eum Saul: de qua progenie es, o adolescens? Dixitque David: Filius servi tui Isai Bethleemitæ ego sum.

CAP. XVIII.

ET *q* factum est, cum complevisset loqui ad Saul, anima Jonathæ *r* conglutinata est animæ David, & dilexit

---

a Limpidissimos] idest, planos, & volubiles, & rotundos. Moraliter. Quinque lapides David, quinque panes Christi. *Joan.* 5. Quinque verba Apostoli, 1. *Corinth.* 14. idem sunt, scilicet, cognitio sui, dolor amissi, pudor commissi, timor supplicii, spes æterni gaudii: His satiatur turba fidelium, his ædificatur Ecclesia credentium, his prosternitur Golias caput diffidentium. De primo, & secundo dicitur *Eccl.* 1. Qui addit scientiam, addit & laborem, i. dolorem, *Ps.* 12. Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem. De tertio dicitur *Eccles.* 26. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. De quarto dicitur *Eccles.* 1. Timor Domini expellit peccatum: Nam qui sine timore est, non potest justificari. De quinto *Roman.* 12. Spe gaudentes.

Moraliter.

b In peram] vas in quo mulgebat lac, vel in quo portabat panem.

c In nomine Domini] idest, in virtute nominis Domini.

d Quibus] scilicet agminibus. *e* In manu] idest, potestate mea.

f Et dabo] per occisionem tuam.

g Universa Ecclesia] idest, universus conventus.

G

h Ipsius, &c.] Unde liber Regum, liber bellorum appellatur.

i In fronte] *Gloss.* ubi signum crucis, vel Christi non habuit.

k Lapis] Hic non fit mentio nisi de uno lapide. Sed super illud *Matth.* 4. Ductus est Jesus in desertum, dicit *Gloss.* David Goliam tribus lapidibus de torrente prostravit, & Christus diabolum tribus testimoniis scripturarum. Sed dicimus ad hoc, quod revera tres lapides jecit, quibus percussit Goliam, sed uno prostravit, & de illo dicitur hic. Hic fabulantur quidam Hebræi, quod ferrum galeæ, & loricæ obsequium præstitit Domino, dans locum lapidi, ut intraret ad hominem occidendum, & ob hoc circumcisio deinceps facta est cultello ferreo, quæ prius fiebat petrino. In funda, & lapide prostravit David Goliam, idest, Christus diabolum prædicatione, & opere. Gladius vero Goliæ, sunt illi, qui populum Dei impugnant. Quando Dominus tales convertit ad se, & per eos suos defendit, tunc David proprio gladio caput Goliæ amputat: Ut quando Paulus, qui Ecclesiam Dei impugnabat, conversus est, & factus est prædicator fidei, tunc Christus proprio gladio Goliæ amputavit caput Goliæ.

A

l Attulit illud] *Gloss.* anticipatio est. Hoc enim postea fecit. Item *Gloss.* David caput Philistæi tulit in Jerusalem, ut terreret eos, idest, Jebusæos murorum firmitate, & altitudine insuperabiles se esse fidentes, & non discrederent se ab aliis vincendos esse.

m In tabernaculo suo] Potest intelligi, quod David arma Goliæ primo tulit in tabernaculo suo, postea in tabernaculum Domini, vel primo in tabernaculum Domini, & nunquam in suo. Unde Hebræus non habet, suo, tamen si est ibi, suo, exponitur, idest, Domini. Unde dicit *Gloss.* quod superflue additur, suo, quia arma non in suo, sed in Domini posuit tabernaculo. Unde *inf.* 21. accepit David gladium Goliæ ab Abimelech sacerdote.

1.9.5.c. nomachiam Eccl.47. c. Math.4.

n De qua stirpe descendit] De hoc quæsivit Saul, quia volebat scire, cui daturus erat filiam suam.

o Dixitque Abner] *Gloss.* Quod Saul, & Abner ignoravit David apud eum diutius commoratum fecit barba, quæ adolescenti creverat, dum absens fuerat: Vel forte propter exagitationem spiritus mali factus erat Saul labilis memoriæ: Vel propter multas alias curas recesserat a memoria ejus.

p Vivit anima tua] Hoc per contrarium dicitur, quasi dicat: tu moriaris, si novi eum, vel videam mortem tuam, si novi eum. Simile *Job* 2. Benedic Deo, & morere, idest, maledic. Item simile 3. Reg. 21. Benedixit Naboth Deo, regi, idest, maledixit. *Rabanus* dicit, quod, si, ponitur pro non sicut ibi: Si introibunt in requiem meam. Et est sensus: Vivat anima tua si novi eum, idest, sicut verum est, quod vivat anima tua, ita verum est, quod non novi eum. Vel sic, idest, per vitam animæ tuæ non novi eum.

Psalm. 94.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

ET *q* factum est, &c.] In hoc capite agitur de persecutione David, qua Saul persecutus est eum.

r Conglutinata] *Gloss.* Jonathas dilexit David, vir bellicosus, videlicet, juvenem aptum pugnis. Unde *Poeta*:

Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem:
Rectorem dubiæ nauta puppis amat.

Item *Ecclesiastic. decimotertio* Omne animal ad sibi simile congregatur.

Nota, Saul est Deus pater, Jonathas Deus filius David, quilibet justus. Diligebat Jonathas David, quasi animam suam. Unde *Joannis decimo* Ego animam meam do pro ovibus meis. *Jeremiæ duodecimo* Reliqui domum meam, dedi dilectam animam meam, dimisi hæreditatem meam in manus inimicorum ejus.

Mystice.

a Tulitque

cum Jonathas quasi animam suam. *a* Tulitque eum Saul in domum suam in die illa, & non concessit ei, ut reverteretur in domum patris. Inierunt autem Jonathas, & David fœdus: Diligebat enim eum quasi animam suam. Nam *b* expoliavit se Jonathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua usque ad gladium, & arcum suum, & *c* usque ad balteum. Egrediebatur quoque David ad omnia quæcumque misisset eum Saul, & prudenter agebat. Posuitque eum Saul super viros belli, & *d* acceptus erat in oculis universi populi, maximeque in conspectu famulorum Saul. Porro cum reverteretur percusso Philistæo David, & *e* ferret caput ejus in Jerusalem: egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris, & præcinebant mulieres ludentes, atque dicebant: Percussit *f* Saul mille, & David decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis ejus iste sermo, Dixitque: dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt. Quid ei superest *g* nisi solum regnum? Non *h* rectis ergo oculis Saul aspiciebat David a die illa, & deinceps. Post diem autem alteram invasit spiritus *i* Dei malus Saul, & prophetabat in *k* medio domus suæ. David autem *l* psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebatque Saul lanceam, & misit eam, putans quod *m* configere posset David cum pariete. Et declinavit David a *n* facie ejus secundo. Et timuit Saul David, *o* eo quod esset Dominus cum eo, & a se recessisset. Amovit ergo eum Saul a se, & fecit eum *p* tribunum super mille viros. Et egrediebatur, & *q* intrabat in conspectu populi. In omnibus quoque viis suis David prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. Vidit itaque Saul quod prudens esset nimis, & cœpit cavere eum. Omnis autem Israel, & Juda diligebat David: Ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur *r* ante eos. Dixit autem Saul ad David: Ecce filia mea major Merob, ipsam dabo tibi uxorem, tantummodo esto vir fortis, & *s* præliare bella Domini. Saul autem *t* reputabat, dicens: *u* Non sit manus mea in eo, sed sit super eum manus Philistinorum. Ait autem David ad Saul: *x* Quis ego sum, aut quæ est *y* vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, ut *z* fiam gener regis? Factum est autem tempus, cum deberet dari Merob filia Saul David, data est Hadrieli Molathitæ uxor. Dilexit autem David Michol filiam Saul alteram. Et nunciatum est Saul, & placuit ei. Dixitque Saul: Dabo eam illi, ut fiat ei in *a* scandalum, & sit super eum manus Philistinorum. Dixit ergo *a* Saul ad David:

a Tulitque eum] scilicet David. *b* Nam expoliavit se Jonathas] Jonathas significat viros religiosos, qui omnia propter Christum dimittunt, & nudi nudum Dominum sequuntur. In quorum persona dicit Petrus *Matth.* 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Item *Can.* 5. Expoliavi me tunica mea, quomodo reinduar illa? Item tunicam, &c. dare David, est omnia bona Christo attribuere, & nihil sibi retinere, ut dicamus cum Paulo 2. *Corinth.* 3. Non quod simus sufficientes aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra a Deo est. *Isa.* 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. Item Jonathas Christus: David quilibet nostrum, tunica Jonathæ, humanitas Christi, qua se spoliavit pro nobis in cruce. Item tunica Jonathæ, conversatio Christi, quam dedit nobis imitandam. *Jo:* 13. Exemplum dedi vobis, &c. Idem significatur 4. *Reg.* 2. per pallium Eliæ quod dimisit Elisæo. Sic solet esse, quando aliquis nobilis dat vestem suam alicui, ille portat eam in honorem illius, qui dedit eam. Mimi, & Bedelli parum portant, sed statim vendunt. Sic & nos vestem Christi, quam dedit nobis in baptismo, vel in pœnitentia, parum portamus, & statim vendimus per peccata, *Threnor.* 1. Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam, scilicet. Quidam vero statim dilaniant, ut insani pejores militibus, qui tunicam Christi integram retinuerunt, & fortiti sunt cujus esset.

Moraliter. — Infra 19. — Infra 18. Infra 19. Eccl. 47.

c Usque] inclusive ponitur.

d Acceptus, &c.] gratiosus.

e Et ferret caput] Sicut dicit *Josephus*, caput Goliæ adhuc habebat David penes se, sed hastam jam dedicaverat Deo.

f Saul mille] *Gloss.* Eos scilicet, qui fugientes occisi sunt. David decem millia, scilicet Philistæum, qui in uno dejecto omnes in fugam misit.

Nota, quod iste cantus fuit seminarium odii contra David, ita dicit *Gloss.* Simile de Joseph *Gen.* 37. Hæc causa somniorum, atque sermonum, invidiæ, & odii fomitem ministravit.

g Nisi solum regnum] *Gloss.* idest, more arreptitiorum aliena rapiebat, quasi dicat *Gloss.* non dixit hoc spiritu Prophetico, licet verum esset.

h Non rectis &c.] Hoc est proprium invidiæ, non posse recte aspicere eum, cui invidet.

i Spiritus Dei malus] *Gregorius*. Dei, per licentiam justæ potestatis: malus, per desiderium injustæ voluntatis.

Moraliter. *k* In medio domus] Moraliter. In medio domus suæ prophetare, est prædicationem verbi Dei ad temporale commodum, vel propriam gloriam inclinare, quod est adulterare verbum Dei. 2. *Corinth.* 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo, & coram Deo ita loquimur.

l Psallebat manu] idest, quod docebat Christus, opere implebat, *Prov.* 26. Abscondit piger manum sub ascella sua, & laborat, si ad os suum convertat eam. *Matthæi* 23. Dicunt enim, & non faciunt. Sed in *libro Prosperi* legitur: Bene dicere, & male facere, nihil aliud est, quam se sua voce damnare.

m Configere posset] David velle parieti lancea configere, est quemlibet justum prava exhortatione ad carnis delicias, sive concupiscentias inclinare.

Mystice. Mystice. Saul Judaicus populus, David Christus, qui prædicabat Evangelium, & opere adimplebat, & ideo Judæi eum interficere conabantur. *Jo.* 8. Nunc quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum. In tantum enim hodie odiosa est veritas, quod non invenit auditores, sed persecutores. *Isaiæ* 59. Facta est veritas in oblivionem, & qui recessit a malo, prædæ patuit detractionis.

n A facie ejus secundo.] quia primo imminente bello declinaverat a Saule, revertens ad patrem *supra* 17.

o Eo quod esset Dominus cum eo] cum propter hoc potius deberet diligere. E contrario boni non timent malos, quia Dominus non est cum eis. *Unde Ezech.* 3. Ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, quia domus exasperans est. *Rom.* 13. Vis non timere potestatem? bene fac, & habebis laudem ex illa.

p Tribunum] idest, principem, qui proprie dicitur Chiliarca.

q Intrabat in conspectu populi] *Gloss.* in pugnam primus, more regio. *r* Ante eos] Sicut bonus dux, & Prælatus. *Jo:* 10. Bonus pastor cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur.

s Et præliare bella Domini.] Hoc dicebat Saul, ut David interficeretur in bello.

t Reputabat] Spiritus suggerebat, ut interficeret David, & ipse apud se reputabat, idest, cogitabat, & tractabat repugnando spiritui, dicens:

u Non sit manus &c.] Idest, non ego occidam eam, sed Philistæi. Hujus facti, & liberationis suæ debuisset David fuisse memor, quando misit Uriam ad Joab, ut interficeretur in prælio, sed non fuit, & ideo peccavit tunc. *x* Quis ego sum] *Glossa*. Latenter se dignum insinuat. 2. *Reg.* 11.

y Vita mea, &c.] in vita sive in moribus, & in genere.

z Ut fiam gener regis] filiam regis accipiens in uxorem.

a In scandalum] Idest, in occasionem mortis.

a In

a In duabus rebus, &c.] In primo pro *Gloss.* una res est, quod Gigantem interfecit, vel prostravit; altera ut centum præputia allophylorum deferret. Vel aliter: In duabus rebus, idest, in duabus filiabus meis. Nam alteram habuisti sponsam: alteram habebis uxorem, ita dicit *Andreas*. *Hieronymus*: In duabus rebus, quia bis obtulit præputia Philistinorum centum pro Merob, & postea ducenta pro Michol. Et dicit *Hieronymus*, quod duobus periculis putavit Saul David potuisse perimi, aut insidiis filiæ, aut causa præputiorum.

b Clam me] idest sine me, vel me absente.

Moraliter. *c* Gener Regis] Gener Regis est, qui habet Ecclesiam, nec hoc parum est. Sed multi tamen hujusmodi pauperes sunt, & tenues pauperes in vita, tenues in scientia. Multi hodie in duabus filiabus sunt generi Saulis, idest, Dei Patris, imo in tribus, & quatuor: quotquot enim præbendas habet quis, in tot filiabus est gener Christi.

d Pauper] potentia.

e Et tenuis substantia.

f Hujuscemodi verba] scilicet ego sum pauper, & tenuis.

g Non habet necesse Rex sponsalia] Non hoc curat Dominus, ut Prælatus augeat temporalia, sed ut Philistæos, idest, dæmones interficiat gladio verbi Dei. *Josephus* sic habet: Dicite non me egere muneribus, quibus rebus potius venduntur filiæ quam nuptiis tradantur.

2. Reg. 3. *h* Præputia] *Gloss.* idest, capita secundum quosdam, quia præputium summitas rei vocatur. Vel etiam ideo capita vocantur præputia, quia præputia immunda sunt, & resecanda a Judæis, & Judæi capita Philistinorum immunda reputabant, & resecanda. *22. q. 1. cap. quod autem tibi.*

Ad litteram autem quod Saul jussit auferri præputia potius quam alia membra, duplex est ratio: Prima ad majorem confusionem Philistinorum, qui detestabantur circumcisionem. Secunda ratio est, ut dicunt Hebræi, quia si capita, vel alia membra afferret David, nesciretur, an Judæos, an Philistæos interfecisset, sed præputia non posset sumere de Judæis, quia circumcisi sunt. *i* Accaron] Civitas est Philistinorum.

Moraliter. *k* Et attulit præputia eorum] *Josephus*: Abscindens David sexcenta capita venit ad Regem, & nuptias exigebat. Nota, duæ filiæ Saul, sunt duæ vitæ, scilicet activa, & contemplativa. Merob interpretatur multitudo, hæc est activa, quæ circa multa solicita est. Michol autem interpretatur aqua omnis, hæc est contemplativa, quæ omne refrigerium habet. Qui vult habere Michol, debet dare 200. præputia, idest, amputare a se duplicem immunditiam, cordis, scilicet, & operis, sive cogitationis, & corporis. Pro Merob non dantur nisi centum præputia, quia activi utramque immunditiam penitus amputare non possunt. Sæpe enim cogitationes eorum, & affectus sordidantur. Unde *Cant. c. 5.* Lavi pedes meos, &c. Contemplativi utramque amputant. Unde & Religiosi duplex cingulum habent. Et Joannes *in Apocalypsi* vidit Angelum duplici zona præcinctum, una ad mamillas, altera ad renes. *Sup. 18. Apoc. 1. & 15.*

In *a* duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandavit Saul servis suis: Loquimini ad David *b* clam me: dicentes: Ecce places regi, & omnes servi ejus diligunt te, nunc ergo esto *c* gener Regis. Et locuti sunt servi Saul in auribus David omnia verba hæc. Et ait David: Num parum vobis videtur generum esse Regis? Ego autem sum vir *d* pauper, & *e* tenuis. Et renunciaverunt servi Saul, dicentes: *f* Hujusmodi verba locutus est David. Dixit autem Saul: Sic loquimini ad David: *g* Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia *h* Philistinorum, ut fiat ultio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere David in manus Philistinorum. Cumque renunciassent servi ejus David verba, quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis David, ut fieret gener Regis. Et post dies paucos surgens David abiit in *i* Accaron cum viris, qui sub eo erant, & percussit ex Philistiim ducentos viros, & *k* attulit præputia eorum, & annumeravit ea Regi, ut esset gener ejus. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam uxorem. Et vidit Saul, & intellexit, quia Dominus esset cum David. Michol autem filia Saul diligebat eum. Et Saul *l* magis cœpit timere David: Factusque est Saul *m* inimicus David cunctis diebus. Et egressi sunt principes Philistinorum. A principio autem egressionis eorum, prudentius se gerebat David, quam omnes servi Saul, & celebre factum est *n* nomen ejus nimis.

l Magis cœpit timere] quia quanto melior fiebat David, tanto magis timebat eum Saul. Item magis, quia habuit uxorem filiam suam, & ita propinquior fuit ad regnum.

m Inimicus David cunctis] manifestus.

n Nomen] idest, fama.

CAP. XIX.

LOCUTUS *o* est autem Saul ad Jonatham filium suum, & ad omnes servos suos, ut occiderent David. Porro Jonathas filius Saul diligebat David valde: Et indicavit Jonathas David dicens: Quærit Saul pater meus occidere te. Quapropter observa te quæso mane, & manebis *p* clam, & absconderis: Ego autem egrediens stabo juxta patrem meum in *q* agro ubicumque fuerit, & ego loquar de te ad patrem meum, & quodcumque videro, nunciabo tibi. Locutus est ergo Jonathas de David bona ad Saul patrem suum: Dixitque ad eum: Ne pecces Rex in servum tuum David, quia non peccavit tibi, & opera ejus valde *r* bona sunt tibi: Et *f* posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum, & fecit Dominus salutem magnam in universo Israeli: Vidisti, & lætatus es: Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa? Quod cum audisset Saul, placatus voce Jonathæ juravit: Vivit Dominus, quia non occidetur. Vocavit itaque Jonathas David, & indicavit ei omnia verba hæc. Et introduxit Jonathas David ad Saul, & fuit ante eum sicut erat heri, & nudiustertius. *t* Motum est autem rursum bellum, & egressus David pugnavit adversum Philistiim, percussitque eos magna plaga, & fugerunt a facie ejus. Et *u* factus est spiritus Domini malus in Saul. Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam. Porro David *x* psallebat manu sua, nisusque est Saul configere David lancea in *y* parietem: Et declinavit David a facie

EXPOSITIO CAP. XIX.

LOcutus *o* est autem Saul, &c.] Hucusque simulaverat Saul odium, quod habebat ad David, nunc autem non potest amplius celare, quia crescente fortuna in David, crescebat odium in David, aperte incepit persequi eum. Unde in hoc capitulo agitur de manifesta persecutione Saulis in David.

p Clam, & absconderis:] idest, in abscondito.

q In agro] *Gloss.* in quo consiliandi causa Saul venire consueverat, ubi occidi David condictum fuerat. Simile *Genes.* 4. Cain in agrum exivit occidere Abel.

r Bona sunt, &c.] idest, utilia.

f Et posuit animam suam in manu sua,] idest, periculo se exposuit pro te. Simile *Job* 2. Quare lacero carnes meas, & animam meam porto in manibus meis? Item *Judicum* 12. dixit Jephte Ephraitis: Vocavi vos, & venire noluistis: quod cernens posui animam meam in manibus meis.

t Motum est] contra Philistæos. *u* Et factus] idest, exagitavit eum. *Moraliter.*

x Psallebat] ut leniret Saulem.

y In parietem] per parietem corpus intelligitur. Unde *Cantic.* 2. En ipse stat post parietem. David est quilibet justus: Saul persecutores Ecclesiæ, qui per pœnas corporis quas infligebant, volebant justos ad peccata inclinare. Sed David declinavit, quia sancti licet corpore puniantur, tamen mente remanent incolumes: Unde sequitur:

a Lancea

a Lancea autem casso vulnere perlata est in parietem] Ideo dicit Dominus *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt.
b Et David fugit] in suam domum.
c Per fenestram] *Gloss.* quoniam domus circundata erat custodibus. Simile de Paulo *Actor.* 9. Accipientes discipuli ejus Paulum nocte per murum dimiserunt eum submittentes in sporta. Idem 2. *Corinth.* 11.
d Statuam] Nota: Michol stravit lectum David quasi ægrotanti, in quo posuit statuam, & pellem caprarum, similitudinem capillorum exprimentem, & supposuit jecur capræ calidum, & adhuc spirans, per hoc exprimens hominem quasi anhelantem.
e Apparitores, &c.] *Gloss.* idest, ministri, qui parent imperanti.
f Et responsum est] eis, a Michol scilicet.
g In Ramatha] *Gloss.* civitas Samuelis in Tribu Benjamin, alia Ramatha est in Tribu Aser.
h In Najoth] *Gloss.* locus est in Ramatha ubi sedit David, & ubi psallebant tunc prophetæ.
i Lictores] idest, carnifices.
k Cuneum prophetarum] *Gloss.* qui illo tempore prophetabant.
l Super eos] quia præerat aliis.
m Prophetare cœperunt etiam ipsi] Quærit *Raban.* quomodo, qui missi erant ad hominem tenendum, & ad necem ducendum, prophetalis spiritus participes esse meruerunt, & ipse Saul quærens sanguinem innocentem? Postea solvit dicens: Sed & Balaam *Num.* 22. Prophetavit. Et multi alii *Mat. cap.* 7. dicent in illa die Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, &c. Non est ergo mirum, hominem reprobum transitorie prophetasse. Vel prophetare est Deum laudare. Sed nota, tres ordines nunciorum missi sunt a Saul, & prophetaverunt. Sic sæpe cupidi, superbi, luxuriosi, veniunt ad prædicationem, & justi redeunt. Sic etiam sæpe contingit, quod aliqui intrant claustrum, ut exploratores, qui postea remanent boni claustrales. Item *Gloss.* Illi Prophetæ viri religiosi erant, dicti Nazaræi, qui non bibebant vinum, & vacabant semper, canentes Hymnos, & Psalmos.
n Expoliavit etiam ipse se] Simile *secundo Regum, sexto* Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est quasi si nudetur unus de scurris. *o* Coram Samuele] abscondito dicit *Interlin.* quia Samuel vidit Saulem, sed non e converso. Sed videtur contrarium *supr.* 5. ubi dicitur: Non enim vidit eum usque in diem mortis suæ. *Gloss.* solvit hoc, dicens: Non vidit, scilicet indutum regali habitu. Se vero expoliasse non omnibus vestimentis, sed regalibus tantum intelligendum est.
p Proverbium] *Gloss.* Proverbium dicitur, quod in ore loquentium sæpe versatur. Mira enim res videbatur hominem tanquam profanum prophetare. Prothema: & nos cum inscios viderimus docere, recte dicimus: Numquid & Saul inter Prophetas.

Saul: *a* lancea autem casso vulnere prælata est in parietem, & *b* David fugit & salvatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos nocte in domum David, ut custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annunciasset David Michol uxor sua dicens: Nisi salvaveris te nocte hac, cras morieris, deposuit eum *c* per fenestram. Porro ille abiit, & aufugit, atque salvatus est. Tulit autem Michol *d* statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput ejus, & operuit eam vestimentis. Misit autem Saul *e* apparitores, qui raperent David, & *f* responsum est, quod ægrotaret, Rursumque misit Saul nuncios, ut viderent David, dicens: Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur. Cumque venissent nuncii, inventum est simulacrum super lectum, & pelles caprarum ad caput ejus. Dixitque Saul ad Michol; Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum, ut fugeret? Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi dicens; Dimitte me, alioquin interficiam te. David autem fugiens salvatus est. Et venit ad Samuel in *g* Ramatha, & nunciavit ei omnia, quæ fecerat sibi Saul. Et abierunt ipse, & Samuel, & morati sunt in *h* Najoth. Nunciatum est autem Sauli a dicentibus: Ecce David in Najoth in Ramatha. Misit ergo Saul *i* lictores, ut raperent David. Qui cum vidissent *k* cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem *l* super eos, factus est etiam spiritus Domini in illis, & *m* prophetare cœperunt etiam ipsi. Quod cum nunciatum esset Sauli, misit & alios nuncios. Prophetaverunt autem & illi, Et rursum Saul misit tertios nuncios, qui & ipsi prophetaverunt. Et iratus iracundia Saul, abiit etiam ipse in Ramatha, & venit usque ad cisternam magnam, quæ est in Socho, & interrogavit, & dixit; In quo loco sunt Samuel, & David? dictumque est ei: Ecce in Najoth sunt in Ramatha. Et abiit in Najoth in Ramatha: Et factus est etiam super eum spiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat usque dum veniret in Najoth in Ramatha. Et *n* expoliavit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetavit cum ceteris *o* coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa, & nocte. Unde & exivit *p* proverbium: Num & Saul inter Prophetas.

C A P. X X.

FUGIT *q* autem David de Najoth, quæ est in Ramatha, veniensque locutus est coram Jonatha: Quid feci? Quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam? Qui dixit ei: Absit *r* a te, non *s* morieris. Neque enim faciet pater meus quicquam grande, vel parvum, nisi prius indicaverit mihi. Hunc ergo celavit a me pater meus sermonem tantummodo? *t* Nequaquam enim erit istud. *u* Et juravit rursum David. Et *x* ille ait: Scit *y* profecto pater tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis & dicet: nesciat hoc Jonathas, ne forte *z* tristetur. Quin imo vivit Dominus, & vivit anima tua, quia uno tantum, (ut ita dicam,) *a* gradu *b* ego, morsque dividimur. Et ait Jonathas ad David; quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem David ad Jonatham: *c* Ecce calendæ sunt crastino, &

E X P O S I T I O
C A P. X X.

FUgit *q* autem David, &c.] Tempore tribulationis fugit David ad Jonatham, sic viri justi in tribulationibus suis confugere debent ad Christum, ut in eo consolationem recipiant non in hominibus, vel alia creatura. Delicata est enim divina consolatio, nec recipit aliena. *Ps.* 93. Secundum multudinem dolorum meorum in corde meo consolationes, &c.

1 q. e. muta, & c. prophetavit. Depen dit. i.e. fugerat autem, & c. ß enim. Sup. 17. & infra 26.

r Absit a te] ut scilicet, quæram animam meam.
s Non morieris] idest, non interficiet te.
t Nequaquam enim erit istud.] ut amplius a me celet sermonem aliquem. Vel aliud, idest, ut pater meus interficiat te.
u Et juravit rursum] quia jam aliis juraverat *supra* 18.
x Et ille ait] scilicet David.
y Profecto] idest, certe.
z Tristetur] super morte David.
a Gradu] *Gloss.* Gradum dicit parietem, quo medio inter se, & hostes, per domus fenestram evasit, ubi erant obsidentes, *sup* 19. Hebræus habet; Uno tantum passu.
b Ego] idest, minimum intervallum fuit inter me, & mortem.
c Ecce calendæ] Secundum Judæos calendæ sunt primi dies mensium, idest, lunationum, qui neomeniæ dicuntur a neos, quod est novum, & mene, quod est Luna. De hoc festo dicitur *Levitic.* 23. & *Numerorum* 28. *Gloss.* Dicit hic, calendas Judæi celebrant hostiis, epulis, requie: Sic & nos dies festos celebrare debemus, hostiis orationum, epulis, refectione pauperum, requie, cessatione a malo. In his tribus

perfecte

perfecte omnis festivitas celebratur. Unde *Nahum* 1. Celebra Juda festivitates tuas, redde vota tua, quia non adjiciet ultra, ut pertranseat in Belial. Juda confessio laudis, ecce oratio. Redde vota, ecce eleemosina. Non adjiciet, &c. ecce quies a malo. Sed plures econtrario celebrant festa, quia tunc minus orant quam aliis diebus, minus dant pauperibus, imo tunc invitantur ab aliis, tunc magis peccant inebriando, luxuriando, detrahendo, & hujusmodi. Idcirco dicit *Amos* 5. Odi, & projeci festivitates vestras, quia non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quare? dicit rationem *Isai.* 1. Iniqui sunt cœtus vestri. Et quare iniqui? Dicit Apostolus 1. *Corinth.* 11. Vobis convenientibus in unum, jam non est cœnam Domini manducare: unusquisque enim cœnam suam præoccupat ad manducandum, & alius quidem esurit, alius vero ebrius est. Et statim sequitur: Numquid non domos habetis ad manducandum? quasi diceret, unusquisque deberet in domo sua manducare in festis diebus, & pauperes invitare, non divites.

B C D

a Juxta regem] tamquam gener regis.

b Dimitte ergo me] id est, da licentiam.

c Diei tertiæ] *Gloss.* Tribus enim diebus festivitatem Neomeniæ agebant. Ad hanc *Gloss.* dici potest, quod revera in lege non invenitur, quod festum Neomeniæ duraverit nisi die una, sed Judæi multa faciunt ex consuetudine, quæ non sunt scripta in canone legis. Vel forte tunc in Neomenia fuerunt aliqua alia solemnia per triduum.

d Rogavit me] idest, licentiam a me postulavit.

e Completa] idest, pertinax.

ego ex more sedere soleo *a* juxta regem ad vescendum: *b* dimitte ergo me, ut abscondar in agro usque ad vesperam diei *c* tertiæ. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: *d* Rogavit me David, ut iret celeriter in Bethleem civitatem suam, quia victimæ solemnes ibi sunt universis contribulibus ejus. Si dixerit, bene, pax erit servo tuo. Sin autem fuerit iratus, scito, quia *e* completa est malitia ejus. Fac ergo misericordiam in servum tuum, quia fœdus Domini me famulum tuum tecum *f* inire fecisti. Si autem est in me aliqua iniquitas: tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Et ait Jonathas: Absit *g* hoc a me. Neque enim fieri potest, ut si certe cognovero completam esse patris mei malitiam contra te, non annunciem tibi. Responditque David ad Jonatham: Quis renunciabit mihi, si quid forte responderit tibi pater tuus dure? Et ait Jonathas ad David: *h* Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumque exiissent ambo in agrum: Ait Jonathas ad David: Domine Deus Israel, si investigavero sententiam patris mei crastino, vel *i* perendie, & aliquid boni fuerit super David, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero: hæc faciat Deus Jonathæ, & hæc addat. Si autem perseveraverit patris mei malitia adversum te, *k* revelabo aurem tuam, & dimittam te, ut vadas in pace, & sit Dominus *l* tecum, *m* sicut fuit cum patre meo. Et si vixero, facias mihi misericordiam Domini: si vero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a *n* domo mea usque in sempiternum. *o* Aut si non fecero, quando eradicaverit Dominus inimicos David unumquemque de terra, auferat David Jonatham de domo sua, & *p* requirat Dominus de manu inimicorum David. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David. Et *q* requisivit Dominus de manu inimicorum David. Et addidit Jonathas *r* dejerare David, eo quod diligeret eum. Sicut enim animam suam, ita diligebat eum. Dixitque ad eum Jonathas: cras calendæ sunt, & requireris. Requiretur *s* sessio tua usque *t* perendie. Descendes ergo festinus, & veniens in locum, ubi celandus es in *u* die, quando operari licet, & *x* sedebis juxta lapidem, cui nomen est *y* Ezel: Et ego *z* tres sagittas mittam juxta eum, & jaciam quasi exercens me *a* ad signum. Mittam quoque & *b* puerum, dicens ei: *c* Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero puero: Ecce sagittæ *d* intra te sint, *e* tolle eas: *f* tu veni ad me quia pax tibi est, & nihil est mali, vivit Dominus. Sin autem sic locutus fuero puero: Ecce sagittæ ultra te sunt, vade in pace, quia dimisit *g* te Dominus. De verbo autem, quod locuti fuimus ego, & tu,

multo tempore post impletum de Absalon 2. *Regum* 18. Et de Siba filio Bochri 2 *Regum* 20. Et etiam de Saule 1. *Regum* 35. Qui omnes a Domino puniti sunt, non a David vindicante. Vel requisivit, idest, liberavit David de manu inimicorum. Et dicitur, quod hanc clausulam apposuit historiographus de suo.

r Dejerare] *Gloss.* idest, valde jurare. Unde patet, quod non sumitur hic pro perjurare, idest, falso jurare.

s Sessio tua] idest, tu, qui ibi debes sedere, requireris. Et hoc,

t Perendie] idest, usque ad tertiam diem.

u In die, quando operaris] *Gloss.* idest, pridie calendas, idest, proximo die ante calendas. Sed melius est, ut de sequenti die intelligatur.

Moraliter.

x Sedebis, &c.] Sedet pœnitens juxta Christum imitans vestigia ejus. *Threnor. cap.* 3. Sedebit solitarius, & tacebit, & levabit, &c.

y Ezel, &c.] Fortitudo Dei.

z Tres sagittas] scilicet comminationis, promissionis, exhortationis. Has sagittas debet jacere omnis prædicator. Primam jecit Joannes Baptista quando dixit: Jam securis ad radicem arboris posita est. *Matth.* 3. Secundam, & tertiam quando dixit: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. Istæ sagittæ sunt citra aliquem, quando plus facit boni, quam etiam moneatur. Ultra sunt, quando minus facit, & ulterius progredi monetur. Vel citra illum dicuntur esse sagittæ Domini, quem vulnerant ad pœnitentiam. Ultra illum sunt, quæ non movent, & talem dimittit Dominus profugum, & exulem. Vel citra te sunt sagittæ, quando scrutaris conscientiam tuam. Ultra te, quando proficis bonis operibus. Ad hæc invitatur prædicator. Unde *Ezechiel. capit. tertio* dictum est primo: Egredere in campum per bonam operationem, & ibi loquar tecum. Et paulo post subjungit: ingredere, & includere in medio domus tuæ, idest, conscientiæ.

f Inire fecisti] jam bis. *g* Absit hoc a me ut interficiam te, vel ad patrem meum reducam.

h Veni, & egrediamur] *Gloss.* De urbe in agrum egressi sunt, ut securius fœdus Domini inirent, idest, juramentum.

i Perendie] idest, post cras: & est adverbium pertinens ad futurum, sicut nudiustertius ad præteritum.

k Revelabo aurem tuam] idest, manifestabo tibi. Simile habuimus *supr.* 9. Revelaverat Dominus auriculam Samuelis ante unam diem, quam veniret Saul. Simile 2. *Reg.* 7. Domine, revelasti auriculam servi tui.

l Tecum] ut sublimet regnum tuum.

m Sicut fui] prius.

n A domo mea] idest, a filiis meis.

o Aut si non fecero, &c.] tibi notum, quod audiero a patre meo.

p Et requirat] scilicet injuriam, idest, vindictam sumat; Vel requirat, scilicet fœdus.

q Et requisivit] *Glos.* dicit, quod est anticipatio, quia

a Ad signum] Christi scilicet dirigentis in finem.

b Puerum, &c.] Puer, idest, purus, & simplex debet esse, qui colligit sagittas Jonathæ, idest, qui audit sacram Scripturam *Jacob primo* In mansuetudine, &c. Et *Sapientiæ primo* In mansuetudine, &c. *Psalmo sexagesimo-tertio.* Sagittæ parvulorum, &c.

c Vade, & affer mihi] Ideo dedit tale signum, quia nesciebat, si posset venire solus in agrum, & loqui cum David nullo sciente.

d Intra te] idest, inter me, & te, o puer.

e Tolle] o puer.

f Tu veni] o David.

g Dimisit te Dominus] idest, liberavit te a Saule, vel Dominus, idest, Saul dimisit te, idest, ab ejus amicitia

cecidisti

cecidisti. Vel Dominus, idest Deus dimisit te profugum, & exulem ad tempus.
a Inter me, & te] quasi testis, & fidejussor.
b Surrexit Jonathas,] cedens Abner principi militiæ. Vel surrexit de loco, ubi sedebat, & venit ad mensam.
thæ. Simile *Genes.* 33. Progrediens Jacob adoravit septies pronus in terram, idest, se inclinavit septies ad Esau. Vel sic: Adoravit tertio Deum, scilicet inclinando se ter.
f David autem amplius] flevit, quia ejus causa agebatur.

c Et sedit] ad mensam.
d Locus David,] ex altero latere regis.
e Non est locutus] de absentia David, existimans eum nondum purificatum; nemo enim in festivis diebus comedebat de hostiis, nisi mundus.
f Filius Isai] Non nominat eum, ex indignatione.
g Rogavit] idest, licentiam petiit. Et est hic argumentum, quod nec claustralis a claustro, nec canonicus a capitulo, nec clericus ab Ecclesia sua absque licentia debet recedere.
h Obnixe,] idest, instanter.
i Dimitte me, &c. Ob hanc causam] Hic mentitus est Jonathas.
k Fili mulieris, &c.] *Gloss.* quasi dicat: amas inimicum meum, adversans mihi, in quo ostendis in adulterino te conceptum concubitu quasi probabili littera, licet non sit verum, nam legitime nati arctius amant patres.
l Ultro virum rapientis,] qualis erat uxor Putipharis, quæ volebat Joseph cogere ad adulterium committendum. *Gen.* 39. De talibus dicitur *Ezech.* 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedem amatoribus tuis, & donabas eis, ut intrarent ad te.
m In confusionem tuam,] quia non regnabis post me, sed ipse.
n Ignominiosæ] idest, infamis. In hoc enim quod diligis hostem meum, probas te non esse filium meum, & ita matrem tuam esse adulteram.
o Filius mortis] idest, dignus morte. Simile *Matthæi* 25. Facitis eum filium gehennæ duplo quam vos, idest magis dignum gehenna quam vos.
p Confudisset] Improperans ei, quod esset filius adulteræ, cum tamen non esset.
q Collegit autem, &c.] Condictum fuerat de tribus sagittis jaciendis, hic autem non sit mentio nisi de duabus, quia non fuit necesse plures jacere.
r Adoravit tertio.] idest, ter inclinavit Jona-

sit Dominus *a* inter me, & te usque in sempiternum. Absconditus est ergo David in agro, & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedendum panem. Cumque sedisset rex super cathedram suam (secundum consuetudinem) quæ erat juxta parietem, *b* surrexit Jonathas, & *c* sedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit *d* locus David, & *e* non est locutus Saul quicquam in die illa. Cogitabat enim, quod forte evenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus. Cumque illuxisset dies secunda post calendas, rursum vacuus apparuit locus David. Dixitque Saul ad Jonathan filium suum: Cur non venit *f* filius Isai nec heri, nec hodie ad vescendum? Et respondit Jonathas Sauli; *g* Rogavit me hodie *h* obnixe, ut iret in Bethlehem, & ait: *i* Dimitte me, quoniam sacrificium solemne est in civitate mea, unus de fratribus meis accersivit me. Nunc ergo, si inveni gratiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis. Iratus autem Saul adversum Jonathan, dixit ei: Fili *k* mulieris *l* ultro virum rapientis: numquid ignoro, quia diligis filium Isai in *m* confusionem tuam, & in confusionem *n* ignominiosæ matris tuæ? Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia *o* filius mortis est. Respondens autem Jonathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum, Et intellexit Jonathas, quod definitum esset a patre suo, ut interficeret David. Surrexit ergo Jonathas a mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super David, eo quod *p* confudisset eum pater suus. Cumque illuxisset mane venit Jonathas in agrum juxta placitum David, & puer parvulus cum eo: Et ait ad puerum suum: Vade, & affer mihi sagittas, quas ego jacio. Cumque puer cucurrisset, jecit aliam sagittam trans puerum. Venit itaque puer ad locum jaculi, quod miserat Jonathas, & clamavit Jonathas post tergum pueri, & ait: Ecce ibi est sagitta, porro ultra te. Clamavitque iterum Jonathas post tergum pueri, dicens: Festina velociter, ne steteris. *q* Collegit autem puer Jonathæ sagittas, & attulit ad dominum suum, & quid ageretur, penitus ignorabat: Tantummodo enim Jonathas, & David rem noverant. Dedit igitur Jonathas arma sua puero, & dixit ei: Vade defer in civitatem. Cumque abiisset puer, surrexit David de loco, qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram *r* adoravit tertio. Et osculantes se alterutrum, fleverunt pariter, *f* David autem amplius. Dixit ergo Jonathas ad David: Vade in pace: *t* Quæcumque juravimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me, & te, & inter semen tuum, & semen meum usque in sempiternum. Et surrexit David, & abiit, sed & Jonathas ingressus est civitatem.

CAP. XXI.

VENIT autem *u* David in Nobe ad Achimelech sacerdotem, & obstupuit Achimelech, eo quod venisset David, & dixit ei: *x* Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem, & dixit: Nemo sciat rem, propter quam a me *y* missus es, & cujusmodi tibi præcepta dederim. *z* Nam & pueris

t Quæcumque juravimus, &c.] supple, firma sint, quia nimius dolor fecit eos deficere loquendo, ita vult *Gloss.*

EXPOSITIO CAP. XXI.

VEnit autem *u* David in Nobe] civitatem illam. Et agitur in hoc capitulo de fuga David in Nobe, ubi ipse David cum pueris suis comedit panes propositionis, quos non licebat edere nisi solis sacerdotibus. Excusatur autem David propter necessitatem, sicut dicit Dominus *Matth.* 12. Erat autem tunc temporis sacerdos Abimelech, vel Achimelech, qui secundum quosdam fuit frater Achiæ filii Achitob filii Phinees, filii Heli. *Hieron.* dicit Achimelech esse ipsum Achiam, de quo *supra* 14. dictum est: Achias filius Achitob fratris de Icaboth, filii Phinees portabat Ephod.
x Quare tu solus, &c.] *Josephus* dicit, nec amicum, nec famulum secum habens. Contrarium dicitur *Matth.* 12. Ubi dicit Dominus: Nonne legistis, quid fecerit David, & qui cum eo erant? ergo habebat socios, non ergo solus erat. Præterea, *infra* quærit Abimelech: Si mundi sunt pueri, ergo pueros habuit secum; quomodo ergo dicitur hic, quod solus erat? Sol. Vulgariter loquitur hic Scriptura, quia pauci erant cum eo. Ideo dicit nullum esse cum eo, quia multi deberent esse cum eo, quia erat gener regis.
y Missus es] a me scilicet. Sed numquid mentitus est David? Videtur quod sic, quia scienter dixit falsum. Bene potest hoc concedi. Vel potest dici, quod non; quia non dixit illud cum intentione fallendi, sive nocendi: Non enim intendebat David principaliter suggerere falsum pro vero, sed obtinere panes ad comedendum, quod non fuit damnum alicujus.
z Nam & pueris, &c.] q.d. Non veni solus: Nam & pue-

meis condixi in illum, & illum locum. Nunc igitur si *a* quid habes ad manum, *b* vel *c* quinque panes, da mihi, aut quicquid inveneris. Et respondens sacerdos ad David, ait ei: Non habeo panes *d* laicos ad manum, sed tantum panem sanctum: Si mundi sunt pueri, *e* maxime a mulieribus, manducent. Et respondit David sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudiustertius, *f* quando egrediebamur, & fuerunt *g* vasa puerorum *h* sancta. Porro *i* via hæc polluta est, *k* sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem: Neque erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant a facie Domini, ut ponerentur *l* panes calidi. Erat autem ibi vir quidam de servis Saul in die illa intus in *m* tabernaculo Domini, & nomen ejus Doeg Idumæus, potentissimus *n* pastorum Saul. Hic pascebat mulas Saul. Dixit autem David ad Achimelech. Si habes hic ad manum hastam, aut gladium da mihi, quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum. *o* Sermo enim regis urgebat. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in valle terebinthi, est *p* involutus pallio post Ephod, si istum vis tollere, tolle. Neque enim hic est alius absque eo. Et ait David: Non est huic alter *q* similis? da mihi eum. Surrexit itaque David, & fugit in die illa a facie Saul, & venit ad *r* Achis regem Geth. Dixeruntque servi Achis, cum vidissent David: Numquid non iste est David rex terræ? Nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia? Posuit autem David sermones istos in corde suo, & *s* extimuit valde a facie Achis regis Geth. Et immutavit *t* os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & *u* impingebat in ostia portæ, defluebantque salivæ ejus in barbam. Et ait Achis ad servos suos: Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum, ut fureret me præsente? Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domum meam:

& pueris, &c. idest, pueros meos misi in diversa loca, & dixi, ut venirent ad me, unus in illum locum, & alius in illum.

a Si quid habes] aptum esui.

b Vel] idest saltem.

c Quinque panes,] Forte ex numero panum intelligitur numerus sociorum. Et nota, quod panes tantum quærit David, & non delicias; quanto magis ergo Prælati seminatores spiritualium non debent exigere a sacerdotibus suis delicias, sed paucis debent esse contenti.

B

d Laicos] *Gloss.* Laos Græce, populus Latine, inde laicos panes, idest, populares. Nota, quod sunt panes laici; idest, communes, quibus omnibus communiter licet vesci. Item sunt panes

1. q. 1. c. 1. *De consecr. dist. 2. cap. tribus gradiumt.*

Levitici oblati Domino, quibus solis Levitis licet vesci. Item sunt panes sacerdotales, idest, panes propositionis, quibus solis sacerdotibus licitum erat vesci. De quibus habes *Lev.* 24.

Matth. 12. *Marc.* 2. *Luc.* 6. c. 25. q. 1. §. his ita.

e Maxime a mulieribus,] quasi dicat, necessitas non habet legem, tamen si immundi sunt, maxime in coitu mulierum, tunc nec etiam in necessitate dabo eis: in quo innuitur, quod fornicatio est majus peccatum aliis peccatis. Unde 2. *Petr.* 2. dicitur: Novit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem judicii reservare cruciandos, maxime autem eos, qui post carnem, & concupiscentias immunditiæ ambulant, ubi dicit *Gl.* Fornicatores majora patientur supplicia, quam generales iniqui. Contra. *Gregorius* dicit, quod peccata carnalia sunt majoris infamiæ, sed minoris culpæ quam spiritualia. Solutio: Potest dici, quod sicut pœna parvulorum dicitur maxima, idest generalior, ita fornicatio dicitur majus peccatum, idest communius, quia plures involvit quam aliud peccatum. Vel dicitur majus, idest immundius. Unde 1. *Corinth.* 6. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, quia illud immundat, & vires ejus enervat, & cibum ei subtrahit, dando meretricibus quod deberet comedere.

C

f Qumdo egrediebamur, &c.] idest, ex quo egressi sumus.

g Vasa] idest corpora, in quibus quasi in vasis animæ continentur, 2. *Corinth.* 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Item 1. *Thessalon.* 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vas suum, idest, corpus suum, possidere in sanctificatione, & honore. Vel vasa puerorum vocat ipsos pueros, vel sportulas eorum, in quibus portabant panem; quasi dicat, in vasis mundis potes ponere panes mundos.

h Sancta.] a concubitu dicit *Interl.* idest, munda.

i Via hæc] plena laqueis peccatorum.

k Sed & ipsa hodie] quasi dicat David, forte aliquid immunditiæ contraximus in hac via, sed munditia corporum sufficit ad emundandam hujusmodi immunditiam. Ubi nos habemus, via hæc polluta est; *Hebræus* habet, via hæc laica est: Quia in lege scriptum est, *Levitic.* 24. ut extraneus non comedat ex eis, cur interrogas, utrum mundi sint pueri, qui etiam si mundi essent, vesci non deberent: Via ergo laica est, quia tu laicaliter quæris, idest, interrogatio tua laicalis est, quasi nescias legem. Sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis, idest, in mente sua se sanctificari dixit, quia nisi necessitate corporis, & periculo vitæ urgente non vescerentur eis, ita vult quædam *Gloss.*

l Panes calidi.] Ex hoc conjicitur, quod erat sabbatum, quia in sabbato removebantur veteres panes a mensa, & ponebantur alii calidi, ut legitur *Levitic.* 24. Sed si fuit sabbatum, quomodo ergo David tam longe ibat, cum iter sabbati sit tantum mille passus, ut dicitur *super Act.* 1. Solutio: Necessitas non habet legem. Præterea, hæc observantia cæremonialis erat, & cessatura: Unde & Dominus sabbato ivit per sata, *Matth.* 12. Item nota, quod non legitur hic expresse, quod David comederit de panibus; & hic dicunt Hebræi, quod non comedit: sed Dominus, cui magis est credendum, dicit quod comedit. *Matth.* 12.

Sup. 18. & *infr.* 19. *Eccl.* 47.

32. q. 2. *cap. utilem.*

m In tabernaculo] idest atrio. Simile *Joann.* 2. Omnes ejecit de templo, oves, & boves, &c. De templo dicit, idest, de atrio, quia in templo soli Sacerdotes intrabant, eodem modo in tabernaculo. *Gloss.* dicit: in Hebræo, obligatus in conspectu Domini: Forte enim voverat, quod aliquot diebus in tabernaculo Domini moraretur, & vacaret orationibus.

n Pastorum Saul.] quia ut dicit *Josephus*, pascebat mulas Saulis.

o Sermo enim] comminationis scilicet, quia comminatus est mihi mortem, tamen Achimelech intelligebat de præcepto regis.

p Involutus pallio] Memoriale triumphi David. Quod quia fuit miraculum Dei; ideo in tanto honore gladius servabatur in templo.

q Similis] idest, ita bonus.

r Ad Achis regem Geth.] in terra Philistiim. Et dicit *Hieron. super illum Psalmum.* Benedicam Dominum: quod omnes reges Philisthæorum vocabantur Abimelech, sicut reges Ægypti vocabantur Ptolemæi.

s Extimuit valde] *Gloss.* ne invidia motus, aliquid mali in se machinaretur.

t Os suum] idest vultum, simulans furorem.

u Et impingebat in ostia] quasi volens intrare per ostia clausa. Alia editio habet, affectabat, & tympanizabat ad ostia civitatis, & ferebatur in manibus suis.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XXII.

A Biit ergo inde *a* David, &c.] Tripartitum est cap. illud. In prima parte ostenditur, qualiter fratres David, & omnes, qui erant in angustia constituti, venerunt ad David, & factus est eorum princeps. In secunda ostenditur, quod David patrem, & matrem suam Naas regi Moab commendavit custodiendos in terra sua, dum esset in præsidio. In tertia agitur de morte octoginta quinque sacerdotum, quos occidit Saul, propter hoc, quod Achimelech sacerdos dederat David panes, & gladium Goliæ.

A

b Odollam.] non statim tamen, sed prius venit ad Naas regem Moabitarum, ut dicit *Hieron.* infra quadam *Gloss.* De ista Odolla dicitur *Mich.* 1. Usque ad Odollam veniet gloria Israel. Et erat locus fortis, & munitus, propter quod fugit David illuc a facie Saul.

B

c Ad eum illuc.] idest, in speluncam.

d In angustia] paupertatis, vel quibus erat odium regis, vel timor.

e Ære alieno, &c.] quod non poterat solvere. Argumentum, quod licet alicui debitis obligato, nec habenti unde solvat, ingredi claustrum, invitis, vel ignorantibus creditoribus. Quod etiam videtur per Matthæum, quem Dominus de telonio vocavit, multis ratiociniis obligatum. Unde & Dominus dicit *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Sed nullum est argumentum, quia isti hic non fecerunt se in solvendo, sicut facit, qui claustrum intrat; sed ad tempus diffugerunt, ut forte lucrarentur, unde viverent, & debita sua solverent. Præterea quod isti bene fecerint non legitur, imo forte male fecerunt, creditores decipiendo.

Marc. 2. & Luc. 5.

C

f Eorum princeps:] *Jud.* 9. dicitur, quod Abimelech conduxit viros inopes, & vagos, & secuti sunt eum. Item 11. Congregati sunt ad eum, idest, ad Jephte viri inopes, & latrocinantes.

g Quæ est Moab:] idest, in Moab. Et hoc dicitur ad differentiam alterius Masphat, quæ est in Judæa.

h Ad regem Moab:] scilicet Naas.

i In præsidio.] idest, in expeditione cum Moab, vel in locis munitis, utpote in silvis, & montibus.

k Dixitque Gad Propheta ad David:] *Gloss.* De improviso Gad inducitur, nulla enim fit mentio ejus in præcedentibus.

l Vade in terram, &c.] Ecce David, cum esset in pace in terra polluta, jubetur ire in terram Judæ, ut persecutionem sustineat.

m In Rama,] idest, juxta montem illum.

n Filii Jemini:] Sed nunquid Saul improperat genus suum servis suis? Ipse enim de stirpe Jemini fuit, ut dictum est *supr.* 10. Quidam dicunt, quod loquitur hic de quodam Jemino ignobili, Saul autem fuit de alio. Sed huic solutioni repugnat *Interlin.* quæ dicit: Jemini, idest, Benjamin. Ad hoc dicimus sicut supra, scilic. quod Jeminus idem est quod Benjamin, de cujus Tribu erant, quibus loquitur Saul. Nec est improperium quod dicitur filii Jemini, sed potius laus, quasi dicat, creditis, quod David, qui est de Tribu Juda ditet vos, qui estis de Tribu Benjamin, quasi dicat non, sed potius suos, scilicet de Tribu Juda ditabit, & ita alliciebat eos sibi, quia & ipse Saul de Tribu Benjamin erat.

Sup. 21.

o Filius Isai, &c.] More invidi non nominat eum.

p Insidiantem mihi, &c.] idest, inimicum mihi.

q Doeg Idumæus, &c.] qui viderat eum in Nobe.

r Vidi inquit, &c.] Ecce more adversantium repetit iste verba regis, quia, *Mobilis mutatur semper cum Principe vulgus.*

Gen. 31. Sup. 3.

ſ Filium Achitob sacerdotem, &c.] Hic patet, quod Abimelech, & Achias idem sunt.

t Qui consuluit pro eo, &c.] In hoc mentitur Doeg; non enim legitur, quod Achimelech consuluerit tunc Dominum pro David. Vel forte consuluit, sed non est scriptum, & hoc videtur velle littera *inf.*

u Achimelech filium, &c.] vel Abimelech.

x Et pergens ad imperium] Ita dixerat ei David.

y Gloriosus in domo, &c.] Quasi dicat, nullus; & ideo non est mirum si pro eo consului Dominum.

z Num hodie, &c.] q. d. non hodie primo consului Dominum, sed multoties prius consulueram Dominum pro eo. Et hoc dicebat Abimelech volens reconciliare David Sauli. Vel sic: Num hodie, &c. q. d. nunquam consului pro eo Dominum, nec modo cœpi.

Sup. 14.

a Absit hoc a me,] scilicet conjuratio contra te, & proditio. *b* Super hoc negotio, &c.] scilicet quod fugerit David a te. *c* Emissariis, qui circumstabat, &c.] *Gloss.* Emissarii sunt, qui imperio regis emittuntur ad interficiendos reos. Idem etiam dicuntur apparitores, & lictores, vel carnifices.

d Domini, &c.] Hoc apposuit auctor de suo, ut osten-

CAP. XXII.

A Biit ergo inde *a* David, & fugit in speluncam *b* Odollam. Quod cum audissent fratres ejus, & omnis domus patris ejus, descenderunt ad *c* eum illuc. Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in *d* angustia constituti, & oppressi *e* ære alieno, & amaro animo, & factus est *f* eorum princeps: Fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est David inde in Masphat, *g* quæ est Moab: Et dixit ad *h* regem Moab: Maneat oro pater meus, & mater mea vobiscum, donec sciam, quid faciat mihi Deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab. Manserunt apud eum cunctis diebus, quibus David fuit in *i* præsidio. Dixitque *k* Gad Propheta ad David: Noli manere in præsidio, proficiscere, & *l* vade in terram Juda. Et profectus est David, & venit in saltum Haret. Et audivit Saul, quod apparuisset David, & viri, qui erant cum eo. Saul autem, cum maneret in Gabaa, & esset in nemore, quod est in *m* Rama, hastam manu tenens, cunctique servi ejus circumstarent eum, ait ad servos suos, qui assistebant ei: Audite me nunc, filii *n* Jemini: Numquid omnibus vobis dabit *o* filius Isai agros, & vineas, & universos vos faciet tribunos, & centuriones, quoniam conjurastis omnes adversum me, & non est, qui mihi renunciet, maxime cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est, qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi, eo quod suscitaverit filius meus servum meum adversum me *p* insidiantem mihi usque hodie. Respondens autem *q* Doeg Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter servos Saul: Vidi, *r* inquit, filium Isai in Nobe apud Achimelech *ſ* filium Achitob sacerdotem, *t* qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei, sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi. Misit ergo rex ad accersendum *u* Achimelech filium Achitob sacerdotem, & omnem domum patris ejus, sacerdotum, qui erant in Nobe. Qui venerunt universi ad regem. Et ait Saul ad Achimelech: Audi, fili Achitob. Qui respondit: Præsto sum domine. Dixitque ad eum Saul: Quare conjurastis adversum me tu, & filius Isai, & dedisti ei panes, & gladium, & consuluisti pro eo Dominum, ut consurgeret adversum me, insidiator usque hodie permanens? Respondensque Achimelech regi, ait: Et quis in omnibus servis tuis sicut David fidelis, & gener regis, & *x* pergens ad imperium tuum, & *y* gloriosus in domo tua, *z* Num hodie cœpi pro eo consulere Dominum? Absit *a* hoc a me, ne suspicetur rex adversus servum suum rem hujuscemodi in universa domo patris mei. Non enim scivit servus tuus quicquam *b* super hoc negotio, vel modicum, vel grande. Dixitque rex: Morte morieris, Achimelech, tu, & omnis domus patris tui. Et ait rex *c* emissariis, qui circumstabant eum: Convertimini, & interficite sacerdotes *d* Domini: nam ma-

nus eorum cum David est : scientes, quod fugisset, & non indicaverunt mihi. *a* Noluerunt autem servi regis extendere manum suam in sacerdotes Domini. Et ait rex ad Doeg : Convertere tu, & irrue in Sacerdotes Domini. Conversusque Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidavit in die illa octoginta quinque viros, *b* vestitos Ephod *c* lineo. Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in *d* ore gladii, viros & mulieres, parvulos, & lactentes, bovemque, & *e* asinum, & ovem in ore gladii. Evadens autem unus filius Achimelech filii Achitob, cujus nomen erat Abiathar, fugit ad David, & annunciavit ei, quod occidisset Saul sacerdotes Domini. Et ait David ad Abiathar : *f* Sciebam in die illa, quod cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annunciaret Sauli. *g* Ego sum reus omnium animarum patris tui : Mane mecum, ne timeas. Si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque servaberis.

C A P. XXIII.

ET *h* annunciaverunt David, dicentes : *i* Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam, & diripiunt *k* areas. *l* Consuluit igitur David Dominum, dicens : Num vadam, & percutiam Philistæos illos ? Et ait Dominus ad David : Vade, & percuties Philistæos, & salvabis Ceilam. Et dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum : Ecce nos hic in Judæa consistentes timemus, quanto *m* magis si ierimus in Ceilam adversus agmina Philistinorum ? *n* Rursum ergo David consuluit Dominum. Qui respondens ait ei : Surge, & vade in Ceilam : Ego enim tradam Philistæos in manu tua. Abiit ergo David, & viri ejus in Ceilam, & pugnavit adversum Philistæos : & abegit *o* jumenta eorum, & percussit eos plaga magna, & salvavit David habitatores Ceilæ. *p* Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, *q* Ephod secum habens descenderat. Nunciatum est autem Sauli, quod venisset David in Ceilam. Et ait Saul : Tradidit eum Dominus in manus meas : Conclususque est introgressus urbem, in *r* qua portæ, & seræ sunt. Et præcepit Saul omni populo, ut ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret David, & viros ejus. Quod cum *s* rescisset David, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem : *t* Applica Ephod. Et *u* ait David : Dominus Deus Israel, audivit famam *x* servus tuus, quod disponat Saul venire ad Ceilam, ut evertat urbem propter me. Si tradent me viri Ceilæ in manus ejus, & si *y* descendet Saul, sicut audivit servus tuus ? Domine Deus Israel indica servo tuo. Et ait Dominus : Descendet. Dixitque rursum David : Si tradent me viri Ceilæ, & viros, qui sunt mecum in manus Saul ? Et dixit Dominus : *z* Tradent. Surrexit ergo David, & viri ejus quasi sexcenti, & egressi de Ceila huc atque illuc vagabantur incerti, Nunciatumque est Saul, quod fugisset David de Ceila, & salvatus esset, quamobrem *a* dissimulavit *b* exire. Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis *c* Ziph in

dat majus scelus. Simile *in Psal.* 73. Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.

a Noluerunt autem servi, &c.] Argumentum, quod non est obediendum Dominis in his, quæ sunt mala. Unde ministros Nabuchodonosor, qui ad imperium ejus miserant pueros in fornacem, combussit flamma ignis. *Dan.* 3. De quibus *Psal.* 105. Flamma combussit peccatores.

b Vestitos Ephod] *Gloss.* ut per habitum religionis moveretur animus sit regis ad pietatem.

D

c Lineo.] Hoc dicit ad differentiam Ephod, quo utebatur solus Pontifex, quod est factum de quatuor coloribus pretiosis, idest, purpura, bysso, hiacyntho, & cocco bis tincto. Et dicunt Hebræi non omnes fuisse sacerdotes, nec indutos Ephod, sed omnes dignos esse, & idoneos vestiri Ephod, sed *Gloss.* dicit, quod tunc induti erant.

Exod. 39.

d In ore] idest, in devoratione.

e Asinum, & ovem] Ecce malitia erat in Saule, ipse de Amalec contra præceptum Domini retinuit sibi animalia multa, *supr.* 15. hic autem de sacerdotibus nihil retinet, sed totum interficit contra voluntatem Domini.

A

f Sciebam, &c.] Quare ergo non cavit sibi ? Solutio : Non potuit, vel potius factum scivit. Vel sciebam, idest, vehementer opinabar.

g Ego sum reus omnium animarum] idest reputo me reum, quia occasione mei mortui sunt. Videtur ergo, quod David factus fuerit irregularis. Non est verum, quia non fuit causa, vel occasio agens, vel cogens, sed tantum causa materialis.

E X P O S I T I O

B

CAP. XXIII.

ET *h* annunciaverunt David,] Tripartitum est hoc capit. In prima parte dicitur, qualiter David liberaverit Ceilam a Philistæis. In secunda parte de innovatione fœderis inter David, & Jonathan. In tertia de Ziphæis, qui David latitantem apud se prodiderunt Sauli. Et cum Saul cinxisset desertum ad modum coronæ, ubi latebat David, venit nuncius, qui dixit, quod Philisthiim invaserant terram suam, & desiit tunc Saul persequi David, pergens in occursum Philistæis.

i Ecce Philisthiim] Patet, quod David semper fuit solicitus de salute populi.

k Areas.] idest, annonam de areis, vel segetes devastant.

l Consuluit] Argumentum, quod nullus sine consilio Dei debet aggredi bellum.

m Quanto magis si ierimus] Simile *Joan.* 11. Domino volente ire in Judæam, dixerunt Discipuli : Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc ?

n Rursum ergo David] Sed nunquid jam non dixerat ei Dominus, quod iret ? ad quid ergo amplius consuluit Dominum ? Responsio, quia socii ejus timebant, & nesciebat, si timor ille esset a Domino; & ideo consuluit Dominum propter ipsos socios confirmandos.

o Jumenta eorum] *Gloss.* oneranda de area, idest, quæ adduxerant ad onerandum de segetibus.

p Porro eo tempore,] Dixerat auctor, quod David consuluit Dominum, & posset aliquis quærere, quomodo consuluit Dominum, aut per se, aut per se alium, & determinat hoc, dicens, quod per Abiathar, qui cum fugeret, aliis sacerdotibus interfectis, secum detulit Ephod, in quo Dominum consulebat pro David, quando opus erat, & hoc est : Porro, &c.

Infr. 30.

q Ephod] *Gloss.* quod Moyses jubente Domino fecerat, sicut etiam rationale, in quo erat doctrina, & veritas, in quo etiam consuluit David Dominum.

Exod. 39.

r In qua portæ, & seræ sunt.] quasi dicat, ex quo in urbe conclusus est, quia portæ seris firmabuntur, & non poterit exire ad montes, & silvas, sicut consuevit ; & ideo quasi captus est.

s Rescisset] idest, scivisset.

t Applica Ephod.] Argumentum, quod absque infula non debet sacerdos consulere Dominum, idest, celebrare divina, nec etiam orare publice pro aliquo, vel audire confessiones, nisi indutus aliquo sacerdotali indumento, scilicet stola vel hujusmodi.

u Ait David :] per Abiathar.

x Servus tuus] De seipso dicit hoc David.

y Descendet Saul, &c.] Hoc videtur falsum, quia non descendit, *Gloss.* solvit hoc, dicens : Si hic steteris, descendet Saul, & tradent te viri Ceilæ in manus ejus, ergo voluntatem eorum indicavit.

z Tradent.] idest, voluntatem habent, ut tradant te ei, si hic steteris.

a Dissimulavit] Saul scilicet.

b Exire.] idest, quod vellet exire.

c Ziph in monte, &c.] *Gloss.* Ziph mons squalidus, vel nebulosus, vel caligans.

a Et

monte opaco. Quærebat tamen eum Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Dominus in manus ejus. Et vidit *a* David, quod egressus esset Saul, ut quæreret animam ejus. Porro David erat in deserto *b* Ziph, in silva. Et *c* surrexit Jonathas filius Saul, & abiit ad David in silvam, & confortavit manus ejus in Deo, dixitque ei: Ne timeas: Neque enim inveniet te manus Saul patris mei: Et tu regnabis super Israel, & ego *d* ero tibi secundus: Sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit igitur *e* uterque fœdus *f* coram Domino: Mansitque David in silva, Jonathas autem reversus est in domum suam. *g* Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis silvæ, in colle Hachilæ, *h* quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desideravit anima tua, ut descenderes descende: nostrum autem erit, ut tradamus eum in manu regis. Dixitque Saul: Benedicti vos a Domino, quia doluistis vicem meam. Abite ergo, oro, & diligentius præparate, & curiosius agite, & considerate locum ubi sit pes ejus velociter, vel quis viderit eum ibi, ut dixistis. Recogitat enim de me, quod callide insidier ei. Considerate, & videte omnia latibula ejus, in quibus absconditur, & revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum. Quod si etiam in terram se abstruserit, *i* perscrutabor eum in cunctis millibus Juda. At illi surgentes, abierunt in k Ziph *l* ante Saul, David autem, & viri ejus erant in deserto Maon, in campestribus ad dexteram Jesimon; ivit ergo Saul, & socii ejus ad quærendum eum. Et nunciatum est David, statimque descendit ad *m* petram, & versabatur in deserto Maon: Quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon. Et ibat Saul, & viri ejus ad latus montis ex parte una, David autem, & viri ejus erant in latere montis ex parte altera. Porro David desperabat se posse evadere a facie Saul. Itaque Saul, & viri ejus in modum coronæ cingebant David, & viros ejus, ut caperent eum. Et nuncius venit ad Saul, dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philistiim super terram. Reversus est ergo Saul desistens persequi David, & perrexit in occursum Philistinorum. Propter hoc vocaverunt locum illum petram dividentem.

a Et vidit David,] id est, cognovit, quasi dicat, Saul semper quærebat David ad perdendum, & hoc non latuit David.

Moraliter. *b* Ziph,] interpretatur florens, vel germinans, & significat claustrum, ubi sunt flores sanctarum meditationum, cogitationum, desideriorum, & germina bonorum operum. Item Ziph est mons squalidus, & nebulosus; & claustrales similiter debent esse squalidi, per asperum indumentum, nebulosi per neglectum sui. *Michææ* 4. Et tu turris gregis nebulosa, filiæ Sion usque ad te venient. Turris gregis, claustrum est, quia altum per eminentiam vitæ, forte per patientiam, nebulosum per neglectum sui: gregis, per charitatis concordiam.

c Et surrexit Jonathas] Nota: Jonathas ter iniit fœdus cum David. Primo in domo, secundo in agro, tertio in deserto. Sic quilibet justus ter debet inire fœdus cum Domino. Primo in domo cordis, secundo in agro operis, tertio in deserto religionis.

d Et ego ero tibi secundus, &c.] Ecce quid intendebat supra, quando dixit, ut faceret cum eo misericordiam.

e Uterque fœdus] adinvicem.

f Coram Domino:] *Hier.* coram Gad Propheta, & Abiathar sacerdote.

g Ascenderunt, &c.] *Glos.* Ziphæi apud se latitantem David Sauli prodiderunt, & cum eo de morte ejus tractaverunt.

h Quæ est] scil. silva.

i Perscrutabor eum, &c.] scilicet cum omni multitudine populi, qui est in Juda.

l Ante Saul,] idest antequam Saul descenderet cum eis.

m Ad petram,] Petra locus est quidam munitissimus, tibi, ut dicit *Hieron.* deposuit David, quæ sibi erant oneri, & ipse versabatur in deserto Maon.

C A P. XXIV.

ASCENDIT *n* ergo David inde, & habitavit in locis tutissimis *o* Engaddi. Cumque reversus esset Saul postquam persecutus est Philistæos, nunciaverunt ei, dicentes: Ecce David in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad investigandum David, & viros ejus, etiam super abruptissimas petras, quæ *p* solis ibicibus perviæ sunt. Et venit ad caulas ovium, quæ se *q* offerebant vianti: Eratque *r* ibi spelunca, quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem. Porro David, & viri ejus in interiori parte speluncæ latebant: Et dixerunt servi David ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, & præcidit oram *s* chlamydis Saul silenter. Post hæc percussit *t* cor suum David eo quod abscivisset oram chlamydis Saul: Dixitque ad *u* viros suos: *x* Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia christus Domini est. Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut *y* dies ejus venerit, ut moriatur, aut descendens in prælium *z* perierit, *a* propitius mihi sit Do-

E X P O S I T I O
C A P. XXIV.

AScendit *n* ergo David, &c.] In hoc capite dicitur, qualiter David latens in spelunca præcidit oram chlamydis Saulis, qui illuc intraverat purgare ventrem, & quomodo David postea clamavit post eum, & quomodo Saul ipsum justificaverit.

o Engaddi.] oppidum est, ubi antiquitus fuit vinea Balsami, quam postea longo tempore transtulit Cleopatra in Babylonem. *Cant.* 1. Botrus Cypri dilectus meus in vineis Engaddi.

p Solis ibicibus] ibices sunt quoddam genus ciconiæ, quæ misso rostro per posteriora purgat ventrem, & declinatur hæc ibis, hujus ibicis, vel ibex ibicis: secundum quosdam tales ibices tulit secum Moyses per desertum ad devorandum serpentes. Item ibices sunt animalia, quæ de rupibus cadentia, se cornibus excipiunt, sic accipitur hic, ut dicit *Gl.* & declinatur hæc ibex, hujus ibicis, & est, ut dicunt, caprea silvestris. Unde *Job* 39. Nunquid nosti tempus ibicum in petris, vel parturientes cervas observasti? Versus: *Est ibex animal, avis ibis, & inundus ibis.*

q Se offerebant vianti:] quia viatores per eas transeunt.

r Ibi] i. juxta caulas.

s Chlamydis] seorsum deposuit: *Gloss.* Chlamys est sagum militare, quæ etiam piratica dicitur a piratis, qui ea utuntur, vel a pyr, quod est ignis, eo quod acuminata sit ex utraque parte, quæ pertingit usque ad talos.

t Cor suum] Metonymia est, idest, pectus suum, in quo continetur cor, vel momordit eum conscientia sua de eo, quod fecerat.

u Ad viros suos:] i. socios suos, qui, ut dicit *Joseph.* increpabant eum, quia reservaverat eum, qui quærebat eum occidere, sed ipse compescuit eos, dicens:

x Propitius sit mihi Dominus, &c.] q. d. non velit Dominus, quod ego occidam christum Domini.

y Dies ejus venerit, &c.] idest, mortis naturalis.

z Perierit,] Aposiopesis est, q. d. de cetero non parcam tantum.

a Propitius mihi sit Dominus,] idest, hanc misericordiam faciat mihi Dominus, ut non mittam manum in christum Domini.

Margin notes: *Moraliter.* — *2. q. 7. §. item objicitur. 1. q. 1. c. Dominus.* — *De pæn. d. 1. § op. ante, ubi quasi vanti animam suam peperit.* — *Infr. 26.*

a Confregit] idest pacatos reddidit.
b Adoravit :] idest reverentiæ signum monstravit.
c Oculus meus.] idest benignitas mea.
d In manu mea malum, &c.] Tria dicit, in quo notantur illa tria peccata, unde omnia alia oriuntur. De quibus 1. *Joann.* 2. Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Unde *supra vigesimo* dixit David ad Jonathan : Quid feci? quæ est iniquitas mea? quod est peccatum meum in patrem tuum? Idem insinuans. Unde *Psalmus* 105. Peccavimus, injuste egimus, iniquitatem fecimus. Peccavimus in nos, per luxuriam. Injuste egimus in proximum, per avaritiam. Iniquitatem fecimus, idest, impietatem fecimus in Deum, per superbiam. Ideo monet Apostolus tria contraria *ad Titum* 2. Sobrie, & juste, & pie vivamus in hoc seculo: Sobrie, contra concupiscentiam carnis. Juste, contra concupiscentiam oculorum. Pie, contra superbiam vitæ.

C

D

e Animæ meæ, &c.] idest, vitæ, quæ est ab anima.
f Ex te,] idest, de te sumat ultionem pro me.
g Ab impiis egredietur, &c. Argumentum, quod impium est se ulcisci.
h Quem persequeris, &c.] Humiliter reprehendit David Saulem, & ideo provocavit eum ad fletum, & poenitentiam : Sic humilis correctio frangit omnem duritiam. Unde *Proverbiorum* 25. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis frangit duritiam.
i Et videat,] idest, videri faciat. Simile *Genes.* 18. Descendam, & videbo, idest, videri faciam.

Pe pam. Id. i quo ponetur altera mea

A

k Justior tu es,] idest, tu es justus, & non ego. Abusio est in comparativo, sicut cum dicitur : Cygnus est albior corvo. Vel forte Saul credebat se esse justum, sed David justiorem.
l Quis enim] quasi dicat, justum es : Quis enim, &c.

minus, ut non mittam manum meam in christum Domini. Et *a* confregit David viros suos sermonibus istis, & non permisit eos, ut consurgerent in Saul. Porro Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem & David post eum, & egressus de spelunca clamavit post tergum Saul, dicens : Domine mi rex. Et respexit Saul post se. Et inclinavit se David pronus in terram, & *b* adoravit : Dixitque ad Saul : Quare audis verba hominum loquentium : David quærit malum adversum te? Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manum meam in spelunca : Et cogitavi, ut occiderem te: sed pepercit tibi *c* oculus meus. Dixi enim : Non extendam manum meam in dominum meum : quia christus Domini est. Quin potius, pater mi, vide, & cognosce oram clamydis tuæ in manu mea, quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animadverte, & vide, quoniam non est in *d* manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te. Tu autem insidiaris *e* animæ meæ, ut auferas eam : Judicet Dominus inter me, & te, & ulciscatur me Dominus *f* ex te, manus autem mea non sit in te, sicut & in proverbio antiquo dicitur : Ab impiis *g* egredietur impietas : Manus ergo mea non sit in te. *h* Quem persequeris, rex Israel, quem persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem unum. Sit Dominus judex, & judicet inter me, & te, & *i* videat, & judicet causam meam, & eruat me de manu tua. Cum autem complesset David loquens sermones hujuscemodi ad Saul, dixit Saul : Numquid vox hæc tua est, fili mi David? Et levavit Saul vocem suam, & flevit. Dixitque ad David : *k* Justior tu es, quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona : ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie, quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manu tua, & non occideris me. *l* Quis enim cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio, quod certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel, jura mihi per Deum, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et juravit David Sauli.

da de morte Nabal Carmeli. In tertia de matrimonio Abigail uxoris Nabal, & David. Certum est igitur, quod ab hoc loco : Mortuus est autem Samuel, &c. usque ad finem secundi libri, non scripsit Samuel. Unde quæritur apud Hebræos, cur ejus nomine intitulentur hi duo libri : Nam ut dictum est in prologo, hi duo primi libri appellantur Samuel apud Hebræos. Ad hoc dicunt, quod hi duo libri nomine Samuelis intitulantur, quia residuum, quod non scripsit Samuel, scripsit unus de Prophetis discipulos ejus : Et sicut Plato opera sua nomine discipulorum suorum intitulat : e converso hoc opus discipuli, nomine magistri intitulatur. Quidam tamen dicunt Nathan scripsisse sequentia usque ad finem secundi libri.

n Ad tutiora loca.] non credens se invidiæ Saulis.
o Planxerunt eum nimis,] singuli tanquam proprium patrem.
p In domo sua in Ramatha.] idest, quæ est in Ramatha.
q In desertum Pharan.] *Gloss.* Pharan oppidum in Arabia, vicinum Saracenis, qui in solitudine erant. Per hoc transierunt filii Israel. *Numer. decimo* de monte Sinai dum castra movissent.
r Vir quispiam in solitudine Maon, &c.] Non dicit unus, sicut *supra primo*. De Elcana dictum est, quia vir sapiens unus est ; stultus autem multiplex est, Unde *Ecclesiastic. vigesimo septimo*. Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol : nam stultus ut luna mutatur.

Infr. 18.

s Et accidit ut tonderetur grex,] Oves in Carmelo tondere, est subditos per scientiam ab amore temporalium separare. In tonsione ovium gaudebant antiqui, sic Prælati gaudere debent, cum possunt subditos ab amore temporalium separare : Hoc est, quod legitur *Genes. vigesimoprimo*. Crevit puer, & ablactatus est : Fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus. Sed sunt plerique, qui alios tondent, quia docent, & prædicant contemptum temporalium, & seipsos tondere nolunt, sed lanam ovium sibi retinent, & unde oves spoliant, se vestiunt. *Ezechielis capitulo trigesimo quarto*. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges a pastoribus pascuntur, lac comedebatis, & lanis operiabimini. Sed quid faciet Dominus?

Moraliter.

C A P. XXV.

ABIIT *m* ergo Saul in domum suam, & David, & viri ejus ascenderunt ad *n* tutiora loca. Mortuus est autem Samuel, & congregatus est universus Israel, & *o* planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in *p* domo sua in Ramatha. Consurgensque David descendit in *q* desertum Pharan. Erat autem vir *r* quispiam in solitudine Maon, & possessio ejus in Carmelo. Et homo ille magnus *t* nimis, erantque ei oves tria millia, & mille capræ. Et *s* accidit, ut tonderetur

EXPOSITIO CAP. XXV.

ABiit *m* ergo Saul] Tripartitum est hoc capit. In prima parte agitur de morte Saulis. In secun-

Dicitur

grex ejus in *a* Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal, & nomen uxoris ejus, Abigail. Eratque illa mulier prudentissima, & speciosa. Porro vir ejus durus, & pessimus, & malitiosus. *b* Erat autem de genere Caleb. Cum ergo audisset David in deserto, quod tonderet Nabal gregem suum, misit decem juvenes, & dixit eis. Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacifice, & sic dicetis: Sit fratribus meis, & tibi *c* pax, & domui tuæ, & omnibus, quæcumque habes, sit pax. Ex *d* multis annis salvos faciens tuos, & omnia tua. *e* Audivi, quod tonderent pastores tui greges tuos, qui erant *f* nobiscum in deserto. Nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo: Interroga *g* pueros tuos, & *h* indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis (in *i* die enim bona venimus ad te.) *k* Quodcumque invenerit manus tua, da servis tuis, & filio tuo David. Cumque venissent pueri David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David, & *l* siluerunt. Respondens autem Nabal pueris David, ait: *m* Quis est David, & quis est filius Isai? *n* Hodie *o* increverunt servi, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & *p* aquas meas, & carnes pecorum, quas occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio unde sint? Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, & reversi venerunt, & annunciaverunt ei omnia verba, quæ dixerat Nabal. Tunc ait David pueris suis: Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladio suo. Accinctusque est & David ense suo, & secuti sunt David quadringenti viri. *q* Porro ducenti remanserunt ad sarcinas. *r* Abigail autem uxori Nabal nunciavit unus de pueris suis, dicens: Ecce misit David nuncios de

Dicitur *Osee secundo*. Liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam ejus, & nunc revelabo stultitiam ejus. Sic tondere in bono accipitur: Et tonde capillum tuum, & projice. Item in malo accipitur, & similiter refertur ad omnes. Tondere quidem oves, est opera sua per jactantiam, aut inanem gloriam denudare, quod facit, qui in suis operibus favorem humanum quærit. *Deuteronom.* 15. Non tondebis primogenita ovium. Prælati, & perfecti debent facere opera sua manifeste, propter bonum exemplum. Unde *Matthæi quinto*. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Subditi vero, & imperfecti, quicumque debent ea facere in abscondito, quia cito posset exsufflari meritum operis eorum vento inanis gloriæ. Unde *Matthæi sexto*. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito. De utroque dicitur 1. *Corinth.* 11. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum; omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato, &c. Unum est enim ac si decalvetur. Si tondeantur oves in hyeme, frigore moriuntur; ideo sapiens pastor æstatem expectat ad tondendum oves suas. Vita præsens, hyems est: vita futura, æstas est. In hac ergo vita non sunt tondendæ oves, idest, opera denudanda hominibus per appetitum favoris humani, quia in æstate, idest, in futuro, scilicet, in judiciali die omnia nudabuntur. *Daniel. septimo*. Sedit judicium, & libri aperti sunt. Item *secunda Corinth.* 5. Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Tonsio ovium fiebat cum magna solemnitate, & manifestatio operum in die judicii cum magna solemnitate fiet: Omnes enim aderunt & boni, & mali. *Joel.* 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eos in vallem Josaphat, & disceptabo ibi cum eis. Item pastores tundere oves, nihil aliud est, quam Prælatos bursas subditorum evacuare, idest, quærere datum in subditis, & non fructum. De hoc dicitur *Genes. trigesimo octavo*. Nunciatum est Thamar, quod socer illius ascenderet in Thamnas, quæ interpretatur tympani apertio, & significat dignitatem prælationis, ubi oportet aperire tympanum prædicationis. Sed ad quid ascendit? Ad tondendas oves: Et ipsa mutato habitu pœnitentiæ, assumpto habitu levitatis, fornicatur in bivio hujus vitæ, ubi duæ viæ pariter conjunguntur, inferni scilicet, & paradisi, & necesse est in exitu hujus vitæ alteram ingredi. Inde concipitur Phares, idest, divisio, quia ob hoc fere omnes dissensiones sunt in Ecclesia, idest, de ovium tonsione. Item *Genes. trigesimo primo*. Eo tempore Laban ierat ad tondendas oves, & Rachel furata est idola patris sui. Item nota: Carmelus interpretatur scientia circumcisionis. Ille ergo possessionem suam habet in Carmelo, qui habet scientiam multam, sed vita caret. Unde talis bene vocatur Nabal, idest, stultus. *Eccles. trigesimo*. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Quid proderit idolo libatio? Nec enim manducabit, nec odorabitur. Item nota: oves sunt innocentes subditi, capræ pœnitentes. Et capræ pauciores fuerunt, quam oves, quid significat hoc, nisi quod dicit *Ambrosius*: Plures inveni, qui servaverunt innocentiam, quam qui veram agerent pœnitentiam.

a In Carmelo,] Duo sunt montes, quorum uterque dicitur Carmelus. Unus est in sorte Judæ, de quo agitur hic. Alter est in confinio Palæstinæ, & Phœnicis, ubi Elias occidit Prophetas Baal, *tertio Regum decimo octavo*.

c Magnus] in divitiis, & possessionibus.

b Erat autem de genere Caleb.] Hoc ideo determinat, ne crederetur fuisse de Carmelo Phœnicis. Hic Nabal dicitur Gezen *primo Paralipomen. secundo*, ubi legitur sic: Epha autem, concubina Caleb, peperit Aran, & Musa, & Thezer: Porro Aran genuit Gezen: hic est Nabal, ut putant Judæi.

c Et tibi pax] idest tibi, & domui tuæ, qui estis fratres mei, sit pax. Vel fratres vocat filios Nabal, domum, familiam. Triplicem autem optat eis pacem, scilicet temporis, pectoris, æternitatis.

d Ex multis annis &c.] Hic incipit versus, & dicuntur hæc sub persona David. Et construitur sic: Ego faciens salvos tuos.

e Audivi, quod tonderent pastores, &c.] *Glos.* Quia Patriarchæ pastores ovium fuerunt; ideo in tonsione ovium in memoriam eorum festive epulabantur Judæi.

f Nobiscum in deserto.] Quando David custodiebat oves patris sui, erant cum eo pastores Nabal, quibus multa bona fecit.

g Pueros] idest opiliones.

h Indicabunt tibi.] quod non fuimus eis molesti, nec umquam aliquid eis defuit.

i In die enim bona venimus] Hoc dicit, quia antiquitus exultabant, & epulabantur Judæi in tonsione ovium, ob memoriam patrum suorum, qui fuerunt pastores ovium.

k Quodcumque invenerit manus tua] idest, quod placuerit tibi.

l Et siluerunt.] ut attentius audirent responsum.

m Quis est David,] Despective dixit hoc.

n Hodie] idest, hoc tempore.

o Increverunt servi, qui fugiunt, &c.] idest multiplicati sunt.

p Aquas meas,] idest potum meum.

q Porro ducenti remanserunt ad sarcinas.] quia sexcentos viros habebat secum, ut dictum est *supra* 23.

r Abigail autem uxori Nabal nunciavit, &c.] *Gloss.* Hanc David post mortem viri sui, qui demens in stultitia sua periit, sibi copulavit, non habentem maculam, neque rugam, *Ephes.* 5.

deserto, ut *a* benedicerent Domino nostro, & *b* aversatus est eos. Homines isti boni satis fuerunt nobis, & non molesti, nec quicquam aliquando *c* periit omni tempore, quo sumus conversati cum eis in deserto, *d* Pro muro erant nobis tam in nocte, quam in die, omnibus diebus, quibus pavimus apud eos greges: Quamobrem considera, & recogita, quid facias, *e* quoniam completa est malitia adversum virum tuum, & *f* adversum domum tuam, & ipse filius est *g* Belial, ita ut nemo ei possit loqui. *h* Festinavit igitur Abigail, & tulit *i* ducentos panes, & *k* duos utres vini, & *l* quinque arietes coctos, & *m* quinque sata *n* polentæ, & centum *o* ligaturas *p* uvæ passæ, & *q* ducentas massas *r* caricarum, & imposuit *f* super asinos, dixitque pueris suis: Præcedite me, & ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem suo Nabal non indicavit. Cum ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radicem montis, David, & viri ejus descendebant in *t* occursum ejus. Quibus & illa occurrit. Et ait David: *u* Vere frustra servavi omnia, quæ hujus erant in deserto, & non periit quicquam de cunctis, quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono. Hæc *x* faciat Dominus inimicis David, & hæc addat, si reliquero de omnibus, quæ ad eum pertinent usque mane mingentem ad parietem. Cum autem vidisset Abigail David, festinavit, & descendit de asino, & procidit coram David super faciem suam, & adoravit super terram, & cecidit ad pedes ejus, & dixit: In *y* me sit, domine mi hæc iniquitas. Loquatur, obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat ob-

a Benedicerent Domino] scilicet, idest, salutarent Nabal.

b Aversatus est eos.] *Gloss.* idest, despexit.

c Periit.] captum a leonibus, vel ursis, vel hujusmodi.

d Pro muro] Hoc est, quod *supra* dixit David: Salvos faciens.

e Quoniam completa est malitia] idest, jam venit tempus pœnæ ejus. Simile *Genes.* 15. Nondum completa est malitia Amorrhæorum, idest, nondum venit tempus, ut puniantur. Vel sic completa est malitia, &c. idest, plenitudo malitiæ est in viro tuo. *Supra* 20. Aliter accipitur: Completa est malitia ejus, scilic. Saulis, idest, definitum est propositum interficiendi David.

D

f Et adversum domum tuam,] quia peccatum ejus redundat in domum ejus.

g Belial,] idest, diaboli.

Moraliter. *h* Festinavit igitur Abigail, &c.] Abigail interpretatur patris mei exultatio, & significat pœnitentem: de cujus conversione exultat non solum Pater, sed tota Trinitas, imo tota curia cœli. *Lucæ* 15. Dico vobis: gaudium erit majus super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta justis, qui non indigent pœnitentia. Festinavit ergo Abigail, quia festinanda est pœnitentia, dum sumus, ubi est locus pœnitentiæ. *Ecclesiast.* 5. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius.

i Ducentos panes,] Ducenti panes sunt opera bona, quæ dicuntur ducenta, quæ fiunt in gemina charitate, & custodia quinque sensuum, quæ per centenarium designatur. Hæc debet pœnitens portare secum, quando vadit ad David, idest, ad Christum. *Deut.* 16. Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus.

k Duos utres vini,] Vinum compunctio de peccatis, quam debet habere pœnitens. *Psalmus* 59. Potasti nos vino compunctionis. Duo utres, duplex dolor, unus pro omissione faciendorum, alter pro perpetratione fugiendorum.

l Quinque arietes coctos,] Arietes sunt Apostoli, Martyres, Confessores, & alii sancti Patres, qui nos præcesserunt, cocti igne tribulationis. Quinque arietes coctos ferre ad David, est quinque sensus secundum exempla Sanctorum custodire.

m Quinque sata polentæ] sunt puritas quinque sensuum, quos puros debet pœnitens offerre Christo.

o Centum ligaturas] Ligatura continentia: Et dicuntur centum ligaturæ, quia relegatio quinque sensuum maxime est necessaria pœnitenti ad placandum David, idest, Christum. Item in ligatura significatur continuatio pœnitentiæ.

p Uva passa,] est maceratio carnis.

q Ducentas massas caricarum,] Ducentæ massæ caricarum sunt fructus eleemosynarum. Hæc omnia debet ferre pœnitens.

f Super duos asinos, &c.] idest humiliter, & patienter.

m Et quinque sata] *Gloss.* Satum est genus mensuræ continens modium, & semis. Polenta est accuratissima farina. Uva passa dicitur, quæ priusquam maturescat, ad solem diu exsiccatur, & sic servatur. Massas caricarum, idest, ligaturas de fructu ficorum.

n Polentæ,] idest farinæ.

r Caricarum,] idest, ficuum.

Polenta quandoque dicitur:
- Farina accuratissima, ut hic.
- Triticum pillo tusum, secundum *Andream*.
- Grana spicarum culta, & manibus confricata.

t In occursum ejus.] idest, ex opposito veniebant.

u Vere frustra] quia ingratis servivi.

x Hæc faciat Dominus inimicis, &c.] Species juramenti est, quæ quandoque cum juramento imprecationem importat, quando scilicet refertur ad personam jurantis, ut *supr.* 14. ubi dixit Saul: Hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat, quia morte morieris Jonatha. Quandoque importat cum juramento prosperitatis successum, quando scilicet ad personam hostium refertur, ut hic: Et est sensus, prosperitatem conferat Dominus hostibus meis, si pepercero Nabal.

22. q. 4. cap. quod David, & c. juravit, & cap. si aliqua.

y In me sit, domine, &c.] idest, condona mihi hanc iniquitatem viri mei. Vel sic: De me sume vindictam, quam vis sumere de viro meo. Vel sic: Si putas esse peccatum, nisi facias, quod jurasti, mihi imputetur hæc iniquitas. Vel sic: Propter me dimitte hoc, quod vis facere, scilicet ulcisci te de Nabal, quod esset peccatum; quod ut non facias, volo subire pœnam.

Septem modis prohibemur jurare:
- Negligenter, sive indiscrete, ut Josue Gabaonitis, *Josue* 9.
- Præcipitanter, ut David hic contra Nabal.
- Assidue, ut mercatores. *Eccles.* 23. Jurationi non assuescat os tuum.
- Otiose, ut pueri. *Exodi* 20. Non assumes nomen Dei tui in vanum, *Ecclesiast.* 23. Nominibus Sanctorum non admiscearis.
- Erronee, ut cupidi. *Matth.*23. Qui juraverit per templum, nihil est; qui autem juraverit in auro templi, debitor est.
- Falso, ut mali testes. *Proverb.* 19. Falsus testis non erit impunitus.
- Dolose, ut carnifices, *Psalm.* 13. Nec juravit in dolo proximo suo.

De omnibus istis modis intelligitur illud *Matth.* 5. Audistis, quia dictum est antiquis: Non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua: Ego autem dico vobis non jurare omnino. *Rom.*1. Testis est mihi Deus, cui servio in Evangelio filii ejus in spiritu meo, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.

Jubemur jurare:
- Propter scandala removenda.
- Propter sinistras suspiciones sopiendas.
- Propter testimonium veritatis, ubi periclitaretur.

Permittitur jurare:
- In fœderibus contrahendis.
- In pactis faciendis.
- In differentibus juramentis.
- Pro pace amicorum.

a Stulti-

a Stultitia] ejus Nabal. Nabal enim stultus interpretatur.
b Nunc ergo, domine mi] supple, feci, quod mandaveras, i. attuli tibi benedictionem.
c Vivit Dominus, Juramentum est, & refertur ad illud: Non vidi pueros tuos, quasi dicat: sicut verum est, quod vivit Dominus, & anima tua, ita verum est, quod non vidi pueros tuos. Vel sic: Per Dominum, & per animam tuam non vidi pueros tuos, quia si vidissem, fecissem, quod mandaveras.
d Qui prohibuit te,] Dominus dico, qui prohibuit, &c.
e In sanguinem, id est, in sanguinis effusionem, vel in peccatum.
f Animam tuam] innoxiam.
g Sicut Nabal] idest, stulti.
h Domino meo] idest, tibi quem Dominum reputo.
i Benedictionem] Munera gratis impensa vocat benedictionem, quia sunt causa benedictionis, quia recipiens benedicit dantem.
k Aufer iniquitatem famulæ tuæ.] *Gloss.* id est, quam mihi imprecata sum, si te ulciscaris, idest, noli ulcisci.
l Domum fidelem,] quasi dicat, tu eris rex, & faciet tibi Dominus domum, idest, familiam fidelem tibi, & Domino fideliter servientem.
m Quia prælia Domini, &c.] quasi dicat, scio, quod tu eris rex, quia pugnas pro populo Domini.
n Malitia ergo non, &c.] quasi dicat, ex quo ita facis, ergo, &c.
o Quasi in fasciculo viventium] *Gloss.* ad litteram, fasciculus vitium vivit in aqua, cum ad transplantandum præparatur. *Hebræus* habet, quasi in fasciculo vitæ, quod idem est, idest, in collegio sanctorum. Alia littera habet in fasciculo vitium, q. d. sic custodiet Dominus animam tuam ad multiplicandum, sicut custoditur fasciculus vitium in aqua ad transplantandum. Et notandum quod fasciculus diversa significat.

Gen. 38. E G

secro Dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quia secundum nomen suum stultus est, & est *a* stultitia cum eo. Ego antem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti. *b* Nunc ergo, domine, *c* vivit Dominus, & vivit anima tua, qui *d* prohibuit te, ne venires in *e* sanguinem, & salvavit *f* animam tuam tibi: Et nunc fiant *g* sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt *h* domino meo malum. Quapropter suscipe *i* benedictionem hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo, & da pueris, qui sequuntur te dominum meum: *k* Anfer iniquitatem famulæ tuæ. Faciens enim faciet Dominus tibi domino meo *l* domum fidelem, *m* quia prælia Domini, domine mi, tu præliaris, *n* Malitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita, *o* quasi in fasciculo viventium apud Dominum Deum tuum. Porro anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu, & *p* circulo fundæ. Cum ergo fecerit tibi Dominus domino meo omnia hæc, quæ locutus est bona de te, & constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in *q* singultum, & in *r* scrupulum cordis domino meo, quod effuderis *s* sanguinem innoxium, aut ipse te *t* ultus fueris. Et cum benefecerit Dominus *u* domino meo, recordaberis *x* ancillæ tuæ, & tu bene facies ei. Et ait David ad Abigail: *y* Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem *z* ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Alioquin *a* vivit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me, ne malum facerem *b* tibi, nisi cito venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam *c* mingens ad parietem: Suscepit ergo David de manu ejus omnia, quæ attulerat ei, dixitque ei: Vade pacifice in domum tuam, *d* Ecce audivi vocem tuam, & *e* honoravi faciem tuam. Venit autem Abigail ad Nabal: Et ecce erat ei convivium in domo ejus quasi convivium regis, & cor Nabal jucundum. Erat enim ebrius nimis: Et non indicavit ei verbum pusillum, *f* aut grande usque mane. Diluculo autem cum *g* digessisset vinum Nabal, indicavit ei uxor sua verba hæc. Et *h* emortuum est cor ejus intrinsecus, & factus est *i* quasi lapis. Cumque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. Quod cum audisset David mortuum Nabal, ait: *k* Benedictus Dominus, qui vindicavit causam opprobrii mei de manu Nabal, & servum suum custodivit a malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Misit er-

p Et circulo fundæ.] idest, in circumrotatione fundæ. Vel circulum fundæ vocat illud, in quo lapis ponitur, quia factum est ad modum palmæ. Unde *Hebræus* habet, in palmula fundæ. Ad litteram, duo dicit Abigail, scilicet quod anima David semper custodita erat in forte viventium, quamvis multi persequantur: Inimici vero ejus sicut lapis funda circundatus, instabili motu de finibus suis procul ejicientur.
q In singultum; &c.] idest, in fletum magnum. Singultus enim, ut dicit *Gloss.* nascitur ex fletu.
r In scrupulum] idest, in conscientiam remordentem.
s Sanguinem innoxium,] nihil enim tibi nocuit, sed sua non dedit.
t Ultus fueris.] Argumentum, quod ulcisci se est peccatum, Unde mihi vindicta, & ego retribuam. *Ecclesiastic. vigesimooctavo.* Qui vindicari vult, inveniet a Domino vindictam.
u Domino meo,] idest, tibi, qui es Dominus meus.
x Ancillæ tuæ,] idest, mei, quæ sum ancilla tua.
y Benedictus Dominus Deus Israel,] Gratias refert David, quod non adimplevit opere malum, quod cogitavit contra Nabal.
z Ad sanguinem,] effundendum, scilicet.
a Vivit Dominus] Juramentum est.
b Tibi,] idest, viro tuo.
c Mingens ad parietem.] idest, canis, vel infirmus, qui debilitate corporis appodians se ad parietem mingit, quasi diceret, omnia occidissem, idest, canes, infirmos, & sanos.
d Ecce audivi vocem tuam, &c.] idest, exaudivi, injuriam scilicet remittendo sicut petisti.

32. q. 4. c. David, & Juravit, & si aliquid. Deut. 32. & Rom. 12.

Fasciculus:
- Electorum, ut *in præsenti cap.* Erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viventium.
- Reproborum. *Matth. 13.* Colligite zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum. Item *Isai. 24.* Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.
- Culpæ. *Isaiæ 58.* Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.
- Pœnitentiæ. *Cant. 1.* Fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

e Honoravi] xenia tua recipiendo.
f Aut grande usque mane, &c.] Sapienter fecit Abigail: Nihil enim valeret tunc correctio ejus, quando ipse Nabal ebrius erat. Unde *Ecclesiastic. 31.* In convivio vini non arguas proximum, & non despicias illum in jucunditate illius. Verba improperii non dicas illi, & non premas illum in repetendo.
g Digessisset] idest, dormiendo excoxisset: Sic accipitur *supra primo* ubi dixit Heli Annæ: Digere paulisper vinum, quo mades, idest, dormiendo excoque.
h Et emortuum est cor ejus] Præ timore timuit ne David dejeraret.
i Quasi lapis, &c.] idest sine sensu, & motu, quæ sunt signa vitæ.
k Benedictus Dominus,] &c. Videtur, quod David male

male fecit in hoc, quod lætatus est de morte Nabal. *Job* 31. Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, & exultavi, quod invenisset eum malum? *Prov.* 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & displiceat ei: Solutio: Gaudere de ruina inimici libidine vindictæ, hoc malum est, & de hoc loquuntur dictæ auctoritates; sed David de hoc non sic gavisus est, sed de hoc, quod Dominus custodierat eum a malo, & de justitia Dei: Sicut electi gaudebunt videntes reprobos puniri, non autem affectant eorum pœnam, sed admirantur, & laudant Dei justitiam. Unde *Psalm.* Lætabitur justus, cum viderit vindictam.

a Adoravit] Deum.

b Ecce famula] Sic respondit Beata Virgo Angelo, *Luc.* 1. Ecce ancilla Domini. Et utrobique commendatur humilitas.

A

c Domini mei.] idest, David.

d Sed & Achinoam] Et ita habuit plures uxores; ergo peccavit, & contra legis mandatum fecit, quia scriptum est *Deuteronom.* 17. de rege: Non habebit uxores plurimas. Solutio: David non habuit plurimas, sed plures, & hoc ex dispositione divina, & ideo non peccavit.

e Phalti filio, &c.] Tamen, ut tradunt Hebræi, Phalti, quia doctus erat in lege, uxorem alterius noluit violare. Dicitur enim *Levitic.* 20. Si quis mœchatus fuerit cum uxore alterius, morte moriatur. Ideo David postea eam recepit uxorem, ut legitur *infra secundo Regum tertio* quod nullo modo fecisset, si Phalti cognovisset eam, quia in lege prohibetur *Deuter.* 24.

B

go David, & locutus est ad Abigail, ut sumeret eam sibi in uxorem. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam dicentes: David misit nos ad te, ut accipiat te sibi in uxorem. Quæ consurgens *a* adoravit prona in terram, & ait: *b* Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum *c* domini mei. Et festinavit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellæ ierunt cum ea pedissequæ ejus, & secuta est nuncios David, & facta est illi uxor. *d* Sed & Achinoam accepit David de Jezrael, & fuit utraque uxor ejus. Saul autem dedit Michol filiam suam, uxorem David, *e* Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.

C A P. XXVI.

ET *f* venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce David absconditus est in colle Hachilæ, qui est ex adversu solitudinis. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, ut quæreret David in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in *g* Gabaa Hachilæ, quæ erat ex adverso solitudinis in via: David autem habitabat in deserto. *h* Videns autem quod venisset Saul *i* post se in desertum, misit *k* exploratores, & didicit, quod illuc venisset certissime. Et surrexit David clam, & venit usque ad locum, ubi erat Saul. Cumque vidisset locum, in quo dormiebat Saul, & Abder filius Ner princeps militiæ ejus, & Saulem dormientem in *l* tentorio, & reliquum vulgus per circuitum ejus, ait David ad Achimelech Hethæum, & Abisai *m* filium Sarviæ fratrem Joab, dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum. Venerunt ergo David, & Abisai ad populum nocte, & invenerunt Saul jacentem, & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput ejus: *n* Abner autem, & populum dormientes in circuitu ejus. Dixitque Abisai ad David: Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra *o* semel, & secundo opus non erit: Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum. Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & *p* innocens erit? Et dixit David: Vivit Dominus, quia nisi Dominus *q* percusserit eum, aut dies ejus venerit, ut *r* moriatur, aut in prælium descendens *ſ* perierit, propitius mihi sit *t* Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput ejus, & scyphum aquæ, & abeamus. Tulit igitur David hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt. Et non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & evigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini *u* irruerat super eos. Cumque transisset David ex adverso, & stetisset in vertice montis de longe, & esset grande intervallum inter eos, clamavit David ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: nonne respondebis Abner? Et respondens Abner, ait: Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem? Et ait David ad

E X P O S I T I O
C A P. XXVI.

ET venerunt *f* Ziphæi] Quadripartitum est hoc capitulum. In prima parte prodiderunt Ziphæi David latitantem in colle Hachilæ. In secunda descendit Saul ad capiendum David in desertum Ziph, & castrametatus est in colle Hachilæ. In tertia descendit David cum Abisai in castra Saulis, dum omnes dormirent, & furatus est hastam Saulis, & scyphum aquæ, quæ erant ad caput Saulis in tabernaculo suo dormientis. In quarta clamavit David ad Abner principem militiæ Saulis, quod male custodisset Dominum suum, & dimissa hasta Saulis, venit puer de castris Saulis, & reportavit eam Sauli, & ivit David in viam suam: Saul vero reversus est in domum suam.

C

g In Gabaa, &c.] idest, in colle Hachilæ, & ponitur proprium pro appellativo.

h Videns autem] idest, audiens.

i Post se, &c.] idest, propter se.

k Misit exploratores,] ut certius sciret, si venisset.

l In tentorio, &c.] vidisset, scilicet.

m Filium Sarviæ] Nota Isai septem filios habuit, Eliab, Aminadab, Samma, Nathanael, Saddai, Ason, David, & duas filias, Abigail, & Sarviam. Abigail fuit mater Amasæ. Sarvia habuit tres filios, Abisai, Joab, Asael, qui cursu veloci æquabat cervos, ut dicitur. Ita legitur. 1. *Paralip.* 2.

n Abner autem, & populum, &c.] supple invenerunt.

o Semel, & secundo opus non erit:] idest, perfecte, idest, valide usque ad mortem, ita quod non erit opus iterare ictum. Ita accipitur semel *in Psalm.* 61. Semel Deus locutus est, idest, perfecte, idest, Deus pater perfecte genuit filium, idest, perfectum Deum. Item *Job vigesimo tertio*. Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit: Æterna enim est illa locutio, & non temporalis. Sed quid est, quod semel loquitur Deus, & tamen propheta duo audit, nisi quod in hoc duplex adventus filii designatur. Primus in carnem cum misericordia. Secundus ad judicium cum potestate. *Habacuc secundo*. Veniens veniet, & non tardabit.

p Et innocens erit?] quasi dicat, peccatum esset hoc, & ideo quiesce.

q Percusserit eum,] idest, percuti permiserit.

r Ut moriatur,] per se.

ſ Perierit,] supple non moriatur.

t Mihi sit Dominus,] In hoc scilicet: [Ne extendam manum, &c.]

u Irruerat super eos.] idest, immissus a Domino præter naturalem somnum.

a Non

Abner: Numquid *a* non vir tu es? Et quis alius *b* similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum regem? Ingressus est enim unus de turba, ut interficeret regem dominum tuum. Non est bonum hoc, quod fecisti: Vivit Dominus: *c* quoniam filii mortis estis vos, quia non custodistis dominum vestrum Christum Domini. Nunc ergo vide, ubi sit hasta regis, & ubi scyphus aquæ, qui erat ad caput ejus. Cognovit autem Saul vocem David, & dixit: Num vox tua hæc est, fili mi David? Et ait David: Vox mea, domine mi rex. Et ait: Quam ob causam dominus meus persequitur servum suum? Quid feci, aut quod est malum in manu mea? *d* Nunc ergo audi oro, domine mi rex, verba servi tui: Si Dominus *e* incitat te adversum me, *f* odoretur sacrificium: Si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu Domini, qui ejecerunt me hodie, ut non habitem in *g* hæreditate Domini, dicentes: Vade, servi diis *h* alienis: Et nunc non effundatur sanguis meus in terra coram Domino, quia egressus est rex Israel, ut quærat pulicem unum, sicut *i* persequitur perdix in montibus. Et ait Saul: Peccavi: Revertere, fili mi David: nequaquam enim ultra male tibi faciam, eo quod *k* pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: Apparet enim, quod *l* stulte egerim, & ignoraverim *m* multa nimis. Et respondens David, ait: Ecce hasta regis, transeat unus de pueris regis, & tollat eam. Dominus autem retribuat unicuique secundum *n* justitiam suam, *o* & fidem. Tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & *p* nolui levare manum meam in Christum Domini. Et sicut *q* magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic *r* magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad David: Benedictus tu, fili mi David: & quidem *s* faciens, & potens poteris. Abiit autem David in viam suam, & Saul reversus est in locum suum.

C A P. XXVII.

ET *t* ait David in corde suo: Aliquando incidam in una die in manus Saul? Nonne melius est, ut fugiam, & salver in terra Philistinorum, ut *u* desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? *x* Fugiamus ergo manus ejus. Et surrexit David, & abiit ipse, & sexcenti viri cum eo ad *y* Achis filium *z* Maoch regem Geth: Et habitavit David cum Achis in Geth ipse, & viri ejus, & *a* domus ejus, & *b* duæ uxores ejus, Achinoam Jezrahelites, & Abigail uxor *c* Nabal Carmeli. Et nunciatum est Saul, quod fugisset David in Geth, & non addidit ultra quærere eum. Dixit autem David ad Achis: Si inveni gratiam in oculis tuis, *d* detur mihi locus in una urbium regionis hujus, ut habitem ibi: *e* Cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum: Dedit itaque ei in Achis in die illa *f* Siceleg. Propter quam causam facta est Siceleg regum Juda usque in diem hanc. Fuit autem numerus dierum, quibus habitavit David in regione Philistinorum, *g* quatuor mensium. Et ascendit David, & viri ejus, & agebant prædas de *h* Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis. Hi enim *i* pagi *k* habitabantur in terra antiquitus, *l* euntibus Sur usque ad terram Ægypti: Et percutiebat David omnem terram illorum, nec relinquebat *m* viventem virum, & mulierem: Tollensque oves, & boves, & asinos, & camelos, & vestes, revertebatur, & veniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis: In quem irruisti hodie? Respondebat David: *n* Contra meridiem Judæ, & contra meridiem Jerameel, & contra meridiem Ceni.

a Non vir] idest, virtuosus, & strenuus. *Josephus* dicit: Cum sis magnus, & apud regem honore præcipuus, corpus regis ita custodis?
b Similis] in probitate, scilicet. Et loquitur ironice.
c Quoniam filii mortis] idest, digni morte.
d Malum in manu mea?] i. in operibus meis.
e Incitat te] idest, incitari per Angelum malum permittit.
f Odoretur sacrificium:] idest, placetur sacrificio. Vel si Dominus incitat te, idest, si credis quod a Domino auctore hoc facias: Odoretur sacrificium, idest, ego placabo eum sacrificiis, & precibus. Vel sic odoretur sacrificium, idest, sacrificantes Domino, probemus judicio Dei, si Dominus hoc facit. Vel sic, si Dominus incitat te, odoratur sacrificium, idest, tu ipse interfice me sacrificium Domino in odorem suavitatis.
g In hæreditatem] idest, inter filios Israel, qui sunt hæreditas Domini.
h Diis alienis:] *Gloss.* quasi dicat, opus mihi est inter exteros morari, quia rex Israel mortem meam quærit.
i Persequitur perdix] idest, ab aucupe fugatur Ponitur enim passive hoc verbum persequitur, quod est deponens. Simile *Hebr. ult.* Talibus hostiis promeretur Deus, idest, merito emitur. Et est argumentum, quod meremur ex condigno vitam æternam. Meritum enim condigni, proprie meritum est.
k Pretiosa] idest, custodita, sicut res pretiosa custoditur.
l Quod stulte egerim,] te persequendo.
m Multa] *Gloss.* consilia, scilicet Dei, qui te conservat, & me in manus tuas tradidit.
n Secundum justitiam] quæ est in proximum.
o Et fidem.] quæ est in Deum.
p Et nolui, &c.] Ecce justitia.
q Magnificata] idest, magna reputata, ut non interficerem te.
r Sic magnificetur, &c.] i. sic magna habeatur coram Domino, ut custodiat me de manu inimicorum meorum. Vel magnificetur, idest, magna mercede remuneretur, & liberet me: Ecce quia hoc credebat David, quod ob hoc liberaret eum Dominus.
s Faciens,] *Gloss.* idest, jam mihi prævalens, amplius prævalebis.

Sup. 20.

EXPOSITIO CAP. XXVII.

ET *t* ait, &c.] Parvum est caput istud, tamen dividitur in tres partes. In prima agitur de fuga David cum viris suis, & duabus uxoribus suis ad Achis regem Geth. In secunda dicitur, quam civitatem dedit Achis David, & viris ejus ad habitandum. In tertia, agitur de præda, quam faciebat David, & viri ejus super Philisthæos, rege Achis credente, quod super Israel faceret David prædam illam.
u Desperet] de me occidendo.
x Fugiamus, &c.] ad viros suos loquebatur David.
y Ad Achis] *Gloss.* non illum, a quo vix evasit per simulationem insaniæ, *supra* 21. sed filium ejus, qui ipsum dilexit propter famam virtutis.
z Maoch] nomen matris.
a Et domus] i. uxores, & familia David.
b Et duæ uxores, &c.] Expositio est de hoc, quod dixerat, domus ejus.
c Nabal Carmeli.] Substantivum pro adjectivo, ut Dardanus pro Dardanius.
d Detur mihi locus] nolebat ei esse onerosus.
e Cur enim servus tuus, &c.] q. d. præsumptio est ex parte mea.
f Siceleg.] civitas est.
g Quatuor mensium,] & viginti dies, ut dicit *Josephus*.
h De Gessuri, & de Gerzi, &c.] *Gloss.* hi pagi non erant sub potestate Achis.
i Pagi] idest, villæ, a pagos, quod est villa. Hæc est vera littera, tamen aliqui libri habent vagi, sed male.
k Habitabantur] *Gloss.* secure scilicet, & quiete, quia non erat qui depredaretur.
l Euntibus Sur, &c.] i. per viam, qua itur ad Sur, & Ægyptum:
m Viventem] ne accusaret eum apud Achis.
n Contra meridiem] *Gl.* fingens gentem suam se habere exosam. Contra meridiem, i. contra istos ascendi, qui habitant versus meridiem: Sed nonne mentiebatur David? Non, sed ambigue respondebat? Poterat enim intelligi de propinquis, aut remotis. Ipse autem propinquos percutiebat, qui erant Palæstini. Si vis dicere, quod

David

David mentiebator, non est inconveniens hoc dicere, qui etiam postea adulterium, & homicidium simul commisit.

a Non vivificabat] idest, non vivere permittebat.

b Multa enim] Enim expletiva conjunctio est.

tuos, a Pythio, idest, Apolline, inventore ejus. Unde sensus est secundum *Andr.* Quærite mihi mulierem habentem pythonem, i. mulierem peritam illius artis, quæ habeat artem in possessionem, & hoc satis congruit Hebraice veritati, ubi sic dicitur: Quærite mihi mulierem Baladoph. Balad enim interpretatur domina: Oph, nomen est illius artis. Quasi dicat, quærite mihi mulierem, quæ sit domina illius artis, idest, quæ sit magistra illius artis: Sicut magistri legum Bononiæ dicuntur Domini legum. *Isidorus* dicit Apollinem vocatum Pythium a pythio serpente, sagittarum ictibus interfecto, cujus & nomen, & spolia reportavit, ut pythius diceretur. *Joseph.* dicit: Quærite mihi mulierem ventriloquam. *Hieronymus* dicit, quod Hebræi asserunt, hanc mulierem fuisse matrem Abner principis militiæ Saul, & ideo reservatam, cujus habitatio erat in Endor civitate, juxta fontem Endor. Endor enim & nomen fontis, & nomen civitatis est.

[Sup. 14.] [Lev. 20. Deut. 18 Albu. 14]

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

FActum est autem, &c.] Hoc caput quadripartitum est. Primo dicitur, quod congregatis Philistæis contra Israel ad bellum, fecit Achis David custodem capitis sui. Secundo, recapitulatur mors Samuelis. Tertio, consuluit Saul Dominum, qui non respondit ei: Quarto, quod Saul ivit ad Pythonissam, quæ Samuelem suscitavit ei, qui & ei mortem suam imminere prædixit, & Israel in prælio ruiturum.

[A]

d Sciens nunc scito,] Geminatio hæc importat expressionem certitudinis.

[B]

e Quæ facturus est servus tuus.] *Gloss.* pro te contra hostes tuos.

f Mortuus est,] *supra* 25. dictum est de morte Samuelis. Quare autem modo reperitur, duplex ratio est. Prima, ut ostendatur angustia Saulis, in qua plurimum esset ei necessarios Samuel, si viveret. Secunda, ut ostendatur Samuel recenter mortuus, qui in proximo erat suscitandus. Dicunt enim, qui hujus artis peritiam habent, neminem posse suscitari arte pythonica, nisi recenter mortuum, & adhuc integris vitalibus. *Gloss.* dicit: Samuel superius mortuus legitur, sed causa suscitationis ejus repetitur, & in damnationem Saulis, qui relicto Deo, contra legem Pythonem consulebat.

[Sup. 25.] [C]

g In Ramatha urbe sua.] *Gloss.* Superius dicitur sepultus in domo sua in Rama, idest, in familia, & cognatione sua.

Virum, & mulierem non *a* vivificabat David, nec adducebat in Geth, dicens: Ne forte loquantur adversum nos: Hæc fecit David: Et hoc erat decretum illi omnibus diebus, quibus habitavit in regione Philisthinorum. Credidit ergo Achis David, dicens: *b* Multa enim mala operatus est contra populum suum Israel: Erit igitur mihi servus sempiternus.

C A P. XXVIII.

FACTUM *c* est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua, ut præpararentur ad bellum contra Israel. Dixitque Achis ad David: *d* Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris, tu, & viri tui. Dixitque David ad Achis: Nunc scies, quæ *e* facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David: Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. Samuel autem *f* mortuus est, planxitque eum omnis Israel, & sepelierunt eum in *g* Ramatha urbe sua. Et Saul abstulit magos, & hariolos de terra, & interfecit eos, qui *h* pythones habebant in ventre. Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt, & castrametati sunt in Sunam. Congregavit autem & Saul universum Israel, & venit in Gelboe. Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expavit cor ejus nimis. *i* Consuluitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, *k* neque per Prophetas. Dixitque Saul servis suis: Quærite mihi mulierem habentem *l* pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam. Et dixerunt servi ejus ad eum: Est mulier habens pythonem in *m* Endor. *n* Mutavit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem *o* nocte, & ait: Divina mihi in *p* pythone, & suscita mihi, quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum: Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit *q* magos, & hariolos de terra. Quare ergo insidiaris animæ meæ, ut occidar? Et juravit ei Saul in Domino, dicens: Vivit Dominus, quod non eveniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dixitque ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuelem suscita mihi. Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamavit voce magna, & dixit ad Saul: Quare *r* imposuisti mihi? *s* Tu es enim Saul. Dixitque ei rex: Noli timere: Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: *t* Deos vidi ascendentes de terra. Dixitque ei: Qualis est forma ejus? Quæ ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est *u* pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit. *x* Dixit autem Samuel ad Saul: Quare

m In Endor.] civitate.

n Mutavit] ut non cognosceretur.

o Nocte,] quia qui male agit, odit lucem, *Joan.* 3.

p In pythone,] idest, in spiritu pythonico, vel arte illa.

q Magos,] *Glos.* Magi utuntur sanguine humano, & contactu mortuorum in maleficiis, & divinationibus: Harioli solis verbis, idest, incantationibus divinant: pythius dicitur Apollo harum artium cultor, a quo pythonissæ, idest divini. Hos Saul quasi zelo legis delevit, quia ut ajunt a dæmonibus coacti, David regem futurum præconizabantur. Sed primi magis placent dæmonibus. Dæmones enim multum gaudent in effusione sanguinis humani. Unde 3. *Regum decimo octavo*. Sacerdotes Baal, quando non exaudiebantur, lanceolis transfigebant se.

h Pythones habebant] idest, spiritus Pythonicos.

i Consuluitque] Sicut Hebræi tradunt, jejunando, & orando, a Deo petebator oraculum, & Deus illis per somnia revelabat futura, quod Saul fecisse non legitur. Ita dicit *Gl.* Imo consuluit Pythonissam contra legem: Dicitur enim *Exod.* 22. Maleficos non patieris vivere. Item *Levit.* 19. Ne declinetis ad Magos. Item 20. Vir, sive mulier, in quibus pythonicus, sive divinationis spiritus fuerit, moriatur. Item *Deuter.* 18. Non inveniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui hariolos sciscitetur, aut observet somnia, aut auguria, ne sit maleficus, aut incantator, neque pythones consulat, aut divinos, & quærat a mortuis veritatem.

k Neque per prophetas.] *Gloss.* qui dicuntur fuisse discipuli Samuelis, cum quibus Saul prophetavit. *Supra* 20.

l Habentem pythonem, i. spiritum pythonicum. *Andreas* tamen dicit: Python appellatur ars resuscitandi mor-

r Imposuisti mihi?] idest, imposturam fecisti, idest, deceptionem.

[26 qu. 5 ar. illud, & 5. qu. c. nec mirum circa medium.]

s Tu es enim Saul.] Hoc indicavit ei Samuel, ut dicit *Josephus*. Quidam tamen fabulantur, mortuum magice suscitatum a pedibus primo moveri, & surgere, nisi quando sciscitante rege suscitatur, tunc enim a capite surgit. Alii Dicunt Prophetam non posse suscitari nisi rege sciscitante. Unde quando mulier vidit Prophetam suscitatum, scivit, quod Saul erat.

t Deos vidi] idest, Samuelem. *Glos.* dicit plurale, pro singulari.

u Est pallio.] scilicet prophetico indumento. Et per hoc forte cognovit, quod erat propheta. *x* Dixit autem Samuel] idest, anima Samuelis, ut dicit *Joseph.* Nota, sicut refert *Rab. in Gl.* de hac suscitatione fecit Simplicianus quæstionem Augustino. Utrum fuerit suscitatus Samuel in veritate, an non: Et respondit: *August.* quod

quod si Dominus permisit se assumi a diabolo, & statui supra pinnaculum templi, *Matth.* 4. Non est mirum, si occulta dispensatione permisit animam justi revocari, ut loqueretur cum Saul, & videretur. Item *August. ad Simplicianum*: Sicut a Judæis se crucifigi, & interfici passus est Dominus, non absurdum eredere aliqua dispensatione permissum fuisse, ut non dominante magica arte, vel potentia, sed dispensatione occulta, quæ Pythonissam, & Saulem latebat, se ostenderit Spiritus justi, aspectibus regis divina cum sententia percussus. Et ita secundum hoc suscitatus fuit Samuel non ad vitam, sed ad hoc, ut videretur, & futura prædiceret. Ad hoc facit, ut dicit *Josephus* scilicet quod anima Samuelis locuta est Sauli. Ad hoc etiam facit, quod legitur *Eccles.* 46. de Samuele. Post hæc dormivit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ. Secundo respondit *August.* dicens: Non vere spiritus Samuelis a requie suscitatus est, sed aliquod phantasma, i. illusio imaginaria diaboli machinationibus facta apparuit, quam Prophetam Samuelem appellavit eo tropo, quo solent imagines suarum rerum nominibus appellari. Sicut Pharao spicas, & boves vidisse dicitur, cum tantum horum imagines viderit: secundum hoc non est Samuel suscitatus, sed imago ejus apparuit per ficta machinamenta ejus, qui transfigurat se in Angelum lucis, 2. *Corinth.* 11. secundum se hoc non est Samuel, non anima ejus, sed spiritus malignus locutus est Sauli. Ad hoc facit illud, quod legitur *Isai.* 29. Væ Ariel, Ariel. Ibi dicit *Gloss.* Pythonissa suscitavit Samuelem, imo dæmonem. Item *Actorum decimo sexto*. Factum est nobis euntibus ante orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythonem obviare nobis. Ibi dicit *Beda*: Vel Samuelis animam suscitavit ab inferis, vel malignum spiritum. Sed si malignus spiritus est locutus Sauli, quomodo potuit vera dicere, cum sit ipse hostis veritatis, & pater mendacii? ut dicitur *Jo.* 8. Ad hoc dicit *August.* quod Deus omnipotens, & justus, ad eorum pœnam, quibus ista prædicuntur, ut malum, quod imminet, antequam veniat, patiantur, occulto apparatu mysteriorum suorum talibus spiritibus aliquid divinationis impertit, ut quod audiunt ab Angelis, pronuncient hominibus. Tantum autem audiunt quantum omnium moderator Dominus vel jubet, vel sinit. Miscent autem fallacias: Est etiam verum quod dicunt, non docendi fine, sed decipiendi pronunciant. Sic ergo dupliciter respondit *August.* Unde *Raban.* dicit, secundum utrumque intellectum habere exitum hanc lectionem, quia non sit contra fidem. Manifestum est, nisi forte inveniatur, vel posse, vel non posse animam, cum migraverit ex hac vita, magicis carminibus revocari, & vivorum aspectibus apparere, etiam corporis lineamenta gestantem, ut non solum videri valeat, sed etiam agnosci. Et si potest, utrumne anima justi non cogatur magicis artibus sacris, sed dignetur ostendi occultioribus ministeriis summæ legi obtemperans. Sed quomodo hoc fieri possit sive non, tamen fallacia Sathanæ, atque imaginum simulandarum callida opere decipiendis sensibus humanis multiformis invigilat. Aliqui dicunt, tantum corpus Samuelis ibi apparuisse, quod diabolus intravit, & in eo locutus est, anima Samuelis quiescente in loco suo.

inquietasti me, ut suscitarer? Et ait Saul: Coarctor nimis. Siquidem Philistiim pugnant adversum me, & Deus recessit a me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per somnia. Vocavi ergo te, ut ostenderes mihi, quid faciam. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cum Dominus recesserit a te, & transierit ad *a* æmulum tuum? Faciet enim tibi Dominus, sicut locutus est in *b* manu mea, & *c* scindet regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David, quia *d* non obedisti voci Domini, neque fecisti *e* iram furoris ejus in Amalech. Idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie, & dabit Dominus etiam *f* Israel tecum in manu Philistiim. Cras autem tu, & filii tui *g* mecum eritis, sed castra Israel tradet Dominus in manus Philistiim. Statimque. Saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. *h* Ingressa est itaque mulier illa ad Saul: Conturbatus enim erat valde: Dixitque ad eum: Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in *i* manu mea, & audivi sermones tuos, quos locutus es ad me. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, ut comedens convalescas, & possis iter agere. Qui renuit, & ait: Non comedam. Coegerunt autem servi sui, & mulier, & randem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum *k* pascualem in domo, & festinavit, & occidit eum. Tollensque farinam miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante servos ejus: qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulaverunt per *l* totam noctem illam.

C A P. XXIX.

CONGREGATA *m* sunt ergo Philistiim universa agmina in Aphech: sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Jezrael: Et Satrapæ quidem Philistiim incedebant in *n* centuriis, & millibus: David autem, & viri ejus erant in novissimo agmine cum Achis. Dixeruntque principes Philistiim ad Achis: quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philistiim: numquid ignoratis David, qui fuit servus Saul regis Israel, & est apud me *o* multis diebus, vel annis, & non inveni in eo *p* quicquam ex die, qua transfugit ad me usque *q* ad diem hanc? Ira-

a Ad æmulum tuum?] idest, David, cui invides.

b In manu mea,] In manu Prophetarum dicitur locutus Dominus, quia non per verba eorum tantum, sed etiam per facta eorum prophetavit Dominus. Vel quia Prophetæ ea, quæ ore dicebant, manu scribebant.

c Scindet] In verbo scindendi notatur, quod aliqua pars regni remansit Isboseth filio ejus.

d Non obedisti] de morte Amalech: De qua *supra* 15.

e Iram furoris] idest, vindictam *sup.* 15.

f Israel tecum] Ecce quod dicitur *Matth.* 15. Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadent.

g Mecum eritis,] Si Samuel fuit, qui loquebatur tunc exponendum est: Mecum eritis, idest, in numero mortuorum sicut ego. Si diabolus loquebatur, tunc debet exponi, mecum eritis in inferno; & hoc verum est, vel mecum in requie, & mentitur diabolus tunc, ut decipiat. Utramque expositionem tangit *Interlin.*

h Ingressa] *Gloss.* De secretario, ubi maleficium exercebat.

i In manu] idest, audacter feci, quod voluisti. Et hoc dicit, quia exposuit se discrimini. *Josephus* dicit: Posuit se sub periculo divinationis, vel divinationem sub periculo præbuit. *Andreas* dicit: quod hoc proprie dicitur de viris, qui se tali discrimini committunt, ubi vitam perdunt, nisi manu defenderint.

k Pascualem] *Gloss.* idest, incrassatum. *Josephus* dicit mansuetum.

l Per totam noctem] Noluit enim sciri, quod consuluisset pythonissam.

EXPOSITIO CAP. XXIX.

CONGREGATA *m* sunt ergo] Finita digressione, quam fecerat auctor, redit ad id, quod inceperat enarrare, idest, congressum belli Philistinorum adversus Saul. Et agitur in hoc capite tantum de uno, scilicet de reditu David a castris Philistiim in Siceleg civitatem, quam sibi Achis dederat, *supra* 27.

n In centuriis,] *Gloss.* Unde centurio, qui & tribunus. Sed nota, sic se habet centuria ad centum, sicut mille ad millia.

o Multis diebus,] *supra* 27. dicitur, quod fuit David apud Achis quatuor mensibus.

p Quicquam] *Gl.* infidelitatis. *q* Usque ad diem hanc?]

inclusi-

ti sunt autem adversus eum principes Philisthiim, & dixerunt ei: Revertatur vir, & sedeat *a* in loco suo, in quo constituisti eum: & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis adversarius, cum præliari cœperimus: Quomodo enim aliter placare poterit *b* dominum suum, nisi in *c* capitibus nostris? Nonne iste est David, *d* cui cantabant in choris dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & David in decem millibus suis? Vocavit ergo Achis David, & ait ei: Vivit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo, & exitus tuus, & introitus tuus *e* mecum est in castris, & non inveni in te quicquam mali ex die, qua venisti ad me usque ad diem hanc, sed satrapis non places. Revertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthiim. Dixitque David ad Achis: Quid enim feci, aut quid invenisti in me servo tuo, a die, qua fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis? Respondens autem Achis locutus est ad David: Scio quia bonus es tu in oculis meis sicut Angelus Dei, sed principes Philisthiim dixerunt: Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge *f* mane tu, & servi domini tui, qui venerunt tecum, & cum de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite. Surrexit itaque de nocte David ipse, & viri ejus, ut proficiscerentur mane, & reverterentur ad terram Philisthiim, Philisthiim autem ascenderunt in Jezrahel.

C A P. XXX.

Cumque *g* venissent David, & viri ejus in Siceleg *h* die tertia, *i* Amalecitæ impetum fecerunt ex parte Australi in Siceleg, & percusserunt Siceleg, & succenderunt *k* eam igni. Et captivas duxerunt mulieres ex ea minimo usque ad magnum, & non interfecerunt quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo. Cum ergo venisset David, & viri ejus ad civitatem, & invenissent eam succensam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captivas, levaverunt David, & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt, *l* donec deficerent in eis lacrymæ. Siquidem & duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezraelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli, & contristatus est David valde. *m* Volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat uniuscujusque viri anima super filiis suis, & *n* filiabus. Confortatus est autem David in Domino Deo suo, & ait ad Abiathar sacerdotem, filium Achimelech: *o* Applica ad me Ephod. Et applicuit Abiathar Ephod ad David, & *p* consuluit David Dominum, dicens: *q* Persequar, an non, latrunculos hos, & comprehendam eos? Dixitque ei Dominus: Persequere, absque dubio enim comprehende eos, & excuties prædam. Abiit ergo David ipse, & sexcenti viri, qui erant cum eo, & venerunt usque ad torrentem Besor, & *r* lassi quidam *s* substiterunt. Persecutus est autem David ipse, & quadringenti viri cum eo. *t* Substiterunt enim ducenti viri, qui lassi transire non poterant torrentem Besor. Et invenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad David: Dederuntque ei panem, ut comederet, & biberet aquam, sed & fragmenta massæ *u* caricarum, & duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cum comedisset, reversus est spiritus ejus, & refocillatus est: Non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus: Dixit itaque ei David: Cujus es tu, *x* vel unde †; Qui ait ei: Puer Ægyptius ego sum, servus viri Amalecitæ. Dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. Siquidem nos *y* erupimus ad Australem plagam *z* Cerethi, & contra *a* Judam, & ad Meridiem *b* Caleb, & Siceleg succendimus

inclusive, q. d. neque in hoc die.

a In loco suo, in quo constituisti eum,] i. in Siceleg.

b Dominum suum,] i. Saulem.

c In capitibus] *Gloss.* Amputatis.

d Cantabant in choris] *supra decimo octavo*.

e Mecum est in castris,] *Gloss.* Apud me acceptus est.

f Mane tu, & servi domini tui,] ne satrapæ insidiarentur ei.

E X P O S I T I O C A P. XXX.

Sup. 18. 29. & c. 27.

Cumque *g* venissent] Incidens, & simplex capitulum est istud, & agitur in eo de victoria David, qua vicit Amalecitas, & reduxit prædam, quam fecerant ipso absente in Siceleg.

h Die tertia,] ante.

i Amalecitæ impetum fecerunt, &c.] *Gloss.* isti sunt Amalecitæ, quos Saul debuit delere, & inobedientiæ reus, regnum amisit, *supr.* 15.

k Eam igni.] Forte hoc fecerant Amalecitæ absente David, quia David sæpe prædatus est eos.

l Donec deficerent, &c.] idest, donec ipsi deficerent lacrymando. Vel quamdiu lacrymas habere potuerant.

m Volebat enim eum] quod negligentia ejus accidisset hoc, sicut in prælato refunditur omnis negligentia subditorum.

n Filiabus.] quæ captivæ ducebantur.

o Applica ad me Ephod] Videtur, quod David peccavit, quia induere Ephod, & consulere dominum est officium sacerdotum. Unde *Num.* 27. Si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum: Ergo David usurpavit sibi officium sacerdotum, ergo peccavit. Præterea 2. *Paralip.* 26. legitur quod Ozias rex Juda percussus est lepra, quia usurpabat sibi officium sacerdotum. Unde sacerdotes dixerunt ei: Non est officii tui, Ozia, adolere incensum Domino, sed sacerdotum Domini, & sic peccavit Ozias; ergo eadem ratione & David: Solutio, ut dicit *Josephus*: David consuluit Dominum non per se, sed per Abiathar sacerdotem, nec induit Ephod: sed indui fecit Abiathar. Unde sic exponitur littera: Applica ad me Ephod, idest mihi, idest propter me indue Ephod. Vel aliter Hebræi dicunt, quod in Logion, quod erat in Ephod deprehendebatur, si Deus est propitius populo, & ideo dixit David: Applica ad me Ephod, idest, accede ad me, ut videam, si Deus sit propitius nobis. Vel potest dici, quod duo Ephod erant, scilicet propheticum, & pontificale. Prophetico utebantur minores sacerdotes, & prophetæ, & Reges. Unde 2. *Reg.* 6. dicitur. Porro David erat accinctus Ephod lineo. De istu dicit hic: Applica ad me Ephod, ut indutus eo oraret Deum, dum Abiathar consuleret Dominum. *Sup. 27.* *Sup. 31.*

p Et consuluit David Dominum,] per Abiathar.

q Persequar, an non, latrunculos hos,] Argumentum, quod non debet princeps movere bella contra aliquem, nisi prius consulto Domino, idest, vicario ejus, qui debet ei dicere, an justam causam habeant, an injustam. Si justam, potest tunc ire ad bellum, si vicarius Domini non potest componere. Si injustam, debet vicarius præcipere, ne moveat bellum.

r Et lassi quidam] *Gl.* In Hebræo non lassos, sed jussos remansisse dicit.

s Substiterunt.] non omnes, sed quidam eorum, scilicet ducenti.

t Substiterunt enim ducenti viri, qui lassi transire non poterant torrentem Besor.] *Gloss. Greg.* Ducenti lassi viri, qui cum sarcinis relicti sunt, significant infirmos Ecclesiæ, qui cum viris spiritualibus currere nequeunt in via, sed quia fidem habent, & opus bonum servant, a Christo præmium beatitudinis cum perfectis percipiunt.

u Caricarum,] idest, ficuum.

x Vel unde;] Aliqui libri habent tertiam quæstionem, scilicet. [Et quo] Sed neque Josephus, neque Hebraica veritas habent eam. *al.† & quo pergis.*

y Erupimus] a terra nostra.

z Cerethi,] nomen est viri, vel terræ.

a Judam,] virum, vel terram.

b Caleb, & Siceleg] Civitates sunt.

igni. Dixitque ei David: Potes me ducere ad istum cuneum? Qui ait: Jura mihi per Deum, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et juravit ei David. Qui cum duxisset eum: *a* Ecce illi discumbebant *b* super faciem universæ terræ comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem pro cuncta præda, & spoliis, quæ ceperant de *c* terra Philistiim, & de terra Juda. Et *d* percussit eos David a vespera usque ad vesperam alterius diei, & non evasit ex eis quisquam, nisi tantum quadringenti viri adolescentes, qui ascenderat camelos, & fugerant. Eruit ergo David omnia, quæ tulerunt Amalecitæ, & duas uxores suas eruit. Nec defuit quicquam a parvo usque ad magnum tam de filiis, quam de filiabus, & de spoliis, & quæcumque rapuerant, omnia reduxit David, & tulit universos greges, & armenta, & minavit ante faciem suam. Dixeruntque: Hæc est præda David. Venit autem David ad ducentos viros, qui *e* lassi substiterant, nec sequi poterant David, & residere eos jusserat in torrente Besor. Qui egressi sunt obviam David, & populo, qui erat cum eo. *f* Accedens autem David ad populum, salutavit eos pacifice. Respondensque omnis vir pessimus, & iniquus de viris, qui erant cum David, dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquam de præda, quam eruimus, sed sufficiat unicuique uxor sua, & filii, quos cum acceperint, recedant. Dixit autem David: Non sic facietis fratres mei de his, quæ tradidit Dominus nobis, & custodivit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant adversum nos in manus nostras, nec audiet vos quisquam super sermone hoc. Æqua enim pars erit *g* descendentis in prælium, & *g* remanentis ad sarcinas, & similiter divident. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum, & præfinitum, & quasi lex in Israel, usque ad diem hanc. Venit ergo David in Siceleg, *h* & misit dona de præda senioribus Juda, proximis suis dicens: Accipite *i* benedictionem de præda hostium Domini: His, qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad Meridiem, & qui in Gether, & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthama, qui in Rachala, & qui in urbibus Jerameel, & qui in urbibus Ceni, & qui in Arama, & qui in lacu Asau, & qui in Atach, & qui in Hebron, & reliquis, qui erant in his locis; in quibus commoratus fuerat David, & viri ejus.

C A P. XXXI.

PHILISTIIM autem pugnabant adversum Israel, & fugerunt viri Israel ante faciem. Philistiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irrueruntque Philistiim in Saul, & in filios ejus, & percusserunt Jonathan, & *k* Abinadab, & Melchisue filios Saul, *l* totumque pondus prælii versum est in Saul. Et *m* consecuti sunt eum viri sagittarii, & vulneratus est vehementer a sagittariis. Dixitque *n* Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircumcisi, & interficiant me,

a Ecce illi] idest, Amalecitæ.
b Super faciem] *Gloss.* Facies hominis est dicta, eo quod faciat notum.
c De terra Philistiim,] quia Siceleg est in terra Philistiim.
d Percussit eos] *Gloss.* Isti sunt Amalecitæ, quos Saul debuit interficere, & inobedientiæ reus, regnum amisit, *sup.* 15.
e Qui lassi] vel ex jussu David ad sarcinas remanserant, ut dicunt Hebræi.
f Accedens autem, &c.] Hic recipit, quod *infra* dicitur.
g Descendentis] Aliqui libri habent, accedentis.
g Remanentis, &c.] *Hieron.* dicit, non ait, qui lassi remanserant, quia lassis nihil debet dari de prædæ pretio.
h Et misit dona] *Gloss.* Ut attraheret eos in amicitiam, & facerent eum regem, sicut & fecerunt post.
i Benedictionem] idest, xenia misit inquam his, qui erant, &c.

EXPOSITIO

CAP. XXXI.

PHilistiim autem pugnabant] Trigesimum primum capitulum est.
k Abinadab] quidam libri habent Aminadab sed falso: Dicit enim *Hieronymus in libris de Hebraicis nominibus*, quod nomen hoc interpretatur, pater meus sponte, & hoc est Abinadab. Abba enim pater, Nadab sponte interpretatur. Aminadab vero interpretatur populus meus sponte. Unde patet, quod Abinadab debet hic esse. Iste autem Abinadab etiam dictus Melchisua, & etiam Jessui *supr.* 14. quod interpretatur æqualis. Fuit enim æqualis patri: Quia sicut pater, ita & ipse in bello mortuus est. Isboseth domi remanserat, & ideo non est mortuus in bello, qui eo anno, quo Saul constitutus est rex, natus dicitur secundum *Raban.* ibi: Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpisset. Isboseth etiam quadraginta annorum fuisse legitur; 2. Reg. 2. cum regnare cœpisset. Unde colligitur etiam Saul quadraginta annis regnasse, computatis tamen annis, quibus Samuel populum rexit, ut dicit *Raban. supr.* 13. in quadam *Gloss.* Hæc omnia tangit hic quædam *Gloss.*

Moraliter. *l* Totumque pondus prælii versum est in Saul.] Sic tota difficultas tentationis in Prælato est, quia dæmones principaliter contra prælatos insurgunt, quia prælato subverso, de facili subvertuntur subditi. Unde *Zachar.* 13. Percute pastorem, & dispergentur oves gregis. Hodie subversi sunt multi, quia pastores pauci stant non subversi. Unde clamat *Isai.* 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. In eo, i. populo Israel. Vel totum pondus prælii versum est in Saul, quia ubi scandalizantur populi, vel subditi, totum imponitur Prælatis. Unde *Num.* 25. quia peccaverat populus, dicitur Moysi. Tolle cunctos principes, & suspende eos contra solem in patibulis, ubi dicit *Gloss.* Hoc si homines attenderent, principatum non ambirent.
m Et consecuti sunt viri sagittarii,] Sagittarii sunt dæmones, sagittæ suggestiones. *Jerem.* 6. Sagittam, & scutum arripiet; crudelis est, & non miserebitur.
n Dixitque Saul ad armigerum suum:] Armiger est, qui arma gerit. Arma sunt instrumenta male agendi. Armiger ergo Saulis, idest, Prælati sunt socii ejus, qui adulantes ei dant sibi audaciam male agendi, & ita armant eum, quod nullus ictus reprehensionis potest venire usque ad eum. Et si forte veniat, ne lædatur Prælatus, ipsi se statim opponunt quasi scutum. Unde *Job* 41. Corpus ejus quasi scuta fusilia, & compactum squamis sese prementibus: Una uni conjungitur, ut nec spiraculum incedat per eas. Iste armiger fuit Doeg Idumæus, ut dicunt Hebræi, quod satis bene convenit istis. Doeg enim interpretatur motus Idumæus, terrenus, & tales ita mobiles sunt, quod surgente Domino surgunt, & ridente Domino rident, plorante Domino plorant. Et hoc totum propter terrenam utilitatem. Imo ad hoc deventum est, ut Prælatus talibus se conformet, ut si illi surgant, & Prælatus surgit; si rideot, & Prælatus ridet. Hoc autem facit mala vita Prælati, quæ ita subjicit eum, quod non audet contradicere. Hoc legitur plane 3. *Esdræ* 4. ubi dicit Zorobabel: Videbam Apemem filiam Bezacis, mirifici concubinam regis, sedentem juxta regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite ejus, & imponentem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra manu; & super hoc aperto ore intuebantur eam, & si arriserit ei, ridet. Nam si indignata fuerit ei, blanditur, donec reconcilietur in gratiam. Nota interpretationes, & adapta moralitati: Apemes, libertas populi Domini interpretatur. Bezacis, fulgur, vel egestas.

a Et noluit

illudentes mihi. Et *a* noluit armiger ejus. Fuerat enim nimio timore perterritus. Arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum. *b* Quod cum vidisset armiger ejus, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse *c* super gladium suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul, & tres filii ejus, & armiger illius, & universi viri *d* ejus in die illa pariter. Videntes autem filii *e* Israel, qui erant *f* trans vallem, & trans Jordanem, quod fugissent viri Israelitæ, & quod mortuus esset Saul, & tres filii ejus, reliquerunt civitates suas, & fugerunt. Veneruntque Philistiim, & habitaverunt ibi. Facta autem die altera, venerunt Philistiim, ut *g* expoliarent interfectos, & invenerunt *h* Saul, & tres filios ejus jacentes in monte Gelboe. Et præciderunt caput Saul, & expoliaverunt eum armis, & miserunt in terra Philistinorum per circuitum, ut annunciaretur in *i* templo idolorum, & in populis. Et posuerunt arma ejus in templo Astaroth, corpus vero ejus suspenderunt in muro *k* Bethsan. Quod cum audissent *l* habitatores Jabes Galaad quæcumque fecerant Philistiim Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulaverunt tota nocte, & tulerunt cadaver Saul, & cadavera filiorum ejus de muro Bethsan. Veneruntque viri Jabes Galaad, & combusserunt ea igni, & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Jabes, & jejunaverunt *m* septem diebus.

Explicit Samuel Liber I.

INCIPIT SAMUEL LIBER II.

CAP. I.

FActum *n* est autem postquam mortuus est Saul, ut David reverteretur a cæde Amalech, & maneret in Siceleg dies duos: In die autem tertia *o* apparuit homo veniens de castris Saul *p* veste conscissa, & pulvere aspersum caput. Et ut venit ad David, cecidit *q* super faciem suam, & adoravit. Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. Et dixit ad eum David: *r* Quod est verbum, quod factum est? Indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes e populo, mortui sunt: Sed & Saul, & Jonathas filius ejus interierunt. Dixitque David ad adolescentem, qui nunciabat ei: *s* Unde scis, quia mor-

a Et noluit armiger ejus.] Simile *Judic.* 9. dixit Abimelech armigero suo: Percute me, ne dicar interfectus a femina. Sed in hoc est differentia, quod ibi armiger interfecit Abimelech, & se non interfecit: Hic autem e converso, armiger noluit interficere Saul, sed se interfecit. *b* Quod cum vidisset armiger ejus,] *Glos. Hieron.* Doeg secundum Hebræos, qui videns Saulem mortuum, metuens David, se interfecit. *c* Supra gladium] *Glos.* Gladio, quo Amalecitis contra præceptum Domini *sup.* 15. pepercit, merito seipsum occidit: Sic qui potestate pro communi utilitate accepta, aut non utitur, aut abutitur, suo se nimirum gladio confodit, & quo ab hoste defendi debuerat, hostem potius juvat.

C

D

d Viri ejus] *Hier.* Pueri, & domestici ejus.

e Filii Israel,] scilicet duæ Tribus, & dimidia, quæ ibi habebant possessiones suas.

f Trans vallem,] *Glos.* Vallis ista circa Jordanem est grandis, & campestris. Unde 1. *Paralip.* 10. dicitur: Cum vidissent filii Israel, qui habitabant in campestribus, fugerunt.

g Ut expoliarent interfectos,] idest, ut viderent, qui erant infecti. Vel ut expoliarent, verior littera.

h Saul, & tres] idest, corpora eorum.

A

i In templo idolorum,] 1. *Paralip.* 10. dicitur: Ut circumferretur, & ostenderetur idolorum templis, & populis: Arma ejus consecraverunt in fano Dei sui, & caput affixerunt in templo Dagon.

k Bethsan,] civitas est Philistinorum in terris Israel. Hebræi dicunt, quod Bethsan est domus Dagon. Et secundum hoc simul fuerunt appensa corpus, & caput Saulis.

l Habitatores Jabes Galaad, &c.] *Glos.* Quos Saul ab adversariis defenderat, rependunt quod possunt: Nos quoque benefactores nostros gladio peccati peremptos, quod possumus, a Philistinorum opprobrio eripiamus. Unde *Proverbiorum* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses: Si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit.

m Septem diebus.] *Ecclesiastic. vigesimo secundo.* Luctus mortui septem dies; fatui autem, & impii omnes dies vitæ illorum.

Postilla super primum Librum Regum explicit.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Postilla super II. Librum Regum.

EXPOSITIO CAP. I.

FACTUM *n* est autem, &c.] Sicut dictum est, *supr.* Liber Regum apud Latinos quatuor voluminibus est distinctus, & apud Hebræos duobus tantum distinguitur: Quorum primum vocant Samuel, & continet duos primos Libros Regum. Secundum vocant Malachim, idest, Regum, qui continet tertium, & quartum, ubi de Regibus Juda, & Israel, & eorum gestis agitur. Finita ergo prima parte Samuel, idest, primo Libro Regum, videndum est de secundo, qui, sicut dictum est *supra*, creditur compositus fuisse ab aliquo de discipulis Samuelis, qui opus suum adjungens operi magistri sui, totum nomine magistri sui intitulavit. Dividitur autem liber iste in octo partes. In prima agitur de planctu David super morte Saulis, & Jonathæ. In secunda de unctione David, super Tribum Juda tantum. In tertia de regno Isboseth, qui regnavit duobus annis super reliquas Tribus, & de contentione, quæ fuit semper inter ipsum, & David. In quarta agitur de morte Abner, & de morte Isboseth. In quinta de secunda inunctione David super totum Israel. In sexta de expugnatione Jerusalem, & de translatione arcæ, & de victoriis David. In septima agitur de fuga David a facie Absalon filii ejus, & de reditu David in Jerusalem. In octava, & ultima de numeratione populi, qua offensus Dominus percussit de Israel septuaginta millia virorum, vel ducenta millia, secundum Paralipomenon.

1. Reg. 4.

Infra 4. *Idem* 1. *Paral.* 21.

Moraliter.

o Apparuit homo veniens de castris] Homo est Christus. Tres dies sunt tria tempora, scilicet ante legem, sub lege, tempus gratiæ: In hoc apparuit Christus in carne *Gal. quarto*. Item tres dies, sunt dies passionis, dies sepulturæ, dies resurrectionis: In hoc apparuit Christus scissa veste, idest, cicatrices passionis habens in carne. Unde & Thomæ dixit *Joannes* 20. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas. Hinc est, quod dicunt Angeli ascendenti in cœlum: Quis est iste, qui venit de Edom, &c. *Isai.* 58. Item *Zachar. decimo tertio.* Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me, idest, diligere debebant. Tres dies sunt, dies contritionis, confessionis, satisfactionis: In hoc tertio apparere debet homo, & ante non. *Osee* 6. Percutiet, & curabit nos, vivificabit nos post duos dies, in tertia die suscitabit nos.

p Veste conscissa, &c.] quæ erant signa doloris. Simile 1. *Reg.* 4. de illo, qui nunciavit Heli, quod capta esset arca, & filii sui mortui.

q Super faciem suam,] *Glos.* A parte totum. Non enim homo cadit solum super faciem, sed in eam partem, in qua est facies.

r Quod est verbum,] idest, res digna verbo. Simile *Exod.* 2. ubi Moyses timens dixit: Quomodo palam factum est verbum istud? Simile *Isai.* 39. dixit Ezechias: Non fuit verbum, quod non ostenderim eis.

s Unde scis, &c.] Magna, & nova narrabat, & ideo non

statim

B

tuus est Saul, & Jonathas filius ejus? Et ait adolescens, qui narrabat ei: Casu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat *a* super hastam suam: Porro *b* currus, & equites appropinquabant ei, & conversus post tergum suum vidensque me vocavit. Cui cum respondissem, adsum: dixit mihi: Quisnam es tu? Et ajo ad eum: *c* Amalecites ego sum. Et locutus est mihi: Sta super me, & *d* interfice me, quoniam tenent me angustiæ, & adhuc *e* tota anima mea in me est: *f* Stansque super eum occidi illum. Sciebam enim, quod vivere non poterat *g* post ruinam. Et tuli diadema, *h* quod erat in capite ejus, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. Apprehendens autem David vestimenta sua *i* scidit, omnesque viri, qui erant cum eo, & planxerunt, & fleverunt, & jejunaverunt usque ad vesperam Saul, & super Jonatham filium ejus, & super *k* populum Domini, & *k* super domum Israel, quod corruissent gladio. Dixitque David ad juvenem, qui nunciaverat ei: *l* Unde es tu? Qui respondit: filius hominis advenæ Amalecitæ ego sum. Et ait ad eum David: Quare non timuisti mittere manum tuam, ut occideres *m* Christum Domini? Vocansque David unum de pueris suis, ait: Accedens irrue in eum: Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum David: *n* Sanguis tuus super caput tuum. Os enim tuum locutum est adversum te, dicens: Ego interfeci Christum Domini. Planxit autem David planctu hujuscemodi super Saul, & super Jonatham filius ejus, & præcepit, ut docerent filios Judæ *o* arcum, sicut scriptum est in *p* libro justorum: Et ait: *q* Considera Israel pro his, qui mortui sunt,

C

statim credidit, sed quomodo sciat quærit: Quidam enim audita tantum narrant, quibus non statim credendum est. Quidam narrant visa, & illis credendum est aliquando, non semper. Aliquando enim transfigurat se Angelus tenebrarum in Angelum lucis, scil. ad decipiendum, ut dicitur 2. *Cor.* 11. Et ideo. *Joan.* 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint, quia multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.

a Super hastam] *Gloss.* Quia fatigatus sustentabatur.

b Currus,] hostium, scilicet.

c Amalecites ego sum.] *Gloss.* Hunc ajunt Hebræi filium fuisse Doeg.

d Interfice me,] quasi dicat, Saul ad puerum: bene facies, si me occidis, quia liberabis me ab angustia magna. Et hoc dicebat Saul magis volens interfici a proselyto, quam ab incircumcisis.

e Tota anima mea.] *Gloss.* Idest, totus vigor animæ.

f Stansque super] Mentitur, sed ut placeret David hoc dicebat.

g Post ruinam.] *Gloss.* Idest. vulnerationem.

h Quod erat] idest, quod esse solebat. Non enim videtur verum, quod tunc haberet Saul diadema regium in capite. Vel forte galeam diadematam, idest, in qua erat aliqua corona sculpta, vel depicta in signum regium, diadema vocat. Hebræi dicunt hunc puerum filium fuisse Doeg Idumæi, qui portabat insignia regis, qui moriens tradidit ea filio suo, ut deferret ea ad David, & sic redderet eum placabilem sibi. Nec est contrarietas, quod filius Amalecites dicitur, & pater Idumæus, quia omnes Amalecitæ Idumæi sunt, sed non e converso. Nam primogenitus Esau fuit Eliphaz, cujus filius Amalech, unde Amalecitæ. Ita legitur *Genes.* 36. Sed adhuc restat quæstio: Si iste juvenis erat filius Doeg, qui tam familiaris erat Saul, quomodo erat tam familiaris ignotus Saul, ut quæreret: Quisnam es tu? Responsio: Ex nimia sanguinis effusione jam caligaverat visus in eo. Vel quia puer erat, nondum frequentabat curiam regis.

Inf. 3. & 13.

i Scidit,] secundum morem Judæorum, qui in signum doloris intrinseci scindunt vestes. Unde *Matth.* 26. cum princeps sacerdotum adjurasset Dominum, ut diceret, si ipse esset filius Dei, & Dominus respondisset: Tu dixisti, statim scidit vestimenta sua, dicens. Blasphemavit. Sed videtur, quod faciunt contra legem. Dicitur enim *Deuter.* 14. Non vos incideris, & non facietis calvitium super mortuo. Solutio: Ibi de incisione carnis, quam faciebant idololatræ gentiles, agitur; hic autem de incisione vestis.

k Super populum] *Gloss.* Idest, sacerdotes.

k Super domum Israel,] *Gloss.* Generaliter.

l Unde es tu?] Sed nonne jam audierat hoc David ab ipso? Quare ergo quærit? Responsio: Præ stupore facti, & dolore non notaverat illa verba.

m Christum Domini?] idest, regem vinctum.

n Sanguis tuus] i. damnatio tua, quia in hoc meruisti damnari. Vel sanguis, idest, pœna sanguinis effusi. Simile *Matth.* 27. Sanguis ejus super nos, &c. Vel sanguis, idest, peccatum, quasi dicat, peccatum tuum sit super caput tuum, i. pœna pro peccato. Sed nota, quod iste in tribus peccavit. Mentitus est, quando dixit, se occidisse Saul. Adulatus est, quando dixit: Attuli hoc ad te dominum meum. Proditorem se asseruit in hoc, quod dominum suum se occidisse dixit.

o Arcum,] idest, artem sagittariam, ut possent, & scirent resistere Philistæis, qui erant sagittarii. Audierant enim populum a sagittariis interfectum. Vel arcum, i. fortitudinem, quasi dicat, præcepit David, ut illi, ad quos spectat, docerent filios Judæ esse fortes in timore Dei, & obsequio ejus, scilicet Dei.

p In libro justorum.] Sicut dicit *Gloss.* iste liber modo non habetur, sicut nec plurimi, de quibus fit mentio in Veteri Testamento, ut est liber bellorum Domini, de quo fit mentio *Numer.* 21. & carmina Salomonis, & disputationes ejus super natura omnium arborum, & animalium, & volucrum, de quibus fit mentio *infra* 3. *Regum* 4. ubi dicitur: Locutus est Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque millia, & disputavit super lignis a cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, qui egreditur de pariete; & disseruit de jumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus. Et libri Nahan prophetæ, & Ahiæ Silonitis, & Addo prophetæ. De quibus similiter fit mentio 2. *Paralipomen.* 9. ubi dicitur: Reliqua operum Salomonis, priorum, & novissimorum scripta sunt in libris Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo. Et multa hujusmodi volumina, quæ Scriptura commemorat, quæ a Chaldæis in destructione Judææ combusta fuerunt, & etiam tota bibliotheca. Sed Esdras Pontifex, & Propheta, afflatus spiritu Dei, paucos reparavit, quos modo habemus. Sed librum justorum, de quo fit hic mentio, non reparavit. *Hieronymus* tamen dicit *in libro de Hebraicis quæstionibus*, quod liber Regum dicitur liber justorum, eo quod de justis agat, scilicet, Samuele, David, Gad, Nathan, Elia, Elisæo, & aliis. Et secundum hoc hæc dictio, sicut, respicit hoc verbum planxit. Alii dicunt, quod liber Geneseos dicitur liber justorum, quia in eo conjici potest artem sagittandi esse utilem. Quia dicit Jacob *Genesis quadragesimo octavo*, se tulisse agrum de manu Amorrhæi in gladio, & arcu. Secundum omnes istas opiniones, hæc dictio justorum est masculini generis. Quidam vero legunt justorum neutraliter. Et dicitur justorum quasi liber judiciorum. Nam agit de his, quæ justa sunt, & facta. Et secundum hoc sensus est: Præcepit David, ut docerent filios Judæ ratione artem illam servandam. Sic servatur, quod scriptum est in libro justorum, idest, judiciorum. Liber vero judiciorum, potest dici Exodus, ubi judicia, & præcepta traduntur.

De pen. d. 2. §. opponitur circa medium c. q. 1. c. Domine, circa medium.

q Considera Israel] Dixerat auctor, quod David planxit Saul, & Jonatham, nunc incipit planctus. Et dicitur planctus hic carmen lugubre. Et creditur compositum fuisse metrice, sicut in morte principum fieri solet ad eorum memoriam. Est autem continentia hujus carminis tripartita. Primo agit de loco, ubi facta est strages, imprecans ei malum, ubi dicit: Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniat super vos. Nec moveri debet quisquam, si aliquando pluraliter, aliquando singulariter loquatur de eodem loco. Est enim unus mons plures habens colles. Pluraliter ergo loquitur de ipso,

propter pluralitatem collium, singulariter propter unitatem montis. Unde quidam libri habent: Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniant super te. Et legitur littera sic: Montes Gelboe subaudi, væ vobis, & postea infertur, nec ros, nec pluvia veniant super te.

a super excelsa tua vulnerati. Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt. *b* Quomodo ceciderunt fortes? *c* Nolite annunciare in Geth, neque annuncietis in compitis Ascalonis, ne forte lætentur filiæ Philistiim, ne exulcent filiæ incircumcisorum. *d* Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniant super vos. *e* Neque sint agri primitiarum, *f* quia ibi abjectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo *g* a sanguine interfectorum, ab adipe fortium. Sagitta Jonathæ nunquam abiit retrorsum, & gladius Saul non est reversus inanis. *h* Saul, & Jonathas amabiles, & decori valde in vita sua, in morte quoque non sunt divisi. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Filiæ Israel super Saul flete, qui *i* vestiebat vos *k* coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. Quomodo *l* ceciderunt fortes in prælio? Jonathas in *m* excelsis suis occisus est. *n* Doleo super te, *o* frater mi Jonatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam. *p* Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

C A P. II.

IGITUR *q* post hæc consu-

D

Secundo commendat Saulem, & Jonatham, ubi dicit: Saul, & Jonathas amabiles, & decori, &c. Tertio commendat Jonatham specialiter ostendens quantum dilexerat eum, ubi dicit: Doleo super te, Jonatha. Dicit ergo: Considera Israel, qui scil. remansisti a strage, pro qua culpa interfecti sunt fratres tui, & præcave ne, & tu in scelere simili pereas. Propter tria enim mortuus est Saul, & qui cum eo erant propter ipsum, scilicet, ob multa peccata, quæ fecerat; propter inobedientiam suam, quæ pepercit Amalec; propter hoc quod Pythonissam consuluit, quasi desperans de Domino. Unde 1. *Paral.* 10. Mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo quod prævaricatus sit mandatum Domini, quod præceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam Pythonissam consuluit, & non speravit in Domino, propter quod interfecit eum. Vel sic: Considera quam gloriosi fuerunt, qui pro tua libertate vulnerati sunt, & mortui. Vel sic: O Israel considera pro his, &c.] idest, attende, quam miserabiliter mortui sunt tam nobiles, tam strenui, & tibi similiter posse accidere.

1. *Reg.* 15. & 28.

a Super excelsa] idest, montes Gelboe, qui excelsi sunt, quasi dicat, in locis munitis interfecti sunt. Vel super excelsa, idest, propter idololatriam, quæ celebrabatur in excelsis. Unde 4. *Reg.* 12. legitur: Fecit Joas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eam Joiada sacerdos; verumtamen excelsa non abstulit, idest, idololatriam non destruxit. Propter hoc autem nomine excelsorum idololatria accipitur, quia Salomon tribus suis uxoribus fana construxit in montibus, ad earum idola adoranda, ut legitur 3. *Reg. in princip.*

b Quomodo ceciderunt] Admiratio est, quomodo, scilicet, tam cito viri inclyti ceciderint.

c Nolite annunciare] *Gloss.* Prohibet, ne ullus lætetur in tali casu, ne divulgetur casus populi Dei in civitatibus inimicorum. Sed quare prohibet hoc David? Videtur, quod prohibitio hæc sit inutilis, quia tantum factum, & tale non poterat celari, quod multi inimici sciebant: Nec etiam potuit, quin gauderent filiæ Philistiim de interfectione hostium suorum. Solutio: Licet strages populi, & mors Saulis manifesta esset, non tamen modus, quo mortuus est Saul, manifestus erat, & illud prohibuit David annunciari in Geth, quia de dolore eorum augeretur gaudium filiarum Philistum. Sed quare dicit, ne lætentur filiæ, potius, quam filii? Resp. quia in strage hostium mulieres præ gaudio victoriæ ducebant choreas, & cantilenam aliquam ad victoriam pertinentem cantabant. Unde supra 1. *Reg.* 18. interfecto Golia cantabant mulieres. Saul interfecit mille, & David decem millia. *d* Montes Gelboe, &c.] Indignatus de casu fortium, ipsum interfectionis locum abominatur, & maledicit. Sed quærit *Raban.* Quid deliquerunt montes? Et solvit primo mystice, dicens quod Gelboe interpretatur decursus, & significat superba Judæorum corda. Et quia in eis rex unctus, idest, Christus, corporaliter moritur, ab omni rore gratiæ siccantur, quoniam pro peccatis eorum ibi ceciderunt fortes, & ita punitur terra propter possessores, vel habitatores in ea. Unde *Ps.* 106. Posuisti terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea. Unde *Gen.* 3. pro peccato Adæ dicitur: Maledicta terra in opere tuo. Dicitur autem, quod montes Gelboe prius fuerunt uberrimi, post maledictionem vero fuerunt steriles. Nec imprecatus est David ariditatem, sed sterilitatem, quasi aridi essent. Unde subdit: *e* Neque sint agri primitiarum,] in vobis, idest, fructus pecorum. Vel primitiarum, i. optimorum, sicut prius. Aliqui dicunt hoc fuisse prophetiam, quæ impleta fuit ad litteram tempore Eliæ, quando non pluit super terram annos tres, & menses sex. 3. *Regum* 17. Aliqui dicunt, quod in cacumine montis Gelboe, nec ante maledictionem, nec post pluisse, sed per maledictionem David confirmatum est.

f Quia ibi abjectus est clypeus,] idest, quia ibi fortes interfecti sunt, vel quia ibi viliter, & abjecte interfectus est Saul, & Jonathas fortes, quasi non esset rex Saul. Et hoc est quod dicitur, quasi non esset unctus oleo. Et dicitur *in Gloss.* Clypeus Saul abjectus, idest, a Deo reprobatus. Et est argumentum, quod Saul damnatus est. Et subdit caussam hujus necis.

A

g A sanguine interfectorum ab adipe fortium.] idest, propter sanguinem sacerdotum, qui sanguinem, & adipem offerebant Domino, quos interfecit in Nobe, supra 1. *Regum* 22. Vel sic: A sanguine interfectorum, & ab adipe fortium abjectus est clypeus Saul, quasi dicat, non a rusticis, sed a fortibus interfectus est Saul. Sanguis enim, & adeps, robur præstant corpori, & ideo nomine sanguinis, & adipis, fortes intelliguntur, qui dabant aliis fortitudinem, & audaciam. Secundum primam lecturam declinatur interfectus interfecti, secundum aliam interfector interfectoris, quasi dicat interfectores Saulis fuerunt fortes. Hebræus sic legit litteram: A sanguine interfectorum, & ab adipe fortium, sagitta Jonathæ nunquam abiit retrorsum, quin scilicet, semper pertingeret, quasi dicat, Jonathas, & Saul multos de interfectoribus suis vulneraverunt.

h Saul, & Jonathas amabiles, &c.] Hæc est secunda pars carminis, ubi commendantur Saul, & Jonathas a multis. Primo a constantia, ubi dicit: Nunquam abiit retrorsum. Secundo a dilectione, ubi dicit: Amabiles. In tertio a pulchritudine, ubi dicit: Et decori. Quarto a velocitate, quæ est contraria pigritiæ, ubi dicit: Aquilis velociores: Et est ibi hyperbole. Quinto a fortitudine, ubi dicit: Leonibus fortiores. Sexto a pietate, ubi dicit: qui vestiebat vos.

i Vestiebat] *Gloss.* De præda hostium.

k Coccino] idest, Panno rubeo.

l Quomodo ceciderunt] *Gloss.* In peccato suo subaudi.

m In excelsis tuis] sicut supra, in monte, vel propter idololatriam.

n Doleo super te frater mi] Tertia pars carminis: Ubi Jonathas specialiter commendatur.

o Frater] amore, & cultus religione.

p Quomodo ceciderunt robusti,] Ter facit hanc quæstionem, vel admirationem David in hoc carmine, in quo mystice innuitur, quod tripliciter cadit homo in bello Philistiim, idest, dæmonum, scilicet, cogitatione, locutione, & opere. Vel sic: Insultu carnis, infestatione avaritiæ, impugnatione superbiæ.

E X P O S I T I O C A P. II.

IGitur *q* post hæc] Una est materia hujus cap. Siquidem finito luctu super morte Saul, & Jonathæ, cum adhuc esset David in terra Philistium in Siceleg, quam ei concesserat rex ad manendum, consuluit Dominum, utrum

ascenderet

luit *b* David Dominum dicens, Num *c* ascendam in unam de civitatibus Juda? Et ait Dominus ad eum: Ascende. Dixitque David: Quo ascendam? Et respondit ei: In Hebron. Ascendit ergo David, & duæ uxores ejus Achinoam Jezraelites. & Abigail uxor Nabal Carmeli: Sed & viros, qui erant cum eo, duxit David singulos cum domo sua, & manserunt in oppidis Hebron. Veneruntque viri Juda, & unxerunt ibi David, ut regnaret *d* super domum Juda. Et *e* nunciatum est David, quod viri Jabes Galaad sepelissent Saul. Misit ergo David nuncios ad viros Jabes Galaad, dixitque ad eos: Benedicti vos a Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet quidem vobis Dominus *f* misericordiam, & *g* veritatem, sed & ego reddam gratiam, eo quod feceritis *h* verbum istud. Confortentur manus vestræ, & estote filii *i* fortitudinis: Licet enim mortuus sit dominus vester Saul, *k* tamen me unxit domus Juda in regem sibi. Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit *l* Isboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra, regemque constituit super Galaad, & *m* super Gessuri, & super Jezrael, & super Ephraim, & super Benjamin, & *n* super Israel universum. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul cum regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnavit. Sola autem domus Juda sequebatur David. Et fuit numerus dierum, quos commoratus est David, imperans in *o* Hebron super domum Juda septem annorum, & sex mensium. Egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filii Saul de castris in Gabaon. Porro Joab filius *p* Sarviæ, & pueri David egressi sunt, & occurrerunt eis juxta piscinam Gabaon. Et cum in *q* unum convenissent *r* e regione, sederunt hi ex una parte piscinæ, & illi ex altera. Dixitque Abner ad Joab: Surgant pueri, & *s* ludant coram nobis. Et respondit Joab: Surgant. Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Benjamin ex parte Isboseth filii Saul, & duodecim de pueris David. Apprehensoque unusquisque capite comparis sui defixit gladium in latus contrarii, & *t* ceciderunt simul. Vocatumque est nomen loci illius: Ager robustorum in Gabaon. Et ortum est bellum durum satis in die illa, fugatusque est *u* Abner, & viri Israel a pueris David. Erant autem ibi tres filii Sarviæ: Joab, & Abisai, & Asel. Porro Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus ex capreis, quæ morantur in silvis. Persequebatur autem Asael Abner, & non declinavit ad dexteram, neque ad sinistram, omittens persequi Abner. Respexit itaque Abner post tergum suum, & ait: Tu ne es Asael? Qui respondit: Ego sum. Dixitque ei Abner: Vade ad dexteram, sive ad sinistram, & *x* apprehende unum de adolescentibus, & tolle tibi spolia ejus. Noluit autem Asael omittere, quin urgeret eum. Rursumque locutus est Abner ad Asael. Recede, noli me sequi, ne forte compellar confodere te in terram, & *y* levare non potero faciem meam ad Joab fratrem tuum. *z* Qui *a* audire contempsit, & noluit declinare: Percussit ergo eum Abner *b* aversa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco. Omnesque, qui transibant per locum, in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, subsistebant. Persequentibus autem Ioab, & Abisai fugientem Abner, sol occubuit, & venerunt usque ad collem *c* Aquæductus, qui est ex adverso vallis, & itineris deserti in Gabaon. Congregatique sunt filii Benjamin ad Abner, & conglobati in unum cuneum, steterunt in summitate *d* tumuli unius, & exclamavit Abner ad Joab, & ait: Num usque ad internecionem tuus *e* mucro desæviet? An *f* ignoras, quod periculosa sit *g* desperatio? Usquequo non dicis populo, ut omittat persequi fratres suos? Et ait Joab: Vivit Dominus si

ascenderet in aliquam civitatem Juda, & accepto, quod sic, ascendit ipse cum uxoribus suis in Hebron, & sexcenti viri sui habitaverunt in oppidis Hebron. Et venerunt viri Juda, & unxerunt David in Regem super Tribum Juda. Et hæc est secunda unctio David. Primo enim unxerat eum Samuel in domo patris ejus supra 1. *Reg.* 16.

b Consuluit] Non voluit David aliquid facere sine consilio, juxta illud *Ecclesiast. trigesimo secundo*. Fili sine consilio, &c.

c Ascendam] non ad manendum, sed ad regnandum.

d Super domum Juda.] Et hic incipit, sicut dicunt, quarta ætas non pro inchoatione regni Judæorum, ut quidam volunt, quia sic inchoasset a Saule, sed pro innovatione promissionis olim factæ patribus de regno Christiano per regnum David figurato. Unde *Psal.* 131. Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam; de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

e Et nunciatum est, &c.] *Glosf.* Hoc plenius scriptum est *in Paralip.* 1. *lib.* 10. *cap.*

f Misericordiam,] Quia plus retribuet, quam meruistis.

g Veritatem,] in quantum meruistis.

h Verbum istud.] idest, rem hujus verbi.

i Filii fortitudinis:] idest, multum fortes, sicut patres vestri.

k Tamen me unxit] quasi dicat, ero vobis loco Saulis.

l Tulit Isboseth] *Glosf.* In Hebræo dicitur: Traduxit eum in Manaim, quod interpretatur castra: Traduxit, scilicet ultra Jordanem, & in Manaim regem constituit. Est autem Manaim proprium nomen loci munitissimi. Sed contra, *supra* 1. *Regum fin.* dictum est, quod mortuo Saule, filii Israel reliquerunt civitates, & Philistiim habitabant in eis, quomodo ergo circumduxit eum? Solutio: Loca, quæ non erant munita, reliquerunt filii Israel, qui & congregati sunt simul, ut sic fortiores essent, & per illas congregationes circumduxit eum.

m Super Gessuri,] *Glosf.* In Hebræo Assuri, idest, super Tribum Aser.

n Super Israel universum.] excepta sola Tribu Juda.

o Hebron] civitas est in Tribu Juda, quæ quondam vocabatur Arbæe, idest, Cariatharbe, *Josue* 20. Cariath enim civitas interpretatur, Arbæe quatuor, quasi civitas quatuor, quia in ea sepulti fuerunt quatuor Patriarchæ cum uxoribus suis, scilicet Adam, Abraham, Isaac, & Jacob.

p Sarviæ,] sororis David.

q In unum] scilicet locum.

r E regione,] idest, ex opposito.

s Et ludant] oppugnando.

t Ceciderunt simul.] Hic videtur, quod quilibet suum comparem interfecit ex utraque parte. Sed *Josephus* vult, quod pueri David superstites occiderent compares suos, ut dicit hic *Glosf.*

u Abner,] principem exercitus Isboseth.

x Apprehende, &c.] quasi dicat, si vis experiri virtutem tuam accipe unum de juvenibus istis, & cum eo luctare seorsum, & cum superaveris eum, tolle spolia ejus, me autem desine persequi: per quod innuitur, quod Asael adolescens erat.

y Levare non potero, &c.] idest, gratiam habere ante eum.

z Qui] scil. Asael.

a Audire] idest, exaudire.

b Aversa hasta] idest, versa ad eum. Sic exponit *Interlin.* quæ dicit aversa, idest, conversa.

c Aquæductus,] proprium nomen montis, in cujus summitate congregati sunt Abner, & filii Benjamin in cuneum unum.

d Tumuli unius,] *Glossa*, idest, eminentioris loci.

e Tuus mucro] *Glosf.* Hebræus non habet, tuus.

f An ignoras, &c.] *Glosf.* Una salus victis nullam sperare salutem. Item *Lucanus*. Vincitur haud gratis jugulo, qui provocat hostem, idest, non gratis moritur, qui viriliter se defendit.

g Desperatio?] *Glosf.* Cum desperatur, neglecta vita, certatur pro viribus.

a Si locutus fuiffes mane,] *Gloff.* Ideft, fi pacem petiffes.
b Venerunt ad caftra] in Manaim ultra Jordanem, ubi erat Isbofeth.
c Decem, & novem viri,] mortui in bello.
d Pervenerunt in Hebron.] ad David.

l Quare ingreffus es] Timebat enim ne concubinam vindicans regnum ufurparet. Eadem caufa fecit Salomon occidi Adoniam fratrem fuum, quia petierat Abifag in uxorem. Timebat enim, ne fi haberet illam uxorem, quæ concubina fuerat David, regnum fibi ufurparet. 3. *Regum* 2. habes de morte Adoniæ.

a locutus fuiffes mane, receffit populus perfequens fratrem fuum. Intonuit ergo Joab buccina, & ftetit omnis exercitus, nec perfecuti funt ultra Ifrael, neque iniere certamen. Abner autem, & viri ejus abierunt per campeftria Moab tota nocte illa, & tranfierunt Jordanem, & luftrata omni Bethoron, *b* venerunt ad caftra. Porro Joab reverfus, omiffo Abner, congregavit omnem populum, & defuerunt de pueris David *c* decem, & novem viri, excepto Afaele. Servi autem David percufferunt de Benjamin, & de viris, qui erant cum Abner, trecentos fexaginta, qui & mortui funt. Tuleruntque Afael, & fepelierunt eum in fepulchro patris fui in Bethlehem, & ambulaverunt tota nocte, Joab, & viri, qui erant cum eo, & in ipfo crepufculo *d* pervenerunt in Hebron.

EXPOSITIO CAP. III.

Infra 20.

FActa *e* eft ergo] Duæ funt partes hujus cap. In prima agitur de filiis David, quos habuit de fex uxoribus in Hebron. In fecunda agitur de interfectione Abner principis militiæ Saul, quomodo in dolo interfecerunt eum Joab, & Abifai, & de planctu David fuper nece ejus.
f Seipfo robuftior,] ideft, crefcens in robore.
g Uxore Nabal] quondam, fcilicet.
h Filiæ Tholmai] Gentilis. Hanc David inter captivas concupivit, & præcifis unguibus, & rafis pilis duxit.
i Jethraam] quem *Jofephus* vocat Nathan.
k De Egla uxore] Egla fola uxor appellatur, quam fecundum legem nuptialiter accepit, ideft, folemniter. Ita dicit *Glofs.* Vel ideo fola hæc dicitur uxor, quia plus ceteris eam diligebat: Sicut Rachel proprie dicta eft uxor Jacob, quia eam plus diligebat. Hebræi dicunt Eglam effe Michol, quæ ideo fola uxor dicitur, quia in adolefcentia eam primo fortitus eft uxorem. Sed hoc non videtur verum, quia *inf.* 6. legitur Michol fubfannaffe David. Item ibi dicitur, quia non eft ei natus filius de David ufque in diem mortis fuæ, quia in partu occubuit. Solutio: Ad primum dicimus, quod David in adolefcentia eam plus dilexit. Et forte ob hoc fuperbivit Michol in tantum, ut fubfannaret David. Ad aliud patet folutio, quia ufque, tenetur inclufive. Tamen *Jofephus* dicit, quod Michol nullum filium habuit de David, fed de Phalti [cui dederat eam Saul, ut legitur 1. *Regum* 25.] quinque filios habuit: Sed *infra* 21. dicitur: Tulit autem David quinque filios Michol, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, non ergo Phalti. Præterea fupra 1. *Regum* 25. dicit *Glofs.* quod Phalti non cognovit Michol. Solutio: Merob foror Michol, uxor fuit Hadriefis, de qua habuit quinque filios; qua mortuo Michol adoptavit eos fibi in filios. Unde fic exponenda eft littera *infra* 21. quos Michol genuit Hadrieli, ideft, genitos Hadrieli, fibi in filios adoptavit.

2. Par. 3.

C A P. III.

FActa *e* eft ergo longa concertatio inter domum David, & inter domum Saulis. David proficiens, & femper *f* feipfo robuftior, domus autem Saul decrefcens quotidie. Natique funt fex filii David in Hebron. Fuitque primogenitus ejus Amnon de Achinoam Jezraelitide: Et poft eum Cheleab de Abigail uxore *g* Nabal Carmeli: Porro tertius, Abfalon filius Maacha, filiæ *h* Tholmai regis Geffur. Quartus autem Adonias filius Haggith, & quintus Saphathia filius Abitail. Sextus quoque *i* Jethraam de *k* Egla uxore David. Hi nati funt David in Hebron. Cum ergo effet prælium inter domum Saul, & domum David, Abner filius Ner regebat domum Saul. Fuerat autem Sauli concubina nomine Refpha, filia Aja: Ingreffufque eft ad eam Abner. Dixitque Isbofeth ad Abner: *l* Quare ingreffus es ad concubinam patris mei? *m* Qui iratus nimis propter verba Isbofeth, ait: *n* Nunquid caput canis ego fum adverfum Judam hodie? qui fecerim mifericordiam fuper domum Saul patris tui, & fuper fratres, & proximos ejus, & non tradidi te in manu David, & tu requififti in me, quod *o* argueres pro muliere hodie? Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nifi quomodo juravit Dominus David, fic faciam cum eo, ut transferatur regnum de domo Saul, & elevetur thronus David fuper Ifrael, & fuper Judam a *p* Dan ufque Berfabee. Et *q* non potuit refpondere ei quicquam, quia metuebat illum. Mifit ergo Abner nuncios ad David in Hebron pro fe dicentes: *r* Cujus eft terra? Et ut loquerentur: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum: & reducam ad te univerfum Ifrael. Qui ait: Optime ego faciam tecum amicitias, fed unam *f* rem peto a te, dicens: Non videbis faciem meam, antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul, & fic venies, & videbis me. Mifit *t* autem David nuncios ad Isbofeth filium Saul, dicens: Redde uxorem meam Michol, quam defpondi mihi centum præputiis Philiftiim. Mifit ergo Isbofeth, & tulit eam a viro fuo Phaltiel filio Lais: Sequebaturque eam vir fuus *u* plorans ufque Bahurim: Et dixit ad eum Abner: Vade, & revertere: Qui reverfus eft: Sermonem quoque intulit Abner ad feniores Ifrael, dicens:

m Qui iratus] *Glofs.* Ira caufa fuit, ut nutu Dei transferretur regnum ad David.
n Nunquid caput] *Gl.* Ideft, vilis, & abominabilis. Et bene dicit *Glofs.* quia nomine canis importatur, ut 1. *Regum* 24. Canem mortuum perfequeris, & pulicem unum. Vel is eft fenfus: Judæa, ideft, fautores David contemnunt impugnationem meam, ficut ftrenuus vir contemnit latratum canis. Item *Glofs.* Caput canis eft princeps ftultorum, & quafi latrantium contra Chriftum Domini, irrationabiliter, fcilicet.
o Quod argueres] i. occafiones arguendi.
p A Dan ufque Berfabee.] Iftæ civitates funt termini Judææ.
q Non potuit] ideft, non fuit aufus.
r Cujus eft terra?] q.d. nonne terra eft in manu mea, & fi voluero, tradam eam tibi? Et hoc dixit, ut libentius David componeret cum eo amicitias. Vel fic, cujus eft terra? nifi tua, o David. Simile 1. *Regum* 9. dixit Samuel Sauli. Cujus erunt optima quæcumque in Ifrael? quafi dicat, tua.
f Unam rem] fcilicet, ut reducas mihi uxorem meam Michol.
t Mifit autem David nuncios] quafi non folum ad Abner, fed etiam ad Isbofeth. Unde *Hier. in lib. de Hebraicis quæftionibus* dicit, quod Abner refpondit David: Non poffum tibi reddere uxorem, quia rex frater ejus habet eam in poteftate fua. Et tunc David mifit nuncios ad Isbofeth. Et forte David ideo quæfivit Michol, ut fic jure poffet fibi regnum acquirere: Vel ideo, quia diligebat eam.
u Plorans] *Glofs.* quia amittebat illam, quam non cognoverat, eo quod illa diligens David, femper triftis erat. Vel plorans, præ gaudio, quia non cognoverat eam, ut dicit *Hieronymus*, Sicut dicunt Hebræi, ifte Phaltiel vir peritus erat in lege: Et ideo uxorem alterius noluit violare, ob timorem Dei, & reverentiam legis. Et ideo cum prius dictus effet Phalti, ut legitur 1. *Reg.* 25. additur nomini fuo, El, nomen Dei, & dictus eft Phaltiel. Vel ideo non cognovit eam, quia Michol diligens David, femper triftis erat de ejus abfentia, & ille differebat dormire cum ea, donec læta effet.

1. Reg. 18.

a Quam

Tam heri, quam *a* nudiustertius quærebatis David, ut regnaret super vos, *b* Nunc ergo facite, quoniam Dominus locutus est ad David dicens: in manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philistiim, & omnium inimicorum ejus. Locutus est autem Abner *c* etiam ad Benjamin. Et *d* abiit, ut loqueretur ad David in Hebron omnia, quæ placuerat Israeli, & universo Benjamin, venitque ad David in Hebron cum viginti viris. Et fecit David Abner, & viris ejus, qui venerant cum eo convivium. Et dixit Abner David: Surgam, ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israel, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, *e* sicut desiderat anima tua. Cum ergo *f* deduxisset David Abner, *g* & ille esset in pace, statim pueri David, & Joab venerunt cæsis latronibus cum præda magna nimis, Abner autem non erat cum David in Hebron, quia jam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace, & Joab, & omnis exercitus, qui erant cum eo, postea venerunt, Nunciatum est itaque a narrantibus: Venit Abner filius Ner ad regem, & dimisit eum, & abiit in pace. Et ingressus est Joab ad regem, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te, Quare dimisisti eum, & abiit, & recessit? Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, ut deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, & nosset omnia, quæ agis? *h* Egressus itaque Joab a David, misit nuncios post Abner, & reduxit eum a cisterna Sira ignorante David. Cumque rediisset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Joab ad medium portæ, ut loqueretur ei in dolo, & percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in *i* ultionem sanguinis Asael fratris ejus. Quod cum audisset David rem jam gestam, ait: *k* Mundus ego sum, & regnum meum apud Deum usque in sempiternum, a sanguine Abner filii Ner, & veniat super caput Joab, & super omnem domum patris ejus: Nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, & leprosus, *l* & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane. Igitur Joab, & *m* Abisai frater ejus interfecerunt Abner, eo quod occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon in prælio. Dixit autem David ad Joab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: *n* Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Porro Rex David sequebatur feretrum. Cumque sepelissent Abner in Hebron, levavit Rex David vocem suam, & flevit super tumulum Abner. Flevit autem & omnis populus. Plangensque Rex, & lugens Abner, ait: Nequaquam, ut mori solent *o* ignavi, mortuus est Abner. Manus tuæ *p* ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggravati, sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminansque omnis populus, flevit super eum. Cumque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clara adhuc die, juravit David, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum Solis gustavero *q* panem, vel *r* aliud quicquam. Omnisque populus audivit, & placuerunt eis cuncta, quæ fecit Rex in conspectu totius populi. Et cognovit omne vulgus, & universus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset a Rege, ut occideretur Abner filius Ner. Dixit quoque rex ad servos suos: Num ignoratis *s* quoniam princeps, & maximus cecidit hodie in Israel? Ego autem *t* adhuc delicatus sum, & unctus Rex. Porro viri isti filii Sarviæ duri sunt mihi. Retribuat Dominus facienti malum juxta malitiam suam.

C A P. IV.

AUDIVIT *u* autem Isboseth filius Saul, quod cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt *x* manus ejus, omnisque Israel *y* perturbatus est.

a Quam nudiustertius] idest, diu est, finitum pro infinito.

b Nunc ergo] eum Regem super vos.

D *c* Etiam ad, &c.] Sed quare dividitur Benjamin ab Israel, cum nondum facta esset divisio regni; quæ facta fuit sub Roboam. 3. *Reg.* 12. Solut. patet, quod Esdras multa apposuit secundum statum, quo Bibliam reparavit, & ita loquitur hic secundum statum illum. Vel melius *Josephus* dicit, quod Benjamitæ custodes erant capitis Isboseth, quia E Saul de Benjamin fuit, propter quod Benjamin familiarius adhærebat Isboseth filio Saul. Et ideo per se loquitur ei.

d Et abiit,] scilicet, Abner.

e Sicut desiderat] Excusatur hic David de ambitione, consilio Spiritus sancti. Non enim regnum desiderasset, nec accepisset, nisi Dominus dixisset: Amice, ascende superius. Utinam tales essent Prælati nostri temporis, quod nullus vellet ascendere, donec diceretur ei: F Amice ascende superius.

f Deduxisset] idest, conduxisset parum.

g Et ille] scilicet Abner.

h Egressus itaque] cum non posset persuadere David, quod volebat, ut dicit *Josephus*.

i In ultionem, &c.] Sed non videtur hæc causa vera, quia *supra* 2. dimisit Joab ipsum Abner, & exercitum, ad primum verbum, di- G cens: Vivit Dominus si locutus fuisses mane, dimisisset persequi populus fratrem suum. Sed potest dici, quod Joab tunc nesciebat de morte Asael. *Josephus* melius dicit, quod eum occidit propter ambitionem. Timebat enim, ne David faceret ipsum principem militiæ eo repulso. Ipse vero dixit, se eum occidisse in ultionem fratris sui, sic excusans se de ambitione.

k Mundus ego] Hoc dicit, ne consentiens A neci videretur, quasi dicat, non est mihi imputandum. *Josephus* dicit, quod David tetendit manus ad cœlum quasi jurans, quod non esset factum eo procurante.

l Tenens fusum,] idest, effeminatus: Et secundum hoc imprecatur ei quinque, ut dicit *Gloss.* scilicet fluxum seminis, plagam lepræ, effeminationem, stragem in bello, mendicitatem. Vel tenens fusum, adjectivum est hujus nominis leprosus. Et vocat auctor fusum illud instrumentum, quo leprosus tympanizat, ut audiatur, vel baculum, quo appodiatur. Et secundum hoc tantum quatuor imprecatur. Sed quomodo David imprecatur malum? Responsio: Prædictio est sub forma imprecationis more prophetico.

m Et Abisai, &c.] Patet, quod Abisai interfuit occisioni Abner. Et dicit *Josephus*, quod Joab locutus est Abner in dolo, & cum loqueretur cum eo, Abisai interfecit eum.

n Scindite, &c.] quod est signum doloris, cum dicitur *Joel.* 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta. Sed hoc veritatis est, illud superstitionis.

o Ignavi,] scilicet stultitia, sed dolo, ut dicit *Hieronymus*.

p Ligatæ] *Hieronymus* non es jure belli captus, sed dolo, non viribus peremptus.

q Panem,] idest, cibum, quia nomine panis consuevit Scriptura intelligere quemlibet cibum. Unde 1. *Reg.* 14. Maledictus vir, qui comederit panem ante vesperam: si non intelligeretur ibi nomine panis quilibet cibus, Jonathas non fuisset reus, qui tantum favum mellis gustaverat.

r Vel aliud] idest, potum. Et est argumentum, quod in jejuniis non est bibendum ante prandium nisi in necessitate; & qui bibit, solvit jejunium.

s Quoniam] *Gloss.* qui me Regem facere voluit super omnem domum Israel.

t Adhuc] *Gloss.* nondum perfecte constitutus. Item *Gloss.* Antiqui delicata dicebant diis consecrata, quæ nunc dedicata dicimus.

x Manus] idest, fortitudo.

y Perturbatus] *Gloss.* idest, ignorans, quem potius sequatur.

E X P O S I T I O CAP. IV.

AUdivit *u* autem Isboseth, &c.] Agitur in hoc capitulo de morte Isboseth, & de vindicta eorum, qui interfecerunt eum.

a Duo autem viri principes latronum erant filios Saul: Nomen uni Baana, & nomen alteri Rechab filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin. Siquidem & *b* Beroth reputata est in Benjamin. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, *c* fueruntque ibi advenæ usque in tempus illud. Erat autem Jonathæ filio Saul filius debilis pedibus. Quinquennis enim fuit, quando venit *d* nuncius de Saul, & Jonatha ex Jezrael. Tollens itaque eum nutrix sua fugit. Cumque festinaret, ut fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuitque vocabulum Miphiboseth. Venientes igitur filii Remmon Berothithæ, Recab, & Baana, ingressi sunt fervente die domum Isboseth: Qui dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgans triticum obdormivit. *e* Ingressi sunt autem domum latenter assumentes *f* spicas tritici: Et percusserunt eum in inguine Recab, & Baana frater ejus, & fugerunt. Cum autem ingressi essent domum ille dormiebat super lectum suum in *g* conclavi, & percutientes interfecerunt eum. Sublatoque capite ejus abierunt per viam deserti tota nocte, & attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron. Dixeruntque ad Regem: Ecce caput Isboseth filii Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: Et dedit Dominus domino nostro Regi ultionem hodie de Saul, & de semine ejus. Respondens autem David Rechab, & Baana fratri ejus filiis Remmon Berothitæ dixit ad eos: Vivit Dominus, qui eruit animam meam *h* de omni angustia, quoniam eum, qui annunciaverat mihi, & dixerat, mortuus est Saul, qui putabat se prospera nunciare tenui, & *i* occidi eum in Siceleg, cui *k* oportebat me dare mercedem pro nuncio? Quanto magis nunc cum homines impii interfecerunt virum innoxium in domo sua super lectum suum, *l* non quæram sanguinem ejus de manu vestra, & auferam vos de terra? Præcepit itaque David pueris suis, & interfecerunt eos, præcidentesque manus, & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: Caput autem Isboseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

a Duo autem viri] *Gloss.* Hi duo viri principes erant in exercitu Isboseth, & mortuo Abner, sicut tradunt Hebræi, consiliati sunt cum Miphiboseth, ut Isboseth interficerent, & ipsum Regem constituerent, sed Miphiboseth consilium prodidit: Ideo sic inducitur: Erat autem Jonathæ filius pedibus debilis, &c. Illi vero timore perterriti fugerunt in Gethaim.

b Beroth civitas est] unde fuerunt isti duo latrones.

B *c* Fueruntque ibi, &c.] quo scilicet inde reversi, domum Isboseth ingressi sunt. *Josephus* vero dicit, quod cogitaverunt a David dona accipere, & ideo interfecerunt eum, scilicet Isboseth.

d Nuncius de Saul, & Jonatha] nuncians ipsos esse mortuos in prælio.

e Ingressi sunt, &c.]

Moraliter. Moraliter. Isti duo latrones, qui domum latenter ingrediuntur, & C Dominum domus interficiunt, sunt nimius potus, & cibus exquisitus, sive potus superfluitas, & cibi saturitas, quæ se multoties latenter ingerunt sub specie necessitatis, & dominum domus, idest, spiritum in inguine percutiunt, & occidunt, idest, in luxuriam dejiciunt. Unde *Gregorius*: D omnes suis vitiis favent, & quod ob carnis voluptatem faciunt, ad necessitatis referunt actiones; & sub infirmitatis velamine vitium voluptatis excusant. Si quando jucunditas voluptatis irrepserit, gaudet infelix anima, ut sub obtentu salutis, obumbret negotium voluptatis. Fit autem sex modis hoc vitium, teste *Beato Gregorio*. Primo quando prævenitur hora. Unde *Ecclesiast.* 10. Væ terræ, cujus Rex puer est, & cujus principes mane comedunt. *Isai.* 5. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam. Sed quæret aliquis, quæ sit hora hujusmodi, scilicet comedendi? Dicimus, quod hora tertia, & deinceps; ante non. Unde Petrus *Actorum* 2. Non sunt hi ebrii sicut putatis, cum sit hora diei tertia. Secundo, quando nimis frequenter comeditur. Semel enim in die comedere quasi vita Angelica est, bis vita humana, pluries vita jumentina, sive vita brutorum: Quorum Deus venter est, & gloria in confusione. *(Phil. 3.)* Hi sunt, qui dicunt *Sapient.* 2. Venite, & fruamur bonis, quæ sunt; & utamur creatura tanquam in juventute celeriter: Vino pretioso, & unguentis nos impleamus. Item *Isai.* 22. Gaudium, & lætitia occidere vitulos, jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. His dicitur *Luc.* 21. Attendite vobis, ne graventur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ, & superveniat in vos repentina dies illa quasi laqueus. Tertio modo fit, quando nimis avide comeditur, sicut Esau, qui pro edulio lenticulæ vendidit primogenita sua. Unde *Augustinus*: Malo comedere carnes cum Christo, quam lenticulam cum Esau. Non enim substantia cibi, sed aviditas sumendi, in culpa est. *Galat.* 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Et alibi: Curam carnis ne feceritis in desideriis animarum vestrarum. *(Rom. 13.)* Quarto fit, quando nimis delicata, vel nimis delicate parata cibaria sumuntur. *(Gen. 25.)* *Luc.* 16. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide, & mortuus, & sepultus in inferno. Unde *Seneca*: Palatum tuum fames excitet, non sapor. *Proverb.* 29. Qui delicate nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Quinto modo, fit quando nimis sumptuosa cibaria emuntur. *Hieronymus*. Unica silva Elephantibus sufficit, homo vero non pascitur terra, & mari. Non fames ventris magno constat, sed ambitio. *Amos* 6. Væ vobis, qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti, bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti; & nihil patiebantur super contritione Joseph. Sexto modo fit, quando in nimia quantitate sumitur cibus, sive cara, sive vilia. Infelices, qui intelligitis vos majorem famem habere quam ventrem: Si naturæ debitum immoderantiæ tuæ voracitate excedis, & vinolentia te ingurgitas, quantascumque laudes lingua tua resonet, vita blasphemat. *(Sup. 2.)* Fit etiam septimo modo quando, scilicet, nimis studiose comeditur. *Proverb.* 23. Cui væ, cujus patri væ, cui rixæ, cui foveæ, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ecce sex, quæ facit ebrietas. Primo, ad pœnam obligat. Unde cui væ. Secundo, parentes damnificat: Unde cujus patri væ. Tertio, proximos exasperat: unde cui rixæ. Quarto, sibi laqueum parat: unde cui foveæ. Quinto, corpus vulnerat: Unde cui sine causa vulnerat. Sexto, excæcat: unde cui suffossio oculorum. Tot malis, tot tormentis destruit Nabuzardan muros Jerusalem, idest, virtutes animæ. Hoc vitio Adam paradisum perdidit: *Genes.* 3. Noe femora nudavit. *Genes.* 9. Esau primogenita amisit. *Gen.* 25. Loth, quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. *Genes.* 19. & usque ad incestum filiæ perduxerunt. Filios Job in convivium duxerunt. *Job* 1. licet non peccassent ibi, ut dicit *Gregorius*. Samson inter epulas Philistæos prostravit. *Judic.* 16. Filii Israel carnes cupientes in deserto perierunt. *Num.* 11. Jonathas propter esum mellis fere occiditur, 1. *Reg.* 14. Isboseth post prandium in lecto dormiens occiditur, *ut in præsenti cap.* Balthassar inter epulas sacris vasis abutitur, ac vocem terribilem audit: Mane Thecel Phares. *Daniel.* 5. Judith post vina, & epulas Holofernis caput abscidit. *Judith decimoquarto*. Herodes caput Joannis in convivio amputavit. Filius Dei post prandium proditus fuit, & captus, *Marc.* 14. *(Matth. 14.)*

f Spicas] *Gloss.* Quasi causa primitiarum, ut regi deferre viderentur, & dolus non deprehenderetur.

g In conclavi,] idest, in secreto loco.

h De omni angustia,] quam hucusque sensi.

i Occidi eum in Siceleg,] *sup.* 2. *Reg.* 1. *in fin.*

k Oportebat] non ut putabat.

l Non quæram] idest, non ulciscar.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. V.

ET venerunt, &c. *a* Caro tua sumus.] i. propinqui sumus secundum carnem, quia omnes de Jacob. *b* Educens,] in prælium. *c* Et reducens] domum, q. d. tu eras dux noster. *d* Unxeruntque David] Ecce jam ter inunctus est David. Primo in domo patris, in signum regni futuri. 1. *Reg.* 16. Secundo in Hebron super Tribum Juda tantum, *sup.* 2. Tertio in regem super totum Israel: hic *Gloss.* dicit, quod bis unctus fuit David. Sed quia prima unctio occulta fuit, & non in regem, sed in signum regni futuri. 1. *Regum* 16. Ideo Scriptura aliquando non computat illam.

A — *Infr.* 19. *Paral.* 11.

B

e Filius triginta, &c.] idest, triginta annorum erat. Unde quod dicitur filius triginta annorum, &c. modus est loquendi, quo sæpe utitur Sacra Scriptura: sicut. 1. *Reg.* 13. Filius unius anni erat Saul, &c.

Sup. 2.

f Quadraginta, &c.] *Gl.* Quæritur, cur non in summa, quadraginta anni, & sex menses numerentur: Quod ab Hebræis duobus solvitur modis. Dicunt enim, quod David sex mensibus Absalon filium suum fugerit, & eos de summa regni subtractos. Dicunt etiam, quod sex mensibus in Hebron corporis infirmitate laboravit, & idcirco eos non debere computari. *g* In Jerusalem] Ideo primo obsedit Jerusalem, ut ea capta magis timeretur.

C

h Ad Jebusæum] qui erat de genere Chananæorum. Benjamitæ enim, in quorum sorte erat Jerusalem, non potuerunt ejicere Jebusæos de Jerusalem, sed in quadam parte civitatis habitabant cum eis, ut dictum est *Josue* 15. & *Judic.* 1.

D

1. Par. 14.

i Cæcos, & claudos,] Hos constituerant Jebusæi super muros ad irridendum David, ut dicit *Gl.* q. d. adeo fortis est civitas, quod non indigemus auxilio fortium. Alii dicunt, quod posuerunt imagines super muros, quas vocant cæcos, & claudos, id est, nihil agentes; quasi dicant, etiam nobis nihil agentibus, non poteris intrare civitatem. Vel seipsos vocant cæcos, & claudos, quia David reputabat eos quasi cæcos, & claudos, quasi impotentes ad ipsum. Et ipsi dicunt: Nisi abstuleris nos, quos dicis cæcos, & claudos, non intrabis. Deinceps versum est in proverbium: Cæcus, & claudus non intrabunt in templum Dei. Primo in lege hoc prohibitum est. *Lev.* 21. Post hæc vero versum est in proverbium. *k* Cepit autem] *Gl.* ut in principio regni sui fortitudinem demonstraret. *k* Civitas] Tota Jerusalem dicta est civitas David, sed arx Sion specialiter, quia ædificavit eam. *l* Proposuerat] i. ostendit, quomodo cepit civitatem illam David. *m* Præmium,] Non determinatur hic, quod præmium, sed 1. *Par.* 11. determinatur, ubi dicitur: Omnis, qui percusserit Jebusæum, primus erit princeps, & dux. Idem dicit *Joseph.* Et *Gl.* dicit hic principatum militiæ. *n* Qui percussisset] *Gl.* quia jam capta civitate inferiori arcem obtinere non poterat.

o Dominatum] idest, tectorum canales, per quos defluunt stillicidia. Alii dicunt fistulas domatum esse cuniculos subterraneos, per quos erat ascensus usque ad tecta, vel per quos aqua ibat super murum per totam civitatem. *p* In arce] Expulsis de Jerusalem penitus Jebusæis, excepto Ornam, qui, ut dicunt, tradidit David inferiorem civitatem. *q* A Mello,] Mello profunda vorago vallis, a qua usque sursum ædificavit David murum, per circuitum arcis Sion, unum murum faciens intrinsecus, alium extrinsecus, idest, duplici muro munivit arcem: Reliquam partem extruxit Joab, ut legitur 1. *Par* 11.

r Artificesque,] i. incisores lapidum, qui dicuntur latomi. *s* Et cognovit] successu multiplici. *t* Concubinas,] ad multiplicandum sobolem. Et dicit *Rab.* Nunc si reges plures uxores, vel concubinas habent, peccatum est, quia figuræ recesserunt, pro quibus hoc aliquando veniale fuit. Sed quæ sunt concubinæ, & uxores, nisi diversæ Ecclesiæ, ut dicit *Gloss.* Ergo peccatum est habere plures Ecclesias, vel plures præbendas. *u* Et Nathan,] non propheta, sed alius, quem mortuo patre suo adoptavit sibi David in filium. *x* Et Salomon,] Antipatio est, quia nondum erat natus Salomon. *x* Ut quærerent] Timebat enim, ne perderet tributum in Israel.

y Raphaim.] *Gl.* Gigantum.

z In Baalpharasim,] Anticipatio est, quia postea sic vocatus est locus ille, quia ibi divisi sunt viri Philistiim ab invicem, & conversi in fugam. Vel ideo sic dictus, quia Philistiim idola sua, quæ secum attulerant, ibi reliquerunt conversi in fugam. Baal enim nomen est idoli: Phares divisio. Et tulit David idola, & combussit, ut patet. 1. *Paralipom.* 14. *a* Pyrorum.] sub quibus erant idola. Hebræus habet flentium, idest,

CAP. V.

ET venerunt universæ Tribus Israel ad David in Hebron, dicentes: Ecce nos os tuum, & *a* caro tua sumus. Sed & heri, & nudiustertius, cum esset Saul rex super nos, tu eras *b* educens, & *c* reducens Israel. Dixit autem Dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel, Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Domino, *d* unxeruntque David in regem super Israel. *e* Filius triginta annorum erat David cum regnare cœpisset, & *f* quadraginta annis regnavit. In Hebron regnavit super Judam septem annis, & sex mensibus. In *g* Jerusalem autem regnavit triginta, & tribus annis super omnem Israel, & Judam. Et abiit rex, & omnes viri, qui erant cum eo in Jerusalem, ad *h* Jebusæum habitatorem terræ. Dictumque est ad David ab eis: Non ingredieris huc, nisi abstuleris *i* cæcos, & claudos, dicentes: Non ingredietur David huc. *k* Cepit autem David arcem Sion, hæc est *k* civitas David. *l* Proposuerat enim David in die illa *m* præmium, qui *n* percussisset Jebusæum, & tetigisset *o* domatum fistulas, & abstulisset cæcos, & claudos odientes animam David. Idcirco dicitur in Proverbio: Cæcus, & claudus non intrabunt in templum. Habitavit autem David in *p* arce Sion, & vocavit eam civitatem David: & ædificavit per gyrum *q* a Mello, & intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens, atque succrescens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo. Misit quoque Hiram rex Tyri nuncios ad David, & ligna cedrina, & artifices lignorum, *r* artificesque lapidum ad parietes, & ædificaverunt domum David. Et *s* cognovit David, quoniam confirmasset eum Dominus Regem super Israel, quoniam exaltasset regnum ejus super populum suum Israel. Accepit ergo David adhuc *t* concubinas, & uxores de Jerusalem, postquam venerat de Hebron. Natique sunt David & alii filii, & filiæ: Et hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Jerusalem: Samua, & Sobab, & *u* Nathan, & *x* Salomon, & Jebathar, & Helisua, & Nepheg, & Japhia, & Helisama, & Helioda, & Helifaleth. Audierunt vero Philistiim, quod unxissent David in regem super Israel, & ascenderunt universi, ut *x* quærerent David. Quod cum audisset David, descendit in præsidium. Philistiim autem venientes diffusi sunt in valle *y* Raphaim. Et consuluit David Dominum, dicens: Si ascendam ad Philistiim, & si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad David: Ascende, quia tradens tradam Philistiim in manu tua. Venit ergo David in *z* Baalpharasim, & percussit eos ibi, & dixit: Divisit Dominus inimicos meos coram me, sicut dividuntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci, illius Baalpharasim. Et reliquerunt ibi sculptilia sua, quæ tulit David, & viri ejus. Et addiderunt adhuc Philistiim, ut ascenderent, & diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluit autem David Dominum: Si ascendam contra Philistæos, & trades eos in manus meas? Qui respondit: Non ascendas in obviam illorum, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex adverso *a* pyrorum. Et cum *b* audieris sonitum clamoris gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut

idolorum, quæ digna sunt fletu, & cultores suos ad æternum fletum trahunt, ita dicit *Gloss.*
b Cum audieris] *Gloss.* idest, audieris a potestatibus Angelicis eorum idola conteri, & conculcari.

percutiat castra. Philisthiim. Fecit itaque David sicut præceperat ei Dominus, & percussit Philisthiim de Gabaa, usque dum venias Gezer.

C A P. VI.

Congregavit *a* autem rursum David omnes electos ex Israel triginta millia: Surrexitque David, & abiit, & universus populus, qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent arcam Dei, super quam *b* invocatum est nomen Domini exercituum sedentis in Cherubin super eam. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum novum. Tuleruntque eam de *c* domo Aminadab, qui erat in Gabaa. Oza autem, & Hajo filii Aminadab minabant plaustrum novum. Cumque tulissent eam de domo Aminadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei, Hajo præcedebat arcam Dei, David autem, & omnis Israel *d* ludebant coram Domino in omnibus lignis *e* fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, *f* & sistris, & cymbalis. Postquam autem venerunt *g* ad aream Nachor *h* extendit manum Oza ad *i* arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, & declinaverant eam. Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum *k* super temeritate: Qui *l* mortuus est ibi juxta arcam Dei. Contristatus est autem David, eo quod percussisset Dominus Ozam: Et vocatum est nomen loci illius percussio Ozæ usque in diem hanc. Et extimuit David Dominum in die illa, dicens: Quomodo *m* ingredietur ad me arca Domini? Et noluit divertere ad se arcam Domini in civitatem David, sed divertit *n* eam in domum Obed Edom *o* Gethæi. Et fuit arca Domini in domo Obed Edom Gethæi tribus mensibus, *p* & benedixit Dominus *q* Obed Edom, & omnem domum ejus. Nunciatumque est regi David, quia benedixisset Dominus Obed Edom, & omnia ejus, propter arcam Dei. Dixitque David: Ibo, reducam arcam cum benedictione in Domum meam. Abiit ergo David, & adduxit arcam Dei de domo Obed Edom in civitatem David cum gaudio, & erant cum David *r* septem chori, & *ſ* victima vituli. Cumque transcendissent, *t* qui portabant arcam Domini sex passus, immolabant bovem, *u* & arietem; & David *x* percutiebat in organis *y* armigalis, & *z* saltabat totis viribus ante Dominum. Porro David erat *a* accinctus Ephod li-

E X P O S I T I O CAP. VI.

Congregaverunt *a* autem] De translatione arcæ de domo Aminadab agitur hic. Et dividitur hoc cap. in duas partes. In prima transfertur arca in domum Obed, Edom: Propter mortem enim Ozæ non fuit ausus David eam ducere in domum suam. In secunda parte transfertur arca de domo Obed Edom in civitatem David. *b* Invocatum] *Gloss.* Super arcam erat tabula, quam alis duo Cherubim tegebant, inter quos Dominus apparebat, & loquebatur. Unde etiam ideo dicitur sedere in Cherubin, i. inter Cherubin. *c* De domo] ubi translata fuit de Bethsames, sicut est *sup.* 1. *Reg.* 7. Sed nunquid tulit eam postea in castra? Ita ut patet 1. *Reg.* 14. Sed postea retulit eam Saul *Ibidem*. *d* Ludebant] i. Psallebant in musicis instrumentis. *e* Lignis] instrumentis. Et postea subdividit. *f* Sistris,] 1. *Paralip.* 13. non ponitur sistris, sed nablis.
g Ad aream Nachor] 1. *Paral.* 13. dicitur ad aream Chidom, quod interpretatur clypeus, i. ad locum, ubi Josue levavit clypeum contra Hai. *Jos.* 8. *h* Extendit manum] Contra subditos, qui reprehendunt Prælatos. Arca Dei, Prælatus est interius, & exterius deauratus, ut sit intus sine scrupulo conscientiæ, & foris sine scandalo famæ suæ vitæ. Ob hoc enim inungitur oleo, & balsamo. In oleo nitor conscientiæ, in balsamo odor vitæ designatur. Oleum habebat Apostolus, cum dicebat: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 2. *Corinth.* 1. Balsamum habuit, cum dixit: Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. *Rom.* 12. Debet etiam prælatus in se habere tabulas legis, & Deuteronomii; idest, scientiam tam veteris, quam novi Testamenti. Unde & ab eo quæritur, cum examinatur: Scis novum, & Vetus Testamentum? Et ipse respondet: Scio, quod significant cornua mitræ suæ. Item debet habere virgam Aaron, quæ floruit, & fronduit, & etiam fructificavit, i. disciplinam correctionis modestæ, discretæ, & utilis. Debet etiam habere manna consolationis. Hæc arca bobus calcitrantibus inclinatur, quando Prælatus subditorum susurris, & murmurationibus ad iracundiam provocatur. Oza vero ad arcam manum extendit, quando subditus Prælatum superbe reprehendit, & ideo percutitur. Unde *Num.* 12. Maria lepra percussa est, quia contra Moysen fuerat jurgata: Et David cor suum percussit, quia præciderat oram chlamydis Saul. Ubi dicit *Gregor.* Facta Præpositi, oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda videantur. David vero Oza percusso timuit, & magis reveritus est arcam Dei, quia casus insipientis documentum est sapientis. Unde *Prov.* 21. Mulctato pestilente, sapientior erit parvulus. Item David audita benedictione Obed Edom, arcam ad se reduxit, quia justus exemplo alterius ad melius conscendit. Cum David erant septem chori, i. septem dona Spiritus Sancti, & victima vituli, idest, maceratio carnis, quæ semper debent comitari virum justum. Et cum transisset sex passus, immolavit bovem, i. cum vir justus fecerit aliquod perfectum opus, debet etiam carnem mortificare, ne recalcitret.
i Ad arcam Dei,] ut sustentaret. *k* Super temeritate:] idest, pro temeritate. *Gloss.* dicit: Idest, super humeros est percussus, quibus secundum legem *Num.* 7. arcam ferre debuit. Justum est enim, ut per quæ peccat quis, per hæc & torqueatur. *Sap.* 11.
l Mortuus est ibi] Et deinde vocatum est nomen illius loci percussio Ozæ. Et dicit *Josephus* eum percussum, quia tetigit arcam, cum non esset Sacerdos. Alii dicunt, quod ideo percussus est, quia imposuit arcam plaustro, cum debuisset eam propriis humeris imposuisse ferendam, sicut jussit Dominus *Num.* 7. Ita etiam vult *Gloss.* Hebræi dicunt, quod ea nocte jacuerat cum uxore sua. Hic dicit *Greg.* Intuendum est quantum delinquat, qui ad corpus Domini reus accedit, si ille morte mulctabatur, qui arcam Dominici corporis figuram, minori, quam debuit, veneratione corripuit. *m* Quomodo ingredietur, &c.] Si David timuit figuram corporis Christi divertere in domum suam, quantum debet Christianus timere corpus Christi suscipere? Centurio dicit *Matth.* 8. Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Item 1. *Corinth.* 11. Probet seipsum homo, &c.
n Eam in domum] idest, in suburbio. *o* Gethæi] a Geth civitate.
p Et benedixit, &c.] benedictione sinistræ, i. multiplicavit ei bona temporalia. Dicunt Hebræi, quod uxores, & concubinæ, & nurus ejus masculos pepererunt, & jumenta duplices fœtus.
q Obed Edom,] i. Obed filium Edom. Et ita Obed Edom sunt duæ dictiones. Sed *Hier.* dicit *in libro de Hebraicis quæstionibus*, quod sit una dictio, & hoc videtur per *Gloss.* quæ dicit, quod Obed Edom interpretatur serviens homo. Obed enim serviens interpretatur, Edom homo. Si enim essent duæ dictiones, non dixisset, quod Edom interpretatur homo, sed hominis.
r Septem chori,] canentium, & psallentium. Vel chori sunt instrumenta quædam musica duas fistulas habentia: Unam qua sonus emittitur, aliam qua ventus, sive flatus immittitur, quam canens tenet in ore. Vel potius Chorus est nomen mensuræ plenæ simila, quam obtulit David: Et continet decem Ephi, idest triginta modios, ut dicitur *Ezech.* 45.
ſ Victima vituli.] idest vitulorum.
t Qui portabant] *Gloss.* In humeris, ne percuterentur sicut Oza.
u Et arietem] i. reprimere debet superbiam. Aries dux est gregis, & superbia mater est omnium vitiorum. *Eccles.* 10. Initium omnis peccati superbia. *x* Percutiebat in organis] i. canticum operi sociabat. *y* Armigatis] *Gl.* i. ad armum ligatis, dum manibus ferentis tanguntur. Aliud genus organi est, quod cum aqua fit, sicut quoddam etiam horologium, quod dicitur Hydraulium ab hydros, quod est aqua: Unde & hydropicus *z* Et saltabat] i. ad altiora se sublevabat. *a* Accinctus, &c.] i. continentia corporali. Item *Gl.* Non Pontificali, sed linea veste causa humilitatis.

A — B — 1. Par. 13. — Moraliter. — 1. 4. 7. b. Item objicitur. — 1. Reg. 14. — 1. Par. 15.

tis. Unde 1. *Paral.* 15. dicitur, quod Ephod lineo, stola linea, sive byssina. *a* In jubilo,] vel nubilo. *b* Subsilientem, idest, sursum salientem. *c* Atque] de loco ad locum. *Gloss.* dicit, quod gestus corporis ad vocem pertinent cantantis: Unde: Cecinimus vobis, & non saltastis. *Matt.* 11. *d* In loco] quem paraverant ei, ut dicitur 1. *Par.* 15. *d* Benedixit] i. bona optavit, vel salutavit ipsum. *e* Collyridam] *Gl.* panis est triangulus, & modicus. Sed 1. *Par.* 16. vocatur torta panis. *f* Bubulæ] idest, bubalinæ, sive bubalicæ. *g* Unam,] idest, frustum bovis assatum. *Gl.* dicit, a bove dicitur bubalus agrestis, & indomitus. *h* Et similam] *Gl.* paniculi prius cocti, & deinde friguntur in oleo. *i* Ut benediceret] *Gl.* sicut prius populum, ita nunc familiam benedicit, i. epulas distribuit. *k* Quam gloriosus] Derisorie hoc dicit. *l* Discooperiens] idest, deponens regium habitum, & accipiens humilem. Vel discooperient, idest, succingens se, ut melius posset salire ad vocem organi. *m* Nudatus] *Gl.* non omnino, sed regalibus. Et quia se coram Domino humiliare non erubuit, mox promissionem filii Dei ex sua stirpe nascituri suscipere meruit. Sed ex hoc videtur, quod David meruit incarnationem filii Dei, quod falsum est, quia est super omne meritum. Solut. Meruit, i. idoneum se exhibuit. Sic etiam dicitur de B. Virgine, quod meruit portare filium Dei, idest, idoneam per humilitatis gratiam se exhibuit. Est enim duplex meritum, activum, & qualitativum. Activum duplex, condigni, & congrui. Meritum condigni est facere de indebito debitum, vel de debito magis debitum. Meritum congrui est, se idoneum exhibere ad aliquid obtinendum. Meritum qualitativum similiter duplex est, absolutum, & comparativum. Absolutum est idoneitas, qua aliquis simplicer idoneus est ad aliquid habendum; secundum quod dicitur, meretur esse Episcopus, quia scientia, & moribus pollet. Comparativum est idoneitatis excellentia, qua aliquis magis est idoneus ad aliquid, quam alius, secundum quod dicitur: Maria meruit portare filium Dei, idest inter omnes magis idonea fuit, quia magis humilis. Sic etiam potest dici de David.

Moraliter. Moraliter. *n* Et ludam,] idest intus in corde, & extra in corpore vilem me ostendam. Hoc est, quod ipse dicit in *Ps.* 130. Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Hic dicit *Greg.* quod sunt multi, qui de se vilia sentiunt, etiam in honoribus positi, nihil se nisi pulverem, favillamque perpendunt, sed coram hominibus viles apparere refugiunt. Unde tales ludunt, sed non viliores fiunt, quia ut dicit *B. Bern.* Vere humilis non vult humili prædicari, sed vilis reputari. Item sunt aliqui, qui viles ab hominibus videri appetunt, sed apud se quasi ex ipso merito ostensæ humilitatis intumescunt, & tanto magis in corde elati sunt, quanto amplius in specie humilitatis elationem premunt, sicut ignis sub cinere. Hi sunt hypocritæ, de quibus *Ecclef.* 19. Est, qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo. Hoc duplicis elationis bellum David mira virtute superavit: Quia enim intus humilia de se sentiens, honorem, sive laudem exterius non quæsivit, ostendit, cum dicit: Ludam, & vilior fiam. Item per hoc, quod exterius vilem se exhibuit, intus non intumuit. Unde sequitur: *o* Ero] quasi dicat qualem me exterius ostendo, talem me interius sentio. Est autem quadruplex gradus humilitatis. Primus est, ut homo de se humilia sentiat. Secundus, ut vilitatem exterius exhibeat. Tertius, ut reputari vilis contemnat. Quartus, ut contemni se gaudeat. Est & alius, ad quem pauci, aut nulli perveniunt, ut contemni se homo appetat. *p* Et cum] existens, & ludens: *q* Apparebo.] in conspectu Domini. *r* Usque ad diem mortis] inclusive, quia unus natus est ei, in cujus partu mortua est. Vel exclusive, idest, nunquam, quod videtur velle *Josephus*, qui dicit eam de David minime filios procreasse, sed de viro, cui dederat eam pater suus, i. Phalti, quinque filios habuisse, qui tamen intelligendi sunt adoptivi. Mortua enim Merob sorore sua, filios ejus quinque adoptavit sibi Michol in filios. Tamen *infra* 21. dicitur: Tulit rex duos filios Respha, & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai. Non ergo adoptivi, sed vere fuerunt filii Michol. Solutio: Sic exponenda est littera: Quos genuerat Hadrieli, idest, genitos Hadrieli, scilicet ex Merob, adoptavit sibi in filios.

De pen. d. 2. § opponitur circa med. — *2. Par. 19.*

D

neo, & David, & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in *a* jubilo, & in clangore buccinæ. Cumque intrasset arca Domini in civitatem Domini, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem David *b* subsilientem, *c* atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo. Et introduxerunt arcam Domini, & posuerunt eam in *d* loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David. Et obtulit David holocausta, & pacifica coram Domino. Cumque complesset offerens holocausta, & pacifica, *d* benedixit populum in nomine Domini exercituum: Et partitus est universæ multitudini Israel, tam viro, quam mulieri singulis *e* collyridam panis unam, & assaturam *f* bubulæ carnis *g* unam, & *h* similam frixam oleo. Et abiit omnis populus, unusquisque in domum suam. Reversusque est David, ut *i* benediceret domui suæ, & egressa Michol filia Saul in occursum David, ait: Quam *k* gloriosus fuit hodie rex Israel, *l* discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & *m* nudatus est quasi si nudetur unus de scurris. Dixitque David ad Michol: Ante Dominum qui elegit me potius, quam patrem tuum, & quam omnem domum ejus, & præcepit mihi, ut essem dux super omnem populum Domini in Israel, & *n* ludam, & vilior fiam plus quam factus sum, & *o* ero humilis in oculis meis, & cum *p* ancillis, de quibus locuta es, glorisior *q* apparebo. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius usque ad *r* diem mortis suæ.

A

C A P. VII.

FACTUM *f* est autem, cum sedisset *t* rex in *u* domo sua, & Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis, dixit ad Nathan Prophetam: *x* Videsne, quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio *y* pellium? Dixitque Nathan ad regem: Omne, quad est in *z* corde tuo, vade, fac: quia Dominus *a* tecum est. Factum est autem in nocte illa, & ecce sermo Domini ad Nathan, dicens: Vade, & loquere ad servum meum David: Hæc dicit Dominus: *b* Numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra Ægypti usque in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio,

EXPOSITIO CAP. VII.

FActum *f* est autem,] Tres sunt partes hujus cap. In prima parte dicitur, quod David voluit ædificare domum Domino, sed nunciavit ei Dominus per Nathan, quod non faceret, quia vir sanguinum erat. In secunda rememorat Dominus per Nathan David beneficia multa, quæ contulit ei, promittens ei filium successorem regni. In tertia refert David gratias Deo, scil. de promissione, orans, ut impleat, quod promisit. *t* Rex] David. *u* In domo sua,] quam fecerat auxilio Hiram. *x* Videsne,] Hoc verbo indicavit, se velle ædificare domum Domino. Unde *infr.* 3. *Reg.* 8. dicitur: Bene fecisti, hoc ipsum mente pertractans. *y* In medio pellium?] Simile dixit Urias ad David *inf.* 11. Arca Dei, & Israel, & Juda habitant in papilionibus, &c. *z* In corde tuo,] Intelligens, quod volebat domum Domino ædificare. *a* Quia Dominus tecum est.] hoc dixit a spiritu suo, non Dei. Unde *Gloss. Greg.* patet, quod prophetiæ spiritus Prophetarum mentes non semper irradiat. Spiritus enim ubi vult, spirat. Hinc Elisæus ait: Dominus celavit a me, & non indicavit mihi. Quod Deus ex dispensatione pietatis disponit, quia dum prophetiæ spiritum dat, & subtrahit, prophetantium mentes elevat in celsitudine, & custodit in humilitate, ut accipientes prophetiæ spiritum inveniant, quid de Deo sint, & rursum prophetiæ spiritum non habentes, recognoscant quid sint de semetipsis. *b* Numquid tu ædificabis] *Gloss.* quasi non, quia vir sanguinum

4. Reg. 4. Joan. 3.

guinum

guinum es. Sed nota, quod non accipitur hic, vir sanguinum, sicut in *Ps.* 54. ubi dicitur: Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Ibi enim dicuntur viri sanguinum peccatores. Hic vero dicitur vir sanguinum, idest, bellator, & sanguinis effusor. Unde 1. *Par.* 28. dicitur: Non ædificabis mihi domum, eo quod sis bellator, & sanguinem multum effuderis. *a* Per cuncta] *Gloss.* Silo, Galgala, Nobe, & cetera loca, ubi tabernaculum, & arca Domini locata sunt. *b* Nunquid loquens] Alia translatio habet: Nunquid loquens locutus sum alicui viro de Tribubus. Et 1. *Par.* 17. dicitur: Nunquid locutus sum saltem uni judicum Israel, quibus præcepi, ut pascerent populum meum Israel, & dixi: quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Et *Greg.* dicit: Ideo a nullo judicum ædificari domum cedrinam jussit, quia omnes contra hostes pugnaverunt, & effusores sanguinis fuerunt. Sed Salomon sanguinis effusor fuit, multos enim interfecit, idest, interfici jussit, & tamen ipse ædificavit templum Domino. Item Moyses sanguinis effusor fuit, & tamen ædificavit tabernaculum Domino. Ad hoc dicendum est, quod David semper in bellis fuit, unde non licebat ei ædificare templum Domino. Unde infra enim Reg. 5. dicitur: Non poterat ædificare domum Dei propter bella imminentia. Item multorum sanguinem fudit, unde proprie vir sanguinum appellatur. Salomon vero, & Moyses paucorum sanguinem fuderunt, unde non debent dici viri sanguinum. Unde secundum antiquam translationem, quam ponit *Greg.* dicitur ad David de Salomone: Filius tuus, cui non instabunt bella hostium, & qui non erit vir sanguinum, ipse ædificabit mihi domum. *c* Quare non ædificasti mihi domum cedrinam?] quasi dicat, nolui ut aliquis judicum de Tribubus Israel ædificaret mihi domum, sed, ut pasceret populum meum. *d* Ego te] Non improperat peccata pœnitentibus Dominus, sed beneficia præstita commemorat, ut ad amorem suum provocet, & accendat. *e* Juxta] *Gloss.* Abraham, Isaac, & Jacob, Moysi, & Josue, quorum nomina famosa sunt in terra. Unde 1. *Par.* 17. dicitur: Qui celebrantur in terra.
f Et ponam] quasi dicat, dabo ei pacem.
g Et plantabo] in pace scil. & securitate. Unde *Gloss.* Tempus Salomonis describit, quo filii Israel pacem undique habuerunt, nec afflicti sunt sicut tempore Judicum. *h* Et non] *Gloss.* Hæc tanta bona, qui in terra sperat, insipienter sapit. Sicut Judæi, qui promittunt sibi Jerusalem auream in terra.
h Sicut prius] Supple, nisi ipse fuerit in causa, i. quamdiu non offendet me. Aliter falsum esset, quia tempore Nabuchodonosor, & Sennacherib, & tempore Romanorum, plures, & graviores persecutiones habuerunt. Vel dici potest, quod hic promittit tantum tempore Salomonis, sicut patet per quamdam *Gloss.* prænotatam. *i* Domum] *Gloss.* idest, filios tibi succedentes. Sicut legitur *Exod.* 1. de obstetricibus, quod Dominus propter pietatem earum ædificavit eis domos, idest dedit filios.

B

1. Reg. 16.
1. Par. 17.
3. Reg. 5.
1. Par. 22.

per *a* cuncta loca, quæ transivi cum omnibus filiis Israel. *b* Numquid loquens locutus sum ad unam de Tribubus Israel, cui præcepi, ut pasceret populum meum Israel, dicens: *c* Quare non ædificasti mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus exercituum: *d* Ego te tuli de pascuis, sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israel, & fui tecum in omnibus ubicumque ambulasti, & interfeci universos inimicos tuos a facie tua, fecique tibi nomen grande *e* juxta nomen magnorum, qui sunt in terra. Et *f* ponam locum populo meo Israel, & *g* plantabo eum, & habitabo cum eo, & *h* non turbabitur amplius, nec addent filii iniquitatis, ut affligant eum *h* sicut prius, ex die, qua constitui judices super populum meum Israel, & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prædicetque tibi Dominus, quod *i* domum faciat tibi Dominus. Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo nomen tuum *k* post te, quod egredietur de *l* utero tuo, & firmabo regnum ejus. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni ejus usque in *m* sempiternum. *n* Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Qui si *o* inique aliquid gesserit, *p* arguam eum in *q* virga virorum, & in *q* plagis filiorum *r* hominum. *ſ* Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amovi *t* a facie mea. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum usque in æternum ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus jugiter. Secundum omnia verba hæc, & juxta universam visionem istam, sicut locutus est Nathan ad David. Ingressus est autem rex David, & sedit *u* coram Domino, & dixit: Quis ego sum Domine Deus meus, & quæ domus mea, quia adduxisti me *x* hucusque? Sed *y* & hoc parum visum est in conspectu tuo, Domine Deus meus, nisi loqueris *y* etiam de domo servi tui in longinquum. Ista est enim *z* lex Adam Domine Deus. Quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? Tu enim scis *a* servum tuum, Domine Deus. Propter *b* verbum tuum, & secundum *c* cor tuum *d* fecisti omnia magnalia hæc, ita ut *e* notum faceres servo tuo. Idcirco *f* magnificatus es, Domine Deus, quia non est similis tui, neque est Deus *g* extra te in omnibus, quæ audi-

k Semen tuum] *Gloss.* Christum. *k* Post te] Quod non de Salomone potest intelligi, ut vult *Gloss.* quia non fuit post David suscitatus, ut dicunt sancti, sed ipso vivente natus est, & in regno sublimatus. Sed posset dici, quod ideo dicitur suscitatus post eum, quia successit ei in regnum. *l* De utero] *Gloss.* vel de ore tuo, idest de substantia tua. Simile in *Ps.* 109. Ante luciferum genui te: idest, de substantia mea, dicit pater ad filium.
m Usque] Hoc autem de corporali regno Salomonis non potest intelligi, quia finem habuit. Unde necesse est de Christo intelligi, qui de David natus est secundum carnem, & de regno Christiano, de quo *Is.* 9. Super solium David sedebit, & super regnum ejus, ut confirmet illud, & corroboret in judicio, & justitia, amodo, & usque in sempiternum.
n Ego ero] Ex hac promissione conjicitur, quod salvus sit Salomon. Unde *Eccl.* 47. Finem habuit Salomon cum patribus suis. *o* Inique] Hic insultat Judæus dicens, quod aut Christus inique gessit aliquid, aut non hoc de Christo intelligitur. Nos autem dicimus, quod mos sacræ Scripturæ est, propter unitatem Christi capitis ad corpus suum, quod est Ecclesia, quod corporis, sive membrorum est attribuere capiti, & e converso. Unde Christus dicitur inique gessisse in membris scil. quorum peccata reputat sua, dicens: Deus, Deus meus, respice in me, &c. verba delictorum meorum. *p* Arguam eum] Salomonem scilicet, idest, Christum in membris.
q In virga] *Gloss.* gladio inimicorum.
q In plagis] *Gloss.* incommoditatibus corporum.
r Hominum.] *Gloss.* qui talia merentur.
ſ Misericordiam autem] Hanc misericordiam vocat, quod habuit filium successorem sibi in regno, quod non Saul. Vel misericordiam vocat finalem gratiam. Simile in *Ps.* 88. Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in viis meis non ambulaverint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga ferrea iniquitates eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo ei in veritate mea. *t* A facie] *Gloss.* vel tua.
u Coram Domino,] *Gl.* scilicet arca Domini. Item *Gl.* Sedere coram Domino, est beneficia ejus in humilitate confiteri. *x* Hucusque?] *Gl.* idest, ad regnum.
y Sed & hoc] scil. quod adduxeris me ad regnum.
y Etiam de domo] i. de filio succedente mihi in regno.
z Lex Adam] *Gl.* hominis scil. ut tibi in simplicitate cordis, & puritate serviat, & tu facias ei secundum misericordiam tuam, sicut mihi fecisti. Vel potest dici, quod ista est lex Adam, i. hominis, ut sit sollicitus de successione filiorum, vel gratias agat de beneficiis sibi a Deo collatis. *a* Scis servum tuum,] i. vides, & cognoscis cor servi tui. *b* Verbum tuum,] *Gl.* quod scil. promisisti Abraham, Isaac, & Jacob.
c Secundum cor tuum] *Gl.* misericordiam tuam scil. quia non est similis tui. *d* Fecisti] mihi scil.
e Notum faceres] *Gl.* quod facturus es. *f* Magnificatus] in corde meo. *g* Extra te] idest, præter te.

Hebr. 1.
Psal. 21.

Unde

Unde 1 *Paral.* 17. dicitur: Absque te ex omnibus, quos audivimus. *a* Quæ est] Hic magnificat David populum Dei, & exponitur hoc tam de Episcopo, & Christiano populo, quam de Moyse, & Judaico populo. De Christo planum est in *Gl.* De Moyse vero prosequemur.

b Propter] in Ægyptum, in Moyse, scil. cujus ministerio populum Judaicum Deus liberavit de servitute Ægypti.

c Et poneret] scil. gentem, idest populum Hebræorum.

d Sibi] idest, ut nomen haberet ab Hebræis, quia dictus est Deus Hebræorum. Unde *Exod.* 3. Dominus Deus Hebræorum vocavit nos. Vel, poneret sibi nomen, i. ut famam sibi acquireret propter mirabilia, quæ pro eis fecit. Unde sequitur:

e Faceretque] Magnalia quod Judæorum liberationem, & deductionem. Horribilia, quoad Ægyptiorum submersionem, & aliorum hostium exterminationem.

f Quem] scil. populum.

g Redemisti] idest, liberasti.

h Tibi] idest, ut esset, & serviret tibi.

i Ex Ægypto,] idest, Ægyptiaca.

k Et Deo] i. ex diis, i. idolis, singulare pro plurali. Aliqui libri habent: Gentem, & Deum ejus. Et est sensus: Quem scil. populum redemisti tibi gentem, i. liberasti, ut esset tua gens. Et Deum ejus, i. Moysen, qui fuit constitutus Deus Pharaonis. Unde *Exod.* 7. Ecce constitui te Deum Pharaonis. In Hebræo sic habetur: Quem redemisti ex Ægypto, gentibus, & diis eorum, quasi dicat: Ægyptios in mari rubro peremisti, & in diis eorum fecisti judicia. De Christo vero sic exponit *Gl.* dicens: Quæ est gens in terra alia præter electam, propter quam venit Dei filius in mundum velut in Ægyptum, ut commercio sanguinis redimeret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Deum autem ejusdem populi dominicum hominem intelligimus, quem de Ægypto, idest, mundo per Virginis uterum assumpsit.

k Suscita] *Gloss.* Opere perfice, scilicet filium da, per quem stabiliatur domus mea in æternum.

l Deus super] 1. *Par.* 27. non ponitur super, sed Deus Israel. *m* Auriculam] vel aurem, idest, notificasti ei. Simile 1. *Reg.* 20. ubi dixit Jonathas ad David: Si perseveraverit malitia patris mei, revelabo auriculam tuam.

n Servi tui] *Gloss.* scilicet Nathan.

o Dicens] per prophetam mihi, scilicet.

p Domum ædificabo] idest, filios dabo.

q Propterea] *Gl.* quia scilicet revelasti aurem servi tui.

r Cor suum,] *Gloss.* idest, audaciam cordis. Nihil corde fugacius quod invenitur, cum per discretionem restringitur. Sed 1. *Par.* 17. dicitur: idcirco invenit servus tuus fiduciam, ut oret coram te

s Benedic domui] idest, multiplica filios.

t Servi tu,] scilicet David

u Coram te,] idest, in beneplacito tuo.

x Quia tu Domine Deus,] qui non mentiris.

vimus auribus nostris. *a* Quæ est autem, ut populus tuus Israel, gens in terra, *b* propter quam ivit Deus, ut redimeret eam sibi in populum, & *c* poneret sibi *d* nomen, *e* faceretque eis magnalia, & horribilia super terram a facie populi tui, *f* quem *g* redemisti *h* tibi *i* ex Ægypto gente, & *k* Deo ejus? Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum, & tu, Domine, factus es eis in Deum. Nunc ergo Domine Deus, verbum, quod locutus es super servum tuum, & super domum ejus *k* suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es, ut magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur: Dominus Deus exercituum *l* Deus super Israel. Et domus servi tui David erit stabilita coram Domino, quia tu, Domine exercituum, Deus Israel, revelasti *m* auriculam *n* servi tui, *o* dicens: *p* domum ædificabo tibi. *q* Propterea invenit servus tuus *r* cor suum, ut oraret te oratione hac. Nunc ergo, Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera. Locutus es enim ad servum tuum bona hæc: Incipe igitur, & *s* benedic domui *t* servi tui, ut sit in sempiternum *u* coram te, *x* quia tu, Domine Deus, locutus es hæc, & benedictione tua benedicetur domus servi tui in sempiternum.

C A P. VIII.

FActum *y* est autem, post hæc percussit David Philistiim, & humiliavit eos, & *z* tulit David *a* frænum tributi de manu Philistiim, & percussit Moab, & *b* mensus est funiculo, *c* coæquans terræ. Mensus est autem *d* duos funiculos, *e* unum ad occidendum, & unum ad *f* vivificandum. Factusque est Moab David serviens sub tributo. Et percussit David *g* Adarezer filium Rohob *h* regem *i* Soba, quando profectus est, ut *k* dominaretur *l* super flumen Euphratem. Et cepit David *m* ex parte mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, *n* subnervavit omnes jugales curruum: Dereliquit autem ex eis *o* centum currus. Venit quoque Syria *p* Damasci, ut *q* præsidium ferret Adarezer regi Soba, & percussit David de Syria viginti duo millia virorum, *r* & posuit David præsidium in Syria Damasci, factaque est Syria David serviens sub tributo. Servavitque Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus est. Et tulit David arma aurea, & *s* torques aureos, quos habebant servi Adarezer, & detulit ea in Jerusalem. Et de *t* Bete, & de Beroth, civitatibus Adarezer tulit rex David æs multum nimis, de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo,

E X P O S I T I O C A P. VIII.

FActum *y* est autem,] Hoc capitulum bipartitum est. Primo agit de victoriis David, & subjugatione hostium ejus. Secundo de officialibus ejus. *z* Et tulit] i. abstulit. *a* Frænum tributi] i. imperium, sive dominium tributi, quo Philistæi Israel refrænabant tenentes eum sub tributo. Vel tulit frænum tributi de manu Philistiim, i. sumpsit tributum a Philistæis, idest, coegit eos dare tributum, & sic refrænavit eos. Quandoque enim civitates Philistinorum fecit David sibi tributarias, & ita innuitur 1. *Paral.* 18. ubi dicitur: sic factum est post hoc, ut percuteret David Philistiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias ejus de manu Philistiim. *b* Mensus est eos funiculo,] i. cui voluit, dedit hæreditatem, & terram eorum distribuens, & mensurans, sicut possessor agrum suum mensurat funiculo. *c* Coæquans] Hyperbole est, i. ita humilians eos, ut non apparerent super terram. *d* Duos funiculos] i. divisit eos in duas partes. *e* Unum ad occidendum,] i. unam partem occidit, aliam reservavit, q. d. ad arbitrium suum, quos voluit occidit; & quos voluit, servavit. *f* Ad vivificandum.] i. ad conversandum in vita. Simile 1. *Reg.* 27. David virum, & mulierem non vivificavit, i. non reservavit in vita. *g* Adarezer] qui interpretatur testimonium fortitudinis, & significat adulationem. *i* Soba,] interpretatur serra secans, & significat apertam detractionem. Ista duo debet David, idest, quilibet justus percutere, & occidere. *h* Regem] regionis Emath, ut dicitur 1. *Par.* 18. *k* Ut dominaretur] Trans flumen Euphratem dominari, omnia temporalia propter Deum contemnere, & subjicere sibi, vel abjicere a se juxta illud 2. *Cor.* 6. Egentes, multos autem locupletantes; nihil habentes, & omnia possidentes. *l* Super flumen] idest, ut ampliaret regnum suum usque ad Euphratem. Ita enim legitur 1. *Par.* 18. quando perrexit David, ut dilataret imperium suum usque ad flumen Euphratem. *m* Ex parte ejus] idest, ex parte Adarezer. *n* Subnervavit] quia noluit equos sibi multiplicare, juxta illud, quod præcepit Dominus *Deuter.* 18. Cum fuerit rex constitutus, non multiplicabit sibi equos. Equos subnervare, est a se superbiam resecare. *o* Centum] relinquere, est perfectionem operum retinere. Hæc duo bene sunt simul, scilicet bene operari, & non superbire, hoc est, sua opera infirma reputare. *p* Damasci,] civitas metropolis Syriæ. *q* Præsidium] i. auxilium. *r* Et posuit David præsidium in Syria Damasci] *Gloss.* idest, qui eam sibi tutam facerent, i. milites posuit in Damasco, qui custodirent sibi Syriam. Unde idem dicitur hic præsidium, quod supra 1. *Reg.* 13. & 14. dicitur statio Philistinorum. Unde 1. *Par.* 18. dicitur: Posuit milites in Damasco, ut Syria quoque serviret sibi, & offerret munera. *s* Torques] 4. *Paralip.* 18. dicitur: Pharetras aureas. *t* De Bete,] Istæ civitates

tes aliis nominibus appellantur. 2. *Paral.* 18. ideft, de Thebath, & Chun.

a Mare æneum,] de quo dicitur 3. *Reg.* 7. Æneum, ad abluendum.

b Et columnas,] ad fuftentandum,

ad fufpendium, vel liberationem. Sicut Moyfes elegit feptuaginta judices *Num.* 11. Unde Cerethi, fonat exterminatores, Pheleti mirabiles. *p* Filii autem David facerdotes erant.] Sic omnes filii Chrifti, facerdotes effe debent, feipfos Domino offerentes. Unde 1. *Petr.* 2. Vos eftis genus electum, regale Sacerdotium. *Apocal.* 1. Fecit nos Deo noftro regnum, & facerdotes. Sed nunquid filii David erant Sacerdotes? *Gloff.* determinat hoc dicens: Sacerdus quafi facer dux. Filii autem David ducatum habebant in Tribu Juda. Vel expone: Sacerdotes, ideft, præ ceteris digniores poft regem. Simile *Exod.* 2. erant autem facerdoti Madian feptem filiæ, ideft, Jethro primatum habenti. Et quod fic debeat exponi, patet 1. *Paral.* 18. fic dicitur: porro filii David primi ad manum regis.

& *a* mare æneum, & *b* columnas, & *c* altare. Audivit autem Thou *d* rex Emath, quod percuffiffet David omne robur Adarezer, & mifit Thou Joram filium fuum ad regem David, ut falutaret eum, congratulans, & gratias ageret, eo quod expugnaffet Adarezer, & percuffiffet eum. Hoftis quippe erat Thou Adarezer. Et in *e* manu ejus erant vafa aurea, & vafa argentea, & vafa ærea, quæ & ipfa fanctificavit rex David Domino cum argento, & auro, quæ fanctificaverat de univerfis gentibus, quas fubegerat de Syria, & Moab, & filiis Ammon, & Philiftiim, & Amalec, & de *f* manubiis Adarezer filii Rohob regis Soba. *g* Fecit quoque fibi David nomen, cum reverteretur capta Syria in valle Salinarum, *h* cæfis decem & octo millibus, & in *i* Gebelen ad vigintitria millia. Et pofuit in *k* Idumæa cuftodes, ftatuitque *l* præfidium. Et facta eft univerfa Idumæa *m* ferviens David. Et fervavit Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus eft. Et regnavit David fuper omnem Ifrael. Faciebat quoque David judicium, & juftitiam omni populo fuo. Joab autem filius Sarviæ, erat fuper exercitum. Porro Jofaphat filius Ahilud erat *n* a commentariis. Et Sadoch filius Achitob, & Achimelec filius Abjarhar, facerdotis, & Sarajas fcriba: Banajas autem filius Jojadæ fuper *o* Cerethi, & Phelethi. Filii *p* autem David facerdotes erant.

C A P. IX.

ET dixit *q* David: Putafne eft aliquis, qui remanferit de domo Saul, ut faciam cum eo mifericordiam propter Jonathan? Erat autem de domo Saul fervus nomine Siba. Quem cum vocaffet rex ad fe, dixit ei: Tune es Siba? Et ille refpondit: Ego fum fervus tuus. Et ait Rex: Num fupereft aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo *r* mifericordiam Dei? Dixitque *f* Siba regi: Supereft filius Jonathæ debilis pedibus. Ubi inquit eft? Et Siba ad regem: Ecce ait, in domo eft Machir filii Ammiel in Lodabar. Mifit ergo Rex David, & tulit eum de domo Machir filii Ammiel de Lodabar. Cum autem veniffet Miphibofeth filius Jonathæ filii Saul ad David: corruit in faciem fuam, & *t* adoravit. Dixitque *u* David: Miphibofeth? Qui refpondit: Adfum fervus tuus: Et ait ei David: *x* Ne timeas, quia faciens faciam in te mifericordiam propter Jonathan patrem tuum, & reftituam tibi *y* omnes agros Saul patris tui, & tu comedes *z* panem in *a* menfa mea femper. Qui adorans eum dixit: Quis ego fum fervus tuus, quoniam refpexifti *b* fuper canem mortuum fimilem mei? Vocavit itaque rex Siba *c* puerum Saul, & dixit ei: Omnia quæcumque fuerunt Saul, & univerfam domum ejus dedi *d* filio domini tui. Operare igitur ei terram tu, & filii tui, & fervi tui, & *e* inferes *f* filio domini tui cibos, ut *g* alatur. Mipbibofeth autem filius domini tui comedet femper panem fuper menfam meam. Erant autem Sibæ quindecim filii, & viginti fervi. Dixitque Siba ad regem? Sicut juffifti, domine mi rex, fervo tuo, fic faciet fervus tuus. Et Miphibofet comedet fuper menfam meam quafi unus de filiis regis. Habebat autem Miphibofeth filium parvulum nomine Micha. Omnis vero cognatio domus Sibæ ferviebat Miphibofeth. Porro

c Altare.] ad immolandum. *d* Rex Emath, hoc eft Antiochiæ.

e Et in manu] ideft, Joram.

f De manubiis] ideft, fpoliis.

g Fecit] *Gl.* erexit, fcil. fibi fornacem triumphalem. Vel nomen, i. famam. De quo *Prov.* 22. Melius eft nomen bonum, quam divitiæ multæ. *Eccl.* 41. Curam habe de bono nomine, *Hier.* Crudelis eft, qui famam negligit. *h* Cæfis decem] *Gloff. Hieron.* Quod in quibufdam codicibus, duodecim millia cæfa dicuntur, vitio fcriptorum inolitum eft. Veraciter enim David in valle Salinarum decem & octo cæcidit, Joab vero duodecim millia, ficut *in tit. Pf.* 59. fcribitur: Deus repulifti nos. Sed contra *Hier.* videtur effe, quod dicitur 1. *Par.* 58. fcil. quod Abifai interfecit decem & octo millia. Sed non eft contrarium, quia mos eft fcripturæ dicere regem feciffe, quod fui faciunt.

i Gebelen] civitas.

k In Idumæa] quæ interpretatur fanguinea. Hæc eft caro noftra, quæ cuftodienda eft, ne luxurietur. Hæc eft filia luxuriofa, de qua *Eccl.* 42. Super filiam luxuriofam conftitue cuftodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire. *Infra* 20. 1. *Par.* 18.

l Præfidium.] ideft, cuftodiam militarem.

m Serviens David.] Tunc impletum eft, quod dictum eft Rebeccæ *Gen.* 25. Major ferviet minori, i. Efau Jacob, i. Idumæis Judæis. *n* A commentariis.] nomen indeclinabile, ficut ab actis, a fecretis, a calculis. Et nota, quod a commentariis tripliciter dicitur. Hic dicitur in *Gl.* qui vicem regis agebat, cujus judicio leges fcribebantur. In hiftoriis dicitur fcriptor geftorum temporis. Super illud *If.* 36. Johahe filius Afaph a commentariis dicit *Interl.* i. cancellarius. *In hiftor.* vero dicitur fcriba cancellarius. *o* Super Cerethi, & Pheleti.] *Gloff.* Cerethi, & Pheleti affiftebant regi, cuftodientes corpus ejus, & interpretantur interficientes, & vivificantes, quoniam fecundum judicium eorum, digni refervabantur ad vitam, alii ducebantur ad mortem: Nota, quod ifti dicuntur fuiffe feptuaginta judices locorum, qui judicabant homines

EXPOSITIO
CAP. IX.

ET *q* dixit David:] In hoc cap. agitur de Miphibofeth filio Jonathæ, cui reftituit David omnem poffeffionem, quæ fuerat Saul propter Jonathan patrem ejus, quem dilexit, & cui juraverat amicitias. 1. *Reg.* 20. *Infr.* 19.
r Mifericordiam Dei?] ideft, propter Deum. 1. *Reg.* 20.

f Siba] qui interpretatur egreffus venit, & fignificat memoriam mortis, quæ adducit Miphibofeth claudum, i. infirmum ad David, i. ad Chriftum.

t Adoravit.] dulia, inclinando fcilicet.

u Dixitque David: Miphibofeth?] vocativi cafus.

x Ne timeas,] quia vidit eum trepidantem, dixit ei hæc.

y Omnes agros] a parte totum intelligitur, ideft, omnes poffeffiones patris tui. *z* Panem] Nomine panis quilibet cibus intelligitur. *a* In menfa mea] ideft, commenfalis meus eris. Menfa David facra Scriptura eft, in qua femper comedendus eft panis fpiritualis refectionis. Sed multi funt, qui tantum aquam bibunt ibi, i. fcientiam. *b* Super canem mortuum] ideft, fuper me fimilem cani mortuo, i. vilem, & humilem. Sicut 1. *Reg.* 24. dicitur: Quem perfequeris, Rex Ifrael? canem mortuum perfequeris, & pulicem unum.

c Puerum] ideft, fervum.

d Filio domini tui.] ideft, Miphibofeth.

e Inferes] in horrea fua.

f Filio domini tui] ideft familiæ filii domini tui.

g Ut alatur.] Micha, fcilicet, filius Miphibofeth, & fa-

& familia ejus, quia præceperat David Sibæ, ut ipse, & filii sui, & servi sui colerent terram Miphiboseth. Ideo determinat auctor, quot filios, & quot servos habuerit Siba in Jerusalem, ubi erat mansio regis.

bus nostris, & legibus nostris, & Dominus conteret eos ante faciem nostram.
o Fugerunt] Hoc est, quod dicitur *Jacob.* 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis.

EXPOSITIO CAP. X.

FActum *a* est] Divisum est cap. hoc in duas partes. In prima misit David servos suos ad Hanon filium Naas, ut consolarentur eum super morte patris sui. Ipse vero ad suggestionem principum, rasit eis barbas dimidias, & præscidit vestes eorum usque ad nates. In secunda parte agitur de duplici victoria, quam habuit David contra Hanon, & adjutores ejus.
b Rex filiorum, &c.] scilic. Hanon filius ejus, vel Amon.
c Sicut] Quando fugit David a facie Achis regis Geth. 1.*Reg.*21. Venit ad Naas regem Ammon. 1. *Reg.* 22. qui fecit cum eo misericordiam. De Naas itaque venit in speluncam Odollam. 1. *Reg.* 12. ubi venerunt ad eum pater ejus, & mater, & omnis domus ejus. Inde pervenit ad Moab. 1. *Reg.* 22. & dimisit apud eum patrem, & matrem, & omnem domum ejus, i. familiam. Quod vero dixit Achis rex Geth 1.*Reg.* 21. Hic non ingredietur domum meam, abiit inde David, & fugit in speluncam Odollam, subaudiendum est de domo Naas. Si quæritur cur ad Achis rediit 1. *Reg.* 27. quem prius fugerat, intelligendum est, eum, ad quem rediit, fuisse filium ejus, quem fugit. Unde in sequentibus Achis, cum quo descendebat David ad prælium, filius dicitur fuisse Maoch. Non enim a patre nomen hoc patronimicum, sed a matre sumpsit, quæ Maacha vocabatur. Hæc dicuntur in quadam *Glosf.* *e* Hanon] vel Ammon.
f Rohob,] Reges erant in Syria. Unde Syria Rohob est quædam pars Syriæ, & Syriæ Soba alia pars. *g* Maacha] rege. *h* Ab Istob decem millia, &c.] rege. *i* Quod cum audisset, &c.] scil. quod Hanon conduxisset milites. *k* Misit] ad eos.
l Egressi sunt] de urbe sua in campum ante portam. *m* Partem populi] sui scilicet. *n* Esto vir fortis,] Simile dixit Juda 1.*Mach.*3. Nos pugnabimus pro anima-

Miphiboseth habitabat in Jerusalem: quia de mensa regis jugiter vescebatur, & erat claudus utroque pede.

C A P. X.

FActum *a* est autem post hæc, ut moreretur *b* Rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius ejus pro eo. Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, *c* sicut fecit pater ejus mecum misericordiam. Misit ergo David consolans eum per servos suos super patris interitum. Cum autem venissent servi David in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quod propter honorem patris tui miserit David ad te consolatores, & non ideo ut te investigaret, & exploraret civitatem, & everteret eam, misit David servos suos ad te? *d* Tulit itaque *e* Hanon servos David, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias usque ad nates, & dimisit eos. Quod cum nunciatum esset David, misit in occursum eorum. Erant enim viri confusi turpiter valde. Et mandavit eis David: Manete in Jericho donec crescat barba vestra, & tunc revertimini. Videntes autem filii Ammon, quod injuriam fecissent David, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum *f* Rohob, & Syrum Soban vigintimillia peditum, & a rege *g* Maacha mille viros, & *h* ab Istob decem millia virorum. Quod *i* cum audisset David *k* misit Joab, & omnem exercitum bellatorum. *l* Egressi sunt ergo filii Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ. Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in campo. Videns igitur Joab, quod præparatum esset adversum se prælium, & ex adverso, & post tergum elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem contra Syrum. Reliquam autem *m* partem populi tradidit Abisai fratri suo. Qui direxit aciem adversus filios Ammon. Et ait Joab: Si prævaluerint adversum me Syri, eris mihi in adjutorium, si autem filii Ammon prævaluerint adversum te, auxiliabor tibi. *n* Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & civitate Dei nostri, Dominus autem faciat, quod bonum est in conspectu suo. Iniit itaque Joab, & populus ejus, qui erat cum eo, certamen contra Syros, qui statim *o* fugerunt a facie ejus: Filii autem Ammon videntes, quod fugissent Syri, fugerunt & ipsi a facie Abisai, & *p* ingressi sunt in *q* civitatem. Reversusque est Joab a filiis Ammon, & *r* venit Jerusalem. Videntes igitur filii Ammon, quoniam Syrus expavit, & quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter. *s* Misitque Adarezer, & eduxit Syros, qui erant trans fluvium, & adduxit exercitum eorum. Sobach autem magister militiæ Adarezer erat *t* princeps eorum. Quod cum nunciatum esset David, *u* contraxit omnem Israelem, & transivit Jordanem, venitque in *x* Helam. Et direxerunt aciem Syri ex adverso David, & pugnaverunt contra eum. Fugeruntque Syri a facie Israel, & occidit David de Syris septingentos *y* currus, & quadraginta millia equitum, & Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. Videntes autem universi reges, qui erant in *z* præsidio Adarezer victos se esse ab Israel, expaverunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel, & servierunt eis. Timueruntque Syri auxilium *a* præbere filiis Ammon.

p Ingressi] scilicet, Syri.
q Civitatem.] suam scil. unde exierant in campum ad pugnandum.
r Venit Jerusalem] Ad David.
s Adarezer,] rex Soba.
t Princeps] idest, qui ducebat eos.
u Contraxit] idest congregavit.
x In Helam.] civitas.
y Currus,] Metonymia est, idest, sedentes in curribus.
z In præsidio] idest, auxilio.
a Præbere] contra David.

Moraliter. *d* Tulit itaque] Hanon interpretatur dolor eorum, & significat diabolum, qui nisi dolorem eorum quærit, qui serviunt ei. David interpretatur manu fortis, vel aspectu desiderabilis, & significat Christum, qui est fortis operibus, sed decorus virtutibus; qui fuit fortis in passione, sed aspectu desiderabilis in resurrectione. Fortis manu contra adversarios, aspectu desiderabilis ad amicos. De fortitudine ejus dicit *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. De aspectu ejus desiderabili dicit 1. *Petri* 1. In quem desiderant Angeli prospicere. Quippe, quia visio ejus est vita æterna, *Jo.* 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Servi David, quos misit ad consolandum Hanon super morte patris, sunt prædicatores, quos mittit Christus ad consolandum peccatores. Unde ipsemet dicit de se *Isai.* 61. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, ut consolarer omnes lugentes, ut ponerem cõsolationem lugentibus Sion. Sic debent facere prædicatores. Per barbam intelligitur fortitudo, quia soli viri barbam habent. Duplex autem fortitudo debet esse in prædicatore, sermonis sc. & operis, ut audacter dicat, & faciat veritatem. Quidam enim audacter, & libenter dicunt veritatem, sed facere erubescunt, ne dicantur papalardi. De quibus dicitur *Proverbior.* 26.
Abscon-

Abscondit piger manus suas sub ascella sua, & laborat, si ad os suum eas converterit, idest, si quod dicit ore, opere compleverit. Ideo inanes sunt semper, & famelici. Scriptum est enim *Prover.* 18. De fructu oris viri replebitur venter ejus, & gemina labiorum ejus saturabunt eum. Item *Prov. fin.* Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eum in portis opera sua. De his dicitur *Luc.* 9. Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. Habent igitur dimidiam barbam rasam, quia fortes sunt in sermone, sed debiles, vel nulli in opere; clari in verbo, obscurissimi in exemplo. Propter quod dicit Dominus *Matth.* 23. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Jesus vero cœpit facere, & docere. Tales sunt similes cymbalo Ecclesiæ, quod alios vocando ad Ecclesiam, seipsum consumit. Dum bene dicunt, & male faciunt, seipsos confundunt. Unde in libro Prosperi dicitur: Bene docere, & male vivere, quid aliud est, quam se sua voce damnare? Magis vult Ammon, idest, diabolus, quod dimidia barba radatur prædicatori, quam tota, quia quanto melius prædicat, & male vivit, tanto majus scandalum facit, quia propter tales contemnitur verbum prædicationis, sicut dicit Apost. *Rom.* 2. Quid in lege gloriaris? per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes. Dicit etiam Satyricus: *Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur.* De his proprie dicitur *Job* 40. Ossa ejus sicut fistulæ æris. Fistula sonum habet, sed non sensum. Unde recte significat, qui bonum sermonem habent, sed sensum bene vivendi non retinent. Vestes vero præscindere, est bonam conversationem auferre. De his vestibus dicitur *Eccl.* 9. Omni tempore sint vestimenta tua candida, idest, conversatio tua munda, & tunc oleum de capite tuo non deficiet, idest, gratia prædicationis a mente. Nam sæpe bene viventi infunditur gratia prædicandi. Sed non sufficit diabolo vestes præscindere, idest, bona opera auferre, sed usque ad nates præscindit. Et hoc fit, quando ablata bona vita, turpitudo incontinentiæ manifestatur. *Baruch* 6. Sacerdotes sedent habentes scissas vestes, & barbam rasam, quorum capita munda sunt.

A — *1. Par.* 19.

Act. 1.

De pen. d. 3 § *exponitur in fin.* 3 q. 1. § *sed objicitur.*

B

C

Versus.

C A P. XI.

FActum *a* est autem vertente anno *b* eo tempore, *c* quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab, & servos suos cum eo, & universum Israel, & vastaverunt filios Ammon, & obsederunt Rabbath. David autem *d* remansit in Jerusalem. Dum hæc *e* agerentur, accidit quadam die, ut surgeret David de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ, viditque mulierem se *f* lavantem ex adverso super solarium suum. Erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisivit, quæ esset mulier. Nunciatumque est ei, quod ipsa esset Betsabee *g* filia Heliam, uxor Uriæ *h* Hethæi. Missis itaque David nunciis tulit eam. Quæ cum ingressa esset ad illum, dormivit cum ea. *i* Statimque sanctificata est ab immunditia sua, & reversa est domum suam concepto fœtu. *k* Mittensque nunciavit David, & ait: Concepi. Misit autem David ad Joab, dicens: *l* Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Joab Uriam ad David. Et venit Urias ad David. Quæsivitque David, quam recte ageret Joab, & populus, & quomodo administraretur bellum. Et dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, & *m* lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum *n* cibus regius. Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis servis domini sui, & non descendit ad domum suam. Nunciatumque est David a dicentibus: Non ivit Urias ad domum suam. Et ait David ad Uriam: *o* Numquid non de via venisti? Quare non descendisti ad domum tuam? Et ait Urias ad David: arca Dei, & Israel, & Juda habitant in papilionibus, & dominus meus Joab, & servi domini mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, ut *p* comedam, & bibam, & dormiam cum *q* uxore mea? *r* Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. Ait ergo David ad Uriam: Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illa, & altera, & vocavit eum David, ut comederet coram se, & biberet, & *s* inebriavit eum. Qui ingressus vespere dormivit in stratu suo cum servis domini sui, & in domum suam non descendit. Factum est ergo mane, & scripsit David epistolam ad Joab, misitque per manum Uriæ, scribens in Epistola: Ponite Uriam ex ad-

E X P O S I T I O C A P. XI.

FActum *a* est autem] De duobus agitur in hoc cap. Primo de adulterio David cum Betsabee uxore Uriæ. Secundo de morte Uriæ. *b* Eo tempore, &c.] *Gloss.* In Hebræo ita legitur. Eo tempore, quo reges processerant ad bella, misit David Joab, &c. Processerant sc. ad pugnam contra David rex Rohob, & Istob, Soba, & Maacha, qui reges Syriæ fuerunt, & pugnare voluerunt contra David, conducti a rege Moab, sed devicti sunt. *c* Quo solent, &c.] *Gloss.* idest in vere, quando pulsa frigoris asperitate, pabula reperiuntur jumentorum. Nota, quod etiam dæmones illo tempore acrius impugnant, & plura bella aggrediuntur. Unde Adam eo tempore, i. in vere tentatus est a diabolo, & superatus, *Gen.* 3. Et Dominus eo tempore a diabolo tentatus, sed non superatus, quia viriliter pugnavit in passione. Tunc ideo Ecclesia quadragesimale jejunium in eo tempore constituit, quo maxime sc. jejunio vincitur. *d* Remansit] otiosus. *e* Dum hæc agerentur,] scil. dum Joab vastaret filios Ammon. *f* Lavantem] propter fluxum menstruum, ut quidam volunt. Ita refert *Glos.*

g Filia Heliam,] Iste Heliam fuit Achitophel, qui dedit consilium Absalon contra David. Forte in ultione hujus facti accidit hoc ei.

h Hethæi.] Vel Cethæi. Idem enim est Hethæus, & Cethæus, ut dicit *Hier.* sicut Oreb, & Coreb. *Judic.* 7.

i Statimque sanctificata] i. statim post coitum lavit se. Vel statim concepit, & cessavit menstruus sanguis, quem naturæ scil. sagacitas dicitur præservare post conceptum in alimoniam fœtus. Quidam dicunt Betsabee tunc fuisse in menstruis, & statim ad tactum regis cessasse menstruum. Epiphanius Martyr dicit, quod cum David vocasset Betsabee, cognovit hoc Nathan propheta in spiritu, & festinabat ad David, ut prohiberet eum ab adulterio, sed impedivit eum Belial. Nam in via invenit hominem occisum mortuum, & nudum, & moram fecit ibi, & rex implevit peccatum suum, & luxit, Nathan. *k* Mittensque] Betsabee nuncium. *l* Mitte ad me Uriam] Sicut dicit *Joseph.* ideo, vocavit eum ab expeditione, ut ingrederetur ad uxorem suam, & adscriberetur ei partus, & sic adulterium Betsabee celaretur, ne quasi adultera lapidaretur. *m* Lava pedes tuos.] *Gl.* i. post laborem balneis vere. Partem posuit pro toto corpore. Non enim tantus vir discalceatus incedebat. *n* Cibus regius.] *Glos.* ut refectus delitiose provocatus in libidinem dormiret cum uxore, & sic adulterium lateret. *o* Numquid non de via venisti?] q. d. multum laborasti, & deberes quiescere cum uxore tua in domo tua. *p* Ut comedam, & bibam, & dormiam, &c.] Bene dicit, comedam, & bibam, & postea dormiam cum uxore, quia ut dicit *Hier.* Venter, & genitalia vicina sunt, & pro vicinitate membrorum sequitur confœderatio vitiorum. Unde Apost. *Ephes.* 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *Exod.* 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, idest cum idolo fornicari.

De esse. Zeles. c. cum olim.

q Cum uxore mea?] Sic debemus nos dicere, quia arcam Domini, idest sepulchrum ejus Sarraceni tenent. *r* Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc.] supple juro.
s Inebriavit eum.] ut æstuans mero moveretur ad libidinem.

nem. Sed nec concitatus est desiderio uxoris.
a Posuit Uriam, &c.] credidit Joab, quod Urias deliquisset in Regem, propter quod jussisset fieri Rex; & ideo cito consensit, & fecit.
b Nunciavit omnia] ipsi David.
c Abimelech] *Jud.* 9.
d Filium Jerobaal, idest Gedeonis.
e In Thebes?] nomen est turris.
f Hethæus] vel Cethæus, quod idem est.
g Et nunc] victorem a victo superari sæpe videmus.
h Verbum] idest, rem hujus verbi.

EXPOSITIO CAP. XII.

Misit *i* ergo Dominus] in hoc cap. agitur de penitentia David super peccato suo. Et dividitur in quatuor partes. Primo Nathan missus a Domino proposuit David paradigma de viro habentes oves plurimas, qui rapuit vicino pauperi unam oviculam, quam habebat, ut ex ea præpararet convivium hospiti, qui ei supervenerat. Et indignatus David in hominem illum, dixit: Filius mortis est. In secunda parte exposuit Nathan paradigma regi: Tu es homo ille, qui tulisti uxorem Uriæ, & ut occultares adulterium occidisti eum. Et pœnituit David, dicens: Peccavi. Et translatum est peccatum ejus ab eo. Inde composuit David Psalmum illum: Miserere mei Deus. In tertia parte reversus est Nathan in domum suam, & percussit Dominus puerum, quem genuerat David de Betsabee, pro quo oravit David septem diebus, sed mortuus est juxta verbum Nathan. In quarta parte dicitur, quomodo David cepit Rabbath ad quam obsidendam præmiserat Joab cum exercitu magno. *k* Responde] idest, da responsionem tuam, ut fiat judicium.
l Duo viri] *Gl.* Cum Prælati Ecclesiæ potentes arguunt, prius quasdam similitudines, velut de alieno negotio, inducunt.
m De calice] idest, de aqua domi allata, quia domestica erat ovis illa non pascualis.
n In sinu illius] idest, valde domestica fuit.

verso Belli, ubi fortissimum est prælium, & derelinquite eum, ut percussus intereat. Igitur cum Joab obsideret urbem, *a* posuit Uriam in loco, ubi sciebat viros esse fortissimos. Egressique viri de civitate bellabant adversum Joab, & ceciderunt de populo servorum David, & mortuus est etiam Urias Hethæus. Misit itaque Joab, & *b* nunciavit David omnia verba prælii, præcepitque nuncio, dicens: Cum compleveris universos sermones belli ad Regem, si eum videris indignari, & dixerit: Quare accessistis ad murum, ut præliaremini? An ignorabatis, quod multa desuper ex muro tela mittantur? Quis percussit *c* Abimelech filium *d* Jerobaal, nonne mulier misit super eum fragmentum molæ de muro, & interfecit eum in *e* Thebes? quare juxta murum accessistis? dices: Etiam servus tuus Urias *f* Hethæus occubuit. Abiit ergo nuncius, & venit, & narravit David omnia, quæ ei præceperat Joab. Et dixit nuncius ad David: Prævaluerunt adversum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum. Nos autem facto impetu, persecuti eos sumus usque ad portam civitatis, & direxerunt jacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper, mortuique sunt de servis regis. Quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est. Et dixit David ad nuncium. Hæc dices Joab: Non te frangat ista res. Varius enim eventus est prælii, & *g* nunc hunc, & nunc illum consumit gladius. Conforta bellatores tuos adversus urbem, ut destruas eam, & exhortare eos. Audivit autem uxor Uriæ, quod mortuus esset Urias vir suus, & planxit eum. Transactoque luctu misit David, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei uxor, peperitque ei filium. Et displicuit *h* verbum hoc, quod fecerat David, coram Domino.

CAP. XII.

Misit *i* ergo Dominus Nathan ad David. Qui cum venisset ad eum, dixit ei: *k* Responde mihi judicium: *l* Duo viri erant in civitate una, unus dives, & alter pauper. Dives habebat oves, & boves plurimas valde, pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illius comedens, & de *m* calice ejus bibens, & in *n* sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia. Cum autem *o* peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus, & de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi, qui venerat ad se tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos homini, qui venerat ad se. *p* Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Ovem reddet in *q* quadruplum, eo quod fecerit *r* verbum istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego unxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi *s* domum domini tui, & *t* uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel, & Juda. Et si parva sunt ista, *u* adjiciam tibi multo majora. Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum *x* percussisti gladio, & uxorem illius accepisti tibi uxorem, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedet *y* gladius de *z* domo tua, usque in *a* sempiternum, eo quod despexeris me, & tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo *b* super te malum de domo tua, & tollam *c* uxores tuas in *d* oculis tuis, & dabo *e* proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis *f* Solis hujus. Tu enim *g* fecisti abscondite, ego vero faciam *h* verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis hujus. Et dixit David ad Nathan: *i* Peccavi Domino. Dixitque *k* Nathan ad David: Dominus quoque *l* transtulit *m* peccatum tuum: *n* Non morieris. Verumtamen quoniam *o* blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, propter verbum

o Peregrinus] ille est diabolus.
p Iratus] *Gloss.* Post similitudinem, rectam sententiam contra se quasi in alterum proferunt potentes.
q In quadruplum,] secundum legem. Unde Zacchæus dixit *Luc.* 19. Dimidium bonorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum, idest, restituo.
r Verbum] idest, rem hujus verbi.
s Domum Domini] idest, regnum Saulis.
t Et uxores] Hoc nunquam legitur, quod David habuit uxores Saul. Sed multa facta sunt, quæ non sunt scripta.
u Adjiciam] quasi dicat, hæc, & plura alia fecit tibi Dominus.
x Percussisti] idest percuti fecisti. Ille enim facit rem, cujus auctoritate fit.
y Gladius] idest, tribulatio, & vindicta.
z De domo] Hoc factum est in morte Salomonis in divisione regni sui, *3. Reg.* 12.
a Usque] idest, quamdiu erit.
b Super te malum] hoc impletum fuit, quando Absalon persecutus est eum, *inf.* 15.
c Uxores] idest concubinas.
d In oculis tuis,] idest, palam in conspectu omnium.
e Proximo tuo,] idest, Absaloni. Absalon enim consilio Achitophel accessit ad concubinas David in conspectu omnium, *inf.* 16.
f Solis hujus.] i. manifeste coram omnibus.
g Fecisti abscondite,] i. facere voluisti abscondite, sed palam est.
h Verbum] idest, rem hujus verbi.
i Peccavi] *Gloss.* Qui humiliter confitetur, veniam mox consequitur.
k Dixitque] inspiratus a Deo.
l Transtulit] idest, dimisit.
m Peccatum tuum.] *Gloss.* Omnia tamen, quæ prædicta sunt ei pro peccato, postmodum toleravit. Deus delictum delet, sed inultum non deserit. Aut enim homo in se pœnitens punit, aut Deus. *n* Non morieris.] i. non damnaberis.
o Blasphemare] *Isa.* 52. Jugiter tota die nomen meũ blasphematur. *Rom.* 2. Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Dixerunt enim idola-

hoc, filius, qui *a* natus est tibi, morte *b* morietur. Et reversus est Nathan in domum suam. *c* Percussitque Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uriæ David, & *d* desperatus est. *e* Deprecatusque est David Dominum pro parvulo, & *f* jejunavit David jejunio, & ingressus seorsum jacuit super terram. Venerunt autem seniores domus ejus, *g* cogentes eum, ut surgeret de terra. Qui noluit, neque comedit cum eis cibum. Accidit autem die septima, ut moreretur infans, timueruntque servi David nunciare ei, quod mortuus esset parvulus. Dixerunt enim: Ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, & non *h* audiebat vocem nostram, quanto magis si dixerimus, mortuus est puer, se affliget? Cum ergo David audisset servos suos *i* mussitantes, intellexit: quod mortuus esset infantulus. Dixitque ad servos suos: Nunquid mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est. Surrexit igitur David de terra, & lotus, *k* unctusque est. Cumque mutasset *l* vestem, ingressus est domum Domini, & adoravit, & venit in domum suam, petivitque, ut ponerent ei *m* panem, & comedit. Dixerunt autem ei servi sui. Quis est *n* sermo, quem fecisti propter infantem; cum adhuc viveret jejunasti, & flebas; mortuo autem puero, surrexisti, & comedisti panem? Qui ait: Propter infantem, cum adhuc viveret, jejunavi, & *o* flevi. Dicebam enim: Quis scit, si *p* forte donet eum mihi Dominus, & vivat infans. Nunc autem quia mortuus est, *q* quare jejuno? Nunquid potero revocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum, ille vero non revertetur ad me. Et consolatus est David Betsabee uxorem suam, ingressusque ad eam *r* dormivit cum ea. Quæ genuit filium, & vocavit nomen ejus Salomon, & Dominus *s* dilexit eum. Misitque *t* eum in manu Nathan Prophetæ, & *u* vocavit nomen ejus, *x* amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus. Igitur pugnabat Joab contra *y* Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat urbem regiam. Misitque Joab nuncios ad David, dicens: Dimicavi adversum Rabbath, & *z* capienda est urbs *a* aquarum: Nunc igitur congrega *b* reliquam partem populi, & obside *c* civitatem, & cape eam, ne cum a me vastata fuerit urbs, nomini meo *d* ascribatur victoria. Congregavit itaque David omnem populum, & profectus est adversum Rabbath. Cumque dimicasset cepit eam. Et tulit *e* diadema regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput David. Sed & prædam civitatis asportavit multam valde. Populum quoque ejus adducens *f* ferravit, & circumegit super eos *g* ferrata carpenta. *h* Divisitque cultrix, & transduxit in *i* typo laterum. Sic fecit universis civitatibus

lolatræ, vel dicere potuerunt: Non est justus Deus Israel, qui Saul amovit a regno, & David substituit, qui gravius quam Saul peccavit. *a* Natus] de Bethsabee. *b* Morietur.] Ergo punitur pro peccato patris. Contra *Ezech.* 18. dicitur: Filius non portabit iniquitatem patris. Sol. Ezechiel loquitur de pœna æterna, hic vero filius punitur pœna temporali pro peccato patris, & hoc quandoque facit Deus, ut dicit *Aug.* Sed quæ justitia est, ut unus peccet, & alius puniatur, etiam temporaliter? Sed dicimus, quod justitia est quoad patrem, qui punitur in filio, misericordia vero quoad filium, qui si viveret, pejor forsitan efficeretur, & melius est eū sic mori, quam vivere.

32. q. 2. c. post ipsum ver. hoc autem.

E

c Percussitque] ægritudine incurabili. *d* Desperatus] de salute pueri. *e* Deprecatusque] Sed ex quo desperavit David de salute pueri, quare ergo rogat pro ipso. Sol. Desperavit de convalescentia pueri per naturam. Sciebat autem, quod Deus super naturam est; & ideo rogavit eum.

F

f Jejunavit] *Gl.* Nos jejunemus, & super terram jaceamus, donec desiderium peccati funditus aboleatur. Sed secundum hanc *Gl.* videtur, quod David non pro puero, sed pro peccatis jejunavit. Sed dicimus, quod *Gl.* mystica est docens per simile, ut sicut David jejunavit, pro corporali salute filii, & nos jejunemus pro salute propria spirituali. *g* Cogentes] i. obnixe rogantes. *h* Non audiebat] i. non exaudiebat. *i* Mussitantes,] i. submissa voce loquentes. *k* Unctusque] Antiquitus enim utebantur unguentis pro balneis. *l* Vestem] lugubrem. *m* Panem,] i. cibum. *n* Sermo,] i. res ista digna sermone.

G

o Et flevi.] pro puero, ut viveret. *p* Si forte] Sed nonne dixerat ei propheta, quod moreretur puer? ergo sciebat, quod non evaderet. Sol. Sciebat, quod non evaderet secundum naturam, & hoc propheta dixerat, sed nesciebat voluntatem Domini, qui supra omnem naturam est; & ideo orabat. Sic enim Isaias dixit Ezechiæ: Dispone domui tuæ, quia morieris, & non vives, i. vivere non poteris secundum naturam, hoc ostenderet ei Dominus, sed consilium suæ voluntatis non ostenderat ei Dominus. *q* Quare jejuno?] i. jejunare debeo. *r* Dormivit cum ea.] non statim, sed tempore præcedente. *s* Dilexit eum.] quod non consuevit dicere scriptura de reprobis. Unde argumentum est, quod salvus sit Salomon. Tamen duplex est dilectio Dei, scil. æternæ prædestinationis, qua soli electi diliguntur. *Malach.* 1. Jacob dilexi: Et dilectio præsentis justitiæ, qua etiam reprobi diliguntur ad tempus. *t* Misitque eum] alendum, & erudiendum. Si principes nostri tales doctores eligerent etiam filiis suis, bene esset Ecclesiæ. *u* Et vocavit] scil. David, vel Nathan. *x* Amabilis Domino. *Gl.* in Hebræo, Idida, i. dilectus Domini, i.

propter Dominum, scil. propter gratuitam misericordiam, quam eum diligere dignatus est, quamvis Manzer esset. Sed *Gl* videtur esse falsa, imo legitimus, quia David duxerunt Betsabee ante conceptum. Sol. quia David adulterium commisit cum Betsabee, ideo filii ejus etiam post matrimonium Manzeres appellantur. Vel quia ipsa non fuit prima uxor. Vel quia ipsa ignobilis erat respectu regis. *y* Rabbath] Rabbath civitas est filiorum Ammon, quæ nunc Philadelphia vocatur. *Gloss.* Rabbath quandoque cum adjectione scribitur Rabbath, ut hic, quandoque sine adjectione Rabba. *z* Capienda est] i. cito capietur. *a* Urbs aquarum:] *Gloss.* propter abundantiam aquæ, quæ erat ibi. Vel ut quidam dicunt populorum, juxta illud *Apoc.* 17. Aquæ multæ, populi multi.

Matth. 2.
1. Par. 3.

b Reliquam partem] quæ remanserat in prælio. *c* Civitatem,] Rabbath. *d* Ascribatur victoria.] Sic sapiens totum bonum quod agit, non sibi, sed Domino ascribit. *Ps.* 113. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. *Isa.* 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. *Zach.* 6. Sume a transmigratione, qui venerunt de Babylone aurum, & argentum, & facies coronam, & pones in capite Jesu filii Josedech sacerdotis magni, hoc est ab illis, qui transeunt ab amore mundi, sumendum est aurum sapientiæ, & argumentum eloquentiæ, & inde facienda est corona, & ponenda in capite Jesu, i. gloria laudis Christo ascribenda est; hoc est, quod dicit Apost. 1. *Cor.* 15. Gratia Dei sum id, quod sum. Item *Rom.* 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserantis Dei. Item *Apoc.* 4. procidebant 24. seniores ante sedentem in throno, & adorabant viventem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, i. de bonis suis, & de victoriis suis, Christo gloriam attribuebant, non sibi. Unde 2. *Cor.* 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur.

1. Par. 20.

e Diadema] *Gloss.* in 1. *Paral.* 20. legitur: Tulit David coronam Melchon de capite ejus, & invenit in ea auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitque inde sibi diadema. Non est enim proprium nomen Melchon, sed interpretatur rex eorum. Item *Gloss.* Melchon, ut volunt quidam Hebræi, idolum est Ammonitarum, cujus diadematis aurum, & gemmas dicitur David conflasse, & purgasse secundum legem, & fecisse sibi diadema. Sed videtur, quod David fecerit contra legem. Dicitur enim *Deut.* 7. Sculptilia eorum igne combures, non concupisces argentum, & aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis quicquam, ne offendas, quia abominatio est Domini Dei tui, nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut illud est. Sed potest dici, quod illud, quod dicitur in Deuter. intelligitur tantum de civitatibus, & populis, qui erant intra terminos terræ promissionis. Sed ista civitas erat extra; & ideo non

est

est contrarium. *f* Serravit] *Gloss.* ideft, ferra per medium fecuit.
g Ferrata carpenta] *Gloss.* rotis incidentia. Carpentum fecuris eft.
h Divifitque] eos.
i Io typo.] *Gloss.* ideft, in fimilitudine. Item *Gloss.* Transduxit cultros per eos modo, quo transducuntur per lateres adhuc teneros, ut conformentur.

filiorum Ammon. Et reverfus eft David, & omnis exercitus in Jerufalem.

C A P. X I I I.

FACTUM *a* eft autem poft hæc, ut Abfalon filii David *b* fororem fpeciofiffimam vocabulo Thamar adamaret Amnon filius David, & deperiret eam valde, ita ut ægrotaret propter amorem ejus, quia cum effet virgo, *c* difficile ei videbatur, ut quippiam inhonefte ageret cum ea. Erat autem Amnon amicus *d* nomine Jonadab filius Semmaa fratris David, vir prudens valde: Qui dixit ad eum: Quare fic attenuaris macie, fili *e* regis, per fingulos dies? Cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon: Thamar *f* fororem fratris *g* mei Abfalon amo. Cui refpondit Jonadab: Cuba fuper lectulum tuum, & *h* languorem fimula. Cumque venerit pater tuus, ut vifitet te, dic ei: Veniat oro Thamar *b* foror mea, ut det mihi cibum, & faciat pulmentum, ut comedam de manu ejus. Accubuit itaque Amnon, & quafi *i* ægrotare cœpit. Cumque veniffet Rex ad vifitandum eum, ait Amnon ad Regem: Veniat obfecro Thamar foror mea, ut faciat in *k* oculis meis duas *l* forbitiunculas, & cibum paratum capiam de manu ejus: Mifit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitque Thamar in domum Amnon fratris fui, ille autem jacebat. Quæ tollens farinam commifcuit, & liquefaciens in *m* oculis ejus *n* coxit forbitiunculas: Tollenfque quod coxerat, *o* effudit, & pofuit coram eo, & noluit comedere. Dixitque Amnon: Ejicite univerfos a me. Cumque ejeciffent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in *p* conclavi, ut vefcar de manu tua. Tulit ergo Thamar forbitiunculas, quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem fuum in conclavi. Cumque obtuliffet ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum, *q* foror mea. Quæ refpondit ei: Noli, frater mi, noli opprimere me, *r* neque enim hoc fas eft in Ifrael; Noli facere

A

E X P O S I T I O C A P. XIII.

FActum *a* eft autem] In prima parte hujus capituli agitur de oppreffione Thamar ab Amnon fratre fuo facta in dolo. In fecunda parte agitur de occifione Amnon, quem occidit Abfalon frater ejus in dolo, in ultionem oppreffionis fororis fuæ. In tertia parte agitur de luctu David fuper morte Amnon filii fui.

B *Moraliter.*

Factum eft autem] Abfalon interpretatur patris pax, & fignificat diabolum, qui pacem cum mundo, & cum carne fuggerit quantum poteft, quæ revera pax vitium eft, de qua dicitur *Matth.* 10. Non veni pacem mittere in terram, fed gladium. Quid enim eft pacem habere cum mundo, vel cum carne, quam fatisfacere eis, quod quidem malum eft. Nam mundus fuggerit vanitatem, & caro voluptatem. *Ifai.* 5. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Funiculi vanitatis multi funt, fcilicet fapientia fæculi, fortitudo corporis, divitiæ temporales. Et de his dicitur *Jerem.* 9. Non glorietur fapiens in fapientia fua, & non glorietur fortis in fortitudine fua, & non glorietur dives in divitiis fuis. Item pulchritudo corporis, funiculus vanitatis eft, de quo *Proverbior. fin.* Fallax gratia, & vana eft pulchritudo. Per hanc enim & Berfabee cum David adulterata eft, & Thamar a fratre fuo Amnon violata, ut hic. Item generis nobilitas. Item fæculi dignitas. Item favor popularis, funt funiculi vanitatis. Hæc omnia in fe bona funt, fed homo abutendo eis, fecit ea fibi funiculos, quibus trahat iniquitatem ad fe, & trahatur ab iniquitate in infernum. *Ifa.* 33. Væ qui prædaris, nonne & ipfe prædaberis? Cum confummaveris deprædationem, deprædaberis, ideft, cum peccatum ipfe perfecerit, fiet præda & ipfe. Ifti funt feptem nervicei funes, quibus Dalila, ideft caro vel amor mundi Samfon ligavit, ut traderet eum Philifthæis occidendum. *Judic.* 16. Sed fortis Samfon rupit eos quafi filum ftuparum, quod facit quilibet juftus, qui talia contemnit. Vel Thamar interpretatur amara, & fignificat fæculi dignitates, quæ plenæ funt amaritudine, & labore. Amnon interpretatur populus mœroris, & fignificat ambitiofos, qui femper in mœrore, & dolore verfantur. Quid eft ergo, quod Amnon ardet amore Thamar, nifi quod ambitiofi nimis appetunt dignitates. De quibus *Job* 30. Effe fub fentibus, delicias reputabant filii ftultorum. *Ofeæ* 10. Ephraim vitula docta diligere trituram. Vitula enim affueta trituræ fponte redit ad eam, etiam non compulfa, & fubmittit collum jugo, ita ambitiofi ad onera dignitatum currunt, etiam non vocati. Item Amnon petiit Thamar, ut faceret fibi duas forbitiunculas, quia ambitiofi prælaturas appetunt tantum propter delicias, & divitias, quæ recte forbitiunculæ dicuntur, quia funt cibus tantum mulierum, & infantium. Unde *Ifai.* 3. Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabantur eis. Item Amnon cibos, quos fibi Thamar paraverat non comedit, fed illis rejectis, ipfam Thamar violavit. Et quid eft hoc, nifi quod homines hujufmodi in prælatione nullum refectionis folamen recipiunt, fed abutentes, ipfam dignitatem prælationis corrumpunt. Unde clamare compellitur ipfa prælationis dignitas: Noli, frater mi, opprimere me. Quid autem aliud eft opprimere Thamar, quam vi prælationem acquirere. Et recte Thamar bis dicit: Noli frater, noli me opprimere, quia duo funt genera hominum, quæ prælationes opprimunt, potentes fcilicet per preces armatas, divites per donationes iniquas. *Job* 36. Multitudo donorum non inclinet te, depone magnitudinem tuam abfque tribulatione. Item *Pr.* 19. Multi colunt perfonam potentis, & amici funt dona tribuentis, fratres autem hominis pauperis oderunt eum. [Ut tonderentur oves Abfalon.] Oves Abfalon funt hypocritæ. Oves tondere eft innocentiam hominibus exterius oftentare. Poft biennium Abfalon oves tondet, quia diabolus poft quietem contemplationis, poft laborem actionis facit hypocritas innocentiam, vel juftitiam fuam hominibus oftentare. Quod prohibetur *Deut.* 15. Non tondebis primogenita ovium, ideft, non oftentabis opera fimplicitatis, quafi exte fint. Qui enim opera fua ad oftentationem magnificat, ficum fructiferam decorticat. Unde *Joel.* 1. Gens afcendit fuper terram meam fortis, & innumerabilis, pofuit vineam meam in defertum, & ficum meam decorticavit, & nudam fpoliavit eam, albi facti funt rami ejus.

C

2. Reg. 21.

Moraliter ifta pertinet ad illud infra Factum eft autem, &c. ut tonderentur oves Abfalom.

b Sororem] ex utroque parente.
c Speciofiffimam] Ecce quam fpecies nocuit Berfabee, & Thamar. *c* Difficile] quia erat fub arcta cuftodia. Unde *Jofephus*: Cum neque propter virginitatem, neque propter cuftodiam fuo poffet defiderio prævalere, crudeli percuffus vulnere carpebatur.
d Nomine Jonadab] quem *Jofeph.* vocat Jonathan. Quidam dicunt hunc fuiffe Nathan. Sed non videtur hoc verum, quia propheta flagitiorum confilium non dediffet.
e Filii regis,] ideft, qui debes regi fuccedere in regno, ratione primogenituræ. *f* Sororem] ex utroque parente.
g Fratris mei] Non dicit fororem meam, ne audiens nomen, abhorret amorem ejus.
h Languorem] ideft alium, quam illum, quem habebat ex amore. *h* Soror mea,] hic fororem fuam dicit, ut fub nomine fororis appetitum illiciti amoris regeret. Secundum quod dicit Poeta:

Ovid. in epiftolis.

Cognato poterit nomine culpa tegi.

i Ægrotare cœpit,] ideft ægrotare corporaliter fe fimulavit.
k In oculis meis] quafi dicat, non in domo, fed hic.
l Sorbitiunculas,] *Gloss.* Sorbitiuncula eft, quod ad forbendum aptum eft. *m* In oculis ejus] ideft coram ipfo.
n Coxit forbitiunculas:] fecundum *Jofeph.* collyridas frixas. *o* Effudit,] ideft, in vafe pofuit.
p In conclavi,] ideft in fecreto, qui locus aptus eft fceleri. Juxta illud *Joan.* 3. Qui male agit, odit lucem. *q* Soror mea.] Sororem vocat, ne facinus perpenderet. Sed ipfa cognita nequitia ejus, vocat eum fratrem, ut fic revocaret eum a fcelere. *r* Neque enim hoc fas eft in Ifrael,] fcil. opprimere

stultitiam hanc. Ego enim *a* ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi unus de insipientibus in Israel. Quin potius loquere ad regem, & non *b* negabit me tibi. Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam, & cubavit cum ea. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita ut majus esset odium quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat. Dixitque *c* ei Amnon: Surge, & vade. Quæ respondit ei: Majus est hoc malum, quod nunc agis adversum me, quam quod *d* ante fecisti, expellens me. Et noluit *e* audire eam, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit: Ejice hanc a me foras, & *f* claude ostium post eam, quæ induta erat *g* talari tunica. Hujuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus utebantur. Ejecit itaque eam minister illius foras, clausitque fores post eam. Quæ aspergens cinerem *h* capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, & clamans. Dixit autem ei Absalon frater suus: *i* Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? Sed nunc soror *k* tace, frater tuus est, neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalon fratris sui. Cum autem audisset Rex David verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filii sui; quoniam diligebat eum, quia *l* primogenitus erat ei. Porro non est *m* locutus Absalon ad Amnon, nec malum, nec bonum. Oderat enim Absalon Amnon, eo quod violasset Thamar sororem suam. Factum est autem post tempus biennii, ut tonderentur oves Absalon in *n* Baalasor, quæ est juxta Ephraim. Et *o* vocavit Absalon omnes filios Regis, venitque ad Regem, & ait ad eum: Ecce tondentur oves *p* servi tui, veniat oro Rex cum servis suis ad servum suum. Dixitque Rex ad Absalon: Noli, fili mi, noli rogare, ut veniamus omnes, & gravemus te. Cum autem cogeret eum, & *q* noluisset ire, *r* benedixit ei. Et ait Absalon: Si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater *s* meus. Dixitque ad eum: Non est necesse, ut vadat tecum. Coegit itaque eum Absalon, *t* & dimisit cum *u* eo Amnon, & universos filios regis. Feceratque Absalon convivium quasi *x* convivium regis. Præceperat autem Absalon pueris suis, dicens: Observate, cum *y* temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis: percutite eum, & interficite, nolite timere: *z* Ego enim sum, qui præcipio vobis: Roboramini, & estote viri fortes. *a* Fecerunt ergo pueri Absalon adversum Amnon, sicut præceperat illis Absalon. Surgentesque omnes filii regis, ascenderunt singuli *b* mulas suas, & *c* fugerunt. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens: Percussit Absalon omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem unus. Surrexit itaque rex David, *d* & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram, & omnes servi ipsius, qui assistebant ei, *e* sciderunt vestimenta sua. Respondens autem *f* Jonadab filius Semmaa fratris David, dixit: Ne æstimet dominus meus Rex, quod omnes pueri filii Regis occisi sint, Amnon solus mortuus est, quoniam in odio Absalon erat positus, ex die, qua oppressit Thamar sororem ejus. Nunc ergo ne ponat dominus meus Rex super cor suum *g* verbum istud, dicens: omnes filii Regis occisi sunt, quoniam Amnon solus mortuus est. Fugit autem

virginem, imo punitur, qui hoc facit, quinquaginta siclis, & debet puellam uxorem accipere, si puella vult, secundum legem *Deut.* 22. ubi dicitur: Si invenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad judicium venerit, dabit qui dormivit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam uxorem, quia humiliavit eam, nec poterit dimittere illam cunctis diebus vitæ suæ.

a Ferre non potero] idest, occultare.

b Non negabit me tibi,] ad conjugium. Sed videtur mentiri, quia contra legem esset hoc. Unde *Levit.* 18. Turpitudinem sororis tuæ, sive ex patre, sive ex matre, quæ domi est, vel quæ foris genita est, non revelabis. Item *Deut.* 27. Maledictus, qui dormierit cum sorore sua, & filia patris sui; ergo mentita est Thamar. Ad hoc dicunt quidam, quod illa prohibitio legis de sorore ducenda intelligitur de illis, qui sunt ejusdem populi ex utroque parente. Sed hæc scilicet Thamar fuerat de matre gentili, Maacha scilicet, quam David ceperat in prælio, & cæsarie, & unguibus præcisis [secundum quod lex jubet *Deuteron.* 21.] duxerat eam in uxorem, & ita tradunt Thamar, & Amnon, qui fuit de matre Hebræa potuisse conjugi matrimonio, & ita non est mentita Thamar; eodem modo solvitur de Othoniel, qui filiam fratris sui Caleb habuit in uxorem. *Judic.* 1. Vel dixit hoc Thamar, ut subterfugeret manus ejus. Unde *Josephus* dicit: Hoc dicebat Thamar volens ad præsens impetum ejus petulantem declinare.

c Dixitque ei Amnon:] roganti, ut maneret apud eum, & esset ei uxor.

d Quam quod ante fecisti expellens] quia oppressio causam habuit concupiscentiam carnis urgentem: Expulsio vero causam habuit malitiam sævientem. Item secundum legem *Deuteron.* 22. Ex quo defloraverat eam, tenebatur eam accipere in uxorem, ex quo ipsa volebat.

e Audire eam,] idest, exaudire.

f Claude ostium post eam.] Sic quilibet penitens, expulso vitio per confessionem debet claudere fenestras corporis, idest, sensus.

g Talari tunica.] Quam *Josephus* vocat colobium manicatum.

h Capiti suo,] in signum doloris.

i Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum?] Et ipsa nihil respondit pro dolore. Unde ex ipsa taciturnitate perpendit Absalon sic esse.

k Tace, &c.] Quia quanto plus sciretur, tanto major esset confusio.

l Quia primogenitus erat ei, &c.] *lib.* 1. *Reg.* 4. legitur quod Heli ob hoc reprobatus est, quod non corripuit filios suos, cum sciret eos male facere; ergo David peccavit non corripiendo Amnon, cum sciret eum peccasse. Solutio: Omnis correctio debet esse discreta. Unde & tempus, & modus, & persona, quæ corrigi debet, consideranda sunt. Unde aliquando omittenda est correctio, quia non esset utilis, imo forte abundantiori tristitia absorberetur, qui debebat corrigi. Ideo, quia vidit David Amnon pœnitentem super peccato suo, & tristem, ne penitus absorberetur a tristitia, dissimulavit prudenter: Heli vero videbat filios pertinaces in malo, & non corrigebat; ideo peccavit.

m Non est locutus, &c.] ex odio occulto. Et superabundat hic una negatio. Simile *Thren. c.* 3. Ea ore Altissimi non egredientur nec bona, nec mala.

n Baalasor, &c.] una dictio est, nomen loci, vel villæ.

o Vocavit] ad convivium.

p Servi tui, &c.] mei scilicet.

q Et noluisset ire,] David.

r Benedixit ei,] de hoc quod invitaverat eum.

s Frater meus.] Fratrem vocavit, ne perciperetur dolus.

t Et dimisit, &c.] David.

u Cum eo] idest cum Absalon.

x Quasi convivium Regis,] idest, splendidum, & solemne. Simile *lib.* 1. *Reg.* 25. Ecce erat ei convivium in domo sua quasi convivium Regis.

y Temulentus fuerit, &c.] temeto, idest, vinolentus.

z Ego enim sum, qui præcipio vobis,] quasi dicat, ego sum filius Regis, & defendam vos contra iram ejus.

a Fecerunt ergo, &c.] i. facere promiserunt.

b Mulas suas,] Sed unde habebant mulas filii David, quia commistio diversorum animalium prohibita? *Lev.* 19.

c Fugerunt,] timentes sibi.

d Scidit] sicut *Job* 1. audita morte filiorum.

e Sciderunt] more Judæorum. *f* Jonadab] ille, qui dederat Amnon consilium de Thamar, quem non latebat veritas, non quia hoc videtur spiritu prophetico, ut quidam asserunt, qui dicunt ipsum fuisse Nathan, sed ex facto præterito conjiciebat solum Amnon interfectum, propter oppressionem Thamar.

g Verbum] idest, rem hujus verbi.

a Specu-

a Speculator] in Jerusalem.
b Devium] quia viam reliquerant præ timore.
c Servi tui] mei scilicet.
d Ad Tholomai] *Gloss.* Hic fuit pater Maacha matris Absalonis, quam dicunt Hebræi David in prælio cepisse, & cæsarie, & unguibus præcisis, secundum legem *Deuteron.* 21. in uxorem sibi sociasse, & ex ea genuisse Thamar ab Absalon.
e Cessavitque rex David] i. velle persequi, idest, voluntatem persequendi Absalon deposuit, quia consolatus erat super interitu Amnon: Reducens enim ad memoriam Amnon, dicebat, quod bene meruerat interfici. In Hebræo dicitur: Cessavit David exire post Absalon. Et potest esse idem sensus. Sed Hebræi aliter dicunt, scilicet, quod David volebat revocare Absalon, sed putans, quod quotiescumque videret eum, reduceret ad memoriam mortem Amnon, cessavit exire, ut reduceret eum: Et tunc continuatur sequens sic: Cessavit David velle exire ad revocandum Absalon, eo quod consolatus esset, ne iterum revocaretur dolor ejus, & consolatio interrumperetur. Vel sic: Cessavit exire ad renovandum Absalon.
f Eo quod consolatus] quod patet, quia cessavit exire post Absalon. Vel ideo consolatus, quia noverat Amnon flagitiosum, & morte dignum.

Absalon. Et elevavit puer a speculator oculos suos, & aspexit, & ecce populus multus veniebat per iter b devium ex latere montis. Dixit autem Jonadab ad Regem: Ecce filii Regis adsunt: juxta verbum c servi tui sic factum est. Cumque cessasset loqui, apparuerunt & filii Regis: Et intrantes levaverunt vocem suam, & fleverunt. Sed & Rex, & omnes servi ejus fleverunt ploratu magno nimis. Porro Absalon fugiens abiit ad d Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo David filium suum Amnon multis diebus: Absalon autem cum fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis, e cessavitque David rex persequi Absalon, f quod consolatus esset super Amnon interitu,

C A P. X I V.

INTELLIGENS g autem Joab filius Sarviæ, quod cor Regis versum esset h ad Absalon, misit i Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem, dixitque ad eam: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & k ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier plurimo jam tempore lugens mortuum: & ingredieris ad Regem, & loqueris ad eum l sermones hujuscemodi. Posuit autem Joab verba in ore ejus. Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad Regem, cecidit coram eo super terram, & m adoravit, & dixit: n Serva me Rex. Et ait ad eam Rex: Quid causæ habes? Quæ respondit: Heu mulier vidua ego sum: Mortuus est enim vir meus, & o ancillæ tuæ erant duo filii, qui rixati sunt adversum se in agro, nullusque erat, qui eos prohibere posset, & percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam, dicit: Trade eum, qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui, quem interfecit, & p deleamus hæredem, & quærunt extinguere q scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo r nomen, & reliquiæ super terram. Et ait Rex ad mulierem: Vade in domum tuam, & ego f jubebo pro te. Dixitque mulier Thecuitis ad Regem: In t me domine mi Rex, sit iniquitas, & in domum patris mei, Rex autem, & thronus ejus sit innocens. Et ait Rex: Qui contradixerit tibi, u adduc eum ad me, & ultra non addet, ut tangat te. Quæ ait: Recordetur Rex x Domini Dei sui, & non multiplicentur proximi sanguinis y ad ulciscendum, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait: Vivit z Dominus, quia non a cadet de capillis filii tui super terram. Dixit b ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum Regem verbum, & ait; Loquere. Dixitque mulier: Quare cogitasti c istiusmodi

David posuit, & filios in persona Amnon, & Absalon; cognationem vero, quæ consurgit contra filium, in persona aliorum filiorum David.
p Deleamus hæredem,] idest faciamus, ne sit hæres.
q Scintillam meam,] idest, filium meum. Et loquitur metaphorice, quia per illum modicum filium poterat suscitari magna progenies, sicut de modica scintilla egreditur magnus ignis. Unde *Josephus* sic ait: Quærunt extinguere reliquam spem senectutis meæ. *Gloss.* vero, sicut dicit: Reliquias meas a similitudine ignis. *4. Reg. 6.*
r Nomen,] idest, memoria, quia in filio vivit pater. Vel forte nomine patris vocabatur. Vel sic: Ut non sit viro meo nomen, idest aliquis, qui vocetur filius ejus. Simile *Deuter.* 25. Uxor defuncti non nubat alteri; sed accipiat eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, idest, primogenitus dicetur filius defuncti.
f Jubebo] ut habeas pacem. Aliqui dicunt, videbo pro te, idest, providebo tibi, ad idem redit. Sed videtur, quod fuerit transgressor legis, quæ præcipit animam dari pro anima *Exod.* 21. Item *Deuter.* 19. præcipitur, ut si quis ex odio percusserit alium, & occiderit, etiamsi fugerit in aliquam civitatem refugii, tradatur in manu proximi illius, qui occisus est, & moriatur. Solut. Rex in talibus poterat dispensare ex consensu partium, aut seniorum.
t In me Domine, &c.] idest, si putas iniquum esse parcere occisori, mihi imputetur, & domui meæ, tu autem sis innocens. Simile 1. *Reg.* 25. ubi dicit Abigail ad David: In me sit, Domine mi, hæc iniquitas. Vel sic. Si aliqua iniquitas est, quod alter filiorum meorum surrexit in alterum, in me sit, in te autem nulla sit. Et sicut ego sine culpa sum, si alter filiorum meorum interfecit alterum, sic & tu, si Absalon Amnon dignum morte interfecit. Sic legit *Gloss.*
u Adduc eum] idest, affer ad me querimoniam.
x Domini Dei] idest, promissionis hujus in Domino factæ. Tamen *Hieronymus* dicit *in lib. de Hebraicis quæstionibus*: Recordatio hic pro juramento posita est.
y Sanguinis] idest occisi, cujus sanguis effusus est.
z Vivit Dominus,] juramentum est.
a Non cadet de capillis] idest, nec in magno, nec in modico tangetur ab illis.
b Dixit ergo mulier:] Non sufficiebat mulieri illud juramentum, sed volebat illud magis confirmari per iterationem; ideo ita instanter rogat:
c Istiusmodi rem] qualem scilicet ego prædixi, persecutionem filii mei. Unde *Josephus* sic dicit: Dixi ut firma sint mihi dona tua. In simili casu propitius esto tuo filio. Et nota, quod mulier jam secura de promissione regis post juramentum exponit parabolam suam.

E X P O S I T I O
C A P. X I V.

Intelligens g autem] Moraliter. David, Christus; Absalon, peccator; Joab, prælatus; mulier Thecuites, prædicationis gratia; Thecua enim interpretatur buccina, vel tuba. Quid ergo Joab Absalon ad David per mulierem Thecuitem reducere, nisi prælatum per prædicationis gratiam peccatores Christo reconciliare? Sed quia hoc pauci faciunt, conqueritur Dominus per *Ezech. c.* 34. Gregem meum non pascebatis; quod infirmum erat, non consolidastis, &c. Et recte dicitur, quod Joab posuit verba sua in ore mulieris, quia prælatus quicquid in reductione peccatorum perficit, totum gratiæ Dei tribuat. Unde Paulus 1. *Cor.* 15. Abundantius omnibus illis laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum. [Intelligens autem] *Gloss.* quia vidit eum pro Absalon suspirasse. h Ad Absalon,] revocandum.
i Thecuam] de qua fuit Amos propheta, cujus hæc vidua putatur fuisse avia. Ita dicit *Gloss.* Et bene, quia etiam liber Amos sic incipit: verba Amos, qui fuit in pastoralibus Thecuæ,
k Ne ungaris, &c.] idest, ostende te non unctam oleo, idest, neglectam.
l Sermones hujuscemodi,] qui ponuntur infra.
m Adoravit,] dulia, idest inclinavit ei.
n Serva me, &c.] idest, detentionem præbe.
o Ancillæ tuæ] *Gloss.* Ajunt Hebræi hanc mulierem vere duos filios habuisse, & pro hæreditate certasse, & alterum ab altero interemptum, mulier tamen se in persona

modi rem *a* contra populum Dei, & *b* locutus est rex verbum istud, ut peccet, & non reducat ejectum suum? *c* Omnes morimur, & *d* quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur: *e* Nec vult Deus perire animam, sed *f* retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abjectus est. Nunc igitur *g* veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc *h* præsente populo. Et dixit *i* ancilla tua: Loquar ad regem, si *k* quo modo faciat Rex verbum ancillæ suæ. Et *l* audivit Rex verba, ut liberaret ancillam suam de manu omnium qui volebant de hæreditate Dei *m* delere me, & filium meum simul. Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei Regis, *n* sicut sacrificium. *o* Sicut enim Angelus Domini, sic est dominus meus Rex, ut nec benedictione, nec *p* maledictione *q* moveatur. *r* Unde & Dominus Deus tuus est tecum. Et respondens Rex dixit ad mulierem: Ne abscondas a me verbum, quod te interrogo. Dixitque, loquere domine mi Rex. Et ait Rex? *r* Nunquid manus Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutem animæ tuæ domine mi Rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est *s* ex omnibus his, quæ locutus est dominus meus Rex. Servus enim tuus Joab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc, ut *t* verterem figuram sermonis hujus. Servus tuus Joab præcepit istud. Tu autem domine mi Rex, sapiens es, sicut *u* habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia super terram. Et ait Rex ad Joab: Ecce placatus feci verbum tuum: Vade igitur, & revoca *u* puerum Absalon. Cadensque Joab super faciem suam in terram, adoravit, & benedixit Regi. Et dixit Joab: Hodie intellexit servus tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis domine mi Rex. Fecisti enim sermonem servi tui. Surrexit ergo Joab, & abiit in Gessur, & adduxit Absalon in Jerusalem. Dixit autem Rex: *x* Revertatur in domum suam, & faciem meam non *x* videat. Reversus est itaque Absalon in domum suam, & faciem regis *y* non vidit. Porro sicut Absalon vir non erat *z* pulcher in omni Israel, & *a* decorus nimis. A vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo *b* ulla macula. Et quando tondebat capillos, *b* semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries, ponderabat capillos capitis *c* ducentis siclis pondere publico. Nati sunt autem Absalon filii tres, & filia una nomine *d* Thamar elegantis formæ. Mansitque Absalon in Jerusalem duobus annis, & faciem Regis non vidit. Misit itaque ad Joab, ut *e* mitteret eum ad Regem. Qui noluit venire ad eum. Cumque secundo misisset, *f* & ille noluisset venire, dixit *g* servis suis: Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem messem hordei? Ite igitur, & succendite eum igni. *h* Succenderunt ergo servi Absalon segetem igni. Et venientes servi Joab *i* scissis vestibus suis, dixerunt: Succenderunt servi Absalon partem agri igni. Surrexitque Joab, & venit ad Absalon in domum ejus, & dixit: Quare succenderunt servi tui *k* segetem meam igni? Et respondit Absalon ad Joab: Misi ad te obsecrans, ut venires ad me, & mitterem te ad Regem, & *l* diceres ei: Quare veni de Gessur? Melius mihi erat ibi *m* esse. Obsecro ergo, ut videam faciem Regis: quod si memor est *n* iniquitatis meæ, interficiat me. Ingressus itaque Joab ad Regem, nunciavit ei omnia hæc. Vocatusque est Absalon, & intravit ad Regem,

a Contra populum Dei,] *Gloss.* Absalon scilicet, & qui cum eo erant, qui quasi abjecti non reducebantur ad hæreditatem Dei, & poterant coacti in terra aliena servire diis alienis.

b Et locutus, &c.] *Gloss.* Ex hoc aperitur, quod paulo superius dictum est: Cessavit Rex ire post Absalon.

Eccl. 25. *c* Omnes morimur,] Hic vult eum consolari mulier super mortem Amnon, quasi dicat, non est dolendum de morte alicujus, quia omnes moriemur: Et nullus de morte revocatur propter dolorem, vel luctum alicujus. Sic igitur filium a morte revocare non potes ad vitam. Unde melius, quod viventem revoces, quam mortuum vindicando, utrumque perdas. Vel sic: [Omnes morimur,] idest dolore perimus, eo quod Absalon filium tuum non revocas.

D

d Et quasi aquæ dilabimur, &c.] Quia nullus de morte redit ad vitam; sic Absalon filius tuus non revertetur ad vitam, si occidatur; & ideo non est occidendus.

E

e Nec vult Deus] *Gloss.* quasi dicat: Deus revocat peccatores, qui a diabolo captivi tenentur, & tu abjicis, qui eum debes imitari.

f Retracta] idest, abjectum revoca. Vel retractat, scilicet Deus, idest, abjectum revocat. Unde *Luc.* 5. Non veni vocare justos, sed peccatores.

F

g Veni] ego scilicet ad te.

h Præsente populo,] ut non posset postea revocare promissum.

i Ancilla tua:] idest ego.

k Si quo modo] idest, aliquo modo.

l Audivit] idest, exaudivit.

m Delere me,] Modo in prima persona, modo in tertia loquitur mulier de se: Jam dixerat, ut liberaret ancillam suam: modo dicit me. Hoc fit secundum morem Scripturæ, quæ de eodem, modo in tertia, modo in prima persona loquitur.

G

n Sicut sacrificium,] *Gloss* idest, firmum, & acceptum.

o Sicut enim Angelus] idest, sicut Angelus non recedit a veritate, ita Rex nec vituperio, nec laude hominum debet recedere a veritate.

p Nec maledictione] *Gloss.* hominum.

q Moveatur] *Gloss.* a recto.

r Unde, &c.] idest, quia non recedis a recto.

r Nunquid manus] idest, consilium, & operatio, quasi dicat, nunquid omnia dixisti de consilio Joab?

s Ex omnibus] aliquid, quasi dicat, non declinasti a veritate in omnibus his, quæ locutus es, imo sicut dixisti, ita est. Et est modus loquendi vulgaris.

t Ut verterem] *Gloss.* idest, me in persona tui acciperem, & filios meos in persona tuorum.

u Sicut habet sapientiam] cum innocentia, & veritate.

u Puerum] idest, Absalonem: quem vocat puerum, non propter ætatem, sed propter stultitiam.

x Revertatur] Absalon scilicet.

x Non videat.] *Gloss.* ne præsentia ejus mortem Amnon ad memoriam reducens, tristitiam mihi inferat.

y Non vidit,] duobus scilicet annis, & tribus annis jam fuerat in Gessur, & ita quinque annis fuit Absalon, quod non vidit faciem regis.

z Pulcher] quoad corporis lineamenta.

a Decorus] quoad colorem. In duobus enim consistit pulchritudo hominis, ut dicit *August.* in vivido colore, & competenti membrorum ordinatione.

b Ulla macula.] E converso de populo Israelitico dicitur *Isai.* 1. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.

b Semel in anno, &c.] Secundum *Josephum*, tanta erat cæsaries Absalon, quod vix novem diebus tonderi poterat, quam semel in anno tonsam ponderabat.

c Ducentis siclis.] Forte tonsura ejus tanti ponderis erat, vel hoc pretio emebatur a mulieribus, ut inde subornarent crines suos. Hebræi dicunt, quod singulis mensibus tondebatur Absalon, & dicunt semel in anno, idest, statuto tempore, semper scilicet trigesimo die.

c Pondere publico.] Triplex erat pondus, scilicet, pondus sanctuarii, militorum, & civium, quod dicitur publicum.

d Nomine Thamar,] hæc fuit uxor Roboam filii Salomonis, quæ peperit ei Abiam.

e Ut mitteret eum] ut Absalon mitteret Joab ad regem.

f Et ille, &c.] scilicet Joab.

g Dixit] Absalon scilicet.

h Igni,] hoc fecit Absalon confidens de Joab. Sæpe enim invitandi sunt amici ab omni damno temporali.

i Scissis vestibus suis,] in signum doloris.

k Segetem, &c.] vel meam.

l Diceres ei:] ex parte mea, vel in persona mea.

m Ibi esse,] quam hic, & non videre faciem Regis.

n Iniquitatis] scilicet necis Amnon.

a Adoravit

& *a* adoravit super faciem terræ coram eo. Osculatusque est rex Absalon.

C A P. X V.

IGITUR *b* post hæc fecit sibi Absalon currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. Et mane consurgens Absalon stabat juxta introitum *c* portæ in via, & omnem virum, qui habebat negotium, ut veniret ad regis judicium, vocabat Absalon ad se, & dicebat: De qua civitate es tu? Qui respondens ajebat: Ex *d* una Tribu Israel ego sum servus tuus. Respondebatque ei Absalon: Videntur mihi sermones tui *e* boni, & justi, sed non est, qui te audiat constitutus a rege. Dicebatque Absalon: *f* Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & juste judicem? Sed cum accederet ad eum homo, ut salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens *g* osculabatur eum. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad judicium, ut audiretur a rege, & solicitabat corda virorum Israel. *h* Post quatuor autem annos dixit Absalon ad regem David: Vadam, & reddam vota mea, quæ *i* vovi Domino in Hebron. *k* Vovens enim vovit servus tuus cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. Misit autem Absalon *l* exploratores in universas Tribus Israel, dicens: *m* Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalon in Hebron. Porro cum Absalon ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersivit quoque Absalon Achi-

a Adoravit,] idest, inclinavit. Non vult Deus perire animam. *Ezech.* 18. & 33. Nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat, dicit Dominus. Item *Isai.* 52. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Item *Isa.* 30. Erunt aures tuæ audientes vocem post tergum monentis. Tunc enim Dominus post tergum fugientium clamat, cum peccatores ad pœnitentiam revocat. *Cant.* 6. Revertere, revertere, Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te. Quater dicit, revertere, quia a partibus mundi quatuor vocat. Unde *Ezech.* 37. Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reviviscant. Vel sic: Revertere, revertere, mente scilicet, & corpore. Ad Deum: Revertere, revertere, idest, de bonis omissis, & de malis commissis pœnitentiam age. Vel quater dicit, revertere, quia quatuor modis vocat Dominus peccatores, scilicet per beneficia, per flagella, per prædicationem, per inspirationem. Unde *Prov.* 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens: Usquequo parvuli diligitis infantiam? Ecce quatuor vocationes, & tamen nullus audit. Unde ibidem sequitur: Vocavi, & renuistis; extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, & despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Sic reprobi nolunt Domino respondere: Boni vero statim respondent. Unde 1. *Reg.* 3. Vocavit Dominus Samuel. Qui respondens ait: Ecce ego. Item *Job* 14. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Item *Habac.* 2. Contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me, i. qualiter. Primæ enim vocationi respondendum est per gratiarum actionem. Unde 1. *Thess.* 5. In omnibus gratias agite. Secundæ, per patientiam. Unde *Sup.* 2. Contumelia, & tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam illius, & probemus patientiam. Tertiæ, per fidei obedientiam. *Hebr.* 11. Credere oportet accedentem ad Deum. Quartæ, per consensum, & operationem. Quod multi non faciunt, quibus dicit Apostolus 1. *Thess.* 5. Spiritum nolite extinguere.

EXPOSITIO CAP. X V.

IGitur *b* post hæc] De fuga David a facie Absalon agitur in hoc cap. Et dividitur in tres partes. In prima ostenditur, quomodo inclinavit Absalon animos populi per multas blanditias. In secunda de immolatione Absalon in Hebron. In tertia de fuga David a Jerusalem cum domo sua, & amicis. *Gloss.* Duobus annis mansit in Jerusalem, & regem non vidit, tertio introductus est coram rege, quarto fecit sibi currus, & equites. Quo transacto expulit patrem de regno. Nec pro seductione, & interfectione Sacerdotum ejectus est de regno, sed pro adulterio, & homicidio: Nathan cuncta prædicente. *c* Portæ] ubi judicia tractabantur. Jam enim aspirabat ad regnum. Nam Cheleab vel mortuus, vel iners erat. *d* Ex una Tribu] & nominabat illam, & civitatem suam.

e Boni, & justi,] quasi dicat, justa meacausam habes: sed non est, qui juste causam judicet.

f Quis me constituat] Multi adhuc idem cogitant in

corde suo, quanta bona facerem, si essem loco illius, & sæpe cum veniant ad statum illum, deficiunt omnino. Inexperti desiderant, quod experti fugiunt.

g Osculabatur eum.] Osculo adulationis. Est enim triplex osculum. Adulationis, ut hic. Proditionis, *Luc.* 22. Juda osculo filium hominis tradis? Osculum reconciliationis, *Luc.* 15. Pater osculatus est filium revertentem. *Cant.* 1. Osculetur me osculo oris sui.

h Post quatuor autem annos] reversionis in Jerusalem. Nam duobus fuit in Jerusalem, in quibus non vidit regem. Tertio introductus est coram rege. Quarto fecit sibi currus, & equites. Quo transacto, expulit patrem de regno. Aliqui habent, post sex annos, sed idem est, incepta computatione a morte Amnon, quando fugit Absalon ad Tholomai regem Gessur. Ibi enim tribus annis fuit, & duobus in Jerusalem, in quibus non vidit regem: Sexto anno viso rege, fecit sibi currus, & equites, quo transacto, expulit patrem de regno. Alia littera, quam ponit *Hieron.* habet, post quadraginta annos. Quadraginta enim anni fluxerant, ex quo occisi sunt Sacerdotes Nobe, quos occidit Saul, 1. *Reg.* 22. usque tunc. Qui ponuntur hic, ut monstretur divinam ultionem suscitari super David, eo quod Abimelech Sacerdotem fefellit, quando dedit eis panes propositionis, & gladium. 1. *Reg.* 21. Ita dicit *Hieron. in Gloss.* Sed contra *Hieron.* dicit quædam alia *Gloss. sup. eod.* non pro seductione inquit, & interfectione Sacerdotum, ejectus est David de regno, sed pro adulterio, & homicidio, Nathan cuncta prædicente. Præterea, nemo punitur a Deo sine culpa sua, proprie sumpto verbo punitionis, sed David non peccavit in nece Sacerdotum; ergo ob hoc non est punitus a Deo; ergo propter interfectionem Sacerdotum non est ejectus de regno. Quia autem David non peccavit contra Achimelech, patet per hoc, quod Dominus excusat eum *Matt.* 21. Præterea *Joseph.* dicit quatuor annos fuisse post reconciliationem Absalon usque ad persecutionem patris; ergo falsa est littera, quæ dicit post quadraginta annos, &c. Sol. Utrumque verum est, & post quatuor annos, & post quadraginta. Post quatuor scil. a reconciliatione. Post quadraginta vero a Sacerdotum interfectione, & post sex, ut dictum est ab occisione Amnon. Ad aliud dicimus, quod opiniones Sanctorum sunt ad hoc. Quidam volunt, quod ideo David ejectus est a regno, quia fefellit Achimelech, propositiones petendo, & comedendo panes, & de hoc excusat eum Dominus: & quia dixit, quod Saul mittebat eum, & indiscrete locutus est coram Doeg Idumæo pastore Saulis, qui tunc temporis erat in Nobe. Alii volunt, quod propter adulterium, & homicidium ejectus est a regno. Utrumque potest esse verum: Sed principaliter ejectus est propter adulterium, & homicidium: secundario, propter deceptionem Abimelech Sacerdotis. Vel forte *Hier.* loquitur secundum opinionem aliquorum, non secundum assertionem. *i* Quæ vovi] in exilio. *k* Vovens enim] quasi dicat, frequenter, & firmiter vovi, & in hoc mentiebatur Absalon. *l* Exploratores] i. cursores. *m* Statim, &c.] Simile *Dan.* 3. Vobis dicitur populis, & Tribubus, & linguis, in hora, qua audieritis sonitum tubæ, & buccinæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterii, & symphoniæ, & universi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream. Idem significatur per Absalon, & auream statuam, scilicet diabolus, quem cadentes adorant, quicumque amplectuntur

tophel Gilonitem consiliarium David de civitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas, *a* facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalon. Venit igitur nuncius ad David, dicens: Toto corde universus Israel sequitur Absalon. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Jerusalem: Surgite, & fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalon: Festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & *b* impleat super nos ruinam, & percutiat civitatem in *c* ore gladii. Dixeruntque servi regis ad eum: Omnia quæcumque præceperit Dominus noster Rex, libenter exequemur servi tui. Egressus est ergo Rex, & universa domus ejus pedibus suis. Et dereliquit Rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Egressusque Rex, & omnis Israel pedibus suis stetit procul a domo, & universi servi ejus ambulabant juxta eum, & *d* legiones Cerethi, & Phelethi, & omnes *e* Gethæi *f* pugnatores validi, *g* sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth, præcedebant Regem. Dixit autem *h* Rex *i* ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscum? Revertere, & habita *k* cum rege, quia peregrinus es, & egressus de loco tuo. *l* Heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi. Ego autem vadam, quo iturus sum: Revertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem, quia ostendisti gratiam, & fidem. Et respondit Ethai *m* regi, dicens: Vivit Dominus, & vivit dominus meus rex, quoniam in quocumque loco fueris, domine mi rex, *n* sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. Et ait David Ethai: Veni, & *o* transi. Et transivit Ethai Gethæus, & Rex, & omnes viri, qui cum eo erant, & reliqua multitudo, omnesque flebant voce magna, & universus populus transibat. *p* Rex quoque transgrediebatur torrentem *q* Cedron, & *r* cunctus populus incedebat *s* contra viam olivæ, *t* quæ respicit ad desertum. Venit autem Sadoc, & universi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & *u* deposuerunt arcam Dei. Et *x* ascendit Abiathar, donec *y* expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de civitate: Et

seculi vanitatem, quę significatur per universa genera musicorum. Absalon per convivium, & simulative se regem constituit, & populum avertit a David. Sic diabolus hodie in festis, & conviviis multos a Christo avertit, & subjicit sibi quasi regi. Unde de talibus dicitur *in Epistola Judæ*. Hi sunt, qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes. Hi sunt in epulis suis maculæ, convivantes, sine timore semetipsos pascentes. Hi sunt ut *ibidem* dicitur, impii Dei gratiam transferentes in luxuriam. Et qui sunt, qui hoc faciunt, nisi clerici, qui de patrimonio Christi luxuriose viventes, gratiam in luxuriam convertunt? Qui quanto liberiores, tanto liberius peccant. Quibus dicit Apostolus *Galat.* 5. Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem detis in occasionem carnis. Item 1. *Petr.* 2. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicuti servi Dei.

21 q.5. cap. quis enim.

d Legiones Cerethi, & Phelethi,] idest, interficientes, & vivificantes. Tales enim ambulabant juxta David, idest, Christum, qui scilicet seipsos mortificant in carne, ut alios vivificent in spiritu. Sic enim fecit Christus, seipsum tradidit morti, ut nos a morte liberaret.

e Gethæi] Item omnes Gethæi ambulabant cum David, idest, religiosi cum Christo. Geth enim interpretatur torcular, & significat claustrum, ubi religiosi sub pręlio regularis observantię eliquantur in vinum optimum, quod lætificat Deum, & dominum: Et dicuntur sexcenti, ut sex ad perfectionem, centum ad custodiam quinque sensuum referantur. Debent enim perfecti esse in custodia sensuum, ut vana non videant, mala non audiant, dulcia non gustent, suavia non olfaciant, mollia non palpent.

f Pugnatores validi,] contra dæmones per orationem, contra mundum per paupertatis amorem, contra carnem per abstinentiam, & laborem.

a Facta est conjuratio] cum Absalon.

b Et impleat, &c.] idest plenam faciat ruinam.

c In ore gladii,] idest in devoratione gladii.

g Seacenti viri,] *Josephus* dicit istos sexcentos fuisse illos, qui astiterunt in persecutione Saulis, vel potuit esse, quod hi, & illi cum eo essent.

h Rex] David scilicet.

i Ad Ethai Gethæum:] Iste fuit Achis filius regis Geth, cum quo David peregrinatus est, ut dicunt.

k Cum rege] scilicet, Absalone, quem fecerunt sibi regem.

l Heri] idest nuper, finitum pro infinito.

m Regi,] David scilicet.

n Sive in morte, &c.] Simile *Ruth.* 1. ubi dicit Ruth ad Noemi: Quocumque perrexeris, pergam; ubi morata fueris, ibi pariter commorabor; quæ te terra suscepetit morientem, in ea moriar. Et Petrus *Matth.* 26. Si oportuerit me mori tecum, te non negabo. Et Thomas *Joan.* 11. Eamus, & moriamur cum eo. *Rom.* 8. Neque mors, neque vita separabit nos a charitate, quæ est in Christo Jesu.

o Et transi,] mecum, populus, qui erat cum eo.

q Cedron,] ubi captus fuit Dominus, *Joan.* 18.

s Contra viam olivæ,] Quidam libri non habent olivæ, sed correcti habent.

u Deposuerunt arcam] *Gloss.* Ut ab Abiathar sacerdote consuleretur Deus, quo ire deberet David.

x Ascendit Abiathar,] *Gloss.* ad orationem, ut ab omnibus videri posset.

y Expletus esset omnis populus,] idest, transisset.

Sermo de passione Christi.

Moraliter. *p* Rex transgrediebatur torrentem Cedron,] Sic enim incipit Passio in Evangelio Joannis: Egressus est Jesus trans torrentem Cedron. Torrens est passio Christi. Torrens enim est fortis, & Passio Christi fortis fuit. Unde *Thren.* 1. O vos omnes, qui transitis per viam, &c. Transitores rogat attendere Dominus passionis dolorem, non mansionarios. Unde *Job* 21. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis. Item torrens in transitu deficit, & passio Christi cito transivit. Unde *Psalm.* 109. De torrente in via bibet, &c. Item torrens sordes omnes abluit, & Christi passio omnia peccata mundi lavit, quantum in se fuit. Unde *Apocal.* 1. Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Dicitur autem torrens Cedron, idest, cedrorum. Cedri sunt viri justi, juxta illud: Justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: In torrente isto plantati, idest, in passione Christi per fidem, & amorem radicati. *Rom.* 6. Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis ejus erimus. Transgressus est igitur David torrentem Cedron, quia passio Christi passiones omnium Sanctorum superavit. Unde *Thren.* 3 Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, &c. *r* Cunctus populus incedebat contra viam olivæ,] Via olivæ pœnitentia est. Per pœnitentiam enim venitur ad misericordiam. Per hanc viam debent incedere, qui volunt sequi David, idest Christum. De qua dicitur *Isa.* 30. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Ad dexteram ambulare in via pœnitentiæ, est pœnitentiam relaxare. Ad sinistram vero, nimis se affligere. Oliva radicem habet amaram, sed tamen ex ea provenit oleum. Unde *Hier. super Marcum* dicit: Oleum de amaritudine radicis surgit in pabulum luminis, in medicinam vulneris, in refectionem esurientis. Oliva exterius in cortice amaritudinem habet, sed intus in fructu habet dulcedinem. Sic pœnitentia amara est, sed fructus ejus dulcis. Unde Apost. ad *Hebr.* 12. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. In hac via olivæ semper debent esse Christiani in hebdomada Dominicæ passionis, quia ex illa lux æterna acquiritur, anima satiatur, peccatorum vulnus curatur.

Ruth 1.

Psal. 91.

t Quæ respicit ad desertum,] idest, ad cœlum, quod Lucifer cum angelis suis deseruit. Unde desertum appellatur *Luc.* 15. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne nonagintanovem relinquit in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat? Homo iste Christus, qui dimisit novem ordines in cœlo, & venit in terram quærere hominem, qui perierat.

a Reporta

dixit rex ad Sadoc: *a* Reporta arcam Dei in urbem: Si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & oſtendet mihi eam, & tabernaculum ſuum: Si autem dixerit mihi: Non *b* places: præſto ſum, *c* faciat, quod bonum eſt coram ſe. Et dixit *d* rex ad Sadoc Sacerdotem: O *e* videns revertere in civitatem in pace, & Achimaas filius tuus, & Jonathas filius Abiathar, duo filii veſtri ſint *f* vobiſcum. Ecce ego abſcondar in campeſtribus deſerti, donec veniat ſermo a vobis *g* indicans mihi. Reportaverunt ergo Sadoc, & Abiathar arcam Dei in Jeruſalem, & manſerunt ibi. Porro David aſcendebat clivum Olivarum, ſcandens, & flens, *h* operto capite, & nudis pedibus incedens. Sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite aſcendebat plorans. *i* Nunciatum eſt autem David, quod Achitophel eſſet in conjuratione cum Abſalon. Dixitque David: *k* Infatua quæſo, Domine, conſilium Achitophel, Cumque aſcenderet David ſummitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum: ecce occurrit ei *l* Chuſai Arachites ſciſſa veſte, & terra pleno capite. Et dixit ei David: Si veneris mecum, *m* eris mihi oneri, ſin autem in civitatem revertaris, & dixeris Abſalon; ſervus tuus ſum rex, patere me vivere, ſicut fui ſervus patris tui, ſic *n* ero ſervus tuus, diſſipabis conſilium Achitophel. Habes autem tecum Sadoc, & Abiathar Sacerdotes, & omne verbum quodcumque audieris de *o* domo regis, *p* indicabis Sadoc, & Abiathar Sacerdotibus: Sunt autem cum eis duo alii eorum, Achimaas filius Sadoc, & Jonathas filius Abiathar, & mittetis per eos ad me omne verbum, quod audieritis. Veniente ergo Chuſai amico David in civitatem: Abſalon quoque ingreſſus eſt Jeruſalem, & Achitophel cum eo,

C A P. XVI.

CUMQUE *q* David tranſiſſet paululum montis verticem, apparuit ei Siba puer Miphiboſeth in occurſum ejus cum duobus aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uvæ paſſæ, & ſeptem maſſis *r* palatharum, & duobus utribus vini. Et dixit rex Sibæ: Quid ſibi volunt hæc? Reſponditque Siba: *ſ* Domine mi rex, aſini, domeſticis regis ut ſedeant: & panes, & *t* palathæ ad veſcendum pueris ejus: vinum autem ut bibat ſi quis *u* defecerit in deſerto. Et ait rex: Ubi *x* eſt filius domini tui? Reſponditque Siba regi: Remanſit in Jeruſalem *y* dicens: Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum patris *z* mei. Et ait rex Sibæ: *a* Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth. Dixitque Siba: Oro, ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex. Venit ergo rex David uſque *b* Bahurim: Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul nomine *c* Semei *d* filius Gera, præcedebatque egrediens, & *e* maledicebat, mittebatque lapides contra David, & contra univerſos ſervos regis David. Omnis autem populus, & univerſi bellatores a dextro, & a ſiniſtro latere regis incedebant. Ita autem loquebatur Semei, cum malediceret regi: Egredere, egredere, vir ſanguinum, & vir Belial: Reddidit tibi Dominus *f* univerſum ſanguinem domus Saul, quoniam invaſiſti regnum pro *g* eo, & dedit Dominus regnum in manu Abſalon filii tui, & ecce premunt te mala tua, quoniam vir ſanguinum es. Dixit autem Abiſai filius *h* Sarviæ regi: Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? Vadam, & amputabo caput ejus. Et ait rex: *i* Quid mihi, & vobis eſt filii Sarviæ? *k* Dimitte eum ut maledicat: Dominus enim *l* præcepit ei, ut malediceret David. Et quis eſt, qui audeat dicere, *m* quare ſic fecerit? Et ait rex Abiſai, & univerſis

a Reporta arcam] ſic forte reſponſum eſt ei.
b Non places:] ut ſcilicet regnes.
c Faciat, quod bonum eſt coram ſe.] Simile *Job* 1. Sicut Domino placuit.
d Et dixit Rex] *Gloſſ.* quia reſponſum datum

F

non eſt.
e O videns] 1. *Reg.* 9. ubi eſt videns. *Gloſſ.* dicit hic, id eſt Propheta, qui ſcilicet conſulto Deo, populo prædicebat futura.
f Sint vobiſcum,] id eſt, in tali loco, ubi ſciatis eos.
g Indicans mihi.] *Gloſſ.* quid agam.
h Operto capite,] ne videretur flere. Non enim decent principem lacrymæ: & ne ſui deſolarentur in fletu ejus.

G

i Nunciatum eſt] ad cumulum doloris.
k Infatua] ut non credatur.
l Chuſai] amicus David, & ſignificat diſcipulos Domini.
m Eris mihi oneri,] quia neſciebat pugnare.
n Sic ero ſervus tuus,] in bonis obediens.
o In domo regis,] ſcilicet Abſalon.
p Indicabis, &c.] ſed nonne hoc erat proditio?

A

Non, quia fiebat conſilio Spiritus ſancti. Præterea impedire malum in nullius præjudicium, non eſt proditio.

E X P O S I T I O C A P. XVI.

CUmque *q* David] In prima parte hu-

B

jus cap. agitur de Siba, qui occurrens David fugienti, accuſavit falſo erga eum Miphiboſeth, propter quod dedit eidem David omnia quæ erant Miphiboſeth. In ſecunda parte agitur de Semei, qui maledixit David, & de patientia David.
r Palatharum,] id eſt ficorum. Palathas appellat, eo quod per maſſas premerentur inter duas tabu-

C

las, quas palas dicunt, a quibus palathæ vocantur, ita refert *Gloſſ.*
ſ Domine mi rex,] Sic ordina litteram: Aſini ſunt ad hoc, ut domeſtici regis, id eſt filii regis ſedeant ſuper eos. Sed hodie ſedent ſuper magnos equos domeſtici Chriſti, qui ſuper aſinam, & pullum aſinæ tantum legitur ſemel ſediſſe, & in illa hebdomada mortem incurrit. Quid ergo facient, qui in multitudine equorum gaudent, cum Dominus etiam prohibuerit multiplicari equos. *Deut.* 17.

Inf. 17. *Matth.* 21.

t Et palathæ] ſunt.
u Defecerit in] ſiti.
x Filius domini] ſcilicet Miphiboſeth.
y Dicens:] mentiendo.
z Patris mei,] id eſt, Saulis.

a Tua ſint omnia,] ſi ita eſt, ut dicis; aliter judicium præcipitaſſet, quod concedunt aliqui, quia non cognita veritate, abſentem non vocatum condemnavit.
b Bahurim:] proprium nomen loci.
c Semei] Hebræi dicunt, quod iſte Semei fuit Nabath, pater Jeroboam, qui regnavit poſt Salomonem ſuper decem Tribus.
d Filius Gera,] tamen *in hiſtoriis* dicitur Semei filius Cis. Binomius enim erat pater Semei. Sed videtur, quod male dicatur hic Semei de cognatione Saulis, quia *infra* 19. dicit ipſe Semei ad David: Primus hodie veni de omni Tribu Joſeph, ſed Saul erat de Tribu Benjamin; ergo Semei non erat de cognatione Saul. Solutio: Semei natione fuit de cognatione Saul, habitatione vero de Tribu Joſeph, quia habitabat in ſorte Ephraim filii Joſeph. Vel poteſt dici, ut dicunt Hebræi, quod Semei ex parte matris erat de cognatione Saul, ex parte patris de Tribu Joſeph. Avus enim ejus fuit Jemini de Tribu Ephraim. Unde *infra eodem* vocat eum David filium Jemini.
e Maledicebat,] David ſcilicet.
f Univerſum] id eſt, pœnam pro univerſo ſanguine domus Saul.
g Pro eo,] id eſt, loco ejus.
h Sarviæ] ſororis David.
i Quid mihi,] *Gloſſ.* Solus Abiſai dixerat: Vadam, & amputabo caput ejus, & David Abiſai, & Joab [quia videbat David, quod Joab idem volebat] reſpondit: Quid mihi, & vobis, filii Sarviæ? Nunquid vultis interficere iſtum, ficut interfeciſti Abner? *ſup.* 3.
k Dimitte] *Gloſſ.* in Hebræo non habetur, dimitte, ut maledicat, ſed tantum maledicat.
l Præcepit ei,] permittendo dicit *Gloſſ.* Tamen ſecundum illam opinionem, quæ dicit, quod omnis actio eſt a Deo, dicendum eſt, quod Dominus fuit auctor illius actionis, & præcepit illam fieri. Sed non ſic præcepit illam fieri: voluit ſubſtantiam actionis, ſed non qualitatem, ſive modum actionis, ſed permiſit. Similiter cum dixit: Exi ſpiritus immunde: Actionem, qua exivit, voluit Dominus, ſed non ejus malitiam. Mala enim intentione exibat diabolus, & iratus, & murmurans, & invitus.
m Quare ſic fecerit?] *Gloſſ.* quia juſte omnia fecerit, ſcilicet dominus. Sed *Hieronym. in lib. de Hebraic. quæſt.*

3. Reg. 2. *De conſecr. diſt.* 1. *c.* 1. *Matth.* 5. *Inf.* 19. *Eccleſ.* 10.

dicit quare fecerit, Semei scilicet.

Inf. 10. a De utero] idest, de substantia mea. Et valet talis modus loquendi contra Judæos qui calumniantur illud Ps 109. Ex utero ante Luciferum genui te.
b Quanto magis] quasi dicat, si hoc patior de filio, quare non patiar de alieno, ut maledicat mihi?
c Filius Jemini] idest, Benjamin, vel illius hominis vilis, & rustici.
d Ut maledicat] *Gloss.* promerui enim.
e Afflictionem] idest, sustinentiam afflictionis. Dominus enim non delectatur in pœna, sed in patientia, sive sustinentia pœnæ.
D f Pro maledictione] idest, pro patientia maledictionis. Unde *Gloss. Greg.* Qui verborum contumeliis pressus, virtutem patientiæ servare non potest, vel sufficit, factum David ad memoriam revocet.
g Spargens.] *Gloss.* ut fœdaret eos.
h Gratia] *In Hebr.* dicitur misericordia, quasi dicat, nullius misericordiæ videris, quia dimisisti amicum tuum, in sua scilicet adversitate, quando esses ei necessarius. Et dixit hoc Absalon irrisorie.
A *2. Par. 27.* Unde *Hieron. in lib. de Hebraic. quæst.* dicit: Hæc est misericordia ad amicum tuum, quod non affirmando, sed negando dicit.

servis suis: Ecce filius meus, qui egressus est de a utero meo, quærit animam meam, b quanto magis nunc filius c Jemini maledicet mihi? Dimittite eum, ut d maledicat juxta præceptum Domini, si forte respiciat Dominus e afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro f maledictione hac hodierna. Ambulabat itaque David, & socii ejus per viam cum eo: Semei autem per jugum montis ex latere contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides adversum eum, terramque g spargens. Venit itaque rex David, & universus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. Absalon autem, & omnis populus Israel ingressi sunt Jerusalem, sed & Achitophel cum eo. Cum autem venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalon, locutus est ad eum: Salve rex, salve rex. Ad quem Absalon: Hæc est, inquit, h gratia tua ad amicum tuum: Quare non ivisti cum amico tuo? Responditque Chusai ad Absalon: Nequaquam, quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & universus Israel, & cum eo manebo. Sed ut & hoc inferam: Cui ego serviturus sum? Nonne filio regis? Sicut parui patri tuo, sic parebo & tibi. Dixit autem Absalon ad Achitophel: Inite consilium, quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Absalon: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, ut cum audierit omnis Israel, quod fœdaveris patrem tuum, roborentur manus eorum tecum. Tetenderunt igitur Absalon tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel. Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitophel, & cum esset cum David, & cum esset cum Absalon.

duæ civitates in terminis Judææ.
x Quasi arena] i. multus.
y Irruemus] Se associat eis, ut facilius persuadeat quod intendit.
z Funes,] idest, quaslibet machinas.
a In torrentem] hyperbole est.
b Calculus] parvus lapis.
c Ex ea,] civitate.
d Utile,] Absalon secundum voluntatem ejus, tamen simpliciter malum erat, malum pene scilicet.
e Abiit ancilla,] *Gloss.* quasi pannos lavatura.
f Eis:] idest, Jonathæ, & Achimaas.
g Nuncium:] neutri generis.
h Non enim poterant] i. non audebant ostendere se. i Quidam puer,] *Gloss.* Filius ejusdem ancillæ, ut dicitur. *Joseph* dicit quosdam equites eos vidisse, & nunciasse Absalon, qui misit post eos, ut comprehenderentur.
k Concito gradu] idest veloci.
l In Bahurim,] viculus quidam est.

a In

CAP. XVII.

DIXIT i igitur Achitophel ad Absalon: Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David hac nocte, & irruens super eum (quippe qui lassus est k & solutis manibus) percutiam eum. Cumque l fugerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam Regem m desolatum, & reducam universum populum, n quomodo unus homo reverti solet. o Unum enim virum tu quæris, & omnis populus erit in pace. Placuitque sermo ejus Absalon, & cunctis majoribus natu Israel. Ait autem Absalon: Vocate & Chusai Arachitem, & audiamus quid etiam ipse dicat. Cumque venisset Chusai ad Absalon, ait Absalon ad eum: Hujuscemodi sermonem locutus est Achitophel: Facere debemus, an non? quod das consilium? Et dixit Chusai ad Absalon: Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel hac vice. Et p rursum intulit Chusai: Tu nosti patrem tuum, & viros, qui cum eo sunt, esse fortissimos, & amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in saltu sæviat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo: Forsitan nunc latitat in foveis, aut in uno, quo volueris, loco: Et cum q ceciderit unus r quilibet in s principio t audiet, quicumque audierit, & dicet: Facta est plaga in populo, qui sequebatur Absalon: Et fortissimus quisque cujus cor est quasi leonis, pavore solvetur. Scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes, qui cum eo sunt. Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium: Congregetur ad te universus Israel u a Dan usque Bersabee, quasi x arena maris innumerabilis, & tu eris in medio eorum, & y irruemus super eum in quocumque loco fuit inventus, & operiemus eum sicut cadere solet ros super terram, & non relinquemus de viris, qui cum eo sunt, nec unum quidem. Quod si urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel civitati illi z funes, & trahemus eam in a torrentem, ut non reperiatur, nec b calculus quidem c ex ea. Dixitque Absalon, & omnes viri Israel: Melius est consilium Chusai Arachitæ consilio Achitophel. Domini autem nutu, dissipatum est consilium Achitophel d utile, ut induceret Dominus super Absalon malum, & videretur consilium Chusai bonum coram Absalon. Et ait Chusai Sadoc, & Abiathar Sacerdotibus: Hoc, & hoc modo consilium dedit Achitophel Absalon, & senioribus Israel, & ego tale, & tale dedi consilium. *Sup. 15.* Nunc ergo mittite cito, & nunciate David, dicentes: Ne moreris nocte hac in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredere, ne forte absorbeatur rex, & omnis populus, qui cum eo est. Jonathas autem, & Achimaas stabant juxta fontem Rogel. Abiit e ancilla, & nunciavit f eis: Et illi profecti sunt, ut referrent ad regem David g nuncium: h Non enim poterant videre, aut introire civitatem. Vidit autem eos quidam i puer, & indicavit Absalon. Illi vero concito k gradu ingressi sunt domum cujusdam viri in l Bahurim, qui habebat

EXPOSITIO CAP. XVII.

Dixit i igitur] primo agitur in hoc cap. de consilio Achitophel, secundo de consilio Chusai, amici David facto, reprobato consilio Achitophel: tertio de suspendio Achitophel.
a dict. c. Sicut & necess. B
k Et solutis] præ timore.
l Fugerit] a facie nostra.
m Desolatum,] propter fugam sociorum.
n Quomodo unus] idest, concorditer, & faciliter.
C o Unum enim virum] scilicet David. Ecce quod dixit Caiphas, *Joan.* 11. Expedit, ut unus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat. Ibi res, hic figura.
p Rursum intulit] idest, ait.
q Ceciderit] ex parte tua.
D r Unus quilibet] sive magnus, sive parvus.
s In principio,] idest, in novitate regni tui.
t Audiet,] hoc aliquis scil. & quicumque, &c. Vel sic. Audiet hoc, scilicet quicumque audierit, idest, auditum habuerit.
u A Dan usque, &c.]

puteum in *a* vestibulo suo, & descenderunt in eum. Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans *b* ptisanas, & sic latuit res. Cumque venissent servi Absalon in domum ad mulierem, dixerunt: Ubi est Achimaas, & Jonathas? Et respondit eis mulier: *c* Transiverunt festinanter gustata paululum aqua. At hi, *d* qui quærebant, *d* cum non *e* invenissent, reversi sunt in Jerusalem: Cumque abiissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nunciaverunt regi David, atque dixerunt: Surgite, & transite cito *e* fluvium, quoniam hujuscemodi dedit consilium contra vos Achitophel. Surrexit ergo David, & omnis populus, qui cum eo erat, & transierunt Jordanem, *f* donec dilucesceret, antequam *g* denudaretur verbum, & *h* nec unus quidem residuus fuit, qui non transisset fluvium. Porro Achitophel videns, quod non fuisset factum consilium suum, stravit asinum suum, & surrexit, & abiit in domum suam, & in civitatem suam, & disposita domo sua, *i* suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. David autem venit in *k* castra, & Absalon transivit Jordanem, ipse, & omnes viri ejus cum eo. Amasam vero constituit Absalon pro Joab super exercitum. Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Jetra de Jezraeli, *l* qui ingressus est ad Abigail filiam *m* Naas sororem Sarviæ, quæ fuit mater Joab. Et castrametatus est Israel cum Absalon in terra Galaad. Cumque *m* venisset David in castra, *n* Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, & Machir filius Ammiel de Lodabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei *o* stratoria, & *p* tapetia, & *q* vasa fictilia; *r* frumentum, & *s* hordeum, & *t* farinam, & *u* polentam, & *x* fabam, & lentem, & frixum *y* cicer, & *z* mel, & *a* butyrum, *b* oves, & *c* pingues vitulos, dederuntque David, & populo, qui cum eo erat ad vescendum. *d* Suspicati enim sunt populum fame, & siti fatigari in deserto.

a In vestibulo suo,] idest in curia sua. *b* Ptisanas,] *Gloss.* hordeum siccatum, pilo tusum, decorticatum, inde fit cibus aptus carenti dentibus: Hoc est ptisana. Sed nota, quod pilum est ille malleus, sive illud instrumentum, quo teritur hordeum. Pila vero est vas in quo teritur. Unde *Prov.* 27. Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas, feriente desuper pilo non auferetur ab eo stultitia ejus. *c* Transierunt, &c] Simile respondit Rachab *Josue* 2. de duobus exploratoribus. *d* At cum hi, &c.] idest nuncii Absalon. *d* Eum] *Gloss.* Vel eos. *e* Invenissent,] *Gloss.* reperissent. *e* Fluvium,] scilicet Jordanem. *f* Donec dilucesceret,] idest, priusquam dies esset. *g* Denudaretur] idest manifestaretur. *h* Et nec unus] de sociis David. *i* Suspendio interiit,] Nec fecit hoc ex indignatione tantum, sed ex magnanimitate. Unde *Josephus* dicit: Sciens Achitophel David cito post victoriam rediturum in regnum, & melius sibi fore, ut libere, & magnanime abrumperet vitam, quam se David reservaret ad pœnas, contra quem talia consilia Absaloni dedisset. *k* In castra,] *Gloss.* Hebraice, Manaim, ubi scilicet Angeli obviaverunt Jacob. *Gen.* 23. Unde ibi dicitur: Abiit Jacob itinere, quo cœperat, fueruntque ei obviam Angeli, quos cum vidisset: Castra Dei sunt hæc: Et appellavit nomen loci illius Manaim, idest, castra. *l* Qui] scilicet Jezra. *m* Naas] *Gloss.* Qui & Isai dicitur, ut fertur, pater David. Unde nota, quod pater David trinomius fuit, Isai, Jesse, Naas. Hic septem habuit filios, ut dictum est *supra* 1. *Reg.* 16. Septem dico proprios, & veros, & Nathan filium Samaa habuit filium adoptivum, & duas filias, scilicet Sarviam, & Abigail. Sarvia mater fuit Joab, & Abisai, & Asael. Abigail mater fuit Amasæ, quam Abigeam vocat. Et ita Joab, & Amasa consobrini erant. *n* Sobi filius Naas] scilicet regis, cum quo pugnavit Saul. 1. *Reg.* 11. Naas quoque fecit misericordiam cum David. 1. *Reg.* 22. quando scilicet fugiebat a facie Saulis. Interempto vero David Ammon, qui servos ejus decalvaverat. 2. *Reg.* 10. constitutus est ab eodem David in loco fratris iste Sobi. Ita refert *Gloss.* *o* Stratoria,] *Gloss.* lectorum. Unde *Josephus* dicit: Obtulerunt ei stratos lectos. *u* Polentam,] *Gloss.* puram farinam. *x* Fabam, &c.] *Gloss.* genus leguminis. *d* Suspicati sunt, &c. fame,] Et ideo dederunt. *m* Cumque, &c.] David: Christus: Castra David sunt claustra religiosorum. Unde sic dicit *Gregor.* Claustrum intrare, nihil aliud est, quam se ad bellum contra hostes Christi armare. Unde *Ecclesiast.* 2. Fili accedens ad servitutem Dei, &c. De his castris proprie accipitur illud *Cant.* 6. Pulchra es amica mea, suavis, & decora, sicut Jerusalem; terribilis, ut castrorum acies ordinata. Pulchra fide, amica charitate, suavis mansuetudine, decora contemplatione. Unde sequitur: Sicut Jerusalem terribilis, tribulationum perpessione. Ordinata dicit, quia tres sunt ordines in claustris habitantium, secundum statum suum, David, idest, Christo ibi munera offerentium. Bochri scilicet, & Machir, & Berzellai; Bochri interpretatur primogenitus meus, vel dilectus mihi, & significat novitios, sive incipientes. Unde recte Bochri filius Naas, qui interpretatur serpens, quia novitii sunt filii Christi, qui est verus serpens: Ad cujus aspectum filii Israel sanantur, sicut legitur *Num.* 21. ubi dicitur: Fecit Moyses æneum serpentem, & posuit pro signo, quem percussi aspicientes sanabantur. Sed pro signo, cui contradicetur. Hoc est signum, de quo dicitur *Matth.* 12. Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens ait: Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Jonæ prophetæ. Item est de Rabbath filiorum Ammon. Rabbath interpretatur multitudo, vel multitudines: Et significat mundum, in quo habitant filii Ammon, idest, populus mœroris, idest, peccatores, secundum quod dicit *Psalm.* 72. Ecce peccatores, & abundantes in sæculo, &c. De Rabbath ergo est Bochri, quia de mundo sunt adhuc quodammodo novitii. Machir interpretatur venundavit, sive restituet, seu videns, aut de infirmitate. Et significat proficientes, seu officiales, qui vendunt, & restituunt, & vident, quæ deficiant in claustro. Hic est filius Ammiel, qui interpretatur populus meus Deo. Illi enim proprie sunt populus Deo, quorum est infirmitatibus aliorum subvenire. Berzellai interpretatur fortitudo mea, & significat contemplativos: qui etiam recte dicitur de Rogelim, qui interpretatur deorsum ferens, quia tales omnino deorsum sunt, & subditi, nolentes omnino sublimari. Hi offerunt David, idest, Christo stratoria, idest, conscientiæ puritatem. Hoc est primum in religione, scilicet mundare conscientiam. Quia in malevolam animam non introibit sapientia, nec in corpore subdito peccatis, ut dicitur *Sap.* 1. Unde Judas statim victis hostibus mundavit templum, 1. *Mach.* 4.
p Tapetia,] idest virtutum ornamenta. Unde & Judas mundato templo ornavit illud. Unde post emundationem sequitur ibi: Et ornaverunt faciem templi coronis aureis, & scutulis. Templum Christus. *Joan.* 2. Solvite templum hoc, &c. Facies templi fidelis anima, ad imaginem, & similitudinem ejus facta. Unde *Psalm.* 83. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. *q* Vasa fictilia,] corpora munda, & humilia. 2. *Cor.* 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. *r* Frumentum,] charitatem. *Zach.* 6. Quid bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Frumentum dicitur charitas, quia sicut inter grana frumentum melius est, sic inter virtutes charitas major est. 1. *Cor.* 13. Manent tria hæc: Major autem horum est charitas. *s* Hordeum,) utilitatem. *Joel.* 1. Ululaverunt vinitores super frumento, & hordeo, quia periit messis agri. *t* Farinam,) idest carnem sub mola disciplinæ molitam. *Isai.* 47. Tolle molam, & mole farinam. Aqua autem deest molendino, idest doctrina in claustro. Ideo equus cæcus apponitur molendino, idest cæcus Prælatus in claustro, quod significatur *Jud.* 16. in Samsone, quem excæcaverunt Philistæi, & postea molere fecerant.
u Polentam,] idest, puram farinam, ut nihil furfuris sit ibi, idest, impuritatis hypocrisis. *x* Fabam, & lentem,] victus parcitatem, 1. *Tim.* 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus, *Ecclesiast.* 31. Utere quasi homo frugi his, quæ tibi apponuntur, ut non cum manducas multum, odio habearis.
y Cicer frixum,] fidem Trinitatis cum ardore charitatis. Cicer enim triangulam formam habet.
z Mel,] fidem divinitatis.
a Et butyrum,] fidem humanitatis. *Isai.* 7. Butyrum, & mel comedet, &c.
b Oves,] innocentiam vitæ.
c Pingues vitulos,] laudes bonitatis divinæ. *Osea* 14. Accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.

E

G

al. Bochri

Moraliter.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XVIII.

IGitur *a* considerato, &c.] Decimum octavum capitulum est hoc: In quo primo agitur de pugna inter exercitum David, & exercitum Absalon. Secundo de morte Absalon. Tertio de luctu David super morte ejus, scil. Absalon. Igitur considerato David populo suo, &c.]

Moraliter.

CAP. XVIII.

IGITUR *a* considerato David populo suo, constituit super eos *b* tribunos, & centuriones, & *d* dedit populi tertiam partem sub manu Joab, & tertiam sub manu Abisai filii Sarviæ fratris Joab, & tertiam sub *e* manu Ethai, qui erat de Geth. Dixitque rex ad populum: Egrediar & ego vobiscum. Et respondit populus: Non *f* exibis. Sive enim fugerimus non magnopere ad eos de nobis pertinebit, sive media pars ceciderit e nobis, non satis curabunt, quia *g* tu unus pro decem millibus computaris. Melius est igitur, ut sis nobis in urbe *h* præsidio. Ad quos rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc *i* faciam. Stetit ergo rex juxta portam; k Egrediebaturque populus per turmas suas *l* centeni, & milleni. Et præcepit rex Joab, & Abisai, & Ethai, dicens; Servate mihi *m* puerum Absalon. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro *n* Absalon. Itaque egressus est populus in campum *o* contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu David; factaque est plaga magna in die illa viginti millium. Fuit ibi autem prælium dispersum super faciem omnis terræ: & *p* multo plures erant, *q* quos saltus consumpserat de populo, quam hi, quos voraverat gladius in die illo. Accidit autem, ut occurreret Absalon servis David, sedens mulo. Cumque *r* ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, *f* adhæsit caput ejus quercui, & illo suspenso inter cœlum, & terram, mulus, cui insederat, pertransivit: Vidit *t* autem hoc quispiam, & nunciavit Joab, dicens: Vidi Absalon pendere de quercu. Et ait Joab viro, qui nunciaverat ei: Si *u* vidisti, quare non confodisti eum cum terra? Et *x* ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum balteum. Qui dixit

David interpretatur manu fortis, vel aspectu desiderabilis, & significat quemlibet justum, fortem in opere, & aspectu desiderabilem in virtute. **A** Populus David est congeries operum. *Psal.* 34. In populo gravi laudabo te. Super hunc populum debet David constituere tribunos, & centuriones, idest, fidem Trinitatis, & continentiam corporalem. *Infr. 21.* **B** Fides intus mundat mentem *Actorum* 15. Fide purificans corda eorum. Continentia exterius mundat corpus, quæ multum placet Deo. Unde 1. *Thessal.* 4. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, &c. Tribunus ergo propter ternarium trinitatis ad fidem refertur. **C** Centurio propter custodiam quinque sensuum, ad continentiam corporalem.

d Et dedit, &c.] Hic significantur tria opera pœnitentium, scilicet eleemosyna, jejunium, & oratio. Joab interpretatur paternitas, vel inimicitiæ: Et significat pietatem, quæ etiam se ad inimicos extendit. *Matth.* 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: Dare ergo tertiam partem populi sub manu Joab, est se, & alios, ad eleemosynam invitare. *Dan.* 4. Redime peccata tua eleemosyna. *Tobiæ* 4. Quomodo potueris, ita esto misericors; si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude: Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat. *Ecclesiast.* 3. Eleemosyna resistit peccatis. *Lucæ* 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Abisai interpretatur patris mei rugitus, sive patris mei incensum: Et significat orationem. Unde *Psalm.* 140. Dirigatur oratio mea, Domine, sicut incensum in conspectu tuo. Joab, & Abisai fuerunt fratres, quia eleemosyna, & oratio tanta germanitate conjuncta sunt, ut neutrum sine altero sufficiat peccatori ad sui reconciliationem: Oratio enim Deo, eleemosyna proximo reconciliat. Sub manu ergo Abisai tertiam partem populi committere, est tempore, & locu orationi instare. Ethai interpretatur protectio mea: Et significat jejunium, quod propriam substantiam proprie protegit, & custodit. Sub manu ergo Ethai dare tertiam partem populi, est corpus suum jejuniis, disciplinis, & vigiliis castigare. Totus populus his tribus committitur, quia omnia pœnitentium sunt, aut ad Deum per orationem, aut ad proximum per eleemosynarum largitionem, aut ad seipsum per jejunii affectionem. Pugnat ergo David contra Absalon, idest, vir justus contra diabolum, qui impugnat tripliciter, superbia, avaritia, luxuria. Hæ sunt tres turmæ, quas fecerunt Chaldæi contra Job 1. Primum, idest, superbiam, vincit Abisai. Secundum, i. avaritiam, vincit Joab. Tertium, idest, luxuriam, vincit Ethai.

b Tribunos,] Tribunus est, qui præest Tribui: Centurio qui præest centum.

c Sub manu Ethai] *Gloss.* Iste filius illius Achis putatur, cum quo David amicitias habuit, 1. *Reg.* 27.

f Non exibis,] ne forte moriaris in bello, & remaneat populus tuus sicut oves errantes sine pastore.

g Quia tu unus, &c.] quasi dicat, te solum quærunt, non alios curant sicut *supra Regum* 31. Totum pondus prælii versum est in Saul. Similiter *tertio Regum vigesimo secundo* sic dicunt illi de Ramoth Galaad: Non pugnabitis contra aliquem, nisi contra regem Israel.

h Præsidio,] idest, in refugium.

i Hoc faciam.] Sic Prælatus debet acquiescere consilio subditorum, quando utile est.

k Egrediebatur] ad bellum.

l Centeni, & milleni,] idest, circiter septem millia.

m Puerum] *Gloss.* non ætate carnis, sed parvitate sensus. 1. *Corinthiorum* 14. Nolite fieri parvuli sensibus, sed malitia parvuli estote.

n Pro Absalon,] reservando. *47. dist. ci sicut in, & sancesse.*

o Contra Israel,] idest, contra exercitum Absalon.

p Multo plures] Simile *Josue* 10. ubi dicitur: Mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserat, filii Israel.

q Quos saltus] *Gloss.* Bestiæ scilicet, quæ in saltu erant, vel ipsæ saltus asperitates.

f Adhæsit] capillis interceptis *Moraliter*

* *r* Cumque ingressus fuisset, &c.] Absalon peccator est, mulus sensualitas est. Et recte per mulum significatur sensualitas. Mulus enim sterilis est, & sensualitas sterilis est. Mulus est ex equo, & asina, & sensualitas media est inter spiritum, & carnem. Absalon mulo insidet, cum peccator in sensualitate delectatur. Cæsaries Absalon divitiæ sunt hujus mundi, quercus luxuria. Quercus enim cibus est porcorum, sicut legitur de filio prodigo. *Luc.* 15. quod implebat ventrem de siliquis porcorum. Item quercus est patula, & luxuria nimis patula est, quia multos involvit. Hæc enim est via, de qua dicit Dominus *Matth.* 7. Spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam. Et de hac quercu dicitur *Isai.* 2. Dies Domini super omnes quercus Basan, i. super omnes luxuriosos, qui sunt in mundo. Basan enim interpretatur confusio, & significat mundum. Quercui igitur per cæsariem Absalon pendet, quando peccator fomento divitiarum luxuriæ inhæret. Mulus transit, & ipse remanet suspensus, quia dum peccator in luxuria detinetur, caro paulatim declinat ad mortem. *t* Vidit autem hoc quispiam,] Absalon pendentem quercui videt, & Joab nunciat, qui luxuriæ deditos, ut corrigantur, Prælato denunciat. *u* Si vidisti, quare non confodisti] Ecce conqueritur Prælatus, quia vidit pendentem de quercu, & non confodit, i. quia vidit peccare, & non corripuit. Confodere quidem cum terra pendentem, nihil aliud est, quam duriter increpare luxuriæ inhiantem. Pendentem in quercu confodit Phinees, qui Judæum cum Moabitide coeuntem in genitalibus confodit. *Num.* 15. *x* Et ego dedissem tibi 10. argenti siclos, & unum balteum.] Hæc dantur confodienti Absalon, idest, prædicatori peccata redarguenti. Per decem argenteos designatur operatio, & doctrina sive vita, & lingua: per balteum continentia. Unde *Job* 12. Balteum

* regum

ad Joab: Si *a* appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis. Audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicens: Custodite mihi puerum Absalon. *b* Sed & si fecissem contra *c* animam meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex *d* adverso. Et ait Joab: Non *e* sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te: *f* Tulit ergo Joab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. Cumque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt *g* decem juvenes armigeri Joab, & percutientes *h* interfecerunt eum. Cecinit autem Joab buccina, & retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini. Et tulerunt Absalon, & projecerunt eum in saltu in foveam grandem, & comportaverunt super eum *i* acervum lapidum magnum nimis. Omnis k autem Israel fugiet in tabernacula sua. Porro Absalon erexerat sibi, cum adhuc viveret, *l* titulum, qui est *m* in valle regis. Dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalon usque ad hanc diem. Achimaas autem filius Sadoc ait: Curram, & nunciabo regi, *n* quia judicium fecerit ei Deus de manu inimicorum ejus. Ad quem Joab dixit: Non *o* eris nuncius in hac die, sed nunciabis in alia; hodie nolo te nunciare: Filius enim regis est mortuus. Et *p* ait Joab Chusi: Vade, & nuncia regi, quæ vidisti. Adoravit Chusi Joab, & cucurrit. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Joab: Quid impedit, si etiam ego curram post Chusi? Dixitque ei Joab: Quid vis currere, fili mi? Non eris *q* boni nuncii bajulus. Qui respondit: Quid enim si cucurrero? Et ait ei: Curre. *r* Currens ergo Achimaas per viam compendii, transivit Chusi. David autem sedebat inter duas portas. Speculator vero, qui erat in fastigio portæ super murum elevans oculos vidit hominem currentem solum, & exclamans indicavit regi. Dixitque Rex: Si *s* solus est, bonus est nuncius in ore ejus. Properante autem illo, & accedente propius, vidit speculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitque rex: Et iste bonus est nuncius. Speculator autem, Contemplor, ait, cursum prioris quasi cursum Achimaas filii Sadoc. Et ait rex: Vir bonus est, & nuncium portans bonum venit. Clamans autem Achimaas, dixit ad regem: Salve rex: Et *t* adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui *u* conclusit homines, qui levaverunt manus suas contra dominum meum regem. Et ait rex: Estne pax puero Absalon? Dixitque Achimaas: Vidi tumultum magnum, cum mitteret Joab servus tuus, o rex, me servum tuum, *x* nescio aliud. Ad quem rex, transi ait, & sta hic. Cumque ille transisset, & staret, apparuit Chusi. Et veniens, ait Bonum apporto nuncium, domine mi rex. *y* Judicavit enim pro te Dominus hodie de manu omnium, qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi; Estne pax puero Absalon? Cui respondens Chusi; Fiant inquit *z* sicut puer, inimici domini mei regis, & universi, qui consurgunt adversus eum in malum. Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ, & flevit. Et sic loquebatur *z* vadens: Fili mi Absalon: Absalon fili mi, quis mihi hoc tribuat, ut ego moriar pro te? Absalon fili mi, fili mi Absalon.

CAP XIX.

NUNCIATUM *a* est autem Joab, quod rex fleret, & lugeret filium suum, & versa est victoria in luctum in die illa omni populo. Audivit enim populus in die illa dici: Dolet rex super filio suo: Et declinavit populus in die illa ingredi civitatem, quomodo declinare solet populus versus, & fugiens de prælio. Porro rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: Fili mi Absalon,

---

ceptis ramis. *b* Sed & si fecissem.] Antipophora est. Posset enim dicere Joab, quod hoc veniret ad regem.

D

c Animam] idest conscientiam.

d Ex adverso,] idest mihi adversarius esses.

e Non sicut tu vis,] scilicet fiet, idest, non evadet.

i Super eum acervum] ut duplici morte periret tanquam facinorosus, quippe qui parricidium jam mente fecerat, & ad concubinas patris intraverat.

k Omnis autem Israel] *Gloss.* scilicet, qui cum Absalon rebellis extiterat.

E

l Titulum,] in monimentum sui, & erat nomen tituli, manus Absalon. Hunc titulum putant quidam fuisse arcum triumphalem, qui dicitur fornix, in quo sculpta manus Absalon; sed *Josephus* dicit fuisse statuam marmoream, *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus* dicit, quod Absalon adhuc pendens in quercu petiit inducias, ut erigeret sibi titulum. Putabat enim filios suos sibi succedere in regno, & ideo noluit relinquere nomen, idest, memoriam sui.

Inf. 7.

F

m In valle] quæ duobus stadiis distabat a Jerusalem.

n Quia judicium] idest, vindictam justam.

o Non eris nuncius] Volebat enim minorem nuncium præmittere.

p Et ait Joab Chusi.] *Hieronymus* dicit, quod Chusi non est hic proprium nomen, sed appellativum, & est idem quod Ægyptius. Non enim sustineret Joab tantum virum, ut est Chusi, deferre ad regem tale nuncium. Unde etiam noluit, quod Achimaas deferret.

G

p Boni nuncii,] idest, læti, quia dolebat rex de morte Absalon.

r Currens ergo] *Gloss.* Sic quidam conversione novissimi, fide, & dilectione sunt primi. Unde *Matth.* 20. Erunt primi novissimi, & novissimi primi.

s Si solus, &c.] Sed quare dixit hoc David? Nunquid sortilegus? Non. Sed ideo hoc dixit, quia nuncii sinistrorum solent se expectare invicem, ut mutuo se consolentur, sed nuncii bonorum currunt, & festinant, nullum

A

expectare volentes, quia quilibet vult primus nunciare bona.

t Et adorans] dulia.

u Conclusit] in mortem, vel in fugam.

x Nescio aliud,] imperite mentitur.

y Judicavit] idest, justam ultionem sumpsit.

z Sicut puer, inimici] idest, moriantur, ut ipse.

z Vadens] per solarium.

* regnum dissolvet, & præcinget fune renes eorum. Balteus dissolvitur, quando continentia amittitur. Fune renes præcinguntur, quando peccata luxuriæ puniuntur. Decem argenteos, & balteum dedit Dominus prædicatoribus, *Luc.* 18. quando dixit: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

Moraliter.

a Si appenderes, &c.] Sic respondent multi prædicatores, qui peccata nobilium, & magnorum redarguere nolunt, sed potius palpant, de quibus dicit Dominus *Matth.* 11. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Mollibus quidem vestiri, est vitia palpare, ut dicit *Gregorius in moralib.*

f Tulit ergo, &c.] idest, Prælatus trinam increpationem contra tria vitia, scilicet, superbiam, avaritiam, luxuriam.

g Decem juvenes, &c.] idest, minores prædicatores.

h Interfecerunt eum,] idest, damnum ostenderunt, nisi pœniteat; & in foveam projecerunt, idest, in infernum descensurum, nisi pœniteat, prædixerunt.

i Acervum lapidum super eum comportaverunt] idest, quod sine fine in inferno teneretur, vivis auctoritatibus monstraverunt.

Inf. 19.

EXPOSITIO CAP. XIX.

NUnciatum *a* est autem Joab, &c.] De duobus agitur in hoc capite. Primo de consolatione David super morte Absalon ad verba Joab. Secundo de Semei & Miphiboseth, qui occurrerunt David, & Berzellai, qui conduxit David usque ad Jordanem.

a Ani-

Absalon fili mi. Ingressus ergo Joab ad regem in domum, dixit: Confudisti hodie vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam uxorum tuarum, & *a* animam concubinarum tuarum. Diligis *b* odientes te, & odio *c* habes diligentes te: Et ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, & de servis tuis: & vere cognovi modo, quia si Absalon viveret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur *d* surge, & procede, & alloquens *e* satisfac servis tuis. Juro enim tibi per Dominum, quod si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac, & pejus erit hoc tibi quam omnia mala, quæ venerunt super te ab adolescentia tua usque in præsens. Surrexit ergo rex, & sedit in porta: Et omni populo nunciatum est, quod rex sederet in porta. Venitque *f* universa multitudo coram rege: *g* Israel autem fugit in tabernacula. Omnis quoque *h* populus certabat in cunctis tribulationibus Israel, dicens: *i* Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse salvavit nos de manu Philistinorum, & nunc fugit de terra propter Absalon: Absalon autem, quem unximus super nos, mortuus est in bello, usquequo siletis, & non reducitis regem? Et *k* consilium totius Israel venit *l* ad regem. Rex vero David misit ad Sadoc, & *m* Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad majores natu Juda, dicentes: *n* Cur venitis novissimi ad reducendum regem in *o* domum suam: Sermo autem omnis Israel pervenerat ad regem, ut reducerent eum in domum ejus, quia *p* dixerat rex; Hæc dicetis ad populum Juda: *q* Fratres mei vos, os meum, & *r* caro mea vos: *ſ* Quare novissimi reducitis regem? Et Amasæ *t* dicite nonne os meum, & *u* caro mea es? Hæc *x* faciat mihi Deus, & hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore post *y* Joab. Et inclinavit cor omnium virorum Juda quasi *z* viri unius. Miseruntque ad regem dicentes: Revertere tu, & omnes servi tui. Et reversus est rex, & venit usque ad Jordanem. Et omnis Juda venit usque in *a* Galgala, ut occurreret regi, & traduceret eum Jordanem. Festinavit autem Semei filius Gera filii *b* Jemini de *c* Bahurim, & descendit cum viris Juda in occursum regis David cum mille viris de Benjamin, & Siba *d* puer de domo Saul, & quindecim filii ejus, ac viginti servi erant cum eo, & irrumpentes Jordanem *e* ante regem transierunt vada, ut traducerent domum regis, & facerent juxta jussionem ejus. Semei autem filius Gera prostratus coram rege, cum jam transisset Jordanem dixit ad eum: Ne reputes mihi, domine mi, iniquitatem, neque memineris *f* injuriarum servi tui in die, *g* qua egressus es, domine mi rex, de Jerusalem, neque ponas rex in corde tuo, Agnosco enim servus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo *h* Joseph, descendique in occursum Domini mei regis. Respondens vero Abisai filius Sarviæ dixit: *i* Nunquid pro his verbis non occiderunt Semei, qui maledixit *k* Christo Domini? Et ait David? *l* Quid mihi, & vobis filii Sarviæ? Cur efficimini mihi hodie in *m* Sathan? Ergone hodie interficietur vir in Israel? An *n* ignoras hodie me factum regem super Israel? Et ait rex Semei: Non *o* morieris: Juravitque ei. Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis *p* illotis pedibus, & intonsa barba, vestesque suas non *q* laverat a die, qua egressus fuerat rex usque ad diem reversionis ejus in pace. Cumque Jerusalem occurrisset regi, dixit ei rex: Quare non venisti mecum Miphiboseth? Qui respondens, ait: domine mi rex, *r* servus meus contempsit me. Dixique ei, ego famulus tuus, ut sterneret misi asinum, & ascendens abirem cum rege: Claudus enim sum servus tuus. Insuper & accusavit me servum tuum ad te dominum meum regem: Tu autem, domine mi rex, *ſ* sicut

a Animam concubinarum] quæ omnia tenerrime diligebat David.

b Diligis] idest videris diligere. (Sup. 18.)

c Habes] idest videris habere.

d Nunc igitur surge,] saltem modo ex quo adhuc non fecisti.

e Satisfac] idest, ostende eis faciem hilarem, & sic satisfacies eis.

f Universa multitudo] quæ erat pro parte David.

g Israel autem] qui erat cum Absalon.

h Omnis quoque populus] qui fuerat cum Absalon, hortabatur se mutuo, ut reduceret David, recolens ejus beneficia.

i Rex,] scilicet David.

k Et consilium] idest, voluntas consiliata.

l Ad regem,] scilicet David.

l Rex vero] scilicet David.

C

m Et Abiathar] tales scilicet sacerdotes debent mitti ad pacis reconciliationem faciendam.

n Cur venistis] quasi dicat, videte, ne sitis tardiores ceteris ad reducendum regem.

o In domum suam:] idest, in Jerusalem, ubi erat sedes regni.

p Quia dixerat rex:] istud quia continuatur, ut reduceret eum in domum suam, maxime quia dixerat, &c. quasi dicat, quia rex mandaverat eis.

q Fratres mei vos, &c.] Ideo maxime volebant eum reducere.

D

r Caro mea vos:] hæc dicebat, quia erat de Tribu Juda.

ſ Quare novissimi] quasi dicat, vos debetis esse primi in reducendo regem, quia ipse est de Tribu vestra.

t Dicite] O vos sacerdotes, dicit David.

u Caro mea es?] Hoc dicebat, quia Amasa erat filius Abigail sororis David: Istum Amasam præfecerat Absalon militiæ suæ.

E

x Hæc faciat mihi] Species juramenti est, quasi dicat mihi male accidat, si non fueris magister militiæ.

y Post Joab,] idest, secundus a Joab, quasi dicat, Joab erit primus, & tu secundus. Aliqui libri habent, pro Joab, idest, loco Joab.

z Quasi viri unius,] idest unanimiter, & faciliter.

a In Galgala,] citra Jordanem, ubi Josue circuncidit populum. *Josue* 5.

b Filius Jemini] idest, Benjamin, idest, qui erat de Benjamin. Vel Jemini, idest, cujusdam vilis, & ignobilis hominis.

c De Bahurim,] hoc est, de tali loco.

d Puer] idest, servus. (1. Reg. 1.)

e Ante regem] idest, coram rege, idest, David vidente vaderunt Jordanem, & venerunt ad ipsum, ut traducerent ipsum vado, vel navigio, *Josephus* dicit, quod hi fecerunt pontem super Jordanem, ut facilius transiret rex, & familia ejus.

f Injuriarum] idest, contumeliarum.

g Egressus es,] *supr.* 16.

h Joseph,] non quod esset de Tribu Joseph, quia *supra* 16. dictum est, quod erat de cognatione Saulis, qui erat de Benjamin, sed quia habitabat in sorte Ephraim filii Joseph. (Sup. 16.)

i Nunquid pro his] quasi dicat, nunquid pro his verbis indulgebis ei?

k Christo] idest, regi uncto.

l Quid mihi, & vobis] idem *supra* 16.

m In Sathan?] *Gloss.* idest, in contrarium, idest, cur adversamini mihi?

n An ignoras hodie me factum, &c.] quasi dicat, illos occidam, qui me hodie fecerunt regem? Timebat enim David, si interficeretur Semei, quod reliqui, qui similiter regem offenderant, nollent eum sibi facere regem. (Sup. 16.)

o Non morieris:] idest, a me non interficieris. Salomon enim mortuo David occidit eum, *tertio Regum secundo*.

p Illotis pedibus,] *Gloss.* pro quo *in Hebræo* infectis. Fecerat enim sibi Miphiboseth ligneos pedes *secundum Hebræos*, quibus pro naturalibus utebatur, qui dicuntur infecti, idest imperfecti, quia non erant veri pedes.

q Non laverat] in signum doloris super expulsione David. (Sup. 16.)

r Servus meus] scilicet Siba.

ſ Sicut Angelus] idest, verax, & sapiens. (Sup. 14.)

a Neque

a Neque enim, &c.] quasi dicat ego non merui, quod facias mihi aliquod bonum, sed potius malum.
b Posuisti me] *supr.* 9.
c Vociferari] idest, clamare.
d Fixum] idest, immutabile.

...re fuit, suspirans vocatus est, postquam vero ad doctrinam David transiit, non Chanaam, sed Chamaam vocatus est, idest, fidelis.
r A me impetrabis.] Nunquam fuit ingratus David.
s Populus,] qui erat cum David.

Angelus Dei es, fac, quod placitum est tibi. *a* Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia Domino meo regi, tu autem *b* posuisti servum tuum inter convivas mensæ tuæ. Quid igitur habeo justæ querelæ, aut quid possum ultra *c* vociferari ad regem? ait ei rex: Quid ultra loqueris? *d* Fixum est, quod locutus sum. *e* Tu, & Siba *f* dividite possessiones. Responditque Miphiboseth regi: Etiam cuncta accipiat *g* postquam reversus est dominus meus rex pacifice in domum suam. *h* Berzellai quoque *i* Galaadites, senex valde, descendens *k* de Rogelim traduxit regem Jordanem paratus etiam ultra fluvium prosequi *l* eum. Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, idest, octogenarius, & ipse *m* præbuit alimenta regi cum moraretur in Castris. Fuit quippe vir dives nimis. Dixit itaque rex ad Berzellai: Veni mecum, ut requiescas securus in Jerusalem. Et ait Berzellai ad regem: Quot sunt dies annorum vitæ meæ, ut ascendam cum rege in Jerusalem? Octogenarius sum *o* hodie: Numquid vigent sensus mei ad discernendum suave, aut amarum, aut delectare potest servum tuum cibus, ac potus; vel audire possum ultra vocem cantorum, atque cantatricum? Quare servus tuus sit *n* oneri domino meo regi? Paululum procedam famulus tuus ab Jordane tecum: nec indigeo *o* hac vicissitudine, sed obsecro, ut revertar servus tuus, & *p* moriar in civitate mea, & sepeliar juxta sepulchrum patris mei, & matris meæ. Est autem servus tuus *q* Chanaan, ipse vadat tecum, domine mi rex, & fac ei quidquid bonum tibi videtur. Dixit itaque ei rex: Mecum transeat Chamaan, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne, quod petieris a me, *r* impetrabis. Cumque transisset universus *s* populus, & rex Jordanem, *t* restitit, & osculatus est rex Berzellai, & *u* benedixit ei, & *x* ille reversus est in locum suum. Transivit ergo rex in Galgalam, & Chamaam cum eo. Omnis autem populus Juda traduxerat regem, & media tantum pars affuerat de populo Israel. Itaque omnes viri Israel concurrentes ad regem dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Juda, & traduxerunt regem, & domum ejus Jordanem, omnesque viros David cum eo? Et respondit omnis vir Juda ad viros Israel: Quia mihi *y* propior est rex: Cur irasceris super hac re? Numquid *z* comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit vir Israel ad viros Juda, & ait: *a* Decem partibus major ego sum apud regem, magisque ad me pertinet David quam ad te: Cur fecisti mihi injuriam, & non mihi nunciatum est *b* priori, ut reducerem regem meum? *c* Durius autem responderunt viri Juda viris Israel.

CAP. XX.

ACCIDIT *d* quoque, ut ibi esset vir *e* Belial, nomine Siba, filius Bochri, vir *f* Jemineus, & eccinit buccina, & ait: Non est nobis pars in domo David, *g* neque hæreditas in *h* filio Isai: Revertere in tabernacula tua Israel. Et separatus est omnis Israel a David, secutusque est Siba filium Bochri. Viri autem Juda adhæserunt regi suo a Jordane usque Jerusalem. Cumque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas suas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens. Et *i* non est ingressus ad eas, sed erant clausæ usque

e Tu, & Siba, &c.] in Hebræo dicitur: Tu, & Siba dividite agrum: Quia David immemor fœderis, & juramenti, quod fecerat cum Jonatha, 1. Reg. 18. & 20. tam injustum protulit judicium, ut scilicet ea, quæ erant Miphiboseth daret Sibæ, ideo Roboam, & Jeroboam diviserunt regnum ejus, 3. *Regum* 12. Ita refert hic *Gloss.*
f Dividite] quasi dicat, utrique vestrum dederam, sed quia uterque totum habere non potest, inter vos dividatur. Unde patet, quod *sup.* 16. præcipitavit sententiam, ubi Sibæ dedit possessionem Miphiboset.
g Postquam reversus, &c.] Hoc indignando dixit Miphiboseth.
h Berzellai] qui præbuerat alimenta David.
i Galaadites,] idest, de Galaad civitate, vel regione.
k De Rogelim] civitas.
l Prosequi] si David vellet.
m Præbuit] *sup.* 17.
n Oneri domino meo regi?] ut sic responderunt senes miseri, qui castra sequuntur, & ambiunt honores, & vocari Rabbi, & digito monstrari, & dici, hic est. Sed nequitia magna est, quæ vetulos nostros non sinit esse senes. Illa inquam senectute, de qua dicitur *Sap. quarto* Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata: cani sunt sensus hominis, & tempus senectutis vita immaculata. Sunt ergo hujusmodi & senes, & pueri. Senes tempore de quibus *Daniel decimo tertio*. Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, &c. Pueri sensu de quibus *Isai. sexagesimo quinto*. Puer centum annorum maledictus erit.
o Hac vicissitudine,] idest, ut sic mihi, retribuas quod feci tibi.
p Moriar in civitate mea,] Simile *Job* 29. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Et *Poeta* dicit.

t Restitit,] idest, remansit ibi Berzellai.
u Benedixit] idest, bona optavit.
x Et ille] scilicet Berzellai de populo Israel est, idest, aliorum a Juda, & Levi.
y Propior est rex:] quia David fuit de Tribu Juda.
z Numquid comedimus] quasi dicat, non fecimus propter emolumentum aliquod. Et est argumentum, quod exercitus propriis expensis debet sequi regem suum.
a Decem partibus] idest, decem Tribubus, quia hic Israel contraheret 11. Tribus, post divisionem vero regni inter Roboam, & Jeroboam nomine Israelis intelliguntur tantum decem Tribus, & nomine Juda, duæ scilicet Judas, & Benjamin. Istæ duæ remanserunt cum Roboam filio Salomonis, aliæ decem adhæserunt Jeroboam servo Salomonis, quem sibi regem fecerunt. Tribus vero Levi in his non computatur, quæ dispersa erat per civitates suas in tota terra.
b Priori,] idest, prius vel priori, idest, primogenito propter Ruben, & Simeon.
c Durius autem responderunt] scilicet, quod mentirentur. Sic dicit *Hieronym.* vel quod non fecerunt hoc ob amorem regis. Mollius respondit Gedeon Ephraitis in casu consimili: Melior est inquit racemus Ephraim vindemiis Abiezer. Unde pacificavit eos, juxta illud *Prov.* 15. Mollis responsio frangit iram, sermo durus suscitat furorem.

EXPOSITIO CAP. XX.

Accidit *d* quoque,] Hic agitur de morte Amasæ filii Abigail sororis David, quem præfecerat David malitiæ suæ principem, quem occidit Joab in dolo.
e Vir Belial,] idest, filius diaboli, qui volebat fieri rex.
f Vir, &c.] Vel Jemineus, idest, de stirpe Jemini.
g Neque hæreditas] quasi dicat, David non est rex super Israel jure hæreditario, qui fuit filius Isai.
h In filio Isai;] Despective hoc dicunt.
i Non est ingressus] quia Absalon intraverat ad eas, *sup.* 16.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

q Chanaan,] ille fuit filius Berzellai. *Gloss. Hieronymus* dicit: Chanaam interpretatur, suspirans, quandiu cum pa-

ad diem mortis suæ, in viduitate viventes. Dixit autem rex *a* Amasæ: *b* Convoca mihi omnes viros Juda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abiit ergo Amasa, ut convocaret Judam, & moratus est *c* extra placitum, quod ei constituerat rex. Ait autem David ad *d* Abisai: Nunc magis afflicturus est nos Siba filius Bochri quam Absalon. Tolle igitur servos domini tui, & persequere eum, ne forte inveniat civitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo cum *e* eo viri *f* Joab, Cerethi quoque, & Phelethi, & omnes robusti exierunt de Jerusalem ad persequendum Siba filium Bochri. Cumque illi essent juxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porro Joab vestitus erat *g* tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina, qui *h* fabrefactus levi motu egredi poterat, & percutere. Dixit itaque Joab ad Amasam: *i* Salve mi frater. Et tenuit manu dextera *k* mentum Amasæ quasi osculans eum. Porro Amasa non observavit gladium, quem habebat Joab. *l* Qui percussit *m* eum in latere, & effudit intestina ejus in terram, & mortuus est, nec secundum vulnus apposuit. *n* Joab autem, & Abisai frater ejus persecuti sunt Siba filium Bochri. Interea quidam viri, cum stetissent juxta cadaver Amasæ de sociis Joab dixerunt: Ecce qui esse voluit pro Joab *o* comes David. *p* Amasa autem conspersus sanguine jacebat in media via. Vidit hoc quidam vir, quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amovit Amasam de via in agrum, operuitque eam vestimento, ne subsisterent *q* transeuntes propter eum. Amoto igitur illo de via, transibat omnis vir sequens Joab ad persequendum Siba filium Bochri. *r* Porro ille transierat per omnes Tribus Israel in Abelam, & in Bethmaacha, omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, & circumdederunt munitionibus civitatem, & obsessa est urbs. Omnis autem turba, quæ erat cum Joab moliebatur destruere muros. Et exclamavit mulier sapiens de civitate: Audite, audite, dicite Joab: Appropinqua huc, & loquar tecum. Qui cum accessisset ad eam: ait illi: Tu es Joab? Et ille respondit: Ego. Ad quem sic locuta est: Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit: *s* Audio. Rursumque illa: *s* Sermo inquit dicebatur in veteri proverbio: *t* Qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficiebant. Nonne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quæris subvertere *u* civitatem, & evertere matrem in Israel? *x* Quare præcipitas hæreditatem Domini? Respondensque Joab, ait: Absit: *y* absit hoc a me, non præcipito, neque demolior. Non sic se habet res: Sed homo de monte Ephraim Siba filius Bochri cognomine levavit manum suam contra regem David. Tradite illum solum, & recedemus a civitate. Et ait mulier ad Joab: Ecce caput ejus mittetur ad te per murum. Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est ei sapienter. Qui abscissum caput Siba filii Bochri, projecerunt ad Joab. Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab urbe, unusquisque in tabernacula sua. Joab autem reversus est Jerusalem ad regem. Fuit ergo Joab super omnem exercitum Israel: Banajas autem filius Jojadæ super Ceretheos, & Pheletheos, Aduram vero super tributa. Porro Josaphat filius Ahilud a commentariis. Siba autem scriba: Sadoc vero, & Abiathar sacerdotes: Hira autem Jairites erat *z* sacerdos David.

C A P. XXI.

FACTA *a* est quoque fames in diebus David tribus

---

a Amasæ:] quem fecerat principem militiæ, sicut mandaverat per Sadoc, & Abiathar, *supr.* 19.

B

Sup. 15.

b Convoca] ad persequendum Sibam.

c Extra placitum,] idest, ultra tres dies.

d Ad Abisai:] non ad Joab, quem jam amoverat a principatu militiæ propter Amasam, ut quidam dicunt. Tamen *Josephus* dicit, quod hoc dixit David ad Joab, vel forte ad utrumque dixit: Unde & uterque persecutus est Sibam.

C

e Cum eo] scilicet Abisai.

f Viri Joab, &c.] & ipse Joab.

g Tunica] *Josephus* dicit lorica.

h Fabrefactus] idest, artificialiter.

D

Matth. 26.

i Salve mi frater.] Sic dixit Judas: Ave Rabbi.

k Mentum] *Gloss.* Dextera mentum tenere est, quasi ex benignitate blandiri, sed sinistram ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percutit.

l Qui percussit] Joab scilicet.

m Eum in latere, &c.] Amasam. *Josephus* dicit, quod propter invidiam principatus occidit eum sicut Abner, *supra* 3. Sed Joab habuit aliquam excusationem, scilicet mortem fratris sui Asael, quem occidit Abner: Hic autem nullam nisi puram invidiam, nisi forte quia moram fecerat Amasa ultra placitum David.

3. Reg. 2.

E

n Joab autem, & Abisai] Hic patet, quod utrique dixit David, ut persequeretur.

F

o Comes] idest, princeps militiæ.

p Amasa autem conspersus, &c.] idest, cadaver ejus.

q Transeuntes] propter eum videndum.

r Porro ille] scilicet Siba.

s Sermo inquit, &c.] sicut dicit *Gloss.* in Hebræo non habetur proverbio: Sed est sensus secundum eos, sermo dicebatur in veteri, idest, quondam in lege dictum est: *Deuteron.* 20. ut Israel prius offerat pacem hostibus, quam aggrediatur eos.

Sup. 2.

G

x Quare ergo, &c.] idest, quare non servas legem Israelitis, quæ servata est in alienigenis. Postea legit Hebræus, quod interpositum est ad commendationem urbis, quasi dicat, vere hæc est hæreditas Domini, quia in ea est consilium. Unde & dicitur.

A

t Qui interrogant, interrogent in Abela] idest, qui indigent consilio, veniant in Abelam, & ibi invenient.

u Civitatem,] *Gloss.* Quæ est mater consilii.

y Absit hoc a me,] ut velim eam evertere.

z Sacerdos David.] *Hieron* dicit, quod magister ejus erat, ad cujus consilium corripiebatur. Simile *supra* 8. ubi dictum est, quod filii David erant sacerdotes, idest, præ aliis digniores.

EXPOSITIO CAP. XXI.

FActa *a* est quoque fames. In hoc capite agitur de septem viris suspensis in ultionem Gabaonitarum. Et notanda est historia, quæ aliquantulum obscura est. Sciendum igitur, quod Saul post necem 85. sacerdotum, de qua dictum est, 1. *Reg.* 22. interfecit Gabaonitas, quasi pro zelo filiorum Israel, quibus juramentum confœderationis præstiterant Josue, & seniores populi, ut legitur *Josue* 9. & ita Saul irritum fecit juramentum eorum, quod Dominus volens punire tempore David, post mortem Absalonis immisit famem in terram tres annis continuis, & consuluit David Dominum, qui respondit hoc accidisse propter hoc, quod Saul irritum fecerat juramentum Josue, & seniorum Gabaonitas occidendo: tunc David tradidit Gabaonitis, ut vindicarent se, duos filios Saul, quos pepererat ei Respha, sic legitur *supr.* 3. Item quinque filios Michol adoptatos, quos Merob genuerat Hadrieli, ut dictum est 1. *Regum* 18. David vero pepercit Miphiboseth propter juramentum, quod fecerat Jonathæ 1. *Regum* 18. Gabaonitæ vero illos septem juvenes crucifixerunt, quos postea tollens David de patibulo, tollensque ossa Jonathæ, & Saul de Jabes Galaad, cum illis septem sepelivit in sepulchro Cis patris Saulis: Quo facto reddidit Dominus ubertatem terræ. Sed videtur, quod Gabaonitæ fecerunt

Sup. 2.

Sup. 8.

runt contra legem, suspendentes illos 7. viros, & David tradens eos. Dicitur enim *Deuteron.* 14. Filii non occidantur pro patribus. Item *Ezech.* 18. Filius non portabit iniquitatem patris. Item 4. *Reg.* 14. Solutio: Forte isti 7. fuerunt participes peccati, & ideo puniti sunt. Dicit etiam *Magister in historiis*, quod duo filii Respha, adhuc pueri cum Doeg occiderunt 85. sacerdotes Nobe, & postea Gabaonitas. Sed ubi, & quando occiderunt Gabaonitas, non legitur expressum in Biblia. Hæc in prima parte hujus capituli determinantur. In secunda parte epilogat historia tria famosa bella David occasione belli, quod tunc habuit contra Philistæos, narrantur autem bella, non eo ordine, quo gesta fuerunt. Primum fuit in Gob, vel in Got, quæ alio nomine dicitur Gazer. In hoc bello percussit Sobocai quidam amicus David Saph de genere giganteo. Aliud bellum similiter fuit in Gob, in quo secundum *Joseph.* Ephon vir fortissimus cognatus David suis in fugam conversis plurimos solus peremit. Tertium bellum fuit illud, in quo David occidit Goliam, de quo dictum est 1. *Reg.* 17. Sed recapitulatur hic satis obscure. Quartum etiam bellum fuit, in quo Jonathas filius Samaa fratris David percussit virum habentem senos digitos in manibus, & in pedibus.

annis jugiter. Et *a* consuluit David *b* oraculum Domini, dixitque *c* Dominus: Propter Saul domum ejus, & *d* sanguinem, quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos: (*e* Porro Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum: Filii quippe *f* Israel juraverant eis, ne perimerent illos, & voluit Saul percutere eos zelo, quasi *g* pro filiis Israel, & Juda.) Dixit *h* ergo David ad Gabaonitas: Quid faciam vobis, & quod *i* erit vestri piaculum, ut *k* benedicatis hæreditati Domini? Dixeruntque ei Gabaonitæ: Non est nobis super *l* auro, & argento quæstio, sed contra Saul, & contra domum ejus, neque volumus, ut interficiatur *m* homo de Israel. Ad quos ait rex: Quid ergo vultis, ut faciam vobis? Qui dixerunt regi: Virum qui attrivit nos, & oppressit inique, ita delere debemus, ut nec unus quidem residuus sit de stirpe ejus in cunctis finibus Israel. Dentur nobis septem de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam electi Domini. Et ait rex: Ego dabo. Pepercitque rex Miphiboseth filio Jonathæ filii Saul propter jusjurandum Domini, quod *n* fuit inter David, & inter Jonatham filium Saul: Tulitque itaque rex *o* duos filios Respha filiæ Aja, quos peperit *p* Sauli, Armoni, & *q* Miphiboseth, & quinque *r* filios Michol filiæ Saul, quos *s* genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi, & *t* dedit eos in manu Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: Et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primæ, incipiente messione hordei. Tollens autem Respha filia Aja cilicium, substravit sibi supra petram ab initio messis, *u* donec stillaret aqua super eos de cęlo, & non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem. Et nunciata sunt David, quæ *x* fecerat Respha filia Aja concubina Saul. Et abiit David, & tulit ossa Saul, & ossa Jonathæ filii ejus a viris Jabes Galaad, qui furati fuerant ea *y* de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistiim, cum interfecissent Saul in Gelboe, & *z* asportavit inde ossa Saul, & ossa Jonathæ filii ejus, & colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul, & Jonathæ filii ejus in terra Benjamin, in latere, in sepulchro Cis patris ejus. *a* Feceruntque omnia, quæ præceperat rex, & *b* repropitiatus est Deus terræ post hæc. Factum est autem rursum prælium Philistinorum adversum Israel, & descendit David, & servi ejus cum eo, & pugnabant contra Philistiim. Deficiente autem David, *c* Jezbidenob, qui fuit de genere *d* Arapha, cujus ferrum hastę trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ense novo, nisus est percutere David, *e* præsidioque ei fuit *f* Abisai filius Sarviæ, & percussum Philistæum interfecit. Tunc juraverunt viri David, dicentes: Jam non egredieris nobiscum in bellum, *g* ne extinguas lucernam Israel. Secundum quoque fuit bellum in *h* Gob contra Philistæos. Tunc percussit *i* Sobocai de *k* Husati, *l* Saph de stirpe Arapha, de genere gigantum. *m* Tertium quoque fuit bellum in *n* Gob contra Philistæos, in quo percussit Adeodatus, Filius Saltus

a Et consuluit] ut scita causa famis posset occurrere.

b Oraculum Domini,] idest, Dominum in oraculo, sive propitiatorio, quod erat super arcam. Vel sic, idest, petiit responsum Domini.

c Dixitque] ipsi David,

d Et sanguinem,] Gabaonitarum, quem effuderat rex David.

e Porro Gabaonitæ] Interpositio est, ubi ostenditur, quare occidere Gabaonitas fuit peccatum.

f Juraverunt] *Josue nono*.

g Pro filiis Israel,] quia dicebat, quod ipsi possidebunt terram, quam filii Israel debebant habere. Sed hoc fecit Saul in odio Sacerdotum. Gabaon enim erat una de civitatibus sacerdotum, ut dicitur *Josue* 21.

h Dixit ergo] Repetit idem propter interpositionem.

i Quod erit piaculum] idest, quæ satisfactio sufficiet vobis, ut populum Domini, non habeatis infestum.

k Benedicatis] idest, oretis pro ipsa, ut non puniatur propter vos.

l Super auro] Non sit modo ita, sed omnis injuria mulctatur pecunia.

m Homo de Israel,] alius supple a cognatione Saul.

n Quod fuit inter David, &c.] 1. *Reg.* 18.

o Duos filios] *Gloss.* Qui cum Doeg Idumæo adhuc pueri, sacerdotes, & Gabaonitas occiderunt.

p Quos peperit] *supr.* 3.

q Et Miphiboseth,] alium a filio Jonathæ.

r Quinque filios] adoptivos. *Gloss.* dicit, quos scilicet Michol uxor David, quæ, & Egla dicitur, adoptavit sibi in filios, quos Merob soror ejus de filio Berzellai suscepit.

s Genuerat Hadrieli] idest, genitos Hadrieli, sibi in filios adoptaverat.

t Et dedit] David scilicet illos septem filios.

u Donec stillaret] idest, plueret, hoc est usque circiter calendas Septembris. Tunc enim juxta naturam terræ illius primo post messem pluvia descendit.

x Quæ fecerat] Quomodo scilicet custodierat cadavera septem filiorum, ne a bestiis devorarentur.

y De platea Bethsan,] 1. *Reg. ult.*

z Asportavit] David, inde,] idest, de Jabes Galaad.

a Feceruntque] servi David.

b Repropitiatus] idest, facta justitia Gabaonitis, reddita est fertilitas terræ, deficiente præ lassitudine.

c Jezbidenob,] Quidam dicunt, quod tres dictiones Jezbi, nomen proprium: de, præpositio: Nob, civitas. Sed communis opinio est, quod est una dictio, & proprium nomen viri. 1. *Reg.* 17.

d Arapha,] Hanc dicunt Hebræi fuisse Orpham nurum Noemi, quæ viro Gethæo genuit quatuor Gigantes, qui memorantur hic Jezbinedob, Saph, Goliath, & quartum habentem senos digitos in manibus, & pedibus.

e Præsidioque] idest, auxilio.

f Abisai] qui interposuit se.

g Ne extinguas] idest, ne tu extinguaris in bello, qui es lucerna Israel.

h In Gob] *Gloss.* urbs, quæ & Gazer.

i Sobocai] quidam vir Israelita.

k Husati,] *Gloss.* Locus est.

l Saph] illum gigantem.

m Tertium] Ordine narrationis, sed tempore primum. Quod enim de Golia agitur hic, recapitulatio est. Et nota, quod David quatuor nominibus hic exprimitur. Dicitur enim Adeodatus, quia ad liberandum Israel a Deo datus est in regem. Dicitur filius saltus, quia de pascuis, & de saltu assumptus est in regem, 1. *Reg.* 16. Unde *Psalm.* 77. De post foetantes accepit eum. Dicitur polymitarius, quia mater ejus fuit de genere Beseleel polymitarii, idest architectoris, a poliendo sic dictus. Vel dicitur David polymitarius, quia multis modis ampliavit cultum Dei. Dicitur & Bethlehemites, a loco, quia de Bethlehem fuit.

n In Gob] quod interpretatur lacus, quia sicut in lacu leonum quis mittitur, ita semetipsum misit David contra Goliam.

o Go-

a Goliath] *Gloss.* Goliath iteratur, quod egit David primitus tempore Saulis. Nam in 1. *Paralipom.* 20. non nisi ter principaliter pugnasse contra Philistæos legitur. *b* Quartum] Tamen in 1. *Paralip.* 20. ubi agitur de his bellis, nulla mentio fit de interfectione Goliæ. *c* Jonathas] Jonadab, & Nathan.

storum, qui fuerant ante adventum Christi, agit Propheta David de cladibus humani generis, & quomodo Deus mysterio incarnationis liberavit, & in baptismo Christianos de toto orbe collegit. Et attende regulam virtutis capitis, & corporis, idest, Christi, & Ecclesiæ. Quasi enim una persona est, caput, & corpus, ideo voce una sæpe utitur caput, & corpus, licet ea, quæ dicuntur, ad diversus referantur. Quædam enim soli capiti conveniunt, quædam soli corpori, quædam capiti, & corpori simul. Item quæ corpori conveniunt, quædam membris præteritis, quædam præsentibus, quædam futuris, quædam perfectis, quædam etiam ipsi David, & in tanta diversitate una vox est, & quasi una persona videtur loqui, ut sicut duo sunt in carne una sponsus, & sponsa, ita sint, & in voce una. *o* Contritiones mortis,] idest, pœnæ multæ. *p* Torrentes Belial] idest, culpæ, vel graves tentationes diaboli. Hoc est, quod dicit *Job* 6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum: Ecce contritiones mortis. Et terrores tui militant contra me: Ecce torrentes Belial. *Psalm.* 87. In me transierunt iræ tuæ, & terrores, &c. *q* Funes] idest, obligationes pœnæ gravissimæ, vel peccata mortalia, quæ trahunt ad infernum.

polymitarius Bethleemites, *a* Goliath Gethæum, cujus hastile erat, quasi liciatorium texentium. *b* Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus, pedibusque habebat digitos, idest, vigintiquatuor, & erat de origine Arapha, & blasphemavit Israel. Percussit autem eum *c* Jonathas filium Semmaa fratris David. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu David, & servorum ejus.

C A P. X X I I.

LOCUTUS *b* est autem David Domino verba *c* carminis hujus in die, qua *d* liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & ait: *e* Dominus petra mea, & robur meum, & salvator meus. Deus Dominus *f* fortis meus, & sperabo in eum. *g* Scutum meum, & *h* cornu salutis meæ, elevator meus, & *i* refugium meum: salvator meus, de *k* iniquitate liberabis me. *l* Laudabilem *m* invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero. *n* Quia circumdederunt me *o* contritiones mortis, *p* torrentes Belial terruerunt me. *q* Funes inferni circumdederunt me, prævenerunt me *r* laquei mortis. *s* In tribulatione mea invocabo Dominum, & ad Deum *t* meum *u* clamabo. Et exaudiet de *x* templo sancto suo vocem meam, & clamor meus veniet in aures ejus. *y* Commota est, & *z* contremuit *a* terra, & *b* fundamenta montium concussa sunt, & conquassata, quoniam *c* iratus est eis Deus. Ascendet *d* fumus de *e* naribus ejus, & *f* ignis de ore *g* ejus vorabit, *h* carbones *i* succensi sunt ab eo. Et *k* inclinavit cœlos, & *l* descendit, & caligo sub pedibus ejus. Et *m* ascendit super Cherubin, & volavit, & lapsus est *n* super pennas venti. Posuit *o* tenebras in circuitu suo *p* latibulum,

E X P O S I T I O
C A P. X X I I.

LOcutus *b* est autem David] In hoc capit. gratias refert David Domino, quia de manibus omnium inimicorum liberavit eam. Et est anticipatio, quia multæ tribulationes adhuc restabant ei. Sed mystice refertur hoc ad illum statum A Ecclesiæ, in quo plene liberabitur ab omni persecutione. Et quærit *Isidorus*, cum multos Psalmos scripserit David de eventibus, qui continentur in hoc libro, quare iste solus hic ponatur in hoc libro. Dicit enim *Isidorus*, solus decimus septimus Psalmus in libro Regum reperitur. Sed hoc est, ut dicit *Isidorus*, quia significat illud regnum, in quo nullum habebimus adversarium. David autem significat Christum, qui (*Psalm.* 17.) de semine ejus secundum carnem natus est, qui in corpore suo, quod est Ecclesia, adhuc multas persecutiones patietur. Unde *Actor.* 9. Saule, Saule, quid me persequeris? Eripietur autem omnino Ecclesia a persecutionibus, cum novissime inimica omnium destruetur mors, ut dicitur 1. *Cor.* 15. Nec potest Psalmus iste convenire uni personæ. Nam primo agit David gratias, quia de gravi periculo divina pietate liberatus est, ubi ait: Dominus petra mea. Secundo, loquitur ipsa Ecclesia, quæ ante adventum Christi innumeras pertulit calamitates, *ibi*: Circumdederunt me contritiones mortis, &c. Postea Dominus misertus Ecclesiæ, medicinam sanctæ incarnationis indulsit, & Baptismi beneficiu Christianum populum de orbis universitate collegit, ubi dicitur: Deus, qui accinxit me, &c. Tertio loquitur salvator ipse, ubi pulcherrimis allusionibus describitur virtus ejus, *ibi*: Vivit Dominus, &c. Quarto loquitur Ecclesia, & cum magna exultatione concessa munera deitatis laudat, *ibi*: Propterea confitebor, &c. Dicit ergo: *e* Dominus petra mea,] In *Psal.* 17. *secundum nostram translationem*, ita dicitur: Diligam te, Domine, fortitudo mea, &c. Cujus titulum sumpsit Esdras ex verbis hic positis, scilicet: In die, qua liberavit eum Dominus. *Josephus* dicit hic, quod cum David pace altissima frueretur, cantica composuit, & hymnos alios trimetros, alios hexametros, diversa faciens organa, in quibus Levitæ per Sabbata, & alias festivitates hymnos dicerent. Et ponit *Josephus* differentiam inter nablum, & psalterium. Psalterium dicit canoram citharam, decem chordis coaptatam, quæ cum plectro percutitur. Nablum vero 10. sonos habens digitis tangitur. *c* Carminis hujus] quod sequitur. *d* Liberavit eum Dominus] *Gloss.* Anticipatio est. *e* Petra mea,] idest fortitudo, idest, a qua habeo fortitudinem, & robur, idest duplicem fortitudinem, interiorem, & exteriorem. Vel ad mala sustinenda, & bona agenda. *f* Fortis meus,] idest mihi, vel per quem ego sum fortis. Et ideo Sperabo in eum. *g* Scutum] idest defensio. *h* Cornu] idest, firma celsitudo. Unde: Et erexit cornu salutis nobis. Hoc est, Christus, durior carne, mollior osse, minor Deo, sed major homine, idest, *i* Refugium meum:] idest, ad quem refugi. *k* De iniquitate] & de pœna pro iniquitate. *l* Laudabilem] idest dignum omni laude. *m* Invocabo] Intus mente vocabo. *n* Quia circumdederunt] Secunda pars ubi in persona ju-

r Laquei] idest, originale peccatum, pro quo ligatur homo ad mortis necessitatem. *s* In tribulatione] præsenti. *t* Meum] non alienum. *u* Clamabo,] clamore cordis, qui est amor. Non enim clamor vocis, sed amor clamat in aure Dei. Sic clamavit Susanna tacens, *Dan.* 13. Sic clamavit Moyses ad mare, nihil dicens, *Exod.* 13. *x* De templo] idest de cœlo, vel de filio. Unde *Joan.* 2. Solvite templum, idest solvetis, &c. *y* Commota] quoad animam. *z* Contremuit] quoad corpus. *a* Terra,] peccatores. *b* Fundamenta montium] *Gloss.* Spes superborum. *c* Quoniam iratus, &c.] *Gloss.* Recognoverunt iram Dei. *d* Fumus] *Gloss.* Compunctio pœnitentium. *e* De naribus] Per nares attrahimus, & emittimus spiritum. Hæc est gratia, quæ attrahit hominem ad Deum, ut vivat in eo, & emittit, ut proficiat merito. Vel nares sunt illi, qui fragrantiam paradisi jugiter sentiunt, & odorem, & fœtorem inferni. Tales fumum compunctionis emittunt, sed sensum istum aufert odor temporalium, quem odorantes homines avertunt se a spirituali odore, ut nihil de odore paradisi, nihil de fœtore sentiant. Et ideo nec hunc timent, nec illum desiderant. Quod signanter figuratur *Ezech.* 8. ubi legitur, quod Ezechiel vidit vigintiquinque viros, dorsum habentes ad templum Domini, versi ad Orientem, & applicantes ramum ad nares. *f* Ignis] De quo *Deuteron.* 4 Ignis consumens Deus noster. *g* Vorabit,] Peccata. *h* Carbones] qui denigrati fuerant, & mortui pro peccato. *i* Succensi] quia postea facti sunt vivi per gratiam, & inflammati Spiritu Sancto. *k* Et inclinavit cœlos,] *Gloss.* Apostolos adventus sui nuncios misit. *l* Et descendit,] *Gloss.* idest, formam servi suscepit.

m Et ascendit] Plenitudinem scientiæ, quia nullus potest attingere ad scientiam ejus. Unde *Psal.* 138. Mirabilis facta est scientia tua, &c. (*Phil.* 2.) *Ecclesiast.* 7. Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me. *n* Super pennas] *Gloss.* scientiam Sanctorum. *o* Tenebras] idest, scripturas obscuras. Vel tenebras, idest, incarnationis mysterium, quod obscurum est, & profundum. *p* Posuit] idest, fecit sibi secretum habitaculum. Sol enim in nube latuit, idest deitas in carne. Unde *Isai.* 45. Vere tu es Deus absconditus.

a Cribrans,

a cribrans aquas de b nubibus cœlorum: Præ c fulgore in conspectu ejus succensi sunt d carbones ignis. Tonabit de e cœlo Dominus, & excelsus dabit vocem suam. Misit f sagittas, & dissipavit g eos, h fulgura, & consumpsit eos. Et apparuerunt i effusiones maris, & revelata sunt fundamenta orbis, ab k increpatione Domini, ab l inspiratione spiritus furoris ejus. Misit m de excelso, & n assumpsit me, & o extraxit de p aquis multis. Liberavit me ab q inimico meo potentissimo, & r ab his, qui oderant me, quoniam ſ robustiores erant. t Prævenit me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus u firmamentum meum. Et eduxit me in x latitudinem, liberavit me, quia y complacui ei. z Retribuit mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi: Quia custodivi a vias Domini, & non egi impie b a Deo meo. d Omnia enim judicia ejus in conspectu meo, & præcepta ejus non amovi a me. Et e ero perfectus coram † eo, & custodiam me ab iniquitate mea. Et f restituet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum in g conspectu oculorum suorum. Cum h sancto sanctus eris, i & cum innocente, innocens eris. Et cum electo, electus eris, & cum k perverso, perverteris. Et populum l pauperem salvum facies, oculisque tuis m excelsos humiliabis. Quia n tu lucerna mea, Domine, & tu, Domine, o illuminabis tenebras meas. In p te enim q curram r accinctus, in Deo meo transiliam ſ murum.

(*Mystice.*) n Cribrans aquas] Ad litteram sic effudit aquas in pluvia, ac si eas cribraret. Mystice. Cribravit Dominus aquas, i. a Scripturis sacris omnem immunditiam separavit, sicut cribro separatur furfur a farina. *Eccl.* 27. Sicut in percussura cribri remanebit pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius. *Amos ult.* Ecce mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro, & non cadet ex eo lapillus super terram. *Luc.* 22. Simon: Ecce Sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. b De nubibus] ad litteram, vel mystice de Apostolis, & Prophetis, qui sunt nubes cœli, quia pluunt doctrinis, coruscant miraculis, tonant minis. c Præ fulgore] qui erit in judicio, vel est modo, sed non apparet omnibus. d Carbones] i. corda hominum. e De cœlo] i. Apostolis. *Is.* 40. Qui extendit velut nihilum cœlos, & expandit eos, sicut tabernaculum ad inhabitandum. g Sagittas] *Gloss.* Evangelicas. g Eos] i. peccatores. h Fulgura] i. miracula. i Effusiones] idest, abundantia prædicationis, quæ sale discretionis debet saliri, ut sit salsa, sicut aqua maris. Unde *Is.* 11. Repleta est terra scientia Domini sicut aqua, &c. i Fundamenta] *Gloss.* idest, manifesta est fides Ecclesiæ.
k Ab increpatione] idest, terrore.
l Ab inspiratione] idest, blandimento.
m Misit] filium suum. Et nota, quod usque huc egit de adventu Domini: Hic agit de temporibus Christianis ex persona præsentis Ecclesiæ, non mutata voce, quasi hoc totum factum sit. n Assumpsit me] i. naturam meam. o Extraxit me] idest, Ecclesiam meam.
p De aquis multis] i. de tribulationibus multis. *Apoc.* 7. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine agni. q Ab inimico] idest, diabolo. (*Sap.* 18.) *Job* 41. Non est potestas super terram, idest, in homine, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret. r Ab his] idest, ab exterioribus inimicis, a quibus per me non possem liberari. ſ Quoniam] Dominus, scilicet succurrendo gratia sua, non meritis meis. Alia littera, prævenerunt me, scilicet inimici mei, i. prævaluerunt mihi. Vel prævenerunt, idest, priores mihi nocuerunt. u Firmamentum] Alia littera, protector, contra miserias, scilicet, & voluptates. x In latitudinem] idest, in charitatem, quæ latior est Oceano. Attingit enim a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter, descendit a cœlo, usque ad terram, extenditur ad dexteram, & ad sinistram, idest, ad amicos, & inimicos. (*Ps.* 34.) *Matth.* 5. Diligite inimicos vestros. y Quia placui ei] Alia littera, quoniam voluit me, idest, antequam ego eum vellem, i. gratis me elegit, & convenit hoc tam David, quam Ecclesiæ.
(*Ps.* 139.) z Retribuet, &c.] q.d. Hæc omnia gratia dedit, scil. fidem, & charitatem. Retribuet mihi] hic etiam in præsenti secundum justitiam bonæ voluntatis, & secundum innocentiam bonæ operationis, q.d. qui dedit fidem, & charitatem, retribuet voluntatem, & operationem ex his venientes, i. remunerabit pro his. a Vias] universæ viæ Domini misericordia, & veritas. b A Deo meo.] recedendo, q.d. bona feci, & mala declinavi. Et subdit rationem. d Omnia enim] Alia littera, judicia, i. justa flagella, ut facit ille, qui deficit in flagellis. De quibus *Ps.* 139. In miseriis non subsistent, quibus dicit Apost. *Heb.* 12. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim, &c. e Ero perfectus] omni genere perfectionis, secundum quod de Ecclesia legitur. Quia quidam sunt perfecti hac perfectione, quidam alia. Secundum quod de David legitur, expene perfectus, perfectione sufficientiæ. f Et restituet, &c.] Idem supra dictum est: Sed ibi intelligitur de remuneratione præsenti, ubi merito fidei, & charitatis, & operum dat Dominus perseverantiam: Hic vero intelligitur de remuneratione futura, quæ erit in gloria, quæ redditur soli perseverantiæ. Unde 1. *Cor.* 9. Omnes, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus, idest, perseverantia, accipit bravium. *Matth.* 10. Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. g In conspectu oculorum] munditiam dico, factam in conspectu oculorum suorum, non hominum, quod faciunt, qui coram mundo lavant manus suas cum Pilato, quibus dicitur *Matth.* 6. Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. (*Ps.* 17. al. † & cum robusto perfectus.) h Cum sancto sanctus eris] Dixerat sibi retribui secundum justitiam suam: Nunc autem ostendit, quomodo justitia habeatur, ut videatur gratia cum libero arbitrio, & sit conversio ad Dominum quasi cum gratiarum actione, quasi dicat etsi dixi: Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, tamen, o tu Domine, tu sanctus eris cum sancto, i. adjuvas sanctum cum sanctitate, ut sit, & permaneat sanctus. Tu sanctus natura, sanctificas alios gratia. i Et cum innocente innocens eris] i. adjuvas innocentem, ut sit, & permaneat innocens, quia innocens es. i Et cum electo] i. ab eo, quem prius diligis, postea elegeris. *Jo.* 15. Non vos me elegistis, supple priores, sed ego elegi vos. Item *Jo.* 5. Non quasi nos dilexerimus eum; sed quia ipse prior dilexit nos. k Et cum, &c.] i. perversum perverteris, i. perverti permittis. *Amos* 3. Non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus. Et nota duo judicia Dei, scil. occultum, & manifestum. Occultum nunc agitur, manifestum ventilabitur in futuro. Dupliciter enim retribuit Dominus bonis, & malis. Hic enim retribuit, ut qui justus est, justificetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc *Apoc. fin.* Unde hic dicit: Cum electo electus eris, & cum perverso perverteris, in futuro vero retribuet omnibus manifeste, bonis gloriam æternam, malis pœnam æternam, quando dicet: Venite, benedicti, & ite maledicti. *Matt.* 25. l Et populum] q.d. Ita hic facis bonis, & malis, & in futuro populum pauperem, paupertate spiritus, salvum facies. Et ideo, o Domine, cum perverso perverteris, i. quia non faves ei, perversus videris ei. m Excelsos] i. illos, qui in corde superbiunt, ubi oculi Domini vident. q.d. non superbos exterius, sed etiam superbos interius humiliabis, dejiciendo in infernum. n Quia] Hæc omnia possunt dici in persona Christi, & Ecclesiæ, vel etiam Prophetæ. Supra dixerat David, & Ecclesia, vel Christus, quod Deus sanctificat sanctos, hic prædicator, ut illuminet alios, qui sunt adhuc in tenebris. Et loquitur ad Deum patrem sic: O Domine pater, quia tu es lucerna mea, i. meorum Apostolorum, & aliorum Prædicatorum, qui fuerunt lucerna, in quibus fuit lux in testa, i. cognitio veritatis, quia illuminati illuminaverunt alios, quia inquam tu es lucerna eorum, i. quia tu illuminas istos, qui sunt lucerna: o Illuminabis] i. illumina eos, qui sunt adhuc in tenebris peccatorum, & ignorantiæ, dans eis fidem, & vitam. p In te] existens, scil. vel per te, vel per me. q Curram] ad te. r Accinctus] virtute. Nota fugiendum est a Deo justo ad Deum misericordem a Deo irato ad Deum placatum. Quidam monachus satis bene ostendit, quomodo currendum sit ad Deum, qui spoliavit se, & accinxit se nudum, & cœpit currere dicens: Sic decet currere monachum ad Deum. Unde *Isai.* 20. Vade, & solve saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis, & fecit sic, vadens nudus, & discalceatus. ſ Murum] peccatorum qui est inter Deum, & hominem,

a Deus immaculata via ejus, *b* eloquium Domini *c* igne *d* examinatum, *e* scutum est omnium sperantium in se. *f* Quis est Deus præter Dominum, & quis Deus fortis præter Deum nostrum? *g* Deus, qui accinxit me fortitudine, & *h* complanavit perfectam *i* viam meam. Coæquans *k* pedes meos *l* cervis, & super excelsa mea statuens me. *m* Docens manus meas ad prælium, & *n* componens quasi arcum æreum brachia mea, *o* Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & *p* mansuetudo mea multiplicabit me. *q* Dilatasti gressus meos, *r* subtus me, & non deficient *s* tali mei. Persequar *t* inimicos meos, & *u* conteram, & non revertar, donec *x* consumam eos. *x* Consumam eos, & *y* confringam, ut non *z* consurgant, *a* cadent sub pedibus meis. Accinxisti *b* me fortitudine ad prælium, incurvasti *c* resistentes mihi subtus me. *d* Inimicos meos *e* dedisti mihi dorsum, odientes me, & *f* disperdam eos. Clamabunt, & non erit, qui salvet *g* ad Dominum, & non *h* exaudiet eos. *i* Delebo eos, ut pulverem terræ, quasi lutum platearum, *k* comminuam eos, atque *l* compingam, *m* Salvabis me a contradictionibus *n* populi mei, custodies me in *o* caput gentium. Populus, quem *p* ignoro serviet mihi, filii *q* alieni *r* resistent mihi, auditu *s* auris obedient mihi: Filii *t* alieni defluxerunt, & *u* contrahentur in angustiis suis: *x* Vivit Dominus, & *y* benedictus *z* Deus meus, & *a* exaltabitur Deus fortis salutis meæ: Deus, qui das *b* vindictas mihi, *c* & dejecisti populos sub me: Qui *d* educis me *e* ab inimicis meis,

Unde *Is.* 59. Iniquitates vestræ diviserunt inter vos, & Deum vestrum. Simile *Jer.* 5. Iniquitates vestræ declinaverunt, &c. *a* Deus immaculata] Deus ponitur hic, ut sequens relatio habeat locum, q. d. Deus meus eripiet me, cujus via est immaculata, i. opera sancta, & justa. Vel per se est via immaculata, qua itur ad cœlum, juxta illud *Jo.* 14. Ego sum via, veritas, & vita. Vel via ejus in Virginem immaculata fuit, idest, virga sancta, & immaculata fuit ante partum, & in partu, & post partum. Unde *Ezech.* 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non intrabit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi, & Princeps ipse sedebit in ea. *b* Eloquium Domini] idest, Christi.

[*Psal.* 19. & 143.] [*Psal.* 17.]

c Igne] Spiritus sancti. *d* Examinatum est] i. quicquid dixit, igne Spiritus sancti examinatum fuit, i. utile, & honestum, quia sapiens quicquid dicit, prius apud se dijudicat. Vel eloquium Domini, i. illi qui ferunt per mundum eloquium Christi, sunt igne tribulationis examinati. Unde *Eccl.* 27. Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. *e* Scutum] eloquium Domini. Vel ipse Dominus est scutum, i. protector, sicut dicit alia littera. *f* Quis est, &c.] q.d. Deus faciet hæc, & vere faciet, quia quis est Deus? q. d. nullus alius Deus est, qui possit hoc facere, nisi Deus noster.

g Deus, qui, &c.] Tertia pars, ubi virtus ejus describitur. Supra enim commendavit Ecclesia Christum per omnia dicens: quod protector est, & adjutor. Nunc specialiter docet qualiter, & quibus sit adjutor, & protector, dicens: Deus, qui accinxit, &c. q. d. bene dixi, Deus meus, ipse enim est Deus, qui accinxit me, u simili pugnatori, qui ab omnibus se abstinet, Accinxit dico, fortitudine ad mala toleranda, & ardua aggredienda, & loquitur Ecclesia. *h* Complanavit] i. planam fecit sine offendiculo peccati. *i* Viam meam] qua ad illum vado. Fides via est, qua Deus venit ad nos; charitas via est, qua nos imus ad Deum. *k* Pedes] i. affectus. *l* Cervis] i. viris spiritualibus, qui transiliunt spinosa avaritiæ, lutosa luxuriæ, elationem superbiæ, & sic effugiunt retia venatoris, i. diaboli, qui venatur nos ad mortem. *m* Docens manus] contra carnem, contra mundum, contra diabolum, qui impugnant me, dicit Ecclesia. Caro per voluptatem, mundus per vanitatem, diabolus per iniquitatem. Nam ut dicit *Job* 1. Chaldæi fecerunt tres turmas, & invaserunt camelos Job, & tulerunt eos. Et nota, quod dicit: Docens manus meas, non alienas. Item manus, non linguam. *n* Et componens, &c.] i. fortitudinem operandi dedit mihi infatigabilem, sicut arcus æreus infatigabilis est. *o* Dedisti mihi, &c.] i. protexisti me ad salutem, quia non sufficiunt prædicta, nisi adsit protectio tua. Vel dedisti mihi clypeum, i. Crucem Christi, quæ protegit contra dæmones. Et dicitur Crux clypeus, quia in clypeo est lignum, & pellis extensa. Et in Cruce fuit ipsum lignum Crucis, & humanitas Christi desuper extensa. Hic est clypeus, de quo dicitur *Jos.* 8. Dixit Dominus ad Josue, i. pater ad filium. Leva clypeum, quia in manu tua est, i. carnem, & Crucem, quæ in potestate tua est. *Jo.* 10. Potestatem habeo, &c. Contra urbem Hai, i. diaboli. *p* Mansuetudo] i. merito patientiæ, sive mansuetudinis multiplicata, sine numero, & merito. *q* Dilatasti] i. latam fecisti charitatem meam, hilariter operantem, etiam de his, quæ sunt subtus me, temporalibus. *r* Subtus me] infideles dicit Christus, vel vitia secundum quod est vox Ecclesiæ, vel electorum. *s* Tali mei] i. itinera, vel signa, quæ imitaturus reliquis. *t* Inimicos meos] i. carnales affectus

[2. *Cor.* 9.]

meos. *u* Et conteram] illos, non illi me. Alterum enim necesse est, aut quod illi conterant, aut conterantur. Et beatus, qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram, i. ad Christum. Unde clamat Ecclesia *Cant.* 2. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.

[*Psal.* 114.]

x Donec] penitus ad nihilum, ut non obstrepant. *x* Consumam] igne sancti amoris. *y* Confringam] clava timoris. *z* Ut non, &c.] in consensum, aut opus. *a* Cadent, &c.] i. illis præponam amores, quibus itur in æternitatem. Amor enim æternorum extinguit in nobis amorem carnalium desideriorum, ut dicit *Gloss.* q.d. per amorem vincam amorem, amore Christi vincam amorem mundi. *b* Accinxisti me] idest, fluentia desideria carnis, virtute strinxisti in me, ne in pugna præpedirer. *c* Resistentes] scil. motus carnales, vel dæmones. *d* Inimicos] i. vitia, vel dæmones, vel tyrannos. *e* Dedisti mihi] q.d. fecisti, ut me sequerentur, quia multi, qui fuerunt hostes Ecclesiæ postea secuti sunt eam, ut Paulus. *e* Odientes] idest, dæmones.

[*Act.* 9.]

f Disperdam] per universum orbem, ubi est, in qua dispersione clamabunt ad Deos suos. *g* Ad Dominum] supple postea clamabunt. *h* Et non exaudiet] i. non judicabit eos dignos exaudiri, quasi dicat: Alius non potest salvare, & tu non vis, quia non recedunt a malitia sua. *i* Delebo eos] quasi dicat: non solum dispergam, sed etiam dispersos comminuam, ut pulverem terræ, ut sint leves, & steriles, & cedant omni vento doctrinæ, & suggestionis, & loquitur hic Christus. Et ita factum est, quia Judæi aridi facti sunt imbre misericordiæ Dei. *k* Comminuam eos] luxuriantes, & lubricos per latas vias, quæ ducunt ad mortem. *l* Compingam] idest, simul in inferno projiciam. Unde *Is.* 24. Visitabit Dominus super malitiam cœli in excelso, & super reges terræ, qui sunt super terram, & congregabuntur congregatione unius fascis in lacum, & includentur ibi in carcere. *m* Salvabis] adhuc loquitur Christus.

[*Matth.* 6.]

n Populi] idest, Judæorum, de quibus Christus secundum carnem est, qui dixerunt: Si dimittimus eum sic, totus mundus ibit post eum. *Jo.* 11. *o* In caput] idest, ut sim caput gentium, & sic est. *p* Quem ignoro] i. quasi ignotum non visitavi lege, aut Prophetis, aut corporali præsentia. *q* Filii alieni] *Gloss.* Judæi ex patre diabolo nati. *r* Resistent] Quidam libri habent, non resisteant, & tunc debet exponi de gentibus. Quidam habent, resistent, & tunc debet exponi de Judæis, & sic legitur *Interl.* *s* Auris] interioris. *t* Filii alieni] quasi dicat: populus gentium obedivit mihi. Sed filii alieni, idest, Judæi, de quibus dicit Dominus per *Is.* 1. Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me, eundo post concupiscentias suas. *u* Contrahentur] idest, in inferno tabescent, ubi omnis iniquitas oppilabit os suum.

[*Joan.* 8.]

x Vivit Dominus] Quarta pars, ubi Ecclesia summatim munera Dei laudat, q. d. prædicta fecit Dominus: Unde patet, quod vivit Dominus in se vivens per naturam, vivificat per gratiam.

[*Psal.* 106.]

y Benedictus] a se, qui omnia benedicit, idest, laudatus sit. *z* Deus meus] non alienidii. *a* Et exaltabitur] idest, det mihi salutem in excelso, non imo, idest cœlestem non terrenam, æternam non temporalem, spiritualem non corporalem. *b* Vindictas mihi] in die judicii, cum redditur malis juxta merita sua. Vel vindictas subdendo mihi populos. Unde quasi exponendo subjicit. *c* Et dejecisti populos sub me] Hæc est pia vindicta, cum rebellis subditur. *d* Educis me liberando] vel patientiam conferendo, vel victoriam concedendo.
e Ab inimicis meis] spiritualibus, vel corporalibus.

a A resi-

& a *a* resistentibus mihi elevas me, *b* a viro iniquo *c* liberabis me. *d* Propterea *e* confitebor tibi Domine, in *f* gentibus, & *g* nomini tuo cantabo. *h* Magnificans salutes *i* regis ejus, & faciens misericordiam *k* Christo suo David, & *l* semini ejus *m* usque in sempiternum.

C A P. XXIII.

HÆc *n* autem sunt verba David *o* novissima. Dixit David filius Isai: Dixit *p* vir, cui *q* constitutum est de Christo Dei Jacob, *r* egressus psaltes Israel: *s* Spiritus Domini locutus est per me, & *t* sermo ejus per linguam meam. *u* Dixit Deus Israel: Mihi *x* locutus est *y* fortis Israel, *z* Dominator hominum, *a* justus Dominator in timore Dei. Sicut *b* lux *c* auroræ *d* oriente sole mane, *e* absque nubibus *f* rutilat, & sicut *g* pluviis germinat *h* herba de terra, *i* nec tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum *k* iniret mecum firmum in omnibus, atque munitum: *l* Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas, *m* nec quicquam *n* ex ea, quod *o* non germinet: *p* Prævaricatores autem quasi spinæ evellentur universi, quæ non *q* tolluntur manibus:

Ps. 17. Rom. 15. al. † magnificanti.

a A resistentibus] q. d. quanto illi magis insurgunt in me, tanto amplius exaltabis me. *b* A viro iniquo] i. diabolo. Diabolus dicitur vir, vel homo, quia hominem dejicit. *Matth.* 13. Inimicus homo fecit. *c* Liberabis me.] i. Ecclesiam meam dicit Christus; vel ipsa Ecclesia loquitur, ut sup. *d* Propterea,] i. propter illa, quæ prædicta sunt superius. *e* Confitebor] laudes, & peccata. *f* In gentibus] quia gentes conversæ confitebuntur laudes, & peccata sua tibi. *g* Nomini tuo] i. ad honorem nominis tui. Honor nominis est, ut prædicetur, ut omnibus innotescat: Ideo dicit *Cant.* 1. Oleum effusum nomen tuum. *h* Magnificantis] q. d. Cantabo nomini tuo: & quasi quis quæreret, cujus nomini cantabis? Et ipsa respondet: Nomini magnificantis, i. illius, qui magnificat salutes, &c. Aliqui habent, magnificans, & hæc est verior littera, & continuatur ibi. Exaltabitur Deus fortis, Deus dico magnificans salutes, i. inhabiles faciens. *i* Regi ejus] idest, Christi. *k* Christo suo] i. ipsi liberatori, qui vicit mundum manu forti, faciet Deus pater misericordias, i. corpori ejus, quod est Ecclesia *Col.* 1. Unde sequitur. *l* Et semini ejus] Et, hic ponitur pro, i. semini, i. electis Ecclesiæ, vel utrique, idest, capiti, & corpori facit Deus pater misericordias, in gloriam assumendo, a miseriis liberando. *m* Usque in] idest, sine fine.

E X P O S I T I O C A P. XXIII.

HÆc *n* autem verba] prædicti psalmi. *o* Sunt novissima] Dicunt quidam hunc psalmum, qui dictus est novissime scriptus a David. Unde *Interl.* dicit: Novissima, quia hanc laudem David in articulo mortis Domino devote cantavit. Alii dicunt, novissima verba David, scil. quæ sequuntur, scil. spiritus Domini, &c. Et dicunt prædictum Psal. non annumerari centum quinquaginta Psalmis, quos fecit David, qui in Psalt. mystice componuntur, vel novissima dicuntur hæc verba, quia ultimam laudem confessionis significant, quia superato hoste, & peracta pœnitentia, & victoria mortis, Sancti cantabunt in æternum. Unde *Ps.* 88. Misericordias Domini in æternum cantabo. *p* Dixit vir] i. David. *q* Cui constitutum est] i. cui promissio facta est, de Christo nasciruro ex semine ejus. *r* Egregius psaltes] *Glos.* Egregius psaltes, quia lucidissime de Christo dicit, & incarnationem ejus, ac redemptionem humani generis prophetavit. *s* Spiritus Domini] i. Spiritus sanctus. *t* Et sermo] i. filius. *u* Dixit] ipse David. *x* Locutus] interius per inspirationem. Unde *Ps.* 84. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. *y* Fortis] i. qui dat fortitudinem Israel, sicut dicitur sanctus Israel, i. sanctificans Israel.

Jo. 16.

z Dominator] per potentiam. *z* Hominum] vel omnium. *a* Justus] i. justificans eos, qui timent eum, quorum proprie dominatur. *b* Sicut lux] sermo ejus. Dico, est lux, &c. quasi dicat, sermo Domini illuminat, & fœcundat. Illuminat quidem intellectum, & fœcundat affectum. *Glos.* exponit mystice. *c* Auroræ] idest, Ecclesiæ. *d* Oriente, &c.] i. resurgente a mortuis. *e* Absque nubibus] infidelitatis. *f* Rutilat] miraculis. *g* Pluviis] i. prædicatione. *h* Herba de terra] i. vir fidelis de Ecclesia. *i* Nec tanta, &c.] Quasi dicat: hoc fecit Dominus, non merito vitæ meæ, sed gratia sua, quia non est tanta, &c. *k* Iniret] i. inire deberet. *l* Cuncta enim] sic continua: Vere dominator omnium est. Cuncta enim, &c. & omnis, &c. *Gloss.* In hujus potestate consistit. *n* Ex ea] i. in domo, vel in voluntate. *o* Quod non, &c.] idest, prospere fiat, q. d. quæcumque vult, prospere facit. *p* Prævaricatores, &c.] *Gloss.* Omnis arbor, quæ non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur. *Matth.* 7. *q* Non tolluntur, &c.] manibus, sed falce, quia pungunt. Unde sequitur: *a* Si

Moraliter. *p* Dixit vir cui constitutum est] *Hier. in lib. de Heb. q.* ponit hanc litteram: Dixit vir cui constituta est scala Christo Dei Jacob. Hæc scala est pœnitentia, per quam David pro adulterio, & quilibet peccator ascendit ad Deum, sive in cœlum. Unde *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. *Luc. ult.* Nonne hæc oportuit pati Christum, &c. De hac scala dicitur *Gen.* 28. Vidit Jacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius, i. spem tangentem cœlum: Angelos quoq; Dei ascendentes, & descendentes per eam, i. sanctas cogitationes, quæ ascendunt nunc ad beneficia Dei, nunc descendunt ad peccata propria, nunc in cœlum, nunc in infernum: & Dominum innixum scalæ, idest, affixum Cruci. Hunc enim debet cogitare jugiter quicumque pœnitentiam facit. Brachia hujus scalæ sunt contritio cordis, & confessio oris. Gradus vero scalæ sunt distinctiones meritorum in satisfactione. Gradus enim inferuntur brachiis scalæ, & gradus satisfactionis debent procedere ex contritione, & confessione. *b* Sicut lux, &c.] Lux auroræ, gratia est pœnitentiæ, quæ illuminat pœnitentem, pellens ab eo tenebras peccatorum. Unde *Is.* 58. Si abstuleris de medio tui catenam, orietur in tenebris lux tua, &c. *d* Oriente Sole] Sol, i. Christus moritur propter peccatum in corde peccatoris, item oritur in eodem per gratiam pœnitentiæ. Unde *Malac. ult.* Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus. *e* Absque nubibus] Qui facit bona opera, in peccato, vel intentione mala, cum nubibus rutilat: qui vero facit bona opera sine peccato, & cum recta intentione, sine nubibus rutilat. De his dicitur: Revela Domino viam tuam, & reducet quasi lumen justitiam tuam, idest, dirige opera tua ad Dominum, & ipse fundet tibi lumen gratiæ suæ. *Deut.* 16. Juste, quod justum est, exequeris Juste, quod justum est, exequitur, qui bona, quæ facit, ad Dominum dirigit. *g* Et sicut pluviis] Pluviæ sunt gratiæ, & doctrina. Terra est fidelis anima: herba pœnitentia inchoata. Tunc ergo herba de terra germinat pluviis, quando anima gratia Dei, & doctrina confessorum irrigata, pœnitentiam inchoatam usque ad plenam satisfactionem perducit. Unde *Matth.* 3. Facite fructum dignum pœnitentiæ, qui scil. plene satisfaciat de peccato; quidam enim faciunt pœnitentiam, sed non fructus pœnitentiæ, qui scil. pœnitentiam agunt in peccato. Alii faciunt fructus pœnitentiæ, sed non dignos, qui scil. pœnitentiam agunt in gratia, sed minorem digna. Alii faciunt fructus dignos pœnitentiæ, qui scil. plene satisfaciunt de peccatis. *i* Nec est tanta, &c.] Hoc debet dicere pœnitens, quantamcumque pœnitentiam agat, reputans se nihil facere. Unde *Luc.* 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. *m* Nec est quicquam] Sic nihil debet esse in domo pœnitentis, quod non germinet dignos fructus pœnitentiæ. Cor doleat, os confiteatur, manus operetur, oculus ploret, venter jejunet, & sic omnia membra, quæ offenderunt Deum in peccando; satisfaciant pœnitendo, hoc est, quod dicitur *Rom.* 6. Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc, &c. *o* Prævaricatores] omnis peccator spinæ comparatur, quia sicut spina tangentem se manum lacerat, sic peccator corrigentem se, dente detractionis mordet. Unde *Amos* 5. Odio habuerunt in porta corripientem, & loquentem perfecte abominati sunt. Maxime autem avarus spinæ comparatur. Spina enim, & florem habet, & aculeum, & avarus florem habet temporalium. Unde *Jer.* 48. Dete florem Moab, quia florens egredietur, & civitates ejus desertæ erunt. Habet etiam spina aculeum, & divitiæ punctiones gravissimas. Nam, ut dicitur, cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore deseruntur. Signanter autem dicitur: prævaricatores quasi spinæ

Ps. 36.

Et si *a* quis tangere eas voluerit, armabitur ferro, & *b* ligno lanceato, ignique *c* succensæ comburentur usque ad nihilum. Hæc sunt *d* nomina *e* fortium David. David *f* sedet in cathedra *g* sapientissimus *h* princeps *i* inter tres: Ipse est quasi *k* tenerrimus ligni *l* vermiculus, qui *m* octingentos interfecit impetu uno.

a Si quis, &c.] ad spinas tollendas. *b* Ligno lanceato] idest, habente ferrum in capite, ut lancea, idest, farculo ferrato. *c* Succensæ] spinæ scilicet. *d* Hæc sunt nomina] Hic ponitur catalogus fortium, qui fuerunt cum David. Ad cujus evidentiam breviter notandum est, quod inter viros David fuerunt triginta sex principales, & ipse fuit omnibus insignior sedens in cathedra sapientissimus, & ita fuerunt triginta septem cum David, de quibus omnibus fuerunt quatuor ordines. David super omnes fuit primus. Tres primi post ipsum fuerunt Jesbaan filius Ahamoni, Eleazar, & Semma. Post istos tres fuerunt alii tres Abisai, Sabocai, Jonatha. Post istos erant triginta residui. Et potest dici sic: Triginta erant fortes, idest, in positivo gradu, tres fortiores, quasi in comparativo, alii tres fortissimi, quasi in superlativo: David vero super omnes. Inter fortes non numeratur Joab. Vel quia princeps militiæ erat, & sic nota fuit ejus fortitudo: vel quia indignus erat, quia in dolo occidit duos viros fortes, & strenuos, scil. Abner, & Amasam. *e* Fortium] Regis. *f* David sedet] Aliqui libri habent sedens. Et est hoc totum, sedens in cathedra sapientissimus, circumlocutio hujus nomine David: Planius legitur. Sedet. *h* Princeps] *Gl.* Jesboam filius Ahamoni, sicut legitur in 1.*Par.*11. Et nota, quod hic incipit computatio fortium: sed primus nominatur hic: Sed 1.*Par.*21. vocatur Jesboam. *Joseph.* vocat eum Eusebium filium Achineæ, seu Hebræus legit hoc de David. *l* Vermiculus,] *Gl. Rab.* virtus viri bellica, & domestica significatur, quia sicut vermiculus ligni, tener quidem, & fragilis, & modicus apparet, fortissimum tamen lignum terebrat, & consumit: Unde a terendo teredinis nomen accepit: Sic ille domi omnibus affabilis, quietus, & humilis, in certamine publico robustum se, & omnibus intolerabilem hostibus exhibebat. Hunc tamen principem fortium Hebræus suspicatur esse David. *m* Octingentos. *Joseph.* dicit nongentos. Sed 1.*Par.*11. dicitur trecentos. *Gloss.* Sed quod ibi minus habetur, hic suppletur. Ubi autem hoc factum fuerit, non legitur nisi hic.

1. *Par.* 11.

Ω *a* Post

Moraliter.

* evellent, quia terræ tota mente quasi quibusdam radicibus sunt infixi, de quibus dicit *Ps.* 16. Statuerunt oculos. Item *Jer.*17. Domine recedentes a te scribentur in terra. *a* Et si quis tangere, &c.] Hoc est, qui vult vitia reprehendere, & peccatores arguere, maxime divites hujus mundi, oportet, quod armetur scuto patientiæ, & zelo justitiæ. Patientia parum valet sine zelo, minus valet zelus sine patientia. Unde *Ezech.* 3. dicit Dominus prædicatoribus in persona Prophetæ: Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam. Adamas attrahit ferrum: Ecce zelus, qui attrahit peccatores. Silex ictus sustinet, neque reclamat: Ecce patientia, quæ verba sustinet, neque remurmurat: Sed si vera est, gaudet: Verba enim cibus sunt patientiæ, sicut eleemosynæ pietatis. Unde *Act.* 5. post verba Apostolorum dicitur statim: Ibant Apostoli gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Nisi verba cibus essent patientiæ, Apostolus non dixisset. *Rom.* 5. Tribulatio patientiam operatur: Neque Dominus *Matth.*5. dixisset: Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Adamas pretiosus est, silex vilis q.d. Propheta, cum fuerit vilis sermo tuus, non frangaris; cum fuerit pretiosus, non extollaris. *c* Ignique, &c.] Hoc est, quod dicitur *Hebr.*6. Terra proferens spinas, & tribulos, reproba est, & maledictioni proxima, cujus consummatio in combustionem. *Is.*30. Profunda est, & dilatata Tophet, nutrimenta ejus, ignis, & ligna multa. *f* Sedet in cathedra, &c.] Mystice. *f* David exponitur de Christo sic: David sedet in cathedra, i. Christus in Ecclesia. Sedere, regum est, & magistrorum, & judicum, idest, Christus rex est, & fuit. Unde *Zachar.* 9. Exulta satis filia Sion, jubila filia Jerusalem, ecce rex tuus veniet tibi. Item magister fuit. Unde *Jo.* 13. Vos vocatis me magister, & Domine, &c. Item judex erit in secundo adventu. *Ps.*9. Cognoscetur Dominus judicia faciens. De his tribus dicitur *Is.*33. Dominus Judex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: de cathedra dicitur in *Ps.*106. In cathedra seniorum laudent eum. *g* Sapientissimus] Unde *Ps.*146. Sapientiæ ejus non est numerus. Sapiens enim creator, sapientior, recreator, sapientissimus reformator. *i* Inter tres:] quasi unus inter tres personas. *k* Tenerrimus ligni vermiculus] Unde *Ps.* 21. Ego sum vermis, & non homo. Vermis dicitur Christus, quia vermis de sola terra nascitur sine patre: Et Christus de Virgine sine patre natus est. Vermis mollis est, cum tangitur; sed asper quando tangit, sic Christus quando tangitur devotione fidei, aut orationis, mollis est, & suavis, cum autem tanget in judicio, asperrimus sentietur. *m* Octingentos interfecit] Dæmones in passione Christus vulneravit, sed in generali resurrectione penitus interficiet, quando perpetuo retrudet in inferno, quod fiet in octava ætate: & ideo dicitur: Octingentos inter, &c. *f* David, &c.] In his verbis describitur, qualis debet esse, qui eligitur in Prælatum. Primo debet esse David, i. manu fortis, aspectu desiderabilis: idest, fortis in operibus, conspicuus in moribus. Unde 1. *Tim.* 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Item David interfecit leonem, & ursum, & Philistæum. In leone superbia, in urso luxuria, in Philistæo avaritia designatur. Ista tria debet interficere quilibet, antequam promoveatur ad regimen aliorum; sicut David, antequam fieret rex, istos tres interfecit. Item debet esse sapientissimus: Non sufficit, quod sit sapiens, quod sapientior, sed sapientissimus debet esse. Sapientiæ enim Prælatorum tres sunt gradus. In primo est sapiens. In secundo sapientior. In tertio sapientissimus. Primus gradus est, ut sciat peccatores ad se retrahere. Secundus, ut sciat attractos in via salutis dirigere. Tertius, ut sciat attractos, & directos ad melius promovere. Sic fecit Dominus, primo vocavit discipulos ad se, deinde duxit secum, tandem misit in prædicationem. Istum triplicem gradum sapientiæ significat baculus Episcopi. Est enim in summo recurvus, in medio rectus, in imo acutus. Curvitas signum est attractionis, rectitudo regiminis, acumen exhortationis. Unde versus.

Mystice.

Moraliter. Sermo de electione Prælati.

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Item debet esse princeps inter tres: Quasi enim tres ordines hominum sunt in Ecclesia, populus, clerus, prælatus, sive certe, Noe, Daniel, & Job, i. rectores, continentes, & conjugati. Inter hos debet esse Prælatus, Princeps, i. primum caput. Sicut enim a capite motus, & sensus ad singula membra derivantur, sic a Prælato ad subditos manare debet exemplum boni operis, & doctrina sanctæ eruditionis. Item in capite sunt omnes sensus corporis, sic in Prælato omnes sensus Ecclesiæ debent esse. Unde in *Cant.* per oculos sponsæ, per nasum, per labia, per collum, per femora, & fere per omnia membra sponsæ, designantur Prælati, quia totum onus Ecclesiæ ipsis incumbit, & ab ipsis ratio totius administrationis Ecclesiæ requiretur. Unde *Ezech.*14. Ecce ego ipse super pastores, &c. Et hoc justum est, quia ipsis solis communis commissus est grex, & ab ipsis solis debet exigi ratio gregis. Rationem autem exiget & secundum qualitatem, & secundum quantitatem. Secundum qualitatem, quia quales oves tradidit in baptismo, tales repetet innocentes, scil. quia tales tradidit in baptismo, secundum quantitatem, quia quot tradidit, tot repetit. *Jo.*13. Adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. Item debet esse tenerrimus vermiculus ligni, tenerrimus quidem, per mansuetudinem, vermiculus per humilitatem: Nec dicit tener, vel tenerior, sed tenerrimus. In quo triplex gradus mansuetudinis exprimitur, qui debet esse in Prælato. Primus est æquanimis contumeliarum perpessio, hic gradus facit tenerum. Secundus est æquanimis injuriarum perpessio, hic facit teneriorem. Tertius est æquanimis perpessio verberum, hic facit tenerrimum. Quidam bene sustinent verborum contumelias, hoc bonum est. Quidam bene sustinent rerum injurias, hoc melius est. Quidam vero corporis verbera, hoc optimum est. Et hæc tria requiruntur in Prælato, & ideo dicitur tenerrimus. Tales fuerunt antiquitus Prælati Dei, scilicet, ad contumelias surdi, ad injurias muti, ad verbera mortui. Item vermiculus dicitur, non vermis: In quo similiter triplex gradus humilitatis ostenditur.

Primus

Primus est, libenter se subdere majori, hic facit humilem. Secundus est, libenter se subdere pari, hic facit humiliorem. Tertius libenter se subdere minori, hic facit humillimum. Hos tres gradus debet habere Prælatus, & sic erit vermiculus, quod probatur *Matth.* 3. ubi dicit Dominus ad Joannem: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam. *Gl.* idest, perfectam humilitatem, qua se subjecit servo. Nos dicit: quia Joannem, idest, Prælatos in hoc voluit comprehendi. Ligni autem dicitur: quia vermiculus licet parvus, tamen lignum fortissimum terebat, in quo zelus justitiæ, & odium peccatorum designatur, quæ debet habere prælatus. Nomine enim ligni, peccatum intelligitur, *Isai.* 7. Requievit Syria super Ephraim, idest, superbia super divitem, & commotum est cor ejus, & cor populi ejus, sicut moventur ligna silvarum a facie venti, idest, diabolicæ suggestionis. Ventus radicem arboris non movet, sed ramos, sic diabolus non movet peccata a corde, sed opera multiplicat.

Ligna ergo debet terebrare prælatus, idest, peccata devorare. Unde *Osee* 4. Sacerdotes peccata populi comedent, idest, devorabunt, & destruent, sicut ille, qui comedit eibum. Qui igitur talem se sentit, sedeat cum David in cathedra seniorum, alioquin non in cathedra seniorum, sed in cathedra pestilentiæ sedebit. De hoc dicitur *Eccl.* 7. Noli quærere ab homine ducatum, neque a Rege cathedram honoris. *Ezech.* 28. In cathedra Dei sedi in corde maris. *1. Par. 11.*

a Post hunc *b* Eleazar filius *c* patrui ejus Ahohites inter tres fortes, qui *d* erant cum David, quando *e* exprobraverunt Philistiim, & congregati sunt *f* illuc in prælium. Cumque ascendissent viri Israel, *g* ipse stetit, & percussit Philistæos, donec *h* deficeret manus ejus, & obrigesceret cum gladio. Fecitque Dominus salutem magnam in die illa, *i* & populus, qui fugerat, reversus est ad cæsorum spolia detrahenda. Et post hunc *k* Semma filius Age de Arari. Et congregati sunt Philistiim in *l* statione. Erat quippe ibi ager *m* lente plenus. Cumque fugisset populus a facie Philistiim, stetit *n* ille in medio agri, & *o* tuitus est *p* eum. Percussitque Philistæos, & fecit Dominus salutem magnam, necnon *q* & ante descenderant tres, *r* qui erant principes *s* inter triginta, & venerant tempore messis ad David in *t* speluncam Odollam. Castra autem Philistiim erant posita in *u* valle gigantum, & David erat in *x* præsidio. Porro *y* statio Philistinorum tunc erat in Bethleem. Desideravit igitur David aquam de lacu, & *z* ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem *a* juxta portam. Irruperunt ergo tres *b* fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethleem, quæ erat juxta portam, & attulerunt ad David. Et ille noluit bibere, sed *c* libavit eam *d* Domino, dicens: Propitius sit mihi Dominus ne faciam hoc. *e* Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & *f* animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Hæc fecerunt tres *g* robustissimi. Abisai quoque frater Joab filius Sarviæ, princeps *h* erat de tribus. Ipse est, qui levavit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in *h* tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad tres primos non pervenerat. Et *i* Banajas filius Jojadæ viri *k* fortissimi *l* magnorum operum de *m* Cabseel. Ipse percussit *n* duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in *o* diebus nivis. Ipse quoque interfecit *p* virum Ægyptium, *q* virum dignum *r* spectaculo, habentem in manu hastam. Itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægyptii, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banajas filius Jojadæ, & ipse nominatus *s* inter tres robustos, qui erant inter triginta *t* nobiliores, verumtamen usque ad *u* tres non pervenerat. Fecitque eum sibi David *x* auricularium *y* a secreto. *z* Asael frater Joab inter triginta. Elehanam

Ω *a* Post hunc] scilicet Jesboam.
b Eleazar] Iste est secundus inter primos tres fortissimos.
c Patrui ejus] scilicet David.
d Qui erant] primi.
e Quando exprobraverunt] filiis Israel.
f Illuc] 1. *Par.* 11. dicitur in Aphec Domini.
g Ipse stetit] scilicet Eleazar.
h Deficeret] præ lassitudine. *i* Et populus] Israel.
k Semma] iste est tertius inter primos tres fortissimos.
l In statione] i. in expeditione. *m* Lente] In 1. *Par.* 11. dicitur, hordeo, & utrumque potuit esse verum, sed in diversis partibus agri, vel mixtim.
n Ille] scilicet, Semma. *o* Tuitus] idest, tutatus.
p Eum] scilicet agrum.
q Ex ante] ista, quæ dicta sunt. *r* Tres] scil. Abisai, Sobocai, Jonathan. Isti sunt secundi tres, quibus historia hujus libri attribuit delationem aquæ de cisterna Bethleem. *Joseph.* vero attribuit illis tribus prioribus.
s Inter triginta] idest, principes respectu eorum, idest, illis priores in fortitudine, & probitate.
t In speluncam] Non fuit hoc, quando David fugit a facie Saulis, sed post peccatum Bersabee, ut dicit *Hier.*
u In valle gigantum] *Gloss.* idest, in valle Raphaim.
x In præsidio] idest, in munitione, vel expeditione.
y Statio] idest, exercitus.
z Et ait] *Glos.* ut suos tentaret.
a Juxta portam] Imperfecta est locutio, in quo etiam vehemens desiderium expressit, & suppletur biberem illam libenter.
b Tres fortes] jam prædicti.
c Libavit] idest, effudit.
d Domino] idest, ad honorem Domini. *Glos.* Exemplum fortitudinis, & constantiæ militibus præbuit, vincens naturam, idest, appetitum, ne sitiens biberet, ut exercitus sitim tolerare disceret.
e Num, &c.] q.d. non.
f Animarum] idest, vitarum.
g Robustissimi] idest, valde robusti, vel comparatione 30.
h Erat de tribus,] idest; inter istos tres scil. secundos, quos diximus fortiores respectu scilicet triginta.
i Banajas] Iste fuit unus de triginta fortibus.
k Fortissimi] idest, valde fortes.
l Magnorum operum] supple magistri. Unde *Interl.* dicit alias, magister. *m* De Cabseel] quod interpretatur congregatio, quasi dicat: Banajas erat magister operum Cerethi, & Phelethi, quorum opera magna erant. *Sup. 21.*
n Duos leones] idest, duos principes Moab, quos 1. *Paral.* 11. vocat duos Ariel, & Ariel interpretatur leo. Quidam ibi habent arietes, sed falso.
o In diebus nivis] *Glos.* *Jos.* hic apertius dicit, quod fuerit, scil. cisterna nimis profunda tempore hyemis nivis aggere coæquata. In hanc leo inscius decidit, & conclusus grandi rugitu clamavit. Banajas vero, qui cum ceteris ad spectaculum venit in cisternam desiliit, & leonem interfecit. Sed *Hebræus* exponit hoc metaphorice vocans istum leonem Joab, quem interfecit Banajas 3. *Reg.* 2. Cisternam vocat templum, ubi interfectus fuit Joab. Tempore nivis fuit hoc factum, quia Banajas per hanc mortem dealbatus fuit super nivem.
p Virum Ægyptium] Quidam hoc dicunt verum fuisse ad litteram. *Glos.* marginalis exponit sic: Imitatorem Ægyptii Deum blasphemantis, quem Moyses, jubente Domino, interfecit. Ille enim blasphemavit Dominum, hic prophetam, & Regem. Sed *Interl.* exponit hoc de Semei, qui maledixit David *supra* 16. quem interfecit Banajas sub Salomone 3. *Reg.* 2. *Lev. 24.*
q Virum] *Glos.* qui 1. *Par.* 11. quinque cubitos staturæ legitur habuisse.
r Spectaculo] *Glos.* Spectabatur enim, ut si Jerusalem egrederetur, interficeretur. Sic enim mortuo David conventum est inter Semei, & Salomonem, ut si inveniretur Semei extra Jerusalem, occideretur, & ita factum fuit, ut legitur 3. *Reg.* 2 *s* Inter tres, &c.] *Gloss.* Abisai, Sobocai, Jonatha, quibus æquipari poterat. Et bene dicit *Gloss.* quia non erat de illis, sed æqualis illis.
t Nobiliores] aliis militibus, minus tamen nobiles sex prædictis. *u* Usque ad tres primos, vel etiam secundos.
x Auricularium] idest, consiliarium suum. Unde 1. *Par.* 11. dicitur: Posuit eum ad aurem suam.
y A secreto] una dictio est, & est indeclinabilis sicut a secretis, &c. & est sensus: Fecit eum auricularium a secreto, i. conscium secretorum. *z* Azael frater Joab]

Hic fuit secundus de triginta fortibus. Primus fuit Banajas, postea ponit eos nominatim in littera.
a Patrui ejus] idest, David.
b Urias] vir Bersabee] *Gloss.* Hic ultimus ponitur pro eo, quod sequitur: Et addidit furor Domini, &c. Jam enim ultio Domini facta fuerat in David, & in domo ejus, sed non in populo, qui vel non restitit David, vel consensit.
c Triginta septem] imo quadraginta, si bene computentur, quia praeter illos septem fortissimos computantur hic triginta tres. Sed potest dici, quod duo computantur hic, qui non sunt de numero, ut dicit *Hieronymus*, scilicet Jonathan, & Aran filii Jassen: Tamen quia erant fortes, numerantur hic inter alios. Item David non computatur, & ita habes triginta septem praecise. Item nota, quod in quadam *Gloss.* hic dicitur, quod Banajas fuit unus de tribus fortissimis primis: Sed hoc non est verum, imo fuit de triginta. Sed quia liber hic non nominat primum de tribus fortissimis, quem *Paral.* vocat Jesboam: Ideo *Gloss.* loco ejus computat, Banajam, & loco Banajae inter triginta computat alium.

A — 1. Par. 11.

filius *a* patrui ejus de Bethleem. Semma de Harodi, Elica de Harodi. Heles de Phalti. Hira filius Acces de Thecua. Abiezer de Anathoth. Mobonnai de Husati. Selmon Ahohites. Maharai Netophathites. Heled filius Baana, & ipse Netophathites. Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Benjamin. Banaja Pharathonites. Heddai de torrente Gaas. Abialbon Arbathites Azmaveth de Beromi. Eliaba de Salaboni. Filii Jassen, Jonathan, & Aran. Semma de Orori. Ajam filius Sarar Arorites. Eliphelet filius Aasbai filii Machati. Heliam filius Achitophel Gelonites. Hesrai de Carmelo. Pharai de Arbi, Igaal filius Nathan de Soba. Bonni de Gadi. Selec de Ammoni. Naharai Berothites armiger Joab filii Sarviae. Hira Jethrites. Gareb, & ipse Jethrites. *b* Urias Hethaeus. Omnes *c* triginta septem.

C A P. XXIV.

ET addidit *d* furor Domini irasci contra Israel, commovitque *e* David in eis dicentem ad Joab: Vade numera Israel, & Judam. Dixitque *f* Rex ad Joab principem exercitus sui. Perambula omnes Tribus Israel, *g* a Dan usque Bersabee, & *h* numerate populum, ut sciam numerum ejus. Dixitque *i* Joab Regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, *k* quantus nunc est, iterumque *l* centuplicet in conspectu domini mei Regis. Sed *m* quid sibi dominus meus Rex vult in re hujuscemodi? *n* Obtinuit autem sermo Regis verba Joab, & principum exercitus. Egressusque est Joab, & principes militum a facie Regis, ut numerarent populum Israel. Cumque pertransissent Jordanem, venerunt in Aroer ad dexteram urbis, quae est in valle Gad, & per Jazer transierunt in *o* Galaad, & in terram inferiorem Hodsi, & venerunt in Dan silvestria. Circumeuntes quoque juxta Sydonem, transierunt prope moenia Tyri, & omnem terram Hevaei, & Chananaei, veneruntque ad Meridiem Juda in Bersabee. Et lustrata universa terra, affuerunt post novem menses, & viginti dies in Jerusalem. *p* Dedit ergo Joab numerum descriptionis populi Regi. Et inventa sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium, & de Juda quingenta millia pugnatorum. *q* Percussit autem cor David eum, postquam numeratus est populus. Et dixit David ad Dominum: *r* Peccavi valde in hoc facto, sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stulte egi nimis. *s* Surrexit itaque David mane, & sermo Domini factus est ad Gad *t* Prophetam, & videntem David dicens. Vade, & loquere ad David: Haec dicit Dominus: Trium tibi datur optio, elige unum, quod volueris ex his, ut faciam tibi. Cumque venisset Gad ad David, nunciavit ei, dicens: Aut septem annis veniet fames tibi in terra tua, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, & illi te persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide, quem respondeam ei, qui me misit, sermonem. Dixit autem David ad Gad: *u* Coarctor undique nimis, sed *x* melius est

E X P O S I T I O CAP. XXIV.

B — 1. Par. 21.

ET *c* addidit] De tribus agitur in hoc capitulo: Primo de numeratione populi: secundo de Angelo percutiente populum: tertio de constructione altaris in area Ornam Jebusaei. In littera tamen vocatur iste Ornam Areuna.

1. q(?). 9. hh(?) ma veritatem David. — C

d Furor 1. *Paralipomenon* 21. exponitur iste furor cum surrexit Sathan adversus Israel, & incitavit David, ut populum numeraret.
e David in eis, &c.] idest, contra eos, idest, ad id commovit Sathan, quod factum fuit contra Israel.
f Dixitque Rex] *Glossa* facta superbiae tactus.
g A Dan usque Bersabee] civitates, & termini Judaeae.
h Numerate, &c.] tu, & Principes. *i* Dixitque Joab] intelligens, quod ex elatione diceret hoc David.
k Quantus nunc est, &c.] *Gloss.* ut duplo tantus.
l Centuplices in conspectu Domini] idest, fiat centies tantus.
m Sed quid sibi dominus. &c.] quasi dicat, vide, ne offendas Deum in hac numeratione.
n Obtinuit autem sermo Regis] idest, sermo Regis praevaluit verbis Joab, & Principum.

o Galaad, & in terram] Galaad civitas est, atque etiam regio.
p Dedit ergo, &c.] *Gloss.* Notandum quod in 1. *Paral.* 11. legitur, mille millia, & centum millia de Israel, & de Juda, quadringenta septuaginta millia; Quod intelligendum est, Joab numerasse, sed noluisse ostendere, nisi quanti in Samuelis libro leguntur, hoc est in libro isto. Et hoc fecit, ne David omnis superbiret de tanto populo sibi subjecto, & ita nulla est contrarietas, sed utrumque verum est, quia hic ponitur numerus eorum, quos Joab dedit David; ibi numerus eorum, quos invenit.
q Percussit autem cor David] idest, conscientia reprehendit eum de elatione.
r Peccavi valde in hoc facto, &c.] quia in duobus peccavit, & quia populum superbe numeravit, & quia censum non solvit de populo numerato, sicut praeceptum fuit in lege. Legitur enim *Exodi trigesimo*. Cum tuleris summam filiorum Israel, juxta numerum, dabunt singuli pretium Domino pro animabus suis, & non erit plaga in eis. Hoc oblitus facere David, offendit Deum, & ideo facta est plaga in Israel.
s Surrexit itaque] quasi dolens, qui non potest in uno loco quiescere.
t Prophetam, & Videntem David] idest, vade portans tecum tres conditiones supplicii.
u Coarctor undique] quasi dicat, si famem eligo, pauperum erit supplicium, non divitum: si victoriam hostium, supplicium erit exercitus, non meum, quia circumvallabor fortissimis militibus: Eligam ergo plagam communem Regi, & plebi, sicut pestilentiam. Sed quae differentia est inter famem, & pestilentiam? Dicit ergo *Hieronymus*, quod nunquam est fames sine pestilentia. Quandoque large accipitur, scilic. pro languore diuturno, qui famem sequitur, vel aeris corruptionem; hic autem stricte accipitur, scilicet, pro ruina populi, idest, morte subita. *x* Melius est, &c.] Ergo bonum est incidere in manus Domini. Contra: *Hebr. decimo*, dicitur: Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Solut. Duplex est forum, scilicet misericordiae, & justitiae. Forum misericordiae nunc agitur, forum justitiae, in futuro ventilabitur. Bonum est ergo incidere in manus Dei misericordia, idest, dum judicat in foro misericordiae, sed horrendum est incidere in

Dan. 13. Phil. 1. 1. Par. 21.

manus

manus Dei justi, idest, cum stabit in foro justitiæ. De illo foro justitiæ dicitur. Non intres in judicium cum servo tuo, Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Item *Eccl.*2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, non in manus hominum. Item *Dan.* 13. Melius mihi incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.

Ps. 142.

y Ut incidam in manus Domini [multæ enim misericordiæ ejus sunt] in præsenti.

De pen. d. 2. *c. sufferat gautem.*

a Usque ad tempus constitutum] idest, usque ad horam prandii, secundum *Josephum*. Vel usque ad tempus sacrificii vespertini, secundum alios.

b Septuaginta millia] 1. *Paral.* 21. dicitur fere trecenta millia. Sed dicunt *Hebræi*, & bene, ibi positum numerum plebis, hic numerum nobilium. Et habemus hic, quod propter peccatum principis punitur populus. Unde *Gregor.* David numerando populum, peccavit, & populus punitus est. Ita enim juncta sunt merita rectorum, & plebium, ut sæpe ex vita pastorum deterior fiat vita plebium, & ex vita plebium, mutetur vita pastorum. Item habemus hic, quod David in eo punitus est, in quo peccavit. Superbivit in multitudine populi, & punitus est in diminutione populi. Unde *Sap.* 11. Per quæ peccavit quis, per hæc & torquetur. *c* Eam] idest, habitatores ejus.

De pen. d. 3. *c. illud vero.*

D

d Areuna] qui & Ornam dicitur. *e* Oves] idest, innocentes.

f Ascende] Hoc dixit Gad, quia David non audebat ascendere in Jerusalem, ubi erat arca, ut ibi adoraret. Territus enim fuerat, quia vidit Angelum tenentem gladium evaginatum super Jerusalem.

g Animadvertit] idest, cognovit. *h* Regem] David. *i* Et egressus] Regi obviam. *k* Adoravit] dulia. *l* Grassatur.] idest, desævit.

m Accipiat] eam.

A

n Habes boves] meos, scilicet. *o* Dedit] idest, dare voluit. *p* Votum] idest, munus votivum.

q Ut vis] supple fiet.

r Emam] aream, & boves. *ſ* Gratuita] idest, gratis data. *Tob.* 4. Ex substantia tua facit eleemosynam.

t Emit ergo] *Gloss.* In 1. *Paral.* 21. legitur: Dedit ergo David Ornam pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos: Intelligendum est enim boves argenti siclis quinquaginta, aream vero sexcentis aureis emisse. Unde patet, quod ibi debet fieri punctus, emit David aream, supple sexcentis siclis auri, & boves quinquaginta siclis argenti. *u* Altare] *Hebræi* dicunt hoc altare constitutum in monte Moria, in quo Abraham voluit offerre filium suum. *Gen.* 22. In quo loco postea Salomon construxit templum Domini. Erant autem eo tempore altare, & tabernaculum, quod fecerat Moyses in excelso Gabaon, licet arca esset in Jerusalem.

x Ab Israel] idest, ab habitatoribus terræ.

Postilla super secundum librum Regum explicit.

y ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt) quam in manus hominum. Immisitque Dominus pestilentiam in Israel de mane usque *a* ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo a Dan usque ad Bersabee *b* septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam Angelus Domini super Jerusalem, ut disperderet *c* eam, misertus est Dominus super afflictionem, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit nunc, contine manum tuam. Erat Angelus Domini juxta aream *d* Areuna Jebusæi. Dixitque David ad Dominum, cum vidisset Angelum cædentem populum: Ego sum, qui peccavi, ego inique egi, isti, qui *e* oves sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei: Venit autem Gad Propheta ad David in die illa, & dixit ei. *f* Ascende, & constitue Domino altare in area Areuna Jebusæi. Et ascendit David juxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus. Conspiciensque Areuna *g* animadvertit *h* Regem, & servos ejus transire ad se, & *i* egressus *k* adoravit Regem prono vultu in terram, & ait: Quid causæ est, ut veniat dominus meus Rex ad servum suum? Cui David ait: Ut emam a te aream, & ædificem altare Domino? & cesset interfectio, quæ *l* grassatur in populo. Et ait Areuna ad David: *m* Accipiat, & offerat dominus meus Rex, sicut placet ei. *n* Habes boves in holocaustum, & plaustrum, & juga boum in usum lignorum. Omnia *o* dedit Areuna regi. Dixitque Areuna ad Regem: Dominus Deus tuus suscipiat *p* votum tuum. Cui respondens rex ait: Nequaquam, *q* ut vis, sed *r* emam pretio a te, & non offeram Domino Deo meo holocausta *ſ* gratuita. Emit *t* ergo David aream, & boves argenti siclis quinquaginta, & ædificavit ibi David *u* altare Domino, & obtulit holocausta, & pacifica. Et repropitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga *x* ab Israel.

Explicit Samuel Liber II.

INCIPIT MALACHIM LIBER I. *idest, Regum tertius.*

CAP. I.

ET *y* Rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies. Cumque *z* operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei servi sui: *z* Quæramus domino

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Postillam super III. Librum Regum.

EXPOSITIO CAP. I.

ET *y* Rex David] Finitis duobus primis libris Regum, quos *Hebræus* vocat Samuel, sequitur tertius, quem cum quarto vocat *Hebræus* Malachim, idest, Regum, eo quod in eis agitur de gestis plurium Regum, simul regnantium. In duobus primis libris, & si de duobus regibus actum sit, idest, Saul, & David, tamen non simul regnantibus, & ideo isti duo ultimi libri Malachim, idest, Regum dicuntur. Dividitur autem liber iste tertius in quinque partes. In prima agitur de duplici unctione Salomonis, & morte David. In secunda de somnio Salomonis, ubi sapientia data est ei, & de quibusdam operibus ejus. In tertia de constructione templi, & domus Regiæ. In quarta de adversariis Salomonis, & morte ejusdem. In quinta de divisione regni in duo, scilicet, in regnum Israel, & regnum Juda. Regnum Juda duas tribus habuit, scilicet Tribum Juda, & Tribum Benjamin, quibus præfuit Roboam filius Salomonis. Regnum Israel decem tribus habuit, scilicet Rubem, Simeon, Manasse, Ephraim, Gad, Aser, Nephtalim, Zabulon. Levitica vero tribus dispersa erat per totam Judæam, nec computatur in Regnis. His decem tribubus facta divisione præfuit Jeroboam servus Salomonis, qui fecit duos vitulos aureos in quibus totus Israel fornicatus est, ut dicetur *infra* 12.

z Cumque operiretur] *Gloss.* David nimium frigus pertulit, vel quia de senibus natus est parentibus: Vel quia multum in prælio sanguinem fuderat. Vel potius ex quo Angelum cædentem populum vidit, pavore vehementi contabuit, unde in incommoditate frigoris usque ad mortem permansit.

z Quæramus, &c.] q.d. vis, ut quæramus tibi virginem adolescentulam? *Gloss. Hier.* Nonne tibi videtur si occidentem litteram sequaris, figmentum esse, vel Athenarum ludicra, quod frigidus senex obvolvitur vestimentis: & Ω non nisi

Mystice.

Mystice. *y* Rex, &c.] David, Christus cujus corpus est genus humanum. Senectus David, est vetusta defectio humani generis. Vestes David, sunt Judæi, qui sicut adhæserunt per cognitionem, sed non calefaciebant David, i. Christum per dilectionem, ideo dixerunt servi David, i. Apostoli, qui Christo fideliter serviunt: Quæramus Domino Regni adolescentulam virginem, i. Ecclesiam de gentibus.

ʘ Hæc

Moralit.

Moraliter. *y* Rex David senuerat, &c.] David est vir justus: Senectus ejus, sapientia ejus. Unde *Sap.* 4. Cani

nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram Rege, & foveat eum, dormiatque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum Regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & invenerunt *a* Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad Regem. Erat autem *b* puella pulchra nimis. *c* Dormiebatque cum Rege, & ministrabat ei, Rex vero non cognovit eam. *d* Adonias autem filius Aggith elevabatur, *e* dicens: Ego regnabo: Fecitque sibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui ante eum currerent. *f* Nec corripuit eum *g* pater suas aliquando dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, *h* secundus natus post Absalon. Et sermo ejus cum Joab filio Sarviæ, & cum Abiathar Sacerdote, qui *i* adjuvabant partes Adoniæ. Sadoc vero Sacerdos, & Banajas filius Jojadæ, & Nathan Propheta, & Semei, & Cerethi, & Phelethi, & robur exercitus David non *k* erant cum Adonia.

Ω non nisi complexu adolescentularum non tepescit: Vivebat adhuc Betsabee, supererat Abigail, & reliquæ uxores, & concubinæ omnes quasi frigidæ repudiantur, & io unius tantum grandævus calescit amplexibus. Abraham multo David senior fuit, & tamen vivente Sara aliam non quæsivit uxorem. Isaac duplices David annos habuit, & cum Rebecca jam vetula nunquam refriguit. *Deut. ult.* Moyses centum, & viginti annos habuit, & Sephoram non mutavit. Quæ est ergo ista Sunamitis uxor, & virgo tam fervens, ut frigidum calefaceret; tam sancta, ut calentem ad libidinem non provocaret? *b* Puella pulchra] *Glos.* sapientia, vel contemplatio, quam contemplantes, in ejus dilectione flammescunt.

d Adonias autem] Iste fuit quartus filius David. Primus enim fuit Cheleab. Secundus Ammon. Tertius Absalon: Isti mortui erant. Unde Adonias primogenitus erat inter superstites, & ideo ratione primogenituræ aspirabat ad regnum.

e Dicens] In corde.

1. Reg. 4. *f* Nec corripuit] Nec tamen inde punitus legitur, cum tamen Heli, quia filios non corripuit, fractis cervicibus, expirarit. Sed forte quia Heli Sacerdos erat, magis tenebatur corrigere excessus filiorum quam Rex.

g Pater suus] David scilicet.

h Secundus natus post, &c.] idest, natus post Absalon, & ita secundus ab eo.

i Qui adjuvabant, &c.] & ideo translatum est Sacerdotium ab Abiathar ad Sadoc. *infra* 2.

k Non erant] idest, non consentiebant ei. Sine assensu enim David nolebant ei præbere assensum regnandi licet prior esset natu.

Ω *a* Et robustos.

Mystice. ☉ Hæc calefecit David igne dilectionis, imo & vulneravit. Unde *Cant.* 4. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Hæc virgo non fuit corrupta, nec Ecclesiæ virginitas unquam fuit violata. Unde 2.*Cor.*11. Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

b Erat autem] idest, Ecclesia primitiva, quando adhuc puella erat, quando scil. multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, & erant eis omnia communia. *Actor.*4. Tunc inquam fuit pulchra nimis, idest, per totum pulchra, corde, per fidem; ore; per confessionem, corpore, per honestam conversationem. Unde *Cant.* 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Ephes.*5. Dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam.

c Dormiebatque cum rege, &c.] Ecclesia in contemplativis dormit cum Christo, in activis ministrat Christo. *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Hoc est, quod legitur *Luc.* 10. quod scilicet Maria sedebat secus pedes Domini audiens verba illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium.

d Adonias autem, &c.] *Glos.* Adonias Judaicum populum significat, qui major filius esse videtur, quia prior legem suscepit, & gentilem populum, qui per gratiam posterior vocatus est, spernens, se solum cum Domino regnare putavit. Adonias enim dominator Dominus interpretatur, sed Ecclesiæ populus cum vero Salomone, i. pacifico nostro, cujus ipse corpus est, per divinam ordinationem in regnum substituitur, de quo merito perfidiæ major filius, idest; prior populus, precipitatur.

Moraliter. * sunt sensus hominis, & ætas senectutis, vita immaculata. *Job* 12. Cum antiquis est sapientia, & in multo tempore, prudentia.

a Abisag] Sapientia est. Interpretatur enim pater meus, superfluus, vel pater meus, rugitus. In superfluo, abundantia sapientiæ; in rugitu, dolor cordis exprimitur, qui sapientiam comitatur juxta illud *Eccl.* 1. In multa sapientia, multa est indignatio, & qui addit scientiam, addit & dolorem. Item *Eccl.* 7. Cor sapientum ubi tristitia est. Abisag Sunamitis fuit, quæ interpretatur coccinea. Hæc enim est vera sapientia, quæ sapit, & redolet Domini Passionem non solum in ore per prædicationem, sed in corde per fidem, & compassionem: In ore, per veram confessionem: in opere, per imitationem. Hæc est sapientia Pauli 1.*Cor.*1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: Ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Hæc sapientia, de qua dicitur *Eccles.*1. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Hæc est adolescentula, & virgo: quia mentem in qua est, virginem facit, & sponsam Christi. Unde *Sap.* 7. Neminem diligit Deus, nisi, qui cum sapientia inhabitat. *Sap.* 8. Quæsivi sponsam mihi eam accipere, & amator factus sum formæ illius. Hæc calefaciebat David, non vestimenta. Per vestimenta hic intelliguntur temporalia, quæ non calefaciunt in amorem Dei, & proximi, sed potius refrigerant ab amore: Et quid mirum? Umbra enim sunt, quæ & splendorem, & calorem Solis aufert. Unde *Eccl.* 24. Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia, i. ad divitias temporales, quæ & videntur, & mendaces sunt: quia inopiam non relevant, appetitum non satiant, diu permanere non valent. David ergo opertis vestibus non calefiebat: quia quanto plus fulcitur divitiis temporalibus, tanto amplius refrigescit ab amore Dei, & proximi. Et sicut umbra calorem, & splendorem Solis simul expellit, sic temporalium amor, & affectum frigidum reddit, & intellectum obscurat. David ergo, i. viro justo calefaciendo quærenda est Abisag, i. sapientia non hujus mundi, illa quidem animalis est, terrena, & diabolica: Animalis, in luxuriosis: terrena, in avaris: diabolica, in superbis. Non est ista sapientia Abisag adolescentula, *Jac.* 3. sed vetula turpis: Non est virgo, sed pluribus copulata maritis: quia omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. *1. Jo.* 2. Non ergo hanc Abisag quærit David, sed illam, de qua dicit *Jac.*3. Sapientia, quæ de sursum est, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, judicans sine simulatione. Et septem hic tanguntur effectus sapientiæ: Tres primi sunt hominis ad seipsum, tres sequentes hominis ad proximum, ultimus est hominis ad Deum. Primus est contra animalem sapientiam: secundus, & tertius contra terrenam: quatuor alii contra diabolicam. Animalis quidem sapientia impudica est; terrena, inquieta, & litigiosa; diabolica, impersuadibilis, ab omni bono dissentiens, immisericors, plena simulatione. Hi septem effectus sapientiæ, sunt septem columnæ, de quibus dicitur *Prov.*9. Sapientia ædificavit sibi domum, & excidit septem columnas. Prima est pudica carnis, secunda pax mentis: Et quia ex abundantia cordis os loquitur: tertia est modestia sermonis: quarta suadibilitas: quinta, amor boni. sexta, pietas: septima, judicii veritas. Item Abisag dormivit cum David, nec David corrupit eam, sic vir justus sapientiam suam non corrumpit aut appetitu favoris popularis, aut quæstu commodi temporalis, quemadmodum dicitur *Eccl.* 23. Ne dederis maculam in gloria tua. Maculam quippe in gloria sua ponit, qui sapientiam fermento cupiditatis, aut vanæ laudis corrumpit.

d Adonias autem] Adonias, & opere, & nomine suo significat omnes illos, qui in hoc sæculo regnare, & præesse aliis appetunt. Adonias enim interpretatur dominator Dominus. In quo duplex dominium designatur, scilicet dominium super Judam, & super Israel, i. super populum, & super clerum. Quod isti appetunt quibus dicitur 1. *Petr.* 5. Non dominantes in cleris. Adonias festinavit ad regnum, sed ante mortuus est antequam veniret ad illud. Hoc est, quod dicitur *Prov.* 28. Vir, qui festinat ditari, & aliis invidet, ignorat, quod egestas

* superveniet

nia. Immolatis ergo Adonias arietibus, & vitulis, & universis pinguibus juxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocavit universos fratres suos filios Regis, & omnes viros Juda, & servos Regis. Nathan autem Prophetam & Banajam, *a* & robustos quoque, & Salomonem fratrem suum non vocavit. Dixit itaque Nathan ad Betsabee matrem Salomonis: Num audisti, quod *b* regnaverit Adonias filius Haggith, & dominus noster David *c* hoc ignorat? Nunc ego veni accipe consilium a me, & salva *d* animam tuam, filiique tui Salomonis. Vade, & ingredere ad Regem David, & dic ei: Nonne tu, domine mi Rex, jurasti mihi ancillæ tuæ, dicens, quod Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? *e* Quare ergo regnat Adonias? Et *f* adhuc ibi te loquente cum Rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos. Ingressa est itaque Betsabee ad Regem in cubiculo. Rex autem senuerat nimis & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinavit se Betsabee, & *g* adoravit Regem. Ad quam Rex: Quid tibi, inquit, vis? Quæ respondens ait: domine mi Rex, tu jurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo, & ecce nunc Adonias regnat, te, domine mi Rex, ignorante. Mactavit boves, & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocavit omnes filios Regis, Abiathar quoque Sacerdotem, & Joab Principem militiæ, Salomonem autem servum tuum non vocavit. Veruntamen domine mi Rex, in te oculi respiciunt totius Israel, ut indices ei, qui sedere debeat in solio tuo, domine mi Rex *h* post te. *i* Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego, & filius meus Salomon *k* peccatores. Adhuc illa loquente cum Rege, Nathan Propheta venit. Et renunciaverunt Regi, dicentes: Adest Nathan Propheta. Cumque introisset ante conspectum Regis, & adorasset eum pronus in terram, dixit Nathan: domine mi Rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meum? Quia descendit hodie, & immolavit boves, & pinguia, & arietes plurimos, & vocavit *l* universos filios Regis, & principes exercitus: Abiathar quoque Sacerdotem. Illisque vescentibus, & bibentibus coram eo, & dicentibus: vivat Rex Adonias, me servum tuum, & Sadoc Sacerdotem, & Banajam filium Jojadæ, & famulum tuum Salomonem non vocavit. Nunquid a domino meo Rege exivit hoc verbum, & mihi non indicasti servo tuo, qui sessurus esset super thronum domini mei Regis post eum? Et respondit Rex David, dicens: *m* Vocate ad me Betsabee. Quæ cum fuisset ingressa coram Rege, & stetisset ante eum, juravit Rex & ait: Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut juravi tibi per Dominum Deum Israel, dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me, sic faciam hodie. Summissoque Betsabee in terram vultu, adoravit Regem, dicens: Vivat Dominus meus Rex David in æternum. Dixit quoque Rex David: Vocate mihi Sadoc Sacerdotem, & *n* Nathan Prophetam, & Banajam filium Jojadæ. Qui cum ingressi fuissent coram Rege, dixit ad eos: Tollite vobiscum servos Domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super *o* mulam meam, & ducite eum in Gihon, & ungat ibi Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta in Regem super Israel. Et canetis buccina, atque dicetis: Vivat Rex Salomon. Et ascendetis post eum, & venietis in Jerusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me, illique *p* præcipiam, ut sit dux super Israel, & super Judam. Et respondit Banajas filius Jojadæ Regi, dicens: *q* Amen. Sic *r* loquatur Dominus Deus domini mei Regis. Quomodo fuit Dominus cum domino meo Rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium ejus, a solio domini mei Regis David. Descendit ergo Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta, & Banajas filius Jojadæ, & Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt Salomonem super mulam Regis David, & adduxerunt eum in Gihon. Sumpsitque Sadoc Sacerdos *s* cornu olei *t* de tabernaculo, & unxit Salomonem, & ceciderunt buccina, & dixit omnis populus: Vivat Rex Salomon. Et ascendit universa multitudo post eum, & populus *u* canentium tibiis, & lætantium gaudio magno, & insonuit terra ad clamorem eorum. Audivit autem Adonias, & omnes, qui *x* invitati fuerant ab eo. Jamque convivium finitum erat. Sed & Joab audita voce tubæ, ait: Quid sibi vult clamor civitatis tumultuantis? Adhuc illo loquente, Jonathas filius Abiathar Sacerdotis venit: Cui dixit Adonias. Ingrede-

78. d. §. hoc regulariter.

Moraliter. * superveniet ei. Item *eodem* 20. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit. Item *eodem* 13. Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Factum est ergo vulgare proverbium, quo solet dici: Qui prior capit, non pœnitet. *a* Et robustos] i. Cerethi, & Phelethi, i. vivificantes & mortificantes, quia illi qui virtutes vivificant, & vitia mortificant, non quærunt delicias sæculares. *b* Regnaverit] i. regnare disposuerit.

B

c Hoc ignorat] Sed si hoc ignoravit David, quare dicitur supra, eo quod non corripuit eum pater suus? Si enim ignorabat, corrigere non poterat. Sol. David ignoravit hanc præsumptionem, seu elationem, & quod sibi fecerat currus, & equites, hoc non ignorabat, & de hoc non corripuit. *d* Animam tuam] i. vitam. Hoc dixit, ne post mortem David, judicaretur adultera. *e* Quare regat] ex quo ita permisisti, quia non debes mentiri. *f* Quare, &c. & adhuc, &c.] Verba sunt Nathan, ad Betsabee.

C

g Adoravit] dulia.

h Post te] idest, ille, quem volueris, regnabit post te, & hunc quasi Regem sequetur populus, & non alium.

D

i Eritque] i. ita accidet.

k Peccatores] quia ego habebor adultera, & Salomon filius adulteræ, & hoc supra dixit ei Nathan. Salva animam tuam, &c. Expone igitur: Erimus peccatores, i. judicabimur morte digni, ego ut adultera, Salomon, ut filius adulteræ. *l* Universos filios] Præter Salomonem.

E

m Vocate ad me Betsabee] quæ jam discesserat. *n* Et Nathan Prophetam] qui forte recesserat, antequam veniret Betsabee.

o Super mulam meam] Sed nonne hoc fuit contra legem? In lege enim prohibita fuit commistio animalium diversorum generum. Unde *Levit.* 19. Jumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus. Solut. Revera talis commistio fuit prohibita, sed uti animali nato ex tali commistione non fuit prohibitum.

p Præcipiam, &c.] Argumentum, quod per successionem sit Rex, non per electionem.

q Amen.] Amen quandoque ponitur nominaliter, ut *Apocal.* 3. Hæc dicit amen, i. testis fidelis. Quandoque verbaliter, ut hic, Amen, idest, fiat. Unde *Ps.* 40. & 71. & 105. Fiat, fiat, idest, amen, amen. Quandoque adverbialiter, ut *Jo.* 12. Amen, amen dico vobis, idest, vere vere.

r Sic loquatur] quasi dicat, sic velit Deus, quod Salomon sit Rex, sicut voluit de te.

s Cornu olei] Nota, Saul fuit inunctus oleo lenticulæ, in signum fragilitatis regni sui, David autem oleo cornu unctus est, in signum stabilitatis regni sui. Unde *Isaiæ* 9. Super solium David sedebit, & super regnum ejus, ut confirmet illud, & corroboret, amodo & usque in sempiternum, & Salomon similiter unctus est oleo cornu.

1. Reg. 10. *1. Reg. 16.*

t De tabernaculo] Sic in Remensi Ecclesia sumitur chrisma, unde ungitur Rex Franciæ, aliter non esset verus Rex Franciæ.

u Canentium] In lætitia facta fuit electio, & unctio Salomonis, non in commessationibus, & potationibus sicut Adoniæ.

x Invitati fuerant ab eo, &c.] Tales elegerant Adoniam, quos invitaverat ad convivium.

a Nequa-

a Nequaquam] supple annuncio tibi bona.
b Adoravit] Deum.
c In lectulo suo] jacens.
d Et insuper] gratias agens.
e Abiit in tabernaculum] Semper enim Ecclesia, domus refugii debet esse. *f* Altaris] thymiamatis, quod erat in sancta, quo non licebat intrare, nisi solis Sacerdotibus.

F

re, quia vir fortis es, & bona nuncias. Responditque Jonathas Adoniæ: *a* Nequaquam: dominus enim noster Rex David, Regem constituit Salomonem, misitque cum eo Sadoc Sacerdotem & Nathan Prophetam, & Banajam filium Jojadæ, & Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt eum super mulam Regis. Unxeruntque eum Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta Regem in Gihon, & ascenderunt inde lætantes, & insonuit civitas. Hæc est vox, quam audistis. Sed & Salomon sedet super solium regni, & ingressi servi Regis benedixerunt domino nostro Regi David, dicentes: Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum ejus super thronum tuum. Et *b* adoravit Rex David in *c* lectulo suo, *d* insuper, & hæc locutus est: Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis. Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes, qui invitati fuerant ab Adonia, & ivit unusquisque in viam suam. Adonias autem timens Salomonem, surrexit, & *e* abiit in tabernaculum Domini, tenuitque cornu *f* altaris. Et nunciaverunt Salomoni, dicentes: Ecce Adonias timens Regem Salomonem tenet cornu altaris, dicens: Juret mihi hodie Rex Salomon, quod non interficiat servum suum gladio. Dixitque Salomon: Si fuerit vir bonus, non cadet nec unus quidem capillus ejus in terram: sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur. Misit ergo Rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingressus adoravit Regem Salomonem. Dixique ei Salomon: Vade in domum tuam.

CAP. II.

Appropinquaverunt *g* autem dies David, ut moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, dicens: *h* Ecce ingredior viam *i* universæ terræ: confortare, & esto vir fortis, & observa *k* custodias Domini Dei tui, ut *l* ambules in viis ejus, & custodias, *m* cæremonias ejus, & *n* præcepta ejus, & *o* judicia, & *p* testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi, ut *q* intelligas universa, quæ facis, & quocumque te verteris, ut confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens: Si custodierint filii tui vias meas, & ambulaverint *r* coram me in *s* veritate in *t* omni corde suo, & *u* omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel. Tu quoque nosti, quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, *x* Abner filio Ner, & *y* Amasæ filio Jether, quos occidit, & effudit sanguinem *z* belli in *a* pace, & *b* posuit cruorem prælii in balteo suo, qui erat

EXPOSITIO CAP. II.

Appropinquaverunt] In hoc capitulo, primo agitur de præceptis, quæ David cum vellet mori, dedit Salomoni, sive præcepit. Secundo de morte David. Tertio de morte Adoniæ. Quarto de Joab, & amotione Abiatar. Quinto de morte Semei. *Moraliter*. *h* Ecce ingredior, &c.] David, Christus, ipse natus est, ut homo. *Is.* 9. Parvulus natus est nobis. Item mortuus, est ut homo. *Sap.* 8. Ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans. Et *Ps.* 67. Domini domini exitus mortis.

G

i Viam universæ terræ] i. universorum habitantium in terra, mors est. Hæc est via regia, via commonis, per quam necesse est omnes ire, & Reges, & servos, & bonos, & malos. Unde *Sap.* 7. Unus est introitus omnibus ad vitam, & similis exitus. *Eccl.* 41. Noli metuere judicium mortis, memento quæ ante te fuerunt, & quæ superventura sunt tibi. Hoc judicium a Domino omni carni. Hanc viam cucurrit propter nos Dei Filius, & virginis filius gigas geminæ substantiæ. *Ps.* 18. Exultavit, ut gigas ad currendam viam. Currere dicitur, quia cito transivit eam. Unde alibi: De torrente in via bibet, &c. Currere ergo oportet, & post eum, si volumus venire ad eum, & exaltari cum eo, ut sicut ipse pro nobis non timuit mori, sic & nos propter ipsum: Sicut & fecit Thomas *Jo.* 11. Eamus inquit, & moriamur nos cum ipso, i. sicut ipse. Sic Petrus, *Luc.* 22. Domine tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. Hæc via una est in ingressu, sed dividitur in duas: Una a dextris, altera exteoditur a sinistris. Illa ducit ad cœlum, hæc ad infernum. Illam tenent electi, hanc reprobi. Unde *Prov.* 4. Vias, quæ a dextris sunt, novit Dominus, perversæ vero quæ a sinistris sunt *Matth.* 25. Congregabuntur ad eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidem a dextris, hœdos autem a sinistris: Tunc dicet Rex his, qui a dextris erunt: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi: Esurivi, &c. Tunc dicet Rex, & his qui a sinistris ejus erunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum. Sed dicet aliquis: Si scirem viam a dextris, currerem per eam, & fugerem a sinistris. Nullus excusatur. Dominus docet hoc *Matth.* 7. Intrate per angustam portam, quia lata est porta, & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. Sed iterum dicet aliquis: Dic mihi nomen viæ, ut sciam quærere de ipsa ab aliquo de viatoribus qualis sit, secundum quod *Job* 21. de viatoribus. Et ego dico tibi, unum est nomen ejus, cujus porta est, innocentia, de qua dicit *August.* Innocens est, qui nec facit, ne deserit miserum. Hæc porta Domini, & justi intrabunt per eam, ut veniant ad viam pœnitentiæ. Nec timendum est, si in principio sit arcta via ista: quia semper magis & magis dilatatur. Unde *Prover.* 4. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas, cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Sed dicat aliquis iterum: Via hæc tenebrosa est. Non est verum: quia *Prov.* 4. dicitur Via justorum quasi lux splendens procedit, & crescit usque in perfectam diem: Via autem impiorum tenebrosa. Unde *Psalm.* 24. Via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus, Domini persequens eos.

A

Isai. 2. *Psal.* 109. *Psal.* 117. *Job* 14. *Jos.* 23. *Deut.* 10. *Jos.* 2.

k Custodias Domini] idest, ea, quæ præcepit Dominus custodiri.
l Ut ambules] juste, & misericorditer omnia faciendo. Siqoidem universæ viæ Domini, misericordia, & veritas. *Psal.* 24. 2. *Reg.* 2. & 20. *Levit.* 13. & 14.
m Cæremonias] idest, legales observantias, quas tunc oportebit impleri, ut ritus mundationis lepræ, & hujusmodi.
n Præcepta] moralia.
o Judicia,] justitiam inter suos.
p Testimonia] quæ in signum data sunt, ut immolatio vitulæ rufæ, & hujusmodi. *Num.* 19. Et nota, quod multo plura quam hic leguntur. 1. *Parel.* 28. Sed omnia ad ista reducuntur. *q* Ut intelligas, &c. Argumentum est, quod in expletione legis dator intelligentia legis. Unde David: A mandatis tuis intellexi, idest, a custodia mandatorum. Et alibi dicit: Intellectus bonus omnibus facientibus eum. *Psal.* 118. & 119. *r* Coram me] i. in beneplacito meo.
s In veritate] non ficte. *t* In omni corde] i. in omni cogitatione. *u* In omni anima] i. omni desiderio.
x Abner] 2. *Reg.* 3. *y* Et Amasæ] 2. *Reg.* 20.
z Sanguinem belli] idest, qui non nisi in bello fundendus erat.
a In pace] idest, in tempore pacis. *b* Et posuit cruorem, &c.] idest, arma Joab non sunt respersa sanguine occisorum: quia non dimicabat cum eis, sed vestes ejus, & calceamenta ejus: quia in osculo pacis occidit eos. Vel aliter consuetudo erat, quod fortes insignia

signia operum suorum ponebant in armis suis. Sed Joab quia in dolo turpiter occiderat illos, non fuit ausus hoc factum scribere in armis suis, sed tantum in balteo, & in calceamentis suis.

Judæorum, & Herodes alium: Alii nondum sunt manifestati, ut dicitur *in histor. in Evangelica histor. Rubrica de institutione Xenodochiorum, cap. Post hoc Antiochus*. *k* In Hebron] Ostendit quomodo.
l Trigintatribus] & etiam sex mensibus.

circa lumbos ejus: & in calceamento suo, quod erat in pedibus ejus. *a* Facies ergo juxta sapientiam tuam, & non deduces canitiem ejus pacifice ad inferos. Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mense tua. Occurrerunt enim mihi, quando *b* fugiebam a facie Absalon fratris tui. Habes quoque apud te Semei filium Gera, filii Jemini de Bahurim, qui *c* maledixit mihi maledictione *d* pessima, quando ibam ad castra. Sed quia descendit mihi in occursum cum *e* transirem Jordanem, & juravi ei per Dominum dicens: *f* Non te interficiam gladio, *g* tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, & scies, quæ facies ei, deducesque canos ejus cum *h* sanguine ad inferos. Dormivit igitur David cum patribus suis, *i* & sepultus est in civitate David. Dies autem, quibus regnavit David super Israel, quadraginta anni sunt. In *k* Hebron regnavit septem annis, in Jerusalem *l* triginta tribus. Salomon autem sedit super thronum David patris sui, & firmatum est regnum ejus nimis. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Betsabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei: Pacificus ne est ingressus tuus? Qui respondit: Pacificus. Additque: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Loquere. Et ille: Tu inquit nosti, quia *m* meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regem, sed translatum est regnum, & factum est fratris meis: a Domino enim constitutum est ei. Nunc ergo petitionem unam precor a te, *n* ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere. Et ille ait: Precor ut dicas Salomoni regi (*o* neque enim negare tibi quicquam potest) ut *p* det mihi Abisag Sunamitidem uxorem. Et ait Betsabee: Bene ego loquar pro te Regi. Venit ergo Betsabee ad Regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia. Et surrexit Rex in occursum ejus, *q* adoravitque eam, & sedit super thronum suum. Positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus, dixitque ei: Petitionem unam parvulam ego deprecor a te, *r* ne confundas faciem meam. Dixitque ei Rex: Pete mater mea: neque enim fas est, ut *s* avertam faciem tuam. Quæ ait: Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor. Responditque Rex Salomon, & dixit matri suæ: Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei & regnum: *t* ipse est enim frater meus major me, & habet Abiathar Sacerdotem, & Joab filium Sarviæ. Juravit itaque rex Salomon per Dominum dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra *u* animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc vivit Dominus, qui firmavit me, & collocavit me super solium David patris mei, & qui *x* fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitque Rex Salomon per manum Banajæ filii Jojadæ, qui interfecit eum, & *y* mortuus est. Abiathar quoque Sacerdoti dicit Rex: *z* Vade in Anathot ad agrum tuum. Et quidem vir *a* mortis es, sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus. Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est *b* super domum Heli in Silo.

a Facies ergo, &c.] David videtur hic facere contra legem: dicitur enim *Levit.* 19. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Solut. Quærere ultionem libidine vindictæ malum est, & hoc prohibet lex, & etiam Evangelium: quære vindictam amore justitiæ, hoc licitum est, & hoc fecit David hic. Unde *Gloss.* dicit: David præcepit Salomoni de justa retributione eorum, qui sibi solatio fuerunt, vel injuste nocuerunt, quos ipse patienter toleravit: Et prophetia indicat, quid malis in futuro fieri oporteat, vel bonis, quod verus Salomon implebit: Interim tamen patientia Dei sæpe bonos tribulari, reprobos deliciis uti concedit. Item aliter potest dici, scilicet quod est injuria personalis, quæ fit personæ propriæ: hujus memorari prohibet lex. Item est injuria communis, quæ fit contra Rempublicam, vel contra dignitatem Principis, hanc præcipit ulcisci David.

b Quando fugiebam] 2. *Reg.* 17.

c Maledixit mihi] 2. *Reg.* 16.

d Pessima] Mala, quia non meruerat: Pejor, quia afflictus injuste, fugiebat: Pessima, quia Rex erat, & scriptum est *Exod.* 22. Principi populi tui non maledices.

e Cum transirem] 2. *Reg.* 19.

f Non te interficiam] ego manu mea. Sed nonne ille interficit, cujus auctoritate, & præcepto fit homicidium? Præterea, & sine dolo intellexit Semei juramentum. Et eo modo tenendum est juramentum, quo intelligitur ab eo, cui fit, ut dicit *Isidor.* Solut. Sic juravit David: Non interficiam te ob hoc factum, nisi aliud feceris. Et ipse aliud fecit, quia condictum inter se, & Salomonem prætermisit, & ita non solum maledictio David, sed transgressio præcepti Salomonis fuit causa mortis Semei.

g Tu noli pati eum esse innoxium] Hic videtur David quærere ultionem propriæ injuriæ. Non, sed regiæ majestatis, ut doceantur alii non maledicere Regi.

h Cum sanguine] idest, cum pœna sanguinis, quem effudit.

i Et sepultus] Circa tumulum ejus fecit Salomon octo loculos thesaurorum reponi: quorum unum post mille, & trecentos annos aperuit Joannes Hircanus Pontifex

m Meum erat] ratione primogenituræ.

n Ne confundas faciem meam] idest, ne facias me erubescere propter repulsam. Unde *Joseph.* sic dicit: Ne velis, me tristem deserere.

o Neque enim tibi] quæ es mater ejus.

p Ut det mihi Abisag] Adonias Abisag quærit habere uxorem, ut per eam fiat Rex. Et quid est hoc, nisi quod multi sapientiam quærunt, ut habeant honores in hoc mundo. Sed mortem ex hoc incurrit Adonias. Timeant ergo tales. *q* Adoravit eam] i. veneratus est eam. Unde *Josephus* dicit, quasi amplexatus est eam.

r Ne confundas, &c.] i. ne repellas me.

s Ut avertam, &c.] idest, denegem petitionem tuam, ad quod requiritur aversio faciei.

t Ipse enim, &c.] Timens Salomon offendere matrem, ostendit petitionem ejus non esse dignam exaudiri. Adonias enim major natu erat, & Abisag quasi regina erat, & potens. Præterea Adonias secum habebat potentes, scil. Abiathar, & Joab, & ita ipse potentior esset Salomone, & de facili posset sibi regnum acquirere. Præterea, Abisag quasi uxor David fuerat, jacens cum eo, & ita opprobrium esset David, si Adonias duceret eam uxorem. Has rationes ostendit Salomon matri suæ, ne offenderetur repulsa.

u Animam suam] idest, vitam suam.

x Fecit mihi domum] idest, dedit mihi regnum.

y Et mortuus est] Adonias.

z Vade, &c.] quasi dicat, recede a Sacerdotio, & vade laborare, ut rusticus in agrum tuum.

a Vir mortis est] idest, dignus morte, quia scilicet favisti Adoniæ sine consilio David. *b* Super domum Heli] Nota, quod abjecto Abiathar a Sacerdotio translatum est Sacerdotium ad Sadoc, & de domo Ithamar ad domum Eleazar, ut Samuel prædixerat Heli 1. *Reg.* 3. Abiathar enim erat de familia Ithamar, Sadoc de familia Eleazar, qui successit Aaron in Sacerdotio, cui successit Phinees filius ejus, cui Abiezer, cui Buzi, cui Ozi, & post illum translatum est Sacerdotium ad Heli, qui erat de domo Ithamar. Fuerunt autem quinque de filiis Eleazar privati Sacerdotio, scil. Joseph, qui debuisset succedere

a Venit autem nuncius ad Salomonem, quod Joab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset, Fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. Nunciatumque est Regi Salomoni, quod fugisset Joab in tabernaculum Domini, & esset juxta altare. Misitque Salomon Banajam filium Jojadæ, dicens: *b* Vade, interfice eum. Et venit Banajas ad tabernaculum Domini, & dixit ei: Hæc dicit Rex: Egredere. Qui ait: Non egrediar, sed hic moriar. Renunciavit Banajas Regi sermonem, dicens: Hæc locutus est Joab, & hæc respondit mihi. Dixitque ei Rex: *c* Fac sicut locutus est, & interfice eum, & sepeli, & amovebis *d* sanguinem innocentem, qui effusus est a Joab, a me, & a domo patris mei, & reddat Dominus *e* sanguinem ejus super caput ejus, quia interfecit *f* duos viros justos, melioresque se, & *g* occidit eos gladio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner principem militiæ Israel, & Amasam filium Jether principem *h* exercitus Juda. Et revertetur *i* sanguis illorum in caput Joab, & in caput seminis ejus in sempiternum. David autem, & semini ejus, & domui, & throno illius, sit pax usque in æternum a Domino. Ascendit itaque Banajas filius Jojadæ, & egressus eum interfecit, sepultusque est in domo sua, in deserto. Et constituit Rex Banajam filium Jojadæ pro eo super exercitum, & Sadoc Sacerdotem posuit pro Abiathar. Misit quoque Rex, & vocavit Semei, dixitque ei: Ædifica tibi domum in Jerusalem, & habita ibi, & non egredieris inde huc atque illuc. Quacumque autem die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum: Sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitque Semei Regi: Bonus sermo. Sicut locutus est dominus meus Rex, sic faciet servus tuus. Habitavit itaque Semei in Jerusalem *k* diebus multis. Factum est autem post annos tres, ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha Regem Geth. Nunciatumque est Semei, quod servi ejus issent in Geth. Et surrexit Semei, & stravit asinum suum, ivitque ad Achis in Geth ad requirendos servos suos, & adduxit eos de Geth. Nunciatum est autem Regi Salomoni, quod isset Semei in Geth de Jerusalem, & rediisset. Et mittens, vocavit eum, dixitque illi: Nonne testificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi, quacumque die egressus fueris huc, & illuc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi: Bonus sermo, quem audivi. Quare ergo non custodisti *l* jusjurandum Domini, & præceptum, quod præceperam tibi. Dixitque Rex ad Semei: Tu nosti omne malum, cujus tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo. Reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum, & Rex Salomon benedictus, & thronus David erit stabilis coram Domino usque in sempiternum. Jussit itaque Rex Banajæ filio Jojadæ, qui aggressus percussit eum, & mortuus est.

CAP. III.

Confirmatum est igitur Regnum in manu Salomonis, & affinitate conjunctus est Pharaoni, Regi Ægypti. Accepit namque *m* filiam ejus, & adduxit in *n* civitatem David, donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Jerusalem per circuitum. Attamen populus immolabat in *o* excelsis. Non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui, *p* excepto quod in excelsis immolabat, & accendebat thymiama, Abiit *q* itaque Salomon in Gabaon, ut immolaret ibi. Illud quippe erat excelsum maximum. Mille hostias in holocaustum

dere Ozi, & Jonathan filius Joseph, tertius Marchot filius Jonathan, quartus Asophi filius Marchot, quintus Achitob, qui fuit pater Sadoc, ad quem translatum est Sacerdotium. *a* Venit autem nuncius] Sed quomodo inducitur hoc? Jamdiu enim audierat Salomon illud. Ad hoc dicendum, quod Joab etiam post Salomonis promotionem procurabat, quod Adonias fieret Rex, & istud modo nunciatum est Salomoni, aliud jamdiu audierat, sed istud non. *b* Vade, interfice eum] Primo tamen dixit ei, ut egredi eum faceret de tabernaculo, & venire ad se, ut dicit *Joseph.* quod si nollet, interficeret eum ibi. *c* Fac sicut, &c.] Sed nonne peccavit Salomon, qui jussit hominem interfici in tabernaculo Domini? Dicimus, quod non, quia *Exod.* 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo evelles eum, ut moriatur. Joab autem sic occiderat Abner, & Amasam. Unde patet, quod non peccavit Salomon. Modo non abstraheretur aliquo modo ab Ecclesia, nec occideretur, nisi forte in quibusdam casibus. *d* Sanguinem innocentem] i. pœnam pro sanguine innocenti effuso. Unde patet, quod prælatis, & principibus imputatur, si negligentes fuerint in sumenda vindicta de maleficis. *e* Sanguinem ejus] i. pœnam pro sanguine effuso. *f* Duos viros] Abner, scil. & Amasam. *g* Occidit] in dolo. *h* Principem exercitus Juda] Mortuo enim Absalone, fecit David Amasam principem militiæ suæ, sicut dictum est *sup.* 2. *Reg.* 19.
i Sanguis] i. pœna pro sanguine effuso.
k Diebus multis] *Joseph.* dicit, quod Salomon super hanc conventionem astrinxit jurejurando Semei, quod melius patebit. *l* Jusjurandum] Ecce quod dicit *Joseph.* quod jurejurando strinxit Salomon Semei.

2. Reg. 3. 2. Reg. 20.

3. Reg. 9. Infr. 18.

EXPOSITIO CAP. III.

Confirmatum est, &c. *m* Filiam ejus] de qua, ut ajunt Hebræi, genuit filium quasi contra naturam, scil. cum adhuc ageret undecimum annum. *n* In civitatem David] quia nondum fecerat sibi domum. Porro tria proposuerat se facturum, scil. domum Domino, & domum sibi, & ambire Jerusalem triplici muro, ut in primo ambitu esset templum, & mansiones, hebdomadariorum, & domus regia cum mansionibus domesticorum. In secundo habitarent potentes viri, & prophetæ. Unde *inf.* 4. *Reg.* 22. legitur de Olda Prophetissa, quod habitaret in secunda, i. in secundo ambitu murorum. In tertio habitabant opifices. *o* In excelsis] idest, in montibus, vel in amœnis locis, & hoc dæmonibus, vel Deo, quod tamen non placebat ei. Non enim quærit Dominus domos sumptuosas, & pretiosas, sed magis devotas, & capaces, & tamen pulchritudo in ecclesiis bona est, quia excitat ad devotionem.
p Exceptoque, &c.] Sed nonne ipse Salomon immolabat Deo, licet in excelsis? Nondum enim erat Salomon idololatra effectus, quare dicitur ergo, & excepto, &c. Solut. Revera Salomon immolabat Deo. Sed in hoc forte peccabat ipse, & populus totus, quia immolabat Deo extra tabernaculum, non quod in excelsis, & ideo hic dicitur excepto quod, &c. immolabat supple ubique extra tabernaculum. Jam enim venerat in consuetudinem, in excelsis immolare passim, & ubique, nec reputabatur hoc peccatum. Unde *in Jud.* ubi agitur historia Gedeonis, dicit *Aug.* Tanta consuetudo præter tabernaculum sacrificandi inoleverat, ut etiam Salomon in excelsis sacrificasse inveniatur, nec sacrificium fuisse reprobatum.
q Abiit itaque, &c.] *Gloss.* In Gabaon erat excelsum maximum, ubi erat tabernaculum, quod fecit Moyses, & altare æneum, super quod Salomon offerens mille hostias, divinum meruit oraculum, *Jos.* tamen dicit eum ascendisse in Hebron, & obtulisse ibi hostias in holocaustum super altare, quod fecerat Moyses in deserto. Unde dicunt, quod Gabaon non est hic proprium nomen loci, sed interpretatur sublimis, vel excelsus collis,

2. Reg. 14.

2. Par. 1.

tollis, ut dicit *Interl.* Unde sensus est: Abiit in Gabaon, idest, in collem excelsum, & hoc innuit *Interl.*

a Postula quod vis] *Gloss.* Gratia Dei liberum hominis exquirit arbitrium. Hoc intelligendum est non ex indigentia vel impotentia, sed ex justitia, & intellige in adultis. Posset tamen Deus sine omni motu liberi arbitrii dare gratiam cuilibet, salva justitia. *b* Ei filium] me scilicet.

c Sicut est] idest, apparet.

d Servum tuum] me scilicet.

e Parvulus] undecim annorum, ut dicunt *Hebræi.*

B

f Ignorans egressum] a mundo.

g Et introitum meum] in mundum. Et per extrema intellige medium, idest, vitæ præsentis curriculum. Egressus quidem incertus & ingressus immundus, status medius est perversus. Unde *Psalm.* 120. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Et per hoc intellige statum medium. Et *B. Bernard.* dicit: Homo considera, unde venis, & erubesce; ubi sis, & ingemisce; quo vadis, & contremisce.

[illegible] 2 Paral. 1. Sap. 9.

16. dist. c. [illegible]

C

Et postea subdit rationem istorum. Nam nativitas quidem immunda est, vita perversa, mors pericula. Et quidem alius adjecit quartum: ubi dixit: Unde superbit homo, cujus conceptio culpa: nasci, pœna: labor, vita: necesse mori. Et alius respondet huic quæstioni. Quid est homo? In principio, sperma putridum; in medio, vas stercorum; in fine, esca vermium. Hoc idem dicit *Job* 17. Putredini dixi, pater meus es: ecce principium, qui genuit. Mater mea: ecce medium, quæ nutrivit. Soror mea vermibus: ecce finis, qui sequitur. Sed quia caro vermibus tantum datur, subdit quo vadat anima: Ubi est ergo nunc præstolatio, & patientia mea? Quis considerat, in profundissimum infernum descendunt omnia mea: Putasne saltem ibi erit requies mihi: De primo dicitur *Genes.* 3. In dolore paries filios tuos. De medio dicitur *ibid.* In sudore vultus tui vesceris pane tuo. De tertio dicitur *ibid.* Pulvis es, & in pulverem, &c. Dolor ergo principium est hominis, labor medium, timor finis.

D

Moraliter. Moraliter. *f* Egressum,] a contemplativa ad activam: Ingressum ab activa ad contemplativam, ut modo Maria sit, modo Martha; modo Lia, modo Rachel; modo Jacob, modo Israel: Sic debet scire ingredi, & egredi Prælatus, & prædicator maxime. Unde sponsus *in Cantic.* aliquando monet sponsam ad egressum. Unde *Cantic.* 5. Aperi mihi soror mea. Aliquando ad ingressum. Unde *Cantic.* 2. Adjuro vos, &c. Et ipsa sponsa ad utrumque invitat sponsum,

obtulit Salomon super altare illud in Gabaon. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: *a* Postula quod vis, ut dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, & justitia, & recto corde tecum. Custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti *b* ei filium sedentem super thronum ejus *c* sicut est hodie. Et nunc, Dominus Deus, tu regnare fecisti *d* servum tuum pro David patre meo. Ego autem sum puer *e* parvulus, & *f* ignorans *f* egressum, & *g* introitum meum, & servus tuus est in medio populi, quem elegisti populi infiniti, qui numerari, & supputari non potest præ multitudine: Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, & discernere inter bonum, & malum. Quis enim potest judicare populum istum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon rem hujuscemodi postulasset. Et dixit Deus Salomoni: Quia postulasti *b* verbum hoc, & non petisti tibi *b* dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi *i* sapientiam ad discernendum judicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tantum ut nullus ante te similis *k* tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc, quæ non postulasti, *l* dedi tibi, divitias scil. & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus: Si autem ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, *m* longos faciam dies tuos. Igitur evigilavit Salomon, & intellexit, quod *n* esset somnium. Cumque venisset Jerusalem, stetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas, & grande convivium universis famulis suis. Tunc venerunt duæ mulieres *o* meretrices ad Regem, steteruntque *p* coram eo. Quarum una ait: *q* Obsecro, mi domine, ego, & mulier hæc habitabamus in domo una, & peperi apud eam in cubiculo. Tertia vero die postquam ego peperi, peperit & hæc. Et eramus simul, nullusque alius in domo nobiscum exceptis nobis duabus: Mortuus est autem filius mulieris hujus, nocte. *r* Dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens *f* intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo, ancillæ tuæ dormientis, & collocavit in sinu suo, suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumque surrexissem mane, ut darem lac filio meo, apparuit mortuus: Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum, quem genueram. Responditque altera mulier: Non est ita ut dicis, sed filius tuus mortuus est, *t* meus autem vivit. E contrario illa dicebat: Mentiris. Filius quippe meus vivit, & filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contende-

Ibid. 7. Egrediatur in agrum, commoremur in villulis, Quale autem sit ostium, per quod fit ingressus, & egressus ille, dicit Dominus *Joan.* 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur; ingredietur, & pascua inveniet.

b Verbum hoc] idest, rem hujus verbi, notabilis.

b Dies multos] *Gloss.* hujusmodi quærunt reprobi.

i Sapientiam ad discernendum] *Gloss.* Talis, oratio ante Deum non frustatur.

k Similis tui] in scientia scilicet. Nam in virtutibus magis enituit Eliseus. Et intellige de puro homine, & tunc non est objectio de Christo. Unde *Eccles.* 1. Præcessi sapientia omnes, qui ante me fuerunt. Tamen contrarium videtur dicere *Proverb.* 30. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum, non didici sapientiam, & novi scientiam Sanctorum, Solutio patet in littera: duplex enim est sapientia. Ita duplex operatio, scilicet ad Deum & ad homines. Item duplex causa discendi, scilicet veritas, & humilitas.

l Dedi tibi] Hoc est quod dicitur *Matth.* 6. Primum quærite regnum Dei, &c.

m Longos faciam dies tuos] *Gloss.* absque observatione mandatorum Dei, adipisci nemo potest dies longos, idest, beatitudinem.

n Quod esset somnium] idest, revelatio facta per somnium. Nota dormienti datum est donum scientiæ, ergo & donum gratiæ potest dari dormienti. Quod concedimus de potentia, non de justitia. Dicunt tamen quidam, quod Salomon non ita dormiebat, quin uteretur libero arbitrio, quando donum scientiæ ei fuit infusum.

o Meretrices] *Gloss.* Merito ad illum meretrices venerunt, quem postea deceperunt. Item *Gloss. moral.* Per matres lactantes, ordo Doctorum; per filios earum, signatur persona discipulorum. Nam magistri scientia vigilantes, sed vita dormientes, auditores suos quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum, quod debent facere negligunt, per somnium torporis occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere verborum lacte videbantur.

p Coram eo.] quarum una ait:

q Obsecro domine] supple, ut audias me.

r Dormiens] *Gloss.* quia non poterat dicere: Ego dormio, & cor meum vigilat. *Cant.* 5.

f Intempestæ noctis silentio] idest, intempesto noctis quando omnes silent. Quatuor enim sunt partes noctis, intempestum, conticinium, antelucanum, gallicinium.

t Meus autem vivit.] In hujusmodi rei discrimine mens

omnium

bant coram rege. Tunc Rex ait: Hæc dicit: Filius meus vivit, & filius tuus mortuus est, & ista respondit: Non: sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. Dixit ergo Rex: Afferte mihi gladium. Cumque *a* attulissent gladium coram Rege: Dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, & date dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad Regem: (Commota sunt quippe viscera ejus super filio suo:) Obsecro, Domine, date illi infantem vivum, & nolite interficere eum. E contrario illa dicebat: Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur. Respondit Rex, & ait: Date huic infantem vivum, & non occidatur: hæc est enim mater ejus. Audivit itaque omnis Israel judicium, quod judicasset Rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.

C A P. IV.

ERat *b* autem Rex Salomon regnans super omnem Israel: & hi principes, quos habebat: Azarias filius Sadoc sacerdotis, Elioreph, & Ahia filii Sisa, *c* scribæ: Josaphat filius Ahilud, *d* a commentariis. Banajas filius Jojadæ, super exercitum. Sadoc autem, & *e* Abiathar Sacerdotes. Azarias filius Nathan, super eos, qui *f* assistebant Regi. Zabud filius Nathan *g* sacerdos, amicus Regis, & Ahisar, *h* Præpositus domus, & *i* Adoniram filius Abda, super tributa. Habebat autem Salomon duodecim Præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam Regi, & domui ejus. Per singulos enim menses in anno, *k* singuli necessaria ministrabant. Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Ephraim. Bendecar, in Maces, & in Salebim, & in Bethsames, & Edon, & Bethanam. Benhesed, in Aruboth. Ipsius erat Socho, & omnis terra Epher. Benabinadab, cujus omnis Nephath dor, Taphet *l* filiam Salomonis habebat uxorem. Bena filius Ahilud regebat Thanac, & Mageddo, & universam Bethsan, quæ est juxta Sarthana subter Jezrael, a Bethsan, usque Abelmeula, e regione Zelmaan. Bengaber in Ramoth Galaad, *m* habebat Avothiair, filius Manasse in Galaad. Ipse præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan sexaginta civitatibus magnis, atque muratis, quæ habebant seras æneas. Abinadab filius Addo, præerat in Manaim. Achimaas in Nephtalim: sed *n* & ipse habebat Bethsemath filiam Salomonis in conjugin. Baana filius Husi, in Aser, & in Baloth. Josaphat filius Pharue in Issachar. Semei filius Ela in Benjamin. *o* Gaber filius Suri, in terra Galaad, & in terra Sehon Regis Amorrhæi, & Og Regis Basan, super omnia, quæ erant in illa terra. Juda & Israel innumerabiles sicut arena maris in multitudine, comedentes, & bibentes, atque lætantes. Salomon autem erat in *p* ditione *q* sua habens omnia regna secum, *r* a flumine terræ Philistiim usque ad terminum Ægypti, offerentium sibi munera, & servientium ei cunctis diebus vitæ ejus. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos, triginta *s* chori *t* similæ, & sexaginta cori farinæ, decem boves pingues, & *u* viginti boves pascuales, & centum arietes, excepta venatione cervorum, capreorum, atque bubalorum, & avium *x* altilium. Ipse *y* enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen, quasi a Thapsa usque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum, & habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatque Juda, & Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, a Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium. Nutriebantque eos *z* supra dicti regis præfecti. Sed & necessaria mensæ Regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore suo. Hordeum quoque, & paleas equorum, & jumentorum deferebant in locum, ubi erat Rex, juxta constitutum sibi. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est in littore maris. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus: sapientior Ethan Ezraita,

omnium hæsitabat, quam Rex inopinanter solvit, ut dicit *Josephus*, allato gladio utrumque infantem dividi præcipiens.

Matth. 22. — *a* Attulissent gladium] Non veni mittere pacem, sed gladium: Timuerunt, & admirati sunt assessores ejus, qui prius sententiam ejus, quasi pueri deridebant. — *De Præf. & asserto.*

E X P O S I T I O

C A P. IV.

ERat *b* autem Rex] in hoc capitulo agit de duobus: Primo de Præfectis Salomonis: secundo de inventione exorcismorum.

c Scribæ] idest, notarii.

A

d A commentariis] idest, digestor legum.

e Et Abiathar] Hoc videtur falsum: quia jam amotus erat a sacerdotio Abiathar, ut dictum est *supra* 2. Solutio: Abiathar non erat summus sacerdos, per hoc quia ablatum fuerat ei, tamen adhuc inter sacerdotes computabatur, vel forte reconciliatus erat Regi.

f Assistebant Regi] idest, custodes corporis Regis

B

g Sacerdos amicus regis] idest, Cancellarius, vel privatus ejus.

h Præpositus] idest, Procurator.

i Adoniram] vel aduram.

k Singuli] ita quod unus uno mense, alius alio.

l Filiam &c.] Sed quomodo potuit hoc esse: quia Salomon, aut undecim, aut duodecim annorum erat ad plus. Solutio: Anticipatio est: quia hoc fuit longo tempore post.

C

m Habebat Avothiair] idest, terram illam, quæ fuit filii Manasse. Et dicitur terra illa Avothiair, idest, villæ Jair.

n Sed & ipse] iste præsidebat omnibus aliis Præfectis.

D

o Gaber] Super dictum est, quod Bengaber præerat Galaad. Solutio: Divisa erat Galaad, & uni parti præerat Bengaber, & alii parti Gaber.

p In ditione] idest, dominatione.

q Sua] vel secum.

r A flumine] i. ab Euphrate, ita dicit *Josephus*: Et hoc est, quod dictum est Abrahæ *Genes.* 15. Tibi dabo terram hanc, a flumine Ægypti usque ad Euphraten. Sed in *Psalm.* 71. dicitur: A flumine usque ad terminos orbis terrarum. Sed illud exponitur mystice.

s Cori] Corus est mensura capiens decem ephi, idest, triginta modios, ut *Ezech.* 45.

t Similæ] idest, farinæ delicatæ.

u Viginti boves] *Gloss.* viginti boves, Prædicatores novi Testamenti, qui quasi geminatum in se Decalogum habent, cum novum, & vetus Testamentum æqualiter prædicent, pleni dilectione Dei, & proximi.

x Altilium] Altile in avibus, idem est quod saginatum in animalibus.

y Ipse enim obtinebat] quasi dicat, non est mirum, si tot, & tanta expendebat Salomon: Ipse enim, &c.

z Supradicti Regis] Horum medietas Regi in Jerusalem obsequebatur, alia medietas per vicos regios dispersa manebat. Hæc multiplicatio equorum, & multitudo virorum, reduxerunt Salomonem in Ægyptum. Scriptum est enim *Deuter.* 17. Cum constitutus fuerit rex, non multiplicabit sibi equos, & non reducet populum in Ægyptum equitatus numero sublevatus.

a Filiis

a Filiis Maol] *Josephus* dicit, quod isti quatuor erant filii unius viri, & erant Hebræi. *b* Et disseruit de jumentis] Hæc omnia nos non habemus, sed combusta fuerunt cum biblia a Nabuzardan, nec fuerunt reperta cum aliis libris, quos habemus. Excogitavit etiam Salomon adjurationes quasdam, quibus ægritudines solent mitigari. Alias quoque, quibus dæmones ejiciebantur, & alias quibus dæmones obstricti non redibant. Excogitavit etiam characteres quosdam, qui inscribebantur gemmis, quæ antepositæ naribus arreptitii cum radice quadam Salomoni monstrata, statim illam a dæmonibus liberabant. Hæc scientia plurimum valuit antiquitus in gente Hebræorum: Ante adventum Christi sæpius homines a dæmonibus vexabantur. Et antiquitus statim ut aliquis erat excommunicatus, arripiebatur a dæmone. Unde Paulus, quando excommunicavit Corinthium, dixit: Vobis congregatis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Jesu Christi, judicavi tradere hujusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus ejus salvus fiat. *Josephus* quoque testatur, se vidisse quemdam exorcistam, Eleazarum nomine, coram Vespasiano, & filiis ejus vexatos a dæmonibus in hunc modum curasse. Et ut probaret eis dæmonem egressum per nares cum spiritu anhelantis, vas aquæ poni jussit in medio, & imperavit dæmoni egresso, ut illud everteret in signum suæ egressionis, & ita fiebat.

Deut. ult. — A — *1. Cor. 5.* — B — *2. Par. 2.* — C

EXPOSITIO CAP. V.

De consecr. d. 1. c. 1. ver. Salomon.

Misit quoque Hiram.
c Quia amicus] & ideo misit servos. *d* Propter bella] Hoc est expositio illius quod dictum est *supra Reg.* 7. Quia vir sanguinum es. *e* Et non est Sathan] idest, non est mihi adversarius, qui mihi hostiliter occurrat. *f* Locutus est] 2. Reg. 7. *g* Præcipe ergo] *Gloss.* Dicendum est prius de operariis.
h Qui dedit] scil.
i Audivi] idest, exaudivi.
k Ad locum] scilicet Joppen, ut dicitur 2. *Paral* 2.
l Et erat] *Gloss.* quia indicebatur cuique quid agendum sit, vel quid agere t. Vel indictio] idest, summa illorum, quibus indicebatur hoc opus. Vel forte indictio est determinata hominum collectio, sicut cohors quadringentorum, & legio sex millium sexcentorum sexaginta sex.

D — A

& Hemam, & Chalcal, & Dorda filiis *a* Maol, & erat nominatus in universis gentibus per circuitum. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque millia. Et disputavit super lignis a cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete, *b* & disseruit de jumentis, & volucribus, & piscibus, Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus,

C A P. V.

Misit quoque Hiram rex Tyri servos suos ad Salomonem. Audivit enim, quod ipsum unxissent regem super Israel pro patre ejus, quia *c* amicus fuerat Hiram David omni tempore. Misit autem & Salomon ad Hiram, dicens: Tu scis voluntatem David patris mei, quia non poterat ædificare domum nomini Domini Dei sui, & *d* propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus mihi per circuitum, & non *e* est Sathan, neque occursus malus, quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut *f* locutus est Dominus David patri meo, dicens: Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. *g* Præcipe igitur, ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano, & servi mei sint cum servis tuis. Mercedem autem servorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris. Scis enim, quoniam non est in populo meo vir, qui noverit ligna cædere sicut Sidonii. Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, & ait: Benedictus Dominus Deus hodie, qui *h* dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: *i* Audivi, quæcumque mandasti mihi. Ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis, & abiegnis. Servi mei deponent ea de Libano ad mare, & ego componam ea in ratibus in mari, usque ad *k* locum, quem significaveris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea. Præbebisque necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna juxta omnem voluntatem ejus; Salomon autem præbebat Hiram viginti millia coros tritici, in cibum domui ejus, & viginti coros purissimi olei. Hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei. Et erat pax inter Hiram, & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus. Elegitque Rex Salomon operarios de omni Israel, & *l* erat indictio triginta millia *m* virorum: Mittebatque eos in *n* Libanum decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis. Et Adoniram erat super hujuscemodi indictionem. Fuerunt itaque Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant, & octingenta millia *o* latomorum in monte, absque præpositis, qui præerant singulis operibus numero trium millium, & trecentorum præcipientium populo, & his, qui faciebant opus. Præcepitque Rex, ut tollerent lapides *p* grandes, lapides *q* pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos. Quos dolaverunt *r* cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram. Porro biblii præparaverunt ligna, & lapides ad ædificandam domum.

C A P. VI.

FACTUM *f* est igitur quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra

m Virorum *Gloss.* Hi operatores erant proselyti, horum magistri de Judæis: quia non fecit servire quemquam de Israel.
n In Libanum] Libanus mons est in confinis Syriæ, & Palæstinæ, ad cujus radicem oriuntur duo fontes, scil. Jor, & Dan, quorum rivi convenientes in unum, faciunt Jordanem fluvium.
o Latomorum] idest, cæsorum lapidum.
p Grandes] & adeo grandes, ut dicit *Josephus*, quod multi ex eis habebant in longitudine viginti cubitos, in latitudine decem, in altitudine quinque.
q Pretiosos] idest, marmoreos:
r Cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram.] *Gloss.* qui cæmentum præparant, vel inducunt. Sed nota hic tria genera operationum. Primo latomi extrahebant lapides de lapidicina, & scopulabant eos. Deinde cæmentarii dolabant eos. Deinde biblii poliebant, & sculpebant eos. Est autem biblios civitas Phœnicis, de qua *Ezech.* 27. Senes biblii, & prudentes ejus. Item nota: Fabulantur Hebræi ad eruderandos lapides Salomonem habuisse sanguinem vermiculi, qui Tamir dicitur, quo aspersa marmora facile secabantur. Quem invenit hoc modo, ut dicunt: Erat Salomoni Struthio habens pullum, & inclusus est pullus sub vaso vitreo, quem cum videret struthio, & habere nequiret, tulit de deserto vermiculum, cujus sanguine linivit vitrum, & confractum est.

EXPOSITIO CAP. VI.

FActum *f* est igitur quadringentesimo, & octogesimo anno, &c.] *Josephus* dicit, anno quingentesimo secundo egressionis de Ægypto, describens etiam annos ætatum præcedentium, dicens ab Abraham usque tunc fluxisse annos mille, & viginti, a diluvio mille, & quadringentos. Ab Adam vero tria millia, & ducentos.

a Sexa-

Ægypti, in anno quarto, mense Zio, ipse est mensis secundus Regis Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum Domino. Domus autem, quam ædificabat Rex Salomon Domino, habebat a sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & b triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, c juxta mensuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi. Fecitque in templo d fenestras obliquas. Et ædificavit super parietem e templi tabulata per gyrum, in parietibus domus, per circuitum templi, f oraculi, & fecit g latera in circuitu. Tabulatum quod h subter erat, quinque cubitos habebat i latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum, septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem k posuit in domo per circuitum forinsecus, ut l non hærerent muris Templi. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum m non sunt audita in domo, cum ædificaretur. n Ostium lateris medii in o pariete erat domus dexteræ, & per p cochleam ascendebant in q medium cœnaculum, & a medio in tertium. Et ædificavit domum, & consummavit eam. r Texit quoque domum ſ laquearibus cedrinis, & ædificavit tabulatum, t super omnem domum quinque cubitis altitudinis, & u operuit domum lignis cedrinis: Et x factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens: y Domus hæc quam ædificas, si am-

a Sexaginta cubitos] interius, ut dicemus *infra*.

b Et triginta cubitos in altitudine] Contra 2. *Par.* 3. dicitur: Porro altitudo centum viginti cubitorum erat. Solutio: Tria tabulata, sive solaria erant in templo. A fundamento usque ad primum tabulatum erant triginta cubiti, & hoc dicitur hic altitudo templi. Et super illud tabulatum erat quædam mansio quasi quoddam solarium, quod erigebatur triginta cubitis usque ad secundum tabulatum, super quod erat tertia mansio sexaginta cubitorum usque ad tertium tabulatum, quod erat tectum domus. Et ita tota altitudo templi erat centum viginti cubitorum, ut dicitur 2. *Par.* 3. & ita utrumque verum est, quod hic dicitur, & *in Par.* *Josephus* tamen non facit mentionem nisi duabus mansionibus, utrique sexaginta cubitos attribuens. Sed duas inferiores sub una comprehendit. [2. Par. 3.] [B]

c Juxta mensuram, &c.] Latitudo vero porticus erat decem cubitorum, altitudo vero, ut dicit *Josephus*, ascendebat usque ad celsitudinem templi.

d Fenestras obliquas] idest, exterius angustas, & interius obliquando diffusas, sicut modo fiunt vitreæ in Ecclesiis, quas Salomon excogitavit.

e Templi tabulata per gyrum, in parietibus domus, &c.] Hæc tabulata *Matth.* 4. dicuntur pinnacula templi. Quæ hoc modo facta erat: Trabes erant in templo positæ per transversum per tria loca adeo longæ, ut forinsecus capita earum prominerent ex utroque latere: Et ædificavit Salomon super capita forinsecus prominentia tria tabulata ad deambulandum circa templum. Quæ quomodo facta essent in utroque latere, satis clarum est: Quomodo autem fuerunt in fronte Orientali, & Occidentali, non satis elucet, neque legitur alicubi in textu, vel in glossis. Forte parvæ trabes erant immissæ per murum, super quas erant ædificata tabulata. Latitudo vero tabulatorum differens erat. Tabulatum enim inferius habebat quinque cubitos latitudinis, medium, sex: tertium, septem. Quod ideo factum fuit ita, ut manentes in superioribus tabulatis non impedirentur ad respiciendum inferius per obstaculum inferiorom: Tamen Hebræi dicunt tria tabulata parem habuisse latitudinem, ita ut si plumbata cæmentarii demitterentur a summo usque deorsum, perpenderetur eorum æqualitas: Tamen tabulatum inferius erat quinque cubitorum in latitudine, medium sex: quia murus ascendendo, arctior factus erat, quasi per unum cubitum. Ultimum tabulatum septem cubitorum erat: quia murus ibi jam concretus erat quasi per duos cubitos. Aliqui tamen dixerunt, quod inferius tabulatum septem cubitorum erat, medium sex: ultimum, quinque: Et hoc videtur littera velle, quæ dicit tabulatum quod super erat, quinque cubitos habebat. Sed quidam libri habent, subter, quæ littera verior est juxta priorem expositionem. Hæc autem tabulata non inhærebant muro. Habebant autem in extremitatibus loriculas sive cancellos, idest, appodiationes, ne deambulantes, inde cadere possent, de quorum altitudine nihil legitur, nisi de supremo, quod erat quinque cubitorum in altitudine.

f Oraculi] idest, Sancta Sanctorum. [Matth. 10.]

g Latera, &c.] *Gloss.* idest, muros, vel cancellos, vel loriculas: De quibus Doctores in tabulatis sedentes, ad circumstantem inferius populum concionabantur: Unde Dominus: Prædicate super tecta. Et Salomon: Melius est sedere in angulo domatis. Doma Græce, tectum Latine. [Prov. 21. & 25.]

h Et super] vel subter.

i Latitudinis] scilicet erat. Superius tabulatum virgines significat, medium continentes, tertium conjugatos. Ita dicit *Gloss.*

k Posuit] idest, poni fecit.

l Non hærerent] scilicet tabulata consolidata clavis.

m Non sunt audita] Hoc videtur impossibile: quia oportuit consolidari clavis. Solutio: Hoc quod hic dicitur, refertur tantum ad lapides, qui planati, & quadrati, & dolati fuerunt extra Jerusalem. Securis autem hic vocatur martellus latomi, quo lapides præscinduntur.

n Ostium lateris] Nota de hoc ostio, ubi esset, diversæ sunt opiniones. *Josephus* dicit in annulis anterioribus utriusque juxta terram fuisse ostium, & ascensum ad superiora cœnacula per medium muri absconditum, & facilem, extrinsecus sufficienter fenestratum, & secundum hoc medium latus dicitur frons orientalis, quæ erat media inter parietem meridianum, & Aquilonem. Alii dicunt, quod ostium erat juxta terram in pariete dextero, idest, meridiano, & secundum hoc sic jungitur littera: Ostium lateris medii] idest, quod erat in medio lateris.

o In pariete] idest, in dextero pariete domus. Dextero dico, egredientibus a templo non ingredientibus. Vel dextero dico, secundum situm mundi, secundum quem meridies est a dextris, aquilo a sinistris. Alii dicunt, quod ostium lateris medii dicitur, per quod veniebatur ad medium latus, idest, ad medium tabulatum. Alii dicunt, quod ostium lateris medii dicitur ad differentiam aliorum ostiorum, in quibus totaliter perforantur parietes. In hoc autem non nisi usque ad medium parietis.

p Per cochleam] idest, per viam invisibilem, vel tortuosum ascensum, vel vulgo dicitur via.

q In medium] idest, in mediam mansionem. Tamen *Richardus de S. Victore*, qui exposuit Ezechielem ad litteram vocat cœnacula ipsa tecta, sive tabulata templi, sed ad idem redit.

r Texit quoque] Nota, murus inferioris mansionis, intrinsecus undique opertus erat tabulis cedrinis, trabibus vero affixa erant laquearia cedrina. Pavimentum vero domus coopertum erat tabulis abiegnis. Tabulata vero laterum, deambulatoria, & laquearia trabium, & pavimentum, tabulis aureis erant operta cum clavis aureis, quorum quilibet erat quinquaginta siclorum, & ita nihil erat in inferiore parte templi, quod non esset opertum auro, ut vultus ingredientium faceret auri lumine resplendere. Lapis vero unde murus factus erat forinsecus, tanto nitore fulgebat, ac si esset candido calculo tectus.

ſ Laquearibus] trabibus solarii affixis. *Gloss. Bedæ* Laquearia, sunt tabulata, quæ magno decore composita, & ornata, ab inferiori parte trabibus affiguntur, & quia ternæ altitudinis domus Dei facta, terna habebat laquearia.

t Super omnem] idest, super quamlibet trium mansionum, vel tabulatum. Super omnem domum, dicit ultimum, & supremum tabulatum, & ita exponit *Beda*.

u Et operuit] idest, murum inferioris mansionis domus.

x Et factus est] Quasi per prolepsim præmiserat auctor de templo breviter, nunc latius exequitur de eo.

y Domus hæc] Quæritur a quo regatur hæc dictio domus.

mus. Et dicimus quod a nullo, sed ponitur hic tantum ut sequens relatio habeat locum, sicut ibi, Dominus in cœlo sedes ejus. Vel est locutio ecliptica, & perficitur sic: Domus hæc, quam ædificas mihi, erit accepta, vel cosummabitur. Et quia opus hoc sumptuosum erat nimis, confortavit Dominus Salomonem, ne deficeret, sive ne desineret ab incepto opere. *a* Et ædificavit parietes, &c.] Nota in domo inferiori parietes habebant tres ordines: Primo erat murus lapideus de lapidibus forinsecus valde nitentibus. Postea erant tabulæ cedrinæ, quibus fuit opertus murus intrinsecus. Deinde laminæ aureæ, quibus tegebatur totus paries tabularum. Eodem modo erat in pavimento, sed in hoc tantum differentia erat, quia tabulæ pavimenti abiegnæ erant.

b Ab posteriorem partem] quæ dicitur sancta sanctorum.

c Usque ad superiora,] Ergo mansio inferior non erat alta, nisi viginti cubitis: Et hoc falsum est, quia supra dictum est, quod utraque duarum inferiorum mansionum erat triginta cubitorum Solut. Duæ partes erant in Templo: Anterior quæ dicitur sancta, & posterior, quæ dicitur sancta sanctorum: Et erant divisæ per interpositionem veli, & tabulatum, quæ habebant in altum viginti cubitos tantum, & desuper erat apertura decem cubitorum, ut fumus ascendens de altari thymiamatis posset intrare Sancta sanctorum. Expone igitur: [usque ad superiora,] idest, versus summum.

d Interiorem] idest, posteriorem.

e Domum tabernaculi, &c.] Aliqui libri habent, oraculi. Accipitur autem quatuor modis oraculum. Quandoque dicitur oraculum, ipsum tabernaculum, idest, ipsa domus. Quandoque divinum responsum. Quandoque propitiatorium. Quandoque Sancta sanctorum, sicut hic: Et est sensus: Fecit interiorem domum oraculi, idest, oraculum, quod erat interior pars domus in Sancta sanctorum.

f Ipsum templum] idest, anterior pars templi, quod dicitur sancta.

g Pro foribus] idest, usque ad fores.

h Oraculi,] idest, sancta sanctorum, quasi dicat anterior pars, idest, sancta habebat quadraginta cubitos in longitudine.

bulaveris in præceptis meis, & judicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea gradiens per ea, firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad David patrem tuum, & habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel. Igitur ædificavit Salomon domum, & consummavit eam. Et *a* ædificavit parietes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis. A pavimento domus usque ad summitatem parietum, & usque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecus, & texit pavimentum domus tabulis abiegnis. Ædificavitque viginti cubitorum *b* ad posteriorem partem Templi tabulata cedrina, a pavimento usque *c* ad superiora, & fecit *d* interiorem *e* domum tabernaculi in sanctum sanctorum. Porro quadraginta cubitorum erat *f* ipsum Templum pro *g* foribus *h* oraculi, & cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens *i* tornaturas, & juncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes. Omnia cedrinis tabulis vestiebantur; nec omnino lapis k apparere poterat in pariete. k Oraculum autem in *l* medio domus in *m* interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti *n* cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis, & operuit illud, atque vestivit auro purissimo. Sed & *o* altare vestivit cedro. *p* Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clavis aureis. Nihilque erat in Templo, quod non auro tegeretur, & totum altare oraculi texit auro: Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala Cherub una, & quinque cubitorum ala Cherub altera, idest, *q* decem cubitos habentes a summitate alæ usque ad alæ alterius summitatem. Decem quoque cubitorum erat Cherub secundus in mensura pari, *r* & opus unum erat in duobus Cherubim, idest, altitudinem habebat unus Cherub decem cubitorum, & similiter Cherub secundus. Posuitque Cherubim in *s* medio templi interioris. Extendebant autem alas suas Cherubim, & tangebat ala una parietem, & ala Cherub secundi tangebat parietem alterum. Alæ autem alteræ in media parte templi se invicem contingebant. Texit quoque Cherubim auro: Et omnes parietes Templi per circuitum sculpsit variis *t* cælaturis, & torno: Et *u* fecit in eis *x* Cherubim, & *y* palmas, & picturas varias quasi prominentes *z* de pariete, & egredientes. Sed & pavimentum domus texit auro, *a* intrinsecus, & *b* extrinsecus. Et in *c* ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum, postesque angulorum quinque, *d* & duo ostia de lignis olivarum. Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & *e* anaglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam Cherubim quam palmas & cetera auro. *f* Fecitque in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos, & duo ostia *g* de lignis abiegnis altrinsecus: Et utrumque ostium duplex erat, & se invicem tenens aperiebatur. Et sculpsit Cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuit-

i Tornaturas, & juncturas, &c.] idest, cælaturas tornatiles fabrefactas fecit in juncturis, ne locus juncturæ deprehendi posset.

k Apparere poterat in pariete.] intrinsecus.

k Oraculum autem] idest, sancta sanctorum.

l In medio] inter parietes, scilicet.

m In interiori] idest, ulteriori.

n Et viginti cubitos altitudinis, & ita quadratum erat.

o Sed & altare vestivit, &c.] thymiamatis, quod erat in sancta; Non fuit hoc altare illud, quod fecit Moyses: Illud enim vestitum fuit auro.

p Domum quoque ante, &c.] sanctam, idest, anteriorem partem templi, idest.

q Decem cubitos habentes, &c.] cum omni corpore eorum.

r Et opus unum] idest, simile.

s In medio Templi interioris.] idest, in sancta sanctorum.

t Cælaturis, & torno:] idest, cælaturis tornatilibus, idest, torno factis.

u Et fecit in eis] scilicet tabulis cedrinis, & secundum hoc non videbantur, quia tecta erant auro. Vel, in eis, idest, tabulis aureis.

x Cherubim,] idest depinxit in eis imagines Cherubim. Et confunditur hic Judæus vocans nos idololatras propter imagines, quæ fiunt in Ecclesia, cum in templo, & in tabernaculo fuerint depicti Cherubim aurei.

y Palmas, & picturas] idest, manus hominum apertas:

z De pariete] idest, de tabulis.

a Intrinsecus,] i. in sancta sanctorum:

b Extrinsecus,] i. in sancta.

c Ingressu oraculi] i. in sancta.

d Et duo ostia] Idem apertius dicit: Unus enim erat ingressus, sed duobus ostiis claudebatur, & aperiebatur.

e Anaglypha valde prominentia,] idest, cælaturas. Unde *Beda*: Anaglypha Græce, Latine dicuntur cælaturæ. *Isidor.* Aliter dicit: Anaglypha, inquit sunt vasa escaria, quæ sursum sculpta sunt. Græci enim ana, sursum dicunt, glyphe, sculpturam.

f Fecitque in introitu templi] idest, anterioris partis, quæ dicitur sancta.

g De lignis abiegnis] Priora ostia erant de lignis olivarum.

que omnia laminis aureis, *a* opere quadro ad regulam. Et *b* ædificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri. *c* Anno quarto *d* fundata est domus Domini in *e* mense Zio, & in *f* anno undecimo *g* mense Elul, ipse est mensis octavus, perfecta est domus in omni opere suo, & in universis *h* utensilibus

a Opere quadro ad regulam.] Tantæ venustatis erant valvæ istæ, ut etiam David prophetans de templi destructione nominatim expressit eas, dicens: Exciderunt januas ejus. Et dicit *Josephus* quod non erat io eis lignum majus palmo. Quod notatur per hoc, quod dicitur hic, opere quadro ad regulam.

Ps. 73.

b Et ædificavit atrium interius, &c.] Post templi constructionem agit auctor de atrio interiori. Porro plura fuerunt atria circa templum, ut legitur super illud *Psal.* 133. qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. Quatuor scilicet atrium interius, quod dicitur sacerdotum: item atrium mundorum. Item atrium mulierum mundarum: item atrium immundorum. Hic tantum de primo fit mentio: Sed nos breviter de omnibus dicemus. Est igitur atrium interius, platea grandis ex omni parte circa templum diffusa per quadrum. Ad Orientem vero ante fores templi latior erat, quia erat altare æneum, & luteres, & mare sacerdotum, & ibi ministrabant sacerdotes, & Levitæ coram Domino. Circa utrumque latus non ita diffusa erat, ad occidentem vero strictior erat. Pavimentum hujus atrii vario marmore stratum erat, & diversis imaginibus venustatum. Hoc atrium cingebat undique murus brevis, altitudine trium cubitorum: Et erat onus cubitus lapidum unius coloris, alius cubitus lapidum alterius coloris, tertius cubitus lapidum tertii coloris: Iotus autem erat vestitus cedro. Ad hunc murum se appodiabant sacerdotes, & Levitæ, & conversi ad populum super hunc loquebantur. In eodem muro erant plurimæ columnæ, æquis iotervallis dispositæ, inscriptæ aliæ litteris Hebraicis, aliæ litteris Latinis, præmouentes populum ad legem sanctimoniæ, & prohibentes, ne in locum sanctum transirent. Hic murus habebat unum solum introitum ab Oriente, scil. contra portam templi, habens aperturam vigintiquinque cubitorum sine foribus. Usque ad hunc introitum ascendebant viri, & mulieres deferentes oblationes suas: Nec licebat eis ulterius transire, nisi io quibusdam casibus, scilicet quando fiebat judicium zelotypiæ. *Numeri quinto*: Vel quando Nazaræus, impleto tempore religionis suæ, offerebat crines. *Numeri 6.* Et forte in quibusdam magnis festis, ad introitum atrii asceodebatur per quatuordecim gradus. Hoc atrium dicebatur atrium interius, quia alia atria erant extra illud per circuitum. Dicebatur etiam atrium sacerdotum, & Levitarum, quia ibi ministrabant. Hoc atrium non poterant intrare etiam Aaronitæ habentes maculam aliquam, propter quam offerre non poterant, ut legitur *Levit.* 21. Licet de partibus sacrificiorum alerentur. Post istud atrium, idest, infra ipsum in declivi latere montis positum erat secundum atrium, scilicet atrium mundorum, quod dicebatur sanctum, quod *Josephus* nominat aulam vel basilicam grandem. Erat autem hoc atrium diffusum in circuitum circa primum longe majus illo: Cujus pavimentum vario marmore stratum erat, sicut primum circumseptum muro altitudinis vigintiquinque cubitorum, scilicet interius, exterius vero quadraginta, secundum collis declivitatem: Quod licet sic esset altum, non tamen ascendebat usque ad fabricam templi, nec aspectum ejus prohibebat. Erat autem iste murus ad Occidentem simplex, idest, sine porticu, & sine tecto, & ibi nullam portam habent. Io utroque vero latere, & in fronte orientali habebat porticus instar claustri monachorum, latitudinis triginta cubitorum. In latere meridiano erant quatuor portæ, duplices valvas habentes, quæ laminis aureis, & argenteis miro opere erant decoratæ. Totidem portæ, & omnino consimiles erant in latere Septentrionali. In his portis sedebant janitores, ut arcerent immundos ab ingressu hujus atrii. In fronte Orientali erat porta, quæ dicebatur speciosa, habens valvas de ære corinthio factas. Io angulo hujus frontis erant duæ portæ modicæ, per quas ascendebant mulieres ad offerendum: Vel forte ministri descendebant in occursum earum ibi ad suscipiendas oblationes. In hoc atrio orabant viri mundi sub divo, tempore serenitatis, sub porticibus tempore tempestatis. In platea hujus atrii Orientalis, vendebantur animalia, & volucres ad offerendum, & ibi erant mensæ oummulariorum, quas Dominus evertit. *Matth.* 21. Io porticibus juxta portas stabant gazophylacia diversi generis, ad recipiendum oblationes ingredientium, triplex scilicet arca: Una, quæ dicebatur Musach, in qua ponebatur oblatio regum, & magnatorum, & festivitatum: Alia quæ dicebatur Corban, in qua ponebatur oblatio sacerdotum, & votiva: Tertia proprie dicebatur gazophylacium, in qua ponebatur oblatio peregrinorum, & quotidiana ad faciendum opera templi. Unde dicitur: *Rex Musach, præsul Corban, replet advena Gazam.* Quidam aliter distinguunt, dicentes, io Musach reponi munera regum; in Corban, partem sacerdotum. Unde de Corban fuerunt sumpti triginta denarii, quibus Dominus fuit emptus: In gazophylacio vero partem Domini ad opera, & usus pauperum. Unde legitur *Luc.* 21. quod mulier paupercula misit duo minuta in gazophylacio Domini. In porticibus laterum erant pastophoria, idest, loca separata, io quibus sacrificantes de partibus sacrificiorum, quæ eos contingebant, vescebantur coram Domino. Et volunt quidam, quod ibi comederunt de foris venientes, & ideo sic dici, quasi pastus de foris venientium. In eisdem porticibus erant cathedræ, & synedræ, & exedræ, idest, tria genera sedilium, ut dicit *Isidorus*. In cathedris sedebant Doctores in gymnasio. In synedris sedebaot auditores in consilorio, & dicebantur synedræ, idest, consessus. Io exedris sedebant confessores cum judice, quando secretius aliquid tractabant quasi in locutorio, & dicebatur exedra, quasi assessus, licet aliquando pro thalamo inveniatur: Sed improprie: hoc atrium sæpe vocatur templum in Evangelio. Unde *Joannis secundo* dicitur: Ascendit Jesus Jerosolymam, & invenit in templo vendentes oves, & boves, & columbas, & nummularios sedentes. Item *Joannis septimo*. Ascendit Jesus in templum, & docebat. Item *Matthæi vigesimo primo*. Intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat ementes, & vendentes io templo. Sub hoc secundo atrio erat tertium atrium ejusdem compositionis cum secundo, etsi non tantæ venustatis, nec tam pretiosi ornatus: In hoc orabant mulieres mundæ tantum, & erat multo majus secundo, & dicebatur atriom mulierum. Sub isto atrio erat quartum atrium, in quo orabant viri immundi, & mulieres, & gentiles. Cujus murus exterior, & in radice collis positus erat, & ascendebat quadringentis cubitis usque ad verticem collis, in quo templum erat situm, & ita muri atriorum io nullo impediebant aspectum templi, nec eorum, qui ministrabant in atrio interiori. Hoc quartum atrium majus omnibus erat. Et hæc sufficiant de atriis.

De primo atrio sive interiori, quod dicebatur atrium sacerdotum.

De secundo atrio quod erat virorum mundorum, & dicebatur sanctum.

De Musach & hujusmodi.

De tertio atrio, quod dicebatur atrium mulierum mundarum.

De atrio immundorum sive quarto.

c Anno quarto] regni Salomonis.

d Fundata] idest, inchoata.

e In mense Zio] idest, Aprilis, dicit *Gloss.* Sed hoc videtur falsum, quia *supra eod.* dictum est de Zio, quod ipse est mensis secundus, & ita fuit Majus, non ergo Aprilis. Solutio: Ista *Interlin.* appunctata est. Vel potest dici, quod Hebræi computant menses suos secundum lunationes. Lunatio vero quæ incipit in Aprili, sæpe terminatur in Majo, & denominatur ab eo. Quod ergo dicitur supra, mense secundo, idest, Majo, refertur ad mensem eorum. Quod autem hic dicitur Zio, idest, Aprili, refertur ad mensem nostrum, & ita inchoata est domus Domini in Aprili nostro, & Majo Judæorum.

f Et in anno] ejusdem regis.

g Mense Elul,] *Gloss.* Octobri. *h* Utensilibus] quæ in imminenti erant necessaria. Et hoc dico, quia post dedicationem templi, plura fuerunt fabricata, & superaddita, ut patebit *infr. Gloss. Bedæ*. Quæritur quomodo dicatur domus Domini in mense octavo perfecta in omni opere suo, & in universis utensilibus suis, cum in sequenti legatur, infra octavo, mense septimo dedicationem ejus esse completam: Nec credibile est, quod templum septem annis ædificans Salomon, octavo mense octavi

se octavi anni perfecerit, & usque ad septimum mensem noni anni dedicationem perfecti templi distulerit. Unde potius verisimile videtur domum septem annis & septem mensibus ædificatam, ita ut eodem mense septimo, dedicatio sit celebrata, & die vigesimo tertio ipsius mensis 2. *Paral.* 7. Salomon dimiserit populum

suis, ædificavitque eam a annis septem.

in tabernacula sua, sicque post unam septimanam adveniente mense octavo, perfecta sit domus Domini cum operibus ejus universis, & ipsa dedicatione prius completa. Nisi forte putandum est post dedicatum templum aliquid utensilium in ministerio ejus additum fuisse, usque ad ingressum sexti mensis accelerante Rege, ut omnino mense septimo, qui erat totus solemnis, templum dedicaretur, & ita verum reperiatur utrumque, templum scil. octavo mense in omni opere suo, & utensilibus perfectum, & ipsum septimo mense dedicatum fuisse, *a* Annis septem.] & septem mensibus. Sed contrarium videtur *Jo:* 2. Quadraginta & sex annis inquiunt, ædificatum est templum. Sol. Templum Salomonis ædificatum fuit septem annis, & septem mensibus, sed destructum fuit a Nabuchodonosor, & sub rege Syro. Triginta annis iterum ædificatum est tantum usque ad appodiationes, & postea intermissum est opus ad imperium Cambyses filii Cyri octo annis, & iterum uno anno sub duobus magis, & alio anno iterum sub Dario filio Hystaspis. Secundo vero anno regni illius, recepta licentia ab eo per Zorobabel in sex annis consummatum est opus, & ita utrumque verum est, & quod septem annis ædificatum est sub Salomone, & iterum quadraginta sex ædificatum est templum sub Esdra sacerdote.

EXPOSITIO
CAPITULI SEPTIMI.

DOMUM *a* autem fuam, &c.] Post ædificationem templi ædificavit Salomon domos regales, quas tredecim vix confummavit annis. Non enim adeo fervens fuit populus circa eas ficut circa templum. Præterea, ad eas nullum dimiferat apparatum David, ficut ad templum. Fecit autem Salomon tres domos regales fcilicet domum fibi, & domum uxori fuæ filiæ Pharaonis, & domum faltus. De domo Regis pauca dicuntur hic, & de domo reginæ: Forte quia eadem erat compofitio earum, quæ & domus faltus, de qua latius agitur hic: Sciendum igitur, quod domus faltus duplex erat, & ex duplici materia. Pars interior fuit lapidea, & dicebatur Nethotha, ideft, pigmentaria, in qua reponebantur aromata & pigmenta ad ufus domus Regiæ & templi. Unde *Ifaiæ trigefimonono* vocatur cella aromatum, & odoramentorum. Ubi dicit *Hieronymus*: Pro domo Nethotha quidam tranftulerunt, domus thymiamatis, quidam domus thoracis. Superior pars erat lignea, facta de lignis Libani, propter quod etiam dicta eft domus faltus, vel domus Libani. Quidam vero dicunt eam vocatam domus faltus, quia erat confita arboribus, & viridariis, miræ jucunditatis, juxta diverfitatis modum, qui eft in Libano. In hac parte fuperiori reponebantur arma, ut ex beneficio ligni, rubiginem non fentirent, ficut aromata ex beneficio lapidum diutius fervabantur. Fecit autem Salomon trecenta fcuta aurea quodlibet fexcentorum ficlorum, & totidem lanceas aureas, ut dicitur 2. *Par.* 9. Fecit etiam trecentas peltas aureas, quibus utebantur cuftodes regis, quarum quædam erant rotundæ, quædam ad modum femicycli. Hæc pars domus fuperior habebat longitudinem centum cubitorum, latitudinem quinquaginta, altitudinem triginta. Cujus camera veftita erat tabulis cedrinis. Suftentabatur autem tribus ordinibus columnarum. Unufquifque ordo habebat quindecim columnas, æquali fpatio a fe diftantes: Et ita inter parietes domus, & tres ordines columnarum, erant quatuor deambulatoria. Ante fores hujus domus fecit porticum, cujus columnæ habebant longitudinem quinquaginta cubitorum, & latitudinem triginta. De compofitione partis inferioris, nihil dicitur hic, forte quia ejufdem compofitionis erat, cujus & fuperior. E regione vero ftabat domus regis ejufdem latitudinis, & longitudinis, & altitudinis, & fimiliter inter columnata, grandi viridario interjacente. Verumtamen hæc domus fimplex erat, ideft, unius manfionis. Altitudo muri quatuor habebat diftinctiones: tres erant variatæ tribus diverfis coloribus, quarta erat cælaturis ornata. Erant enim arbores fculptæ diverfi generis ramis, foliis, pomis obumbratæ, tantæ fubtilitatis, ut agitari quomodo putarentur. In medio amplitudinis domus hujus, erat domuncula quædam lata triginta cubitis, in qua erat folium, in quo fedens Rex judicia proferebat. Item hæc domus in pofteriori parte veftita auro, ubi rex fecie fibi thronum de ebore grandem, veftitum auro, cujus afcenfus erat per fex gradus de marmore factos, & fuper gradus ftabant duodecim leunculi, fex hinc, & fex inde. Reclinatorium pofterius rotundum erat, fedens fuper vitulum, ubi rex reponebatur, & duæ manus hinc, & inde tenebant vitulum, & duo leones ftabant juxta manus. Fecit etiam Salomon circa domum habitacula quædam, & fedilia, ubi poft caufas explicitas refidebat, ftrata omnia marmore, & tabulis cedrinis. Fecit etiam Salomon domum reginæ in latere montis defcendentis, marmore, cedro argento, & auro opulentiffime decoratam, ejufdem compofitionis cujus & fuam, fecit & utenfilia utriufque domus præclara valde, & vafa epulis opportuna, omnia ex auro. Et ita 20. annis perfecit Salomon templum, & domos regales cum omni fupellectili fua, Hiram rege Tyri præbente ei auxilium in lignis, & etiam in auro. Cui Salomon dedit viginti oppida in Galilæa, in forte Nephtalim maritima: Sed non placuerunt ei, licet propinqua effent Tyro: Unde appellavit eam terram Chabul, quod lingua Phœnicum fonat difciplinæ: Et tunc primum vocata eft terra illa Galilæa gentium *If.9.* non quod ibi gentes habitarent, fed quia erant in ditione Regis Gentilis.

A

B

De domo Reginæ.

De domo Regis.

b Saltus Libani] *Gloff.* quia de lignis Libani montis ædificata eft.

c Deambulatoria] *Gloff.* quæ vulgo dicimus tranfporticus.

d Totam cameram,] ideft, fuperiorem concamerationem.

e E regione fe refpicientes] *Gloffa*, & ita erant tres ordines per medium domus, ac per hæc quatuor deambulatoria inter parietes, & medias columnas.

f Et porticum] ante domum faltus.

g Columnarum] ideft, columnis fuftentatum.

h Et alteram porticum] *Glofs.* Infra iftam nifi folium fuum erat, & inter utramque porticum erat pavimentum marmore ftratum.

i Epiftylia] ideft, capitella fabrefacta.

k Porticum quoque, &c.] Repetit de domo Regis, & vocat eam porticum folii, quia in ea erat folium, & Tribunal. Eft autem ut dicit *Raban.* Tribunal, judicum: folium, regum,: cathedra, doctorum.

l Ad judicandum,] ideft, in qua rex tractabat cum affefforibus de fententia.

m Iu media porticu] ideft, in domo regia.

n Et hanc porticum.] ideft, domum fuam.

a Et

C A P. VII.

DOMUM *a* autem fuam ædificavit Salomon tredecim annis, & ad perfectum ufque perduxit. Ædificavit quoque domum *b* faltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & quatuor *c* deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas, & tabulatis cedrinis veftivit *d* totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis fuftentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim contra fe invicem pofitas, & *e* e regione fe refpicientes æquali fpatio inter columnas, & fuper columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia. Et *f* porticum *g* columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis, & *h* alteram porticum in faciem majoris porticus, & columnas, & *i* epiftylia fuper columnas fecit. *k* Porticum quoque folii, in qua tribunal eft, fecit, & texit lignis cedrinis, a pavimento ufque ad fummitatem, & domuncula, in qua federetur *l* ad judicandum, erat in media *m* porticu fimili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis, quam uxorem duxerat Salomon, tali opere, quali *n* & hanc porticum. Omnia lapidibus pretiofis, qui ad normam quamdam, atque menfuram, tam intrinfecus quam extrinfecus ferrati erant a fundamento ufque ad fummitatem parietum, & extrinfecus ufque ad atrium majus. Fundamenta autem de lapidibus pretiofis, lapidibus magnis decem five octo cubitorum, & defuper

lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro. Et atrium majus rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & unius ordinis de dolata cedro, necnon & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus. Misit quoque Rex Salomon, & *a* tulit Hiram de Tyro filium mulieris viduæ de Tribu Nephtalim patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia, & intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad Regem Salomonem, fecit omne opus ejus, *b* & finxit duas columnas æreas decem, & octo cubitorum altitudinis columnam unam, & *c* linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum fusilia ex ære, quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum, & quasi in modum retis, & catenarum sibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat. *d* Septena versuum retiacula in capitello uno, & septena retiacula in capitello altero. Et perfecit columnas, & duos ordines *e* per circuitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella, quæ erant super summitatem *f* malogranatorum. Eodem modo fecit & capitello secundo. *g* Capitella autem, quæ erant super *h* capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum, & *i* rursum alia capitella in summitate columnarum desuper *k* juxta mensuram columnæ *l* contra retiacula. Malogranatorum autem *m* ducenti ordines erant in circuitu *n* capitelli secundi. Et *o* statuit duas columnas in porticu templi. Cumque statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachim. Similiter erexit columnam secundam, & vocavit nomen ejus Booz. *p* Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit, perfectumque est opus columnarum. *q* Fecit quoque mare fusile decem cubitorum a labio usque ad labium, rotundum in circuitu

a Et tulit Hiram de Tyro, &c.] quemdam, scil. artificem Tyrium, quem assumpsit Salomon, adjutorem operis sui, & significat electos de gentibus prædicatores.

b Et finxit] idest, composuit. Et agit hic auctor de porticu, quæ erat ante faciem Templi ex parte Orientis, quæ *Joelis* 2. *Matthæi* 23. vocatur vestibulum, habens columnas æreas in longo dispositas, in medio quarum erant duæ mirabiliores ceteris positæ ante fores Templi, habentes inter se spatium decem cubitorum, secundum latitudinem portæ Templi, de quibus satis diffuse agit auctor. Erat autem earum compositio talis: Stipes columnæ habebat decem, & octo cubitos altitudinis, non planus sed valliculatus, habens in circuitum canales cavationis quatuor digitorum, & erat fusilis. Grossitudo erat duodecim cubitorum. Epistylium columnæ, super quod locandum erat capitellum, latius erat stipite, & rotundum retiaculatum. Capitellum superpositum epistylio fusile erat quinque cubitorum altitudinis, superius liliatum. Latera ex omni parte in modum retis, & catenarum contexta erant, ita artificiose, ut retia, & catenæ potius viderentur apposita quam insculpta: Super capitellum erat quasi funiculus, super quem erat retiaculum positum, tegens summitatem ejus, descendens aliquantulum circa latera capitelli in circuitu. In cujus extremitate dependebant ducenta malogranata in duobus ordinibus. In epistylio quoque columnæ, super quod sedebat capitellum, dependebant alia malogranata. Ejusdem compositionis penitus erat utraque columna. De compositione basium nihil dicitur in libro. Hæ duæ columnæ propriis nominibus vocabantur, dextra Jachim, sinistra Booz. De aliis columnis modicum agitur hic, & obscure satis. In hanc porticum ab atrio Sacerdotum ascendebatur duodecim gradibus, secundum Josephum, secundum alios, septem, juxta visionem *Ezechiel. cap.* 40. In multis enim concordat compositio Templi materialis, quod fecit Salomon, cum compositione Templi spiritualis, quod vidit Ezechiel. Omnia hæc fecit Hiram, & quicquid de ære in Templo factum est, in campestri regione Jordanis inter Soccoth, & Sarthan in terra argillosa. Et notandum, quod inveniuntur quandoque hæc facta de ære, quandoque de aurichalcho, sed pro eodem accipitur.

c Et linea duodecim cubitorum, &c.] idest, si quis vellet rotunditatem ejus cingere, linea duodecim cubitorum esset necessaria. Vel forte in medio columnæ erat linea duodecim cubitorum opere fusili superducta.

d Septena versuum retiacula, &c.] idest, septem ordines linearum protractarum ad modum versuum scriptorum in libro habentes eamdem cælaturam, totum circuitum capitelli per gyrum occupantes. Vel ab inferiori parte capitelli usque ad supremum erant isti septem ordines ascendendo dispositi.

e Per circuitum retiaculorum, &c.] *Gloss.* Videntur malogranata facta esse in circuitu capitellorum a parte inferiori, & ex ipsis malogranatis oriri retiacula, quibus capitella ex parte aliqua tegerentur. In quo significatur, quod virtutes de virtutibus nascuntur, & quod sancti ambulant de virtute in virtutem. *Psal.* 83.

f Malogranatorum.] quæ dependebant in epistylio columnæ, super quod sedebat capitellum.

g Capitella autem, quæ erant super capita columnarum,] Hic de minoribus columnis agit.

h Super capita] idest, epistylia.

i Et rursum alia capitella] in aliis, scilicet columnis. Altitudo istorum capitellorum non scitur. Unde *Gloss.* Non enim mensura eorum scripta est, more librorum videtur apposita esse.

m Ducenti ordines] idest, duo ordines, quorum uterque habuit ducenta malogranata.

k Juxta mensuram columnæ] *Gloss.* Tantæ amplitudinis, quanta erat hæc columna. Cujus tamen capitelli altitudo quando fuerit, non dicitur.

l Contra retiacula.] Si dixisset intra retiacula, planius esset, sed exponitur. Contra retiacula, idest, in concursum retiaculorum, ubi scilicet retiacula epistylii, & retiacula capitelli conjunguntur.

n Capitelli secundi.] Ambiguum est, utrum hoc dicatur de minoribus capitellis, aut recapitulando de majoribus, quod verius videtur per hoc, quod dicitur, secundi.

o Et statuit duas columnas, &c.] Repetit idem, ut addat de duabus columnis.

p Et super capita columnarum, &c.] idest, super epistylia.

q Fecit quoque mare fusile decem cubitorum, &c.] Dictum est *supra* de atrio Sacerdotum. Nunc de contentis in eo tractare incipit. Primo, de mari æneo. Secundo, de decem luteribus, & basibus eorum. Tertio, de altari aureo, & mensa propositionis, & candelabris, quæ erant in tabernaculo. Erat autem in atrio altare æneum sub divo, quod dicitur altare holocaustorum, factum ex lapidibus impositis, circumtectum undique ære, longe majus eo, quod fecit Moyses in deserto. Illud enim erat quinque cubitorum in longitudine, & latitudine, trium vero in altitudine. *Exod.* 27. Istud vero viginti cubitorum in longitudine, & totidem in latitudine, decem vero in altitudine. Et erat sub eo fovea grandis, in qua per foramen altaris in medio ejus positum, cineres defluebant, & sanguis, qui ad crepidinem ejus fundebatur, influebat in ea. Mundabatur autem fovea hæc aliquando per fenestram quæ erat ad Orientem. De loco hujus altaris, & modo immolandi in eo, satis dictum est *Exod.* 27. idem enim est situs illius altaris, & istius, & idem modus immolandi: Fuit autem reservatum, ut dicunt Hebræi, altare Moysi, propter sui reverentiam, in aliqua parte atrii, usque ad eversionem factam per Romanos. Etiam postquam Gentiles habitaverunt Jerusalem,

Quinque cubitorum altitudo ejus, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum, & sculptura *a* subter labium circuibat illud decem cubitis, ambiens mare. Duo ordines sculpturarum *b* histriatarum erant fusiles; Et stabat super duodecim boves, e quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem, & mare super eos desuper erat, quorum *c* posteriora universa intrinsecus latitabant. *d* Grossitudo autem luteris trium unciarum erat, labiumque ejus quasi labium calicis, & folium repandi lilii. Duo millia batos capiebat, & tria millia metretas. Et fecit bases *e* decem æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. Et ipsum opus basium *f* interrasile erat: Et sculpturæ *g* inter juncturas, & *h* inter coronulas, & *i* plectas, leones, & boves, & Cherubin, & in juncturis k similiter desuper. Et subter leones, & boves quasi *l* lora ex ære dependentia: Et quatuor rotæ *m* per bases singulas, & *n* axes ærei, & per quatuor partes quasi *o* humeruli *p* subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes. Os *q* quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate, & quod *r* forinsecus apparebat, *s* unius cubiti erat, totum rotundum, *t* pariterque habebat unum cubitum, *u* & dimidium. In *x* angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant, & media *y* intercolumnia quadrata, non rotunda. Quatuor quoque rotæ, quæ per

fecerunt ex eo horologium sibi. In eodem atrio erat mare æneum fusile, quod nos lavatorium possumus appellare, in quo Sacerdotes ministraturi lavabant manus, & pedes tantum ad modum hemisphærii, quod *Josephus* vocat cantharum ingentem. Latitudo ejus decem cubitorum erat, per diametrum a labio usque ad labium. Altitudo quinque cubitorum erat a labio usque ad fundum. Spissitudo trium digitorum. Superius adeo latum erat quod resticula viginti cubitorum cingeret illud, sed paulatim in descensu angustius fiebat, adeo ut circa fundum resticula 10. cubitorum cingeret illud. Supremum labium repansum erat ad modum lilii: In medio per circuitum erant duo ordines sculpturarum, habentium aliquas historias. Erat autem tantum, quod capiebat duo millia batos. Basis, super quem stabat mare, habebat duodecim boves æneos fusiles, quorum tres respiciebant ad Aquilonem, tres ad Occidentem, tres ad Meridiem, tres ad Orientem: Quorum anteriora prominebant sub mari, posteriora vero intus latitabant. Postea fecit Salomon decem luteres æneos fusiles, altitudinis quatuor cubitorum, ad abluenda intestina holocaustorum. Nathinæi enim primo lavabant membra hostiarum in probatica piscina, & postea lota dabant Sacerdotibus, qui ne quid sordis interim eis adhæsisset, luteribus ea immergebant, ne res incertas superponerent altari. Erant autem hæc lavatoria in hunc modum disposita: Quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram, ita quod ingredientibus atrium interius, primo occurrebat ad meridiem mare æneum: post, progredientibus occurrebant decem luteres: Rursumque progredientibus occurrebat altare æneum ad meridiem: Super quod positis hostiis, redibant Sacerdotes ad mare æneum, & abluebant ibi manus suas, & pedes suos, ut sic loti consummarent sacrificium, idest, intrarent templum cum plumis, & thymiamate ad adolendum illud super altare incensi, sicut legitur *Exod.* 30.

a Subter labium circuibat] idest, inter labium, & fundum.

b Histriatarum erant, &c.] idest, historiatarum, idest, quæ aliquas historias continent.

c Quorum posteriora] scilicet boum.

d Grossitudo autem] idest, spissitudo, *secundo Paralipomen. tertio* dicitur. Porro vastitas ejus habebat mensuram palmi: *Josephus* dicit, mensuram quatuor digitorum.

e Et fecit bases decem] quibus insidebant luteres. Hic agit de decem luteribus, quorum quilibet suam basim habebat. Erant autem, ut dictum est, luteres vasa quædam ad abluenda intestina hostiarum, omnes ejusdem schematis omnino, & bases similiter ejusdem schematis erant, hoc modo factæ: Quædam tabula quadrata, quatuor cubitorum longitudinis, & totidem latitudinis, jacebat in fundamento atrii: Super cujus latera erant erectæ quatuor tabulæ ejusdem formæ. In Angulis vero erant quatuor columnæ, vel quasi columnæ, inter quas erant illæ tabulæ facientes quasi parietem. Super illas quatuor tabulas erectas erat quædam alia tabula quadrata similis illi, quæ jacebat in fundamento, in medio cujus erat foramen rotundum, cui luter infertus erat. Ab inferiori tabula procedebant quatuor humeruli usque ad ventrem luteris, appodiantes luterem ne caderet. In tabulis tam jacentibus, quam erectis erant sculpturæ mirabiles, scilicet coronulæ, plectæ, & in medio earum leones, & boves, & Cherubin, & subter colla leonum, & boum, erant lora ex ære pendentia, quibus quasi ligati videbantur. Sub tabula inferiori jacente erant rotæ, & ea, quæ in rotis solent fieri, scilicet axis, radii, canthi, modioli, & omnia erant fusilia, & ita poterat transferri luter cum basi sua mediantibus rotis. Eadem sussura penitus erat omnium basium. Hoc est, quod dicitur hic: Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis, sed trium tantum cubitorum altitudinis, quia tanta erat altitudo tabularum erectarum.

f Interrasile] idest, interpolatum cælaturis: Et hoc vult *Interl.* quæ dicit, intrinsecus concavum.

g Inter juncturas,] tabularum, quæ erectæ erant. Sculpturæ enim erant in planitie tabularum, & jacentis, & superpositæ. *Gloss.* dicit: Inter juncturas, quibus scilicet luterum tabulæ conjunctæ erant sibi, ut ex quatuor, vel quinque tabulis una fieret basis. Quales autem sculpturas bases habuerint inter has juncturas, idest, in suis lateribus, ante & retro, a dextra, & sinistra, & supra, aperit dicens: Inter coronulas.

h Plectas,] Plecta est corona intricata, ut illa, quæ fit ex junceis, & floribus. Corona vero plana est *Gloss.* dicit: Tabulæ, ex quibus bases factæ sunt, quadratæ fuerunt. In quibus formulæ rotundæ erant, quæ coronulæ sive plectæ appellabantur. In quarum medio cælaturæ leonum, &c.

i Inter coronulas,] *Gloss.* idest, circulos.

k Similiter] erant leones, &c.

l Lora] quibus ligati viderentur.

m Per bases] sub tabula inferiori.

n Et axes] *Gloss.* Super quos bases erant.

o Humeruli] procedentes ab inferiori tabula usque ad ventrem luteris.

p Subter luterem] *Gloss.* ut portarent illum.

q Os quoque luteris] *Interlinear.* Labium maris quasi repandi lilii. E contra, os luteris intus erat versum, os unius cubiti, fundus erat cubiti, & dimidii. Venter autem quatuor cubitorum creditur fuisse.

r Quod forinsecus apparebat,] idest, foramen oris, idest, ipsa apertura.

s Unius cubiti] ex transverso per diametrum.

t Pariterque habebat] scilicet luter.

u Et dimidium] in fundo, ubi insidebat luter.

x In angulis autem columnarum] *Gloss.* idest, in lateribus basium. Vel forte angulos columnarum vocat columnas angulares. Vel secundum quosdam illud, quod remanebat extra de tabula superiori superposita quatuor columnis erectum.

y Intercolumnia, &c.] Plurale est intercolumnia. Et vocantur intercolumnia tabulæ erectæ, quæ erant inter duas columnas, idest, sculpturas angulares, ad modum columnarum factas. Aliqui vocant ipsas sculpturas angulares intercolumnia quadrata. Quidam vero libri habent media inter columnia, superior tabula, jacens super erectas tabulas, quæ erant quatuor: Et dicitur intercolumnia, quia inter alias erat superius eas conjungens. Media vero dicitur, idest, communis. Unde *Gl.* media intercolumnia, dicit tabulam

quatuor angulos basis erant, *a* cohærebant sibi subter basim. Una rota habebat altitudinis cubitum, & semis. Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri. Et axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fusilia. Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis unius, ex ipsa basi fusiles, & *b* conjuncti erant. In summitate autem basis erat quædam *c* rotunditas unius, & dimidii cubiti, ita fabrefacta, ut luter desuper poslet imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetipso. Sculpsit quoque in tabulatis illis, quæ erant ex ære, & in angulis, Cherubim, & leones & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, ut non cælata sed apposita per circuitum viderentur. In hunc modum fecit decem bases, & fusura una, & mensura, sculpturaque consimili. F Fecit quoque *d* decem luteres æneos. Quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum. Singulosque luteres per singulas, idest, decem bases posuit, & constituit decem bases, quinque ad dexteram partem Templi, & quinque ad sinistram. Mare autem posuit ad dexteram partem Templi contra Orientem ad Meridiem. Fecit ergo Hiram *e* Lebetes, & *f* Scutras, & *g* Amulas, & perfecit omne opus Regis Salomonis in Templo Domini. *h* Columnas duas, & funiculos capitellorum super capitella columnarum duos, & retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant *i* super capita columnarum, & G malogranata quadringenta in duobus retiaculis, duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, quæ erant super capita columnarum, & bases decem, & luteres decem super bases, & mare unum, & boves duodecim subter mare, & Lebetes, & Scutras, & Amulas. Omnia vasa, quæ fecit Hiram Regi Salomoni in domo Domini, de *k* aurichalco erant. In campestri regione Jordanis *l* fudit ea rex *m* in Argillosa terra inter Sochot, & Sarthan: *n* Et posuit Salomon omnia vasa in domo Domini. Propter multitudinem autem nimiam *o* non erat pondus æris. *p* Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini, *q* Altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes propositionis, auream, & candelabra aurea, quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra oraculum, ex auro puro, & *r* quasi lilii flores, & *s* lucernas desuper aureas, & *t* forcipes aureos, & hy-

tabulam superiorem, quæ sicut aliæ quadrata erat, similiterque sculpta, & in summitate sui habebat rotunditatem unius, & dimidii cubiti, in qua luter ponebatur.

a Cohærebant sibi] quia axis eas connectens, subter basim transibat ex transverso.

b Et conjuncti erant.] ipsi basi.

c Rotunditas unius, & dimidii cubiti,] idest, concavitas rotunda, in qua sedebat luter.

d Decem luteres æneos.] *Paral.* 4. dicitur, conchas. *Gloss.* hic. In luteribus holocausta, in mari se lavabant Sacerdotes. Ita dicitur 2. *Par.* 4. Ad dexteram partem juxta situm mundi.

e Lebetes,] *Glos.* Ollas æreas ad suscipiendos cineres altaris.

f Scutras,] *Glos.* Vasa ænea, æqualia in fundo, & ore amplitudinis, ad calefaciendum.

g Amulas,] *Glos.* Vasa ad offerenda vina. Vel amulas, i. fuscinulas ad extrahendum, vel disponendum carnes in caldaria.

h Columnas duas,] Recapitulat de duabus columnis porticus, ut addat de auctore earum.

i Super capita] idest, epistilia.

k De aurichalco erant.] idest, de ære puro, & mundo. Unde 2. *Paralipomenon quarto* dicitur: Omnia fecit ex ære mundissimo.

l Fudit] idest, fundi fecit.

m In argillosa terra inter Sochot, & Sarthan:] quia talis terra apta est fusili operi. Nam de argilla fiunt formulæ ad fundenda vasa.

n Et posuit Salomon omnia vasa in domo Domini.] i. ordinavit.

o Non erat pondus æris:] Certum est, quia propter multitudinem tædium esset ponderare.

p Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini,] *Glos.* Superius dixerat, Hiram fecisse Salomoni omnia vasa: Nunc Scriptura subjungit eadem fecisse Salomonem: Salomon enim fecit dictando, Hiram operando.

q Altare aureum,] idest, thymiamatis, altare majus illo, quod fecit Moyses in deserto, quod fuit unius cubiti in longitudine, & unius in latitudine, & duorum in altitudine, ut legitur *Exodi capitulo trigesimo*. Hoc autem, quod fecit Salomon, quantum fuerit, non dicitur in textu. Certum autem est, quod non fuit tantum quantum altare holocausti, scilicet viginti cubitorum in longitudine, & totidem in latitudine, quia sic implesset totam latitudinem templi. Hoc altare thymiamatis, quod fecit Salomon, erat in sanctis, ante velum. Mensam vero Moysi posuit Salomon ad Aquilonem, candelabrum ad austrum, in medio altare ejus. Vel forte illud altare Moysi erat in Sanctis Sanctorum ad alios usus. Præter illud candelabrum posuit Salomon in Sanctis alia candelabra ejusdem schematis, sed majoris quantitatis, quinque hinc, & quinque inde: inter quæ posuit altare thymiamatis, quod fecit similiter. Præter mensam Moysi posuit alias decem mensas ejusdem schematis, sed majoris quantitatis, quinque hinc, & quinque inde.

Reg. 2. cap. gloria.

r Quasi lilii flores,] quia suprema pars candelabrorum ad modum reparandi lilii erat formata. *s* Lucernas desuper aureas,] i. vascula aurea, in quibus oleum lucebat. *t* Forcipes aureos,] *Gl.* i. emunctoria, quibus emungebantur lychni, ut reparati melius lucerent.

drias; & fuſcinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula, de auro puriſſimo. Et cardines oſtiorum domus interioris Sancti Sanctorum, & oſtiorum domus Templi ex auro erant. Et perfecit omne opus, quod faciebat Salomon in domo Domini, & intulit, quæ ſanctificaverat David pater ſuus, & argentum, & aurum, & vaſa, repoſuitque in theſauris domus Domini.

1. Par. 5.

EXPO-

EXPOSITIO
CAPITULI OCTAVI.

C A P. VIII.

TUNC *a* congregati ſunt omnes majores natu Iſrael cum principibus Tribuum, & duces familiarum filiorum Iſrael ad regem Salomonem in Jeruſalem, ut deferrent arcam fœderis Domini de civitate David, ideſt, de Sion. Convenitque ad Regem Salomonem univerſus Iſrael in *b* menſe Bethanim, in *c* ſolemni die, ipſe eſt menſis ſeptimus. *d* Veneruntque cuncti ſenes de Iſrael, & tulerunt Sacerdotes arcam, & portaverunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vaſa Sanctuarii, quæ erant in tabernaculo, & ferebant ea Sacerdotes, & Levitæ. *e* Rex autem Salomon, & omnis multitudo Iſrael, quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oves, & boves, abſque æſtimatione, & numero. Et intulerunt Sacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum in oraculum templi, in Sanctum Sanctorum *f* ſubter alas Cherubim. Siquidem Cherubim expandebant alas ſuper locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes ejus deſuper. Cumque eminerent *g* vectes, & apparerent ſummitates eorum foris ſanctuarium *h* ante oraculum *i* non apparebant ultra extrinſecus, qui & fuerunt ibi uſque in præſentem diem. In arca autem non erat aliud niſi duæ *k* tabulæ lapideæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Iſrael, cum egrederentur de terra Ægypti. Factum eſt autem, cum exiſſent Sacerdotes *l* de ſanctuario, nebula implevit domum Domini, & non poterant Sacerdotes ſtare, & miniſtrare propter nebulam. Impleverat enim *m* gloria Domini domum Domini. Tunc ait Salomon: *n* Dominus dixit, ut habitaret in nebula: Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum. Convertitque rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. Omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat, & ait Salomon: Benedictus Dominus Deus Iſrael, *o* qui locutus eſt

---

TUNC *a* congregati ſunt omnes, &c.] Dicto de templi ædificatione, agit de ejuſdem dedicatione. Ad quam convocavit Salomon omnes majores natu in Iſrael, & principes familiarum, & duces Tribuum. Facta autem fuit hæc dedicatio undecimo anno regni Salomonis, menſe ſeptimo, decima die menſis, quo etiam fiebat expiatio, ut dicitur *Num.* 29.

b In menſe Bethanim,] i. in Septembri. *c* In ſolemni die,] i. die decima Septembris, quo fiebat expiatio. *d* Veneruntque cuncti ſenes] Sicut dicunt Sancti, anterior pars templi ſignificat Eccleſiam militantem, interior triumphantem, arca Chriſti humanitatem. Quid ergo tranſlatio arcæ in domum interiorem ſignificat, niſi Chriſti ſublimationem in die Aſcenſionis? Hic poſſunt breviter quatuor notari. Primo, quare Chriſtus arca dicatur. Secundo quales debent eſſe, qui arcam tulerunt. Tertio, unde allata fuit arca. Quarto, ubi fuerit collocata. Arca dicitur, quia quadratus ut arca, quadratura virtutum, quia concavus interius, per cordis humilitatem; aureus intus, & exterius, quia corde, & corpore mundiſſimus. Item quia manna piæ conſolationis, virgam juſtæ correctionis, tabulas ſanctæ eruditionis in ſe habuit. Arcam iſtam ferre debent Sacerdotes, quia Chriſtum tantum illi prædicare debent, qui ſe Deo hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem obtulerunt. Sicut rogat Apoſtolus *Rom.* 12. Obſecro, inquit, vos fratres, per Dei miſericordiam, ut exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem. Viventem, fide. *Habac.* 1. Juſtus meus in fide ſua vivit. Sanctam, ideſt, firmam ſpe; Deo placentem, charitate. *Apocal.* 1. Fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo patri. Chriſtus rex eſt per imperium, & nos debemus eſſe regnum ejus per obedientiam mandatorum, & Sacerdotes per vitæ ſanctitatem, & carnis mortificationem. De Sion allata eſt arca, ideſt, de ſacra Scriptura, quæ per Sion deſignatur; Sacra Scriptura enim ſpecula eſt, unde cuſtoditur caſtrum Eccleſiæ Chriſti. *Iſa.* 21. Pone menſam, contemplare in ſpecula, comedentes, & bibentes. *Iſa.* 65. Servi mei comedent, & vos eſurietis: ſervi mei bibent, & vos ſitietis. Hæc eſt civitas David, quia cives Chriſti in ſacra Scriptura per jugem meditationem tanquam in civitate propria habitant. De hac civitate affertur arca a Sacerdotibus in Sancta Sanctorum, quando prædicatores ſacræ Scripturæ teſtimoniis Chriſtum aſcendiſſe de mundo ad patrem oſtendunt. Item arca ſignificat B. Virginem. Arca enim deaurata fuit interius, & exterius, & Beata Virgo munda fuit intus, & extra, continens manna divinitatis, virgam æquitatis, tabulas geminæ charitatis. Introducta fuit in oraculum in die Aſſumptionis.

[*2. Paral.* 5.] [A] [*Allegorice.*] [B]

e Rex autem Salomon] Pie enim creditur ſicut cantatur in proſa, quod Chriſtus cum multitudine Angelorum occurrit Beatæ Virgini in Aſſumptione. Hoc eſt, quod legitur *infra* 18. Ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Nubecula eſt Beata Virgo, quæ ardorem Solis temperat, i. furorem judicis orans pro peccatoribus mitigat, terram Eccleſiæ orationum ſuarum pluvia fœcundat. Nubecula parva dicitur propter duplicem humilitatem, quam excellenter habuit, mentis ſcilicet, & corporis, ſive rei, & ſigni. Hæc aſcendit de mari, ideſt, de mundo in die Aſſumptionis. Et poſtea legitur ibi, quod Achab, & Elias currebant ante nubeculam, quia tam boni, quam mali venerantur diem Aſſumptionis.

[*Thema in Aſcenſione Domini. Thema in Aſſumptione B. Virginis.*] [*Exod.* 40. 4.] [*2. Paral.* 6.]

f Subter alas Cherubim.] *Gloſſ.* Moyſes fecit duos Cherubim aureos, quos poſuit in propitiatorio, quod erat ſuper arcam. Salomon addidit duos majores, ſub quorum alis nunc dicitur arcam poſuiſſe cum propitiatorio, & duobus Cherubim prioribus.

g Vectes,] ideſt, palli, quibus arca portabatur.

h Ante oraculum] cum arca portabatur.

i Non apparebant] cum arca fuit poſita in loco ſuo.

k Tabulæ lapideæ,] ſupple & urna aurea plena manna, & virga Aaron. Hæc enim omnia teſtatur Apoſtolus fuiſſe in Arca. *Hebr.* 9.

l De ſanctuario,] *Gl.* ideſt, de Sanctis ſanctorum, ubi intulerunt arcam, & tabernaculum, quod fecerat Moyſes.

m Gloria Domini] ideſt nebula non metuenda, ſed temperate fulgens, quæ obumbravit facies Sacerdotum, ita ut ſe ad invicem videre non poſſent, nec etiam miniſtrare. *n* Dominus dixit,] nunquam legitur, Dominus hoc dixiſſe, ſed quia in monte Sina apparuit in nebula, *Exod.* 19. Et præceſſit Iſrael in nube. *Exod.* 14. Et ante Moyſen poſitum in caverna petræ tranſivit in nebula. *Exod.* 33. Et Job etiam dicit *cap.* 22. Nubes latibulum ejus. Et *Pſal.* 17. Poſuit tenebras latibulum ſuum. Ideo Salomon poſuit dictum pro opere. Et eſt ſenſus: Dixit Dominus, ideſt opere monſtravit. [Dixit Dominus, ut habitaret in nebula.] Nebula eſt caro Chriſti, vel B. Virgo. *Eccleſ.* 24. Thronus meus in columna nubis. Item *Eccleſ.* 43. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ.

[*Myſtice.*] [*Thema in Nativitate B. Virginis Mariæ, vel in Annunciatione ejus.*]

o Qui locutus eſt] de ædificando templo.

a Et

ore suo ad David patrem meum *a* in manibus ejus perfecit, dicens: A die, qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi civitatem de universis Tribubus Israel, ut ædificaretur domus, & esset nomen meum ibi, sed elegi David, ut esset super populum meum Israel. Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel, & ait Dominus ad David patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, *b* bene fecisti, hoc ipsum mente tractans: Verumtamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Confirmavit Dominus sermonem suum, quem locutus est: Stetique pro David patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus, & ædificavi domum nomini Domini Dei Israel, & constitui ibi locum arcæ, in qua *c* fœdus Domini est, quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Ægypti. Stetit autem Salomon ante altare *d* Domini, in conspectu Ecclesiæ Israel, & *e* expandit manus suas in cœlum, & ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus, in cœlo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum, & misericordiam servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo, qui custodisti, servo tuo David patri meo, quæ locutus es ei. Ore locutus es, & manibus perfecisti, ut hæc dies probat. Nunc igitur Dominus Deus Israel conserva famulo tuo David patri meo, quæ locutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filii tui viam tuam, ut ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc, Domine Deus Israel firmentur verba tua, quæ locutus es servo tuo David patri meo. *f* Ergone putandum est, quod *g* vere Deus habitet super terram? Si enim cœlum, & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi tibi? Sed respice ad orationem servi tui, & ad preces ejus, Domine Deus meus, audi hymnum, & orationem, quam servus tuus orat coram te hodie, ut sint *h* oculi tui aperti super domum hanc nocte, ac die, super domum de qua dixisti: Erit nomen meum ibi: ut *i* exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te servus tuus, ut exaudias deprecationem servi tui, & populi tui Israel, quodcumque oraverit in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & *k* cum exaudieris, propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum, & habuerit aliquod juramentum, quo teneatur astrictus, & venerit *l* propter juramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo, & facies, & judicabis servos tuos condemnans impium, & reddens viam suam super caput ejus, *m* justificansque justum, & retribuens ei secundum justitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, (quia peccaturus est tibi,) & agentes pœnitentiam, & *n* confitentes nomini tuo, venerint, & adoraverint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint in nomine tuo, & a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata servorum tuorum, & populi tui Israel, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da pluviam super terram, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, *o* aut rubigo, & afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas, cuncta *p* devoratio, & *q* imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel, si quis cognoverit *r* plagam cordis sui, & expanderit *ſ* manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & *t* repropitiaberis, & facies, ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus, quia *u* nosti solus cor omnium filiorum hominum, ut *x* timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris: Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, *y* audietur enim nomen tuum magnum, & *z* manus tua fortis, & brachium tuum extentum ubique; cum *a* venerit ergo, & oraverit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui,

a Et in manibus ejus perfecit, &c.] Hoc dicit de victoria hostium, non de templo.

b Bene fecisti hoc ipsum, &c.] Argumentum, quod homo meritorie potest velle, quod Deus non vult, sicut Abraham meritorie voluit immolare filium suum, quod tamen Deus non voluit. (*Gen. 22.*)

c Fœdus Domini est,] idest, tabulæ testamenti, & Deuteronomium.

d Ante altare Domini,] loquens ei.

e Expandit manus suas, &c.] flexis genibus, ut patet infra.

f Ergone putandum est,] Quædam falsa opinio subierat omnes, Dominum localiter ascendisse in Templum. Hanc removet hic Salomon, dicens: Ergone putandum, quasi dicat, non est putandum, quod Deus localiter habitet in terra, quem cœli cœlorum capere non possunt.

C

g Vere Deus, &c.] sc. corporaliter, sive localiter.

h Oculi tui aperti, &c.] misericordiæ. *Psalm.* 33. Oculi Domini super justos [sint] inquam oculi tui.

i Ut exaudias, &c. deprecationem] Oratio est pro bonis adipiscendis, deprecatio pro malis amovendis.

k Et cum exaudieris,] ergo prius est exaudire; quam propitius esse. Sed exaudire Dei, est gratiam infundere; & propitium esse, est peccata dimittere. Ergo prius est gratiæ infusio, quam peccatorum remissio.

D

l Propter juramentum] Impotens illud implere, rogat, ut non imputetur ei.

m Justificansque justum,] magis scilicet, vel ostendens justum. (*1. Reg. 7. Jud. 2.*)

n Confitentes nomini] peccata sua ad honorem nominis tui. Unde *super Psalm.* 99. Introite portas ejus in confessione, dicit *Gloss.* Nostra accusatio ad laudem pertinet ignoscentis. Unde *Josue* 7. dicitur Achor: Da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi, quid feceris.

E

o Aut rubigo,] super illud *Joel.* 1. Residuum bruchi comedit rubigo; dicitur, quod rubigo est, quando fruges noxio rore percutiuntur. Idem ærugo, scilicet æris rubigo. Sed tamen hæc differentia est, quia rubigo accipitur hic pro infectione segetum, ærugo pro causa infectionis. 2. *Paral.* 6. dicitur ærugo, & aurugo, idest, auræ rubigo.

p Devoratio,] idest, maledictio, vel voti violatio. (*Deut. 18.*)

q Imprecatio,] mali.

r Plagam cordis sui] idest, peccatum suum, pro quo plaga infligitur.

ſ Manus] idest, opera.

t Repropitiaberis,] idest; frequenter propitius eris. Non enim fatigatur Deus misereri. Hoc enim est ejus proprium. (*2. Par. 6.*)

u Nosti solus cor] *Jerem.* 17. Pravum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes.

x Timent te, &c.] timore filiali.

y Audietur enim] Interpositio est.

z Manus fortis,] idest, opera tua fortia.

a Cum venerit ergo,] Repetit propter longam hyperbaton.

a Universi

& facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena, ut discant *a* universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent, quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam, quocumque miseris eos: orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, & *b* contra domum, quam ædificavi nomini tuo, & exaudies in cœlo *c* orationes eorum, *d* & preces eorum, & facies judicium eorum. Quod si peccaverint tibi. (*e* Non est enim homo, qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captivi *f* ducti fuerint in terram inimicorum longe, vel prope, & egerint pœnitentiam in corde suo, in loco captivitatis, & conversi deprecati te fuerint in captivitate sua, dicentes: *g* Peccavimus, *h* inique egimus, *i* impie gessimus, & reversi fuerint ad te in universo corde suo, & tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerint, & oraverint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & civitatis, quam elegisti, & templi, quod ædificavi nomini tuo, exaudies in cœlo in firmamento solii tui orationem eorum, & preces eorum, & facies judicium eorum, & propitiaberis populo tuo, qui peccavit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati sunt in te, & *k* dabis misericordiam coram eis, qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis. Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti de medio *l* fornacis ferreæ, ut sint *m* oculi tui aperti ad *n* deprecationem servi tui, & populi tui Israel, & exaudies eos in universis, pro quibus *o* invocaverint te. Tu enim *p* separasti eos tibi in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus es per Moysen servum tuum, quando eduxisti patres nostros de Ægypto, Domine Deus. Factum est autem, cum complesset Salomon orans Dominum omnem orationem, & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini. Utrumque enim genu in *q* terram fixerat, & manus expanderat ad cœlum. Stetit ergo, & benedixit omni Ecclesiæ Israel voce magna, dicens: Benedictus Dominus Deus, qui dedit requiem populo suo Israel, juxta omnia, quæ locutus est. Non cecidit ne unus quidem sermo ex omnibus bonis, quæ locutus est per Moysen servum suum. Sit Dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non *r* derelinquens nos, neque *s* projiciens, sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus, & custodiamus mandata ejus, & ceremonias, & judicia quæcumque mandavit patribus nostris, & sint sermones mei isti, quibus deprecatus sum coram Domino, *t* appropinquantes Domino Deo nostro die, ac nocte, ut faciat judicium servo suo, & populo suo Israel per singulos dies, & sciant omnes populi terræ, quia Dominus ipse est Deus, & non est ultra absque eo. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, & custodiamus mandata ejus sicut & hodie. Igitur rex, & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram Domino. Mactavitque Salomon hostias pacificas, quas immolavit Domino, *u* boum vigintiduo millia, & ovium centum viginti millia, & dedicaverunt Templum Domini Rex, & filii Israel. In die illa sanctificavit Rex *x* medium atrii, quod erat ante domum Domini. Fecit quippe holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum, quoniam *y* altare æneum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna *z* ab introitu Emath usque ad Rivum Ægypti, coram Domino Deo nostro septem diebus, & septem diebus, idest, quatuordecim diebus: & in *a* die

a Universi populi] Multi enim Gentiles, qui timorem, & charitatem Dei habuerunt, sicut Job. Non enim exigebatur litteralis impletio legis Moysi, nisi a Judæis.

b Et contra domum, quam ædificavi] Hinc habuit consuetudo Judæorum, ubicumque essent, semper orare versa facie ad Jerusalem. Unde *Daniel. sexto*, dicitur: Ingressus est Daniel in domum suam, & apertis fenestris in cœnaculo suo contra Jerusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & orabat.

c Orationes] pro nobis obtinendis.

d Et preces] pro malis amovendis.

e Non est enim homo] purus, scilicet homo.

f Peccet,] idest, peccare possit.

g Peccavimus] in proximum.

h Inique egimus,] in nosmetipsos.

i Impie gessimus,] in Deum.

2. Par. 6. *1. Joan. 1.*

k Et dabis misericordiam, &c.] idest, facies, ut illi misereantur eis.

l Fornacis] idest, tribulationis duræ.

m Oculi tui, &c.] misericordiæ.

n Ad deprecationem] exaudiendam.

o Invocaverint] idest, intus vocaverint.

p Separasti eos, &c.] data circumcisione Abrahæ, *Gen.* 17.

Dan. 6.

q In terram fixerat,] *2. Paralipomenon 6.* videtur contrarium esse. Ibi enim dicitur, quod Salomon fecerat basem æneam, tribus cubitis altam, quam posuit in medio basilicæ, idest, atrii mundorum, & stans super eam, benedixit populo. Solutio: Utrumque potuit esse. Primo super terram, postea super basim oravit. Vel pro eodem accipitur. Et est sensus: In terram, idest, super locum, in quo stabat super terram.

r Derelinquens] in pœnis.

s Projiciens] propter culpam.

t Appropinquantes Domino] idest exaudientur a Domino.

u Boum vigintiduo millia,] *supra* dictum est, quod Salomon immolavit oves, & boves absque æstimatione, & numero. Sed non est contrarium, quia illa, quæ fuerunt immolata in allatione arcæ, non fuerunt numerata propter multitudinem, hæc autem fuerunt numerata, quæ in dedicatione fuerunt allata, vel immolata.

x Medium atrii, quod erat ante] Medium atrium vocatur atrium sacerdotum, quod erat inter Templum, & alia atria. Hoc atrium totum sanctificavit Salomon, idest, sanctificari fecit, & præparari, ut ibi cremarentur hostiæ, quæ super altari cremari non poterant. Alii dicunt, quod non totum atrium sanctificavit Salomon, sed medietatem, & sic legunt litteram: Sanctificavit rex medium atrii, idest mediam partem atrii, dico interioris, & ibi posuit altare æneum, super quo sacrificavit. Ita etiam dicit *Gloss.* illa: Altare, &c. dicens: Altare æneum, quod fecit Moyses, positum erat ante templum contra januas ejus; & quia illud angustum, & capere totum non poterat, medium atrii sub divo sanctificavit, ubi posuit altare illud maximum, quod fecerat viginti cubitorum.

Exod. 27.

y Altare æneum,] quod fecerat Moyses.

z Ab introitu Emath] *Gloss.* per introitum Emath Septentrionalem Judææ plagam: per Rivum, sive torrentem Ægypti designat australem. Iste autem rivus non est Nilus, sed alius fluvius, qui juxta rivocorulam influit in mare. Emath autem civitas est Syriæ, quæ nunc Epiphania vocatur ab Antiocho Epiphane.

a Et in die octava] scil. Scenopegiæ.

a Dimisit

octava dimisit *a* populos. Qui *b* benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua *c* lætantes, & alacri corde super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus David servo suo, & Israel populo suo.

a Dimisit populos.] Facta collecta forte in usus pauperum, vel in usus communes. Et ita vigesimaquinta die septimi mensis dimissus est populus. Nota, decima die Septembris incepit dedicatio, & quinque diebus continue celebrata est, quibus finitis occurrit decimusquintus dies Septembris, quo celebrabatur Scenopegia, ut dicitur *Lev.* 23. Et septem diebus continuis protelabatur, quibus terminatis iterum dedicatio celebrata est per duos dies, qui intermissi fuerant, & in die altera, idest post duos septenarios, facta collecta dimisit rex populum, Vel aliter: Dedicatio incepit decima die Septembris, ut dictum est, & septem diebus continuis celebrata est, & postea decima septima ejusdem mensis celebrata est Scenopegia septem diebus continuis, & terminata in vigesimatertia die ejusdem mensis, & octava Scenopegiæ fecit rex collectam, & dimisit populum, Et secundum hanc expositionem, Scenopegia non fuit inchoata tempore suo, quæ semper debet inchoari decimo die septimi mensis, ut legitur *Lev.* 23. & in *Num.* 29. Semper ergo decima die Septembris incipit dedicatio, & ita illa die quatuor festa simul fiunt, scilicet festum afflictionis, expiationis, propitiationis, dedicationis. Afflictionis, quia illa die jejunabant omnes usque ad sidera, ut legitur *Lev.* 23. Propitiationis, quia illa die descendit Moyses de monte Sinai, nuncians populo, quod Dominus propitiatus erat populo super peccato vituli conflatilis. *Exod.* 32. Expiationis, quia ea die fiebat expiatio sanguine vitulæ rufæ tabernaculi, & altaris, ut legitur *Lev.* 16. & *Num.* 19. Dedicationis, quia nunc incepit celebrari dedicatio Templi, ut dicitur hic: Septem diebus dedicationis, & septem diebus Scenopegiæ. Et ideo ita divisum dixit, & bene.

b Benedicentes, &c.] *Gloss.* Agentes gratias propter opera, quæ fecisset, orantes Salomonem longævo tempore regnare.

c Lætantes,] *Gloss.* Decantantes cum delectatione hymnos, ita ut in ea jucunditate sine labore ad propria remanerent.

De consec. dist. 1. *c.* 1. §. *fecit ergo Salomon, & c. solemnitates.*

1. *Par.* 7.

EXPOSITIO
CAPITULI NONI.

C A P. IX.

FACTUM *a* est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini, & ædificium regis, & omne, quod optaverat, & voluerat facere, apparuit ei Dominus secundo, sicut *b* apparuerat ei in Gabaon, Dixitque Dominus ad eum: Exaudivi *c* orationem tuam, & *d* deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me, sanctificavi domum hanc, quam ædificasti, ut ponerem *e* nomen meum ibi in *f* sempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si *g* ambulaveris coram me, sicut ambulavit pater tuus in *h* simplicitate cordis, & in æquitate, & feceris omnia, quæ præcepi tibi, & judicia mea, & *i* legitima mea servaveris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel. Si autem k aversione aversi fueritis vos, & filii vestri, non *l* sequentes me, nec custodientes mandata mea, & cæremonias, quas proposui vobis, sed abieritis, & colueritis deos alienos, & adoraveritis eos, *m* auferam Israel de superficie terræ, quam dedi eis, & templum, quod sanctificavi nomini meo, projiciam a conspectu meo: eritque Israel in *n* proverbium, & in *o* fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in *p* exemplum. Omnis, qui transierit per eam, *q* stupebit, & sibilabit, & dicet? Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? Et respondebunt: Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, & secuti sunt deos alienos, & *r* coluerunt eos, & *ſ* adoraverunt eos, idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc. Expletis autem annis viginti, postquam ædificaverat Salomon duas domos, idest, domum Domini, & *t* domum regis, Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina, & abiegna, & aurum juxta omne, quod opus habuerat, tunc dedit Salomon Hiram viginti *u* oppida in terra *x* Galilææ. Et egressus est Hiram de Tyro, ut videret oppida, quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, & ait? *y* Hæccine sunt civitates, quas dedisti mihi, frater? Et appellavit eas terram *z* Chabul usque in diem hanc. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini, & domum suam, & Mello, & murum Jerusalem, & Heser, & Mageddo, & Gazer. Pharao rex Ægypti ascendit, & cepit Gazer, succenditque eam igni, & Chananæum, qui habitabat in civitate interfecit, & dedit eam in dotem filiæ suæ uxori Salomonis. *a* Ædificavit ergo Salomon Gazer

Et pra. d. 3. c. 5 enim ex Salomon.

FACTUM *a* est autem, &c.] De tribus agitur in hoc capitulo. Primo de secunda apparitione Domini Salomoni. Secundo de decem oppidis, quæ Salomon dedit Hiram regi Tyri. Tertio de quibusdam operibus Salomonis. Factis enim domo Domini, & domibus regalibus, convertit se Salomon ad muros civitatis construendos, quos miro robore ampliavit: Vias etiam regias, quæ ducunt Jerusalem, nigro lapide stravit in pluribus locis. Ruinas civitatum reparavit, & etiam novas civitates pro opportunitate locorum fundavit; quasdam contra hyemis intemperiem, alias contra cauma æstivum, alias contra Veris, & Autumni mutabilitatem: In terminis etiam terræ promissionis ædificavit urbes tabernaculorum, in quibus milites habitabant in terræ custodiam. Etiam ultra fines terræ promissionis plurimas urbes occupavit, socero suo rege Ægypti præbente ei auxilium: Chananæos vero a monte Libani usque ad civitatem Amathi fecit Salomon servos tributarios. Classem quoque fecit Salomon in quadam Insula maris rubri, quæ dicitur Asiongaber, & navigabant cum viris Salomonis viri nautici de Tyro, ut dicitur 2. *Paralipom.* 8. quæ tunc erat insula, sed Alexander postea continuavit eam terræ, & pro terra illa, quæ modo Suna vocatur. Ista classis ibat in Ophir, unde multum aurum post elapsum triennium circuita India, & Cilicia referebat Salomoni: & multa alia, quæ in libro patent.

A B C

b Apparuerat ei] *supra* 3.

c Orationem] de bonis obtinendis.

d Deprecationem] de malis amovendis.

e Nomen meum] idest, gloriam meam. Vel nomen meum ad litteram, vel semper dicatur templum Dei.

f In sempiternum,] idest, in longo tempore. Vel in sempiternum, idest, semper, & tunc intelligitur sub conditione, quæ sequitur.

g Si ambulaveris, &c.] Sed quia non stetit conditio, non stetit promissio. Quæ conditio si extitisset, nunquam Dominus templum destrui permisisset.

h In simplicitate cordis,] idest, recta intentione, & hoc quoad Deum, & justa operatione quoad proximum. *Deut. 19. Jer. 22.*

i Legitima] idest cæremonias.

k Aversione aversi fueritis] Duplicem notat aversionem a Deo, cordis scilicet, & operis, vel affectus, & intellectus. *2. Paral. 8.*

l Sequentes] passibus fidei.

m Auferam Israel] populum scilicet.

n In proverbium,] quia narrabitur veritas facti, quare destructa sit hæc domus.

o Fabulam] quia multi multa falsa adjicient.

p In exemplum] cautelæ, ut omnes sibi caveant, ne offendant Deum, qui talem domum destruxit propter peccata populi. De ista materia satis habetur 2. *Paral.* 7.

q Stupebit,] stupore admirationis.

r Coluerunt] mente.

ſ Adoraverunt] corpore.

t Et domum regis,] sub domo regis comprehendit domum reginæ, & domum saltus.

u Oppida] quæ ante civitates dicuntur.

x Galilææ.] & inde illa terra dicta est Galilæa gentium, quia gentes præerant illi terræ. Unde *Is.* 9. Novissimo aggravata est via maris trans Jordanem Galilææ gentium.

y Hæccine sunt civitates] despective dixit hoc.

z Chabul,] quod lingua Phœnicia dicitur displicere, ut dicitur in *historiis*. Sed tamen dicit *Beda in Glos.* & *Josephus* idem dicit, quod Chabul interpretatur germen. Unde ironice appellata est terra illa, terra Chabul, quia sterilis, & infructuosa erat. Civitates vero illæ dictæ terra Gabalon, quod lingua eorum dicitur displicere, ut dicitur hic in *Glossa*.

a Ædificavit ergo Salomon Gazer] *Glossa*, Civitates, quas Salomon ædificavit, de reliquiis Amorrhæorum fuerunt, quas non potuerunt filii Israel delere, ut in *Jos.* 19. Jesu Nave legitur. Has postea rex Ægypti subvertit, & dedit in dotem filiæ suæ uxori Salomonis. Et idcirco reædificavit eas Salomon.

a Et

a Et Palmiram in terra solitudinis,] *Gloss.* Inhabitabilis regio, eo quod nusquam aqua inveniretur, sed illo loco ubi ædificata est civitas, fontes abundant, & palma, quæ Græco vocatur Palmira, ipsa est Emath, sive Epiphania, vel Antiochia.

Item *Gloss.* Asiongaber, quæ festinantes, aut fortes, sive viriliter interpretatur.

l In Ophir,] *Gloss.* Ophir nomen est provinciæ in India, ab Ophir uno de posteris Heber nominata, quæ & terra aurea appellatur, eo quod montes aureos habeat, qui a leonibus, & sævissimis bestiis incoluntur, ad quos nullus aliter accedere audet, nisi navi stans juxta littus, terram, quam unguibus leonum effossam, invenerit, in suam navem recipit, ut si bestiæ eos senserint, facile in mari recipiantur.

& Bethoron inferiorem, & Balaath, & *a* Palmiram in terra solitudinis, & omnes vicos, qui ad se pertinebant, & erant absque muro. Munivit & civitates curruum, & civitates equitum, & quodcumque ei placuit, ut ædificaret in Jerusalem, & in Libano, & in omni terra potestatis suæ. Universum populum, qui remanserat de Amorrhæis, & de Hethæi, & Pherezæis, & Hevæis, & Jebusæis, qui non sunt de filiis Israel, Horum filios, qui remanserant in terra, quos scilicet non poterant filii Israel exterminare, fecit Salomon *b* tributarios usque ad diem hanc. *c* De filiis autem Israel non constituit Salomon *d* servire quemquam, sed erant viri bellatores, & ministri ejus, & principes, & duces, & præfecti curruum, & equorum. Erant autem principes super omnia opera Salomonis, *e* præpositi quingenti quinquaginta, qui habebant subjectum populum, & statutis operibus imperabant. Filia autem Pharaonis ascendit de civitate David in domum suam, quam ædificaverat ei Salomon: Tunc ædificavit *f* Mello. Offerebat quoque Salomon *g* tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacificas victimas super *h* altare, quod ædificaverat Domino, & *i* adolebat thymiama coram Domino: Perfectumque est templum. Classem quoque fecit Rex Salomon in *k* Asiongaber, quæ est juxta Ailath in littore maris rubri in terra Idumææ: Misitque Hiram in classe illa servos suos viros nauticos, & gnaros maris cum servis Salomonis. Qui cum venissent in *l* Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad Regem Salomonem.

C A P. X.

SED *m* & Regina *n* Saba audita fama Salomonis, in *o* nomine Domini venit tentare eum in

b Tributarios] Videtur, quod peccaverit Salomon, quia fecit contra legem, quæ prohibet ioire fœdus cum talibus. Unde *Deuteronom.* 7. Percutiens eos usque ad internecionem, non inibis cum eis fœdus, nec misereberis eorum. Solutio: Forte per processum temporis mutaverat Dominus illud mandatum legis. Vel omnes illi septem populi jam mortui erant, & remanserant filii eorum, quos sibi servos tributarios fecit Salomon dispensative, sicut Josue dispensative inivit foedus cum Gabaonitis, non ut socios haberet, sed servos aquarios, & lignarios, ut legitur *Josue 9.*

c De filiis autem, &c.] *Gloss.* Quia Chananæos, & Philistæos fecit servire, & agriculturam exercere ad opus filiorum Israel.

d Servire nequaquam,] Contra: *Sup. quinto* dictum est, quod servi Salomonis, cum operariis Hiram cædebant ligna in monte Libani. Sed potest dici, quod servi Salomonis, de quibus ibi agitur, non erant de filiis Israel, sed proselyti. Vel melius: Salomon nullum de filiis Israel fecit servire in agricultura scilic. sed Chananæos, & alios, sicut dicit *Gloss* prænotata: In templo vero servierunt filii Israel, sed hoc non erat servitus homini exhibita, sed servitium Deo præstitum.

e Præpositi quingenti quinquaginta] principes animarum, idest Sacerdotes. Et dicuntur quinquagenarii, quia eorum interest remittere, vel retinere peccata, juxta illud *Matth.* 16. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in coelis, &c. Unde *Isa.* 3. Vocat Sacerdotem senem, principem super quinquaginta. Et 4. *Reg.* 1. legitur, quod duo quinquagenarii missi sunt ad Eliam, & combusti. Tertius autem quinquagenarius curvavit genua ante Eliam, & salvatus est. Per hos quinquagenarios significantur Prælati: Quorum quidam non habent scientiam; & ideo comburuntur incendio gehennali. *Osee* 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi. *Isa.* 5. Propterea populus meus ductus est captivus, quia non habuit scientiam. Alii scientiam habent, sed inde superbiunt, nec vitam habent; & ideo comburuntur. Tertii scientiam habent, & vitam. & humilitatem servant, & hi liberantur.

f Mello.] Mello est quædam profunda vorago vallis, a qua erigebatur murus altus, dividens civitatem David, & Jerusalem, quæ erat de clausura arcis Sion. Mello etiam dicitur ipsa civitas David.

g Tribus vicibus] In Pascha, Pentecoste, & Scenopegia, juxta præceptum legis, *Lev.* 23. & *Num.* 28. *Exod.* 25. & 34. & *Deuter.* 16. dicitur: Apparebit tribus temporibus anni omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Israel.

h Super altare,] æneum.

i Adolebat] super altare aureum.

k In Asiongaber,] *Gloss.* Insula est in fine Ægyptiaco maris rubri, ubi classis Josaphat ejecta est tempestate.

E X P O S I T I O C A P. X.

SEd *m* & Regina] In hoc cap. Primo agitur de Regina Saba, quæ audita fama Salomonis venit Jerusalem cum opibus infinitis, probare, si vera essent, quæ de Salomone dicebantur. Quæ cum venisset, locuta est ei, quæ habebat in corde, & de omnibus docuit eam Salomon, quod admirans regina, dixit: Minor est fama quam veritas. Verumtamen tria præ ceteris mirabantur. Primo domum saltus. Secundo ordinem, & frequentiam Levitarum ministrantium in templo. Tertio ordinem, & distinctionem servientium Salomoni in mensa, quia pincernæ omnes simili cultu, & distincti ab aliis ornabantur. Similiter panum latores alio, similiter dapiferi alio, & sic omnes, ut in tanta multitudine ministrorum nullus dubitaret, quis cujus rei ministerio fungeretur: De hac regina, quæ fuerit, non est multum cognitum: tamen *Herodotus historiographus* post Mineum, qui Memphim condidit, fuisse reges in Ægypto dictos Pharaones, quod sonat regnantes, quibus successit Nichaula regina Ægypti, & Æthiopiæ, quam putat *Joseph.* venisse ad Salomonem. Hæc dicitur regina Austri *Luc.* 11. Hic autem, & 2. *Par.* 9. dicitur Regina Saba: & est civitas regalis Æthiopiæ, unde fuit hæc regina. Dicitur etiam Saba ipsa regio: Et distinguitur æquivocatio nominis apud Hebræos quibusdam apicibus litterarum, schin, & samech. Dicit autem *Joseph.* hanc reginam dedisse Salomoni radicem balsami, unde propagatæ sunt in Engaddi vineæ Balsamitæ, quas postea Cleopatra transtulit in Babylonem, sicut dicitur *in Evangel. hist. Rubrica, quod Augustus tradidit Herodi Traconitidem, & Ituream.* Tradunt etiam quidam hanc reginam post reditum suum ad propria, rescripsisse Salomoni, quod præsentialiter ei dicere timuit, scil. quod viderat unum lignum in domo saltus, in quo suspendendus erat quidam, pro cujus morte regnum Judæorum periret, & certis indiciis indicavit illud regi. Quod timens Salomon, in profundissimis terræ visceribus occultavit illud. Sed quomodo circa tempora Christi in probatica piscina supernataverit, incertum est: Forte Angelo descendente in piscinam, & movente aquam, ut dicitur *Jo.* 5. lignum supernatavit: Et creditur hoc lignum fuisse Crucis dominicæ. Secundo agitur de summa auri, quæ annuatim dabatur Salomoni. Tertio de scutis, & aliis armis, quæ fecit Salomon equitatibus, & curribus, & custodibus ejus, qui prædictis armis utebantur. *n* Saba] *Gloss.* Saba civitas est regalis Æthiopiæ, unde fuit hæc regina, quæ præfuit duobus regnis Æthiopiæ, & Ægypti. *o* In nomine Domini venit, &c.] i. bono animo, vel inspirata a Spiritu sancto.

2. *Par.* 9. *Matth.* 17. *Luc.* 11. [illegible]

a In

a ænigmatibus. Et ingressa Jerusalem multo cum comitatu, & divitiis, camelis portantibus aromata, & aurum *b* infinitum nimis, & gemmas pretiosas, *c* venit ad Regem Salomonem, & locuta est ei universa, quæ habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba, quæ proposuerat: Non fuit sermo, qui Regem posset latere, & *d* non responderet ei. Videns autem Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, *e* & domum, quam ædificaverat, & cibos mensæ ejus, & habitacula servorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo Domini *f* non habebat ultra spiritum. Dixitque ad Regem: Verus est sermo, quem audivi in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probavi, quod media pars mihi nunciata non fuerit. Major est sapientia tua, & opera tua, quam rumor, quem audivi. *g* Beati viri tui, & beati servi tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel, eo quod dilexerit Dominus Israel in sempiternum, & constituit te Regem, ut faceres judicium, & justitiam. Dedit ergo Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas. Non sunt allata ultra aromata tam multa, quam ea, quæ dedit Regina Saba regi Salomoni: Sed & classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir *h* ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. Fecitque Rex de lignis thyinis *i* fulcra domus Domini, & domus regiæ, & cytharas, lyrasque cantoribus. Non sunt allata hujuscemodi ligna thyina, neque vasa usque in præsentem diem. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia, quæ voluit, & petivit ab eo, exceptis his, quæ ultro obtulerat ei munere regio. Quæ reversa est, & abiit in terram suam cum servis suis. Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri, excepto eo, quod afferebant viri, *k* qui super vectigalia erant, & *l* negotiatores, universique scuta vendentes, & omnes Reges Arabiæ, ducesque terræ. Fecit quoque Rex Salomon *m* ducenta scuta de auro purissimo. Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius, & trecentas *n* peltas ex auro probato, & trecentæ mnæ *o* auri unam peltam vestiebant. Posuitque eas Rex in domo saltus Libani. Fecit *p* etiam Rex Salomon

a In ænigmatibus.] idest, obscuris quæstionibus.
b Infinitum] idest, multum.
c Venit ad Regem, &c.] *Gloss.* Studuit proponere quæstiones, & earum solutiones exigere.
d Et non responderet ei.] 2. *Paralip.* 9. dicitur: Non fuit quicquam, quod non perspicuum facerer ei.
e Et domum, quam ædificaverat,] saltus.
f Non habebat ultra spiritum,] *Gloss.* videlicet considerandi prudentiam ejus. Vel non habebat ultra spiritum, i. audaciam tentandi eum ulterius. Vel sic, idest, non reputabat se habere aliquam rem respectu Salomonis. Vel sic, idest, non habebat amplius in corde, quod non totum aperuisset regi.
g Beati viri tui,] *Gloss.* Regina admirando in laudem Salomonis erupit, dicens: Beati viri tui, &c. Vere beati sunt, quorum Rex est Christus, & qui æterna ejus visione perfrui merentur, & gloriam, quam habet cum Patre, & Spiritu sancto conspicere, & sapientiam, qua mundis corde se ostendit perpetualiter percipere lætantur. *h* Ligna thyina] vel thyinia. *Gloss.* Imputribilia, & spinosa in similitudinem altæ spinæ: Thyina rotunda sunt, & candida. Ex eis facta sunt fulcra, a fulciendo dicta, videlicet sustentacula ad fortitudinem templi, vel gradus domus Domini, & omnia instrumenta musicorum.
i Fulcra] i. sustentacula, vel gradus, vel sedilia.
k Viri, qui super vectigalia erant,] qui colligebant tributa.
l Negotiatores, &c.] quorum lucri partes habebat Salomon.
m Ducenta scuta] *Gloss.* In 2. *Paralip.* 9. Scutis adduntur hastæ aureæ, quia lanceis, & scutis utebantur duces excubantes ante ostium domus Regis. Unde lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. *Cant.* 3.
n Peltas] *Gloss.* Peltæ sunt scuta media, sicut luna quando est semiplena. *o* Mnæ auri unam peltam vestiebant.] Mna pondus est. Vel potest ibi esse mina. Et est mina similiter pondus, quatuor drachmas continens, vel vigintiquatuor, secundum Græcos: Drachma vero habet quinque obolos. Unde drachma est quarta pars stateris. Quidam tamen dicunt, quod drachma idem est, quod stater, habens decem nummos usuales, & drachma drachmatis media pars drachmæ.

Ω *a* Thronum]

Mystice. Mystice. *p* Fecit etiam Rex Salomon Thronum, &c.] Rex Salomon, Christus est, qui est Rex Regum, Dominus dominantium: Regnum ejus Ecclesia. *Isai.* 9. Cujus regni non erit finis. Salomon autem pacificus interpretatur: Et Christus triplicem pacem fecit in Ecclesia. Pacificavit enim hominem Deo, & hominem Angelo, & hominem homini. Inter quas omnes primus Adam dissensionem posuerat per peccatum. *Coloss.* 1. Omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. Et quoniam osculum signum pacis est; ideo Ecclesia toto desiderio cordis clamabat: Osculetur me osculo oris sui, *Cant.* 1. quasi dicat, faciat mecum pacem. Sed hanc pacem nullus poterat facere. Non Angelus, quia erat in partem: Non homo, quia erat in partem. Deus similiter erat in partem. Ideo dicebat *Job cap.* 9. Non est, qui utrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Sed videns filius Dei, quod per ipsum orta esset triplex dissensio, dixit patri illud *Jonæ* 1. Scio ego, quod propter me tempestas hæc grandis est super vos, tollite me, & mittite in mari, idest, in Mariam, & cessabit mare a vobis, idest, tempestas, & tribulatio. Idem est ergo mare, & thronus, idest, Beata Virgo, quæ recte thronus Salomonis dicitur, quia in ea verus Salomon novem mensibus sedit. *Ezech.* 44. Princeps iste sedebit in ea, ut comedat panem suum coram Domino. De hoc throno dicit Dominus *Ecclesiast.* 24. Thronus meus in columna nubis [De ebore] Hic thronus fuit de ebore vestitus auro. In ebore castitas, in auro charitas designatur. Unde & in prosa ejus cantatur: Tu thronus es Salomonis, cui nullus par in thronis arte, vel materia. Ebur candens castitatis, aurum fulvum charitatis præsignat mysteria. Ista enim duo, idest, castitas, & charitas præfulserant excellentissime in Beata Virgine.

Mystice. De sex gradibus B. Virginis. *a* Thronum] Hic thronus habebat sex gradus, idest, sex virtutes, quæ notantur *Luc.* 1. Primus gradus est animi solitudo, quæ notatur ibi: Ingressus autem Angelus ad eam: Hunc gradum ascendit, qui curas sæculi fugit, & quietem mentis appetit, & talis meretur colloquium Angelorum, imo ipsius Dei. *Osee* 2.

Ω Adducam

Item idem thema potest esse de claustralibus.

Moraliter. Sermo de claustralibus. *p* Fecit etiam Rex, &c.] Thronus Christi est vir claustralis. Nam in illo quiescit Dominus. *Isai.* 66. Cœlum mihi sedes est, vir cœlestis. *Infra eodem*: Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi, & quis est ille locus quietis meæ? & omnia hæc manus mea fecit. Item exponitur hoc etiam de qualibet anima fideli. *Allegorice.* *p* Fecit etiam Rex Salomon, &c.] Dicitur enim, quod anima justi sedes est Dei. De ebore, Grandis, Vestita auro: in quo triplex virtus signatur, quæ proprie facit animam sedem Dei. In ebore propter candorem significatur munditia vitæ: In auro propter fulgorem significatur sapientia. In grandi significatur humilitas. Ille enim solus grandis est coram Deo, qui humilis est in oculis

A suis

B

C

a thronum de *b* ebore grandem, & vestivit eum *c* auro fulvo nimis, qui *d* habebat sex gradus. Et *e* summitas throni rotunda erat in parte posteriori, & *f* duæ manus hinc, atque *g* inde tenentes *h* sedile, & *i* duo leones stabant juxta manus singulas, & *k* duodecim leunculi stantes super sex *l* gradus, hinc, *m* atque inde. *n* Non est factum *o* tale opus in universis regnis. Sed *p* & omnia *q* vasa, de quibus potabat Rex Salomon, erant aurea, & *r* universa supellex domus saltus Libani de auro purissimo.

Ω *a* Thronum] *Gloss.* Thronus, vel solium est imperialis sedes, quæ *in Cant.* 3. ferculum appellatur, eo quod residentes ferat, vel de loco ad locum circumferatur: Ad quod per sex ascensiones ascendebatur. Sub solio erat scabellum aureum, & summitas throni rotunda, tenta duobus manibus, vel brachiis altrinsecus, juxta quæ stabant duo leones adjuvantes sustentare sedile.

k Duodecim leunculi] quia sex erant ascensiones, gradus altrinsecus positi erant pro sustentaculo ascendentis gradus.

e Et summitas] sive reclinatorium, ubi rex reclinabat caput.

f Sedile,] i. thronum.

g Hinc, atque inde] ut est in ascensione gradus. Hinc inde appodiatio, ut melius valeat, quis ascendere.

Mystice, & Moraliter. Mystice, & moraliter. *p* Sed & omnia] Quid potaverit Salomon noster, determinatur in *Cantic.* 5. ubi dicitur: Bibi vinum meum cum lacte meo. Per vinum quod pungit, intelligitur aspera correctio. Per lac quod dulce est, intelligitur blanda consolatio. Vasa vero, in quibus propinatur hic potus, sunt prædicatores, qui aspere corripiunt delinquentes, & blande consolantur infirmos. Unde & Samaritanus vinum, & oleum posuit in vulneribus sauciati, *Lucæ decimo*. Quod significatum fuit *Numer.* 17. per virgam Aaron, quæ amygdala protulit. In virga enim correctio; in amygdalis, quæ sunt cibus infirmorum, blanda consolatio designatur. Sunt autem aurea vasa ista, quia discreta debet esse omnis locutio prædicatorum. Unde & dixit Apostolus: Sermo vester semper sit sale conditus: Imo Dominus Apostolis dicit *Matthæi quinto*. Vos estis sal terræ, quod est album, in quo munditia vitæ. Item minutum, & de terra, in quo humilitas Apostolorum significatur. Sal maris, quod tumet, grossum est, & nigrum. *Col. 4.*

r Et universa supellex domus saltus] Domus saltus erat armentarium Salomonis: & sunt cellaria aromatica, & significat sacram Scripturam, in qua sunt arma spiritualia, quibus pugnatur contra mundum, carnem, & diabolum. Unde *Matthæi* 4. Dominus tentatus est a diabolo de triplici peccato, scilicet inani gloria, avaritia, gula, quibus Adam succubuit in paradiso. Auctoritatibus sacræ Scripturæ se defendit homo contra illos. Unde cum quis tentatur, summum remedium est recurrere ad studium sacræ lectionis, vel devotæ orationis, vel sanctæ meditationis. Hi enim sunt tres lapides, quibus David superavit Goliam, idest, justus diabolum, 1. *Regum* 17. De his armis dixit Isaac filio suo Esau, *Genes.* 27. Sume arma tua, & pharetram, & arcum, & egredere foras: Arma, idest, virtutes, vel opera virtutum, quæ sacra Scriptura docet: Pharetram, idest cor devotum: Arcum, idest, ipsam sacram Scripturam. De qua dicitur in *Ps.* 77. Filii Ephraim intendentes arcum, *

q Vasa de quibus] idest, in quibus.

Ω In diebus

Moraliter. O Adducam eum in solitudinem, & loquar ad cor ejus: Unde & Joanni in Pathmos insula solitario facta est revelatio Apocalypsis. Secundus gradus est verecundia, qui valde congruit virginibus, qui notatur ibi: Et turbata est in sermone ejus. *Eccles.* 7. Gratia verecundiæ super aurum. *Ibidem* 32. Ante verecundiam præibit gratia. Tertius gradus est prudentia, qui notatur ibi: Quomodo fiet istud. Non enim quasi incredula dubitavit, sed prudenter modum, quo fieret, interrogavit. *Prov.* 16. Cor sapientis erudiet os ejus, & labiis illius addet gratiam. Quartus gradus est casti propositi constantia, qui notatur ibi: Quoniam virum non cognosco, idest, me nunquam cognituram propono. *Sapient.* 5. Stabunt justi in magna constantia, &c. Quintus gradus est humilitas, qui notatur ibi: Ecce ancilla Domini. Magna humilitas, ut cum esset regina, se ancillam esse diceret. *Proverb.* 29. Superbum sequitur humilitas, humilem spiritu suscipiet gloria. Sextus gradus est obedientia, & dilectio, qui notatur ibi: Fiat mihi secundum verbum tuum. *Ecclesiastic.* 3. Filii sapientiæ Ecclesia justorum, & natio illorum obedientia, & dilectio.

c Summitas throni rotunda] Idest, fides Virginis integra, & perfecta, quæ dicitur esse in posteriori parte, quia futura credidit indubitanter. Unde & Elisabeth dixit ei, *Luc.* 1. Beata, quæ credidisti, &c.

f Duæ manus hinc, atque inde] Hæc sunt duo opera Spiritus sancti in Virgine, scilicet extinctio fomitis, & conceptio Salvatoris.

i Duo leones stabant juxta manus] Duplex Virginis fortitudo, quam ei contulit manus Spiritus sancti, idest, fortitudo fidei, quia aliis dubitantibus ipsa nunquam dubitavit. Unde de ipsa dicitur *Proverbiorum ultim.* Fortitudo, & decor indumentum ejus. Item fortitudo operis, de qua *ibidem*. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fusum.

k Duodecim leunculi stantes super sex gradus,] idest, duodecim Apostoli, qui ei credentes, fortiter prædicaverunt.

n Non est factum tale opus, &c.] Hoc est quod dicitur *Proverbior. ultim.* Multæ filiæ congregaverunt divitias, &c. *Jerem.* 31. Novum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum. Hoc est signum mirabile, de quo dicitur *Apocalyps.* 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona duodecim stellarum.

b De ebore] Et vestivit eum auro. In ebore castitas, in auro obedientia, per grandem, abjectio proprietatis designatur. Hæc tria claustralem faciunt thronum Dei. Unde & hæc tria promittit quilibet in ingressu.

De gradibus claustralis observantiæ. *l* Sex gradus, &c.] sunt sex species observantiæ regularis, scilicet asperitas vestimenti, ariditas alimenti, protensio vigiliarum, taciturnitas silenti, labor manuum, castigatio disciplinæ. Per hos ascendit Salomon super thronum suum.

e Summitas throni] idest, reclinatorium, est contemplationis otium, quod dicitur aureum, quia fides, & sapientia perficiunt contemplationem. In auro enim sapientia, in rotunditate fides intelligitur.

f Duæ manus tenentes sedile,] sunt obedientia, & dilectio ad Prælatos. Unde *Eccl.* 3. Filii sapientiæ Ecclesia justorum, natio illorum obedientia, & dilectio.

i Duo leones] Per duos leones duplex fortitudo intelligitur. Et signanter dicuntur esse juxta manus, quia fortis debet esse obedientia, ut in omnibus tam in prosperis, quam in adversis fortiter obediatur, & fortis iterum debet esse dilectio, ut non facile dissolvatur.

k Duodecim leunculi] Per duodecim leunculos doctrina duodecim Apostolorum exprimitur. Unde recte dicuntur esse super gradus, quia prædictas species observantiæ regularis, juxta doctrinam Apostolicam debemus adimplere, ut semper discretio teneatur. Unde *Roman. duodecimo*. Rationabile sit obsequium vestrum.

A suis. Unde 1.*Reg.*15. dixit Dominus Samueli, ut diceret ad Saul: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in Tribubus Israel factus es.

Allegorice. De gradibus, qua perficiunt vitam justi. *l* Sex gradus, &c.] sunt sex partes bonitatis, quæ pertinent, & perficiunt vitam justi, scilicet cogitare bonum, loqui bonum, velle bonum, operari bonum, perseverare in bono, congratulari bonis.

e Summitas throni rotunda] est cœlestis conversatio. *Phil.* 3. Nostra conversatio in cœlis est.

f Duæ manus] sunt duæ partes justitiæ, scilicet declinare a malo, & facere bonum.

i Duo leones] duplex terror, quo anima justi terribilis est dæmonibus, & pravis hominibus. Unde *Cant.* 6. Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Jerusalem, terribilis, ut castrorum acies ordinata.

k Duodecim leunculi] duodecim Apostoli, quorum vitam ad imitationem debet habere præ oculis quælibet anima fidelis. 1. *Cor.* 4. Rogo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

* dentes arcum, conversi sunt in die belli. In hac etiam domo sunt aromata Salomonis, i. blandæ consolationes, & misericordiæ documenta. Nonne species aromatica est, qua pauperes inunguntur? scilicet: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Matth.* 5. Nonne species aromatica est, qua divites inunguntur? Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. *Luc.* 11. Nonne species aromatica est, qua laborantium sudor temperatur? Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, dicit Dominus, *Matth.* 11. Nonne species aromatica est, qua labor pœnitentium alleviatur? Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum, *Matth.* 3. Sic igitur omnis specierum aromaticarum diversitas in sacra Scriptura continetur, quibus omnis infirmitas sanari potest. Unde *Eccl.* 38. Dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, & unguentarius pigmenta faciet suavitatis, & unctiones conficiet sanitatis. Sequitur:

D

a Non erat argentum, &c.] idest, eloquium sine vita, non facit acceptum Deo. Cujus enim vita despicitur, restat, ut ejus prædicatio contemnatur; dicit *Gregor.* Unde *Eccles.* 28. Argentum tuum, & aurum tuum consla, & facito verbis tuis stateram: argentum, & aurum conflare, est vitam bonam sacræ doctrinæ permiscere. Quod qui facit, verbis suis pondus addit.

c Quia classis] Classis Salomonis, idest Christi, ordo prædicatorum est. Classis nostra, conventus monachorum. Hi & illi per tres annos semel vadunt in Tharsis, quod interpretatur exploratio gaudii. Et significat regnum cœlorum, ubi sunt vera gaudia exploranda. Illuc itur semel per tres annos. Primus est fidei firmitas. Secundo, vitæ sanctitas. Tertius cordis puritas, & hic oritur ex primis duobus. In hoc anno venitur in Tharsis, Unde *Matth.* 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hæ classes congregant Salomoni, idest Christo. *e* Aurum,] idest sapientes.

f Argentum,] idest, eloquentes.

g Dentes, &c.] idest castos, sive candidos doctores, & fortes.

h Simias,] idest, hypocritas, qui anterius sicut homines videntur, sed posterius bestiæ sunt. Bene enim loquuntur, sed male vivunt. Boni apparent, & mali sunt. Unde *Apocalyps.* 2. Nomen habes, quod vivas, & mortuus es.

i Pavos,] idest, claustrales, qui pavonibus comparantur, propter quinque proprietates pavonis. Pavo enim habet caput serpentis, vocem dæmonis, passum latronis, pennam Angelicam, caro ejus siccata imputribilis est. Caput serpentis, est prudentia mentis. Vox terribilis, sive dæmonis oratio, vel prædicatio terribilis, pigris, & malis. Unde de Christo dicitur in *Psalm.* 65. Terribilis in consiliis super filios hominum. Passus latronis, occultatio sanctitatis. Penna Angeli, habitus religiosus. Caro siccata, & imputribilis, castitas corporis, sed tota pulchritudo pavonis est in cauda, quia totus fructus religionis in perseverantia attenditur. Nam qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Unde pavo de cauda coronam capiti suo facit, quia intentio boni operis, sola perseverantia coronatur. Unde 2. *Timoth.* 1. Qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certaverit.

Matth. 14.

k Et singuli] Reges, [deferebant.] Reges sunt omnes, qui se bene regunt, sed maxime Prælati, qui alios regere debent ex officio. Hi munera deferunt Salomoni. Unde: Reges Tharsis, & insulæ munera offerunt. Sed quæ munera? Ecce:

l Vasa aurea,] In vase, humilitas; in auro, sapientia; in argento munditia; in veste, honesta conversatio: Per arma bellica, eleemosynarum largitio, quæ recte dicuntur arma bellica, quia per ea protegit caput vir fidelis, & confutatur inimicus. Unde *Eccles.* 29. Eleemosyna viri, quasi sacculus est ipsi, & gratiam hominis quasi pupillam conservabit, & postea consurget, & retribuet illis retributionem unicuique illorum, super scutum potentis, & super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit.

Psal. 71.

m Aromata] odorem bonæ famæ.

n Equos, & mulos] fortitudinem, & humilitatem. Mulus enim animal sterile est, & tales se esse steriles reputant, quicquid boni faciant, dicentes illud *Luc.* 17. Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.

Ω *b* In diebus Salomonis,] Sedilia enim præ foribus domorum in Jerusalem, plurima erant argentea. Ligna etiam cedrina, quasi ligna sycomororum abundabant.

d Semel per tres annos] quia circuibat Indiam, & Ciliciam.

o Et equites,] *Gloss.* De his *Josephus* prosequitur: Exornabantur ascensores eorum, primum decora juventute florentes, habentes magnam proceritatem, diffundentes in equorum sessione comam, purpura circumamicti, qui armati existentes circa regem, arcusque ferentes equitabant ante eum, quando ad locum aliquem debebat exire.

p Et de Coa,] insula.

q Quadriga] idest quatuor veredarii trahentes quadrigam, tot siclis emebant in Ægypto.

r Et equus] idest, dextrarius, qui erat carior veredario.

a Non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in *b* diebus Salomonis, quia *c* classis Regis per mare cum classe Hiram *d* semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde *e* aurum, & *f* argentum, & *g* dentes elephantorum, & *h* simias, & *i* pavos. Magnificatus est ergo Rex Salomon super omnes Reges terræ divitiis, & sapientia, & universa terra desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Deus in corde ejus, & k singuli deferebant ei munera, *l* vasa argentea, & aurea, vestes, & arma bellica, *m* aromata quoque, & *n* equos, & mulos per annos singulos. Congregavitque Salomon currus, & *o* equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum, & disposuit eos per civitates munitas, & cum Rege in Jerusalem. Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta & lapidum, & cedrorum præbuit multitudinem, quasi sicomoros, quæ nascuntur in campestribus. Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, & de *p* Coa. Negotiatores enim Regis emebant de Coa, & statuto pretio perducebant. Egrediebatur autem *q* quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & *r* equus centum quinquaginta: Atque in hunc modum cuncti Reges Hethæorum, & Syriæ equos venundabant.

CAP. XI.

Rex *f* autem Salomon

EXPOSITIO CAP. XI.

Rex *f* autem Salomon] In hoc capit. agitur de tribus adversariis Salomonis. Notandum igitur est, quod Salomon in senectute sua infatuatus, adamavit mulieres alienigenas contra legem, quæ prohibet hoc *Deuteron.* 7. Et posuit maculam in gloria sua, sicut dicitur *Eccles.* 47. & schisma in genere suo. Habuit autem uxores septingentas, & concubinas trecentas, quæ verterunt cor ejus a Deo, & secutus est Deos alienos: Et ædificavit in excelsis circa Jerusalem tria fana: Unum Astaroth, Deæ Sidoniorum, quæ dicitur Juno. Secundum Chamos, idolo Moabitarum. Tertium Moloch, idolo Ammonitarum. Hoc fanum posuit in monte Oliveti contra templum, quod valde displicuit Deo, unde postea locus ille, dictus est locus offensionis: Propter hoc suscitavit ei Dominus tres adversarios. Primo Adad Idumæum de

ʊ semine

f Rex autem Salomon] Nota, Salomon infatuatus amore mulierum, tria coluit idola; & ideo tres habuit adversarios, scilicet Adad, Razon, Jeroboam, idest mundus, caro, diabolus. Primus suggerit vana, secundus suavia, tertius iniqua. Adad interpretatur testis, & significat mundum, qui seipso testis est, quod fugiendus est, & quod præterit figura hujus mundi, 1. *Cor.* 7. Unde contemnendus est hic mundus, etiam si rebus prosperis animum demulceat. At ubi tot adversitates ingeminat, tot calamitatibus animum pulsat, quid aliud, quam ut fugiatur, clamitat? Unde *Nahum* 3. Omnis, qui viderit te, resiliet a te. Razon interpretatur mysticus, vel sacratus, & significat

Ω femine regio, qui tempore illo, quo Joab delevit Idumæos, 2. *Reg.* 8. Adhuc puer fugit in Ægyptum: Cui Rex Ægypti dedit in uxorem, sororem uxoris suæ, quæ peperit ei filium. Et cum audisset Adad, David, & Joab mortuos, & Salomonem infatuatum, egressus de Ægypto, infestabat Israel. Secundus adversarius fuit Razon, princeps latronum in Damasco. Tertius Jeroboam filius Nabath, de Sareda, servus Salomonis. Qui hoc modo levavit manum suam contra Salomonem. Salomon, ut dictum est, ædificavit Mello, & videns ipsum Jeroboam bonæ indolis, constituit eum præfectum operis, & super vectigalia domus Joseph. Quodam die cum egrederetur Jeroboam de Jerusalem, invenit eum Ahias Propheta, opertus pallio novo, quod scidit in duodecim partes, & dedit ei decem partes, dicens: Hæc dicit Dominus: Dabo tibi decem Tribus, & eris Rex super Israel. Quo audito Jeroboam intumuit, & suadebat populo, ut recederet a Salomone, quam ob rem voluit eum Salomon interficere, sed ipse fugit in Ægyptum, ad Susac Regem Ægypti, & fuit ibi usque ad mortem Salomonis, sicut dicitur *infr. seq. cap.*

3.4.7.9.fin.

a adamavit mulieres *b* alienigenas *c* multas: Filiam quoque Pharaonis, & *d* Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Hethæas, de gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel: *e* Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras. Certissime enim avertens corda vestra, ut sequamini. Deos earum. His itaque copulatus est Salomon, *f* ardentissimo amore,

a Adamavit] *Gloss. Raban.* Salomonem vehementer arguit Scriptura, nihilque de poenitentia ejus, vel indulgentia Dei commemorat. Forte dicat quis, mulieres alienigenas significare Ecclesias de gentibus. Posset hoc fortasse intelligi, si illæ propter Salomonem desererent Deos suos. Cum vero ipse propter eas coluerit Deos earum, non est quod, quid veri boni conjectari queat. Apparet in persona Salomonis mira excellentia, & mira submersio, flenda vorago, quod in illo diversis temporibus extitit. Prius bonum, & posterius malum. Hoc in Ecclesia simul ostenditur. Nam bona illius, bona Ecclesiæ; mala illius, mala Ecclesiæ significant. Tamen *Eccles.* 47. de ipso dicitur: Inclinasti femora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua. Tamen postea subjungitur: Dominus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet, neque delebit opera sua, neque perdet a stirpe nepotes electi sui, & semen ejus, qui diligit Dominum, non corrumpet. Dedit autem reliquum Jacob, & David de ipsa stirpe, & finem habuit Salomon cum patribus suis. Per quod videtur, quod poenituit, quia hæc clausula non consuevit dici in sacra Scriptura, nisi de electis.

b Alienigenas] In hoc peccavit, *Deuter.* 7. Non sociabis cum eis conjugia.

c Multas:] In hoc etiam peccavit, *Deuteronom.* 12. Rex non habebit uxores plurimas, quæ animam ejus, &c.

d Et Moabitidas] In hoc magis peccavit, quia specialiter de his dictum est *Deuteronom.* 22. Moabites, & Ammonites, etiam post decimam generationem, non intrabunt Ecclesiam Dei in æternum. Quod uno modo exponitur, idest, non sociabitur Israel per matrimonium.

e Non ingrediemini] *Deut.* 7. alia verba. Non sociabis cum eis conjugia.

f Ardentissimo] Et in hoc peccavit. *August.* Vehemens amator uxoris, adulter est.

Ω *a* Septingentæ

Moraliter.

* diabolum, qui occultus est, & execrabilis. Unde Razon princeps fuit latronum. Et dæmones latrones sunt, qui thesaurum virtutum nobis modis omnibus furari machinantur. De quibus dicitur *Job* 19. Venerunt latrones, & fecerunt sibi viam per me. Jeroboam interpretatur servus judicandus. Hic est caro nostra. De quo servo dicitur *Proverbiorum* 29. Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Tria idola sunt tria vitia, quæ totum mundum occupant. Unde 1. *Joan.* 2. Omne, quod est in mundo, &c. Astarthen enim interpretatur plasmationis superfluitas: Hæc est luxuria. Chamos interpretatur congregans: Hæc est avaritia. Moloch interpretatur Rex eorum: Hæc est superbia. De duobus primis dicitur *Proverbior.* 30. Sanguisugæ duæ sunt filiæ, quæ semper clamant: Affer, affer. Illa delicias quærit, ista divitias. Quicquid hæc congregat, illa devorat. Tertium est superbia, quæ monti comparatur, quia sicut mons radios Solis retinet, nec sinit venire ad nos, sic superbia gratiam Dei tenet, ne descendat in superbos. Unde 2. *Regum* 1. Montes Gelboe, nec ros gratiæ divinæ, nec pluvia sanctæ doctrinæ veniat super vos, nec sint in vobis agri primitiarum, idest, initia bonorum operum. Est enim superbia eruca, quæ comedit radices arboris. Comparatur etiam fumo, quia quanto plus ascendit, tanto plus evanescit. Unde *Isai.* 14. cum dixisset Lucifer: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo, statim dicitur ei: Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. *Psalm.* 36. Inimici Domini mox, ut exaltati fuerint, deficient sicut fumus. Comparatur etiam vento, *Osee* 12. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. Et *Gregor.* super 1. *Regum* 16. Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi pulverem in vento portat. Comparatur etiam paleæ. *Hieronymus:* Dum paleam sequeris, palea efficieris: Palea es, & non times, ut ardeas? Oritur autem superbia quandoque ex bonis naturæ, scilicet pulchritudine, vel fortitudine, vel nobilitate. Contra quos dicitur 1. *Corinth.* 1. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; ignobilia, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro. Quandoque nascitur ex bonis fortunæ, scilicet divitiis, & dignitatibus. 1. *Timoth.* 6. Divitibus hujus sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum. Quandoque ex dono scientiæ, 1. *Corinth.* 8. Scientia inflat, charitas autem ædificat. *Roman.* 12. Non plus sapere, quam oportet sapere, &c. Quandoque nascitur ex bonis gratiæ: Et hoc periculosius est. Unde *Gregorius:* Qui de virtutibus se extollit, se non gladio, sed medicamine interficit. Quandoque ex victoria vitiorum. Unde 1. *Machab.* 6. legitur, quod Eleazarus sub elephante succubuit, quem occidit. Ubi dicit *Gregorius:* Sub hoste, quem occidit, moritur, qui de culpa, quam superat, elevatur. Quandoque oritur ex minorum comparatione. Unde *Gregor.* Sicut incentivum est elationis respectus deterioris, ita est cautela humilitatis, consideratio melioris. Fit autem superbia sex modis. Primo, quando aliquis bonum, quod non habet, se fingit habere: Et dicitur arrogantia. Unde *Proverbiorum* 8. Arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue ego detestor. Item *Isai.* 13. Superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Secundo fit, quando de bono, quod non habet, quærit laudes hominum: Et dicitur inanis gloria. *Proverb.* 17. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies. Tertio, quando de bonis, quæ agit quærit gloriam: Et dicitur hypocrisis. *Isai.* 48. Gloriam meam alteri non dabo. Ibi *Gloss.* Occulta quæ agis, quantum vales, cum ex toto non valeas, sit in animo occultandi voluntas, & non extra de ostensione temeritas: Ideo non quæras gloriam, & non dolebis cum inglorius fueris. Qui laudes non appetit, contumelias non sentit. Quarto fit, quando quis opera sua laudat: Et dicitur jactantia, *Proverb.* 2. Laudet te alienus, & non os tuum. *Jer.* 48. Ego scio, ait Dominus, jactantiam, & arrogantiam ejus, & quod non sit juxta eam virtus. Quinto fit, quando quis bonum aliquod super alios se credit habere: Et dicitur singularitas, quæ multum amica est diabolo. Unde 1. *Reg.* 17. Egressusque vir spurius de castris Philistinorum, nomine Goliath, stansque clamabat adversus phalangas Israel: Eligite e vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Sexto fit, quando quis bonum, quod habet, suis meritis attribuit: Et dicitur præsumptio, *Eccles.* 37. O præsumptio nequissima, unde creata es? cooperire aridam malitiam in dolositate illius. Hi ergo sunt tres turmæ, quas fecerunt Chaldæi contra Job, idest, in Christum, qui dolores nostros portavit. *Isai.* 53. Qui in sterquilinio nostræ mortalitatis jacens, testa suæ humilitatis radit saniem peccatorum nostrorum. Unde & legitur *Exod.* 1. Quod filii Israel servierunt Pharaoni in luto, luxuriæ scilicet; & latere avaritiæ; & palea superbiæ. Sed lutum tersit Christi sanctitas, laterem comminuit Christi paupertas, paleam combussit Christi humilitas.

Job 1.

a Septingentæ,] *Josephus* dicit, septuaginta. *Cant.* 6. Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. Sed illud *in Cantic.* dictum est mystice, hoc vero ad litteram: & ideo non est contrarium. rael, vivebat de decimis, & primitiis, & oblationibus. Vel potest dici, quod Tribum unam vocat Tribum Juda, & Tribum Benjamin, quia conjunctæ, & permixtæ erant: Et dicuntur regnum Juda, propter dignitatem regiam.

fueruntque ei uxores quasi reginæ *a* septingentæ, & concubinæ trecentæ, & *b* averterunt mulieres cor ejus. Cumque jam esset *c* senex, *d* depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos, *d* nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo *e* sicut cor David patris ejus: Sed colebat Salomon Astharten Deam Sidoniorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Moloch, Idolum Ammonitarum. Fecitque Salomon, quod non placuerat coram Domino, & non adimplevit, ut sequeretur Dominum sicut David pater ejus. Tunc ædificavit Salomon fanum Chamos idolo Moab, in monte, qui est *f* contra Jerusalem, & Moloch idolo filiorum Ammon: Atque in hunc modum fecit *g* universis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant diis suis. Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod *h* aversa esset mens ejus a Domino Deo Israel, qui apparuerat ei *i* secundo, & præceperat de verbo hoc, ne sequeretur deos alienos, & non custodivit, quæ mandavit ei Dominus. Dixit *k* itaque Dominus Salomoni: *l* Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandavi tibi: dirumpens scindam *m* regnum tuum, & dabo illud servo tuo: Verumtamen in diebus tuis non *n* faciam propter David patrem tuum. De manu filii tui scindam illud, nec totum regnum auferam, sed *o* Tribum unam dabo filio tuo, *p* propter David servum meum, & Jerusalem, quam elegi. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni, Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom. *q* Cum enim esset David in *r* Idumæa, & ascendisset Joab princeps militiæ ad sepeliendum eos, qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa: (sex enim mensibus ibi moratus est Joab, & omnis Israel donec interimeret omne masculinum in Idumæa:) Fugit Adab ipse, & viri Idumæi de servis patris ejus cum eo, ut egrederentur Ægyptum. Erat autem Adad puer *s* parvulus. Cumque *t* surrexissent de Madian, venerunt in Pharan. Tuleruntque secum viros de Pharan, & introjerunt Ægyptum, *u* ad Pharaonem Regem Ægypti: Qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegavit. Et invenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum, ut daret ei uxorem sororem uxoris suæ, germanam Taphnes reginæ. Genuitque ei soror Taphnes Genubath filium, & nutrivit eum Taphnes in domo Pharaonis. Eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus. Cumque audisset Adad in Ægypto dormisse David cum patribus suis, & mortuum esse Joab principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, ut vadam in terram meam. Dixitque ei Pharao: Qua enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla, sed obsecro te, ut *x* dimittas me. *y* Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon, filium Elida, qui fugerat Adarezer Regem Soba, dominum suum, & congregavit contra eum viros, & factus est princeps latronum, cum *z* interficeret eos David. Abieruntque Damascum, & habitaverunt ibi, & constituerunt eum *a* Regem in Damasco: Eratque adversarius Israel *b* cunctis diebus Salomonis. Et hoc est malum Adad, & *c* odium contra Israel, *d* regnavitque in Syria. *e* Jeroboam quoque filius Nabath *f* Ephrateus de *g* Sareda servus Salomonis, cujus mater erat nomine Sarva, mulier vidua, levavit manum contra Regem. Et hæc est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon ædificavit *h* Mello, & coæquavit *i* voraginem *k* civi-

b Averterunt] a Domino.

c Senex,] Sed quæritur, quomodo dicatur senex, cum modicum ultra quinquaginta annos vixisse legatur? Erat enim undecim annorum cum regnare cœpit, ut *supr.* 4. dictum est, & quadraginta annis regnavit, ut dicitur *infr. eodem*. Sed de hoc dicit *Josephus* quod Salomon vixit annis 94. & regnavit 80. sed Scriptura eos tantum annos exprimit, quibus regnavit ante prævaricationem.

d Depravatum est cor] *Osee* 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.

d Nec erat] postea.

e Sicut David patris ejus:] supple fuit.

f Contra Jerusalem,] in monte Oliveti.

g Fecit universis, &c.] Ergo ædificavit fere mille templa, quod non est verisimile. Solut. Sic intelligendum est: Universis de una natione, ædificavit unum templum, & aliis de alia natione aliud. Et ita tot templa constituit, de quot nationibus habuit uxores, sed tria principaliora.

h Quod aversa] quod, idest, quia.

i Secundo,] idest bis. Primo, quando dedit ei sapientiam, *supr.* 3. Secundo, post templi dedicationem, *sup.* 9. *k* Dixit itaque Dominus] *Gloss.* utique per Nathan Prophetam, vel per alium.

l Quia habuisti, &c.] Hic dicitur, quod quia Salomon non custodivit præcepta Domini, ideo Dominus scidit regnum ejus, *sup.* 2. *Reg.* 19. dicitur, quod ideo divisum est regnum, quia David divisit possessionem Miphiboseth, dans partem Sibæ. Sed non est contrarium, quia duæ causæ possunt esse ejusdem, causæ dico meritoriæ.

m Scindam] quasi dicat, non penitus auferam.

n Non faciam, &c.] tamen David jam erat in limbo inferni, in beata expectatione, nec eum perturbabat, quicquid fieret de regno. *o* Sed Tribum unam] sc. Tribum Benjamin, præter Tribum Juda, de qua certum erat, quia contribules erant. Tribus Levitica non computatur in duodecim Tribubus, quia non habuit sortem in divisione terræ, sed dispersa per totum Is-

p Propter David] cui promisi te regnaturum post ipsum.

q Cum enim esset, &c.] Ostendit, quomodo suscitavit Dominus adversarium Salomoni, & quis fuerit ille.

r In Idumæa, & ascendisset] 2. *Reg.* 8.

s Parvulus.] tunc quando fugit.

t Surrexissent de Madian] scilicet Adad, & viri ejus.

u Ad Pharaonem] qui proprio nomine dicebatur Susac.

x Ut dimittas me.] Et dimisit eum, supple, quia Adad non indicavit ei, quare vellet ire: Si enim scivisset Pharao, quod vellet malum facere Salomoni, non dimisisset eum, propter filiam suam, quam habebat Salomon in uxorem.

y Suscitavit quoque ei Deus] De secundo adversario.

z Cum interficeret eos David.] Tunc inquam fuit, cum David interficeret eos de Soba. 2. *Reg.* 8. *a* Eum regem] idest, principem.

b Cunctis diebus] Littera videbitur sibi contraria, quia si cunctis diebus fuit ei adversarius, quomodo suscitatus est? Solut. Salomon ante peccatum suum non timebat eum, nec reputabat, sed post peccatum cœpit eum timere, quia gravius insurrexit contra eum; & ideo dicitur suscitatus. Sed adhuc videntur repugnare superiora, *sup.* enim 4. dictum est, quod Israel habebat pacem ex omni parte in circuitu, nec erat ei Sathan, nec occursus malus. Sol. Adeo pauci erant adversarii, quod non reputabat eos Israel: Sicut pax dicitur esse in regno, licet aliquando latrunculi insurgant. *c* Et odium contra] scilicet Razon.

d Regnavitq;] sc. Razon.

e Jeroboam quoque] tertium ostendit adversarium. *f* Ephrateus] i. de Ephrata: Nam de Ephrata dicitur Ephrateus; de Ephraim vero Ephraita. Et iste Jeroboam fuit de Ephraim, non de Ephrata. *g* Sareda] civitas. *h* Mello, &c.] quæ erat casura. *i* Voraginem civitatis] idest ruinam.

k Civitatis David] ex parte Jerusalem, & cecidit in parte. *Gl.* Murus civitatis cecidit, eo quod ex uno latere præcipitio immineret. Quam voraginem cum rex vellet

tatis David patris sui. Erat autem Jeroboam vir *a* fortis, & potens. *b* Videnſque Salomon adoleſcentem bonæ indolis, & induſtrium, conſtituerat eum præfectum ſuper tributa univerſæ domus Joſeph. Factum eſt igitur in tempore illo, ut Jeroboam *c* egrederetur de Jeruſalem, & inveniret eum Ahias *d* Silonites Propheta in via, opertus pallio novo. Erant autem *e* duo tantum in agro. Apprehendenſque Ahias pallium ſuum novum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes, & ait ad Jeroboam: Tolle tibi decem ſciſſuras. Hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem Tribus. *e* Porro una Tribus remanebit ei propter ſervum meum David, & *f* Jeruſalem civitatem, quam elegi ex omnibus Tribubus Iſrael, eo quod dereliquerit me, & adoraverit Aſtarthen Deam Sidoniorum, & *g* Chamos Deum filiorum Ammon, & non ambulaverit in viis meis, ut faceret juſtitiam *h* coram me, & præcepta mea, & judicia, ſicut David *i* pater ejus: Nec auferam omne regnum de manu ejus, ſed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ ſuæ, propter David ſervum meum, quem elegi, qui cuſtodivit mandata mea, & præcepta mea. Auferam autem regnum de manu filii ejus, & dabo tibi decem Tribus, filio autem ejus dabo tribum unam, ut remaneat *k* lucerna David ſervo meo *l* cunctis diebus coram me in Jeruſalem civitate, quam elegi, ut eſſet nomen meum ibi. Te autem aſſumam, & regnabis ſuper omnia, quæ deſiderat anima tua, eriſque *m* Rex ſuper Iſrael. Si igitur audieris omnia, quæ præcepero tibi, & ambulaveris in viis meis, & feceris, quod rectum eſt coram me, cuſtodiens *n* mandata mea, & *o* præcepta mea, ſicut fecit David ſervus meus, ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificavi David domum, & tradam tibi Iſrael, & affligam ſemen David ſuper hoc, veruntamen non cunctis diebus. *p* Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam. Qui ſurrexit, & aufugit in Ægyptum, ad Seſac regem Ægypti, & fuit in Ægypto uſque ad mortem Salomonis. Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia, quæ fecit, & ſapientia ejus, ecce univerſa ſcripta ſunt in *q* libro verborum dierum Salomonis. *r* Dies autem, quos regnavit Salomon in Jeruſalem ſuper omnem Iſrael, quadraginta anni ſunt. Dormivitque Salomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in civitate David patris ſui, regnavitque Roboam filius ejus pro eo,

CAP. XII.

VENIT *ſ* autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat omnis Iſrael, ad conſtituendum eum Regem. At vero Jeroboam filius Nabath, cum *t* adhuc eſſet in Ægypto profugus a facie Regis Salomonis, audita morte ejus, reverſus eſt de Ægypto. *u* Miſeruntque, & vocaverunt eum. Venit ergo Jeroboam, & omnis multitudo Iſrael, & locuti ſunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus *x* duriſſimum jugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de jugo graviſſimo, quod impoſuit nobis, & ſerviemus tibi. Qui ait eis: *y* Ite uſque ad tertium diem, & revertimini ad me. Cumque abiiſſet populus, iniit conſilium Rex Roboam cum *z* ſenioribus, qui aſſiſtebant coram Salomone patre ejus, dum adhuc viveret, & ait: Quod mihi datis conſilium, ut reſpondeam populo? Qui dixerunt ei: Si hodie obedieris populo huic, & ſervieris, & petitioni eorum ceſſeris, locutuſque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi ſervi cunctis diebus. Qui dereliquit conſilium ſenum, quod dederunt ei, & adhibuit *a* adoleſcentes, qui nutriti fue-

coæquare muris, conſtituit ducibus, ut hoc implerent opus. Sed Jeroboam, qui erat princeps Tribus Joſeph, noluit obedire regi, qui conſtituerat eum prius ſuper ædificia propugnaculorum, quæ faciebat in Jeroſolymis, ubi laboravit, ita ut rex ei principatum militiæ ſuper Tribum Joſeph conferret, ſed rebellis factus egreditur de Jeruſalem, cui occurrit Propheta, deflectens eum in agrum, ut nullus audiret, quid ei diceret. Elatuſque verbis Prophetæ ſuadebat populo, ut ſe Regem faceret, quod audiens Salomon, quærebat eum interficere.

a Vir fortis,] *Gloſſ.* & per hoc mandatum reſtitutionis murorum recuſavit. Sed unde tanta audacia? quia rex conſtituerat eum præfectum.

b Videnſque] ideſt, quia.

c Egrederetur] propter rebellionem nolens, & indignans præeſſe ſegmentariis.

d Silonites] de Silo.

Duo] ſcilicet Ahias, & Jeroboam.

e Porro una Tribus] ſcilicet Benjamin: Et intellige præter Tribum Juda, de qua erat.

f Et Jeruſalem] *ſupr.* 2. *Regum* 7.

g Et Chamos,] ideſt, idolum.

h Coram me,] non coram hominibus.

i Pater ejus:] ſupple facit.

k Lucerna] ideſt Rex aliquis.

l Cunctis diebus] ſupple, quamdiu erunt reges de Judæis.

m Rex ſuper Iſrael,] ideſt, ſuper decem Tribus. Et ita videtur, quod non peccavit Jeroboam, in hoc quod regnavit ſuper Iſrael. Bene poteſt eſſe: Sed poſtea quando propter timorem regni fecit duos vitulos, ne filii Iſrael aſcenderent in Jeruſalem, tunc peccavit, ut patet in *cap. ſeq.*

n Mandata] negativa.

o Præcepta] affirmativa.

p Voluit ergo Salomon] *Gloſſ.* quia ſuadebat populo, ut a Salomone recederet.

q In libro verborum, &c.] Quidam dicunt hunc librum eſſe Paralipomenon, ſed verius dicitur, quod hunc librum non habemus: Fuit enim combuſtus cum aliis a Nabuzardan, nec fuit reparatus ab Eſdra, ſicut multi alii. Unde & 2. *Paralipom.* 9. dicitur ſic: Reliqua autem operum Salomonis, priorum, & noviſſimorum, ſcripta ſunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, & in viſione Addo videntis contra Jeroboam.

r Dies, &c.] *Gloſſ.* *Joſephus* dixit regnaſſe annis octoginta, & vixiſſe nonagintaquatuor: Sed divina Scriptura eos tantum annos exprimit, quibus regnavit, antequam prævaricaretur.

EXPOSITIO CAP. XII.

VEnit *ſ* autem Roboam] In hoc cap. oſtenditur, quomodo facta eſt diviſio regni Salomonis in duo, & qui præfuit utrique regno, proſequens deinde hiſtoriam libri de utroque regno, modo intercalari, & intercifive, nunc de hoc, nunc de illo loquens, quod diligens lector de facili poteſt comprehendere.

1. *Par.* 9.

t Cum adhuc eſſet, &c.] De hoc ſatis habes 2. *Paral.* 10.

u Miſeruntque,] Poſtquam reverſus fuerat de Ægypto, anticipatio eſt, nondum enim venerat, ut patet *inf. eod.*

x Duriſſimum jugum] *Gloſſ.* quomodo hoc verum eſt, cum *ſuperius* 9. dictum eſt, quod Salomon non conſtituit quemquam ſervire de filiis Iſrael: Utique non fecit eos ſervire in agricultura, vel alio ſervili opere. Verum principes ex eis conſtituit per ſingulas Tribus, qui reddebant regi per vices ſingulis menſibus annonam, & cetera, quæ de expenſa regis ſuperius referuntur, quod modo duriſſimum jugum appellant.

2. *Par.* 10.

y Ite, &c.] Quod ad hoc ſapienter reſpondit, quia voluit habere conſilium, ſed poſtea ſtulte ſecutus eſt conſilium juvenum, ſpreto conſilio ſeniorum.

z Cum ſenioribus,] *Gloſſ.* Senes iſti putantur Banajas, & Jojada, & ceteri principes Salomonis.

16. q. 1. c. Or.

a Adoleſcentes,] *Gloſſ.* de quibus Aduram unus fuit, qui poſtea lapidatus eſt. Item *Gloſſ.* Juvenes ſcriptura non ſemper juxta ætatem appellat, ſed juxta inſtabilitatem animæ. Nam Roboam quinquageſimæ ætatis ſuæ anno regnare cœpit. Unde *Iſaiæ* 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. *Eccleſ.* 10. Væ terræ, cujus rex puer eſt, &c. Item 1. *Corinth.* 14. Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote.

a Minimus

rant cum eo, & assistebant illi, dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi, levius fac jugum, quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerunt ei juvenes, qui nutriti fuerant cum eo: Sic loquere populo huic, qui locuti sunt ad te dicentes: Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu releva nos: Sic loqueris ad eos: *a* Minimus digitus meus, grossior est dorso patris mei. Et nunc pater meus posuit super vos jugum grave: ego autem addam super jugum vestrum. Pater meus cæcidit vos *b* flagellis, *c* ego autem cædam vos *d* scorpionibus. Venit ergo Jeroboam, & omnis populus ad Roboam, die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens: Revertimini ad me die tertia. Responditque rex populo *e* dura, derelicto consilio seniorum, quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium juvenum, dicens: Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. Et non acquievit rex populo, quoniam *f* aversus fuerat eum Dominus, ut suscitaret verbum suum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Jeroboam filium Nabath. Videns itaque populus, quod noluisset eos *g* audire rex, respondit ei, dicens: Quæ nobis pars in David, vel quæ hereditas in *h* filio Isai: Vade in tabernacula tua Israel: nunc vide *i* domum tuam David. Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel quicumque habitabant in civitatibus Juda regnavit Roboam. Misit igitur rex Roboam Aduram, qui erat super tributa, & lapidavit eum omnis Israel, & mortuus est. Porro rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Jerusalem: *k* recessitque Israel a domo David usque in præsentem diem. Factum est autem cum audissent omnis Israel, quod *l* reversus esset Jeroboam, miserunt, & vocaverunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quisquam domum David præter Tribum Juda *m* solam. Venit autem Roboam Jerusalem, & congregavit universam domum Juda, & Tribum Benjamin, centum octoginta millia electorum virorum, & bellatorum, ut pugnaret contra domum Israel, & reducerent regnum Roboam filio Salomonis. Factus est autem sermo Domini ad *n* Semejam virum Dei, dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, & ad omnem domum Juda, & Benjamin, & reliquos de populo, dicens: Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, nec bellabitis contra fratres *o* vestros filios Israel. Revertatur vir in domum suam: A me enim factum est *p* verbum hoc. Audierunt sermonem Domini, & reversi sunt de itinere, sicut eis præceperat Dominus. Ædificavit autem Jeroboam Sichem in monte Ephraim, & habitavit ibi. Et egressus inde ædificavit *q* Phanuel. Dixitque Jeroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David, si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in *r* domo Domini in Jerusalem, & convertetur cor populi hujus ad dominum suum Roboam regem Juda, interficientque me, & revertentur ad eum, & excogitato consilio fecit *s* duos vitulos aureos, & dixit *t* eis: Nolite ultra ascendere Jerusalem: *u* Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuitque unum in *x* Bethel, & alterum in Dan: Et factum est *y* verbum hoc in peccatum. Ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan. Et fecit fana in *z* excelsis, & sacerdotes de *a* extremis populi, qui non erant de filiis Levi. Constituitque diem solemnem in *b* mense octavo, quintadecima die mensis, in similitudinem solemnitatis, quæ celebrabatur in Juda. Et ascendens altare similiter fecit in Bethel, ut immolaret vitulos, quos fabricatus fuerat. Constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum, quæ fecerat, & ascendit super altare, quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octavi, *c* quem finxerat de corde suo. Et fecit solemnitatem filiis Israel, & *d* ascendit super altare, ut adoleret incensum.

a Minimus digitus] Hyperbolicus modus loquendi est, quasi dicat, longe potentior sum patre meo, & majora faciam.

b Flagellis,] idest, minori jugo afflixit.

c Ego autem, &c.] graviori servitute opprimam vos.

d Scorpionibus.] *Gloss.* Scorpio genus est flagelli, sicut de spinis, vel pomariis solent esse virgæ nodosæ. Vel etiam flagellum, scilicet scutica Sarracenorum cum duabus, vel tribus virgis, quod habet in summitate plumbeas grandines, vel glandes.

e Dura,] quia ut dicit *Josephus*, putabat hoc congruere regiæ dignitati.

f Quoniam aversatus, &c.] Illud, quoniam non est causale, sed consecutivum. Et est sensus: Dominus aversatus fuerat eum, idest, non contulerat ei gratiam suam propter peccata sua, & inde secutum est, quod non acquievit populo in malum suum, ut suscitaret, &c.

g Audire] idest exaudire.

h In filio Isai:] quasi dicat, quælibet tribus portionem suam hæreditariam habeat a Domino, quæ ergo necessitas est, ut ex una eligatur rex, qui regat alios? quælibet tribus regat hereditatem suam. Et recesserunt decem tribus, & constituerunt Jeroboam regem super se: Judas autem, & Benjamin secuti sunt Roboam, & fuerunt cum eis Levitæ, propter templum, quod erat in Jerusalem. Et tunc separata est monarchia regni Hebræorum in duo regna, nec amplius rediit ad unitatem. Et regnum decem tribuum dictum est regnum Israel, pro multitudine sua nomen Jacob patris sui sibi reservans. Dictum est etiam Ephraim, quia Jeroboam, qui fuit de Ephraim primo eis imperavit. Propter eamdem caosam etiam aliquando dicitur regnum Joseph. Item aliquando dicitur regnum Samariæ, quia Samaria fuit Metropolis sive regalis civitas Jeroboam, sive regni decem tribuum. Alterum regnum dictum est regnum Juda, ob dignitatem tribus regiæ.

i Domum tuam David,] idest, tu Roboam, qui es de domo David custodi domum tuam, quia nos nolumus a te regi: Unde 2. *Paral.* 10. dicitur: Tu autem pasce domum tuam David.

k Recessitque Israel a domo, &c.] idest, decem tribus.

l Quia reversus esset] Hic patet, quod supra fuit anticipatio, ubi dictum est: Reversus est de Ægypto, miseruntque, & vocaverunt eum. Vel hic est recapitulatio.

m Solam.] Imo & tribum Benjamin. Sed dicit hoc, quia Judas principalior erat. Simile *supra* 8. ubi dictum est, quod in arca non erat aliud nisi tabulę, quia in ea non erat aliud adeo principale.

n Ad Semejam] *Gloss.* iste Propheta subito introducitur sicut alii.

o Contra fratres vestros] Argumentum, quod peccatum est pugnare contra Christianos.

p Verbum hoc,] idest, rem hujus verbi.

q Phanuel.] *Gloss.* civitas Metropolis regni Jeroboam.

r In domo Domini] idest in templo.

s Fecit duos vitulos] unde omne malum ortum est.

t Dixit eis:] idest decem tribubus.

u Ecce dii tui Israel,] Simile *Exod.* 32. quasi dicat omnis locus habet Deum, non habetis necesse, ut ascendatis ad ostium civitatis, ut ibi quæratis Deum: Feci enim vobis Deos, idest vitulos, ut in eis adoretis Deum: Ita exponit *Josephus* quasi excusando.

x Bethel, &c.] Bethel, & Dan civitates sunt.

y Verbum hoc] idest, res hujus verbi. Ibat enim ante populus tribus statutis temporibus, quando deberet in Jerusalem, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Scenopegia: secundum quod præceptum est *Levit.* 23. & *Exod.* 12. & *Num.* 28.

z In excelsis,] idest in montibus.

a De extremis] idest, vilissimis.

b In mense octavo,] Cum in septimo soleret fieri festum Scenopegiæ, secundum legem *Lev.* 23.

c Quem finxerat] scilicet mensem octavum, quia lex docet, & præcipit fieri in septimo mense, *Lev.* 23.

d Et ascendit super altare]

tare,] ideſt, in ſuperiora loca uſque ad altare.

CAP. XIII.

ET *a* ecce vir Dei venit de Juda in *b* ſermone Domini, in Bethel, Jeroboam ſtante *c* ſuper altare, & thus jaciente: Et exclamavit contra altare in ſermone Domini, & ait: Altare, altare: Hæc dicit Dominus: Ecce filius naſcetur domui David, Joſias nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, qui nunc in te thura ſuccendunt, & oſſa hominum *d* incendet ſuper te: Deditque in die illa ſignum, dicens: Hoc erit ſignum, quod locutus eſt Dominus: Ecce altare ſcindetur, & effundetur cinis, qui in eo eſt. Cumque audiſſet rex ſermonem hominis Dei, quem inclamaverat contra altare in Bethel, extendit manum ſuam de altari, dicens: Apprehendite eum. Et exaruit *e* manus ejus, quam extenderat *f* contra eum, nec valuit retrahere eam ad ſe. Altare quoque ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de altari, juxta ſignum, quod prędixerat vir Dei in ſermone Domini. Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, ut reſtituatur manus mea mihi. Oravit vir Dei faciem Domini, & reverſa eſt manus regis ad eum, & facta eſt ſicut prius fuerat. Locutus eſt autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum, ut prandeas, & dabo tibi munera. Reſponditque vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto. Sic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis: Non comedes panem, neque bibes aquam, *g* neque reverteris per viam, qua veniſti. Abiit ergo per aliam viam, & non eſt reverſus per iter, quo venerat in Bethel. *h* Prophetes autem quidam ſenex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filii ſui, & narraverunt ei omnia opera, quę fecerat vir Dei illa die in Bethel, & verba, quæ locutus fuerat ad regem, narraverunt patri ſuo. Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Oſtenderunt ei filii ſui viam, per quam abierat vir Dei, qui venerat de Juda. Et ait filiis ſuis: Sternite mihi aſinum. Qui cum ſtraviſſent, aſcendit, & abiit poſt virum Dei, & invenit eum ſedentem ſubtus *i* terebinthum. Et ait illi: Tune es vir Dei, qui veniſti de Juda? Reſpondit ille: Ego ſum. Dixitque ad eum: Veni mecum domum, ut comedas panem. Qui ait: Non poſſum reverti, neque venire tecum, nec comedam panem, nec bibam aquam in loco iſto, quia locutus eſt Dominus ad me in ſermone Domini, dicens: Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reverteris per viam, qua ieris. Qui ait illi: Et ego propheta ſum, ſimilis tui? Et Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, & comedat panem, & bibat aquam. Fefellit eum, & reduxit ſecum. Comedit ergo panem in domo ejus, & bibit aquam. Cumque ſederent ad menſam, factus eſt Sermo Domini ad prophetam, *k* qui ſeduxerat eum, & exclamavit ad virum Dei, qui venerat de Juda, dicens: Hæc dicit *l* Dominus: Quia non obediens fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mandatum, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, & reverſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquam in loco, in quo præcepit tibi, ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in ſepulchrum patrum tuorum. Cumque comediſſet, & bibiſſet, ſtravit aſinum ſuum Propheta, quem reduxerat. Qui cum abiiſſet, invenit eum leo in via, & occidit, & erat cadaver ejus projectum in itinere. Aſinus autem ſtabat juxta illum, & *m* leo ſtabat juxta cadaver. Ecce viri tranſeuntes, viderunt cadaver projectum in via, & leonem ſtantem juxta cadaver: Et venerunt, & divulgaverunt in civitate, in qua Prophetes ſenex ille habitabat. Quod cum audiſſet Propheta ille, qui reduxerat eum de via, ait? Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit, juxta verbum Domini, quod *n* locutus eſt ei. Dixitque ad filios ſuos: Sternite mihi aſinum. Qui cum ſtraviſſent, & ille abiiſſet, invenit cadaver ejus projectum in via, & aſinum, & leonem ſtantes juxta cadaver. Non comedit leo de cadavere, nec læſit aſinum. Tulit ergo Prophetes

A

EXPOSITIO CAP. XIII.

4. *Reg.* 23. ET *a* ecce vir Dei] Materia hujus capituli plana eſt. Agitur enim hic de propheta Addo, qui alio nomine Gad dicitur, & de morte ejuſdem. [Vir Dei] *Gloſſ.* Vir Dei, cujus nomen hic tacetur. 2. *Paralipom. cap.* 12. vocatur Addo: Ipſe eſt Gad, qui monuit David, ut in terram Juda iret.

B

b In ſermone Domini,] ideſt, miſſus a Deo, ut diceret ſermonem Domini.

3. *Reg.* 22.

c Super altare,] ideſt, juxta altare.

d Incendet] Quod ita factum eſt, *infra* 4. *Reg.* 23.

C

e Manus ejus,] ideſt, regis.

f Contra eum,]ſcilicet prophetam.

g Neque reverteris per viam, &c.] Idem dicitur de tribus regibus *Matth.* 2. quod ſcilicet per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam. Item *Ezech.* 46. Populus, qui ingreditur per portam Aquilonis, ut adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ. Porro qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis. De principe vero dicitur ibidem: Cum ingreſſurus eſt princeps per viam veſtibuli portæ ingrediatur, & per eamdem viam exeat.

D

E

In quo ſignificatur myſtice, quod totus populus humani generis mundum iſtum intravit per portam immunditiæ, & per aliam debet exire, ſcilicet per portam munditiæ, & ſanctitatis. Solus princeps noſter, ideſt Chriſtus per viam portæ ſanctitatis, & munditiæ introivit in mundum, & per eamdem exivit, quia & mundus in conceptione, mundus in nativitate, mundus in progreſſu vitæ, mundus in morte. *Pſalm.* 17. Deus meus, impolluta via ejus. Hoc nulli alii convenit, quantumcumque ſanctus fuerit, quia omnes concipimur in peccato. Unde *Pſal.* 50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

F

3. q. 4. c. ſi quis inquit.

h Prophetes autem] *Gloſſ.* Iſte Pſeudopropheta princeps erat ſacerdotum, & valde a rege colebatur tanquam divinus. Timens autem ne per ſermonem viri Dei rex a cultura idolorum recederet, & ſe tanquam maleficum interficeret, excogitavit, ut virum Dei deciperet ſatis aſtute agens, ut dum tranſgrederetur præceptum Dei, illius iram incurreret, ſicut poſtea fecit, dum magis homini, quam Deo credidit, ac per hoc monſtrarentur eſſe falſa, quæ prædixit, ſicque regi perſuadere poſſet, ſicut fecit. Audiens enim rex eventum, putavit irrita, quæ vir Dei dixerat, & non declinavit a via ſua mala.

i Terebinthum:] ſpecies eſt quercus nigræ.

k Qui ſeduxerat] vel reduxerat.

l Hæc dicit Dominus, &c.] *Gloſſ. Greg.* Bene autem ejus ore ſententiam inobedientiæ accepit: cujus reductione a vitæ præceptis deviavit, ut inde pœnam veraciter ſumeret, unde culpam negligenter admiſiſſet.

m Leo ſtabat, &c.] *Gloſſ.* Hic oſtenditur, quod peccatum inobedientiæ in ipſa morte fuerit relaxatum, quia idem leo, qui viventem præſumpſit occidere auſus non eſt contingere occiſum. Qui enim occidendi habuit poteſtatem, de occiſi cadavere comedendi licentiam non accepit, quia is cujus culpa in vita fuerat punita, erat jam juſtus ex morte.

7. q. 1. c. denique.

23. q. 2. §. fuor.

n Locutus eſt] per me ſcilicet.

a Cum

daver viri Dei, & poſuit illud ſuper aſinum, & reverſus intulit in civitatem Prophetæ ſenis, ut plangerent eum, & poſuit cadaver ejus in ſepulchro ſuo: Et planxerunt eum: Heu, heu, mi frater. Cumque planxiſſent eum, dixit ad filios ſuos: Cum *a* mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt, juxta oſſa ejus ponite oſſa mea. Profecto enim veniet ſermo, quem prædixit in ſermone Domini, contra altare, quod eſt in Bethel, & contra omnia fana excelſorum, quæ ſunt in urbibus Samariæ. Poſt verba hæc *b* non eſt reverſus Jeroboam de via ſua peſſima, ſed e contrario fecit de *c* noviſſimis populi ſacerdotes *d* excelſorum. Quicumque volebat, *e* implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum. Et propter hanc cauſam peccavit domus Jeroboam, & everſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.

C A P. X I V.

IN *f* illo tempore ægrotavit Abia filius Jeroboam. Dixitque Jeroboam uxori ſuæ: Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris, quod ſis *g* uxor Jeroboam, & vade in Silo, ubi eſt Ahias Propheta, qui *h* locutus eſt mihi, quod regnaturus eſſem ſuper populum hunc: *i* Tolle quoque in manu tua decem panes, & cruſtulam, & vas mellis, & vade ad illum: Ipſe enim indicabit tibi, quid eventurum ſit huic puero. Fecit, ut dixerat Jeroboam uxor, & conſurgens abiit in Silo, & venit in domum Ahiæ. At ille non *k* poterat videre, quia caligaverant oculi ejus, præ ſenectute. Dixit autem Dominus ad Ahiam: Ecce uxor Jeroboam ingreditur, ut conſulat te ſuper filio, qui ægrotat: Hæc, & hæc loqueris ei. Cum ergo illa intraret, & diſſimularet ſe eſſe, quæ *l* erat, audivit Ahias ſonitum pedum ejus, introeuntis per oſtium, & ait: Ingredere, uxor Jeroboam, quare aliam te eſſe ſimulas? Ego autem miſſus *m* ſum ad te durus nuncius: Vade, & dic Jeroboam: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Quia exaltavi te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael, & ſcidi regnum domus David, & *n* dedi illud tibi, & non fuiſti ſicut ſervus meus David, qui cuſtodivit mandata mea, & ſecutus eſt me in *o* toto corde ſuo, faciens, quod placitum eſſet in conſpectu meo, ſed operatus es male *p* ſuper omnes, qui fuerant ante te, & feciſti tibi Deos alienos, & conflatiles, ut me *q* ad iracundiam provocares: Me autem projeciſti poſt corpus tuum: Idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Jeroboam, & percutiam de Jeroboam *r* mingentem ad parietem, & *ſ* clauſum, & *t* noviſſimum in Iſrael, & mundabo reliquias domus Jeroboam, ſicut mundari ſolet fimus uſque ad purum. Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes: Qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cœli, quia Dominus *u* locutus eſt. Tu igitur ſurge, & vade in domum tuam, & in ipſo introitu pedum tuorum in urbem, morietur puer, & planget eum omnis Iſrael, & ſepeliet. Iſte enim ſolus inferetur de Jeroboam in ſepulchrum, quia inventus eſt ſuper eo *x* ſermo bonus a Domino Deo Iſrael in domo Jeroboam. Conſtituet autem ſibi Dominus regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Jeroboam in hac die, & in hoc tempore, & percutiet Dominus Deus

a Cum mortuus fuero,] *Gloſſ.* Malus propheta ſciens evenire, quæ vir Dei prædixerat, præcepit, ut ſepeliretur juxta virum Dei, ne quando oſſa illius comburenda effoderentur. 4. *Reg.* 23. ſed conſervarentur per ſanctum prophetam, ſicut inferius idem liber teſtatur impletum.

b Non eſt] Nam ſenex ille Propheta, perſuadebat ei non fuiſſe verum Prophetam, quem Dominus occiderat, aſſerens dexteram ejus præ labore ſacrificandi obſtupuiſſe, & poſt quietem, ad naturam propriam remeaſſe, & altare ruptum, propter onus impoſitum.

c De noviſſimis] ideſt, de viliſſimis.

d Excelſorum,] ideſt, fanorum, quæ erant in excelſis.

e Implebat manum, &c.] ideſt, quicumque volebat eſſe ſacerdos, dabat munera Jeroboam, & concedebat ei eſſe ſacerdotem. Vel ſic, ſecundum *Joſephum*: Quicumque volebat, ſupple immolare, implebat manum ſuam ad immolandum: Unde ſic dicit *Joſephus*: Quicumque voluerit noſter eſſe ſacerdos, offerat vitulum Deo. Huic expoſitioni concordat 2. *Paralipom.* 13. ubi dicitur: Quicumque venerit, & initiaverit manum ſuam in tauro, & in bobus, & in arietibus ſeptem, fit ſacerdos eorum, qui non ſunt Dii.

EXPOSITIO CAP. XIV.

IN *f* illo tempore, &c.] Hic agitur de morte Abiæ, filii Jeroboam.

g Quod ſis uxor Jeroboam,] Hoc dicebat Jeroboam, quia putabat, quod ille non auderet ei dicere veritatem, ſi cognoſceret eam.

h Locutus eſt mihi,] *ſupr.* 11.

i Tolle quoque in manu tua] Talis erat conſuetudo antiquitus, quando ibant ad Prophetas, aliqua munera eis ferre. Nota, cruſtum, vel cruſta, panis eſt. Item cruſtulum, vel cruſtula panis eſt genus. Item cruſtula, vel cruſta, lamina auri eſt. Et ſecundum quoſdam ſic accipitur, ſecundum alios pro pane. Nota, tria ponuntur hic, quæ debet portare ſecum, qui vadit ad confeſſionem: Decem panes, cruſtulam, vas mellis. Propoſitum emendandi, propoſitum perſeverandi, ſpem veniam conſequendi. Nam quid ſunt decem panes in manu, niſi decalogus in opere, per quod fit emendatio? Tranſgreſſio enim mandatorum, non poteſt emendari; niſi per cuſtodiam mandatorum. Unde adoleſcenti quærenti, quid faciendo vitam æternam haberet? Reſpondit Dominus: Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Matth.* 19. Per cruſtulam propoſitum perſeverantiæ ſignificatur, ſine quo inutilis eſt confeſſio. Unde mulieri in adulterio deprehenſæ, dixit Dominus *Joan.* 8. Vade, & amplius noli peccare. Mel in vaſe, ſpes in corde, veniæ ſcilicet conſequendæ.

k Non poterat, &c.] Ad quid ergo mutavit habitum uxor Jeroboam? Reſpondeo, quia etſi ipſe non cognoſceret, tamen familia deprehenderet, eam eſſe uxorem regis propter regalem habitum. Vel forte ipſa neſciebat hoc, quod caligaverant oculi Prophetæ, ita quod videre non poſſet. Vel expone: Non poterat videre, ideſt, parum poterat videre. Sicut dictum eſt de Heli 1. *Reg.* 3.

l Quæ erat,] ideſt, qualis erat.

m Miſſus ſum ad te durus, &c.] Unde miſſus, vel quo miſſus eſt, cum non moveret ſe? Reſpondeo: Spiritus ejus erat cum Deo, & inde miſſus eſt ad eam.

n Dedi illud tibi,] ideſt, majorem partem ejus.

o In toto corde] ideſt, in intellectu, & affectu.

p Super omnes, qui fuerant, &c.] ideſt, plus quam omnes.

q Ad iracundiam] Iracundia Dei, nihil aliud eſt, quam pœnæ illatio. Unde ſuper illud *Pſalm.* 6. Domine, ne in furore tuo, dicit *Gloſſ.* In Deum judicem non cadit perturbatio. De quo ſcriptum eſt *Sapient.* 12. Tu autem, Domine, cum tranquillitate judicas. Sed furor ejus accipitur, idem, quod ira, ideſt judicium, quod malis quaſi iratus videbitur, & velut furibundus.

r Mingentem ad parietem,] ideſt canem, vel infirmum.

ſ Clauſum,] ideſt, incarceratum.

t Et noviſſimum, &c.] quaſi dicat, delebo de domo ejus etiam viliſſima, quæ ſui utilitate negligenda putantur.

u Quia Dominus] ideſt ita fiet ſicut locutus eſt Dominus.

x Sermo bonus a Domino &c.] ideſt, quia Dominus locutus eſt de eo ſolo, ei ſoli promittens ſepulturam, & nulli alii de domo Jeroboam. Vel ſic ſecundum aliam litteram: Quia inventus eſt ſuper eum ſermo bonus ad Dominum Deum Iſrael, ideſt, quia iſte ſolus de domo Jeroboam

Margin: G; A; B; 4. *Reg.* 8.; C; *Matth.*; *Infr.* 16 & 22.

bene locutus est ad Dominum; ideo inferetur in sepulchrum. Ille loquitur ad Dominum, qui bene vivit coram Domino. Huic sensui concordat *Josephus*, qui sic dicit: Iste enim solus de domo Jeroboam inventus est bonus.

a Propter peccata Jeroboam,] ergo propter peccata patris punientur filii. Contra: *Ezechiel.* 18. Filius non portabit iniquitatem patris. Responsio: Propter peccata Jeroboam, idest, propter hoc, quod imitati sunt Jeroboam in peccatis suis: Unde sequitur: Qui peccare fecit Israel.

b Thersa,] civitas.

c In libro verborum] Quem librum non habemus.

d Vigintiduo anni] non tamen pleni.

e Porro Roboam] nunc de regno Juda agit.

F *f* Effœminati fuerunt in terra:] idest, cultores Cybeles illius deæ: Evirati natura, vel actu, sicut legitur de Hierophantis, idest, sacerdotibus Heliopoleos: *Gen.* 41. *Exod.* 2. qui evirati, & eunuchi erant. Vel effœminati dicuntur pathici. *Isai.* 3. Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.

G *g* Ante faciem filiorum Israel.] In confusione eorum.

h Ascendit Sesac] Sub fœdere simulato, quod non tenuit. Ascendit inquam cum mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum: Non erat numerus vulgi, quod erat cum eo, ut dicitur 2. *Paralipom.* 12. ubi hæc historia plenius continetur. (2. *Par.* 12.)

i Thesauros] non tamen omnes.

k Quæ fecerat Salomon] *supr.* 10.

l Ante ostium domus regis.] Custodientes regem.

m Portabant ea,] scilicet scuta.

A *n* Præeundi] ante regem eundi.

o In libro sermonum] &c.] Liber dierum regum Juda secundum quosdam est Paralipomenon, quia in eo agitur de gestis regum Juda tantum, & quæ hic minus dicuntur, ibi supplentur. Secundum alios non habetur liber iste, sicut nec liber dierum regum Israel.

Israel, sicut moveri solet arundo in aqua: Et evellet Israel de terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen, quia fecerunt sibi lucos, ut irritarent Dominum. Et tradet Dominus Israel, *a* propter peccata Jeroboam, qui peccavit, & peccare fecit Israel. Surrexit itaque uxor Jeroboam, & abiit, & venit in *b* Thersa. Cumque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est, & sepelierunt eum: Et planxit eum omnis Israel juxta sermonem Domini, quem locutus est in manu servi sui Ahiæ Prophetæ. Reliqua autem verborum Jeroboam, quomodo regnaverit, & quomodo pugnaverit, ecce scripta sunt in *c* libro verborum dierum regum Israel. Dies autem, quibus regnavit Jeroboam, *d* vigintiduo anni sunt. Et dormivit Jeroboam cum patribus suis, regnavitque Nadab filius ejus pro eo. *e* Porro Roboam filius Salomonis regnavit in Juda. Quadraginta & unius anni erat Roboam cum regnare cœpisset, & decem septem annis regnavit in Jerusalem civitate, quam elegit Dominus, ut poneret nomen suum ibi, ex omnibus Tribubus Israel. Nomen autem matris ejus, Naama Ammanites. Et fecit Judas malum coram Domino, irritaverunt eum super omnibus, quæ fecerant patres eorum in peccatis suis, quæ peccaverunt. Ædificaverunt enim & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos, super omnem collem excelsum, & super omnem arborem frondosam: Sed & *f* effœminati fuerunt in terra: Feceruntque omnes abominationes gentium, quas attrivit Dominus *g* ante faciem filiorum Israel. In quinto autem anno regni Roboam *h* ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem, & tulit *i* thesauros domus Domini, & thesauros regios, & universa diripuit: Scuta quoque aurea, quæ *k* fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, & tradidit ea in manu ducum scutariorum, & eorum, qui excubabant *l* ante ostium domus regis. Cumque ingrederetur rex in domum Domini, *m* portabant ea, qui *n* præeundi habebant officium, & postea reportabant ad armamentarium scutariorum. Reliqua autem sermonum Roboam, & omnia, quæ fecit, ecce scripta sunt in *o* libro sermonum dierum regum Juda. Fuitque bellum inter Roboam, & Jeroboam, cunctis diebus. Dormivitque Roboam cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David. Et regnavit Abia filius ejus pro eo.

CAP. XV.

IGITUR in octavodecimo anno regni Jeroboam filii Nabath, *p* regnavit Abia super Judam. *q* Tribus annis regnavit in Jerusalem: Nomen matris ejus, Maacha, *r* filia Abessalom: Ambulavitque in omnibus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum, nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus. Sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, ut suscitaret filium ejus post eum, & staret in Jerusalem, eo quod fecisset David rectum in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus, quæ præceperat cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Uriæ *s* Hethæi. Attamen bellum fuit inter Abiam, & Jeroboam omni tempore vitæ ejus. Reliqua autem sermonum Abiæ, & omnia, quæ fecit: nonne hæc scripta sunt in *t* libro verborum dierum regum Juda? *u* Fuitque prælium inter Abiam, & Jeroboam. Et dormivit Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in civitate David patris sui, regnavitque Asa filius ejus pro eo. In *x* anno ergo vigesimo

EXPOSITIO CAP. XV.

IGitur in octavodecimo anno, &c. *p* Regnavit] idest regnare cœpit.

q Tribus annis] non integris.

r Filia Abessalom:] Vel Absalon, 2. *Regum* 14. Tamen 2. *Paralipom.* 13. dicitur, quod Michaja mater Abia, fuit filia Uriel de Gabaa. Solutio: Forte iste Absalon non fuit ille David filius, sed alius, qui alio nomine dictus est Uriel. Et hoc videtur velle alia littera, quæ habet, Abessalom. Vel forte ista Maacha fuit filia Absalon naturalis, adoptiva vero filia Uriel.

s Uriæ Hethæi.] In quo homicidium, & adulterium annexa intelliguntur. Sed contra *supr.* 2. *Regum* 19. accusat eum *Gloss.* quia dixit Miphiboseth: Tu, & Siba dividite possessiones. Item alia *Gloss.* dicit eum peccasse, quia mentitus est Abimelech sacerdoti, & attribuit ei interfectionem sacerdotum. Item peccavit in computatione populi, 2. *Regum* 24. (1. *Reg.* 21. 1. *Reg.* 22.) Solutio: Verum est, in his peccavit, & in multis aliis, sed hæc tacuit, quia non sunt ita enormia peccata, sicut hæc de Uria.

t In libro verborum dierum, &c.] idest, in Paralipomenon secundum quosdam. Vel verius in quodam libro, quem nos non habemus.

u Fuitque prælium, &c.] in quodam loco, qui dicitur mons Amorrhæorum. Nec fuit mortuus Abia in hoc prælio, imo contra spem habuit victoriam inæstimabilem. Et de hoc prælio plenius agitur 2. *Paral.* 13.

x In anno ergo vigesimo] Contra. Roboam, & Jeroboam conregnaverunt decem octo annis: Et postea filius Roboam, conregnavit Jeroboam tribus annis, ut dictum est modo: Non ergo vigesimo anno Jeroboam, cœpit regnare Asa, sed vigesimoprimo. Solutio: (2. *Par.* 16.) Dicitur regnasse tribus annis, quia regnavit duobus annis, & quadam parte tertii: in cujus reliqua parte cœpit regnare Asa: Et ita vigesimo anno Jeroboam cœpit regnare. Tales contrarietates (2. *Par.* 14.) sæpe occurrunt. Sed sciendum, quod hujusmodi contrarietas solvitur quatuor modis. Primo, ut vitio scriptoris imputetur, qui in numero

sæpe

Jeroboam regis Israel, regnavit Asa rex Juda, & quadraginta, & uno anno regnavit in Jerusalem. *a* Nomen matris ejus Maacha, filia *b* Absalon. Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, sicut David pater ejus, & abstulit *c* effœminatos de terra, purgavitque universas sordes idolorum, quæ fecerant patres ejus, insuper & Maacham *d* matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in loco ejus, quem consecraverat; Subvertitque specum ejus, & confregit *e* simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron. *f* Excelsa autem non abstulit: Verumtamen cor Asa *g* perfectum erat cum Domino Deo suo, cunctis diebus suis, & intulit ea, quæ sanctificaverat pater suus, & *h* voverat, in domum Domini, argentum, & aurum, & vasa. Bellum autem erat inter Asa, & Baasa regem Israel, cunctis diebus eorum. *i* Ascendit quoque Baasa rex Israel in Judam, & ædificavit *k* Rama, ut non posset quispiam egredi, vel ingredi, de parte Asa regis Judæ. Tollens itaque Asa omne argentum, & aurum, quod *l* remanserat in thesauris domus Domini, & in thesauris domus regiæ, dedit illud in manus servorum suorum, & misit ad Benadab, filium Tabremon, filii Hesion, regem Syriæ, qui habitabat in *m* Damasco, dicens: Fœdus est inter me, & te, & inter patrem meum, & *n* patrem tuum, ideo misi tibi munera, argentum, & aurum, & peto, ut venias, & irritum facias fœdus, quod habes cum Baasa rege Israel, & recedat a me. Acquiescens Benadab regi Asa, misit principes exercitus sui in civitates Israel, & percusserunt Ahion, & Dan, & Abel, Domum Maacha, & universam Cenneroth, omnem, scilicet, terram Nephtalim. Quod cum audisset Baasa, intermisit ædificare Rama, & reversus est in Thersa. Rex autem Asa nuncium misit in omnem Judam, dicens: *o* Nemo sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama, & ligna ejus, quibus *p* ædificaverat Baasa, & extruxit de eisdem rex Asa, Gabaa Benjamin, & Maspha: Reliqua autem omnium sermonum Asa, & universæ fortitudines ejus, & cuncta quæ fecit, & civitates *q* quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Juda? Verumtamen in tempore senectutis suæ doluit pedes, & dormivit cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David patris sui. Regnavitque Josaphat filius ejus pro eo. *r* Nadab vero, filius Jeroboam, regnavit super Israel *s* anno secundo Asa regis Juda. Regnavitque *t* super Israel duobus annis, & fecit, quod malum est in conspectu Domini, & ambulavit in viis *u* patris sui, & in peccatis ejus, quibus peccare fecit Israel. Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de domo Isachar, & percussit eum in Gebethon, quæ est urbs Philistinorum. Siquidem Nadab, & omnis Israel obsidebant Gebbethon. Interfecit igitur illum Baasa in anno tertio Asa regis Juda, & regnavit pro eo. Cumque regnasset, percussit omnem domum Jeroboam. Non dimisit, nec unam quidem animam de semine ejus, donec deleret eum, jux-

sæpe peccant, unum pro alio ponentes, sicut dicit *Hieronym. in prologo super Paralipomenon*. Secundo quia filius aliquando conregnavit patri suo, & scriptura aliquando ponit tantum annos, quibus filius per se regnavit, mortuo patre suo: Aliquando ponit omnes annos, quibus regimen regni habuit, sive patre suo vivente, sive mortuo. Unde idem alicubi pluribus, alicubi paucioribus annis dicitur regnasse. Tertio, quia per synecdochen computantur anni re-

C

gum, ut quando aliquis regnavit duobus annis, & dimidio, dicitur regnasse tribus annis, ut hic. Quarto, quia aliquando vacavit regnum a rege, & aliquando computantur illi anni vacationis cum annis sequentis regis, aliquando non. Et ideo in tali casu invenitur alicubi major numerus, alicubi minor. Quinta etiam modo solvitur,

D

quia quandoque aliquis in principio regnavit bene, & postea male, aliquando computantur omnes anni, quibus regnavit, aliquando tantum illi, quibus bene regnavit. Sicut *supra* 11. dictum est, quod Salomon regnavit quadraginta annis & tamen, ut dicit *Josephus*, regnavit octogin-

E

ta annis. Sed non computantur quadraginta ultimi anni, in quibus prævaricatus est, per hos quinque modos solvuntur omnes contrarietates de annis regum Juda, & Israel.

a Nomen matris] idest, Avia, matris Abiæ, vel forte Abia habuit uxorem, quæ vocata est Maacha sicut mater ejus.

b Absalon.] vel Abessalom.

F

c Effeminatos] cultores, scilicet, Cybeles, illius Deæ.

d Matrem suam] idest, aviam.

e Simulachrum turpissimum,] scilicet Priapi. Hebræi dicunt Asa comminuisse hoc idolum, & pulverem sparsisse in torrentem Cedron: Quod ut palam fieret, ignis procedit ex aqua.

f Excelsa autem] idest, fana, quæ erant in excelsis, quia non potuit, & ideo non peccavit, quod patet per hoc, quod sequitur: Verumtamen cor Asa perfectum erat cum Domino, cum 2. *Paralipomen.* 14. dicatur, quod subvertit altaria peregrini cultus, & excelsa, idest, confregit statuas. Responsio: Quædam subvertit, & quædam non. Unde *eodem* 15. dicitur: Excelsa autem derelicta sunt in Israel.

g Perfectum] quantum ad hoc, quia non fuit idololatra. In multis enim peccavit, ut dicetur infra, quia prophetam quemdam, qui increpabat eum, misit in nervum, & in ægritudine magis confisus est in medicis, quam in Domino.

h Et voverat,] Et pro, idest.

i Ascendit quoque] Transit hic historia regum victoriam, quam habuit contra Æthiopes, qui cum infinita multitudine venerant contra ipsum. Quæ historia latius ponitur 2. *Paralipom.* 14. Anticipat autem liber hic de Baasa.

k Rama,] civitas.

l Quod remanserat] quando Sesac rex Ægypti reliquum asportavit, *supr.* 14.

m In Damasco,] metropoli Syriæ.

n Et patrem tuum,] quasi dicat fœdus sit inter me, & te, sicut fuit inter patrem meum, & patrem tuum.

o Nemo sit excusatus,] quin veniat.

p Ædificaverat] eam.

q Quas extruxit,] ut dicitur 2. *Paralip.* 14.

r Nadab vero, &c.] Post præoccupationem Baasa, redit Auctor ad historiæ seriem, ostendens quomodo Nadab interfecto, successit ei Baasa.

s Anno secundo Asa] Hoc videtur falsum, quia supra dictum est, quod Jeroboam pater ejus regnavit vigintiduobus annis super Israel. Ergo vigesimotertio anno cœpit regnare Nadab filius ejus. Ergo tertio anno Asa cœpit regnare Nadab, non ergo secundo. Solutio: Potest dici, quod ultimo anno Jeroboam cœpit regnare Nadab, & conregnavit patri suo uno anno, & ita cœpit regnare secundo anno Asa. In historiis solvitur per synecdochen. Ubi dicit *Magister*, quod Jeroboam in principio 22. anni regni sui mortuus est, & hic est secundus annus Asa.

2. *Par.* 16.

t Super Israel duobus annis,] idest, uno, & aliqua parte secundi, per synecdochen, sicut de Christo dicitur, quod prædicavit tribus annis, & dimidio; ubi pars dimidii anni vocatur dimidius annus, scilicet, tempus, quod est a nativitate usque ad Pascha. Fit autem synecdoche duobus modis in Sacra Scriptura. Uno modo, quando pars pro toto ponitur, ut dictum est: Secundo, quando totum pro parte, ut *Genes.* 6. Noe cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, cum tamen esset Noe quingentorum duorum annorum, ut dictum est ibi. Hæc duplex pluries occurret in sequentibus, sed hic dicta sufficiant.

u Patris sui,] Jeroboam.

a Locutus

ta verbum Domini, quod *a* locutus fuerat in manu servi sui Ahiæ Silonitis, propter peccata Jeroboam, quæ peccaverat, & quibus peccare fecerat Israel, & propter delictum, quo irritaverat Dominum Deum Israel. Reliqua autem sermonum Nadab, & omnia, quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Fuitque bellum inter Asa, & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum. Anno tertio Asa regis Juda, *b* regnavit Baasa, filius Ahia super omnem Israel in Thersa, *c* vigintiquatuor annis, & fecit malum coram Domino: Ambulavitque in via Jeroboam, & in peccatis ejus, quibus peccare fecit Israel,

C A P. X V I.

FACTUS *d* est autem sermo Domini, ad *e* Jehu filium Anani, contra Baasa, dicens: Pro eo quod exaltavi te de pulvere, & posui ducem super populum meum Israel, tu autem ambulasti in via Jeroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, ut me irritares in peccatis eorum, ecce ego *f* demetam posteriora Baasa, & *g* posteriora domus ejus, & faciam domum tuam, sicut domum Jeroboam filii Nabath. Qui mortuus fuerit de Baasa in civitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in *h* regione, comedent eum volucres coeli. Reliqua autem sermonum Baasa, & quæcumque fecit, & prælia ejus, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Dormivit ergo Baasa cum patribus sui, sepultusque est in Thersa, & regnavit Hela filius ejus pro eo. Cum autem in manu Jehu filii Anani prophetæ, verbum Domini factum esset contra Baasa, & contra domum ejus, & contra omne malum quod fecerat coram Domino, ad irritandum eum in operibus manuum suarum, ut fieret sicut domus Jeroboam, ob hanc causam occidit eum, *i* hoc est Jehu filium Anani prophetam. *k* Anno vigesimosexto Asa regis Juda, regnavit Hela filius Baasa, super Israel in Thersa *l* duobus annis, & rebellavit contra eum servus suus Zambri, dux mediæ partis equitum. Erat autem Hela in Thersa bibens, & temulentus in domo Arsa, præfecti Thersa. Irruens ergo Zambri, percussit, & occidit eum, *m* anno vigesimoseptimo Asa regis Juda, & regnavit pro eo. Cumque regnasset, & sedisset super solium ejus, percussit omnem domum Baasa, & non dereliquit ex ea *n* mingentem ad parietem, & propinquos, & amicos ejus. Delevitque Zambri omnem domum Baasa, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat ad Baasa, in manu Jehu prophetæ, propter universa peccata Baasa, & peccata Hela filii ejus, quia peccaverunt, & peccare fecerunt Israel, provocantes Dominum Deum Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Hela, & omnia, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Anno vigesimoseptimo Asa regis Juda, regnavit Zambri septem diebus in Thersa. *o* Porro exercitus obsidebat Gebbethon, urbem Philisthinorum. Cumque audisset rebellasse Zambri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israel Amri, qui erat princeps militiæ super Israel in die illa in castris. Ascendit ergo Amri, & omnis Israel cum eo de Gebbethon, & obsidebant Thersa. Videns autem Zambri, quod expugnanda esset civitas, ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatis suis, quæ peccaverat faciens malum coram Domino, & ambulavit in via Jeroboam, & in peccato ejus, quo peccare fecit Israel. Reliqua autem sermonum Zambri, & insidiarum ejus, & tyrannidis, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Tunc *p* divisus est populus Israel in duas partes. Media pars populi sequebatur Thebni, filium Gineth, ut constituerent eum regem, & media pars Amri. Prævaluit autem populus, qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni, filium Gineth: Mortuusque est Thebni, & regnavit Amri. *q* Anno trigesimoprimo Asa regis Juda, *r* regnavit Amri super Israel *s* duodecim annis. In Thersa regnavit sex annis: Emitque montem Samariæ a Somer, duobus talentis argenti, & ædificavit eum, & vocavit nomen civitatis, quam extruxerat nomine Somer

a Locutus fuerat] *supr.* 14.
b Regnavit Baasa,] idest, regnare coepit.
c Vigintiquatuor annis,] non tamen completis.

E X P O S I T I O C A P. X V I.

FActus *d* est, &c.] *Gloss.* Mentio hujus Prophetæ in nullo alio loco fit, sed subito introducitur, sicut alii, Unde Abdias dicitur pavisse in speluncis centum Prophetas. Et Elias ait: Prophetas tuos occiderunt *Infr.* 19. Et filii prophetarum leguntur 4. *Reg.* 2. occurrisse Eliseo, quorum alia nulla fit mentio, nulla specialis nominatio.

A

e Ad Jehu] prophetam.

f Demetam] *Gloss.* Demetit Dominus hujus, vel cujuscumque iniqui posteriora, cum peccata post finem vitæ ulciscitur. Demetit & posteriora domus ejus, cum imitatorem æternis cruciatibus damnat. Quicumque ergo usque ad finem vitæ in pravis operibus perseverat, posteriora illius demetentur.

B

C

g Et posteriora] quasi dicat: destruam regnum ejus, ita quod non consurget.

h In regione,] idest, in agro. Simile *Jacob* 5. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, idest, agros vestros. Item *Joan.* 4. Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt ad messem, idest, agros.

Sup. 14. & *Infr.* 21.

D

i Hoc est, &c.] Hunc eundem Jehu, vel ut quidam volunt Anani patrem Jehu, misit in nervum Asa rex Juda, quia arguebat eum, quod relicto Domino, spem posuisset in rege Syriæ. Propter hoc ipse Asa in tempore senectutis suæ doluit pedes.

2. *Par.* 16.

E

k Anno vigesimo sexto Asa] Imo 28. quia Nadab cepit regnare secundo anno regni Asa, & duobus annis regnavit, & sunt quatuor anni, & Baasa regnavit 24. annis, & ita sunt 28. anni. Solut. Ut supra dictum est, potest esse, quod ultimo anno Baasa, antequam esset mortuus, cepit regnare Hela. Et ita verum est, quod 26. anno Asa, cepit regnare Hela, vel aliter, & melius: Nadab regnavit uno anno, & parte secundi, & in reliqua parte cepit regnare Baasa. Et ita unus annus pro duobus computatur, unde patet, quod 26. anno tantum coepit regnare Hela.

l Duobus annis,] non tamen completis.

m Anno vigesimo septimo, &c.] Imo 28. quia Hela coepit regnare 26. anno Asa, & duobus annis regnavit. Solut. Per synecdochen. Vel Hela conregnavit patri suo aliquantulum.

n Mingentem] idest, canem, vel infirmum.

o Porro exercitus] Israel.

p Tunc divisus] mortuo Zambri.

q Anno trigesimoprimo] Contra, Hela interfectus est 27. anno Asa, & statim factus est rex Amri, ut dictum est modo, ergo Amri coepit regnare vigesimoseptimo anno Asa. Solut. Verum est, quod Amri cepit regnare vigesimoseptimo anno Asa, sed tribus annis, & plus fuit divisus populus, & quædam pars sequebatur Amri, quædam pars Thebim, nec regnavit in pace super omnem Israel, & ideo tunc dicitur incepisse regnare.

r Regnavit Amri] In pace, & plenarie.

s Duodecim] a prima electione sua. Cum Thebim enim regnavit tribus annis, & sex in Thersa, alios tres annos regnavit in Mareon civitate quadam, quæ erat in monte, quam Amri emit a Somer, & reparavit eam. Et imposuit ei nomen Samareon, quasi a Somer, & Mareon, quæ

Græce

Græce postea dicta est Samaria, & nunc dicitur Sebaste, ubi ossa B. Joannis Baptistæ quiescunt: In ea posuit Amri Sedem regni, quæ prius fuit in Thersa.
a Montem Domini] idest, in montem Somer, qui scilicet prius fuit Dominus illius montis.

pturas, in quibus putatis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ perhibent testimonium de me. In hac quasi in domo habitat Deus. Unde *Proverb.* 9. Sapientia ædificavit sibi domum, & excidit columnas septem, scilicet septem dona Spiritus Sancti, quæ manentibus in hac domo fide, & opere infunduntur.

b Achab] *Gloss.* differentia. Rex Israel per rex Juda per x. scribitur.
c Regnavit] idest regnare cœpit.
d Anno trigesimo octavo] Contra: Amri regnavit duodecim annis: & cœpit regnare trigesimoprimo anno Asa, ergo cœpit regnare quadragesimotertio: Asa vero non regnavit nisi quadragesimoprimo anno, & ita Asa mortuus erat, quando Achab regnare cœpit. Et ita dicit *Josephus*, quod jam regnante Josaphat filio Asa, cœpit regnare Achab. Sed melius patet solutio per prædicta, quia debet fieri comparatio a prima electione Amri, idest, a 27. anno Asa, & tunc invenies tot annos, ut dicitur hic. Quod enim supra dictum est, quod Amri regnare cœpit trigesimoprimo anno Asa, intelligitur, in pace, & plenarie, ut dictum est.
e Et duobus annis] Tamen *Josephus* dicit: Viginti annis, & duobus mensibus.
f Uxorem Jezabel,] In hoc enim fecit contra legem *Deuter.* 7. quæ prohibet ducere alienigenas.
g Jericho,] quam everterat *Josue cap* 6. Et imprecatus fuerat ei, qui reædificaret eam. *h* Primitivo suo fundavit] *Gloss.* idest, cum conditor Jericho fundamenta poneret, primogenitus ejus nomine Abiram mortuus est: Cum portas muniret, Segub filium suum novissimum amisit, juxta imprecationem *Josue cap.* 6. *i* Locutus] *Josue* 6.

a montem Domini Samariæ. Fecit autem Amri malum in conspectu Domini, & operatus est nequiter super omnes, qui fuerunt ante eum: Ambulavitque in omni via Jeroboam, filii Nabath, & in peccatis ejus, quibus peccare fecerat Israel, ut irritaret Dominum Deum Israel, in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Amri, & prælia ejus, quæ gessit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Dormivitque Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria, regnavitque Achab filius ejus pro eo. *b* Achab vero filius Amri *c* regnavit super Israel *d* anno trigesimooctavo Asa Regis Juda. Et regnavit Achab filius Amri super Israel in Samaria, viginti & *e* duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini, super omnes, qui fuerunt ante eum: Nec sufficiebat ei, ut ambularet in peccatis Jeroboam filii Nabath, insuper duxit *f* uxorem Jezabel filiam Ethbaal, Regis Sidoniorum, & abiit, & servivit Baal, & adoravit eum, & posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificaverat in Samaria, & plantavit lucum. Et addidit Achab in opere suo irritans Dominum Deum Israel super omnes Reges Israel, qui fuerunt ante eum. In diebus ejus ædificavit Hiel de Bethel, *g* Jericho. In Abiam *h* primitivo suo fundavit eam, & in Segub novissimo suo posuit portas ejus, juxta verbum Domini, quod *i* locutus fuerat in manu Josue, filii Nun.

CAP. XVII.

ET *k* dixit Elias Thesbites *l* de habitatoribus Galaad, ad Achab: *m* Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu *n* sto, si *o* erit annis his *p* ros, & *q* pluvia, nisi juxta *r* oris mei verba. Et factum est *s* verbum Domini *t* ad eum dicens: *u* Recede hinc, & *x* vade contra Orientem, &

m Vivit Dominus, &c.] quia Christus semper præsens est patri. Unde *Joan.* 8. Qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum. Stare autem dicitur Christus, in quantum Deus: Ire autem vel transire, & hujusmodi in quantum homo. Ibi immutabilitas deitatis exprimitur. In his, mutabilitas nostræ humanitatis, quam propter nos assumpsit. Unde *Luc* 18. Stans autem Jesus, jussit eum venire ad se, scilicet cæcum. Ibi *Gloss.* Jesus cæcum transiens audit, stans illuminat, quia per humanitatem suam nostræ cæcitatis vocibus compatitur: Sed per potentiam deitatis, lumen nobis gratiæ infundit.

4. *Reg.* 10. *Jos.* 6. *Infr.* 18. *Jac.* 5.

p Ros,] gratiæ.
q Pluvia,] doctrinæ.
r Oris mei verba,] *Isai.* 26. Ros lucis, ros tuus. *Job* 38. Quis est pater pluviæ, aut quis genuit stillas roris? *Jerem.* 5. Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & serotinam in tempore suo, idest, gratiam in præsenti, & gloriam in vespera hujus vitæ. Unde *Psal.* 83 Gratiam, & gloriam dabit Dominus. *s* Verbum Domini] idest, patris.
t Ad eum] idest, ad Christum.
u Recede hinc, &c.] quasi dicat transi de Judæis ad gentes illuminandas. Unde *Isai.* 61. Spiritus Domini super me, &c. Ecce factum est verbum Domini ad eum: Ad annunciandum pauperibus misit me: Hoc est, quod dicitur hic: Vade contra Orientem?

EXPOSITIO CAP. XVII.

ET *k* dixit Elias Thesbites] *Gloss.* Thebæ, vel Thesba, unde Elias Thesbites dicitur, civitas est Galaaditis regionis. Tres sunt Thebæ: Una in Græcia, a qua Thebani. Alia in Ægypto a qua Thebæi, unde fuit Beatus Mauritius cum legione sua. Alia in Judæa, a qua Thesbitæ, & de hac fuit Elias. *m* Vivit Dominus] Species est juramenti. *n* Sto,] *Gloss.* In conspectu Domini stat justus modo, stabit & in futuro. Modo, ut creatoris potentiam, ad sensum reducat, & sic fideliter vivat. In futuro, ut veraciter coronam vitæ accipiat. *o* Si erit] idest, non erit, vel aposiopisis, quasi dicat de cetero non credatur verbis meis, si erit &c.

(al. Thebe. Thebes. Theba.)

Ω *a* In torrente

Allegorice. *k* Et dixit. Elias Thesbites] Elias interpretatur Deus meus. Thesbites, convertens, vel captivans: Et significat Christum, qui vere Deus est, & qui quosdam captivat in gehennam, quosdam convertit ad penitentiam. Unde de ipso dixit Simeon *Luc.* 2. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum. Illis in ruinam, quos merito suorum peccatorum captivat per pœnam. Istis in resurrectionem, quos per gratiam convertit a culpa. Vel eosdem convertit, & captivat. Convertit quidem a culpa per gratiam, & captivat, hic quidem per pœnitentiam, tandem per gloriam. De conversione, & prima captivitate dicitur in *Psal.* 125. Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro. De secunda captivitate dicitur in *Psal.* 67. Ascendens Christus in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. (*Eph.* 4.) *l* De habitatoribus, &c.] Galaad, interpretatur acervus testimonii, & significat Ecclesiam, vel Sacram Scripturam, quæ Christum testificatur verum Deum, & verum hominem, unde *Joan.* 5. Scrutamini Scri-

Ω *a* Abscondere

Moraliter. *k* Et dixit Elias, &c.] Elias Thesbites, est quilibet vir claustralis, qui ad Deum conversus, seipsum captivavit in claustro. De quo dicit *Psal* 125. In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus, sicut consolati. Sicut consolati, dicit, quia consolatio in præsenti non est vera consolatio, sed quædam consolationis similitudo. Hic est de habitatoribus Galaad, quia mens, & vita claustralium tota debet esse in testimoniis Scripturarum, ut vere possint dicere cum *Psalmista*: Testimonia tua, meditatio mea est, & consilium meum justificationes tuæ. Hic stat in conspectu Domini, quia non sequitur fluxum mundi, sed vacans contemplationi, sedet cum Maria ad pedes Domini, audiens verbum illius. (*Luc.* 10.) Ad verbum hujus Eliæ ros, & pluvia descendit, quia ad orationes Claustralium multis infunditur divina gratia, & etiam intelligentia Scripturarum. Ideo dicit *Jacob* 5. Multum valet deprecatio justi assidua. Huic dicit Dominus: *u* Recede hinc,] idest, de mundo. *Jer.* 50. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum: Egredimini, & estote quasi hœdi ante gregem. *Isa.* 52. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio ejus. Nota, bis dicit, recedite, & bis dicit, exite. *x* Vade contra Orientem,] idest, ad Orientem, idest, ad Christum. *Zachar.* 6. Ecce vir oriens nomen ejus. Sed dicit: Ubi est Christus, & qua via itur ad Christum, & quo duce? Responsio: Christus est in cœlo. *Actor.* 7. Ecce inquit Stephanus, video cœlos apertos, & Jesum stantem a dextris Dei. *Ps.* 10. Dominus, in cœlo sedes ejus. *Isai.* 66. Cœlum sedes mea dicit Dominus. Via ad Christum est pœnitentia. *Marc.* 8. Deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Dux est spiritus. *Ps.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

* *a* Abscondere

a abscondere in torrente b Carith, c qui est contra Jordanem, & ibi d de torrente bibes, e corvisque præcepi, ut pascant te ibi. Abiit ergo, & fecit juxta verbum Domini. Cumque abiisset, sedit in f torrente Carith, qui est contra Jordanem. g Corvi quoque deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panem, & carnes vesperi, & bibebat de torrente. Post dies autem aliquot siccatus est h torrens: Non enim pluerat super terram. Factum est igitur sermo Domini ad eum, dicens: Surge, & vade in i Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi: Præcepi k enim ibi mulieri viduę, ut pascat te. Surrexit, & abiit in Sarepta. Cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & l vocavit eam, dixitque ei: m Da mihi paululum aquæ in n vase, ut bibam. Cumque illa pergeret, ut afferret, clamavit post tergum ejus, dicens: Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit: Vivit Dominus Deus tuus, quia non o habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in p hydria, & paululum olei in lecyto. En q colligo duo ligna, ut ingrediat, & r faciam illud mihi, & filio meo, ut comedamus, & ſ moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac, sicut dixisti: Verumtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum, & affer ad me, tibi autem, & filio tuo facies postea. Hæc t autem dicit Dominus Deus Israel: u Hydria farinæ non deficiet, nec x lecytus olei minuetur, usque ad diem in qua daturus est Dominus pluviam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit juxta verbum Eliæ, & comedit ipse, & illa, & domus

Allegorice. Ω a Abscondere in torrente] Iste torrens significat Passionem Christi, quæ sordes peccatorum mundat, & cito transit *Psal.* 109. De torrente in via, idest, in transitu, bibit, propterea exaltavit caput. Item in passione abscondita fuit potestas Christi, sicut torrens. *Apocal.* 1. Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Unde in signum hujus Sol tunc subtraxit splendorem suum, & radios. *Luc.* 23. *Habacuc.* 3. ibi, idest, in cruce, abscondita est fortitudo ejus, *Isai.* 45. Vere tu es Deus absconditus, &c.

b Carith,] Quod sine h, interpretatur occurrens signum, sed cum h interpretatur cognitio, vel concisio, vel divisio, Torrens Carith, Christi est Passio, quia per Passionem ejus cognovimus, quantum dilexit nos, qui cum peccatores essemus, pro nobis mortuus est, ut dicitur *Rom.* 5. Item *Joan.* 15. Majorem hac dilectionem, &c. Item per passionem Christi concisa sunt membra diaboli, & conversa ad fidem. *Job* 40. Concedent eum amici, divident illum negotiatores. Item per Passionem Christi facta est divisio tenebrarum, quæ erant super faciem abyssi, idest, super corda hominum, & apparuit veritas spiritualis intelligentiæ, quæ usque tunc latuerat, sub tenebris figurarum in cujus signum scissum est velum templi. *Matth.* 27. Item Passio Christi, est signum occurrens, quia signo Crucis occurritur omni malo. Unde & nos dicimus. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos, Deus noster. c Qui est contra Jordanem,] Illud contra, non adversitatem, sed localem oppositionem significat: Sicut ibi: Et peccatum meum contra me est semper, idest, coram me. *Psalm.* 50. Jordanis interpretatur humilis descensus. Torrens ergo est contra Jordanem, quia Christus per humilitatem venit ad Passionem, *Philipp.* 2. Humiliavit semetipsum, &c.

d Ibi de torrente bibes,] De torrente bibit Dominus, quia calice Passionis potatus, sitim nostræ concupiscentiæ temperavit.

e Corvisque, &c.] Corvi, sunt peccatores, nigri per vitia, qui paverunt Christum in Cruce absconditum, quando in eum crediderunt. Mane offerunt panes, idest, fidem Incarnationis, Passionis. Vespere carnes, idest, spem gloriæ resurrectionis.

Moraliter. a Abscondere in torrente Carith,] idest, in claustro relicta mundi pompa, & tumultu, *Isai.* 32. Erit vir, sicut qui absconditur a vento, & celat se a tempestate, & sicut rivi aquarum in siti, & sicut umbra petrę prominentis in terra deserta; qui enim ad solitudinem claustri confugit, a vento arrogantiæ se abscondit, rivus aquarum efficitur, quia fluentis gratiarum exuberat, ita ut sitis vitiorum in ipso extinguatur, & sicut umbra petræ, idest, efficitur imitator Christi, quia sicut petra, prominens in deserto, dat refrigerium laborantibus in vita præsenti. *Matth.* 11. Venite ad me, &c.

b Carith, &c.] Torrens Carith, est contra Jordanem, quia labor claustralium respicit Christi humilitatem. Ideo enim se humiliter affligunt claustrales, quia jugiter recordantur, quod Christus pro ipsis humiliter subiit Passionem Crucis.

d Ibi de torrente] Hic notatur delectatio spiritualis, quæ valde necessaria est claustrali, contra acediam. Dicitur ergo claustrali cuilibet: Abscondere, contra superbiam: Bibes, contra acediam. Hæc enim duo vitia, pestifera sunt in religione.

e Corvisque præcepi,] Hic tollitur a claustralibus solicitudo temporalis vitæ. Unde Dominus *Matth.* 6. Dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, aut corpori vestro, quid induamini. Corvi, sunt sæculares, qui de eleemosynis suis præcipiuntur a Domino pascere claustrales.

g Corvi quoque deferebant, &c.] Per panem, qui est communis refectio, significantur opera præceptorum. Per carnes, supererogatio consiliorum, quæ corvi deferunt ad Eliam, cum sæculares habitum religionis assumunt. Et hoc mane, & vespere, idest, & in juventute, & in senectute, vel per mane initium religionis, per vesperam perseverantia significatur.

i Surge, &c.] Sarepta, interpretatur angustia panis, vel incendium, & significat mundum, in quo est panis angustia, idest, inopia verbi Dei, & incendium vitiorum, ubi pauperes, & egeni quærunt aquas doctrinæ, & panem verbi Dei, & non est, qui porrigat. *Isai.* 41. egeni, & pauperes quærunt aquas, & non sunt; lingua eorum siti aruit. Item *Thren.* 3. Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti, parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.

Mystice. m Da mihi, &c.] Elias, Christus, mulier, quælibet fidelis anima. Primo Dominus petit aquam, per quam minora opera significantur. Deinde panem, qui difficile masticatur, idest, majora opera. Primo vocat Dominus ad impletionem præceptorum, deinde invitat ad supererogationem consiliorum. Hæc enim, idest, impletio mandatorum, & supererogatio consiliorum, sunt duo minuta, quæ mulier misit in gazophylacium Domini. *Luc.* 21.

n In vase,] idest, in corde debet aqua afferri, ut ex devotione cordis procedat labor operationis. o Non habeo panem, &c.] Farina, verbum Dei est; pugillus, significat opus. Bene ergo dicitur, quantum pugillus capere potest, quia quantum quis recipit de verbo Domini, tantum debet opera sociare. Hydria, vas est aquaticum. Farina in hydria, subtilitas Sacræ Scripturæ, sub utilitate verborum. Non enim quærit ornari sapientia phaleris verborum, sed veritate expositionis. 1. *Cor.* 2. Ego cum venissem ad vos fratres, non veni in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, &c. q En colligo, &c.] Duo ligna, significant crucem Christi, quæ ex duobus lignis fuit principaliter. Unde *Josue* 8. legitur secundum Septuaginta, quod rex Hai suspensus est in ligno gemino, idest, diabolus in Cruce, ligna ergo colligere, est Passionis Domini circumstantias animo pertractare. Unde sponsa *Cant.* 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

Ω f In torrente, &c.] idest, juxta torrentem, propter siccitatem imminentem. Iste torrens idem est, quod torrens Cison.

h Torrens:] *Gloss.* Torrens dicitur, eo quod torreatur, idest exsiccetur. Siccatio torrentis abolitio est legis.

i In Sarepta] Sarepta, civitas est modica inter Tyrum, & Sidonem. Silva etiam juxta urbem dicebatur Sarepta.

k Præcepi] idest, dedi ei, unde pascat. Vel præcepi, idest, inspiravi; vel charitas, quam Dominus dedit mulieri, præceptum ejus dicitur.

l Vocavit] Quia cognovit eam in spiritu.

p In Hydria, &c.] Hydria, est vas aquaticum. Lecytus, vas est olei.

r Faciam illud mihi,] scilicet modicum farinæ faciam mihi, idest, ex eo faciam mihi panem.

ſ Et moriamur,] fame, quasi dicat, cum comederimus illud, nihil restat, nisi ut moriamur, quia nihil aliud habemus. t Hæc autem] Autem, idest, quia.

u Hydria farinæ] idest, farina hydriæ. x Lecytus

Ω olei,]

ejus. Et ex illa hydria farinæ non defecit, & lecytus olei non est imminutus, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. Factum est autem post verba hæc, ægrotavit filius mulieris matris familias, & erat *a* languor fortissimus, ita ut non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam: Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingressus es ad me, ut *b* rememorarentur iniquitates meæ, & *c* interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias: Da mihi filium tuum. *d* Tulitque eum de sinu *e* ejus, & portavit in *f* cœnaculum, ubi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, & clamavit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus, *g* etiam ne viduam, apud quam ego utcumque sustentor, *h* afflixisti, ut interficeres filium ejus? Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, clamavitque ad Dominum, & ait: Domine Deus meus, revertatur obsecro anima pueri hujus in viscera ejus. Et exaudivit Dominus vocem Eliæ, & reversa est anima pueri intra eum, & revixit. Tulitque Elias puerum, & deposuit eum *i* de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi: En vivit filius tuus. Dixitque mulier ad Eliam: Nunc in k isto *l* cognovi, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

C A P. XVIII.

POST *m* dies multos verbum Domini factum ad Eliam in *n* anno tertio, dicens: *o* Vade, & ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ. Ivit Elias, ut ostenderet se Achab. *p* Erat autem fames vehemens in Samaria. Vocavitque Achab Abdiam, dispensatorem domus suæ. Abdias autem *q* timebat Dominum Deum valde. Nam cum interficeret Jezabel Prophetas Domini, tulit ille centum Prophetas, & abscondit eos, quinquagenos, & quinquagenos in *r* speluncis, & pavit eos pane, & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam: Vade in terram ad universos fontes aquarum, & in cunctas valles, si forte possimus invenire herbam, & salvare equos, & mulos, & non penitus jumenta intereant. *f* Diviseruntque sibi regiones, ut circuirent eas. Achab ibat per viam unam, & Abdias per viam alteram seorsum: Cumque esset Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cum cognovisset eum, cecidit super faciem suam, & ait: Num tu es, domine mi Elias? Cui ille respondit? Ego: Vade, & dic domino tuo: Adest Elias. Et ille: Quid peccavi, inquit, quoniam *t* tradis me servum tuum in manus Achab, ut interficiat me? Vivit Dominus Deus tuus, non est gens, aut regnum quo non miserit dominus meus *u* te requirens: Et respondentibus cunctis, non est hic, *x* adjuravit regna singula, & gentes, eo quod minime repereris, & nunc tu dicis mihi, vade & dic domino tuo, adest Elias? Cumque recessero a te, spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro, & ingressus nunciabo Achab, & non inveniens te, interficiet me: Servus autem tuus timet Dominum ab infantia sua. *y* Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim, cum interficeret Jezabel Prophetas Domini, quod absconderim de Prophetis Domini centum viros, quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & *z* paverim eos *a* pane, & aqua, & nunc tu dicis, vade, & dic domino tuo, adest Elias, ut interficiat me? Et dixit Elias: Vivit Dominus exercituum, ante cujus vultum sto, quia hodie apparebo ei. Abiit ergo *b* Abdias in occursum Achab, & indicavit ei. Venitque Achab in occursum Eliæ, & cum vidisset eum, ait: Tu ne es ille, qui conturbas Israel? Et ille ait: Non ego turbavi Israel, sed tu & domus patris tui, *c* qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Verumtamen nunc mitte, & congrega ad me universum Israel in montem Carmeli, & Prophetas Baal quadringentos quinquaginta, *d* Prophetasque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa *e* Jezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregavit Prophetas

Ω olei,] idest, oleum lecyti.

a Languor fortissimus,] Languor dicitur, quasi longus angor. Hic autem pro dolore vehementi accipitur, & improprie, quia non fuit longus, sed brevis languor.

D

b Ut rememorarentur] Putavit mulier, ut propter sanctitatem Eliæ habitantis cum ea, magis displiceret Deo, indignam se reputans habitare cum Propheta Domini. Simile *Luc.* 5. dixit Petrus: Exi a me, Domine, quia homo peccator sum; quasi dicat, non sum dignus habitare tecum. Est ergo sensus: Ut rememorarentur iniquitates meæ, idest, magis apparerent in comparatione æquitatis tuæ, quia contraria juxta se posita magis elucescunt.

V

c Et interficeres] idest, filius meus interficeretur propter te. Vel hoc dixit, quia Elias precibus potuit occurrere morti pueri, & non fecit.

d Tulitque] scilicet Elias.

e Ejus,] idest, mulieris.

B

f In cœnaculum,] superius extra turbam.

g Etiam ne, &c.] Interrogatio est.

h Afflixisti, &c.] Non ideo mortuus erat puer, ut affligeretur mulier, sed ut Propheta Domini, & Dominus in Propheta glorificaretur, sicut de cæco nato dicitur. *Joann.* 9.

i De cœnaculo] superiori.

C

k Nunc in isto] scilicet facto, sive in hac re.

l Cognovi,] perfectius, quam ante.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

POst *m* multos] scilicet post tres annos, & sex menses, ut dicitur *Jacob* 5. In hoc capitulo de ostensione Eliæ ad Achab, & nece sacerdotum Baal quos Elias trucidavit, agitur.

D

n Anno tertio,] idest, post annum tertium, & sex menses.

o Vade, ostende, &c.] Sed nonne poterat Dominus dare sine hac ostensione. Poterat quidem, sed noluit, quod verum esset, quod dixerat Elias.

p Erat autem fames] Cujus etiam *Menander historiographus Gentilis* meminit in gestis Sidoniorum.

q Timebat] timore filiali.

r In speluncis,] In duabus speluncis abscondebat centum, in utraque quinquaginta, propter quod postea repletus est spiritu prophetico.

f Diviseruntque sibi] scilicet Achab, & Abdias.

t Tradis me] idest, vis, ut nunciem Achab te adesse, & cum non invenerit te, interficiet me?

u Te requirens:] ad mortem.

x Adjuravit regna] idest, jurare fecit, quod non esses ibi. Vel fecit jurare, si invenirent te, quod detinerent te, & nunciarent ei.

y Nunquid non indicatum est] Ostendit, quod timeat Deum.

z Et paverim eos] Bona, quæ fecerat, retractat Abdias, non jactanter, sed ut prophetam ad misericordiam flectat. Simile *Isai.* 38. ubi dixit Ezechias: Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, quod bonum est in oculis tuis fecerim. Hoc dicebat, ut flecteret Deum ad misericordiam, & seipsum excitaret ad majorem devotionem.

a Pane,] idest, necessariis ad vitam, quę nomine panis, & aquæ accipiuntur. Unde *Eccl.* 29. Initium vitæ hominis, aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem.

b Abiit ergo] *Gloss.* Iste fuit vir illius mulieris, quę oleum in lecyto, unde miraculum factum est, habebat, propter debitum, unde pavit centum Prophetas, urgebatur vendere filium. 4. *Regum* 4. mortuus enim erat pater ejus.

c Qui dereliquistis] Audacter increpat eum. Sic Joannes Baptista audacter increpavit Herodem, propter quod dictus est venisse in spiritu, & virtute Eliæ. *Marc.* 6. *Luc.* 1.

d Prophetasque lucorum] Prophetæ Baal minores erant, Prophetæ lucorum principaliores.

e Jezabel,] uxoris tuæ.

a Claudi-

in montem Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populum Israel ait: Usquequo *a* claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: Si autem Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursum Elias ad populum: Ego remansi Propheta Domini *b* solus, Prophetæ autem Baal quadringenti, & quinquaginta, Prophetæ autem lucorum quadringenti viri sunt. Dentur *c* nobis duo boves, & illi eligant bovem unum, & in frusta cædentes ponant super ligna, ignem autem non supponant: Et *d* ego faciam bovem alterum, & imponam super ligna, ignemque non supponam: Invocate nomina deorum vestrorum, & ego invocabo nomen Dei mei, & Deus qui exaudierit per ignem, *e* ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: Optima propositio, quam locutus est Elias. Dixit ergo Elias Prophetis Baal? Eligite vobis bovem unum, & facite primi, quia vos plures estis, & invocate nomina vestrorum Deorum, ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, fecerunt, & invocabant nomen Baal, de mane usque ad meridiem, dicentes: Baal *f* exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet. *g* Transiliebantque altare quod fecerant. Cumque esset jam meridies, illudebat eis Elias, dicens: Clamate voce majore: *h* Deus enim est, & *i* forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe *k* dormit, ut excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se juxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies, & illis *l* prophetantibus, venerat tempus, quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, neque aliquis respondebat, nec attendebat orantes, dixit Elias omni populo: Venite ad me. Et accedente ad se populo: *m* curavit altare Domini, quod destructum fuerat, & tulit duodecim lapides juxta numerum Tribuum filiorum Jacob, ad quem factus est sermo Domini dicens: *n* Israel erit nomen tuum, & *o* ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini. Fecitque aquæ ductum quasi per *p* duas aratiunculas in circuitu altaris, & composuit ligna, divisitque per membra bovem, & posuit super ligna, & ait: Implete quatuor hydrias aqua, fundite super holocaustum, & super ligna. Rursumque dixit: Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent & secundo: ait: Etiam tertio idipsum facite. Feceruntque & tertio, & currebant aquæ circa altare, & *q* fossa aquæductus repleta est. Cumque jam tempus esset, ut offerretur holocaustum, accedens Elias Propheta, *r* ait: Domine Deus Abrahaam, Isaac, & Israel, *s* ostende hodie, quia tu es Deus Israel, & ego servus tuus, & juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me, Domine, exaudi me, ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, & *t* tu convertisti corda eorum *u* iterum. Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocaustum, & ligna, & lapides, pulverem quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu, lambens. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus. Dixitque Elias ad eos: Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis. Quos cum comprehendissent duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos. Et ibi ait Elias ad Achab: Ascende, comede, & bibe, quia sonus multæ *x* pluviæ est. Ascendit Achab, ut comederet, & biberet: Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum: Ascende, & *y* prospice contra mare. Qui cum ascendisset, & contemplatus esset, ait: Non *z* est quicquam. Et rursum *z* ait illi: Revertere septem vicibus. In *a* septima autem vice: *b* Ecce nubecula parva quasi *c* vestigium hominis *d* ascendebat de mari. *e* Qui ait, Ascende, & dic Achab: Junge currum tuum, & *f* descendes, ne occupet te pluvia. Cumque se verterent huc, atque illuc, ecce cœli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluvia grandis. Ascendens itaque Achab, abiit in *g* Jezrael, & *h* manus Domini facta est super Eliam, accinctusque lumbis, currebat ante Achab, donec veniret in Jezrael.

a Claudicatis] quandoque Deo, quandoque idolis adhærentes.
b Solus,] Ita credebat. Sed nonne dixerat ei Abdias, quod absconderat centum prophetas, & paverat. Responsio: Nondum constabat ei. Vel hoc dixit, quia ibi solus erat propheta Domini.
40. dist. c. fin.
c Nobis] idest, mihi, & illis.
E
d Et ego, &c.] idest, similiter concidam in frusta, & ponam super ligna, sine igne.
e Ipse sit] idest, pro Deo habeatur.
f Exaudi, &c.] idest, ostende hoc per dationem ignis.
g Transiliebantque] idest, lanceolis se perfodiebant juxta pectus suum, ut sanguine proprio perfunderentur: Dæmones enim plurimum delectabantur oblatione sanguinis humani.
h Deus enim] Et ideo si altius clamaveritis, exaudiet vos. Vel sic Deus vester est, & ideo multa habet ad faciendum, idcirco vobis non intendit, unde subjungit.
F
i Aut forsitan, &c.] idest in loco secreto, ad purgandum ventrem.
k Dormit,] clamate inquam, [ut excitetur.]
l Prophetantibus,] idest ministerio suo vacantibus.
m Curavit, &c.] idest, destruxit altare illorum, & mundavit locum, ut ibi faceret altare novum Domino.
n Israel, &c.] *Genes.* 32.
o Et ædificavit] Elias scilicet.
G
p Per duas, &c.] idest, per duas fossas, ut fossæ illæ reciperent aquas, quibus hostia lavabatur.
q Et fossa] Fossam vocat, quod prius aratiunculas, ab arando. Et hæc fecit Elias, ne forte putaretur arte magica de visceribus terræ suscitasse ignem. Vel ideo, ut majus miraculum omnibus appareret, cum hostiam toties perfusam, ignis de sublimi veniens incenderet.
r Ait:] in auribus populi.
s Ostende] per miraculum.
t Et tu] Repete. Et ut discat, quia tu convertisti cor eorum, idest, miraculum fecisti, unde converti debuerunt, & dicit:
u Iterum,] quia in Ægypto prius converterat.
x Pluviæ] idest, imminet.
y Prospice] si ascendat nubes, erat enim aer serenissimus.
z Non est] idest, nulla nubes apparet.
z Qui ait, Elias] scil. ait puero suo.
Moraliter.
b Ecce] In nubecula. Beata Virgo significatur, vel humanitas Christi parva per humilitatem, levis, i. sine pondere peccati. *Isai.* 29. Ascendet Dominus super nubem levem, &c.
c Quasi, &c.] quia quicquid est hominis, habuit Christus, præter ignorantiam, & peccatum.
s. q. t. cum Scriptura.
d Ascendebat de mundo, scilicet, qui dicitur mare, quia tumet per superbiam, spumat per luxuriam, fervet per iracundiam, nubilum est per tristitiam, omnia flumina in se recipit per avaritiam, major piscis ibi majorem devorat, per rapinam mortuos ejicit, vivos attrahit, per invidiam, quæ semper mala aliorum revelat, & bona celat.
a In septima] quia septiformis gratiæ spiritu repletus, ascendit Christus. *Isai.* 4. In die illa apprehendent septem mulieres virum unum, vel septem vices sunt septem sigilla, quæ solvit leo de Tribu Juda. *Apocal.* 5. Sunt autem hæc Nativitas, Circumcisio, Baptismus, Mors, Descensus ad inferos, Resurrectio, Ascensio. Post Ascensionem venit pluvia Spiritus Sancti. De qua *Psal.* 67. Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ.
s. qu. 4. §. Peccato quoque plebis.
f Et descendes,] de monte in civitatem.
g Jezrael,] civitas.
h Manus Domini] idest, fortitudinem dedit ei tantam, ut pede præcederet equites in civitatem.

EXPO-

CAP. XIX.

NUNCIAVIT *a* autem Achab Jezabel omnia, quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset universos Prophetas Baal gladio. Misitque Jezabel nuncium ad Eliam dicens: Hæc mihi faciant Dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, *b* sicut animam unius ex illis. *c* Timuit ergo Elias, & surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas: *d* Venitque in Bersabee Juda, & dimisit ibi *e* puerum suum, & perrexit in *f* desertum *g* viam unius diei. Cumque venisset, & sederet subter unam *g* juniperum, *i* petivit animæ suæ, ut moreretur, & ait: *k* Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam: Neque enim *l* melior sum quam patres mei. *m* Projecitque se, & *n* obdormivit in *o* umbra juniperi. Et *p* ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. *q* Respexit, & *r* ecce ad caput suum subcinericius panis, & *ſ* vas aquæ. *t* Comedit ergo, & bibit, & rursum obdormivit. Reversusque est Angelus Domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi: *u* Surge, comede: Grandis *x* enim

EXPOSITIO CAP. XIX.

NUnciavit *a* Achab] In hoc capitulo agitur de fuga Eliæ in Horeb, & vocatione Elisæi.

b Sicut animam] idest, nisi occidero te, sicut tu occidisti illos. Nota *Gloss.* Sancti viri sublevante spi- A ritu, ad summa rapiuntur, quamdiu vero in hac vita, ne superbiant, tentationibus reprimuntur. Hinc est, quod Elias cum tot virtutibus pro- 4. *Reg.* 6. fecisset, Jezabel postmodum quamvis reginam, tamen mulierculam fugit. Et qui suscitabat mortuos, ventura præviderat, alia quoque præclara faciebat, timore percussus de manu mulieris mortem fugit, de manu Dei mortem petiit, nec accepit. In virtutibus Eliæ potentia Dei pollebat, in infirmitatibus suis, quid de se poterat, agnoscebat. Ibi ostendebat, quod acceperat; hic quod acceperat, custodiebat. In miraculis monstrabatur, in infirmitatibus conservabatur.

e Puerum suum,] scilicet, Jonam, ut dicunt.

b Juniperum,] *Job* 30. Radix juniperorum erat cibus eorum. *i* Petivit animæ suæ,] ex tædio, non ex desiderio: Cupiens dissolvi, & esse cum Christo, ut Paulus. *Phil.* 1.

k Sufficit mihi, Domine,] idest, satis diu vixi.

l Melior sum quam patres] ut illis perditis velim vi- *Moraliter.* vere, dicit *Josephus*. *c* Timuit ergo Elias,] Elias hic gerit speciem cujuslibet justi: Jezabel, carnis concupiscentiam significat: Interpretatur enim sanguine fluens, vel sterquilinium. Hanc fugit Elias, idest vir justus. Unde 1. *Cor.* 6. Fugite fornicationem. Nullo enim modo melius vincitur, quam fugiendo. Unde Lot dictum est *Genes.* 9. Noli respicere post tergum, & ne stes in omni loco circa regionem, sed in monte salvum te fac. *Isai.* 14. Perdam nomen Babylonis, & reliquias, & progeniem, & germen. *d* Venitque in Bersabee Juda,] Juda, confessio; Bersabee, puteus satietatis interpretatur, & significat fluvium lacrymarum, per quem lavantur sordes fornicationis. Recte ergo fugit Elias in Bersabee Juda, quia spiritus fornicationis, per confessionem, & fluvium lacrymarum effugatur.

e Et dimisit ibi puerum suum,] idest pueritiam suam, quia quando quis peccatum fugere apperit, debet simul dimittere conversationem puerilem. Unde 1. *Corint.* 13. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; cum autem factus sum vir, evacuavi, quę erant parvuli.

f In desertum] In desertum pergit, qui tumultum sæculi fugit, & solitudinem animi quærit.

g Viam unius] Via unius diei, est gratia Dei, quæ ducit ad solitudinem, *Osea* 2. Adducam eam in solitudinem, &c.

b Subter unam] Sedere subter juniperum, est adhærere religioni. Et dicitur, quod sub cinere juniperi conservetur fervor ignis per annum, & sub memoria mortis conservatur fervor religionis. *Job* 30. Radix juniperorum erat cibus eorum. *Psalm.* 101. Quia cinerem tamquam panem manducabam, &c.

k Sufficit mihi,] Hoc dicit, quia reputat opera sua sibi sufficere ad pœnitentiam. Contra quos est illud *Eccles.* 9. Nemo scit, an amore dignus sit, an odio.

m Projecitque] Ecce negligentia.

n Obdormivit] Ecce acedia.

o Sub umbra] Non dicit sub junipero, quia hujusmodi in religione non laborem pœnitentiæ, sed refrigerium vitæ quærunt, qui tædio torpent.

p Et ecce, &c.] idest, gratia missa a Deo, claustralem vitio acedię torpentem pulsat, & monet: ut surgat a torpore fastidii, & comedat, idest, delectetur in obsequio spirituali. *Psal.* 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

q Respexit,] i. ea, quæ retro fecit, consideravit; idest, peccata sua, ad dolendum, scilicet. *Isai.* 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Item *Psalm.* 37. Et cogitabo pro peccato meo: Nec semper, vel nimis frequenter debet aliquis peccata cogitare, ne nimia tristitia absorbeatur. Neque semper misericordiam Dei, ne spe vana vanius extollatur. Sed aliquando hæc, aliquando illam. Unde *Isai.* 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi, idest, ad peccata mea, quæ *Jonæ* 4. sunt mihi portę inferi: Et in alio dimidio supple vadam ad portas paradisi, idest, ad Dei misericordiam per quam intratur in paradisum. *Cantic.* 4. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Hinc præcipitur *Deuter.* 24. Non accipias loco pignoris inferiorem, aut superiorem molam. *r* Et ecce ad caput suum] Iste cibus optimus est contra acediam. Panis subcinericius, est memoria mortis, quæ multum reficit animam contra acediam. Incutit enim timorem, timor vero solicitudinem operatur, solicitudo torporem excitat. Unde *Rom.* 12. Solicitudine non pigri.

ſ Vas aquæ,] mensura gratiæ. Quidam enim majori gratia resperguntur ad cogitanda peccata sua, quidam minori, & quidam minima. Quibus dicitur *Isai* 30. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam brevem. Vel panis, & aqua ad caput, sunt in consideratione mentis peccata propria, & gratia Dei, quæ vicissim debet pœnitens cogitare, sicut prædictum est. *t* Comedit, & bibit, & rursum obdormivit.] Sic multi peccata sua cum amaritudine recordantur, & misericordiam Dei cum spe veniæ intuentur, & tamen postea in peccata præterita, vel in torporem acediæ relabuntur. Sed Angelus magni consilii iterum dormientem excitat. Unde *Apocal.* 3. Ego sto ad ostium, & pulso, &c. *Jerem.* 3 Fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.

u Surge, comede: Elias bis pastus est, quia sicut homo ex duplici natura constat, idest, spirituali, & corporali, ita duplici cibo indiget, scilicet, spirituali, & corporali. Unde *Deuteron.* 8. Non in solo pane vivit homo, &c. Vel ideo bis pastus est pane subcinericio, quia duplex recordatio peccatorum necessaria est, scilicet, ad exprobationem, & satisfactionem.

x Grandis enim tibi restat via,] scilicet, ad montem Dei Horeb, idest, a terra usque ad cœlum: a miseria usque ad gloriam, ab exilio usque ad patriam. Via autem ista duplex est. Ante lapsum peccati, via est innocentia, post lapsum pęnitentia. Altera istarum necesse est illuc ire: Utramque Christus ambulavit, quia innocens fuit, & pęnitentiam magnam fecit. De his viis dicit *Psalm* 24. Vias tuas, Domine, demonstra mihi. Et Salomon *Prov.* 3. Viæ ejus, viæ pulchræ, & semitæ ejus pacificæ. Prima via parvulorum est, secunda adultorum. Et ideo dicitur hic: Grandis tibi restat via, quia de via pœnitentiæ hic agitur. Grandis autem dicitur hæc via, quia toto tempore vitæ durat. Et habet hæc via quasi spatium quindecim stadiorum. Primum est vitę pręteritæ recordatio. Secundum est pudor de commisso. Tertium, dolor de amisso Quartum, timor de futuro supplicio, sive de futuro judicio: Quintum peccati abominatio. Sextum peccati confessio. Cujus triplex conditio est, veritas, scilicet, integritas, & unitas. Veritas, sine falsi admistione. Integritas, sine alicujus peccati celatione. Unitas, sine divisione, ut omnia uni sacerdoti dicantur. Septimum est oratio. Octavum, jejunium. Nonum, vigilia. Decimum disciplina. Undecimum, ablatorum restitutio. Duodecimum eleemosynarum largitio. Tredecimum peregrinatio.

Decimum

tibi restat via. *a* Qui cum surrexisset, *b* comedit, & *c* bibit, & *d* ambulavit in *e* fortitudine cibi illius *f* quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, usque *g* ad montem Dei Horeb. *h* Cumque venisset illuc, mansit in spelunca: Et *i* ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi: Quid hic agis. Elia? At ille respondit: *k* Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filii Israel. Altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. Et ait ei: Egredere, & sta in monte coram Domino. Et *l* ecce Dominus transiit, *m* spiritus grandis, & fortis subvertens montes, & conterens petras *n* ante Dominum: *n* Non in spiritu Dominus, & post spiritum *o* commotio: *p* Non in commotione Dominus, & post commotionem ignis: *q* Non in igne Dominus, & *r* post ignem sibilus *s* auræ tenuis. *t* Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & *u* egressus stetit in ostio speluncæ: Et *x* ecce

Decimum quartum gratiarum actio. Quindecimum est vox laudis, quia ut dicitur *Ecclesiast.* 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est missus a Deo, quoniam Dei perfecta est sapientia: Sapientiæ enim Dei astabit laus, & in ore fideli abundabit. Hæc sunt quindecim stadia, quibus itur de mundo ad patriam per viam pœnitentiæ. Unde *Joan.* 11. dicitur: Erat Bethania juxta Jerosolymam quasi stadiis quindecim. Bethania interpretatur domus obedientiæ, vel domus afflictionis: Hæc est mundus. Jerosolyma interpretatur visio pacis: Hæc est patria. Vis ergo ire de Bethania Jerosolymam, idest, de mundo ad patriam, necesse est, ut vadas per quindecim stadia supra dicta.

a Qui cum surrexisset, &c.] Surgit peccator a sompno peccati per timorem. *Ecclesiast.* 1. Timor Domini expellit peccatum: Nam qui sine timore est, non poterit justificari.

b Comedit,] per dolorem. Unde *Ps.* 119. Surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Panis doloris, est amara recordatio peccatorum.

b Bibit,] per lacrymarum effusionem. *Prover.* 5. Bibe aquam de cisterna tua. Cisterna nostra, cor nostrum est. Aqua de cisterna, lacryma de corde effusa.

d Et ambulavit, &c.] Sic pœnitens postquam surrexit a peccato per timorem, & comedit panem, idest, doluit de peccatis, & bibit aquam, idest, lavit lectum suum per lacrymarum effusionem, debet ambulare per satisfactionis laborem: Et hoc

e In fortitudine cibi illius] quia panis, idest, recordatio peccatorum, & aqua lacrymarum dat fortitudinem pœnitenti, ut possis ambulare.

f Quadraginta diebus, &c.] idest, toto tempore præsentis vitæ, tam in prosperis, quam in adversis.

g Usque ad montem Dei Horeb.] i. usque ad mensam Domini, super quam comesturi sunt electi cum Christo in regno suo. Horeb enim interpretatur mensa. De qua *Luc.* 22. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Septem sunt, propter quæ prandium placet invitatis, scilicet servitoris nobilitas, ferculorum ordinatio, convivarum honestas, vultus hilaritas, invitantis auctoritas, loci amœnitas, mensæ fæcunditas. Primum notatur per, Ego: Secundum per, Dispono: Tertium per, Vobis: Quartum per, Sicut disposuit mihi: Quintum per, Pater meus: Sextum per, Regnum: Septimum per, Edatis, & bibatis.

g Ad montem Dei Horeb.] ubi apparuit Dominus Moysi: *Exod.* 3.

k Zelo zelatus sum] quasi dicat: Ex amore vehementi, quo diligo Deum, exercui ultionem de prophetis Baal, qui faciebant populum errare post Deos alienos: Et ideo quærit animam meam.

h Cumque venisset illuc, &c.] Spelunca sicut dicit *Greg.* est humanæ corruptionis infirmitas, quam debet habere pœnitens per jugem considerationem. Unde *Gen.* 19. legitur de Loth: Mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ ejus cum eo. Duæ filiæ Loth, anima, & caro nostra, quia pœnitens considerare debet infirmitates, tam carnis, quam animæ. *Job* 5. Visitans speciem tuam non peccabis.

i Et ecce sermo Domini] usque ibi, [Egredere, & sta in monte coram Domino.] Hoc est, quod Dominus post considerationem propriæ infirmitatis elevat pœnitentes ad contemplationem suæ majestatis. Hoc est, quod dicitur, 1. *Reg* 2. Dominus pauperem facit, & ditat; humiliat, & sublevat: Suscitat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.

l Transit,] i. transivit. Tria tamen visibiliter prius transierunt, in quibus non transivit Dominus, scil. ventus, commotio terræ, ignis, quarto transivit sibilus auræ tenuis, & cum eo Dominus. *m* Spiritus] idest, ventus.

n Ante Dominum:] transibit.

n Sed non in spiritu Dominus,] *Gloss.* idest, non arbitreris, quod cum vento veniat Dominus, sed post spiritum commotionis, i. post turbinem, & impetum venti transibit ignis, deinde sibilus auræ tenuis, post hoc transibit Dominus, ut loquatur tecum.

o Commotio:] i. turbo, vel terræmotus.

s Auræ tenuis.] Nil addit, per quod dat intelligere, quod in eo facit Dominus. Tamen aliqui libri habent in textu: Et ibi Dominus: Sed *Gregor.* & *Ambros.* dicunt, quod non est de textu, sed debet subintelligi.

t Quod cum audisset] Quod, idest, quem sibilum.

x Ecce vox] quia in sibilo apparuit ei Dominus.

l Et ecce Dominus transiit,] quia quanto oculos contemplationis in ipsum erigit, tanto minus ipsum apprehendit. Unde *Cant.* 6. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt.

m Et spiritus grandis, &c.] *Greg.* Spiritus autem Domini montes evertit, & petras conterit, quia terror ex adventu judicis altitudinem cordis nostri dejicit, & duritiam liquefacit.

n Non in spiritu Dominus,] Nota quatuor a quibus removetur Dominus, quarto inesse prohibetur. Non in spiritu superbiæ Dominus. De quo, in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

p Non in commotione] iracundiæ [Dominus] *Eph.* 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. *q* Non in igne] cupiditatis, [Dominus,] *Eccl.* 10. Nihil est iniquius, quam pecuniam amare: Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projecit intima sua. Vel commotio ad avaritiam refertur. Unde *Gen.* 4. dixit Dominus ad Cain, qui interpretatur possessio: Vagus eris, & profugus super terram omnibus diebus vitæ tuæ. *Gen.* 9. Maledictus Chanaan puer, servus servorum erit fratribus suis, quia avari semper sunt in motu acquirendi, & congregandi divitias. Ignis, ad luxuriam refertur. Unde *Job* 31. Ignis est usque ad consummationem devorans, & omnia eradicans genimina.

r Post ignem sibilus auræ tenuis.] In quo Dominus sibilum facit homini in corde, quando Dominus voluntatem volandi ad frugem melioris vitæ inspirat. Unde *Zach.* 10. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos. *Isai.* 7. In die illa sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & cavernis petrarum. Sibilus igitur *s* Auræ tenuis.] est inspiratio bonæ voluntatis, quæ dicitur sibilus, quia ignem charitatis ardere facit. Sibilus auræ dicitur, quia pulverem terrenitatis exsufflat. Tenuis dicitur, quia leniter venit, lenem conscientiam facit. *Job* 4. Vocem quasi auræ lenis audivi. *t* Quod cum audisset Elias, operuit vultum, &c.] De hoc breviter dicit *Greg.* Sibilum audire, est aliquid tenuiter de divinitate gustare. Post auræ tenuis sibilum, vultum suum propheta pallio operit, quia in ipsa contemplatione veritatis, quanta ignorantia homo tegatur, agnoscit. Vultum namque pallio operire, est mentem consideratione propriæ infirmitatis velare, ne audeat altiora se quærere. *Job* 11. Vir vanus in superbiam erigitur, &c. Unde *Eccles.* 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Dominus, cogita illa semper: Unde *Exod.* 3. cum dixisset Dominus Moysi. Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, statim sequitur: Abscondebat Moyses faciem suam. Non enim audebat aspicere contra Deum.

u Egressus stetit in, &c.] *Gregor.* Spelunca, est nostræ corruptionis habitatio. In ostio speluncæ stare, est aliquid

vox ad eum, dicens: *a* Quid agis hie Elia? Et ille respondit: *b* Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel. *c* Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & *d* derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. Et ait Dominus ad eum. Vade, & revertere in viam tuam per desertum in Damascum. Cumque perveneris illuc, *e* unges Azael regem super Syriam, & Jehu filium Namsi unges in regem super Israel. Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula *f* unges prophetam pro te. Et erit quicumque fugerit *g* gladium Azael, occidet eum Jehu, & quicumque fugerit gladium *h* Jehu, *i* interficiet eum Eliseus. Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum quorum genua non sunt incurvata ante *k* Baal, & omne os, quod non adoravit eum osculans manum. Profectus ergo inde Elias reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum, *l* & ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat. Cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum: *m* Qui statim *n* relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait. Osculer, oro te, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei: Vade, & revertere: quod enim meum erat feci tibi. Reversus autem ab eo, tulit *o* par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt. Consurgensque abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

C A P. XX.

PORRO *p* Benadab rex Syriæ congregavit omnem exercitum suum, & trigintaduos reges secum, & equos, & currus, & ascendens pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam. Mittensque nuncios ad Achab regem Israel in civitatem, *q* ait: Hæc dicit Benadab. Argentum tuum, & aurum tuum meum est, uxores tuæ, & filii tui optimi, mei sunt. *r* Responditque rex Israel:

quid de divinitate incipere degustare. De hoc *Gen.* 18. Apparuit Abrahæ Dominus in valle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso fervore diei: Vallis Mambre est humilitas. Fervor diei est ardor charitatis. Ostium tabernaculi, initium præsentis vitæ, & finis. Illi igitur, qui vitæ suæ finem, & initium humiliter considerat, apparet Dominus in fervore diei, idest, in ardore charitatis. *Jacob* 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

D

a Quid] Hic reprehendit Dominus omnes illos, qui malunt latere, quam in publico aliis prodesse. De quibus *Greg.* Qui solitudinis loca, quærunt, hoc scire debent, quod tot animarum rei sunt, quot in publicum prodeuntes prodesse potuerunt. *Prov.* 11. Alii dividunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Anima quæ benedicit impinguabitur, & quæ inebriat, ipsa quoque inebriabitur. Qui abscondit frumenta in tempore, maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium. *Matth.* 20. Circa undecimam vero horam exiit, & invenit alios stantes, & dixit illis: Quid hic statis tota die otiosi?

De sacra unct. cap. unico. Act. 48.

Rom. 11.

A

b Zelo] Sic omnes sancti pro domo Domini antiquitus zelabantur. Unde & Dominus dicit: Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Sed modo pauci sunt, qui se velint opponere murum pro domo Domini. Unde. *Ezech.* 13. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.

Psal. 68.

c Altaria, &c.] Altare quadratum est, & significat Ecclesiam, quæ de quatuor partibus mundi per doctrinam quatuor Evangeliorum congregata, quatuor cardinalium virtutum operibus se exercet. Prophetæ Domini sunt doctores Ecclesiæ. Jezabel, idest, amor temporalium Ecclesiam destruit, & doctores gladio cupiditatis occidit. *Job* 27. Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt, & nepotes ejus non saturabuntur pane. *Jerem.* 6. A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiæ student, & a Propheta usque ad Sacerdotem, &c. *Osee* 11. Cœpit gladius in civitatibus ejus, & consumet electos ejus.

d Derelictus] Sic plures dicunt in corde suo, qui cum plus aliis facere se aspiciunt, solos se esse credunt. Quibus dicit *Job* 12. Vos estis soli homines, cum quibus morietur sapientia? Talis fuit Pharisæus *Luc.* 18 Non sum sicut ceteri homines, &c. Ecce oritur superbia ex comparatione ad deteriorem. *Greg.* Sicut cautela est humilitatis respectu superioris, sic occasio est elationis comparatio inferioris. Unde ad deprimendam elationem Eliæ, dixit Dominus: Reliqui mihi, &c. *Gloss.* ut dum se solum non remansisse cognosceret, elationis gloriam, quæ ei de singularitate surgebat, inclinaret. Relictus sum ego solus, non mentitur, quia ita credebat. Sed falsum credebat, & dixit ex elatione, patet *in Gloss. Gregorii* dicentis: Tanto prophetæ, quid difficile fuit agnoscere, in hoc mundo famulos remansisse Deo? Sed qui humilis occulta Dei noverat, elatus etiam aperta nesciebat. Unde certum est, quod humilitatis radio se illuminat, qui aliorum bona subtiliter pensat, quia dum ea, quæ ipse fecerit, facta foris, & ab aliis conspicit, eum, qui de singularitate intus erumpere nititur, superbiæ tumorem premit.

e Unges Azael] Nota, quod Elias non aliter ungit Azael, nisi quod prædixit, per Eliseum eum futurum regem Syriæ 4. *Reg.* 8. Jehu vero nec ipse, nec Eliseus inunxit, sed unus prophetarum missus ab Eliseo. 4. *Regum* 9. Eliseum vero non alio modo unxit, nisi quod pallium suum posuit super eum, ut hic dicitur: In lege enim non ungebantur nisi rex, & Sacerdos.

f Unges prophetam] i. assumes tecum, ut sit propheta.

g Gladium Azael,] regis Syriæ.

h Jehu,] rex Israel.

i Interficiet eum Eliseus.] Quasi dicat spiritualiter occidetur ab Eliseo, qui corporaliter non fuerit occisus ab Azael, vel Jehu. Unde *Gloss.* Nocentes, justitia divina alios per reges plecti facit mucrone, alios per Prophetas, & Sacerdotes transverberat gladio linguæ. Ecclesia enim duos gladios tantum habet, spiritualem scilicet, & materialem. Unde *Luc.* 22. dicunt discipuli: Ecce duo gladii hic. Et Jesus dixit: Satis est. Sed diabolus tertium gladium apponit, scilic. gladium linguæ utrique. De quo *Psal* 56. Linguæ eorum gladius acutus.

Se dist cap. non satis est ver. item Dominus.

k Baal,] Adorate Baal, est ad dignitates aspirare. Osculari manum, est de suis operibus gloriari. *Job* 31. Si osculatus sum manum meam: quod est iniquitas maxima, & negatio contra Deum. Deum enim negat, qui gloriam Dei sibi usurpat. De quibus *Habacuc primo in fin.* Immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo.

l Et ipse in duodecim,] & pro, i. quasi dicat. Invenit duodecim viros arantes in 12. jugis boum, quorum unus erat ipse Eliseus, ut dicit *Josephus.*

m Qui statim] Hic duo notantur: Primo convenientia veteris, & novi testamenti, sicut *Matth.* 4. dixit Dominus discipulis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, & navi, secuti sunt eum. Ita hic Eliseus vocatus ab Elia, statim relictis bobus secutus est eum. Secundo notatur præeminentia novi testamenti respectu veteris. Eliseus enim hic permissus est reverti, & osculari patrem, Dominus vero cuidam dicenti: Permitte, &c. respondit: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. *Matth.* 8.

n Relictis bobus] Eodem modo, qui venit ad Dominum, omnem curam, & sollicitudinem temporalem debet relinquere. Unde *Joan. quarto* Mulier relicta hydria ivit, & nunciavit omnibus, qui erant in civitate Jesum.

o Par boum,] hoc est duplex fortitudo mundi.

E X P O S I T I O CAP. XX.

PORRO *p* Benadab] Iste Benadab est ille, cui misit Asa munera, *supra* 16. Et agitur hic de prima obsidione Samariæ.

q Ait.] per nuncios.

r Responditque] Nunciis.

Juxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. *a* Revertentesque nuncii dixerunt. Hæc dicit Benadab, qui misit nos ad te: Argentum tuum, & aurum tuum, & uxores tuas, & filios tuos dabis mihi. *b* Cras igitur hac eadem hora mittam servos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum servorum tuorum, & omne, quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent. Vocavit autem *c* rex Israel omnes seniores terræ, & ait: Animadvertite, & videte, quoniam insidiatur nobis. Misit enim ad me pro uxoribus meis, & filiis, & pro argento, & auro, & *d* non abnui. Dixeruntque omnes majores natu, & universus populus ad eum: Non audias, neque acquiescas illi. *e* Respondit itaque nunciis Benadab: Dicite domino meo regi. Omnia, propter quæ misisti ad me servum tuum in *f* initio, faciam, *g* hanc autem rem facere non possum. Reversique nuncii retulerunt *h* omnia ei. Qui remisit, & ait: Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, si *i* suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi, qui sequitur me. Et respondens rex Israel ait. Dicite ei: Ne *k* glorietur *l* accinctus æque ut *m* discinctus. Factum est autem, cum audisset Benadab verbum istud, bibebat ipse, & reges in *n* umbraculis, & ait servis suis: Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam. Et *o* ecce Propheta unus accedens ad Achab regem Israel, ait? Hæc dicit Dominus: Certe vidisti omnem multitudinem hanc nimiam: Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, ut scias quia ego sum Dominus: Et ait Achab: Per quem? Dixitque ei; Hæc dicit Dominus: Per *p* pedissequos principum provinciarum. Et ait: *q* Quis incipiet præliari? Et ille dixit: Tu. Recensuit ergo pueros principum provinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum. Et post eos recensuit populum, omnes filios Israel septem millia, & egressi sunt meridie. Benadab autem bibebat *r* temulentus in *ſ* umbraculo suo, & reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium ejus venerant. Egressi sunt autem pueri principum provinciarum, in prima fronte. Misit *t* itaque Benadab, qui nunciaverunt ei dicentes: Viri egressi sunt de Samaria. At *u* ille ait: Sive pro pace veniunt, apprehendite eos vivos, sive ut prælientur, vivos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum provinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur. Et percussit unusquisque virum, qui contra se veniebat, fugeruntque Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadab rex Syriæ in equo cum equitibus. Necnon egressus rex Israel percussit equos, & currus, & percussit Syriam plaga magna. Accedens *x* autem propheta ad regem Israel, dixit ei: Vade, & confortare, & scito, & vide, quid facias. *y* Sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te. Servi vero regis Syriæ dixerunt ei: Dii montium sunt dii eorum; ideo superaverunt nos. Sed melius est, ut pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo verbum hoc fac: Amove reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis, & instaura numerum militum, qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus, quos ante habuisti, & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis, quod obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita. Igitur postquam annus transierat, recensuit Benadab Syros, & ascendit in Aphec, ut pugnaret contra Israel. Porro filii Israel recensiti sunt, & acceptis cibariis profecti, ex adverso castrametati sunt contra eos quasi duo parvi greges caprarum. Syri autem repleverunt terram. Et accedens unus vir Dei dixit ad regem Israel: Hæc dicit Dominus. Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua, & scietis, quia ego sum Dominus. Dirigebant itaque septem diebus ex adverso, hi, *z* atque illi acies, septimo autem die commissum est bellum. Percusseruntque filii Israel de Syris centum millia peditum in die una. Fugerunt autem, qui remanserunt in Aphec, in civitatem, & cecidit murus super 27000. hominum, qui remanserant. Porro Benadab fugiens ingressus est civitatem, in *a* cubiculum, quod erat intra cubiculum, dixeruntque ei servi sui: Ecce audivimus, quod reges domus Israel clemente sunt.

a Revertentesque] Ad Achab iterum.

b Cras igitur] quasi dicat si vis, ut recedam a te, omnia prædicta dabis mihi. Et etiam hac eadem hora, cras mittam ad te servos meos, qui scrutabuntur domum tuam, & domum servorum tuorum, & quicquid eis placuerit, inde tollent. Hoc supra prima vice non apposuit.

c Rex Israel] scilicet Achab.

d Non abnui.] idest, non negavi: quasi dicat omnia mea ei concessi, sed vestra ei concedere nolui, & ita capiat eorum benevolentiam.

e Respondit] Achab scilicet.

f In initio,] idest, in prima vice.

g Hanc autem] scilicet ut servi tui scrutentur domos servorum meorum.

h Omnia] scilicet Benadab.

i Si suffecerit] *Gloss. Bedæ*. Samaria more civitatum Palæstinorum habebat terram interius pene ipsis muris æqualem, quo subsidio ictibus arietis resisteret, extra murorum altitudo longe superficiem terræ transcenderat. Ait ergo rex superbus, obsessos terrens, quod tantam haberet multitudinem, ut si quisque militum unum lapidem, vel stipitem vel cespitem ad construendum contra urbem aggerem apportasset, agger exurgeret, qui superficiei, quæ erat intra muros, esse videretur æqualis, ita ut ex æquo pugnantes, contra civitatem tela, vel faces mitterent. *Josephus* sic exponit: Si suffecerit pulvis, &c. quasi dicat si quilibet de populo, qui me sequitur, sumeret pugillum de terra Samariæ, totam terram asportarent, & sic terrere vult eum propter multitudinem populi.

k Ne glorietur] *Gloss.* Temeritatem arrogantiæ moderatione compescens ait: Ne glorietur, &c.

l Accinctus] *Gloss.* idest, armis adhuc indutus.

m Ut discinctus.] *Glossa* depositis armis, quasi victor. Item *Glossa*, ac si dicat, noli gloriari quasi victor, quia adhuc in acie positus, quem victoria sequetur, ignoras; quippe qui vincere credidit, victus est. Vel secundum aliam litteram: Non glorietur, accinctus neque discinctus, idest, habens multitudinem pugnatorum, & carens multitudine pugnatorum, quia sæpe pauci vincunt multos. Unde 1. *Mach.* 3. Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis, quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est.

n In umbraculis,] idest, in papilionibus.

o Et ecce] Michæas scilicet.

p Pedissequos principum] idest, scutiferos.

q Quis incipiet præliari?] idest, quis erit dux eorum.

r Temulentus] a temeto, idest, vinolentus.

ſ In umbraculo] idest, in papilione.

t Misit itaque, &c.] nuncios.

u At ille, &c.] quasi dicat, necesse est tibi, ut habeas Deum propitium.

x Autem] idest, quia.

y Sequenti, &c. Dirigebant itaque, &c. idest, præparabant sese septem diebus.

z Hi, atque illi] idest, Syri, & Israel.

a In cubiculum,] idest, in loco subterraneo, ut dicit *Josephus*. Vel cubiculum dicitur domus secreta. Cubiculum vero, quod est intra cubiculum, dicitur locus secretissimus.

a Pona-

a Ponamus itaque Saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel, forsitan salvabit animas nostras. Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israel, & dixerunt ei: Servus tuus Benadab dicit. *b* Vivat oro te, anima mea. Et ille ait: Si adhuc vivit, *c* frater meus est. Quod acceperunt viri pro *d*omine, & festinantes *e* rapuerunt verbum ex ore ejus, atque dixerunt: Frater tuus Benadab vivit. Et dixit eis: Ite, & adducite eum. Egressus est ergo ad eum Benadab, & levavit eum in currum suum. Qui dixit ei: Civitates, quas tulit pater meus a patre tuo, reddam, & *f* plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedam a te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. *g* Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in *h* sermone Domini: *i* Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, invenit eum leo, atque percussit. Sed & alterum inveniens virum dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum, & vulneravit. Abiit ergo Propheta, & occurrit regi in via, & *k* mutavit aspersione pulveris os, & oculos suos. Cumque rex transisset, clamavit ad regem, & ait: Servus tuus egressus est ad præliandum cominus. Cumque fugisset vir unus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Custodi virum istum. Qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc, illucque me verterem, subito non comparuit. Et ait rex Israel ad eum: Hoc est judicium tuum, quod ipse *l* decrevisti. At ille statim abstersit pulverem de facie sua, & *m* cognovit eum rex Israel, quod esset de prophetis. Qui ait ad eum: Hæc dicit *n* Dominus: Quia dimisisti *o* virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro *p* anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. *q* Reversus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

C A P. X X I.

POst *r* verba autem hæc tempore illo vinea erat Naboth Jezraelitæ, qui erat in Jezrael juxta palatium Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth dicens. Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem. Aut si tibi commodius putas, argenti pretium quantum digna est, dabo. Cui respondit Naboth: Propitius mihi sit Dominus, ne *s* dem hæreditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indignans, & fremens super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Jezraelites dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et projiciens se in lectulum suum, avertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Ingressa est autem ad eum Jezabel uxor sua, dixitque ei: Quid est hoc, unde anima tua contristata est, & quare non comedis panem? Qui respondit ei: Locutus sum Nabot Jezraelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam accepta pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Jezabel uxor ejus: Grandis *t* auctoritatis es, & bene regis regnum Israel. Surge, & comede panem, & æquo animo esto. Ego dabo tibi vineam Naboth Jezraelitæ. Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, & signavit eas annulo ejus, & misit ad majores natu, & ad optimates, qui erant in civitate ejus, & habitabant cum Naboth. Litterarum autem erat ista sententia. *u* Prædicate jejunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium *x* dicant: Benedixit *y* Naboth Deum, & regem: & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo cives ejus majores natu, & optimates, qui habitabant cum eo in urbe, sicut præceperat eis Jezabel, & sicut scriptum erat in litteris, quas miserat ad eos. Prædicaverunt jejunium, & sedere fecerunt Naboth *z* inter primos populi, & adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere *a* contra eum. At illi scilicet, ut viri diabolici dixerunt contra eum testimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum, & regem. Quamobrem eduxerunt eum extra civitatem, & lapidibus interfecerunt. Miseruntque ad Jezabel dicentes: Lapidatus est Naboth, & mortuus est. Factum est autem cum audisset Jezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta est ad Achab. Surge, posside vineam Naboth Jezraelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia. Non enim vivit Naboth, sed mortuus est. Quod cum audisset Achab mortuum videlicet Naboth, surrexit & descendebat in vineam Naboth Jezraelitæ, ut possideret eam. Factus est igitur

Act. 7.

a Ponamus itaque saccos, &c.] Sic enim orabant olim captivi, ut dicit *Josephus*.

b Vivat, oro te, anima mea:] quasi dicat quamcumque pœnam imposueris mihi, suscipiam pro anima mea.

c Frater meus est.] i. fœdus cum eo faciam quasi cum fratre.

d Pro omine,] idest, pro bono auspicio.

e Rapuerunt verbum] ne pœniteret.

f Plateas] idest, forum rerum venalium.

g Tunc vir quidam] *Gl.* i. Michæas.

h In sermone Domini.] idest, in spiritu prophetico.

i Percute me.] *Gl.* in capite scil.

k Et mutavit] *Gl.* alligato capite.

l Quod ipse decrevisti.] idest, necesse est, ut alterum facias, aut talentum argenti appendas ei, aut anima tua sit pro anima illius.

m Cognovit eum] soluto capite.

n Hæc dicit Dominus, &c.] *Gl.* Michæas parabola usus est propter sermones, quos regi erat dicturus, ut ostenderet hoc ad illum magis, quam ad se pertinere.

o Virum] *Gl.* Benadab blasphemum.

p Pro anima ejus,] *Gloss.* quia ipse te perimet.

q Reversus] *Gloss.* Iratus Achab prophetam clausum servari jussit, & confusus verbis Michææ domum remeavit.

E X P O S I T I O C A P. X X I.

POst *r* verba] In hoc cap. agitur de vinea Naboth, quam quia noluit vendere Achab, interfectus est, Jezabel dolose procurante hoc.

s Ne dem] quasi dicat, non possum, quia hæreditas est mihi a patribus relicta, & oportet me eam filiis meis relinquere.

t Grandis] Ironice loquitur.

u Prædicate] quasi judicium Dei facturi, q. d. congregate populum, & indicite jejunium, vocate cœtum, congregate populum. Consuetudo enim erat non indici jejunium nisi in cœtu. Unde *Joel.* 2. Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium, vocate cœtum, congregate populum. Et cœtu congregato, damnate Naboth. Vel aliter, quia Dominus sæpe puniebat populum pro peccato unius, ut patet *Josue* 7. ideo dixit: Prædicate jejunium, ne pro blasphemia Naboth, quam imponebat, populus moriatur. *x* Dicant:] hoc scilic. *y* Benedixit Naboth Deum,] maledixit. Simile *Job* 1. Tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

31. q. sin. c. consensus.

z Inter primos populi,] quia ut dicit *Josephus* cum esset insignis, competebat, ut nobilis in ordine nobilium sederet.

a Contra] scilicet Naboth.

a Insuper,]

a Insuper,] quia non sufficit tibi eum occidere, nisi etiam possessionem ejus usurpares tibi. Hebræus tamen habet, occidisti, & postea hæreditabis, q. d. non.
b Et post] verba sunt Domini ad Eliam.
c Lambent] i. in eadem regione. Non enim intelligendum est de loco singulari. Verificata est autem prophetia illa hoc modo *supra* 22. Achab ascendit contra Ramoth Galaad, ubi vulneratus est ad mortem, delatus in Samariam, & sepultus ibidem juxta domum eburneam, quam sibi ædificaverat. Et dum mulieres lavarent currus, & habenas in piscina Samariæ, lingebant canes sanguinem ejus, quo currus fuerat cruentatus. Vel verificata fuit hæc prophetia in Joram filio Achab, quem occidit Jehu, & projici fecit in agro Naboth, ubi canes linxerunt sanguinem ejus, ut dicitur. 4. *Reg.* 9.

F 1.

De pœnd. 1. *c. Achab.*

d Num invenisti me inimicum tibi?] ut mihi prophetes malum. Vel non invenisti in me malum, cur inimicaris mihi?

G

e Venundatus] idest, omnino expositus diabolo.
f Clausum,] idest, incarceratum.
g Et ultimum] idest, vilissimum.
h Sicut domum Jeroboam] idest, sicut destruxi penitus domum illius, ita penitus destruam tuam, ut nullus hæres de te remaneat.

Sup. 14. & 16. & *infra* 11. 4. *Reg.* 9.

i De Jezabel] uxore Achab.

1. *Mach.* c.

k In agro Jezrael.] ita impletum est, ut patet 4. *Reg.* 9.
l Demisso capite.] confitens peccata sua, ut dicit *Josephus*.
m Humiliatus est, &c.] Tamen simulata fuit ista pœnitentia, ut dicit *Gregor. super illud Ezech.* 3. Abii amarus in indignatione mea, *in Gloss.* quæ incipit: De Achab, &c. Quomodo ergo propter talem pœnitentiam dimisit ei Dominus pœnam, quam ei fuerat comminatus? Ut dicit *August. super Epistolas*: Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas. Ad hoc dicendum, quod Dominus non dimisit ei pœnam, sed distulit, non propter Achab, sed propter alios, ut ostenderet quantum valeat humilitas pœnitentiæ. Vel potest dici, quod vere pœnituit, & dimissum fuit ei peccatum, ut videtur velle *Joseph.* Quod autem dicit *Greg.* quod scilicet pœnitentia ejus simulata fuit, dicitur hoc, quia iterum relapsus est in peccatum. Melius dici potest, scilicet quod Achab pœnituit de hoc peccato, & ideo dilata fuit pœna temporalis hujus peccati; sed quia de aliis peccatis non pœnituit, nec ea dimisit, ideo dicitur ejus pœnitentia simulata.

A

50. dist. §. econtra. De pœnd. 1. *c. v. lais- fant vers. Achab, & dist.* 1. *c. il- lud vers. Achab, &* 3 *talis, in fin & c. si- cut Achab.*

B

n Filii sui] scilicet Joram.

1. *Paral.* 18.

sermo Domini ad Eliam Thesbitem dicens: Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria. Ecce ad vineam Naboth descendit, ut possideat eam. Et loqueris ad eum dicens: Hæc dicit Dominus. Occidisti, *a* insuper & possedisti. Et *b* post hæc addes: Hæc dicit Dominus. In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, *c* lambent quoque sanguinem tuum. Et ait Achab ad Eliam: Num *d* invenisti me inimicum tibi? Qui dixit: Inveni, eo quod *e* venundatus sis, ut faceres malum in conspectu Domini. Hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & *f* clausum, & *g* ultimum in Israel. Et dabo domum tuam *h* sicut domum Jeroboam filii Nabath, & sicut domum Baasa filii Ahia, quia egisti, ut me ad iracundiam provocares, & peccare fecisti Israel. Sed & de *i* Jezabel locutus est Dominus dicens: Canes comedent Jezabel in *k* agro Jezrael. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes. Si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Domini. Concitavit enim eum Jezabel uxor sua, & abominabilis effectus est, in tantum ut sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus a facie filiorum Israel. Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestem suam, & operuit cilicio carnem suam, jejunavitque, & dormivit in sacco, & ambulavit *l* demisso capite. Factus est autem sermo Domini ad Eliam Thesbitem dicens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur *m* humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus, sed in diebus filii *n* sui inferam malum domui ejus.

C A P. XXII.

TRANSIERUNT igitur tres anni absque bello inter Syriam, & Israel. In *o* anno autem tertio descendit Josaphat rex Juda ad regem Israel. Dixitque rex Israel ad servos suos: Ignoratis, quod nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? Et ait ad Josaphat: Veniesne mecum ad præliandum in *p* Ramoth Galaad? Dixitque Josaphat ad regem Israel: Sicut *q* ego sum, ita & tu. Populus meus, & populus tuus unum sunt, & equites mei, equites tui. Dixitque Josaphat ad regem Israel: *r* Quære, oro te, hodie sermonem Domini. Congregavit ergo rex Israel prophetas 400. circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt: Ascende, & dabit eam Dominus in manu regis. Dixit autem Josaphat: Non est hic propheta Domini quispiam, ut *s* interrogemus per eum? Et ait rex Israel ad Josaphat: Remansit vir *t* unus, per quem possumus interrogare Dominum, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed *u* malum, Michæas filius Jemla. Cui Josaphat ait: *x* Ne loquaris ita rex. Vocavit ergo rex Israel Eunuchum quemdam, & dixit ei: Festina adducere Michæam filium Jemla. Rex autem Israel, & Josaphat rex Juda sedebant unusquisque in solio suo, vestiti cultu regio in area juxta ostium portæ Samariæ, & universi prophetæ *y* prophetabant in conspectu eorum. Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana *z* cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus, His *a* ventilabis Syriam, donec

EXPOSITIO
CAP. XXII.

TRansierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam, & Israel.
o Anno autem tertio descendit, &c.] quia in illo tempore pacis, iste Josaphat rex Juda accepit uxorem filio suo Joram, Athaliam filiam Achab, & Jezabel, & propter hanc affinitatem confœderati sunt rex Juda, & rex Israel, & ideo ivit Josaphat videre Achab, & hoc est, quod hic dicitur: Dixitque rex Israel, &c.

4. *Reg.* 1. *De summa Trinit. cap. damnamus.*

p Ramoth Galaad?] idest, Ramoth, quæ est in Galaad.
q Sicut ego sum, ita & tu.] quasi dicat unum sumus, & quod tu vis, ego volo.
r Quæro, oro te, hodie sermonem Domini.] idest, consule aliquem prophetarum Domini.
s Interrogemus per eum?] sed quomodo cognovit Josaphat illos non esse prophetas Domini? *Josephus* dicit, quod ex sermonibus eorum intellexit eos non veros prophetas.
t Vir unus per quem possumus, &c.] quia alios occiderat Jezabel, vel fugaverat.
u Sed malum,] quia prædixerat eum occidendum a rege Syriæ.
x Ne loquaris ita rex.] quasi dicat, ne detesteris prophetam Domini: Oportet enim per eum inquirere a Domino veritatem.
y Prophetabant] idest, falso futura prædicebant.
z Cornua] ut factis prophetaret sicut verbis, sicut veri prophetæ faciebant.
a His ventilabis] His i. significatis per hæc, scil. potentia tua. Potentia enim per cornu significatur in Sacra Scriptura. Vel sic: His ventilabis Syriam, idest, hoc signum tibi do, quod ventilabis Syriam.

a Ore

deleus eam. Omnesque Prophetæ similiter prophetabant dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prospere, & tradet Dominus in manu regis. Nuncius vero, qui ierat, ut vocaret Michæam, locutus est ad eum dicens: Ecce sermones Prophetarum *a* ore uno bona regi prædicant, sit ergo & sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait: Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, *b* hoc loquar. Venit itaque ad regem, & ait illi rex Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit: Ascende, & vade prospere, & *c* tradet eam Dominus in manu regis. Dixit autem rex ad eum: Iterum, atque iterum *d* adjuro te, ut non loquaris mihi nisi quod verum est in nomine Domini. Et *e* ille ait: Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oves non habentes pastorem. Et ait Dominus: Non habent isti Dominum, revertatur unusquisque in domum suam in *f* pace. Dixit ergo rex Israel ad Josaphat. Numquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum? *g* Ille vero addens ait: Propterea audi sermonem Domini. Vidi Dominum sedentem *h* super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei a dextris, & a sinistris. Et ait Dominus: *i* Quis decipiet Achab regem Israel, ut ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba hujuscemodi, & *k* alius aliter. Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus. In quo? Et ille ait. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum. Et dixit Dominus: Decipies, & prævalebis, *l* egredere, & fac ita. *m* Nunc igitur ecce *n* dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est contra te malum. Accessit autem Sedecias filius Chanaan, & *o* percussit Michæam in maxillam, & dixit: Mene ergo dimisit spiritus Domini, & locutus est tibi? Et ait Michæas: Visurus es in die illa, quando ingredieris in cubiculum, intra cubiculum, ut *p* abscondaris. Et ait rex Israel: Tollite Michæam, & maneat apud Amon principem civitatis, & apud Joas filium Amalech, & dicite eis. Hæc dicit rex: Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec revertar in pace. Dixitque Michæas: Si reversus fueris in pace, *q* non est locutus in me Dominus. Et ait: *r* Audite populi omnes. Ascendit itaque rex Israel, & Josaphat rex Juda in Ramoth Galaad. Dixitque rex Israel ad Josaphat: Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis. Porro rex Israel mutavit *s* habitum suum, & ingressus est bellum. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus dicens. Non pugnabitis contra minorem, & majorem quempiam.

a Ore uno] idest, concorditer.

b Hoc loquar.] Simile *Num.* 22. dixit Balaam ad Balach: Nunquid potero aliud loqui, nisi quod Dominus posuerit in ore meo?

c Et tradet eam Dominus] Non dicit quos, vel cujus regis, an scil. regis Israel, an regis Syriæ.

d Adjuro te,] Cognoverat enim rex ex gestu corporis, & modo pronunciandi, quod hoc dixerat ironice. Et *e* ille ait.] scilicet Michæas.

f In pace.] & ita factum fuit, quia solus ibi mortuus fuit, & alii omnes redierunt in domos suas.

g Ille vero] scilicet Michæas.

h Super solium suum,] *Gloss.* Solium Domini, Angelicæ potestates, quarum mentibus Deus præsidens, inferius cuncta disponit. Exercitus cœli, est ministrantium Angelorum multitudo. Dextra, pars Angelorum electa. Sinistra, pars reproba. Neque enim dextra concluditur Deus, neque sinistra, quia ita est intra omnia, ut sit & extra. Sed quomodo mali sunt de exercitu cœli? Quia quamvis ab æthereo cœlo pulsi, adhuc tamen in aereo demorantur cœlo. Unde Paulus *Ephes.* 6. Contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Omnis exercitus assistit Deo, quia voluntas electorum spirituum, divinæ deservit potestati, & reproborum sensus suæ serviens malitiæ, judicio omnipotentis obtemperat.

i Quis decipiet Achab] *Gloss.* quia hoc exigebant merita ejus.

k Et alius aliter.] quasi dicat, unus uno modo disposuit, alius alio modo. Unde 2. *Paralipomenon* 18. sic dicitur. Cumque unus diceret hoc modo, & alter alio, processit spiritus, & stetit coram, &c.

l Egredere, & fac ita.] permissive dixit hoc, non imperative, quia ille egressus peccatum fuit.

m Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hic sunt, & Dominus locutus est, &c.] Verba sunt Michææ ad Achab.

n Dedit Dominus] idest, dari permisit.

o Percussit Michæam] *Josephus* dicit, quod ideo percussit eum, ut ostenderet ipsum non esse verum Prophetam. Dixit enim ad Achab secreto postquam percusserat Michæam. Hic si esset verus Propheta, aruisset statim manus mea sicut Jeroboam, *supra* 16. Item probabat, quod non esset verus Propheta, quia loquebatur contra Eliam, qui prædixerat Achab moriturum in agro Jezrael, *sup.* 21. Michæas vero dicebat, quod moriturus erat in Ramoth Galaad.

p Ut abscondaris.] Quidam dicunt hoc impletum tempore Jehu, quando occidit prophetas Baal, & tunc abscondit se Sedecias, vel in reditu exercitus de Ramoth Galaad se abscondit præ pudore, vel ne interficeretur a servis regis, quia consuluerat ei ire in Ramoth Galaad.

q Non est locutus in me Dominus. Et ait:] Sed dominum fuisse locutum, necesse est, quia est dictum affirmativum singulare, neque dependens a futuro. Ergo ipsum non esse reversurum, est necesse, quasi ipsum esse reversurum est dependens a futuro, ergo contingens. Solutio: Hæc dictio si, non ponitur hic conditionaliter, sed adjunctive. Et est sensus: Sicut verum est, quod Dominus locutus est in me, ita verum est, quod tu non reverteris in pace. Simile *Exod. trigesimo secundo.* Aut dele me de libro tuo, quem scripsisti, aut dimitte eis hanc noxam, idest, si non deles me, dimitte eis. Disjunctiva enim vertitur, ut dicit *Augustin.* destructo quod antecedit, & manente quod sequitur. Sed adhuc restat objectio, quia quicquid contingat, necesse erat Dominum in eo locutum fuisse, & Achab reversurum in pace, erat contingens, & ita primum poterat esse verum sine ultimo, ergo poterat esse, quod Dominus locutus fuisset in eo, & Achab reverteretur in pace. Sed Michæas dixerat ipsum non esse reversurum in pace, ergo quod Dominus dixerat per Michæam, poterat esse falsum. Difficilis est hujus solutio: Dici tamen potest, quod sicut Deus unica visione numero, videt duo opposita; ita unica dictione, sua possunt significari opposita, non tamen simul. unde si reversus fuisset in pace, tunc aliud fuisset significatum per locutionem Domini, & ita omni casu contingente dixisset Dominus verum.

r Audite populi omnes.] Quasi quod ita dixerim, testes sitis.

s Habitum suum, & ingressus est bellum.] Forte Achab deferens ipsi Josaphat, fecit eum indui regali veste, & ipse indutus erat habitu militari. Vel forte hoc fecit, ne cognosceretur a Syris, quia ipsum solum quærebant Syri.

a Nisi] quasi dicat, non curantes de aliis, solum Achab sanguinem quærite.
b Josaphat,] in veste regali.
c Exclamavit] convocans suos in auxilium.
d Intellexeruntque principes] regis Syriæ.
e In sinum] idest, in interiora.
f In universo exercitu,] Israel.
g Et laverunt] mulierculæ quædam.
h Quod locutus fuerat.] per Eliam. *sup.* 21.

F

i Et domus eburnea,] *sup. Luc.* 16. ubi agitur de divite epulone, dicit *Gloss.* Si cultus pretiosarum vestium culpa non esset, sermo Dei non tam evigilanter exprimeret, quod dives purpura, & bysso indutus, apud inferos irremeabiliter torqueretur. Eodem modo hic, nisi pretiositas domorum culpabilis esset, non fieret mentio de domo eburnea. Unde *Jerem. vigesimo secundo*. Væ qui ædificat domum suam in injustitia, & cœnacula sua non in judicio, amicum suum opprimet frustra, & mercedem non reddet ei. Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa, qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque Synopide, idest, sanguine Christi, dicit *Gl.* Ideo idem dicebat quidam dives: *Luca* 12. Destruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te. Quæ autem parasti, cujus erunt?

G

Sup. 21.

k Josaphat vero] rex Juda, qui iverat cum eo in Ramoth Galaad.
l Annorum erat,] Josaphat scilicet.
m In conspectu Domini,] quia ut dicitur tertio anno regni sui præcepit principibus, & sacerdotibus regni sui, ut pergentes per singulas civitates docerent legem Moysi.

a nisi contra regem Israel solum. Cum ergo vidissent principes currum *b* Josaphat, suspicati sunt, quod ipse esset rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eum. Et *c* exclamavit Josaphat. *d* Intellexeruntque principes curruum, quod non esset rex Israel, & cessaverunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel inter pulmonem, & stomachum. At ille dixit aurigæ suo: Verte manum tuam, & ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum. Commissum est ergo prælium in die illa. Et rex Israel stabat in curru suo contra Syrios, & mortuus est vespere. Fluebat autem sanguis plagæ in *e* sinum currus, & præco personuit in *f* universo exercitu, antequam Sol occumberet, dicens. Unusquisque revertatur in civitatem, & in terram suam. Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariam. Sepelieruntque regem in Samaria, & *g* laverunt currum ejus in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem ejus, & habenas laverunt juxta verbum Domini, quod *h* locutus fuerat. Reliqua autem sermonum Achab, & universa, quæ fecit, & *i* domus eburnea, quam ædificavit, cunctarumque urbium, quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormivit ergo Achab cum patribus suis, & regnavit Ochozias filius ejus pro eo. *k* Josaphat vero filius Asa regnare cœperat super Judam anno quarto Achab regis Israel. Trigintaquinque *l* annorum erat, cum regnare cœpisset, & vigintiquinque annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Azuba filia Salai. Et ambulavit in omni via Asa patris sui, & non declinavit ex ea. Fecitque, quod rectum est in *m* conspectu Domini, verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. Pacemque habuit Josaphat cum rege Israel. Reliqua autem verborum Josaphat, & opera ejus, quæ gessit, & prælia, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Juda? Sed & reliquias *n* effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris ejus, abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. Rex vero Josaphat *o* fecerat classes in mari, quæ navigarent in Ophir, propter aurum, & ire non potuerunt, quia confractæ sunt in *p* Asiongaber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Josaphat. Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Josaphat. Dormivitque Josaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David patris sui, regnavitque Joram filius ejus pro *q* eo. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria *r* anno septimodecimo Josaphat regis Juda, regnavitque super Israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu Domini, & ambulavit in via patris sui, & matris suæ, & in via Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. Servivit quoque Baal, & adoravit eum, & irritavit Dominum Deum Israel, juxta omnia, quæ fecerat pater ejus.

Finis Primi Libri Malachim, idest, Regum Tertii.

n Effeminatorum,] quos pater suus non deleverat, scilicet cultores Cybeles.
o Fecerat classes] sicut Salomon *sup.* 9.
p In Asiongaber.] Insula quædam. Hanc confractionem prædixerat ei Eliezer propheta futuram, quia fecerat fœdus cum Ochozia rege Israel.
q Pro eo.] scilicet Josaphat.
r Anno septimodecimo Josaphat] Sed quæritur, Ochozias cœpit regnare septimodecimo anno Josaphat, qui regnavit vigintiquinque annis, & Ochozias tantum duobus ut dicitur hic, quomodo Joram frater ejus cœpit regnare secundo anno Joram filii Josaphat, ut dicitur *quarto Regum primo*. Præterea *quarto Regum tertio* dicitur, quod anno decimo octavo Josaphat cœpit regnare Joram filius Achab. Non ergo secundo anno Joram filii Josaphat. Hæc contrarietas sic solvitur. Duo anni, quibus dicitur regnasse Ochozias, sunt illi, quibus solus, & incolumis, antequam corruisset per cancellos, regnavit; reliqui vero octo, vel novem, quibus eo languente frater ejus Joram administrationem agebat, non sibi sed fratri deputantur. Unde Joram dicitur regnasse vigesimoquarto anno Josaphat, quia tunc regni administrationem suscepit. Ubi vero dicitur, quod anno secundo Joram filii Josaphat cœpit regnare Joram filius Achab, tempus, quo solus defuncto fratre regnavit, attenditur.

Postilla super Tertium Librum Regum explicit.

REVE-

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Postillam super IV. Librum Regum.

INCIPIT MALACHIM LIBER II. *idest, Regum quartus.*

CAP. I.

PRævaricatus *a* est autem Moab in Israel, postquam mortuus est Achab. *b* Ceciditque Ochozias per *c* cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, & ægrotavit; Misitque nuncios dicens: Ite, consulite *d* Beelzebub Deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, & ascende in occursum nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos: Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem hæc dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, *e* non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias. Reversique sunt nuncii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos. Ite, & revertimini ad regem, qui misit vos, & dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid quia non erat Deus in Israel, mittis, ut consulatur Beelzebub Deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Qui dixit eis: Cujus figuræ, & habitus est vir ille qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt. Vir *f* ille pilosus, & *g* zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est. Misitque *h* ad eum quinqua-

EXPOSITIO CAP. I.

PRævaricatus est autem Moab] Hic incipit liber quartus Regum, qui apud *Hebræos* non est liber unus, sed pars Malachim. Nam sicut dictum est supra in introitu, Hebræi primum, & secundum Regum vocant Samuel: Tertium, & quartum vocant Malachim, idest, Regum. Dividitur autem liber iste quartus, scilic. in tres partes universaliter, secundum triplicem materiam, de qua agitur hic. Primo agitur hic, non tamen continue, de gestis, & dictis diversorum Prophetarum, qui sub regibus Juda & Israel prophetabant. Secundo de regibus Israel, ac bellis eorum contra Reges Juda, & Reges Syriæ, ac demum contra Reges Assyriorum, a quibus captivati cum toto populo leguntur. Tertio agitur de Regibus Juda & bellis eorum. Nunc contra reges Israel, nunc contra Reges Ægypti, ac demum contra Babylonios, a quibus captivati, & translati in Babylonem leguntur. Hæc autem tria, de quibus hic agitur, non sunt ordinata in hoc libro secundum quod jam dicta sunt, sed permixtim, & sine ordine artis posita sunt, quia non ordo artis, sed ordo historiæ debuit sic servari. Continuatur autem liber iste præcedenti, hoc modo: Mortuus est Achab, & regnavit Ochozias filius ejus pro eo, cujus tempore recessit Moab a tributo Regum Israel. Hic Ochozias dum iret quadam die per deambulatorium domus superioris, vel dum descenderet inde, ut dicit *Joseph.* cecidit per cancellos, & ægrotans misit nuncios, qui consulerent Beelzebub Deum Accaron super infirmitate sua, sed occurrit eis Elias, & fecit eo reverti, prædicens eis, quod non surgeret Ochozias de lecto. Propter hoc Ochozias misit tres quinquagenarios ad Eliam, ut adducerent eum ad se: Sed Elias duos primos igne de cœlo immisso combussit, cum tertio vero venit, & sicut mandaverat Ochoziæ per nuncios, sic dixit ei: Et hoc est: [Prævaricatus est] idest, recessit a tributo Israel.

c Per cancellos] Cancelli, sunt appodiationes, quæ solent fieri in gradibus domorum.

d Beelzebub] *Gloss.* El, Syriace sol, addita b. bel, inde pro variatione linguarum, bel, bal, baal, Beelzebub *Josephus* dicit nomine muscam: Unde Beelzebub interpretatur Deus muscarum, quia in sacrificio ejus congregatæ, eum undique circumdabant.

e Non descendes,] incolumis, scilicet.

f Vir pilosus,] idest, hirsutus, & impolitus.

Ω *a* Et quinqua-

Mystice. *b* Cecidit Ochozias, &c.] Mystice Ochozias significat principes Judæorum. Domus Ochoziæ significat Synagogam præceptis, & sacrificiis legalibus quasi cancellis circumdatam. Cecidit Ochozias per cancellos, quia Judæi per litteralem intelligentiam legis, in morbum desperabilem ceciderunt, & quia Dei auxilium, & consilium reliquerunt, ideo in lege non invenerunt salutis remedium. Ochozias misit principes suos ad capiendum Eliam, sic principes Sacerdotum miserunt, ut caperent Jesum in sermone. Unde *Matth.* 22. Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, ut caperent Jesum in sermone. Sed non in sermone capitur Jesus, sed in observantia mandatorum. Unde *Luc.* 18. quæsivit quidam a Jesu: Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? Et respondit: Nosti mandata? quasi dicat si vis esse salvus, serva mandata.

Moraliter. Moraliter. *b* Cecidit Ochozias. Moral. autem Ochozias significat prælatum, domus ejus Ecclesiam, cœnaculum domus eminentiam dignitatis, cancelli, negotiorum & curarum perplexitates. Ochozias ergo habet cœnaculum in Samaria, idest, Prælatus habet eminentiam dignitatis in animarum custodia. *Habacuc* 2. Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum. Item. *Isai.* 21. Super speculam Domini ego sum stans jugiter per diem, & super custodiam meam: ego sum stans totis noctibus. Ita dicit bonus Prælatus. Sed malus quid? Ecce *Canticorum* 1. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi. Cadere per cancellos, est Prælatum per curas multiplices ruere in peccatum: post casum ægrotare, est Prælatum post peccati perpetrationem in peccandi consuetudine permanere. Ægrotantem consulere Beelzebub, est per mundi sapientiam velle peccato mederi, quod per divinam sapientiam debet curari: Sic hodie multi, imo fere omnes Ecclesias regunt ductu mundanæ sapientiæ, quas tamen regere promiserunt moderamine legis divinæ: Beelzebub dicitur Deus muscarum, & significat advocatos, quos relicto Domino, consuluit Ochozias, idest, Prælatus. Et recte Beelzebub dicitur advocatus, idest, muscarum Deus. Muscæ enim significant importunas cogitationes, & curas anxias, quæ pungunt animas usque ad sanguinem. *Ecclesiastici* 10. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. *Gregor. super Exod.* 8. Dominus Ægyptum, idest, amatores mundi percussit muscarum multitudine, quia vexamur curarum inquietudine; Israel vero Sabbati custodiam accepit in munere. Sequitur:

f Vir pilosus,] vir religiosus.

g Zona pellicea] est vita austera, accinctio renum, continentiæ virtus. Talis annunciat Ochoziæ mortem imminere, quia hujusmodi viri illis, qui vivunt in deliciis, sunt prophetæ æternæ miseriæ. Unde 1. *Paralip.* 4. Si autem primum a nobis incipit judicium, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? Et si justus quidem vix salvabitur, impius, & peccator, ubi parebunt? Nescio, dicit, quia super erit judex iratus, subtus horribilis infernus, a sinistris infinita dæmonia ad infernum trahentia, a dextris peccata accusantia, intus conscientia urens, foris mundus ardens. Miser ergo peccator quo fugiet? Latere erit impossibile, apparere erit intolerabile. Sequitur.

h Misit ad eum quinquagenarium] Quinquagenarius sicut dicit *Gloss.* numerus est pœnitentiæ, quo declaratur remissio peccatorum. Princeps igitur super quinquaginta, est Prælatus, qui præest remissioni peccatorum. Unde Petro dictum est *Matthæi decimo sexto*. Tibi dabo claves regni cœlorum: Et quodcumque ligaveris super terram, &c. Item *Isaiæ tertio*. Auferet Dominus a Jerusalem, & a Juda senem, principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de Architectis, & prudentem eloquii mystici, & dabo pueros Principes eorum. Tres sunt quinquagenarii, quia triplex est diversitas Prælatorum.

Moraliter. * Quidam bona dicunt, sed non faciunt. De quibus *Matth.* 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alii faciunt bona, sed non docent, quia muti sunt per ignorantiam. De quibus *Is.* 56. Speculatores ejus cæci omnes, nescientes universi, canes muti non valentes latrare. Alii faciunt bona, & bona docent. De quibus *in Psalm.* 149. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum, idest sermo Christi, dicit *Gloss.* Duo primi quinquagenarii, igne devorati, significant duas primas species Prælatorum, qui peccatum committunt vel non docendo, vel non faciendo, idest, carent vita, vel doctrina, quos divinæ ultionis ignis in fine consumet. Tertius quinquagenarius qui evasit, significat tertiam speciem prælatorum, qui docent, & faciunt bona. His enim in fine parcetur, imo remunerabuntur. Unde *Matth.* 5. Qui fecerit, & docuerit sic, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Unde *Matth.* 25. Servus, qui duo talenta acceperat, benedicitur, qui vero unum, quod acceperat abscondit, maledicitur. Duo talenta habet, qui habet doctrinam, & opus. Unum tantum habet, qui altero illorum caret. Unde *Matth.* 5. Qui solverit unum de mandatis istis, [idest, opere, & doctrina, quæ mandata sunt Prælatis. 1. *Tim.* 4. Esto fidelis in verbo, & conversatione. Et *infra*. Attende enim tibi, & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt] minimus vocabitur in regno cœlorum, idest, nullus dicit *Gloss.* quædam, & multi tales sunt. Unde *Psal.* 118. Tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam.

23. q. 4. c. Si illic & c. 22 vindicta. De consec. dist. 2. c. Si vera in fin.

C

D

A

a Et quinquaginta] armatos, ut dicit *Josephus* qui vocarent eum, vel invitum traherent eum ad regem.

b Rex præcepit] Ex hoc verbo percepit Elias, quod ironice vocaverant eum hominem Dei, & quod ex malitia veniebant.

c Dixit] idest, principi super 50.

d Et devoravit] hunc zelum attendentes Apostoli quando Samaritani noluerunt eos recipere in hospitium,

genarium principem *a* quinquaginta viros, qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum, sedentique in vertice montis, ait: Homo Dei, *b* Rex præcepit ut descendas. Respondensque Elias, dixit *c* quinquagenario. Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & devoret te, & quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cœlo, & *d* devoravit eum, & quinquaginta, *e* qui erant cum eo. Rursum misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, hæc dicit Rex: Festina, descende. Respondens Elias, ait: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & devoret te & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis Dei de cœlo, & devoravit illum, & quinquaginta ejus. Iterum misit principem quinquagenarium *f* tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, *g* curvavit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait. Homo Dei, noli despicere animam meam, & animas servorum tuorum, qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cœlo, & devoravit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant. Sed nunc obsecro, ut miserearis animæ meæ. Locutus est autem Angelus Domini ad Eliam dicens: Descende cum eo. Ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad Regem, & locutus est ei. Hæc dicit Dominus. Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, a quo posses *h* interrogare sermonem, ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed *i* morte morieris. *k* Mortuus est autem juxta sermonem Domini, quem locutus est Elias, & *l* regnavit Joram frater ejus pro eo, anno secundo Joram filii Josaphat Regis Judæ. Non enim habebat filium. Reliqua autem verborum Ochoziæ, quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel?

C A P. II.

FACTUM *m* est autem, cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias, & Eliseus de Galgalis. Dixitque Elias ad Eliseum: Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus. Vivit Dominus, & vivit anima tua, *n* quia non derelinquam te. Cumque descendisset Bethel, egressi sunt filii *o* Prophetarum, qui erant in Bethel ad Eliseum, & dixerunt ei. Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet Dominum tuum a te? Qui respondit. Et ego novi. Silete. Dixit autem Elias ad Eliseum. *p* Sede hic quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait. Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque venissent Jericho, accesserunt filii Prophetarum, qui erant in Jericho ad Eliseum, & dixerunt ei. Numquid nosti, quia Dominus hodie tollet Dominum tuum? Et ait. Et ego novi. Silete. Dixit autem ei Elias: sede hic, quia Dominus misit me usque ad Jordanem. Qui ait. Vivit Dominus, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. Iverunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filiis Prophetarum secuti sunt. Qui & steterunt econtra a longe. Illi autem ambo stabant super Jordanem. Tulitque Elias pallium suum, & involvit illud, & percussit

dixerunt ad Jesum: Vis, Domine, dicamus, ut descendat ignis de cœlo, & consumat eos, sicut fecit Elias? *Luc.* 9. Sed quia Dominus tunc venerat vocare peccatores ad pœnitentiam, non perdere, per vindictam, respondit eis: Nescitis, cujus spiritus estis. Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare.

e Et quinquaginta, qui cum eo erant.] *Gloss.* quia conviciando dixerunt: Homo Dei descende.

f Tertium,] hic est Abdias, qui pavit centum prophetas in spelunca tempore Jezabel, *supra tertio Regum decimo octavo.*

g Curvavit genua] *Gl.* quia humiliter accessit.

h Interrogare sermonem] *Isaia octavo.* Cum dixerint ad vos. Quærite a pythonibus, & a divinis, qui strident in incantationibus suis. Nunquid non populus a Deo suo requiret visionem pro vivis, ac mortuis? Ad legem magis, & ad testimonium.

i Sed morte morieris, &c.] Quod mandaverat per nuncios, idem dicit ei: Nec terretur præsentia Regis, quin dicat totam veritatem. Sic debet facere omnis Prælatus, Prædicator, & Doctor.

k Mortuus est autem] non statim, sed postea vixit octo vel novem annis, quibus Joram administrabat regnum qui Ochozia mortuo, surrexit in regnum anno secundo Joram filii Josaphat Regis Juda. Et tunc æquivoci fuerunt Rex Juda, & Rex Israel & affines, quia Athalia uxor Joran Regis Juda erat soror Ochoziæ patris Joram Regis Israel.

l Et regnavit Joram] idest, regnare cepit.

EXPOSITIO CAP. II.

FActum *m* est autem, &c.] Hic agitur de raptu Eliæ.

n Quia non derelinquam te.] Forte revelatum fuerat ei, quod Elias debebat tolli, & ideo nolebat eum dimittere.

o Filii Prophetarum,] quibus etiam fuerat revelatum, quod Elias erat tollendus.

p Sede hic, quia Dominus, &c.] Hæc est lucta Jacob cum Angelo dicente, Dimitte me, &c.

a In

aquas, quæ divisæ sunt in *a* utramque partem, & transierunt ambo *b* per siccum: Cumque transissent Elias dixit ad Eliseum: Postula, quod vis, ut faciam tibi, antequam tollar a te. Dixit Eliseus: Obsecro, ut fiat in me *c* duplex spiritus tuus. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: Attamen, si videris me, quando tollar a te, erit, quod petisti. Si autem non videris, non erit. Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, *d* ecce currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque. Et ascendit Elias per *e* turbinem in cœlum, Eliseus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel, & *f* auriga ejus. *g* Et non vidit eum amplius. Apprehenditque vestimenta sua, & scidit *h* illa in duas partes. Et levavit pallium Eliæ, quod *i* ceciderat ei. Reversusque stetit super ripam Jordanis, & pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & k non sunt divisæ, & dixit. *l* Ubi est Deus Eliæ *m* etiam nunc? *n* Percussitque aquas, & *o* divisæ sunt huc, atque illuc, & transiit Eliseus. Videntes autem filii Prophetarum, qui erant in Jericho, econtra dixerunt: Requievit spiritus Eliæ super Eliseum, & venientes in occursum ejus *p* adoraverunt eum proni in terram, dixeruntque illi: Ecce cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere Dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus Domini, & projecerit eum in unum montium, aut in unam vallium. Qui ait: *q* Nolite mittere. *r* Coegeruntque eum, donec acquiesceret, & diceret: Mittite: Et miserunt quinquaginta viros. Qui cum quæsissent tribus diebus, non invenerunt, & reversi sunt ad eum. At ille habitabat in Jericho. Dixitque eis: Numquid non dixi vobis, nolite mittere? Dixerunt quoque viri civitatis ad Eliseum: Ecce habitatio civitatis hujus *ſ* optima est, sicut tu ipse domine, prospicis, sed aquæ pessimæ sunt, & terra *t* sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal. Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus: *u* Sanavi aquas has, & non erit ultra in eis *x* mors, neque sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc, *y* juxta verbum Elisei, quod locutus est. Ascendit autem inde Eliseus in Bethel. Cumque ascenderet per viam pueri parvi egressi sunt de civitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calve, ascende calve. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in *z* nomine Domini. Egressique sunt *a* duo ursi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reversus est in Samariam.

a In utramque, &c.] idest in duas partes.

b Per siccum:] sicut filii Israel per mare rubrum. *Exod.* 14. (Gen. 12.)

c Duplex spiritus tuus.] Spiritum duplicem habuit Elias, idest ad duo, scilicet, ad Prophetiam, & ad miracula. Ad eadem duo fuit in Elisæo, & ita non petiit discipulus esse super magistrum, quod superbia esset. Unde *Matth.* 10. Non est discipulus super magistrum, neque servus super Dominum suum. Ita exponit *Gloss.* hic: Et secundum hoc sic legitur littera: Obsecro ut spiritus tuus duplex fiat in me. Quidam sic: Obsecro, ut spiritus tuus fiat duplex, idest, duplicetur in me, & ita factum fuit: quia Eliseus duos mortuos suscitavit, unum vivens, & alterum mortuus; Elias vero tantum unum: Et sic videtur, quod petiit fieri supra magistrum, quod videtur velle *Augustin.* qui dicit: Si non daretur gratia Spiritus sancti, alii plus, alii minus, non dixisset Eliseus: Fiat spiritus tuus duplex in me. Solutio: Non habuit majorem gratiam, quam Elias, nec petiit, sed ad plura habuit, & ita non fuit, neque petiit esse super magistrum. Et quod dicit *Augustin.* Si non daretur gratia plus uni, &c. sic expone, idest ad plura, *Matth.* 13. (Eccl. 48. Infr. 13.)

d Ecce currus igneus,] *Gloss.* Elias in curru ascendit, quia purus homo, auxilio egebat alieno; redemptor noster non in curru, quia qui omnia fecerat, super omnia sua virtute ferebatur. Contra *Psalm.* 90. In manibus portabunt te, ibi *Gloss.* Manibus Angelorum Christus ascendit in cœlum; non ergo tantum virtute sua. Solutio: Christus manibus Angelorum ascendit, idest, Angelis ministrantibus, ut Domino suo, non quod ipse indigeret auxilio eorum, sed Elias indiguit auxilio alterius in sublatione sua.

e Per turbinem] *Gloss.* Turbo est ventus validissimus, qui rapuit Eliam in cœlum aereum. Unde *Matth.* 13. Volucres cœli, ut in secretam quamdam regionem terræ repente illum deponeret, ubi in magna jam quiete carnis, & spiritus viveret quousque in finem mundi mortis debitum persolvat. Currus igneus, quo raptus dicitur, sunt angelicæ virtutes, quarum operatione sublevatus est. Sed nota, dicitur, quod Sabatha pater Eliæ, antequam Elias natus esset, vidit in somnis viros candidatos salutantes eum. Quod cum nunciasset in Jerusalem, responsum ei est, quod habiturus esset filium, qui judicaret Israel in gladio, & igne. Et hoc verum fuit: quia Elias interfecit gladio Sacerdotes Baal, 3. *Regum* 18. Et duos quinquagenarios igne consumpsit, 4. *Regum* 1. Henoch per coitum generatus, & generans ante legem, *Gen.* 5. Elias per coitum generatus, sed non generans, sub lege. Hic Christus non generatus per coitum, neque generans sub tempore gratiæ, elevatus in cœlum.

f Auriga ejus.] idest, sustentator populi, & rector. Sustentator infirmorum, rector robustorum: Sustentator per auxilium, rector per consilium: Sustentator per compassionem, rector per eruditionem.

g Et non vidit eum] præsentia corporali.

h Scidit præ dolore] absentiæ magistri sui, vel ut indueretur veste Eliæ quam dimiserat ei.

i Quod ceciderat] idest, quod Elias projecit, dum tolleretur.

k Et non sunt divisæ,] prima vice: quod ideo factum est, ne crederet Eliseus se esse majorem Elia.

l Ubi est Deus Eliæ] Aliqui habent: Ubi est verbum Eliæ. (De consf. d. 5. c. Aquam.)

m Etiam nunc?] idest, promissio, promiserat enim ei Elias, quod fieret quicquid peteret, si videret eum, quando tolleretur.

n Percussitque] secundo.

o Et divisæ sunt] sicut primo divisæ fuerant per Eliam, & hoc factum est in figura baptismi. Unde Scribæ, & Pharisæi dixerunt Joanni Baptistæ, *Jo.* 3. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta, idest Eliseus, qui nomine Prophetæ antonomastice intelligitur.

p Adoraverunt] dulia, idest venerati sunt.

q Nolite mittere.] Sciebat enim, quod Dominus rapuerat eum in cœlum.

r Coegeruntque] tædio precum.

ſ Optima] quoad situm loci.

t Sterilis.] propter aquas malas.

u Sanavi] auctoritate, Eliseus vero ministerio.

x Mors, neque sterilitas.] Hoc dicit, quia forte aqua morbosa erat bibentibus cum sterilitate.

y Juxta verbum Elisei,] Unde cum fit aquæ benedictio, dicitur: Per Deum, qui per Eliseum prophetam te in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ.

z In nomine Domini.] idest, per nomen Domini, vel invocato nomine Domini.

a Duo ursi] *Isidorus*: Duo ursi sunt Titus, & Vespasianus, quos de silvis gentium immisit Dominus quadragesimosecundo anno post Domini passionem, & crudeli strage Judæos dejecerunt.

EXPO-

CAP. III.

JORAM *a* vero filius Acab regnavit super Israel in Samaria *b* anno decimo octavo Josaphat regis Judæ. Regnavitque duodecim annis, & fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus, & mater. *c* Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater ejus. Verumtamen in peccatis Jeroboam filii Nathan, qui peccare fecit Israel, *d* adhæsit, nec recessit ab eis. *e* Porro Mesa Rex Moab nutriebat pecora multa, & solvebat Regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis. Cumque mortuus fuisset Achab, *f* prævaricatus est fœdus, quod habebat cum Rege Israel. Egressus est igitur *g* Rex Joram in die illa de Samaria, & recensuit universum Israel, misitque ad Josaphat Regem Juda, dicens: Rex Moab *h* recessit a me: Veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit: Ascendam. Qui meus est, tuus est, populus meus populus tuus, & equi mei equi tui. *i* Dixitque: Per quam viam ascendemus? Et ille respondit: Per desertum Idumææ, Perrexerunt igitur Rex Israel, & Rex Juda, & *k* Rex Edom, & *l* circumjerunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui, & jumentis, quæ sequebantur eos. Dixitque Rex Israel: Heu, heu, heu, congregavit nos Dominus tres Reges, ut traderet in manu Moab. Et ait Josaphat: Estne hic Propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum? Et respondit unus de servis Regis Israel: Est hic Eliseus filius Saphat, qui *m* fundebat aquam super manus Eliæ. Et ait Josaphat: Est *n* apud eum sermo Domini. Descenditque ad eum Rex Israel, & Josaphat Rex Juda, & Rex Edom. Dixit autem Eliseus ad Regem Israel: *o* Quid mihi, & tibi est? Vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ. Et *p* ait illi Rex Israel: Quare congregavit Dominus tres Reges hos, ut traderet eos in manus Moab? Dixit autem Eliseus: Vivit Dominus exercituum, in *q* cujus conspectu sto, quod si non vultum Josaphat Regis Judæ *r* erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem. Nunc autem adducite mihi *s* psaltem. Cumque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini. Et ait: Hæc dicit Dominus: Facite *t* alveum torrentis hujus, fossas, & fossas. Hæc enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neque pluviam, & alveus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ vestræ, & jumenta vestra. Parumque est hoc in conspectu Domini. *u* Insuper tradet etiam Moab in manus vestras. Et percutietis omnem civitatem munitam, & omnem urbem electam, & universum lignum fructiferum *x* succidetis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, & *y* ecce aquæ veniebant per viam Edom. Et repleta est terra aquis. Universi autem Moabitæ audientes, quod ascendissent Reges, ut pugnarent adversum eos, convocaverunt omnes, qui accincti erant balteo desuper, & steterunt in *z* terminis. Primoque mane surgentes, & orto jam Sole ex adverso aquarum, viderunt Moabitæ e contra aquas rubras quasi sanguinem. Dixeruntque: Sanguis

EXPOSITIO CAP. III.

JOram *a* vero filius Achab] Hic agitur de tribus regibus, scilicet Rege Israel, Rege Juda, Rege Edom, qui obsederunt Regem Moab.

A *b* Anno decimo octavo Josaphat] Hoc videtur falsum, quia *supra tertio Regum ultimo* dictum est, quod Ochozias cœpit regnare decimoseptimo anno Josaphat, & duobus annis regnavit; ergo Joram frater Ochoziæ non cœpit regnare decimo octavo anno Josaphat, sed potius decimo nono. Item *supra* 1. dictum est, quod Joram frater Ochoziæ cœpit regnare secundo anno Joram Regis Juda filii Josaphat; ergo Josaphat jam mortuus erat, quando Joram iste sic cœpit regnare. Quomodo ergo dicitur hic, quod cœpit regnare decimo octavo anno Josaphat? Solutio: B Ochozias ante casum per cancellos regnavit duobus annis; post casum vero Joram frater ejus cœpit regni administrationem, & sic habuit eam Ochozia vivente octo, vel novem annis. Postea vero mortuo Ochozia regnavit solus Joram per se, & fuit Rex. Hinc est, quod anni regni Joram aliquando computantur ab illo tempore, quo suscepit regni administrationem, ut hic, aliquando a morte Ochoziæ, quando solus regnavit, ut *supra* 1. *in fine*.

c Tulit] idest, abstulit.

d Adhæsit,] i. coluit vitulos, quos fecit Jeroboam, 3. *Reg.* 12.

C *e* Porro Mesa, &c.] Hic prosequitur auctor, quod promiserat in principio hujus libri, scilicet, quomodo prævaricatus est Moab ab Israel, & quid inde acciderat ei. [3. Reg. 22.]

f Prævaricatus est fœdus, &c.] idest, negavit ei tributum, quod dabat ei ex fœdere.

g Rex Joram] filius Achab.

h Recessit a me:] A me dicit, & tamen adhuc vivebat Ochozias frater ejus, qui erat Rex.

i Dixitque:] scilicet Josaphat.

k Rex Edom,] hunc Josaphat duxit secum.

l Circumierunt] desertum scilicet.

m Qui fundebat, &c.] idest, qui serviebat Eliæ, & ponitur hic species quædam servitii.

n Est apud eum, &c.] quasi dicat, tangitne modo Spiritus sanctus cor ejus, ut possit nos certificare de eventu belli. Vel sic est: Apud eum sermo Domini, idest, est ne ipse Domini? non Baal.

o Quid mihi, & tibi est?] Quasi dicat, tu cum sis idololatra, quare venis ad Prophetam Domini? Sed quare reprehendit Eliseus regem Israel de idololatria potius, quam regem Edom, qui similiter idololatra erat, & erat præsens? Solutio: Forte Rex ille non fuit idololatra, vel Gentilis erat, & nunquam coluerat unum Deum, sed rex Israel sic, & ideo plus peccabat, & ideo reprehenditur quasi apostata. 2. *Petr.* 2. Melius est viam veritatis, &c. [3. Reg. 17. & 18.]

p Et ait illi rex Israel:] licet reprehensus.

q In cujus conspectu sto,] idest, cui fideli, & fixo corde servio, vel in cujus conspectu sto per contemplationem.

r Erubescerem,] idest non revererer eum.

s Psaltem.] Sed quid ad Prophetam Dei de Psalte? Dicunt quidam, quod sic per armoniam reprimitur malus spiritus, ut patuit in Saule. Itaque per eamdem excitatur bonus spiritus: Nam ex dulcedine cantus convertitur anima ad Deum, & tunc infunditur spiritu prophetico. Alii dicunt, quod hoc fuit non virtute cantus, sed virtute significationis, quam ibi Dominus mystice demonstravit. [1. Reg. 16.]

t Facite alveum torrentis] idest, facite in alveo torrentis, qui erat exsiccatus, fossas multas, ut abundantiam aquæ supervenientis retinere possent.

u Insuper tradet] Ecce plus dat Dominus eis, quam petissent.

x Succidetis,] Videtur Eliseus dicere contra legem. Legitur *Deuteronom.* 20. Quando obsederis civitatem multo tempore, & munitionibus circumdederis eam, ut expugnes eam, non succides arbores, de quibus vesci potest; nec securibus per circuitum vastare debes regionem, quoniam lignum est, non homo. Solutio: Ibi loquitur lex de terra, quam possessuri erant Judæi expulsis hostibus, hic vero de terra extra terminos terræ, quæ non erat eis data, nec promissa.

y Et ecce aquæ veniebant per viam Edom.] Pluerat enim vehementer tribus diebus, ut dicit *Josephus*, in superioribus partibus Idumææ.

z In terminis.] ut prohiberent hostes ab ingressu.

a Perre-

a Perrexeruntque, &c.] scilicet Moabites putantes ea esse sine militibus, quia credebant omnes mortuos.
b At illi fugerunt] scilicet Moabitæ.
c Coram eis.] scilicet tribus regibus.
d Fictiles remanerent, &c.] idest de terra facti.
e Civitas] ubi erat sedes regni.
f Ut interrumperent ad regem Edom,] idest, ut interrumperent per partem exercitus, ubi erat Rex Edom, & sic effugerent.
g Et non potuerunt, &c.] quia hostes repulerunt eos in urbem.
h Obtulit holocaustum, &c.] ex magna necessitate, ut Deus eum liberaret, quod videntes reges, ex humana compassione recesserunt ab eo.
i Indignatio] idest compassionis admiratio.
k Recesserunt] tres Reges.
l Ab eo,] idest a Moab.

est gladii. Pugnaverunt Reges contra se, & cæsi sunt mutuo. Nunc perge ad prædam Moab. a perrexeruntque in castra Israel. Porro consurgens Israel percussit Moab? b At illi fugerunt c coram eis. Venerunt igitur, qui vicerunt, & percusserunt Moab, & civitates destruxerunt, & omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleverunt, & universos fontes aquarum obturaverunt, & omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantum d fictiles remanerent. Et circumdata est e civitas a fundibulariis, & magna ex parte percussa. Quod cum vidisset Rex Moab prævaluisse, scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, ut f irrumperent ad Regem Edom, & g non potuerunt. Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit h holocaustum super murum, & facta est i indignatio magna in Israel. Statimque k recessitsunt l ab eo, & reversi sunt in terram suam.

C A P. IV.

MULIER m autem quædam de uxoribus Prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti, quia servus tuus fuit timens Deum. Et ecce n creditor venit, ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi. Cui dixit Eliseus: Quid vis, ut faciam tibi? Dic mihi: Quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei, o quo ungar. Cui ait: Vade, & pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, & ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filii tui, & p mitte inde in omnia vasa hæc, & cum plena fuerint, tolles. Ivit itaque mulier, & clausit ostium q super se, & super filios suos. Illi offerebant vasa, & illa r infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. ſ Stetitque oleum. Venit autem illa, & indicavit t homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo, tu autem, & filii tui vivite de reliquo. Facta est autem quædam dies, & transibat Eliseus u per Sunam civitatem. Erat autem ibi x mulier magna, y quæ tenuit eum, ut comederet panem. Cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam, ut comederet panem. Quæ dixit ad virum suum: Animadverto, quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. z Faciamus ergo ei

EXPOSITIO

CAP. IV.

Mulier m autem quædam de uxoribus prophetarum] In hoc capit. de superabundantia olei mulieris, de suscitatione filii Sunamitis, de coloquintidis, & de superabundantia panum.

n Et ecce creditor venit, ut tollat, &c.] Abdias fuit vir mulieris illius, qui oppressus fuit ære alieno propter alimoniam prophetarum, quos pavit in speluncis tempore Achab, & Jezabel, ut dictum est *supra* 3. *Reg.* 18. Et est hoc optimum salarium his, qui se depauperant propter alimoniam pauperum.

o Quo ungar.] idest, quo reficiar. Vel ungar ad litteram, contra æstum, secundum morem Palestinæ.
p Et mitte inde] idest de oleo.
q Super se,] idest post se.
r Infundebat.] oleum.
ſ Stetitque] idest crescere cessavit.
t Homini Dei:] idest Eliseo.
u Per Sunam civitatem.] unde dicitur Sunamitis.
x Mulier magna,] non tam corpore, quam sapientia.

Ω a Cœnaculum

Moraliter. y Quæ tenuit eum, ut comederet panem.] Non tantum invitavit, quia non solum invitandi sunt hospites, sed etiam trahendi. Unde Dominus *Matth.* 22. dixit servis suis: Ite ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias coegerunt omnes, quos invenerunt bonos, & malos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. *Luc. ultim.* Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies.

Mystice. Mulier ista significat Patriarchas, qui Dominum Prophetarum in hospitio susceperunt, sicut ista Eliseum, ut Abraham, & Loth. Unde sicut isti mulieri Eliseus promisit, & dedit filium, sic Dominus Saræ promisit, & dedit filium. *Gen.* 18. c. 18. & 21. Filius hujus mulieris, populus Judaicus est, qui tempore missionis mortuus est, idest tempore prædicationis Apostolorum, quando scilicet dictum est eis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. *Jo.* 4. Et tunc miser populus Judaicus mortuus est, quando messis gentium in horrea Domini condebatur. Item in meridie mortuus fuit filius hujus mulieris, quia cum Apostoli, & ipse Christus prædicabant, tunc erat meridies, tunc Judaicus populus mortuus est. *Is.* 59. Impegimus in meridie quasi in tenebris caliginosis quasi mortui.

Moraliter. Moraliter autem mulier ista significat animam fidelem, quæ facto die gratiæ in se invitat Eliseum, idest Christum, cum frequenter transiret per eam. Dominus enim per quosdam frequenter transit, per aliquos raro, per aliquos nunquam, cum aliquibus semper manet. Sed per aliquos frequenter transit Dominus, quibus devotionis affectum frequenter infundit. Per aliquos raro transit, quibus se rarum oratione ostendit. Per aliquos nunquam, qui nullam aliquando dulcedinem in contemplatione degustant. Cum aliquibus semper manet, qui semper cum Domino epulantur in azymis sinceræ contemplationis. De quibus *Jo.* 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Veniemus, dicitur, quia tota Trinitas venit ad nos. Pater corpus peccati fortiter destruens. Filius castrum virtutum sapienter construens. Spiritus sanctus castrum constructum benigniter custodiens. Manet Pater potenter elidens dæmonum insidias. Manet Filius, sapienter eludens dæmonum astutias. Manet Spiritus sanctus benigniter sustinens illatas injurias. Sæpe autem contingit, quod cum eis mansionem facit Dominus, per quos frequenter transit, quia ex assuetione orandi, meditandi, contemplandi, incipit Dominus quasi domesticus remanere. Expectat enim ad ostium cordis, ut introducatur, & maneat tibi. *Canticorum cap. quinto.* Vox dilecti pulsantis: aperi mihi, soror mea, columba mea, immaculata mea, amica mea, quia caput meum plenum est rore. Vox ergo dilecti est bonæ cogitationis inspiratio, quæ clamat: aperi per consensum. Soror, per naturæ conformitatem. Columba, per intentionis simplicitatem. Immaculata, per cordis puritatem. Amica, per vicariam charitatem. Sed quid agendum sit, ut remaneat nobiscum verus Eliseus, demonstratur, cum subjungitur.

z Faciamus ergo ei cœnaculum] in quo cœnet, scilicet eminentiam vitæ, per altam contemplationem, ut nihil terrenum, nihil carnale cogitemus, sed solum cœlestia cum Paulo ad *Philip.* 3. qui dicit: Conversatio nostra in cœlis est. Hujus cœnaculi ostium, est liberum arbitrium. Clavis consensus. Ad hoc pulsat Dominus cum ad

* bonum

Ω *a* Cœnaculum] quod significat facram Scripturam. Lectus, contemplationem. Mensa lectionem. Sella doctrinam. Candelabrum bonum exemplum, juxta illud *Math* 5. Sic luceant opera vestra, &c.
f Er candelabrum, &c.] necessaria.
g Dixitque] Eliseus.

lum meum, stravi tapetibus pictis ex Ægypto, aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo; veni, inebriemur uberibus.
d Et mensam,] idest refectionem boni operis. De qua *Isai.* 21. Pone mensam, contemplare in specula.

a cœnaculum *b* parvum, & *c* ponamus in eo lectulum, & *d* mensam, & *e* sellam, & *f* candelabrum, ut cum venerit ad nos, maneat ibi. Facta est igitur dies quædam, & veniens divertit in cœnaculum, & requievit ibi. *g* Dixitque ad Giezi puerum suum: Voca Sunamitem istam. Qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo, dixit ad puerum suum: Loquere ad eam: Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium, & vis, ut *h* loquar Regi, sive principi militiæ? Quæ respondit: In *i* medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult, ut faciam ei? Dixitque Giezi: k Ne quæras: Filium enim non habet, & vir ejus senex est. Præcepit itaque, ut vocaret eam. Quæ cum vocata fuisset, & stetisset ad ostium, dixit ad eam: In *l* tempore isto, in hac *m* eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli, quæso Domine mi vir Dei, *n* noli mentiri ancillæ tuæ. Et *o* concepit mulier, & peperit *p* filium in tempore, & in *q* hora eadem, qua dixerat Eliseus: *r* Crevit autem puer, & *s* cum esset quadam die, & egressus esset ad patrem suum ad messores, ait patri suo: Caput meum *t* doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cum tulisset, & adduxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, & mortuus est. Ascendit autem, & *u* collocavit eum super lectulum hominis Dei, & clausit ostium. Et egressa *x* vocavit virum suum, & ait: Mitte mecum obsecro unum de pueris, & asinam, ut *y* excurram usque ad hominem Dei, & revertar. Qui ait illi: Quam ob caussam vadis ad eum? Hodie *z* non sunt calendæ, neque Sabbatum. Quæ respondit: Vadam. Stravitque asinam, & præcepit puero: Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo, & hoc age, quod præcipio tibi. Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli. Cumque vidisset eam vir Dei e contra, ait ad Giezi puerum suum: *a* Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum ejus, & dic ei: Rectene agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: *b* Recte. Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus, & accessit Giezi, ut amoveret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: Anima enim ejus in amaritudine est, & Dominus *c* celavit a me, & non indicavit mihi. Quæ dixit illi: *d* Numquid petivi filium a Domino meo? Numquid

h Ut loquar Regi] pro te.
i In medio populi] quasi dicat, vallata sum propinquis, & nullus inquietat me; & ideo talibus non indigeo.
k Ne quæras, &c.] quasi dicat, non oportet quærere quid velit, cum non habeat filium, quem pro omnibus habere vellet.

C

l In tempore isto,] Omnino simile dictum est Abrahæ, *Genes.* 18. Revertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua.
m Eadem hora,] scilic. anno revoluto.
n Noli mentiri] Sic etiam Sara vix credidit.
q Et in hora eadem,] anno revoluto.
t Doleo,] quia calor retinet caput ejus.

D

x Vocavit virum] sed non indicavit ei mortem pueri.
y Ut excurram] idest, velociter curram.
z Non sunt calendæ,] hoc dicit, quia in illis diebus præcipue Prophetæ, & Doctores solebant frequentari, & audiri. *a* Ecce Sunamitis illa.] Notabile est hoc, quod Eliseus hospitem suam semper vocat Sunamitem. Non enim tantam familiaritatem habuit cum ea, ut sciret proprium nomen ejus. Quod est contra quosdam religiosos, qui nimiam familiaritatem habent cum mulieribus, quod revera simpliciter malum. Unde *Hier.* Si videris mulierem bonæ conversationis, mente visita illam, & non corporali frequentia. Exemplum de sene.

E

e Et sellam,] recti judicii. Unde: Justitia, & judicium præparatio sedis tuæ. *Proverbiorum* 20. Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo. *Psal.* 88.
f Et candelabrum,] idest, lucem prædicationis. *Exod.* 25. Facies candelabrum de auro purissimo. In auro, sapientia; in purissimo, triplex munditia designatur, quæ requiritur in prædicatoribus, scilicet, cordis, oris, & operis. Hæc igitur necesse est, ut habeamus in domo nostra, si volumus, quod nobiscum maneat Eliseus.
o Concepit mulier, &c.] Mulier, ut dictum est, fidelis anima est, quæ concepit per amorem, parit per operationem.
p Filium] forte opus.
q In tempore, & in hora eadem, qua dixerat Eliseus.] quia Dominus scit omnia, antequam sint, qualiter, & quando fiant. *Inf.* 5.
r Crevit autem puer,] Puer crescit, cum quis in bono opere perseverat sive proposito.
r Et cum esset quædam dies, &c.] De die egreditur puer, cum quis de opere suo laudem quærit. Vadit ad messores, quando opus aggreditur supra vires, & talis cito dolet caput mentis per acediam, aut tædium ex difficultate operis inchoati. Erubescit dimittere, quod incepit, ne dicatur ei id opprobrium *Lucæ* 14. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Nec potest plus facere, quia vires deficiunt. Unde Apostol. *Roman.* 12. Rationabile sit obsequium vestrum. Talem puerum facit pater, idest, ratio redire ad matrem, idest, ad sensualitatem, ut propriam infirmitatem agnoscat, & viribus suis opera commensuret. *Eccles.* 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare. Talis in meridie moritur, quia in medio opere deficit, vel in juventute, quæ est quasi meridies ætatis humanæ.
u Collocavit eum super lectulum hominis Dei, &c.] Lectus Elisei, est crux, vel sepulchrum Christi, ubi collocandus est puer mortuus, idest homo tædiosus, ut ex recordatione Passionis Domini fiat dulce, & jucundum, quod prius fuit amarum, & tædiosum. Unde *Thren.* 3. Recordare paupertatis, & trangressionis meæ, absynthii, & fellis. Et statim sequitur: Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Hæc recolens in corde meo, in Deo sperabo.

e Recte.] quia secundum dispositionem Dei factum erat. *c* Celavit a me, &c.] Hinc trahit *Gregorius* argumentum, quod Dominus non semper inspirat Prophetis cognitionem futurorum, eo quod Eliseo revelavit de puero nascituro, & non revelavit de eodem morituro.
d Nunquid petivi] quasi dicat, mihi non petenti filium, perniciem meam.

Ω *a* Ne illudas

Moraliter. * bonum inspirat. Si consentis, aperis; si dissentis, claudis, *Apocalypsis cap. tertio*. Ego sto ad ostium, & pulso, &c.
b Parvum,] per humilitatem, ut semper nos minores aliis reputemus. *Eccl.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.
c Et ponamus in eo lectulum,] idest, quietem contemplationis. De quo *Cant.* 1. *in fin.* Lectulus noster floridus. Nam in lectulo contemplationis debet esse [aut aliter non dormit ibi sponsus] rosa charitatis, viola humilitatis, lilium castitatis. Lectulus vero voluptatis carnalis, non Floribus, sed funibus stratus est. De quo *Proverb.* 7. dicit mulier vaga: Intexui funibus lectu-

non dixi tibi, *a* ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non *b* salutes eum, & si salutaverit te quispiam, non respondeas illi. Et pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait: Vivit Dominus, & vivit anima tua, non dimittam te. *c* Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem præcesserat eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus, *d* Reversusque est in occursum ejus, & nunciavit *e* ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus. Ingressusque clausit ostium super se, & super puerum, & oravit ad Dominum. Et ascendit, & incubuit super puerum, *f* posuitque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus ejus, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri. At *g* ille *h* reversus, deambulavit semel in domo huc, atque illuc, & *i* ascendit, & incubuit k super eum: & *l* oscitavit puer septies *m* aperuitque oculos. Et *n* ille vocavit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitem hanc: Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad *o* pedes ejus, & *p* adoravit super terram. Tulitque filium suum, & *q* egressa est, & Eliseus reversus est in *r* Galgala. Erat autem fames in terra, & filii Prophetarum habitabant coram eo, dixitque uni de pueris suis: Pone *s* ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum. Et egressus est unus in agrum, ut colligeret herbas *t* agrestes, invenitque quasi vitem silvestrem, & collegit ex ea *u* colocynthidas agri, & implevit pallium suum, & reversus conscidit in ollam pulmenti: *x* Nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo sociis, ut comederent. Cumque gustassent decoctione, exclamaverunt, dicentes: *y* Mors in olla, vir Dei. Et non potuerunt comedere. At ille: Afferte, inquit, farinam. Cumque tulissent, misit in ollam, *z* & ait: Infunde turbæ, ut comedant: Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Vir autem quidam venit de Baalsalisa deferens viro Dei *a* panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & *b* frumentum novum in *c* pera sua. At ille dixit: Da populo, ut comedat. Responditque ei minister ejus: Quantum est hoc, ut apponam *d* coram centum viris? Rursum ille ait: Da populo, ut comedat: Hæc enim dicit Dominus: Comedent, & supererit. Posuitque coram eis. Qui comederunt, & superfuit juxta verbum Domini.

C A P. V.

NAaman *e* princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus. Per

a Ne illudas me?] Illusionem vocat promissionem, qua promittebat ei filium, viro suo jam sene. Vel illusionem dicit, dari filium, & tam cito auferri.

b Non salutes] idest, non facias moram in via, aliquem salutando, vel salutanti respondendo, Simile *Luc.* 10. Neminem per viam salutaveritis.

c Surrexit] Eliseus.

d Reversusque] Giezi.

e Ei,] Eliseo. *f* Posuitque] Nota: Primus Adam tripliciter peccavit, ore, pomum vetitum gustando, & Dei filius satisfecit ore, acetum potando. Unde: In siti mea potaverunt me aceto. Item peccavit Adam, lignum vetitum male aspiciendo; & Dei filius oculis satisfecit in lacrymas resolvendo. Item peccavit Adam manibus, eas ad lignum male extendendo, & Dei filius manibus satisfecit, fixuras clavorum fortiter sustinendo pro nobis. Unde *Zachar.* 13. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? & dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. *g* At ille] scilicet Eliseus. *h* Reversus,] desuper puero, vel de cœnaculo.

i Ascendit] in cœnaculum. *k* Super eum:] puerum; alia littera habet: *l* Et oscitavit]

m Aperuitque] puer.

n Et ille] Eliseus.

o Ad pedes ejus,] Elisei. *p* Adoravit] Deum, latria, vel prophetam dulia. *q* Egressa est,] de cœnaculo. *r* In Galgala.] Hunc locum sæpe frequentabat Eliseus, tum pro loci religione, tum quia ibi natus fuit. Et dicitur, quod in ortu ejus tale contigit prodigium, ut una ex vitulis imago mugiret, quo audito in Jerusalem, sacerdos divino nutu ait: Propheta natus est in Israel, qui sculptilia Deorum destruet, & fusilia.

s Ollam] Non plura vasa, non plura fercula, olerum, non carnium, non piscium.

t Agrestes,] nec etiam olera hortorum.

u Colocynthidas] *Gloss.* idest cucurbitas agrestes minores illis, quæ in hortis crescunt, & sunt amarissimæ. Vel ut quidam dicunt, colocynthida est herba quasi vitis se diffundens in sepibus, fructu modico, & rotundo, & etiam rubeo quando maturus est. Unde Versus:

Gustu difficilis colocynthida crescit in hortis,
Huic par est herba sinuosa cucurbita fronde,
Deque colo verbo venit, ac hoc nomine cyntho,
Cultores Cynthi, quia sunt hoc sæpius usi.

x Nesciebat] non multum studebat in exquisitione ciborum.

y Mors in nlla.] idest amaritudo mortifera.

z Et ait:] Eliseus puero suo.

a Panes primitiarum,] *Hebræus* habet, panes separationum. Nec est intelligendum de panibus primitiarum, qui offerebantur in Pentecoste, *Levit.* 23. *Numer.* 28. Neque de polenta, quæ in Pascha offerebatur, ut *ibidem* dicitur. Sed quia fames erat, festinanter de tritico adhuc recente fecerat iste bonus homo panes istos. Vel primitiæ dicuntur meliora, & præcipua. Unde panes primitiarum vocat hic electos panes de electo tritico factos.

b Et frumentum novum] idest, grana confricata.

c In pera.] idest, in facculo.

d Coram centum viris?] Mysterium hujus miraculi legitur *Matth.* 14. & *Marci sexto*, & *Lucæ nono*, & *Joannis sexto*, ubi dicitur, quod Dominus de quinque panibus, & duobus piscibus satiavit quinque millia hominum, de quorum reliquis etiam impleti sunt duodecim cophini. Sed in quo fuit hoc miraculum, cum fuerint viginti panes hordeacei, & panes primitiarum ad minus duo, & frumentum in pera, unde facti sunt panes; & ita hæc omnia bene poterant sufficere centum viris. Solutio: Ibi fuerunt multo plures, quam centum viri. Et quod dicitur hic, debet sic exponi: Quantum est hoc, ut apponam centum viris, nedum coram populo, qui multus est hic, quasi dicat, vix sufficeret hoc centum viris; quomodo ergo sufficeret tantæ multitudini? vel forte tantum duos panes primitiarum fuerunt appositi centum viris, & suffecerunt eis, & etiam multum remansit ex illis, & in hoc miraculum.

E X P O S I T I O

C A P. V.

NAaman *e* &c.] In hoc capitulo agitur de Naaman Syro.

Ω *a* Salutem

Mystice. Naaman] significat gentiles, & interpretatur decus, vel commotio eorum, quia honore pollebant, & illos, quos infestabant, suis insultibus commovebant. Lepra Naaman significat immunditiam idololatriæ, qua gentiles respersi erant quasi lepra. Latrunculi egressi de Syria significant negotiatores venientes de sublimitate gentium in Judæam. Puella capta a latrunculis est fama, quam ne-

Ω gotia-

Moral. Naaman] est peccator. Lepra, peccati immunditia, quæ potentiam, & opulentiam consuevit comitari. Unde hic dicitur, quod Naaman erat vir fortis, & dives. *Ps.* 72. Ecce peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias. De hac fortitudine, & divitiis dicitur *Jer.* 9. Non glorietur dives in divitiis suis, nec glorietur fortis in fortitudine sua, quia cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus, quia contra natu-

* ram

Ꝙ *a* Salutem Syriæ,] quia iste interfecit latrones quosdam, Syriam devastantes.
c Dominus meus] scilicet Naaman.
d Ad Prophetam,] Eliseum scilicet,
e Ad dominum, &c.] scilicet regem Syriæ.
f Ad regem, &c.] ut ducat ad Prophetam, & reget eum pro se.
g Decem mutatoria] i. decem paria vestium, vel decem novas vestes. Et sic vocantur pro mutatione veterum. *b* Scidit vestimenta] quasi audisset blasphemiam, quia rex Syriæ illud, quod est solius Dei homini attribuebat, sc. lepræ curationẽ.

B

illum enim dedit Dominus *a* salutem Syriæ. Erat autem vir fortis, & dives, sed leprosus: *b* Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, & captivam duxerant de terra Israel puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman. Quæ ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus *c* meus ad *d* prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra, quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad *e* dominum suum, & nunciavit ei, dicens: Sic, & sic locuta est puella de terra Israel, Dixitque ei Rex Syriæ: Vade, & mittam litteras ad *f* Regem Israel. Qui cum profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos, & *g* decem mutatoria vestimentorum, detulit litteras ad Regem Israel in hæc verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito, quod miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum a lepra sua. Cumque legisset rex Israel litteras, scidit *b* vestimenta sua, & ait:

Ꝙ Hæc

Mystice. O gotiatores gentium detulerunt ad gentes de propheta Samariæ, idest, de Christo. Uxor Naaman, est curiositas, affinis gentili populo. Gentiles enim valde curiosi erant ad videndum miracula Christi. Istum Naaman misit rex Syriæ ad regem Israel, i. ad doctores Ecclesiæ, ut curaret eum a lepra idolulatriæ, vel hæresis. Hoc est, quod legitur *Act.* 10. quod Cornelius misit ad Petrum, ut veniret, & doceret eum, quid credere deberet: Eliseus præcepit Naaman septies lavari in Jordane, quia Christus per Apostolos præmisit baptismum, quo loti septiformi gratia Spiritus sancti, mundi, sicut pueri efficiuntur. Item Naaman curatus, fidelis quilibet baptizatus portat secum partem terræ Sanctæ, quia baptizati omnes antiquitus Dominici corporis participatione confirmabantur. Giezi interpretatur præruptum videns, vel vallis visio, & significat Judaicum populum, præruptum vidit, i. legem; unde præcipitatus, cecidit in vallem sordium, & avaritiæ. Giezi est puer Elisei, quia Judaicus populus aliquando fuit populus Dei. Unde *Os.* 11. Puer Israel, & dilexi eum. Sed postquam spreto Evangelio in foveam avaritiæ cecidit, justo Dei judicio lepram erroris incurrit:

Moraliter. * ram gloriæ est descendere, sed naturaliter ascendit, & alta tenet. Unde *Luc.* 2. Gloria in Altissimis Deo. Item de his *Amos* 6. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Ex his duobus, idest potentia, & opulentia oritur superbia. Unde bene dicitur hic: *a* Per illum enim, &c.] Salus Syriæ fomentum superbiæ est. *b* Porro de, &c] Latrunculi Syriæ, sunt motus inanis gloriæ de Syria, quæ interpretatur sublimis, quia motus inanis gloriæ de sublimitate boni operis oriuntur. Dicuntur autem latrunculi, quia latenter necant ipsum opus, unde oriuntur. Est enim inanis gloria quasi tinea, quæ vestem, unde oritur, corrodit. *Eccles.* 42. De vestimentis procedit tinea, idest, de bonis operibus inanis gloria. Hoc autem singulare est huic vitio, quia cetera vitia inclinant ad mala, ut fiant; hoc autem etiam bona jam facta nititur strangulare. Unde *August.* Cetera vitia in malis exercentur, ut fiant, sola superbia vero etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. Item inanis gloria est quasi vipera, quæ in ortu suo matrem necat. Unde *Act.* 28. dicitur: Cum congregasset Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera a calore cum processisset, invasit manum ejus. Vipera manum invadit, cum vana gloria ex bono opere procedit. Item vana gloria est, quasi meretrix, quæ spoliat amatorem suum, aut certe interficit, sicut latro: Sic etiam vana gloria, si quis amat eam, statim spoliatur, & interficitur ab ea. *Prov.* 23. Fovea profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit, interficiet. Aliena dicitur gloria, quia solius Dei est, & non alterius. *Is.* 42. & 48. Gloriam meam alteri non dabo. Hæc est Herodias, quæ dimisso proprio viro, adhæsit Herodi, qui interpretatur gloria pellis, propter quam Joannes, i. gratia, mortuus est, quia dixit: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, *Matth.* 14. Herodes tenuit Joannem, & alligavit eum, & misit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui: Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam. Hæc est meretrix, Iste latro omnibus insidiatur, etiam claustralibus, & contemplativis. Unde & hic dicitur, quod latrunculi Syriæ captivam duxerant parvulam puellam de terra Israel. Terra Israel est religio, melle, & lacte fluens, i. contemplatione deitatis, & humanitatis Christi: Parvula puella, est claustralis humilis, qui captivus ducitur a latronibus Syriæ, quando consentit motibus inanis gloriæ. *Greg.* Bono operi dum laus humana obviat, mentem operantis immutat. Sic fiat igitur opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto. Item *Greg.* Quasi latrunculus humanæ laudis est appetitus, qui in via gradientibus, quasi ex latere jungitur, ut in occultis, quasi educto gladio, vita recte gradientium trucidetur. Item *Aug.* Quantas vires habeat humanæ gloriæ amor, non facile sentit, qui ei bellum non indixit. Ipsa clamat *Jo.* 20. Noli me tangere; imo si te tangere voluerit, fuge, & tutus eris. Unde *Gen.* 39. Injecit domina oculos suos in Joseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Non est quicquam, quod in mea potestate sit, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? *Greg.* Fraudem facimus Deo, quoties de bono opere nosmetipsos, non Deum laudamus. Hujuscemodi verbis per singulos dies loquebatur mulier, & molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. Accidit autem, ut quadam die intraret domum conscientiæ, scil. & operis quidpiam absque arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia vestimenti ejus diceret, dormi mecum, qui relicto illi pallio fugit, & egressus est foras. *B. Bern.* Joseph, cum omnia domini sui sibi credita sciret, dominam non ignoravit exceptam. Item: Fidelis famulus es, si de multa gloria Domini, & si non exeunte ex te, sed transeunte per te, nil manibus tuis adhærere contingat. Quis enim credat parieti, si parturire se dicat radium Solis, quem recipit per fenestram? 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepisti? Nota, quod tribus modis aggreditur nos tentatio inanis gloriæ. Quandoque occupat principium operis. Unde *Thr.* 1. Facti sunt hostes in capite. Quandoque medium *Ps.* 141. In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Quandoque finem: Unde *Gen.* 39. dictum est, quod uxor Putipharis apprehendit laciniam vestimenti Joseph. Lacinia enim extremitas vestis est. Vestis vero signat bonum opus, quia calefacit. Unde *Job* 37. Nonne vestimenta tua calida sunt? Item vana gloria tentat, primo palam volens hominum laudes corrumpere, post in occultum nititur per ineptam lætitiam seducere. Unde & bene dixit domina Joseph: Dormi mecum. *Greg.* Immoderata lætitia, & gloria in conscientia de bono opere, vitio non caret. *Aug.* 10. *Conf.* Sunt aliqui, qui contemnunt gloriam, sed de contemptu ipso inanis gloriæ vanius gloriantur. Item *Bern.* Rara virtus est, ut magna operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. Igitur non solum hominibus, sed sibimet complacere in bonis operibus valde periculosum est. Unde *Job* 31. Si vidi solem, idest bonum opus, cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, idest famam procedentem ex opere. Hæc duo de glorificatione exteriori intelliguntur. Et si lætatum est cor meum in abscondito, & osculatus sum manum meam de glorificatione interiori. Et ne illa crederetur non esse periculosa, subjungitur: Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum? Vana ergo gloria, ut dictum est, vestem justi apprehendit, quando ex bono opere vana gloria, vel lætitia subrepit. Unde dictum est, cum Paulus sarmenta collegit, vipera manibus ejus adhæsit, quam ipse in ignem projecit, & illæsus permansit. Sarmenta colligit, ut ignem faciat, qui colligit auctoritates sacræ Scripturæ, ut aliis charitatem accendat. Hinc exit vipera, quia ex tali opere frequenter nascitur inanis gloria, quam in igne excutit, qui inaniter gloriantes, æterno igne comburendos cogitat, & ostendit. *Act.* 28.

Numquid Deus ego sum, ut occidere possim, & vivificare, *a* quia iste misit ad me, ut curem hominem a lepra sua? *b* Animadvertite, & videte, quot occasiones quærat adversum me. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? *c* Veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. Venit ergo Naaman cum equis, & curribus, & stetit ad ostium domus Elisei. Misitque ad eum Eliseus nuncium, dicens: Vade, & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman *d* recedebat, dicens: Putabam, quod egrederetur ad me, & stans invocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me: Numquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluvii Damasci omnibus aquis Israel, ut laver in eis, & munder? Cum ergo *e* vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum servi sui, & locuti sunt ei: *f* Pater, & si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras, quanto magis, quia nunc dixit tibi, lavare, & mundaberis? Descendit, & lavit in Jordane septies, juxta sermonem viri Dei, & restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, & mundatus est. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Vere scio, quod non sit Deus alius in universa terra, nisi tantum in Israel. Obsecro itaque, ut accipias *g* benedictionem a servo tuo. At ille respondit: Vivit Dominus *h* ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim *i* faceret, penitus non acquievit. Dixitque k Naaman: Ut *l* vis. Sed obsecro, concede mihi servo tuo, ut tollam onus duorum *m* burdonum de *n* terra. Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam Diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingreditur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente *o* super manum meam, si *p* adoravero in *q* templo Remmon *r* adorante eo in eodem loco, ut *ſ* ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo *t* ab eo electo terræ tempore. Dixitque *u* Giezi puer viri Dei: Pepercit dominus meus Naaman *x* Syro isti, ut non acciperet ab eo, quæ attulit: Vivit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cum vidisset illum currentem ad se, *y* desiliit de curru in occursum ejus, & ait: Rectene sunt omnia? Et ille ait: Recte. Dominus meus misit me, dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis Prophetarum: Da eis talentum argenti, & vestes mutatorias *z* duplices. Dixitque Naaman: Melius est, ut *a* accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portaverunt *b* coram eo. Cumque *c* venisset

Ω Hæc enim erat consuetudo, quod in omni blasphemia scindebant vestimenta Judæi. Unde *Matth.* 26. cum Dominus respondisset se esse Christum, princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit. Vel fecit hoc rex Israel, præ dolore: putans, quod Rex Syriæ quæreret occasiones contra eum, cum mandasset ei tale quid, quod nullo modo facere posset.

C *a* Quia iste] quasi quæreret ab eo aliquis, quare hoc diceret, respondet, quia iste, &c.

b Animadvertire,] Hic videtur, quod præ dolore sciderit vestimenta.

c Veniat] scilicet ipse Naaman.

d Recedebat,] mandatum Elisei contemnens, quia facile, & sine sumptu fuit. Sic hodie multis vilescit medicina facilis, D & vilis. Et ideo sæpe medici, quod non valet obolum, faciunt emi decem solidis. Et morbum, qui facile, & cito curari posset, faciunt durari diu, & cum multis expensis curari. Sed numquid sine peccato? Ipsi judicent.

e Vertisset se,] Naaman. E *f* Pater,] nomen dignitatis est hic.

g Benedictionem] idest bonam dationem.

h Ante quem sto,] corde immobili serviens ei.

i Vim faceret,] idest, instanter rogaret.

k Dixitque Naaman:] Eliseo. *l* Ut vis.] supple, fiat. *m* Burdonum] F Burdo est ex equo, & asina, mulus, ex asino, & equa. Versus:

Burdonem generat sonipes commixtus Asellæ:
Sed mulum generat mixtus Asellus equæ.

n De terra] *Gloss.* Patrem terræ sanctæ secum tulit Naaman, ut poneret in templo idolorum, ut super eum consistens Deum, cujus erat terra, adoraret, ne offenderet dominum suum, si G pariter non adoraret. Sed verius videtur, quod ex ea fecit altare, super quod immolaret Domino. Unde & subdit: [Non enim faciet, &c.]

4. q. 1. c. Judæos 9. sub. *o* Super manum meam,] sicut ducuntur Episcopi, & novæ nuptæ.

p Si adoravero] idolum simulatorie, scilicet, vel si adoravero Deum scilicet existens.

q In templo Remmon] scilicet illius idoli.

r Adorante eo] idest rege, depreceris, inquam.

ſ Ut ignoscat mihi, &c. pro hac re.] idest, pro simulatoria adoratione. Et quæritur, utrum hæc simulata adoratio fuerit ei peccatum? Et videtur, quod sic: Quia rogavit Eliseum, ut oraret Dominum, ut ignosceret illi illam adorationem. Ergo illa adoratio fuit peccatum. Quomodo ergo Eliseus dixit: Vade in pace? Præterea 1. Reg. 3. Heli peccavit, quia non corripuit filios de rapina, & fornicatione eorum; ergo multo fortius Eliseus peccavit, quia non corripuit Naaman de simulatione. Item *Rom.* 10. Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem; ergo confessio oris necessaria est ad salutem; ergo simulatio idololatriæ est mortale peccatum. Item *Aug.* Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas. Solut. Forte Naaman promiserat Eliseo, ut omnino recederet a rege, loco, & tempore. Et ideo ob favorem religionis fidei, quia neophytus erat, dispensavit cum eo, ad tempus, ut maneret inter gentiles, ut sic melius prædicaret fidem unius Dei latenter, ut magis ei crederetur, quia rex in summa reverentia eum habebat.

t Abiit ergo ab eo, &c.] idest, congruo, quo scilicet, congruum esset ei recedere a terra illa, scilicet in hyeme, vel in nocte, propter nimium calorem illius terræ. Vel electo terræ tempore, idest, electa temporis opportunitate, secundum constitutiones illius terræ. Forte non in omni tempore licitum erat, vel idoneum recedere a terra illa. Vel electo terræ tempore, idest, expectato pulchro tempore, idest, quod esset pulchrum tempus, quo recederet a terra, quia tempore pluviæ nolebat recedere. Vel electo terræ tempore, idest, congruo ad deferendum terram, quia terra compluta non est idonea ad deferendum. Vel sic: Electo terræ tempore, idest transito aliquo spatio terræ. Et sic tempore pro spatio, & electo pro transito, accipitur. Legere enim transire est. Unde Versus:

Aurum fur, virgo flores, mare navita, libros
Clericus, æquivoce singula quisque legit.

Huic expositioni convenit littera Hebræorum, quæ sic: Abiit ab eo aliquanto terræ spatio.

u Dixitque Giezi puer viri Dei,] idest, cum aliquantulum abiisset Naaman, dixit Giezi illud, quod sequitur. Vel sic: Abiit ab eo] idest Eliseo, aliquanto terræ spatio, supple electo, ut ibi acciperet terram, quam portaret. Pulchrior enim, & levior erat terra in uno loco, quam in alio.

u Dixitque] intra se.

x Syro isti,] despective, quasi dicat: Melius esset, quod accepisset, quod obtulit ei, quia ipse quasi ingratus recedit. *y* Desiliit, &c.] deferens ei ob reverentiam Domini sui, sicut nunciis Domini Papæ defertur ob reverentiam ejus. *z* Duplices.] idest, duo paria.

a Ut accipias] quam unum solum.

b Coram eo.] scilicet Giezi.

c Cumque, &c.] Giezi, idest, rediisset a Naaman in Samariam.

a De

jam vesperi, tulit de *a* manu eorum, & reposuit in *b* domo, dimisitque *c* viros, & abierunt, ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus: Unde venis, Giezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quoquam. At ille ait: Nonne *d* cor meum in præsenti erat, quando reversus est *e* homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, & boves, & servos, & ancillas: Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & *f* semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus, *g* quasi nix.

C A P. VI.

Dixerunt *h* autem filii Prophetarum ad Eliseum: Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis: Eamus usque ad Jordanem, & tollant singuli de silva *i* materias singulas, ut ædificemus nobis *k* ibi domum ad habitandum: Qui dixit: Ite. Et ait unus ex illis: *l* Veni ergo & tu cum servis tuis. Respondit: Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumque venissent ad Jordanem, cædebant ligna. Accidit autem, ut cum unus materiam succidisset, *m* caderet ferrum securis in aquam: Exclamavitque ille, & ait: Heu, heu, heu, domine mi, & *n* hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo Dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. *o* Præcidit ergo lignum, & misit illuc: *p* Natavitque ferrum, & ait: Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel, consiliumque iniit cum servis suis, dicens: In *q* loco illo, & illo ponamus insidias. Misit itaque vir Dei ad Regem Israel, dicens: Cave, ne transeas in locum illum, quia ibi Syri in insidiis sunt. Misit *r* itaque Rex Israel ad locum, quem dixerat ei vir Dei, & præoccupavit eum, & observavit se ibi, non *s* semel, neque bis. Conturbatumque est cor Regis Syriæ pro hac re, & convocatis servis suis, ait: Quare non indicatis mihi, quis proditor mei sit apud Regem Israel? Dixitque unus servorum ejus: *t* Nequaquam, domine mi Rex, sed Eliseus Propheta, qui est in Israel, indicat Regi Israel omnia verba, quæcumque locutus fueris in conclavi tuo. Dixitque eis: Ite, & videte ubi sit, ut mittam, & capiam eum. Annunciaveruntque ei, dicentes: Ecce in Dothaim. Misit ergo illuc equos, & currus, & robur exercitus. Qui cum venissent *u* nocte, circumdederunt civitatem. Consurgens autem diluculo minister viri Dei, egressus est, viditque exercitum in circuitu civitatis, & equos, & currus, nunciavitque ei, dicens: Heu, heu, heu, domine mi, quid faciemus? At ille respondit: Noli timere: Plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. Cumque orasset Eliseus, ait: Domine, aperi *x* oculos hujus, ut videat. Et aperuit oculos pueri, & vidit: Et ecce mons plenus equorum, & *y* curruum igneorum in circuitu Elisei. Hostes vero descenderunt ad eum. Porro Eliseus oravit ad Dominum, dicens: Percute obsecro, gentem hanc *z* cæcitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Elisei. Dixit autem ad eos Eliseus: Non *a* est hæc via, nec *b* ista est civitas: Sequimini me, & ostendam vobis virum, quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam. Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus: Domine aperi oculos istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariæ. Dixitque Rex Israel ad Eliseum, cum vidisset eos: Numquid percutiam eos, pater mi? At ille ait: Non *c* percuties: Neque enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, ut

a De manu eorum,] scilicet puerorum Naaman.
b In domo,] sua.
c Viros,] idest, pueros Naaman.
d Nonne cor meum] quasi dicat: Præsens eram spiritu, licet absens corpore. *e* Homo] scilicet Naaman.

f Et semini tuo. Non legitur Giezi habuisse filium leprosum, vel posterum aliquem, sed forte hoc propter mysterium dictum est: Percutientur Giezitæ lepra simoniæ. Et nota differentiam inter Giezitas, & simoniacos. Giezitæ proprie dicuntur, qui vendunt spiritualia pro temporalibus. Simoniaci autem illi, qui emunt. Vel aliter, & satis proprie: Giezitæ dicuntur, qui sine pacto præcedente dant spiritualia, sed A postea secundum voluntatem accipientis spiritualia repetunt pretium temporale. *(1 q. 1. c. qui studet.)* Simoniaci vero dicuntur, qui pacto præcedente emunt, vel vendunt spiritualia pro temporalibus, sed tamen communiter omnes dicuntur simoniaci. Item B nota quamdam *Gloss.* quæ dicit: Omnes, qui post baptismum, & emendationem ad vitam pristinam revertuntur, sordibus, quibus se exutos sperabant, iterum involvuntur. Ex hac enim *Gloss.* videtur, quod peccata redeunt. Sed solvitur, quia ibi est simplex relatio. Vel propter ingratitudinem dimissorum dictum est.

g Leprosus quasi nix.] C idest, albidus, ab albore. *(De consf. d. 2. c. multa.)* Simile legitur de Moyse *Exod.* 4. quod protulit de sinu manum leprosam instar nivis.

E X P O S I T I O CAP. VI.

Dixerunt *h* autem filii, &c.] In hoc capitulo agitur de securi, cujus ferrum cecidit in fluvio, & de avaritia Syrorum, & de secunda obsidione Samariæ. *i* Materias] idest ligna. *k* Ibi] idest, juxta Jordanem. D

l Veni ergo] Argumentum, quod Abbas in laborem cum monachis debet ire, & etiam interesse capitulo, & refectorio, & oratorio.

m Caderet ferrum] *Gl.* Perditur intelligentia cordis, dissolutione negligentiæ. Item *Gl.* E Ferrum in manubrio, intellectus est in corde. Hoc ligna cæduntur, cum prave agentes increpantur, quod fluxe tunc agitur, dum lapsus vanæ gloriæ non vitatur. Ferrum in aqua perditur, qui ex dissoluto opere, intelligentia infatuatur, quæ ad hoc datur, ut dantis ante oculos ex bona affectione restituatur. Unde sequitur: *n* Hoc ipsum mutuo acceperam.] q. d. Non solum hoc mutuatus sum, sed etiam cetera, quæ habeo: Unde non habeo de meo, unde restituam hoc. Et est argumentum, quod novitii non debent aliquid habere suum, neque monachi. Unde *B. Bern.* Monachus, qui habet obolum, non valet obolum. *o* Præcidit ergo lignum,] ad faciendum manubrium, quia primum fregerat. *(1. Reg. 11.)* Unde & alia translatio dicit, quod confregit lignum. *p* Natavitque ferrum,] & adhæsit ligno.

q In loco illo,] forte loca nominavit rex, quæ Historiographus transiit, causa brevitatis.

r Misit itaque, &c. & præoccupavit, &c.] quia prius misit nuncios suos, quam Rex Syriæ.

s Non semel, neque bis tantum.] sed multoties.

t Nequaquam, Domine] i. nullus de tuis prodit.

u Nocte,] *Jo.* 3. Qui male agit, odit lucem.

x Oculosque] interiores.

y Et curruum igneorum] Hi sunt exercitus Angelorum custodientium Eliseum. *z* Cæcitate.] *(1. Par. 32.)* idest, aurisia, qua Sodomitæ circa domum Loth percussi fuerunt. *Gen.* 19. Et discipuli euntes in Emaus, *Luc. ult.* Et dicitur acrisia, quasi avidentia, idest, non videntia, quæ alio nomine dicitur acrisia, a, sine; crisis, judicium. Et est proprie aurisia, sive acrisia passio oculorum, qua homines percussi, oculos quidem habent apertos, & non vident aliqua, quod faciant magi incantationibus suis. *(Gen. 19.)* Fit etiam aliquando, quod homo rem aliquam habet in manu, & non videt eam, sed quærit: Aliquando videt, sed non agnoscit.

a Non est hæc via,] quæ ducit ad domum Elisei.

b Nec ista est civitas:] ubi est mansio Elisei. Sed videtur mentiri Eliseus, quia ibi erat civitas Elisei. Quando verba proferuntur prophetice, vel significative, intelligi debent in sensu, quo fiunt, non quem faciunt, sicut in *Act.* 23. ubi dixit Paulus: Nesciebam, quod princeps esset sacerdotum.

c Non percuties, &c.] *Gloss.* Postquam Eliseus hostes in Samariam adduxit, non eos occidi

per mi-

percutias. Sed pone panem, & aquam coram eis, ut comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. Et apposita est eis ciborum magna præpatatio: Et comederunt, & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum. Et ultra non venerunt *a* latrones Syriæ in terram Israel. *b* Factum est autem post hæc, congregavit Benadab rex Syriæ universum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam. Factaque est fames magna in Samaria. Et tamdiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars *c* cabi *d* stercoris columbarum quinque argenteis. Cumque rex Israel *e* transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me, domine mi rex. *f* Qui ait: Non, te salvat Dominus. Unde salvare te possum, de *g* area, an de torculari? Dixitque *h* ad eam rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit mihi: Da filium tuum, ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus, dixique ei die altera: Da filium tuum, ut comedamus eum: Quæ abscondit filium suum. Quod cum audisset rex, scidit *i* vestimenta sua, & transibat super murum. Viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex: Hæc *k* faciat mihi Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie. Eliseus autem sedebat in domo sua, & *l* senes sedebant cum eo. *m* Præmisit itaque virum, & antequam veniret nuncius, *n* ille dixit ad senes: Numquid scitis, quod miserit filius *o* homicidæ huc, ut præcidatur caput meum? Videte ergo cum venerit nuncius, claudite ostium, & non sinatis eum introire. Ecce enim sonitus pedum *p* domini ejus post eum est. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius, qui veniebat ad eum, & ait: ecce tantum malum a Domino est: *q* Quid amplius expectabo a Domino.

C A P. VII.

DIXIT autem *r* Eliseus: Audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus: In *s* tempore hoc cras modius similæ uno *t* statere erit, & duo modii hordei statere uno in porta Samariæ. Respondens unus de ducibus, super cujus manum rex incumbebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam *u* cataractas in cœlo, numquid poterit esse, quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi *x* juxta introitum portæ, qui dixerunt ad invicem: Quid hic esse volumus, donec moriamur? Sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur, sive manserimus hic, moriendum nobis est. Venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ: Si pepercerint nobis vivemus, si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt igitur vesperi, ut venirent ad castra Syriæ. Cumque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. Si quidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ curruum, & equorum, & exercitus plurimi. Dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conduxit adversum nos rex Israel Reges Gethæorum, & Ægyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in *y* tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos, & asinos in castris, fugeruntque, animas tantum suas salvare cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi *z* ad principium castrorum, ingressi sunt unum tabernaculum, & comederunt, & biberunt. Tuleruntque inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderunt. Et rursum reversi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntque ad invicem: Non recte facimus: Hæc enim dies boni nuncii est. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare usque mane, sceleris arguemur: Venite, eamus, & nunciemus in aula regis. Cumque venissent ad portam civitatis, narraverunt eis, dicentes: Ivimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria. Ierunt ergo portarii, & nunciaverunt in palatio Regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad servos suos: Dico vobis, quid fecerint nobis Syri: Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: Cum egressi fuerint de civitate, capiemus eos vivos, & tunc civitatem ingredi poterimus. Respondit autem unus servorum ejus: Tollamus quinque equos, qui remanserunt in urbe, quia ipsi tantum sunt in universa multitudine Israel. Alii enim consumpti sunt, & mittentes, explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte. Qui abierunt post eos usque ad Jordanem: Ecce enim omnis via plena erat vestibus, & vasis, quæ projecerant Syri cum turbarentur. Reversique nuncii indicaverunt regi. Et egressus populus, diripuit castra Syriæ. Factusque est modius similæ statere uno, & duo modii hordei statere uno,

permisit sed refectionem illis præparans, dimisit eos in pace. Et Saulum diu *Act.* 9. Contra F stimulum calcitrantem, primum Dominus excæcavit, deinde scientia spirituali ditavit. Nobisque præcepit: Diligite inimicos vestros, *Deut.* 28. benefacite his, qui oderunt vos. *Marc.* 5. Item *Rom.* 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Et est sumptum de *Proverb.* 25.

a Latrones] Sed rex Syriæ palam pugnavit contra regem Israel, ut dicit *Joseph.* Unde sequitur:

4. Reg. 24. *b* Factum est, &c.] & agitur hic de secunda obsidione Samariæ.

c Pars cabi] Quidam libri habent cadi. Et est cabus, sive cadus nomen mensuræ.

d Stercoris columbarum] quo, ut dicit G *Joseph.* condiebant cibaria loco salis. Stercus enim columbarum salsum est, & ideo loco *Thren.* 4. salis utebantur eo. Vel quia stercus columbarum minus fœtidum est, quam aliorum animalium, ideo illud emebant ad faciendum sorbitiunculas. Vel stercus columbarum dicitur guttur columbæ, in quo A grana desoris allata inveniebantur.

e Transiret per murum] ad explorandum, ne quis hostium latitans ibi, exploraret infirma civitatis, vel timens ne aliquis civium redderet hostibus civitatem: Vel considerans si alicubi clausura *3. Reg.* 19. muri corruisset. *f* Qui ait,] credens, quod mulier quæreret cibaria.

g De area, an de torculari?] q. d. Vis, quod B dem tibi panem, qui sumitur de area, vel vinum, quod exprimitur in torculari? Nec hoc, nec illud habeo.

h Dixitque ad, &c.] cum illa dixisset, se nihil horum postulare, ut dicit *Joseph.* *i* Scidit vestimenta] præ dolore.

k Hæc faciat, &c.] C Hoc malum, quod concives non liberabat, cum posset, imponebat Eliseo. *l* Senes sedebant cum eo] quos *Joseph.* dicit discipulos ejus.

m Præmisit itaque] Rex Israel. *n* Ille dixit] sc. Eliseus. *o* Filius homicidæ] i. Achab, qui occidit Naboth. *3. Reg.* 21. *p* Domini,] i. Achab, qui sequebatur nuncium, ut revocaret mandatum, quia pœnitebat eum, ut dicit *Joseph.* *q* Quid amplius] quasi dicat ad summam puniet me.

EXPOSITIO CAP. VII.

DIxit *r* autem, &c.] Cum jam Rex supervenisset. Et agitur hic de fuga Benadab ab obsidione Samariæ, & de direptione castrorum Syrorum, quorum fuga per quatuor leprosos nunciata fuit in Samaria.

s In tempore hoc] cras tali hora. *t* Statere.] Stater valet 10. denarios usuales.

u Cataractas,] ut plueret similam, & hordeum. *x* Juxta introitum, &c.] quia leprosi extra civitatem habitabant. Unde *Lev.* 14. Hic est ritus leprosi, quando mundatus est, adducetur ad Sacerdotem, qui egressus de castris, &c. *y* In tenebris,] i. de nocte.

z Ad principium, &c.] Syrorum.

EXPO-

juxta verbum Domini. Porro rex ducem illum, in cujus manu incubuerat, constituit ad portam, quem conculcavit turba in introitu portæ, & mortuus est, juxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat Rex ad eum. Factumque est secundum sermonem viri Dei; quem dixerat regi, quando ait: Duo modii hordei statere uno erant, & modius similæ statere uno hoc eodem tempore cras in porta Samariæ, quando responderat dux ille viro Dei, & dixerat: etiamsi Dominus fecerit cataractas in cœlo, numquid fieri poterit, quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Evenit ergo ei sicut prædictum fuerat, & conculcavit eum populus in porta, & mortuus est.

C A P. VIII.

ELiseus *a* autem locutus est ad mulierem, cujus *b* vivere fecerat filium, dicens: *c* Surge, vade tu, & domus tua, & *d* peregrinare, ubicumque repereris.

EXPOSITIO CAP. VIII.

ELiseus *a* autem, &c.] In hoc capitulo agitur de fame, 7. annorum, & de morte Benadab, & de Joram Rege Juda. *b* Vivere fecerat] *Sup.* 4. *d* Et peregrinare] 1.*Petr.* 4. Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit.

D

Ω *a* Vocavit

Mystice. *a* Eliseus, &c.] Eliseus interpretatur Dei mei salus, & significat Christum, qui fuit vera salus mundi, & ad hoc venit in mundum. Unde *Isai.* 49. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea, idest, meorum, usque ad extremum terræ. Et *Ps.* 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea, &c. Et vere salus, quia salvavit nos a triplici miseria, in quam cecidit primus homo cum tota posteritate sua per peccatum. Cecidit enim a luce sapientiæ in tenebras ignorantiæ, quoad rationem, & a libertate innocentiæ in servitutem culpæ, quoad voluntatem, & a pacis tranquillitate in rixam discordis concupiscentiæ, quoad totum hominem. Hoc triplex bonum dederat Deus homini, quem creavit, scil. Sapientiam, innocentiam, & concordiam. Sed ipse homo per peccatum inobedientiæ hoc triplici bono se privavit, & in triplex contrarium malum labefactavit, sc. ignorantiam, culpam, discordiam. Sed ne labor creationis periret, creator factus est ipsemet recreator. Unde *Is.* 45. Ego feci terram, & hominem super eam creavi, ego suscitavi eum ad justitiam, & omnes vias ejus ego dirigam. A prima miseria nos salvavit in nativitate. Unde *Is.*9. Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. *Jo.* 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ, &c. A secunda miseria liberavit in morte, quia innocens pro nocentibus mortuus est. *Gen.* 40. Furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. *Rom.*5. Cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. A tertia miseria nos salvavit in resurrectione sua per inchoationem, in generali autem salvabit per consummationem. Unde *Phil.*3. Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus, &c. Primam miseriam plangit *Tob.*5. Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Et *Thr.* 2. Quomodo obtexit Dominus caligine, & furore suo filiam Sion? Secundam plangit Apost. *Rom.*8. Scimus, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc: Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus. Tertiam plangit etiam Paul. *Rom.*7. Video alteram legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis: Infelix ego homo, &c. *Gal.* 5. Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, hæc enim sibi invicem adversantur. Eliseus igitur est Christus, qui a Deo missus operatus est salutem in medio terræ. Ad mulierem loquitur, quando visitat peccatorem. Mulier enim hic significat pœnitentem. De qua *Jo.* 16. Mulier cum parit, tristitiam habet, i. peccator, dum pœnitet, tristatur, & dolet, quia venit hora ejus, scil. hora mortis, qua moriatur peccato, & seipsum pariat Deo. Cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Hoc est, quod dicitur *Prov.*20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit, gloriabitur. Filium hujus mulieris Eliseus vivificavit, quando Dominus peccatori gratiam contritionis inspiravit: Cui dicitur: *c* Surge, & vade, &c.] Surge per fidem, surge per spem, qui jacebas per desperationem. Surge per amorem, qui jacebas per timorem *Eph.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, &c. Vade] per confessionem [Tu & domus tua] i. familia tua. Familia peccatoris, sunt peccata sua, quæ debet secum ducere ad confessionem. Non debet aliquod relinquere in domo conscientiæ. Unde *Luc.* 17. Ite ostendite vos sacerdotibus. *d* Peregrinare] per satisfactionem, ubicumque repereris, i. fac, quodcumque bonum poteris. *Eccl.* 9. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare. Est autem triplex peregrinatio, a qua triplex peregrinus, scil. Peregrinus mundo, peregrinus cœlo, peregrinus Deo. Peregrinus mundo, fuit Christus, quia extraneus fuit mundo, & incognitus. Unde *Ps.* 68. Extraneus factus sum, &c. *Jo.* 1. In mundo erat, & mundus eum non cognovit. Quod admirans *Jer.* 14. dicit: Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator, &c. Quare futurus es quasi vagus vir? Sed respondet *Is.* 52. In Ægyptum descendit populus meus, ut colonus esset ibi, & Assur absque ulla causa calumniatus est eum; & nunc quid mihi est hic, dicit Dominus? q. d. Sequi me oportet illum. Hinc peregrinatus est Christus, quando a terra peregrina spiritui ascendit in cœlum. Unde utrobique fuit dominus, peregrinus, sc. in mundo veniens, a mundo recedens. *Luc.*20. Vineam plantavit homo, & locavit eam colonis, &c. De hac peregrinatione ascensus intelligi debet. De 2. dicitur *Ruth.* 1. Abiit homo de Bethlehem Juda, ut peregrinaretur, &c. Nonne hunc peregrinum æstimaverunt illi, qui dixerunt *Luc. ult.* Tu solus peregrinus es, & non cognovisti, &c. Sed peregrinus cœli dicitur justus, qui dum est in hac vita mortali, peregrinatur a cœlo. *Ps.*38. Advena ego sum apud te, & peregrinus, &c. *Job* 28. Lapidem caliginis, & umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante. Hic peregrinatur vir, quamdiu a propria patria manet exclusus 2. *Cor.*5. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino, i. a domo Domini. Talem peregrinum se reputavit Jacob, quando respondit Pharaoni. *Gen.* 47. Dies peregrinationis vitæ meæ, 130. annorum sunt, parvi, & mali, & non pervenerunt, &c. Peregrinus Deo dicitur peccator, qui per peccatum alienus factus est ab eo, qui per gratiam proximus erat. *Luc.*15. Adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, &c. Nunquid sic peregrinabatur ille homo, qui descendens de Jerusalem in Jericho, incidit in latrones, qui expoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto? *Luc.* 10. Prima peregrinatio fuit misericordiæ. Unde ad *Tit.*3. Apparuit benignitas, &c. *Joan.*3. Sic Deus dilexit mundum, &c. Item *Is.* 52. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Hanc misericordiam exposcebant antiqui, qui cum magnis suspiriis dicebant: Da mercedem sustinentibus te. *Eccl.*36. Item *Is.*64. Utinam dirumperes cœlos, & descenderes, &c. Secunda peregrinatio fuit justitiæ. *Gen.*15. Scito prænoscens, quod futurum sit peregrinum semen tuum, &c. Hanc peregrinationem deplorat David: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Vel peregrinatio mea prolongata est. Hanc peregrinationem valde gravem reputabat Paulus. Unde clamabat *Rom.* 7. Infelix ego homo, &c. Tertia peregrinatio est culpæ: De qua *Eccl.*16. Non exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt, confidentes suæ virtuti, &c. *Soph.*1. Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. Est enim triplex vestis animæ, scilicet domestica, quæ tantum in domo paterna est: Hæc est innocentia, quæ solum in paradiso habetur. Item festiva, id est, gratia, quæ priori quasi paramentum in festis superinduitur, & habetur hic, & in patria. De hac dicitur *Matt.* 22. amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem, idest, festivam. De utraque simul dicitur *Prov. ult.* Non timebit domui suæ a frigoribus nivis, omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Tertia vestis est peregrina, idest, culpa, qua induti sunt omnes mali. *Jonæ* 3. Surrexit rex de solio suo, & abjecit vestimentum ejus, & indutus est sacco, abjecit vestimentum culpæ.

A

Quod triplex est peregrinatio.

Supr. 4.

Ps. 119.

Ω *a* Vocavit

Ω *a* Vocavit enim Dominus famem,] idest, Angelum malum præpositum fami. Vel est modus loquendi: Vocavit famem, idest, fecit sterilitatem in terra. Utrum autem fames ista prædictam obsidionem præcesserit, vel secuta fuerit, ambiguum est.

b Et agris, &c.] recuperandis, quos contribules ejus occupaverant.

c Cum Giezi] Argumentum est, quod hoc fuit ante curationem Naamao, quia postea leprosus factus est Giezi, & non videtur, quod Rex ei loqueretur: Sed non est necessarium, quia Reges aliquando loquuntur cum leprosis.

B

d Eunuchum,] idest, servientem, qui faceret ei omnia restitui.

e Dicens,] servienti, scilicet:

f Restitue] idest, fac restitui.

C

g Quæ reliquit, &c.] Argumentum, quod fructus terræ restituere tenetur, qui male alienam possedit. Ergo, qui multa habent beneficia Ecclesiastica, tenentur restituere fructus inde perceptos.

h Ægrotabat] præ dolore, quia sic delusus fuerat. Unde *Josephus* sic dicit: Cum agnovisset quod Deus timorem immisisset, & non hostium invasionem fugisset, afflictus, quia Dominum habuisset iratum, corruit in languorem.

D

i Ad Azael] de quo 3. *Reg.* 19. dixerat Dominus Eliæ, quod inungeret eum super Syriam.

k Et omnia bona,] i. de omnibus aliqua. Vel omnia, idest, multa de omnibus.

1.q.1.c.Judico.

l Filius tuus] per amorem, & obedientiam, & reverentiam.

a Vocavit enim Dominus famem, & venit super terram septem annis. Quæ surrexit, & fecit juxta verbum hominis Dei, & vadens cum domo sua, peregrinata est in terra Philistiim diebus multis. Cumque finiti essent anni septem, reversa est mulier de terra Philistiim, & egressa est, ut interpellaret Regem pro domo sua, & *b* agris suis. Rex autem loquebatur cum *c* Giezi puero viri Dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia, quæ fecit Eliseus. Cumque ille narraret Regi, quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier, cujus vivificaverat filium, clamans ad Regem pro domo sua, & pro agris suis: Dixitque Giezi: Domine mi Rex, hæc est mulier, & hic est filius ejus, quem suscitavit Eliseus. Et interrogavit Rex mulierem, quæ narravit ei vera esse. Deditque ei Rex *d* eunuchum unum, *e* dicens: *f* Restitue ei omnia, quæ sua sunt, & universos redditus agrorum, a die, qua *g* reliquit terram usque ad præsens. Venit quoque Eliseus Damascum, & Benadab Rex Syriæ *h* ægrotabat: Nunciaveruntque ei, dicentes: Venit vir Dei huc. Et ait Rex *i* ad Azael: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens: Si evadere potero de infirmitate mea hac? Ivit igitur Azael in occursum ejus, habens secum munera, & omnia *k* bona Damasci xl. onera camelorum. Cumque stetisset coram eo, ait: Filius *l* tuus Benadab Rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei Eliseus, Vade, dic *m* ei: Sanaberis. Porro ostendit mihi Dominus, quia morte morietur: Stetitque cum eo, & *n* conturbatus est usque ad suffusionem vultus: *o* Flevitque vir Dei. Cui Azael ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: quia scio, quæ facturus sis filiis Israel mala: Civitates eorum munitas igne succendes, & Juvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum elides, & *p* prægnantes divides. Dixitque Azael? Quid enim sum servus tuus *q* canis, ut faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus: Ostendit mihi Dominus *r* te Regem Syriæ fore. Qui cum recessisset ab Eliseo, venit ad Dominum suum: qui ait ei: Quid tibi dixit Eliseus? At ille respondit: Dixit mihi: *f* recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera, tulit *t* stragulum, & *u* infudit aquam, & expandit super faciem ejus. Quo mortuo, regnavit Azael pro eo. *x* Anno quinto Joram filii Achab Regis Israel, regnavit Joram filius Josaphat Regis Juda. Trigintaduorum annorum erat, cum regnare cœpisset, & *y* 8. annis regnavit in Jerusalem.

3 Reg. 14.

m Dic ei: Sanaberis.] Videtur, quod Eliseus fuerit auctor mendacii, quia Benadab non fuit sanatus. Solut. Non fuit hoc præceptum, sed prædictio, vel promissio, quasi dicat: Tu dices ei, quod sanabitur, hoc bene scio & tamen ipse morietur. Tamen dicit *Josephus*: Vide, ne dicas quicquam mali, ne scilicet desoletur. Unde affirmativa debet converti in negativam, hoc modo: Dic ei: Sanaberis, idest, non dicat ei, quicquam mali, idest, quod moriatur.

n Conturbatus est, &c.] idest, lacrymatus est. *Joseph.* dicit, famulus hoc audiens, contristabatur.

o Flevitque vir Dei] prævidens in spiritu mala, quæ facturus erat Azael filius Israel, quæ etiam indicavit ei.

p Prægnantes] Hæc fuit maxima crudelitas. *Amos* 1. Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non convertam eum, eo quod dissecuerunt prægnantes Galaad. *q* Canis] i. vilis. *r* Te Regem, &c.] Et sic impletum est, quod dixerat Dominus Eliæ. 3. *Reg.* 19. Sc. quod ungeret Azael super Syriam. Non enim aliter inunxit eum Elias, nisi quod per Eliseum dixerat eum futurum Regem Israel. *f* Dixit mihi, &c.] i. dixit mihi, quod dicturus eram tibi, sanaberis.

t Stragulum] i. stratorium, quod lecto, vel sedili supersternitur. Vel stragulum est genus vestis, a stragos, quod est talus, vel a stragulon, quod est varium, idest, vestis varia. *Prov. ult.* Stragulatam vestem fecit sibi: Byssus, & purpura indumentum ejus. *u* Et infudit aquam,] scilicet super stragulum ad refrigerandum eum, vel forte ad suffocandum. *Joseph.* dicit: Altero die infuso laqueo strangulavit eum. *Hebr.* sic habet: Expandit super faciem suam stragulum, ut non Azael, sed ipse Benadab fecisse intelligatur. Quidam tamen exponunt hoc de obsequio mortui, dicentes: quod Azael mortuum lavit aqua, & expandit super faciem ejus stragulum quasi syndonem.

x Anno quinto Joram filii Achab Regis Israel regnavit Joram, &c.] Quidam libri sic habent: Anno quinto Joram filii Achab Regis Israel, & Josaphat Regis Juda, regnavit Joram filius Josaphat, &c.] Sed hoc videtur non posse stare, quod scilicet quintus annus Joram filii Achab fuerit quintus annus Josaphat. Dictum est *sup.* 3. quod Joram filius Achab cœpit regnare anno 18. Josaphat. Non igitur potest esse, ut 5. annus Joram, sit 5. annus Josaphat, imo 22. Ad hoc dicunt: Hoc dicitur propter consortium regnandi. Unde exponunt litteram: Anno quinto Joram, qui scilicet fuit annus Josaphat. Non dico quintus, sed annus, idest, ille annus, in quo regnavit Josaphat. Sed videtur iterum, quod hoc sit falsum. Josaphat enim regnavit 25. annis, & Joram filius cœpit regnare 18. anno ipsius. Ergo quintus annus Joram filii Achab fuit 22. annus Josaphat. Sed Joram filius Josaphat regnavit post patrem suum; ergo ultimus annus Josaphat, idest 22. fuit 8. Joram filii Achab: Non ergo quinto anno Joram filii Achab regnavit Joram filius Josaphat, imo 8. Solutio: Joram filius Josaphat conregnavit patri suo tribus annis, & ita verum est, quod quinto anno Joram filii Achab cœpit regnare Joram filius Josaphat, & ille annus fuit 22. annus Josaphat, sicut dictum est opponendo. Unde iste Joram fuit primus de Regibus Juda, qui conregnavit patri suo. Sed adhuc objicitur, quod *supra eodem*, 1. dictum est, quod Joram filius Achab cœpit regnare secundo anno Joram filii Josaphat. Hic dicitur, quod Joram filius Josaphat cœpit regnare quinto anno Joram filii Achab, quod videtur totum contrarium. Solutio: Sic dictum est *supr.* 1. Joram filius Achab post casum Ochoziæ fratris sui habuit administrationem octo annis. Postea Ochozia mortuo, habuit Joram dominium regni. Verum est ergo, quod quinto anno Joram filii Achab cœpit regnare Joram filius Josaphat, quantum ad administrationem regni, quantum vero ad dominium, Joram filius Achab cœpit regnare secundo anno Joram filii Josaphat.

2. Par. 21.

y Et octo annis regnavit] Et octavus annus istius coram fuit xii. alterius Joram, sicut patet computanti.

Ω *a* In viis

Mystice.

a Vocavit enim Dominus famem super terram,] verbi Dei, scilicet. De qua *Amos* 8. Mittam famem in terram, &c. Est & alia fames, scilicet, defectus bonorum operum.

Ω *b* Per-

Ꝟ *a* In viis regum, &c.] idest, fuit idololatra.
b Filia enim, &c.] Ostendit, quare fuit idololatra.
c Uxor] Athalia, scilicet, ut dicitur *sup* 3. *Reg.* 22.
d Recessit Edom] i tributum solutum negavit Idumæa.
e Constituit sibi Regem] Sed quomodo hoc, quia habebant prius Regem. Sol. Regem suum, qui erat tributarius Regi Juda, occiderunt Idumæi, & novum creaverunt, qui non teneretur reddere tributum.
f Venitque Joram] Rex Juda.
F *g* Seira] civitas.
h Percussitque Idumæos] illos, scil. qui vicini erant, ut dicit *Joseph.*
i Recessit ergo] licet percussisset.
4. *Reg.* 9. *k* Tunc recessit] a Juda.
k Lobna] civitas.
l Joram] Regis Juda.
l Sepultusque] sed non cum regio honore, at dicitur 2. *Par.* 21. Illud capitulum est totum de illo Joram, ubi multa de ipso dicuntur, quæ hic tacentur, qualiter scil. Eliseus misit Epistolam comminatoriam. G Qualiter Philistiim, & Arabes insurrexerunt in eum, & Judæam vastaverunt, qualiter alvi dolore eum percussit, languens duobus annis in infirmitate pessima mortuus est, & multa alia.
m Ochozias] vel Azarias, binomius erat, qui fuit minimus filius: A Omnes enim alios occiderant Philistiim, & Arabes, ut dicitur 2. *Par.* 22. Hunc regem, & reliquos omnes prætermittit Matthæus in generatione Christi: Forte, quia nec boni fuerant, neque bonorum filii.
n Regnavit Ochozias] idest, regnare cœpit.
o Viginti duorum ann. &c.] 2. *Par.* 22. dicitur, quod 42. annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset. Sed contra 32. ann. erat pater ejus, cum regnare cœpit, & 8. annis regnavit, ut dictum est supra statim, ergo non vixit, nisi 40. annis, ergo filius ejus senior eo. Ad hoc dicunt, quod Joram pater ejus regnavit 28 annis. Sed quia 20. annis male regnavit, ideo non computantur, nisi 8. quibus bene regnavit. *p* Filia Amri] Imo filia Achab, & Jezabel, ut dictum est. 2. *Reg.* 22. Solut. Mos est sacræ Scripturæ, quod quandoque transgreditur patrem, & accipit avum. Et sicut *inf.* 9. dicitur, quod Jehu fuit filius Namsi, & tamen fuit filius filii Namsi: Ita hic Athalia dicitur filia Amri, quia filia filii Amri, idest, Achab. *q* In viis] idest, adoravit idola. *r* Gener enim] Imo nepos. Sol. potest esse, quod duxit aliquam de familia Achab, & ita fuit gener ejus: Vel illi attribuit, quod erat patris ejus. Joram enim pater ejus fuit gener Achab. Vel gener dicitur, idest, de genere ejus.
s Syri Joram] Regem Israel. *t* Reversus] relicto exercitu sub Jehu principe. *u* Descendit] de exercitu.

rusalem. Ambulavitque in viis *a* Regum Israel, sicut ambulaverat domus Achab. *b* Filia enim Achab erat *c* uxor ejus, & fecit, quod malum est coram Domino. Noluit autem Dominus disperdere Judam, propter David servum suum, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam, & filiis ejus cunctis diebus. In diebus ejus *d* recessit Edom, ne esset sub Juda, & *e* constituit sibi Regem. *f* Venitque Joram *g* Seira, & omnis currus cum eo. Et surrexit nocte, *h* percussitque Idumæos, qui eum circumdederant, & principes curruum: Populus autem fugit in tabernacula sua. *i* Recessit ergo Edom, ne esset sub Juda, usque ad diem hanc. *k* Tunc recessit, & *k* Lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum *l* Joram, & universa, quæ fecit nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? Et dormivit Joram cum patribus suis, *l* sepultusque est cum eis in civitate David, & regnavit *m* Ochozias filius ejus pro eo. Anno xii. Joram filii Achab Regis Israel, *n* regnavit Ochozias filius Joram, Regis Judæ. *o* Vigintiduorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset, & uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Athalia, *p* filia Amri regis Israel. Et ambulavit in *q* viis domus Achab, & fecit, quod malum est coram Domino sicut domus Achab. *r* Gener enim domus Achab fuit. Abiit quoque cum Joram filio Achab ad præliandum contra Azael Regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulneraverunt Syri *s* Joram. Qui *t* reversus est, ut curaretur in Jezrael, quia vulneraverant eum Syri, in Ramoth præliantem contra Azael Regem Syriæ. *u* Porro Ochozias filius Joram Rex Juda *x* descendit invisere Joram filium Achab in Jezrael, qui ægrotabat ibi.

CAP. IX.

ELISEUS *y* autem prophetes vocavit unum de filiis prophetarum, & ait illi: *z* Accinge lumbos tuos, & tolle *a* lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, *b* videbis Jehu filium Josaphat filii Namsi. Et ingressus *c* suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius *d* cubiculum, tenensque lenticulam olei, fundes super caput ejus, & dices: Hæc dicit Dominus: Unxi te Regem super Israel. Aperiesque ostium, *e* fugies, & non ibi subsistes. Abiit ergo

culta, patet *Ezech.* 8. Fili hominis, inquit Dominus, Fode parietem, & ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt. Joram præliatur contra Assyrios, & vulneratur ab eis, & recedit ab eis, quando Prælatus corripit majores, sive principes, & incurrit ex hoc aliquando damnum temporale, & ideo cessat ab increpatione. De quibus *Ps.* 77. Filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conversi sunt in die belli. Item *Nahum* 2. State, state, & non est, qui revertatur. Sed nota, quod Joram revertitur in Jezrael, quæ interpretatur semen Dei: Hoc fit, quando Prælatus dicit: Ego faciam bona opera, & dimittam alios, ne scandalizem eos, & hoc sufficit mihi. Contra quos dicitur *Eccl.* 7. Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte, &c. Item *Ezech.* 3. Si dicente me ad impium: Morte morieris, non annunciaveris ei, neque ei locutus fueris, ut avertatur a via sua mala, & vivat ipse impius in iniquitate sua, morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. *u* Porro Azarias] Ecce quid facit pravum consortium. Azarias visitavit Joram, & mortuus est cum eo: Unde *Eccl.* 12. Quis medebitur incantatori a serpente percusso, & omnibus, qui appropinquant bestiis, & ei, qui comitatur cum viro iniquo, & obvolutus est in peccatis ejus *Ps.* 17. Cum sancto sanctus eris, &c.

Mystice. ○ *b* Percussit Idumæos] Non vicinos, ut dicitur, sed remotos a finibus ejus: Sic multi faciunt, exteriores, & apertas concupiscentias non faciunt, sed interiores, quæ ab hominibus non videntur, faciunt, quæ magis essent eradicandæ, juxta illud *Is.* 1. Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Item 2. *Cor.* 4. Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, &c. Quæ sunt hæc dedecora oc-

EXPOSITIO CAP. IX.

ELiseus *y* autem, &c.] De Jehu Rege, qui successit Joram, filio Achab, agitur, qui delevit totam domum Achab, in ultionem Naboth.
z Accinge, &c.] idest, præpara te.
a Lenticula] vas, in qua servatur oleum.
b Videbis Jehu] quem dimiserat Joram in exercitu contra Syros, principem militiæ, quando vulneratus rediit in Jezrael.
c Suscitabis, &c.] idest, vocabis seorsum in partem.
d Cubiculum, tenensque lenticulam olei, &c.] in thalamum, vel in locum secretum.
e Fugies, & non ibi subsistes] Sic, & modo viri religiosi in curiis commo-

Moraliter. Ꝟ *y* Eliseus autem, &c.] Eliseus Christus est: Filii Prophetarum sunt discipuli ejus missi ab eo. *Luc.* 10. Designavit Dominus Jesus, & alios 72. & misit eos binos, & binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Istis dicitur:
z Accinge lumbos] scilicet carnis, & mentis, scilicet cingulo castimoniæ, tam mentis, quam corporis prava desideria restringite. 1. *Pet.* 1. Succincti lumbos mentis, sobrii, & perfecti sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam. *Is.* 11. Et erit justitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus.
a Tolle lenticulam in manu] Hoc dicitur prædicatoribus. Lenticula significat sacram Scripturam, in qua oleum, idest, gratia continetur. Per manus significatur opus, idest, dicitur eis, ut sacram Scripturam, quam prædicant, opere impleant.

adolescens, *a* puer Prophetæ in *b* Ramoth Galaad; & ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant. Et ait: Verbum mihi *c* ad te, o princeps. Dixitque Jehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit: ad te, o princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum. At *d* ille fudit oleum super caput *e* ejus, & ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Unxi te *f* Regem super populum Domini Israel, & percuties domum Achab domini tui, ut ulciscar sanguinem servorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium servorum Domini de manu Jezabel: Perdamque omnem domum Achab, & interficiam de Achab *g* mingentem ad parietem, & *h* clausum, & *i* novissimum in Israel, & dabo domum Achab, sicut domum Jeroboam filii Nabath, & sicut *k* domum Baasa filii Achia. Jezabel quoque *l* comedent canes in agro Jezrael, nec erit, qui sepeliat eam. Aperuitque ostium, & fugit. Jehu autem egressus est ad servos domini sui. Qui dixerunt ei: Recte ne sunt omnia? Quid venit *m* insanus iste ad te? qui ait eis: Nostis hominem, & quid sit *n* locutus? At illi responderunt: *o* Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis. Hæc, & hæc locutus est mihi, & ait: Hæc dicit Dominus: Unxi te Regem super Israel: Festinaverunt itaque, & unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus ejus, in similitudinem tribunalis, & *p* cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnabit Jehu. Conjuravit ergo Jehu filius Josaphat filii Namsi contra Joram. *q* Porro Joram obsederat Ramoth Galaad, ipse, & omnis Israel contra Azael Regem Syriæ, *r* & reversus fuerat, ut curaretur in Jezrael propter vulnera, quia percusserant eum Syri præliantem contra Azael Regem Syriæ. *s* Dixitque Jehu: Si placet vobis, nemo egrediatur *t* profugus de civitate, ne vadat, & nunciet in Jezrael: Et *u* ascendit, & profectus est in Jezrael. Joram enim ægrotabat ibi, & Ochozias Rex Juda descenderat *x* ad visitandum Joram. Igitur *y* speculator, qui stabat super turrim Jezrael, vidit *z* globum Jehu venientis, & ait: Video ego globum. Dixitque *a* Joram: *b* Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens: Recte ne sunt omnia? Abiit ergo, qui ascenderat currum in occursum ejus, & ait: Hæc dicit Rex: Pacatane sunt omnia? Dixitque Jehu, *c* quid tibi, & paci? Transi, & sequere me. Nunciavit quoque speculator, dicens: Venit nuncius ad eos, & non revertitur. Misit *d* etiam currum equorum secundum. Venitque ad eos, & ait: Hæc dicit Rex: Numquid pax est? Et ait Jehu: *e* Quid tibi, & paci? Transi, & sequere me. Nunciavit autem speculator, dicens: Venit usque ad eos, & non revertitur. Est autem incessus, quasi incessus Jehu filii *f* Namsi: Præceps *g* enim graditur. Et ait *h* Joram: Jungite currum. Junxeruntque currum ejus. Et egressus est Joram Rex Israel, & Ochozias Rex Juda, singuli in curribus suis. Egressique sunt in occursum Jehu, & convenerunt eum in

...riis commorari non debent, sed peracto negotio suo, aufugere quasi insani. Hoc enim est consilium Elisei: Sed consilium ejus cogitaverunt repellere multi dicentes: Terribilis in consiliis Eliseus, super filios hominum. Argumentum satis probabile, quod monacho, qui libenter in curiis commoratur, non placet observantia regularis, neque vita claustralis. Unde Dominus dixit turbis, quæ exierant in desertum videre Joannem, *Luc.* 7. Qui existis videre, hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in pretiosa veste sunt, & in deliciis, in domibus Regum sunt: Et dicit *B. Bern.* quod monachus curialis est una de 12. abusionibus claustri. Unde revera monachus curialis non monachus, sed abusio monachi, quia ipse quantum in se, omnes monachos abominabiles reddit: Quæ major abusio est, quam hominem mortuum inter vivos habitare?

a Puer prophetæ] id est, Elisei.

b In Ramoth Galaad] ubi erat exercitus Israel, cui præerat Jehu.

c Ad te, o princeps] Forte non cognoscebat eum, sed hoc in animo suo posuerat præsagium ipsum esse Jehu, qui ex omnibus responderet. Vel forte unctio docebat eum de omnibus. Et ideo quæsierat prius, quis esset Jehu.

d Ille] idest, propheta.

e Ejus] Jehu scilicet.

f Regem] Et ita impletum est, quod Dominus dixerat Eliæ 3. *Regum* 19. ut scilicet, ungeret Jehu super Israel; non enim aliter unxit eum, nisi per istum puerum, quem misit Eliseus.

g Mingentem] idest, canem, vel debilem.

h Clausum] idest, incarceratum.

i Novissimum] idest, vilissimum, cui propter vilitatem parcendum esset.

k Domum Baasa] De quo 3. *Reg.* 15. & 16.

l Comedent canes] Deus meus, quid est hoc, si pro modica vinea, quam etiam care volebant emere, ita puniti sunt Achab Rex Israel, & Jezabel uxor sua, etiam usque in tertiam, & quartam generationem? Quid ergo fiet de his, qui castra rapiunt, pauperes spoliant per usuras, aut per rapinas? *Isai.* 32. Væ, qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?

m Insanus iste ad te? qui ait eis: Nostis hominem, &c.] Insanos reputabant filios prophetarum. Nec est hoc novum, vel insolitum, bonos vocari fatuos. David ab Achis immutatus, vocatus est arreptitius, 1. *Reg. vigesimoprimo*. Et Christus dictus est habere dæmonium, *Joan.* 8. *Job* 12. Deridetur justi simplicitas apud cogitationes divitum. Et *supra eodem* 2. Dixerunt pueri, deridentes Eliseum: Ascende calve, Ascende calve. Per calvitiem significatur paupertas, per capillos divitiæ perituræ. Contra hos dicitur *Eccles.* 10. Noli despicere justum pauperem: Noli magnificare virum peccatorem divitem.

n Et quid sit, &c.] Interrogative: Tamen *Josephus* legit hoc sine interrogatione. Dicit enim sic: Recte judicastis, verba vesana locutus est, scilicet, quod unxit Dominus me Regem super Israel. Et huic expositioni concordat responsio eorum.

o Falsum est] hoc scil. quod non noverimus illum, & quod sciamus, quid dixerit, sed tu narra nobis.

p Et cecinerunt] credentes, quod verum erat, quod dixerat propheta, licet deriderent eum. Ita modo fit, multi derident prædicationem, qui tamen timent, quod dicitur.

q Porro Joram] Rex Israel. Et redit hic auctor ad narrationem historiæ.

r Reversus fuerat] *supra* 8.

s Dixitque] militibus.

t Profugus] idest, fugiens de civitate obsessa, idest, de Ramoth Galaad, quasi dicat: Cavete, ne de civitate aliquis nunciet hoc in Jezrael. Vel melius: Nemo de civitate Jezrael egrediatur. Timebat enim Jehu, ne aliquis de civitate Jezrael nunciaret hanc conjurationem. Ibi *Josephus* dicit: Rogavit Jehu milites, ut nullus descenderet, & nunciaret Regi, quæ gesta fuerant.

u Et ascendit] Jehu cum toto exercitu.

x Ad visitandum] sicut dictum est *supr.* 8. *fin.*

y Speculator] Jezrael.

z Globum] idest, turmam.

a Dixitque Joram] suspicatus civitatem captam, vel pacis compositionem factam.

b Tolle currum] idest, præpara. *Josephus* dicit: Mitti jussit aliquem equestrium, ut qui essent illi, inquireret.

c Quid tibi, & paci?] idest, quid ad te pertinet de pace inquirere? Vel huic quasi Regi præsenti loquitur, quasi dicat: Quid de pace quæris, cum sis inimicus illius, qui es turbator pacis?

d Misit etiam currum equorum secundum, &c.] ipse Joram.

e Quid tibi, & paci?] Expone, ut prius.

f Præceps, &c.] Idest, impetu venit. Tamen *Josephus* dicit: quod multa moderatione iter agebat. Sed non est contrarium, quia poterat cito venire, & tamen ordinate.

g Filii Namsi] idest, filii Josaphat, filii Namsi, sicut *supra* 8. dicitur Athalia filia Amri, idest, filia Achab filii Amri.

h Jungite currum] regium. Tunc ibant Reges in curribus. Modo vadunt in equis. *Psal.* 18. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri invocabimus.

agro Naboth *a* Jezraelitis. Cumque vidisset Joram Jehu, dixit: Pax est Jehu? At illo respondit: Quæ pax? Adhuc fornicationes Jezabel matris tuæ, & *b* veneficia ejus multa vigent. *c* Convertit autem Joram manum suam, & fugiens ait ad *d* Ochoziam: *e* Insidiæ, Ochozia. Porro Jehu tetendit arcum manu, & percussit Joram inter scapulas, & egressa est sagitta per cor ejus, statimque *f* corruit in *g* curru suo. Dixitque ad Badacher *h* ducem: Tolle, projice eum in agro Naboth Jezraelitæ. Memini enim, quando ego, & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quod Dominus *i* onus hoc levaverit super eum dicens: Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine *k* filiorum ejus, *l* quem vidi heri, ait Dominus: reddam tibi in agro isto *m*, dicit Dominus: Nunc ergo tolle, & projice eum in agro *n* juxta verbum Domini. *o* Ochozias autem Rex Juda videns hoc, fugit per viam domus horti, persecutusque est eum Jehu, & ait: Etiam hunc percutite in curru suo. Et *p* percusserunt eum in ascensu *q* Gaber, qui est juxta Jeblaam. Qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. Et imposuerunt eum servi ejus super currum suum, & tulerunt in Jerusalem, sepelieruntque eum in sepulchro cum patribus suis in civitate David. *r* Anno 11. Joram filii Achab Regis Israel, *s* regnavit Ochozias super Judam, venitque Jehu in Jezrael. Porro Jezabel *t* introitu ejus audito, depinxit oculos suos *u* stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram, ingredientem Jehu per portam, & ait: Numquid pax potest esse Zamri, qui interfecit dominum *x* suum? Levabitque Jehu faciem suam ad fenestram, & ait: Quæ est ista? Et inclinaverunt se ad eum duo, vel *y* tres eunuchi, & dixerunt: Hæc est illa Jezabel. At *z* ille dixit eis: *a* Præcipitate eam deorsum. Et præcipitaverunt eam. Aspersusque est sanguine *b* paries, & equorum *c* ungulæ conculcaverunt eam. Cumque *d* ingressus esset, ut comederet, biberetque, ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia *e* filia Regis est. Cumque issent, ut sepelirent eam, non invenerunt nisi *f* calvariam, & pedes, & *g* summas manus. Reversique nunciaverunt ei. Et ait Jehu: *h* Sermo Domini est, quem *i* locutus est per servum suum Eliam Thesbitem: dicens: In agro Jezrael comedent canes carnes Jezabel, & *k* erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrael, ita ut prætereuntes dicant: Hæccine *l* est illa Jezabel?

C A P. X.

Erant *a* autem Achab septuaginta filii in Samaria. Scripsit ergo Jehu litteras, & misit in Samariam ad

a Jezraelitis] vel Jezraelitæ. *b* Veneficia] i. carmina sortilega, q. d. Quæ pax potest esse nobis, cum jugiter offendamus Deum per idololatriam matris tuæ? Tamen *Joseph* dicit: quod matrem ejus clamavit veneficam, & meretricem. *c* Convertit autem, &c.] i. vertit retrorsum habenas equorum. *d* Ad Ochoziam] Regem Juda. *e* Insidiæ, Ochozia] vocativi casus. *f* Corruit] mortuus. *g* In curru suo] idest, in medio pompæ suæ. Frequenter enim moriuntur divites in medio divitiarum suarum, in paupertate sua; quandoque damnatur. *Job* 21. Iste moritur robustus sanus, & dives, & felix, viscera ejus plena adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius quoque moritur in amaritudine animæ suæ absque ullis opibus, & tamen simul in pulvere dormient, & vermes operient eos. Sed nota, Ochozias fugiens per viam domus horti occisus est; sic qui fugere volunt mala temporis hujus, per delicias, scil. hujus mundi sæpe a diabolo sagittantur. Simile *inf. ult.* dicitur, quod Sedecias fugiens per viam horti Jericho, interfectus est a Babyloniis. Item Jehu, prælatus est; sagitta, increpatio; scapulæ, sunt opera. Inter scapulas Jehu Joram percutit sagitta, cum Prælatus princeps in medio operum reprehendit: Sed sagitta per cor egreditur, cum increpatio usque ad cogitationes extenditur.
h Ducem] tertiæ partis exercitus. *i* Onus hoc, &c.] i. hanc plagam fuerit comminatus per Eliam, scil. 3. *Reg.* 21. *k* Filiorum ejus] Tamen *sup.* de filiis Naboth nulla mentio facta est. Forte, quod ibi tacitum est, hic suppletur. Vel forte interfecisse eos dicitur, quia exhæredavit eos. Usurarius ergo, vel miles, qui exhæredat aliquem, homicida est filiorum ejus. *l* Quem vidi] scilicet Naboth, idest, cujus afflixionem aspexi ad ulciscendum. Simile *Exod.* 3. Vidi afflictionem populi mei, &c. *m* Dicit Dominus] Aposiopisis est, & debet suppleri, de cetero timeant mali. *n* Juxta verbum, &c.] quod in agro Naboth lingerent canes sanguinem ejus. Linxerunt enim sanguinem Achab, cum linxerunt sanguinem Joram filii ejus. Tamen ut supra dictum est 3. *Reg.* 22. Linxerunt etiam canes sanguinem ipsius Achab, quando mulieres laverunt habenas, & currum cruentum cruore ejus. *o* Ochozias autem, &c.] *Gloss. Hier.* Dicitur de Ochozia, quod xlii. annorum erat, quando cœpit regnare, & uno anno regnavit. Si autem pater ejus Joram dicitur octo annis regnasse, & xl. vixisse, si ita est, duobus annis prior est patri suo. Solut. Sed tradunt Hebræi, quod Joram xl. annis vixit, & xxviii. annis regnavit. Ex quibus viii. ei dantur tantum quandiu juste vixit, xx. quibus postea regnavit in labore, & tribulatione, filio ejus adjiciuntur, qui xxii. ann. fuit, cum regnare cœpit, & uno regnavit. *p* Percusserunt eum] *Joseph.* dicit, eadem sagitta. *q* Gaber] collis ejus. *r* Anno 11. Joram] imo 12. ut dictum est *sup.* 8. scil. Solut. Ochozias regnavit uno anno patri suo supra, qui non computatur, cum dicitur, quod cœpit regnare 12. anno Joram filii Achab, hic vero computatur, & ideo dicitur, quod 11. anno cœpit regnare. Item videtur falsum, quod dicitur hic, scilicet, quod Jehu, venit in Jezrael 11. anno Joram filii Achab, imo 12. quia 12. annis regnavit Joram, & post mortem ejus venit Jehu in Jezrael. Solut. vel scriptor erravit, ponens 11. pro 12. vel sinecdoche est ibi, quia 12. annus non fuit integer, & ideo non computatur: Vel forte infirmatus fuit uno anno, qui non computatur. *s* Regnavit] idest, regnare cœpit. *t* Introitu ejus] idest, eo introeunte. *u* Stibio] *Cantor Parisien.* dicit, quod stibium est instrumentum, quo mulieres pilos superciliorum trahunt. *Archiepisc. Cantuar.* quod est color. Alii dicunt, quod est genus unguenti quo tincta facies efficitur rubea, & hoc verius videtur. Unde *Jer.* 4. Cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris.
x Dominum suum] 3. *Reg.* 16. Tu occidisti Dominum tuum, sicut Zamri: Unde eadem pœna puniendus es. Exemplum autem ponit de Zamri potius, quam de alio, quia Zamri pater Achab interfecit eum. Et per hoc latenter innuit, quod aliquis sequetur de Achab, qui vindictam sumeret de ipso. *y* Tres eunuchi] qui circumdabant Jezabel. *z* At ille] scil. Jehu. *a* Præcipitate] *Josephus* dicit: quod descendentem ad se venire præcepit. *b* Paries] juxta quem præcipitata est. *c* Ungulæ] Similiter ejus sanguine aspersæ. *d* Ingressus] in domum Regiam, scil. ipse Jehu. *e* Filia Regis] scil. Methabal Regis Sidoniorum. *f* Calvariam] supremam cellam cerebri. *g* Summas manus] i. summitates manuum.
h Sermo] idest, res sermonis. *i* Locutus] 3. *Reg.* 21. *k* Et erunt carnes, &c.] Hoc totum non dixit Elias supra, quod autem ibi tacitum est, hic suppletur.
l Est illa, &c.] scil. miserabilis. Jezabel est mundus iste, qui depingit oculos, ut pulcher appareat, cum sit turpis, & ornat caput, non posteriora. Et ideo placet mundus multis, quia caput, idest, anteriora, quæ sunt ornata bonis præsentibus, vident; sed posteriora, quæ sunt plena anxietate, non vident. Unde *Boetius*: Quid dicam de voluptatibus, quarum appetitus plenus est anxietate: Satietas vero plena est pœnitentia? *Proverb.* 5. Favus distillans labia mulieris, & nitidius oleo guttur ejus: Ecce caput Jezabel ornatum. Novissima autem ejus amara quasi absinthium: Ecce posteriora anxietas scilicet, & hujusmodi, quæ non videntur.

EXPOSITIO CAP. X.

Erant *a* autem, &c.] De septuaginta filiis Achab, quos occidit Jehu, &c. xl. cognatis Azariæ, quos similiter interfe-

terfecit Jehu, agitur hic. *a* Ad nutricios] qui nutriebant filios ejus. *Josephus* dicit; pædagogos.
b Meliorem] de filiis.
c Et pugnate] contra me, q. d. Si hoc feceritis, malo vestro facietis, quia non potestis mihi resistere.

u Eliæ] 3. *Reg.* 21. *x* Et sacer] ejus præoccupatio est, quia infra fiet hoc de sacerdotibus.
y Ad cameram pastorum] Quidam locus est, sic dictus.
z Fratres Ochoziæ] idest, cognatos Azariæ, qui veniebant salutare Joram, & Azariam, nescientes ipsos esse interfectos.

optimates civitatis, & ad majores natu, & *a* ad nutricios Achab, dicens: Statim, ut acceperitis litteras has, qui habetis filios Domini vestri, & currus, & equos, & civitates firmas, & arma, & eligito *b* meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis Domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & *c* pugnate pro domo Domini vestri. Timuerunt illi vehementer, & *d* dixerunt: Ecce *e* duo Reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere ei? Miserunt ergo præpositi *f* domus, & præfecti civitatis, & majores natu, & nutricii ad Jehu, dicentes: Servi tui sumus, quæcumque jusseris faciemus, *g* nec constituemus nobis Regem: Quodcumque tibi placuerit, fac. Rescripsit autem eis litteras secundo dicens: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum Domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Jezrael. Porro filii Regis lxx. viri, apud optimates civitatis nutriebantur. Cumque venissent litteræ ad eos, tulerunt *h* filios Regis, & occiderunt lxx. viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Jezrael. Venit autem *i* nuncius ad eum, & indicavit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum Regis. Qui respondit: Ponite ea ad duos acervos juxta introitum *k* portæ, usque mane. Cumque *l* diluxisset, *m* egressus est, & stans dixit ad omnem *n* populum: *o* Justi estis. Si *p* ego conjuravi contra dominum meum, & interfeci eum, quis *q* percussit omnes hos? Videte ergo nunc, quoniam *r* non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus *s* super domum Achab, & *t* Dominus fecit, quod locutus est in manu servi sui *u* Eliæ. Percussit igitur Jehu omnes, qui reliqui erant de domo Achab in Jezrael, & universos optimates ejus, & notos, & *x* sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. Et surrexit, & venit in Samariam. Cumque venisset ad *y* cameram pastorum, in via invenit *z* fratres Ochoziæ Regis Juda: *a* Dixitque ad eos: Quinam estis vos? At illi responderunt: *b* Fratres Ochoziæ *c* Regis sumus, & descendimus ad salutandos filios Regis, & filios reginæ. *d* Qui ait: Comprehendite eos vivos. Quos cum comprehendissent vivos, jugulaverunt eos in *e* cisterna *f* juxta cameram quadragintaduos viros, & non reliquit ex eis quemquam. Cumque abiisset, inde invenit *g* Jonadab filium Rechab, in occursum sibi, & *h* benedixit ei: Et *i* ait *k* ad eum: *l* Numquid est cor tuum rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo? Et *m* ait Jonadab: *n* Est. Si est, *o* inquit, da manum tuam, *p* qui dedit ei manum suam. At *q* ille levavit eum ad se in currum, dixitque *r* ad eum: Veni mecum, & *s* vide zelum meum pro Domino. Et impositum currui suo, duxit in Samariam. Et percussit omnes, qui reliqui fuerant de Achab, in Samaria, usque *t* ad unum, juxta verbum Domini, quod locutus est per Eliam. Congregavit ergo Jehu omnem populum, & dixit ad eos: Achab coluit Baal parum, ego autem *u* colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & universos servos ejus, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me. Nullus sit, qui non veniat. Sacrificium enim grande est mihi Baal. Quicumque defuerit, *x* non vivet. Porro Jehu faciebat hoc *y* insidiose, ut disperderet cultores Baal. Et dixit: *z* Sanctificate diem solemnem Baal. Vocavit, & misit in universos terminos Israel, & venerunt cuncti servi Baal. Non fuit residuus, nec unus quidem, qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal. Et repleta est domus Baal a summo usque ad summum. Dixitque his, qui *a* erant super vestes: proferte *b* vestimenta universis servis Baal. Et protulerunt eis vestes. Ingressusque Jehu, & Jonadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal: *c* Perquirite, &

d Et dixerunt] ad invicem.
e Duo reges] Joram Rex Israel, & Azarias Rex Juda.
f Domus] Regiæ.
g Nec constituemus Regem] quasi dicat: Nolumus habere Regem nisi te.
h Filius Regis, & occiderunt lxx. viros, &c.] scilicet Achab.
i Nuncius ad eum] idest, ad Jehu.
B *k* Portæ] ut omnes viderent, & magis timerent eum.
l Diluxisset] idest, dies diluxisset.
m Egressus est] scilicet de domo.
n Populum] scilicet, suum.
o Justi estis] quasi dicat: comparatione Samaritarum, qui occiderunt lxx. Dominos suos; justi estis, qui non nisi Joram, & Jezabel mecum occidistis. Vel potius Samaritas commendat, qui eos occiderant ad mandatum suum, quasi dicat: Juste fecistis, implendo verbum Domini. Et huic expositioni magis
C concordat littera sequens. Sed nunquid peccaverunt Samaritæ? constat, quod sic, quia præ timore hoc fecerunt, ergo non fecerunt juste. Solut. Juste
D non fecerunt, tamen illi juste interfecti sunt. Neque placuit Domino actio Samaritarum, tamen opus operatum gratum fuit ei, vel ipsa actio in quantum actio placuit Deo, non in quantum homicidium.
p Quis percussit omnes hos] quasi dicat: Vos justi estis comparatione mei, quia lxx. maleficos occidistis, ego autem unum solum. Et hoc est, quod dicit:
4. *Reg.* 21. E *q* Si ego conjuravi, &c.] idest, si ego occidi unum, vos occidistis omnes istos: Unde meliores estis me. Et loquitur Jehu nunciis, qui attulerant capita filiorum Achab, quasi Dominis præsentibus.
r Non cecidit, &c.] idest, remansit aliquis sermo Domini inexpletus.
s Super] idest, contra.
t Dominus fecit] auctoritate, opus scilicet operatum, & opus operans in eo, quod actio, non in eo, quod homicidium.

a Dixitque] scilicet Jehu.
b Fratres] idest, cognati.
c Regis] Israel.
d Qui ait] Jehu scilic. ad suos.
e In cisterna] idest, jugulatos projecerant in cisterna.
f Juxta cameram] locus est.
g Jonadab] de quo habes *Jerem.* 35. *per tot.* & de filiis Rechabitis, qui primi fuerunt Eremitæ.
h Benedixit ei] propter ultionem Domini, quam fecerat.
i Et ait] Jehu.
k Ad eum] idest, ad Jonadab.
l Nunquid est, &c.] idest, nunquid rectum tibi videtur, quod ego feci, sicut mihi rectum videtur, quod tu facis?
m Et ait Jonadab] ad Jehu.
n Est] q. d. mihi rectum videtur.
o Inquit] Jehu ad Jonadab.
p Qui] scil. Jonadab.
q At ille] scil. Jehu.
r Dixitque Jehu] Ad eum scilicet Jonadab.
s Vide zelum, &c.] pro zelo Domini, quid fecerim. *Ps.* 88. Zelus domus tuæ comedit me.
t Usque ad unum] inclusive, i. nec unum reliquit.
u Amplius colam] idest, ampliare volo cultum Baal. Sed nunquid mentitus est Jehu? Dicunt, quod excusatur familiari consilio Spiritus sancti. Nescio, quare hoc dicatur, quia multo majora peccata fecit Jehu, a quibus non excusatur. Unde si mentitus est hic, non est mirandum. (22. *q.* 2. *c. utilem.* 3. *Reg.* 16.)
x Non vivet] imo, qui affuerit, morietur. Utrobique enim mors inhærebit eis.
y Insidiose] Ecce bonus dolus.
z Sanctificate diem] idest, sanctam venerabilem diem agite.
a His qui, &c.] idest, matriculariis, sive cancellariis templi.
b Vestimenta] lanea, vel alia, quibus differant ab aliis.
c Perquirite] ne involvatur justus cum impio. *Gen.* 18. Absit a te Domine, dixit Abraham, ut hanc rem facias, ut occidas justum cum impio.

a Ne quis] i. ne aliquis alius vobiscum sit, non enim, hoc dixit Jehu, sed historiographus apposuit hoc de suo. Simile *in Psal.* 73. Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra. Ipsi non dixerunt Dei, sed *Psal.* opposuit. Item simile *Isai.* 14. Ponam sedem meam ad Aquilonem, sed Isaias apposuit.

b Fugerit] idest, evaserit, de omnibus his, qui sunt in templo Baal.

c Anima] idest, vita illius, per quem fugerit aliquis de sacerdotibus Baal.

F

d Erit pro] scilic. morietur pro illo.

e In ore] idest, in devoratione, vel instantia.

f Et projecerunt] scilicet cadavera mortuorum [in civitatem templi Baal.]

g Latrinas] scil. subterraneas, cunicolos ad mundandas sordes vicorum civitatis.

h Qui peccare, &c.] Ad quid igitor conantur magistri excusare eum a mendacio?

i In Bethel] Duæ civitates in finibus Judææ.

G

k Placebat, &c.] Argumentom validum est hic, quod bonum opus factum extra charitatem placet Deo, & est meritorium. Sed contra *Hebr.* 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Item *Rom.* 14. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Item *Aug.* peccator non est dignus etiam pane, quo vescitur. Solut. Omne meritum a gratia, unde opus factum extra charitatem nullius est meritorium. Sed Deus, qui nullum bonum dimittit irremuneratum, ex abundanti gratia tale bonum remunerat aliquando temporaliter.

A

l Coepit] idest, coeperunt aggravari peccata Israel, propter quæ noluit Dominus eos tolerare, sed voluit delere eos, sicut homo delet opus suum, quando tædet eum. Simile *Gen.* 6. Poenituit Dominum, quod fecisset hominem, idest, proposuit facere, quod facit poenitens. Unde sequitur: Delebo inquit hominem, quem creavi a facie terræ. Item *Marc.* 14. Coepit Jesus pavere, & tædere. Verum est pro passione, sed non passione.

m Asael] Rex Syriæ.

n Aroer] civitas. *o* Arnon] fluvius.

p Joachaz] qui infra dicitur Joas, aliquando dicitur Joath.

videte, *a* ne quis forte vobiscum sit de servis Domini, sed ut sint soli servi Baal. Ingressi sunt igitur, ut facerent victimas, & holocausta, Jehu autem præparaverat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicumque *b* fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus vestras, *c* anima ejus *d* erit pro anima illius. Factum est autem, cum completum esset holocaustum, præcepit Jehu militibus, & ducibus suis: Ingredimini, & percutite eos, nullus evadat. Percusseruntque eos in *e* ore gladii, & *f* projecerunt milites, & duces. Et ierunt in civitatem templi Baal, & protulerunt statuam de fano Baal, & combusserunt, & comminuerunt eam. Destruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea *g* latrinas usque in diem hanc. Delevit itaque Jehu Baal de Israel: Verumtamen a peccati Jeroboam filii Nabat, qui *h* peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in *i* Bethel, & in Dan. Dixit autem Dominus ad Jehu: Quia studiose egisti, quod rectum erat, & *k* placebat in oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo, fecisti contra domum Achab: filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Porro Jehu non custodivit, ut ambularet in lege Domini Dei Israel, in toto corde suo: Non enim recessit a peccatis Jeroboam, qui peccare fecerat Israel: In diebus illis *l* coepit Dominus tædere super Israel, percussitque eos *m* Asael in universis finibus Israel, a Jordane contra Orientalem plagam, omnem terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manasse, ab *n* Aroer, quæ est super torrentem *o* Arnon, & Galaad, & Basan. Reliqua autem verborum Jehu, & universa, quæ fecit, & fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Et dormivit Jehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria, & regnavit *p* Joachaz filius ejus pro eo. Dies autem, quos regnavit Jehu super Israel, 28. anni sunt in Samaria.

C A P. XI.

ATHalia *q* vero *r* mater Ochoziæ, videns mortuum *s* filium suum, surrexit, & *t* interfecit omne semen regium. *u* Tollens autem Josaba filia *x* regis *y* Joram, *z* soror Ochoziæ, Joas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum Regis, qui interficiebantur, & nutricem ejus de *a* triclinio, & abscondit eum a facie Athaliæ, ut non interficeretur, eratque cum ea in *b* domo Domini clam sex annis. Porro Athalia regnavit super *c* terram septem annis. Anno autem septimo, misit *d* Jojada, & assumens

EXPOSITIO CAP. XI.

ATHalia *q* vero, &c.] Hic agitur de Athalia, qualiter occidit omne semen regium, ut regnare posset. Postea qualiter ipsa occisa est, & Joas filius Ochoziæ unctus est in Regem, Jojada sacerdote procurante. De his agitur plenius 2. *Par.* 23.

r Mater Ochoziæ] Regis Juda, quem occidit Jehu.

s Filium suum] Ochoziam.

t Et interfecit, &c.] desiderans regnare.

x Regis] super Juda, scilicet.

y Joram] filii Josaphat. *z* Soror] ex patre tantum. Fuit enim filia Joram, & uxor Jojadæ sacerdotis.

a De triclinio] idest, de palatio Regis.

b In domo] i. domunculis hebdomadariorum, quod bene potuit facere, quia erat uxor summi sacerdotis.

c Super terram] Juda scil. *d* Jojada] summus sacerdos.

Ω *a* Centuriones.

Allegoriæ.

q Athalia vero, &c.] Athalia interpretatur temporalis Domini, & signat temporalem abundantiam, quæ a Domino est, juxta illud *Jac.* 1. Omne datum optimum, &c. Hoc nititur extinguere Joas, qui interpretatur memoria Domini. Multi enim memoriam Domini habent in paupertate, quam amittunt in prosperitate. Unde Cain occidit Abel, *Gen.* 4. Herodes Joannem, *Matth.* 14. & *Marc.* 6. Propter hoc dicit *Ps.* 61. Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. Item de hoc *Deut.* 8. Observa, & cave, nequando obliviscaris, &c. Item præpositus pincernarum positus in prosperitate, oblitus est interpretis sui, *Gen.* 4. Ubi dicit *Interl.* Prosperitas stultorum perdet eos, *Prov.* 1. Item *Eccl.* 29. Gratiam fidejussoris non obliviscaris: Dedit enim pro te animam suam. *Thr.* 3. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, &c.

t Interfecit omne semen Regium] Semina regia, sunt virtutes, vel bona opera, quæ a Deo in bona terra seminantur. *Matth.* 13. Exiit, qui seminat seminare semen suum, &c. De hoc semine habes *Prov.* 11. Semen justorum salvabitur. Et dicitur semen Regium, quia regitur, & regit, & facit illum Regem, in quo seminatur, & seminator ejus Rex est, & Dominus. Unde *Matth.* 14. dicunt discipuli: Domine nonne bonum semen seminasti, unde ergo habet Zizaniam. Item *Os.* 10. Seminate vobis in veritate, & justitia, & metite in ore misericordiæ, quando scil. dicet: Venite benedicti, &c. *Eccl.* 11. Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua. Mane dicit propter illud *Thr.* 3. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Sed quidam nolunt seminare hæc semina, quia deriderentur. Unde *Eccl.* 11. Qui observat ventum non seminat, & qui considerat nubes nunquam metit. Omnia hæc semina interficit Athalia. i. abundantia temporalis. Unde *Matth.* 13. Alia ceciderunt in spinis, & creverunt spinæ, & suffocaverunt ea.

1. Paral. 22. — 2. Par. 24. — Matth 13.

u Tollens autem Josaba] Josaba interpretatur securitas Domini, & significat paupertatem, quæ inter omnia bona Domini securissima est, quia cantabit vacuus coram latrone viator; sed ut dicit *Greg.* divitiæ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore deseruntur. Dives enim putat, quod omnes insidientur ei. Unde *Job* 15. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, semper insidias suspicatur. *d* Jojada,] vir ejus interpretatur dilectus Domini, & significat charitatem, quæ sola facit dilectum Domini. Unde *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo. Joas interpretatur memoria Domini. Recte ergo dicitur, quod Josaba, & Joada servaverunt Joas, quia paupertas, & charitas memoriam Domini perire non sinunt. Nam. qui charitatem, & paupertatem habet, diligit. Non enim potest Christum filium charitatis, & virum paupertatis oblivisci-

Jerem. 10. Satyr.

a Centuriones, & *b* milites, & *c* introduxit ad se in templum Domini, *d* pepigitque cum eis fœdus: Et adjurans eos in domo Domini, ostendit eis filium *e* regis, & præcepit illis, dicens: Iste est *f* sermo, quem facere debetis: *g* Tertia pars vestrum introeat Sabbato, & observet *h* excubias domus regis: Tertia autem pars sit ad portam Seir, & tertia pars sit ad portam, quæ est post habitaculum *i* scrutariorum, & custodietis excubias domus Messa. *k* Duæ vero partes e vobis omnes egredientes Sabbato, custodient *l* excubias domus Domini circa regem, & vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris. Si quis *m* autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur. Eritisque cum rege introeunte, & egrediente. Et fecerunt Centuriones juxta omnia, quæ præceperat eis Jojada sacerdos. Et assumentes *n* singuli viros suos, qui ingrediebantur ad Sabbatum cum his, qui egrediebantur e Sabbato, venerunt ad Jojadam sacerdotem. Qui *o* dedit eis *p* hastas, & arma regis David, quæ erant in *q* domo Domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua, a parte templi dextera, usque ad partem sinistram altaris, & *r* ædis, circum regem. Produxitque filium *s* regis, & posuit super eum *t* diadema, & *u* testimonium. Feceruntque eum regem, & unxerunt, & plaudentes manu dixerunt: Vivat rex. Audivit autem Athalia vocem populi currentis, & ingressa ad turbas in *x* templum Domini, vidit regem stantem super tribunal juxta morem, & cantores, & tubas prope eum, omnemque populum terræ lætantem, & canentem tubis, & scidit vestimenta sua, clamavitque: Conjuratio, conjuratio. Præcepit autem Jojada Centurionibus, qui erant super exercitum, & ait eis: *y* Educite eam extra septa templi, & quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: Non occidatur in templo Domini. Imposueruntque ei manus, & impegerunt eam per viam *z* introitus equorum, juxta palatium, & interfecta est ibi. Pepigit igitur Jojada fœdus *a* inter Dominum, & inter regem

a Centuriones] idest, nobiles.
b Et milites] idest, principes familiarum.
c Et introduxit ad se] & ostendit eis secreto Joas filium regis Ochoziæ, & conjuraverunt omnes pro puero contra Athaliam, proponentes quod puerum in Sabbato sequente ungerent in regem. Quod factum est in hunc modum, ut 2. *Par.*23. Erant summi sacerdotes, quorum unusquisque in hebdomada vicis suæ habebat secum in ministerium 24. minores sacerdotes, & totidem cantores, & totidem janitores. Diluculo Sabbati sacerdos summus, qui ministraverat per totam hebdomadam, cum turma sua egrediebatur, ad propriam domum revertens. Tempore enim vicis suæ abstinebant ab amplexibus uxorum Pontifex vero, qui ministraturus erat, ingrediebatur cum turma sua: Tunc autem Jojada princeps sacerdotum pro ampliando exercitu retinuit egressuros, & recepit ingressuros faciens de eis duas turmas. Unam ingressurus pontifex cum suis: Alteram Pontifex cum suis faciebat: Tertiam quoque turmam adjunxit de Levitis, & centurionibus, idest, nobilioribus, quos convocaverat. Et intrans domum saltus, i. domum armorum, dedit singulis arma, & præcepit egressus, ut circumstarent regem in atrio interiori, idest, sacerdotum, & custodirent. Ingressuris vero dixit, ut descenderent ad domum regiam, ne servi reginæ ingredientes impedirent unctionem pueri. Sed hanc turmam de ingressuris divisit in tres partes, præcipiens ut una pars observaret excubias regis, idest, porticum domus regiæ: Alia observaret portam Seir, per quam ascendebatur de civitate in domum regiam: Tertia pars observaret domum Messa, quæ dicitur porta scutariorum, idest, custodum regis, per quam de domo regia ascendebatur in templum. Illam vero partem, quam collegerat de centurionibus, & Levitis, posuit ad custodiam atriorum templi ex omni parte. Tunc ipse Jojada cum reliquis sacerdotibus, & Levitis, & senioribus, perduxit puerum Joas, & unxit eum in regem, & Deuteronomium, idest, legem Dei dedit ei tenendam in manibus, sicut præcipitur *Deut.*17. ut cum ipso habitu regni disciplina legis Dei servanda conitetur. Athalia vero hoc audiens, scidit vestimenta sua dicens: Conjuratio, conjuratio. Quam eduxerunt centuriones extra septa templi, & interfecerunt eam, & deduxerunt regem in palatium suum, & sedit super thronum regium: Et lætatus est populus, & destruxerunt templum Baal, & Aras, & imagines quas fecerat Joram, & Athalia: Mathan quoque sacerdotem Baal interfecerunt coram altari, & hoc est, quod dicitur: *d* Pepigitque, &c.] *Gl.* idest, conjurationem cum principibus Levitarum fecit pro puero contra Athaliam.
e Filium regis, &c.] scilicet Joas. *f* Sermo] idest, res sermonis. *g* Tertia pars] De ingressuris.
h Excubias] idest, porticus domus regiæ. Et aliqui libri habent excubitum, vel excubium, idem est.
i Scutariorum] *Gloss.* Scutarii erant tutores regis custodientes palatii vestibulum. Nota, porta scutariorum, 2. *Par.* 23. dicitur porta fundamenti, per quam ascendebatur de domo regia in templum. *k* Duæ vero partes] de egressuris, scil. duæ, i. una divisa in duas, quarum altera regi assistebat a dextris, alia a sinistris.
l Excubias domus Domini] idest, atrium sacerdotum, ubi rex inungebatur.
m Si quis autem] alius scilicet a nostris.
n Singuli] sacerdotes, sive pontifices.
o Dedit eis] idest, Levitis.
p Hastas, & arma] *Gloss.* Quæ David cæsis hostibus consecravit in domo Domini: quibus Levitæ in bello armarentur.
q In domo Domini] i. in domo salius.
r Et ædis] idest, templi, quasi dicat: Una pars sit a dextris regis, alia a sinistris.
s Filium regis] scilicet Joas puerum.
t Diadema] *Gloss.* insigne capitis regum.
u Et testimonium] *Gl.* idest, legem Dei, qua doceatur, qualiter vivat, & quid agat. Unde *Deut.* 17. dicitur: Postquam ascenderit rex in regnum solii sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine, non auri immensa pondera, dicit *Gloss.* ibidem. *x* In templum] Sed quomodo est ingressa Athalia in templum, cum supra præcessit Jojada: Si quis ingressus fuerit septum templi, interficiatur? Ad hoc solvit *Josephus* dicens: quod regina fuerat excepta, & ideo permiserunt custodes atriorum eam intrare, sed socias ejus prohibuerunt.
y Educite eam] Similiter in Ecclesia non debet fieri effusio sanguinis. Quod si aliquando acciderit, debet Ecclesia rededicari, ut jubet quoddam decretum: Sed non fit.
z Introitus equorum] sive porta equorum, dicitur porta illa, usque ad quam licebat ascendere super equos.
a Inter Dominum, & regem] ut rex Domino esset obediens.
Ω *a* Et inter populum.

Moraliter.

Ω *g* Tertia pars vestrum, &c.] Ingressuris templum in Sabbato præcipitur, ut ponant excubias ad portam regis & ad portam Seir, & ad portam fundamenti. Ingressuri templum in Sabbato, sunt illi, qui claustrum ingrediuntur, ut Sabbatum, i. quietem contemplationis habeant. Talibus imminent insidiæ a tribus locis: A domo regis, idest, a superbia: A porta Seir, i. a concupiscentia mundi: Et a porta fundamenti, i. a concupiscentia carnis: Unde & in his tribus locis debet excubare: A porta regis excubias observare, est motus superbiæ humiliter subjugare. Ad portam Seir excubare, est mundi divitias prudenter fugere. Ad portam fundamenti excubias ponere, est delicias carnis, sive concupiscentias vigilanter elidere. Egressuri vero regi assistebant, custodientes eum. Per egressuros significantur perfecti claustrales, qui habent mortem in desiderio, & vitam in patientia, qui jam jacent in januis paradisi. Isti revera custodiunt Joas, idest, memoriam Domini, quæ valde necessaria est, contra duo maxime, scilicet acediam, & vanam gloriam. Nam si claustralis præcedat alios, extollitur per vanam gloriam, si sequatur ultimus, torpescit per acediam. Unde medius locus securus est. Memoria Domini & elationem reprimit, & devotionem excitat, & sic tam acedia quam vana gloria declinatur. Istis omnibus dedit Jojada, idest, Christus arma ad defendendum se, idest, patientiam, & hastas ad impugnandum, idest, misericordiam. Per patientiam enim sustinemus impugnationes dæmonum, sed per opera misericordiæ impugnamus eosdem.

& inter *a* populum, ut esset populus Domini, & inter *b* regem, & populum. Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras ejus, & imagines contriverunt valide, Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et *c* posuit sacerdos custodias in domo Domini, tulitque Centuriones, & *d* Cerethi, & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de *e* domo Domini, & venerunt per viam portæ *f* scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum. *g* Lætatusque est omnis populus terræ, & civitas conquievit: Athalia autem occisa est gladio in *h* domo regis. *i* Septemque annorum erat Joas cum regnare cœpisset.

C A P. XII.

ANno *k* septimo Jehu regnavit Joas, & quadraginta annis regnavit in Jerusalem: Nomen matris ejus Sebia *k* de Bersabee. Fecit quoque Joas rectum coram Domino *l* cunctis diebus, quibus docuit eum Jojada Sacerdos, verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. Dixitque *m* Joas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini a prætereuntibus, quæ *n* offertur pro pretio animæ, & *o* quam sponte, & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini, accipiant illam sacerdotes juxta ordinem suum, & instaurent *p* sartatecta domus, si quid necessarium viderint in instauratione. Igitur usque ad xiii. annum regi Joas non instauraverunt sacerdotes sartatecta templi. *q* Vocavitque rex Joas Jojadam pontificem, & sacerdotes, dicens eis: Quare sartatecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam *r* juxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam a populo, & *r* instaurare sartatecta domus. Et tulit Jojada pontifex *s* gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud *t* juxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini: Mittebantque in eo sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem *u* pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini. Cumque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat *x* scriba regis, & pontifex, effundebantque, & numerabant pecuniam, quæ inveniebatur in domo Domini, & dabant eam *y* juxta numerum, atque mensuram in manu eorum, qui præerant cæmentariis domus Domini. *z* Qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmentariis, his qui operabantur in domo Domini, & sartatecta faciebant, & in his, qui cædebant saxa: & ut emerent ligna, & lapides, qui excidebantur, ita ut impleretur instauratio domus Domini in universis, quæ indigebant expensa ad muniendam domum. *a* Verumtamen non fiebat ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuscinulæ, & thuribula, & tubæ, omne vas aureum, & argenteum de pecunia, quæ *b* inferebatur in templum Domini. His enim, qui faciebant opus, dabatur, ut instauraretur templum Domini, & non fiebat *c* ratio his omnibus, qui accipiebant pecuniam, ut distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant. Pecuniam vero pro delicto, & pecuniam pro peccatis, non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat. Tunc *d* ascendit Azael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam, & dixit in faciem suam, ut ascenderet in Jerusalem. Quamobrem

a Et iter populum] supple, & Dominum, ut scil. populus non discederet a cultu Domini. *b* Et inter regem, & populum.] Ut rex ille regeret populum, & populus fideliter serviret regi 2. *Par.* 23. dicitur: Pepigit Jojada fœdus inter se, universumque populum, & regem ut esset populus Domini. Sed ibi se loco Dei, cujus minister erat, posuit. Et significatur hic triplex pax, quam fecit Christus, scilicet: Pax hominis ad Deum: Pax hominis ad Angelos: Pax hominis ad homines.

c Et posuit sacerdos custodias] scilicet Jojada.

d Cerethi, & Phelethi] Ad quorum judicium vivificabantur, vel occidebantur rei.

e De domo Domini] i. de templo.

A *f* Scutariorum] idest, custodum regis.

g Lætatus] quia abstulerat Dominus opprobrium eorum, ne scilicet mulier regnaret super eos.

h In domo regis] idest, juxta domum regis.

i Septemque annorum] quia anniculus erat, quando furata est eum Josaba filia regis Joram, & sex annis mansit absconditus.

EXPOSITIO CAP. XII.

ANno *k* septimo Jehu] regis Israel.

2. Par 24. B *k* De Bersabee] quasi dicat: Mater ejus non fuit de generatione Achab.

l Cunctis diebus, &c.] Sed post mortem Jojada, multa mala fecit. Unde etiam occidit Zachariam filium Barachiæ, qui reprehendebat eum.

m Dixitque Joas] vivente Jojada.

n Quæ offertur pro pretio animæ] Quam dabant ituri ad bellum, & numerati. De qua dicitur *Exod.* 30. Cum tuleris summam filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis.

C *o* Et quam sponte] i. pecuniam votivam, quia oblatio pro delicto & pro peccato erat sacerdotum. Unde *Osee* 4. dicitur de ipsis: Peccata populi mei comedent, & ad iniquitates eorum sublevabunt animas eorum.

D *p* Sartatecta] i. ruinas tectorum templi. *q* Vocavitque] rex iratus, quia in tanto tempore non instauraverant ruinas templi.

r Juxta ordinem, &c.] idest, sicut competit ordini vestro. Non enim competit, ut sacerdotes recipiant pecuniam alienam, quia habent manus unctas, & cito adhæret eis pecunia. Vel juxta ordinem vestrum dicit, qui quilibet tempore vicis suæ recipiebat, & noluit rex, quod de cetero reciperent.

r Et instaurare sartatecta] *Josephus* volens excusare sacerdotes in hoc loco, dici, quod rex jusserat in omnem regionem, ut mitteret Pontifex sacerdotes, & *Levitas*, qui sumerent pro uniuscujusque capite dimidium sicli: Quod videns populo non placere, cessavit: Et ob hoc non fuerunt instauratæ ruinæ templi, quæ erant ibi, non tantum pro vetustate, sed etiam omnes, quas fecerat Athalia, quæ de lapidibus, & lignis sanctificatis paraverat domum Baal.

s Gazophylacium] idest, arcam quandam, sive truncum.

t Juxta altare] idest, non longe ab altari holocaustorum.

u Omnem pecuniam] præter illam, quæ offerebatur pro peccato, quæ erat sacerdotum.

x Scriba] qui scilicet sumptus computabat.

y Juxta numerum, &c.] Hoc ideo dicit, quia pecunia aliquando numerabatur, aliquando ponderabatur.

z Impendebant] idest, expendebant.

a Verumtamen non fiebant, &c.] *Gloss. in Paral.* 14. Cum complessent omnia opera detulerunt coram rege, & Joajada reliquam pecuniæ partem, de qua facta sunt vasa templi. Solut. Non est contrarium, quia non de eadem pecunia, quæ offerebatur a populo ad instaurationem domus Domini, facta fuerunt vasa in ministerium templi, sed de reliqua parte pecuniæ, quæ & aliis donationibus fuerant collata.

b Quæ inferebatur in templum Domini] supple non fiebat.

c Ratio, &c] idest, computatio, quia fideles erant. Etiam *sup. eod.* dictum est: Dabant eam juxta numerum, & mensuram in manu eorum, qui præerant cæmentariis in domo Domini: Solutio: Pecunia numerata vel ponderata tradebatur eis, & hoc dicitur *supr.* Sed postea non requirebatur ab eis computatio, & hoc dicitur hic.

d Tunc ascendit Azael] mortuo Jojada. De quo dicitur *secundo Paralipomenon vigesimoquarto*. Senuit Jojada plenus dierum, & mortuus est, cum esset centum triginta annorum, & sepelierunt eum in civitate David cum regibus, eo quod fecisset

bonum

bonum cum Israel, & cum domo ejus. *a* Tulit] Quod non fecisset, si Jojada viveret. *b* Sanctificata] i. Domino oblata. *c* Consecraverant] i. Deo obtulerant. *d* Surrexerunt autem] in ultionem Zachariæ filii Jojadæ, quem occidit Joas, quia arguebat eum, ut legitur 2. *Paral.* 24. Tamen iste Zacharias *Matth.* 14. dicitur filius Barachiæ. Forte Jojada binomius fuit: Vel Matthæus posuit nomen pro interpretatione. Barachias enim interpretatur benedictus. Unde Zacharias dicitur filius Barachiæ, idest, benedicti. Simile *Tob.* 5. ubi dixit Angelus se esse filium Ananiæ, idest, gloriæ Dei.
e Percusseruntque Joas] quia divinos honores sibi volebat imponi, ut dicunt Hebræi.
f In domo Mello] i. in arce Sion, quæ dicitur Mello.
g Cum patribus suis] Non tamen in monumentis regalibus, ut dicitur 2. *Paral.* 24.

u Amasiam] filium Joas regis Juda.

Joachaz cœpit regnare xxiii. anno Joas regis Juda, ut dictum est *sup. eod.* & xvii. annis regnavit; ergo xxxix. annus Joas, fuit xvii. annus Joachaz, ergo Joas filius Joachaz cœpit regnare xxxix. vel quarto anno Joas regis Juda, non ergo xxxvii. Sol. Iste Joas congregavit patri suo Joachaz tribus annis, & sic verum est, quod cœpit regnare 23. Joas regis Juda, qui ad primum initium, sed patre suo mortuo, cœpit regnare solus 39. vel 40. Joas regis Juda, sicut probatum est. *u* Amasiam] filium Joas regis Juda. *x* Et dormivit] Anticipatio est, quod dicitur hic de morte Joas regis Israel. *y* Jeroboam] filius Joas regis Israel. *z* Porro Joas] rex Israel. *a* Pater mi, &c.] Idem dixit Eliseus Eliæ *supra eod.* 2. *b* Pater] temporalium administratione. Item pater spiritualium dispensatione.
c Currus] confessorum supportatione. *d* Auriga] discreta pigrorum stimulatione, quasi sibilo blandæ excitationis. Nunquid non auriga erat, qui dicebat: Surge, qui dormis. *Ephes.* 5. Nunquid non currus, cum dicebat: Quis infirmatur, &c. 2. *Cor.* 11. Nunquid non pater, & pater, cum dicebat: Ego libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris 2. *Cor.* 12. *e* Sagitta salutis] i. per hanc sagittam indicatur, quod Dominus faciet salutem in Israel contra Syriam. Hæc sagitta est sancta prædicatio. *f* Syriam in Aphec] i. illam partem Syriæ, quæ est in Aphec. Sic exponitur *in histor.* Sed hæc expositio videtur falsa, quia 1. *Reg.* 4. dicitur: Porro Philistæi venerunt in Aphec, ibi dicit *Gloss.* Aphec locus est juxta vicum Efrom Jezrael civitatis, ubi dimicavit Saul in sorte Aser: Ergo Aphec non est pars Syriæ, sed locus in Judæa. Solutio: Aphec æquivocum est.
g Jaculo] idest, sagitta. *h* Stetisset] idest, cessasset.
i Ad consummationem,] idest, perfectam destructionem.

a tulit Joas Rex Juda omnia *b* sanctificata, quæ *c* consecraverant Josaphat, & Joram, & Ochozias patres ejus reges Juda, & quæ ipse obtulerat, & universum argentum, quod inveniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio Regis, misitque Asaeli regi Syriæ, & recessit ab Jerusalem. Reliqua autem sermonum Joas, & universa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Juda? *d* Surrexerunt autem servi ejus, & conjuraverunt inter se, *e* percusseruntque Joas in *f* domo Mello in descensu Sela. Josachar namque filius Semath, & Jozabath filius Somer servi ejus percusserunt eum, & mortuus est, & sepelierunt eum cum *g* patribus suis in civitate David: Regnavitque Amasias filius ejus pro eo.

C A P. XIII.

A Nno *h* vigesimotertio Joas filii Ochoziæ regis Judæ, regnavit Joachaz filius Jehu super Israel in Samaria, decem, & septem annis, & fecit malum coram Domino: *i* Secutusque est peccata Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, & non declinavit ab eis: *k* Iratusque est furor Domini contra Israel, & tradidit eos in manu Azaelis regis Syriæ, & in manu Benadab filii Azael *l* cunctis diebus. Deprecatus est autem *m* Joachaz faciem Domini, & *n* audivit eum Dominus. Vidit enim angustiam Israel, quia attriverat eos rex Syriæ. Et dedit Dominus *o* Salvatorem Israeli, & liberatus est de manu regis Syriæ, habitaveruntque filii Israel in tabernaculis suis, *p* sicut heri, & nudiustertius. Verumtamen non *q* recesserunt a peccatis domus Jeroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulaverunt. Siquidem, & *r* lucus permansit in Samaria, & *s* non sunt derelicti Joachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum. Interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi pulverem in tritura areæ. Reliqua autem sermonum Joachaz, & universa, quæ fecit, sed & fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel? Dormivitque Joachaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria: Regnavitque Joas filius ejus pro eo. *t* Anno trigesimoseptimo Joas regis Juda, regnavit Joas filius Joachaz super Israel in Samaria sexdecim annis, & fecit, quod malum est in conspectu Domini. Non declinavit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulavit. Reliqua autem sermonum Joas, & universa, quæ fecit, sed & fortitudo ejus, quomodo pugnaverit contra *u* Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel? Et *x* dormivit Joas cum patribus suis: *y* Jeroboam autem sedit super solium ejus: *z* Porro Joas sepultus est in Samaria cum regibus Israel. Eliseus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est. Descenditque ad eum Joas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque: *a* Pater mi, *b* pater mi, *c* currus Israel, & *d* auriga ejus. Et ait illi Eliseus: Affer arcum, & sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum, & sagittas, dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, & ait: Aperi fenestram Orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus: jace sagittam, & jecit. Et ait Eliseus: *e* Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam, percutiesque Syriam in *f* Aphec, donec consumas eam, & ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei: Percute *g* jaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, & *h* stetisset, iratus est contra eum vir Dei, & ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad *i* consummationem: Nunc

EXPOSITIO CAP. XIII.

A Nno *h* vigesimotertio] Hic agitur de obitu Elisei.
i Secutusque] adorando idola, vitulos scil.
k Iratus] Furor Domini est ultio ejus. Furor Domini irascitur, quando Dominus se ulciscitur.
l Cunctis diebus] Azael, scil. Tamen ad tempus cessabat bellum.
m Joachaz] rex Israel.
n Audivit] idest, misertus est ejus, deditque ei pacem in diebus suis.
o Salvatorem] quis ille fuerit non legitur. Hic *Joseph.* dicit: Concessit ei, ut bella pericula declinaret. *p* Sicut heri] scil. pacifice.
q Non recesserant] quin adorarent vitulos aureos.
r Et lucus permansit] qui prohibitus est lege, ut patet *Deut.* 12.
s Et non sunt derelicti, &c.] Hoc videtur contrarium ei, quod statim supra dixerat, scil. Et dedit Dominus salvatorem Israeli, & liberatus est de manu regis Syriæ. Sed non est contrarium, quia primo liberavit eum, sed postea propter malitiam eorum permisit eos sic affligi: vel ista afflictio primo fuit, & postea deprecatus est Joachaz Dominum, & dedit Israeli Salvatorem, & liberatus est Israel.
t Anno trigesimoseptimo, &c.] Hoc non videtur posse stare, quia

a In

a In terram] Israel. *b* In sepulchro Elisei] Hoc factum fuit longo tempore post mortem Elisei. *Josephus* dicit, quod ipsimet latrones quemdam hominem, quem ipsi interfecisse videbantur, projecerunt in sepulchrum Elisei, qui ad tactum ossium Elisei, surrexit, & ita patet, quod spiritus Eliæ fuit duplex in Eliseo.
c Eorum] idest, Israel.
d Tribus vicibus] juxta verbum Elisei.

EXPOSITIO CAP. XIV.

IN *e* anno secundo Joas] Imo debuit dixisse anno quarto vel quinto, quod sic probatur: Joas rex Juda regnavit quadraginta annis, cujus anno trigesimo septimo cœpit regnare Joas filius Joachaz: Amasias vero successit Joas regi Juda. Ergo quarto, vel quinto anno Joas regis Israel cœpit regnare Amasias, non ergo secundo. Solut. patet ex prædictis. Dictum est enim, quod Joas filius Joachaz conregnavit patri suo duobus, vel tribus annis. Et ita si incipias ab illo tempore, quo cœpit conregnare patri, habebis, quod Amasias cœpit regnare secundo anno Joas filii Joachaz, sicut dicitur hic. Si vero incipias ab illo tempore, quo solus regnare incepit, tunc verum est, quod quarto anno, vel quinto Joas filii Joachaz cœpit regnare Amasias, ut probatum est: & hic agitur de Amasia, & Ozia regibus Israel.

tur de pœna æterna, ibi de temporali. *l* Ipse percussit] scilicet Amasias. *m* Salinarum *Gloss.* Verus editio pro Salinarum quasi nomen regionis generale posuit. Item *Gloss.* Vallis Salinarum erat, ubi sal faciebant vel fræno salsuginis decisо, & siccato, & incenso, vel aqueis puteorum salsis fervefactis, & usque ad salis firmitatem coquendo perductis, vel alio quolibet ordine, quo sal fieri consuevit. *n* Apprehendit, &c.] *Gloss.* Petra civitas est Arabiæ nobilis in terra Edom, quæ in libro *Numeri* Recen dicitur, & a Syris sic appellatur. Sed *Joseph.* non civitatem, sed magnam petram dicit in Arabia constitutam. Dictum *Josephi* consonum est illi, quod dicitur 2. *Par.* 25. ubi dicitur: Ceperunt eos filii Juda, & adduxerunt ad precipitium cujusdam petræ, & præcipitaverunt de summo ad præceps.
p Tunc misit Amasias] superbiens de victoria sua.

autem tribus vicibus percuties eam. Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum: Latrunculi quoque de Moab venerunt in *a* terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & projecerunt cadaver in *b* sepulchro Elisei. Quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo, & stetit super pedes suos. Igitur Azael Rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Joachaz: Et misertus est Dominus *c* eorum, & reversus est ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham, & Isaac, & Jacob, & noluit disperdere eos, neque projicere penitus usque in præsens tempus. Mortuus est autem Azael Rex Syriæ, & regnavit Benadab filius ejus pro eo. Porro Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Benadab filii Azael, quas tulerat de manu Joachaz patris sui jure prælii. *d* Tribus vicibus percussit eum Joas, & reddidit civitates Israeli.

CAP. XIV.

IN *e* anno secundo Joas filii Joachaz regis Israel, regnavit Amasias filius Joas regis Juda. Vigintiquinque annorum erat, cum regnare cœpisset, Viginti autem & *f* novem annis regnavit in Jerusalem: Nomen matris ejus Jojadam de Jerusalem: Et fecit rectum coram Domino, *g* verumtamen non ut David pater ejus. Juxta omnia quæ fecit Joas pater suus, fecit, nisi *h* hoc tantum quod excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat, & adolebat *i* incensum in excelsis. Cumque obtinuisset regnum, percussit servos suos, qui interfecerant regem patrem suum, filios autem eorum, qui occiderant non occidit, juxta verbum quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus dicens: *k* Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus, sed unusquisque in peccato suo morietur. *l* Ipse percussit Edom in valle *m* Salinarum decem millia, & *n* apprehendit petram in prælio, vocavitque nomen ejus *o* Jezechel, usque in præsentem diem. *p* Tunc misit Amasias nuncios ad Joas filium Joachaz

f Viginti autem, & novem annis regnavit in Jerusalem:] Contra, Joas filius Joachaz regnavit sexdecim annis, ut hic dicitur: Et Amasias cœpit regnare secundo anno ejus, ergo simul regnaverunt Joas, & Amasias quindecim, vel quatuordecim annis, & post mortem Joas vixit Amasias vigintiquinque, ut dicitur *eod. cap.* ergo quadraginta annis, vel trigintanovem annis regnavit Amasias: Quid est ergo, quod hic dicitur, quod vigintinovem annis regnavit? Sol. Amasias, antequam moreretur, commisit regni administrationem filio suo undecim, vel duodecim annis, & illi non computantur in regno suo, computantur autem in vita sua, ut melius patebit infra 15.
g Verumtamen non ut David] *Gl.* Amasias fecit bonum in conspectu Domini, sed non corde perfecto. Bona quippe opera, quæ placent Deo, fecit, sed non corde perfecto, quia sub simulata specie coram hominibus ostendebat, & sic coram Domino accepta non erant.
h Nisi hoc tantum, &c.] Ergo pater ejus abstulit excelsa, quod falsum est. Sol. Nisi, ponitur pro sed: Et continuatur: Fecit rectum coram Domino, sed hoc tantum supple male fecit, quod excelsa non abstulit. Vel sic: Juxta omnia, quæ fecit Joas pater ejus, fecit, i. omnia bona fecit, nisi tamen hoc, quod excelsa non abstulit. Excelsa vero auferre, nihil aliud est, quam ritum immolandi in excelsis auferre. In excelsis enim locis solebant idolis immolare, & in illis eisdem locis Deo immolabant, modo retinentes loca immolationis, non quod idolis immolarent, sed Deo, tamen in excelsis, quod Deo non placuit. *i* Incensum in &c.] Deo, non idolis. *k* Non morientur, &c.] Item *Deut.* 14. *Ezech.* 18. Sed contrarium *Exod.* 20. Ego sum Dominus Deus, fortis, zelotes, &c. Sol. *August.* dicit: Hic agi-

o *l* Ipse percussit] scil. Amasias [Edom in valle Salinarum.] Amasias interpretatur gentem sustollens Domino, & significat prædicatores, qui debent auditorum corda ad Dominum elevare verbo, & exemplo, quod ut valeant facere, debent percutere Edom, i. castigare corpus suum. Sic faciebat Apostolus 1. *Corinth.* 9. Castigo corpus meum, &c. Hoc autem debet facere in valle Salinarum, idest, in humilitate, & discretione. Vallis enim humilitatem significat. Unde *Psalmo centesimo tertio*. Qui emittit fontes in convallibus. Et *alibi*: Pinguescent speciosa deserti, & valles abundabunt frumento. Sal vero designat discretionem. Unde in omni sacrificio jubet lex poni sal, idest, omne opus fieri cum discretione. *Rom.* 12. Rationabile sit obsequium vestrum. Sine discretione, inutile, imo nocivum est opus. *Job* 6. Aut comedi poterit insulsum, quod non est sale conditum? *Marci* 9. Bonum est sal, quod si sal insulsum fuerit, in quo condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.
m Decem millia] idest, perfecte. Hoc est contra illos, qui nimis discreti sunt. *Rom.* 8. Sapientia carnis inimica est Deo. *Rom.* 12. Non plus sapere quam oportet &c.
n Apprehendit petram, &c.] Petra est soliditas bonæ conversationis, quæ apprehenditur in conflictu, & labore tentationum, & tribulationum. Non enim suaviter vivendo, & deliciose, acquiritur bona conversatio, quam cum quis apprehendit, vocet eam. *o* Jezechel] i. auxilium Dei, idest, dicat quod non ex virtute sua, sed ex gratia Dei adeptus est illam: Sicut Paulus 1. *Cor.* 15. Abundantius omnibus illis laboravi, ecce petram: Non autem ego, sed gratia Dei mecum, ecce Jezechel.
q Tunc misit Amasias &c.] Amasias de victoria Edom elatus: Joas regem Israel provocavit ad prælium: Sic etiam multi de victoria contra carnem interius extolluntur. Unde diabolus post longum jejunium, Dominum statuit supra pinnaculum templi, ubi plures seduxerat per vanam gloriam. Tales sunt similes virginibus fatuis: Habent enim lampades, sed sine oleo, idest, corporis castitatem, sed intus vacui sunt charitate, & ideo dicitur eis: Amen dico vobis, nescio vos: *Matth.* 15. Præceptum

o est

filii Jehu regis Israel dicens: Veni, & *a* videamus nos. Remisitque Joas Rex Israel ad Amasiam Regem Juda, dicens: *b* Carduus Libani misit ad Cedrum, quæ est in Libano dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem. Transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcaverunt carduum. *c* Percutiens invaluisti super Edom, & sublevavit te cor tuum. Contentus esto gloria, & sede in domo tua. Quare provocas malum, ut cadas tu, *d* & Juda tecum? Et non acquievit Amasias. Ascenditque Joas Rex Israel, & *e* viderunt se ipse, & Amasias Rex Juda in *f* Bethsames oppido Judæ. Percussusque est Juda coram Israel, & fugerunt unusquisque in tabernacula sua. Amasiam vero regem Juda filium Joas filii *g* Ochoziæ cepit Joas rex Israel in Bethsames, & adduxit eum in *h* Jerusalem. Et *i* interrupit murum Jerusalem *k* a porta Ephraim usque ad portam anguli, *l* quadrigentis cubitis. *m* Tulitque omnem aurum, & argentum, & universa vasa, quæ inventa sunt in domo Domini, & in thesauris regis, & *n* obsides, & reversus est in Samariam. Reliqua autem verborum Joas, quæ fecit, & fortitudo ejus, qua pugnavit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel? Dormivitque Joas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israel, *o* & regnavit Jeroboam filius ejus pro eo. Vixit autem Amasias filius Joas rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz regis Israel, *p* vigintiquinque annis. Reliqua autem sermonum Amasiæ, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda? Factaque est *q* contra eum *r* conjuratio in Jerusalem. *ſ* At ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in *t* Lachis, & interfecerunt eum ibi, & asportaverunt in equis, sepultusque est in Jerusalem cum patribus suis in civitate David. Tulit autem universus populus Judæ *u* Azariam, *x* annos natum sexdecim, & constituerunt eum regem pro patre ejus Amasia. *y* Ipse ædificavit *z* Ahilam, & restituit eam Judæ, postquam *a* dormivit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo Amasiæ filii Joas regis Juda regnavit Jeroboam filius Joas regis Israel in Samaria quadraginta, & uno anno, & fecit, quod malum est coram Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. *b* Ipse restituit terminos Israel, ab introitu Emath usque ad mare solitudinis, juxta sermonem Domini Dei

Ω *a* Videamus nos] quasi dicat: pugnemus ad invicem, sive experiamur, qui plus potest in armis.

b Carduus Libani, &c.] Parabolice elusit Joas superbiam Amasiæ. Sed quid ad rem isto paradigmate? Solutio: In hoc pertinet ad rem, ut sicut carduus cedro inferior est, & incomparabilis, ita Amasias Joas Regi Israel. Vel aliter, ut hæc similitudo adaptetur personis, de quibus agitur. Per carduum intelligitur Amasias, per cedrum Joas Rex Israel, per filiam populus Israel, per filium populus Juda. Amasias igitur filiam Joas petiit filio suo uxorem, quia petiit, ut populus Israel subditus esset populo Juda, sicut uxor subdita est viro suo. Sed bestiæ saltus, idest, indomiti milites Joas regis Israel, conculcaverunt carduum, idest, Amasiam.

c Percutiens, &c.] Modo exponit parabolam.

d Et Juda] nomen est populi.

e Viderunt se] idest, congressi sunt.

f In Bethsames] idest, juxta Bethsames.

g Ochoziæ,] vel Azariæ.

h In Jerusalem] Ut dicit *Joseph.* comminatus est ei mortem, nisi redderet civitatem, qua tradita interrupit Joas murum Jerusalem, a porta Ephraim usque ad portas anguli.

k A porta Ephraim] quæ dicitur porta vallis.

n Et obsides] ne amplius insurgerent in eum. Vel obsides, quos tenebat Rex Juda pro tributo sibi solvendo a Rege Israel.

o Et regnavit] de isto loquitur Amos Propheta 7.

p Vigintiquinque annis] Et prius regnaverat 14. vel 15. annis: ergo regnavit 39. vel 40. annis. Hoc solutum est *supr. eodem cap.*

q Contra eum,] scilicet Amasiam.

r Conjuratio,] populi.

ſ At ille,] scilicet Amasias.

t Lachis,] civitas.

u Azariam.] Ipse est Ozias, qui dum vellet sacrificare in templo, & usurpare sibi officium sacerdotale, percussus est lepra.

x Annos natum sexdecim.] Modus loquendi est, idest habentem a nativitate sexdecim annos.

y Ipse,] scilicet Ozias.

z Ahilam,] civitas.

a Dormivit rex] Amasias.

b Ipse restituit] *Gloss.* De Jeroboam dicitur: Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath usque ad mare solitudinis. Emath, quæ nunc dicitur Epiphania septentrionalis erat terminus Israel. Mare autem solitudinis, mare mortuum est, quod in latitudine per stadia octingenta usque ad Zoaros Arabiæ, in longitudine c. l. usque ad vicinia Sodomorum progreditur. Et etiam Antiochia ab Antiocho Epiphane, qui regnavit ibi. Igitur Jeroboam castrametatus est contra Syrios, omnem eorum

Ω Provinciam,

Ω est enim *Exod.* 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus.

b Carduus Libani, &c.] Nota, carduus pungitivus est, florem habet, cito decidivum. Hic est homo gloriosus in suis operibus. Multis enim remorsibus conscientiæ pungitur, & cito transit gloria ejus. *Psal.* 89. Mane floreat, & transeat, vespere decidat, induret, & arescat. *Isai.* 40. Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus quasi flos agri: exsiccatum est foenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. Filius Cardui, est animus hominis gloriosi. Cedrus alta, dignitas sæculi. Libanus, prosperitas mundi. Filia cedri, sollicitudo temporalis. Carduus ergo filiam Cedri, quæ est in Libano, ducit uxorem filio suo, quando aliquis in suis operibus gloriosus, adepta sæculi dignitate, & mundi prosperitate, sollicitudinem temporalem ponit in animo suo, quod omnes fere faciunt hodie. Contra quos dicitur 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo, implicat se sæcularibus negotiis, ut ei placeat, cui se probavit. *Luc.* 21. Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ. *Philip.* 3. Quæ retro sunt obliviscens, ad ea, quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatum, persequor ab bravium æternæ vocationis.

Mystice.

i Interrupit murum Jerusalem.] Sic facit diabolus, quando capit hominem, interrumpit murum, idest, mentis fortitudinem.

k A porta Ephraim usque ad portam anguli,] idest, a bono fructu boni operis usque ad angulum intimæ cogitationis. Diabolus enim non solum opus, sed etiam cogitationes corrumpere conatur.

l Quadringentis cubitis.] Ruptura muri quadringentorum cubitorum est, quia quatuor Cardinales virtutes per peccatum corrumpuntur, in quibus est tota animi fortitudo. *Apocal.* 21. Civitas in quadro posita erat. *m* Tulitque omne aurum, &c.] Aurum charitatis, & argentum castitatis, & vasa bonæ operationis tollit diabolus ab anima, quam capit peccatum. Sic enim totum hominem intus, & extra spoliat. A corde tollit charitatem, a corpore castitatem, ab utroque bonam operationem. Per aurum charitas significatur, quia sicut aurum excellit omnia alia metalla, sic charitas alias virtutes. 1. *Cor.* 13. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: major autem eorum charitas. Per argentum, propter sui candorem significatur castitas. In vase significatur opus; quia sicut vas liquorem continet, sic opus gratiam conservat. De his tribus dicit Dominus *Exod.* 11. Postulet vir ab amico, & mulier a vicina sua, vasa argentea, & aurea, & vestes. Vas aureum, est cor charitate plenum. Vas argenteum, corpus castitate decoratum. Vestis operatio. Amicus a quo mutuanda sunt, Christus est, de quo habes *in Luc.* 11.

a Provinciam, ficut Jonas prophetaverat, devaftavit. Hunc Jonam dicunt fuiffe filium viduæ, quem fufcitavit Elias 3. *Reg.* 17. *a* Quæ eft in Ophir.] Hoc dicitur ad differentiam illius Geth, quæ eft in Palæftina. Et eft nomen regionis Ophir, five Ophel, aut nomen eft turris nebulofæ. Unde *Gl.* dicit: Ophel turris eft non longe a templo, enormis magnitudinis, & altitudinis, quæ in Zacharia turris nebulofa vocatur. Sed quæritur, ubi dicat hoc Zacharias? Et dicitur, quod *in* 4. *cap.* non tamen reperitur ibi, fed *in Mich.* 4. poft me. Ubi dicitur: Et tu turris gregis nebulofa, filiæ Sion ufque ad te venient. Sol. Prophetæ eodem fpiritu loquuntur, & ideo aliquando quod dicit unus, attribuitur alii. Simile *Matth.* 27. ubi dicitur: Tunc adimpletum eft, quod dictum eft per Jeremiam Prophetam. Et acceperunt 30. arg. &c. quod non in Jeremia, fed in *Zach.* 11. invenitur. Hanc vaftationem Syriæ per Jeroboam regem Ifrael factam, prophetavit Jonas, fed non legimus hoc in libro ejus, quem habemus. Sed præter comminationem Ninive, quam prædicavit, quam habemus in libro ejus dicit *Joseph.* eum dixiffe, quod poft breviffimum tempus, Affyrii perderent Afiæ principatum, quod revera per iftum Jeroboam inchoatum eft, & poftea confummatum per Cyrum, & Darium, quando monarchia Affyriorum tranflata eft ad Medos, ut dicitur *Dan.* 5. Hac felicitate Jeroboam Rex iratus, fecit malum coram Domino, & miffus eft Amos Propheta de paftoralibus Thecue in Samariam, ut prædiceret everfionem domus Jeroboam, & calamitatem populi dicens: Hæc dicit Dominus: Confurgam fuper domum Jeroboam. *Amos* 7. Item 8. Venit finis fuper populum meum Ifrael. Quod cum fignificaffet Amafias Sacerdos Bethel Jeroboam Regi prohibitus eft Amos ex mandato Regis, ne ultra prophetaret in Regno decem Tribuum. Sed cum nollet Amos ceffare, dicens fe non effe Prophetam, fed paftorem miffum a Domino, frequenter afflixit eum Amafias facerdos plagis multis. Tandem Ozias filius Jeroboam nocte per tempora transfixit eum, & femivivus delatus eft in terram fuam. Ibi mortuus eft, & fepultus. *b* Nec locutus, &c.] imo locutus ut non deleret. *c* Emath, &c.] i. quæ eft contermina Judæ, & eft in Syria.

Ifrael, quem locutus eft per fervum fuum Jonam filium Amathi Prophetam, qui erat de Geth, *a* quæ eft in Ophir. Vidit enim Dominus afflictionem Ifrael amaram nimis, & quod confumpti effent ufque ad claufos carceris, & extremos, & non effet, qui auxiliaretur Ifrael. *b* Nec locutus eft Dominus, ut deleret nomen Ifrael de fub cœlo, fed falvavit eos in manu Jeroboam filii Joas. Reliqua autem fermonum Jeroboam, & univerfa, quæ fecit, & fortitudo ejus, qua præliatus eft, & quomodo reftituit Damafcum, & *c* Emath Judæ in Ifrael, nonne hæc fcripta funt in libro fermonum dierum regum Ifrael? Dormivitque Jeroboam cum patribus fuis regibus Ifrael, & regnavit Zacharias filius ejus pro eo.

C A P. XV.

ANno *d* vigefimofeptimo Jeroboam regis Ifrael *e* regnavit Azarias filius Amafiæ regis Juda. Sexdecim annorum erat cum regnare cepiffet, & quinquaginta duobus annis regnavit in Jerufalem. Nomen matris ejus Jecelia de Jerufalem. Fecitque quod erat placitum coram Domino, juxta omnia, quæ fecit Amafias pater ejus. Verumtamen excelfa non eft demolitus. Adhuc populus facrificabat, & adolebat incenfum in excelfis. Percuffit autem Dominus Regem, & fuit leprofus ufque in diem mortis fuæ, & habitabat in *f* domo libera feorfum. Joathan vero filius Regis gubernabat palatium, & judicabat populum terræ. Reliqua autem fermonum Azariæ, & univerfa quæ fecit, nonne hæc fcripta funt in libro verborum dierum regum Juda? Et dormivit Azarias cum patribus fuis, fepelieruntque eum cum majoribus fuis in civitate David, & regnavit Joathan filius ejus pro eo. *g* Anno trigefimo octavo Azariæ regis Judæ, regnavit Zacharias filius Jeroboam fuper Ifrael in Samaria *h* fex menfibus, & fecit, quod malum eft coram Domino, ficut fecerant patres ejus. Non receffit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Ifrael. Conjuravit autem contra eum *i* Sellum filium Jabes, percuffitque eum palam, & interfecit, regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum Zachariæ, nonne hæc fcripta funt in libro fermonum dierum regum Ifrael? Ifte eft fermo Domini, quem *k* locutus eft ad Jehu, dicens: Filii tui ufque ad *l* quartam generationem

E X P O S I T I O C A P. XV.

ANno *d* vigefimo feptimo, &c.] Hic agitur de Azaria Rege Juda, de quo plenius agitur 2. *Par.* 26. per totum qui Ammonites fibi tributarios fecit. Muros Jerufalem quos Joas Rex Ifrael deftruxit *fup.* 14. reædificavit. Terræ cultor fuit. Ditatus autem in fefto propitiationis, induit fe ftola Pontificali, & intravit in templum, ut incenfum poneret, Azaria Pontifice cum 80. facerdotibus prohibente. Et factus eft terræ motus, & claritas Solis valde effulfit, & incidit in faciem Regis, & percuffus eft lepra, & habitavit feorfum in agro fepulchrorum regalium, ut dicitur 2. *Par.* 2. 6. Joathan vero filius ejus gubernavit palatium. Sed videtur falfum, quod hic dicitur. Anno 27. &c. quia in capitulo præcedente dictum eft, quod Jeroboam cœpit regnare decimoquinto anno Amafiæ. Amafias vero regnavit 29. annis, ut dictum eft *fup.* 14. Ergo Jeroboam conregnavit Amafiæ 15. vel 14. annis. Et tunc mortuus eft Amafias, & ftatim poft cœpit regnare Ozias filius ejus pro eo. Ergo Ozias cœpit regnare decimoquarto vel decimoquinto anno Jeroboam. Quid eft igitur, quod hic dicitur, fcilic. anno 27. Jeroboam regis Ifrael, regnavit Azarias filius Amafiæ? Sol. Sicut tactum eft *fup.* 14. ifte Ozias, five Azarias filius Amafiæ adminiftravit regnum Juda, adhuc patre fuo vivente 11. vel 12. annis. Et poftea mortuo patre fuo cœpit folus regnare fimpliciter. Quod ergo dicitur hic, intelligitur de regni dominio poft mortem patris ejus. Illud vero quod objicitur, intelligitur de regni adminiftratione, adhuc patre vivente, qui regnavit 29. annis, ut dictum eft præter illos 11. vel 12. quibus Ozias filius ejus habuit adminiftrationem, qui fi computentur, regnavit Amafias 40. annis, vel 41. Sub ifto Ozia rege Juda, & fub Jeroboam rege Ifrael, cœpit prophetare Ifaias, & Ofee contra decem Tribus, pauca de duabus loquens, & Joel, & Jonas, & Abdias, fecundum quofdam. Sed fecundum Hebræos, quod verius eft, ante eos prophetavit. Nam & ante Elifeum mortuus eft, cujus uxor relicta per confilium Elifei liberata eft a creditoribus oleo fuperabundante. *Supr.* 4. *Sup.* 10. Sub eodem Ozia terminata eft monarchia Affyriorum, Sardanapalo Rege Affyriorum victo ab Arbaбano, & tranflata eft monarchia poftea ad Medos, Balthafar occifo a Cyro, & Dario. *Daniel.* 5.

e Regnavit Azarias,] folus patre mortuo.

f In domo libera.] Jofephus dicit a tumultu fecreta.

g Anno trigefimooctavo Azariæ.] Contra dictum eft fupra eodem capitulo, quod vigefimofeptimo anno Jeroboam cœpit regnare Azarias Rex Juda, qui regnavit quinquaginta duobus annis: Jeroboam vero tantum 41. Ergo ad plus Jeroboam, & Azarias conregnaverunt 14. annis. Et tunc mortuus eft Jeroboam, cui fucceffit Zacharias filius ejus. Ergo Zacharias cœpit regnare decimoquinto anno Azariæ regis Judæ, fed hic dicitur quod 38. Solut. Inter mortem Jeroboam, & fublimationem Zachariæ filii ejus fuerunt 23. anni fine Rege. Et ita verum eft, quod hic dicitur, fcil. quod 38. anno Azariæ cœpit regnare Zacharias. *h* Sex menfibus,] qui computantur in annis Azariæ pro uno anno.

i Sellum] fervus ejus. Alius fuit Sellum filius Jofiæ Regis Juda, de quo loquitur *Jerem.* 22.

k Locutus eft ad, &c.] *Sup.* 10.

l Ufque ad quartam generationem,] non computato Jehu. Et ita ponitur ufque exclufive. Nam præter Jehu fuerunt quatuor, fcil. Joachaz filius Jehu, Joas filius Joachaz,

Jero-

Jeroboam filius Joas, Zacharias filius Jeroboam.
a Regnavit trigesimo anno] Ecce quomodo computantur sex menses Zachariæ cum annis Azariæ.
b Tetendit] Zachariæ.
c Et terminos ejus.] Manahen dico.

sedebunt super thronum Israel. Factumque est ita. Sellum filius Jabes, *a* regnavit trigesimonono anno Azariæ Regis Judæ. Regnavit autem uno mense in Samaria. Et ascendit Manahen filius Gaddi de Thersa, venitque in Samariam, & percussit Sellum filium Jabes in Samaria, & interfecit eum, regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum Sellum, & conjuratio ejus, per quam *b* tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel? Tunc percussit Manahen Thapsam, & omnes, qui erant in ea, *c* & terminos ejus *d* de Thersa. Noluerunt enim aperire ei. Et interfecit omnes prægnantes ejus, & scidit eas. Anno trigesimonono Azariæ Regis Juda, regnavit Manahen filius Gaddi super Israel decem annis in Samaria, fecitque quod erat malum coram Domino. Non recessit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, cunctis diebus ejus. Veniebat Phul Rex Assyriorum in Thersa, & dabat Manahen Phul mille talenta argenti, ut esset ei in auxilium, & firmaret regnum ejus. Indixitque Manahen argentum super Israel cunctis potentibus, & divitibus, ut daret Regi Assyriorum, *e* quinquaginta siclos argenti per singulos. Reversusque est Rex Assyriorum, & non est moratus in Thersa. Reliqua autem sermonum Manahen, & universa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormivit Manahen cum patribus suis, regnavitque Phaceja filius ejus pro eo. Anno quinquagesimo Azariæ Regis Judæ regnavit Phaceja filius Manahen super Israel in Samaria *f* biennio, & fecit, quod erat malum coram Domino. Non recessit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. Conjuravit autem adversus eum *g* Phacee filius Romeliæ Dux ejus, & percussit eum in Samaria in turre domus Regiæ juxta *h* Argob, & juxta Arib, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum, regnavitque pro eo. Reliqua autem sermonum Phaceja, & universa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in lib. sermonum dierum regum Israel? Anno quinquagesimo secundo Azariæ Regis Judæ, *i* regnavit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis, & fecit quod malum erat coram Domino. Non recessit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee Regis Israel *k* venit Teglathphalasar *l* Rex Assur, & cepit *m* Ahilon, & Abel domum Maacha, & *n* Janoe, & Cedes, & Asor, & *o* Galaad, & Galilæam, & universam terram *p* Nephtalim, & transtulit eos in Assyrios. Conjuravit autem, & tetendit insidias Osee filius Hela contra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit, regnavitque pro eo *q* vigesimo anno Joatham filii Oziæ. Reliqua autem sermonum Phacee, & quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel? Anno secundo Phacee filii Romeliæ Regis Israel, regnavit Joatham filius Oziæ Regis Juda. Vigintiquinque annorum erat, cum regnare cœpisset, & sexdecim annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jerusa, filia Sadoc. Fecitque, quod erat placitum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus, *r* operatus est: Verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. Ipse ædificavit *s* portam domus Domini sublimissimam. Reliqua

d De Thersa.] Voluerunt concives sui aperire Thersam. *e* Quinquaginta siclos.] Inter hæc munera tradunt Hebræi Manahen misisse vitulos aureos, quos posuerat Jeroboam filius Nabath in Dan, & Bethel, non tamen ære os. Sacerdotes enim vitulos aureos absconderunt, & fecerunt alios vitulos æreos deauratos, Manahen ignorante: Et istos misit Manahen Regi Assyriorum. Qua fraude postea percepta, Reges Assyriorum plurimum exarserunt contra Israel, & semper postea fuerunt eis infesti.

D

E

f Biennio,] idest duobus annis.
g Phacee] chiliarchus ejus.
h Argob,] locus quidam est Azariæ, sive Oziæ.
i Regnavit Phacee,] idest, regnare cœpit.
k Venit Theglathphalasar.] Ambiguum est, an iste Theglathphalasar fuerit Phul, qui primo venit tempore Manahen, vel alius. De hoc enim ipsi expositores varie opinantur *super Isaiam 36.* Dicit *Hieron.* Sacra narrat historia, primum Phul, sub Manahen Rege Israel, vastasse decem Tribus. Secundum Theglathphalasar sub Phacee filio Romeliæ. Tertium Salmanasar sub Osee. Quartum fuisse Sargon. Quintum Asaraddon, qui Samaritanos cultores misit. Sextum Sennacherib, qui sub Ezechia obsedit Jerusalem. Aliter vero, & fere contrarium dicit *Haimo super Isai.* 20. Sargon inquit, qui Sennacherib, sex nominibus dictum est. Utrum igitur Theglathphalasar, & Phul fuerint diversi Reges, vel unus, non est nostrum determinare, cum sancti diversimode opinentur. *Haimo* dicit, quod unus. *Hieronymus* dicit, quod diversi. Sed quodcumque sit, non variatur veritas historiæ. Certum est enim, quod Theglathphalasar vastavit duas tribus, & dimidiam, quæ manebant ultra Jordanem, idest, Ruben, Gad, & mediam partem Manasse. Vastavit etiam Galilæam, multos secum transferens de Tribu Zabulon, & de Tribu Nephtalim, qui possent dimidiæ Tribui comparari. Unde sæpe legitur, quod tres tribus captivavit, i. duas integras scilicet Ruben, & Gad, & dimidiam Tribum Manasse, & de Nephtalim tot, & de Zabulon, qui posset facere cum medietate Manasse unam tribum. Et hoc fuit initium captivitatis decem Tribuum. Unde *Isai.* 9 Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & terra Nephtalim, & novissimo aggravata est via maris trans Jordanem, &c.

F

G

l Rex Assur,] idest, Assyriæ.
m Ahilon, & Abel,] civitates.
n Janoe, & Cedes, & Asor,] civitates.
o Et Galaad, & Galilæam.] Regiones.
p Nephtalim,] Regio.
q Vigesimo anno, &c.] Ergo Jonathan regnavit viginti annis. Contra: statim dicetur, quod regnavit sexdecim annis, non ergo viginti. Solutio: Jonatham regnavit sexdecim annis solus, sine filio suo, & quatuor annis postea regnavit cum filio. Et ita utrumque verum est: quia viginti annis regnavit per totum, & solus sexdecim regnavit in Jerusalem solus.
r Operatus est,] iste Joatham, ut dicunt, devicit Ammonitas, & fecit eos Tributarios, imponens eis singulis annis talenta argenti centum, tritici decem millia coros, & totidem hordei. Sub hoc exorsus est prophetare Nahum Propheta contra Niniven. Tamen librum suum scripsit post captivitatem decem Tribuum, sub Ezechia, dum terra Juda vastaretur ab Assyriis, in qua plenius prophetavit de destructione Assyriorum, in consolationem gentis suæ. Sub hoc Joatham vidit Isaias Dominum sedentem super solium, & Seraphim mundavit labia sua. *Isai. 6.* Sub eodem exorsus est prophetare Michæas. *2. Par. 27.*
s Portam.] *Gloss.* Joatham ædificavit portam domus Domini excelsam, quæ in Actibus Apostolorum, speciosa dicitur, & ab Hebræis porta Joatham vocatur. *Act. 3.* Alii tamen putant eam esse turrem gregis, non illam, quæ *supra* 14. dicitur Ophel. Et *Mic.* 4. dicitur, turris nebulosa, scilicet turris gregis, unde audita est vox gregis Angelorum dicentium Apostolis: Transeamus ab his sedibus. Et tunc Apostoli transierunt in regnum Agrippæ, filii Herodis Agrippæ. Hæc sola turris remansit in eversionem Chaldæorum.

a Ra-

a Rasin Regem Syriæ, &c.] De quibus dicitur *Isa.* 7. Quid formidas a duabus caudis titionum?

f Altare,] quod fecerat Urias.

a De *b* Tunc ascendit Rasin, &c.] Mystice. Rasin, & Phacee contra Judam conjurati, sunt gentiles, & Judæi contra Christum, & contra Christi Ecclesiam. Unde *Luc.* 23. Pilatus, & Herodes, qui prius hostes erant, amici facti sunt ad invicem in morte Domini. Moraliter autem per Regem Syriæ, potentes sæculi designantur, per Regem Samariæ, sapientes mundi. Hi conjurati sunt contra Judam, idest, contra Christum, & Ecclesiam ejus. De istis dicitur *Isa.* 7. Noli timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum. Caudas titionum, vocat Reges illos: quia regnum illorum finiendum erat cito. Sicut cauda titionis cito consumitur igne, sic & potentes, & sapientes sæculi igne ambitionis combusti, quasi canda quædam titionum æterno incendio reservantur. *Sapient.* 6. Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatio.

q Perrexitque Achaz, &c.] Achaz interpretatur convertens, & significat quoddam genus hominum, qui cito a suo proposito convertuntur, homines leves, & instabiles. Theglathphalasar interpretatur transmigrans principem cadentem, & significat diabolum, qui cadentes per peccatum transmigrare facit de vitio in vitium, & tandem de vitio ad supplicium sempiternum. Unde anima sancta dæmonibus hanc transmigrationem suggerentibus, respondet *in Psalm.* 10. Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer, idest, sicut levis, & instabilis. Damascus interpretatur potus sanguinis, & significat mundi concupiscentiam, cujus potus amarus est plus quam sanguis. Quid est ergo Achaz pergere in occursum Theglathphalasar in Damascum, nisi levem, & instabilem quemlibet a suo proposito recedentem, diabolo occurrere per peccatum: Quibus dicitur *Isaiæ* 30. Væ filii desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, sed non ex me, ut ordiremini telam, & non per spiritum meum.

r Cumque vidisset] Achaz Rex Juda, exemplar altaris Damasci, misit Uriæ Sacerdoti, ut simile faceret in Jerusalem, super quod populus immolaret. Et quid est hoc, nisi quod Prælati nostri, qui deberent alios exemplo suo regere, exemplar, & formam pompæ sæcularis in Ecclesiam introducunt, altari Moysi abjecto, id est, vita Ecclesiastica penitus eliminata. Jam enim non est differentia inter clericos, & laicos, & inter Prælatos Ecclesiasticos, & Principes sæculares. *Osee* 4. Et erit sicut populus, sic Sacerdos. *Beatus Bernardus*: Et utinam non pejor, quam populus, sit Sacerdos. Item *Osee* 5. Audite Sacerdotes, & attendite, domus Israel, & domus Regis auscultate: quia vobis est judicium, quoniam laqueus facti estis speculationi. *Roman.* 12. Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri *Osee nono*. Noli lætari Israel, sicut populi, &c.

autem sermonum Joathan, & universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Juda? In diebus illis cœpit Dominus mittere in Judam *a* Rasin Regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ, & dormivit Joathan cum patribus suis, sepultusque est cum eis in civitate David patris sui, & regnavit Achaz filius ejus pro eo.

C A P. XVI.

ANNO *b* septimodecimo Phacee filii Romeliæ, regnavit Achaz filius Joathan Regis Juda. Viginti annorum erat Achaz, cum regnare cœpisset, & sexdecim annis regnavit in Jerusalem. Non fecit, quod erat placitum in conspectu Domini Dei, sicut *c* David pater ejus, sed ambulavit in *d* via Regum Israel. Insuper & *e* filium suum consecravit, transferens *f* per ignem *g* secundum idola gentium, quæ dissipavit Dominus coram filiis Israel. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. *h* Tunc ascendit *i* Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ Rex Israel, in Jerusalem, ad prælandum. Cumque obsiderent Achaz, *k* non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rasin Rex Israel *l* Ailam Syriæ, & ejecit Judæos de Aila, & Idumæi, & Syri venerunt in Ailam, & habitaverunt ibi usque in diem hanc. Misit *m* autem Achaz nuncios ad Theglathphalasar Regem Assyriorum, dicens: Servus tuus, & filius tuus ego sum. Ascende, & salvum me fac de manu Regis Syriæ, & de manus Regis Israel, qui consurrexerunt adversum me. Et cum collegisset argentum, & aurum, quod inveniri potuit in domo Domini, & in thesauris Regis, misit Regi Assyriorum munera, *n* qui & acquievit *o* voluntati ejus. Ascendit autem Rex Assyriorum in Damascum, & vastavit eam, & transtulit habitatores ejus *p* Cyrenem, Rasin autem interfecit. *q* Perrexitque Rex Achaz in occursum Theglathphalasar Regi Assyriorum, in Damascum. *r* Cumque vidisset *s* altare Damasci, misit Rex Achaz ad Uriam Sacerdotem exemplar ejus, & similitudi-

EXPOSITIO CAP. XVI.

ANno *b* decimoseptimo, &c.] Hic agitur de Achaz Rege Juda.

c David pater ejus,] supple fecit.

d In via, &c.] colens Idola.

e Filium suum,] idest, unum de filiis suis.

f Per ignem,] Tophet scilicet, de quo *Isa.* 30. Præparata est ab heri Tophet. Et dicitur ignis Tophet, qui jugiter evaporat de Tophis. Et est in valle Beennon, juxta Acheldemach, locus olim convenientissimus, ubi sacrificare solebant dæmonibus. Beennon enim fuit filius Ennon, cujus erat illa vallis, unde dicta est illa vallis Beennon, idest, filii Hennon. Hebraice dicitur Gehennon, idest, vallis Ennon. Inde in Evangelio dicitur Gehenna, quia sicut ibi perierunt in corpore, & anima, qui idola colebant, ita peccatores, qui ad infernum transeunt, æterna damnatione punientur in corpore, & anima.

g Secundum idola gentium,] idest, juxta ritum gentium.

h Tunc ascendit,] in diebus illis, idest.

i Rasin Rex Syriæ, &c.] conjurati invicem contra Regem Juda.

k Non valuerunt, &c.] tamen *Josephus* dicit, quod primo congressus est cum eis Achaz, & victus est, & occisus filius ejus Zacharias, & millia multa cum eo, & Princeps militiæ ejus Dichan. Et concordat ei *secundo Paralipomenon vigesimo octavo* ubi dicitur: Occidit Phacee filius Romeliæ de Juda *capit. vigesimo* in die uno, omnes viros bellatores. Et cum rediret Rex Israel victor in Samariam cum magna multitudine captivorum, occurrit ei quidam Propheta Odibal, dicens eum non vicisse Judam propriis viribus, sed propter iram Dei contra Achaz, arguens eum quod contribules suos duceret captivos, quos nisi remitteret, paratus erat repentinus interitus. Unde 2.*Paral.* 28. dixerunt cives Samariæ: Non introducetis huc captivos, ne peccemus Domino. Tunc ad consilium Barachiæ exhibuit Achaz captivis magnam hospitalitatem, & remisit ad propria. Item secundo obsederunt Jerusalem Rex Syriæ, & Rex Israel. Et cum nimis timeret Achaz, confortavit eum Isaias, dicens: Ne timeas ab his duabus caudis titionum fumigantium. Sed non credidit ei Achaz, nec voluit signum quærere a Domino, sed misit nuncios ad Theglathphalasar, rogans ut liberaret eum. Et intravit Theglathphalasar Syriam, & vastavit eam, propter quod Rasin rediit in Damascum. Theglathphalasar vero cœpit Damascum, & occidit Rasin, & Damascenos transtulit in Cyrenem, quæ est versus Æthiopiam. Et misit Achaz nuncios in Damascum ad Theglathphalasar cum muneribus multis. *l* Ailam,] civitatem.

m Misit autem, &c.] in secunda scilicet obsidione.

n Qui, &c.] scilicet Theglathphalasar.

o Voluntati ejus,] idest, Achaz.

p Cyrenem,] quæ est versus Æthiopiam. Est enim alia Cyrene in Africa, de qua habes in actibus Apostolorum.

Ω *a* De loco altaris,] idest, de loco, quem debebat habere in templo altaris novi. Dicitur, quod Achaz de altari æneo fecit illud famosum horologium, de quo *infra* 20. dicetur, & præcepit Sacerdotibus, ut deinceps super altare novum offerent: Deposuitque Achaz luteres, & mare super pavimentum, ut eis nullus uteretur, & Musach Sabbati reclusit in templum, ut cum templo ea profanarent, ut sic placeret Regi Assyriorum. Sub isto Achaz vidit Isaias onus Babylonis, *Isaiæ* 13. Alia decem onera vidit sub Ezechia.

b Bases,] super quas erant luteres.

c Super pavimentum] ut sic nullus eis uteretur.

d Musach quoque] *Gloss.* Musach Sabbati, est ædificium positum in vestibulo templi, ubi Reges quando Sabbato ad templum ibant, eleemosynam mittebant, & ita Musach Sabbati, gazophylacium est regum, sicut corbonam Sacerdotum.

e Ingressum Regis] Ingressum Regis, dicunt quidam quemdam locum, in quo Rex adorabat, vel portam, per quam ascendebat ad adorandum. Quæ omnia obturavit Achaz, sicut etiam clauserat templum, ne Sacerdotes intrarent illud. *Gloss.* sic dicit: Musach, & ingressum Regis exterius, non ideo convertit in templum Domini, quod in eo serviret cultui Dei, sed ut cum templo profanaretur, studens placere Regi Assyriorum magis, quam Deo, ut cum illuc veniret, illud videns, concupisceret, & auferret, sicut alia multa, Achaz sibi tribuente, quo inveniret gratiam illius.

nem, juxta omne opus ejus. Extruxitque Urias Sacerdos altare. Juxta omnia, quæ præceperat Rex Achaz de Damasco, ita fecit Sacerdos Urias, donec veniret Rex Achaz de Damasco. Cumque venisset Rex de Damasco, vidit altare, & veneratus est illud, ascenditque, & immolavit holocausta, & sacrificium suum, & libavit libamina, & fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare. Porro altare æreum, quod erat coram Domino, transtulit de facie templi, & *a* de loco altaris, & de loco templi Domini, posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem. Præcepit quoque Rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicens: Super altare majus offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum Regis, & sacrificium ejus, & holocaustum universi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum, & omnem sanguinem holocausti, & universum sanguinem victimæ super illud effundes. Altare vero æreum erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Urias Sacerdos juxta omnia, quæ præceperat ei Rex Achaz. Tulit autem Rex Achaz cælatas *b* bases, & luterem, qui erat desuper, & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit *c* super pavimentum stratum lapide: *d* Musach quoque Sabbati, quod ædificaverunt in templo, & *e* ingressum Regis exterius convertit in templum Domini, propter Regem Assyriorum. Reliqua autem verborum Achaz, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda? Dormivitque Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David, & regnavit Ezechias filius ejus pro eo.

CAP. XVII.

ANNO *f* duodecimo Achaz Regis Juda, regnavit Osee filius Hela in Samaria super Israel novem annis. Fecitque malum coram Domino, sed non *g* sicut Reges Israel, qui ante eum fuerant. Contra hunc ascendit *h* Salmanasar Rex Assyriorum, & factus est ei Osee *i* servus, reddebatque illi tributa. Cumque deprehendisset Rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuncios *k* ad Sua Regem Ægypti, ne præstaret tributa Regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, *l* obsedit eum, & vinctum misit in *m* carcerem, pervagatusque est omnem terram, & ascendens Samariam obsedit eam tribus annis. *n* Anno autem nono Osee cœpit Rex Assyriorum Samariam, & *o* transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Ala, & in Habor juxta fluvium Gozam, in *p* civitatibus

dicitur, & in ultimo capta est Samaria; & ideo non computantur. Reliquis vero conjunctis fiunt 41. tantum. Sed *Hieronymus* ideo dicit, quod 49. anni fuerunt a tempore Zachariæ usque ad captivitatem decem Tribuum, quia computat illos 8. annos, quibus Osee non habuit pacem in regno, sicut dictum est. Vel potest dici quod inter Phacee, & Osee octo annis vacavit regnum a rege.

g Sed non, &c.] Dicunt enim, eum dedisse licentiam Judæis, ut ascenderent in Jerusalem ter in anno.

h Salmanasar] qui fuit pater Sennacherib, ut dicitur *Tob.* 1. Unde patet, quod non fuit vera opinio, quæ dixit eundem esse Regem Assyriorum, sed sex nominibus appellatum.

i Servus,] idest, tributarius.

k Ad Sua, &c.] vel ad Sesach.

l Obsedit eum,] scilicet Osee.

m Misit io, &c.] in Ninive. Et hoc fuit sexto anno Osee, & ita prius fuit captus Osee, quam Samaria capta. Vel potest dici, quod 20. anno Osee captus fuit ipse cum civitate. Et quod dicitur, scilicet vinctum misit io carcerem, per anticipationem dictum est.

n Anno autem, &c.] qui sunt 7. Ezechiæ Regis Juda, qui cœpit regnare tertio anno Osee.

o Transtulit Israel] idest, 7. tribus, quæ remanserant Theglathphalasar, *sup.* 15. *Josephus* dicit: & Osee cum eis, scilicet transtulit.

p In civitatibus, &c.] *Rab.* juxta *Septuaginta*: Ω Io montibus.

n Anno autem 9. Osee] Osee interpretatur salvator, & significat Christum, qui Jesus, idest, Salvator nominatur. Osee novem annis regnavit in Samaria. Novem anni, sunt novem virtutes, quibus Christus regnat in anima, per easdem virtutes novem ordinibus Angelorum socianda. Unde & istæ virtutes triplici ternario quasi triplici Hierarchia distinguuntur. Per primam enim ordinatur anima ad Deum: Per secundam ad proximum: Per tertiam in seipsa. Prima enim Hierarchia virtutum, est fides, spes, charitas. Fide perficitur rationabilis, spe irascibilis, charitate concupiscibilis. Et sic per hanc Hierarchiam anima totaliter ordinatur ad Deum. Secunda Hierarchia, est obedientia, concordia, benevolentia. Prima ordinat animam superioribus, secunda paribus, tertia inferioribus. Et sic per secundam Hierarchiam totus homo ad omnem proximum ordinatur. Tertia Hierarchia est sanctimonia, modestia, continentia. Prima cor ordinat & conservat, secunda os, tertia corpus. Et sic per tertiam Hierarchiam totus homo in seipso ordinatur. Sed quia sine humilitate congregatio virtutum est quasi pulvis coram vento. Sæpe ex his virtutibus extollitur, & superbit homo. Unde recte dicitur, quod 9. anno Osee cepit Rex Assyriorum Samariam, idest diabolus, qui est rex super omnes filios superbiæ, *Job* 41. Animam prædictis virtutibus insignitam captivat, &c. *o* Transfert] eam in terram Assyriorum, idest, ponit eam in numero superborum. Quid est autem, quod Rex Assyriorum captivato Israel, Assyrios misit in Samariam, nisi quod exterminatis virtutibus,

EXPOSITIO CAP. XVII.

ANno *f* duodecimo Achaz] Hic agitur de captivitate decem Tribuum, facta per Salmanasar. Sed videtur falsum, quod hic dicitur anno 12. *supr.* 15. dictum est, quod Phacee regnavit viginti annis. Item 16. ann. dictum est, quod Achaz cœpit regnare 17. anno Phacee; ergo tertio vel quarto anno Achaz, mortuus est Phacee, & statim post cœpit regnare Osee; ergo Osee cœpit regnare tertio, vel quarto anno Achaz; non ergo duodecimo. Solutio: Sicut probatum est, ita concedimus, quod tertio, vel quarto anno Achaz cœpit regnare Osee, sed usque ad duodecimum annum non habuit pacem in regno, vel regnum in pace: Et ideo dicitur hic, quod cœpit regnare duodecimo anno Achaz, quia tunc primo habuit regnum in pace. Per hoc solvitur illud, quod *Hieronymus* dicit *super* 12. *Prophetas*, scilicet quod 49. anni fuerunt a tempore Zachariæ filii Jeroboam usque ad captivitatem decem Tribuum, quæ fuit nono anno Osee. Zacharias enim regnavit sex mensibus, *supr.* 15. & Sellum uno mense, *supra eodem* Et hi septem menses computantur pro uno anno. Postea regnavit Manahen decem annis, *ibidem* Postea Phaceja duobus annis, *ibidem* Postea Phacee 20. annis, *ibidem* Postea Osee 9. annis, ut hic

Ω In montibus Medorum, ubi adhuc sunt.

a Factum est enim,] Causam assignat auctor, quare captivatus est Israel, quia scilicet peccaverat coram Domino. Unde *Oseæ* 10. Confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua transire fecit Samaria Regem suum, quasi spumam super faciem aquæ.

z Nisi Tribus Juda] Imo Tribus Benjamin, & Tribus Levi. Sub Tribu Juda comprehenditur Tribus Benjamin, quia permistæ erant. Sed dicebantur Juda, propter dignitatem regiam. Simile 3. *Regum* 12. Nec secutus est quisquam domum David, præter Tribus Juda. Tribus vero Levi non computatur in Tribubus.

Medorum. *a* Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos *b* de terra Ægypti, de manu Pharaonis Regis Ægypti, coluerunt *c* Deos alienos, & ambulaverunt juxta ritum gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, *d* & Regum Israel, *e* quia similiter fecerant. Offenderuntque filii Israel verbis non rectis Dominum suum, & ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, *f* a turre custodum usque ad civitatem munitam. Feceruntque sibi statuas, & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum, & adolebant ibi incensum super aras, in morem gentium, quos transtulerat Dominus a facie eorum. Feceruntque *g* verba pessima, *h* irritantes Dominum, & coluerunt immunditias, de quibus *i* præcepit Dominus eis, ne facerent *k* verbum hoc. Et *l* testificatus est Dominus in Israel, & in Juda per manum omnium *m* prophetarum, & videntium, dicens: Revertimini a viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & cæremonias, juxta omnem legem, quam præcepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu servorum meorum Prophetarum. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam, juxta cervicem *n* patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo, & abjecerunt legitima ejus, & pactum, quod pepigit cum patribus eorum, & *o* testificationes, quibus contestatus est eos, secuti sunt *p* vanitates, & vane egerunt, & *q* secuti sunt gentes, quæ erant per circuitum eorum, super quibus *r* præceperat Dominus eis, ut non facerent, sicut & illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui. Feceruntque sibi *r* conflatiles duos vitulos, *s* & lucos, & adoraverunt universam *t* militiam cœli. Servieruntque Baal, & consecrabant ei filios suos, & filias suas per ignem. Et divinationibus inserviebant, & auguriis, & *u* tradiderunt se, ut facerent malum Domino, & *u* irritaverunt eum. Iratusque est Dominus vehementer Israeli, & *x* abstulit eos *y* de conspectu suo, & non remansit nisi *z* Tribus Juda tantummodo. Sed *a* nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui. Verumtamen ambulavit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Projecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit in manu diripientium, donec projiceret eos a *b* facie sua, ex eo jam tempore, quo *c* scissus est Israel a domo David, & constituerunt sibi Regem Jeroboam filium Nabath. *d* Separavit enim Jeroboam Israel a Domino Deo, & peccare eos fecit peccatum *e* magnum. Et ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Jeroboam, quæ fecerat, nec recesserunt ab eis, usquequo auferret Dominus Deus Israel a facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum Prophetarum. *f* Translatusque est Israel de terra sua in Assyrios, usque in diem hanc. *g* Adduxit autem Rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Hajath, & de Emath, & de Sepharphaim, & collocavit eos in civitatibus Samariæ, pro filiis Israel. Qui possederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus. Cumque ibi habitare cœ-

b De terra, &c.] *Exod.* 12.

c Deos alienos,] *Oseæ* 13. Horror invasit Israel, quia deliquit in Baal, & nunc addiderunt ad peccandum, feceruntque sibi conflatile de argento suo.

d Et Regum Israel,] supple, idest, juxta ritum Regum Israel ambulaverunt. Et bene dico, juxta ritum Regum Israel, quia ipsi. *e* Fecerant similiter,] idest, sicut gentes. Vel sic continua: Consumpserat dico, quia similiter fecerant, idest idola coluerant, sicut Reges Israel postea coluerunt.

f A turre, &c.] idest, a præsidio, ubi milites erant ad custodiendum patriam, q. d. a castro usque ad civitatem. *g* Verba pessima,] idest res verborum pessimas.

h Irritantes] idest, provocantes.

i Præcepit] *Deuter.* 6. dicitur: Non ibitis post Deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt.

k Verbum hoc,] idest, hanc rem.

l Testificatus] idest admonuit.

Jerem. 25. *m* Prophetarum,] Vocat majores Prophetas, Videntes vero minores, vel Sacerdotes.

n Patrum suorum,] propinquorum scilicet, non remotorum.

o Testificationes,] idest legem, vel admonitionem, quam fecerat. Simile 2. ad *Timoth.* 4. Testificor ibi coram Deo, & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos, & mortuos, & per adventum ipsius, & regnum ejus, prædica verbum, insta, &c. idest, moneo te coram Deo, ut prædices verbum Dei instanter.

p Vanitates,] idola vana colentes.

q Secuti sunt gentes,] idest, ritum gentium imitantes.

r Præceperat] *Deut.* *r* Conflatiles] *Oseæ* 13. Fecerunt sibi conflatile de argento suo, quasi similitudinem idolorum. *s* Et lucos,] quos præceperat Dominus igne comburi. *Deut.* 12. Confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite.

t Militiam cœli,] idest planetas, scilicet Jovem, Venerem, & sic de aliis.

u Tradiderunt se,] diabolo, vel peccato, *Joan.* 8. Qui facit peccatum, servus est peccati.

u Irritaverunt] idest provocaverunt.

x Abstulit eos] transferens in Assyrios.

y De conspectu suo,] idest, de terra promissionis, quia ut dilectam conspicit.

a Sed nec, &c.] quamvis videret Israel captivatum propter peccata sua.

b A facie sua,] idest, a propitiatione sua.

c Quo scissus est Israel] idest, ex eo tempore, quo regnum divisum est in duo regna per Roboam, & Jeroboam, 3. *Regum* 12. Ex hoc videtur innuere Dominus, quod Israel peccavit, quia subdidit se Jeroboam. Contra, Dominus voluit, quod Jeroboam regnaret super Israel. Unde misit Prophetam, qui nunciavit ei hoc, 3. *Regum* 11. Solutio: Jeroboam peccavit, quia scidit populum a cultu Dei. Et illi peccaverunt, quia adhæserunt ei in peccatis suis. Et in hoc etiam, quod eum sibi regem constituerunt, suum proprium dimittentes.

d Separavit] per vitulos aureos.

e Peccatum magnum,] scilicet, idololatriam.

f Translatusque est, &c.] *Josephus* dicit, quod decem Tribus translatæ sunt in Assyrios post annos nongentos 18. ab exitu de Ægypto. A divisione vero regni sub Roboam, fluxerunt anni 240. & menses 7 & dies 7. Multi vero de Israel confugerunt in Juda. Multi etiam absconderunt se in absconditis, & latuerunt inter gentes finitimas, & post recessum exercitus redierunt ad propria, & habitaverunt cum Samaritis.

g Adduxit autem] colonos. Iste Rex paucos colonos primo adduxit in Samariam, sed postea filius ejus Assaradoch populavit terram. Cum illi essent de quinque regionibus quinque idola portaverunt secum in Samariam, quæque regio suum. Et omnes prius vocati sunt Scutæi, a quibusdam potioribus inter eos, qui venerant de Persi de regione, quæ dicta est Scuta, vel Scutæa, a quodam flumine nomine Scuta: Græci vero dixerunt eos Samaritas, qui in Evangelio Samaritani dicuntur. *Matth.* 10. & *Joan. quarto* Hebræi vero vocaverunt eos Jacobitas, quia supplantaverunt Israelitas a finibus suis.

21. q. 1. § item ab aliquo, ibi per captivitatem.

Ω *a* Leones, qui

⊖ turibus, diabolus vitiis replet animam, quæ vitia sunt populus diaboli, crudelis nimis, & ferox. De quo *Jer.* 5. Ecce ego adducam gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus, gentem antiquam, gentem cujus ignorabis linguam, nec intelliges, quid loquatur; pharetra ejus quasi sepulchrum patens; universi fortes, & comedent segetes

Ω tuas, &c.

Ω tuas, & panem tuum devorabunt, & filios tuos, & filias tuas comedent, gregem tuum, & armenta tua comedent, vineam tuam, & ficum tuam conterent. Sed Dominus leones immittit, qui hunc populum occidant, quando Prædicatores mittit, qui vitia prædicando occidunt.

mul audiunt. De quibus dicitur *Nehemiæ ultim.* Filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Judaice, & loquebantur juxta linguam populi, & populi, 3. *Reg.* 18. Usquequo claudicatur in duas partes, &c. Utinam frigidus esses, &c. Item significant illos, qui Theologiam audiunt, & avaritiæ, & superbiæ deserviunt. *Matth.* 6. Non potestis Deo servire, & mammonæ. Item significant hæreticos, qui partim fidem tenent, & partim destruunt.

Ω *a* Leones,] qui nunc abundabant ibi: quia terra deserta erat.

b Ducite illuc] *Josephus* dicit: Supplicaverant Regi, ut eis Sacerdotes ex captivis Israelitarum mitteret.

c Fabricata] quia licet fidem Moysi recepissent, tamen idola colebant. Et dicunt quidam, quod Esdras hinc habuit exemplar ad recuperandam Bibliam combustam a Chaldæis. Alii dicunt, quod Spiritu sancto dictante, reparavit eam sine omni exemplari.

d Benoth,] nomen idoli.

e Nergel,] idolum.

f Asona,] idolum.

g Nebahaz,] idolum.

h Tharthac,] idolum. *Gloss.* tamen dicit: In *libro locorum* legitur, quod Benoth, & Nergel fuerunt civitates, quas construxerant in Judæa, qui de Babylonia transierant. Asuna quoque oppidum ædificaverunt, qui ad eam venerunt de Emath. Nebahaz, Tharthac, civitates sunt, quas Evæhi in Judæa condiderunt. Item *Gloss.* Videtur juxta consequentiam sermonis, & idolorum, quibus hæ gentes prius servierant, hic posse vocabula intelligi, quia cum dictum esset: Et unaquæque gens fabricata est Deum suum, quasi ad expletionem sententiæ subjunctum est: Viri enim Babylonii fecerunt Sochoth Benoth, idest tabernaculum Benoth, quod est nomen idoli. In sequentibus ostenditur Adramelech, & Anamelech, idola fuisse urbis Sepharphaim. Ita videtur consequens, ut & Nergel Chuteorum, Asnna Ematheorum, Nebahas, & Thartac, idola fuerunt Evæhorum.

i Adramelech,] illi idolo.

k Anamalech] illi idolo.

l Colebant] Unde Hebræos quandoque dicebant sibi propinquos, quando scilicet bene erat eis. Cum vero male erat Hebræis, dicebant se nihil habere cum Israel. Hi similes sunt vespertilionibus, quæ nunc cum animalibus gradiuntur pedibus, nunc cum avibus volant, & significant illos, qui legem Dei, & decreta si-

pissent, non timebant Dominum, & immisit eis Dominus *a* leones, qui interficiebant eos. Nunciatumque est Regi Assyriorum, & dictum: Gentes transtulisti, & habitare fecisti in civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autem Rex Assyriorum, dicens: *b* Ducite illuc unum de Sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis, & doceat eos legitima Dei terræ. Igitur cum venisset unus de Sacerdotibus his, qui captivi ducti fuerant de Samaria, habitavit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent Dominum. Et unaquæque gens *c* fabricata est Deum suum, posueruntque eos in fanis excelsis, quæ fecerant Samaritæ, gens, & gens in urbibus suis, in quibus habitabant. Viri enim Babylonii fecerunt Sochoth *d* Benoth. Viri autem Cutheni fecerunt *e* Nergel, & viri de Emath fecerunt *f* Asuna. Porro Evæhi fecerunt *g* Nebahaz, & *h* Tharthac. Hi autem, qui erant de Sepharphaim comburebant filios suos igni, *i* Adramelech, & *k* Anamelech diis Sepharphaim, & nihilominus *l* colebant Dominum. Fecerunt autem sibi *m* de novissimis Sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in fanis sublimibus. Et cum Dominum colerent, diis quoque suis serviebant, juxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam. Usque in præsentem diem mortem sequuntur *n* antiquum. *o* Non timent Dominum, neque custodiunt *p* cæremonias ejus, & *q* judicia, & *r* legem, & *s* mandatum, quod præceperat Dominus filiis Jacob, quem *t* cognominavit Israel, & percusserat cum eis pactum, & *u* mandaverat eis, dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis: sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento, *u* ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate. Cæremonias quoque, & judicia, & legem, & mandatum, quod scripsit vobis, custodite, ut faciatis cunctis diebus, & non timeatis Deos alienos. Et pactum, quod percussit vobiscum, nolite oblivisci, nec colatis Deos alienos, sed Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. Illi vero *x* non audierunt, sed juxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur *y* gentes istæ *z* timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idolis suis servientes. Nam & *a* filii eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in præsentem diem.

C A P. XVIII.

ANNO *b* tertio Osee filii Hela Regis Israel *c* regnavit Ezechias filius Achaz Regis Juda, vigintiquinque annorum erat, cum regnare cœpisset, & vigintinovem annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Abisa, *d* filia Zachariæ. Fecitque, quod erat bonum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerat David pater ejus. Ipse dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, confregitque *e* serpentem æreum, quem *f* fecerat Moyses. Siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum. Vocavitque eum Noesthan, & in *g* Domino Deo Israel speravit. Itaque post eum *h* non fuit similis ei de cunctis Regibus Juda sed neque in his, qui ante eum fuerunt, & adhæsit Domino, & non recessit a vestigiis ejus, fecitque mandata ejus, quæ præceperat Dominus Moysi. Unde & erat Dominus cum eo, & in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellavit quoque contra Regem Assyriorum, & non servivit ei. Ipse percussit Philistæos

m De novissimis] idest vilissimis.

n Antiquum,] idest, ritum consuetum.

o Non timent] filialiter.

p Cæremonias] idest legalia solum figurativa, quorum nulla fit mentio, quare sic instituantur, nisi mystica.

q Judicia,] quæ dantur cum comminatione supplicii.

r Legem,] idest constitutionem, ut de servo Hebræo, & hujusmodi.

s Mandatum,] Item ad præcepta negativa, & affirmativa. Vel mandatum, idest promissiones.

t Cognominavi] *Genes.* 32.

u Mandaverat] *Deut.* 6. & 7. & in multis aliis capitulis.

u Ipsum timere,] *Matth.* 10. Nolite timere, &c.

x Non audierunt,] idest non obedierunt.

y Gentes istæ] scilicet Samaritæ.

z Timentes quidem]

a Nam filii eorum,] Hæc dictio, nam, ponitur hic ostensive.

E X P O S I T I O C A P. XVIII.

ANno *b* tertio Osee] Hic agitur de Ezechia Rege Juda.

c Regnavit Ezechias] idest regnare cœpit.

d Filia Zachariæ,] filia Jojadæ lapidati a Jojas, 2. *Paralip.* 24.

e Serpentem æreum,] *Gloss.* Ezechias serpentem confregit: quia in Domino Deo speravit, non in æreo serpente: Nöesthan vocavit, quod interpretatur æs eorum, ut quem illi pro numine colebant, in dictis ejus metallum eum esse, non Deum, agnoscerent.

f Fecerat] *Num.* 21.

g Noesthan,] quod secundum Rabanum interpretatur, æs eorum, secundum alios, os eorum, quasi dicat, Deus dicebatur, sed non erat.

h Non fuit similis ei, &c.] Hoc videtur falsum, quia *infra* 23. dicitur de Josia

2. Par. 29. — *63. dist. 6. verum.* — *Num. 21.*

Medorum. *a* Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos *b* de terra Ægypti, de manu Pharaonis Regis Ægypti, coluerunt *c* Deos alienos, & ambulaverunt juxta ritum gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, *d* & Regum Israel, *e* quia similiter fecerant. Offenderuntque filii Israel verbis non rectis Dominum suum, & ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, *f* a turre custodum usque ad civitatem munitam. Feceruntque sibi statuas, & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum, & adolebant ibi incensum super aras, in morem gentium, quos transtulerat Dominus a facie eorum. Feceruntque *g* verba pessima, *h* irritantes Dominum, & coluerunt immunditias, de quibus *i* præcepit Dominus eis, ne facerent *k* verbum hoc. Et *l* testificatus est Dominus in Israel, & in Juda per manum omnium *m* prophetarum, & videntium, dicens: Revertimini a viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & cæremonias, juxta omnem legem, quam præcepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu servorum meorum Prophetarum. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam, juxta cervicem *n* patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo, & abjecerunt legitima ejus, & pactum, quod pepigit cum patribus eorum, & *o* testificationes, quibus contestatus est eos, secuti sunt *p* vanitates, & vane egerunt, & *q* secuti sunt gentes, quæ erant per circuitum eorum, super quibus *r* præceperat Dominus eis, ut non facerent, sicut & illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui. Feceruntque sibi *r* conflatiles duos vitulos, *ſ* & lucos, & adoraverunt universam *t* militiam cœli. Servieruntque Baal, & consecrabant ei filios suos, & filias suas per ignem. Et divinationibus inserviebant, & auguriis, & *u* tradiderunt se, ut facerent malum Domino, & *u* irritaverunt eum. Iratusque est Dominus vehementer Israeli, & *x* abstulit eos *y* de conspectu suo, & non remansit nisi *z* Tribus Juda tantummodo. Sed *a* nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui. Verumtamen ambulavit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Projecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit in manu diripientium, donec projiceret eos a *b* facie sua, ex eo jam tempore, quo *c* scissus est Israel a domo David, & constituerunt sibi Regem Jeroboam filium Nabath. *d* Separavit enim Jeroboam Israel a Domino Deo, & peccare eos fecit peccatum *e* magnum. Et ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Jeroboam, quæ fecerat, nec recesserunt ab eis, usquequo auferret Dominus Deus Israel a facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum Prophetarum. *f* Translatusque est Israel de terra sua in Assyrios, usque in diem hanc. *g* Adduxit autem Rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Hajath, & de Emath, & de Sepharphaim, & collocavit eos in civitatibus Samariæ, pro filiis Israel. Qui possederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus. Cumque ibi habitare cœ-

Ω In montibus Medorum, ubi adhuc sunt.

a Factum est enim,] Causam assignat auctor, quare captivatus est Israel, quia scilicet peccaverat coram Domino. Unde *Osea* 10. Confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua transire fecit Samaria Regem suum, quasi spumam super faciem aquæ.

b De terra, &c.] *Exod.* 12.

c Deos alienos,] *Osee* 13. Horror invasit Israel, quia deliquit in Baal, & nunc addiderunt ad peccandum, feceruntque sibi conflatile de argento suo.

B

d Et Regum Israel,] supple, idest, juxta ritum Regum Israel ambulaverunt. Et bene dico, juxta ritum Regum Israel, quia ipsi. *e* Fecerant similiter,] idest, sicut gentes. Vel sic continua: Consumpserat dico, quia similiter fecerant, idest idola coluerant, sicut Reges Israel postea coluerunt.

f A turre, &c.] idest, a præsidio, ubi milites erant ad custodiendum patriam, q. d. a castro usque ad civitatem. *g* Verba pessima,] idest res verborum pessimas.

C

h Irritantes] idest, provocantes.

i Præcepit] *Deuter.* 6. dicitur: Non ibitis post Deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt.

k Verbum hoc,] idest, hanc rem.

l Testificatus] idest admonuit.

Jerem. 25. *m* Prophetarum,] Vocat majores Prophetas, Videntes vero minores, vel Sacerdotes.

D

n Patrum suorum,] propinquorum scilicet, non remotorum.

o Testificationes,] idest legem, vel admonitionem, quam fecerat. Simile 2. ad *Timoth.* 4. Testificor ibi coram Deo, & Christo Jesu, qui judicaturus est vivos, & mortuos, & per adventum ipsius, & regnum ejus, prædica verbum, insta, &c. idest, moneo te coram Deo, ut prædices verbum Dei instanter.

p Vanitates,] idola vana colentes.

q Secuti sunt gentes,] idest, ritum gentium imitantes.

r Præceperat] *Deut.* *r* Conflatiles] *Osea* 13. Fecerunt sibi conflatile de argento suo, quasi similitudinem idolorum. *ſ* Et lucos,] quos præceperat Dominus igne comburi. *Deut.* 12. Confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite.

t Militiam cœli,] idest planetas, scilicet Jovem, Venerem, & sic de aliis.

u Tradiderunt se,] diabolo, vel peccato, *Joan.* 8. Qui facit peccatum, servus est peccati.

u Irritaverunt] idest provocaverunt.

x Abstulit eos] transferens in Assyrios.

y De conspectu suo,] idest, de terra promissionis, quia ut dilectam conspicit.

z Nisi Tribus Juda] Imo Tribus Benjamin, & Tribus Levi. Sub Tribu Juda comprehenditur Tribus Benjamin, quia permistæ erant. Sed dicebantur Juda, propter dignitatem regiam. Simile 3. *Regum* 12. Nec secutus est quisquam domum David, præter Tribus Juda. Tribus vero Levi non computatur in Tribubus.

a Sed nec, &c.] quamvis videret Israel captivatum propter peccata sua.

b A facie sua,] idest, a propitiatione sua.

c Quo scissus est Israel] idest, ex eo tempore, quo regnum divisum est in duo regna per Roboam, & Jeroboam, 3. *Regum* 12. Ex hoc videtur innuere Dominus, quod Israel peccavit, quia subdidit se Jeroboam. Contra, Dominus voluit, quod Jeroboam regnaret super Israel. Unde misit Prophetam, qui nunciavit ei hoc, 3. *Regum* 11. Solutio: Jeroboam peccavit, quia scidit populum a cultu Dei. Et illi peccaverunt, quia adhæserunt ei in peccatis suis. Et in hoc etiam, quod eum sibi regem constituerunt, suum proprium dimittentes.

d Separavit] per vitulos aureos.

e Peccatum magnum,] scilicet, idololatriam.

f Translatusque est, &c.] *Josephus* dicit, quod decem Tribus translatę sunt in Assyrios post annos nongentos 18. ab exitu de Ægypto. A divisione vero regni sub Roboam, fluxerunt anni 240. & menses 7. & dies 7. Multi vero de Israel confugerunt in Juda. Multi etiam absconderunt se in absconditis, & latuerunt inter gentes finitimas, & post recessum exercitus redierunt ad propria, & habitaverunt cum Samaritis.

g Adduxit autem] colonos. Iste Rex paucos colonos primo adduxit in Samariam, sed postea filius ejus Assaradoch populavit terram. Cum illi essent de quinque regionibus quinque idola portaverunt secum in Samariam, quæque regio suum. Et omnes prius vocati sunt Scutæi, a quibusdam potioribus inter eos, qui venerant de Perside regione, quæ dicta est Scuta, vel Scutæa, a quodam flumine nomine Scuta: Græci vero dixerunt eos Samaritas, qui in Evangelio Samaritani dicuntur. *Matth.* 10. & *Joan.* *quarto* Hebræi vero vocaverunt eos Jacobitas, quia supplantaverunt Israelitas a finibus suis.

[illegible] item ab aliquo, ubi per captivitatem.

Ω *a* Leones, qui

Θ tutibus, diabolus vitiis replet animam, quæ vitia sunt populus diaboli, crudelis nimis, & ferox. De quo *Jer.* 5. Ecce ego adducam gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus, gentem antiquam, gentem cujus ignorabis linguam, nec intelliges, quid loquatur; pharetra ejus quasi sepulchrum patens; universi fortes, & comedent segetes

Ω tuas, &c.

Ω tuas, & paoem tuum devorabunt, & filios tuos, & filias tuas comedent, gregem tuum, & armenta tua comedent, vineam tuam, & ficum tuam conterent. Sed Dominus leones immittit, qui hunc populum occidant, quando Prædicatores mittit, qui vitia prædicando occidunt. mul audiunt. De quibus dicitur *Nehemiæ ultim.* Filii eorum ex media parte loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Judaice, & loquebantur juxta linguam populi, & populi, 3. *Reg.* 18. Usquequo claudicatur in duas partes, &c. Utinam frigidus esses, &c. Item significant illos, qui Theologiam audiunt, & avaritiæ, & superbiæ deserviunt. *Matth.* 6. Non potestis Deo servire, & mammonæ. Item significant hæreticos, qui partim fidem tenent, & partim destruunt.

pissent, non timebant Dominum, & immisit eis Dominus *a* leones, qui interficiebant eos. Nunciatumque est Regi Assyriorum, & dictum: Gentes transtulisti, & habitare fecisti in civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autem Rex Assyriorum, dicens: *b* Ducite illuc unum de Sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis, & doceat eos legitima Dei terræ. Igitur cum venisset unus de Sacerdotibus his, qui captivi ducti fuerant de Samaria, habitavit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent Dominum. Et unaquæque gens *c* fabricata est Deum suum, posueruntque eos in fanis excelsis, quæ fecerant Samaritæ, gens, & gens in urbibus suis, in quibus habitabant. Viri enim Babylonii fecerunt Sochoth *d* Benoth. Viri autem Cutheni fecerunt *e* Nergel, & viri de Emath fecerunt *f* Asuna. Porro Evæhi fecerunt *g* Nebahaz, & *h* Tharthac. Hi autem, qui erant de Sepharphaim comburebant filios suos igni, *i* Adramelech, & *k* Anamelech diis Sepharphaim, & nihilominus *l* colebant Dominum. Fecerunt autem sibi *m* de novissimis Sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in fanis sublimibus. Et cum Dominum colerent, diis quoque suis serviebant, juxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam. Usque in præsentem diem morem sequuntur *n* antiquum. *o* Non timent Dominum, neque custodiunt *p* cæremonias ejus, & *q* judicia, & *r* legem, & *ſ* mandatum, quod præceperat Dominus filiis Jacob, quem *t* cognominavit Israel, & percusserat cum eis pactum, & *u* mandaverat eis, dicens: Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis: sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento, *x* ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate. Cæremonias quoque, & judicia, & legem, & mandatum, quod scripsit vobis, custodite, ut faciatis cunctis diebus, & non timeatis Deos alienos. Et pactum, quod percussit vobiscum, nolite oblivisci, nec colatis Deos alienos, sed Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. Illi vero *x* non audierunt, sed juxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur *y* gentes istæ *z* timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idolis suis servientes. Nam & *a* filii eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in præsentem diem.

C A P. XVIII.

ANNO *b* tertio Osee filii Hela Regis Israel *c* regnavit Ezechias filius Achaz Regis Juda, vigintiquinque annorum erat, cum regnare cœpisset, & viginti-novem annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Abisa, *d* filia Zachariæ. Fecitque, quod erat bonum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerat David pater ejus. Ipse dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, confregitque *e* serpentem æreum, quem *f* fecerat Moyses. Siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum. Vocavitque eum Noesthan, & in *g* Domino Deo Israel speravit. Itaque post eum *h* non fuit similis ei de cunctis Regibus Juda sed neque in his, qui ante eum fuerunt, & adhæsit Domino, & non recessit a vestigiis ejus, fecitque mandata ejus, quæ præceperat Dominus Moysi. Unde & erat Dominus cum eo, & in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellavit quoque contra Regem Assyriorum, & non servivit ei. Ipse percussit Philistæos

Ω *a* Leones,] qui nunc abundabant ibi: quia terra deserta erat.
b Ducite illuc] *Josephus* dicit: Supplicaverant Regi, ut eis Sacerdotes ex captivis Israelitarum mitteret.
c Fabricata] quia licet fidem Moysi recepissent, tamen idola colebant. Et dicunt quidam, quod Esdras hinc habuit exemplar ad recuperandam Bibliam combustam a Chaldæis. Alii dicunt, quod Spiritu sancto dictante, reparavit eam sine omni exemplari.
d Benoth,] nomen idoli.
e Nergel,] idolum.
f Asona,] idolum.
g Nebahaz,] idolum.
h Tharthac,] idolum. *Gloss.* tamen dicit: In *libro locorum* legitur, quod Benoth, & Nergel fuerant civitates, quas construxerant in Judæa, qui de Babylonia transierant. Asuna quoque oppidum ædificaverunt, qui ad eam venerunt de Emath. Nebahaz, Tharthac, civitates sunt, quas Evæhi in Judæa condiderunt. Item *Gloss.* Videtur juxta consequentiam sermonis, & idolorum, quibus hæ gentes prius servierant, hic posse vocabula intelligi, quia cum dictum esset: Et unaquæque gens fabricata est Deum suum, quasi ad expletionem sententiæ subjunctum est: Viri enim Babylonii fecerunt Sochoth Benoth, idest tabernaculum Benoth, quod est nomen idoli. In sequentibus ostenditur Adramelech, & Anamelech, idola fuisse urbis Sepharphaim. Ita videtur consequens, ut & Nergel Chuteorum, Asuna Ematheorum, Nebahas, & Thartac, idola fuerunt Evæhorum.
i Adramelech,] illi idolo.
k Anamalech] illi idolo.
l Colebant] Unde Hebræos quandoque dicebant sibi propinquos, quando scilicet bene erat eis. Cum vero male erat Hebræis, dicebant se nihil habere cum Israel. Hi similes sunt vespertilionibus, quæ nunc cum animalibus gradiuntur pedibus, nunc cum avibus volant, & significant illos, qui legem Dei, & decreta simul audiunt.

m De novissimis] idest vilissimis.
n Antiquum,] idest, ritum consuetum.
o Non timent] filialiter.
p Cæremonias] idest legalia solum figurativa, quorum nulla fit mentio, quare sic instituantur, nisi mystica.
q Judicia,] quæ dantur cum comminatione supplicii.
r Legem,] idest constitutionem, ut de servo Hebræo, & hujusmodi.
ſ Mandatum,] Item ad præcepta negativa, & affirmativa. Vel mandatum, idest promissiones.
t Cognominavi] *Genes.* 32.
u Mandaverat] *Deut.* 6. & 7. & in multis aliis capitulis.
x Ipsum timere,] *Matth.* 10. Nolite timere, &c.
x Non audierunt,] idest non obedierunt.
y Gentes istæ] scilicet Samaritæ.
z Timentes quidem]
a Nam filii eorum,] Hæc dictio, nam, ponitur hic ostensive.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

ANno *b* tertio Osee] Hic agitur de Ezechia Rege Juda.
c Regnavit Ezechias] idest regnare cœpit.
d Filia Zachariæ,] filia Jojadæ lapidati a Joas. 2. *Paralip.* 24.
e Serpentem æreum,] *Gloss.* Ezechias serpentem confregit: quia in Domino Deo speravit, non in æreo serpente: Noesthan vocavit, quod interpretatur æs eorum, ut quem illi pro numine colebant, in dictis ejus metallum eum esse, non Deum, agnoscerent.
f Fecerat] *Num.* 21.
g Noesthan,] quod secundum Rabanum interpretatur, æs eorum, secundum alios, os eorum, quasi dicat, Deus dicebatur, sed non erat.
h Non fuit similis ei, &c.] Hoc videtur falsum, quia *infra* 23. dicitur de Josia

usque Gazam, & omnes terminos eorum, *a* a turre custodum usque ad civitatem muratam. Anno quarto Regis Ezechiæ, qui *b* erat annus septimus Osee filii Hela Regis Israel, ascendit *c* Salmanasar Rex Assyriorum Samariam, & oppugnavit eam, & cepit. Nam post *d* annos tres, anno sexto Ezechiæ, idest nono anno Osee Regis Israel, capta est Samaria. Et transtulit Rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocavitque eos in *e* Ala, & in Habor, fluviis *f* Gozam, in civitatibus *g* Medorum, quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum ejus. Omnia, quæ præceperat Moyses servus Domini. *h* non audierunt, neque fecerunt. Anno quartodecimo Regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib Rex Assyriorum ad universas civitates Juda munitas, & cepit eas. Tunc misit Ezechias Rex Juda nuncios ad Regem Assyriorum in *i* Lachis, dicens: *k* Peccavi. *l* Recede a me, & omne, quod *m* imposueris mihi, feram. Indixit itaque Rex Assyriorum Ezechiæ Regi Judæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Deditque Ezechias omne argentum, quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris Regis. In tempore illo *n* confregit Ezechias valvas templi Domini, & laminas auri, quas ipse *o* affixerat, & dedit eas Regi Assyriorum. Misit *p* autem Rex Assyriorum Thartan, & Rabsaris, & *q* Rabsacen de Lachis ad Regem Ezechiam, cum manu valida Jerusalem. Qui cum ascendissent, venerunt Jerusalem, & steterunt juxta aquæductum *r* piscinæ superioris, quæ est in via agri fullonis, *s* vocaveruntque regem. Egressus est autem ad eos *t* Heliachim filius Elciæ *u* præpositus domus, & Sobna *x* scriba, & Joahe filius Asaph *y* a commentariis. Dixitque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiæ: Hæc dicit Rex magnus, Rex Assyriorum, quæ est ista fiducia, qua niteris? Forsitan inisti consilium, ut præpares te ad prælium? In quo confidis, ut audeas rebellare? An *z* speras in baculo arundineo, atque confracto Ægypti, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum ejus, & perforabit eam? Sic est Pharao Rex Ægypti, omnibus, qui confidunt in se. Quod si dixeritis mihi: In Domino Deo nostro habemus fiduciam, *a* nonne iste est cujus abstulit Ezechias excelsa, & altaria, & præcepit Judæ, & Jerusalem: *b* ante altare hoc adorabitis in Jerusalem? *c* Nunc igitur transite ad dominum meum Regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte, an habere valeatis ascensores eorum.

Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua, juxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi. Item statim supra dictum est, quod Ezechias fecit bonum, juxta omnia, quæ fecerat David. Ergo tam in præcedentibus regibus, quam in sequentibus fuit aliquis æque bonus, vel melior Ezechia. Solut. David excipitur hic, quia nondum erat sub eo regimen Juda per se, sed C super Judam, & Israel simul, quia nondum erat facta divisio regni. De Josia similiter dicimus, quod melior fuit, sed Ezechias præponitur illi, quia magnificatus est præclaris bellorum titulis. Et quia tria inaudita fecit Dominus propter ipsum, scilicet regressum Solis, additionem annorum, stragem hostium per Angelum. Item de quolibet illorum trium Re- D gum, scil. David, Ezechia, Josia, dicitur quod non fuit similis illi, quia quilibet respectu alterius habuit aliquam prærogativam, in qua non habuit similem, sicut *Eccl.* 44. dicitur de Abraham: Non est inventus similis illi, &c. Quod tamen dicitur de quolibet confessore. De his tribus Regibus dicitur *Eccles.* 49. Præter David, Ezechiam, & Josiam, omnes commiserunt peccatum in Domino, non in serpente.

2. Par. 32. Eccl. 48. Isai. 36.

E *a* A turre, &c.] idest, tam præsidia, quam civitates destruxit.

b Qui erat annus, &c.] quia tertio anno Osee cœpit regere Ezechias.

c Salmanasar] De quo *sup. eodem* 17. Et nota, quod Salmanasar bis ascendit in Samariam tempore Osee. In primo ascensu factus est Osee tributarius ei. In secundo captivus.

d Post, &c.] idest finitis tribus annis a secundo ascensu. *e* In Ala,] idest juxta Huila, & Zabor.

f Gozam,] civitas.

g Medorum,] & Persarum.

h Non audierunt] idest non obedierunt Deo.

i Lachis,] civitas est in Tribu Juda, quam tunc obsederat Rex Assyriorum.

k Peccavi:] rebellando contra te.

l Recede a me,] 2. *Paralip.* 32. videtur esse contrarium. Ibi enim dicitur: Convocavit Ezechias universos in platea portæ civitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens: Viriliter agite, & confortamini, & nolite timere, nec paveatis Regem Assyriorum, & universam multitudinem, quæ est cum eo: Multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo: Cum illo est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Confortatusque est populus in hujuscemodi verbis Ezechiæ. Solut. Verum est, quod primo timuit Ezechias, ut patet *Isai.* 37. postea audita consolatione Isaiæ, confortavit & ipse populum. *m* Imposueris] nomine tributi.

n Confregit] quia non invenerunt in thesauris suis summam pecuniæ, quam debebat Regi Assyriorum.

o Affixerat,] ad decorem, & ornatum.

p Misit autem Rex Assyriorum] Accepto enim auro, & argento, irritum fecit Sennacherib pactum, quod juraverat Ezechiæ; & ideo misit obsidere Jerusalem.

q Rabsacen] *Gloss.* Rabsacen, quia Hebraice loquitur, Hebræi filium Isaiæ putant, qui & ipse proditor fuit cum Sobna, & Samariten; & ideo Hebraicam linguam scisse: Qui quasi quædam contraria fortitudo imitabatur Prophetas sua arrogantia: Prophetæ dicunt: Hæc dicit Dominus: Iste dixit: Hæc dicit Rex magnus, Rex Assyriorum.

r Piscinæ superioris,] idest exterioris, quæ erat fullonum. Erat autem & alia interior, ubi lavabantur hostiæ. Exteriorem abstulerunt Assyrii, interiorem non.

s Vocaveruntque] ad colloquium, qui noluit ire, ut dicit *Josephus*, sed misit ad eos Heliachim, & Sobnam: Timebat enim proditionem: Jam enim prodiderant eum semel, cum accepta pecunia fregerunt fœdus.

t Heliachim] De hoc Heliachim, 22. dixit Isaias: Vocabo servum meum Heliachim, qui fuit Pontifex post Sobnam, quem tradunt Hebræi Rabsacis comminationibus perterritum, & prodidisse Jerusalem, & excepta arce, & templo, Assyrios totam urbem cepisse, quem etiam & Sobnam cum Heliachim ad Rabsacen exisse autumant.

u Præpositus,] idest Pontifex.

23. q. 3. c. 1. vers. …

x Scriba,] idest cancellarius.

y A commentariis,] idest notarius: Indeclinabile est, sicut a caliculis, idest pincerna: a populis, idest opilio: a secretis, idest camerarius: ab actis, idest marscalcus.

z An speras] *Gloss.* Nulla narravit historia, quod Ezechias Pharaonis auxilium postulaverit.

a Nonne iste] *Gloss.* Verum est, quod in Deo habuerunt fiduciam. Sed falsum est, Ezechiam abstulisse excelsa Dei, & altaria. Hoc enim non contra Deum, sed pro Deo fecit, ut destructo errore veteri, juberet Deum in templo Jerusalem adorari.

b Ante altare hoc] & non ante plura.

c Nunc igitur transite] quasi dicat, si confidis, o Ezechia in Rege Ægypti, inniteris baculo arundineo: Si spem ponis in Deo tuo, non evades: quia dii gentium, & Israel non potuerunt eos liberare de manu mea. Si spem ponis in populo tuo, dabo tibi duo millia equorum, nec poteris apud te invenire ascensores aptos, & gnaros equitare. Multo enim plures erant in Jerusalem, sed pauci didicerant equitare: Vel forte bene sciebant equitare, sed equos non habebant: quia Dominus præcepit *Deuteronom.* 17. Ne Rex Israel multiplicaret sibi equos, & uxores. Volens ergo Rabsaces ostendere paucitatem populi obsessi, obtulit duo millia equorum. Dicens, quod non haberet Ezechias ascensores, mentitus est, quia multo plures erant in Jerusalem, scientes, & potentes equitare.

a Et

a Et quomodo poteſtis reſiſtere] ex quo ita pauci eſtis.
b Satrapam] ideſt principem.
c Minimus] quaſi dicat, non poteris.
c Nunquid, &c.] *Gloſſ.* Ad id quod dixit, ſi dixeritis: In Deo confidimus, callide reſpondet, ſe non ſua veniſſe voluntate, ſed Dei veniſſe, dicentis: Aſcende. Et eſt argumentum: Cum multas urbes ceperim, & pars Jeruſalem remaneat intacta, manifeſtum eſt, me Dei veniſſe voluntate.
d Ut demolirer eum?] quaſi dicat: Non.
e Precamur,] *Gloſſ.* Senſus eſt: Quid neceſſe eſt populum falſis terroribus commoveri, & vanam jactare virtutem: Loquere linguam, quam populus non novit. Ad quod ille arroganter: Num ad Dominum tuum, & ad te miſit me dominus meus? &c. uſque comedant ſtercora. Per quod oſtenditur fame, & ſiti eos eſſe capiendos: Simulque illecebram jungit timori, ut quos terrore non vicit, perſuaſione decipiat. Et dicit ex perſona Regis: Facite mecum benedictionem, ideſt, facite, quod in veſtram benedictionem proficiat: benedicite regi Aſſyrio, & cum dominum confitemini, ut præmia conſequamini, donec revertar de Ægypto. Vel capta Lobna, redeam habitare in urbe veſtra, & rebus veſtris fruimini, poſtea ducam vos in ſimilem terræ veſtræ, quam tamen non nominavit: quia ſimilem ei invenire non potuit, ſed ſimilitudinem poſuit. Hoc enim ſolum quiſque vult, in quo natus eſt. Alii putant terram Mediæ eis repromitti, quæ terræ Judææ ſimilitudinem tam in ſitu, quam in fructibus habeat.

F

2. Par. 32.

f Non loquaris] Hoc rogabant, ne populus audiens comminationes, terreretur.
g Et non potius ad viros,] quaſi dicat: volo, ut me audiant, & timeant comminationes, & veniant ad regem Aſſyriorum.
h Facite mecum] Loquitur in perſona Regis.
i Donec, &c.] ideſt, donec revertar de Ægypto, vel capta Lobna redeam. Et nota, quod Sennacherib non eſt reverſus in terram ſuam uſque ad tertium annum. Primo anno egreſſus eſt de terra ſua, intravit Judæam, & vaſtavit eam. Secundo anno profectus eſt in Ægyptum, ut triumphans rediret ad Jeruſalem evertendam. Et cum obſediſſet Peluſium, audivit Tharacham regem Æthiopiæ cum magno exercitu venire in auxilium Ægyptiorum. Turbatus Sennacherib, dixit Tharacham eſſe ſacerdotem Vulcani, qui eſt Deus armorum; & ideo non dimicaret cum eo, & rediit in Judæam, & obſedit Jeruſalem. *Herodotus Hiſtoriographus*, aliam dicit cauſam reditus Sennacherib. Dicit enim, quod orante rege Ægypti venit multitudo ſoricum, & comedit chordas arcuum Aſſyriorum, & facti ſunt inermes; & ideo redierunt. Dicit etiam *Herodotus*, Rabſacen cum ſuo exercitu remanſiſse circa Jeruſalem, & Sennacherib rediiſse ad eum de Ægypto.

k Nunquid] *Gloſſ.* Si tantis diis præſentibus, vicimus facile, quanto magis ſolam Jeruſalem uno Deo præſule vincemus. *l* Ubi eſt] *Gl.* Oſtendit harum civitatum, ſive gentium diis, ſerviſſe Samaritas; & quia non erant dii, ſed idola; merito cultores vanitatis dicebant eſſe ſubverſos.

a Et quomodo poteſtis reſiſtere ante unum *b* ſatrapam de ſervis domini mei *c* minimis? An fiduciam habes in Ægypto propter currus, & equites? *c* Nunquid ſine domini voluntate aſcendi ad locum iſtum, ut *d* demolirer eum? Dominus dixit mihi: Aſcende ad terram hanc, & demolire eam. Dixerunt autem Heliachim filius Helchiæ, Sobna, & Joahe Rabſaci. *e* Precamur, ut loquaris nobis ſervis tuis Syriace, ſiquidem intelligimus hanc linguam, & *f* non loquaris nobis Judaice audiente populo, qui eſt ſuper murum. Reſponditque eis Rabſaces, dicens: Nunquid ad dominum tuum, & ad te miſit me dominus meus, ut loquerer ſermones hos, *g* & non potius ad viros, qui ſedent ſuper murum, ut comedant ſtercora ſua, & bibant urinam ſuam vobiſcum? Stetit itaque Rabſaces, & clamavit voce magna Judaice, & ait: Audite verba regis magni, regis Aſſyriorum: Hæc dicit rex: Non vos ſeducat Ezechias. Non enim poterit eruere vos de manu mea, neque fiduciam vobis tribuat ſuper Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur civitas hæc in manu regis Aſſyriorum: Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Aſſyriorum: *h* Facite mecum quod vobis eſt utile, & egredimini ad me, & comedet unuſquiſque de vinea ſua, & de ficu ſua, & bibetis aquas de ciſternis veſtris *i* donec veniam, & transferam vos in terram, quæ ſimilis eſt terræ veſtræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis, & vinearum, terram olivarum, & olei, acmellis, & vivetis, & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid *k* liberaverunt dii gentium terram ſuam de manu regis Aſſyriorum? Ubi *l* eſt Deus *m* Emath, & *n* Arphad? Ubi eſt Deus *o* Sepharphaim, *p* Ana, & Ava? Nunquid *q* liberaverunt Samariam de manu mea? Quinam illi ſunt in univerſis diis terrarum, qui eruerunt regionem ſuam de manu mea, ut poſſit eruere Dominus *r* Jeruſalem de manu mea? *ſ* Tacuit itaque populus & non reſpondit ei quicquam. *t* Siquidem præceptum regis acceperant, ut non reſponderent ei. Venitque Eliachim filius Helchiæ præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Joahe filius Aſaph, a commentariis ad Ezechiam, ſciſſis *u* veſtibus, & nunciaverunt ei verba Rabſacis. Quæ cum audiſſet Ezechias rex, ſcidit *x* veſtimenta ſua, & opertus eſt ſacco.

C A P. X I X.

INGRESSUSQUE eſt domum Domini, & miſit Eliachim præpoſitum domus, & Sobnam ſcribam, & ſenes de ſacerdotibus opertos ſaccis, ad Iſaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies *y* tribulationis, & *z* increpationis, & *a* blaſphemiæ, dies iſte. *b* Venerunt filii uſque ad partum, & *c* vires non habet parturiens: Si *d* forte audiat Dominus Deus tuus univerſa *e* verba Rabſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus, ut exprobraret Deum viventem, & argueret verbis, quæ audivit *f* Dominus

m Emath,] civitas.
n Arphad?] urbs Damaſci.
o Sepharphaim,] nomen eſt civitatis ſecundum *Iſa. 36.* Secundum alios nomen eſt locorum, de quibus Aſſyrii venerunt in Samariam, ut legitur *in libro locorum*.
p Ana, & Ava?] civitates ſunt.
q Nunquid liberaverunt] quaſi dicat: Non, & merito: quia erat cultrix idolorum, & non veri Dei.
r Dominus, &c.] qui eſt tantum unus ſolus Deus.
ſ Tacuit] *Gloſſ* Ne eum ad majorem blaſphemiam provocaret.
t Siquidem] *Gloſſ.* Omnia agens cum conſilio.
u Sciſſis veſtibus,] propter blaſphemiam.
x Scidit veſtimenta] *Gloſſ.* quia populi, & ſuis peccatis eſſe credidit, quia Rabſaces contra Dominum talia locutus ſit. Item *Gloſſ.* Mira regis humilitas, dimiſſo regio cultu, & obvolutus ſacco ad templum pergit de palatio. Princeps ſacerdotum, non ſtolis, ſed ciliciis amictos mittit ad Iſaiam, & dicit: Dies tribulationis, &c.

Iſai. 19.

Ibidem.

E X P O S I T I O C A P. X I X.

INgreſſuſque eſt domum, &c.
y Dies tribulationis] noſtræ.
z Increpationis,] divinæ.
a Blaſphemiæ,] hoſtium.
b Venerunt] Similitudinem parturientis, & non potentis emittere partum, ponit, in quo maximum dolorem exprimit. Non enim eſt dolor ſuper hunc dolorem. Unde *Joan. 16.* Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus. *c* Vires non habet] ut pariat. *d* Si forte] Sic ordina litteram, fac orationem pro reliquiis, quæ repertæ ſunt, ideſt pro populo Juda, qui remanſit 10. tribubus captivatis, ſi forte, &c. Et eſt hic forte adverbium eventus non dubitandi, ſicut *Gen.3.* cum dixit Eva diabolo: Ne forte moriamur: Ibi non poteſt eſse forte adverbium dubitandi, quia ſic peccaſset Eva ante tentationem diaboli. Sed diabolus putans eam protuliſse dubitative, occaſionem tentandi ſumpſit ex reſponſione mulieris. *e* Verba Rabſacis, blaſphemantis Deum, quaſi dicat, non pro meritis noſtris hoc faciat; quia nulla ſunt, ſed blaſphemiam Rabſacis vindicet.
f Dominus Deus tuus,] Dico, quia non audemus dicere noſtrum, quo iraſcente tanta patimur, tamen hanc habemus fiduciam ultionis, quia Deus vivens blaſphematur a cultoribus idolorum mortuorum.

a Repertæ] In Jerusalem.
b Dixitque eis] Præveniens eos, quia eo spiritu, quo futura noscebat, etiam absentem regem audierat conquerentem. c Hæc dicit, &c.] Qui non potest mentiri.
d Me,] non te, quasi dicat, noli timere verba, quibus non tu, sed ego sum blasphematus.
d Spiritum,] non Dei, sed adversarii.
non miserat modo ad Isaiam. t Quæ, &c.] duo, scilicet vindictam contra superbiam ejus, & liberationem ab obsidione, propter humilitatem suam.
u Sprevit te,] o Sennacherib.
x Virgo, &c.] idest Jerusalem, quæ dicitur filia Sion, quia sicut mater est defensio filiæ, & fortitudo, sic arx Sion erat defensio, & fortitudo Jerusalem. Virgo dicitur: quia cum aliæ gentes pollutæ essent peccato idololatriæ, sola Jerusalem castitatem religionis unius Dei conservabat pro magna parte. Forte aliqui erant ibi idololatræ, sicut Ecclesia dicitur virgo, & immaculata, tamen multi sunt in Ecclesia corrupti & polluti.

Deus tuus, & fac orationem pro reliquiis, quæ a repertæ sunt. Venerunt ergo servi regis Ezechiæ ad Isaiam. b Dixitque eis Isaias: Hæc dicetis domino vestros: Hæc c dicit Dominus: Noli timere a facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemaverunt pueri regis Assyriorum, d me. Ecce ego immittam ei d spiritum, & audiet e nuncium, & revertetur in f terram suam, & dejiciam eum gladio in terra sua. g Reversus est igitur Rabsaces, & invenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam. Audierat enim, quod recessisset de Lachis. h Cumque audisset de Tharacha rege Æthiopiæ, dicentes: Ecce i egressus est, ut k pugnet adversum te, l & iret contra eum, misit m nuncios n ad Ezechiam, dicens: Hæc dicite Ezechiæ regi Juda: Non te seducat Deus, in quo habes fiduciam, neque dicas: Non tradetur Jerusalem in manus regis Assyriorum. Tu enim ipse audisti, quæ fecerunt reges Assyriorum universis terris, quomodo vastaverunt eas: Num ergo solus poteris liberari? Numquid liberaverunt dii gentium singulos, quos vastaverunt o patres mei, p Gozan videlicet, & Aran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar? Ubi est q rex Emath, & rex r Arphad, & rex civitatis Sepharvaim, Ana, & Ava? Itaque cum accepisset Ezechias litteras de manu nunciorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & oravit in conspectu ejus, dicens: ſ Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubin, tu es Deus solus regum omnium terræ, tu fecisti cœlum, & terram. Inclina aurem tuam, & audi. Aperi, Domine, oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit, ut exprobraret nobis Deum viventem. Vere Domine, dissipaverunt reges Assyriorum gentes, & terras omnium, & miserunt Deos eorum in ignem. Non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno, & lapide, & perdiderunt eos. Nunc igitur Domine Deus noster, salvos nos fac de manu eorum, ut sciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus solus. Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel. t Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audivi. Iste est sermo, quem locutus est Dominus de eo. u Sprevit te, & subsannavit te, x virgo filia Sion, y post tergum tuum caput z movit, a filia Jerusalem. b Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? Contra quem c exaltasti vocem tuam, & d elevasti in excelsum oculos tuos? e contra sanctum Israel. f Per manum servorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti: In g multitudine curruum meorum h ascendi excelsa montium, in i summitate Libani, & succidi sublimes k cedros ejus, & electas l abietes illius. Et ingressus sum m usque ad terminos ejus, & n saltum

B

e Nuncium] de Tharacha.
f In terram suam,] Nam tunc immediate de Ægypto redit in Judæam, & obsedit Jerusalem, & inde occiso ab Angelo exercitu suo, reversus est in terram suam, ubi a duobus filiis suis interfectus est, ut dicetur *infra*. Sic audivit Ezechias duo, quæ valde optabat, scilicet se ab obsidione liberandum, & inimicum suum in terra sua moriturum.

C

g Reversusque, &c.] *Gloss.* Volente Deo Rabsaces deseruit obsidionem Jerusalem, & invenit dominum suum, vel capta, vel deserta Lachis, oppugnantem Lobnam, Sennacherib occurrens regi Æthiopum misit ad Ezechiam Epistolas, ut quem viribus non cepit, sermone terreret.
h Cumque, &c.] scilicet Sennacherib, dum esset in obsidione.

D

i Egressus est,] de Æthiopia.
k Ut pugnet] adjuvans Ægyptios.
l Et iret, &c.] idest, contra Sennacherib. Persona mutatur more Scripturæ. Vel sine mutatione Personæ legatur sic: Sennacherib cum audisset, quod Tharacha venisset in auxilium Ægyptiorum, recessit de Lobna, ubi hæc audivit, ut occurreret Tharache regi

E

Æthiopum in via, & venit Sennacherib Pelusium, & nondum venerat Tharacha. Quod audiens Sennacherib, fugit, & redit in Judæam. Verumtamen antequam recederet de Lobna, ut iret in Ægyptum, misit litteras comminatorias Ezechiæ. Hoc viso, plana est littera.

y Post tergum tuum] idest, transfugientis.
z Movit,] idest movebit, præteritum pro futuro, prophetali certitudine. Et nota, supra eodem, Rabsaci præsenti, & provocanti noluit respondere Jerusalem, ne ad majorem blasphemiam concitaret eum: Modo vero post abeuntem, movit caput, vel ad rogandum Deum, vel certe ad deridendam ejus arrogantiam, certa de ultione Domini.
a Filia Jerusalem,] idest Jerusalem, quæ est filia Sion.
b Cui exprobrasti,] Verba sunt Jerusalem ad Sennacherib, vel Domini ad Sennacherib.
c Vocem tuam,] blasphemando.
d Elevasti] superbiendo: quia ut dicit *Gloss.* in *Isai.* 37. super hunc locum: Proprium est superbiæ supercilia erigere.
e Contra sanctum] idest contra Deum sanctificantem. Quæsierat enim, & ideo respondet.
f Per manum servorum] non per te, quod majoe arrogantia fuit.
g In multitudine] quasi dicat Dominus ad Sennacherib, tibi adscripsisti victoriam, non mihi, qui feci. Et ostendit hic Dominus jactantiam, & arrogantiam Sennacherib, Et exponitur hoc dupliciter. Primo de templo, sive Jerusalem, sic:

m Misit nuncios] de Lobna, antequam rediret in Ægyptum.
n Ad Ezechiam,] ut terreret eum.
o Patres mei,] Argumentum, quod falsa est opinio *Haimonis*, quæ dicit esse eumdem regem Phul, Theglathphalasar, Salmanasar, Sargon, Asaraddon, Sennacherib, sed sex nominibus nuncupatum super *Isaiam* 20.
p Gozan, Aran, Reseph, Thelassar,] civitates sunt.
q Rex Emath, scilicet Antiochiæ.
r Arphad,] civitas Damasci.
ſ Domine Deus] *Gloss.* Prius Ezechias Domini timore perterritus, adorare in templo non audebat, vel liberas ibi fundere preces, nunc dicente Isaia, ne timeas a facie verborum, quæ audisti, audaciter Dominum deprecatur. Misit autem Isaias, ut plenius confortaret eum, significans ei verba Domini ad Sennacherib; tamen Ezechias

h Ascendi excelsa montium,] idest excelsos montes, qui sunt in Judæa.
i In summitate] idest, templi facti de lignis Libani. Unde *Zach.* 11. Aperi, Libane portas tuas. Vel Libanum vocat Jerusalem: quia sicut mons Libanus fuit plenus arboribus, ita Jerusalem hominibus. Vel ad litteram: In montem Libani ascendit, & succidit ibi arbores præ superbia sua. Vel sic: Ascendi excelsa montium, idest, prævalui potentibus: In summitate Libani, idest summos in sublimioribus dignitatibus positos mihi subjeci. k Cedros] idest potentes.
l Abietes] idest optimates.
m Usque ad terminos] Hoc dicit, quia regiones circa Jerusalem vastavit.
n Saltum] idest Jerusalem, vel populum infructuosum.

a Aquas

carmeli ejus ego succidi. Et bibi *a* aquas alienas, & siccavi vestigiis pedum meorum omnes *b* aquas clausas. *c* Nunquid non audisti, quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis *d* plasmavi illud, & *e* nunc adduxi. *f* Eruntque in ruinam collium *g* pugnantium civitates munitæ, & qui sedent in eis, *h* humiles manu. *i* Contremuerunt ei, k confusi sunt, facti sunt *l* velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est, antequam veniret ad maturitatem. *m* Habitaculum tuum, & egressum tuum, & *n* introitum tuum, & viam tuam ego præscivi, & furorem tuum contra me. *o* Insanisti in me, & superbia tua *p* ascendit in aures meas. Ponam itaque circulum in *q* naribus tuis, & chamum in *r* labiis tuis, & reducam te in viam, per quam venisti. Tibi *s* autem, Ezechia, hoc *t* erit signum: *u* Comede hoc anno, *x* quod repereris, in *y* secundo autem anno, quæ sponte nascuntur. *z* Porro in tertio anno *a* seminate, & metite, plantate vineas, & comedite fructum earum: Et *b* quodcumque reliquum fuerit de domo Juda, *c* mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. *d* De Jerusalem quippe *e* egredientur reliquiæ, & quod salvetur de monte Sion, *f* zelus Domini exercituum faciet hoc. Quamobrem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non ingredietur *g* urbem hanc, nec mittet in eam *h* sagittam, *i* nec occupabit eam clypeus, k nec circumdabit eam munitio. Per viam, qua venit, revertetur, & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus: *l* Protegamque urbem hanc, & salvabo eam *m* propter me, & n propter David servum meum. Factum est igitur in *o* nocte illa, venit Angelus

a Aquas alienas,] idest hujus terræ. Vel aquas alienas de cisternis, vel puteis, quæ dicuntur alienæ, i. absconditæ. *b* Aquas clausas,] idest stantes, quæ dicuntur stagna, & multæ erant, sed præ multitudine exercitus siccatæ sunt: Et ideo, effodi puteos, & cisternas, & bibi. Vel bibi aquas, i. vastavi populos. Aquas clausas, i. populos clausos in munitionibus aquæ penuria cepi; quasi dicat, in transitu meo vastavi Reges, & regiones cum habitatoribus suis. Hæc omnia nondum fecerat Sennacherib, sed præconceperat in animo suo, quæ Prophetæ notificata sunt a Deo. Vel de gentibus intelligitur, quas jam vastaverat. *c* Nunquid, &c.] Responsio Domini contra Sennacherib, quasi dicat, hæc omnia tibi ascribis, non mihi; cum tamen ego sim auctor omnium, & tu tantummodo instrumentum. Unde *Isai.* 10. Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Et hoc est: Nunquid non audisti? Sed quomodo audivit hoc Sennacherib? Responsio: Prophetæ prædixerant.

G

d Plasmavi] Idem *Isai.* 37.

e Nunc adduxi,] quasi dicat, ego ab æterno disposueram, quod sic flagellarem peccatores Judæos per te: Et nunc implevi, ego auctor, tu vero minister. *f* Eruntque in ruinam] Sic construe: Civitates munitæ collium, idest, quæ sunt sitæ in collibus, civitates dico. *g* Pugnantium] contra te, erunt in ruinam, me scilicet auctore, & te ministro. Vel sic: Civitates munitæ collium pugnantium, idest principum contra te pugnantium, erunt in ruinam. Vel sic: Civitates munitæ erunt in ruinam collium, idest, principum pugnantium contra te, quasi dicat, propter munitas civitates, quas volunt defendere, peribunt principes, quas si redderent, non perirent. Vel sic: Civitates munitæ, idest majores munitiones, erunt in ruinam collium, idest minorum munitionum: quia sic destruentur majores ut minores. Unde *Isai.* 37. dicitur sic: Et factum est in eradicationem collium compugnantium, & civitatum munitarum: Habitatores earum, breviata manu contremuerunt.

h Humiles manu.] *Gloss.* idest contracta, & absque virtute. *i* Contremuerunt] a facie tua.

k Confusi sunt,] *Gloss.* Gladio perierunt.

l Velut fœnum] idest cito consumpti. Et nota, quod inutilibus comparantur.

m Habitaculum tuum,] idest mora in terra Juda.

n Et introitum] in terra Judæorum.

o Insanisti] superbiendo, & tibi ascribendo, quod ego feceram. *p* Ascendit in aures meas,] idest, omnia novi, quasi dicat, non te ultra feram blasphemantem.

q In naribus] sicut fit bubalo.

r In labiis tuis,] sicut equo. Vel sic: Ponam circulum in naribus tuis, idest potentia divinitatis, quæ caret principio, & fine sicut circulus, refrenabo tuam superbiam, quæ per nares intelligitur: quia in naribus primo apparet superbia. Unde *Job* 39. Gloria narium ejus terror. Item *Job* 40. Nunquid pones circulum in naribus ejus, aut armilla perforabis ejus maxillam?

s Tibi autem, &c.] Propheta convertit sermonem ad Ezechiam.

t Signum, &c.] tuę liberationis.

u Comede hoc anno, &c.] quasi dicat, hoc erit signum tuę liberationis: Tertio anno recedet Sennacherib in terram suam, non rediturus. Ego autem prædico tibi, quid facies hoc anno, & quid secundo, ut cum videris hęc impleta, scias verum esse, quod prædixi de tertio. Comede hoc anno, idest, primo, a quo scilicet Sennacherib ivit in Ægyptum.

x Quod repereris,] Vel secundum *Isai.* 37. quæ sponte nascuntur. Vel secundum *Septuaginta*, quod prius severas, & in idem redit. Imminente enim messione, irruerunt Assyrii, & vastaverunt segetes, vineas, oliveta. Sed quædam inter ungulas equorum evaserunt, quæ collegerunt Judęi post recessum Rabsacis: De quibus dicunt *Septuaginta*: Quæ prius severas. Vel de conculcatis in terram, quę sponte sine labore hominum germinaverunt eodem anno. De quibus dicit Isaias: Comede, quæ congregaverat victualia, & reposuerat in Jerusalem. De istis dicitur hic: Comede, quę repereris.

y In secundo anno, quę sponte nascuntur, supple comede: Vel secundum Isaiam, pomis vescere, quod idem est. Secundo enim anno dum Sennacherib moraretur in Ægypto, vastans eam: quia Judæis jam defecerant prædicta victualia: Dominus abundanter multiplicavit eis, quæ sponte gignit humus: quibus vixerunt secundo anno.

z Porro in tertio anno] Interfecto exercitu Assyriorum, & fugato Sennacherib in terram suam securi.

a Seminate, & metite, &c.] eodem anno.

b Et quodcumque reliquum fuerit] in agris scil. vel seminibus, idest, quodcumque seminatum fuerit de domo Juda, mittet radicem, & faciet fructum. *Isai.* 37. dicit sic: Id quod salvatum fuerit de domo Juda, & quod relictum est. *c* Mittet radicem, &c.] Et loquitur ad similitudinem arboris, quæ quanto profundius figit radicem tanto copiosius, & altius facit fructum. Et est sensus: Multitudo populi, quæ fugerat de Judæa ante faciem hostium, & receperat se in Jerusalem, ut ibi salvaretur, fugato hoste redibit ad loca sua, & in terram suam, & populabit eam. Et hoc est: *d* De Jerusalem, &c. & quod salvetur] illi scilicet, qui salvati sunt in monte Sion. *e* Egredientur reliquiæ, &c.] & revertentur in terram suam. Isaias dicit: De Jerusalem exibunt reliquiæ, & salvatio de monte Sion.

f Zelus Domini exercituum faciet hoc,] idest dilectio Domini, qua diligit vos, non merita vestra, vel vires facient hoc. *g* Urbem, &c.] quam obsederant.

h Sagittam, &c.] ut interficiat. *i* Nec occupabit eam, &c.] i. non capiet eam, ut ponat in ea clypeum. *k* Nec circumdabit eam] quia diu manens in obsidione.

l Protegamque, &c.] Hoc audito, gavisus est Ezechias, & de consilio Isaiæ, & sapientum, obturavit capita fontium extra urbem, & exitus aquarum, ne redeuntes Assyrii invenirent abundantiam aquarum. Obturavit etiam Gion fontem superiorem, & fecit, ut aquæ ejus influerent in piscinam interiorem, quæ dicitur Siloe: Antequam fecit Ezechias quoddam stagnum, in quo colligerentur aquæ, & reservarentur civibus tempore obsidionis, quod stagnum, *Joan.* 9. vocatur natatoria Siloe. Et dicit *Epiphanius*, quod ad preces Isaiæ, tunc copiosius solito egressæ sunt aquæ Siloe.

m Propter me,] non meritis vestris.

n Propter David servum meum,] idest meritis, & precibus David, vel promissionem factam David.

o In nocte illa venit Angelus] qua scilicet, rediit Sennacherib de Ægypto, obsedit Sennacherib Jerusalem. Et nota, quod non statim post reditum de Ægypto obsedit Sennacherib Jerusalem, imo primo vastavit Judeam, & tandem obsedit Jerusalem. Et in eadem hora, qua obsedit ipse civitatem, percussit Angelus Domini exercitum.

Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Cumque diluculo *a* surrexisset, vidit omnia *b* corpora mortuorum, & *c* recedens abiit. Et reversus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in *d* Ninive. Cumque adoraret in templo Nesrach Deum suum, *e* Adramelech, & Sarasar filius ejus *f* percusserunt eum gladio, fugeruntque in *g* terram Armeniorum, & regnavit *h* Asaraddon filius ejus pro eo.

C A P. X X.

IN *i* diebus illis ægrotavit Ezechias *k* usque ad mortem, & venit ad eum Isaias filius Amos prophetes, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus: *l* Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non vives. *m* Qui convertit faciem suam *n* ad parietem, & oravit Dominum, dicens: Obsecro, Domine, *o* memento, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod *p* placitum est coram te fecerim. *q* Flevit itaque Ezechias fletu magno. Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens: Revertere, & dic Ezechiæ duci populi mei. *r* Hæc dicit Dominus Deus *s* David patris tui. *t* Audivi orationem tuam, & vidi *u* lacrymam tuam, & ecce *x* sanavi te.

a Surrexisset,] Ezechias, vel populus Jerusalem.
b Corpora mortuorum,] interius incinerata. Ignis enim divinus latenter ea incineraverat, salvis spoliis, ita quod Judæi tollentes spolia, excutiebant ex eis pulverem tantum. Et hoc fecit Dominus, ne cadavera putrefacta foeterent, & foetore plus gravarent civitatem, quam vivi.

Eccl. 48. Isai 37. 4 Reg. 19. To. 1.

c Et recedens] cum decem viris tantum, ut dicunt Hebræi.
d In Ninive,] prima urbe regni sui, idest metropoli.
e Adramelech,] Nota: Sennacherib plures habebat uxores, & plures filios. Sed inter uxores suas plus diligebat unam, cujus filium, scilicet Asaraddon præfecerat post se in regnum. Unde Adramelech, & Sarasar majores natu, quam Asaraddon [sed de alia uxore] indignati sunt contra patrem suum, & occiderunt eum, dum oraret in templo Dei sui. In hoc autem ostensus est Sennacherib nequior populo: quia non Angelico gladio, ut populus periit, sed patricidio filiorum. Hebræi dicunt caput, & barbam ei rasam ab Angelo in ignominiam. Et impletum est in eo illud *Isai.* 7. In die illo radet novacula acuta, conducta in Regem Assyriorum, caput, & barbam.

A

2. Paralip. 32. Isai. 38.

f Percusserunt] idest interfecerunt.
g In terram Armeniorum,] *Interl.* scil. Ararath. Item *Gloss.* Ararath regio in Armenia campestris, ubi requievit arca Noe, per quam Araxes fluit, incredibilis ubertatis, ad radices Tauri montis. Ergo & arca Noe non ad montes generaliter Armeniæ delata est, sed ad montes Tauri altissimos, qui Ararath imminet campis.

Gen. 8.

h Asaraddon] *Gloss.* Qui misit habitatores Samariæ, ne terræ manerent incultæ.

E X P O S I T I O C A P. X X.

IN *i* diebus illis ægrotavit Ezechias] ne de miraculoso triumpho extolleretur, vel quia non cantavit canticum Domino post stragem hostium, ut mos erat, sicut Moyses *Exod.* 15. & Anna, 1. *Regum* 2. David, 2. *Reg.* 22. Delbora, *Judic.* 5. *Josephus* dicit, quod obtulit cum populo hostiam, sed non digne gratia egit, quia inflatus erat in animo.
k Usque ad mortem,] secundum naturam inferiorem, non secundum Dei ordinationem.
l Præcipe domui tuæ,] idest, dispone de domo tua, quę disponenda sunt, quasi dicat: fac testamentum tuum.
n Ad parietem,] ipsius porticus templi, juxta quam jacebat, sive succumbebat, idest, vertit se versus templum, ad quod ire non poterat, propter ægritudinem. Vel ad parietem domus suæ, juxta quem jacebat ad plorandum liberius, ut non viderentur lacrymæ.
o Memento,] Hic dicit tria, quæ exiguntur ad salutem, scil. fidem, cum dicit: In veritate. Charitatem, cum dicit: In corde perfecto. Bonum opus, cum dicit: Et quod placitum est, fecerim. Non est arrogantia, sed prudentia. Unde *Gloss.* dicit: Gravis culpa est, hominem sibi arrogare, quod non est: Sic culpa nulla est, si humiliter dicat, quod bonum est. Unde contingit, ut justi, & injusti habeant verba similia, & in quibus Dominus ab his offenditur, in eis verbis ab illis placatur. Ecce Pharisæus se justificat in opere, *Luc.* 18. Ezechias etiam in cogitatione. Unde ille offendit, inde iste Deum placavit, cujus confessionem perfectionis Dominus non despexit, quem mox in precibus suis exaudivit. Verba enim singulorum Deus pensat ex corde ipsorum. Ex hac *Gloss.* patet, quod aliquis in necessitate potest rememorari bonorum, quæ fecit, ad spem, & confidentiam excitandam. Unde *Raban.* Felix conscientia, quæ afflictionis tempore bonorum operum recordatur. *Hieron.* Felix conscientia, quæ in tempore malorum potest recordari bonorum. Unde *Eccles.* 11. In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum, quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique juxta vias suas.
p Placitum] Quando contrivi serpentem æneum, & idola, & vasa templi reparavi.
q Flevit itaque] *Gl.* propter promissionem Domini ad David, quam videbat in sua morte perituram, quia nondum Ezechias filium habebat. Promiserat enim Dominus David, dicens: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Namut dicit *Gloss.* post mortem ejus Manasses, cum duodecim esset annorum, regnare cœpit, ex quo perspicuum est, post tertium annum concessæ vitę Manassen esse generatum.

Psal. 131. De fru. &c. quamobrem.

s David patris tui.] David nominat, ut sic ostendat, quod promissio facta David impleretur. Vel quia ipse fuit imitator David.
t Audivi orationem tuam. Simile *Tob.* 12. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos per diem abscondebas in domo tua, & nocte sepeliebas, ego obtuli orationem tuam Domino. *Psalm* 9. Præparationem cordis ejus audivit auris tua. Item: Ecce oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum. Item: Dixi, confitebor adversum me, &c.] *u* Lacrymam tuam,] *Oseæ* 12. Flevit, & rogavit eum, & in Bethel invenit eum, & ibi locutus est nobiscum. *x* Sanavi te.] Sed Ω quæreret

Psalm. 33. Psalm. 31.

i In diebus illis ægrotavit Ezechias] Fugato Sennacherib ægrotavit Ezechias, sic expulsis tentationibus, & devictis aliqui superbiunt: Quod significatum est 1. *Mach.* 6. ubi legitur, quod Eleazarus interficiens elephantem, sub eodem occubuit: Ubi *Gloss.* Sub hoste, quem occidit, moritur, qui de culpa, quam superat, elevatur. Est igitur superbia ægritudo, non quorumcumque membrorum, sed capitis: quia sicut scriptum est:

Mystice.

Alta petit livor, perflant altissima venti.

Et *Greg.* Superbia natione cęlestis, mentes sublimium inhabitat, & sub cinere, & cilicio latitans, semper nititur ad ortus proprios remeare. *Isai.* 1. Omne caput languidum, &c. Caput sunt Prælati Ecclesię, cor Doctores: Illi languent, isti mœrent. Plus est languere, quam mœrere, quia quanto gradus altior, tanto casus gravior. *l* Præcipe domui tuæ,] Domus est conscientia; habitator spiritus. Domum disponere, est conscientiam ordinare. *Pr.* 25. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi. *m* Qui convertit, &c.] Paries est carnis fragilitas. Convertere ergo faciem ad parietem, est primam respicere infirmitatem. *Cant.* 2. En ipse stat post parietem nostrum. Nostrum dicit, quia assumpsit fragilitatem nobis communem. Ipse stat post parietem, nos citra, quia jam habet gloriam immortalitatis, nos autem adhuc mortales sumus.
q Flevit itaque] Quam sit utilis cordis fletus, hic ostenditur. Dixerat Propheta: Morieris, & non vives. Flevit Ezechias, & statim jubetur Propheta nunciare eidem.
x Sanavi te.] *Sup.* 2. *Reg.* 12. ex quo David dixit: Peccavi Domino, statim audivit a Nathan: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Hoc est, quod dicitur in *Psal.* 84. Misericordia, & veritas obviaverunt sibi.
r Hæc dicit Dominus, &c.] David commemorat hic Propheta: quia ipse speculum pœnitentiæ est. In humilitate, quæ apparuit in responsione Michol, quæ dixit 2. *Reg.* 6. Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris. Dixitque David ad Michol: Vivit Dominus: quia ludam, & vilior fiam plus quam factus sum. In mansuetudine: Quod patuit in Semei maledicenti David. 2. *Reg.* 16. In abstinentia, quod patuit in aqua allata de cisterna Bethlehem, quam libavit Domino, 1. *Paralip.* 11.

Die tertio ascendes templum Domini, & addam *a* diebus tuis *b* quindecim annos. *c* Sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & civitatem hanc: Et protegam urbem istam *d* propter me, & propter David servum meum. Dixitque Isaias: *e* Afferte massam ficorum. Quam cum attulissent, & posuissent super *f* ulcus ejus, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam: Quod erit signum, quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum in die tertio templum Domini? Cui ait Isaias: Hoc erit signum a Domino, quod facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est. Vis, ut *g* ascendat umbra decem lineis,

Ω quæreret aliquis: Nunquid Deus mutavit propositum suum, aut propheta mentitus est, qui dixerat supra, ex revelatione Domini: Morieris, & non vives? Ad hoc dicitur, quod verum est, quod *supra* dixit: Morieris, & non vives, quia secundum causas inferiores moriturus erat; & hoc revelaverat Deus Isaiæ, sed postea voluntate sua addidit Dominus quindecim annos vitæ regis. Unde dicit *Gregorius* super *Isai.* 38. Dominus sententiam mutat, non consilium. Ubi dicit *Gilebertus*: Sententiam debemus intelligere sensus verborum. Et videtur fallum dicere *Gilebertus*, quia hæc verba morieris, & non vives idem significant, & eumdem sensum habent, & ante, & post. Solutio: Sensus verborum triplicem habet respectum, Unum ad rem significatam. Alium ad vocem significantem. Tertium ad intellectum audientis verbum. Primo modo mutatus est sensus verborum, quia ipsæ res mutatæ sunt in se, sed non in Dei consilio. Natura enim, quæ jam defecerat in rege, sciebat Deus se reparaturum ad orationem, & lacrymas ejus; & ita sententia, idest ipsæ res mutatæ sunt, sed non Dei consilium. Secundo autem, & tertio modo non est mutatus sensus verborum, quia in illis verbis idem significatur, & intelligitur quod ante. Sed iterum: Cum Prophetæ legant in speculo æternitatis illud, quod prophetant, quærit *Gilebertus* quomodo Ezechiam esse moriturum, scriptum erat in speculo, cum non esset verum. Et solvitur. Ad hoc, quod Ezechiam esse moriturum, non erat ibi scriptum simpliciter, sed Ezechiam esse moriturum secundum causas inferiores, & hoc erat verum, & hoc vidit, & legit Propheta, & hoc dixit, licet non expresserit hoc. Et ideo propheta non dixit falsum, quia Dominus aliter ordinavit. Sicut si aliquis videret cæcum, & diceret: Ille amplius non videbit, etiam si Dei dispositione ille lumen reciperet, iste non esset mentitus, neque dixisset falsum secundum intentionem suam. Sed iterum quærunt homines: Quid est prophetam legere in speculo æternitatis, & quomodo ibi videt res, & quomodo sunt ibi res? Item aggravant quæstionem, dicentes: Isaias vidit in speculo, & prædixit postea: Virgo pariet, Isaia mortuo statim, & Christo nondum concepto, quærunt, si possibile est Christum non esse nasciturum. Et constat, quod sic, quia dicit *August.* Possibile fuit Deo alius modus liberationis, sed nullus convenientior nostræ miseriæ sanandæ. Inde sic: Necesse est, prophetam hoc vidisse, & dixisse, & hoc contingens quod dixit; ergo possibile fuit, prophetam dicere falsum; ergo falsum potest subesse prophetiæ. Eadem est objectio de fide Abrahæ, quæ credidit Christum nasciturum, & eadem de hoc quod dixit Dominus Petro: Antequam gallus cantet, ter me negabis. Solutio horum reservatur disputationi, quia non est de lectione. *Isai. 7.*

a Diebus] idest diebus, quibus victurus erat secundum causas inferiores, & secundum merita tua. Aliquando enim acceleratur homini mors propter bonum suum. *Sap.* 4. Raptus est Henoch, ne malitia immutaret intellectum ejus. Aliquando propter peccatum suum. *Psalm.* 54. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. Sic Ezechias peccatis suis meruerat vitæ suæ decurtationem, & mortis accelerationem, & jam secundum numerum determinatum erat, quod moriturus erat, & istis annis, quibus jam vixerat, & plus vivere non poterat, addidit Dominus quindecim annos. Unde *Raban.* Facti quæstio solvitur, quod nequaquam dies mortis singulis præfinita sit, sed secundum voluntatem Dei, & ignotis mortalibus causis, vel vivat quis, vel moriatur, præsertim cum & nunc statuta mortis necessitas differatur, & post mortem plurimos resuscitatos legimus. *Matth. 17.*

b Quindecim] *Gloss.* quos non postulaverat. Unde *Gloss.* super *Isai.* 38. dicit: Non annos petiit, sed Deo dimittit, quid præstare velit. Noverat Salomonem Deo placuisse, quia non petierat annos vitæ, 3. *Reg.* 3.

c Sed & de, &c.] *Gl.* Cum vita, regni securitas promittitur.

d Propter] idest, mea gratuita voluntate non exigentia meritorum vestrorum. *f* Super ulcus] Quidam habent, super vulnus. Sed Hebraica veritas habet, super ulcus, quod magis proprie dicitur. Ulcus enim proprie nascitur, vulnus vero infligitur, ut dicit *Raban.* Et constat, quod morbus regis non erat illatus, sed innatus. Quidam putant fuisse apostema, quod dicitur ulcus, cujus sanies in cutis superficiem provocatur, siccioribus ficubus contusis, & appositis supra ulcus. Sed *Aquila*, & *Symmachus*, & *Theodotion* dicunt fuisse morbum regium, qui dicitur lupus, cui quæque dulcia sampta in potu, vel cibo, vel apposita corpori, contraria sunt. Quod si fuit, miraculosa fuit curatio, quia per contrarias res, sanitas restituta est. Si vero fuit ulcus, vel apostema, & non morbus regius, naturalis fuit curatio, quia per appositionem siccarum ficuum putredo interior, foras, vel exterius trahebatur.

g Vis ut ascendat] Ad evidentiam hujus notandum est, quid sit horologium Achaz, & quomodo factum, & quid appellatur linea, quid gradus, & quid sit umbram Solis ascendere, & descendere, & quid sit umbram crescere, vel decrescere, & qualiter exponatur secundum diversos expositores? Sciendum ergo, quod Ω horologium *Eccl. 48.* *Mystice.*

Θ *a* Addam diebus tuis quindecim annos,] Nota, quindenarius constat ex septem & octo. Septenarius significat septem opera misericordiæ, quorum sex tanguntur *Matth* 25. Vestio, poto, cibo, tectum do, visito, solvo. Septimum habetur *Tob.* 4. scilicet mortuos sepelire. Octonarius significat vitam contemplativam, quæ post septenarium perfecte datur a Deo. *Eccles.* 11. Da partes septem, nec non & octo. Vel septenarius refertur ad gratiam, quæ datur in tempore, quod septem diebus agitur. Octonarius refertur ad gloriam, qui post septenarium vitæ præsentis datur electis. *Psal.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus.

e Afferte massam ficorum.] Ficus propter dulcedinem significat peccati delectationem. Unde primi parentes de foliis ficuum fecerunt sibi perizomata, quod fit, quando quis peccatum suum excusare nititur per circomstantias, ut est juventus, potentia, nobilitas, divitiæ, & hujusmodi. Massa ficuum, congeries est peccatorum Hęc affertur, quando habetur recordatio peccatorum, quæ provocat omnem saniem in superficie cutis, quia recordatio peccati facit abominationem; abominatio confessionem inducit. *Luc.* 13. Ecce tres anni sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio; succide ergo illam. Ficulnea peccator est. Primus annus ante legem: Secundus sub lege: Tertius, sub gratia. In primo venit per Patriarchas: In secundo per Prophetas: In tertio per Apostolos: & tamen fructus boni operis non invenit: Succide ergo illam, mortem æternam comminando. Domine, dimitte illam & hoc anno, & effodiam circa illam, & mittam stercora. Quod B. *Gregor.* sic exponit: Ficulneam fodimus, dum mentem carnalem increpamus, dum ad memoriam vitia reducimus. Infructuosæ arbori cophinum stercorum versamus, ut mala, quæ egit, recolat, ex fœtore peccatorum, ad bonum affectus, in charitate pinguescat. *Gen. 3.* *g* Vis ut ascendat, &c.] Notandum primo mystice quid sit Sol, & quid umbra Solis, quid horologium, quid lineæ duodecim, & quid sit umbra Solis ascendere, & quid descendere. Sol est filius Dei. Unde *Malach.* 4. Vobis timentibus, &c. dicitur Sol, quia calefacit, & illuminat. Et umbra Solis, est Christi humanitas, quæ dicitur umbra, quia fit ex objectu corporis ad Solem, & quia refrigerat. *Cant.* 2. Sub umbra illius, quem desideravi, sedi. Horologium est sacra Scriptura. Dicitur enim quasi horęlegium, quia ibi leguntur horæ diei. Ita & de sacra Scriptura duodecim horæ diei spiritualis leguntur, *Joan.* 11. Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulat in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt. Dies est Sol, lucens super terram, hic est Christus illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Duodecim horæ, sunt duodecim Apostoli, & duodecim virtutes per ipsos significatæ. Petrus, fidei cognitio. Andreas, respondens pabulo, operis fortitudo. Joannes, gratiæ consolatio. Jacobus, luctator, pœnitentiæ lucta. Philippus, os lampadis, confessio. Bartholomæus, filius suspendentis aquas, cordis contritio. Matthæus, donum festinationis, eleemosynarum largitio. Thomas, abyssus, carnis mortificatio. Jacobus Alphæus, fugitivus, mundi desertio. Thaddæus, apprehensio principis *Joan. 11.*

Θ dæmo-

Ω horologium erat quasi quidam discus semicircularis, ad modum lineæ corniculatæ, in medio cujus affixus erat quidam stilus, qui dicitur gnomo, a radice cujus extendebantur in horologio duodecim lineæ æque distantes, duodecim horas diei significantes. Et hoc dico secundum *Bedam*. Et ita tot erant ibi gradus quot lineæ, vel ipsæ lineæ vocantur gradus secundum hanc expositionem. Et per singulas horas diei umbra gnomonis descendebat de linea in lineam, peragrans unumquemque gradum. Quando umbra gnomonis est supra primam lineam, tunc prima hora diei incipit, quando est supra secundam, tunc incipit secunda hora, & sic de aliis. Vel potest dici, quod oriente Sole, umbra gnomonis, quando venit supra primam lineam, tunc finita est prima hora diei: quando venit supra secundam lineam, tunc finita est secunda hora diei, & sic de aliis. Et huic sententiæ consentit Symmachus. Unde *Gl.* Gradus *Symmachus* intellexit in lineis horologii, in quo ita erant extructi gradus arte mechanica, ut per singulos umbra descendens horarum spatia terminaret. Erat autem hora diei decima, quando Isaias hæc loquebatur regi, & umbra gnomonis descenderat in horologio per decem lineas. Et dedit Isaias optionem signi, utrum scil. vellet, quod Sol, sive umbra gnomonis staret per decem lineas immotus, vel rediret subito ad ortum, & iterum inchoaret diem. Utrumlibet autem fieret, decem horæ adderentur diei. Juxta hoc ergo sic exponitur littera: Vis ut ascendat umbra gnomonis in horologio, i. immota in ascensu suo, i. in loco, ad quem jam ascenderat tanto tempore, quo solet umbra Solis decem lineis in horologio ascendere. Ascensus autem dicitur progressus umbræ de linea ad lineam, sicut in numeris dicitur ascensus, progressus de minori numero ad majorem. Et fit iste ascensus in horologio secundum descensum Solis. Progressus vero umbræ de linea ad lineam, est ascensus ejus. *a* Aut ut] subito per australem plagam, qua venerat, i. in instanti ad ortum suum feratur, iterum inchoans diem. Huic expositioni consonat Hebræus, qui sic habet. Vis, ut stet umbra decem lineis, an ut revertatur? In Isaia non fit mentio de ascensu umbræ, sed tantum de reditu Solis ad ortum. Unde ibi dicitur: Hoc erit signum a Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus est: Ecce reverti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in Sole retrorsum decem lineis, & reversus est Sol decem lineis per gradus, quos descenderat. Sed quia descensus Solis, i. progressus ad occasum facit ascensum umbræ, ideo bene tacuit Isaias de ascensu umbræ, satis exprimens illum per descensum Solis. Sed quomodo stabit, quod sequitur: *b* Facile est, &c.] Quia non restabant in horologio nisi duæ lineæ, & duæ horæ diei, quia dicit *Gl.* quod decima hora diei dixit hoc propheta regi. Præterea, inconsequens videtur esse responsio regis. Isaias enim quæsierat: Vis, ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur? Et rex dixit: Facile est umbram crescere decem lineis. Nec hoc volo, ut fiat, sed ut revertatur decem gradibus. Si dicatur, quod umbram crescere, est umbram in suo cremento stare, sicut umbram ascendere, est eam in ascensu suo stare, tunc falsum est, quod dicit. Facile est umbram crescere decem lineis, imo impossibile secundum naturam. Ad hoc potest dici, quod a diversis diversimode exponitur. Unde ista littera: [Vis ut ascend. umbr. 10. lin. &c.] diversis modis exponitur. Primo sic: Vis, ut stet in ascensu suo tanto spatio, quod posset decem lineas peragrasse? Et respondit rex. Nolo hoc, quia facile est, umbram crescere decem lineis, i. stare incremento suo, spatio decem horarum. Et dicit, quod hoc facile est, non quod secundum naturam posset hoc fieri, sed quia jam semel contingerat *Josue* 10. Reditus vero Solis nondum acciderat, ideo illud quasi difficilius perelegit. Hæc expositio satis plana est, & vera, secundum quod ascensus umbræ, & progressus per lineas idem est. Secundo sic exponitur in *Gl.* [Vis ut ascen. &c.] i. decem horis præcedat Sole procedente super terram, per plagas boreales versus Orientem, sicut quotidie procedit Sol per noctem, sub terra, & sic completis decem horis, statim redeat Sol ad locum ubi nunc est. Et sic fieret duplex miraculum. Unum, quod semper dies esset, Sole lucente super terram: Aliud, quod in decem horis pertransiret spatium duarum horarum residuarum diei, & spatium duodecim horarum noctis, & spatium decem horarum a mane usque ad decimam horam, qua venit Isaias ad regem. Hoc noluit rex eligere, quia Solem redire versus Orientem per plagas boreales super terram naturale est: Et singulis annis hoc contingit circa festum S. Joannis, in insula Tile, ubi aliquando dies est sine nocte. Unde *Rab.* dicit *in Gloss.* Qui in insula Tile, quæ est ultra Britanniam, vel in Scytharum finibus degunt, omni æstate diebus aliquot vident, quomodo Sol ab Occidente ad Orientem humilis redeat. Nunquam hi, qui interiora Austri incolunt, viderunt Solem per meridianas plagas ad Orientem ab occasu redire. Et hoc est, quod dixit rex: Nolo ut hoc fiat, sed ut per plagas Boreales ascendat umbra, i. versus Orientem redeat, Sole procedente super terram, quia facile est, umbram crescere decem lineis, i. ascendere prædicto modo. Facile quidem respectu, scilicet alterius partis, quia naturale est, illud autem non. Tertio sic exponitur: Vis ut ascendat umbra decem lineis, idest, ita tarde moveatur pertranseundo duas horas diei residuas, quod interim decem horæ possent elabi: Et hoc facilius est, quam aliquod aliorum, & ideo noluit illud eligere Ezechias. Et hoc est: (Facile est umbram, &c.) idest, decem horarum

> an ut *a* revertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: *b* Facile est, umbrã crescere decẽ lineis: Nec hoc volo, ut fiat,

Isai. 38.

Ω dæmonum interfectio. Simon, obediens; abrenunciatio propriæ voluntatis. Matthias, dono indigens, possessio paupertatis. Hic est ultimus gradus in descensu, sed certe primus in ascensu. *Matth.* 5. Beati pauperes, &c. Duodecim lineæ horologii sunt. Per sex ascendit umbra Solis usque ad meridiem, per sex descendit usque ad occasum. Hæc sunt duodecim opera præcipua, quibus Dei filius in nostram cognitionem descendit. Sex in lege, sex in Evangelio. Tria prima fuerunt justitiæ, alia omnia misericordiæ, quia misericordia superexaltat judicium. *Jac.* 2. Primum fuit in superbi Luciferi dejectione. *Is.* 14. Secundum in Adæ peccatoris de paradiso expulsione, *Gen.* 3. Tertium in diluvii inundatione, *Gen.* 7. Per primum, purgatum est cœlum. Per secundum, paradisus. Per tertium, totus mundus. In primo vindicatur superbia. In secundo, gula. In tertio, luxuria. Quartum fuit in liberatione filiorum Israel, *Exod.* 12. Quintum in legis datione, *Exod.* 20. Sextum in hostium Israel exterminatione, *Numeri* per totum. Prima tria fuerunt justitiæ, hæc tria ultima sunt misericordiæ. Per primum opus misericordiæ peccati servitus relaxatur. Per secundum, ignorantiæ tenebræ fugantur. Per tertium, libertas securitatis redditur. Hæ sunt sex lineæ, sive gradus, per quos ascendit Sol usque ad meridiem, humanæ cogitationis. Sex aliæ sunt, per quas descendit usque ad occasum propriæ passionis. Primum est Christi incarnatio, *Luc.* 1. Missus est Angelus Gabriel, &c. Secundum est circumcisio, *Luc.* 2. Tertium baptismi susceptio, *Luc.* 3. Quartum, post famen tentatio, *Matth.* 4. Quintum miraculorum operatio. Sextum mortis perpessio. In primo minoratus est filius Dei ab Angelis paulo minus. In secundo multo minus. In tertio omnem gradum humilitatis in se implevit, *Matth.* 3. Sic decet nos implere omnem justitiam. In quarto diabolum superavit. In quinto fideles suos in fide roboravit miraculis. In sexto januam paradisi reseravit. Ecce porta aperta est: Contendite ergo intrare per angustam portam, *Matth.* 7. Ne cum sponsus cum sponsa intraverit, claudatur janua, de cetero non reseranda. Dic ergo cum *Zach.* 11. Aperi, Libane, portas tuas. Et respondet Dominus: Hæc porta Domini, justi intrabunt per eam, q.d. quid pulsatis ad januam? soli recti intrabunt per eam. Ecce gradus duodecim, per quos umbra Solis descendit usque ad occasum. Et bene dicitur, umbra Solis, & non Sol, quia Sol divinitatis occasum nesciens, umbram humanitatis in mortem emisit. Quod significatur in lege *Lev.* 14. per duos passeres, quorum alter occidebatur, alter vivus dimittebatur in leprosi mundatione. Item per duos hircos *Lev.* 16. Per hos duodecim gradus descendit ombra Solis ad occasum. Per alios duodecim reversus est Sol ad ortum: Oritur quidem Sol, & occidit, & ad locum suum revertitur, ibique renascens, girat per meridiem. Primus gradus est resurrectio: ultimus est ascensio: Decem medii sunt decem apparitiones, quibus per resurrectionem apparuit amicis suis. Primo Magdalenæ, *Jo.* 20. Secundo mulieribus, *Matth. fin.* Tertio Petro, *Luc. ult.* Quarto duobus discipulis euntibus in Emaus, *Luc. ult.* Quinto 11. Apostolis, *Luc. ult.* Sexto Apostolis, *Jo.* 20. Septimo ad mare Tyberiadis, *Jo.* 21. Octavo in Galilæa, in monte ubi constituerat Dominus 11. Apostolis, *Matth. fin.* Nono in Jerusalem in cœnaculo 11. recumbentibus exprobrans incredulitatem eorum, *Marc. fin.* Decimo in monte Oliveti, quando ascendit, *Luc. fin.* Secundum *Andream* 24. erant lineæ, quæ sunt 24. seniores, 12. veteris, & 12. novi testamenti, de quibus *Apoc.* 4. In circuitu sedis 24. sedilia, & supra thronos 24. seniores sedentes, circumamicti stolis albis

Miss.

Ps. 8.

Matth. 25.

Ps. 117.

Eccl. 1.

sed ut *a* revertatur retrorsum decem gradibus. *b* Invocavit itaque Isaias Propheta Dominum, & *c* reduxit umbram per lineas, quibus jam *d* descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. In tempore *e* illo, misit Berodach Baladam filius Baladam Rex Babyloniorum litteras, & munera ad Ezechiam: Audierat enim, quod ægrotasset Ezechias. *f* Lætatus est autem in adventu eorum Ezechias, & ostendit eis *g* domum aromatum, & *h* aurum, & argentum, & pigmenta varia, unguenta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia, quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit *i* verbum, quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Venit autem Isaias Propheta ad Regem Ezechiam, dixitque ei: k Quid dixerunt viri isti, aut unde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: De *l* terra longinqua venerunt ad *m* me, de *n* Babylone. At ille respondit: Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: Omnia quæcumque sunt in *o* domo mea, viderunt. Nihil est enim, quod non monstraverim eis in thesauris meis. Dixitque itaque Isaias Ezechiæ. Audi sermonem Domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in *p* domo tua, & quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem. Non remanebit quicquam ait Dominus. Sed & de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & *q* erunt

Mystice. tarum spatio, duas horas diei peragrare residuas, idest, facile est umbram procedere cursu suo naturali. Vel crescere dicit umbram, quia longiores sunt umbræ vesperi, ut dicitur. *Jerem.* 6. Andreas ponit in horologio 24. lineas, inter quas facit duodecim gradus. Erant enim lineæ sic dispositæ: In principio gradus erat una linea, in termino altera, & quando Sol oriebatur statim umbra stili erat supra primam lineam, & quando veniebat umbra super alteram lineam, tunc erat terminata una hora, & statim sequebatur alia linea, quam intrabat umbra stili, & incipiebat secunda hora, qua terminata, intrabat tertiam lineam. Et ita quælibet hora habebat duas lineas, unam in principio, aliam in fine, & gradus, sive spatium inter duas lineas, erat spatium 1. horæ. Secundum hanc dispositionem aliud est linea, aliud gradus, quia tantum 12. gradus, & 24. lineæ. Secundum hoc sensus est: [Vis ut as. um. x. li.] idest subito fiat transitus 10. linearum: Et ita satis levis est ista dispositio, & satis evidens. Sed objicitur: Umbra gnomonis descenderat in horologio 10. lineis tantum, hoc dicit textus, ergo non fecerat Sol, nisi quinque horas, quod est contra *Gl. Raban.* quæ dicit, quod erat hora 10. quando Propheta dixit hoc Regi. Item alia *Gloss. super Isai.* 38. Reversus est Sol per decem lineas, & per decem gradus a 10. hora ad primam.

a Sed ut revertatur] in instanti. Elegit autem, ut reverteretur Sol per gradus, unde descenderat. Nam si staret, alicui causæ naturali posset ascribi: Vel quia jam factum fuerat hoc sub *Josue cap.* 10. ideo signum elegit inauditum. *b* Invocavit] idest, rogavit. *c* Reduxit] Dominus, & subito. *d* Quibus jam descenderat] idest, versus occidentem venerat. Nota, secundum diversos diversimode dicitur ascensus, vel descensus umbræ in horologio. Uno modo dicitur ascensus umbræ progressus de linea in lineam, sic dictum est in prima expositione. Idem progressus dicitur, & descensus. Secundum hoc umbra per 10. lineas ascenderat, & per 10. lineas descenderat, quod idem est, descensus, & ascensus ejus in diversis respectibus. Ascensus est ad majorem numerum linearum. Descensus ab Oriente ad Occidentem progressus. Vel sic umbra gnomonis in meridie, minima est; in mane, & in vespere, maxima. Unde a mane usque ad meridiem semper decrescit, & ita descendit: A meridie usque ad vesperam semper crescit, & ita ascendit. Secundum hoc idem est decrementum umbræ, & descensus, & crementum idem est quod ascensus. Secundum hoc dicitur umbra descendisse 10. lineis, synecdochice, quia majore parte 10. horarum, i. sex horis descenderat, & quatuor ascenderat, a 7. hora usque ad 10. Vel sic: Sol in Zodiaco ascendit usque ad meridiem, de meridie descendit usque ad vesperam. Umbra enim dicitur in horologio ascendere, vel descendere, quando Sol ascendit, vel descendit in Zodiaco. Sol jam ascenderat usque ad meridiem, & descenderat usque ad 10. horam, idest, quatuor horis. Secundum hoc sic expone: Reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat, idest, quas ipsa in descensu existens, tunc transierat. Erat enim in 10. linea descendens ad occasum. Vel descenderat, dicit respectu gnomonis. Horologium enim ita dispositum fuerat, quod gnomo, qui faciebat umbram, superior erat ad umbram, quam faciebat, ut patet in virga affixa parieti versus meridiem: Vel gnomo erectus esset in columna, & paries esset contra, in quo essent lineæ. *e* In tempore illo, &c.] Ex hoc loco probat *Gloss.* quod aliud est regnum Assyriorum, aliud regnum Babyloniorum. Supra enim dictum est, quod mortuo Sennacherib rege Assyriorum, regnavit pro eo Asaraddon, & ægrotavit Ezechias, & recepit sospitatem, reverso Sole ad ortum lere duplicato. Hic dicitur, quod in illo tempore, i. in anno eodem, quo hæc facta sunt, misit Berodach Rex Babyloniorum litteras, & munera Ezechiæ regi Juda petens, ut ei socius esset, & amicus, contra Assaradoch regem Assyriorum: Nam eo tempore rex Medorum, & rex Babyloniorum recesserant a Monarchia Assyriorum sub Assaradoch. Præcipua tamen causa hujus legationis creditur hæc fuisse: Chaldæi vigebant in astronomia, neque poterant invenire secundum artem suam causam, quare fere in duplum dies protensa fuerat, & tandem audierunt hoc esse factum pro Jerosolymorum rege, & miserunt nuncios, ut sciscitarentur veritatem rei, qua comperta, miserunt regi munera, ut honorarent hominem, quem honoraverat Deus eorum, scilicet Sol, quem colebant: Et hoc est, [In illo tempore, &c.] Berodach Baladan, duo nomina sunt, sicut Simon Joannis, idest, filius. Unde exponit se subjungens, filius Baladan. Aliqui libri habent Maradach, vel Merodach, quod interpretatur amara procacitas. *Gloss.* dicit, quod ille Berodach fuit pater Nabuchodonosor secundum Hebræos.

D *Isai.* 38.

E

f Lætatus] elatus in animo suo. 2. *Paral.* 32. dicitur: Lætatus est ergo in adventu legatorum, & donatione munerum, & gratulatione sanitatis suæ.

g Domum aromatum,] idest, cellam pigmentariam, quæ 3. *Reg.* 9. dicta est neptota: Vel domum aromatum dicit domum quamdam, in qua jacebant reges sepulti, conditi aromatibus. Vel ut quidam volunt, domum aromatum vocat hic domunculam quamdam, quæ erat in templo seorsum, ubi thus, & thymiama, & ceteræ species aromatum servabantur ad usus templi, ubi introducere Gentiles nefas erat. Secundum *Epiphanium* domus erat longissima, quam fecerat Salomon, cujus aditus occultus erat, longe e civitate, ignotus universo populo, & pluribus sacerdotibus: Ibi posuerat rex aurum, & argentum, & aromata, quæ advecta erant de Æthiopia. In ea erant tres ordines sepulchrorum. Primo erant sepulchra regum. Postea sepulchra Pontificum. Ultimo sepulchra Prophetarum. Hoc ergo secretum David, & Salomonis, denudavit Ezechias gentilibus, & ossa paterna contaminavit ex præsentia profanorum, ideo ab ipso die factus est sterilis, ex quo sequitur, quod peccavit in facto illo. Sed contra *Eccl.* 49. præter David, & Ezechiam, & Josiam, omnes reges commiserunt peccatum. Solut. Omnes alii peccaverunt, peccato, scil. idololatriæ, isti non. Vel aliter: Omnes alii peccaverunt, idest, peccatores extiterunt, respectu istorum, sicut *Ezech.* 16. dicitur Jerusalem justificasti sorores tuas, in omnibus abominationibus tuis. *h* Aurum, & argentum,] *Gloss.* Thesauros auri, & argenti.

i Verbum,] i. res digna verbo. *Gloss.* Quæritur, quare non prohibuerit Dominus Ezechiam per prophetam, ne ostenderetur domus Domini alienigenis, &c. Sol. est ut nota fierent, quæ erant in corde ejus, idest occulta elatio mentis, qua coram Domino peccavit, ad notitiam hominum per factum pravi operis perduceretur.

k Quid dixerunt, &c.] Quærit non ignorans. Et quæritur hoc ideo, ut ex propriis verbis reprehendatur rex.

l De terra] *Gloss.* Cum supercilio legendum est, q. d. quanto terra longinquior, unde venerunt, tanto ego gloriosior, propter quem venerunt. *m* Ad me,] Debuerat dicere ad glorificandum Deum pro signi magnitudine.

n De Babylone.] *Gl.* Quæ in orbe potentissima est. Et videtur falsum, imo Assyria potentior erat, quia ibi erat monarchia. Sol. In illo anno recesserunt rex Medorum, & rex Babyloniorum a dominio Assyriorum, & jam cœperat rex Babyloniæ potentior esse. *o* In domo] *Gl.* Tacet, de quo verebatur offensam, quod ostenderat eis cuncta, quæ haberet in potestate sua, inter quæ præcipua erat templi supellex. *p* In domo tua,] Non tuo, sed patrum labore quæsita. *q* Et erunt eunuchi, &c.] Hoc fabulantur

Hebræi

Hebræi impletum esse in Daniele, & sociis ejus, qui captivi ducti sunt cum Joachim filio, idest, nepote Josiæ, *infra* 24. Sed verius est, ipsos non fuisse eunuchos corpore, sed mente. Sunt enim eunuchi natura, violentia, gratia. Unde Dominus. *Math.* 19. Sunt eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab homine. Et sunt eunuchi, qui castraverunt seipsos propter regnum Dei, &c.

eunuchi in palatio Regis Babylonis. Dixit Ezechias ad Isaiam: Bonus sermo Domini, quem locutus est: Sit tantum pax, & veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo ejus, & quomodo fecerit piscinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda?

CAP. XXI.

DORMIVITQUE *a* Ezechias cum *b* patribus suis, & regnavit *c* Manasses filius ejus pro eo. Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset, & quinquagintaquinque annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Aphsiba. Fecitque malum in conspectu Domini, *d* juxta idola gentium, quæ delevit Dominus a facie filiorum Israel. *e* Conversusque est, & ædificavit *f* excelsa, quæ *g* dissipaverat Ezechias pater ejus, & erexit aras Baal, fecit lucos, sicut *h* fecerat Achab Rex Israel, & *i* adoravit omnem *k* militiam cœli, & *l* coluit eam. Extruxitque aras in domo Domini, *m* de qua dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum, & extruxit altaria universæ militiæ cœli, in duobus atriis templi Domini: Et transduxit filium suum per ignem, & *n* ariolatus est, & observavit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, & irritaret eum. *o* Posuit quoque idolum luci, quem fecerat in templo Domini, *p* super quo locutus est Dominus ad David, & ad Salomonem filium ejus: In templo hoc, & in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum, & ultra non faciam commoveri pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum, sic tamen si custodierint opere omnia, quæ præcepi eis, & universam legem, quam mandavit eis servus meus Moyses. Illi vero non audierunt, sed deducti sunt a Manasse, ut facerent malum super *q* gentes, quas contrivit Dominus a facie filiorum Israel. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum Prophetarum, dicens: Quia fecit Manasses Rex Juda abominationes istas pessimas, super omnia, quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam *r* Judam in immunditiis suis, propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Jerusalem, & Judam, ut quicumque audierit, *s* tinniant ambæ aures ejus: Et extendam super Jerusalem funiculum *t* Samariæ, & *u* pondus domus Achab, & delebo Jerusalem, sicut *x* deleri solent tabulæ: Delens vertam, & *y* ducam crebrius stilum super faciem ejus. *z* Dimittam vero *a* reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus *b* inimicorum ejus, eruntque in vastitate, & in rapina cunctis adversariis suis, eo quod fecerint malum coram me, & perseveraverint irritantes me, ex die, qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto usque ad diem hanc. Insuper & *c* sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Jerusalem usque ad *d* os, absque peccatis suis, quibus peccare fecit Judam, ut faceret malum coram Domino. *e* Reliqua autem sermonum Manasse, & universa, quæ fecit, & peccatum ejus, quod peccavit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum

EXPOSITIO CAP. XXI.

DOrmivitque *a* Ezechias, &c.] De morte Ezechiæ, de regno Manasse filii ejus, & morte ejusdem.

A — 2. Par. 33.

b Cum patribus] 2. *Paralipom.* 32. dicitur, quod sepultus est Ezechias super sepulchra regum, quia ut dicit hic *Gloss.* ejus sepulchrum est excelsius fabricatum, causa pietatis, qua coluit Deum.

Isai. 1.

c Manasses] *Gloss.* Cujus tempore Isaias (ut tradunt Hebræi) lignea serra per medium sectus est, quia principes Sodomorum appellavit eos,

B

vertentes ei in crimen, quod dixerat: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. *Isaiæ* 6. *Exod.* 33. Deo dicente: Non videbit me homo, & vivet. Unde nota, quod de isto Manasse dicit *Chrysost. super Matt.* 1. Cum ægrotasset Ezechias, & venisset ad eum Isaias, vocavit Ezechias Manassen, & cœpit ei mandare, quomodo timeret Deum, & regnum regeret, & similia. Et dixit Isaias: Vere non descendunt verba tua in cor ejus, sed & meipsum oportet per manus ejus interfici.

Sup. 36. — C

Quod audiens Ezechias volebat filium interficere, dicens: Melius est sine filio mori, quam talem filium relinquere. Et postea dicit *Chrysost.* Tenuit autem vix eum Isaias dicens: Irritum faciet Deus consilium tuum hoc. Item *Gl.* Manasses ad idola se convertit, & abominationes. Locuto Domino ad eum, attendere noluit, ideo vinctus ductus est in Babylonem. Qui coangustatus oravit Dominum attente, & egit pœnitentiam valde, & exaudita est oratio ejus, & reduxit eum in regnum suum, & cognovit Manasses, quod Dominus ipse est Deus. Ergo post commissa scelera nullus de misericordia Dei desperet, sed magis per pœnitentiam spem veniæ habeat. *d* Juxta, &c.] idest, juxta gentes idololatras: unde 3. *Paral.* 33. dicitur. Juxta abominationes gentium. *e* Conversusque est,] ad idola a via patris sui. *f* Excelsa,] idest, fana in excelsis. *g* Dissipaverat] *supra* 18. *h* Fecerat] 3. *Reg.* 16. *i* Adoravit] corpore.

k Militiam] idest, Solem, & Lunam, & ceteros planetas. *l* Coluit] mente. *m* De qua] scilicet domo. *n* Ariolatus,] & fecit divisiones circa aras. Hæc omnia prohibita sunt in lege. Unde *Deuter.* 18. Cave, ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inveniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam suam, ducens per ignem, aut qui Ariolos sciscitetur, aut observet somnia, aut auguria. Nota: Augures sunt garritus avium attendentes. Aruspices astrorum inspectores. Arioli fibrarum inspectores circa Aras. Pythones ventriloqui, qui per spiritum malignum loquuntur.

o Posuit] De hoc idolo quid, & quale fuerit, non bene scitur. Sed *Cantuar.* sic exponit. Fecerat idolum luci, idest, fecerat lucum, in quo posuit idolum, & vocavit idolum luci.

1. q. 7. c. 24

p Super quo] scilicet templo.

q Supra gentes,] Supra dixerat juxta gentes, modo supra gentes. Utrumque verum est, quia simile peccatum gentibus fecit, scil. idololatriam, sed in eodem peccato plus peccavit.

r In Judam] qui dignior erat Israel, quasi dicat: Non solus ipse peccavit, sed etiam Judam peccare fecit, i. ad idololatriam allexit.

s Tinniant] aures ex timore, & stupore. Simile. 1. *Reg.* ubi dicitur: Ecce ego facio verbum hoc in Israel, & quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus.

t Samariæ,] idest, sicut feci Samariæ, sic faciam Jerusalem. *u* Pondus] idest similem oppressionem. *x* Deleri] Tabulæ delentur, sed tabulæ manent, & scripta in tabulis complanantur, sic Jerusalem, & domus Domini, & omnia ædificia delebuntur.

y Et ducam] sicut facit, qui omnino vult delere scripturam. *z* Dimittam] idest, amplius non protegam. *a* Reliquias] idest populum Juda, qui relictus fuit captivus in Israel. *b* Inimicorum] scilicet Babyloniorum. *c* Sanguinem] idest Prophetarum, inter quos serratus fuit Isaias avus maternus Manasse, secundum Hebreos, vel affinis, secundum alios. Dicit enim, *Beda* Isaiam fuisse socerum ejus, quem dum secari faceret Manasse lignea serra, in principio sectionis petiit potum aquæ, & cum nollent ei dare, Dominus misit de sublimi aquam in os ejus: ob quam missionem confirmatum est nomen Siloe, quod interpretatur missus, juxta Siloe enim fuit serratus Isaias, & sepultus juxta transitum aquarum, quem fecerat Ezechias sub quercu Rogel. *d* Usque] idest usque ad summum, & est metaphorice dictum, quasi dicat, abundanter fudit. *e* Reliqua autem]

autem, &c. 2. *Paral.* 33. legitur de pœnitentia ejus, quia vinctus fuit a Rege Babyloniorum, & ductus est in Babylonem, & ibi tormentis afflictus, intellexit hoc esse pro peccatis suis, & oravit ad Dominum, & misertus Dominus reduxit eum in regnum suum, & tunc destruxit idola.

a Immunditiis,] idest, idolis; quibus serviebat pater ejus. Non videtur hoc verum, quia Manasses, quando pœnituit, omnia idola destruxit. Solutio.

b Quibus] idest qualibus. Vel eadem dicuntur idola, quia ejusdem, scilicet Baal.

c Tetenderuntque] scilicet Ammon regi.

c Josias] *Gloss.* Josias omnem spurcitiam idolorum emundavit, & se in Dei cultu strenue exercuit, sicut de illo longe ante prædictum est per Prophetam. Item nota: Josias interpretatur sacrificium Domini, vel salus Domini, vel fortitudo Domini. De illo Josia dicitur *Eccles.* 49. Memoria Josiæ in compositione odoris facta, est opus pigmentarii. In omni ore, quasi mel dulcorabitur ejus memoria, & ut musica in convivio vini. De hoc etiam Josia dixit *Josephus*, quod quarto anno regni sui, qui erat duodecimus ætatis suæ, pietatem, & justitiam mirabilem in se demonstrans seipsum ab idololatria revocabat, & opera prava velut senior emendabat. Octavo anno regni sui, civitatem, & totam provinciam a cultu idolorum ita purgavit, ut nullum penitus vestigium superesset. Scrutabatur enim domos, ne aliquid latenter remaneret suspectum. Et in omni casu justitiam coluit, tanquam animæ suæ medicinam. Misit etiam in totam provinciam, ut unusquisque offerret munera ad templi reparationem, pro sua voluntate, & præposuit huic operi Helchiam sacerdotem magnum, & Amasiam, qui erat supra civitatem, & Saphan cancellarium templi. Et ita facta est reparatio templi fideliter, & indilate. Tertiodecimo anno ejus exortus est Jeremias prophetare, & prophetavit usque ad eversionem urbis 41. annis, præter illud tempus, quo prophetavit in Ægypto in Taphnis. *Jerem.* 43. Incepit autem prophetare, cum adhuc puer esset. Unde cum mitteretur a Domino, dixit A, a, a, &c. *Jerem.* 1. Prophetavitque contra duas Tribus, idest; Judam, & Benjamin.

(margin: D; 4. *Reg.* 23.; A; 2. *Par.* 34.; B; C)

dierum regum Juda? Dormivitque Manasse cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Ozam, & regnavit Ammon filius ejus pro eo. Viginti & duorum annorum erat Ammon, cum regnare cœpisset, duobus quoque annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Messalamech, filia Arus de Jetheba. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater ejus, & ambulavit in omnia via, per quam ambulaverat pater ejus: Servivitque *a* immunditiis, *b* quibus servierat pater ejus, & adoravit eas: Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & non ambulavit in via Domini. *c* Tetenderuntque ei insidias servi sui, & interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem populus terræ omnes, qui conjuraverant contra Regem Ammon, & constituerunt sibi Regem Josiam filium ejus pro eo. Reliqua autem sermonum Ammon, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Juda? Sepelieruntque eum in sepulchro suo in horto Ozam, & regnavit *c* Josias filius ejus pro eo.

C A P. X X I I.

OCTO *d* annorum erat Josias, cum regnare cœpisset, & 31. anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Idida, filia Phadaja de Besechath. Fecitque, quod placitum erat coram Domino, & ambulavit per omnis vias David patris sui: Non *e* declinavit ad dextram, sive ad sinistram. Anno autem 18. Regis Josiæ, misit *f* Rex Saphan filium Asua, filii Mesulam, *g* scribam templi Domini, dicens ei: *h* Vade ad Helchiam sacerdotem magnum, ut confletur pecunia, quæ illata est in templum Domini, & quam collegerunt janitores templi a populo, deturque fabri per præpositos domus Domini: Qui & distribuant eam his, qui operantur in templo Domini, ad instauranda *i* sartatecta templi, *k* tignariis videlicet, & cæmentariis, & his, qui *l* interrupta componunt, & ut emantur ligna, & lapides de lapidicinis, ad instaurandum templum Domini. Verumtamen non *m* supputetur eis argentum, quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide. Dixit autem Helchias Pontifex ad Saphan scribam: Librum *n* legis reperi in *o* domo Domini. Deditque Helchias volumen Saphan scribæ, qui & legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad Regem, & renunciavit ei, quod *p* præceperat, & ait: Conflaverunt servi tui pecuniam, quæ reperta est in domo Domini, & dederunt, ut distribueretur fabris a *q* præfectis operum templi Domini. Narravit quoque Saphan scriba regi, dicens: Librum legis dedit mihi Helchias sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram rege, & audisset rex verba libri legis Domini, scidit *r* vestimenta sua, & præcepit Helchiæ sacerdoti, & Aicham filio Saphan, & Achobor filio Micha, & Saphan scribæ, & Asiæ servo regis, dicens: Ite, & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Juda de *ſ* verbis voluminis istius, quod inventum est. Magna enim ira Domini succensa est contra nos, quia *t* non audierunt patres nostri verba libri hujus, ut facerent omne, quod scriptum est nobis. Ierunt itaque Helchias sacerdos, & Aicham, & Achobor, & Saphan, & Aha, ad *u* Oldam propheten, uxorem Sellum, filii Thecue, filii Araas, custodis vestium, quæ habitabat in Jerusalem in *x* secunda: Locu-

E X P O S I T I O C A P. X X I I.

OCto *d* annorum, &c.] *e* Non declinavit, &c.] idest, non superbivit in prosperis, nec dejectus est in ad-

versis, Utrobique justus. *f* Misit rex] Josias scilicet.

g Scribam] idest, cancellarium.

h Vade, &c.] Quidam dicunt hunc Helchiam fuisse patrem Jeremiæ, sed non est verum. Non enim legitur, quod pater Jeremiæ fuerit summus sacerdos. Verumtamen sacerdos: Unde *Hieronymus super* 2. *Paralip.* 35. dicit, quod area fuit in domo Sellum, patrui Jeremiæ, patris Ananeel, viri Oldæ prophetissæ, qui habitabat in Jerusalem in secunda. *Jer.* 32. Ecce Ananeel, filius Sellum, patruelis tuus, veniet ad te.

i Sartatecta] idest, ruinas tectorum.

k Tignariis] qui faciunt tigna. [Cæmentariis] qui componunt lapides in muro cum cæmento.

l Interrupta] muri.

m Non supputetur] idest, non exigatur ab eis ratio expensarum, sed eorum fidei committatur.

n Librum] Forte arcam aperuit, & invenit Deuteronomium, quem Moyses fecerat reponi in ea. *Deuteronom* 31. & misit eum Josiæ per Saphan.

o In domo] idest, in templo.

p Quod præceperat,] fieri, idest, narravit qualiter factum fuerat, quod ipse præceperat fieri.

q A præfectis] scilicet Helchia, Amasia, Saphan.

r Scidit] præ timore. Audivit enim maledictiones scriptas in transgressores legis, & crebras comminationes in idololatras, quod ejiceret eos de terra, sicut ejecerat ante eos Amorrhæos, & mirabatur, quod adhuc essent in terra, & timuit imminere captivitatem.

ſ De verbis] quid, scilicet faciemus, quia non legimus ea, nec fecimus ea.

t Quia non audierunt] Et ideo, nec nos audivimus. Si enim patres audissent, narrassent filiis, juxta illud *Deuteron.* 32. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; majores tuos, & dicent tibi.

u Ad Oldam] Sed quare non venerunt ad Jeremiam Prophetam? Quidam dicunt, quod adhuc puer erat, necdum inceperat prophetare. Sed hoc falsum est, quia Jeremias incepit prophetare 13. anno Josiæ, & hic annus erat 18. Ideo dicunt alii, quod non invenerunt Jeremiam, & ideo venerunt ad Oldam. Vel forte adhuc novus propheta erat, & quasi nullius auctoritatis.

x In secunda.] idest, in secundo ambitu murorum, quem fecerat Ezechias, ut legitur 2. *Paralip.* 32. triplici enim muro, vel ambitu muri, distincta erat civitas. In primo manebant sacerdotes. In secundo prophetæ. In tertio populus.

pulus. Olda igitur habitabat in secunda, idest, in secundo ambitu muri, sive parte. De qua dicit *Soph.* 1. Vox clamoris a porta piscium, & ululatus in secunda.
a Verba legis,] idest, verborum comminationes,
b Irritantes] idest, ad iracundiam provocantes,
c Succendetur, &c.] Similem responsionem dedit Jeremias Sedechiæ, qui miserat ad eum Phassur. *Jerem.* 21. ubi dicitur: Sic dicetis: In brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi percutiam habitatores civitatis hujus.
d Non extinguetur.] idest, ruina irreparabilis erit.
e Et in maledictum,] idest in pœnam, vel in exemplum pœnæ, sive imprecationis, ut scilic. alii assumant exemplum imprecandi, & dicant: Ita contingat vobis, sicut contingit Judæis.
f Et ego] Simile 3. *Reg.* 21. ubi dicitur. Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbitem, dicens: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus est causa mei, non inducam malum in diebus ejus, & tamen non fuit vere pœnitens, ut dicit *Gloss.* super Ezechielem.
g In pace,] Non videtur hoc verum, quia ipse occisus fuit a Pharaone *infr.* 23. Solut. Intelligendum est in pace, scilicet populi, & regni, non sua. Et est sensus: Colligeris in pace, idest, antequam istæ comminationes eveniant populo: vel in pace colligeris, idest, in beata pacis expectatione. *Sap.* 3. Æstimata est afflictio exitus illorum, illi autem sunt in pace.
h Renunciaverunt] nuncii, scilicet.
i Regi,] scil. Josiæ.
k Quod dixerat,] Olda.
l Misit,] per provinciam.

tione sunt ad eam. Et illa respondit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me. Hæc dicit Dominus: Ecce ego adducam mala super locum hunc, & super habitatores ejus, omnia verba *a* legis, quæ legit Rex Juda, quia dereliquerunt me, & sacrificaverunt Diis alienis, *b* irritantes me in cunctis operibus manuum suarum; Et *c* succendetur indignatio mea in loco hoc, & non *d* extinguetur. Regi autem Juda, qui misit vos, ut consuleritis Dominum, sic dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: pro eo, quod audisti verba voluminis, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores ejus, quod videlicet fierent in stuporem, & in *e* maledictum, & scidisti vestimenta tua, & flevisti coram me, & ego *f* audivi, ait Dominus: Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in *g* pace, ut non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus sum super locum. Et *h* renunciaverunt *i* regi, *k* quod dixerat, qui *l* misit, & congregati sunt ad eum omnes senes Juda, & Jerusalem.

CAP. XXIII.

Ascenditque Rex templum Domini, & omnes viri Juda, universique qui habitabant in Jerusalem cum eo, sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus, a parvo usque ad magnum: *m* Legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus est in domo Domini. Stetitque rex super *n* gradum, & fœdus *o* percussit coram Domino, ut ambularent post Dominum, & custodirent præcepta ejus, & testimonia, & cæremonias, in omni *p* corde, & in tota *q* anima, & *r* suscitarent verba fœderis hujus, quæ scripta erant in libro illo. Acquievitque populus pacto. Et præcepit rex Helchiæ *s* Pontifici, & sacerdotibus secundi *t* ordinis, & *u* janitoribus, ut projicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & luco, & universæ *x* militiæ cœli, & combussit ea foris Jerusalem in convalle Cedron, & tulit *y* pulverem eorum in Bethel. Et delevit aruspices, quos posuerant reges Juda, ad sacrificandum in excelsis, per civitates Juda, & in circuitu Jerusalem, & eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim *z* signis, & omni militiæ cœli. Et efferri fecit *a* lucum de domo Domini foras Jerusalem, in convalle Cedron, & combussit eum ibi, & redegit in pulverem, & projecit super *b* sepulchra vulgi. Destruxit quoque ædiculas *c* effeminatorum, quæ erant in *d* domo Domini, pro *e* quibus mulieres texebant, quasi *f* domunculas luci. Congregavitque omnes sacerdotes de civitatibus Juda, & *g* contaminavit *h* excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa usque Bersabee: Et destruxit *i* aras portarum in introitu ostii Josiæ principis civitatis, quod erat ad sinistram portæ civitatis. Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad *k* altare Domini in Jerusalem, sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum. Contaminavit quoque Topheth, quod est

EXPOSITIO CAP. XXIII.

Ascenditque, &c.] *m* Legitque] ipse rex. Modo non potest audire etiam minimas litteras. Nec Dominus Papa alicujus legit litteras, sed semel [ut dicit *Cantor. Parisiensis*] ad preces Imperatoris legit litteras ejus, & Cardinales indignati sunt. *n* Super gradum,] quem fecit Salomon.
o Fœdus percussit] i. omnes compulit jurare, ut legem Moysi per omnia custodirent.
p Corde,] i. intellectu.
q Anima,] i. affectu.
r Suscitarent] quia quasi mortua jacuerant, quia nec legebantur, nec opere implebantur.
s Pontifici,] i. summo sacerdoti.
t Secundi ordinis,] i. minoribus sacerdotibus. Primus ordo erat Episcoporum. Secundus sacerdotum. Unde *in Legenda B. Dionysii* legitur: Elegit probatas personas secundi ordinis. Tertius erat janitorum. *u* Et janitoribus,] qui erant tertii ordinis. *x* Militiæ cœli,] idest, stellis, & planetis, quæ militant Domino in supernis, quia eorum cursu multa beneficia præstantur in terra famulis Dei. Firmamentum enim non sibi, sed mihi movetur: Stella non sibi, sed mihi lucet. *y* Pulverem] idest, vestigia serpentis ænei, quem contriverat Ezechias, *supra* 18. redegit in pulverem, propter quod factum, *in prologo Sophoniæ*, legitur Josias contrivisse serpentem.
z Signis,] quæ sunt in Zodiaco, quæ peragrat Sol singulis annis.
a Lucum] idest quasdam amœnitatis arbores, quas plantaverat juxta pastophoria, quas fecit scindi, & comburi. Simile etiam fecit Judas Machabæus 1. *Machab.* 4. Ubi dicitur: Elegit Judas sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, & mundaverunt, & tulerunt contaminationes in locum immundum. *b* Super sepulchra vulgi.] ubi solebant exercere idololatriam.
c Effeminatorum,] idest sacerdotum Cybeles.
d In domo Dei,] scilicet infra atrium templi.
e Pro quibus] idest ante quas, vel juxta quas.
f Quasi domunculas] idest papiliones, in quibus ministri faciebant sacrificia sua, ubi forte erant idola. Vel domunculas vocat pannos, quos texebant, ut ponerent eos circa idola.
g Contaminavit] Forte ossa mortuorum ubique sparsit, vel quælibet alia immunda, ut locus abominabilis potius quam venerabilis appareret: Ita dicit: *Gloss.* *h* Excelsa,] dicit scriptura, loca in collibus posita frondentibus, in quibus dæmonibus immolabant, vel Domino, locorum amœnitate illecti, contra interdictum, relicto altari, quod erat in templo, illo oblaturi confluebant. Unde sæpius in hoc libro dicitur de regibus minus perfectis: Verumtamen excelsa non abstulit.
i Aras portarum] i. quæ erant juxta portas Josiæ principis non regis, sed alterius, qui erat princeps civitatis.
k Ad altare Dei in Jerusalem,] tempore Josiæ. Sacerdotes enim, qui ministraverant in excelsis, non audebant ministrare in templo altare propter Josiam. Unde de istis dicitur *Ezech.* 44. Non approximabunt ad me, ut sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne Sanctuarium meum, juxta Sancta sanctorum, sed portabunt confusionem suam, & scelera sua, quæ fecerunt. Sed non videtur hoc verum, quod dicit Ezechiel, quia *infra* dicitur, quod Josias occidit eos. Solut. Quosdam occidit, & quosdam reservavit, de quibus loquitur Ezechiel.

a in convalle filii Ennon, ut nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem, *b* Moloch. Abstulit quoque *c* equos, quos *d* dederant reges Judæ soli, in introitu templi Domini, juxta *e* Exedram *f* Nathammelech eunuchi, qui erat in Pharurim: Currus autem Solis combussit igni. Altaria quoque, quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant Reges Juda, & altaria, quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, *g* destruxit rex, & cucurrit idem, & dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron. Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem, ad dexteram partem *h* montis offensionis, quæ *i* ædificaverat Salomon rex Israel *k* Astaroth, idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchon abominationes filiorum Ammon, *l* polluit rex, & contrivit statuas, & succidit lucos, replevitque loca eorum ossibus mortuorum. Insuper & altare, quod erat in Bethel, & excelsum, quod *m* fecerat Jeroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israel, & altare illud excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in pulverem, succenditque etiam *n* lucum. Et conversus Josias, vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte, misitque, & *n* tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud, juxta verbum Domini, quod *o* locutus est vir Dei, qui prædixerat *p* verba hæc, & ait: Quis est † titulus ille, quem video? Responderuntque ei cives illius verbis: Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Juda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti, super altare Bethel. Et ait: Dimitte eum: Nemo commoveat ossa ejus. Et intacta permanserunt ossa illius, cum *q* ossibus Prophetæ, qui venerat de *r* Samaria. Insuper, & omnia fana excelsorum, quæ erant in *s* civitatibus Samariæ, quæ fecerant Reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Josias, & fecit eis secundum omnia opera, quæ fecerat in Bethel. Et occidit universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi, super altaria, & combussit ossa humana super ea. Reversusque est Jerusalem, & præcepit omni *t* populo, dicens: Facite phase Domino Deo vestro, secundum quod *u* scriptum est in libro fœderis hujus. Nec enim factum est tale phase, a *x* diebus Judicum, qui judicaverunt Israel, & omnium dierum Regum Israel, & Regum Juda, sicut in xviii. anno Regis Josiæ, factum est phase istud Domino in Jerusalem. Sed & pythones, & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, abominationesque, quæ fuerant in terra Juda, & Jerusalem, abstulit Josias, ut statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro, quem invenit Helchias sacerdos in templo Domini. Similis illi *y* non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua, juxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi. Veruntamen non est aversus Dominum ab ira furoris magni, quo iratus est furor ejus contra Judam, propter irritationes, quibus *z* provocaverat eum Manasses. Dixit itaque Dominus: Etiam Judam auferam *a* a facie mea, sicut abstuli Israel, & projiciam civitatem hanc quam elegi, Jerusalem, & domum, de qua dixi: Erit *b* nomen meum ibi. Reliqua autem sermonum Josiæ, & universa, quæ fecit, nonne

† al. tumulus.

a In convalle.] *Gloss.* Vallis Ennon est juxta murum Jerusalem, contra Orientem, in qua fuit nemus pulcherrimum, Siloe fontibus irrigatum. Taphet, sive Tophet, erat locus in eadem convalle, juxta agrum Acheldemach, ad austrum Sion. In Tophet, quia locus erat amœnissimus, ibi solebant sacrificare dæmonibus. Vallis Ennon dicitur Hebraice Gehennon. De terra, unde Dominus Gehennam cognominavit, quia sicut in convalle Ennon, qui idolis servierunt, in ea perierunt, ita peccatores ex peccatis damnabuntur. Unde *Isai.* 30. Tophet infernum appellat, dicens. Præparata est ab heri Tophet profunda, & dilatata. Pulchre ait, dilatata, quia Tophet dicitur latitudo.

b Per ignem,] idest, consecratum Moloch.

c Equos,] *Gloss.* Judæi superstitionibus gentium se emancipaverunt, qui inter cetera solent pingere, vel facere simulachrum Solis, & puerum imberbem juvenem, quia nullum per secula senium incidit, quotidie novo natus ortu. Cui currus, & equos tribuunt, quia curru igneo, & equis igneis Elias raptus est in cœlum, *supra* 2. Quod inter alia in pariete depictum vident, & vicinia nominis decipiuntur. Helios enim Græce, Latine Sol dicitur.

4. Reg. 13.

d Quos dederant] *Gloss.* In atriis templi domus Domini positos cum curru.

e Exedram] idest, domunculam.

f Nathammelech] nomen proprium janitoris. Quidam tamen volunt, quod Melech est nomen appellativum, & interpretatur rex, quia iste Nathan erat princeps Eunuchorum. Alii dicunt, quod est proprium nomen, & erat binomius, sicut Petrus Martinus. Et secundum istas opiniones, Nathan Melech sunt duæ dictiones. Sed *Hieronym. in libris de Hebraicis nominibus* dicit, quod est una dictio, scilicet Nathammelech.

g Destruxit rex] Imo Ezechias. Præterea: Nonne Manasses destruxit omnia quando pœnituit? Sol. Ezechias destruxit, & Manasses destruxit omnia, sed non perfecte. Unde iste Josias reliquias destruxit. Simile in prologo Sophoniæ. Dicitur enim ibi, quod Josias destruxit serpentem æneum, idest, reliquias ejus.

h Montis, &c.] 3. *Reg.* 11. dictum est, quod Salomon tria fana construxit in excelsis, circa Jerusalem. Unum Astarthæ, Deæ Sidoniorum, i. Junoni: Alterum Chamos, idolo Moabitarum: Tertium Moloch, idolo Ammonitarum. Quod fecit in monte Oliveti, e regione templi. Quod plurimum displicuit Domino. Unde postea dictus est mons, sive locus offensionis. Sed ex hoc oritur quæstio, quia ibi dicitur, quod circa Jerusalem erant excelsa, hic dicitur, quod in Jerusalem erant. Ad hoc dicit quædam *Gl.* quod mons Oliveti ita vicinus erat urbi, ut ad ipsam pertinere dicatur. *Gloss.* Idola dicuntur offensiones, quia vel in illis offenditur Deus, vel offensionem, & ruinam suis afferunt cultoribus.

i Ædificaverat Salomon] Hic ostenditur, quod Salomon de admisso idololatriæ scelere nunquam perfecte pœnituit. Si enim vere, & perfecte pœnituisset, satisegisset, ante omnia, ut idola, quæ ædificaverat, de civitate tollerentur, & non in scandalum stultorum [quæ ipse, cum esset sapientissimus, ironice fecerat] quasi sapienter facta relinqueret.

k Astaroth, idolo] idest, Astharthe Deæ Sidoniorum, ut legitur 3. *Regum* 11. quæ est Juno.

l Polluit] ossa mortuorum spargens.

m Quod fecerat Jeroboam] 3. *Reg.* 12. *n* Et lucum,] qui erat circa altare.

2. *Par.* 35.
3. *Esdræ* 1.

n Tulit ossa] sacerdotum, & falsorum prophetarum.

o Locutus est vir Dei,] scilicet Addo, 3. *Reg.* 13. Cujus titulum cum legisset in sepulchro, præcepit, ne moverentur ossa ejus, nec etiam ejus, cum quo sepultus erat.

p Verba hæc,] idest, rem verborum.

q Cum ossibus] prophetæ senis.

r Qui venerat de Samaria,] ad revocandum eum. *s* In civitatibus Samariæ,] Ezechias destruxerat idola in terra Juda tantum, sed Josias etiam in terra Israel.

t Qui præcepit omni populo,] scilicet Juda: Et filios Israel, qui captivitatem Assyriorum aliquomodo effugerant convocavit; vel qui de captivitate aliquo casu redierant.

u Scriptum est] *Exod.* 12.

x A diebus judicum,] 2. *Paralip.* 35. legitur a Samuelis diebus, qui tamen non legitur alicubi fecisse phase. Sed hoc potuit fieri vitio scriptorum, qui scripserant Samuelis, pro Salomonis. Tamen illud idem legitur in *Josepho*, quod in *Paralip.* potest ergo esse, quod Samuel fecit Phase, quamvis non legatur. Quia vero judices fecerunt Phase, certum est, quoniam Moyses, & Josue judices fuerunt, qui fecerunt Phase. Moyses in Ægypto, *Exod.* 12. Et in deserto, *Num.* 9. Josue vero fecit ultra Jordanem. *Josue* 5. *y* Similis illi non fuit ante eum rex,] Idem dictum est *supra* 18. Et utrobique excipitur David, & quare, ibi expositum est.

z Quibus provocaverat eum Manasses,] in quibus populus imitabatur ipsum. *a* A facie mea,] idest, a terra promissionis, ubi est facies mea. *b* Nomen meum] idest, templum, in quo invocabitur nomen meum. Vel nomen meum, idest, cultus nominis mei. Vel nomen meum, quia dicebatur civitas Domini.

a In

hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? In *a* diebus ejus ascendit Pharao Nechao, rex Ægypti, *b* contra Regem Assyriorum, ad flumen Euphratem. Et Abiit Josias Rex Juda in *c* occursum ejus, & occisus est in Mageddo, cum vidisset eum, & putaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo, & pertulerunt in Jerusalem, & *d* sepelierunt eum in sepulchro suo. *e* Tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ, & unxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Vigintitrium annorum erat Joachaz, cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Amithal, filia Jeremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerant patres ejus. Vinxitque eum Pharao Nechao in Reblatha, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Jerusalem: Et imposuit mulctam terræ, centum talentis argenti, & talento auri. Regemque constituit Pharao Nechao *f* Heliachim filium Josiæ, pro Josia patre ejus, *g* vertitque nomen ejus Joachim. Porro Joachaz tulit, & *h* duxit in Ægyptum. *i* Argentum autem, & aurum dedit Joachim Pharaoni, cum indixisset terræ per singulos, ut conferretur juxta præceptum Pharaonis, & unumquemque secundum vires suas exegit, tam argentum, quam aurum de populo terræ, ut daret Pharaoni Nechao. Vigintiquinque annorum erat Joachim, cum regnare cœpisset, & xi. annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Zebida, filia Phadaja de Ruma. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerant patres ejus.

C A P. XXIV.

IN *k* diebus ejus ascendit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & factus est ei *l* Joachim servus *m* tribus annis, & rursum rebellavit contra eum. *n* Immisitque ei Dominus

a In diebus] i. Josiæ. *b* Contra regem] Audierat enim eum jam debilitatum, quia Medi, & Babylonii recesserunt a Monarchia ejus, & æstimabat, quod de facili posset obtinere Syriam. Et primo aggressus est regem Adremon, qui tunc regnabat in Chatchamis, quem occidit eodem tempore, quo Josiam, ut dicit *Gloss. sup.* 2. *Paral.* 35. *c* In occursum] prohibens ne transiret per Judæam, occisus est a sagittariis casu, cum transiret de curru in currum. 2. Par. 35. *d* Et sepelierunt] Et planxit eum omnis populus. Sed Adremon rex planxit eum inconsolabiliter cum exercitu suo. Unde G *Zach.* 12. in die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus Adremon in campo Mageddon. Traditur autem, quod occisus fuit juxta arborem, & fontem quendam, quæ statim aruerunt. 2. Par. 36. Jeremias etiam scripsit ejus exequias, Threnos, scilicet lamentabiles, quibus utebantur cantatores, & cantatrices super exequias Josiæ, & longis temporibus post, eosdem Threnos super Josiam replicabant, quibus postea Jeremias addidit alias lamentationes super excidio civitatis. Et scripsit eas quadruplici alphabeto, sic deplorans quatuor captivitates. Sub Theglathphalasar, sub Salmanasar, sub Nabuchodonosor, sub Tito, & Vespasiano. Significant quatuor captivitates, quibus diabolus captivat animam. A Prima enim est per delectationem, secunda per consensum, tertia per opus, quarta per consuetudinem. De quibus *Amos* 2. Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non convertam eum. *Jo.* 11. Quatriduanus jam fœtet. Reliquit autem Josias tres filios Heliachim, qui & Jechonias dictus est, primogenitum 25. annorum, Medium Joachaz, qui & Sellum dictus est, *Jer.* 32. annorum 23. Tertium Mathathiam, circiter 8. annos. *e* Tulitque] Joachaz electus a populo terræ, est Prælatus electus ab amatoribus terrenorum. Moraliter. Qui ab eodem populo inungitur, cum Prælatus eorum adulationibus acquiescens extollitur. *Prov.* 1. Fili, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis. *Ps.* 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Pharao duxit captum, & vinctum Joachaz in Reblatha, quæ interpretatur multa, sive multitudo, quia diabolus hujusmodi Prælatum, qui adulationibus acquiescit, multitudine curarum decipit, & involvit. Deinde duxit in Ægyptum, quia adulationem sequitur cæcitas mentis. Et hoc est, quod legitur *Exod.* 10. quod post locustas adulationis, secutæ sunt tenebræ cæcitatis.

f Heliachim] primogenitum.

g Vertitque] ut mutatio nominis esset signum subjectionis. *h* Et duxit] in dolo, sub spe honorandi eum in Ægyptum. Sed cum venisset in Reblatha, vinxit eum, & vinctum retrusit in carcerem in Ægyptum.

i Argentum, &c.] Aurum, & argentum dat Pharaoni, qui facundiam, & sapientiam expandit in opus diaboli.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

IN *k* diebus, &c.] Nota, iste Joachim 4. annis tributarius fuit Pharaoni Regi Ægypti, qui fecerat eum regem. Sed in quarto anno Joachim, cœpit regnare Nabuchodonosor in Babylone, qui victo rege Ægypti, tulit omnia, quæ ejus fuerant, ab amne Ægypti usque ad Euphratem. Et transiens Euphratem, omnem Syriam usque Pelusium cepit, præter Judæam, quæ in medio sita est. Illo autem anno, scilicet quarto anno Joachim, locutus est Jeremias ad cives Jerusalem, dicens: A 13. anno Josiæ locutus sum vobis verba Domini, non audistis me, propterea hæc dicit Dominus: Adducam servum meum Nabuchodonosor super terram hanc, & super omnes nationes, quæ in circuitu ejus sunt, & servient 70. annis. Et cum impleti fuerint 70. anni, visitabo super regem Babyloniæ, & super terram Chaldæorum, iniquitatem eorum, & ponam illas in solitudines sempiternas. Ita legitur *Jer.* 25. Et ita factum est, in quinto anno istius Joachim, scripsit Jeremias iterum omnes sermones, quos combusserat Joachim, addens etiam plures alios, ut legitur *Jer.* 36. dicens. Non erit ex eo, qui sedeat super solium David, & cadaver projicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem; non planget eum, væ frater, væ soror, i. non plangent eum fratres, & sorores, dicentes væ. Sepultura asini sepelietur putrefactus extra portas Jerusalem, *Jerem.* 22. In anno igitur 8. Joachim, qui erat quartus regni Nabuchodonosor, ascendit Nabuchodonosor in Judæam, depopulans eam. Et cum ascendisset in Jerusalem, cœpit Joachim, & ligavit eum, trahens eum secum in Babylonem, & nobiles cum eo. Sed in via imposuit ei Nabuchodonosor tributum, & remisit eum in Jerusalem. Sed obsides traxit secum, & pueros de semine regio. Danielem scil. & tres pueros. Hæc causa brevitatis præmittuntur, 2. *Par.* 36. Servivit ergo Joachim regi Babyloniæ tribus annis, & audivit, quod rex Ægypti iterum repugnare volebat, contra Nabuchodonosor, ideo negavit ei tributum. Tunc ascendens Nabuchodonosor in Jerosalem, sub jure fœderis intravit eam. Et rupto fœdere, occidit Joachim, & ante muros jussit eum projici insepultum, sicut prædixerat Jeremias. Fortissimos etiam juvenes occidit Nabuchodonosor cum Joachim, & constituit Nabuchodonosor filium ejus regem Juda, Joachin, scilicet Jechoniam, qui tribus mensibus, & decem diebus tantum regnavit. Nam cum recessit Nabuchodonosor, timuit ne Joachin memor necis paternæ adhæreret Ægyptiis, & pugnaret contra eum, ideo rediit, & obsedit Jerusalem. Sed ad consilium Jeremiæ egressus est Joachin ad eum cum matre sua, & principibus. Et suscepit eum Nabuchodonosor anno octavo regni sui, & tulit universa vasa aurea de templo Domini, & omnes thesauros domus regiæ, & transtulit in Babyloniam cum rege, & matre ejus, & principibus, & artificibus, circiter decem millia: Inter quos fuit Mardochæus, & Esther, & Ezechiel adhuc juvenis. Isti, quia sponte se tradiderunt, proprie dicuntur transmigratio Judæ: Alii, qui postea capti sunt, per violentiam, proprie dicuntur captivitas Judæ: Ab hac transmigratione, i. octavo anno Nabuchodonosor incipiunt quidam numerare septuaginta annos captivitatis.

l Joachin] Nota, Joachim quando est nomen proprium patris scribitur per m, quando nomen filii sui, scribitur per n. Unde *Gloss.* Nomen Joachim aliter scribitur, & describitur in designatione patris, qui & Heliachim, aliter cum filius significatur, qui & Jechonias.

m Tribus annis,] servire Pharaoni, est corde ore, & opere, diabolo famulari. *n* Immisitque ei Dominus, &c.] Contra illos, qui repugnant Nabuchodonosor, i. diabolo, immittit Dominus, i. immitti permittit,

a latrunculos

a latrunculos Chaldæorum,] i. occultos motus iracundiæ, & ferocitatis. Chaldæa interpretatur ferox, [& latrunculos Syriæ,] i. latentes motus superbiæ, & ambitionis. Syria enim sublimis interpretatur, [& latrunculos Moab,] i. occultas tentationes de amore, & sublimatione parentum. Moab enim interpretatur de patre, & latrunculos Amon, idest, motus iræ, & avaritiæ, aut etiam luxuriæ. Amon enim interpretatur populus murmurans, ecce ira, vel populus iniquus, ecce avaritia, vel populus inutilis, ecce luxuria.

idem est, quod quatuor. Decas, idem est, quod decem. Unde una Tessare, decas, idem est, quod unus quatuordenarius numerus, sic dictus a quatuordecim, sicut senarius a sex. Unde *Gloss.* dicit ibi: Secunda Tessaredecas terminatur in filio Josiæ: Tertia incipit a filio Heliachim.

a latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Amon, & immisit eos in Juda, ut disperderent eum, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat per servos suos prophetas. Factum est autem hoc per verbum Domini contra *b* Judam, ut auferret eum coram se propter *c* peccata Manasse, & universa, quæ fecit, & propter *d* sanguinem innoxium, quem effudit, & implevit Jerusalem cruore innocentium, & ob hanc rem noluit dominus propitiari. Reliqua autem sermonum Joachim, & universa, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Juda? Et *e* dormivit *f* Joachim cum patribus suis, regnavitque Joachin filius ejus pro eo. Et ultra non addidit rex Ægypti, ut egrederetur de terra sua. Tulerat enim rex Babylonis, a rivo Ægypti, usque ad fluvium Euphratem, omnia quæ fuerant regis Ægypti. Decem & octo annorum erat Joachin, cum regnare cœpisset, *g* & tribus mensibus regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Naescha, filia Hel Nathan de Jerusalem. Et fecit malum coram Domino juxta omnia, quæ fecerat *h* pater ejus. In *i* tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babylonis in Jerusalem, & circumdata est urbs munitionibus. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad civitatem cum servis suis, ut oppugnarent eam. *k* Egressusque est Joachin rex Juda ad regem Babylonis, ipse & mater ejus, & servi ejus, & principes ejus, & Eunuchi ejus: Et suscepit eum rex Babylonis *l* anno 8. regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus domini, & thesauros domus regiæ, & concidit universa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini, juxta verbum Domini: Et transtulit omnem Jerusalem, & universos principes, & omnes fortes exercitus 10. millia *m* in captivitatem: & *n* omnem artificem, & inclusorem, nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ. Transtulit quoque Joachin in Babylonem, & matrem regis, & uxores regis, & Eunuchos regis, & judices terræ duxit in captivitatem de Jerusalem in Babylonem, & omnes viros robustos 7. millia, & artifices, & inclusores mille, omnes viros fortes, & bellatores, duxitque eos rex Babylonis captivos in Babylonem. Et *o* constituit † Mathaniam patruum ejus pro eo: imposuitque nomen ei Sedechiam. Vigesimum & primum annum ætatis habebat Sedechias, cum regnare cœpisset, & 11. annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus erat Amithal, filia Jeremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia, quæ fecerat Joachin. Irascebatur enim Dominus contra Jerusalem, & contra Judam, donec projiceret eos a facie sua. Recessitque Sedechias a rege Babylonis.

C A P. XXV.

FACTUM *p* est autem anno 9. *q* regni ejus mense 10. decima die mensis, venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus ejus in Jerusalem, & circumdederunt eam, & extruxerunt in circuitu ejus munitiones: Et *r* clausa est civitas atque vallata usque ad 11. annum regis Sedechiæ 9. *s* die mensis. Prævaluitque *t* fames in civitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta est civitas, & *u* omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis. Porro Chaldæi obsidebant in circuitu civitatem.

B

a Latrunculos] Videtur autem innuere, quod latrunculi occiderunt Joachim. Sed dicimus, quod latrunculos vocat hostes, qui non servaverunt fidem. Unde *Gloss.* dicit: Hunc refert *Josephus* a Nabuchodonosor interfectum, & ante muros Jerusalem projectum, & insepultum: De quo prædictum fuit: Sepultura asini sepelietur: *Jerem.* 22.

C

b Contra Judam,] omnem, scilicet.

c Peccata Manasse] in quibus populus imitabatur eum adhuc.

d Sanguinem innoxium] idest, prophetarum, quem effudit, scil. Manasses, & etiam ipse Joachim: Uriam prophetam, qui arguebat eum de peccatis suis reduxit de Ægypto, ubi fugaverat eum, & morte turpissima interfecit eum, ut legitur *Jer.* 26.

e Dormivit] idest mortuus est, idest, occisus est. In corpore istius Joachim occisi inventa fuerunt stigmata, & nomen idoli, quod colebat, Codanazer, contra legem. *Lev.* 19. Non incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, & stigmata facietis vobis. Sed numquid Apostolus fecit contra legem: *Gal.* 6 Stigmata Jesu jugiter, &c. Solut. Sunt stigmata vanæ superstitionis: hæc prohibet lux: Sunt & stigmata veræ religionis, hæc Apostolus habuit. Præterea: Stigmata sunt Characteres diaboli. Unde *Apoc.* 13. Faciet omnes, pusillos, & magnos, divites, & pauperes, liberos, & servos habere characterem in manibus suis dexteris, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habeat characterem bestiæ, &c.

Dan. 1. D

A

f Joachim] quem *Matth.* 1. vocat Jechoniam. Et nota, quod nomine Jechoniæ ibi intelligitur, uterque Joachim, idest, pater & filius, aliter non invenires tres 4. Tessaredecades, i. quater quatuordecim, Tessara,

g Tribus mensibus,] & 10. diebus. *Gl.* Non amplius, quia erat impius *Ps.* 54. Viri sanguinum non dimidiabunt, &c.

h Pater ejus.] scilicet Heliachim.

i In tempore illo,] quo regnavit junior Joachin.

k Egressus est Joachin] *Jer.* 29.

l Anno octavo] *Jer. ult.* dicitur 7. Hoc *infr.* solvetur. *m* In captivitatem] quæ scil. dicitur transmigratio Babylonis. *Matth.* 1.

n Et omnem artificem,] *Raban.* Fabros armorum tollunt Chaldæi, cum dæmones eos, qui sacra eloquia norunt sceleribus obruunt, ut dicere bona, quæ didicerunt, erubescant. 1. *Reg.* 13. Faber ferrarius non erat in Israel: Caverant enim Philistæi, i. dæmones, ne Hebræi facerent gladium, aut lanceam, ad repugnandum. Inclusores, sunt viri claustrales, qui seipsos in claustro, quasi gemmam in auro incluserunt. *Eccl.* 32. Gemmula carbunculi in ornamento auri. Item inclusores sunt, qui alios includi admonent. *Prov.* 20. Aurum, & multitudo gemmarum, labia scientiæ. Hos libenter captivat diabolus, qui potest dici inclusor, qui gemmas in metallo includit.

Esther 2.

2 *Par.* 36. *Jer.* 52.

Jer. 39. & 52.

o Constituit Mathaniam] *Gl.* qui filius fuit Josue, frater Joachim.

al. † Machariam..

EXPOSITIO CAP. XXV.

FActum *p* est autem, &c.] Idem *Jer.* 39. & 52. *q* Regni ejus] sc. Sedechiæ.

r Clausa est] idest, in obsidione hostium circumdata.

s Nona die mensis.] quarti scil. ut dicitur *Jer.* 52.

t Prævaluit fames] in tantum, ut mulieres comederent parvulos suos, ad mensuram palmi, ut legitur *Thren.* 4. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos; facti sunt cibi earum, in contritione filiæ Sion, hoc est, in obsidione Jerusalem.

u Omnes viri bellatores] Viri bellatores, sunt prædicatores, qui nocte fugient, quando in adversitate deficiunt. Porta vero est prædicatio, quæ viam ad bene operandum docet, & ingressum

a Fugit itaque Sedechias, per viam, quæ ducit ad campestria *b* solitudinis: Et *c* persecutus est exercitus Chaldæorum, *d* regem, comprehenditque eum in planitie Jericho. & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha. Qui locutus est cum eo *d* judicium. Filios autem Sedechiæ occidit coram eo, & *e* oculos ejus *f* effodit: vinxitque eum catenis, & *g* adduxit in Babylonem. *g* Mense quinto, *h* septima die mensis (ipse est *i* annus 19. regis Babylonis) venit Nabuzardan princeps exercitus, servus regis Babylonis, in Jerusalem, & succendit domum Domini, & domum regis, & domos Jerusalem, omnemque domum combussit igni, & muros Jerusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum. *k* Reliquam autem populi partem, quæ *l* remanserat in civitate, & *m* profugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus, *n* transtulit Nabuzardan princeps militiæ, & de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas, *o* Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & Bases, & mare æreum, quod erat in domo Domini confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem. Ollas quoque æreas, & *p* trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea in quibus ministrabant, tulerunt, necnon & thuribula, & phialas. *q* Quæ aurea, aurea, & quæ argentea, argentea, tollit principes militiæ, i. columnas duas, mare unum, & bases, quas fecerat Salomon in templo Domini: Non *r* erat pondus æris omnium vasorum. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna una, & capitellum æreum super se, altitudinis trium *s* cubitorum, & retiaculum, & malo granata super capitellum columnæ, omnia ærea. Similem & columna secunda habebat ornatum. Tulit quoque princeps militiæ Sarajam Sacerdotem *t* primum, & Sophoniam Sacerdotem *u* secundum: & tres *x* janitores, & de civitate eunuchum unum, qui erat præfectus super bellatores viros, & quinque viros de his, qui steterant coram rege, quos reperit in civitate, & Sopher principem exercitus, qui probabat *y* tyros de populo terræ, & sexaginta viros e vulgo, qui inventi fuerant in civitate. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis, & interfecit in Reblatha: Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit in Reblatha, in terra Emath. Et translatus est Juda de terra sua. Populo autem, qui relictus erat in terra Juda, quem dimiserat Nabuchodonosor Rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Aicham filii Sapha. Quod cum audissent *z* omnes duces militum, ipsi, & viri, qui erant cum eis, videlicet, quod constituisset rex Babylonis Godoliam, venerunt ad

gressum regni cœlorum aperit. Duo muri, sunt duo testamenta. Porta igitur est inter duos muros, quando prædicatio munitur auctoritatibus utriusque testamenti: Juxta illud *Ps.* 103. De medio petrarum dabunt voces: Et *in eodem*: Inter medium montium pertransibunt aquæ.

a Fugit itaque] nocte perforato muro civitatis. Vel melius. Per portam, quæ est inter duos muros, ut dicitur *Jer.* 52. *b* Solitudinis:] Jerichontinæ. *c* Persecutus est] quia quidam profugi nunciaverunt exercitui, quod rex fugerat. *d* Regem,] Sedechiam. *d* Judicium.] quia justum in eo exercuit judicium, ut dicit. *Gloss.* dicens eum ingratum fuisse percepti ab eo imperii, & contra munificum hostiliter egisse, & dejerasse in Deum. Unde *Ezech.* 17. de ipso dicitur: Qui dissolvit pactum, nunquid effugiet? *e* Oculos ejus] scilicet. Sedechiæ, dicens: Magnus Deus, habens odio nequitiam tuam tradidit te mihi. *f* Effodit:] postea. *g* Adduxit] & cum eo Josedech filium Sarajæ summi Sacerdotis. *g* Mense quinto,] capta est civitas, idest, anima, quia Pentateuchum Moysi, vel quinque sensus custodire neglexit [7. die,] quia requiem Sabbati non servavit. Vel quia septem peccatis mortalibus se subjecit. *h* Septima die] Contra *Jer.* 52. dicitur: Decima die mensis. Sol. Septima die inchoata est succensio, & decima die consummata, & ita utrūque verum est. *i* Ipse est annus 19.] Contra: *Jer.* 52. dicitur: Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor, anno 7. Judæos tria millia, & 23. In anno 18. Nabuchodonosor transtulit de Jerusalem animas octingentas 32. Anno 23. Nabuchodonosor, Nabuzardam magister militiæ transtulit Judæorum animas septingentas 45. ubi nulla mentio fit de 19. anno. Ad evidentiam agitur horum, & consimilium. Notandum, quod Nabuchodonosor ter irruit in Jerusalem. Primo quando occidit Joachim majorem filium Josiæ, sc. in 7. anno regni sui. Secundo, quando captivavit Joachin minorem, & matrem ejus, sc. in 8. anno regni sui, idest, Nabuchodonosor. Tertio, tempore, scilicet Sedechiæ, quando negaverat ei tributum, & tunc obsedit Jerusalem. Porro Rex Ægypti egressus est de Ægypto, ut dicitur *Jer.* 37. quasi soluturus obsidionem: Et recessit Nabuchodonosor a Jerusalem, in occursum ejus, & fugavit eum, & de Syria coegit exire: Et remansit Nabuchodonosor in Reblata mense 2. 15. die mensis. Decimonono anno Nabuchodonosor, misit Nabuchodonosor principem militiæ suæ Nabuzardan obsidere Jerusalem, ut legitur *Jer.* 52. Item notandum est, quod iste Nabuchonosor, miles egregius fuit regis Assyriorum, & ob strenuitatem suam dedit ei rex Assyriorum regnum Babyloniæ, vel forte commisit: Et statim sublimatus incepit aspirare ad monarchiam, & cœpit rebellare contra dominum suum, & tandem prævaluit, & obtinuit monarchiam, ipse, & filii ejus post eum, usque ad Balthasar qui fuit sextus, & ultimus rex Babylonis. Nec sunt duæ monarchiæ Assyriorum, & Babyloniorum, sed una. Et primo erat sedes regni in Assyria, postea in Babylonia. Possunt ergo computari anni Nabuchodonosor tripliciter, juxta tres status ejus: Hoc est, vel a tempore, quando primo sublimatus est in regem, vel a tempore rebellionis, vel a tempore monarchiæ. Et cum tres fuerint translationes Judæorum in Babylonem, ut dicitur *Jerem. ultim.* Prima fuit 7. anno Nabuchodonosor: In hoc nulla est contrarietas. Secunda fuit in anno 8. Nabuchodonosor, sicut hic dicitur: Sed *Jerem. ultim.* dicitur, quod fuit 18. Et solvitur contrarietas, quia in hoc libro computantur anni Nabuchononosor, a tempore monarchiæ, in Jeremia a tempore sublimationis. Tertia translatio fuit 19. anno Nabuchodonosor, ut dicitur in hoc libro. *Jerem. ultim.* dicitur, quod fuit 23. Et solvitur: Quia in hoc libro computantur anni a tempore monarchiæ, in Jeremia vero a tempore rebellionis, & ita nihil occurrit contrarium. *k* Reliquam autem populi patrem,] Per reliquam partem, notat illos, qui erant de civitate: Reliquum vulgus vocat illos, qui venerant de castris in Jerusalem, ad refugium. *l* Remanserant] a transmigratione. *m* Et profugas,] idest, Judæos qui transfugerant ad regem Babyloniæ. *n* Transtulit] in Babylonem. *o* Columnas] quæ erant in medio porticus, scil. Booz, & Jachim. *Gloss.* Columnas æreas, & bases intelligimus doctores, qui sonoritate prædicationis, & fidei firmitate debent alios sustentare: Mare enim æneum, baptismi lavacrum, vel compunctionem lacrymarum. Hæc quidem omnia Chaldæi spirituales per inertiam magistrorum, de domo domini auferre nituntur, & confringere. (3. Reg. 7.)

p Trullas,] quibus vertuntur pavimenta, & mundantur. *q* Quæ aurea, &c.] idest, aurea per se, & argentea per se delata fuerunt, ut sciretur, quæ aurea essent, & quæ argentea. *r* Non erat pondus æris] scilicet præ multitudine vasorum. *s* Trium cubitorum,] 3. Reg. 7. dicitur 5. capitellum altitudinis capitellum unum, & 5. cubitorum capitellum alterum. *t* Primum,] idest summum. *u* Secundum:] idest secundi ordinis.

x Janitores,] qui sunt tertius ordo ministrantium in templo. *y* Tyrones] idest novos milites.

z Omnes duces] scilicet Johannam filius Charee, Sarajas, Jezonias *Jer.* 40. Qui effugerant aliquo modo, & inter gentes finitimas latuerant, vel in latibulis. Fuerunt etiam ibi multi de 10. tribubus: quibus gravis erat cohabitatio

Godoliam in Maspha, a Ismael filius Nathaniæ, & Johannam filius Charee, & Saraja filius Thenameth Nechophatites, & Jezonias filius Maachati, ipsi, & socii eorum. Juravitque eis Godolias, & sociis eorum, dicens: Nolite timere servire Chaldæis. Manete in terra, & servite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum est autem in mense septimo, venit Ismael filius Nathaniæ, filius Elisama, de semine regio, & decem viri cum eo, b percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est, sed & Judæos, & Chaldæos, qui erant cum eo in Maspha. Consurgensque omnis populus, a parvo usque ad magnum, & principes militum, venerunt in Ægyptum, timentes Chaldæos. Factum est vero in anno 37. c transmigrationis Joachin regis Judæ, d mense 12. vigesima, & septima die mensis, sublevavit e Evilmerodach rex Babylonis, anno, quo regnare cœperat, caput Joachin regis Juda de carcere, & locutus est ei f benigne. Et g posuit thronum ejus super thronum Regum, qui erant cum eo in Babylone, & mutavit vestes ejus, quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu ejus, cunctis diebus vitæ suæ. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei a rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

Explicit secundus liber Malachim, idest, regum quartus.

S. HIERONYMI IN LIBRUM

Dibre Hajamin, *qui est* Paralipom. *quod nos dicere possumus* Verba dierum.

PROLOGUS.

SI septuaginta interpretum h pura, & ut i ab eis in Græcum k versa est, l editio permaneret, superflue me, mi Chromati, Episcoporum m sanctissime, atque doctissime, n impelleres, ut tibi Hebræa volumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat, &

bitatio Samaritarum. a Ismael] vir magnus, qui dum obsideretur Jerusalem, evasit, & fugit ad regem Ammonitarum. b Percusserunt] in dolo cum dormiret post prandium. c Transmigrationis Joachim,] minoris. d Mense 12.] scil. Martio. e Evilmerodach] filius Nabuchodonosor majoris. Nabochodonosor enim iste, qui captivavit regem Juda, duos habuit filios: Nabuchodonosor minorem, qui ut dicit Megastenes, fortitudine artuum, & actuum magnitudine Herculem transcendit: Et Tribus annis Tyrum obsedit, & decem mensibus, ut dicit Diocles. Zenameradach, licet quidam dicant Hevilmerodach filium Nabuchodonosor minoris. Iste Evilmerodach, ut dicitur *in historiis Daniel. 6. Rubrica: Catalogus regum Babylonis*, in diebus ejectionis paternæ, multa gessit impie, & patre restituto, accusatus est apud eum: Qui misit eum in carcerem cum Joachim rege Juda, ubi fuit usque ad mortem fratris sui Nabuchodonosor minoris, qui successerat patri suo Nabuchodonosor majori. Cum igitur cœpisset regnare Evilmerodach, elevavit Joachin, quem socium habuerat in carcere. Timensque ne pater suus, qui incarceravit eum, resurgeret, qui de bestia redierat in hominem, ut dicitur *Daniel.* 4. consulit Joachin: Ad cujus consilium cadaver patris effossum divisit in trecentas partes, & dedit eas trecentis vulturibus: Et ait ad eum Joachin: Non resurget pater tuus, nisi redierint isti vultures in unum. Iste Evilmerodach habuit tres filios, scilicet: Egressarium, qui & Regusar dictus est, & Labosardoen, & Nabar, qui & Balthasar dictus est: Ad quem post fratrum obitum, devolutum est regnum: Qui fuit ultimus rex Babylonis de genere Nabuchodonosor. Nam ipsum interfecerunt Cyrus, & Darius, & translata est monarchia ad Persas, & medos, ut legitur *Dan.* 5. f Benigne.] Fecit eum sibi commensalem omnibus diebus vitæ suæ. g Posuit thronum, &c.] idest, constituit eum secundum ibi. Et sic impletum est consilium Jeremiæ.

Jer. 40.

Explicit Postilla D. Hugonis super libros Regum.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super librum Paralipomenon.

PROLOGUS.

LIber iste Græce censetur, Paralipomenon, i. verba dierum: Hebraice vero, Dibre Hajamin, i. verba annorum. Chronicus enim est liber iste totius Bibliæ, ut dicit *Hier.* quia continet quædam gesta fere a principio mundi, usque ad Babylonicam captivitatem, sub Sedechia factam, in qua terminatus est liber regum, sicut & iste. Istum vero librum transtulit *Hier.* de Hebræo in Latinum, ad petitionem Chromatii Episcopi: Quis autem scripserit, ignoratur. Annumeratur tamen in Agiographa, licet inter Apocrypha rectius poneretur. Hebræi enim in tres ordines dividunt libros veteris testamenti. In legem, in prophetas, in Agiographa. In lege ponunt quinque libros Moysi. In prophetis ponunt octo scil. Josue, Judicum, Samuel, Malachim, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, & 12. Prophetas. In Agiographis ponunt novem libros veteris testamenti, qui supersunt, sc. Paralip. Esdram, Esther, Job, David, tres libros Salomonis. Alios libros, qui supersunt, vocant Apocryphos, sc. Judith, librum Sapientiæ, Ecclesiasticum, Tobiam, lib. Machabæorum, & Pastorem. Hi dicuntur Apocryphi, quia auctor ignoratur. Sed quia de veritate non dubitatur, ab Ecclesia recipiuntur, ad instructionem morum, potius quam fidei defensionem. Si autem, neque auctor, neque veritas sciretur, non reciperentur. Sicut liber de infantia Salvatoris, & de assumptione B.V. Liber iste post librum regum ponitur, quia communicat cum eo in materia, & quia est supplementum illius. Quæ enim ibi minus dicuntur: hic aliquando supplentur. Sed cum liber regum agat de utroque regno, i. Juda, & Israel, in hoc libro tantum de regibus Juda agitur. Præponitur autem Esdræ, quia finis hujus libri idem est cum principio Esdræ. Dividitur autem liber iste in duos libros. In primo agitur de regno David principaliter. In secundo de aliis regibus Juda, a David usque ad ultimum Sedechiam. Primus liber in duas partes dividitur. In prima parte texitur generatio ab Adam usque ad David. In secunda prosequitur auctor de regno David, & gestis ejusdem. Unde jam patet materia hujus libri, & ordo, & modus agendi, & etiam titulus. Utilitas vero magna est, teste *Hier.* quia sine libro hoc, non potest Biblia sciri. Est autem & privata utilitas. Chromatius enim Episcopus, videns Antiochenam, & Constantinopolitanam Ecclesiam, & inter has, medias Ecclesias, diversis uti translationibus, & corruptis maxime circa propria nomina personarum, & locorum, & nomina numerorum, rogavit Hieronymum, ut hunc lib. de Hebræo transferret in Latinum: Qui acquiescens petitioni ejus, duos præmisit prologos. In primo excusat se apud Chromatium Episcopum, dicens ridiculosum fore, si super quatuor translationes scil. LXX. Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, quintam addere præsumpsisset: Et quia tamen illæ corruptæ erant, citius aquievit facere, quod rogavit Chromatius. In secundo prologo respondet Hieronymus Domnioni, & Rogatiano; in principio, captans eorum benevolentiam, a solicitudine, quia multum laboravit, ab humilitate, quia magistrum habere voluit. In secunda parte excitat attentionem, assignans utilitatem, & modum agendi. Hieronymus ergo primo ostendens hoc opus non esse superfluum ait.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Prologorum S. Hieronymi in lib. Paralipomen.

EXPOSITIO.

SI septuaginta, &c. h Pura,] idest, incorrupta. i Ab eis] idest, septuaginta.
k Verba] de Hebræo. l Editio] idest, translatio.
m Sanctissime,] Non adulatur *Hier.* sed sanctitatis, & sapientiæ primatum illius ostendit.
n Impelleres,] i. compelleres, precum instantia.

a nascentis Ecclesiæ roboraverat fidem, justum erat etiam nostro *b* silentio *c* comprobari. Nunc igitue cum pro *c* varietate regionum diversa ferantur exemplaria, & germana illa, *d* antiquaque translatio corrupta sit, atque *e* violata, nostri arbitrii *f* putitas, aut e *g* pluribus *h* judicare, quid *i* verum sit, aut oovum opus in *k* veteri opere condere, illudentibusque † Judæis *l* cornicum (ut dicitur) *m* oculos configere. *n* Alexandria, & Ægyptus in *o* septuaginta suis Hesichium *p* laudat auctorem: Constantinopolis usque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has provinciæ, *q* Palæstinos codices legunt, quos ab Origene *r* elaboratos *s* Eusebius, & Pamphilius vulgaverunt. Totusque orbis *t* hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certe Origenes non solum exemplaria composuit, quatuor *u* editionum e *x* regione singula verba describens, ut *y* unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur, sed quod *z* majoris audaciæ est, in editione septuaginta, Theodotionis editionem miscuit, *a* asteriscis videlicet designans, quæ minus fuerint, & *b* virgulis, quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur aliis *c* licuit non tenere, quod *d* semel susceperant, & post *e* septuaginta cellulas, quæ vulgo sine auctore *f* jactantur, *g* singulas cellulas aperuere, *h* hoc quoque in Ecclesiis legitur, quod *i* septuaginta nescierunt, *k* cur me non suscipiant Latini mei, qui *l* inviolata editione veteri ita novam condidi, ut *m* laborem meum Hebræis, & quod his majus est, *n* Apostolis auctoribus probem? Scripsi nuper *o* librum de optimo genere interpretandi, *p* ostendens *q* illa de Evangelio: Ex Ægypto *r* vocavi filium meum, & quoniam *s* Nazaræus vocabitur, & Videbunt in quem *t* compunxerunt: & illud Apostoli: Quæ *u* oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se, ceteraque his

al. † invidis.

a Nascentis] i. primitivæ. *c* Comprobari.] q.d. si translatio LXX. incorrupta mansisset, justius esset. *b* Silentio] i. cessando a nova translatione, illam comprobare, quam novam translationem faciendo, damnare. *c* Pro varietate regionum] quia quidam habebant translationem *Symmachi*, quidam editionem *Aquilæ*, quidam editionem *Theodotionis*. *d* Antiquaque translatio] i. translatio LXX. qui secundum *Aug. in lib. de doctrina Christ.* transferentes singuli in propriis cellis conveniebant in unum, ut translata per septimanam conferrent: Quorum omnium translationes uniformes, & concordes, per omnia inveniebantur, & ideo eorum translatio germana, i. concors appellatur. *Hier.* vero huic opinioni non consentiens dicit, quod in Sabbato convenientes, vel simul transferentes in eadem domo, ex omnibus translationibus suis unam conflabant, quę germana dicitur, quia illi LXX. quasi germani, i. fratres erant, i. omnes Judæi. *e* Violata,] vitio scriptorum. *f* Puritas,] supple est. *g* Et pluribus] translationibus. *i* Quid verum] ut scil. quod verum fuerit, approbemus, residuum obelo jugulemus. *k* In veteri opere] i. super vetus opus LXX. *l* Cornicum] q.d. sive hoc, sive illud fecerimus, arbitrii nostri puritas est, i. nostrum propositum purū est. *m* Oculos configere.] q.d. hoc facere est oculos cornicum configere, i. auditores curiosos, & suspensos reddere. Cum enim nova veteribus superaddantur, suspenduntur animi auditorum, quasi admirantes, & invidentes ad modum cornicum, quæ videntes alias aves, vel alia animalia, aliquod cadaver comedere, figunt ibi oculos, & suspendunt, quasi admirentur, & invident eis. Alia littera habet: [Nostri arbitrii putas.] Et est sensus: Cum ita sit corrupta illa translatio, putas tu, o Chromati, hoc esse nostri arbitrii, i. hoc spectare ad nostrum judicium, q. d. o Chromati, putas tu, quod circa hujusmodi versetur nostra meditatio. *h* Aut judicare, &c.] i. o Chromati, putas tu, quod nostri arbitrii sit judicare, e pluribus translationibus [quid verum sit,] i. quæ verior sit, & quæ melior tenenda [Aut novum, &c.] i. super veterem translationem novam facere: Et putas, o tu Chromati [nostri....] i. putas tu, quod velimus oculos corn. config. ut dicitur] i. vulgari proverbio, q.d. putas tu, quod velimus facere hoc, propter quod invidi, & æmuli configant in me oculos quasi in cadavere lacerando ad modum cornicum, quæ videntes cadaver, non audent appropinquare, sed de longe stantes, oculos configunt in illud. Vel sic, & levius: Cornia invida est, unde per illam invidi intelliguntur. Et quando aliquis bonum facit, oculi invidorum configuntur, quia ut dicitur *Eccl.* 14. Oculus invidi nequam, nec potest respicere bonum aliquando recta acie. Est ergo sensus: Putas tu nostri arbitrii esse, quod velimus configere oculos invidorum. Vel quia cornix avis garrula est, significat garrulos disputatores, qui videntur sibi oculos eruere. Et est sensus, putas tu, quod velimos o Chromati oculos cornicum configere, i. facere aliquid unde cornices, i. garruli disputatores sibi configant oculos. Vel aliter, & melius: Quidam adolescens nobilis capiebat cornices, & illis oculos eruebat, & postea dimittebat abire. In quo dupliciter culpabilis erat, quia opus otiosum, & inutile faciebat, & quia hominibus se odiosum reddebat. Et secundum hoc est sensus: o Chromati, putas tu, quod velimus opus novum facere, per quod efficiar otiosus, & hominibus odiosus, sicut ille, qui cornicibus oculos configebat. *n* Alexandria,] Ostendit, quod dixerat, scilicet, quod diversæ regiones diversa habebant exemplaria. *o* In LXX. suis] i. in translatione LXX. i. in exemplaribus hujus operis. *p* Hesichium laudat] i. ejus exemplaria laudant, & recipiunt. *h* Palæstinos codices] i. factos in Palæstina. *r* Elaboratos] i. laboriose compositos. *s* Eusebius, & Pamphilius] discipuli Origenis. *t* Hac trifaria] i. triplici translatione. *u* Quatuor editionum] sc. LXX. Symmachi, Aquilæ, Theodotionis, q. d. Origenes ex illis quatuor editionibus unam composuit. *x* E regione singula, &c.] i. conferentes ad invicem verba diversarum translationum. *y* Ut unus dissentiens, &c.] i. ut illud, in quo plures consentiunt, quasi verum, & immutabile censeatur. Et non solum hæc quatuor exemplaria composuit. *z* Sed quod majoris audaciæ] i. temeritatis. *a* Asteriscis] Asteriscus est figura ad modum astri formata, quam posuit *Origenes*, ubi aliqua minus erant in translatione LXX. quasi ad dilucidationem. *b* Virgulis,] i. obelis, ad modum vero formatis, quos posuit Origenes ubi LXX. aliqua superflua posuerant in signum, quod jugulanda erant. Asteriscus igitur signum erat, quod ubi erant, ibi opus erat dilucidatione propter defectum aliquem. Obelus vero signum erat, quod ibi erat, ubi erat aliquid jugulandum, & quasi superfluum amovendum. *c* Aliis licuit] idest Origeni, & aliis prædictis, q. d. si aliis veteribus translatoribus, quas semel susceperant, & approbaverunt, licuit novas superaddere, cur non liceat mihi hoc opus facere? *e* Post LXX. cellulas,] idest post translationem LXX. qui in cellulis singulis transtulerunt. Et utitur metonymia, ponens continens pro contento.
f Jactantur,] quasi nullus auctor facit mentionem de hoc, scil. quod LXX. interpretes habuerunt 70. cellulas, quisque suam. Quod si esset verum, aliquis auctor de hoc fecisset mentionem. Et invehitur hic *Hier.* contra *Aug.* qui hoc dicebat. *g* Singulas, &c.] i. singulas editiones condiderunt. *h* Hoc quoque, &c.] Alia ratio est, quod licitum debet esse ei facere hoc opus. *i* Quod LXX. nescierunt,] i. quod in translatione LXX. non reperitur. *k* Cur me, &c.] q.d. Suscipere debent Latini editionem meam, quæ Apostolica, & Evangelica auctoritate approbatur: Nec alias violavit, sicut fecit editio Origenis.
l Qui inviolata] hoc dicit contra Origenem, qui Theodotionem miscuit cum LXX. & sic utramque corrupit. *m* Laborem meum] i. editionem meam laboratam, i. laboriose, compositam. *n* Apostolis] qui multa de Hebraica veritate dixerunt in Epistolis suis, quæ in editione LXX. non reperiuntur. *o* Librum] Forte liber iste sic dictus est, scil. liber de optimo genere interpretandi. Ubi docuit *Hier* quod quando aliquis interpretatur, i. de uno idiomate in aliud transfert, sententiæ potius, quam litteræ adhærendum est. *p* Ostendens] Suspensa est constructio usque ibi, in Hebræorum libris inveniri. *q* Illa] quæ in translatione LXX. non inveniuntur, hæc sunt ista: *r* Ex Ægypto vocavi filium meum,] Hoc in *Osee* 11. secundum translationem *Hier.* & inde sumitur a *Matth.* 2. Hæc autem nusquam reperiuntur in translatione LXX. unde patet, quod imperfecta est. Multa enim sumpserunt, sive tacuerunt LXX. de Trinitate, propter gentes, & propter Ptolemæum regem Ægypti, ne crederent plures esse Deos. *Matth.* 2. *s* Nazaræus vocabitur] *Isa.* 11. ubi nos habemus: Et flos de radice ejus ascendet. Nazaræus enim floridus interpretatur.
t In quem] *Jo.* 19. & *Zach.* 12. *u* Quæ oculus, &c.] 1. *Corinth.* 2. *Isaiæ* 64. ubi nos habemus: Oculus non vidit,

Osee 11. *Matth.* 2. *Matth.* 2. *Zach.* 12. *Joan.* 19. *Isaiæ* 64. 1. *Cor.* 2.

similia, in *a* Hebræorum libris inveniri. Certe Apostoli, & Evangelistæ, LXX. interpretes noverant, & unde *b* eis hæc dicere: quæ in LXX. interpretibus non habentur? Christus Dominus noster, *c* utriusque Testamenti conditor, in Evangelio, secundum *d* Joan. Qui credidit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Utique scriptum est, quod Salvator scriptum esse testatur. Ubi scriptum est? *e* Septuaginta non habent: *f* Apocrypha nescit Ecclesia. Ad *g* Hebræos igitur revertendum est, unde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc *h* pace veterum loquor, & *i* obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui *k* canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in *l* angulis, *m* idest, & accusatores, & defensores, *n* cum in aliis probent, quod in me reprobant, quasi virtus, & vitium non in rebus sit, sed cum auctore *o* mutetur. Ceterum memini editionem Septuaginta translatorum olim de Græco emendatam tribuisse me *p* nostris *q* nec inimicum debere æstimari *r* eorum, quos in conventu fratrum semper *s* edissero, & quod nunc Dibre Hajamim, idest, verba dierum interpretatus sum, *t* idcirco feci, ut *u* inextricabiles moras, & *x* silvam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio, *y* sensuumque barbariem apertius, & per versuum *z* cola *a* digererem, mihimetipsi, & meis juxta *b* Ismenium canens, si aures *c* surdæ sunt ceterorum.

Ejusdem Prologus secundus.

EUsebius *d* Hier. Domnioni, & Rogatiano suis in Christo Jesu, salutem. *e* Quomodo Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint, & tertium Virgilii *f* librum a *g* Troade per *h* Leucatem, & *i* Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad *k* ostia *l* Tyberis navigaverint: ita

vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. *a* In Hebræorum libris] ostendes inquam illa inveniri in libris Hebræorum. *b* Et unde eis] i. unde habuerunt hæc, quæ dixerunt, nisi in Hebraica veritate invenissent. *c* Utriusque testamenti] hoc est contra Manichæum, qui dicebat Vetus Testamentum esse a maligno Deo, & novum a benigno. *d* Secundum *Jo.* 7. Et potest dici sumptum de *Prov.* 10. ibi: Vena vitæ os justi: Ibi dicit *Interl.* Flumina de ventre, &c. Vel de *Prov.* 18. ibi Aqua profunda, verba ex ore justi viri, & torrens redundans fons sapientiæ. *e* Septuaginta non habent: q. d. hoc non est in translatione LXX. Et quia aliquis posset dicere, quod in Apocryphis invenitur, ideo addit. *f* Apocrypha, &c.] Et potest esse Apocrypha accusativus pluralis, vel nominativus singularis. Si primo modo, sensus est: Ecclesia nescit, i. non recipit Apocrypha scripta ad probationem alicujus, scil. Si secundo modo, sensus est: Apocrypha Ecclesia, i. quæ utitur Apocryphis, nescit hoc, ex quo LXX. non habent. *g* Ad Hebræos igitur] ad Hebraicam veritatem, ubi hæc reperiuntur. Sed si hæc translatio LXX. & Origenis, & aliorum, ideo reprobanda est, quia hæc inveniuntur in eis, ergo eadem ratione etiam translatio *Hier. in Prov.* quia hæc auctoritas: Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, ibi non invenitur. Ad hoc potest dici sine præjudicio, quod hæc auctoritas invenitur *in translat. Hier.* quoad sensum, etsi non quoad seriem verborum, sed in LXX. nec sensus, nec verba reperiuntur. Nota in universo fuisse septem principales translationes. Prima fuit, LXX. *interpretum*, quos Onia Pontifex misit Ptolemæo Philadelpho regi Ægypti, qui transtulerunt ei totam Bibliam de Hebræo in Græcum, difficultates de trinitate, & de humanitate Christi ubique subticentes, vel aliter, quam haberet Hebraica veritas, transferentes. Cum enim Ptolemæus gentilis esset, timebant LXX. si audiret tres personas nominari, crederet tres Deos esse. Secunda fuit *Aquilæ*. Tertia *Symmachi*. Quarta *Theodotionis*. Quinta dicitur *Vulgata*, de qua, quo auctore sit edita, ignoratur. Fuit enim inventa in Jericho: Tamen quidam dicunt, quod vulgata editio, est translatio LXX. quæ sic dicitur, quia fere per totum orbem jam erat promulgata. Sexta fuit *Orig.* Septima *Hier.* Quatuor primæ fuerunt de Hebræo in Græcum: Vulgata vero cujus linguæ fuerit, non audivi. Editio Origenis fuit de Hebræo in Græcum, & postea de Græco in Latinum: Origenes enim Græcus fuit, sicut Aquila, & Symmachus, & Theodotio. Unde editionem LXX. antequam suam faceret, correxit Origenes cum asterisco, & obelo, miscens multa de editione Theodotionis. Ubi LXX. aliquid omiserant, vel mutaverant de Hebraica veritate, ponebat asteriscum: q. d. hic est defectus, & indiget lumine: Et forte in margine apponebat defectum illum. Sed ubi LXX. aliquid de suo addiderant, quod non erat in Hebraica veritate, ponebat obelum, q.d. hic est aliquid superfluum, & jugulandum. Item nota, quod *Hier.* editionem LXX. emendavit, & Latinis tradidit emendatam, sicut ipse dicit hic. De his editionibus habes in prologo Job, ubi bibliotheca vocatur hexaplois, ab hex, quod est sex, & Aploos, quod est simplex, vel rectum, quasi bibliotheca habens 6. rectas, vel simplices editiones. Vel exaplois dicuntur tabulæ, habentes sex paginas, in quibus scribebatur diversitas editionum, ut sciretur in quo convenirent, & in quo differrent. *h* Pace veterum] scil. LXX. *i* Obtrectatoribus] i. detractoribus. *k* Canino] i. rabido, vel irrationabili. *l* In angulis,] i. in occulto. *m* Idest,] supple sunt accusatores, ejusdem, &c. *n* Cum in aliis, &c.] q. d. i. probant, & reprobant, defendunt, & accusant. Et hoc est secundum faciem judicare, habere eamdem causam accusationis, & defensionis. *o* Mutetur.] q.d. diversitas auctorum facit Editionem vitiosam, vel pretiosam, & non potius pretium, vel vitium rei. *p* Nostris] i. Latinis. *q* Nec] pro & non. *r* Eorum quos] i. quorum translationem. *s* Edissero,] i. expono, vel commendo: Unde patet, quod eis non invideo, neque detraho. *t* Idcirco fecit,] Hæc est causa necessaria, quare *Hier* transtulit hunc librum. *u* Inextricabiles moras,] i. longas sententias. *x* Silvam] i. confusionem incultam. *y* Sensuumque] Hoc dicit, quia ita corrupta erat editio LXX. quod videbatur esse Barbara, vel Barbaras, & ignotas dictionum significationes habens. *z* Per versuum cola] i. membratim per distinctionem clausularum. *a* Digererem,] i. exponerem. *b* Ismenium] quidam fuit Philosophus qui dicebat: Si noluerint me audire, canam tamen mihimetipsi. Quidam tamen dicunt Ismenium esse fluvium, juxta quam orgia Bacchi celebrantur cum clamore, quibusdam clamantibus, aliis silentibus, & clamantes deridentibus: Et est sensus: *c* Si aures, &c.] meam translationem contemnentes, & audire nolentes, ego canam mihimetipsi, & meis. [Juxta Ismenium,] sicut illi, qui juxta Ismenium cum clamore orgia bacchica derident.

Joan. 7.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Secundi Prologi S. Hieronymi in lib. Paralipomen.

E X P O S I T I O.

EUsebius, *d* &c.] Sicut diximus a principio: *Hier.* huic libro duos præmisit prologos. In primo excusat se apud Chromatium Episcopum, dicens ridiculum esse super quatuor translationes, scil. LXX. *Symmachi*, *Aquilæ*, *Theodot.* quintam addere: Tamen quia illæ corruptæ fuerant, ideo juxta fontem Hebraicæ veritatis hanc translationem edidit Chromatio. In hoc autem secundo prologo scribit Hieronymus Domnioni, & Rogatiano, amicis suis: In principio cujus captat eorum benevolentiam tripliciter. Primo a propria persona. cum dicit: *Eusebi. Hier.* Binominus enim erat. Secundo a solicitudine, quia multum laboravit in hoc opere. Tertio etiam ab humilitate, quia non sibi credens in hoc opere, magistrum habere voluit: ibi [Fateor, &c.] in secunda parte hujus prologi excitat attentionem, assignans operis utilitatem, & modum agendi. *e* Quomodo Græcorum] i. quemadmodum: Et captat hic benevolentiam a solicitudine. *f* Virgilii librum] scil. Æneidos. *g* Troade] civitas. *h* Leucatem,] fluvius est, ut dicit *Cantor*: mons, ut dicit *Archiep. Cantuariensis*, quod volunt auctores. *i* Acroceraunia] montes sunt. Unde *Isidor.* Acroceraunia montes sunt propter altitudinem, & fulminum jactus sic dicti. Acros enim altum est, & ceraunos Græce, fulmen Latine dicitur. Siciliam] regio est, *k* Ad ostia] idest, portus. *l* Tyberis] fluvii.

a Provinciarum] terram, scil. promissionis. b Fateor, &c.] Hic captat benevolentiam ab humilitate. c Nec habuisse, &c.] i. fateor, quod non credidi opinioni meæ quasi magistræ: Tutius enim auditur veritas, quam dicatur. d Sed ea etiam,] fateor. e De Tyberiade] Hic est duplex littera. *Cantor Parisiens.* legit hanc quæ hic est hoc modo. Cum a me flagitassetis, ut vobis *Paral.* transferrem Latino sermone, ego assumpsi, de Tyberiade, quodam auctore, i. doctore legis: Et contuli cum eo, i. scriptis illius Tyberiadis contuli alia exemplaria: A vertice, i. a principio, usque ad finem. Alii habent hanc litteram: De Tyberiade legis quemdam auctorem. Et hanc legit *Archiepiscopus Cantuariensis*, hoc modo: Cum a me flagitassetis, ut vobis Paralipomenon latino sermone transferrem, ego assumpsi de Tyberiade, i. de civitate illa, ubi tunc vigebat studium Hebræorum, sicut modo Parisiis studium Latinorum; Quemdam auctorem, i. quemdam doctorem, legis habentem auctoritatem, & cum eo contuli de libro Paralipomenon: Cetera non mutantur. f Admirationi] vel admirabilis. g Ut ajunt] idest, ut solet dici vulgariter. h Confirmatus,] collatione facta cum eo. i Libere] i. secure, quasi dicat, non curo, quid alii dicant. k Ita enim in Græcis,] ostendit quare transtulerit, quia scilic. liber iste corruptus erat, tam apud Græcos, quam apud Latinos.

r Cogunt,] i. coadunant. Simile in Bucol. Virgilius: *Tytire coge pecus*, &c.
ſ E regione] i. e contrario.
t Propter latitudinem] unius nominis.
u Dividunt.] unum nomen.

sanctam Scripturam lucidius intuebitur, qui Judæam oculis contemplatus est, & antiquarum urbium memorias, locorumque, vel eadem vocabula, vel mutata cognoverit. Unde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire, ut circuiremus a provinciam, quam universæ Christi Ecclesiæ sonant: b Fateor enim, mi Domnion, & Rogatiane Charissimi, nunquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidisse, c nec habuisse opinionem meam, d sed ea etiam, de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum, quanto magis de his, super quibus anceps eram? Denique cum a me nuper litteris flagitassetis, ut vobis Paral. Latino sermone transferrem, de e Tyberiade, legis quondam auctore, qui apud Hebræos f admirationi habebatur, assumpsi, & contuli cum eo a vertice (ut g ajunt) usque ad extremum unguem, & sic h confirmatus, ausus sum facere, quod jubebatis. i Libere enim vobis loquor. k Ita enim in Græcis, & Latinis codicibus hic l nominum liber vitiosus est, ut non tam Hebræa, quam Barbara quædam, & m Sarmatica nomina conjecta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu sancto n pleni ea, quæ vera fuerunt, transtulerant, sed scriptorum culpæ ascribendum, dum de o inemendatis p inemendata q scriptitant, & sæpe tria nomina, subtractis e medio syllabis, in unum vocabulum r cogunt, vel e ſ regione unum nomen propter t latitudinem suam, in duo, vel tria vocabula u dividunt. Sed & x ipsæ y appellationes non homines, ut plerique æstimant, sed urbes, & regiones, & saltus, & provincias sonant, & z oblique sub a interpretatione, & figura b eorum quædam narrantur Historiæ, de quibus in c regnorum libro dicitur: Nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? d Quæ utique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quod apud Hebræos Paralip. liber unus sit, & apud illos vocatus Dibre Hajamim, idest verba dierum, qui propter magnitudinem apud e nos divisus est. Quod nonnulli etiam in f Bruto Ciceronis dialogo faciunt, ut eum in tres partes g secent, cum unus a suo auctore sit editus. h Deinde etiam illud attendendum, quod frequenter nomina, non vocabula hominum, sed i rerum, ut dixi, significantias sonant. Ad k extremum, quod l omnis eruditio m scripturarum in hoc continetur, & historiæ, quæ vel prætermissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ n leviter, hic per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adjutus auxilio misi o librum p benevolis placiturum, tamen q invidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæque, ut ait r Plinius, malunt contemnere ſ plerique, quam discere. Si quis in hac t interpretatione voluerit, aliquid u reprehendere, interroget x Hebræos, suam conscientiam recolat, videat ordinem, textumque y sermonis, & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Ubicumque ego asteriscos, idest, stellas radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebræo z additum, quod in a latinis codicibus non habetur. Ubi vero b Obelus, transversa, scil. virga præposita est, illic signatur, quid Septuaginta interpretes addiderunt, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti auctoritatem, licet in Hebræis voluminibus non legatur.

Explicit Prologus secundus.

l Nominum liber] i. continens nomina tam hominum, quam locorum multa, in quibus vitium est sæpe scriptorum. m Sarmatica] a loco. Sarmatæ enim sunt populi Barbari, & terra eorum Barbarica, Unde Ovidius.

Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Quidam libri habent Pharmatica, i. mutata. Pharmacia enim est medicina laxativa, quæ subjectum immutat spiritu, scil. n Pleni] Hoc videtur dicere Ironice *Hieron.* quia *in illo prologo super Gen.* scil. Desiderii mei, &c. dicit aperte, quod mendacium fuit, scil. LXX. interpretes ita divisos in cellulis transtulisse. Ad hoc dicimus, quod *Hier.* ibi non invehitur contra LXX. sed contra *Aug.* qui ita dividebat eos, hic autem asserit eos fuisse plenos Spiritu Sancto, quo inspirante transtulerunt, sed non divisi, ut dicit *Aug.* o De inemendatis] exemplaribus. p Inemendata] exemplaria. q Scriptitant,] idest, scribunt.

x Sed & ipse, &c.] Aliud vitium circa nomina ostendit.
z Oblique] idest, non recte.
a Sub interpretatione, &c.] idest, sub ficta, & figurata interpretatione, idest, significatione; q.d. aliquando nomen hominis sub nomine loci accipitur, & e converso, & sic sæpe narrantur historiæ non veræ, sed sub ficta significatione nominum.
b Eorum] idest, appellationem, de quibus in historiis, scilicet.
c In regnorum libro] i. in libro Regum.
d Quæ utique, &c.] Patet hic, quod liber Verborum dierum regum Juda non est Paralipomenon.
e Apud nos divisus est] idest, in Latinis codicibus translatis de editione LXX.
f In Bruto] idest, in libro Catonis sic dicto, quia Brutus introducitur ibi sic loquens per dialogum ad Catonem avunculum suū, vel Cato ad Brutum nepotem suum, sicut *Greg.* ad Petrum discipulum suum. Ille dialogus erat liber unus, & tamen divisus a quibusdam, vel in duos libros, vel in tres.
g Secent,] idest, dividant.
h Deinde etiam, &c.] Hic excitat *Hieronym.* attentionem.
i Sed rerum,] aliarum.
k Ad extremum,] idest, ultimo attendendum est.
l Quia omnis eruditio] idest, perfectio eruditionis, & hoc ostendit utilitatem. m Scripturarum] scilicet legis, prophetarum, agiographorum.
n Leviter,] idest, breviter, & summatim.
o Misi librum] scilicet Paralipomenon.
p Benevolis] meis.
q Invidis] meis.
r Plinius] historiographus. ſ Plerique,] idest, invidi. t Interpretatione, &c.] i. editione.
u Reprehendere,] aliquid. x Hebræos,] i. Hebraicam veritatem.
y Sermonis,] idest, libri a nobis editi.

z Additum,] a me in mea editione. a Quod in latinis, &c.] translatus ab editione LXX. b Ubi vero Obelus,] Nota, asteriscos, figura quædam est facta ad modum astri. Et dicitur ab ἀστὴρ Græce, quod est stella Latine, non ab astro, ut quidam putant. Obelus vero est figura facta ad modum sagittæ barbatæ, i. virgula quædam jacens super litteram ex transverso. *Hier.* vero ponebat asteriscum

Paralipomenon liber testamenti veteris Epitome, tantus, ac talis est, ut absque illo, si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, semetipsum irrideat. Per singula quippe nomina, juncturasque verborum & prætermissa in libris Regum tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur Evangelii quæstiones.

Incipit primus liber Dibre Hajamin, idest, Paralipomenon.

C A P. I.

Adam, a Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Jared, Henoch, Mathusale, Lamech, c Noe, d Sem, Cham, & Japheth. Filii Japheth, e Gomer, f Magog, g Madai, & h Janæn, i Thubal, k Mosoch, l Thiras. Porro filii Gomer, m Ascenez, & n Riphat, & o Thogorma. Filii autem Janan, p Elisa, & q Tharsis, r Cethim, & Dodanim. Filii f Cham, t Chus, & u Mesraim, x Phuth, & y Chanaan. Filii autem Chus, z Saba, & a Hevila b Sabatha, & c Regma, & Sabatacha. Porro filii d Regma, e Saba, & f Dadan. g Chus autem genuit h Nemroth. Iste cœpit esse potens in terra. i Mesraim vero genuit Ludim, & Ananim, & k Laabim, & Nephtuim, Phetrusim, quoque, & l Chasluim, de quibus egressi sunt Philistiim, & m Caphturim,

riscum, ubi LXX. interpretes aliquid omiserunt de Hebraica veritate, q: d. hic deest in codicibus Latinis translati ab editione LXX. quod hic appositum est de Hebraica veritate, quod est quasi stella irradians. Ubi vero LXX. interpretes aliquid de suo apposuerunt, quod non erat in Hebraica veritate, ibi posuit *Hieron.* obelum, quasi dicat, in tali loco est aliquid jugulandum in Latinis codicibus ab editione LXX. translatis. Aliter usus est *Origenes* Asterisco, & obelo. Ubi enim LXX. aliquid omiserant, Asteriscum ponebat. Obelum vero ponebat, ubi, vel superfluum aliquid, vel falsum videbatur positū. Et nota, quod Obelus tripliciter variatur. Quandoq; simpliciter sine punctis scribebatur, & dicebatur obelus ad jugulandum superflua, vel falsa. Quandoque scribebatur habens duos punctos desuper hoc modo: & ponebatur in his, in quibus erat dubium an poni deberent, & tolli, & dicebatur obelus ad punctos. Quandoque scribebatur inter duos punctos hoc modo, dicebatur limniscus, & ponebatur in locis, in quibus interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerunt. Ita dicit *Isidor.* Adhuc sunt aliæ novem figuræ hujusmodi: Sed raro inveniuntur, & ideo tacui de illis.

Reg. 5.

A

Explicit expositio secundi Prologi D. Hugonis.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postillam Dibre Hajamin, qui & Paralipomenon, quod nos derelictorum, vel prætermissorum dicere possumus, incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

Adam, a supple genuit] Seth, vel Seth est filius Adam, & sic in ceteris. Et nota, quod Adam est tantum nominativi casus: Alii, qui sequuntur duplicis casus vicem habent. Juxta primam suppletionem, habent vicem accusativi, respectu præcedentis dictionis; vicem nominativi, respectu sequentis: Juxta aliam suppletionem, vicem genitivi, & nominativi. Aliqui tamen dicunt, quod nullum verbum debet intelligi per suppletionem, & tunc per ordinem directionum intelligitur successio generationum. Sed quæritur, quare Cain, & Abel tacentur in hac enumeratione? Sol. Planum est de Abel, quod tacetur, quia sine prole decessit, de Cain magis difficile est. Si dicas, quod tacetur, quia malus, non est ratio bona, quia multi mali numerantur: Sed dicimus, quod tacetur, quia omnes nati ab eo, in diluvio perierunt. c Noe *Gl.* Dicimus ab Adam Noe, & in *Gen.* 5. & hic demonstratur, & aperte decimus est, quia perfectus. Unde *Gen.* 6. Noe vir justus erat, & perfectus in generationibus suis, i. juxta homines generationis suæ, i. comparatus illis. d Sem, Cham, & Japheth.] Isti tres fuerunt filii Noe, ut patet *Gen.* 6. e Gomer] *Gl.* Galatæ. Et debet intelligi *Gl.* a quo Galatæ, & sic de ceteris. Contra: In *ep. ad Gal.* dicunt in *Gl.* quod Galatæ partim venerunt a Græcis, partim a Gallis. Unde & Gallogræci dicti sunt. Sol. Hæc loquitur secundum illam partem, quæ venit a Græcis. f Magog] a quo Scytæ. Forte aliquis fuit in genere illius, a quo denominata est gens Scytarum, ut videtur velle *Hier. in illa Gl.* Hi possederunt, &c. & sic intelligendum est de aliis. g Madai,] a quo Medi. h Janan,] a quo Jones, qui & Græci, a quo mare Jonium. i Thubal,] a quo Iberes, qui Hispani dicti sunt. k Mosoch,] a quo Cappadoces. l Thiras] a quo Thraces. *Gl.* Hæ 7. gentes ad Aquilonem habitant. Sed quæritur, quare primo posuit generationem Japheth, cum fuerit ultimus fratrum, & ultimo generationem Sem, qui fuit primogenitus ipsius Noe? Sol. Hujus ratio est, quod Sem ultimo ponitur, ut texatur continue ejus generatio. Plures enim de ipso descenderunt. Cham vero auctor noluit præponere, quia revelavit verenda patris: *Gen.* 9. Et ideo Japheth præpositus est, quia texit patrem. Et nota, quod nomina, quæ sunt in textu libri, nomina sunt filiorum; nomina vero interlinearum, nomina sunt gentium, quæ descenderunt ab eis, non denominative, sed originaliter, idest, non ab eis acceperunt denominationes, sed generationem. Et nota, quod ab his tribus filiis Noe descenderunt 72. generationes ad quas misit Dominus 72. discipulos, *Luc.* 10. De Japheth fuerunt quindecim generationes. De Cham triginta. De Sem vigintiseptem. Hi disseminati sunt in tribus partibus orbis secundum *Alcuinum*. Sem, Asiam; Cham, Africam; Japheth Europam sortitus est. *Josephus* fere idem dicit, sed expressius, quia & principia, & fines habitationum eorum nominat.

Gen. 9.

Gen. 10.

m Ascenez,] qui descenderunt a Scenez. *Gloss.* hos Græci Regmos vocant.

n Ripheth,] a quo Paphlagones. o Thogorma,] a quo Phyges. p Elisa,] *Gloss.* Ab his divisæ sunt nationum insulæ, linguæ, cognationes, & gentes. De Jonibus, idest, de Græcis nascuntur Elisei, qui & Æolides, unde & lingua Græca Æolis dicitur.

q Tharsis,] a quo Tharsenses, quorum metropolis est Tharsus, civitas Pauli, *Act.* 22. r Cethim,] a quo Cithii, a quibus urbs Cypri Cythium dicitur. f Cham,] i. filius Noe. t Chus,] a quo Æthiopes. Unde *Gloss.* Æthiopia usque hodie ab Hebræis Chus dicitur. u Mesraim,] a quo Ægyptus. x Phuth,] a quo Lybia. *Gl.* a quo & Mauritaniæ fluvius Phuth dicitur, & regio Phutensis. y Chanaan] a quo Chananæi. Ab illo fluxerunt septem gentes, quæ occupaverunt terram promissionis, de quibus Hebræi intelligunt illud *Deuter.* 32. Statuit terminos populorum juxta numerum filiorum Israel.

z Saba,] a quo Sabæi.

a Hevila] Getuli in parte remotioris Africæ, Eremo cohærentes. Nota hoc nomen Hevila ponitur in libro de Hebraicis nominibus inter nomina, in quibus, v, consonans sequitur, e, vocalem. Unde patet qualiter debeat pronunciari. b Sabatha, a quo Sabatheni, qui nunc Astarabi vocantur. c Regma, & Sabatacha,] *Hieron.* Hi duo antiqua vocabula perdiderunt, & quæ pro eis habeant ignoramus.

d Saba,] a quo Arabes *Gloss.* Hic Saba per Schin literam scribitur, supra vero per Samech, a quo Sabæi. Interpretatur nunc Saba Arabia. Unde in *Psalm.* 71. ubi habemus: Reges Arabum, & Saba, in Hebræo habetur reges Saba, & Saba. Primum per Schin. Secundum per Samech. e Dadam,] a quo gens Æthiopiæ in Occidentali plaga. f Nemrod,] filius Chus. Primus iste *Genes.* 10. cœpit, &c. *Gloss.* quia insuetam tyrannidem primus arripuit. Hic fuit robustus venator coram Domino, quia homines a Dei cultura avertit.

i Mesraim] secundus filius Cham.

k Laabim,] *Gl.* a quo Libyes, qui prius Phutei. Contra: *Isidorus* dicit, quod Lybia dicta est, eo quod flat ibi lybs, idest, Africus ventus. Alii vero a Libya filia Ephaphi, filii Jovis, qui ibi regnavit. Solutio: Ex pluribus causis hic potuit nominari.

l Chasluim,] *Gloss.* qui & Philistiim, quos & corrupte Palæstinos dicimus *Rab.* Ceteræ gentes ignotæ sunt nobis, quia bello Æthiopico subversæ in oblivionem præteritorum nominum pervenere.

m Caphturim,] LXX. dicunt, quod hi sunt Cappadoces, sed Hebræi nesciunt, qui sint.

Chanaan vero genuit *a* Sidonem primogenitum suum, & *b* Hethæum, Jebusæum quoque & Amorrhæum, & Gergesæum, Hevæumque, & Arachæum, & Asinæum: *c* Aradium quoque, & *d* Samaræum, & *e* Emathæum. Filii *f* Sem, *g* Elam, & *h* Assur, & *i* Arphaxad, & *k* Lud, & *l* Aran. Hi sunt filii Aran, *m* Hus, & *n* Hul, & *o* Gothor, & *p* Mosoch. Arphaxad autem genuit *q* Sale, qui & ipse genuit *r* Heber. Porro Heber nati sunt duo filii, nomen uni *s* Phaleg, quia in diebus ejus divisa est terra, & nomen fratris ejus *t* Jectan. Jectan autem genuit Helmodad, & Saleph, & Asermoth, & Jare, Aduram quoque, & Uzal, & Decla, Hebal etiam, & Abimael, & Saba, necnon & Ophir, & *u* Hevila, & Jobab. Omnes isti filii Jectan. *x* Sem Arphaxad, & Sale, & Heber, & Phagel Ragau Seruch, Nachor, Thare, *y* Abram, iste est Abraham. Filii autem Abraham, *z* Isaac, & *a* Ismael. Et hæ generationes eorum. *b* Primogenitus Ismaelis, Nabajoth, & Cedar, & Abdehel, & Mabsan, & Masma, & Duma, Massa, Addad, & Thema, Jacur, Naphis, Cedma: Hi sunt filii Ismaelis. Filii autem *c* Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit Zamram, Jecsan, Madan, Madian, Jesboc, & Sue. Porro Filii Jecsan: Saba, & Dadan. Filii autem Dadan, *d* Asurim, & Lathusim, & Laomim. Filii autem Madian, Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filii Ceturæ. Generavit vir autem Abraham, Isaac, cujus fuerunt filii *e* Esau, & Israel. Filii *f* Esau, Eliphaz, Rahuel, *g* Jeus, Jelon, *h* Core: filii Eliphaz Themam Omer, Sephi, Gothan, Cenez *i* Thamna, Amalech: filii Rahuel, Nabath, Zara, Samma, Meza.

a Sidonem] *Gloss.* a quo Sidon, urbs in Phœnice.
b Hethæum,] a quo Hethæi, & sic de filiis sequentibus: *c* Aradium] a quo Aradii.
d Samaræum,] a quo Syriæ Cheles. Samaria civitas.
e Emathæum.] a quo Emath civitas, quæ, & Epiphania dicitur, & etiam Antiochia. Nota 11. filii Chanaan numerantur hic, qui cum Chanaan sunt 12. a quibus descenderunt 22. populi, qui possederunt terram promissionis ante filios Israel. Unde patet, quod Philistiim non fuit de illis duodecim habitatoribus terræ promissionis, quia Philistiim, ut hic dicitur, fuerunt de Cassuim.
f Filii Sem] Ostensa generatione Japheth, & Cham filiorum Noe ostendit generationem Sem primogeniti Noe.
g Elam] de qua Elamitæ. De Assur Assyrii.
h Et Assur,] *Gloss.* qui urbem Ninum condidit, idest, Ninivem. Contra: *Osee* 2. ibi: Auferam nomina Baalim de ore ejus, dicit *Gloss.* Primum Ninus in Assyria regnavit, qui sui nominis Ninum condidit, quam Hebræi Ninivem vocant. Solutio: Assur filius Sem jecit fundamenta illius civitatis, quem Nemroth vi expulit de civitate illa, sive terra illa, quæ sua erat jure hæreditario, quam postea obtinuit Belus pater Nini, sed patre Nini mortuo, filius ejus Ninus totam Assyriam obtinuit, & Niniven ampliavit, & suo nomine nominavit. Verum est ergo, quod Assur condidit Niniven, quoad fundationem, & Ninus, quoad consummationem. Item diversæ historiæ dicunt, aliquando regnum Assyriorum incepisse ab antiquo Belo, quantum ad initium: Aliquando a Nino, quod verum est, quantum ad regni ampliationem.
i Arphaxad,] a quo Chaldæi.
k Lud,] a quo Lydia.
l Aran.] a quo Syri, quorum Metropolis Damascus.
m Hus,] Traconitidis, & Damasci conditor, a quo terra Hos, de qua Job fuit.
n Hul,] a quo Armeni.
o Gothor,] a quo Carnami, vel Carii.
p Moloch.] qui nunc Meones vocantur.
q Genuit Sale,] Contra: *Lucæ tertio* dicitur, quod Arphaxad pater fuit Cainan, & Cainan pater Sale, ergo non est verum, quod hic dicitur, scilicet, quod Arphaxad genuit Sale. Idem dicitur *Genes.* 10. Non inveni solutionem de hoc, nisi velimus dicere, quod in Luca intelligi debet, quod Sale fuit filius legalis, hic vero naturalis.
r Heber.] *Gloss* a quo Hebræi secundum *Hieronymum*, & secundum *Joseph.* Tamen *Augustinus* dicit: Merito quæritur, utrum ab Heber dicti sint Hebræi, vel ab Abraham quasi Abræi.
s Phaleg,] *Gloss.* quodam vaticinio sic dictus quasi prophetice: Phaleg enim divisio, quia in diebus ejus linguæ in Babylone divisæ sunt.
t Jectan autem genuit Helmodad, &c.] *Hieronym.* Harum gentium posteriora nomina invenire non potui, sed vel ita vocantur, ut primum, vel quæ mutata sunt ignoramus.
u Hevila,] a quo Hevilath regio Indiæ, quæ in libro de *Hebraicis nominibus* ponitur inter nomina, in quibus, v, consonans sequitur e.
x Sem, &c.] Modo recapitulat breviter generationem Sem, ut ostendat Abraham decimum esse a Sem, sicut Noe decimus fuit ab Adam. Unde *Gloss.* dicit: Sicut in principio ab Adam usque ad Noe decem generationes posuit, ita a Sem usque ad Abraham, non sine sacramenti mysterio. Sicut enim a Noe incipit secunda ætas, sic ab Abraham incipit tertia. Unde nota, quod prima ætas incipit ab Adam: Secunda a Noe: Tertia ab Abraham: Quarta a David: Tamen secundum quosdam a Moyse: Quinta a transmigratione: Sexta a Christi nativitate: Septima est expectantium, quæ simul currit cum sexta: Octava erit resurgentium in fine sæculi. Hæ dicuntur ætates mundi, quia mundus in his quodammodo renovatus est. Primo in hominis fornicatione: Secundo in diluvii inundatione, quæ fuit figura Baptismi: Tertia in circumcisione: Quarta in regum inunctione, vel legis datione: Quinta in transgressorum punitione, & templi reparatione, in quo pœnitentia figuratur: Sexta in Baptismi purificatione. Duæ ultimæ non sunt ætates mundi, sed extra mundum.
y Abraham,] Nota: primo dictus est Abram ab Abba, quod sonat pater, & Ram, quod sonat excelsus, quasi Abram, idest, pater excelsus, & postea addita est, a littera, & dicitur Abraham, quasi Abaaram, idest, pater multarum, & subauditur gentium: *Genes.* 17.
z Isaac,] *Genes.* 21.
a Ismael.] *Gen.* 16.
b Primogenitus, &c.] Primo expedit se de generatione Ismaelis, ut continue texat generationem Isaac, a quo descendit David.
c Filii Ceturæ] *Hieron.* dicit *in Gloss.* quod Hebræi suspicantur, Ceturam esse nomen appellativum, quod interpretatur copulata. Dicunt enim hanc fuisse Agar, quæ mortua Sara, transivit in uxorem de concubina, ne senex novis arguatur nuptiis lasciviisse. Sed si hoc, Ismael debuit computari inter filios Ceturæ, quod non est verum, quia Cetura tantum sex filios genuit Abrahæ. *Gen.* 25. & hic, inter quos non est Ismael. Solut. Quia Ismael natus fuit antequam Agar esset uxor Abrahæ, ideo non computatur inter filios Ceturæ. Sed iterum objicitur *Gen.* 25. legitur, quod Abraham filiis concubinarum largitus est munera, ergo Abraham habuit concubinas: Nonnisi Agar, & Ceturam, ergo Cetura non fuit Agar. Sol. Plurale ponitur pro singulari.
d Asurim, &c.] Isti fuerunt negotiatores, æris, ferrique metalla cudentes.
e Esau, & Israel:] idest, Jacob: *Genesis vigesimoquinto.*
f Filii Esau,] Prius agit de Esau, ut postea prolixius texat generationem Jacob. *g* Jeus] Nota Esau habuit tres uxores, Ada, quæ peperit Eliphaz Basemath: secunda, quæ peperit Rahuel: Oolibama tertia, quæ peperit Jeus, Heilon, & Core. De his tribus uxoribus habes *Gen.* 36. *in princ. vel* 26. *in fine.* Hæ uxores erant de Hevæis, unde multum displicuerunt Isaac, ut legitur *Gen.* 26. & 28.
h Core:] Iste Core frater fuit Eliphaz: Sed quia Eliphaz major erat natu, & eum educavit, ideo Core inter filios ejus computatur. Similiter *Gen.* 36.
i Thamna,] *Gen.* 36. legitur, quod Thamna fuit concubina Eliphaz. Ideo quærit hic *Gloss.* quare inter filios ejus computatur. Ad hoc solvunt Hebræi dicentes, quod ideo inter filios Eliphaz Thamna computatur, quia quasi filiam inter filios eam educavit. Alii dicunt, quod ideo computatur, ut ostendatur, de qua matre natus sit Amalec, cui præponitur immediate.

n Filii

a Filii Seir,] Iste Seir non fuit filius Esau, ut patet *Gen.* 36. sed fuit princeps terræ Horrhæorum, a quo terra dicta est Seir. Ab Esau vero, qui inde expulit Horrhæos, qui & Edom dicitur, dicta est Idumæa. *Gen.*36. sic dicitur: Isti sunt filii Seir Horrhæi, habitatores terræ Lothan, &c. Quare ergo computantur hic inter filios Esau? Solut. Eliphaz fuit filius major Esau, & habuit concubinam de Horrhæis, de qua suscepit Amalech; & ideo hic computantur.

b Huma.] vel Ahohimam. Unde *Hier.* Huma filius Lothan, idest, perturbans, 1. *Paral.* 1. scribitur Ahohimam, id est perturbatus.

c Ahilam,] *Hier.* qui de genere Horrhæorum est, in *Gen.*36. scribitur Aluham, idest exaltatus. 1. *lib. cap.*1. *in Par.* vero Alihan, i. rejectus, significans, quod Horrhæi exaltati sunt, antequam Edom terram eorum caperet, postea vero ejecti.

d Sephi,] *Gen.*36. vocatur Sepho.

e Ana.] de quo in *Gen.* 36. dicitur, quod invenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinas patris sui.

f Hamaram,] in *Gen.* 36. Amadam vocatur.

g Jachan.] *in Gen.* 36. Zachan vocatur, i. tribulator, *in Par.* Jachan, i. tribulatus, quia ut dicit *Gl.* variis eventibus nomina commutantur, ut variis varia mysteria significentur.

i De Bosra.] quæ est Bosor civitas in deserto trans Jordanem in Tribu Ruben. *Raban.* dicit, Bosor metropolis est Arabiæ. Est & alia Bosor civitas Esau in montibus Idumææ, de qua dicitur *Isai.* 63. Fulvida vestimenta ejus ex Bosra. Sed ibidem dicitur, quod Bosra non est in Idumæa, sed in Moab. Solutio: Idumæa large accipitur, & stricte. Large hic, stricte in Isaia.

h Johab] *Gloss.* Quem Job esse suspicantur. Unde *Ambrosius* super Epistolam ad Romanos dicit, quod fuit pronepos Esau. *Gregorius* vero in principio Moralium dicit, quod Job fuit in tempore Judicum. Hebræi dicunt eum primogenitum de stirpe Nachor. Multæ sunt opiniones de ipso.

k Themanorum.] *Gloss.* Theman regio, a Theman filio Eliphaz sortita est vocabulum. Unde patet, quod est nomen hominis, quandoque etiam nomen villæ.

l Madian] *Gloss.* civitas a minimo filiorum Abraham, & Ceturæ sic vocata. Unde vocantur Madianæi, & Madianæa regio. Filiæ quoque soceri Moysi, filiæ Madian dicuntur *Exod.* 2.

m Masrecha.] Civitas est regni Edom.

n Saul] non Rex Israel, sed alius ante ipsum longe.

o Rohoboth,] *Gloss.* Urbs est juxta fluvium, ubi erat rex Edom, sed & fluvius sic vocabatur.

p Mehethabel] interpretatur benignitas Domini.

q Matred,] dispensatrix.

r Mezaab.] aurifex. *Gl.* dicit: Duæ matres hic numerantur, ad significandum mysterium, ut aurifex, scilicet genuisset dispensatricem, & dispensatrix Domini benignitatem, quia ex profunditate sensus nascitur facunda locutio, quæ fidem mundam gratia Dei promereretur gignere in cordibus auditorum.

f Duces pro regibus] Ergo Adab fuit ultimus Rex Edom; ergo omnes reges Edom, usque ad duces. Contra *super Genes.* 36. dicitur, quod illos tantum nominavit. Item numeravit Moyses, quos videre potuit, non omnes. Solutio: Concedimus, quod non omnes numerantur, & quod Adad non fuit ultimus rex Edom. Quod vero dicitur hic, sic exponimus mortuo Adad, id est, post mortem Adad, non tamen statim, sed postea duces pro regibus in Edom esse cœperunt.

t Dux Thamna,] Nota, Thamna, & Oolibama fuerunt mulieres, ut dictum est supra in *Gloss.* Hæ computantur inter duces propter strenuitatem, sicut *Judic.* 4. Delbora inter judices.

u Aliha,] *Gen.* 36. vocatur Aluha.

x Hi duces Edom.] Ergo hi duces fuerunt de Edom. Contra *Gen.* 36. de omnibus istis non numeratur aliquis in filiis Esau, nisi Theman solus. Si non fuerunt de stirpe Esau, quomodo ergo fuerunt duces Edom? Si vero fuerunt de stirpe ejus, quare non nominantur cum aliis.

Filii *a* Seir, Lothan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Ezer, Disan. Filii Lothan, Hori, *b* Huma. Soror autem Lothan fuit Thamna. Filii Sobal, *c* Alihan, & Manaath Ebal, *d* Sephi, & Onam. Filii Sebeon, Ahaja, & *e* Ana. Filii Ana Dison. Filii Dison *f* Hamaram, & Eseban, & Jethram, & Charram. Filii Azer, Balaan, & *g* Zavam, & Jachan. Filii Disan, Hus, & Aran. Isti sunt Reges, qui imperaverunt in terra Edom, antequam esset Rex super filios Israel. Bale filius Beor, & nomen civitatis ejus Denaba. Mortuus est autem Bale, & regnavit pro eo *h* Jobab filius Sare de *i* Bosra. Cumque & Jobab fuisset mortuus regnavit pro eo Husan de terra *k* Themanorum. Obiit quoque & Husan, & regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit *l* Madian in terra Moab, & nomen civitatis ejus Avith. Cumque & Adad fuisset mortuus, regnavit pro eo Semla de *m* Masrecha. Sed & Semla mortuus est, & regnavit pro eo *n* Saul de *o* Rohoboth, quæ juxta amnem sita est. Mortuo quoque Saul, regnavit pro eo Baalana filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnavit pro eo Adad, cujus urbis nomen fuit Phou, & appellata est uxor ejus *p* Methethabel filia *q* Matred, filiæ *r* Mezaab. Adad autem mortuo, *f* duces pro regibus in Edom esse cœperunt. *t* Dux Thamna, dux *u* Aliha, dux Jethet, dux Oolibama, dux Hela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram. Hi *x* duces Edom.

C A P. II.

Filii autem Israel, Ruben, Simeon, Levi, Juda, Isachar, & Zabulon, Dan, Joseph, Benjamin, Nephtalim, Gad, & Aser. Filii Juda, *y* Her, Onam, & Sela. Hi tres nati sunt ei de filia *z* Sue Chananitidis. Fuit autem Her primogenitus Juda, *a* malus coram Domino, & occidit eum. Thamar autem *b* Nurus ejus peperit ei *c* Phares, & Zara. Omnes ergo filii Juda quinque. Filii autem Phares, *d* Esrom, & Chamul. Filii quoque Zare, *e* Zamri, & Ethan, & Eman, Chalchal quoque, & Dara. Similiter quinque filii Charmi, *f* Achar, qui turbavit Israel, & *g* peccavit in furto anathematis. Filii Ethan, Azarias. Filii autem Esrom, qui nati sunt ei, Jerameel, & *h* Ram, & Calubi, hic est Caleb. Porro Ram genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naasson principem filiorum Juda. *i* Naasson quoque genit Salma, de quo ortus est Booz. *k* Booz vero genuit Obed, qui & ipse genuit Isai. Isai autem genuit primogenitum Heliab, secun-

E X P O S I T I O CAP. II.

Filii autem Israel, &c.] *y* Her, Onam, & Sela. *Gloss.* De his plenissime in *Gen.* scriptum est, scil. 38.

z Sue] Hebræi dicunt, quod Sue est nomen patris uxoris Judæ. Unde *Gen.* 38. legitur: Vidit Judas filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue. Item quod nomen Sue sit nomen viri, habetur *supr.* in generatione Abrahæ. Sed non est consuetudo, ut dicunt Hebræi, ut nomen viri feminæ imponatur. Sed quod Sue sit nomen uxoris Judæ probatur. Quia *Gen.* 38. dicitur sic: Revolutis multis annis, mortua est Sue uxor Judæ. Ad hoc dicunt Hebræi, quod debet ibi esse: Revolutis multis annis mortua est filia Sue, uxor Judæ. Nos non habemus hanc litteram, & dicimus, quod est nomen uxoris Judæ, & legimus litteram hic cum parva transpositione. Nati sunt ei filii de filia Sue, idest de Sue filia Chananitidis, idest viri Chananæi.

a Malus] Abutens vasculo uxoris, *Gen.* 38.

b Nurus] uxor filiorum.

c Phares, &c.] De his multa scripta sunt, *Gen.* 38.

d Esrom,] qui alio nomine dictus est Jephone pater Caleb.

e Et Zamri,] vel Charmi.

f Achar,] vel Acham, vel Achor.

g Peccavit] *Josue* 7.

h Ram,] vel Aram.

i Principem filiorum Juda.] *Num.* 1.

k Booz vero] Nota: Salma genuit Booz, ille Booz genuit secundum Booz, & ille secundus Booz genuit tertium Booz,

dum Aminadab, tertium Sammaa, quartum Nathaneel, quintum Saddai, sextum Afon, *a* septimum David. Quorum sorores fuerunt Sarvia, & Abigail. Filii Sarviæ, Abisai, Joab, & Asahel tres. Abigail autem genuit Amasa, cujus pater fuit *b* Jether Ismaelites. *c* Caleb vero filius *d* Esron accepit uxorem nomine Azuba, de qua genuit Jerioth. Fueruntque filii ejus Jaser, & Sobab, & Ardon. Cumque mortua fuisset Azuba, accepit uxorem Caleb *e* Ephrata, quæ peperit ei Ur. Porro *f* genuit Uri, & Uri genuit *g* Beseleel. Post hæc ingressus est *h* Esron ad filiam *i* Machir k patris *l* Galaad, & *m* accepit eam, cum esset annorum sexaginta, quæ peperit ei Segub. Sed Segub genuit *n* Jair, & *o* possedit vigintitres civitates in terra Galaad. Cepitque Gessur, & Aram *p* oppida Jair, & Canath, & *q* viculos ejus sexaginta civitatum. Omnes isti filii Machir patris Galaad. Cum autem mortuus esset Esron, ingressus est Caleb ad r Ephrata. *s* Habuit quoque Esron uxorem Abia, quæ peperit ei Assur patrem *t* Thecue. *u* Nati sunt autem filii Jerameel, primogeniti Esron Ram primogenitus ejus, & Buna, & Aram, & Ason, & Ahia. Duxit quoque uxorem alteram Jerameel nomine Atthara, quæ fuit *x* mater Onam. Sed & filii Ram primogeniti Jerameel fuerunt Moos, Joamin, & Achar. Onam autem habuit filios Semei, & Juda. Filii autem Semei, Nadab, & Abisur. Nomen vero uxoris Abisur, Abiahil, quæ peperit Ahobbam, & Molid. Filii autem Nadab fuerunt Saled, & Aphaim. Mortuus est autem Saled absque liberis, filius vero Apphaim, Jesi, qui Jesi genuit Sesan. Porro *y* Sesan genuit Ohoali: Filii autem Juda fratris Semei, Jether, & Jonathan. Sed & Jether mortuus est absque liberis. Porro Jonathan genuit Phaleg, & Ziza. Isti fuerunt filii Jerameel primogeniti Esron. *z* Sesan autem non habuit filios, sed *a* filias, & servum Ægyptium nomine Jeraa. *b* Deditque *c* ei filiam suam uxorem, quæ peperit ei Ethei. Ethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabab. Zabab quoque genuit Ophal, & Ophal genuit Obed, Obed genuit Jehu, Jehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Helasa, Helasa genuit Zizamoi, Zizamoi genuit Sellum, Sellum genuit Ithamian, Ithamian autem genuit Helizama. Filii autem Caleb fratris Jerameel, Mesa *d* primogenitus ejus, ipse est pater Ziph, & filii Ma-

Booz, qui genuit Obed, & ita tres continui Booz fuerunt pater, filius, nepos. Et quia horum trium unum est nomen ideo Matthæus semel posuit illum in Genealogia Domini. *Matth.* 1. & tamen pro tribus sicut Jechonia, semel ibidem ponitur pro patre, & filio. De Booz patre Obed, agitur in Ruth, de duobus primis in *Josue* 16. *a* Septimum David.] *Gloss.* 1. *lib. Reg.* 16. legitur Isai habere octo filios, *in Paral.* non amplius, quam septem. Sed dicunt Hebræi Nathan Prophetam filium Sammaa, filii Isai, quem in locum filii educavit, & nutrivit, inter filios enumeratum. Inter filios quoque Isai, Nathan adductus est ad Samuelem, qui & Jonathan, qui percussit Leonem. Et sciendum est, quia ubi Propheta vocatur, Nathan, non Jonathan scribitur. *b* Fuit Jether Ismaelites.] Contra 2. *Reg.* 17. dicitur: Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Jethra; de Jethra ergo patre ejus, neque Jether, neque Ismaelites debet dici. *Hieron. in Gl.* quod diversitatem nominum facit diversitatem meritorum. Pater Amasæ primo dicebatur Jether, quod interpretatur modicum residuum, & Ismaelites, vel quia malus, vel quia de Ismaelitis erat. Postea dictus est Jethra, quod interpretatur residuum, & Israelita, quia factus est bonus, & proselytus. Unde *Hieronym.* Jether interpretatur modicum residuum, Jethra residuum, residuo jungitur Israelitis, modico residuo Ismaelitis.

c Caleb] vel Calubi.

d Esron] qui & Jephone dictus est nomine.

e Ephrata,] *Raban.* dicit, quod hæc est Maria soror Moysi, quæ postquam percussa est lepra, *Num.* 12. dicta est Ephrata, i. furorem vidit, i. iram Dei experimento cognovit. Item interpretatur speculum, quia ejus plaga omnibus posita est in exemplum. Hæc peperit Ur, qui cum Aaron manus Moysi sustentabat, *Exo.* 17. Josue pugnante contra Amalech. *Hier.* tamen dicit, quod Caleb suscepit de Ephrata Ur virum Mariæ. Sed constat, quod fuit filius Ephratæ; ergo Ephrata non fuit Maria; ergo sancti diversimode opinantur super hoc.

f Genuit Uri,] *idem Exod.* 38.

g Beseleel.] qui fecit tabernaculum, *Exod.* 35. antequam Josue, & Caleb missi fuissent explorare terram promissionis, *Num.* 13. Sed quomodo possunt hæc esse vera? Nam *Josue* 14. dicitur, quod Caleb erat quadraginta annorum, quando missus est explorare terram. Ponatur etiam, quod fuerit decem annorum tantum, quando genuit Ur, & Ur similiter decem, quando genuit Uri, & Uri similiter decem, quando genuit Beseleel. Et ita Caleb triginta annorum fuit, quando natus est Beseleel; ergo quando Caleb missus fuit explorare terram, Beseleel erat tantum decem annorum, & jam fecerat tabernaculum, quomodo potuit hoc esse, quod homo ante decem annos tantum opus faceret, nisi quod *Exod.* 35. dicitur, quod Dominus implevit eum omni sapientia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære, & auro, & argento. *h* Esron] Pater Caleb.

i Machir] filii Manasse, filii Joseph.

k Patris] idest patroni, sive defensoris.

l Galaad,] istius terræ: Vel patris Galaad, idest, habitantium in Galaad, continens pro contento.

m Accepit eam,] uxorem.

n Jair,] Hic fuit judex habens triginta filios, de quo *Judic.* 10.

o Possedit] scilicet, Jair.

p Oppida Jair,] idest, quæ postea dicta sunt oppida Jair, imo Avoth-Jair, anticipatio est.

q Et viculos ejus idest, Canath viculos sexaginta civitatum. Sed cum Jair fuerit de Tribu Juda, quomodo habuit ipse partem cum Tribu Manasse? Responsio: Machir filius Manasse adoptaverat Segub patrem Jair sibi in filium: & ideo habuit partem cum filiis Machir.

r Ad Ephrata.] uxorem suam. Sed utrum in deserto, vel in Ægypto, non apparet. Ita dicit *Gloss.* Sed apparet', quod post desertum non, quia Maria mortua est in deserto. *Num.* 12. nisi dicas, quod Ephrata, & Maria non fuit eadem mulier.

s Habuit quoque] *Glos.* Utrum inter ceteras, an post ceteras uxores, non evidenter ostenditur.

t Thecue.] civitas, de qua fuit Amos propheta, & mulier sapiens, quam Joab misit ad David pro Absalon reconciliando, 2. *Reg.* 14.

u Nati sunt] *Gl.* Hactenus scriptor historiæ texuit generationem duorum filiorum Esron posteriorum, idest, Aram, & Calubi, de quibus prius narravit, quia regiam, & sacerdotalem quoquomodo innotescere voluit dignitatem, nunc autem ad primogeniti, idest, Jerameel Genealogiam redit.

x Mater Onam.] Hic ab Onan filio Judæ nomen accepit, ut dicit *Gl.* i. dictus est Onan, sicut ille, & dicitur, quod ab illo nomen accepit, quia ille primo sic nominatus est. Sed differunt, quia Onan filius Judæ per Nun scribitur, i. per n, filius vero Jerameel per men, i. per m. *y* Selan] *Gl.* Hunc Hebræi dicunt esse Elimelech virum Noemi patrem Maalon, & Chelion; & ideo scriptum in sequentibus innuit, quod Sesan non habuit filios, sed filias, quia duo filii ejus absque liberis mortui sunt. *z* Sesan autem non habuit filios,] Contra habuit Oboli. Solut. Nota, quod *Hieron. & Raban.* dicunt Oholi filium Sesan fuisse Elimelec virum Noemi, & non Sesan. Unde illa *Gl.* nunc Hebræi, & secundum *Hieronym. & Raban.* debet sedere super hanc dictionem Oholi, & ab ea intitulari. Ideo autem Sesan dicitur non habuisse filios, quia Oholi, idest, Elimelech non habuit filios successores sibi, quia Maalon, & Chelion filii ejus absque liberis mortui sunt. *Ruth.* 1.

a Sed filias,] idest, filiam, plurale pro singulari. Unde sequitur: Dedit ei filiam suam uxorem.

b Dedit] scilicet Sesaa. *c* Ei] scilicet servo suo.

d Primogenitus ejus,] Imo Ur. Solut. Ur fuit primogenitus ejus de Ephrata, ista Mesa de alia uxore, quam prius habuerat, scilicet Azuba.

e Pater Ziph,] i. habitantium in Ziph, sicut supra patris

tris Galaad, ideſt habitantium in Galaad. Eſt autem Ziph locus, a quo dicti ſunt Ziphæi, qui prodiderunt David Sauli, 1. *Reg.* 23.
a Filii] ſupra dicuntur filii, ideſt poſteri Caleb.
b Hebron.] a quo Hebron civitas, in qua regnavit David ſeptem annis, antequam regnaret in Jeruſalem, 2. *Reg.* 2.
c Pater] ſupple, fuit.
d Moſa,] alia concubina Caleb.
e Jeaen.] *Gloſ.* Hic interpretatur tonſor. Unde putatur a Judæis Nabal Carmeli, qui tondens oves ſuas, nuncios David contumeliis affecit, 1. *Reg.* 26. *f* Concubina] ſecunda. *g* Axa.] quæ petiit irriguum ſuperius, *Jud.* 1. *g* Hi erant] filii Caleb. Recapitulat generationem Caleb de Ephrata, quam ante dimiſit quando Ur de Ephrata, ideſt, Maria ſorore Moyſi, gentium narravit. *h* Pater, &c.] a quo civitas ſic dicta eſt, & eſt in Tribu Juda una de urbibus Gabaonitarum, ut dicit *Raban.*
i Pater, &c.] a quo civitas dicta eſt Bethleem in Tribu Juda, in qua natus eſt Dominus. *Matt.* 2. *k* Filii Sobal] filii Caleb. *l* Patris] illius hominis. *m* Qui] ſcilicet Sobal. *n* Dividebat] i. in diviſione, & ſorte, & poſſeſſione habebat.
o Dimidium] i. medietatem terræ, ubi quieſcunt, & ſepulta ſunt corpora duodecim Patriarcharum, ſcil. Cariathiarim. Hebræi dicunt requietionem, manſionem, i. aliquam partem terræ, quæ ex diviſione contingebat filiis Sobal. Unde ſenſus eſt, qui dividebat filiis, ſcilicet ſuis dimidium requietionum, ideſt terram illam, quæ contingebat eis in diviſione. Alia littera habet: Qui videbat dimidium requietionum, & eſt ſenſus, ideſt, vidit medietatem temporis, quo filii poſſederunt terram promiſſionis. Ab eo ſcil. tempore, quo Moyſes duabus Tribubus, & dimidiæ dedit terram Galaad ultra Jordanem, donec ceteræ Tribus ſortes ſuas acciperent a Joſue. In hujus ergo temporis medietate mortuus eſt Sobal, & ſic vidit dimidium requietionum, ideſt ad dimidium temporis illius pervenit; & ſic iterum dimiſit dimidium requietionum, quia medietatem unam vidit, aliam medietatem non vidit.
p Et de cognatione] q. d. etiam poſteri Sobal fuerunt iſti populi Jethræi, &c.] deſcendentes ab eo per Cariathiarim. *q* Cariathiarim] fuerunt ſcilicet. *r* Ex his] populis, ſcil. poſteris Sobal. *ſ* Saraitæ,] populi ſic dicti a locis. *t* Filii Salma] Repetit, ut addat. *u* Coronæ] Nota: Filii Salma, & familia Moab mutua ſocietate in præliis utebantur, & ſic de hoſtibus ſuis coronam, i. victoriam obtinebant, quia omnis pugna unanimiter aggreſſa, victoriam parit. Sed hic ſic lege litteram: Filii Salma fuerunt, ſupple, corona, vel coronæ, *x* Domus Joab,] i. ſtrenui defenſores undique contra hoſtes. Vel fuerunt coronæ dativi caſus, i. acquiſierunt domus Joab coronam, ideſt victoriam. Et fuerunt ibi. *y* Dimidium requietionis Sarai.] i. poſſeſſores illius loci, ubi corpus Sarai requieſcit. *z* Cognationes quoque ſcribarum] ideſt Moyſeicarum, & Aaronitarum fuerunt filii Salma, i. de filiis Salma fuerunt cognationes ſcribarum habitantium Jabes, i. coram. Jabes fuit quidam doctor legis peritiſſimus, ut dicunt Hebræi, in cujus conſpectu ſedebant filii Cynæi cognati Moyſi. *a* Canentes, atque reſonantes,] i. mutuo ſibi reſpondentes ſecundum Chori diviſionem. *b* In tabernaculis] ideſt, in caſulis non habentes hic manentem, &c.] *Heb.* 13.
c De calore patris, &c.] ideſt de ſtirpe Rechab, ferventi in religione, & vitæ auſteritate. Rechabitæ aſſidue in lege Dei meditantes, a vino, & ſicera abſtinentes, ſine domibus in ſolitudine morabantur. Sed imminente captivitate Jeruſalem, Jeremias ex præcepto Domini vocavit eos in civitatem, ut legitur *Jerem.* 35.

reſa *a* patris *b* Hebron. Porro filii Hebron Chore, & Taphu, & Recem, & Samma. Samma autem genuit Raam patrem Hierchaam, & Recem genuit Semmei. Filius Semmei Maon, & Maon pater *c* Bethſur. Epha autem concubina Caleb peperit Aram, & *d* Moſa, & Gezez. Porro Aram genuit *e* Jezen. Filii Jahaddai, Regon, & Joathan, & Geſan, & Phaleg, & Epha, & Saaph *f* concubina Caleb Maacha peperit Saber, & Tharana. Genuit autem Saaph pater Madmena Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia vero Caleb fuit *g* Axa. Hi erant filii Caleb, filii Ur primogeniti Ephrata, Sobal pater *h* Cariathiarim, Salma pater *i* Bethleem, Ariph pater Bethgader: fuerunt autem filii *k* Sobal patris *l* Cariathiarim, *m* qui *n* dividebat dimidium *o* requietionum, & de *p* cognatione *q* Cariathiarim Jethræi, & Aputhæi, & Semathæi, & Maſeræi, *r* ex his egreſſi ſunt *ſ* Saraitæ, & Eſtaholitæ. Filii *t* Salma patris Bethleem, & Netophati *u* coronæ *x* domus Joab dimidium *y* requietionis Sarai. *z* Cognationes quoque ſcribarum habitantium in Jabes *a* canentes, atque reſonantes, & in *b* taberbaculis commorantes. Hi ſunt Cynæi, qui venerunt de *c* calore patris domus Rechab.

C A P. III.

DAVID *d* vero hos habuit filios, qui ei nati ſunt in Hebron. Primogenitum Amnon ex Achinoem *e* Jezraelitide, ſecundum *f* Daniel de *g* Abigail Carmelitide, tertium Abſalon filium Maacha filiæ *h* Tholomai regis *i* Jeſſur, quartum Adoniam filium Agith, quintum Saphaicam ex Abital, ſextum *i* Jethraam de *k* Egla uxore ſua. Sex ergo *l* nati ſunt ei in Hebron, ubi regnavit ſeptem *m* annis, & ſex menſibus. Triginta *n* autem & tribus annis regnavit in Jeruſalem. Porro in Jeruſalem nati ſunt ei filii, Samaa, & Sobab, & Nathan, & *o* Salomon, quatuor de Betſabee filia Amihel. Jebaar quoque, & Heliſama, & Eliphabeth, & *p* Noge, & Napheg, & Japhie, necnon Elizama, & Eliade, & Eliphaleg, *q* novem. Omnes

E X P O S I T I O CAP. III.

DAvid *d* vero] *Gloſ.* redit ad explicandam progeniem David, quam ante dimiſit, cum ſobolem Aram filii Eſron enumerans pervenit ad Iſai, & ad filios ejus, quorum David noviſſimus erat. *e* Jezraelitide,] *Gloſ.* Jezrael civitas eſt, in qua habitavit Naboth, quem occidit Jezabel. 3. *Reg.* 21. *f* Daniel] qui 2. *Reg.* 3. dicitur Cheleab, ideſt, vindicans patrem.
g Abigail] quæ fuit uxor Nabal Carmeli. 1. *Reg.* 25. *h* Tholomai] vel Ptolomæi. *i* Jeſſur,] vel Jeſſuri *i* Jetraham] quem *Joſeph.* vocat Nathan. *k* De Egla] *Gloſ.* Quæritur, cur hæc Egla ſola uxor David dicatur? Sed hæc eſt Michol, quæ inter multas ſola uxor dicitur, quia eam in adoleſcentia primam accepit uxorem, 1. *Reg.* 18, quæ in partu occubuiſſe dicitur, 2. *Reg.* 3. *l* Nati ſunt] Hoc videtur falſum, quia 2. *Reg.* 6. legitur Michol in Jeruſalem ſubſannaſſe David. Et dicitur ibidem, quod non eſt natus ei filius de David uſque in diem mortis ſuæ, quia in ipſo partu occubuit. Sed potuit eſſe, quod vicina partui, de Jeruſalem deſcenderet in Hebron, ut ibi pareret, quaſi in primitivo loco regni David. Unde ibi peperit, & in partu mortua. *m* Septem annis,] 2. *Reg.* 5. *Gl.* Scriptum eſt in ſequentibus, omne tempus, quo regnavit David 40 anni, & 6. menſes numerantur. Hebræi autem dicunt, quod David Abſalon filium ſuum ſugerit 6. menſibus, eoſque merito a ſumma regni ejus excluſos. Dicunt etiam, quod 6. menſibus in Hebron in infirmitate corporis laboravit; & ideo non recte in regno computari. Ex tunc enim dicunt, eum regnaſſe in Hebron, ex quo victis Amalecitis, de ſpoliis miſit ſenioribus Juda, 1. *Reg.* 30. his ſcil. qui erant in Hebron, & aliis.
n Triginta autem & tribus annis, &c.] 2. *Reg.* 5. Et nota, quod David ter inunctus fuit. Primo in domo patris a Samuele, in ſignum regni, 1. *Reg.* 16. Secundo in regem ſuper Judam tantum, 2. *Reg.* 3. Tertio in regem ſuper totum Iſrael, 2. *Reg.* 5. In quo ſignificatur triplex unctio, qua ungitur quilibet Chriſtianus, ſc. in baptiſmo, in confirmatione, in extrema unctione. Prima eſt intrantium, ſecunda pugnantium, tertia exeuntium. Prima eſt gratiæ operantis, quia etiam ſine cooperatione liberi arbitrii operatur in parvulo. Secunda gratiæ cooperantis. Tertia gratiæ conſummantis. *o* Et Salomon, &c.] 2. *Reg.* 12. Quæritur, quare ponitur Salomon ultimus, cum fuerit ſecundo natus? Sol. Quia per eum texuit auctor generationem.
p Et Noge, & Napheg,] Hi duo non numerantur, 2. *Reg.* 2. cum aliis *q* Novem.] Abſque quatuor filiis David de Betſabee, 2. *Reg.* 5. non numerantur niſi ſeptem.

a Omnes

hi filii *a* David absque filiis concubinarum, habueruntque sororem *b* Thamar. Filius autem *c* Salomonis *d* Roboam, cujus *e* Abia filius genuit *f* Asa. De hoc quoque natus est *g* Josaphat pater *h* Joram, qui Joram *i* genuit Oziam, ex quo ortus est *k* Joas, & hujus *l* Amasias filius genuit *m* Azariam. Porro Azaria filius Joathan procreavit Achaz patrem *n* Ezechiæ, de quo natus est *o* Manasses, sed & Manasses genuit *p* Ammon patrem *q* Josiæ. Filii autem Josiæ fuerunt primogenitus *r* Johannam, secundus *s* Joachim, tertius *t* Sedechias, quartus *u* Sellum. De *x* Joachim natus est *y* Jechonias, & *z* Sedechias. Filii *a* Jechoniæ fuerunt *b* Asir Salathiel, Melchiran, Phadaja, *c* Sennaser, & Jecemia, Saba, & Nadamia. De Phadaja orti sunt *d* Zorobabel, & Semei. Zorobabel genuit *e* Mosollam, Ananiam, & Salomith *f* sororem eorum. Asabamque, & Ohol, & Barachiam, & Asadiam Josabesed quinque. Filius autem Ananiæ Phaltias pater Jeseje, cujus filius Raphaja. Hujus quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia, cujus filius fuit Sechenias. Filius Secheniæ, Semeja, cujus filii Artus, & Jegal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sesa sex numero. Filii Naariæ Helioenai, & Ezechias, & Esricam, tres. Filii Helioenai Odvia, & Heliasub, & Pheleja, & Accub, & Johannam, & Dalaja, & Annani, septem,

C A P. IV.

Filii *g* Juda, Phares, & Esrom, & Carmi, & Ur, & Sobal: Raja vero filius Sobal genuit Geth, de quo nati sunt Achimai, & Laed. Hæ cognationes *h* Sarathi. Ista quoque stirps Ethan *i* Jerael, & Jesema, & Jedebos. Nomen quoque sororis eorum *k* Asalelphuni. Phuniel autem pater Jedol, & Eser pater Osa. Isti *l* sunt filii Ur primogeniti *m* Ephrata patris *n* Bethleem. Assur *o* vero patris Thecue erant duæ uxores Halaa, & Naara. Peperit autem ei Naara Oozan, & Epher, & Themani, & Astari. Hi sunt filii *p* Naara. Porro filii Halaa Sereth, Isaar, & Ethnam. Chus autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Aral filii Arum. Fuit autem Jabes *q* inclytus præ fratribus suis, & mater ejus vocavit nomen illius Jabes, dicens: *r* Quia

a Omnes hi, &c.] sunt tredecim. *b* Thamar.] soror Absalon ex utroque parente, quam vi oppressit Amnon frater ejus, 3. *Reg.* 13. *c* Filius autem] Generationem David numerat per regum successionem usque ad transmigrationem Babylonis, sicut in libro Regum per totum, a secundo usque ad finem quarti. *d* Roboam,] de quo 3. *Reg.* 12. *e* Abia] de quo 2. *Reg.* 15. & 2. *Par.* 13. *f* Asa.] de quo 3. *Reg.* 15. & 2. *Par.* 14. *g* Josaphat] de quo 3. *Reg.* 22. in fine, & 2. *Par.* 17. *h* Joram,] 2. *Reg.* 8. & 2. *Par.* 21. *i* Oziam,] 4. *Reg.* 8. & 2. *Par.* 22. *k* Joas,] 4. *Reg.* 12. & 2. *Paral.* 24. Ante eum regnavit Athalia mater ejus sex annis, 4. *Reg.* 11. & 2. *Par.* 22. *l* Amasias] 4. *Reg.* 14. & 2. *Par.* 25. *m* Azariam.] sive Oziam, de quo 4. *Reg.* 15. & 2. *Par.* 26. *n* Ezechiæ,] 4. *Reg.* 18. & 2. *Par.* 29. *o* Manasses,] 4. *Reg.* 21. & 2. *Par.* 39. *p* Ammon] 4. *Reg.* 21. & 2. *Par.* 33. *q* Josiæ.] 4. *Reg.* 22. & 2. *Par.* 32. *r* Johannam,] idest, Joachaz,] de quo 4. *Reg.* 23. & 2. *Par.* 36. Sed videtur falsum, quod hic dicitur, quia Joachaz non fuit primogenitus Josiæ, sed Eliachim, ut dictum est 4. *Reg.* 22. Sol. Primogenitus dicitur hic non origine, sed dignitate regia, quia primo inter alios regnavit. *s* Joachim,] qui & Eliachim dicitur, de isto 4. *Reg.* 23. & 2. *Par.* 36. *t* Sedechias,] 4. *Reg.* 24. & 2. *Par.* 35. *u* Quartus] Hoc videtur falsum, quia Josias non habuit nisi tres filios, ut dicitur 4. *Reg.* 23. supple, Eliachim, qui & Joachim dictus est, & Joathas, qui & Johanna, & Sellum. *Jer.* 22. dictus est Mathatias, qui Sedechias postea dictus est a Nabuchodonosor; quomodo ergo Sellum dicitur quartus, cum nullo modo fuerit quartus. Primus enim fuit in regno, secundus in nativitate, ut dictum est 4. *Reg.* 22. Solut. Quartus dicitur numeratione, quia quarto loco hic ponitur. Ita dicunt quidam. Sed hæc solutio nulla est, quia ipse idem primo ponitur. Idem enim est Johanna, & Sellum, & Joathar. Sol. Revera illa solutio nulla est, sed dicimus cum Archiepiscopo Cantuariensi, quod Sellum interpretatur consummatio, ut dicitur super illud *Jer.* 22. Hæc dicit Dominus ad Sellum filium Josiæ, &c. Et ita omnes filii Josiæ possunt dici Sellum, i. consummatio, sive completio, quia in eis completum est, & consummatum regnum Juda. Specialiter autem, & magis proprie Sedechias potest dici Sellum, quia ipse fuit ultimus rex. Unde credimus, quod Sellum appellatur Sedechias, & recte, & tertius, & quartus dicitur, tertius quidem nativitate fuit, quartus vero regni dignitate. Primus enim rex fuit Joathas, secundus Joachim, tertius Jechonias filius Joachim, quartus Sedechias. Johanna ergo dicitur primogenitus, quia primo regnavit. Joachim secundus, quia secundo regnavit. Sedechias dicitur tertius, & quartus, tertius in nativitate, quartus in regni dignitate. Unde subtiliter nominatur Sellum, quando quartus dicitur. Sedechias proprium nomen est personæ. Sellum vero consummatio interpretatur. Et tunc fuit consummatio regni, quando ipse quartus fuit. *x* De Joachim] majore, qui & Eliachim dicitur. *y* Jechonias.] idest, minor Joachim de Jechonia, 4. *Reg.* 24. & 2. *Paral.* 36. *z* Sedechias.] de isto non fit mentio in libro Regum. *a* Filii Jechoniæ] i. minoris Joachim. *b* Asir Salathiel,] *Gl.* Hæc duo nomina unius hominis sunt, ut Hebræi volunt, ipse est Phadaja pater Zorobabel, & Semei. *c* Sennaser,] ipse est Sabasar, cui Cyrus annumeravit vasa Domini, sicut legitur *Esdræ* 1. *d* Orti sunt Zorobabel,] imo Zorobabel natus est de Salathiel, ut dicitur *Matth.* 1. Solutio: Pater Zorobabel fuit trinomius dictus Asir, Salathiel, Phadaja. Ita solvit *Gl.* hic. Aliter *supr. Matth.* Dicitur enim ibi, quod Zorobabel fuit æquivocum ad diversos. Unus fuit filius Salathiel, ut dicit *Matth.* alius fuit filius Phadaja, ut dicitur hic. *e* Mosollam,] nec in *Matth.* 1. nec in *Luc.* *Esdr.* 3. legitur, quod Zorobabel genuit Mosollam, vel Ananiam. Unde patet, quod alius fuit iste, & Zorobabel, nisi forte dicas, quod Mosolla idem quod Abiu filius Zorobabel, secundum *Matth.* & *Luc.* *f* Sororem eorum.] Nota duos filios Zorobabel computat auctor ante sororem, & quinque post: quare hoc? forte secundum ordinem nativitatis numeravit eos. Vel sic ostendit, quod de alia matre, quam duo primi nati sunt 5. ult. 6. numero, scilicet filii Semeje annumerato patre cum eis.

EXPOSITIO CAP. IV.

Filii *g* Juda Phares, & Esrom, &c.] *Gl.* Quomodo Phares, Esrom, & tres, qui sequuntur, filii esse Judæ, dicuntur, cum alibi Phares, & Zaram filios Judæ, Esrom filium Phares legimus. Sed Hebræi asserunt mutatis nominibus eosdem filios Judæ, quos Scriptura aliis nominibus alibi nominat, hic esse expressos. *h* Sarathi.] nomen loci. *i* Jezrael, a] qua civitas Jezrael. *k* Asalelphuni:] *Gl.* Hanc suspicantur esse matrem Samsonis de stirpe Judæ generatam, cujus maritus Manue de Tribu Dan, qui & de Zaraba in libro *Judic.* esse legitur 15. *l* Isti sunt filii Ur] supradicti, scil. Phumel, & Ezer. *m* Ephrata] scil. soror Moysi, & Aaron. *n* Patris Bethleem.] *Gl.* Gedor, & Oza loca sunt a filiis Hur possessa, sed miror, quod hic dicit Hur patrem Bethleem, cum superius Salma dictus sit pater ejus, nisi forte hic patrem appellet parentem, quia Ur fuit pater Salma, qui fuit pater Bethleem. *o* Assur vero] filii Esrom. *p* Filii Halaa] i. Jethro. Gamaliel enim, ut dicunt Hebræi, dicit *Hieron.* cognatum Moysi, septem nominibus appellari, inter quæ invenitur hoc nomen Arim. Filii ergo Arim fuerunt Cynei. Sed contra *sup.* 3. computati sunt Cynei inter filios Caleb. Male ergo numerantur hic inter filios Assur. Solut. Ut legitur 1. *Reg.* 15. Quidam de Cyneis habitaverunt cum Amalec, quidam cum Juda, ut legitur *Jud.* 1. Unde supra numerati sunt inter filios Caleb, ratione loci, hic numerantur inter filios Assur ratione magistri, scilicet Jabes, ut dicit *Gloss.* *q* Inclytus] in sapientia, & doctrina. *r* Quia peperi]

Causam

peperi eum in dolore. Invocavit vero Jabes Deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, & dilataveris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me a malitia non *a* opprimi. Et præstitit Deus, quæ precatus est. Caleb autem *b* frater Suaa genuit Machir, qui fuit pater Esthon. Porro Esthon genuit Bethrapha, & Phesse, & Thena patrem urbis *c* Naas. Hi sunt viri *d* Recha. Filii autem Cenez, *e* Othoniel, & *f* Saraja. Porro filii Othoniel *g* Athath, & Moanathi, Moanathi genuit Ophra, Sarajas autem genuit Joab patrem vallis artificum, ibi quippe artifices erant. Filii vero Caleb filii Jephone, Hir, & Hela, & Nahen. Filiique Hela, & *h* Cenez. Filii quoque Jalelel, Ziph, & Zipha, Thiria, & Asrahel. Et filii *i* Ezra, *k* Jether, & *l* Mered, & *m* Epher, & *n* Galon. *o* Genuitque Mariam, & *p* Sammai, & *q* Jesba *r* patrem Esthamo. Uxor quoque ejus *s* Judaja peperit *t* Jared patrem Gedor, & Heber patrem Soccho, & Hicuthihel patrem Jonaa. Hi *u* autem filii Bethiæ filia Pharaonis, quam *x* accepit Mered, & *y* filii uxoris Odoaitæ sororis Nahan patris Ceila, Harmi, & Esthamo, qui fuit de Machati. Filii quoque Simon, Ammon, & Rena. Filius Anam, & Thilon, & filii Jesi, Zoeth, & Benzoeth. Filii *y* Sela filii Juda. *z* Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & *a* cognationes domus operantium *b* byssum in *c* domo juramenti, & qui *d* stare fecit solem, virique *e* mendacii, & *f* Securus, & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & qui *g* reversi sunt in Leem. Hæc *h* autem verba vetera. Hi *i* sunt singuli habitantes in *k* plantatio-

Causam nominationis assignat. Sed quæ est hæc causa? Resp. Jabes interpretatur exsiccator. Dolor vero exsiccat. Unde *Prov.* 17. Spiritus tristis exsiccat ossa. *a* Non opprimi.] Aposiopisis est, & suppletur. Faciam quod volueris. *b* Frater Suaa] *Gl.* Legimus *sup.* 22. Caleb esse filium Esron, cujus fratres fuerunt Aram, vel Ram, & Gerameel. Ajunt ergo Hebræi Ram fratrem Caleb, Suaam hic appellari. Et interpretatur Ram, excelsus: Suaa humilis. *c* Urbis] *Gl.* Bethleem, scil. vel matris Isai, qui alibi Naas dicitur, i. coluber, & Jesse dictus est. *d* Viri] i. progenitores David. Recha enim interpretatur tener, & David de seipso dixit: Ego sum tener, & unctus rex. 2. *Reg.* 3. secundum aliam litteram. Item *eod.* 23. Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. Et dicit *Gl.* quod ideo viri Recha dicuntur, quia propter exprimendam genealogiam David hic annotati sunt. Sed ex hoc sequitur, quod David descendit de Caleb, quod patet esse falsum, quia descendit de Ram, qui fuit frater Caleb; non ergo de Caleb. Sol. David descendit ab utroque de Ram, secundum patrem; de Caleb, secundum matrem. *e* Othoniel,] iste fuit frater Caleb uterinus, ut dicitur super *Jos.* 15. *f* Saraja] *Gl.* De Saraja dicitur Joab prodiisse. *g* Athath,] vel Athi. *h* Et Cenez.] Superabundat hic conjunctio: Mos est enim hebrææ linguæ, & conjunctionem superabundare, ut dicit *Orig.* super illud *Nu.* 24. Vidit quoque Cyneum, & assompta parabola ait, &c. Quod ignorantes quidam ponunt, & Cenez. *i* Filii] i. Amram patris Moysi. *k* Jether,] i. Aaron. *l* Mered,] i. Moyses. *m* Epher,] Eldath. *n* Jalon.] i. Medath. *o* Genuitque] scil. Ezra, Mariam. *p* Et Sammai,] i. Moysen. *q* Jesba] i. Aaron. *r* Patrem] i. ignis manentis. Quod ideo dicitur, quia filii Aaron sacrificia adolebant igne. *s* Judaja] *Gl.* Hanc dicunt Jacobed esse matrem Moysi, & Aaron. *t* Jared] i. Moysi. Unde *Gl.* dicit: Nomina, quæ continuatim sequuntur, omnia Moysi vocabula intelliguntur, propter diversos actus. Jared vocatur, i. descendens, eo quod de monte descendit cum tabulis lapideis. Pater Gedor, i. sepis, quia, quasi sepe populum lege circumdedit. Hebræi, victor, quia populum Dei servitio vinxit. Patrem Soccho, i. prophetiæ, quia prophetarum doctor fuit. Hicuthiel, i. sperans in Deum, quia spem habuit, ut de Ægypto populum liberaret. Patrem Jonaa, qui interpretatur gubernator, quia populum in eremo gubernavit, & doctrina sua quotidie gubernat. Sed quæritur, quare hic agitur de Moyse, & fratribus suis, cum fuerint de Tribu Levi, & hic agatur de generatione Judæ? Sol. Propter Mariam sororem Moysi, & Aaron, quæ fuit uxor Caleb, qui fuit de Juda. Item dicit *Gl.* Epher, & Jalon fuisse de 70. senioribus, quos Moyses accepit a Deo ad regendi populi auxilium. *Nu.* 11. Contra electio 70. seniorum facta fuit ad plus duobus annis post legis dationem. Sed Amram, ut dicit *Gl.* hic duxit post legem datam matrem istorum; ergo illi nondum erant vivi, quando facta fuit electio; quomodo ergo electi fuerunt? Præterea Amram ante legem duxerat Jocabed; ergo propter legem sequentem non debuit separari ab ea. Statuta enim legum non mutant præterita, sed futura ordinant. Contrarium autem dicitur in *Gl.* sc. quod ad suasionem Moysi dimisit eam, eo quod ipsius amica erat. Fuit enim filia Levi. Sol. Ad primum dicit *Magist. in histor.* quod Moyses bis accepit legem. 1. per cognitionem, 2. per dationem, longo tempore postea. Post primam acceptionem legis, separavit patrem a matre. Ad secundum potest dici, quod ideo voluit Moyses patrem separari a matre, ne

alii haberent occasionem ab eis, contrahendi cum personis in lege prohibitis. *Lev.* 18. *u* Hi autem, &c.] Quomodo dicit: Hi sunt filii Bethiæ, filiæ Pharaonis, cum tantum agatur de Moyse, qui fuit ejus filius adoptivus? Sol. Quia Moyses pluribus nominibus appellatus est; ideo plurale ponitur pro singulari. Et est sensus: Hi sunt filii, i. hic est filius. Hic dico, istis nominibus nominatus. Vel propter Moysen, filia Pharaonis omnes fratres Moysi quasi filios reputabat, quæ hic mater Moysi dicitur, alio nomine dicitur Thermuth. *x* Quam accepit] quasi in matrem, quia Moysen de flumine assumpsit, & eum sibi in filium adoptavit. *Ex.* 2. Quam accepit Mered, i. Moyses, in societate credentium, & collectium unum Deum, quia Thermuth relictis idolis ad Dei cultum conversa est. Hunc duplicem sensum innuit illa *Gl.* Filiam Pharaonis, &c. *y* Et filii] supple fuerunt [Garmi] Sed quæritur, quare non nominat patrem istorum potius, quam matrem? Sol. Quia mulier strenua, & generosa fuit, sicut Delbora, *Jud* 4. Et nota, quod moderni Hebræi aliter legunt locum istum. Dicunt enim, quod Ezra non fuit pater Amram pater Moysi, sed alius, qui habuit duas uxores, Judaicam sc. & filiam Pharaonis. Gedor vero, & Soccho, & Jonaa, nomina sunt villarum. Et secundum hoc sic exponitur littera. [Hi sunt] Ezra sc. i. filii Bethiæ, filiæ Pharaonis, quam accepit Ezra, sunt hi, [Mered,] Garmi, & Esthamo, qui ab eo descenderunt. *y* Filii Sela] qui fuit ultimus filius Judæ. *z* Her pater] Alius ab Her filio Judæ, æquivocus patruo suo. Et etiam præponitur in memoriam pristini nominis, qui propter scelus suum a Domino percussus est, ut homines memores ejus illud flagitium abhorrerent. *a* Et cognationes, &c.] i. consanguinei familiæ operantium. *b* Byssum] cortinas de bysso retortas, qui sc. cum Beseleel opus tabernaculi expleverunt, supple fuerunt filii, i. posteri Sela, i. descenderunt ab eo. Contra *Ex.* 35. legitur, quod Dominus dedit Beseleel socium Oliab, de tribu Dan. Et hic dicitur, quod socii ejus fuerunt filii Sela filii Judæ. Sol. Beseleel, & Ooliab fuerunt magistri operis, sed isti fuerunt socii eorum in operando. *c* In domo, &c.] i. in tabernaculo federis. *d* Et qui stare fecit solem,] *Gl.* Redit ad progeniem Phares, de qua ortus est David, ut progeniem Juda, de qua orta est tribus regia, in David terminaret. Tradunt enim, hunc fuisse Elimelech virum Noemi, in cujus tempore propter prævaricatores legis Sol stetit, ut viso miraculo converterentur ad Dominum, quod quia contempserunt, invaluit fames. Et qui in tribu Juda prior videbatur, inopia cogente, cum uxore, & filiis patria pulsus, in peregrinatione cum filiis mortuus est. *e* Virique mendacii] Hi sunt Naalon, & Chelion, filii Elimelech, & Noemi, qui dicuntur viri mendacii, quia cum essent juvenes, & haberent uxores, conjugium eorum videbatur spondere generationem futuram, & mortui sunt sine sobole. Simili modo dicitur mendacium, sæcularis prosperitas. *Eccl.* 38. Qui apprehendit umbram, & persequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia. *Ps.* 4. Filii hominum usquequo gravi corde, &c. *f* Securus,] Hæc est interpretatio Maalon. [Incendens] vel incedens, interpretatio est Chelion. Et dicuntur sic, quia principes fuerunt in Moab. Duxerunt enim uxores Moabitidas, *Ruth* 1. Unde in Hebræo, non principes, sed mariti dicuntur. *g* Et quæ reversa] i. Noemi, & Ruth, i. Booz, quæ nupsit Ruth, nurui Noemi, quæ reversæ sunt in Bethleem, audita panis ubertate, supple fuit de Juda, idest descendit ab eo, scilicet Booz. *h* Hæc autem verba vetera.] interpositio est, & dicit hoc, quia hæc historia scripta est in Ruth, quæ præcessit historiam regum. *i* Hi] scilic. posteri Noemi, & Ruth, Obed, & Isai. *k* Sunt figuli, &c.] ad litteram,

ram, i. pauperes Ollatli. Vel figuli, i. artificiosi. Vel figuli, i. informantes Israel bonis exemplis, & moribus. *l* In plantationibus] Progenies Ruth dicitur habitasse in plantationibus, & sepibus, vel præsepibus, quia de asperitate, & idololatria gentium venit, ut nuberet Booz, qui fuit de Israel, & sic oleaster insertus est olivæ, *Rom.* 11. In plantationibus autem dicitur habitasse, quia plantatio ejus, i. proles ejus usque ad regiam dignitatem, & munimentum plebis pervenit. Ex ea enim descendit David, & etiam Christus rex regum, & Dominus dominantium. Unde *Isa.* 16. Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de petra deserti, i. Christum de Ruth gentili. *a* Præsepibus] vel in sepibus. *b* Reges] vel regem, idest, quia ex eis rex David ortus est, cujus opera summis efferuntur præconiis. Ita exponit *Gloss.* *b* Ibi.] In Bethleem. *c* Simeon,] post Judam exequitur auctor generationem Simeonis, qui habitavit in Juda. *d* Namuel,] hic computantur quinque filii Simeonis, sed in *Gen.* 46. computantur sex, sed hic prætermittitur Sabel, qui ibi ponitur, quia nulla de eo processit progenies. Similiter prætermittitur in *Num.* 27. ubi computantur familiæ, quæ descenderunt a 12. filiis Israel. Mutantur autem quædam nomina, & alia ponuntur in *Gen.* alia hic. In *Gen.* enim dicitur Jamuhel, hic autem Namuel. Et in *Num.* A quo familia Namuelitarum. Item in *Gen.* vocatur Ahod, qui hic dicitur Jarib, idest litigans, quia de eo exivit Zamri, qui fornicans cum Madianitide, a Phinees Sacerdote peremptus est, *Num.* 25. Item dicit *Gloss.* quod ille, qui nominatur Jachim, in *Gen.* i. præparatio, dicitur hic Zara, i. ortus. Sed contra *Num* 26. Jachim, a quo familia Jachimitarum, & Zara, a quo familia Zamaritarum. Ergo isti fuerunt diversi, & diversæ ab eis familiæ descenderunt. *e* Filius] i. Saulis, & sic de aliis, ut relativum referat proximum. *f* Mabsan] i. Sellum. *g* Filius] i. Mabsan, Amuhel. *h* Filius] i. ipsius Mabsan. *i* Zacchur] scil. ipsius Amuhel. *k* Semei] i. ipsius Zacchur. *l* Fratres] i. Simeonis. Et hoc ideo dicit, quia Simeon non habuit tantam sobolem quantam Judas. Unde *Jos.* 19. dicitur Simeon per cognationes suas accepisse hæreditatem in medio filiorum Judæ. Modica enim fuit tribus Simeon, nec posset per se defendere sortem suam; & ideo conjuncta fuit sorti Judæ, qui defenderet eum. Et etiam in multis locis invenitur, tribum Simeon non esse divisam per se. *Gen.* 49. Dividam eos, & dispergam in Israel, dicitur de Levi, & Simeon. *m* Habitaverunt] i. cognatio Simeonis. *n* Bersabee,] locutus est, vel civitas. Similiter quæ sequuntur. *o* Hæ, &c.] scil. cognationis Simeonis. Et hoc dicit, quia Siceleg, & Bersabee, quæ fuerunt ipsius Judæ primo, sed a Simeone invasæ, per David in pristinam Judæ hæreditatem redierunt. *p* Villæ] pertinentes, scil. ad illas civitates. *q* Eorum,] suppleerant. *r* Viculi] i. villulæ pertinentes ad illas quinque civitates eorum, supple erant. *s* Ad Baal.] nomen loci est. *t* Habitatio] i. cognationis Simeonis.

nibus, & in *a* præsepibus apud *b* reges in operibus ejus, commoratique sunt *c* ibi. Filii *c* Simeon, *d* Namuel, & Jamin, Jarib, Zara, Saul, Sellum *e* filius ejus, *f* Mabsan filius *g* ejus Masma *h* filius ejus. Filii Masma, Amuhel filius ejus, *i* Zacchur filius ejus, *k* Semei filius ejus. Filii Semei sexdecim, & filiæ sex. Fratres autem *l* ejus non habuerunt filios multos, & universa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Juda. *m* Habitaverunt in *n* Bersabee, & Molada, & Assar Sual, & in Balaa, & in Ason, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & in Bethmarchaboth, & in Asarsim, & in Bethberai, & in Saarim. Hæ *o* civitates eorum usque ad regem David. *p* Villæ quoque *q* eorum, Ethan, & Aen, Remmon, & Thochem, & Asan, civitates quinque, & universi *r* viculi eorum per circuitum civitatum istarum usque *s* ad Baal. Hæc est *t* habitatio eorum, & sedium distributio, Mosobab quoque, & Jemleeh, & Josa filius Amasiæ, & Joel Jehu filius Josabiæ filii Sarajæ, filii Asihel, & Helioneai, & Jacoba, & Isuaja, & Asaja, & Adihel, & Hisimihel, & Banaja, Ziza quoque filius Sephei, filii Allon, filii Idaja, filii Semri, filii Samaja. Isti *u* sunt principes *x* nominati in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum *y* multiplicati sunt vehementer. Et profecti sunt, ut ingrederentur in Gador usque *z* ad orientem vallis, & ut quærerent *a* pascua gregibus suis. Inveneruntque pascuas uberes, & valde bonas, & terram latissimam, & quietam, & fertilem, in qua antea habitaverant de *b* stirpe Cham. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim in *c* diebus Ezechiæ regis Juda, & percusserunt *d* tabernacula eorum, & habitatores, qui inventi fuerant ibi, & deleverunt eos usque ad præsentem diem. Habitaveruntque pro eis, quoniam uberrimas ibidem pascuas repererunt. De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiam, & Nahariam, & Raphajam, & Ozihel, filios Jesi, & percusserunt reliquias, quæ evadere non *e* poterant *f* Amalecitarum, & habitaverunt ibi pro eis usque ad diem hanc.

C A P. V.

Filii quoque *g* Ruben *h* primogeniti Israel: Ipse quippe fuit *i* primogenitus ejus. Sed cum *k* violasset thorum patris sui, data sunt primogenita ejus filiis Joseph, filii *l* Israel, & *m* non est ille reputatus in *n* primogenitum. *o* Porro *p* Judas, qui *q* erat fortissimus inter fratres suos, de *r* stirpe ejus principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Joseph.

u Isti] scil. prædicti. *x* Nominati] i. famosi. *y* Multiplicati] Hoc videtur contrarium ei, quod *sup. eod.* dictum est, quod scil. fratres ejus, i. Simeonis, non habuerunt multos filios. Sol. Non dicit: multiplicati sunt in domibus suis, sed in domo, sive familia affinitatum. Taliter multiplicati sunt vehementer, non tamen multos habuerunt filios comparatione Judæ. Unde *sup.* dictum est: Universa cognatio ejus non potuit adæquare summam filiorum Judæ. *z* Ad orientem] i. ad vallem orientis. *a* Pascua] vel pascuas. *b* De stirpe] i. Chananæi. *c* In diebus] venerunt scil. *d* Tabernacula] i. Chananæorum. *e* Poterant] i. potuerunt. *f* Amalecitarum,] quos destruxit Saul, 1. *Reg.* 15.

EXPOSITIO CAP. V.

Filii quoque] Dicto de Juda, & Simeone, consequenter agit auctor de Ruben, primogenito Jacob. Prius enim egit de Juda propter regiam dignitatem. Secundo de Simeone propter hoc, quia sors ejus conjuncta fuit sorti Judæ. *h* Primogeniti] Suspensiva est constructio usque ibi: Filii ergo Ruben, ubi hoc repetitur. *i* Primogenitus] ordine nativitatis. *k* Violasset] dormiendo cum Bala concubina Jacob, *Gen.* 49. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei primus in donis, major in imperiis, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus. *l* Filii] i. Jacob. *m* Non] scil. Ruben. *n* In primogenitum.] ut primogenitum sonet in dignitatem primogenituræ. *o* Porro] Quia dixerat, quod primogenita data sunt filiis Joseph, videretur alicui, quod tribus Joseph dignior esset inter tribus 12. & non tribus Juda, quod falsum est. Tribus enim Juda dignior omnibus fuit, quia de ipsa fuerunt reges. Unde appellatur tribus regalis, quod meruit, quando post Moysen primus ingressus est mare rubrum. Unde *Gen.* 49. dixit Jacob: Juda te laudabunt fratres tui, manus tua in cervicibus inimicorum tuorum. Ideo adjungitur hic: Porro, &c. q. d. data sunt primogenita filiis Joseph, & non Judæ. [Porro,] i. tamen. *p* Judas,] qui superfluit. *q* Qui erat] vel hoc totum positum est, ut locum habeat sequens relatio, de qua dicit: *r* De stirpe] Simile in *Ps.* 10. Dominus in cœlo sedes ejus. Sed quæritur, quare Joseph potius, quam Judæ data sunt primogenita? Item, in quo consistant ista primogenita? Sol. Omnes fratres Joseph adoraverunt eum, i. Joseph quasi servi in Ægypto, *Gen.* 43. Juxta quod ipse somniaverat. *Gen.* 37. ita dignior erat omnibus quoad hoc. Et quia patrem, & fratres tempore famis pavit; ideo data sunt ei primogenita Ruben, & propter mysterium. Ruben enim significat populum Judaicum, a quo translatum est regnum, & sacerdotium, & datum est populo Christiano, qui de gentibus venit, qui significatur per Joseph. In hoc autem consistunt ista primogenita: Quia sicut primogenitus duplicem portionem recipiebat in ferculis, & in divisione hæreditatis, ita Joseph duplicem sortem habuit in terræ divisione, & duplicem

tribum

Filii ergo *a* Ruben primogeniti Israel, *b* Henoch, & Phallu, Esron, & Charmi. Filii *c* Joel *d* Samaja filius ejus, *e* Gog filius ejus, Semei filius ejus, Micha filius ejus, Reeheja filius ejus, Baal filius ejus, Berra filius ejus, *f* quem captivum duxit Theglathphalnasar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Ruben. Fratres *g* autem, & universa cognatio, quando numerabantur per *h* familias suas, habuerunt principes Jeihel, & Zachariam. Porro Baal filius Azaz, filii Samma, fili Joel, ipse habitavit in *i* Aroer usque ad *k* Nebo, & Beelmeon. Contra orientalem quoque plagam habitavit usque ad introitum *l* eremi, & flumen Euphratem. *m* Multum quippe jumentorum numerum possidebant in *n* terra Galaad. In diebus autem Saul *o* præliati sunt contra *p* Agareos, & interfecerunt illos, *q* habitaveruntque pro *r* eis in tabernaculis eorum, in omni *s* plaga, quæ respicit ad orientem Galaad. Filii *t* vero Gad *u* e regione eorum habitaverunt in terra Basan usque *x* Selcha, Joel in *y* capite, & Saphan secundus, Janai autem, & Saphat in *z* Basan. Fratres vero eorum secundum domos cognationum suarum. Michael, & Mosollam, & Sebe, & Jore, & Jachan, & *a* Zie, & Zeber, septem. Hi filii Abiahil, filii Uri, filii Jara, filii Galaad, filii Michael, filii Jesesi, filii Jeddo, filii Buz. Fratres quoque filii Abdihel, filii Guni principes domus in *b* familiis suis, & habitaverunt in Galaad, & in *c* Basan, & in viculis ejus, & in cunctis suburbanis *d* Saron usque ad *e* terminos. Omnes hi numerati sunt in diebus Joathan regis Juda, & in *f* diebus Jeroboam regis Israel. Filii Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, viri bellatores scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum, eruditique ad prælia quadragintaquatuor millia, & septingenti sexaginta, procedentes ad pugnam, dimicaverunt contra *g* Agareos, *h* Ithuræi vero, & Naphei, & Nodab, præbuerunt *i* eis auxilium. Traditique sunt in manus eorum Agarei, & universi, qui fuerunt cum *k* eis, quia Deum *l* invocaverunt, cum præliarentur, & *m* exaudivit *n* eos, eo quod credidissent in eum. Ceperuntque omnia, quæ *o* possederant, camelorum quinquaginta millia, & ovium ducenta quinquaginta millia, asinos duo millia, & animas hominum centum millia. Vulnerati autem multi corruerunt. *p* Fuit enim bellum Domini. Habitaveruntque pro eis usque ad *q* transmigrationem. Filii quoque dimidiæ tribus Manasse possederunt terram a finibus Basan usque *r* Baalhermon, & Sanir, & montem *s* Hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hi *t* fuerunt principes domus *u* cognationis eorum, Epher, & Jesi, & Helihel, & Zerihel, & Jeremia, & Odoja, & Jedihel, viri fortissimi, & potentes, & nominati duces in familiis suis. Reliquerunt autem Deum patrum suorum, & fornicari sunt post *x* deos populorum terræ, quos *y* abstulit Dominus coram eis. Et *z* suscitavit Dominus Israel spiritum *a* Phul regis Assyriorum, & spiritum *b* Theglathphalnasar regis Assur, & transtulit Ruben, & Gad dimidium tribus Manasse, & adduxit eos in Ale, & Aber, & Ara, & fluvium Gozan usque ad diem hanc.

C A P. VI.

FILII *c* Levi, Gerson, Caath. Merari. Filii Caath, *d* Amram, Isaar, Hebron, & Ozihel. Filii *e* Amram, Aaron, Moyses, & Maria. Filii Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit

tribum fecit; unde *Gen.* 49. Filius accrescens Joseph, &c. Et *sup.* 48. Ephraim, & Manasses, sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi, i. sicut Ruben, & Simeon duas Tribus facient, ita Ephraim, & Manasses. In hoc etiam apparuit jus illius primogenituræ datæ Joseph, quia Jeroboam, qui fuit de Joseph, primus regnavit super decem tribus. Unde *Gl.* Data sunt Joseph juniori filio primogenita, cujus progenies multiplicatur, & excedit potentia regni inter decem Tribus. *a* Filii ergo Ruben] Repetit, quod dimiserat de Ruben texens generationem. *b* Henoch,] isti quatuor etiam sic nominantur *Gen.* 46. *c* Filii Joel] hic interrumpitur series generationis Ruben. Fuit autem iste Joel unus de principibus, qui *sup.* 4. nominati sunt de Simeone. *d* Samaja filius] scil. Joel. *e* Gog filius i. Samaja. Eodem modo expone sequentia relativa. *f* Quem captivum] sc. Beera, ut dicit *Rab.* Hunc dicunt Hebræi patrem esse Osee prophetæ, quem rex Assyriorū Theglathphalasar cum 10. Tribubus duxit captivum; imo Salmanasar. Sol. De utroque dicitur hoc, quia Theglathphalnasar inchoavit captivitatem, & Salmanasar consummavit. *g* Fratres] i. Beera. *h* Per familias] sc. a Nabuchodonosor. *i* Aroer] civitas. *k* Nebo,] mons, in quo mortuus est Moyses, *Deut.* 34. *l* Eremi,] i. deserti. *m* Multum] Antipophora est: Posset enim aliquis quærere: Quare tantum spatium terræ occupavit? Resp. Multum, &c. *n* In terra Galaad.] quæ erat pascualis. *o* Præliati,] sc. Rubenitæ. *p* Agareos,] qui de Agar, quæ est Cethura. Unde *Gl.* Verisimile est Agar fuisse Cethuram, cum *in seqq.* dicatur *eod.* Rubenitas, & Godditas, & dimidiam tribum Manasse cum Agarenis pugnasse, & præbuisse illis, i. Agarenis, qui de Ismael fuerunt, in auxilium Ithuræos, Naphæos, & Nodab, filios Ismael. *q* Habitaveruntque] sc. Rubenitæ. *r* Pro eis] sc. Agarenis. *s* In omni plaga] i. in omnibus finibus. *t* Filii vero] contra *Deut.* 3. Reliquam partem Galaad, & omnem Basan regni Og tradidi dimidiæ tribui Manasse. Non ergo filii Gad habitaverunt in terra Basan. Ergo Basan bipartita fuit. Partem, quæ respicit Galaad, possedit Gad, alia, quæ est in regno Og, possedit Manasses. Expone ergo sic, quod dicitur in *Deut.* Omnem Basan, &c. idest, omnem illam partem, quæ est in regno Og: aliam partem habuerunt filii Gad, quæ respicit Galaad. Unde hic dicitur: Filii Gad e regione habitaverunt, i. in opposita parte. Et ita Basan quandoque large, quandoque stricte accipitur. Vel omnem Basan, i. magnam partem ejus. *u* E regione] i. ex opposita parte terræ. *x* Selcha,] civitas est, ut dicitur *Deut.* 3. *y* In capite,] i. primus erat inter eos. *z* In Basan.] supple habitaverunt. *a* Et Zie,] supple habitaverunt. *b* In familiis] supple fuerunt. *c* Et in Basan,] i. in una parte Basan. *d* Saron,] civitas est. Aliqui habent Arnon, & est nomen fluvii. *e* Ad terminos.] scil. Saron, vel Arnon. *f* In diebus Jeroboam] ex hoc videtur, quod contemporanei fuerunt Joathan, & Jeroboam, quod manifeste falsum est, quia longe ante fuit Jeroboam. Si tu dicas, quod duo fuerunt Jeroboam, scil. filius Nabath, qui fuit primus rex decem tribuum, & de hoc non agitur hic. Item filius Joas regis Israel de hoc agitur hic: Non est verum, quia neque iste Jeroboam contemporaneus Joathan, imo mortuus est 38. anno Oziæ regis Juda patris Joathan, ut legitur 4. *Reg.* 15. Sol. Numeratio istorum non fuit simul facta, sed successive, quia quidam numerati sunt tempore Jeroboam, quidam tempore Joathan. *g* Contra Agarenos.] tempore Saulis. *h* Ithuræi vero,] Hi fuerunt Ismaelitæ. Hinc sumit argumentum quædam *Gloss.* prænotata, quod Agar fuit Cethura, quæ sic incipit: Verisimile est Agar, &c. Et est argumentum satis apparens, Nam Rubenitæ dicuntur pugnasse contra Agarenos, & contra Ithuræos, i. Ismaelitas. Ismaelitæ vero dicuntur filii Ismael. Agareni vero filii Agar. Sed Agar non legitur habuisse nisi unum filium, sc. Ismael; ergo idem sunt Agareni, & Ismaelitæ; ergo idem sunt Ithuræi, & Agareni; ergo eadem est Agar, & Cethura, a qua Ithuræi. *i* Eis] i. Agarenis. *k* Cum eis,] i. Agarenis. *l* Invocaverunt, &c.] Rubenitæ. *m* Exaudivit] Dominus. *n* Eos,] Rubenitas. *o* Ceperuntque] Rubenitæ. *o* Possederant,] Agareni. *p* Fuit enim, &c.] quia Dominus pro eis pugnavit. Sicut dicit Moyses *Exo.* 14. Dominus pugnabit pro vobis, vos autem tacebitis. *Gl.* dicit sic, i. ad interventionem hostium, auxilio Dei peractum. *q* Usque ad, &c.] *Gl.* donec, sc. pro peccatis suis traditi sunt Assyriis. *r* Baalhermon,] una dictio. *s* Montem Hermon.] hic patet, quod Sanir, & Hermon sunt duo montes. Idem dicit *Gloss.* super illud *Cant.* 4. De capite Aman, de vertice Sanir, & Hermon. Contra: *Ezech.* 27. Impleverunt cor tuum abietibus, & de Sanir extruxerunt te. Ibi dicit *Gloss.* Sanir, qui est Hermon. Item *Deut.* Hermon, quem Sidonii Sarion vocant, & Amorræi Sanir; ergo idem mons est Sanir, & Hermon. Sol. Sanir æquivocum est, & est duorum montium nomen. Uno modo idem est, quod Hermon, alio modo non idem. *t* Et hi] qui sequuntur. *u* Cognationis eorum,] idest dimidiæ tribus Manasses. *x* Post

deos;

deos, &c.] i. post idola. *Gl.* Dum filii Israel Deo serviebant, habuerunt eum propitium, & defensorem contra hostes suos. Cum autem eo relicto idola coluerunt senserunt ultorem, quem habuerunt protectorem. *y* Quos abstulit] in *Josue*. *z* Suscitavit] Ergo voluntas regis Assyriorum fuit a Deo, & constat, fuisse mala; ergo mala actio est a Deo. Sol. Actio in quantum actio, sive quoad essentiam suam, est a Deo; In quantum mala, ab homine, vel diabolo. *a* Spiritum Phul] 4. *Reg.* 15. regnante Manahen. *b* Theglathphalnasar] 4. *Reg.* 15. contra Phacee.

B

EXPOSITIO CAP. VI.

Gen. 46. Exod. 6. Inf. 23.

Filii *c* Levi,] quarto loco agit de filiis Levi, breviter ponens eorum generationem. *c* Gerson,] de his tribus fuerunt omnes ministri tabernaculi, ut legitur *Num.* 1. *d* Amram,] pater Moysi. *e* Filii Amram,] de Jocabed. *a* Abisue,] qui & Abiezer dicitur. *b* Ozi,] post illum translatum est Sacerdotium de domo Eleazar ad domum Ithamar. Heli enim, qui fuit de Ithamar, potentia sua transtulit in se Sacerdotium, & fuit Sacerdos, & judex simul in Israel. Et mansit Sacerdotium penes filios Ithamar usque ad Abiathar, quem abjecit a Sacerdotio Salomon, 3. *Reg.* 2. & restituit illud Sadoc, qui erat de gente Eleazar. Et fuerunt in universo 5. de filiis Eleazar privati Sacerdotio. Zarajas, qui & Joseph, & Jonathan filius Joseph, & Merajoth filius Jonathan, & Asophi filius Merajoth, & Achitob filius Asophi. Iste fuit pater Sadoch, quem restituit Salomon. Hic autem nulla fit mentio de Asophi, & Jonathan, sed ita dicit *Magist. in hist.* 3. *Reg. Rubr.* De morte Adoniæ, & Joab, & Semei. *c* Amariam,] hic forte *in histor.* vocatur Asophi. *d* Ipse est,] scil. Johannam. *Gl.* Pretermissis aliis filiis Levi, qui similiter Sacerdotes fuerunt in domo Domini, Johannam specialiter laudatur, quia viriliter restitit Oziæ regi per se volenti sacrificare, & constantia animi, & zelo legis explevit officium Sacerdotii. Sed contra, *Magist.* dicit *in histor.* quod hoc fecit Azarias filius Johannam, & non Johannam. Et idem dicitur 2. *Par.* 26. Idem dicunt Hebræi. Unde dicunt, quod Ozias rex Juda dictus est Azarias in opprobrium, quia in opprobrium officium Azariæ sibi voluit usurpare. Sol. Mos est Scripturæ, scil. pontifice vivente, filios vocare Sacerdotes. Unde 1. *Reg.* 2. adhuc vivente Heli, filii dicuntur Sacerdotes. Dicimus ergo, quod Johannam, & pater ejus Azarias simul fuerunt, & quod fecit filius, patri attribuitur, quia ejus actibus, & consilio, & auxilio fecit. Simile 1. *Reg.* 21. dicitur, quod Abimelech Sacerdos dedit David panes propositionis, & gladium Goliæ, *Marc.* 2. dicitur, quod hoc factum est sub Abiathar filio ejus. Et verum est, quia sub

D

a Abisue, Abisue vero genuit Bocci, & Bocci genuit *b* Ozi, Ozi genuit Zarajam, & Zarajas genuit Merajoth. Porro Merajoth genuit *c* Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoch, Sadoch genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Johannam, Johannam genuit Azariam: *d* ipse est, qui Sacerdotio functus est in domo, quam ædificavit Salomon in Jerusalem. Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoch, & Sadoch genuit Sellum, Sellum genuit Helchiam, & *e* Helchias genuit Azariam, Azarias genuit Sarajam, & *f* Sarajas genuit Josedech. Porro *g* Josedech egressus est, quando *h* transtulit Dominus *i* Judam, & *k* Jerusalem per manus Nabuchodonosor. Filii ergo *l* Levi Gerson, Caath, & Merari. Et hæc *m* nomina filiorum Gerson, Lobni, & Semei. Filii Caath, Amram, & Isaar, & Hebron, & Ozihel. Filii Merari, Mooli, & Musi. Hæ autem cognationes Levi, secundum familias eorum, Gerson, Lobni filius ejus Jaath filius ejus, Zamma filius ejus, Joaa filius ejus, Addo filius ejus, Zara filius ejus, Jethrai filius ejus. Filii *n* Caath, Aminadab filius ejus, Chore filius ejus, Asir filius ejus: *o* Elchana filius ejus, Abjasaph filius ejus, Asir filius ejus, Thaath filius ejus, Uriel filius ejus, Osias filius ejus, Saul filius ejus. Filii Elchana, Amasai, & Achimoth, & Elchana. Filii Elchana, Sophai filius ejus, Naath filius ejus, Eliab filius ejus, Hieroboam filius ejus, Elchana filius ejus. Filii *p* Samuel primogenitus *q* Vasseni, & *r* Abia. Filii autem Merari, Mooli, Lobni filius ejus, Semei filius ejus, Oza filius ejus, Samaa filius ejus, Aggia filius ejus, Asaja filius ejus. Isti *s* sunt, quos constituit David super *t* cantores domus Domini, ex quo *u* collocata est arca, & ministrabant coram tabernaculo testimonii, canentes, donec ædificaret Salomon domum Domini in Jerusalem. Stabant autem juxta ordinem suum in ministerio, Hi vero sunt, qui assistebant cum filiis suis. De filiis Caath, Hemam *x* cantor, filius Johel, filii Samuel, filii Elchana, filii Jeroam, filii Helihel, filii Thobu, filii Suph, filii Elchana, filii Maath, filii Amasai, filii Elchana, filii Joel, filii Azariæ, filii Sophoniæ, filii Thaath, filii Asir, filii Abjasaph, filii Chore, filii Isaar, filii Caath, filii *y* Levi, filii Israel, & fratres *z* ejus: Asaph, qui stabat a *a* dextris ejus: Asaph filius *b* Barachiæ, filii Samaa, filii Michael, filii Basiæ, filii Melchiæ, filii Athanai, filii Zara, filii Adaja, filii *c* Ethan, filii Zamma, filii Semei, filii Geth, filii Gerson, filii Levi. Filii *d* autem Merari fratres eorum, ad *e* sinistram: Ethan filius Chusi, filii Addi, filii Maloth, filii Asabiæ, filii Amasiæ, filii Helchiæ, filii Amasai, filii Bonni, filii Somer, filii Mooli, filii Musi, filii Merari, filii Levi. Fratres quoque *f* eorum, *g* Levitæ, *h* qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini. Aaron vero, & filii ejus adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in omne opus *i* sancti sanctorum, ut precarentur pro Israel, juxta omnia, quæ præcepit Moyses servus Dei. Hi sunt autem filii Aaron. *k* Eleazar filius ejus, Phinees filius ejus, Abisue

utroque factum est, & uterque dedit panes. *e* Helchias] iste est Helchias sacerdos sanctissimus, qui invenit in templo librum Moysi, quem misit Josiæ regi Juda, 4. *Reg.* 22. *f* Sarajas] quem occidit Nabuchodonosor, 4. *Reg.* 25. *g* Josedech] *Gloss.* Josedech dicunt esse Eldram Sacerdotem, qui reversus de Babylone cum Zorobabel, & filius Juda, restauravit templum Domini, & civitatem Jerusalem. Egressus est de Jerusalem fugiens cum Sedechia rege Juda, & cum eo ductus in Babylonem captivus, 4. *Reg. ult.* *h* Transtulit] i. transferri permisit. *i* Judam,] idest tribum Judæ. *k* Et Jerusalem] idest tribum Benjamin. *l* Filii ergo, &c.] computata generatione Caath filii Levi, incipit ordinare generationem Gerson, alterius filii Levi, repetens aliqua jam dicta causa evidentioris continuationis. *m* Hæc sunt, &c.] quæ sequuntur. Lobni filius ejus, idest Gerson. Semper enim ad proximum fit relatio. *n* Filii Caath,] recapitulat generationẽ Caath, quam *sup. eod.* tetigerat. Sed unde venit Aminadab, *sup. Num.* 2. non fuit nominatus? Sol. Ipse est Isuar, qui etiam Aminadab dicitur, ut patebit, ubi dicitur, quod Chore fuit filius Isuar, qui hic dicitur filius Aminadab. Hic est Chore, quia adjunctis sibi Dathan, & Abiron schisma fecit contra Moysen, & Aaron, quos devoravit ignis, *Num.* 16. *o* Elchana] iste fuit pater Samuelis. *p* Filii Samuel] qui fuit filius Elcanæ. 1. *Reg.* *q* Vasseni,] qui 1. *Reg.* 8. dicitur Joel. *r* Et Abia.] Hic, ut Hebræi dicunt, judex constitutus, munera accipiebat ab offerentibus in templo, quod sciens Joel senior frater non corrigebat eum; ideo uterque peccasse dicitur ibi, junior per avaritiam, senior per negligentiam. *s* Isti sunt] prædicti, scil. de Caath, & de Merari. *t* Super cantores] Anticipatio est, quia *inf.* 24. sufficienter dicetur de cantoribus. *u* Collocata] 2. *Reg.* 6. *x* Hemam cantor,] De his invenitur satis in titulis Psalmorum. Et fuit Hemam magister in cantando. *y* Filii Levi, &c.] Ecce retrograde computata est generatio Levi, quæ supra seriatim fuerat computata: sed unde hoc? *z* Et fratres ejus:] *Gloss.* cognatione. Scriptura enim propinquos, fratres appellat. *a* Dextris ejus:] q. d. Hemam erat cantor in choro sinistro, Asaph in choro dextro. *b* Asaph] filius Barachiæ, ascendendo computat filios Gerson. *c* Filii Ethan,] *Gl.* Ethan unus de cantoribus tribus, qui coram David in cymbalis laudem Dei concrepabant. Et notandum, quod sicut fuerunt tres filii Levi, Caath, Gerson, & Merari, ita tres cantores, Hemam de Caath, Asaph de Gerson, Ethan de Merari. Mystice autem significant SS. DD. qui Ss. Trinitatis fide imbuti, secundum dispensationem veri David.

vid, prædicationem Evangelii, toti mundo annunciant. *d* Filii autem, &c.] i. Gerſonitarum Caathitarum. Et computantur filii Merari aſcendendo, ſicut filii Gerſon. *e* Ad ſiniſtram,] i. in ſiniſtra parte chori. *f* Fratreſque eorum,] i. Meraritarum. *g* Levitæ,] ſupra erant. *h* Qui,] Levitæ ſc. ſancti ſanctorum,] ergo altare thymiamatis erat in ſanctis ſanctorum, quod falſum eſt. Sol. Iſti duo genitivi, ſancti ſanctorum ſunt maſculini generis, & ſupponunt pro ſummo Sacerdote, qui dicitur ſanctus ſanctorum, i. ſanctus præ omnibus. Unde ſenſus eſt. In omne opus ſancti ſanctorum, i. omne opus, quod pertinet ad ſummum ſacerdotem. Vel aliter, ut inter genitivos ſit conſtructio partitiva non conſecutiva. Et eſt ſenſus: Omne opus ſancti ſanctorum, i. tabernaculi, quod eſt ſanctum ſanctorum, i. unum de ſanctis. Sic accipitur ſanctum ſanctorum, fere *per tot. Lev.* *k* Eleazar.] Nadab, & Abiu dimittit, quia ipſi mortui fuerunt ſine prole, occiſi a Domino, quia ignem alienum offerebant in templo. *Lev.* 10. *a* Et hæc habitacula] ad habitandum, quæ dicentur infra. *b* Confinia,] i. ſuburbana. *c* Dederunt] filii Iſrael, ut legitur *Jof.* 21. *per tot.* ubi dicitur *in fin. cap.* quod univerſæ civitates Levitarum fuerunt 42. cum ſuburbanis ſuis, ſingulæ per familias diſtributæ, præter ſex civitates refugii, quarum tres fuerunt ultra Jordanem, ſcil. Bozor in ſorte Ruben, Ramoth in ſorte Gad, Gola in ſorte Manaſſe *Deut.* 4. Aliæ tres civitates fuerunt citra Jordanem, Hebron in ſorte Judæ, Sichem in ſorte Ephraim, Cedes in ſorte Nephtalim, *Jof.* 21. *d* Civitatis, ſcil.] Hebron. *e* Et villas,] dederunt ad poſſidendum Levitis, dederunt & ad alendum pecora. *f* Porro filiis] Littera iſta ſic debet legi, & punctari, porro filiis Aaron dederunt filii Iſrael civitates, ibi punctus, ad confugiendum Hebron, ibi punctus, & poſtea computantur aliæ civitates, quæ datæ fuerunt filiis Aaron, ſed non erant civitates refugii. *g* Civitates,] ad habitandum non ad poſſidendum. *h* Aſan quoque] hic *Jof.* 21. dicitur Jethan. *i* De tribu autem Benjamin,] ſupple dederunt levitis. *k* Omnes civitates.] Aaronitarum. *l* Tredecim] Non eſt verum imo 11. tantum. Solut. 13. fuerunt ut dicitur *Jof.* 21. ſed hic omittuntur duæ, quæ ibi computantur, ſc. Haim, & Gabaon. Item hic omittitur una tribus, ſcilicet Simeon, quæ in *Jof.* tribui Judæ adjungitur. Novem enim civitates primas dederunt Judas, & Simeon Levitis, alias 4. Benjamitæ. *m* Reſiduis,] qui non erant Aaronitæ, ſed ſimplices Levitæ. *n* Ex dimidia tribu,] & Ephraim, & Dan, ut dicitur *Jof.* 21. *o* Gerſon,] ſecundo filio Levi. *o* Merari,] tertio filio Levi. *p* Levitis civitates] prædictas. *q* Ex nominibus ſuis,] i. vocaverunt eas urbes Sacerdotales. *r* Filiorum Caath,] ſimiliter vocaverunt civitates ſuas ex nominibus ſuis, ſcilicet civitates Levitarum. *ſ* In terminis eorum] id eſt, civitates, quas dederunt Ephraitæ, erant in terris eorum. *t* Dederuntque] filii Iſrael. *u* Eis] i. Levitis. *x* Ad confugiendum,] puncta ut *ſup. eod.* quia tantum Sichem fuit urbs refugii. [Elchece] *Jof.* 21 dicitur Belthece. *y* In eumdem modum,] id eſt, cum ſuburbanis ſuis. *z* Aner] *Jof.* 21 Canaath. *a* Balaam,] *Jof.* 21. Getremam. *b* His videlicet] his inquam dederunt filii Iſrael dictas civitates. His dico, qui de cognatione, &c. i. qui non erant Aaronitæ. Unde *Jof.* 21. ſic legitur: Omnes civitates decem & ſuburbana earum datæ ſunt filiis Caath inferioris gradus, reliquæ ab Aaronitis. *c* Aſtaroth, &c.] *Jof.* 21. Boſra. *d* Cedes,] *Jof.* 21. Ceſion. *e* Dabereth,] eodem modo dicta *Jof.* 21. *f* Ramoth,] quæ *Jof. c.* 21. Jemarach. *g* Anem,] *Jof.* 21. vocatur Eugamnim. *h* Mazal,] quæ *Jof.* 21. dicitur Maſſalaon. *i* Aſach.] *Jof. c.* 21. Elech. *k* Cedes in Galilæa,] hæc fuit civitas refugii, ut dicitur *Jof.* 21. *l* Amon,] *Jof.* 21. Amothor. *m* Cariathiarim,] *Jof. c.* 21. Charam. *n* Reſiduis,] ab Aaronitis. Unde *Jof.* 21. ſic dicitur: Filii autem Merari Levitis interioris gradus. Nota tamen, quod Aaronitæ fuerunt tantum de Caath. *o* Et Thabor] imo de tribu Zabulon datæ ſunt Meraritis 4. civitates, quæ *Jof.* 21. ſic nominantur: Gethen, Nantharcha, & Demna, & Malos. *p* Bozor,] hæc fuit civitas refugii *Jof.* 21. *q* Jaſa,] *Jof.* 21. Jaſer. *r* Cademoth,] Joſue: Gethſon. *ſ* Maath,] Joſue Maſpha. *t* Ramoth] hæc fuit civitas refugii *Jof.* 21. *u* Et Jeſer cum ſuburbiis, &c.] Hic in hoc loco *in Joſue* concluditur; itaque civitates Levitarum univerſæ 42. ſupple exceptis. 6. civitatibus refugii.

E

F

G

A

Jof. 21.

Ibidem.

filius ejus, Bocci filius ejus, Zaraja filius ejus, Merajoth filius ejus, Amaria filius ejus, Achitob filius ejus, Sadoc filius ejus, Achimaas filius ejus: Et hæc *a* habitacula eorum per vicos, atque *b* confinia, filiorum, ſcil. Aaron, juxta cognationes Caathitarum. Ipſis enim ſorte contigerant. *c* Dederunt igitur eis Hebron in terra Juda, & ſuburbana ejus per circuitum, agros autem *d* civitatis, & *e* villas, Caleb filio Jephone. *f* Porro filiis Aaron dederunt *g* civitates ad confugiendum Hebron, & Lobna, & ſuburbana ejus: Jether quoque, & Eſthamo cum ſuburbanis ſuis, ſed & Helon, & Dabir cum ſuburbanis ſuis: *h* Aſan quoque, & Bethſames, & ſuburbana eorum. De tribu *i* autem Benjamin Gabee, & ſuburbana ejus, & Almath cum ſuburbanis ſuis, Anathoth quoque cum ſuburbanis ſuis. Omnes *k* civitates *l* tredecim cum ſuburbanis ſuis, per cognationes ſuas. Filiis autem Caath *m* reſiduis de cognatione ſua, dederunt ex *n* dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſionem urbes decem. Porro filiis *o* Gerſon per cognationes ſuas de tribu Iſſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephtalim, & de tribu Manaſſe in Baſan, urbes tredecim. Filii autem *o* Merari per cognationes ſuas: de tribu Ruben & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt ſorte civitates duodecim. Dederunt quoque filii Iſrael, *p* Levitis civitates, & ſuburbana earum. Dederuntque per ſortem ex tribu filiorum Juda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Benjamin, urbes has, quas vocaverunt *q* nominibus ſuis, & ex his, qui erant ex cognatione *r* filiorum Caath: Fueruntque civitates in *ſ* terminis eorum, de tribu Ephraim. *t* Dederuntque *u* eis urbes ad *x* confugiendum, Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephraim, & Gazer cum ſuburbanis ſuis: Hicinaam quoque cum ſuburbanis ſuis, & Bethoron ſimiliter, nec non & Helon cum ſuburbanis ſuis, & Gethremon in eumdem *y* modum. Porro ex dimidia tribu Manaſſe *z* Aner, & ſuburbana ejus, *a* Balaam & ſuburbana ejus: His *b* videlicet, qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filiis autem Gerſon de cognatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulon in Baſan, & ſuburbana ejus, & *c* Aſtaroth cum ſuburbanis ſuis. De tribu Iſſachar *d* Cedes, & ſuburbana ejus, & *e* Dabereth cum ſuburbanis ſuis: *f* Ramoth quoque & ſuburbana illius, & *g* Anem cum ſuburbanis ſuis. De tribu vero Aſer, *h* Maſal cum ſuburbanis ſuis, & Abdon ſimiliter, *i* Aſach quoque, & ſuburbana ejus, & Roob cum ſuburbanis ſuis. Porro de tribu Nephtalim *k* Cedes in Galilæa, & ſuburbana ejus, *l* Amon cum ſuburbanis ſuis, & *m* Cariathiarim, & ſuburbana ejus. Filiis autem Merari *n* reſiduis de tribu Zabulon Remmono, & ſuburbana ejus, & *o* Thabor cum ſuburbanis ſuis. Trans Jordanem quoque ex adverſo Jericho, contra orientem Jordanis, de tribu Ruben, *p* Boſor in ſolitudine, cum ſuburbanis ſuis, & *q* Jaſa cum ſuburbanis ſuis, *r* Cademoth quoque, & ſuburbana ejus, & *ſ* Miphaath cum ſuburbanis ſuis: Nec non, & de tribu Gad, *t* Ramoth in Galaad, & ſuburbana ejus, & Manaim cum ſuburbanis ſuis, ſed & Heſebon cum ſuburbanis ſuis, & *u* Jeſer cum ſuburbanis ſuis.

CAP. VII.

Porro *x* filii Iſſachar Thola, & *y* Phua, *z* Jaſub, & *a* Sammaron, quatuor. Filii Tola, Ozi, & Raphaja, & Hierihel, & Jemai, & Jepſen, & Samuel principes per domos cognationum ſuarum. De ſtirpe Thola viri *b* fortiſſimi numerati ſunt in *c* diebus David, vigintiduo millia ſexcenti: Filii Ozi, Jezrahia, de quo nati ſunt Michael, & Odadia

EXPOSITIO CAP. VII.

Porro *x* filii Iſſachar,] poſt filios Levi agit auctor de filiis Iſſachar. *y* Phua,] Iſte vocatur Phau, *Nu.* 26. unde ibi dicitur Phau, a quo familia Phaunitarum. *z* Jaſub,] *in Num.* dicitur Jaſuba. *a* Sammaron,] hic dicitur Samram *in Num.* Viri fortiſſimi,] unde Iſſachar pater Thola dictus eſt aſinus fortis *Gen.* 49.

Gen. 46.

c In diebus David, &c.] Forte quando David fecit

& Johel, & *a* Jesia, *b* quinque omnes principes. Cumque *c* eis per familias, & populos suos, accincti ad prælium viri fortissimi triginta sex millia. Multas enim habuere uxores, & filios. Fratresque *d* eorum per omnem cognationem Isachar, robustissimi ad pugnandum, octingentaseptem millia numerati sunt. Filii Benjamin, Bale, & Bochor, & Jadihel *e* tres. Filii Bale, Hesbon, & Ozi, & Ozihel, & Hierimoth, & Urai: quinque principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi. Numerus autem eorum vigintiduomillia, & trigintaquatuor. Porro filii Bochor Zammira, & Joas, & Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Hierimoth, & Abia, & Anaroth, & Almathan: *f* Omnes hi filii Bochor. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum suarum ad bella fortissimi viginti millia, & ducenti. *g* Porro filii *h* Jadihel, Balan. Filii autem Balan, Jehus, & *i* Benjamin, & Ahod, & k Chanana, & Jotham, & Tharsis, & Haisaar. Omnes hi filii Jadihel principes cognationum suarum, viri fortissimi decem, & septem millia, & ducenti ad prælium *l* procedentes. Sephan quoque, & *m* Ephan, filii Hir, & Asim filii Aher. Filii autem Nephtalim Sasihel, & Guni, & Aser & *n* Sellum, filii Bala. Porro filius Manasse Esrihel, concubinaque ejus *o* Syra peperit *p* Machir patrem *q* Galaad. Machir autem accepit uxorem filiis suis *r* Happhim, & Sepham, & habuit sororem nomine Maacha. Nomen autem secundi *ſ* Salphaad. Natæque sunt Salphaad *t* filiæ, & peperit *u* Maacha uxor Machir filium: vocavitque nomen ejus Phares. Porro nomen fratris *x* ejus Zares, & filii *y* ejus Ulam, & Recem. Filius autem Ulam Badan. Hi *z* sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse. *a* Soror autem ejus Regina peperit virum decorum, & Abjezer, & Moola. Erant autem filii Semida, Ahin, & Sechen, & Leci, & Aniam. Filii autem Ephraim, Suthala, Bareth filius ejus, Thaath filius ejus, Elada filius ejus, Thaath filius ejus, & hujus filius Zabad, & hujus filius Suthala, & hujus filius Ezer, & Elad. *b* Occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descenderant ut invaderent possessiones eorum. Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt *c* fratres ejus, ut consolarentur eum. *d* Ingressusque est ad uxorem suam, quæ concepit, & peperit filium, & vocavit nomen ejus *e* Beria, eo quod in malis domus ejus ortus *f* esset. Filia autem ejus fuit Sara, quæ *g* ædificavit Beth-horon inferiorem, & superiorem, & Ozensara. *h* Porro filius ejus Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est *i* Thaan, qui genuit Laadan. Hujus quoque filius Amiud genuit Elisama, de quo ortus est Nun, qui habuit filium Josue. Possessio autem eorum, & habitatio *k* Bethel, cum filiabus suis, & contra orientem Noram, ad occidentalem plagam Gaser filiæ ejus. Sethem quoque cum *l* filiabus suis usque Aza, & filias *m* ejus: *n* Juxta filios quoque Manasse Bethsan, & filias ejus Thanath, & filias ejus, Mageddo, & filias ejus, Dor, & filias ejus. In his habitaverunt filii Joseph filii Israel. Filii Aser, Jomna, & Jesua, & Isui, & Baria, & Saro soror eorum. Filii autem Baria, Hebet & Melchiel: Ipse est pater Barzait. Heber autem genuit Jephlat, & Somer, & Jotham, & Suaa, sororem eorum. Filii Jephlat, Phosech, & Chamaal, & Asoph: Hi filii Jephlat: Porro fi-

numerari omnem populum, 2. *Reg.* 24. Ibi enim dicitur, quod de Israel inventa sunt nonaginta millia virorum, de Juda quingenta millia. *a* Et Jesia] vel Jesai. *b* Quinque] Non est verum, imo quatuor tantum. Ad hoc solvit *Gl.* dicens quinque fuerunt annumerato patre, qui unicus fuit patris sui. Similiter supra ubi dicitur: Filii Recheme sex numero, non tamen genuit nisi quinque, sed ipso annumerato fuerunt sex. *c* Cumque eis,] supple fuerunt numerati.
d Fratresque eorum,] supple sunt numerati cum eis. *e* Tres.] Non computantur hic omnes, ut patet *in Num.* 26.
f Omnes hi filii.] *Gl.* Ubicumque in lege scribitur, omnes hi filii illius, vel illius, aut pro meritorum excellentia, aut pro meritorum deterioratione dicitur, ut ejus dicantur esse filii, cujus fuerunt imitatores. Sed contra 2. *Reg.* 3. enumeratis filiis David, subjungit: Hi nati sunt David in Hebron, & tamen ibi numerati sunt Amnon, & Absalon, qui non sunt imitati David. Solut. ibi. 2. *Reg* 3. non dicitur omnes hi, sed hi simpliciter. Vel dic quod *Gl.* loquitur ut sæpe, non ut semper.
g Porro filii,] idest, filius, quia nonnisi unum filium habuit.
h Jadihel,] vel Jedihel.
i Benjamin.] *Gl.* A quo egressi sunt Benjamitæ, qui nefario concubitu occiderunt uxorem Levitæ.
k Chanana,] Aliqui libri habent Chaina, sed Chanana debet ibi esse. Unde *Raban.* Chanana ipse est, a quo egressi sunt Benjamitæ, qui nefario concubitu occiderunt uxorem Levitæ. *Jud.* 19.
l Procedentes.] Potentes procedere.
m Filii Hir,] vel filius *alia littera*, sed melius filii. Numerati fuerunt filii Her, idest, posteri Her, non Her filii Judæ, sed alterius.
n Sellum,] Isti fuerunt filii Bale, *Genes.* 30. *Gloss.* Concubinæ Jacob ancillæ Rachelis, matris Nephtalim, a quo isti sunt generati.
o Syra] idest, de Syria. Vel est proprium nomen.
p Peperit Machir.] Hic videtur quod Esriel primo fuit natus & postea Machir. Contra *Josue* 17. dicitur Machir primogenitus Manasse. Solut. Primogenitus fuit dignitate. Probior enim fuit alio, vel primogenitus de matre sua. *q* Galaad] filius Machir. *r* Happhim.] Nota duos filios habuit Machir, prior Binomius fuit, & dictus est Galaad & Happhim. Secundus Saphaad, & Sepham. Ita dicit *Cantor Paris.* sed *Gl.* dicit, hæc duo nomina Happhim, & Sepham esse prioris filii Machis, &

hic scil. ipse Galaad. *ſ* Secundi Salphaad.] Ergo Salphaad fuit filius Machir. Contra *Nu.* 27. dicitur, quod fuit filius Epher filii Galaad, filii Machir. Sol. Hoc appositum est hic ab Hebræis. Unde *Rab.* Hebræi ita edisserunt. Vel potest dici, quod Salphaad dicitur filius Machir, quia de ejus stirpe fuit. Vel sic legatur littera: Nomen secundi filii, i. nepotis Galaad fuit Salphaad. Galaad enim genuit Epher, & Epher Salphaad. Vel dic, quod Salphaad æquivocum est ad filium Machir, & pronepotem. *t* Filiæ,] quæ in *Num.* 27. petierunt a Moyse hæreditatem inter fratres suos. *u* Maacha,] æquivocum est ad istam Maacham uxorem Machir, & ad Maacham sororem Galaad filii Machir. *x* Fratris ejus,] i. Phares. *y* Et filii ejus,] idest, Phares. *z* Hi filii Galaad] sed quomodo dicuntur hi filii Galaad, cum non descenderint ab eo, sed isti & Galaad de Machir? Solut. Isti annumerantur Galaad, quia probi fuerunt.
a Soror autem ejus] i. Ulam filii Phares filii Machir. *Gloss.* Hanc quidam dicunt esse matrem Jesu filii Nave, qui vir decorus nuncupatur ob insigne virtutis, & principatus. Alii dicunt Delboram uxorem Lapidoth prophetissam, de qua *Judic.* 4. *b* Occiderunt autem eos,] idest, Ephraitas. *c* Fratres ejus] *Gloss.* Patriarchæ, qui adhuc supererant, vel cognati, qui sæpe fratres dicuntur.
d Ingressusque] Ephraim scilicet. *e* Beria] qui interpretatur in malum, idest, in luctu pro morte filiorum. *f* Esset] vel est. *g* Ædificavit] primo, quia postea destructa fuit, & tunc ædificavit eam Salomon.
h Porro filius ejus,] scilicet Saræ.
i Thaan] qui *Num.* 26. dicitur Theen, a quo familia Theenitarum.
k Bethel] in *Numer.* etiam dicitur, quod Bethel fuit in sorte filiorum Joseph. Contra, in *Judic.* legitur, quod fuit in Benjamin. Bethel enim est Jerusalem, quæ fuit in sorte Benjamin. Solutio: Duæ fuerunt Bethel. Una fuit Jerusalem. Unde versus:

Solyma, Lusa, Bethel, Jerosolyma, Jebus, Helia:
Urbs sacra Jerusalem dicitur, atque Salem.

Alia Bethel non fuit Jerusalem, sed juxta, de qua dicitur. *l* Cum filiabus,] idest, viculis.
m Et filias ejus,] idest, viculi ejus.
n Juxta quoque, &c.] idest, juxta Manassem habuerunt possessionem filii Ephraim, scilicet Bethsan,

lii Somer, Ahi, Roaga, & Jaba, & Aram. Filii autem *a* Helen fratris ejus, Supha, & Jemna, & Selles, & Amal. Filii Supha, Suae Arnaphed, & Saul, & Beri, & Jamra, & Bosor, & Od, & Sama, & Salusa, & Jethran, & Bera. Filii Gether, Jephone, & Phaspha, & Ara. Filii autem Olla, Aree, & Anihel, & Resia. Omnes hi filii Aser principes cognationum electi, atque fortissimi duces ducum. *a* Numerus autem eorum *b* ætatis, quæ apta esset ad bellum 26. millia.

C A P. VIII.

BEnjamin *c* autem genuit Bale primogenitum suum, *d* Asbaal secundum, Ahara tertium, Noaha quartum, & Rapha quintum. Fueruntque filii *e* Bale, Addoar, & Gera, & Abiud, Abisue quoque, & Neman, & Ahoe, sed & *f* Gera, & Zephupham, & Uram. Hi sunt filii *g* Aod principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in *h* Manath: Naaman autem, & Achia, & *i* Gera, ipse transtulit eos, & genuit Oza, & Abiud. Porro Saharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Usim, & Bara uxores suas. Genuit autem de Edes uxore sua Jobab, & Sebia, & Mosa, & Melchon, Jechus quoque, & Sethia, & Marmath. Hi *k* sunt filii ejus principes in familiis suis. Deusim vero genuit Achitob, & Elphaal. Porro filii Elphaal, Hebet, & Misaam, & Samad, hic ædificavit *l* Ono, & Lod, & *m* filias ejus. Bara autem, & Sama principes cognationum habitantium in *n* Ahialon. Hi *o* fugaverunt *p* habitatores Geth. Et Hajo, & Sesac, & Hierimoth, & Zadabia, & Arod, & Heder, Michael quoque, & Jespha, & Joha, *q* filii *r* Baria. Et Zabadia, & Mosollam, & Ezeci, & Heber, & Jesamari, & Jezlia, & Jobab, filii *ſ* Elphaal. Et Jacim, & Zechri, & Zabdi, & Helionai, & Salethai, & Heliel, & Adaja, & Baraja, & Samrath filii *t* Semei. Et Jesphan, & Hebet, & Heliel, & Abdon, & Zechri, & Hanam, & Anania, & Ailam, & Anathothia, & Jephdaida, & Phanuel, & filii Sesac. Et Samsari, & Sooria, & Otholia, & Jersia, & Helia, & Zechri, filii Jeroam. Hi *u* Patriarchæ, & cognationum principes, qui habitaverunt in Jerusalem. In Gabaon autem habitaverunt *x* Abigabaon, & nomen uxoris ejus Maacha, filius quoque ejus primogenitus Abdon, & Sur & Cis, & Baal, & Nadab. Gedur quoque, & Ahio, & Zacher, & Macelloth: Et Macelloth genuit Samaa: Habitaveruntque ex *y* adverso fratrum suorum in *z* Jerusalem cum *a* fratribus suis. Ner autem *b* genuit Cis, & Cis genuit Saul. Porro Saul genuit Jonathan, & Melchisue, & Abinadab, & Isbaal. Filius autem Jonathan *c* Meribaal genuit Micha. Filii Micha Phicon, & Melech, & Thara, & Ahaz: Et Ahaz genuit Joada, & Joada genuit Asmoth, & Asmoth Zamri. Porro Zamri genuit Moosa, & Moosa genuit Baana, cujus filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa qui genuit Asel. Porro Asel sex filii fuerunt his nominibus, Ezricam, Bochri, Ismael, Saria, & Obdia, Anam: Omnes hi filii Asel. Filii autem Eseph fratres ejus, Ulam primogenitus, & Hus secundus, & Eliphaleth tertius. Fueruntque filii Ulam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum, & multos habentes filios, ac nepotes usque *d* ad 150. millia: Omnes hi filii Benjamin.

C A P. IX.

UNiversus *e* ergo Israel dinumeratus est, & summa eorum scripta est in *f* libro regum Israel & Juda, *g* translatique sunt in Babylonem propter delictum suum, Qui autem habitaverunt primi in *h* possessionibus, & in urbibus suis Israel, & Sacerdotes, & Levitæ, & *i* Nathinæi commorati sunt in Jerusalem de filiis Juda, & de filiis Benjamin. De filiis quoque Ephraim, & Manasse Othei filius Amiud, filius Emri, filii Omrai, filii Booni. De filiis Phares filii Juda, & *k* de Siloni, Asaja primogenitus, & filii ejus. De filiis *l* autem Zara, Jehuel, & fratres eorum 690. Porro de filiis Benjamin, Salo filius Mosollam filii Oduia, filii Asana, & Jobania filius Jeroam, & Helam filius Ozi, filii Mochori, & Mosollam filius Saphaciæ filii Ra-

Bethsan, & filias ejus, &c.

a Filii autem Helen fratris ejus] idest, Somer vel Otham.

a Numerus autem eorum] dico existentium. *b* Ætatis quæ apta esset ad bellum, &c.]

E X P O S I T I O C A P. VIII.

BEnjamin *c* autem, &c.] Repetit generationem Benjamin, ut diffusius prosequatur.

d Asbaal,] qui *Num.* 26. dicitur Asbel, a quo familia Asbelitarum.

e Filii Bale] sed in *Nu.* 26. computantur tantum duo filii Bale. Solut. Ibi tantum numerantur principales filii. *f* Sed & Gera,] *Hieronym.* dicit quinque filios Benjamin, de quibus nondum fuerat proles creata, prætermitti. *g* Filii Aod] qui sequuntur.

h Translati sunt in Manath,] idest, sepulchrum & hic ponitur nomen pro sua interpretatione, & est sensus, quando mortui sunt, quando scilicet pro scelere in uxorem Levitæ commisso corruerunt gladio, & sexcenti remanserunt, ut legitur *Jud.* 20. Ita dicit *Gloss.* hic. Contra, *sup.* 7. dicitur, quod isti, qui hoc scelus fecerunt, descenderunt de Chanana, non ergo de Aoth. Sol. Hi, qui fecerunt scelus, descenderunt de Chanana, sed principes factores sceleris descenderunt de Aoth. *i* Et Gera] *Gl.* Naaman, & Achia principes fuerunt, sed Gera se subdiderunt. Unde singulariter dicitur: Ipse transtulit eos. De quo exiit progenies Gera, qui fuit pater Semei.

k Hi sunt] scil. prædicti. *l* Ono, & Lod,] civitates. *m* Filias,] i. viculos. *n* Ahialon,] civitas. *o* Hi fugaverunt] scil. Bara, & Sama.

p Habitatores Geth] & sic ulti sunt fratres suos Ephraitas, quos occiderunt illi de Geth, ut dictum est *sup.* 7.

q Filii] scil. fuerunt.

r Baria, &c.]

ſ Filii] scil. fuerunt.

t Semei] sic expone de aliis. *u* Hi Patriarchæ] prædicti, i. patres.

x Abigabaon] nomen viri.

y Ex adverso fratrum suorum,] scilicet filiorum Juda.

z In Jerusalem,] quæ est in Tribu Benjamin. Sed in una parte Jerusalem habitabant filii Juda: In alia parte Benjamin. Unde quidam dixerunt, quod Jerusalem partim erat in sorte Judæ, partim in sorte Benjamin.

a Cum fratribus suis,] idest, propinquis suis, quia de eadem generatione, & eadem Tribu fuerunt. Vel cum fratribus suis, idest, cum cognatis suis, scil. filiis Judæ, qui simul, ut dictum est, cum Benjamitis in Jerusalem ex opposita parte habitaverunt.

b Ner autem genuit Cis,] Contra: Ner fuit frater Cis. Solutio: Ner dicitur genuisse Cis, quia educavit eum, ut dicit *Gloss. infr.* 9. Similiter *Gen.* 36. Eliphaz dicitur genuisse Chore, quia educavit eum. Fuit enim frater ejus. *c* Isbaal] iste Isboseth. Meribaal, iste est Miphiboseth. *d* Usque ad centum.] *Gloss.* Numerus refertur ad filios Ulam, ut sit sensus: Fuerunt filii Ulam 150. vel millia per hyperbaton, i. per longam interpositionem & suspensionem literæ ad Ulam. De quo *supr.* 7. usque huc. *Hier.* & *Ra* .non ponunt millia sed sic, usque ad 150.

E X P O S I T I O C A P. IX.

UNiversus *e* ergo Israel dinumeratus] *Gloss.* Per David vel per Salomonem, vel per quemlibet alium regem. *f* In libro regum] 2. *Reg.* 24.

g Translati] partim per Theglathphalasar, partim per Nabuchodonosor, quia Israel per Theglathphalasar translatus fuit in Assyriam, Juda vero in Babylonem per Nabuchodonosor, & dicitur Theglathphalasar Israel transtulisse, quia inchoavit, & Salmanasar consummavit.

h Primi] scilicet filii Judæ, & Benjamin.

i Nathinæi] *Gloss.* Hi sunt Gabaonitæ, quos Josue vita donavit, & servitio templi deputavit, ut aquas, lignaque portarent. *Josue* 9. Nathinæi interpretantur donati, vel duaum, vel in humilitate servientes ut dicit *Gloss.*

k Et de Siloni] qui fuit de Phares.

l De filiis autem Zara, Jahuel, & fratres eorum, &c.] filii Judæ.

huel filii Jebaniæ, & fratres eorum per familias suas nongenti quinquagintasex. Omnes hi principes cognationum per domos patrum suorum. De *a* Sacerdotibus autem Jedaja, Jojarib, & Jachin: Azarias quoque filius *b* Helchiæ filii Mosollam, filii Sadoch, filii Marajoth, filii Achitob Pontifex domus Dei. Porro Adajas filius Jeroam, filii Phasor, filii Melchia, & Masaja filius Adihel, filii Jezra, filii Mosollam, filii Mosol Lamoth, filii Emmer: Fratres quoque eorum principes per familias suas mille septingenti sexaginta fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo Dei. De *c* Levitis autem Semeja filius Assub: & filii Ezricam, filii Asebiu *d* de filiis Merari. Bachacar quoque *e* carpentarius, & Galal & Mathania filius Micha filii Zechri, filii Asaph, & Obdia filius Semejæ, filii Galal, filii *f* Idithum, & Barachia filii Asa, filii Elcana, qui habitavit in atriis *g* Nethophati. Janitores autem, Sellum, & Achub, & Telmon, & Ahiman, & frater eorum Sellum princeps usque ad illud tempus in porta regis vicissim ad Orientem *h* observabant per vices suas de filiis Levi. Sellum vero filius Chora, filii Abiasaph, filii *i* Chore cum fratribus suis, & domo *k* patris sui. Hi sunt Choritæ super opera ministerii, custodes *l* vestibulorum tabernaculi testimonii, & familiæ eorum *m* vices castrorum Domini custodientes introitum. *n* Phinees autem filius Eleazar erat dux eorum coram Domino. Porro Zacharias filius Mosollamia *o* Janitor portæ tabernaculi testimonii. Omnes hi electi in ostiarios per portas ducenti duodecim, & descripti in villis propriis, quos constituerunt David, & Samuel, *p* videns in *q* fide sua, tam ipsos, quam filios eorum in ostiis domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis. Per *r* quatuor ventos erant ostiarii, idest, ad *s* Orientem, & Occidentem, ad Aquilonem, & ad Austrum. Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in *t* Sabbatis suis, & de tempore usque ad *u* tempus. His *x* quatuor Levitis creditus erat omnis numerus janitorum, & erant super exedras, & thesauros domus Domini. Per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodiis suis, ut cum tempus fuisset, ipsi mane aperirent fores. *y* De eorum grege erant & super *z* vasa ministerii. Ad numerum enim & inferebantur vasa, & efferebantur. *a* De ipsis & qui *b* credita habebant utensilia sanctuarii præerant *c* similæ, & vino, & oleo, & thuri, & *d* aromatibus. Filii autem Sacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant: Et Mathatias Levites primogenitus Sellum Choritæ, præfectus erat eorum, quæ in sartagine frigebantur. Porro de filiis Caath *e* fratribus eorum super *f* panes erant propositionis, ut semper *g* novos per singula Sabbata præpararent. Hi sunt principes cantorum per familias Levitarum, qui in *h* exedris morabantur, ita ut die, ac nocte jugiter suo ministerio deservirent. *i* Capita Levitarum per familias suas principes *k* manserunt in Jerusalem. In Gabaon autem commorati sunt pater Gabaon *l* Jahihel, & nomen uxoris ejus Maacha. Filius primogenitus ejus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadaa: Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. Porro Macelloth genuit Semmaam. Isti habitaverunt e regione fratrum suorum in *m* Jerusalem cum fratribus suis. *n* Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul, & Saul ge-

a De Sacerdotibus,] auctor hic ostendit, qui fuerunt primi, idest, principales de sacerdotibus, sicut ostensum est de aliis Tribubus.

b Helchiæ,] hic fuit sacerdos magnus, qui Deuteronomium invenit in templo Domini, tempore Josiæ. 4. *Reg.* 22. Et dicitur fuisse pater Jeremiæ Prophetæ. Sed revera non fuit, quia Jeremias non fuit de summis sacerdotibus, idest, de primo ordine, sed de secundo.

c De Levitis autem] Nunc primos de Levitis ostendit.

d De filiis Merari] sunt scilicet prædicti.

e Carpentarius,] *Glosr.* Quia officio suo fungebatur in domo Domini, & erat de Tribu Levi.

C

f Idithum] cantoris David.

g Nethophati] nomen loci, interpretatur inclytus.

h Observabant per vices &c.] tabernaculum.

i Filii Chore,] alius a primo Chore. Illud declinabile, & interpretatur clamans, sed Chore indeclinabile, & interpretatur calvus. Et iste secundus movit seditionem contra Moysen. *Num.* 16. ita dicit *Glosr.*

k Et domo,] idest, familia.

l Vestibulorum tabernaculi,] idest, atrii. Illi custodiebant tabernaculum exterius, sed cantores custodiebant ostium tabernaculi interius. Ita vult *Glosr.*

D

m Per vices] filiorum Levi circa tabernaculum Domini.

n Phinees autem.] *Gl.* Phinees nepos Aaron, qui adhuc vivebat ut tradunt Hebræi, & vices ministrorum ordinabat. Sunt autem vices vigintiquatuor, quas David ordinavit ad ministerium tabernaculi. Unde *in Evang. Luc.* 1. Zacharias, de vice Abia.

E

o Janitor] scil. erat.

p Videns,] idest, propheta.

q In fide sua,] idest, ut fideliter serviret.

r Per quatuor ventos] idest, in quatuor climata mundi.

s Ad Orientem, &c] Hoc expressius, & plenius legitur *Num* 3. per totum. Ubi dicitur, quod Chaaritæ erant ad meridiem, princeps eorum Elizaphan filius Oziel: Meraritæ ad Septentrionem, princeps eorum Suriel, filius Abjahiel. Gersonitæ ad Occidentem, princeps eorum Heliasaph filius Jahle. Ad Orientem non erant, nisi Moyses & Aaron cum suis. *Numer.* 2. Princeps vero principum Levitarum erat Eleazar filius Aaron. *Num.* 3.

F

t In Sabbatis suis,] idest, in Sabbato vicis suæ.

u Usque ad tempus,] idest, de Sabbato usque ad Sabbatum.

x His quatuor Levitis.] Qui fuerunt hi quatuor Levitæ, quibus creditus erat omnis numerus janitorum, demonstratur, cum dicitur: De Hosa autem, idest, de filiis Merari Semri princeps, &c.] ut habetur *infr.* 26.

y De eorum grege, &c.] idest, de Levitarum congregatione.

z Super vasa &c.] custodienda, quasi dicat, custodes vasorum erant de Levitis.

a De ipsis,] l. ab ipsis Levitis, i. ipsi Levitæ sub numero inferebant vasa ad ministrandum in templo, & repleto ministerio, reportabant in exedris, ubi custodiebantur.

b Et qui credita,] idest, custodes utensilium, præerant similæ & ceteris. Utensilia vocat, quibus utebantur in Sanctuario. Vasa vero, illa tantum, quæ erant altaris.

c Similæ, &c.] quæ ad sacrificia pertinebant.

d Et aromatibus] quibus conficiebantur unguenta, & thymiamata.

e Fratribus eorum] qui erant custodes.

f Super panes.] *Glosr. Raban.* Duo & duo divisim coquebantur ante Sabbatum secundum *Josephum*, & Sabbato mane super mensam ponebantur. De quibus *in Lev.* 24. plenius tractavimus. Sed secundum *Hieronym.* mane in Sabbato ponebantur super mensam duodecim panes omnes calidi, & recentes.

g Novos,] idest, recentes.

h In exedris] idest, in domunculis circa tabernaculum.

i Capita Levitarum,] idest, primi.

k Manserunt in Jerusalem.] *Glosr.* Dignum est, ut quanto quis prælatus est ceteris, tanto devotior sit in divinis officiis.

l Jahihel] pater Cis. *Gl.* Et notandum, quod inter filios Jahihel, Cis & Ner fratres vocantur, & sunt. 1. *Reg.* 14. *in fin.* habes, quod Ner dicitur patruelis Sauli, idest, frater patris Saul. In sequentibus vero dicitur, quod Ner genuit Cis, non quod genuerit, sed quod educaverit. *Supr.* 8.

m In Jerusalem cum fratribus suis] *sup.* 8. habuisti quod in Gabaon. Solutio: Hoc dicitur, eo quod propinqui, sive vicini erant Jerusalem, quamvis essent extra. Sic solvit *Glosr.*

n Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul,] idest, genitum educavit.

a Abinadab

a Abinadab.] *Gloss.* hic ubi in *Reg.* cum patre occisus narratur, Abinadab vocatur.
b Hisbaal] hic est, Isboseth.
c Miribaal] Miphiboseth.

EXPOSITIO CAP. X.

A — 1. Reg. 31.

PHilistiim *d* autem, &c.] deducta generatione Adæ usque ad Saulem Regem Israel, breviter casum ejus, & familiæ ejus ostendit, multa omittens, quæ in 1. *Reg.* de ipso, & Samuele narrat historia, ut cito perveniat ad David, de quo principaliter hic agitur, qui successit Sauli in regno. B Aliis igitur prætermissis, ponit bellum Philistium contra Israel, in quo Saul, & filii ejus mortui fuerunt, dicens: Philistiim autem, &c. De hac pugna habes. 1. *Reg.* 4. & deinceps per totum fere 1. *Reg.* præcipue in fine, ubi mortuus est Saul.

Jud. 9. 1. Reg. 31.

e Vulnerati.] 1. *Reg. ult.*
f Ad armigerum suum] iste fuit Doeg Idumæus, ut dicunt Hebræi.
C *g* Irruit, &c.] quia timebat David.
h Affixerunt in templo] post circulationem.
i Eo quod prævaricatus sit mandatum Domini] de Amalech occidendo penitus. 1. *Reg.* 14.
k Pythonissam] 1. *Reg.* 28.

EXPOSITIO CAP. XI.

COngregatus est igitur, &c.
A *l* Os tuum sumus] hoc 2. *Reg.* 5.
m Educebas] ad prælium.
n Reducebas] de prælio, quasi dicat. Tu eras dux noster in prælio.
o Tibi enim dixit] per Samuelem. 1. *Reg.* 16.
p Ad regem] David scilicet.
q Abiit quoque, &c.] 2. *Reg.* 5.
r Jebus] *Gloss.* Hæc sub Abraham Solyma vocabatur.
B *s* Non ingredieris.] *Gloss.* Cæcos & claudos & leprosos, ad contemptum regis statuentes super muros, & dicentes: Quia prohibuerant eum cæci, & claudi. Hoc habes. 2. *Reg.* 5.

nuit Jonathan, & Melchisue & *a* Abinadab, & *b* Hisbaal: Filius autem Jonathan *c* Meribaal, & Meribaal genuit Micha. Porro filii Micha, Phiton & Malech, & Thara, & Ahaz, Ahaz autem genuit Jara, & Jara genuit Amalath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Moosa, Moosa vero genuit Baana, cujus filius Raphaja genuit Elesa, de quo ortus est Esel. Porro Esel sex filios habuit his nominibus, Esricam, Bochru, Ismael, Saria, Obdia, Anan. Hi filii Esel.

C A P. X.

PHilistiim *d* autem pugnabant contra Israel: Fugeruntque viri Israel Palæstinos, & ceciderunt *e* vulnerati in monte Gelboe. Cumque appropinquassent Philistæi, persequentes Saul, & filios ejus, percusserunt Jonathan, & Abinadab, & Melchisue, filios Saul: Et aggravatum est prælium contra Saul: Inveneruntque eum Sagittarii, & vulneraverunt jaculis: Et dixit Saul *f* ad armigerum suum: Evagina gladium tuum, & interfice me, ne forte veniant incircumcisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger ejus hoc facere timore perterritus. Arripuit igitur Saul ensem, & *g* irruit in eum. Quod cum vidisset armiger ejus, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est. Interiit ergo Saul, & tres filii ejus, & omnis domus illius pariter concidit. Quod cum vidissent viri Israel, qui habitabant in campestribus, fugerunt, & Saul, ac filiis ejus mortuis dereliquerunt urbes suas, & huc illucque dispersi sunt, veneruntque Philistiim, & habitaverunt in eis. Die igitur altero detrahentes Philistiim spolia cæsorum, invenerunt Saul, & filios ejus, jacentes in monte Gelboe. Cumque spoliassent eum, & amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, ut circumferretur, & ostenderetur idolorum templis, & populis. Arma autem ejus consecraverunt in fano Dei sui, & caput *h* affixerunt in templo Dagon. Hoc cum audissent viri Jabes Galaad, omnia scil. quæ Philistiim fecerant super Saul, consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadavera Saul, & filiorum ejus, attuleruntque ea in Jabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum, quæ erat in Jabes, & jejunaverunt septem diebus. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, *i* eo quod prævaricatus sit mandatum Domini, quod præceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam *k* Pythonissam consuluerit, nec speraverit in Domino. Propter quod interfecit eum, & transtulit regnum ejus ad David filium Isai.

C A P. XI.

COngregatus est igitur omnis Israel ad David in Hebron, dicens: Os *l* tuum sumus, & caro tua, heri quoque, & nudiustertius cum adhuc regnaret Saul, tu eras, qui *m* educebas, & *n* reducebas Israel. Tibi *o* enim dixit Dominus Deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum. Venerunt ergo omnes majores natu Israel ad *p* Regem in Hebron, & iniit David cum eis fœdus coram Domino. Unxeruntque eum Regem super Israel, juxta sermonem Domini quem locutus est in manu Samuel. Abiit quoque *q* David & omnis Israel in Jerusalem, hæc est *r* Jebus, ubi erant Jebusæi, habitatores terræ. Dixeruntque, qui habitabant in Jebus, ad David: Non *s* ingredieris huc. Porro David cepit arcem Sion, quæ est civitas David, *t* dixitque: Omnis, qui percusserit Jebusæum in primis erit *u* princeps, & dux. Ascendit igitur primus Joab filius *x* Sarviæ, & factus est princeps. Habitavit autem David in arce, & idcirco appellata est civitas David. *y* Ædificavitque *z* urbem in circuitu a *a* Mello usque *b* ad gyrum: Joab autem reliqua *c* urbis extruxit. *d* Proficiebatque David vadens, & *e* crescens, & Dominus exercituum erat cum eo. *f* Hi principes virorum fortium David, qui adjuverunt eum, ut rex fieret super omnem Israel, juxta verbum Domini, quod locutus est ad Israel, & iste numerus robustorum David: *g* Jesbaam filius Achamomi, princeps inter 30. Iste levavit hastam suam *h* super 300. vulneratos una vice: & post eum *i* Eleazar, filius patrui ejus *k* Ahoites, qui erat *l* inter 3. potentes. Iste fuit cum David in *m* Aphesdommim, quando

t Dixitque] David militibus suis. [Omnis qui, &c.
u Princeps] militiæ.
x Sarviæ] sororis David.
y Ædificavitque] *Gloss.* Quia muris eam munivit.
z Urbem,] i. Sion.
a A Mello] Mello est vorago profunda, quam implevit David terra, amplians.
b Usque ad gyrum,] idest, usque ad exteriorem circuitum muri. — 2. Reg.
c Urbis] Jerusalem inferiorem.
d Proficiebatque] contra hostes.
e Crescens] in regno, & vitæ merito.
f Hi principes.] Catalogum istorum fortium habes 2. *Reg.* 23. ubi invenies omnem difficultatem expositam.
g Jesbaam] Hic non nominatur in *Reg. Josephus* vocat eum Eusebium: Alii dicunt ipsum esse David. — 2. Reg. 23.
i Super trecentos.] *In Reg.* dicitur: super octingentos. Ubi autem hoc factum fuerit, non legitur, nisi quantum hic & *in Reg.* commemoratur.
k Patrui ejus,] idest, David.
l Ahoites] idest, filius Ahoi, fratris Isai, patris David, ut patet *in Gloss.*
l Inter tres potentes] Qui fuerunt Jesbaam, Eleazar, Semejas. Hi erant fortissimi, & primi. His tribus attribuit *Josephus* allationem aquæ de cisterna Bethleem *in libro Regum* non aliis tribus sequentibus qui non erant ita fortes.
m Aphesdommim,] una dictio.

n Hordeo

Philisthiim congregati sunt ad locum illum in prælium: Et erat ager regionis illius plenus *a* hordeo, fugeratque populus a facie Philistinorum. Hic *b* stetit in medio agri, & defendit eum. Cumque percussisset Philistæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo. Descenderunt autem *c* tres de triginta principibus ad petram, in qua erat David, ad speluncam *d* Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in valle Raphaim. Porro David erat in *e* præsidio, & statio Philistinorum in Bethleem. Desideravit igitur David, & dixit: O si quis mihi daret aquam de cisterna Bethleem, quæ *f* est in porta. Tres ergo isti per media castra Philistinorum perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Bethleem, quæ erat in *g* porta, & attulerunt ad David, ut biberet: Qui noluit, sed magis *h* libavit illam Domino dicens: Absit, ut in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem virorum istorum bibam, quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam, & ob hanc causam noluit bibere. Hæc fecerunt *i* tres robustissimi. Abisai quoque frater Joab, ipse erat *k* princeps trium, & ipse levavit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, inter tres secundos inclytus, & princeps eorum: *l* Verumtamen usque ad tres primos non pervenerat. *m* Banajas filius Jojadæ, viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat de *n* Capseel, ipse *o* percussit *p* duos Arihel Moab, & ipse descendit, & interfecit *q* leonem in media cisterna tempore nivis, & ipse *r* percussit *s* virum Ægyptium, cujus statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam ut liciatorium texentium. Descendit ergo ad eum cum virga, & rapuit hastam, quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banajas filius Jojadæ, qui *t* erat inter tres robustos *u* nominatissimus, inter triginta primus: Verumtamen *x* ad tres usque non pervenerat. Posuit autem eum David *y* ad auriculam suam. *z* Porro fortissimi viri in exercitu, Asael frater Joab & Elcanan filius patrui ejus de Bethleem, *a* Semmoth Arorites, *b* Helles Phallonites, Hiras filius Acces, Thecuites, Abiezer Anathothites, *c* Sobochai Asothites, *d* Ilajochoites, Marai Nechophatites, Heleth filius Baana Nechophatites, Ethai filius Rebai de Gabaath filiorum Benjamin, Banajas Pharatonites, *e* viri de torrente Gaaz, *f* Abial, Arabathites, Azimoth Bauramites, Eliaba Salobonites, filii Ason *g* Gezonithes, Jonathan, filius Saga Arathites, Hajan, filius Sachar Ararithes, Eliphal, filius Ur, *h* Aphet, Mechuratites. Ahia Phellonites, Asrai Carmelites, Noorai, filius Azbi, Johel frater Nathan, Mabar filius Agarai, Selech Ammonites Noorai Berothites armiger Joab filii Sarviæ, Hiras *i* Jethræus, Jareb Gethetæus, Urias *k* Hethæus, Zabad filius Ooli, Adina filius Segar, Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta, Hanan filius Maacha, & Josaphat Mathanites, Ozias Astarothites, Semma, & Jahihel filii Hothan Aroerites, Jedihel filius Zamri, & Joha frater ejus, Thosaites Heliet, Mahumites, & Jeribai & Josoia filii Elnaen & Jethma Moabites Elihel & Obed & Jasihel de Masobia.

C A P. XII.

HI quoque *l* venerunt *m* ad David in *n* Siceleg, cum adhuc fugeret Saul filium Cis, qui erant *o* fortissimi, & egregii pugnatores, tendentes arcum, & utraque manu fundis saxa jacientes, *m* dirigentes sagittas. *p* De fratribus Saul ex Benjamin princeps Ahiezor, & Joas filius Samaja,

a Hordeo.] Liber Reg dicit, lente. Utrumque verum est, in una parte lens, in alia hordeum erat. *b* Hic stetit,] i. Eleazar. unde in *Reg.* dicitur hoc de Semeja. Solutio: Ambo interfuerunt illi operi. Unde *Hieron.* refert, quod Hebræi sic dicunt: Steterunt in medio agri, & eum defenderunt. Sed *in Paralipom.* 2. *in Reg.* singulariter dicitur, hic stetit, ut regis fortitudo monstraretur.

c Tres de triginta,] idest, qui erant super triginta. *d* Odollam. 1. Reg. 22. *e* In præsidio] ideit, in expeditione.

f Quæ est in porta,] supple, quam bene esset mihi. *Gloss.* Asserunt Hebræi David non tantum desiderasse aquam, quam fortitudinis militum experientiam: sacrificavit aquam Domino gratias agendo.

g Erat in porta] Bethleem.

h Libavit] fundens super terram.

i Tres] viri [robustissimi,] scil. Abisai, Banajas, Sobothai.

k Princeps trium,] i. primus inter tres secundos.

l Verumtamen usque ad tres] *Gloss.* Hic apparet, quod Abisai princeps erat inter tres sequentes, sed ad tres primos non pervenit Jesbaam, Eleazar, & Semejam.

m Banajas,] supple erat secundus post Abisai. *n* De Capseel] Nomen loci, de quo erat Banajas.

o Percussit] ab illis provocatus.

p Duos Arihel] *Gloss.* i. leones, sicut in Reg. legitur, idest, viros, fortissimos in regno Moab tanquam leones.

q Leonem.] *Glos.* quia nescius inciderat in cisternam navibus plenam item *Glos.* Hebræus hunc leonem Joab arbitratur, qui in domo Domini tenens cornu altaris, occisus est 1. *Reg.* 2. Altare enim cisterna dicitur. Sicut enim aqua cisternæ mundat, sic Sanctuarium Dei hominum peccata expiat.

s Virum Ægyptium. *Gl.* qui *in libro Reg.* dignus spectaculo dicitur Semei filius Gera, qui maledixit David, qui fuit de Bahurim, i. de electis. Ægyptius dictus est, quia Ægyptium blasphemantem Deum, [quem Moyses interfecit *Lev.* 24.] imitatus est. Ille Deum, ille Regem & Prophetam blasphemavit, dignus spectaculo, qui spectabatur, ut si Jerusalem egrederetur, interficeretur. 3. *Reg.* 2. Habens in manu hastam, idest, legem Dei, quam si meditatus esset, permanendo in Jerusalem, non periret. Sed quia præceptum regis irritum fecit, & exivit, Banajas in virga, idest, in rectitudine justitiæ descendit, & hastam, quam non recte tenebat, extorsit.

r Et ipse percussit] sc. Banajas. *t* Qui erat inter tres robustos.] *Gl.* Abisai, & Sabochai, & Jonathan quibus tribus æquabatur, qui erat super triginta sicut Hebræus affirmat. *u* Nominatissimus,] *Gloss.* i. dignus nominari. *x* Usque ad tres] primos.

y Ad auriculam.] *Gl.* tanquam familiarem, & fidelem consiliarium.

z Porro fortissimi viri,] computat alios fortes post sex fortissimos, quorum aliqui, ut dicit *Hieron.* aliis nominibus vocantur hic, alii *in Reg.*

a Semmoth.] *Hieron.* Qui in *Regum* vocatur Semma. *b* Helles.] *Hier. in Reg.* Helas. *c* Sobochai,] *in Reg.* Molimon. *d* Ilajochoites] *in Reg.* Sabothai. *e* Viri de torrente.] Viri proprium nomen est, sed melius habetur Urai. Unde *Hier. in Reg.* Heldai, acumen meum qui *in Par.* Urai, fenestra mea. *f* Abial.] *Hieron.* Abiabon. *g* Gezonithes] proprium nomen. *h* Filius Ur Apher] Quidam habent hæc duo nomina pro uno, sed male.

i Jethræus] a loco.

k Hethæus] a loco.

E X P O S I T I O

C A P. XII.

HI quoque *l* venerunt.] *Hieronymus.* Hucusque nominavit fortes David, qui adjuverunt eum, ut regnaret super Israel. Unde non solum triginta fortes nominavit hic, sed multos alios, qui juverunt David, de quibus dicitur: Hi quoque &c.

m Ad David] imo descenderunt cum eo.

n In Siceleg,] ut legitur *primo Regum vigesimo septimo.* Siceleg est civitas, quam dedit ei Achis rex Geth, quando fugit ad eum secundo.

o Fortissimi,] idest, valde fortes. Ad litteram enim ostendit illos socios David agiles esse & strenuos in omni genere bellandi.

p De fratribus &c.] Enumerat.

a Gabaathites, & Jaſihel, & Phalleth, filii Azmoth, & Baracha, & Jeu *b* Anathotites: Samajas quoque *c* Gabaonites *d* fortiſſimus inter triginta, & ſuper triginta, Jeremias & Jezihel & Johannam & Jezbad *e* Gaderothites, & Luſai, & Jerimuth, & Baalia, & Samaria, & Saphatia *f* Araphites, Elcana, & Jeſia, & Arzahel, & Joezer & Jesbaan de Careim, Joela quoque, & Zabadia filii Jeroam de Gedor. Sed & *g* de Gaddi transfugerunt ad David, cum lateret in deſerto, viri robuſtiſſimi, & pugnatores optimi tenentes clypeum, & haſtam: Facies eorum quaſi *h* facies leonis, & *i* veloces quaſi capreæ in montibus. *k* Ezer princeps primus, Obdias ſecundus, Eliab tertius, Maſmana quartus, Jeremias quintus, Hethi ſextus, Heliel ſeptimus, Johannam octavus, Helzebad nonus, Jeremias decimus, Bachanai undecimus. Hi de filiis Gad principes exercitus. *l* Noviſſimus centum militibus præerat, & maximus mille. Iſti ſunt, qui *m* tranſierunt Jordanem *n* menſe primo, quando *o* inundare conſuevit ſuper ripas ſuas, & omnes fugaverunt, qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam, & Occidentalem. Venerunt autem & de Benjamin, & de Juda *p* ad præſidium, in quo morabatur David: Egreſſuſque eſt David obviam eis, & ait: Si pacifice veniſtis ad me, ut auxiliemini mihi, cor meum jungatur vobis: Si autem inſidiamini mihi pro adverſariis meis, *q* cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum noſtrorum, & judicet. Spiritus *r* vero induit *ſ* Abiſai principem inter triginta, & ait: Tui ſumus, o David, & tecum futuri, fili Iſai. Pax pax tibi, & pax auditoribus tuis: Te enim adjuvat Deus tuus. Suſcepit ergo David, & conſtituit eos Principes turmæ. Porro de Manaſſe transfugerunt ad David, quando *t* veniebat cum Philiſtiim adverſus Saul, ut pugnaret, & non dimicavit cum eis, quia inito conſilio *u* remiſerunt eum Principes Philiſtinorum, dicentes: periculo capitis noſtri, revertetur ad Dominum ſuum Saul. Quando igitur *x* reverſus eſt in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manaſſe Ednas, & Jozabath, & Jeddihel, & Mihael, & Ednas, & Jozebeth, & Eliu, & Salathi, Principes militum Manaſſe. Hi præbuerunt auxilium David adverſum *y* latrunculos: Omnes enim erant viri fortiſſimi, & facti ſunt principes in exercitu. Sed & per ſingulos dies veniebant ad David, ad auxiliandum ei, uſque dum fieret grandis numerus, quaſi *z* exercitus Dei. Iſte quoque eſt numerus principum exercitus, qui venerunt ad David, cum eſſet in *a* Hebron, ut transferrent regnum Saul ad eum, juxta verbum Domini. Filii Juda portantes clypeum, & haſtam, ſex millia octingenti, expediti ad prælium. De filiis Simeon virorum fortiſſimorum ad pugnandum, ſeptem millia centum. De filiis Levi quatuor millia ſexcenti. *b* Jojada quoque princeps de ſtirpe Aaron, & cum eo tria millia ſeptingenti. *c* Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus patris ejus, principes vigintiduo. De filiis autem Benjamin fratribus *d* Saul, tria millia. Magna enim pars eorum, adhuc *e* ſequebatur domum Saul: Porro de filiis Ephraim viginti millia octingenti, fortiſſimi robore, viri nominati in cognationibus ſuis, & ex dimidia parte Tribus Manaſſe, decem & octo millia, *f* ſinguli per nomina ſua, venerunt, & conſtituerunt *g* regem David. De filiis quoque Iſachar viri eruditi, qui noverant ſingula tempora ad *h* percipiendum quid facere deberet Iſrael, principes ducenti. Omnis *i* autem reliqua Tribus eorum conſilium ſequebatur. Porro de Zabulon, qui *k* egrediebantur ad prælium, & ſtabant in acie inſtructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium

merat fortes, qui venerunt ad David, dicens: De fratribus Saul ex Tribu Benjamitis, ideſt, de Benjamitis [qui erant fratres, ideſt, cognati Saul, quia Saul fuit de Benjamin] venerunt iſti qui ſequuntur, ſcilicet. [Princeps Abiezer, &c.]

a Gabaathites,] ideſt, qui erant de Gabaa.

b Anathotites,] ideſt, de Anathot.

c Gabaonites,] ideſt, de Gabaon.

d Fortiſſimus,] ideſt, valde fortis.

e Gederothites,] ideſt, de Geder civitate.

f Araphites,] ideſt, de Araph.

g De Gaddi,] ideſt, de Tribu Gad.

h Facies leonis,] pro fortitudine mentis dicit *Gloſſ.*

i Veloces.] *Gloſſ.* Pro ſenſus acumine, vel corporis agilitate.

k Ezer] Nomina ponit.

l Noviſſimus, &c.] quaſi dicat, tanti, & tales erant iſti, quod etiam noviſſimus eorum præerat centum militibus, & maximus mille.

m Qui tranſierunt, &c.] In reditu David in Jeruſalem, mortuo Abſalon 2. *Reg.* 19. Qui ſecundum *Joſephum* fecerunt pontem ſuper Jordanem, ut facilius tranſiret rex cum exercitu ſuo. Vel forte alio tempore fuit hoc, ſed non legitur in *Regum*, quod melius credo.

n Menſe primo,] ideſt, Aprili.

o Conſuevit,] ſcilicet tempore meſſis, vel prope.

p Ad præſidium,] forte in Odollam 1. *Reg.* 22. vel forte alibi. Multoties enim venerunt ad David in auxilium, quod non exprimitur *in Regum*, ſed niſi hic memoratur.

q Cum ergo,] ideſt, cum non commiſerim malum contra vos, & contra Saul.

r Spiritus vero, &c.] ideſt, animavit. Simile *Judic.* 6. de Gedeone. Et *Luc. ultim.* Sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

ſ Abiſai principem.] Vel Ameſai ſecundum quoſdam: Sed neutrum videtur ibi eſſe, quia nec Ameſai ſupra nominatus eſt, neque Abiſai erat de triginta. Sol. Abiſai eſt ibi, & dicitur princeps inter triginta unum, princeps validus comparatus triginta. *Supr.* 11. ſimile. Deſcenderunt tres de triginta. Et loquitur ibi de tribus fortiſſimis, qui attulerunt aquam qui non erant de triginta, ſed ſuper triginta. Sed vocavit eos tres de triginta, quia dignitatem accipiunt a triginta. Unde ſciendum, quod ſicut numerus duodenarius eſt numerus ſacratus in novo Teſtamento, propter duodecim Apoſtolos. Ita in veteri Teſtamento trigenarius eſt numerus ſacratus, propter triginta fortes David.

t Unde veniebat, &c.] 1. *Reg.* 18.

u Remiſerunt] 1. *Reg.* 29.

x Reverſus.] *Gloſſ.* a Philiſtæis remiſſius euntibus contra Saul.

y Latrunculos] qui vaſtaverant Siceleg, & uxores captivas eduxerant. 1. *Reg.* 30.

z Quaſi exercitus Dei] *Gloſſ.* qui ſcilicet egreſſus eſt de Ægypto, ideſt, ſexcenta millia. Sic exponunt Hebræi.

a In Hebron] 2. *Reg.* 5.

b Jojada] Sacerdos. *Gloſſ.* hunc tradunt Hebræi fuiſſe Phineem filius Eleazari, ad cujus comparationem Sadoc puer vocatur tanquam ætate, & merito minor. Item *Gloſſ.* numerum Sacerdotum ſignat, qui in domo patris Sadoc, ideſt, Levi ordinati ſunt.

c Sadoc] quem Salomon reſtituit in ſummum ſacerdotium. 3. *Reg.* 2.

d Fratribus Saul.] Hoc dicit, quia Saul fuit Benjamin.

e Sequebatur.] Adhærentes Isboſeth filio Saul.

f Singuli per nomina ſua,] ideſt, ſingulariter nominati vel numerati per nomina ſua.

g Regem] ſuper totum Iſrael.

h Ad præcipiendum, &c.] quia de Iſachar fuerunt doctores legis. Unde dicunt Hebræi, quod Iſachar, ideſt, viri de Iſachar nocte, & die ſtudebant; propter quod aliæ Tribus ei quaſi magiſtro ſerviebant. Unde Jacob de illo prophetice ait *Geneſis quadrogeſimo nono.* Factus eſt tributis ſerviens, ideſt, propter tributa docens. Sic exponunt Hebræi.

i Omnis autem reliqua Tribus eorum conſilium ſequebatur,] ideſt, omnes Tribus ſequebantur conſilium Iſachar.

k Qui egrediebantur,] ideſt, egredi poterant.

a Non in corde,] &c. sed simplici, & vero. *b* Hasta, triginta, &c.] vel octo millia, vel triginta millia. *c* Trans Jordanem, &c.] idest, de filiis Ruben, qui manebant trans Jordanem.
d Omnes isti] prædicti scilicet.

y Ad aream Chidon.] *Gloss.* 2. *Reg.* 6. Nachor. Pro quo *Aquila* interpretatur, aream præparatam Chidon autem interpretatur clypeus. Et dicitur esse locus, ubi dictum est *Josue* 8. Leva clypeum contra urbem Hai. Item 2. *Reg.* 6. dicitur: Ad aream Nachor.

a non in corde duplici. Et de Nephtalim principes mille, & cum eis instructi clypeo, & *b* hasta, triginta, & septem millia: De Dan etiam præparati ad prælium vigintiocto millia sexcenti. Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie provocantes quadraginta millia. *c* Trans Jordanem autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte Tribus Manasse instructi armis bellicis, centum viginti millia. *d* Omnes isti viri bellatores, & expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, ut constituerent Regem David super universum Israel. Sed & omnes reliqui ex Israel, *e* uno corde erant, ut rex fieret Da. Fueruntque ibi apud David tribus diebus comedentes, & bibentes: *f* Præparaverant enim eis fratres sui. Sed & qui juxta eos erant usque ad Isachar, & Zabulon & Nephtalim afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus, ad vescendum, farinam, *g* palatas, uvam passam, vinum, oleum, boves, arietes, ad omnem copiam. *h* Gaudium quippe erat in Israel.

C A P. XIII.

INIIT *i* autem consilium David, cum Tribunis, & Centurionibus, & universis principibus, & ait ad omnem cœtum Israel: Si placet vobis, & a Domino Deo nostro egredietur sermo, quem loquor, mittamus ad fratres nostros reliquos in universas regiones Israel, & ad Sacerdotes, & Levitas, qui habitant in suburbanis urbium, ut congregentur ad nos, & reducamus arcam Dei nostri ad nos. Non enim *k* requisivimus eam in diebus Saul. Et respondit universa multitudo, ut ita fieret. Placuit enim sermo omni populo. Congregavit ergo David cunctum Israel, a *l* Syor Ægypti usque dum ingrediaris Emath, ut adduceret arcam Dei de *m* Cariathiarim. Et ascendit David, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim, quæ est in Juda, ut afferret inde arcam Domini sedentis *n* super Cherubin, ubi invocatum est nomen ejus. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum novum de domo Aminadab. Oza autem, & fratres ejus minabant plaustrum. Porro David, & universus Israel *o* ludebant *p* coram Deo omni virtute, in *q* canticis, & in *r* cytharis, & *s* psalteriis, & *t* tympanis, & *u* cymbalis, & *x* tubis. Cum autem pervenissent *y* ad arcam Chidon, tetendit Oza manum suam, ut sustentaret arcam: Bos quoque lasciviens paululum inclinaverat eam. Iratus est itaque Dominus contra Ozan & percussit eum, eo quod tetigisset arcam, & *z* mortuus est ibi coram Domino. Contristatusque est David, eo quod *a* divisisset Dominus Ozam, vocavitque locum illum *b* divisio Ozæ, usque in præsentem diem: Et *c* timuit Deum tunc temporis dicens: Quomodo possum ad me introducere arcam Dei? Et ob hanc causam eam non *d* adduxit ad se, hoc est, in civitatem David, sed † *e* divertit in domum *f* Obededom Gethæi. Mansit ergo arca Dei in domo Obededom *g* tribus mensibus, & *h* benedixit Dominus domui ejus, & omnibus, quæ habebat.

C A P. XIV.

MISIT *i* quoque Hyram rex Tyri nuncios ad David, & ligna cedrina, & artifices parietum, lignorumque, ut ædificarent ei *k* domum. Cognovitque David, quod confirmasset eum Dominus in regem super Israel, & sublevatum est regnum suum super populum ejus Israel. Accepit quoque, *l* David alias uxores in Jerusalem, genuitque filios, & filias: Et

e Uno corde, &c.] idest, & communiter unanimiter consentiebant.
f Præparaverant enim] Antipophora est, ostendens, quid comederunt, ea, scilicet, quæ fratres eorum, idest, viri Juda præparaverant eis, & quæ ipsi attulerunt de locis propinquis.
g Palatas,] idest, ficus inter palas pressas, & siccatas.
h Gaudium] de regno David.

EXPOSITIO CAP. XIII.

INiit *i* autem consilium] hoc habes 2. *Reg.* 6. Et agitur hic de translatione arcæ de domo Aminadab, quæ erat in Gabaa, ut legitur 2. *Reg.* 6. Et nota, quod Gabaa fuit quidam collis in Cariathiarim civitate, vel civitas apud illam, vel villa pertinens ad illam.
k Requisivimus,] ut pararetur ei alius locus quam tabernaculum.
l Syor Ægypti.] Qui (ut dicunt) oritur a Nilo.
m De Cariathiarim] Civitas est, ubi erat arca in domo Aminadab. Ibi enim reposita fuit, quando rediit de Philistiim, ut legitur 1. *Reg.* 7.
n Super Cherubim,] quæstio est, quare potius Dominus dicatur sedere super Cherubim quam super Seraphim, quæ propinquiora sunt ei, & magis quiescunt in eo, quia beatiora sunt. Item tertius ordo dicitur throni, quasi sedes Dei. Unde potius deberet dici sedere super thronos, quam super Cherubin. Solutionem jam alibi diximus nec etiam multum pertinet ad propositum.
o Ludebant,] idest, psallebant: psallentes ad litteram secundum morem eorum.
p Coram Domino,] idest, coram arca Domini. Vel in beneplacito Domini.
q In canticis,] idest, in hilaritate.
r In citharis,] idest in carnis mortificatione.
s Psalteriis,] idest, bona operatione. *t* Tympanis,] idest, crucifixi recordatione. Tympanum enim fit de corio extento, inter duo ligna. *u* Cymbalis,] consonantia laudis, *x* Tubis] prædicationis,

z Et mortuus est.] *Gloss.* super *Regum*. Et hic intuendum quantum delinquat, qui ad corpus Domini reus accedit, si ille morte mulctatur, qui arcam Dominici corporis figuram, minori quam debuit veneratione corripuit. Item *Gloss.* Tradunt Hebræi, Aminadab sacerdotem jussisse filiis suis, Oza, & Hajo, ut portarent arcam humeris, secundum præceptum legis. *Num.* 7. Sed quia non portaverunt, nec Caathitis portandam præbuerunt, percussit Dominus Ozan, & divisit. Aruit enim (ut ajunt) brachium, & humerus quibus arca portanda erat, & facta est distinctio obedientiæ, & inobedientiæ. Quid ergo de his, qui personaliter non deserviunt Ecclesiis suis? Arca enim Ecclesiæ typum gerit. *Josephus*, dicit eum ideo percussum, quia tetigit arcam, cum non esset Sacerdos. Alii dicunt, quod ideo, quia ea nocte dormierat cum uxore.
a Quod divisisset,] idest percussisset. Quia percussione divisus est ab illis, qui digne Domino famulantur. *b* Divisio,] idest, percussio.
c Timuit Deum] plus scilicet.
d Non eam adduxit] tunc scilicet.
e Divertit.] idest, portari precepit propriis humeris Levitarum, sicut patet in sequenti. Sic dicit *Gloss.*
f Obededom] *Gloss.* quia & ipse Levita. Sed magister in historiis dicit, quod Obededom sunt duæ dictiones. Obededom enim Levita erat de Geth, filius Edom in domo cujus mansit arca tribus mensibus. Sed *in lib. de Hebraicis nom.* dicitur, quod est una dictio, quia, & ejus unica interpretatio.
g Tribus mensibus.] Moraliter. Fide, & spe, & charitate.
h Benedixit] dicunt Hebræi, quod uxores, & concubinæ ejus, & nurus pepererunt masculos, & jumenta duplices fetus.

EXPOSITIO CAP. XIV.

MIsit *i* quoque, &c.] Hoc etiam habes 2. *Reg.* 5. *k* Ei] idest, David. *l* Accepit quoque, &c.] Idem 2. *Reg.* 5.

a Eo

hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Jerusalem: Samma, & Sobab: Nathan, & Salomon, Jebaer, & Elisu, & Heliphalec, Noga quoque, & Napheg, & Japhie, Elisama, & Baliada, & Eliphelech. Audientes autem Philistiim, *a* quod unctus esset David in regem super universum Israel, ascenderunt omnes, ut *b* quærerent eum. Quod cum audisset David, egressus est obviam eis. Porro Philistiim venientes, *c* diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluitque David Dominum, dicens: Si ascendam ad *d* Philistæos? Si trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus: Ascende, & tradam eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in *e* Baalpharasim, percussit eos ibi David, & dixit: Divisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut dividuntur aquæ. Et idcirco vocatum est nomen loci illius Baalpharasim. Dereliqueruntque ibi Deos suos, quos David jussit *f* exuri, *g* etiam. Alia etiam vice Philistiim irruerunt, & diffusi sunt in vallem. Consuluitque rursum David Deum, & dixit Deus: Non ascendas post eos, *h* recede ab eis, & venies contra illos ex adverso *i* pirorum. Cumque audietis sonitum gradientis in cacumine pirorum, tunc egredieris ad bellum. *k* Egressus est enim Deus ante te, ut percutiat castra Philistiim. Fecit ergo David sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philistinorum, de Gabaon usque Gazera: Divulgatumque est nomen David in universis regionibus, & Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes.

CAP. XV.

FECIT quoque sibi domos in civitate David, & ædificavit *l* locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum, Tunc dixit David: Illicitum est, ut a quocumque portetur arca Dei nisi a Levitis, quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi usque in æternum. *m* Congregavitque universum Israel in Jerusalem, ut afferretur arca Dei in locum suum, quem præparaverant ei, nec non & *n* filios Aaron, & Levitas. De filiis Caath, Uriel princeps fuit, & fratres ejus centum viginti. De filiis Merari, *o* Asaja princeps, & fratres ejus ducenti viginti. De filiis Gerson, Joel princeps, & fratres ejus centum triginta. De filiis Elisaphan, Semejas princeps, & fratres ejus ducenti. De filiis Hebron, Heliel princeps, & fratres ejus octoginta. De filiis Oziel, Aminadab princeps, & fratres ejus centum duodecim: Vocavitque David Sadoc, & Abiathar sacerdotes, & Levitas, Uriel, Asajan, Joel, Semejan, Elihel, & Aminadab: & dixit ad eos: Vos qui estis principes familiarum Leviticarum, *p* sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israel, ad locum, qui ei preparatus est, ne ut a principio, quia non *q* eratis præsentes, *r* percussit nos Dominus, sic & nunc fiat, illicitum quid nobis agentibus. Sanctificati sunt ergo sacerdotes, & Levitæ, ut portarent arcam Domini Dei Israel. Et tulerunt filii Levi arcam Dei, sicut *s* præceperat Moyses juxta verbum Domini, humeris suis in vectibus: Dixitque David principibus Levitarum, ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, *t* nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, ut resonaret in excelsum sonitus lætitiæ. Constitueruntq; Levitas Heman filium Joel, & de fratribus ejus, Asaph filium Barachiæ. De filiis vero Merari fratribus eorum; *u* Ethan, filium Casajæ, & cum eis fratres eorum. In secundo ordine, Zachariam, & Ben, & Jazihel, & Semiramoth, & Jahihel, & Hani, & Eliab, & Banajam, & Maasiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obededom, & Jehihel, Janitores. Porro cantores, Eman, Asaph, & Ethan, in cymbalis æneis concrepantes. Zacharias autem, & Ozihel, & Semiramoth, & Jahihel, & Hani, & Heliab, & Maasias, & Banajas, in Nablis arcana cantabant. Porro Mathathias, & Eliphalu, & Macenias, & Obededom, & Jehihel, & Ozazim, in cytharis pro octava *x* canebant *ἐπινίκιον* Epinicion, super victoriis. Chonenias autem princeps Levitarum, *y* prophetiæ præerat, & ad præcinendam melodiam. Erat quippe valde sapiens: & Barachias, & Elcana, Janitores arcæ, Porro Sebenias, & Josaphat, & Nathanael, & Amisai, & Zacharias, & Banajas, & Eliezer sacerdotes clangebant tubis coram arca Dei: & Obededom, & Ahias, erant Janitores arcæ. Igitur David, & omnes majores natu Israel, & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Domini, de domo Obededom, cum lætitia. Cumque *z* adjuvisset Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes. Porro David erat indutus *a* stola byssina, & universi Levitæ, qui portabant arcam, cantoresque, & Chonenias. *Reg. 6.*

a Eo quod] idest, quia.
b Quærerent eum.] *Gl.* Non fidei devotione, sed dolo nequitiæ: Ideo non meruerunt invenire, quia scilicet noluerunt credere.
c Diffusi] In hoc notatur multitudo exercitus.
d Ad Philistæos?] Ad, idest, contra.
e Ad Baalpharasim,] Anticipatio est. Hoc enim nomen sortitus est locus ab eventu, qui ibi accidit, scilicet, quia ibi divisi sunt viri Philistiim ab invicem. Vel quia fugientes divisi sunt ibi, ab idolis suis. Unde Baalpharasim interpretatur virorum, vel Baal divisio.
f Exuri,] Et conflavit ad fabricam templi.
g Alia autem vice, &c.] Hoc 2. *Reg.* 5. In valle Raphaim, non longe a Jerusalem.
h Recede] simulans fugam.
i Pirorum] sub quibus castrametati fuerant, & posuerant idola sua. Tamen Hebræi habent: Ex adverso flentium, idest, idolorum, in quibus confidebant, quæ digna sunt fletu, & cultores suos ad fletum deducunt æternum.
k Egressus est enim, &c.] Tunc dicitur Deus egredi ante suos, quando facit eos habere victoriam. Unde *in Psal.* 43. Non egredieris Deus in virtutibus nostris.

EXPOSITIO CAP. XV.

FEcit quoque Dominus, &c.
l Locum] idest, tabernaculum juxta domum suam, in qua reposuit tabernaculum Moysi, cum arca.
m Congregavitque &c.] Hoc 2. *Reg.* 6.
n Filios Aaron] supple congregavit.
o Asaia] vel Isaia.
p Sanctificamini] idest, abstinete ab uxoribus.
q Quia non eratis præsentes, &c.] Sed numquid ideo percussus est Oza, quia isti non erant præsentes? Non: Sed hoc dicit, quia si illi essent præsentes, Oza, & Ajoth non fuissent ausi ponere arcam super currum, sed propriis humeris portassent.

r Percussit nos,] idest, unum de nobis, & ideo nos.
s Præceperat] *Num.* 4.
t Nablis] *Gloss.* Nablum Hebraice, psalterium Græce, laudatorium Latine.
u Ethan] Nota, Eman, Asaph, Ethan, erant principales cantores, & primi ordinis, alii erant secundi ordinis.
x Canebant] Quid? [Epinicion] *Gloss.* victori Deo triumphus, & palma.
y Prophetiæ præerat] *Gloss.* quia spiritu prophetiæ plenus melodias, & verba cantoribus ad memoriam revocabat.
z Cumque adjuvisset Deus, &c.] In hoc scilicet, ne fieret eis grave.
a Stola byssina] idest, longa, & talari veste, de lino candido, & mundo facta, a telon, quod est longum, dicta: Vel a stolon, quod

quod est missro, qui per humeros immittebatur vestiendo osque ad talos. In *Regum* dicitur, quod David indutus erat Ephod lineo. Idem est, sed prophetico, non sacerdotali, sive pontificali.

a Princeps prophetiæ] Quia spiritu prophetiæ plenus, melodias, & verba cantoribus ad memoriam revocabat:

b Ephod lineo.] præter supradicta, idest, quodam vestimento lineo ad modum cuculi monachi facto. Quidam dicunt, quod idem est Ephod lineum, & stola byssina. Et reperit quod dixerat, ut exprimat, facturam vestis. Ephod enim dicitur quasi superhumerale, quia in humeris portabatur. *2. Reg. 6.* *2. Par. 29.*

c Concrepantes.] satisfacieudo pro peccato Ozæ, quod redundavit in multitudine universam.

a Princeps prophetiæ inter cantores, David autem indutus erat etiam *b* Ephod lineo. Universusque Israel deducebant arcam fœderis Domini in jubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & cytharis *c* concrepantes. Cumque pervenisset arca fœderis Domini usque ad civitatem David, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem David saltantem, atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

C A P. XVI.

ATTULERUNT igitur arcam Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David, & obtulerunt holocausta, & *d* pacifica coram Deo. Cumque complesset David offerens holocausta, & pacifica, *e* benedixit populo in nomine Domini: Et divisit universis *f* per singulos, a viro usque ad mulierem, *g* tortam panis, & partem assæ carnis *h* bubalæ, & frixam oleo similam. Constituitque coram arca Domini de Levitis, qui ministrarent, & recordarentur operum ejus, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel, *i* Asaph principem, & *k* secundum ejus Zachariam. Porro Jahihel, & Semiramoth, & Jehihel, & Mathatiam, & Eliab, & Bananiam, & *l* Obededom: & Jehihel super organa psalterii, & lyras: Asaph autem, ut cymbalis personaret. Banajam vero, & Azihel sacerdotes canere tuba jugiter *m* coram arca fœderis Domini. In illo die fecit David principem ad confitendum Domino, Asaph, & fratres ejus: *n* Confitemini Domino, & *o* invocate nomen ejus, *p* notas facite in populis *q* adinventiones ejus. *r* Cantate ei, & *s* psallite ei, & *t* narrate *u* omnia mirabilia ejus. *x* Laudate nomen sanctum ejus, *y* lætetur cor *z* quærentium Dominum

EXPOSITIO CAP. XVI.

ATtulerunt igitur arcam.

d Pacifica coram Deo] pro pace danda, vel conservanda.

e Benedixit populo, &c.] idest, bona optavit, Forte dixit: Dominus benedicat, & custodiat nos in pace.

f Per singulos,] idest, sigillatim.

g Tortam] 2. *Reg. 6.* dicitur: Colliridam panis unam, quod idem est. Et dicit *Gloss.* Collirida est panis triangulus, & modicus.

h Bubalæ,] idest, bubalinæ, a bubalo, vel a bove.

i Asaph principem] idest, præcentorem.

k Et secundum] idest, succentorem:

l Obededom] una dictio secundum *Hier.* sed duæ secundum Magistrum in historiis.

m Coram arca fœderis Domini.] supple constituit.

n Confitemini] Primum confitemini est hoc in *Psalmo*. Modum ergo laudationis, quem ipse David composuit, scriptor historiæ inseruit, dicens: Confitemini, &c. Intitulatum est autem huic psalmo Alleluja, quia secundum *Hier.* neutri generis est, & compositum ab hoc verbo allelu, quod est laudate, & ja, quod sonat Deum invisibilem. Et est ja, unum de decem nominibus Dei, sicut dicit *Hieron. in epist. ad Marcellam.* Unde idem est alleluja, quod laudate invisibilem Deum. Psalmus ille profundus est. Unde dicit *Gilebertus*: Hunc Psalmum exponere, ego Gilebertus Antisiodorensis Ecclesiæ diaconus, non præsumo, quoniam a magistro meo Anselmo, expositum lego, & gratulor, & fixa bovis vestigia pronus adoro. Et super psalterium hic primo Angelicum verbum, idest, Alleluja invenitur. Nec ante a quoquam scriptorum Hebræorum positum est. Quod nulla lingua præsumpsit mutare, sicut in Evangelio, Amen. Præscribitur autem viginti Psalmorum hic titulus, Alleluja, in quibus omnibus, magnalia Dei dicuntur, & in eis magna est exultatio. Narrantur autem *in hoc Psal.* Dei beneficia, quæ contulit spirituali Israeli. Et est materia *Psalm.* Intentio auctoris, movere ad laudem Dei. Unde sic incipit: Confitemini, &c. Modus agendi talis est; sex sunt petitiones *in hoc Psalmo* secundum *Augustinum, & Cassiodorum*. Primo admonet bonos, ut ipsum Deum tanquam hæreditatem eligant, & gratis, non pro aliquo extra colant. Et hoc faciant, laudantes, invocantes, & annunciantes non in suam, sed in ejus gloriam, per fidem bene operantes, spe gaudentes, charitate ferventes. Et hoc totum innuitur his verbis. Confitemini, &c. usque ibi: Recordamini mirabilium, ubi est secunda partitio, quam & aliis locis propriis exequemur. Propheta igitur David, incipiens a laude, ait Confitemini Domino, idest, laudate Dominum. Quod solum fit ab amante, quia ut dicitur *Eccles.* 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est a Domino missus.

o Et invocate] præmissa laude, sequitur invocatio, ut petat desiderata, quia laudans Deum, auditur ab eo. Unde congruus est ordo iste, ut prius sit laus, post invocatio. Unde *alibi*: Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & invocabimus nomen tuum. Et *alibi*: Laudans invocabo Dominum. Et etiam in Dominica oratione, quæ est regula, & magistra, ut dicit *Augustinus*, omnium orationum præmittitur brevis captatio benevolentiæ, scilicet: Pater noster, qui es in cœlis. Et postea subsequuntur septem petitiones, in quibus omnia continentur, quæ possunt, & debent a Deo peti. Sed quoniam amor Dei, & laus in pascendis ejus ovibus demonstratur. Unde cum Dominus dixisset Petro: Simon Joannis, diligis me? Et Petrus respondisset: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dixit ei Dominus: Pasce oves meas. Ideo post laudem, & invocationem, sequitur: *Psal. 74.* *Psal. 17.* *Matth. 6. & Luc. 11.* *Joan. 21.*

p Notas facite, &c.] quasi dicat, cum laudaveris, & invocaveris Deum, ut scilicet tibi adsit, pasce populum ejus, nunciando opera ejus, & mirabilia, quæ fecit propter nos.

q Adinventiones] opera quibus redemit genus humanum.

r Cantate] ore.

s Psallite] opere.

t Narrate] Prædicatione. Quasi dicat: Primo cantate per orationem. Secundo psallite per bonam operationem. Tertio narrate per prædicationem. Et hic est ordo. Unde argui videntur, qui negligunt in prædicatione facere orari, ut sermo Dei fructificet. Apostolus oravit, *Coloss.* 4. Orantes simul pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis. Item 2. *Thess.* 3. Inter cetera fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur. *Esther* 4. Da mihi fiduciam, Domine, rex Deorum, & universæ potestatis, tribue sermonem compositum in ore meo, in conspectu leonis.

u Omnia mirabilia ejus.] Non vestra omnia, quia nihil pudore tacendum est. Vel ideo dicit omnia, quia omnia, quæ de eo dicuntur, mirabilia sunt. Ubique est laus Dei, & cantando, & psallendo, & prædicando. Unde sequitur:

x Laudate nomen sanctum, &c.] q. d. sic laudate, sic psallite, sic narrate, ut nomen Dei laudetur in opere vestro, & vos in ipso. Unde alia littera habet: Laudamini in nomine sancto ejus, i. sic operamini, ut laudemini. Non in opere vestro, sed in nomine sancto ejus. Unde *alibi*: In Domino laudabitur anima mea. Vel laudamini in nomine sancto ejus, i. gaudete vocari Christiani a Christo. *Psal. 33.*

y Lætetur cor] etsi non corpus.

z Quærentium Dominum] cantando, psallendo, prædican-

dicando. Etsi lætatur cor quærentium, quanto magis invenientium? *Isa.* 55. Quærite Dominum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est.

a Quærite Dominum] in viaticum peregrinationis, in pretium redemptionis, in præmium remunerationis.

ctum sempiternum,] Ecce promissum Domini, in præcepto est, & in promisso, sed secundum illud & aliud, opus enim quod mandat, in præcepto est: Merces autem operis, est in promisso. Operantibus enim reddetur merces. Unde *Matth.* 20. dixit Dominus procuratori vineæ: Voca operarios, & redde illis mercedem suam. Dico, statuit illud, &c.

a Quærite Dominum, & *b* virtutem ejus, *c* quærite faciem ejus *c* semper. *d* Recordamini mirabilium ejus, quæ fecit, *e* signorum illius, & *f* judiciorum oris ejus. *g* Semen Israel, servi ejus, filii *h* Jacob, electi ejus. Ipse *i* Dominus Deus noster, in k universa terra judicia ejus. *l* Recordamini in sempiternum pacti ejus, sermonis, *m* quem præcepit in mille generationes. † *n* Quod disposuit ad Abraham, & *o* juramenti illius cum Isaac. Et † *p* statuit illud Jacob in præceptum, & Israel in pactum sempiternum, *q* dicens: Tibi dabo terram Chanaan, *r* funiculum hæreditatis vestræ. *s* Cum essent pauci numero, *t* parvi, & *u* coloni *x* ejus. Et *a* transierunt de gente in gentem, & de *b* regno *c* ad populum alterum. *d* Non dimisit *e* quemquam calumniari eos, sed increpavit pro eis reges, *f* Nolite tangere christos meos, *g* & in prophetis meis nolite malignari. *h* Cantate *i* Domino k omnis terra, *l* annunciate ex *m* die in diem salu-

al. † quem pepigit ei. *Gen.* 22. al. † constituit.

b Et virtutem ejus] i. bene operandi fortitudinem.

c Quærite faciem ejus semper.] idest, ejus præsentiam, quæ invenitur in hac vita per fidem, ut in futura per spem habeatur.

c Semper] Judæi ter in anno, in Pascha, Pentecoste, & Scenopegia, in Jerusalem ante Deum apparebant. Nos autem, qui sumus in anno benignitatis, semper debemus quærere faciem Trinitatis. Vel semper idest, in præsenti, & etiam in futuro. Deus etiam sine fine quæretur, quia quod sine fine amabitur, sine fine desiderabitur, ut semper præsens sit. Unde *August.* Sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur: Iste erit finis sine fine.

C

d Recordamini mirabilium] Secunda pars, ubi ad parvulorum corda nutrienda, & in fide roboranda, proponit fidem Patriarcharum, & promissiones Dei, ut simus imitatione illorum, non solum de Judæis, sed etiam de gentibus. Et hoc ostendit usque ibi: Cum essent numero parvi, &c. Dicit ergo: Recordamini, q.d. si faciem Dei quærere magnum est, & supra vires, saltem recordamini mirabilium ejus. Similiter: *Exod.* 3. Dixit Moysi Deus: Hæc dices filiis Israel: Qui est, misit ad vos, quod vix etiam mens perpura capere potest. Deinde seipsum contemperans dixit: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob: Quod etiam a parvulis capi potest. Ita hic prius monet quærere faciem Dei, quod convenit grandibus. Deinde monet attendere opera Dei, quod parvuli possunt capere.

e Signorum] idest, majorum miraculorum, quibus aliquid futurum signabatur.

f Et judiciorum oris ejus.] quæ per Moysen mandavit in lege. Et nota ascensum de mirabilibus, idest, de operibus ad miracula, & de miraculis ad judicia, inde ad testamentum æternum. Quibus autem hoc dicatur, subdendo ostendit:

g Semen Israel] q.d. recordamini non omnes, sed vos, qui estis semen Israel, per fidem.

h Filii Jacob] per imitationem, contra carnem luctando. Jacob dico, [Electi ejus] idest, in pugilem, imo & in regem, imo & in pontificem. Tales enim, qui viriliter luctantur contra carnem, pugiles Domini sunt, & inde Reges, & Pontifices fiunt alii.

i Ipse Dominus Deus noster,] q.d. bene debetis recordari mirabilium, &c. quia ipse est Dominus Deus noster. Quia Dominus, ideo timendus: Quia Deus, honorandus: Quia noster, diligendus. Sed ne crederet aliquis filios Jacob tantum esse in una gente, ideo subdit:

k In universa terra judicia ejus.] q. d. in omni terra sunt Jacob, & Israel, idest, fideles, quibus judicia sua manifestat. Ergo.

l Recordamini] Non solum mirabilium, & miraculorum, & judiciorum, sed etiam recordamini [pacti ejus] idest, promissi, quod est hæreditas æterna. Pacti dico duraturi in sempiternum. Et [sermonis] fidei, scilicet: Qua vivitur.

m Quem præcepit in mille generationes.] idest, omnes. Hoc est verbum Evangelii, verbum fidei, quod extenditur in omnes generationes: Pro quo servato, redditur promissum æternum. Et non debetis dubitare de promissi solutione.

n Quod] quia illud [disposuit ad Abraham,] Et recordamini.

o Juramenti] idest, promissi, juramento vallati: Quod pepigit cum Isaac.

p Et statuit illud Jacob in præceptum, & Israel in pa-

q Dicens: Tibi dabo terram Chanaan,] i. quod per eam significatur. Dedit enim hanc terram in figuram æternæ hæreditatis, & ad quam omnes pertinent. Ideoque addit:

r Funiculum hæreditatis vestræ.] q. d. Illis solis dabo æternam hæreditatem, qui funiculo divinæ prædestinationis signati sunt: Vel funiculum dicit, quia sicut terra Chanaam funiculo distributa est in diversas partes, ita in æterna patria diversæ sunt mansiones. Unde *Jo.* 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Cur autem cœlestis hæreditas dicitur terra Chanaan, nomen ejus aperit: Interpretatur enim Chanaan, humilis, quia in eam nemo intrat, nisi humilis. Unde *Matth.* 16. Sinite parvulos venire ad me, & nolite prohibere, talium est enim regnum cœlorum.

s Cum essent pauci numero,] Tertia pars, ubi ostendit, quæ subsidia temporalis vitæ præstitit Dominus patribus, & filiis eorum, non ut his abundarent, sed ut ea ad bonum æternum referrent. Dicit ergo: [Cum essent pauci numero,] Et tangit breviter historiam, quando descenderunt in Ægyptum, q.d. hæc, quæ dicta sunt, promisit Deus, cum essent numero pauci.

Ps. 104. *Ps.* 105.

t Parvi] merito, & virtute. Unde patet: quod gratis promisit hæc Deus. *u* Et coloni] idest, advenæ.

x Ejus] scilicet terræ Chanaan.

a Transierunt de gente in gentem,] i. de Chanaan in Geraris, sub Abraham, & Isaac. *Gen.* 20. Et tandem in Ægyptum, sub Jacob, & filiis ejus. *Gen.* 46.

b De regno] idest, de terra promissionis: Quæ dicitur regnum, non quod tunc esset, sed quia futurum ibi erat regnum Israel.

c Ad populum alterum] scil. Ægyptiacum. Et posset aliquis quærere: Quomodo homines advenæ, ita vagi potuerunt durare, ideo subjungit:

d Non dimisit] idest, non permisit.

e Quemquam calumniari eos, sed increpavit pro eis reges.] Ut regem Geraræ, sc. Abimelech, & regem Ægypti Pharaonem. Increpavit, dico, dicens:

f Nolite tangere christos meos.] Hæc verba licet in historia non sint expressa, tamen dixit ea, vel latenter in cordibus eorum loquens, vel per Angelum: Quia autem dixit, christus, innuit, quod jam erant Christiani, sed latenter. Unde *Jo.* 8. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus est. Nullus enim nisi per hanc fidem reconciliatus est Deo. Unus enim est mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus, 1. *Tim.* Sequitur:

g Et in Prophetis nolite malignari.] Hoc planum est, quia Abraham, & alii Prophetæ fuerunt, quos ipse Deus protexit. Qualiter autem transierunt in Ægyptum, in Psalmis plenius narratur. Et subjungit hic alium Psalmum de laude Dei scil. 95. In prima parte cujus monet Propheta Prælatos, ut ipsi cantent, & annuncient omnibus. In secunda parte loquitur ad subditos, ibi: Afferte Domino gloriam. Præmonuit autem in præcedenti *Psalmo* majores quærere faciem Dei, minores vero recordari opera Dei: Nunc autem admonet laudare Deum, dicens:

k Cantate] lingua, & vita.

i Domino] Deo, Trinitati. k Omnis terra] i. omnes homines. Deinde ad Prælatos, dicens: *l* Annunciate] o vos Prælati. Et quid? [Salutare ejus.] Et hoc *m* De die in diem,] i. continue. Vel de patre in filium. Vel de veteri Testamento in novum. Vetus enim Testamentum, & novum

vum sunt dies, qui æterno Sole clarescunt. Illud, scil. vetus testamentum prænunciat illud, idest, novum, factum prædicat. Annunciat ergo de die in diem salutare ejus, qui utriusque Testamenti auctoritatibus utitur, in annunciatione salvatoris. Et quasi quæreret aliquis: Quomodo, & cui vis annunciari? Respondet:

nibus congregatur. *y* Lætentur cœli] qui annunciant gloriam Dei, de fructu suæ prædicationis. *z* Et exultet terra,] idest, subditi, quam cœli compluunt. *a* Et dicant in nationibus,] i. in omnibus gentibus. Quia *b* Dominus regnavit,] idest, rex mundo post resurrectionem innotuit.

tare ejus. *a* Narrate in gentibus gloriam ejus, & in *b* cunctis populis mirabilia ejus: *c* Quia magnus Dominus, *d* & laudabilis *e* nimis, & *f* horribilis nimis super *g* omnes Deos. *h* Omnes enim dii populorum idola, *i* Dominus autem cœlos fecit. k Confessio, & *l* magnificentia *m* coram eo, *n* fortitudo, & *o* gaudium in loco ejus. *p* Afferte Domino familiæ populorum, *q* afferte Domino gloriam. & imperium, date Domino gloriam nomini ejus. *r* Levate sacrificium, & *f* venite in conspectu ejus, & *t* adorate Dominum in decore sancto. *u* Commoveatur *u* a facie illius omnis terra, *x* ipse enim fundavit orbem immobilem. *y* Lætentur cœli, & *z* exultet terra, *a* dicant in nationibus: *b* Dominus regnavit. *c* Tonet *d* mare, & *e* plenitudo ejus, *f* exultent agri, & *g* omnia, quæ in eis sunt. *h* Tunc *i* laudabunt ligna saltus k coram Domino, *l* quia venit *m* judicare terram. *n* Confitemini Domino, quoniam *o* bonus, quoniam in *p* æternum misericordia ejus: Et dicite *q* salva nos, Deus salvator noster, & *r* congrega nos, & erue de gentibus: ut *f* confiteamur *t* nomini sancto tuo, & exultemus in *u* carminibus tuis. *x* Benedictus Dominus Deus Israel, *y* ab æterno, & usque in æternum, & *z* dicat omnis populus, *a* amen, & *b* hymnum Deo. Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini, Asaph, & *c* fratres ejus, ut ministrarent in conspectu arcæ, jugiter per singulos dies, & vices suas. Porro Obededon, & *d* fratres ejus, sexagintaocto, & Obededom filium Idithum, & Oza, constituit Janitores. Sadoc autem sacerdotem, & *e* fratres illius sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso, quod erat in *f* Gabaon, ut offerrent holocausta Domino super altare holocaustomatis *g* jugiter mane, & vespere, juxta omnia, quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli. Et *h* post eum Heman, & Idithum, & reliquos electos, unumquemque vocabulo suo, *i* ad confitendum Domino, quoniam in æternum misericordia ejus. *k* Heman quoque, & Idithum, canentes tuba, & quatientes cymbala, & omnia musicorum organa ad canendum Domino. Filios autem Idithum fecit esse *l* portarios

a Narrate in gentibus gloriam ejus,] Non vestram. Et ne aliquem putares excipi, subdit;
b In cunctis populis mirabilia ejus:] idest, opera admiranda. Et hoc ideo:
c Quia Dominus est magnus] potentia, licet homo parvulus sit pro nobis factus.
d Et laudabilis] bonitate, suis.
e Nimis] ultra quam dici possit.
f Et horribilis] idest, terribilis, majestate, adversariis suis.
g Super omnes Deos.] gentium, idest, plus quam omnes dii gentium. Qui fuit humilis, & territus in humanitate, apparebit magnus, & terribilis in majestate. Et bene dico super omnes deos.
h Omnes enim dii populorum, &c.] Et hæc est laus Dei, a comparatione. Sed quia parum est esse super idola, ideo addit:
i Dominus autem cœlos fecit:] ubi idola non possunt habitare. Et accepit cœlos *ad litteram*. Vel Apostolos, & Angelos: Et est sensus: Non tantummodo Deus super idola est, sed Apostolos, & Angelos fecit, qui imperant idolis, & dœmoniis, quæ in eis sunt.

c Tonet] per confessionem. *d* Mare] idest, mundus. *e* Et plenitudo ejus,] idest, a minimo usque ad maximum, omnes laudem tonent, & confessionem.
f Exultent agri] idest, omnes mites, & plani.
g Et omnia, quæ in eis sunt.] idest, omnes vires, sensus, scilic. & ratio.
h Tunc] quando fient.
i Laudabunt ligna saltus,] idest, pagani, qui olim fuerunt infructuosi, modo sunt ligna abscissa in ædificium domus Dei. k Coram Deo] non coram hominibus.
l Quia venit] idest, veniet. *m* Judicare terram.] idest, vivos, & mortuos. *n* Confitemini Domino] laudes, & peccata. Et hoc ideo:
o Quoniam bonus,] in natura. Et hoc dicit, ne quis terreatur pro culpa, & desperet de venia. *p* Quoniam in æternum misericordia ejus:] idest, beatitudo, quæ per ejus misericordiam datur. Vel misericordia, quæ miseris exhibetur, est usque in æternum, idest, usque in finem sæculi, quia usque ad finem sæculi Christus miseros consolatur in miseria misericorditer, vel liberat ab ea. *q* Salva nos, &c.] Hoc invenies in fine *Psal.* 10. Et precatur hic propheta, quod futurum videt, ut scilicet Ecclesia de omnibus gentibus congregetur, & laudes æternas cantet. *r* Et congrega nos de gentibus,] i. electos de gentibus congrega cum Judæis, ut sic fiat unum ovile, & unus pastor. Congrega dico:

k Confessio] postquam admonuit cantare, & annunciare, subdit, quæ utilitas inde provenit. Hæc scil. est utilitas omnibus cantantibus, confessio laudis, & peccati.
l Magnificentia] operum.
m Coram illo] idest, David, non coram hominibus.
n Fortitudo] in adversis.
o Et gaudium in loco ejus,] idest, de spe obtinendi locum ejus.
p Afferte] Secunda pars, ubi loquitur ad subditos, q. d. quia talis est Dominus, ergo. Patriæ gentium, alia littera. Ut nullus excipiatur indigena, vel peregrinus.
q Afferte Domino] non vobis. Afferte inquit [gloriam & imperium] Gloria affertur Domino, quando homo bene conversatur, unde Dominus glorificatur. Vel cum de bonis Domino gratiæ referuntur. Imperium affertur Domino, cum ejus imperio humiliter obeditur.
r Levate sacrificium] De quo *Psal* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.
f Venite in conspectu ejus] idest, in corde, ubi ipse solus aspicit.
t Et adorate Dominum in decore sancto,] idest, in fide, quæ purificat corda.
u Commoveatur a facie illius omnis terra,] q. d. vos boni adorate, ut omnis terra, idest, amatores sæculi commoveantur ad pœnitentiam.
u A facie illius] idest, a præsentia gratiæ, & notitiæ illius. Et vere ita fiet.
x Ipse enim Dominus fundavit terram immobilem.] i. Ecclesiam in sæculum duraturam, quæ ex terrenis homi-

f Ut confiteamur] in præsenti, & in futuro.
t Numini tuo] non in humana jactantia.
u In carminibus] i. in laudibus. Laudare enim Deum gloria erit, sive dos gloriæ. *x* Benedictus, &c.] Hic ostendit breviter laudem, quam optat congregatos cantare, q. d. Confiteamur Domino dicentes: *Benedictus*, &c. Benedictus dico: *y* Ab æterno usque in æternum] i. sine fine. Unde alibi: Beati, qui habitant in domo tua Domine, &c. *z* Et dicat omnis populus] electorum, sc. tam de Judæis quam de gentibus. *a* Amen] Pro quo alia littera in *Ps.* 83. Fiat, fiat. Quasi dic. huic consentiunt omnis populus, omnes electi. *b* Hymnum] i. laudem. *c* Et fratres illius] idest, cognatos.
d Fratres] i. cognatos. *e* Et fratres illius,] i. consanguineos. *f* In Gabaon] in villa, scil. in colle sita. Vel in colle, quæ est in Jerusalem. Quia ut dicit *Gloss.* aliqui dicunt: Gabaon esse nomen villæ, alii dicunt nomen esse collis in Jerusalem. Gabaon enim collis interpretatur. Excelsum autem locum dictum esse existimant, pro dignitate divini cultus. *g* Jugiter] i. horis debitis, sine intermissione. *h* Et post eum,] scil. sacerdotem, quia post sacerdotes erant cantores, & postea Janitores. Vel in littera est, postea, secundum quosdam. *i* Ad confitendum Domino,] sic [Quoniam, &c.] k Heman quoque] eosdem repetit, ut ostendat eorum officium. *l* Portarios.

tarios.] i. Janitores. *a* Ut benediceret, &c. i. generationi filiorum ad multiplicandum domum suam vacaret. Vel domui, idest familiæ partem de sacrificio distribueret. Vel per antiphrasim, domum suam, i. uxorem suam Michol benediceret, idest, maledicetet, & increparet, quia eum saltantem coram arca despexit.

Reversusque est omnis populus in domum suam, & David, ut *a* benediceret etiam domui suæ.

C A P. XVII.

CUM *b* autem habitaret David in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina, arca autem fœderis Domini sub *c* pellibus est. Et *d* ait Nathan ad David: Omnia, quæ in corde tuo sunt, fac, Deus *e* enim tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo Domini ad Nathan dicens: Vade, & loquere David servo meo: Hæc dicit Dominus: Non *f* ædificabis tu mihi domum ad habitandum. Neque enim mansi in domo ex eo tempore, quo eduxi Israel, de terra Ægypti usque ad hanc diem, sed *g* fui super mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Israel. *h* Numquid *i* locutus sum saltem uni judicum Israel, quibus præceperam, ut pascerent populum meum, & dixi: Quare non ædificasti mihi *k* domum cedrinam? Nunc itaque sic *l* loqueris ad servum meum David: Hæc dicit Dominus exercituum. *m* Ego tuli te, cum in pascuis sequereris gregem, ut esses dux populi mei Israel, & *n* fui tecum quocumque *o* perrexisti, & interfeci omnes inimicos tuos coram te: Fecique tibi nomen, *p* quasi unius magnorum, qui celebrantur in terra, & dedi locum populo meo Israel: Plantabitur, & habitabit in eo, & ultra non *q* commovebitur, nec filii iniquitatis atterent eos, *r* sicut a principio ex diebus, quibus dedi judices populo meo Israel, & humiliavi universos *s* inimicos tuos. Annuncio ergo tibi, quod ædificaturus sit domum tibi Dominus, Cumque impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, & stabiliam regnum ejus. *t* Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium ejus in æternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut *u* abstuli ab eo, qui ante te fuit: Et statuam eum in domo mea, & in regno meo, *x* usque in sempiternum, & thronus ejus erit firmissimus in perpetuum. Juxta omnia verba hæc, & juxta universam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David. Cumque venisset Rex David, & sedisset *y* coram Domino, dixit: Quis ego sum, Domine Deus, & quæ domus mea, ut præstares mihi talia? Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo: Ideoque locutus es super domum servi tui, etiam in futurum, & fecisti me *z* spectabilem super omnes homines, Domine Deus meus, quid ultra *a* addere potest David, cum ita glorificaveris servum tuum, & cognoveris eum? Domine, *b* propter famulum tuum *c* juxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti universa magnalia. Domine, *d* non est similis tui, & non est alius Deus

EXPOSITIO CAP. XVII.

A CUm *b* autem habitaret, &c.] Hoc habes 2. *Reg.* 7. *c* Sub pellibus] idest, sub tabernaculo de pellibus facto. *d* Et ait] nesciens quid diceret. *e* Deus enim tecum est.] *Gloss.* Patet, quod prophetiæ spiritus non semper prophetarum mentes irradiat. Unde Eliseus 4. *Reg.* 4. Dimitte eam, quia anima ejus in amaritudine est, & Dominus celavit me, &c. (*Infr.* 38.) Quod divina dispensatione fit, ut accipientes spiritum inveniant, quid de Deo sint, & amittentes, quid de ipsis. *f* Non ædificabis, &c.] *Antiqua translatio*; reddit causam, quia vir sanguinum es, idest sanguinis effusor. B Sed eadem ratione Moyses non debuit ædificare tabernaculum, quia sanguinem effudit. Solut. Moyses parum effudit de sanguine, & ideo non fuit vir sanguinum. Sed David multum effudit, & ideo prohibetur. Vel melius non propter sanguinem prohibetur David ædificare templum, sed propter bellorum instantiam, quibus oportebat David intendere, C propter populum defendendum, & ideo noluit Deus, ut ædificaret sibi domum, sed magis pro populo pugnaret. Sed Moyses antequam fecit tabernaculum, nullum bellum instabat. Hanc solutionem innuit *Gloss.* quæ dicit: A nullo judicium sibi domum cedrinam ædificari jussit, quia contra hostes pugnaverunt, & omnes viri sanguinum fuerunt. Vel hoc in mysterio factum est, quia tabernaculum significat Ecclesiam militantem, in qua simul sunt boni, & mali, qui sunt viri sanguinum. Templum vero significat Ecclesiam triumphantem, ubi nullus vir sanguinum admittetur.

g Sed fui semper, &c.] i. arca, in qua apparere consuevi, semper fuit in tabernaculo portatili, non in domo manenti; & hoc propter bellorum instantiam, propter quam causam adhuc oportet me manere in tabernaculo. Unde sequitur: *h* Numquid, &c.] q. d. sicut nolui, ut aliquis judicum ædificaret mihi domum, quia bellabant pro Israel, ita, & de te nolo.

i Locutus sum] *Gloss.* a nullo judicum. k Domum cedrinam] q.d. non dixi hoc. *l* Sic loqueris] O Nathan. *m* Ego tuli te,] Revocat ei Dominus ad memoriam, pristinam paupertatem, & beneficium suum, ut sit gratus de beneficio tanto, & humilis de statu pristino. Hoc est, quod dicitur *Eccl.* 11. In die bonorum, non sis immemor malorum. *n* Fui tecum] defensor, & protector. *o* Perrexisti] contra hostes. *p* Quasi unius, &c.] *Gloss.* Abraham, Isaac, & Jacob, Moysi, Josue quorum nomina famosa sunt.

q Non commovebitur, &c.] supple, nisi prævaricatus fuerit mandata mea. *r* Sicut a principio, &c.] sc. tempore Judicum. *s* Inimicos tuos] Metaplasmus est, scil. mutatio personæ.

t Ipse ædificabit, &c.] *Gloss.* *Aug.* hanc promissionem, qui putat in Salomone esse completam, errat: Attendit quod dictum est, hic: (*Infr.* 18. *Heb.* 1.) Ipse ædificabit mihi domum, quia Salomon nobile templum extruxit, (3. *Reg.* 7.) & non attendit, quod dicitur: Fidelis erit domus ejus, &c. Attendat ergo Salomonis domum plenam mulieribus alienigenis colentibus Deos falsos, & ipsum regem quondam sapientem ad eamdem idololatriam seductum. Nec audeat æstimare Deum, vel hoc mendaciter promisisse, vel talem Salomonis domum non præscisse. In Christo autem, qui factus est ex semine David, secundum carnem, videmus ista completa. Nec alium quærimus sicut Judæi. *u* Abstuli ab eo,] idest, a Saule. *x* Usque in sempiternum,] Ex hac promissione potest conjici, quod Salomon salvus fuerit. Unde *Eccl.* 47. Finem habuit Salomon cum patribus suis. Sed probat *Aug.* contra Judæos, quod hoc non potest intelligi de Salomone ad litteram, quod hic dicitur, quia Salomon regnavit, David vivente: Hic autem dicitur, suscitabo semen post te. Unde ut patet *in Glos.* prænotata *Aug.* legit hoc de Christo. De quo *Jerem.* 23. Suscitabo David germen justum, & regnabit, &c. Item *Isa.* 9. Super solium sedebit, & super regnum ejus, ut confirmet, & corroboret illud in judicio, & justitia amodo, & usque in sempiternum. *y* Coram Domino] i. coram arca Domini, sed hoc parum, nisi superaddas de hærede habendo. *z* Spectabilem, &c.] *Gloss.* Hyperbolice de filio Isai accipi potest. Allegorice vero Christus, qui de semine David natus est, exaltatus est super omnem principatum, potestatem, & virtutem, cui pater donavit nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, &c. *Phil.* 2.

a Addere] loco retributionis, sc. respondere: Quid retribuam Domino pro omnibus, &c. (*Ps.* 115.)

b Propter famulum, &c.] i. quia diligis famulum tuum. *c* Juxta cor tuum] idest, voluntatem tuam, non ex meritis ejus.

d Non est similis tui] in potentia, sapientia, & bonitate.

e Absque

a Absque] Vel præter. b Gens una] ideft, fingularis, in cultu Dei.
c Sibi] acceptabilem.
d Nationes] ideft, gentes. e In populum] peculiarem.
f Factus es] ficut dicitur: Dominus refugium factus eft mihi. g Permanens] in cultu ejus. h Auriculam] i. intimum cordis auditum inftruxifti. Vel fic, i. affectum audiendi verba tua mihi dedifti.
i Et domum] *Gloff.* progeniem fc. multiplicando, ideo dedifti ei fiduciam loquendi de te, & gloriam tuam prædicare.

D

a abfque te, ex omnibus quos audivimus auribus noftris. Quis enim eft alius, ut populus tuus Ifrael, b gens una in terra, ad quam perrexit Deus, ut liberaret, & faceret populum c fibi, & magnitudine fua, atque terroribus, ejiceret d nationes a facie ejus, quem de Ægypto liberaret, & pofuifti populum tuum Ifrael tibi in e populum ufque in æternum, & tu, Domine, f factus es Deus ejus? Nunc igitur, Domine, fermo, quem locutus es famulo tuo, & fuper domum ejus, confirmetur in perpetuum; & fac ficut locutus es, permaneatque, & magnificetur nomen tuum ufque in fempiternum, & dicatur Dominus exercituum Deus Ifrael, & domus David fervi ejus g permanens coram eo. Tu enim, Domine Deus meus, revelafti h auriculam fervi tui, ut ædificares ei i domum, & ideirco invenit fervus tuus fiduciam, ut oret coram te. Nunc ergo, Domine, tu es Deus, & locutus es ad fervum tuum tanta beneficia, & cœpifti benedicere domui fervi tui, ut fit femper coram te. Te enim, Domine, benedicente, benedicta erit in perpetuum.

C A P. XVIII.

FACTUM eft autem poft hæc, ut percuteret David Philifthiim, & humiliaret eos, & k tolleret Geth, & l filias ejus, de manu Philifthiim, percuteretque Moab, & fierent Moabitæ fervi David, offerentes ei munera. Eo tempore percuffit David etiam Adarezer, regem m Soba, regionis Emath, quando perrexit, ut dilataret imperium fuum ufque ad fluvium Euphratem. Cœpit ergo David mille quadrigas ejus, & n feptem millia equitum, & viginti millia virorum peditum. Subnervavitque omnes equos curruum, exceptis o centum quadrigis, quas refervavit fibi. Supervenit autem & Syrus p Damafcenus, ut auxilium præberet Adarezer, Regi q Soba. Sed r & hujus percuffit David viginti duo millia virorum: Et pofuit milites in Damafco, ut Syria quoque ferviret fibi, & offerret munera. f Adjuvitque eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat. Tulit quoque David t pharetras aureas, quas habuerant fervi Adarezer, & attulit eas in Jerufalem, u necnon de Thebath, & Chun, urbibus Adarezer, æris plurimum, de quo fecit Salomon x mare æneum, & columnas, & vafa ænea. Quod cum audiffet Thou Rex Emath, percuffiffe videlicet David omnem exercitum Adarezer regis Soba, mifit Aduram filium fuum ad regem David, ut poftularet ab eo pacem, & congratularetur ei, eo quod expugnaffet, & percuffiffet Adarezer: Adverfarius quippe Thou erat Adarezer. Sed & omnia vafa aurea, & argentea, & ænea confecravit rex David Domino, cum argento, & auro, quod tulerat ex univerfis gentibus, tam de Idumæa, & Moab, & filiis Ammon, quam de Philifthiim, & Amalec. y Abifai vero, filius Sarviæ, percuffit Edom in valle Salinarum, decem, & octo millia, & conftituit in Edom z præfidium, ut a ferviret Idumæa David. Salvavitque Dominus David in cunctis, ad quæ perrexerat. Regnavit ergo David fuper univerfum Ifrael, & faciebat judicium, atque juftitiam cuncto populo fuo. Porro Joab filius Sarviæ, erat fuper exercitum, & Jofaphat filius Ahilud a b commentariis: Sadoch autem filius Achitob, & Abimelech filius Abiathar, facerdotes, & Sufa fcriba: Banajas vero filius Jojada, fuper legiones c Cerethi, & Phelethi. Porro filii David, d primi ad manum regis.

E X P O S I T I O
C A P. XVIII.

FActum eft autem, &c. k Tolleret Geth] 2. *Reg.* 8. Dicitur, quod David tulit frænum tributi de manu Philifthiim, ideft, potentiam eorum, quam habebant in Jerufalem, fumendo tributum. Frænum tributi, vocat idem quod hic filias, quia per illas refrænabant Philiftæi Judæos. l Et filias] *Gloff.* minores civitates, ad Metropolim pertinentes. Quinque enim erant infignes civitates Philiftinorum, Azotus, Gaza, Afcalon, Geth, & Accaron. Quæ quia in terra promiffionis erant, filiis Ifrael deputatæ erãt. Sed ab eis ufque ad David, minime poffeffæ, imo fæpe cogebant Ifrael fibi fervire. David autem humiliavit eas, & fecit eas tributarias. Hæ quinque civitates, quinque fenfus corporis fignificant, quia regnante in nobis vetuftate, variis tormentis nos affligunt. Sed cum verus David regnat in nobis, fiunt tributarii, & caro cogitur fervire fpiritui.

A

B

C

m Soba] vel Sobba, vel Suba. Et eft civitas Syriæ pertinens ad Emath, Metropolim Syriæ, quæ alio nomine Antiochia ab Antiocho, vel Epiphania, ab Epiphane, nuncupatur: quod autem David Syriam vaftavit, *Jofephus* narrat. Tamen alibi legitur: Damafcus Metropolis Syriæ.

2. Reg. 8.

n Septem millia] 2. *Reg.* 8. Dicitur: Mille feptingenti.

D

o Centum quadrigis,] ideft, equis centum quadrigarum p Damafcenus,] In *Reg.* dicitur: Venit Syrus Damafci. Ad differentiam Syriæ Sobal. Eft ergo Syrus Damafcus, Syrus qui incolebat Damafcum, ficut fi diceretur, Gallicus Parifienfis. q Soba] vel Suba. r Sed & hujus] i. Syros Damafcos.
f Adjuvitque] David fcilicet.
t Pharetras] In *Reg.* Arma aurea, & torques.
u Necnon, &c.] In *Reg.* dicitur, de Bethe, & de Beroth civitatibus Adarezer. x Mare] ideft, lavatorium.
y Abifai vero, &c.] *Gloff.* in *Reg.* ita fcriptum eft. Fecit fibi David nomen, cum reverteretur capta Syria in valle Salinarum, cæfis decem, & octo millibus, quia fcilicet erexit fibi fornicem triumphalem: Fecit etiam fibi nomen, quia victa Syria Damafci, & Syria Sobali, alterum erexiffe dicitur. In quibufdam autem codicibus invenitur: David vero decem & octo millia in valle Salinarum cæcidiffe, quod vitio fcriptorum factum eft. Joab vero duodecim millia proftravit ficut in titulo 59. *Pfalm.* fcribitur. Hic autem decem, & octo Abifai interfeciffe perhibetur. Sed pro regia dignitate adfcripta eft David victoria.

2. Reg. 8.

z Præfidium] i. milites in cuftodiam.
a Ut ferviret] Et tunc impletum eft, quod dictum eft Rebeccæ *Gen.* 25. Major, ideft, Efau ferviet minori, ideft, Jacob.
b A commentariis] indeclinabile, ideft, commentator fuit. *Gl.* Qui caufas annotatas regi ad memoriam revocabat. Super *Reg.* dicit *Gloff.* a commentariis, regis vicem agebat, cujus judicio leges fcribebantur. Scriba ex ore Regis verba delere debebat.
c Cerethi, & Phelethi.] *Gloff.* Hos quidam dicunt fuiffe feptuaginta Judices more eorum, quos Moyfes Domino præcipiente in eremo, *Num.* 11. elegit. Alii dicunt Cerethæos ad hoc deputatos, ut reos punirent. Phelethæos vero, ut infontes defenderent.
d Primi] *Gloff.* In *Reg.* fcriptum eft. Quia filii David, facerdotes erant. Sed & hic primi, & illic facerdotes dicuntur propter nobilitatem, & prioratum. Similiter *Exod.* 2. dicitur Jethro fuiffe facerdos Madian.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XIX.

ACcidit *a* autem, &c.] Hoc legitur 2.*Reg*.10. quomodo, sc. Hanon dehonestavit nuncios David: Et quomodo victus est ipse Hanon a David, cum adjutoribus suis.

b Naas] quem primum expugnavit Saul, in defensione Jabes Galaad. 1. *Reg*. 11. Et quia inimicus Saul erat, David gratiam præstabat. Unde cum David fugisset a facie Achis, Regis Geth, sub simulatione furoris, a patre istius benigne receptus fuit: 1. *Reg*. 22.

2 *Reg*. 10.

c Decalvavit] Hoc non habetur *in Reg*. Et aliquid de hoc dicitur ibi, quod non dicitur hic. Et ita quod minus dictum est in uno, suppletus in altero, & e converso.

d Miserunt, &c.] 2. *Reg*. 10. Dicitur expressius, & plenius: Miserunt inquit, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba, viginti millia peditum, & a Rege Maacha, mille viros, & ab Istob duodecim millia. Et bene concordat sententia huic quod hic dicitur, quod conduxerunt trigintaduo millia, & Regem Maacha cum populo suo. Litteram autem sic lege: Miserant, ut conducerent de Mesopotamia, & de Syria [Maacha,] i. de illa parte Syriæ, quæ est conjuncta, & affinis regi Maacha. Et iterum: ut conducerent de Syria [Soba] i. de illa parte Syriæ, quæ dicitur Soba, sicut si diceretur de Gallia Parisiensi, idest, de illa parte Galliæ, quæ dicitur Parisiensis.

e Trigintaduo millia,] De Rohob, & Soba, viginti millia. De rege Istob, duodecim millia.

f Cum populo ejus.] Qui fuerunt mille viri.

g Civitatis] suæ, scil. Medaba.

h In agro] ante civitatem. *i* Ex adverso] i. anterius.

k Ingressi sunt, &c.] Medaba.

l Trans flumen,] Jordanem.

m Militiæ Adarezer,] regis Soba.

n Currum,] idest, equitum, qui pugnabant in curribus.

C A P. XIX.

ACcidit *a* autem, ut moreretur *b* Naas rex filiorum Ammon, & regnaret filius ejus pro eo. Dixitque David: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas: Præstitit enim mihi pater ejus gratiam. Misitque David nuncios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cum pervenisset in terram filiorum Ammon, ut consolarentur Hanon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon: Tu forsitan putas, quod David honoris causa in patrem tuum miserit, qui consolarentur te, nec animadvertis, quod ut explorent, & investigent, & scrutentur terram tuam, venerunt ad te servi ejus. Igitur Hanon pueros David *c* decalvavit, & rasit, & præcidit tunicas eorum, a natibus usque ad pedes, & dimisit eos. Qui cum abiissent, & hoc mandassent David, misit in occursum eorum, (graodem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit, ut manerent in Jericho, donec cresceret barba eorum, & tunc reverterentur. Videntes autem filii Ammon, quod injuriam fecissent David, tam Hanon, quam reliquus populus, *d* miserunt mille talenta argenti, ut conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba, currus, & equites. Conduxeruntque *e* trigintaduo millia curruum, & Regem Maacha cum *f* populo ejus. Qui cum venissent, castrametati sunt e regione Medaba. Filii quoque Ammon congregati de urbibus suis, venerunt ad bellum. Quod cum audisset David, misit Joab, & omnem exercitum virorum fortium: Egressique filii Ammon, direxeruntque aciem juxta portam *g* civitatis. Reges autem, qui ad auxilium ejus venerant, separatim in *h* agro steterunt. Igitur Joab intelligens bellum ex *i* adverso, & post tergum contra se fieri, elegit viros fortissimos de universo Israel, & perrexit contra Syrum. Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui, & perrexerunt contra filios Ammon. Dixitque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: Si autem superaverint te filii Ammon, ero tibi in præsidium. Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro urbibus Dei nostri, Dominus autem, quod in conspectu suo bonum est, faciat. Perrexit ergo Joab, & populus, qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium, & fugavit eos. Porro filii Ammon videntes, quod fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem ejus, k & ingressi sunt civitatem. Reversusque est etiam Joab in Jerusalem. Videns autem Syrus, quod cecidisset contra Israel, misit nuncios, & adduxit Syrum, qui erat trans *l* flumen. Sophac autem princeps militiæ *m* Adarezer, erat dux eorum. Quod cum annunciatum esset David, congregavit universum Israel, & transivit Jordanem, irruitque in eos, & direxit ex adverso aciem, illis contra pugnantibus. Fugit autem Syrus Israel: Et interfecit David de Syris septem millia *n* curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophac exercitus principem. Videntes autem servi Adarezer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad David, & servierunt ei. Noluitque ultra Syria auxilium præbere filiis Ammon.

C A P. XX.

FActum *o* est autem post anni circulum, *p* eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, congregavit Joab exercitum, & *q* robur militiæ, & vastavit terram filiorum Ammon. Perrexitque, & obsedit *r* Rabba. Porro David manebat in Jerusalem, quando Joab percussit Rabba, & destruxit eam. Tulit *s* autem David coronam Melchom de capite ejus, & invenit in ea auri *t* pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, *u* fecitque sibi inde diadema,

EXPOSITIO CAP. XX.

FActum *o* est autem] Hic agitur de morte Uriæ, & pœnitentia David. Idem 2. *Reg*. 11. *p* Eo tempore, quo solent] scil. in vere, quia tunc incipiunt pascua equis inveniri. *q* Robur militiæ] i. fortiores milites. *r* Rabba] *Gloss*. Civitas est regni Ammon, quæ nunc Philadelphia dicitur. *s* Tulit autem David] Nota, cum Joab expugnasset Rabba, & jam captioni proxima esset, mandavit Joab ad David, ut veniret, & caperet civitatem, ne nomini suo victoria ascriberetur: Et congregata multitudine populi, venit David, & cœpit Rabba, & tulit diadema de capite Melchom, idoli Ammonitarum, in quo erant gemmæ pretiosæ, & talentum auri, & formavit David ex eo, sibi diadema, in medio gemmarum statuens sardonicem incomparabilem. Reliquas civitates vastavit David, & multos de populo serravit, & quamplures divisit cultris in typo laterum: Ita legitur, 2. *Reg*. 12.

t Pondo] indeclinabile est.

u Fecitque sibi, &c.] Videtur, quod David fecerit contra legem, quæ prohibet hoc. Unde *Deuteron*. 7. Sculptilia eorum combures: Non concupisces aurum, & argentum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis quicquam, ne offendas, propterea quod abominatio est Dei tui. Ad hoc dicit *Gloss*. quod David conflando aurum purgavit secundum legem. Sed videtur, quod non solvat *Gloss*. quia postquam lex dixit: Sculptilia igne combures, subjunxit: Neque assumes ex eis quicquam. Ad hoc dicit *Gloss*. quod revera non licebat Judæis hæc sibi recipere immediate, sed si alius accepisset primo, ab illo possent accipere. Unde dicunt, quod Ethai Hethæus, qui de Philistæis venerat ad David, coronam rapuit de capite Melchom, & ab illo accepit David. Licebat enim de manu hominis sumere, quod non licebat de capite idoli accipere. Sed bene posset dici, quod lex Deuteron. loquitur tantum de sculptilibus gentium, quæ erant in terra promissionis: Et secundum hoc, David licuit accipere diadema de capite Melchom, & retinere sibi, quia Ammonitæ non erant de gentibus terræ promissionis.

2. *Reg*. 11.

2. *Reg*. 12.

a Manu

a Manubias quoque urbis plurimas tulit: Populum autem, qui erat in ea, eduxit, & fecit ſuper eos *b* tribulas, & *c* trahas, & *d* ferrata carpenta tranſire, ita ut diſſecarentur, & contererentur. Sic fecit David cunctis urbibus filiorum Ammon, & reverſus eſt cum omni populo ſuo in Jeruſalem. *e* Poſt hæc initum eſt bellum in Gazer, adverſus Philiſtæos, in quo percuſſit *f* Sobochai Uſathites, *g* Saphai de genere Raphaim, & humiliavit eos. *h* Aliud quoque bellum geſtum eſt adverſus Philiſtæos, in quo percuſſit *i* Adeodatus, filius ſaltus Bethlehemites, fratrem Goliath Gethæi, cujus haſtæ lignum erat quaſi liciatorium texentium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longiſſimus, habens digitos ſenos, ideſt, ſimul viginti quatuor, qui & ipſe de *k* Rapha fuerat ſtirpe generatus. Hic blaſphemavit Iſrael, & percuſſit eum Jonathan, filius Samaa fratris David. Hi *l* ſunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu David, & ſervorum ejus.

C A P. XXI.

CONSURREXIT *m* autem Satan contra Iſrael, & incitavit David, ut *n* numeraret Iſrael. Dixitque David ad Joab, & ad principes populi: Ite, & numerate Iſrael, *o* a Berſabee uſque Dan, & afferte mihi numerum, ut ſciam. Reſponditque Joab: Augeat Dominus populum ſuum centuplum quam ſunt: Nonne, Domine mi rex, omnes ſervi tui ſunt? Quare hoc quærit Dominus meus, quod in *p* peccatum reputetur Iſraeli? Sed ſermo regis magis prævaluit. Egreſſuſque eſt Joab, & circuivit univerſum Iſrael, & *q* reverſus eſt Jeruſalem. Deditque David numerum eorum, quos *r* circuierat. Et inventus eſt omnis Iſrael numerus, *ſ* mille millia, & centum millia, virorum educentium gladium: de Juda autem trecenta ſeptuaginta millia bellatorum. Nam *t* Levi, & *u* Benjamin non numeravit, eo quod invitus exequeretur regis imperium. *x* Diſplicuit autem Deo, quod juſſum erat, & *y* percuſſit Iſrael. Dixitque David ad Deum: Peccavi nimis, ut hoc facerem: Obſecro, aufer iniquitatem ſervi tui, quia inſipienter egi. Et locutus eſt Dominus ad *z* videntem David dicens. Vade, & loquere ad David, & dic ei: Hæc dicit Dominus: Trium tibi optionem do, unum, quod volueris, elige, & faciam tibi. Cumque veniſſet Gad ad David, dixit: Hæc dicit Dominus: Elige, quod volueris: *a* Aut tribus annis *b* peſtilentiam famis: aut tribus menſibus fugere te hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe evadere: Aut tribus diebus gladium Dñi, & *c* mortem

---

a Manubias] ideſt, ſpolia hoſtium, quæ manu rapiuntur, & aſportantur.
b Tribulas] ideſt, terentes glebas. *c* Thahas] quæ trahuntur ſuper glebas.
d Ferrata] ideſt, vehicula ferrata, quæ carpunt, & diſcerpunt. Hæc tria ſignificant, contritionem, confeſſionem, & ſatiſfactionem.
e Poſt hæc] Hic narrat auctor tria bella præcipua David. De quibus agitur 2. *Regum* 21. Sed ſciendum, quod ibi quatuor bella narrantur: Quartum enim eſt, ubi David contra Philiſtæos pugnavit, ubi Gesbidenob de genere Arapha, cujus haſta trecentas uncias appendebat, niſus eſt percutere David. Sed Abiſai, filius Sarviæ, fuit ei præſidio, qui percuſſit Philiſtæum, & occidit: Hic dimittitur. Quis autem fuerit iſte Gesbidenob: Dicunt Hebræi, quod fuit de genere giganteo, Arapham vero, dicunt fuiſſe Orpham, nurum Noemi, quæ peperit viro giganteo quatuor gigantes, qui memorantur 2. *Regum* 21. Primus, Gesbidenob. Et eſt una dictio, ſcilicet proprium nomen viri. Dicunt tamen quidam eſſe tres dictiones. Gesbi, eſt proprium nomen perſonæ, de, præpoſitio, Nob, villa, vel regio, de qua fuit. Secundus, Cephi. Tertius, Johas. Quartus, vir ſenos habens digitos in manibus, & in pedibus. Tres hic nominantur, vel memorantur.
f Sobochai] vir Iſraelita. *g* Saphai] Vel Sephi Philiſtæum.
h Aliud] hoc bellum David, quod hic ſecundo narratur, fuit illud bellum, in quo David Goliath interfecit. 1. *Reg.* 17. Exprimitur David ibi quatuor nominibus ſatis obſcure. Dicitur enim *i* Adeodatus, filius ſaltus, polymitarius, Bethlehemites,] Adeodatus dicitur, quia ad deliberationem Iſrael datus eſt a Deo in Regem. Filius ſaltus dicitur, quia de paſcuis, & ſaltu, & de poſt fœtantes, acceptus eſt in regem, Polymitarius dicitur, quia mater ejus fuit de genere Beſeleel polymitarii. Vel quia multis modis ampliavit cultum Dei. Bethlehemites dicitur, quia fuit de Bethlehem.
k De Rapha] gigantis alius.
l Hi ſunt filii] qui dicti ſunt, ſc. Cephi, Goliath, Vir habens ſenos digitos. Quartus tacetur hic, qui 2. *Reg.* 21. nominatur Gesbidenob.

EXPOSITIO CAP. XXI.

COnſurrexit *m* autem Satan contra Iſrael,] adverſans omni bono. *n* Ut numeraret Iſrael,] & inde extolleretur. Et agitur hic principaliter de duobus, ſcilicet de numero populi, & de altari erecto a David in placatione Dei. Et illud habes 2. *Reg.* 24.
o A Berſabee, &c.] Duæ civitates. Et ſunt duo fines Judææ. *p* In peccatum] i. in pœnam pro peccato, ſc. in mortem, cujus cauſa peccatum fuit, & ita ponitur antecedens pro conſequente. Unde Joab bene intellexit, quod propter peccatum elationis David, populus moreretur. *q* Et reverſus eſt Jeruſalem.] poſt novem menſes, & 20. dies, ut dicitur *in Reg.* *r* Quos circumierat. i. circumeundo numeraverat.
ſ Mille millia, & centum millia,] *in Reg.* longe minor numerus ponitur, ſcil. octingenta millia de Iſrael, & de Juda 50. millia. Unde creditur Joab ſubticuiſſe regi partem populi numerati, ne nimis de tanto populo ſuperbiret. Peccavit autem David in duobus. Primo, quia populum ſuperbe numeravit. Secundo, quia cenſum de populo numerato, ſecundum quod præcepit lex *Exod.* 30. non perſolvit. In tertio etiam peccavit, quia omnes generaliter numeravit, cum Dominus in *Num.* 1. juſſiſſet a viginti annis, & ſupra, quicquid eſt maſculini ſexus numerari. Has tres cauſas tangit illa *Gloſſ.* Peccavi nimis, *in Reg.* ita. Peccavi valde in hoc facto, &c.
t Nam Levi,] *Gloſſ.* Pro dignitate Sacerdotii. *u* Et Benjamin] *Gloſſ.* quia nuper pene uſque ad internecationem corruerat *Jud.* 19. propter uxorem Levitæ. Aliam tamen cauſam aſſignat ipſe textus hic. *Num.* 1. dicitur. Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Tribum Levi annumerare noli, neque ponas ſummam eorum cum filiis Iſrael.
x Diſplicuit] quia ex ſuperbia erat:
y Et percuſſit Dominus] Sed quare, cum non peccaverit? Reſpondet *Greg.* quia ex peccato populi fuit, quod ita permiſit Dominus tentari David. Et ita uterque peccavit, & rex, & populus. Dicit enim *Greg.* Secundum merita plebium diſponuntur corda rectorum. Et ita ira, quæ populum corporaliter percutit, rectorem cordis dolore proſtravit.
z Videntem David,] i. Prophetam.
a Aut tribus annis] *In Reg.* dicitur, ſeptem annis. Sed ibi ſuppletur, quod hic minus dicitur: *b* Peſtilentiam] i. famem, quam ſemper [ut dicit *Hier.*] peſtilentia comitatur. *c* Gladium, &c.] i. morbum, & languorem. Vocatur autem gladius Domini, percuſſio quæcumque quam per Angelos facit, utrum autem per Angelos bonos, an malos ſemper, an quandoque per iſtos, an quandoque per illos, quæſtio eſt: Sed hæc quæſtio determinatur ſuper illum *Pſ.* 77. Attendite, ibi. Immiſſiones per Angelos malos: Ibi enim dicit *Gloſſ.* quod Dominus per Angelos malos punit & bonos homines, & malos. Sed bonos tantum corporalibus pœnis, ut Job. Malos vero & corporalibus, & ſpiritualibus. Per bonos vero Angelos punit Deus malos homines tantum, ut patet in everſione Sodomæ. *Gen.* 19. Et hoc corporalibus pœnis tantum, nunquam ſpiritualibus.

a Nunc

versari in terra, & Angelum Domini interficere in universis finibus Israel. Nunc igitur *a* vide, quid respondeam ei, qui misit me. Et dicit David ad Gad: Ex omni parte me angustiæ premunt. Sed melius mihi est, ut incidam in *b* manus Domini, (quia multæ sunt miserationes ejus) quam in manus hominum. Misit ergo Dominus *c* pestilentiam in Israel, & *d* ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. Misit quoque Angelum in Jerusalem, ut percuteret eam. Cumque *e* percuteretur, vidit Dominus, & *f* misertus est super magnitudine mali, & imperavit Angelo, qui percutiebat: Sufficit, jam cesset manus tua. Porro Angelus Domini stabat juxta *g* aream Ornan Jebusæi: Levansque David oculos suos, vidit *h* Angelum Domini stantem inter cœlum, & terram, & evaginatum gladium in manu ejus, & versum contra Jerusalem, & ceciderunt tam ipse, quam *i* majores natu, vestiti ciliciis, proni in terram. Dixitque David ad Deum: Nonne ego sum, qui jussi, ut numeraretur populus? Ego qui peccavi, ego qui malum feci: *k* Iste grex, quid commeruit? Domine Deus meus, vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur. Angelus autem Domini præcepit Gad, ut diceret David, & ascenderet, extrueretque altare Domino Deo in *l* area Ornan Jebusæi. Ascendit ergo David, juxta sermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex *m* sermone Domini. Porro Ornan cum suspexisset, & vidisset Angelum, quatuorque filii ejus cum eo, *n* absconderunt se. Nam eo tempore *o* terebat in area triticum. Igitur cum veniret David ad Ornan, conspexit eum Ornan, & processit ei obviam de area, & *p* adoravit eum pronus in terram. Dixitque ei David: Da mihi locum areæ tuæ, ut ædificem in ea altare Domini, ita ut quantum valet argenti, accipias, & *q* cesset plaga a populo. Dixit autem Ornan ad David: Tolle, & faciat Dominus meus Rex, quodcumque ei placet: Sed & boves do in holocaustum, & *r* tribulas in ligna, & triticum in sacrificium: Omnia libens præbeo. Dixitque ei Rex David: Nequaquam ita fiet, sed argentum dabo tibi quantum valet. *ſ* Neque enim tibi auferre debeo, & sic offerre Domino holocausta *t* gratuita. *u* Dedit ergo David Ornan pro loco, siclos auri, *x* justissimi ponderis, sexcentos, & ædificavit ibi altare Domino, obtulitque holocausta, & pacifica, & invocavit Deum, & exaudivit eum in *y* igne de cœlo super altare holocausti. Præcepitque Dominus Angelo, & convertit gladium suum in vaginam. Protinus ergo David videns, quod exaudisset eum Dominus in *z* area Ornan Jebusæi, immolavit ibi victimas. Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorum, *a* ea tempestate erat in *b* excelso Gabaon: & non *c* prævaluit David

a Nunc igitur vide, &c.] *Gloss.* si famem eligeret, contra alios facere videretur, quia habens multa frumenta, cum aliis inopiam non pateretur: Si vinci ab hostibus per tres menses eligeret, habens ipse circa se fortissimos viros, nihil metueret, cum exercitus neci subjaceret. Communem ergo sibi, & aliis passionem elegit, in qua timor omnibus esset æqualis. *b* Et incidam in manus] Contrarium *Heb.* 10. Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Solutio: Illud Apostoli intelligitur de extremo judicio, sed hoc, quod hic dicitur de afflictione pœnæ temporalis. Nunc bonum est incidere in manus Domini, quia modo forum ejus est forum misericordiæ, sed in futuro forum ejus erit forum justitiæ. Bonum est ergo incidere in manus Dei misericordis, sed horrendum est incidere in manus Dei justi. Unde *Daniel.* 13. Melius est incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.

2. Reg. 24.

c Pestilentiam] quam prius vocavit gladium Domini.

d Et ceciderunt de Israel septuaginta millia] *Gloss.* Capita tantum plebis, & seniores numerati sunt: Ceterum de omni populo tot millia interfecta Hebræi affirmant, quot millibus *in Paral.* numerus scriptus, numerum, qui *in Regum* est, excedit, sc. in sexcentis millibus, & triginta millibus. Tantum enim excedit numerus numeratorum *in Paral.* numerum, qui *in Regum* ponitur. Ajunt enim, quod *in Paral.* & qui remanserant, & qui interfecti sunt numerati sunt; *in Regum* vero tantum modo vivi.

e Percuteretur,] *Gloss.* diversis, & occultis infirmitatibus.

f Misertus] Sadoch Sacerdote [ut ajunt] pro populo orante, imitante Aaron, qui dum populus a Domino incendio consumeretur, interposuit se, ut legitur *Num.* 16 Unde *Sap.* 18. Properans enim homo sine querela deprecari pro populo, proferens servitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus famulus est.

g Aream Ornam] Ubi triticum suum triturabat. *Gloss.* *In Reg.* Areuna Jebusæi: Areuna autem interpretatur arca. Et Ornam Latine resonat, lumen nobis.

h Vidit Angelum] miraculose. Vel Angelus formam humanam sibi assumpserat, formans ex aere sibi corpus.

i Quam majores] quia, & quando viderunt Angelum.

k Iste grex,] idest, populus simplex, & innocens in hoc facto.

l In area Ornan] *Gloss.* Hæc est Jerusalem.

m Ex sermone] interiori.

n Absconderunt se] præ timore.

o Terebat] idest, excutiebat.

p Et adoravit] idest, inclinavit.

q Et cesset] Sed nonne jam cessaverat? Respondeo, sic; sed David nondum securus erat, donec implesset mandatum Domini, de constructione altaris, & immolatione hostiæ.

r Tribulas] Instrumenta sunt, quibus glebæ post arationem teruntur, & significant peccatorum recordationem.

ſ Neque enim tibi auferre] Argumentum contra Dominos, qui collectas, & exactiones faciunt in subditos. *Mich.* 3. Audite principes Jacob, & duces domus Israel: Nunquid vestrum est scire judicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnem eorum desuper ossibus eorum?

t Gratuita] idest, gratis data.

u Dedit ergo, &c.] *Gloss.* In 2. *Regum* 24. ita: Emit ergo David aream, & boves siclis argenti quinquaginta. Unde autumant Hebræi, boves argenti siclis quinquaginta, aream vero sexcentis aureis esse emptam. Alii existimant, aream emptam quinquaginta siclis, exprimere locum altaris, ubi holocausta obtulit: Aream vero emptam sexcentis siclis esse locum totius templi, quod postea Salomon ædificavit, & atria ejus.

x Justissimi, &c.] idest, ad pondus Sanctuarii, quod erat majus omnibus.

y In igne] quia ignis de cœlo descendit super altare: Et hoc fuit signum, quod Dominus acceptaverat ejus sacrificium. Nota sub Moyse, *Levit.* 9. Sub David, hic: Sub Elia, 3. *Regum* 18. Super altare descendit ignis de cœlo. Sub Manue autem Angelus de petra flammam eduxit, *Judic.* 13. Istos ponit *Gloss.*

z In area Ornan Jebusæi,] Hæc est mons Moria, ut dicunt Hebræi, ubi voluit Abraham filium suum immolare Isaac. *Gen.* 22. Cumque Gad prophetasset, quod ibi futurum esset templum Domini, decrevit David, ut locus ille, area populi diceretur.

a Ea tempestate] idest, eo tempore.

b In excelso Gabaon:] idest, in Gabaon, quæ erat sita in excelso, tamen area erat in Jerusalem.

c Et non prævaluit, &c.] *Gloss.* sicut præceptum est in lege. *Deut.* 12. idest, spatium eundi illuc non habuit. Vel forsitan in montem ei non occurrit.

a ire *b* ad altare, ut ibi *c* obsecraret Deum. Nimio enim fuerat timore perterritus, videns *d* gladium Angeli Domini.

CAP. XXII.

DIXITQUE *e* David. Hæc est domus Dei, & *f* hoc altare in holocaustum Israel. Et præcepit, ut congregarentur omnes *g* proselyti de terra Israel, & constituit ex eis *h* latomos, ad cædendos lapides, & poliendos, ut ædificaretur domus Dei. Ferrum quoque plurimum ad clavos januarum, & *i* ad commissuras, atque juncturas præparavit David, & æris pondus innumerabile. Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonii, & Tyrii deportaverant ad David. Et dixit David. Salomon filius meus, puer parvulus est, & delicatus. Domus autem, quam ædificare volo Domino, talis esse debet, ut in cunctis regionibus nominetur. Præparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam k aute mortem suam omnes præparavit impensas. Vocavitque Salomon filium suum, & præcepit ei ut ædificaret domum Domino Deo Israel. Dixitque David ad Salomonem: Fili mi, voluntatis meæ fuit, ut ædificarem domum nomini Domini Dei mei, sed *l* factus est sermo Domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine *m* coram me. Filius, qui nascetur tibi, erit vir quietissimus. Faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, & ob hanc causam *n* pacificus vocabitur, & *o* pacem, & *p* otium dabo in Israel, cunctis diebus ejus: Ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero ei in patrem, firmaboque solium regni ejus super Israel in æternum. Nunc ergo, fili mi, sit Dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut *q* locutus est de te. Det quoque tibi Dominus *r* prudentiam & *s* sensum, ut regere possis Israel, & custodire legem Domini Dei tui. Tunc enim proficere poteris, si *t* custodieris mandata, & *u* judicia, *x* quæ præcepit Dominus Moysi, ut doceret Israel. Confortare, & viriliter age, *y* ne timeas, neque paveas. *z* Ecce ego in *a* paupertate mea præparavi impensas domus Domini, auri *b* talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: Æris vero, & ferri non est pondus: Vincitur enim numerus magnitudine. Ligna, & lapides præparavi ad universa impendia. Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificesque lignorum, & omnium artium, ad faciendum opus, prudentissimos, in auro, & argento, in ære, & ferro, cujus non est numerus. Surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum. *c* Præcepit quoque David cunctis *d* principibus Israel, ut adjuvarent *e* Salomonem filium suum: Cernitis, inquiens, quod Dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos in manu vestra, & subjecta sit terra coram Domino, & coram populo Israel. Præbete igitur *f* corda vestra, & *g* animas vestras, ut *h* quæratis Dominum Deum vestrum, & *i* consurgite, & ædificate k Sanctuarium Domino Deo, ut introdocatur arca fœderis Domini, & vasa Domino consecrata, in domum, *l* quæ ædificatur nomini Domini.

CAP. XXIII.

IGITUR *m* David senex, & plenus dierum Regem constituit Salomonem filium suum super Israel, & congregavit omnes principes Israel, & Sacerdotes, atque Levitas. Numeratique sunt Levitę a viginti annis, & supra, & inventa sunt trigintaocto millia virorum. Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini, viginti quatuor millia:

a Ire] jam cito.
b Ad altare,] quod erat in tabernaculo.
c Obsecraret] vel offerret Deo. Sed quæritur, quare Saul redarguitur, quia citius immolavit, quam Samuel præcepisset. 1. *Regum* 13. Et non David? Solut. Saul prohibitus fuerat a Domino per Samuelem, David autem ad præceptum Angeli hoc fecit.

A

d Gladium] *Gloss.* i. plagam mortis illatam ministerio Angeli, sicut in Ægypto factum est. *Exod.* 12.

EXPOSITIO CAP. XXII.

B

Dixit *e* autem David, hæc est domus Dei,] idest, hic fiet domus Dei.
f Et hoc est] *Gloss.* Hunc putavit esset locum, in quo Abraham pro filio arietem immolavit. *Gen.* 22.
g Proselyti de terra] Huc facit *Gloss. super Regum*, quæ dicit, quod operarii templi fuerunt proselyti.
h Latomos,] idest, lapidum cæsores. Laos, lapis; tomos, divisio.

C

i Ad commissuras,] commissura dicitur hic, incastratura asserum. Junctura vero dicitur, ubi duo ligna, sine incastratione junguntur, sive connectuntur.
k Ante mortem,] Contra 3. *Reg.* 5. legitur, quod ad Hiram misit Salomon dicens: Præcipe servis tuis, ut præcidant mihi Cedros de Libano, & mercedem dabo tibi: Et ita factum est. Non ergo David omnes præparavit impensas. Sol. Omnes, facit distributionem pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Vel omnes impensas præparavit David, vel in materia, vel in pecunia.

3. Reg. 7. sup. 17. infr. 8.

1. q. 7. cap. De cons. d. 1. cap. 1.

D

l Factus, &c.] 2. *Regum* 6.
m Coram] idest, licet hoc mihi placuerit.
n Pacificus] idest, Salomon, qui interpretatur pacificus, in signum futuræ pacis.
o Pacem,] ab hostibus.

A

p Otium] a solicitudinibus.
q Locutus] 2. *Reg.* 6.
r Prudentiam] discernendi inter bonum, & malum.
s Sensum] idest, affectum circa bonum, & odium circa malum. Hoc est, quod dicitur *Isa.* 7. Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.
t Si custodieris mandata,] quoad te.
u Judicia] quoad populum.
x Quæ præcepit,] *Exod.* 20. & 21. & *infr.*
y Ne timeas,] timore humano, vel mundano.
z Ecce ego, &c.] Argumentum est hic, quod Ecclesia fundata est in paupertate: subtractum est hoc fundamentum, & ideo non mirum, si ruat. *Hab.* 2. Ecce iste opertus est auro, & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eorum: *Soph.* 1. Argentum eorum, & aurum eorum non poterit eos liberare in die iræ Domini. Item nota: Quatuor ponuntur hic, quæ debent habere artifices David, idest, præceptores: Aurum, idest, excellentiam sapientiæ: Argentum, idest, innocentiam vitæ. Æs, idest, eloquentiam. Ferrum, idest, patientiam.
c Præcepit, &c.] idest, Christus.
d Principibus] idest, Prælatis.
e Salomonem] idest, Prædicatorem.
f Corda] idest, intellectum.
g Animas] idest, voluntatem.
h Quæratis] *Soph.* 2. Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui judicium Domini operati estis, quærite justum, quærite mansuetum, si quomodo abscondamini in die furoris Domini.
i Consurgite] Thema in Pascha potest esse hoc.
a In paupertate] i. in magna paupertate.
b Talenta] *Gloss.* Talentum ceteris præcellit ponderibus, & rei magnitudinem, & perfectionem significat.
k Sanctuarium] i. templum. *l* Quæ ædificatur] i. ædificari proponitur.

EXPOSITIO CAP. XXIII.

IGitur *m* David senex,] De morte David, & de regno Salomonis agitur hic. Hoc legitur 3. *Reg.* 1.

a Præ-

a Præpoſitorum autem, & Judicum ſex millia, Porro quatuor millia Janitores, & totidem pſaltes, canentes Domino in organis, quæ fecerat ad canendum, & diſtribuit eos David *b* per vices filiorum Levi, Gerſon videlicet, & Caath, & Merari. Et *c* Gerſon, Leedan, & Semei. Filii Leedan, princeps Jehihel, & Zethan, & Joel, tres. Filii *d* Semei, Salomith, & Ozihel, & Aran, tres. Iſti *d* principes familiarum Leedan. *e* Porro filii Semei, Leeth, & Ziza, & Jaus, & Baria. Iſti filii Semei quatuor. Erat autem Leeth prior Ziza ſecundus. Porro Jaus, & Baria non habuerunt plurimos filios, *f* & idcirco in una familia unaque domo computati ſunt filii Caath, Amram, & Iſaar, *g* Chebron, & Ozihel quatuor.. Filii autem Amram, Aaron, & Moyſes. Separatuſque eſt Aaron, ut miniſtraret in ſancto ſanctorum, ipſe & filii ejus in ſempiternum, & adoleret incenſum Domino ſecundum ritum ſuum, ac benediceret nomini ejus in perpetuum. Moyſi quoque hominis Dei, filii annomeratis ſunt in Tribu Levi. Filii Moyſi, Gerſon, & Eliezer. Filii *h* Gerſon, Subuel, *i* primus. Fuerunt *k* autem filii Eliezer, Roobia primus, & non erant Eliezer filii alii. Porro filii Roobia multiplicati ſunt nimis. Filii Iſaar, Salomith primus. Filii Hebron Jeriau primus, Amarias ſecundus, Jazihel tertius, Jechmaam quartus. Filii Ozihel, Micha primus, Jeſia ſecundus. Filii Merari, Mooli, & Muſi. Filii Mooli, Eleazar, & Cis. Mortuus eſt autem Eleazar, & non habuit filios, ſed filias, acceperuntque eas *l* filii Cis, *m* fratres earum. Filii Muſi, Mooli, & Eder, & Jerimuth, tres. Hi filii Levi in cognationibus, & familiis ſuis, principes per *n* vices, & numerum capitum ſingulorum, qui faciebant opera miniſterii domus Domini, a viginti annis, & ſupra. Dixit enim David: Requiem dedit Dominus Deus Iſrael populo ſuo, & habitationem Jeruſalem uſque in æternum: Nec erit officii Levitarum, ut *o* ultra portent tabernaculum, & omnia vaſa ejus ad miniſtrandum. Juxta præcepta quoque David noviſſima, ſupputabitur numerus filiorum Levi, a viginti annis, & ſupra, & erunt ſub *p* manu filiorum Aaron, in cultum domus Domini, in *q* veſtibulis, & in *r* exedris, & in *ſ* loco purificationis, & in Sanctuario, & in univerſis operibus miniſterii templi Domini. Sacerdotes autem ſuper panes propoſitionis, & ad ſimilæ ſacrificium, ad *t* Lagana, & azyma, & ſartaginem, & *u* ad torrendum, & *x* ſuper omne pondus, atque *y* menſuram. *z* Levitæ vero, ut ſtent mane ad confitendum, & canendum Domino, ſimiliterque ad veſperam, tam in oblatione holocauſtorum Domini, quam in Sabbatis, & Calendis, & ſolemnitatibus reliquis, juxta numerum, & cæremonias uniuſcujuſque rei jugiter coram Domino, & cuſtodiant obſervationes tabernaculi fœderis, & ritum Sanctuarii, & obſervationem filiorum Aaron fratrum ſuorum, ut miniſtrent in domo Domini.

CAP. XXIV.

PORRO *a* filiis Aaron hæ *b* partitiones erant. Filii *c* Aaron, & Nadab, & Abju, & Eleazar, & Ithamar. *d* Mortui ſunt autem Nadab, & Abju ante *e* patrem ſuum abſque liberis, ſacerdotioque functus eſt Eleazar, & Ithamar: Et diviſit eos David, ideſt, Sadoc de filiis Eleazar, & Achimelech *f* de filiis Ithamar, ſecundum vices ſuas, & miniſterium: Inventique ſunt *g* multo plures filii Eleazar in principibus viris, quam filii Ithamar. Diviſit autem eis, hoc eſt, filiis Eleazar, principes per familias ſexdecim, & filiis Ithamar per familias, & domos ſuas, octo. Porro diviſit utraſ-

a Præpoſitorum autem, & Judicum, ſex millia] *Gloſ.* Quia nemo hujus ordinis dignitatem appetere debet, niſi qui perfectioni, & doctrinæ ſtudet. Senario enim numero mundus factus eſt, & homo ſexta die creatus eſt, qua & redemptum eſt *Eccl.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte timeas faciem potentis, & ſcandalum ponas in agilitate tua.

b Per vices] ut miniſtraret quilibet in vice ſua, quæ ſibi in ſorte contigerat.

c Et Gerſon,] ſupple, iſti ſunt filii, ſc. [Leedan, &c.]

d Tres filii Semei,] Iſte Semei fuit filius Leedan.

d Iſti Principes] ſcilicet ſex prædicti.

e Porro filii Semei,] Iſte fuit Semei filius Gerſon.

f Et idcirco in una] ideſt, unam familiam fecerunt. Et ita tres fuerunt familiæ Semei, & tamen quatuor filii.

g Chebron,] qui alibi dicitur Hebron.

h Filii Gerſon] ideſt, filii Moyſi.

i Primus.] Alios tacet.

k Filii autem] Quomodo autem alii dixerant. Filii autem Eleazar fuerunt, &c. Solut. Ibi ponitur plurale pro ſingulari. Vel melius: Primo loquitur de filiis mediatis, & immediatis, ideſt, filiis propriis, & de filiis filiorum, hic tantum de filiis propriis.

l Filii Cis.] Quidam non habent filii, ſed tantum Cis, ſed male, quia ſic Cis faceret contra legem, ſi acciperet neptem ſuam. *Lev.* 28. Ubi duodecim perſonæ excluduntur a matrimonio, inter quas eſt neptis.

m Fratres earum] i. cognati.

n Per vices, & numerum capitum,] i. per vices, quæ ſecundum numerum capitum erant diſpoſitæ.

o Ut ultra portent, &c.] *Gloſ.* Dum filii Iſrael in deſerto fuerunt, & terram Chanaan expugnaverunt, per diverſa loca ferebatur tabernaculum, ſed templo ædificato non fuit neceſſaria locorum mutatio. Sic quoque cultus veteris teſtamenti per varias figuras permutabilis fuit, Evangelium vero fuit ſtabile, ac fixum.

p Sub manu] *Gloſſ.* ut minores diſcant majoribus obedire, & majores adjuti a minoribus poſſint dignius officium implere, ſicut in Eccleſia fit hodie.

q In veſtibulis,] ideſt, in porticibus. *Gloſ.* Veſtibulum dictum eſt, eo quod veſtiat fores templi, vel cujuſlibet ædificii.

r In exedris,] ſcilicet thalamis, vel cubiculis, in quibus habitabant Levitæ, & Sacerdotes. Ipſi quoque veri templi miniſtri, aditum debent diligenter obſervare, dignos intromittere, indignos vero ſepellere.

ſ In loco, &c.] ideſt, in atrio, ubi erant lavatoria.

t Lagana,] genus panis.

u Ad torrendum,] *Gloſ.* ſpicas, ſcilicet, primitiarum, quæ torrebantur, & grana comedebantur, quas vulgo graneas vocant. In quibuſdam codicibus habetur: Ad ferventem ſimilam: In aliis ad ferventem tantum: Sed in Hebræo habetur ad torrendum.

x Super omne pondus,] quoad arida.

y Atque menſuram. quoad liquida.

z Levitæ vero,] Sacerdote prædicta faciunt, Levitæ vero, &c.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

PORRO *a* filiis Aaron, hæ] ſcilicet prædictæ. Et agitur hic de vigintiquatuor Sacerdotibus, conſtitutis a David, ut miniſtrarent in templo per vices ſuas.

b Partitiones] ideſt, partes miniſterii.

c Filii Aaron,] Generationem narrat primo.

d Mortui ſunt] *Levit.* 10.

e Ante patrem ſuum] id eſt, coram Aaron.

f Achimelech,] vel Achimech.

g Multo plures] ſexdecim, ſcilicet de Eleazar, & octo de Ithamar.

que inter se, & familias, fortibus. Erant enim principes Sanctuarii, & *a* principes Dei, tam de filiis Eleazar, quam de filiis Ithamar. Descripsitque eos Semejas, filius Nathanael, *b* scriba, *c* Levites, coram Rege, & principibus, & Sadoc Sacerdote, & Achimelech, filio Abiathar: Principibus quoque familiarum, Sacerdotalium, & Leviticarum *d* unam domum, *e* quæ ceteris præerat, Eleazar, & *f* alteram domum, quæ sub se habebat ceteros, Ithamar. Exivit autem sors prima Joarib, secunda Jedejæ, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maiman, septima Acchos, octava *g* Abia, nona Jesua, decima Sechenia, undecima Eliasib, duodecima Jacim, tertiadecima Hoppha, quartadecima Hisbaal, quintadecima Belga, sextadecima Emmer, septimadecima Ezir, octavadecima Haspes, nonadecima Phecheja, vigesima Jezecel, vigesima prima Jachim, vigesimasecunda Gamul, vigesimatertia Dalajau, vigesimaquarta Maziau. Hæ vices eorum secundum ministeria sua, ut ingrediantur domum Dei, & juxta ritum suum *h* sub manu Aaron patris eorum, sicut præcepit Dominus Deus Israel. Porro filiorum Levi, qui reliqui fuerant de filiis Amram, erat Subahel, & de filiis Subahel Jedeja. De filiis quoque Roobiæ, princeps Jezias: Isaaris vero filius Salemoth, filiusque Salemoth Javadiath: Filiusque ejus Jeriau primus, Amarias secundus, Jazihel tertius. Jethmoam quartus. Filius Ozihel, Micha filius Micha Samir. Frater Machalesia, filiusque Jesiæ Zacharias. Filii Merari, Mooli, & Musi. Filius Oziau Bennon, filius quoque Merari Oziau, & Zoem, & Sachur, & Hebri: Porro Mooli filius Eleazar, qui non habebat liberos. Filius vero Cis Heremiel. Filii Musi, Mooli, Eder, & Hierimoth. Isti filii Levi secundum domos familiarum suarum. *i* Miseruntque & ipsi fortes *k* contra fratres suos, filios Aaron, coram David Rege, & Sadoc, & Achimelech, & principibus familiarum Sacerdotalium, & Leviticarum: Tam majores, quam minores, omnes sors æqualiter dividebat.

C A P. XXV.

IGITUR David, & magistratus exercitus, segregaverunt in ministerium filios Asaph, & Heman, & Idithun, qui *i* prophetarent in citharis, & psalteriis, & cymbalis, secundum *k* numerum suum, dedicato sibi officio servientes: De filiis Asaph, Zachur, & Joseph, & Nathania, & Azarela, filius Asaph, sub manu Asaph, prophetantes juxta Regem. *l* Porro Idithun: filii *m* Idithun, Godolias, *n* Sori, Jesejas, & Sabias, & Mathathias, *o* sex sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat *p* super confitentes, & laudantes Dominum. *q* Heman quoque, filii Heman, Bocciau, Mathama, Ozihel, Subuhel, & Jerimoth, Ananias, Anani, Eliatha, Geddelthi, & Romenthiezer, & Jesbaccasa, Mellothi, Othir, Mazioth. Omnes isti filii Heman, *r* videntes Regis in *s* sermonibus Dei, ut *t* exaltaret *u* cornu. Deditque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. *x* Universi sub manu *y* patris sui, ad cantandum in templo Domini distributi erant, in cymbalis, & psalteriis, & citharis in ministeria domus Domini, juxta Regem, Asaph videlicet, & Idithun, & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis, qui erudiebant canticum Domini, cuncti Doctores, ducenti octoginta octo. Miseruntque fortes per vices suas *z* ex æquo, tam major, quam minor, doctus pariter, & indoctus. Egressaque est sors prima Joseph, qui erat de Asaph: Secunda Godoliæ, ipsi & filiis ejus & *a* fratribus ejus duodecim: Tertia Zachur, filiis, & fratribus ejus duodecim: Quarta Isari, filiis,

a Principes Dei,] i. a Deo electi.

b Scriba,] idest, cancellarius.

c Levites,] genere.

d Unam domum,] descripsit, inquam, Semejas. Unam domum Eleazar.

e Quæ ceteris] scilicet de Eleazar, præerat.

f Et alteram] Ithamar, quæ de ceteris Ithamar præerat. Et ita duæ fuerunt domus, in una fuerunt sexdecim Sacerdotes, in altera octo. His per fortes assignatæ sunt vices, quibus quisque debebat in Sanctuario ministrare.

g Abia,] Unde *Luc.* 1. dicitur Zacharias Sacerdos de vice Abia.

h Sub manu] *Gloss.* Pontificis, scilicet, qui de unaquaque forte electus, in ordine vicis suæ præerat minoribus, & a Sabbato usq; ad Sabbatum ministrabat. Sed ex hac *Gloss.* videtur, quod inter 24. summos Sacerdotes erat unus quasi princeps, qui & vicem suam habebat in ministerio, sicut & alii. Utrum autem fuerit unus de vigintiquatuor, vel supra vigintiquatuor, opinio est. *Archiepiscopus Cantuariensis* dicit, quod erat superior illis vigintiquatuor princeps eorum. Sciendum, quod omnes hi poterant intrare Sancta Sanctorum, non semper, sed semel in anno cum sanguine vitulæ rufæ, scilicet 10. die Septembris *Lev.* 16. & tunc erat septimana ejus.

i Miseruntque, &c.] Epilogatio est.

k Contra,] idest, ex opposito, ut scilicet dividerentur in vicibus, & officiis suis æqualiter, sine personarum acceptione. Simile *Sap.* 6. Pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus.

EXPOSITIO CAP. XXV.

IGitur, &c.]

i Prophetarent, &c.] idest, cantarent prophetice.

k Secundum numerum suum,] idest, vices suas.

l Porro Idithun:] quidam sic legunt hoc. Porro Idithun, supplo ministrabat, sicut & alii.

m Filii Idithun,] fuerunt. [Godolias,] &c.

o Sex] cum patre scil. Alii sic legunt: Porro Idithun, filii ministrabant, sc. Idithun, Godolias, &c. Et sic sex fuerunt filii Idithun. Et Idithun æquivocum est, ad patrem, & ad filium. Prior lectura probabilior est, quia simile dictum est *supr.* 5. *in Gloss.*

n Sori,] vel socri.

p Super confitentes,] idest, qui erat super.

q Hemam quoque filii Heman,] hæc littera similiter est duplex, sicut prior.

r Videntes Regis] i. Prophetæ Regis. Et dicuntur videntes, quia revocabant ad memoriam cantoribus ea, quæ cantare debebant.

s In sermonibus ;,] qui erant in orationibus, quibus loquebantur Deo.

t Exaltaret] Deus, scilicet:

u Cornu] idest, regnum, & potestatem David. Et hoc est argumentum, quod debemus orare pro Rege, & regno ejus.

x Universi] prædicti.

y Patris] Hemam.

z Ex æquo] quia quilibet accepit, quod sibi sors dedit.

a Et fratribus ejus duodecim:] Ergo sub quolibet Pontifice, non erant nisi duodecim subditi: Contra 4. *Reg.* 11. dicit *Gloss.* quædam, quod sub quocumque Pontifice erant vigintiquatuor subditi, janitores, Levitæ, Sacerdotes, qui ministrabant cum eo. Solutio Verum est, præter illos erant duodecim cantores, & de illis hic agitur.

EXPO-

& fratribus ejus duodecim. Quinta Nathanaiæ, filiis, & fratribus ejus duodecim. Sexta Bocciau, filiis, & fratribus ejus duodecim. Septima Isrehela, filiis, & fratribus ejus duodecim. Octava Osajæ, filiis, & fratribus ejus duodecim. Nona Mathaniæ, filiis, & fratribus ejus duodecim. Decima Semejæ, filiis, & fratribus ejus duodecim. Undecima Ezreal, filiis, & fratribus ejus duodecim. Duodecima Asabiæ, filiis, & fratribus ejus duodecim. Tertiadecima Subahel, filiis, & fratribus ejus duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filiis, & fratribus ejus duodecim. Quintadecima Jerimoth, filiis, & fratribus ejus duodecim. Sextadecima Ananiæ, filiis, & fratribus ejus duodecim. Septimadecima Jesbocase, filiis, & fratribus ejus duodecim. Nonadecima Mellothi, filiis, & fratribus ejus duodecim. Vigesima Eliatha, filiis, & fratribus ejus duodecim. Vigesimaprima Othir, filiis, & fratribus ejus duodecim. Vigesimasecunda Godollathi, filiis, & fratribus ejus duodecim. Vigesimatertia Maziud, filiis, & fratribus ejus duodecim. Vigesimaquarta Romanthiezer, filiis, & fratribus ejus duodecim.

C A P. XXVI.

Divisiones *a* autem Janitorum de *b* Choritis, Mesellemia filius Chore, De filiis Asaph, filii Mesellemiæ, Zacharias primogenitus, Jadihel secundus, Zabadias tertius, Jathanahel quartus, Ahilam quintus, Johannam sextus, Helioenai septimus. Filii *c* autem Obededom, Semejas primogenitus, Jozabad secundus, Johaa tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amihel sextus, Isachar septimus, Phollathi octavus, quia *d* benedixit illi Dominus. Semejæ autem filio ejus, nati sunt filii præfecti familiarum suarum, erant enim filii fortissimi. Filii ergo Semejæ, Othoni, & Raphael, & Obediel, Sabath, & fratres ejus viri fortissimi, Helin quoque, & Samathias. Omnes hi de filiis Obededom, ipsi, & filii, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexagintaduo de Obededom. Porro Mesellemiæ filii, & fratres eorum robustissimi, decem, & octo. De Hosa autem, idest, de filiis Merari, Semri princeps, non enim *d* habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater ejus in principem. Helchias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus. Omnes hi filii, & fratres *e* Hosa, tredecim. Hi divisi sunt in Janitores, ut semper principes custodiarum, sicut & fratres eorum, ministrarent in domo Domini. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & *f* parvis, & magnis per familias suas in unamquamque portarum. Cecidit igitur *g* sors Orientalis Salamiæ. Porro Zachariæ filio ejus, viro prudentissimo, & erudito, *h* obtigit *i* sortito plaga Septemtrionalis. Obededom vero, & filius ejus, ad Austrum, in *k* qua parte domus erat seniorum concilium. Sepphima, & Chosa, ad *l* Occidentem, juxta portam, quæ ducit *m* ad viam ascensionis, *n* custodia contra custodiam. Ad *o* Orientem vero Levitæ sex, & ad Aquilonem quatuor, per diem, atque ad Meridiem similiter in die quatuor, *p* & ubi *q* erat Concilium, bini, & *r* bini. In cellulis quoque Janitorum ad Occidentem, quatuor in via, binique per cellulas. Ad Septemtrionem vero, & Meridiem, quaterni per dies singulos mutabantur, & ad basilicam Concilii ad Occidentem bini; habentes subjectos alios in via, binique per cellulas. Hæ sunt divisiones Janitorum filiorum Chore, & Merari. Porro Achias erat super thesauros domus Domini, ac vasa sanctorum. Filii quoque Dan, filii Gersonni. Filii *ſ* Leedan filii Gersonni. De Leedan *t* Principes familiarum, Leedan, & *u* Gersonii Jehieli. Filii Jehieli, Zathan, & Joel, fratres ejus, *x* super thesauros domus Domini, Amramitis, & Isaaritis, & Hebronitis, & Ozihelitibus. Subahel autem filius Gerson filii *y* Moysi præpositus thesauris. Frater quoque ejus Eliezer, cujus filius Raabja, & hujus filius Asajas, & hujus filius Joram, hujus quoque filius

---

altera parte viæ erat alius. Vel custodia contra custodiam erat: quia illa, quæ erat ad Orientem, erat opposita ei, quæ erat ad Occidentem; & illa, quæ erat ad Austrum, illi, quæ erat ad Aquilonem.

o Ad Orientem vero Levitæ,] idest, janitores.

Et ubi] idest, ad Austrum.

q Erat concilium] scil. seniorum.

r Bini, & bini,] supple erant, idest, duo contra duos. Vel bini, & bini, idest, quatuor erant ad Austrum; sicut ad Meridiem. Vel aliter: ubi erat concilium, idest, extra cellulas erant bini, & bini: Quasi dic. In cellulis erant quatuor, similiter & in via extra cellulas erant quatuor. Et hoc videtur velle *Inter l.* & *littera sequens*.

ſ Filii Leedan filii Gersoni, &c.] supple erant super thesauros.

t Principes familiarum Leedan,] supple erant super thesauros.

u Et Gersonni Jehieli. Filii, &c.] i. & principes familiarum Gersonni, & Jehieli erant super thesauros.

x Super thesauros] id. est, qui erant ad domum Domini reparandam, vel ad distribuendum ministris templi. Thesauros dico deputatos ad custodiam Amramitis, &c.

y Filii Moysi] *Gloss.* qui præcipue a David honorabantur, secundum *Josephum*, & super thesauros constituti erant. Doctores de Judæis significant, quibus

EXPOSITIO CAP. XXVI.

Divisiones *a* autem Janitorum] idest, divisi in Janitores fuerunt hi, qui sequuntur.

b De Choritis] fuit supple:

c Filii autem Obededom] Iste est, qui recepit arcam in domum suam, quando Oza percussus fuit, ut dicit *Hieron.*

d Quia benedixit illi Dominus] q. dic. tot fuerunt filii Obededom: quia benedixit eis Dominus, ut dicit *Hieron.* omnes de domo sua habuerunt masculos.

d Non enim habuerat primogenitum,] Antipophora est, quasi quis quæreret: Quomodo Hosa fecit Semri principem, cum non fuerit probus? Respondet: quia Sechri non habuit primogenitum, qui loco ejus posset esse Princeps.

e Et fratres Hosa tredecim,] Imo quatuor tantum. Solut. Tredecim fuerunt filii, & fratres Hosæ, sed hic non ponuntur nisi quatuor. Lege ergo sic: Omnes hi filii Hosa, & fratres ejus alii, scilicet fuerunt tredecim.

f Parvis, & magnis] scilicet janitoribus. *Glos.* quia non est acceptor personarum Deus. Quicumque enim operatur justitiam, acceptus est illi. *Act.* 10.

g Sors Orientalis, &c.] ut scilicet esset janitor partis Orientalis. Quatuor enim partes erant in atrio templi. Prima ad Orientem: Secunda ad Septemtrionem: Tertia ad Austrum: Quarta ad Occidentem. Prima est Baptismi, & ingredientium. Secunda pœnitentiæ, & redeuntium. Tertia Religionis, & proficientium. Quarta mortis, & pervenientium.

h Obtigit] idest, contigit.

i Sortito] idest, per sortem.

k In qua parte, &c.] quasi dicat ad australem plagam erat sapientiores.

l Ad Occidentem,] supple fuerunt.

m Ad viam ascensionis,] idest, ad templum. Per illam enim portam ascendebatur in templum.

n Custodia contra custodiam] idest, custos contra custodem: quia ex una parte erat unus, ex

bus ornamentum Ecclesiæ, idest, decor animæ commendatur.

a Sanctorum,] idest, sanctificatorum, quæ scilicet Domino erant sanctificata de spoliis hostium. Unde *Glos.* ostendit donaria principum, thesauros esse sanctorum. Quæ enim hostibus auferebant, in supellectilem templi donabant. Quæcumque enim bene laborans aliquis virtutis, vel boni operis acquirit, Deo, non sibi attribuit. Unde *Psalm.* 115. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

b Et tribuni,] Principes dico, & tribuni, &c. Et hæc conjunctio, &, respicit sequentem conjunctionem.

c Consecraverant] idest, obtulerant in sanctuario.

d Hæc autem universa] idest, hujusmodi res.

e Videns] idest, Propheta.

f Et Abner] Princeps militiæ Saulis.

g Et Joab] Princeps militiæ David.

h Omnes qui, &c.] Ubi hoc non legitur, nisi quantum commemoratur.

i Isaharitis] idest, Isauritis. Vel ab Isuar filio Caath.

k De Hebronitis] idest, de filiis Hebron.

l Israeli trans Jordanem,] scilicet, Ruben, Gad, & dimidiæ parti Manasse.

m Hebronitarum autem] ab Hebron civitate, ubi David primo regnavit.

n Quadragesimo anno] *Gloss.* ultimo, scilicet, quando omnia disposuit, & Salomoni omnia, quæ facienda erant, exposuit.

o Viri fortissimi] prædicti, scilicet:

p Gazer] civitas est.

q Galaad] idest, quæ est in Galaad.

r Fratres] idest, cognati.

f Ejus] scilicet, Herias.

t Robustioris] idest, robustæ.

c In anno.] benignitatis. Sed ad litteram ostendit hic, quomodo principes præerant, & quot, quia vigintiquatuor millibus præerant singuli.

d Primæ turmæ] Hic ostendit, quis cui turmæ præerat, & in quo mense officium suum exercebat.

e In primo mense,] scilicet Aprili.

f De filiis] Soboam dico, de filiis Phares, &c.

g Et post se] idest, sub se.

h Partem exercitus,] Turmam dico, vigintiquatuor millia.

i Jojadæ sacerdotis,] Vel sacerdos, alia littera. Sed videtur utrumque falsum: quia nec iste Banajas, nec Jojada pater ejus, sacerdos fuit. Unde *supra* 11. dicitur: Banajas filius Jojadæ de Capseel, ipse percussit duos Ariel. Solutio: Verum est, quod iste Banajas, nec pater ejus sacerdos fuit. Ideo sic exponitur littera: Filius Jojadæ sacerdotis, idest, sacri Ducis, vel inter alios dignioris: Sicut 2. *Regum* 8. filii David dicti sunt sacerdotes, idest, inter alios digniores: Et Jethro sacerdos Madian, *Exod.* 2.

k In divisione sua] idest, in turma sua divisa ab aliis.

l Fortissimus inter triginta,] *supra* 11. & 2. *Regum* 23. Sed hoc videtur falsum: quia Banajas non fuit de triginta fortibus, imo fuit unus de secundis tribus, post Abisai fortissimus, ut legitur 2. *Regum* 23. Solutio: Fuit inter triginta, idest, in numero sacrato fortibus David: sicut Barnabas Apostolus, dicitur esse unus Apostolorum, & tamen non fuit unus de duodecim. Vel expone, ut supra. Inter triginta, scilicet dignus nominari.

m Amizabad] post ipsum Banajam.

n Thecuites] de Thecua civitate.

o De filiis Ephraim,] Contra. *Supra* dixit *Hieron.* quod Helles Polites debet ibi esse, quia fuit de Poloni, qui fuit proximus Booz, & ita fuit de Juda. Solutio: Utrumque potest esse, de Juda fuit ex parte matris. Unde supra progenies ex parte matris assignabatur: Ex parte patris fuit de Ephraim, ut dicitur hic.

p Gothoniel, &c.] vel Othoniel, fratris, sc. Caleb.

q Porro tribubus præerant] Hic ostendit, qui erant præpositi tribuum. Et quod dicit primo generaliter, postea subdividit, dicens

Zechri, sed & hujus filius Selemith. Ipse Selemith, & frater ejus super thesauros *a* sanctorum, quæ sanctificavit David rex, & principes familiarum, & *b* tribuni, & centuriones, & duces exercitus, de bellis, & manubiis præliorum, quæ *c* consecraverant ad instaurationem, & supellectilem templi Domini. Hæc autem *d* universa sanctificavit Samuel *e* videns, & Saul filius Cis, & *f* Abner filius Ner, & *g* Joab filius Sarviæ. *h* Omnes qui sanctificaverant ea per manum Salemith, & fratrum ejus. *i* Isaharitis vero præerat Chonenias, & filii ejus, ad opera forinsecus super Israel, ad docendum, & judicandum eos. Porro *k* de Hebronitis Asabias, & fratres ejus, viri fortissimi mille septingenti præerant *l* Israeli trans Jordanem contra Occidentem, in cunctis operibus Domini, & in ministerium regis. *m* Hebronitarum autem princeps fuit Hierias, secundum familias, & cognationes eorum. *n* Quadragesimo anno regni David recensiti sunt, & inventi sunt viri *o* fortissimi in *p* Gazer, *q* Galaad, *r* fratresque *f* ejus *t* robustioris ætatis, duo millia, septingenti Principes familiarum. Præposuit autem eos David rex Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei, & Regis.

C A P. XXVII.

FILII *u* autem Israel secundum *x* numerum suum, principes familiarum, tribuni, & centuriones, & præfecti, qui ministrabant *y* regi, *z* juxta turmas suas, *a* ingredientes, & *b* egredientes per singulos menses in *c* anno. Vigintiquatuor millibus singuli præerant. Primæ *d* turmæ in *e* primo mense, Isboam præerat filius Zabdiel, & sub eo vigintiquatuor millia, *f* de filiis Phares; Princeps cunctorum principum in exercitu mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudi Ahoites, & *g* post se alterum nomine Macelloth, qui regebat *h* partem exercitus, vigintiquatuor millium. Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banajas filius *i* Jojadæ sacerdotis, & in *k* divisione sua vigintiquatuor millia. Ipse est Banajas *l* fortissimus inter triginta, & super triginta. Præerat autem turmæ ipsius *m* Amizabad filius ejus. Quartus mense quarto Azagel frater Joab, & Zabadias filius ejus post eum, & in turma ejus vigintiquatuor millia. Quintus mense quinto princeps Samaoth Jezarites, & in turma ejus vigintiquatuor millia. Sextus mense sexto Hira filius Acces *n* Thecuites, & in turma ejus vigintiquatuor millia, Septimus mense septimo, Helles Phallonites de filiis *o* Ephraim, & in turma ejus vigintiquatuor millia. Octavus mense octavo Sobochai Asothites, de stirpe Zarai, & in turma ejus vigintiquatuor millia. Nonus mense nono, Abjezer Anathotithes de filiis Jemini, & in turma ejus vigintiquatuor millia. Decimus mense decimo, Marai, & ipse Netophathites de stirpe Zarai, & in turma ejus vigintiquatuor millia. Undecimus mense undecimo, Banajas Pharathonites de filiis Ephraim, & in turma ejus vigintiquatuor millia. Duodecimus mense duodecimo Holdai, Nethophathites de stirpe *p* Gothoniel, & in turma ejus vigintiquatuor millia. *q* Porro tribubus præerant in Israel,

E X P O S I T I O
C A P. XXVII.

Filii *u* autem Israel) supple erant.

x Principes, &c.) Hoc dicitur, quia erant sub certo numero comprehensi. Principes familiarum, Apostoli, & viri Apostolici.

y Regi], idest, Christo.

z Juxta turmas] idest, ordines.

a Ingredientes] ad Deum.

b Et egredientes] ad prædicandum.

a Rube-

a Rubenitis Dux, &c. Aaronitis Sadoc.] Argumentum, quod vigintiquatuor sacerdotibus præeerat unus, & hoc verum est, sed utrum fuerit de illis, dubium est.
b Judaitis] idest, illis, qui fuerunt de tribu Judæ.
c Isacharitis] ab Isachar. d Nephtalitibus] a Nephtalim.

David, præfuit Zabdias. Tamen neuter istorum præfuit cultoribus olivarum, & ficuum, licet more vinearum colantur. Nam super oliveta, &c.
p Saronites.] Unde *Isai.* 35. Decor Carmeli, & Saron. q Jonathan autem] *Hieron.* Ipse est Nathan Propheta, qui patruus David, honoris, & propinquitatis causa vocatur. Simile *Isai.* 5. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei Ibi dicitur Christus patruelis, propter honorem.

a Rubenitis dux Eliezer, filius Zechri. Simeonitis Dux, Saphathias filius Maacha. Levitis Asabias, filius Chamuel. Aaronitis Sadoc. b Judaitis Heliu, frater David. c Isacharitis Amri, filius Michael. Zabulonitis Jesmajas, filius Abdiæ. d Nephtalitibus Hierimoth, filius Ozihel. Filius Ephraim Osee, filius Ozaziu. Dimidiæ Tribui Manasse Joel, filius Phadajæ: & dimidiæ Tribui Manasse in e Galaad, Jaddo, filius Zachariæ. f Benjamin autem, Jasihel filius Abner. g Dan vero Ezriel, filius Hieroam. Hi principes filiorum Israel. h Noluit autem David numerare eos i a viginti annis inferius, quia, k dixerat Dominus, ut multiplicaret Israel l quasi stellas cœli, Joab filius Sarviæ cęperat numerare, nec complevit, quia super hoc ira Dei irruerat in Israel, & idcirco numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est relatus in m fastos Regis David. Super thesauros autem Regis fuit n Azmoth, filius Addithel. His autem thesauris, qui erant in urbibus, & in vicis, & in turribus, præsidebat Jonathan, filius Oziæ. Operi autem rustico, & agricolis, qui exercebant terram, præerat Ezri filius Cherub. Vinearumque cultoribus, Semejas Romathites. Cellis autem vinariis, Zabdias Aphonites. Nam o super oliveta, & ficeta, quæ erant in campestribus, Balanan Gaderites. Super apothecas autem olei, Johas. Porro armentis, quæ pascebantur in Sarona, præpositus fuit Secrai p Saronites. Et super boves in vallibus, Saphat filius Adli. Super camelos vero, Ubil Ismaelites. Et super Asinos, Jadias Meronathites. Super oves quoque, Jaziz Agarænus. Omnes hi principes substantiæ Regis David. q Jonathan autem patruus David, consiliarius, vir prudens, & literatus, ipse, & r Jahihel, filius s Achamoni, erant cum filiis regis. Achitophel etiam consiliarius Regis, & Chusi Arachites, amicus regis. t Post Achitophel fuit Jojada, filius Banaja, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis, erat Joab.

e In Galaad] ultra Jordanem.
f Benjamin autem] i. Benjamitis.
g Dan vero] idest, Danitis.
h Noluit, &c.] Per flagellum jam edoctus.
i A viginti annis inferius,] idest, citra viginti annos.
k Dixerat] ad Abraham. *Gen.* 15.
l Quasi stellas, &c.] quoad bonos, quorum multitudo utilis, & decora est. Sed hoc potius fuit causa, quare vellet numerare, quia ita multiplicati essent. Ideo sic intelligitur. Noluit David numerare eos, &c. quia Dominus prædixerat, ut multiplicaret eos, supple, si ejus præceptum servarent. Et ipse præceperat *in Num.* 1. & a viginti annis, & supra numerarentur, & non citra. Ideo David noluit eos modo numerare a viginti annis inferius, ne transgrederentur illud mandatum;. Vel sic: Noluit David numerare eos a viginti annis, & inferius, quia dixerat, &c. idest, quia ita multiplicati fuerant, ut dixerat Dominus, ita quod non oportuit eos numerari citra viginti annos, sed supra tantum. *Sap.* 21.
m In fastos] Fastos dicit libros annales, a fastibus dictus, in quibus Regum, vel Consulum acta scribebantur. Sed hoc videtur falsum, quia in hoc libro redactus est numerus eorum, quos Joab numeravit, ut dicit *Glossa super* 2. *Regum* 24. Solutio: Fastos vocat hic auctor libros Annales, non quoscumque, sed illos, in quibus præclara facta Regum, vel Consulum scribebantur. Et ideo, quia hoc non in laudem David, sed potius in peccatum cessit, in fastis ejus subticetur. Unde *Rabanus* dicit: Jusserat Dominus, ut numerarentur a viginti annis, & supra, qui poterant ad bella procedere. Quia vero David jussit primum per Joab omnes generaliter numerari, infra viginti annos, & supra, ideo indignationem Dei expertus est, & non sunt allati in fastis Regis.
n Azmoth] Iste fuit thesaurarius major David. Et vocat hic thesauros auctor omnem substantiam domus Regis. Unde *Hieron.* thesauri nomine non solum pecuniam, sed omnem substantiam intelligit.
o Super Oliveta] q. d. vinearum cultoribus præfuit Semejas, & cellis vinariis, idest, amœnis mansionibus

r Et Jahihel] *Hieron.* Ipse est filius David, qui 2. *Regum* 3. Cheleab vocatur.
s Filius Achamoni] i. sapientissimi, idest, David. Isti duo, scilicet Jonathan, & Jahihel, erant cum filiis regis.
t Post Achitophel] Qui cum Absalon de nece David tractavit: 2. *Regum* 16. Cui successit Chusi, & significat Judam Scarioth, cui successit Matthias. 2. *Reg.* 16.

C A P. XXVIII.

Convocavit igitur David omnes principes Israel, duces Tribuum, & præpositos turmarum, qui u ministrabant Regi, Tribunos quoque, & centuriones, qui præerant x substantiæ, & y possessionibus Regis, z filiosque suos cum a eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Jerusalem. Cumque surrexisset Rex, & stetisset, ait: b Audite me, fratres mei, & populus meus. Cogitavi, ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri, & ad ædificandum omnia præparavi. Deus autem c dixit mihi: Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & sangui-

E X P O S I T I O
C A P. XXVIII.

Convocavit igitur, &c.]
u Qui ministrabant] idest, officium ministrandi habebant.
x Substantiæ,] idest; mobilibus.
y Possessionibus] idest, rebus immobilibus.
z Filios] supple, convocavit.
a Cum eunuchis,] Eunuchos vocat hic non abscissos, sed illos, qui alieni a sæculi actibus, orationi, & lectioni vacabant, & uxores non causa libidinis, sed spe suscipiendæ prolis habebant. Sic accipitur Eunuchus *Matth.* 19. Sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum Dei. *Isai.* 56. Non dicat eunuchus, quia ego lignum aridum: quia hæc dicit Dominus: Eunuchi, qui custodierunt sabbata mea, & elegerunt, quæ ego volui, & tenuerunt fœdus meum, dabo eis locum in domo mea. *Sap.* 3. Spado, qui non est operatus per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum nequissima, dabitur ei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima. Probat *Rabanus*, quod sic debet exponi, quia de Judæis non fiebant eunuchi: quia lex prohibet abscindi. *Lev.* 19. Non incidetis carnes vestras. Item Gentiles non fuerunt isti eunuchi: quia isti fuerunt consiliarii Regis, Gentiles vero, & alienigenæ, ad secreta consilii non solent admitti. b Audite me, &c.] Formam dat omnibus præpositis loquendi ad subditos. Fratres vocat eos· Sic Dominus in *Psalm.* 21. Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Fratres vocat per naturam, populum per regiminis curam. c Dixit mihi:] 2. *Reg.* 7.

3. *Reg.* 7. *Sap.* 17. & 22.
Sap. 9.

nem fœderis. Sed elegit Dominus Deus Israel me *a* de universa domo patris mei, ut essem Rex super Israel in sempiternum. De Juda enim elegit principes. Porro de Juda, domum patris mei, & de filiis patris mei, placuit ei, ut me eligeret Regem super cunctum Israel. Sed & de filiis meis, *b* Filios enim multos dedit mihi Dominus, elegit Salomonem filium meum, ut sederet in throno regni Domini super Israel. *c* Dixitque mihi: Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atria mea. Ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem, & firmabo regnum ejus usque in æternum, si perseveraverit facere præcepta mea, & judicia, sicut & *d* hodie. Nunc igitur coram universo cœtu Israel, *e* audiente Domino Deo nostro, custodite, & *f* perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri, ut possideatis terram bonam, & relinquatis eam filiis vestris post vos usque in sempiternum. Tu autem Salomon fili mi, *g* scito Deum patris tui, & servi ei corde *h* perfecto, & animo voluntario. Omnia enim *i* corda scrutatur Dominus, & universas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, *k* invenies, si autem dereliqueris illum, projiciet te in æternum. Nunc ergo, quia elegit te Dominus, ut ædificares domum sanctuarii, confortare, & perfice. Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem *l* porticus, & templi, & *m* cellariorum, & *n* cœnaculi, & *o* cubiculorum in adytis, & *p* domus propitiationis, necnon & omnium, quæ cogitaverat, *q* atriorum, & *r* exedrarum per circuitum, in thesauros domus Domini, & in thesauros Sanctorum, *s* divisionumque sacerdotalium, & Leviticarum, in omnia opera domus Domini, & in universa vasa ministerii templi Domini. *t* Aurum in pondere per singula vasa ministerii, argenti quoque pondus pro vasorum, & operum diversitate. Sed & ad candelabra aurea, & ad lucernas eorum aurum pro mensura uniuscujusque candelabri, & *u* lucernarum. Similiter & in candelabris argenteis, & in lucernis eorum, pro diversitate mensuræ pondus argenti tradidit: Aurum quoque dedit in *x* mensas propositionis, pro diversitate mensarum. Similiter & argentum in *y* alias mensas argenteas. Ad *y* fuscinulas, quoque & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & *z* leunculos aureos, pro qualitate mensuræ, pondus distribuit in *a* leunculum, & leunculum, similiter & in leones argenteos, diversum argenti pondus separavit. *b* Altari autem, in quo adolebatur incensum, aurum purissimum dedit, & ut ex ipso fieret *c* similitudo quadrigæ Cherubin, extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini. Omnia, inquit, venerunt *d* scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris. Dixit quoque David Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas, & ne paveas. Dominus enim

a De universa domo, &c.] idest, de omnibus filiis patris mei.
b Filios enim, &c.] Interpositio est, in qua ostendit, quod sicut ipse de multis filiis patris sui fuit electus in Regem, sic & Salomon filius suus. Et hoc facit, ut ostendat electionem Salomonis a Deo fuisse, ut magis diligatur, & timeatur.
c Dixitque mihi:] 2. *Reg.* 7.
d Sicut, &c.] facit, scilicet:
e Audiente Domino, &c.] supple dico singulis.
f Perquire cuncta, &c.] Non unum tantum, quia qui peccat in uno, factus est omnium reus. *Jac.* 2. Et hic est argumentum, quod non solum mandata facere, sed & perquirere tenemur. Propter quod dicit Apostolus 1. *Corint.* 14. Quæ scribo, velut Domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Ideo dicit *Psalm.* 118. Beati, qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.
g Scito] per fidem, & obedientiam.
h Perfecto] non duplici.
i Corda scrutatur] *Jer.* 17. Pravum est cor hominis, & inscrutabile: Et quis cognoscet? Ego Dominus scrutans corda, & probans renes.
k Invenies,] *Matth.* 7. Quærite, & invenietis, &c.
l Porticus,] ante templum in Oriente.
m Et cellariorum] i. duarum mansionum inferiorum, quarum utraque erat triginta cubitorum.
n Cœnaculi] idest, tertiæ, & supremæ mansionis, quæ erat quadraginta cubitorum. Et ita altitudo templi erat centum viginti cubitorum, ut patet 2. *Par.* 3.
o Et cubiculorum] idest domuncularum circa templum, in quibus hebdomadarii utensilia templi custodiebant.
p Domus propitiationis,] i. oraculi, quod dicitur Sancta Sanctorum, ubi erat arca, & propitiatorium.
q Atriorum] Quatuor enim erant atria, scilicet atrium sacerdotum, postea atrium mundorum, tertio atrium mulierum mundarum, quarto atrium immundorum.
r Exedrarum] idest, thalamorum, in quibus manebant hebdomadarii custodientes thesauros. Et nota, quod thesauros domus, vocat vasa templi. Thesauros sanctorum, oblata ad reparationem templi.
s Divisionumque] Repete: Dedit descriptionem divisionum, &c.

t Aurum in pondere] dedit descriptionem, idest, descripsit ei, quantum auri poneret per singula vasa ministerii.
u Lucernarum,] supple dedit, & in lucernas faciendas, vel disponendas.
x In mensas propositionis,] De qua plenius *Exod.* 25.
y In alias mensas argenteas,] quia in templo fuerunt plures mensæ, & plura candelabra in eo altrinsecus posita.
y Ad fuscinulas] *Gloss.* Hæc omnia plene *in Exodo* invenies exposita.
z Leunculos aureos,] De his leunculis dicit *Gloss.* quod nec *in Exodo* in constructione tabernaculi, nec in *Regum*, in ædificatione templi uspiam fit mentio, sed in visione *Ezechielis* 1. Tamen posset referri ad id, quod dicitur 3. *Regum* 9. de throno Salomonis, ex ebore grandi, ubi leunculi extrinsecus in ascensu graduum describuntur. Vel potest referri ad id, quod dicitur *in Regum*, scilicet, quod in cælatura basium erant leones, & boves, & Cherubin, & palmæ, & super colla leonum, & boum lora pendentia.
a In leunculum] faciendum.
b Altari] thymiamatis, scilicet:
c Similitudo quadrigæ] Hoc refert *Gloss.* ad visionem Ezechielis. Sed videtur, quod male: quia illa visio longo tempore post templi fabricam fuit: Ideo salva pace Glossæ sic posset exponi, ut totum referatur ad templi fabricam. Dicas igitur: Aurum purissimum dedit, ut ex ipso fieret similitudo quadrigæ Cherubin, idest, ut ex ipso fieret imago Cherubin quadrigæ, idest, supportantium Dominum: Super Cherubin apparebat gloria Domini. Hoc modo dictus est Elias 4. *Regum* 2. currus Israel, idest, sustentator, vel supportator. Vel hoc potest referri ad Cherubin, qui erant depicti in basibus luterum. Et dicitur quadrigæ Cherubin: quia in basibus luterum erant rotæ, & axes, & cetera, quæ in curribus fiunt, ut dictum est *supra* 3. *Reg.* 7. & hoc videtur probabilius.
d Scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris.] Hic videtur, quod debet hoc referri ad visionem Ezechielis, ut dicit *magna Glossa*. Sed dicimus, quod hoc dicitur: quia Moysi monstratum fuit exemplar, ad quod jussus est facere tabernaculum. *Exod.* 25. Et per Moysen pervenit

ad

ad alios, usque ad David: quia Moyses hoc in scripto redegit. In manu autem Domini dicit scripta omnia: quia Moyses ex ore Domini illa scripta fecit. Hanc expositionem ponit *Gloss. illa*: Tradunt Hebræi, &c.

a Nec derelinquet.] Geminatio, signum est firmitatis.

A *b* Divisiones sacerdotum,] idest, sacerdotes, & Levitæ in officiis suis divisi, ut dictum est.

EXPOSITIO CAP. XXIX.

Locutusque *c* est David Rex ad omnem Ecclesiam,] idest, congregationem Israel.

d Tenellum,] ad tantum, & tale opus faciendum. B

e Neque enim homini præparatur] Causam reddit, quare ita grande.

f Onychinos,] penultima producta, secundum *Priscianum*.

g Stibinos,] idest, coloratos, colore, qui dicitur stibium, quo Jezabel depinxit oculos suos. 4. *Regum* 9. C *Jerem.* 4. Cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos, frustra componeris.

h Marmor parium,] Vel, varium. Vel parium dicitur a loco.

i De peculio meo,] idest, de propria pecunia. *Tob.* 4. Ex substantia tua fac eleemosynam.

k In ædem sanctam,] idest, templum Domini.

l Offert,] idest, vult offerre.

D *m* Impleat manum,] idest, manu accipiat, quod offert. Simile 3. *Regum* 13. Quicumque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum.

n Per manum Jehihel.] Ergo Jehihel præerat thesauris. Contra: Supra dictum est, quod Selemith, & fratres ejus erant super thesauros domus Domini. Solutio: Selemith, & fratres ejus, erant super his, quæ de spoliis hostium offerebantur in thesauros Domini: Jehihel vero præfuit aliis. (*Sup.* 26.) E

o Ab æterno in æternum,] idest, sine principio.

p Magnificentia,] dicitur respectu operum,

Deus meus tecum erit, & non dimittet te, *a* nec derelinquet te, donec perficias omne opus ministerii domus Domini. Ecce *b* divisiones sacerdotum, & Levitarum in omne opus ministerii domus Domini assistent tibi, & parati sunt, & noverunt tam principes, quam populus facere omnia præcepta tua.

CAP. XXIX.

LOCUTUSQUE *c* est David Rex ad omnem Ecclesiam. Salomonem filium meum unum elegit Deus adhuc puerum, & *d* tenellum. Opus autem grande est; *e* neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. Ego autem totis viribus meis præparavi impensas domus Domini Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea, lapides *f* onychinos, & quasi *g* stibinos, & diversorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, & marmor *h* parium, abundantissime, & super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, *i* de peculio meo aurum, & argentum do in templum Dei mei, exceptis his, quæ præparavi k in ædem sanctam tria millia talenta auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi, ut ubicumque est opus aurum, de auro, & ubicumque opus est argentum, argenti opera fiant per manus artificum. Et si quis sponte *l* offert, *m* impleat manum suam hodie, & offerat, quod voluerit Domino. Polliciti sunt itaque principes familiarum, & proceres tribuum Israel, tribuni quoque, & centuriones, & principes principum possessionum regis. Dederuntque in opera domus Domini, auri talenta quinque millia, & solidos decem millia, argenti talenta decem millia, & æris talenta decem, & octo millia, ferri quoque centum millia talentorum. Et apud quemcumque inventi sunt lapides, dederunt in thesaurum domus Domini, per *n* manum Jehihel Gersonitis. Lætatusque est populus, cum vota sponte promitterent, quia corde toto offerebant ea Domino. Sed & David rex lætatus est gaudio magno, & benedixit Domino coram universa multitudine, & ait: Benedictus es, Domine, Deus Israel patris nostri, *o* ab æterno in æternum. Tua est, Domine, *p* magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Cuncta enim, quæ in cœlo sunt, & in terra, *q* tua sunt. Tuum, Domine, regnum, & tu es super omnes principes. Tuæ divitiæ, & tua est gloria, tu dominaris omnium. In manu tua virtus, & potentia, in manu tua magnitudo, & imperium omnium. Nunc igitur Deus noster confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum. Quis ego, & quis populus meus, ut possimus hæc tibi universa promittere? Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Peregrini enim sumus coram te, & advenæ, *r* sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, & *ſ* nulla est mora. Domine Deus noster, omnis hæc copia, quam paravimus, ut ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia. Scio, Deus meus, quod probes corda, & *t* simplicitatem diligas. Unde & ego in simplicitate cordis mei lætus *u* obtuli universa hæc, & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Domine Deus *x* Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum, custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, ut *y* custodiat mandata tua, & testimonia tua, & cæremonias tuas, & *z* faciat universa, & ædificet *a* ædem, cujus impensas paravi. Præcepit autem David universæ Ecclesiæ: Benedicite Domino Deo nostro. Et benedixit *b* omnis Ecclesia Domino Deo patrum suorum, & inclinaverunt se, & adoraverunt Deum, & deinde Regem. Immolaveruntque victimas Domino: & obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille, cum libaminibus suis, & universo ritu, abundantissime in *c* omnem Israel.

qua Deus fecit cœlum, & terram, & omnia, quę in eis sunt. Potentia Dei dicitur respectu hostium, quos potenter expulit. Gloria respondet magnificentię: Victoria, potestati: Laus, utrique.

q Tua sunt.] Tanquam creatoris, dispositoris, conservatoris: Ipse enim omnia potenter de nihilo creavit, sapienter creata ordinavit, ordinata benigniter conservavit. Propter quod dicit Apostolus *Rom.* 11. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi honor, & gloria.

r Sicut omnes patres nostri.] *Gen.* 15. Scito prænoscens, quod peregrinum sit futurum semen tuum in terra non sua. *Hebræor.* 11. Omnes isti peregrini, & hospites sunt super terram.

ſ Et nulla est mora.] *Job* 7. Dies mei velocius transierunt, quam a texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. (*Gen.* 15.)

t Et simplicitatem.] *Sapient.* 1. Diligite justitiam, qui judicatis terram, sentite de Domino in bonitate, in simplicitate cordis quærite illum. (*Sup.* 2.)

u Lętus obtuli] 2. *Corinth.* 9. Hilarem datorem diligit Deus. *Eccles.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & exultatione sanctifica tuas. *Matth.* 6. Cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.

x Abraham, & Isaac, & Israel.] Hoc est, fidei, spei, & charitatis dator. *y* Custodiat mandata, mente.

z Faciat universa, &c.] opere.

a Ædem,] idest, templum.

b Et benedixit, &c.] *Gloss.* Quia congregatio fidelium, scriptis Prophetarum admonita, & sanctorum Patrum dictis, & exemplis provocata, Laudes, & Hymnos Deo decantat, immolando pię confessionis hostias, & sanctę conversationis opera fructuosa.

c In omnem Israel,] idest, per omnem Israel, q.d. illud, quod offerebatur ab Israel, sufficiebat.

a Et

a Et comederent, &c.] *Gloss.* Hoc est gaudium Sanctorum, & intentio eorum, ut a fame futura, virtutum operibus sibi caveant, & epulentur, & exultent in conspectu Dei.
b Secundo] 3. *Regum* 1.
c Et Sadoc in Pontificem.] 3. *Regum* 2.
d Seditque Salomon] *Regum* 2.
e Et cunctis placuit,] fidelibus.
f Dederunt manum, & subjecti fuerunt Salomoni, &c.] *Gloss.* ut facerent voluntatem ejus. [4. Reg. 2.]
g Qualem nullus habuit,] scilicet:
g Quadraginta annis.] Et sex minutias non computat.
h Mortuus est in senectute bona,] *Gloss.* Significat, eum copia virtutum, & operibus lucis vitam finisse præsentem, dignum quiete futura, & cœlestis regni gloria. Simile legitur de Abraham. *Genes.* 35. & de Joseph, *Gen. ult.* & de Moyse, *Deuter. ultim.* ubi dicitur: Moyses centum viginti annorum erat, quando mortuus est, cujus non caligavit oculus, nec dentes moti sunt, *Thr.* 3. Fregit ad numerum dentes meos. *Thr.* 4. Parvuli petierunt panem, &c. *Psal.* 57. Viri autem sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Qui sibi videntur in bonis ducere dies suos, & in puncto dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, &c. *Job* 11.
i Plenus dierum, & divitiis, & gloria, & regnavit, &c.] idest, bonis operibus, & virtutibus. Virtutes quidem divitiæ sunt, opera bona sunt dies. Unde *Matth.* 5. Luceant opera vestra coram hominibus, ut glorificetur pater vester, qui in cœlis est.
k In libro Samuelis videntis, &c.] scilicet 1. & 2. *Regum*.
l In libro Nathan Prophetæ, atque, &c.] quem non habemus.
m In volumine Gad videntis, &c.] quod non habemus.
n Universique regni ejus, & fortitudinis, transierunt, &c.] gesta scilicet. [3. Reg. 3.]
o Sive in cunctis regnis terrarum] scripta sunt.

Explicit Postilla super primum librum Paralipomenon.

Et *a* comederunt, & biberunt coram Domino in die illo cum grandi lætitia, & unxerunt secundo *b* Salomonem filium David. Unxerunt autem eum Domino in principem, & *c* Sadoc in Pontificem. *d* Seditque Salomon super solium Domini in Regem pro David patre suo, & *e* cunctis placuit, & paruit illi omnis Israel. Sed & universi principes, & potentes, & cuncti filii regis David, *f* dederunt manum, & subjecti fuerunt Salomoni regi. Magnificavit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel, & dedit illi gloriam regni, *g* qualem nullus habuit ante eum rex Israel. Igitur David filius Isai, regnavit super universum Israel, & dies quibus regnavit super Israel fuerunt *g* quadraginta anni. In Hebron regnavit septem annis, & in Jerusalem regnavit annis trigintatribus. Et *h* mortuus est in senectute bona, *i* plenus dierum, & divitiis, & gloria, & regnavit Salomon filius ejus pro eo. Gesta autem David regis priora, & novissima scripta sunt in *k* libro Samuelis Videntis, & in *l* libro Nathan prophetæ, atque in *m* volumine Gad Videntis, *n* universique regni ejus, & fortitudinis, & temporum, quæ transierunt sub eo, sive in Israel, *o* sive in cunctis regnis terrarum.

Explicit Dibre Hajamin liber primus.

Incipit Dibre Hajamin, sive Paralipomenon, Liber II.

C A P. I.

CONFORTATUS *p* est ergo Salomon filius David in regno suo, & Dominus *q* erat cum eo, & magnificavit eum in excelsum. *r* Præcepitque Salomon universo Israeli tribunis, & centurionibus, & ducibus, & judicibus *s* omnis Israel, & principibus familiarum, & abiit cum universa multitudine in *t* excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus *u* Dei in solitudine. Arcam autem Dei *x* adduxerat David de Cariathiarim, in locum, quem præparaverat ei, & ubi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Jerusalem. Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Uri filii Ur, ibi *y* erat coram tabernaculo Domini, quod & requisivit Salomon, & omnis Ecclesia. Ascenditque Salomon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens: *z* Postula, quod vis, ut dem tibi. Dixitque Salomon Deo: Tu fecisti cum David patre meo misericordiam magnam, & constituisti me Regem pro eo. Nunc igitur, Domine Deus impleatur sermo tuus, quem *a* pollicitus es David patri meo. Tu enim me fecisti Regem super populum tuum multum, qui tam *b* innumerabilis est, quam pulvis terræ. *c* Da mihi sapientiam, & *d* intelligentiam, ut *e* ingrediar coram populo tuo, & *f* egrediar. *g* Quis enim potest hunc populum tuum *h* digne (qui tam grandis est) judicare? Dixit autem Deus ad Salomonem: Quia hoc *i* magis placuit cordi tuo, & non postulasti *k* divitias, & *l* substantiam, & *m* gloriam, neque *n* animas eorum, qui te oderunt, sed nec dies *o* vitæ plurimos:

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super II. librum Paralipomenon.

E X P O S I T I O
C A P. I.

CONSORTATUS *p* est ergo, &c.] Hæc conjunctio, ergo, continuat hanc Historiam præcedenti, hoc modo: Regnavit Salomon pro David patre suo. Ergo, idest, & confortatus est. Et agitur in hoc secundo libro tantum de regibus Juda, & incipitur a Salomone usque ad ultimum, scilicet Sedechiam. *q* Erat cum eo,] in principio regni sui, antequam uxorem idola coleret. *r* Præcepitque,] idest, Princeps fuit. *s* Omnis Israel,] idest, totius.
t In excelsum.] *Gloss.* quæ fuit olim Metropolis civitas Hæveorum. Ceciditque in sortem Benjamin, & fuit separata Levitis. Mirum est ergo quod *Josephus* dicit, quod Salomon in Hebron venit, ut sacrificaret in altari æneo, quod fecerat Moyses, nisi forte ipsam Hebron excelsum Gabaon intelligi voluerit, eo quod ibi primum regnaverit. Interpretatur autem Gabaon sublimitas, vel collis patruelis. [Exod. 38.] *u* Famulus,] idest, Moyses. *x* Adduxerat David.] 2. *Regum* 6.
y Ibi erat,] idest, in Gabaon. [1. Par. 28. Sap. 9.]
z Postula. 3. *Regum* 3.
a Pollicitus es,] 2. *Regum* 7.
b Innumerabilis,] idest, multus valde.
c Da mihi,] in divinis.
d Et intelligentiam,] in humanis. *Gloss.* Non aurum, non divitias, non terrenam gloriam a Deo petit, sed ut sciat populum Dei regere, & judicare. Si hoc elegit rector corporum, multo magis hoc debent considerare, sive eligere rectores animarum, ut ingressum ad fidem, & egressum ad spem, populo Dei demonstrent. [Sap. 9.]
e Ingrediar,] tempore pacis.
f Egrediar,] tempore belli. Unde 2. *Reg.* 5. dixerunt filii Israel ad David in Hebron: Cum esset Saul rex super nos, tu eras educens, & reducens Israel. *g* Quis] q.d. nullus. *h* Digne] idest, juste. *i* Magis placuit,] scilicet sapientia, & intelligentia ad regimen populi. *k* Divitias,] idest, opes mobiles. *l* Substantiam,] idest, possessiones immobiles. *m* Gloriam,] honorem temporalem. *n* Animas,] idest, vitam ad perdendum. *o* Vitæ præsentis. [36. d. 5. cum]

a Nec

a Nec ante te, &c.] *Eccl.* Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Jerusalem. Contrarium videtur esse *Prov.* 30. Stultissimus sum virorum. Solut. Ibi loquitur de sapientia sæculi, quæ inimica est Deo. Unde statim sequitur ibi: Et sapientia hominum non est mecum, non didici sapientiam, & novi scientiam Sanctorum.

b Coram tabernaculo, &c.] Ergo tabernaculum erat in Jerusalem quod falsum est, imo erat in Gabaon, ut dictum est supra eodem. Solut. Nomine tabernaculi intelligitur arca, in qua erant tabulæ, &c. Quam postquam David in domum suam recepit, mansit ibidem, usquequo ædificaretur templum. Ita dicit *Gloss.*

c Mille quadringenti, &c.] Contra 3. Reg. 4. dicitur: Habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium. Ergo ad minus erant quadraginta millia equorum. Ergo decem millia curruum, cum quilibet currus non habeat nisi quatuor equos. Solut. In lib. Regum numerantur equi curriles, hic enumerantur currus. Et quia iidem equi non possunt semper trahere currus, necesse fuit ut plures essent equi quam currus, ut possent permutari. Et ita habuit Salomon mille quadringentos currus, ut hic dicitur, & quadringenta millia equorum currilium, qui vicissim trahebant currus, ut dicitur *in Regum*.

d De Choa,] insula.

e Negotiatoribus,] idest, a negotiatoribus.

f Quadrigam, &c.] idest, quatuor equos.

g Et equum,] Et, pro idest, quia quod dixerat in summa, specificat per partes. Nam si quatuor equi constabant sexcentis argenteis, quilibet de quatuor constabat centum quinquaginta argenteis. Vel aliter: Quadrigam equorum vocat equos curriles, equum simpliciter dicit equum equestrem. Et ita innuit, quod ejusdem pretii erat equus currilis, & equestris. Sed videtur, quod Salomon peccavit habendo tot equos, quia *Deuteronomii* 17. dicitur: Cum fuerit Rex constitutus, non multiplicabit sibi equos. Solutio: Aliqui concedunt, quod peccavit in equis, sicut & uxoribus. Alii dicunt quod non peccavit, quia numerositas equorum non prohibetur in Deuteronomio, sed annexum, idest, fastus & superbia.

h Emptio celebrabatur,] idest, emebantur equi ad opus Salomonis.

Alias † a.

Petisti autem sapientiam, & scientiam, ut judicare possis populum meum, super quem constitui te Regem. Sapientia, & scientia data sunt tibi, divitias autem, & substantiam, & gloriam dabo tibi, itaut nullus in Regibus, *a* nec ante te, nec post te fuerit similis tui. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon, in Jerusalem, *b* coram tabernaculo fœderis, & regnavit super Israel. Congregavitque sibi currus, & equites, & facti sunt ei *c* mille quadringenti currus & duodecim millia equitum, & fecit eos esse in urbibus quadrigarum, & cum Rege in Jerusalem. Præbuitque Rex argentum, & aurum in Jerusalem quasi lapides, & cedros quasi Sycomoros, quæ nascuntur in campestribus, multitudine magna. Adducebantur autem ei & equi de Ægypto, & *d* de Choa, † *e* negotiatoribus Regis, qui ibant, & emebant pretio *f* quadrigam equorum, sexcentis argenteis, & *g* equum, centum quinquaginta. Similiter de universis regnis Hethæorum, & a regibus Syriæ, *h* emptio celebrabatur.

CAP. II.

DECREVIT autem Salomon ædificare domum nomini Domini, & palatium sibi. Et numeravit septuaginta millia *i* virorum portantium humeris, & *k* octoginta millia, qui cæderent lapides in montibus, præpositosque eorum *l* tria millia sexcentos. Misit *m* quoque ad Hiram Regem Tyri, dicens: Sicut egisti cum David patre meo, & misisti ei ligna cedrina, ut ædificaret sibi *n* domum, in qua & habitavit, sic fac mecum, ut ædificem domum nomini Domini Dei mei, & consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & *o* fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad *p* holocaustomata *q* mane, & *r* vespere, *s* Sabbatis quoque, & neomeniis, & solemnitatibus Domini Dei nostri, in sempiternum, *t* quæ mandata sunt Israel. *u* Domus enim, quam ædificare cupio, magna est. Magnus est enim Deus noster, super omnes Deos. Quis ergo poterit prævalere, ut ædificet ei dignam domum? Si cœlum, & cœli cœlorum capere eum non queunt, quantus ego sum, ut possim ei ædificare domum? Sed ad hoc tantum, ut adoleatur incensum coram illo. Mitte igitur mihi virum eruditum, qui noverit operari in auro, & argento, ære, & ferro, purpura, coccino, & hiacyntho, & qui sciat sculpere † cælata, cum his artificibus, quos mecum habeo in Judæa, & in Jerusalem, quos præparavit David pater meus. Sed & ligna Cedrina mitte mihi, & *x* Archetina, & pinea, de Libano. Scio enim, quod servi tui noverint cædere ligna de Libano. Et erunt servi mei cum servis tuis, ut parentur mihi ligna plurima. Domus enim, quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta. † Præterea operariis, qui cæsuri sunt ligna, servis tuis, dabo in cibaria, tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, olei quoque *y* sata, viginti millia. Dixit autem Hiram Rex Tyri, per litteras, quas miserat Salomoni: Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cœlum, & terram, qui dedit David Regi filium sapientem, & eruditum, & sensatum, atque prudentem, ut ædificaret domum Domino, & palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum, Hiram fabrum

EXPOSITIO

CAP. II.

DEcrevit autem Salomon, &c.]

i Virorum portantium, &c.] scilicet proselytorum.

k Et octoginta millia, &c.] Isti non erant proselyti. *l* Tria millia sexcentos, &c.] Sed *in* 3. *Regum* dicitur trecentos. Solutio: Hic numerantur Principes omnes, ibi vero tantum principaliores, qui erant quasi principes principum. (3. *Reg.* 5.)

m Misit quoque ad Hiram Regem, &c.] *Gloss.* Hæc in *Reg.* plenius dicuntur 3. *Regum* 5.

n Sibi domum in qua, &c.] in Sion.

o Fumiganda,] idest, accendenda. Ex quorum accensione procedit fumus. *Apocal.* 8. Et ascendit fumus incensorum, de orationibus Sanctorum, de manu Angeli, coram Domino.

p Et ad holocaustomata,] facienda.

q Mane, offerebatur unus agnus cum libaminibus suis.

r Et vespere,] alius singulis diebus. Et vocabatur juge sacrificium, quod nunquam dimittebatur, & omnia alia sacrificia super istud offerebantur, & post illud, de quo habes *Num.* 28.

s Sabbatis quoque, & neomeniis, & solemnitatibus, &c.] De his festis, & sacrificiis eorum habes *Numer.* 28. & *Levitic.* 23.

Alias † cælatura, sive cælaturam.

t Quæ mandata sunt, &c.] scilicet holocausta: Vel quæ festa.

u Domus enim, quam ædificare cupio, &c.] Quasi quæreret aliquis: Quare tantum apparatum quærebat Salomon ad faciendam domum unam? Respondet: Domus enim, &c. Et ideo magna, magnus est enim, &c.

Al. † Propterea.

x Archetina, & pinea, de Libano, &c.] 3. *Regum* 5. dicitur, abiegna.

y Sata, viginti millia. Dixit, &c.] Satum nomen est mensuræ.

a Patrem

a Patrem meum.] *Gloss.* Patrem suum vocat: quia de terra Israel peregre profectus, docuit eum timorem Domini, & cognitionem veritatis.

b Tyrius] *Gloss.* Patrem ejus tradunt Hebræi fuisse Hebræum, de stirpe Ooliab, de Tribu Dan, qui cum Beseleel in eremo operatus est. Quia vero Tyrium vocat, ajunt Hebræi hoc translatione factum fuisse, quasi dicat *Gloss.* Tyrius dicitur, idest, angustiatus, vel plasmatus.

quia sicut tabernaculum distinctum fuit in sancta, & sancta sanctorum, sic & templum.

l Ante frontem,] sanctorum scilicet.

m Cubitorum viginti.] Altitudo vero ejus erat ut altitudo templi.

a patrem meum, filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater *b* Tyrius fuit, qui novit operari in auro, & argento, & ære, & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque, & hiacyntho, & bysso, & coccino, & qui sciat cælare omnem sculpturam, & adinvenire prudenter quodcumque in opere necessarium est, cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei David patris tui. Triticum ergo, & hordeum, & oleum, *c* & vinum, quæ pollicitus es, Domine mi, mitte *d* servis tuis. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Joppe, tuum erit transferre ea in Jerusalem. *e* Numeravit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terra Israel post dinumerationem, quam *f* dinumeravit David pater ejus, & inventi sunt centum quinquaginta millia, & tria millia sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia, qui lapides in montibus cæderent, tria autem millia, & sexcentos præpositos operum populi.

C A P. I I I.

ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus, in loco, quem paraverat David in *g* area Hornan Jebusæi. Cœpit autem ædificare *h* mense secundo, *i* anno quarto regni sui. Et hæc sunt fundamenta, quæ jecit Salomon, ut ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in *k* mensura prima, sexaginta, latitudinis cubitos viginti. Porticum vero ante *l* frontem, quæ tendebatur in longum, juxta mensuram latitudinis domus, *m* cubitorum viginti. Porro altitudo *n* centum viginti cubitorum erat. Et deauravit eam intrinsecus auro mundissimo. *o* Domum quoque majorem texit tabulis *p* abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totum. Sculpsitque in ea palmas, & *q* quasi catenulas se invicem complectentes. Stravit quoque pavimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo. Porro aurum erat probatissimum, de cujus laminis *r* texit domum, & trabes ejus, & *s* postes, & parietes, & hostia, & cœlavit Cherubin in parietibus. *t* Fecit quoque domum Sancti sanctorum, longitudinem juxta latitudinem domus, cubitorum viginti, & latitudinem similiter viginti cubitorum, & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis, sed & clavos fecit aureos, itaut singuli clavi siclos quinquagenos appenderent. *u* Cœnacula quoque texit auro. Fecit etiam in domo Sancti sanctorum † *x* Cherubim duos *y* opere statuario, & texit eos auro. Alæ Cherubim, viginti *z* cubitis extendebantur: itaut una ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus, & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala quinque habebat cubitos, & tangebat parietem, & ala ejus altera quinque cubitorum, alam Cherub alterius contingebat. Igitur alæ utriusque Cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti. Ipsi autem stabant *a* erectis pedibus, & facies eorum versæ erant ad

D

c Et vinum,] Non tamen fit supra mentio de vino, sed per illa, quæ posita sunt supra, intelliguntur alia, quæ Salomon promisit Hiram, sed auctor causa brevitatis tacuit.

d Servis tuis,] quos scilicet tibi dedi.

e Numeravit igitur Salomon] *Gloss.* Fuerunt operarii domus Domini de Israel, de Proselytis, de Gentibus. De filiis Israel, triginta millia, qui ad cædendas de Libano Cedros missi sunt, sicut legitur 3. *Regum* 5. De Proselytis, de quibus scilicet nunc agitur, cæsores lapidum. De Gentibus ipse Hiram, & conservi ejus, qui cum servis Salomonis ligna cædebant de Libano. Omne igitut hominum genus, per quos ædificanda erat Ecclesia, præcessit in ædificio templi. Judæi enim, Proselyti, Gentiles ad veritatem Evangelii conversi, Ecclesiam Christi recte vivendo, & docendo construunt.

A

f Dinumeravit David] Sed ubi, & quando? Forte postquam castigatus fuit a Domino de superba numeratione, ut tactum est *supr.* 1. *Paralipom.* 27.

B

E X P O S I T I O

C A P. III.

ET cœpit Salomon, &c.

g Hornan Jebusæi,] *supr.* 2. *Paralipom.* 21. & 2. *Regum* 24 Similiter Abrahæ *Genes.* 22. Et nota, quod in eodem loco, in quo Abraham jussus est filium immolare, passus est Christus postea.

3. *Reg.* 6.

C

h Mense secundo] idest Majo, qui Zius 3. *Regum* 6.

i Anno quarto] Ad quem fuerunt quadringenti, & octoginta a tempore egressionis de Ægypto, ut dicitur 3. *Reg.* 6.

k In mensura prima,] idest, ad mensuram tabernaculi Moysi. Ita exponit *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus*. Et ita videtur, quod templum non fuit triginta cubitorum in longitudine: quia tot fuit tabernaculum. Solut. *Hieronym.* non refert ad numerum, sed ad formam:

n Centum viginti cubitorum.] Erant enim in templo tres mansiones: Prima habebat triginta cubitos, secunda triginta, tertia sexaginta. Tamen *Josephus* non ponit nisi duas mansiones, sed ipse duas inferiores comprehendit in una. Tamen *Gloss.* hic aliter dicit, scilicet quod tria erant cœnacula, quodlibet triginta cubitorum, & a tertio usque ad supremum tectum templi erant alii triginta cubiti.

o Domum quoque majorem] idest, illam partem, quæ dicitur sancta.

p Abiegnis,] vel ligneis.

q Et quasi catenulas,] idest, quamdam sculpturam reticulatam ad modum catenarum connexarum.

r Texit domum,] idest, tabulatum sanctorum.

s Et postes,] ostiorum, vel tabulati.

t Fecit quoque domum, &c.] *Gloss.* Oraculum, ubi erat arca, viginti cubitos habebat in longitudine, latitudine, altitudine. Sed contra: Imo triginta in altitudine, ut dicitur 3. *Regum* 6. Solutio: Triginta cubitos habebat altitudo usque ad tabulatum. Sed tabulæ dividentes sancta sanctorum a sanctis, viginti cubitorum erant tantum, secundum quas attenditur hic altitudo oraculi. Unde 3. *Regum* 6. dicitur, Oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis. Et tamen in principio ejusdem capituli dicitur, quod altitudo templi erat triginta cubitorum.

al. † Cherubin duo.

u Cœnacula quoque texit, &c.] quæ erant tria.

x Cherubim duos] Hoc 3. *Reg.* 6. plenius dicitur.

y Opere statuario,] idest, opere, quo fiunt statuæ. Vel sic, idest, ad similitudinem statuæ.

z Viginti cubitis extendebant, ita ut, &c.] Computata eorum corporis quantitate.

a Erectis pedibus,] idest, obliquatis, & elevatis, quasi ad jubilandum. Vel hoc dicit, quia innix erant articulis. Aliter dicitur *Ezech.* 1. de animalibus, quod pedes eorum recti, idest, sine conversione poterant ire, & reverti.

a Ad

a Ad exteriorum domum,] quæ dicitur sancta. *b* Velum,] quod pendebat ante sancta sanctorum, dividens ea a sanctis. *c* Ante fores,] in porticu. *d* Duas, &c.] Imo multas, sed istæ duæ erant mirabiliores, unde propriis nominibus appellantur 3. *Regum* 7. Booz, & Jachim.

ta, quod dicit cælaturas decem cubitis circuire mare. Videtur enim falsum, quod statim supra dictum est, quod funiculus decem, & novem cubitorum ambiebat gyrum illius. Solutio: Mare latius erat in summo, & angustius erat in imo. In summo, triginta cubitorum, in imo decem cubitorum.

a exteriorem domum. Fecit quoque *b* velum ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso, & intexuit ei Cherubim. Ante *c* fores etiam templi *d* duas columnas, *e* quæ triginta, & quinque cubitos habebant altitudinis. Porro capitella earum quinque cubitorum, necnon & quasi catenulas in *f* oraculo, & *g* superposuit eas *h* capitibus columnarum. Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. *i* Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, unam a dextris, & alteram a sinistris. Eam, quæ a dextris erat, vocavit Jachim, & quæ ad lævam, Booz.

C A P. IV.

FECIT quoque *k* altare æneum, viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. Mare *l* etiam *m* fusile decem cubitis *n* a labio usque ad labium, rotundum per circuitum. Quinque cubitos habebat altitudinis, & *o* funiculus triginta cubitorum ambiebat *p* gyrum ejus. Similitudo quoque boum erat *q* subter illud, & decem cubitis quædam extrinsecus *r* cælaturæ, quasi duobus *s* versibus † *t* labium maris circuibant. Boves autem erant fusiles, & ipsum mare super duodecim boves impositum erat, quorum tres respiciebant Aquilonem, & alii tres Occidentem. Porro tres alii Meridiem, & tres qui reliqui erant, Orientem, mare habentes superpositum. Posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari. Porro *u* vastitas ejus habebat *x* mensuram palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilii. Capiebatque mensuræ *y* tria millia metretas. *z* Fecit quoque conchas decem, & posuit quinque a dextris, & quinque a sinistris, ut lavarent in eis omnia, quæ in holocaustum oblaturi erant. Porro in mari sacerdotes lavabantur. Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem, quam jusserat fieri, & posuit ea in templo quinque a dextris, & quinque a sinistris. Necnon & mensas decem, posuitque eas in templo, quinque a dextris, & quinque a sinistris, phialas quoque aureas centum. *a* Fecit etiam atrium sacerdotum, & *b* basilicam grandem, & ostia in basilica, quæ texit ære. Porro mare posuit in latere dextro contra Orientem ad Meridiem. *c* Fecit etiam Hiram *d* lebetes quoque, & *e* creagras, & *f* phialas, & complevit omne opus Regis in domo Dei, hoc est *g* columnas duas, & epistylia, & *h* capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia. Malogranata quoque quadringenta, & retiacula duo, ita ut bini ordines malogranatorum, singulis retiaculis jungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarum. Bases etiam fecit, *i* & conchas, quas superposuit basibus, mare unum, bovesque duodecim sub mari, & lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater ejus in domo Domini, ex ære mundissimo. In regione Jordanis fudit ea Rex in argillosa terra, inter Sochot, & Saredatha. Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita ut ignoraretur pondus æris. Fecitque Salo-

D

e Quæ triginta, &c.] Sed quomodo potuit hoc esse, cum non protenderentur nisi usque ad primum tabulatum, ubi non erant, nisi triginta cubiti. Solutio. Hoc faciebat proclivitas montis. Ibi enim erat terra inferior quinque cubitis.

f In oraculo.]

Oraculum dicitur. { Divinum responsum. Propitiatorium. Sancta sanctorum, ubi fuit arca. Templum, sic accipitur hic, & denominatur a parte totum.

A

g Et superposuit eas,] idest, ita sculpsit, quod superpositæ videbantur.

h Capitibus,] idest, capitellis.

al † alvum. 3. *Regum* 7.

i Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo.] *Gloss.* Ideo factæ sunt duæ columnæ, & ita dispositæ, ut nobis in prosperis, & in adversis, ingressum regni cœlestis ante oculos habendum doceant. Notandum vero, quod porticus templi etiam vestibulum vocatur. Et quod legimus inter vestibulum, & altare, inter porticum, & altare intelligi debet.

B

E X P O S I T I O

C A P. IV.

C

FEcit *k* quoque altare æneum,] scilicet altare holocaustorum.

l Mare,] idest, lavatorium.

m Fusilæ,] æneum, scilicet.

n A labio usque ad labium,] per diametrum.

o Et funiculus triginta cubitorum.] Hoc non videtur posse stare, quia omnis circumferentia continet diametrum plus quam ter. Solutio: Theologia non curat minutias numerorum superexcrescentes, vel inferius succidentes, ideo solidum numerum posuit. Vel potest dici, quod iste funiculus erat sub reflexione labii, quia labium repandum erat, & diameter sumebatur ab extremitate recurva exterius usque ad aliam extremitatem exterius per transversum. Et ita non erat recte circumferentia illius diametri, quia necessario oporteret, quod funiculus major esset triginta cubitis.

D

p Gyrum,] idest, circuitum.

q Subter illud,] mare scilicet.

3. *Reg.* 7. *r* Cælaturæ.] Quæ *in Regum* vocantur histriatæ sculpturæ, idest, historiatæ, quasi historias alienas continentes. Et no-

s Versibus,] idest, ordinibus.

t Labium maris,] idest, mare.

3. *Reg.* 7. *u* Porro vastitas,] idest, spissitudo, quæ *in Regum* dicitur grossitudo.

3. *Reg.* 7. *x* Mensuram palmi.] *In Regum* dicitur trium unciarum. *Josephus* dicit, quatuor digitorum, quod in idem redit.

Ibidem. *y* Tria millia metretas.] *In Regum* dicitur: Duo millia bathos, quod idem est. Nam bathus mensura est trium modiorum, ejusdem capacitatis, cujus & ephi. Sed bathus liquidorum, ephi aridorum. Et capit tam bathus quam ephi metretam, & dimidiam. Et ita duo millia bathi, sunt tria millia metretarum.

z Fecit quoque, &c.] Hic agitur de decem luteribus, in quibus sacerdotes membra hostiarum lavabant, quia quinque erant ad dexteram, quinque ad sinistram in atrio interiori. De quibus plenius dictum est 3. *Regum* 7. Et dicuntur hic conchæ, quæ ibi luteres appellantur. Habebat autem quilibet luter basem suam. De factura quarum basium sufficienter dictum est *in Regum*.

a Fecit etiam atrium] *Gloss.* in *Regum* ita: Et ædificavit Rex Salomon atrium interius, tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum Cedri. De interiori atrio breviter loquitur, de exteriori prorsus tacere videtur. Sed in verbis dierum fit mentio utriusque.

b Basilicam grandem, & ostia in basilica, quæ, &c.] *Gloss.* idest, exterius atrium.

c Fecit etiam Hiram,] artifex ille.

d Lebetas quoque, &c.] ad suscipiendos cineres, & prunas altaris.

e Creagras, &c.] idest, fuscinulas, ad extrahendum carnes de caldariis.

f Phialas, & complevit, &c.] ad offerenda libamina, dicit *Gloss.*

g Columnas duas, & epistylia, &c.] principales.

h Capita, & quasi quædam retiacula, &c.] idest, capitella.

i Et conchas, quas superposuit, &c.] idest, luteres. *Gl.* De his *supra* tractatum est.

EXPO-

Liber II. Paralipomenon.

mon omnia vasa domus Dei, & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum, ex auro purissimo, & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiateria quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola, ex auro purissimo. Et ostia cælavit templi interioris, idest, in Sancta sanctorum. Et ostia templi forinsecus aurea. Sicque completum est omne opus, quod fecit Salomon in domo Domini.

C A P. V.

INTULIT *a* igitur Salomon omnia, quæ voverat David pater ejus, *b* argentum, & aurum, & universa vasa posuit in thesauris domus Domini. *c* Post quæ congregavit majores natu Israel, & cunctos *d* principes tribuum, & *e* capita familiarum de filiis Israel, Jerusalem, ut adducerent arcam fœderis Domini *f* de civitate David, quæ est Sion. Venerunt igitur ad *g* Regem omnes viri Israel in die *h* solemni mensis *i* septimi. Cumque venissent cuncti seniores Israel, portaverunt Levitæ arcam, & *k* intulerunt eam, & omnem paraturam *l* tabernaculi. Porro vasa Sanctuarii, quæ erant in *m* tabernaculo, portaverunt sacerdotes cum Levitis. Rex autem Salomon, & universus cœtus Israel, & omnes, qui fuerant congregati ante arcam, immolabant arietes, & boves absque ullo numero. Tanta enim erat multitudo victimarum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, idest, ad oraculum templi, in Sancta sanctorum, subter alas Cherubim, ita ut Cherubim expanderent alas suas super locum, in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. Vectium, autem quibus portabatur arca (quia paululum longiores erant) capita parebant ante *n* oraculum. Si vero quis paululum fuisset *o* extrinsecus, *p* eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi usque in præsentem diem. Nihilque erat aliud in arca, nisi *q* duæ tabulæ, quas *r* posuerat Moyses in *s* Horeb, quando legem dedit Dominus filiis Israel egredientibus in Ægypto. Egressis autem sacerdotibus de *t* Sanctuario, *u* omnes enim sacerdotes, qui ibi potuerant inveniri, sanctificati sunt, nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos *x* divisus erat, tam Levitæ quam cantores, idest, & qui *y* sub Asaph erant, & qui sub Eman, & qui sub Idithun, filii, & fratres eorum, vestiti *z* byssinis, & cymbalis, & psalteriis, & citharis concrepabant, stantes ad Orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti, canentes tubis. Igitur cunctis pariter & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diversi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur, ita ut cum Dominum laudare cœpissent, & dicere: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus, impleretur domus Dei nube, nec possent sacerdotes stare, & ministrare propter caliginem. Compleverat enim *a* gloria Domini domum Dei.

C A P. VI.

TUNC *b* Salomon ait: Dominus pollicitus est, ut habitaret in caligine. Ego autem ædificavi domum

EXPOSITIO CAP. V.

INtulit *a* igitur,] in thesauros Domini. Et agitur hic de translatione arcæ in templum.

b Argentum, & aurum] quod plus obtulit populus, quam esset necessarium ad vasa templi, & utensilia facienda.

c Post quæ congregavit.] Hoc 3. *Regum* 8.

d Principes tribuum,] qui erant duodecim, ut patet *Num.* 1.

e Et capita familiarum,] idest, principes familiarum, qui erant plures quam principes Tribuum.

f De civitate David,] ubi eam posuerat David 2. *Reg.* 6.

g Ad Regem,] scilicet Salomonem.

h In die solemni,] scilicet decima die Septembris, qua fiebat expiatio, ut legitur *Numer.* 28.

i Septimi,] idest, Septembris.

k Et intulerunt,] in templum.

l Tabernaculi,] Moysi.

m In tabernaculo, &c.] Moysi.

n Ante oraculum,] idest, existentibus ante oraculum prope. *Gloss.* Apparebant summitates vectium foris ante oraculum, non semper, sed cum ostia oraculi aperiebantur: Neque hoc omnibus, sed illis qui propius accedentes, ea, quæ intus erant, attentius intuebantur. Ipsa autem arca qualis esset, & quomodo esset posita, illis solis, qui oraculum intrabant, videre licebat. Item alia *Gloss.* Non tamen fieri poterat, ut ipsa eorum capita ante oraculum eminerent: quia necesse erat, ut clauso oraculo, & appenso ante ostia velo, ipsi quoque vectes cum arca, & Cherubim abderentur interius, quod fieri non poterat, si prominentes ulterius vectes, pro ducendis ad claudendum ostiis locum non darent.

o Extrinsecus,] idest, remotior.

p Eos,] idest, vectes. Et nota, quod hoc, quod dicitur hic de capitibus vectium non visis vel visis, refertur ad totum tempus, quo arca fuit in templo, idest, in Sanctis sanctorum. Tamen *Magister in historiis* refert hoc tantum ad tempus, quo portabatur arca: quia, secundum eum, capita vectium templi poterant videri a populo sequente arcam. Sed postquam arca reposita est loco suo, nunquam.

q Nisi duæ tabulæ,] quas secundo dedit Dominus Moysi, *Exod.* 34. quia priores fregerat Moyses, *Exod.* 32. Sed videtur falsum, quod hic dicitur: quia etiam erat ibi urna aurea, & virga Aaron, ut dicit Apostulus ad *Hebr.* 9. Solutio: In arca erant tabulæ Moysi lapideæ, scriptæ digito Dei. *Deut.* 9. Et urna aurea plena manna, *Exod.* 16. Et virga Aaron, quæ floruerat. *Num.* 17. & *Deut.* 31. Sed quia tabulæ digniores erant [quia scriptæ digito Dei] ideo tantum de illis hic fit mentio, tamen non excluduntur alia. Simile 3. *Reg.* 12. ubi dicitur, quod nulla tribus secuta est David, nisi sola Tribus Juda, imo & Benjamin, sed Tribus Juda tantum nominatur, propter regiam dignitatem.

r Posuerat,] in arca.

s In Horeb] vel in Choreb, quædam pars montis Sinai.

t De sanctuario,] idest, de templo, vel de Sanctis sanctorum, ubi reposuerant arcam. Tunc enim omnes sacerdotes [dummodo mundi essent] poterant intrare sancta sanctorum, ad deponendum arcam, sed nunquam ad ministrandum, nisi solus Pontifex.

u Omnes enim sacerdotes.] Antipophora est. Posset enim aliquis quærere: Quomodo ausi sunt omnes sacerdotes intrare Sancta Sanctorum? Et respondet auctor, quia omnes sanctificati erant.

x Divisus erat,] Hoc videtur falsum. Quia supra 1. *Paral.* 25. habitum est, quod David constituit vigintiquatuor sacerdotes summos, singulis assignans vicem suam. Solutio: Revera vices divisæ erant tempore David, sed sacerdotes nondum ministrabant secundum divisiones suas, quia templum nondum factum erat. Et hoc concordat ei quod dictum est 1. *Paral.* 28. scilicet, quod David dedit Salomoni descriptionem sacerdotalium, & Levitarum divisionum.

y Sub Asaph, &c.] Isti tres principales erant cantores.

z Byssinis, cymbalis, & psalteriis, &c.] idest, vestibus de bysso.

a Gloria Domini domum, &c.] idest, nubes perlucida.

EXPOSITIO CAP. VI.

TUnc *b* Salomon ait: Dominus pollicitus est,] Numquam legitur Dominus hoc promisisse, neque dixisse, sed quia in monte Sinai apparuit in nebula, ut legitur *in Exod.* 19.

Et

Et præcessit Israel in nube, *Exod.* 14. Item ante Moysen positum in caverna petræ transivit in nebula. *Exod.* 33. ideo Salomon posuit dictum pro opere. Et est sensus: Dominus pollicitus est, sive dixit [ut habetur *in Regum*] idest opere monstravit. Unde *Job* 22. Nubes latibulum ejus. *Psal.* 17. Posuit tenebras latibulum suum. Vel potest dici, quod pollicitus est Dominus quando dixit Moysi: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, *Exod.* 19.

B *a* Ut habitaret ibi.] Contrarium *supra* 2. Quis poterit prævalere, ut ædificet, &c. Solutio: *Supra* 2. credebant Judæi, vel Gentiles [quibus ibi loquitur,] quod Dominus corporaliter habitaret in templo, quod ibi removit. Habitat autem Deus in templo, per devoti servitii exhibitionem, & sic accipitur hic.

b Convertit,] ad populum. *c* Locutus est David] 2. *Reg.* 7.

De consecr. dist. 1. c. 1.

d Elegi] 1. *Reg.* 16.

e Habere] Sed si voluntas hæc bona fuit, quare Dominus eam prohibuit, ne perduceretur ad effectum? Item si prohibuit, quomodo bona fuit? Solutio: Non prohibuit, sed per alium eam adimpleri voluit. C

f Surrexi,] in regnum. *g* Nomini Domini,] idest, ad honorem Domini. *h* Pactum Domini, idest, tabulæ.

i Stetit] Salomon scilicet.

k Altare,] holocausti.

D *l* Ex adverso,] idest, ipse erat ex una parte altaris, & multitudo populi erat ex altera parte.

m Basim æneam,] *In Regum* dicitur gradus.

n Basilicæ,] idest, atrii interioris, idest, atrii mundorum quod erat post atrium sacerdotum, quod *Josephus* vocat Aulam. E

o Custodis pactum, &c.] idest, adimples.

p Misericordiam cum servis tuis,] quia plus dat, quam promiserit.

q Ambulant,] fide, & opere.

r In toto corde,] sine simulatione.

s Promiseras,] patri meo.

t Complesti,] mihi, & in me patris meo.

u Patri meo,] idest, mihi propter ipsum.

nomini ejus, ut *a* habitaret ibi in perpetuum. Et *b* convertit Rex faciem suam, & benedixit universæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta) Et ait: Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod *c* locutus est David patri meo, opere complevit, dicens: A die, qua eduxi populum meum de terra Ægypti, non elegi civitatem de cunctis Tribubus Israel, ut ædificaretur in ea domus nomini meo, neque alium elegi quenquam virum, ut esset dux in populo meo Israel, sed elegi Jerusalem, ut sit nomen meum in ea, & *d* elegi David, ut constituerem eum super populum meum Israel. Cumque fuisset voluntatis David patris mei, ut ædificaret domum nomini Dei Israel, dixit Dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, ut ædificares domum nomini meo, bene quidem fecisti *e* habere hujusmodi voluntatem, sed non tu ædificabis mihi domum, verumtamen filius tuus, qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Complevit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat, & ego *f* surrexi pro David patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus, & ædificavi domum *g* nomini Domini Dei Israel, & posuit in ea arcam, in qua est *h* pactum Domini, quod pepigit cum filiis Israel. *i* Stetit ergo coram *k* altari Domini, *l* ex adverso universæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon *m* basim æneam, & posuerat eam in medio *n* Basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & tres cubitos altitudinis, stetitque super eam, & deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israel, & palmis in cœlum levatis, ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cœlo, & in terra, qui *o* custodis pactum, & *p* misericordiam cum servis tuis, qui *q* ambulant coram te in *r* toto corde suo, qui præstitisti servo tuo David patri meo, quæcumque locutus fueras ei, & quæ ore *s* promiseras, opere *t* complesti, sicut & præsens tempus probat. Nunc ergo, Domine Deus Israel, imple servo tuo *u* patri meo David, quæcumque locutus es, dicens: Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen, si custodierint filii tui *x* vias meas, & ambulaverint in *y* lege mea, & sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc, Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es servo tuo David. *z* Ergo ne credibile est, ut *a* habitet Deus cum hominibus super terram, si cœlum, & cœli cœlorum non te capiunt, quanto magis domus ista, quam ædificavi? *b* Sed ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem servi tui, & obsecrationem ejus, Domine Deus meus, & audias preces, quas fundit *c* famulus tuus coram te, ut aperias *d* oculos tuos *e* super domum istam diebus, ac noctibus, super locum, in quo pollicitus es, ut invocaretur nomen tuum, & *f* exaudires orationem, quam servus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel. Quicumque oraverit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, idest, de cœlis, & propitiare. Si *g* peccaverit quispiam proximum suum, & jurare contra eum paratus venerit, seque *h* maledicto constrinxerit coram altari in domo ista, tu exaudies de cœlo, & facies judicium servorum tuorum, ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium, & *i* ulciscaris *k* justum, retribuens ei secundum justitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis, *l* peccabunt enim tibi, & conversi egerint pœnitentiam, & obsecraverint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco isto, tu exaudies de cęlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & *m* reduces eos in terram, quam dedisti eis, & patribus eorum. Si clauso cęlo *n* pluvia non fluxerit, propter peccata populi, & deprecati te fuerint in *o* loco isto, & confessi nomini tuo, & conversi a peccatis suis, cum eos afflixeris, exaudi de cęlo, Domine, & dimitte peccata servis tuis, & populi tui Israel,

x Vias meas,] idest, mandata mea, quia per observantiam mandatorum pervenitur ad Deum.

y In lege mea,] faciendo ipsam.

z Ergo ne, &c.] Hic revocat Salomon populum a falsa opinione, quæ subierat eum, qua credebat Deum habitare in templo, sicut homo habitat in domo. Et est, ergo, non illativum, sed potius adversativum.

a Ut habitet,] corporaliter.

b Sed ad hoc, &c.] quasi dicat, non propter bonum Dei, sed hominum, facta est domus hæc.

c Famulus,] idest Salomon,] *d* Oculos,] misericordiæ.

e Super domum istam] idest, orantes in ea.

f Et exaudires, &c.] Ex hoc loco sumpta est oratio, quæ dicitur in deddicatione templi, in qua dicitur: præsta, quæsumus, ut quisquis hoc templum beneficia tua petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur.

g Si peccaverit, &c.] Quod oravit Salomon in generali, specificat, dicens: Si peccaverit. Et est sensus: Si bene juraverit, propitius esto, si male, vindica.

3. Reg. 8.

h Maledicto,] cum execratione facta.

i Ulciscaris,] idest, ultionem sumas.

k Justum,] idest, pro justo.

l Peccabunt] Anthipophora est, quasi quæreret aliquis: Superabiturne aliquando populus Israel? Respondet, quod sic, quia aliquando peccabunt, & tunc merito peccatorum permittet eos Dominus superari.

m Reduces,] cum fuerint captivati.

n Pluvia] Ut accidit tempore Eliæ. 2. *Reg.* 17.

o In loco] Nota, orandum est in Ecclesia, propter loci sanctitatem, quam ea dedicatione sortita est. Item propter majorem devotionem habendam. Item propter reliquias martyrum, quæ ibi requiescunt, honorandas. Item propter generalis statuti communitatem servandam. Item propter vitandum scandalum, & malam suspicionem,

& doce eos viam bonam, per quam *a* ingrediantur, & da pluviam terræ, quam dedisti populo tuo ad possidendum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, *b* ærugo, & *c* aurugo, & locusta, & bruchus, & hostes vastatis regionibus portas obsederint civitatis, omnisque plaga, & infirmitas presserit, si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam, & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies de cœlo, de sublimi, scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde unicuique secundum vias suas, quas nosti eum habere in corde suo: *d* Tu enim solus nosti corda filiorum hominum, ut *e* timeant te, & *f* ambulent in *g* viis tuis, cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. *h* Externum quoque, qui non est de populo tuo Israel, si *i* venerit de terra longinqua, propter *k* nomen tuum magnum, & propter *l* manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adoraverit in loco isto, tu exaudies de cœlo, firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta, pro quibus *m* invocaverit te ille peregrinus, ut sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant, quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi nomini tuo. Si egressus fuerit populus ad bellum contra adversarios suos, per viam, in qua miseris eos, adorabunt te contra *n* viam, in qua civitas hæc est, quam elegisti, & domus, quam ædificavi nomini tuo, ut exaudias de cęlo preces eorum, & obsecrationem, & ulciscaris. Si autem & peccaverint tibi (Neque enim est homo, qui non *o* peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captivos eos duxerint in terram longinquam, vel certe quæ juxta est, & *p* conversi corde suo in terra, ad quam captivi ducti fuerint, egerint pęnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captivitatis suæ, dicentes: *q* Peccavimus, inique *r* fecimus, injuste *ſ* egimus, & reversi fuerint ad te in *t* toto corde suo, & tota *u* anima sua, in terra captivitatis suæ, ad quam ducti sunt, *x* adorabunt te contra viam *y* terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & urbis, quam elegisti, & *z* domus, quam ædificavi nomini tuo, ut exaudias de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo, preces eorum, & facias judicium, & dimittas populo tuo quamvis peccatori. Tu es enim Deus meus: Aperiantur quæso oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem, quæ fit in loco isto. Nunc igitur consurge, Domine Deus, in *a* requiem tuam, tu, & *b* arca fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui, Domine Deus, *c* induantur salutem, & sancti tui lætentur in *d* bonis. Domine Deus meus, ne averteris faciem Christi *e* tui, memento *f* misericordiarum David servi tui.

C A P. VII.

CUMQUE complesset Salomon fundens preces, ignis *g* descendit de cœlo, & devoravit holocausta, & victimas, & *h* majestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quod implesset majestas Domini templum Domini. Sed & omnes filii Israel videant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum, & corruentes proni in terram *i* super pavimentum stratum lapide, adoraverunt, & laudaverunt Dominum, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Rex autem, & omnis populus immolabant victimas coram Domino. Mactavit igitur rex Salomon hostias boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia, & *i* dedicavit domum Dei Rex, & universus populus. Sacerdotes autem stabant in officii suis, & Levitæ in organis carminum Domini, *k* quæ fecit Rex ad laudandum Dominum quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus: hymnos David *l* canentes per manus suas. Porro Sacerdotes canebant tubis *m* ante eos, cunctusque Israel stabat. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii, ante templum Domini: Obtulerat enim *n* ibi holocausta, & adipes pacificorum, quia altare æneum, quod *o* fecerat, non *p* poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adipes pacificorum. *q* Fecit ergo Salomon

nem, & propter alia hujusmodi.
a Ingrediantur,] ad te.
b Ærugo,] idest, interfectio segetum.
c Et aurugo,] idest, aura corrumpens.
d Tu enim solus nosti, &c.] Argumentum, quod diabolus nescit cogitationes hominem. *Jerem.* 17. Pravum est cor hominis, &c.
e Ut timeant] filiali timore.
f Ambulent,] faciendo.
g In viis tuis,] idest, in mandatis tuis.
h Externum quoque,] i. extraneum, qualis fuit Eunuchus Candacis Reginæ, quem baptizavit Philippus. *Act* 8.
i Si venerit,] in Jerusalem. *k* Propter nomen tuum] adorandum.
l Manum,] idest, potentiam.
m Invocaverit te] *Joel.* 2. Et omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. Contra *Matt.* 7. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, &c.
Solutio. Invocaverit, quatuor importat; scil. perseverantiam, quia omne tempus complectitur. Item triplicem invocationem, scilicet cordis, oris & operis. In *Matt.* tantum duo istorum quatuor tanguntur. Unde bis dicitur, Domine, non ter. *n* Contra viam,] idest, versus illam partem. Unde *Daniel.* 6. legitur, quod Daniel tribus temporibus, apertis fenestris domus suæ, flexis genibus orabat in die contra Jerusalem.
o Non peccet] 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, &c.
p Conversi,] ad te.
q Peccavimus,] in nos.
3. Arg. 8. *r* Inique fecimus] in Deum.
ſ Injuste egimus,] in proximum.
t In toto corde,] idest, toto intellectu.
u Et tota anima] idest, toto affectu.
x Adorabunt,] latria.
y Terræ suæ] scilicet Jerusalem.
z Domus,] idest, templum.
a In requiem,] i. in locum ubi requiescas.
b Arca fortitudinis.] Sic vocabatur, quia Dominus solebat ibi ostendere fortitudinem suam quando portabatur in præliis.
c Induantur salutem,] idest, salventur undique.
d In bonis,] & domus tuæ.

e Christi tui,] idest, David Regis.
f Misericordiarum,] quas fecit in miseros.

EXPOSITIO

CAP. VII.

CUmque complesset Salomon, &c.
g Ignis descendit de cœlo,] Quod fuit signum, quod Dominus holocausta acceptaverat.
h Et majestas,] in fumo.
i Super pavimentum] atrii.
i Et dedicavit] idest, initiavit, oblationem hostiarum: Tunc enim [ut dicit *Josephus*] primo sacrificia in templo celebrata sunt.
k Quæ] scilicet carmina.
l Canentes] Levitæ, dico, canentes hymnos David, per manus suas: Quod dicitur, quia ore canebant, & manu organa temperabant.
m Ante eos,] scilicet Levitas.
n ibi] idest, in atrio.
o Quod fecerat,] Salomon.
p Non poterat, &c.] quasi dicat, quia altare æneum, quod fecerat Salomon, non sufficiebat sustinere tot holocaustorum pondus, ideo sanctificavit medium atrium, quasi pro altari.
q Fecit ergo, &c.] post dedicationem, scilicet. *Gloss. Raban.* Non puto hic aliud intelligendum, quam quod expletis septem diebus dedicationis templi, subsecuti sunt dies Scenopegiæ, qui quintadecima die mensis septimi, secundum legem, inchoabant, & vigesimasecunda die finiebantur: utrisque ergo festivitatibus rite peractis, & scenopegiarum octava die finita, dimisit Salomon populum ad propria, lætantem, & gaudentem super bono, quod fecerat Dominus David, & Salomoni, & Israel populo suo.

a Solemni

a solemnitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, Ecclesia magna valde, *b* ab introitu Emath usque *c* ad torrentem Ægypti. Fecitque *d* die octavo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, & *e* solemnitatem celebrasset *f* diebus septem. Igitur in *g* die vigesimatertia *h* mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes, atque gaudentes super bono, quod *i* fecerat Dominus David, & *k* Salomoni, & Israel populo suo. Complevitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia, quæ disposuerat in corde suo, ut faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est. *l* Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait: Audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii. *m* Si clausero cœlum, & pluvia non fluxerit, & mandavero, & præcepero *n* locustæ, ut devoret terram, & misero *o* pestilentiam in poplum meum, *p* conversus autem populus meus, *q* super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & requisierit *r* faciem meam, & egerit pœnitentiam *s* a viis suis pessimis, & ego exandiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & *t* sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt *u* aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit. Elegi enim & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit David pater tuus, & feceris juxta omnia, quæ præcepi tibi, & justitias meas, judiciaque servaveris, *x* suscitabo thronum regni tui, sicut pollicitus sum David patri tuo, dicens: Non *y* auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israel. Si autem aversi fueritis, & dereliqueritis justitias meas, & præcepta mea, quæ proposui vobis, & abeuntes servieritis diis alienis, & adoraveritis eos, evellam vos de terra mea, quam dedi vobis, & domum hanc, quam ædificavi nomini meo, projiciam a *z* facie mea, & tradam eam in *a* parabolam, & in exemplum cunctis populis, & domus ista erit in proverbium universis transeuntibus, & dicent stupentes: Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? Respondebunt: Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Ægypti, & *b* apprehenderunt Deos alienos, & *c* adoraverunt eos, atque *d* coluerunt. Idcirco venerunt super eos universa hæc mala.

C A P. VIII.

EXpletis *e* autem viginti annis postquam ædificavit Salomon domum Domini, & domum suam, civitates, quas *f* dederat Hiram Salomoni, ædificavit, & *g* ha-

u Solemnitatem] Scenopegiæ. Nota, quod decima die Septembris incepit dedicatio templi, qua etiam die erat triplex festum, scilicet Festum propitiationis de quo *Exod.* 35. Festum expiationis, *Lev.* 16. Festum afflictionis, *Num.* 19. Duravit autem dedicatio templi septem diebus continue, & postea decimaseptima die ejusdem mensis incepit Scenopegia, & duravit 7. diebus, & terminata 23. die ejusdem mensis. Et in 8. Scenopegiæ idest, post duos septenarios, facta collecta ad usus pauperum dimisit Salomon populum ad propria, gaudentem super bono, quod fecerat Dominus David, & Salomoni. Secundum hoc Scenopegia non fuit celebrata tempore suo. Semper enim inchoatur Scenopegia 15. die Septembris, ut dicitur *Num.* 29. Propter quod dicunt aliqui, quod dedicatio incepit decima die Septembris, ut dictum est, & celebrata est continue diebus quinque. In 6. vero die, quæ fuit 15. dies mensis, occurrit Scenopegia, quæ interposita est septem diebus, quia terminata dedicatio celebrata est iterum per duos dies, qui fuerant intermissi. Primam opinionem ponit *Rabanus in Glossa*, prænotata.

b Ab introitu Emath,] Septentrionali plaga terræ, scilicet promissionis.

c Usque ad torrentem,] *Glossa*. Riconorulam nomen est torrentis.

d Die octavo,] post Scenopegiam. *Num.* 29.

e Et solemnitatem] Scenopegiæ.

f Diebus] aliis scilicet.

g Igitur in die] Hoc videtur falsum. Nam si decima die Septembris incepit dedicatio, & post dedicationem Scenopegiæ. Et utrumque festum septem diebus duravit, vigesimatertia die mensis fuit ultima dies Scenopegiæ, & ita in crastinum ultimæ diei Scenopegiæ facta fuit collecta, & post collectam dimisit Salomon populum: ergo vigesimoquarto die, & non vigesimotertio, & hoc concedit *Magister in historiis*. Unde sic oportet intelligi, quod hic dicitur in vigesimatertia die mensis dimisit populum, idest, tunc dedit eis licentiam recedendi post collectam. *Archiepiscopus Cantuariensis* dicit, quod vigesimatertia die mensis recessit populus post collectam, quam dicit factam illa die, idest, vigesimatertia. Et dicit, quod dedicatio incepit ante decimum diem Septembris. Et quod legitur in die solemni incepisse dedicationem, dicit in die solemni, idest, juxta, quia parum ante, scilicet uno die. Prior expositio probabilior est.

h Mensis septimi,] qui fere totus erat festivus, scilicet Septembris, ut patet *Lev.* 23. & *Num.* 28.

i Quod fecerat Dominus David,] *Glos.* dimisso, scilicet peccato, quod commiserat in Uriam *secundo Regum* 11. & quod regnum concessit illi in sempiternum.

k Et Salomoni.] *Glos.* quem de uxore alienigena natum lex prohibebat *Deuteron.* 12. Ecclesiam Dei intrare permisit, & regno sublimavit. Sed *Glos.* videtur falsa esse, quia fuit de Judæa, scilicet de Bersabee, & legitima, ut patet *secundo Regum duodecimo*. Solutio: Hoc ideo dicit *Glos.* quia David male acceperat eam in uxorem, scilicet per proditionem Uriæ viri Bersabee, matris Salomonis.

l Apparuit autem ei Dominus] *tertio Regum nono*.

m Si clausero, &c.] Respondet Dominus per ordinem his, quæ oraverat Salomon.

n Locustæ,] Locusta Bruchus, Athelabus, idem est diverso tempore.

o Pestilentiam] idest, corruptionem aeris, vel languorem, & morbum ex fame sequentem.

p Conversus] corde, & opere.

q Super quos invocatum] idest, qui dicitur populus Domini, vel populus Israel.

r Faciem meam,] idest, misericordiæ meæ, notitia tamen meæ. Facies patris proprie dicitur filius, quia sicut in facie cognoscitur homo, ita per filium nobis manifestatus est pater. *Joannis decimoseptimo*. Ego te clarificavi super terram.

s A viis suis] idest, peccatis.

t Sanabo] idest, liberabo a malis.

u Aperti,] ad videndum in bono afflictionem.

x Suscitabo,] idest, promovebo. (3. Reg. 9.)

y Non auferetur de stirpe tua vir, &c.] 2. *Reg.* 7.

z A facie,] idest, a propitiatione mea.

a In parabolam,] idest, in fabulis narrandum.

b Apprehenderunt] idest, similiter adhæserunt.

c Adoraverunt] corpore.

d Coluerunt.] mente.

EXPOSITIO CAP. VIII.

EXpletis *e* autem, &c. postquam ædificavit,] idest, in illis viginti annis consummavit ædificia domus Domini, & domus regiæ, & postea ædificavit civitates. Nota domum Domini fecit Salomon septem annis, domum suam, & domum Reginæ, & domum saltus fecit tredecim annis.

f Dederat] *Glos.* idest, reddiderat, quia cum Salomon dedisset, non placuerunt illi, ideo Salomon propriis utilitatibus eas deputavit. *g* Et habitare ibi fecit, &c.] Nota, istæ civitates erant in terra Galilææ in sorte Nephtalim. Hæc terra vocatur Galilæa gentium, *Isai.* 9. & *Matth.* 3. Sed quare hoc, cum ibi habitaverunt filii Israel, ut hic dicitur. Solutio: *Magister* dicit *in historiis*, quod ideo dicitur sic, non quia gen-

tes ibi habitaverunt, sed quia in ditione regis gentilis erat. Sed hoc videtur falsum, quia terra illa displicuit Hiram, & ideo redidit eam Salomoni. Ad hoc dicendum, quod Salomon terram illam dedit Hiram regi Tyri, & Hiram misit ibi gentes, quæ aliquanto tempore habitaverunt ibi. Postea displicuit terram Hiram, & reddidit eam Salomoni. Ab illis ergo gentibus dicta est Galilæa gentium. Quibus remotis fecit ibi Salomon habitare filios Israel.

B

a In Emath] idest, in illa parte Emath, sicut dicitur Syria Subal. Emath æquivocum est ad civitatem, quæ dicitur Antiochia, & ad regionem, & ita accipitur hic.

b In Emath] regione.

c Bethoron] civitas. Sunt autem duæ civitates sic dictæ. Una Bethoron inferior, & alia superior. Hæc data est Levitis in possessionem *Jos.* 21. Sic vult *Gloss.*

C

d Muratas,] vel munitas.

e Baalath] civitas est in Tribu Juda.

f Urbes quadrigarum] in quibus fiebant quadrigæ. *Archiepiscopus Cantuariensis* dicit, urbes quadrigarum, quia de lignis Libani erant factæ.

g Urbes equitum] in quibus manebant equites.

D

h Et in Libano] *Gloss.* templum est, quod cedrorum decore vestitum erat. Unde *Zachar.* 11. Aperi, Libane, portas tuas. Vel regiis ædificiis, quæ facta erant de lignis Libani.

i Subjugavit] Sed præceptum erat *Deut.* 20. ut non parceretur illis, ergo Salomon peccavit. Sol. Quia diu parcitum erat eis, ideo Salomon noluit eos interficere. Vel forte non fuit præceptum nisi de illis gentibus, quæ tunc erant, sed isti postea longo tempore nati sunt.

Deut. 20. — 2. *Par.* 33.

k Non posuit] Ad hoc dictum est supra, quod omnes operarii templi fuerunt proselyti. Sed hoc videtur falsum, quia supra dicit *Gloss.* quod ex tribus generibus hominum ædificatum est templum, scil. Judæis, gentibus, & proselytis. Sol. Verum est, ut dicunt *Gloss.* hoc autem, quod supra dictum est, quod omnes erant proselyti, hoc postillæ dicunt, sed magis credendum est *Gloss.* Et quod dicitur hic, intelligitur de servitio, idest, de cultu terræ, &

A

hujusmodi, ad quæ non posuit filios Israel, vel de operibus regis. *l* Filiam vero Pharaonis] uxorem suam sc.

m Sanctificata] eo quod ibi manserit area.

n Azymorum,] idest, Pascha.

o Hebdomadarum,] idest, Pentecosten.

p Tabernaculorum,] idest, in Scenopegia. Ista tria festa præcipua erant in lege, & quodlibet septem diebus extendebatur, quorum primus, & ultimus celebres erant.

q Juxta ritum, &c.] *Glos.* Secundum convenientiam cujuslibet temporis omnia in Ecclesia disponit, ut unusquisque ordo officio suo functus digne ministret.

r In Asiongaber, & in Ahialath,] *Glos.* insula dicitur esse haud procul in mari rubro, ubi classis Josaphat periit, *tertio Regum ultimo.*

s In Ophir.] *Gl.* nomen est provinciæ, ab uno posterorum Haber sic vocata.

t Quadringenta quinquaginta talenti anni,] *tertio Regum nono.* Dicitur, quadringentorum viginti talentorum. Solutio: Verum est, quod hic dicitur, scil. quod attulerunt quadrigenta quinquaginta talenta auri, sed nautæ pro labore, & expensis habuerunt inde triginta talenta, & ita remanserunt quadringenta viginti, ut dicitur *in Regum.*

3. *Reg.* 10. *Matth.* 12. 8. q. 1. c. *verum.*

bitare ibi fecit filios Israel. Abiit quoque in *a* Emath Subal, & obtinuit eam, & ædificavit Palmyram in deserto, & alias civitates munitissimas ædificavit in *b* Emath. Extruxitque *c* Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, civitates *d* muratas, habentes portas, & vectes, & seras. *e* Baalath etiam, & omnes urbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasque *f* urbes quadrigarum, & *g* urbes equitum. Omnia, quæcumque voluit Salomon, atque disposuit, ædificavit in Jerusalem, & in *h* Libano, & in universa terra potestatis suæ. Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Hevæis, & Jebusæis, qui non erant de stirpe Israel, de filiis eorum, & de posteris, quos non interfecerant filii Israel, *i* subjugavit Salomon in tributarios, usque in diem hanc. Porro de filiis Israel *k* non posuit, ut servirent operibus Regis. Ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi, & principes quadrigarum, & equitum ejus. Omnes autem principes exercitus Regis Salomonis, fuerunt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum. *l* Filiam vero Pharaonis transtulit de civitate David in domum, quam ædificaverat ei. Dixit enim Rex: Non habitabit uxor mea in domo David Regis Israel, eo quod *m* sanctificata sit, quia ingressa est in eam arca Domini. Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum, ut per singulos dies offerretur in eo, juxta præceptum Moysi, in sabbatis, & in calendis, & in festis diebus, ter per annum, idest, in solemnitate *n* Azymorum, & in solemnitate *o* hebdomadarum, & in solemnitate *p* tabernaculorum, & constituit juxta dispositionem David patris sui, officia Sacerdotum in ministeriis suis, & Levitas in ordine suo, ut laudarent, & ministrarent coram Sacerdotibus *q* juxta ritum uniuscujusque diei, & janitores in divisionibus suis per portam, & portam. Sic enim præceperat David homo Dei. Nec prætergressi sunt de mandatis Regis, tam Sacerdotes, quam Levitæ, ex omnibus quæ præceperat. Et in custodiis thesaurorum omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die, quo fundavit domum Domini, usque ad diem, quo perfecit eam. Tunc abiit Salomon in *r* Asiongaber, & in Ahialath, ad oram maris rubri, quæ est in terra Edon. Misit autem ei Hiram per manus servorum suorum, naves, & nautas, gnaros maris, & abierunt cum servis Salomonis in *s* Ophir. Tuleruntque inde *t* quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

C A P. IX.

REGINA *u* quoque *x* Saba cum audisset famam Salomonis, venit, ut tentaret eum in ænigmatibus, in Jerusalem, cum magnis opibus, & camelis, qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmasque pretiosas. Cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei *y* quæcumque erant in corde suo: Et *z* exposuit *a* ei Salomon omnia, quæ proposuerat, nec quicquam fuit, quod ei perspicuum non fuerit. Quod postquam vidit, sapientiam scilicet Salomonis, & domum, quam ædificaverat, necnon cibaria mensæ ejus, & habitacula servorum, & officia ministrorum ejus, & vestimenta eorum, pincernas quoque, & vestes eorum, & victimas, quas immolabat in domo Domini, non erat præ stupore ultra in ea spiritus. Dixitque ad Regem: *b* Verus est sermo, quem audieram in ter-

E X P O S I T I O

C A P. IX.

REgina *u* quoque, &c.] Hanc Reginam putat *Josephus* fuisse Nicaulam Reginam Ægypti, & Æthiopiæ.

x Saba] Hoc aliquando est nomen regionis, sed hic est nomen civitatis. Unde *Gloss.* regalis civitas Æthiopiæ, quam *Josephus* a Cambyse rege Meroen cognominatam ex sororis suæ vocabulo refert.

y Quæcumque erant in corde suo.] *Glossa* quæ cogitabat sibi esse salubria.

z Et exposuit] per legis notitiam, & Spiritus Sancti gratiam, dicit *Glossa.*

a Ei Salomon omnia, quæ præposuerat,] i. Reginæ.

b Verus est, &c.] *Glossa*; Conveniunt hæc Ecclesiæ, quæ

auditis

auditis miraculis Christi, provocata est ad quærendum eum. Sed postquam venit ad ipsum per Baptismum, & fidem consideratis Scripturæ testimoniis, agnovit Divinitatis potentiam, & parum ei visum est, quod de eo audierat, in comparatione perceptæ gratiæ, unde & admirando in laudem ejus erumpit, dicens: Beati viri tui, &c.

a Beati] Tria genera electorum, quæ sunt in Ecclesia Dei hic distinguit. Viri sunt prædicatores, servi provisores, assistentes contemplatores. Omnes hi beati, & omnes hi signanter ponuntur *in Luc. decimo*. Quidam discumbentes cum Domino: ecce viri. Martha ministrans: ecce servi. Maria sedens ad pedes Domini: ecce assistentes. Plures non invenis in Ecclesia, attendat quilibet, de quibus est.

a Et gemmas] Dicit etiam *Josephus* reginam dedisse Salomoni radices Balsami, unde propagatæ sunt in Engaddi vineæ Balsamitæ.

b Ligna thyina,] *Gloss.* Hæc rotunda quasi pinea, sed multo candidiora, & valde fulgentia.

c Gradus] In *Regum* dicitur, fulcra, idest, gradus, vel appodiamenta.

d Hastas] De quibus non fuit mentio in *Regum*.

e Scuta] idest, peltas. Sub scutis tamen hic comprehenduntur & peltæ, & scuta.

f Trecentorum aureorum,] i. Siclorum. Et refertur hoc ad peltas, quia scuta singula quingentorum Siclorum erant. Unde 3. *Reg.* 10. Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta, de auro purissimo. Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius, & trecentas peltas ex auro probato. Trecentæque minæ auri unam peltam vestiebant.

g In armamentario,] idest, in domo saltus. Quæ sic dicta est, quia facta fuit de lignis saltus Libani, vel quia consita fuit arboribus ad modum saltus Libani. Et erat hæc domus duplex. Inferior mansio erat lapidea, in qua reponebantur aromata, ut recentius servarentur. Superior erat lignea, ubi

ra mea de virtutibus, & sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei, & probassem, vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam. Vicisti famam virtutibus tuis. *a* Beati viri tui, & beati servi tui, hi, qui assistunt coram te in omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum, regem Domini Dei tui, quia diligit Deus Israel, & vult servare eum in æternum. Idcirco posuit te super eum regem, ut facias judicia, atque justitiam. Dedit autem regi censum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & *a* gemmas pretiosissimas. Non fuerunt aromata talia, ut hæc, quæ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & servi Hiram cum servis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & *b* ligna thyina, & gemmas pretiosissimas, de quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, *c* gradus in domo Domini, & in domo regia, citharas quoque, & psalteria cantoribus. Nunquam visa sunt in terra Juda ligna talia. Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba cuncta, quæ voluit, & quæ postulavit multo plura, quam attulerat ad eum. Quæ reversa abiit in terram suam cum servis suis. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcenta sexaginta sex talenta auri, excepta ea summa quam legati diversarum gentium, & negotiatores afferre consueverant, omnesque reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum, qui comportabant aurum, & argentum Salomoni. Fecit igitur Rex Salomon ducentas *d* hastas aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in hastas singulas expendebantur. Trecenta quoque *e* scuta aurea *f* trecentorum aureorum, quibus tegebantur scuta singula, posuitque ea rex in *g* armamentario, quod erat consitum nemore. Fecit quoque rex *h* solium eburneum grande, & vestivit illud auro mundissimo. Sexque gradus quibus ascendebatur ad solium, & scabellum aureum, & *i* brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes juxta brachiola, sed & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex *k* utraque parte. Non fuit tale solium in universis regnis. Omnia quoque vasa convivii regis erant aurea, & *l* vasa domus saltus Libani, ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidem naves regis ibant in Tharsis cum servis Hiram, semel in annis tribus, & deferebant inde aurum, & argentum, & ebur, & simias, & pavos. Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ divitiis, & gloria. Omnesque reges terrarum desiderabant faciem videre Salomonis, ut audirent sapientiam, quam dederat Deus in corde ejus. Et deferebant ei munera, vasa argentea, & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos, & mulos, per singulos annos. Habuit quoque Salomon quadraginta millia *m* equorum in stabulis, & curruum *n* equitumque duodecim millia. Constituitque eos in urbibus quadrigarum, & ubi erat Rex in Jerusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges, a fluvio Euphrate usque ad terram Philistinorum, idest, usque ad terminos Ægypti. Tantamque copiam præbuit argenti in Jerusalem quasi lapidum, & cedrorum tantam multitudinem, velut Sycomorum, quæ gignuntur in campestribus. Adducebantur autem ei, equi de Ægypto cunctisque regionibus. *o* Reliqua vero operum Salomonis *p* priorum, & novissimorum, scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque *q* Addo Videntis contra Jeroboam filium Nabath.

reponebantur arma, ut ligni beneficio a rubigine salvarentur. Et hæc pars dicitur armamentarium, idest, armorum repositorium.

h Solium] De quo sufficienter dictum est, 3. *Reg.* 9.

i Brachiola,] tenentia vitulum, super quem erat reclinatorium aureum, & isti duo magni leones stabant juxta brachiola.

k Ex utraque parte.] sex hinc, & sex inde.

l Et vasa domus saltus] *Gloss.* Animæ Sanctorum, quæ voluntati Dei deserviunt; splendore sapientiæ, & charitatis nitentes, continent potum aquæ vivæ, quæ fit in eis fons aquæ salientis in vitam æternam, *Joann. quarto.* 4. Reg. 10.

m Equorum, & curruum,] idest, equorum currilium. Unde in *Regum* dicitur, quod Salomon habuit quadraginta millia præsepia.

n Equitum] idest, equorum equestrium. Idem dicitur *in Regum*.

o Reliqua] *Gloss.* quæ fecit, postquam legem Dei transgressus est, cum alienigenæ uxores usque ad idololatriam eum pertraxerunt.

p Priorum, & novissimorum, &c.] *Gloss.* quæ fecit antequam prævaricaretur; sicut est templi dedicatio, varia sacrificiorum oblatio.

q Addo Videntis] *Hieron.* dicit Addo ipse est, qui redarguit Jeroboam, 3. *Reg.* 13.

CAP. X.

REGNAVIT *r* autem Salomon in Jerusalem super omnem Israel quadraginta annis. Dormivitque

EXPOSITIO CAP. X.

REgnavit *r* autem Salomon] &c. quadraginta annis.] Sed si Salomon tantum quadraginta annis regnavit, cum puer cœperit regnare, quomodo dicitur senex 3. *Regum* 11. Ad hoc dicendum, quod secundum *Josephum* Salomon vixit nonaginta quatuor annis, & regnavit octoginta annis. Sed divina Scriptura eos tantum annos exprimit, quibus regnavit ante prævaricationem mulierum. 3. Reg. 11.

cum patribus suis, & sepelierunt eum in civitate David, regnavitque pro eo Roboam filius ejus. *a* Profectus est autem Roboam in *b* Sichem. (Illuc enim cunctus Israel convenerat) ut constitueret eum Regem. Quod cum audisset Jeroboam filius Nabath, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc *c* ante Salomonem) statim reversus est. *d* Vocaveruntque eum, & venit cum universo Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus durissimo jugo nos pressit, tu leviora impera patre tuo, qui nobis gravem imposuit servitutem, & paululum de onere subleva, ut serviamus tibi. Qui ait, post tres dies revertimini ad me. Cumque abiisset populus, *e* iniit consilium *f* cum senibus, qui steterant coram patre ejus Salomone, dum adhuc viveret, dicens: Quid datis consilii ut respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore. At ille reliquit consilium senum, & cum juvenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixitque ad eos: Quid vobis videtur, vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi: Subleva jugum, quod imposuit nobis pater tuus: At illi responderunt, ut juvenes, & nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt: Sic loqueris populo, qui dixit tibi: Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu subleva, & sic respondebis eis: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis jugum grave, & ego majus pondus apponam. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego vero cædam vos *g* scorpionibus. Venit ergo Jeroboam, & universus populus ad Roboam die tertio, sicut præceperat eis. Responditque rex dura, derelicto consilio seniorum, locutusque est juxta juvenum voluntatem. Pater meus grave vobis imposuit jugum, *h* quod ego gravius faciam. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego vero cædam vos scorpionibus. Et non acquievit populi precibus. *i* Erat enim voluntatis Dei, ut compleretur sermo ejus, quem locutus fuerat *k* per manum Ahiæ Silonitis ad Jeroboam filium Nabath. Populus autem universus (*l* rege duriora dicente) sic locutus est ad *m* eum. *n* Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai. Revertere in tabernacula tua Israel, *o* tu autem pasce domum tuam David. Et *p* abiit Israel in tabernacula sua. *q* Super filios autem Israel, qui habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam. Misitque rex Roboam Aduram, qui præerat tributis; & lapidaverunt eum filii Israel, & mortuus est.

C A P. XI.

PORRO Rex Roboam currum festinavit ascendere, & *r* fugit in Jerusalem. Recessitque Israel a domo David, usque *s* ad diem hanc. Factum est autem cum audisset *t* omnis Israel, quod *u* reversus esset Jeroboam, miserunt, & vocaverunt eum, congregato cœtu, & *x* constituerunt regem super omnem Israel. Nec secutus est quispiam domum David, *y* præter Tribum Juda solam. Venit autem Roboam in Jerusalem, & convocavit universam domum Juda, & Benjamin, in centum octoginta millibus electorum, atque bellantium, ut dimicaret contra Israel, & converteret ad se regnum suum. Factusque est sermo Domini *z* ad Semejam hominem Dei, dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Juda, & ad universum Israel, qui est in Juda, & Benjamin: Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros: revertatur unusquisque in domum suam, quia mea hoc *a* gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem Domini, reversi sunt, nec perrexerunt contra Jeroboam. Habitavit autem Roboam in Jerusalem, & ædificavit civitates muratas in Juda, extruxitque Bethlehem, & Ethan, & Thecue, Bethsur quoque, & Socho, & Odollam, necnon & Geth, & Maresa, & Ziph, sed & Aduram, & Lachis, & Asecha, Saraa quoque, & Ahilon, & Hebron, quæ erant in Juda, & Benjamin, civitates munitissimas. Cumque clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborumque horrea, hoc est olei, & vini. Sed & in singulis urbibus fecit armamentaria scutorum, & hastarum, firmavitque eas summa diligentia, & imperavit super Judam, & Benjamin. Sacerdotes autem, & Levitæ, qui erant in universo Israel, venerunt ad eum de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana, & possessiones suas, transeuntes ad Judam & Jerusalem

a Profectus est] Hoc 3. *Reg.* 12.
b Sichem,] civitas est.
c Ante Salomonem] idest, a facie Salomonis, qui voluit eum occidere.
d Vocaveruntque] filii Israel.
e Iniit] Roboam.
f Cum senibus,] *Gloss.* Hos ajunt Hebræi esse Banajam filium Jojadæ, & Achiel filium Achomoni, qui & Hokhali vocabatur. Quorum consilio relicto, tractare cœpit Roboam cum juvenibus, idest, Aduram, qui in sequentibus lapidatus dicitur *eodem cap.* & similibus. Juvenem autem non ætate, sed animo sæpe dicimus. Non enim erat Roboam juvenis ætate, sed sensu, qui quadragesimoprimo ætatis suæ anno cœpit regnare. 3. *Regum* 14. *Isai.* 65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. *Eccl.* 10. Væ terræ, cujus rex puer est. Et 1. *Corinth.* 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote.
g Scorpionibus.] idest, virgis nodosis *Gloss. super Regum* dicit: Scorpio est genus flagelli sicut de spinis, vel pomeriis. Alia *Gloss.* Scorpio est flagellum Sarracenorum habens glandes plumbeas in fine, idest, scutica.
h Quod ego] Vel, quo ego.
i Erat enim voluntatis Dei,] Ergo voluntas Dei fuit causa, quare non acquievit Roboam populo. Sed hoc fuit peccatum: Ergo voluntas Dei fuit peccati causa. Solutio. Voluntas Dei fuit, permissionis scilicet.
k Per manum Ahiæ] 3. *Reg.* 11.
l Rege] Roboam.
m Ad eum,] scilicet Roboam.
n Non est nobis pars, &c.] Multis modis exponitur hoc in *Regum*. Sed hæc est melior expositio. Non est nobis pars in David, &c. idest, non subjiciemur David, & generi ejus, quasi dicat: Non habebimus eum, vel aliquem de genere ejus regem, quasi jure hæreditario, & ita non tenemur servare regnum Israel filio Isai jure hæreditario, quod idem est.

o Tu autem, &c.] q. d. Et tu Roboam rege Tribum Juda. *p* Abiit Israel] idest, decem tribus, quæ propter multitudinem nomen patris sibi reservaverunt.
q Super filios,] idest, super Tribum Juda, & Benjamin, quæ duæ Tribus vocantur regnum Juda, ob dignitatem Tribus regiæ.

E X P O S I T I O

C A P. XI.

PORRO rex Roboam, &c. *r* Et fugit] timens lapidari rex sicut Aduram.
s Usque ad diem hanc.] idest, semper.
t Omnis Israel,] idest, decem Tribus.
u Reversus] de Ægypto.
x Constituerunt] eum scilicet.
y Præter Tribum Juda solam.] supple, & Tribus Benjamin.
z Ad Semejam] prophetam.
a Hoc gestum est] idest, regni divisio. Hujus divisionis multæ fuerunt causæ: Peccatum David in Uriam: Divisio possessionis Miphiboseth cum servo ejus, ut dicit *Gloss. super* 2. *Regum* 19. Item alia causa fuit, stultitia, sc. & superbia Roboam. Item alia causa, scilicet voluntas Dei, sed aliter. Causa hæc efficiens, illæ meritoriæ.

a Abje-

eo quod *a* abjecit eos Jeroboam, & posteri ejus, ne Sacerdotio Domini fungerentur. *b* Qui constituit sibi Sacerdotes excelsorum, & dæmoniorum, vitulorumque, quos *c* fecerat. Sed de cunctis Tribubus Israel, quicumque dederant cor suum, ut quærerent Dominum Deum Israel, venerunt Jerusalem ad immolandas victimas Domino Deo patrum suorum, & roboraverunt regnum Juda, & confirmaverunt Roboam filium Salomonis, per tres annos. Ambulaverunt enim in viis David, & Salomonis, annis tantum tribus. Duxit autem Roboam uxorem Malaath filiam Jerimoth filii David, Abihail quoque filiam Heliab filii Isai, quæ peperit ei filios, Jehus, & Somoriam, & Zoon. Post hanc quoque accepit Maacham filiam Absalon, quæ peperit ei Abia, & Ætha, & Ziza, & Salomith. Amavit autem Roboam Maacham filiam Absalon, super omnes uxores suas, & concubinas. Nam uxores decem & octo duxerat: concubinas autem sexaginta, & genuit vigintiocto filios, & sexaginta filias. Constituit vero in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos. Ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios ejus, & in cunctis finibus Juda, & Benjamin, & in universis civitatibus muratis. Præbuitque eis escas plurimas, & multas petivit uxores. Cumque roboratum fuisset regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo.

C A P. XII.

ANNO autem quinto regni Roboam, ascendit Sesac rex Ægypti in Jerusalem (quia peccaverunt Domino) cum mille ducentis curribus, & sexaginta millibus equitum. *d* Nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo ex Ægypto, *e* Libyes scil. & Troglodytæ, & Æthiopes. Cepitque civitates munitissimas in Juda, & venit usque Jerusalem. Semejas autem Propheta ingressus est ad Roboam, & principes Juda, qui congregati fuerant in Jerusalem, fugientes Sesac, dixitque ad eos: Hæc dicit Dominus. Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. *f* Consternatique principes Israel, & rex, dixerunt: Justus est Dominus. Cumque vidisset Dominus, quod humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semejam, dicens: *g* Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilii, & non *h* stillabit furor meus super Jerusalem per manum Sesac. Verumtamen servient ei, ut sciant distantiam servitutis meæ, & servitutis regni terrarum. Recessit itaque Sesac rex Ægypti ab Jerusalem *i* sublatis thesauris domus Domini, & domus regis, omniaque secum tulit, & clypeos aureos, quos fecerat Salomon, pro quibus *k* fecit rex æneos, & tradidit illos principibus *l* scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatii. Cumque introiret rex domum Domini, veniebant scutarii, & tollebant eos, iterumque referebant ad armamentarium suum. Verumtamen quia humiliati sunt, aversa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt penitus. Siquidem & in Juda inventa sunt opera bona. Confortatus est igitur rex Roboam in Jerusalem, atque regnavit. Quadraginta autem, & unius anni erat, cum regnare cœpisset, & decem & septem annis regnavit in Jerusalem, urbem, quam elegit Dominus ut confirmaret nomen suum ibi de cunctis Tribubus Israel. Nomen autem matris ejus Naama Ammanitis: Fecitque malum, & non præparavit cor suum, ut quæreret Dominum. Opera vero Roboam prima, & novissima, scripta sunt in libris *m* Semejæ Prophetæ, & Addo Videntis, & diligenter exposita. Pugnaveruntque adversum se Roboam, & Jeroboam *n* cunctis diebus. Et dormivit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in civitate David, & regnavit Abia filius ejus pro eo.

C A P. XIII.

ANNO octavodecimo regis Jeroboam, *o* regnavit Abia super Judam. *p* Tribus annis regnavit in Jerusalem. Nomenque matris ejus, *q* Michaja *r* filia Urihel de Gabaa. Et erat bellum inter Abiam, & Jeroboam. Cumque iniisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadraginta millia, Jeroboam instruxit econtra aciem octoginta millia virorum, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. Stetit igitur Abia super montem *s* Someron, qui erat in *t* Ephraim, & ait: Audi

a Abjecisset eos,] per consequens, quia ipse fecit idola, quorum cultui Sacerdotes, & Levitæ Domini noluerunt interesse. *b* Qui,] scil. Jeroboam.
c Fecerat.] 3. *Reg.* 12.

E X P O S I T I O

C A P. XII.

ANno autem quinto, &c.] *d* Nec erat numerus] certus, scil. præ multitudine.
e Libyes,] i. de Libya.
f Consternatique] idest, perterriti.
g Quia humiliati sunt] Simile 3. *Reg.* 21.
h Non stillabit] Stilla cito cadit, & evanescit. Et est sensus: Sesac non penitus destruet Jerusalem. De hac stilla dicitur *Amos* 7. Tu dicis, non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idoli.
i Sublatis thesauris] fracto fœdere, quod præcessit inter ipsum, & Roboam, ut dicitur 3. *Regum* 14.
k Fecit rex] Roboam.
l Scutariorum] non scuta facientium, sed portantium. Unde scutarii pro scutiferi accipitur fere semper in libro isto.
m In libris Semejæ] *Glos.* qui *superius* 11. Roboam, & filios Juda de peccatis arguebat.
n Cunctis diebus.] Contra. Supra dictum est, quod Roboam recessit a Jeroboam. *Supra* 11. ad monitionem Semejæ, ne pugnaret contra Jeroboam. Solut. Prima pugna prohibita fuit, & tunc destitit Roboam ab impugnatione Jeroboam, sed postea semper fuit bellum inter eos. Item illa prohibitio facta fuit pro generali pugna sedanda. Quod autem hic dicitur, quod pugnaverunt adversum se cunctis diebus, intelligitur de bellis particularibus.

E X P O S I T I O

C A P. XIII.

ANno octavodecimo, &c.]
o Regnavit Abia] idest, regnare cœpit.
p Tribus annis] Non tamen integris.
q Michaja] vel Maacha.
r Filia Urihel] 3. *Reg.* 15. dicitur, quod Maacha, mater Abiæ, fuit filia Abessalon. Et *Magister* dicit *in historiis*, quod fuit filia Thamar filiæ Absalon. *Archiepiscopus Cantuariensis* dicit, quod Roboam duas uxores habuit, quarum utraque vocata est Maacha. Una fuit filia Abialon filii David, ut dicit *Josephus*. Altera fuit filia Urihel, qui *in Regum* dicitur Absalon, vel Abessalon, ut habent aliqui libri.
s Someron.] *Glos.* Someron, civitas est, quam cepit Jesus, rege illius interfecto, quam dicunt nunc vocari Sebasten, oppidum Palestinæ, ubi Joannis Baptistæ conditæ sunt reliquiæ. Legimus 3. *Regum* 16. quod Amri rex Israel emerit montem Someron a quodam Somer, & ædificavit in vertice illius civitatem, quam ex nomine Domini, scilicet Somer, Someron appellavit. Sed postea secundum quosdam dicta est Samaria. *Hieronymus* contrarium dicit *in libro de Hebr. quæstionibus*. Someron multi hodie Samariam putant, quod non potest esse. Fuit enim mons in Ephraim, non procul a Carmelo, ubi fuit Elias.
t In Ephraim,] idest, in sorte Ephraim.

a In

Audi Jeroboam, & omnis Israel. Num ignoratis, quod Dominus Deus Israel dederit regnum David super Israel in sempiternum, ipsi, & filiis ejus, in *a* pactum salis? Et *b* surrexit Jeroboam filius Nabath, servus Salomonis filii David, & rebellavit *c* contra dominum suum? Congregatique sunt *d* ad eum viri vanissimi, & filii *e* Belial, & prævaluerunt contra Roboam filium Salomonis. Porro Roboam erat *f* rudis, & corde pavido, nec potuit resistere eis. *g* Nunc ergo vos dicitis, quod resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios David. Habetisque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos quos fecit vobis Jeroboam in Deos, & ejecistis Sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Levitas, & fecistis vobis Sacerdotes, sicut omnes populi terrarum. Quicumque venerit, & *h* initiaverit manum suam, in tauro, in bobus, in arietibus septem, fit Sacerdos eorum, qui non sunt dii. Noster autem Dominus Deus est, quem non relinquimus. Sacerdotesque, qui ministrant Domino de filiis Aaron, & Levitæ sunt in ordine suo, holocausta quoque offerunt Domino, per singulos dies mane, & vespere, & thymiama, *i* juxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in mensa mundissima. Estque apud nos candelabrum aureum, & lucerna ejus, ut accendatur semper ad vesperam. Nos quippe custodimus præcepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & Sacerdotes ejus, qui clangunt tubis, & resonant *k* contra vos. Filii Israel, nolite pugnare contra Dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit. Hæc *l* illo loquente, Jeroboam *m* retro moliebatur insidias. Cumque ex adverso *n* hostium staret, ignorantem Judam suo ambiebat exercitu, Respiciensque Judas, vidit instare bellum ex adverso, & post tergum, & clamavit ad Dominum, ac Sacerdotes tubis canere cœperunt, omnesque viri Juda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus perterruit Deus Jeroboam, & omnem Israel qui stabat ex adverso Abia, & Juda. Fugeruntque filii Israel Judam, & *o* tradidit eos Deus in *p* manu eorum. Percussit ergo eos Abia, & populus ejus plaga magna, & corruerunt vulnerati ex Israel quinquaginta millia virorum fortium. Humiliatique sunt filii Israel in tempore illo, & vehementissime confortati sunt filii Juda, eo quod sperassent in Domino Deo patrum suorum. Persecutus est autem Abia fugientem Jeroboam, & cepit civitates ejus, *q* Bethel, *r* & filias ejus, & *s* Hiesana cum filiabus suis, Ephron quoque, & filias ejus. Nec valuit ultra resistere Jeroboam in diebus Abia. *t* Quem percussit Dominus, & *u* mortuus est. Igitur Abia, confortato imperio suo accepit uxores quatuordecim, procreavitque vigintiduos filios, & sexdecim filias. Reliqua autem sermonum Abia, viarumque & operum ejus, scripta sunt diligentissime in libro Prophetæ Addo.

C A P. XIV.

DOrmivit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in civitate David. Regnavitque Asa filius ejus pro eo, in cujus diebus quievit terra annis decem. *x* Fecit autem Asa, quod bonum, & placitum erat in conspectu Dei sui, & *y* subvertit altaria peregrini cultus, & *z* excelsa, & confregit statuas, lucosque succidit, ac præcepit Judæ, ut quæreret Dominum Deum patrum suorum, & faceret legem, & universa mandata. Et abstulit de cunctis urbibus Juda aras, & phana, & regnavit in pace. Ædificavit quoque urbes munitas in Juda, quia quietus erat, & nulla temporibus ejus bella surrexerant, pacem Domino largiente. Dixit autem Judæ: Ædificemus civitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & seris, *a* donec a bellis quieta sint omnia, *b* eo quod quæsierimus Dominum Deum patrum nostrum, & dederit nobis pacem *c* per gyrum. Ædificaverunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta, & hastas de Juda trecenta millia, de Benjamin vero scutariorum, & sagittariorum, ducenta octoginta millia. Omnes isti viri fortissimi. Egressus est autem *d* contra eos Zara Æthiops, cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis, & venit usque *e* Maresa. Porro Asa perrexit obviam, & instruxit aciem ad bellum in valle Sephata, quæ est juxta Maresa, & invocavit Dominum Deum, & ait: Domine, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxilieris, an in pluribus. Adjuva nos, Domine Deus noster. In te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Dominus Deus noster tu es, non prævaleat contra te homo. Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Asa, & Juda. Fugeruntque Æthiopes, & persecutus est eos Asa, & populus, qui cum eo erat, usque Gerara. Et fuerunt Æthiopes usque ad internecionem, quia Domino cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa. Et

percusse-

---

a In pactum salis,] idest, in pactum conditum, & firmum. Unde *Hieron.* Pactum salis pro lege poni solet, quæ omnium condimentum est, & ideo hic ponitur pro domo David, quæ universo Israeli condimentum fuit.
B
b Et surrexit, &c.] Recapitulatio est interposita. *c* Contra dominum suum,] scil. Roboam filium Salomonis.
d Ad eum, sc. Jeroboam.
3. Reg. 13. *e* Belial,] i. diaboli.
f Rudis,] i. ineruditus.
g Nunc ergo] Verba sunt Abiæ filii Roboam, ad Jeroboam, & populum ejus, q. d. Ex quo filii Juda habent regem per electionem Domini, quomodo audetis dicere, quod prævaleatis?
C
h Et initiaverit, &c.] q.d. quicumque vult, & habet, qui offerat, fit Sacerdos vitulorum.
i Juxta legis præcepta] *Exod.* 30. Sume tibi Aromata, Stacten, & Onycham, Galbanum boni odoris, & thus lucidissimum. Æqualis ponderis erunt omnia, facietque thymiama compositum opere unguentarii, mixtum diligenter, & purum. Et significat thymiama orationem. Stacte, est myrrha. Odycha, est gummi suave redolens, magnitudine humani unguis. Galbanum succus est ferulæ. Thus lucidissimum est optimum, quod dicitur masculinum.
D
k Contra vos,] imprecantes vobis. *l* Hæc illo loquente,] scil. Abia. *m* Retro,] occulte.
n Hostium,] suorum, i. filiorum Juda.
A
o Tradidit eos] idest, Israel. *p* In manu] i. filiorum Juda.
q Bethel,] civitas est, quæ prius vocata est Luza,] i. Amygdalon, & cecidit in sortem Benjamin. Ita vult *Gloss.*
B
r Filias] i. vitulos ad eam pertinentes.
s Hiesana] *Gloss.* civitas in Tribu Juda.
t Quem] scilicet Abiam. Unde *Gloss.* Non Jeroboam, in cujus 20. anno, secundum librum Regum, imperavit Asa filius Abia super Judam, & Jerusalem, sed Abiam qui accepta Bethel, idola reservavit Israel in scandalum, ut Hebræi asserunt.
C
D
u Mortuus.] Anticipatio est.

EXPOSITIO CAP. XIV.

DOrmivit autem &c.] *x* Fecit Asa] *Gloss.* Hic eos significat qui bene incipiunt, & male finiunt.
y Subvertit] abjiciens idololatriam.
z Et excelsa,] Contra 3. *Reg.* 15. dicitur de Asa. Verumtamen excelsa non abstulit. Solutio: Subvertit excelsa, ut dicitur hic, i. idola excelsorum. Item excelsa non abstulit, idest, ritum immolandi in excelsis.
a Donec] idest, dum.
b Eo quod quæsierimus] quasi dicat non nostris meritis.
c Per gyrum.] idest, undique. 3. Reg 15.
d Contra eos] scilicet viros Juda, & Benjamin.
e Maresa,] vel Marasa, nomen civitatis.

a Diripue-

a Diripuerunt urbes,] idest, spolia urbium.

EXPOSITIO CAP. XV.

AZarias *b* autem filius Obed] vel Obez. Unde *Hieronym.* Obez ipse est Addo, qui missus est ad Jeroboam. 3. *Reg.* 13.

al. † Obed.

c Dominus vobiscum] supple, est, vel fuit.

d Si quæsieritis,] idest, inquirendo perseveraveris.

e Invenietis.] Ergo prius quærit homo Deũ, quam inveniat. Ergo motus liberi arbitrii præcessit gratiam. Contra. *Augustinus* dicit: Gratia Dei præcedit, ut velimus. Subsequitur ne frustra velimus. Solutio: In justificatione præcedit gratia motum liberi arbitrii, & in merito operum similiter. Sed hic non agitur de hoc, sed de inventione auxilii Dei in tribulatione. Et prius quærit homo orando, jejunando, dando Eleemosynas, & postea sequitur auxilium Dei adjuvantis, vel liberantis.

f Absque Deo vero,] idest, absque cultu veri Dei, ut modo est, & fuit tempore captivitatis, & ante.

g In tempore illo,] in quo scilicet erunt sine vero Deo.

h Terrores undique.] *Hieronymus in libro de Hebr.* q.d. Tradunt Hebræi, quod quinquaginta duobus annis nec avis volaverit, nec bestia transierit per Jerusalem.

i Et dedicavit,] idest, initiavit, quia primus de præda hostium sacrificavit. Vel dedicavit, idest, novum altare fecit. Tamen de isto altari nec *Josephus*, nec *liber Regum* facit mentionem. Sed *Hieronym.* dicit, quod altare a Salomone constructum renovavit.

k Altare] holocaustorum.

l Ante porticum,] sub dio.

m Et advenas] hic dicuntur advenæ, non qui de alio populo sunt, sed qui de aliis Tribubus erant, qui recesserant a David.

n De manibus,] idest, de spoliis manu captis.

o Et intravit] Jerusalem vel ad populum.

p Fœdus Domini] ad populum.

percusserunt omnes civitates per circuitum Geraræ. Grandis quippe cunctos terror invaserat. Et *a* diripuerunt urbes, & multam prædam asportaverunt. Sed & caulas ovium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & Camelorum, reversique sunt in Jerusalem.

C A P. XV.

AZarias *b* autem filius † Oded, facto in se spiritu Dei, egressus est in occursum Asa, & dixit ei: Audite me Asa, & omnis Juda, & Benjamin. Dominus *c* vobiscum, quia fuistis cum eo. Si *d* quæsieritis eum, *e* invenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Transibunt autem multi dies in Israel, *f* absque Deo vero, & absque Sacerdote, absque doctore quoque, & absque lege. Cumque reversi fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient. In *g* tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti, sed *h* terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem, & civitas contra civitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini, & non solvantur manus vestræ. Erit enim merces operi vestro. Quod cum audisset Asa, verba, scil. & prophetiam Azariæ filii Obed prophetæ, confortatus est, & abstulit idola de omni terra Juda, & Benjamin, & ex urbibus, quas ceperat montis Ephraim, & *i* dedicavit *k* altare Domini, quod erat *l* ante porticum domus Domini, congregavitque universum Judam, & Benjamin, & *m* advenas cum eis, de Ephraim, & de Manasse, & de Simeon. Plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quod Dominus Deus illius esset cum eo. Cumque venissent Jerusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asa, immolaverunt Domino in die illa de *n* manubiis, & præda, quam adduxerant, boves septingentos, & arietes septem millia. Et *o* intravit ex more ad corroborandum *p* fœdus, ut quærerent Dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. Si quis autem, inquit, non quæsierit Dominum Deum Israel, moriatur a minimo usque ad maximum, a viro usque ad mulierem. Juraveruntque Domino voce magna, in jubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum, omnes qui erant in Juda, cum execratione. In omni enim corde suo juraverunt, & in tota voluntate quæsierunt eum, & invenerunt. Præstititque ei Dominus requiem per circuitum. Sed & Maacam *q* matrem Asa regis, ex *r* augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulachrum Priapi, quod omne contrivit, & in frusta *s* comminuens combussit in torrente Cedron. *t* Excelsa autem derelicta sunt in Israel. Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus ejus. Eaque quæ voverat pater suus, & ipse intulit in domum Domini argentum, & aurum, vasorumque diversam supellectilem. Bellum vero non fuit usque ad trigesimum annum regni Asa.

C A P. XVI.

ANno *u* autem 36. regni ejus ascendit Baasa Rex Israel in Judam, & muro circumdabat Rama, ut nullus tute posset egredi, & ingredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum, & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regis, misitque ad Benadab regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens: Fœdus inter me, & te est. Pater quoque meus, & pater tuus habuere concordiam, quamobrem misi tibi argentum, & aurum, ut *x* rupto fœdere, quod habes cum Baasa rege Israel, facias eum a me recedere. Quo comperto, Benadab misit principes exercituum suorum ad urbes Israel, qui percusserunt Ahion, & Dan, & Abelmain, & universas urbes muratas Nephtalim. Quod cum audisset Baasa, desiit ædificare Rama & intermisit opus suum. Porro Asa rex assumpsit universum Judam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna, quæ ædificationi præparaverat Baasa, ædificavitque ex eis Gaaba, & Maspha. In tempore illo *y* venit † Anani propheta ad Asan regem Juda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ *z* regis exercitus de manu tua. Nonne Æthiopes, & Libyes multo plures erant quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia, quos, cum Domino credidisses, tradidit in manu tua? Oculi enim Domini contemplantur universam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc etiam præsenti tempore adversum te bella consurgunt. Iratusque Asa adversus *a* videntem jussit eum mitti in nervum. Valde quippe super hoc fuit Dominus indignatus, & *b* in-

al. † Ananias. 2. Mac. 5.

Gen. 31. 1. Reg. 13.

q Matrem Asa,] idest, aviam Asa, matrem, scilicet Abia.

r Augusto,] idest, nobili, vel augustum imperium, dicit sacerdotium.

s Comminuens] *Hieronymus*. Ajunt *Hebræi* Asa comminuisse idolum in pulverem, & clam sparsisse in torrentem. Quod ut palam fieret, ignis ex aqua processit.

t Excelsa autem] idest, ritus immolandi in excelsis.

EXPOSITIO CAP. XVI.

ANno *u* autem 36. &c.] hoc habes 3. *Reg.* 13.

x Rupto fœdere] Conjuraverat enim Benadab cum Baasa contra Asa, licet non legatur, tamen creditur per hoc, quod dicitur hic.

y Venit Anani propheta] 3. *Regum* 16. & 19. dicitur Jehu filius Anani.

3. Reg. 15.

z Syriæ Regis] Imo Regis Israel. Solutio: Rex Syriæ, & Rex Israel confœderati erant contra Regem Juda. Et Dominus tradidisset ambos in manu Asa, si bene in Domino confidisset.

a Videntem,] idest, prophetam.

b Interfecit de populo] Juda.

a Dolore

terfecit de populo in tempore illo plurimos. Opera autem Asa prima, & novissima scripta sunt in libro Regum Juda, & Israel. Ægrotavit etiam Asa anno 39. regni sui, *a* dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsivit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Dormivitque cum patribus suis, & mortuus est anno 41. regni sui, & sepelierunt eum in sepulchro suo, quod *b* fecerat sibi in civitate David. Posueruntque eum super lectum suum, plenum aromatibus, & *c* unguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt, & composuerunt super eum *d* ambitione nimia.

a Dolore pedum] *Hieronym.* dicit ideo, quia humore Podagræ corrupti. *b* Quod fecerat] Vel foderat.

c Unguentis meretriciis] *Gloss.* odoribus, scilicet, quibus luxuriosi ad libidinem utuntur.

3. Reg. 15. *d* Ambitione nimia,] idest, apparatu nimio, & superfluo. *Gloss.* Nota quod cum Regibus [ut Hebræi tradunt] reverentiæ causa, combustiones pretiosarum vestium simul cum aromatibus fiebant. Unde alibi de hoc *Infr.* 21. Juxta combustiones majorum facient tibi. Mos enim fuit apud veteres, ut pretiosa ornamenta Regum post obitum eorum pro exequiis in pyra uterentur, sed sine cadaveribus.

C A P. XVII.

Regnavit autem Josaphat filius ejus pro eo, & invaluit contra Israel. Constituitque militum numeros in cunctis urbibus Judæ, quæ erant vallatæ muris, *e* præsidiaque deposuit in terra Juda, & in civitatibus Ephraim, quas ceperat Asa pater ejus. Et fuit Dominus cum Josaphat, quia *f* ambulavit in viis David patris sui primis, & non speravit in Baalim, sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non juxta peccata Israel. Confirmavitque Dominus regnum in manu ejus, & dedit omnis Juda munera Josaphat. Factæque sunt ei infinitæ divitiæ, & multa gloria. Cumque sumpsisset cor ejus audaciam propter vias Domini, *g* etiam excelsa, & lucos de Juda abstulit. Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benail, & Obdiam, & Zachariam, & Nathaneel, & Michæam, ut docerent in civitatibus Juda, & cum eis Levitas, & Semejam, & Nathaniam, & Zabadiam, Asahel quoque, & Semiramoth, & Jonathan, Adoniamque, & Tobiam, & Tobadoniam, Levitas, & cum eis Elisama, & Joram sacerdotes. Docebantque populum in Juda, habentes librum legis Domini, & circumibant cunctas urbes Juda, atque erudiebant populum. Itaque factus est pavor Domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Juda, nec audebant bellare contra Josaphat. Sed & Philistæi Josaphat munera deferebant, & vectigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora, Arietum septem millia septingentos, & hircos totidem. Crevit ergo Josaphat, & magnificatus est usque in sublime, atque ædificavit in Juda domos ad instar turrium, urbesque muratas, & multa opera paravit in urbibus Juda. Viri quoque bellatores, & robusti erant in Jerusalem, quorum iste numerus per domos, atque familias singularum. In Juda principes exercitus, Ethnas Dux, & cum eo robustissimi viri, trecenta millia. Post hunc Johannam princeps, & cum eo ducenta octoginta millia. Post istum quoque Amasias filius Zechri, *h* consecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium. Hunc sequebatur robustus ad prælia Heliada, & cum eo tenentium arcum, & clypeum, ducenta millia. Post illum etiam Joabad, & cum eo 180. millia expeditorum militum. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis, quos posuerat in urbibus muratis, & in universo Juda.

E X P O S I T I O CAP. XVII.

Regnavit autem Josaphat, &c.

e Præsidia,] idest, milites in castris.

f Quia ambulavi, &c.] *Gloss.* Ostendit eum executorem fuisse divinorum mandatorum, sicut David antequam peccaret in uxore Uriæ, cujus peccati satisfactio æternam illi memoriam comparavit.

g Etiam excelsa,] idest, idola excelsorum 3. *Regum* 22. dicitur: Verumtamen excelsa non abstulit, idest, ritum immolandi in excelsis.

h Consecratus est Domino.] *Hieronym. in libro de Hebr. quæst.* dicit, eo quod esset de Tribu Issachar, & esset doctor.

C A P. XVIII.

Fuit ergo Josaphat dives, & inclytus multum, & *i* affinitate conjunctus est Achab, descenditque post annos ad eum in Samariam. Ad cujus adventum mactavit Achab arietes, & boves plurimos, ipsi, & populo, qui venerat cum eo. Persuasitque illi, ut ascenderet in Ramoth Galaad. Dixitque Achab Rex Israel ad Josaphat regem Juda: *k* Veni mecum in Ramoth Galaad. Cui ille respondit: Ut ego & tu: sicut populus tuus, sic & populus meus, tecumque erimus in bello. Dixitque Josaphat ad regem Israel: Consule obsecro *l* impræsentiarum sermonem Domini. Congregavit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos: In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an quiescere? At illi: Ascende, inquiunt, & tradet Deus in *m* manu Regis. Dixitque Josaphat: Numquid *n* non est hic Prophetes Domini, ut ab illo etiam requiramus? Et ait rex Israel ad Josaphat. Est vir unus, a quo possumus quærere Domini voluntatem, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore. Est autem Michæas *o* filius Jembla. Dixitque Josaphat: Ne loquaris, Rex, hoc modo. Vocavit ergo rex Israel unum de Eunuchis, & dixit ei: Voca cito Michæam filium Jembla. Porro rex Israel, & Josaphat rex Juda, uterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio. Sedebant autem in area juxta portam Samariæ, *p* omnesque prophetæ vaticinabantur coram eis. Sedechias vero filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus. His *q* ventilabis Tyriam, donec conteras eam. Omnesque Prophetæ similiter prophetabant, atque dicebant: Ascende in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & *r* tradet eos Dominus in manu Regis. Nuncius autem, qui ierat ad vocandum Micheam, ait illi: En verba omnium prophetarum *s* uno ore bona regi annunciant. Quæso ergo te, ut sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. Cui respondit Michæas: Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Deus, hoc loquar. Venit ergo ad regem. Cui rex ait: Michea, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Cui ille respondit. *t* Ascendite. Cuncta enim prospera evenient,

3. Reg. 22. / 3. Reg. 22.

E X P O S I T I O

C A P. XVIII.

Fuit igitur Josaphat, &c.

i Et affinitate] Quia ipse Josaphat accepit filio suo Joram, Athaliam, filiam Achab, & Jezabel, uxorem, ut legitur 3. Reg. 22.

k Veni mecum, &c.] Hanc totam historiam habes 3. Reg. 22.

l Impræsentiarum;] i. in præsenti.

m In manu Regis.] Non dicunt cujus regis, sed ambigue locuti sunt.

n Non est hic prophetes Domini.] Ex gestu enim eorum perpendit Josaphat, illos non esse prophetas Domini.

o Filius Jembla.] Vel Hiemblas.

p Omnesque prophetæ vaticinabantur] scilicet Prophetæ Baal.

q His ventilabis, &c.] idest, hoc signum tibi do, quod ventilabis Syriam.

r Tradet eos] Non tamen dixerunt quos, vel cujus regis.

s Uno ore] idest, concorditer.

t Ascendite.] Ironice locutus est, quod etiam ex modo pronunciandi potuit intelligi.

a Vidi

& tradentur hostes in manus vestras: Dixitque Rex: Iterum, atque iterum te adjuro, ut non loquaris mihi, nisi quod verum est, in nomine Domini. At ille ait: Vidi *a* universum Israel dispersum in montibus, sicut oves absque pastore, & dixit Dominus: Non habent isti dominos: Revertatur unusquisque in domum suam in pace. Et ait Rex Israel ad Josaphat: Nonne dixi tibi, quod non prophetaret iste mihi quicquam *b* boni, sed ea, quæ mala sunt? At ille: Idcirco ait, audite verbum Domini: Vidi Dominum, sedentem in *c* solio suo, & omnem *d* exercitum cœli assistentem ei, a *e* dextris, & a *f* sinistris: Et dixit Dominus: Quis decipiet Achab Regem Israel, ut ascendat, & corruat in Ramoth Galaad? Cumque diceret unus hoc modo, & alter alio, *g* processit spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus: In quo, inquit, decipies? At ille respondit: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixitque Dominus: Decipies, & prævalebis: *h* egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, & Dominus locutus est de te mala. Accessit autem Sedechias filius Chananæ, & percussit Michææ maxillam, & ait: Per quam viam transivit spiritus Domini a me, ut loqueretur tibi? Dixitque Michæas: Tu ipse videbis in die illo, quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo, ut *i* abscondaris. Præcepit autem Rex Israel dicens: Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem civitatis, & ad Joas filium Amalech, & dicetis: Hæc dicit Rex: Mittite hunc in carcerem; & date ei panis modicum, & aquæ pauxillum: donec revertar in pace. Dixitque Michæas: Si *k* reversus fueris in pace, non est locutus Dominus in me, & *l* ait: *m* Audite populi omnes. Igitur ascenderunt Rex Israel, & Josaphat Rex Juda, in *n* Ramoth *o* Galaad. Dixitque Rex Israel ad Josaphat: *p* Mutabo habitum, & sic ad pugnandum vadam: Tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque Rex Israel habitu venit ad bellum. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens: Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum Regem Israel: Itaque cum vidissent principes equitatus Josaphat: dixerunt: Rex Israel est iste: Et circumdederunt eum dimicantes. At ille *q* clamavit ad Dominum: & auxiliatus est ei: atque *r* avertit eos ab illo. Cum enim vidissent duces equitatus, quod non esset Rex Israel, reliquerunt eum. Accidit autem, ut unus *ſ* e populo sagittam in incertum jaceret: & percuteret regem Israel inter *t* cervicem, & scapulas. *u* At ille aurigæ suo ait: Converte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro Rex Israel *x* stabat in curru suo contra Syros usque ad vesperam, & mortuus est *y* occidente Sole.

C A P. XIX.

Reversus est autem Josaphat Rex Juda domum suam pacifice in Jerusalem. Cui occurrit Jehu filius Anani, *z* videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia jungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed *a* bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Juda, & præparaveris cor tuum, ut requireres Dominum Deum patrum tuorum. Habitavit ergo Josaphat in Jerusalem. Rursumque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim, & revocavit eos ad Dominum Deum patrum suorum, constituitque judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis, per singula loca, & præcipiens judicibus: Videte, ait, quid faciatis: Non enim hominis exercetis judicium, sed Domini: & quodcumque judicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & *b* cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud Dominum Deum nostrum *c* iniquitas, nec *d* personarum acceptio, nec *e* cupido munerum. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas, & Sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, ut judicium, & causam Domini judicarent habitatoribus ejus, præcepitque ei dicens: Sic agetis in timore Domini, fideliter, & corde perfecto. Omnem causam, quæ venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem, & cognationem, ubicumque quæstio est de lege, de mandato, de cæremoniis, de justificationibus: *f* ostendite eis, ut non peccent in Dominum, & ne veniat ira Dei super vos, & super fratres vestros. Sic ergo agentes, non peccabitis. Amanas

Rom. 2. Eph. 6. Act. 10.

a Vidi] enim, spiritu prophetico illustratus.
b Quicquam boni,] Bonum quidem Prophetabat Michæas, sed non secundum judicium illius.
c In solio] *Gloss. Gr.* Solium Domini, Angelicæ potestates, quibus Deus altius præsidens, inferius cuncta disponit.
d Exercitus cœli] ministrantium Angelorum multitudo, a dextris, & a sinistris. Deus, qui ita est intra omnia, ut sit etiam extra omnia, ut nec dextra, nec sinistra clauditur: Sed dextra Dei. Angeli boni, sinistra, reprobi. Non enim ministrant Deo solummodo boni, qui adjuvant, sed & mali, qui redire nolentes, gravant, de quibus dicitur. Contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. A dextra ergo, & a sinistra, Angelorum exercitus stat, quia voluntas electorum spirituum divinæ voluntati concordat, & reproborum sensus, suæ malitiæ serviens, judicio districtionis ejus obtemperat. Unde spiritus fallax in medium prosilit, per quem Achab decipiatur, exigentibus meritis. Neque enim bonus spiritus fallaciæ vult deservire, vel esse spiritus mendax in ore prophetarum, sed quia Achab dignus erat tali deceptione damnari, ut qui sæpe volens ceciderat in culpam, quandoque nolens caperetur ad pœnam. Juste datur licentia malignis spiritibus, ut quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati pœnam etiam nolentes trahant.
e A dextris] boni.
f A sinistris,] mali Angeli.
g Processit] a sinistris.
n Ramoth] civitas.
o Galaad] regio est.
h Egredere] permissivum est, non imperativum.
i Ut abscondaris] præ verecundia, tanquam deprehensus mendacio.
k Si reversus] idest, sicut verum est, quod Dominus locutus est in me, ita verum est, quod non reverteris in pace.
l Et ait] Michæas, scilicet.
m Audite] quasi testes ejus, quod dico:
p Mutabo] ne cognosceretur a Syris. Vel deferens Josaphat, hoc fecit.
q Clamavit ad Dominum] & ad socios suos.
r Avertit eos] i. Syros.
ſ E populo] Syrum.
t Inter cervicem] In *Regum* dicitur, inter stomachum, & pulmonem. Utrumque verum fuit, quia sagitta intravit inter cervicem, & scapulas, & exivit per stomachum, & pulmonem.
u At ille] scil. Rex Israel.
x Stabat] licet vulneratus.
y Occidente Sole.] *Hier. in lib. de Hebr. quæst.* Accepto vulnere mortali jussit se teneri, ne deprehenderetur ab hostibus, quod vulneratus esset, & ejus ruina hostibus victoriam, & populo periculum fugæ incuteret. Occidente autem Sole mortuus est, ut noctem præsidio fugæ suæ populus haberet.

EXPOSITIO CAP. XIX.

Reversus est autem.
z Videns,] idest, propheta.
a Sed bona opera] Argumentum, quod bona opera præcedentia merentur vitare pœnam temporalem.
b Cum diligentia, &c.] *Job* 29. Causam quam nesciebam, diligenter investigabam.
c Iniquitas] Ut propter odium judicium pervertat, vel differat.
d Nec personarum] ut amore alicujus a rigore judicii deflectatur.
e Nec cupido] ut propter pecuniam sententiam vendat.
f Ostendite eis,] quid tenendum sit.

EXPO-

rias autem Sacerdos, & Pontifex vester in his, quæ ad Dominum pertinent, præsidebit. Porro Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Juda, super ea opera erit, quæ ad regis officium pertinent. Habetisque magistros Levitas coram vobis. Confortamini, & agite diligenter, & erit Dominus vobiscum in bonis.

C A P. XX.

Post hæc congregati sunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de *a* Ammonitis, ad Josaphat, ut pugnarent contra eum. Veneruntque nuncii, & indicaverunt Josaphat dicentes: Venit contra te multitudo magna, *b* de his locis, quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asasonthamar, quæ *c* est Engaddi. Josaphat autem timore perterritus, *d* totum se contulit ad rogandum Dominum, & prædicavit jejunium in universo Juda. Congregatusque est Judas ad † deprecandum Dominum. Sed & omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cumque stetisset Josaphat in medio cœtu Judæ, & *e* Jerusalem, in domo Domini ante *f* atrium novum, ait: Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium, in manu tua est *g* fortitudo, & *h* potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ hujus, coram *i* populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? Habitaveruntque in ea, & extruxerunt in illa Sanctuarium nomini tuo dicentes: Si irruerint super nos mala, gladius judicii, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua invocatum est nomen tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, salvosque facies. *k* Nunc igitur ecce filii Ammon, & Moab, & mons Seir, per quos *l* non concessisti filiis Israel, ut transirent, quando egrediebantur de Ægypto, sed declinaverunt ab eis, & non interfecerunt illos, *m* e contrario agunt, & enituntur ejicere nos de possessione, quam tradidisti nobis, Deus noster: Ergo non judicabis eos? In nobis quidem non tanta est fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus, quid agere debeamus hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Omnis vero *n* Juda stabat coram Domino cum parvulis, & uxoribus, & liberis suis. Erat autem Jahaziel filius Zachariæ, filii Banajæ, filii Jehihel filii Mathaniæ Levites, de filiis Asaph, super quem factus est Spiritus Domini in medio turbæ, & ait: Attendite omnis Juda, & qui habitatis in Jerusalem, & tu Rex Josaphat. Hæc dicit Dominus vobis: Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem. *o* Non est enim vestra pugna, sed Dei. Cras descendetis contra eos: Ascensuri enim sunt per clivum *p* nomine Seis, & invenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinem Hieruhel. Non enim eritis vos, qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos. O *q* Juda, & Jerusalem, nolite *r* timere, nec *s* paveatis: Cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. Josaphat ergo, & Juda, & omnes habitatores Jerusalem ceciderunt proni in terram coram Domino, & adoraverunt eum. Porro Levitæ de filiis Caath, & de filiis Chore, laudabant Dominum Deum Israel voce magna in excelsum. Cumque mane surrexissent, egressi sunt per desertum *t* Thecue, profectisque eis, stans Josaphat in medio eorum, dixit: Audite me, viri Juda, & omnes habitatores Jerusalem: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: Credite prophetis ejus, & cuncta evenient prospera. Deditque consilium populo, & statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent: *u* Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus. Cumque † cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum, scil. Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant, ut pugnarent contra Judam, & percussi sunt. Namque filii Ammon, & Moab consurrexerunt adversum habitatores montis Seir, ut interficerent, & delerent eos. Cumque hoc opere perpetrassent, etiam semetipsos versi mutuis se concidere vulneribus. Porro Judas cum venisset ad speluncam, quæ respicit solitudinem,

(al. † placandum.) (al. † complessent.)

EXPOSITIO

CAP. XX.

Post hæc congregati, &c.

A *a* De Ammonitis,] idest, Idumæis. Hic autem scriptor historiæ per Ammonitas significat Idumæos, eo quod Ammonitæ eos adduxerant. Unde *Gloss.* Idumæos significat. Sed scriptor maluit, quod gerebatur, a sociatorum notare vocabulo, quam impietatem impudentium publice divulgare. Et *Hieron.* dicit *in libro de Hebr. quæst.* Per Ammonitas vult Idumæos intelligi, qui ob reverentiam fratrum nominis nolebant in pristinum arma movere contra Israel, sed B transfigurabant se in habitu Ammonitarum.

b De his locis,] *Gloss.* Illa loca significat, quæ ultra mare Salinarum sunt, quod alias stagnum Asphalti, vel mare mortuum nominatur.

c Engaddi] quæ palma interpretatur. *Gloss.* Vocatur usque hodie vicus Judæorum Engaddi, juxta mare mortuum, unde C opobalsamum venit, quas Salomon nuncupat vineas Engaddi.

d Totum se contulit ad rogandum Dominum,] scilicet corde, ore, opere. Non sicut hi, qui relictis mundi rebus, iterum ad eas oculos mentis reflectunt.

e Et Jerusalem,] idest, Benjamin, quia Jerusalem erat in sorte Benjamin.

f Atrium novum] *Gl.* idest, ipsum templum, quod Josaphat ab idolatriæ immunditiis pur- D gavit. Et quod filii Israel peccando vetus fecerant, pœnitendo innovaverunt.

g Fortitudo] resistendi hostibus.

h Potentia] expugnandi hostes.

i Populo tuo] Israel.

k Nunc igitur] Ecce patet, quod Idumæi venerunt cum Ammon, & Moab contra Josaphat.

l Non concessisti] *Deuteron.* 2.

m E contrario agunt] Idumæi scilicet.

E *n* Omnis vero Juda,] idest, omnis populus terræ.

o Non est enim vestra pugna,] Simile *Exod.* 14. Dicit Moyses populo: Nolite timere. State, & videte magnalia Domini, &c. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

p Nomine Seis] *Gloss.* qui & Hieruhel secundum Hebræos. Dicunt enim, quod Seis, idest, lebes, vel olla, ideo dictus est, quia plurima ibi hostium multitudo cæsa sit, sed ideo Hieruhel, idest, timor Dei, quia de manifesto auxilio Dei, quod contulit sperantibus in se, incussus est alienigenis pavor undique. *Hieronymus* dicit etiam *in libro de Hebraicis quæstionibus*. Idem locus Seis, & Hieruhel ab illa die vocatus est, idest, timor Dei.

q O Juda] Hic Juda tantum pro Tribu Judæ accipitur, & Jerusalem pro Tribu Benjamin.

r Timere] humane.

s Pavere] mundane.

t Thecue] unde fuit mulier Thecuites, quæ consolata est David super morte Ammon. Ita dicit *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus*.

u Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus.] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus*, non ponit quoniam bonus: Quod ideo factum est, ut dicit, quoniam in hac re, non mansuetudinem suam, qua omnes tolerat, sed judicium exercuit.

a Spolia

a Spolia] *Gloss.* Sancti doctores cum turba fidelium colligunt de spoliis hostium, quia quicquid de Physica, Ethica, Logica, legendo, vel scribendo, & docendo utiliter ediderunt per sanctæ Trinitatis fidem, in usum totius Ecclesiæ convertunt, ut quod illi injuste, & inutiliter possidebant, fideles utiliter possidentes, ad salutem animarum possideant.
b Vallis benedictionis *Hier. in lib. de Hebr. quæst.* Vallis benedictionis ipsa est Jeruhel, de qua supra dictum est.
c Filia Selachi.] *Hieronym. in libro de Hebr. quæst.* dicit Selachi interpretatur missus: Ipse est Anani propheta, de quo superius dictum est. Qui idcirco missus vocatus est, quia ad Asa patrem Josaphat, generum suum ad prophetandum missus est.
d Excelsa non abstulit] idest, ritum immolandi in excelsis.
e In verbis Jehu] *Gloss.* Partem Regum Jehu scripsit.
f Cum Ochozia,] filio Achab.
g Ut facerent] iniit amicitias, dico, ut facerent, &c.
h In Asiongaber.] In *Reg.* non legitur, quod classis facta fuerit in Asiongaber, sed contracta: sed quod minus dicitur ibi, suppletur hic. Vel sic lege.
i Fecerunt classem] supple mittendam in Asiongaber. Est autem Asiongaber insula maris rubri, quam Alexander Macedo terræ continuavit, & est nunc illa terra, quæ Suna vocatur.

vidit procul omnem late regionem plenam cadaveribus, nec superesse quemquam, qui necem potuisset evadere. Venit ergo Josaphat, & omnis populus cum eo, ad detrahenda *a* spolia mortuorum: inveneruntque inter cadavera variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima, & diripuerunt, ita ut omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre, præ prædæ magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis: Etenim quoniam ibi benedixerunt Domino, vocaverunt locum illum *b* vallis benedictionis, usque in præsentem diem. Reversusque est omnis vir Juda, & habitatores Jerusalem, & Josaphat ante eos in Jerusalem, cum lætitia magna, eo quod dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis. Ingressique sunt in Jerusalem cum psalteriis, & citharis, & tubis in domum Domini. Irruit autem pavor Domini super universa regna terrarum, cum audissent, quod pugnasset Dominus contra inimicos Israel. Quievitque regnum Josaphat, & præbuit ei Dominus pacem per circuitum. Regnabat igitur Josaphat super Judam, & erat trigintaquinque annorum cum regnare cœpisset. Viginti autem, & quinque annis regnavit in Jerusalem: Et nomen matris ejus Azula *c* filia Selachi. Et ambulavit in via patris sui Asa, nec declinavit ab ea, faciens, quæ placita erant coram Domino. Verumtamen *d* excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum. Reliqua autem gestorum Josaphat priorum, & novissimorum scripta sunt in *e* verbis Jehu filii Anani, quæ digessit in libro Regum Israel. Post hæc iniit amicitias Josaphat Rex Juda, cum *f* Ochozia Rege Israel, cujus opera fuerunt pessima, & particeps fuit, ut *g* facerent naves, quæ irent in Tharsis. *i* Feceruntque classem in *h* Asiongaber. Prophetavit autem Eliezer filius Dodan de Maresa, ad Josaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua: Contritæque sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis.

CAP. XXI.

Dormivit autem Josaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David: Regnavitque Joram filius ejus pro eo: Qui habuit fratres filios Josaphat, Azariam, & Jahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Sephathiam. *k* Omnes hi *l* filii Josaphat Regis Juda. Deditque eis pater suus multa munera argenti, & auri, & *m* pensationes, cum civitatibus munitissimis in Juda: Regnum autem tradidit Joram, eo quod esset primogenitus. Surrexit autem Joram super regnum patris sui. Cumque se confirmasset, *n* occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de *o* principibus Israel. Trigintaduorum annorum erat Joram cum regnare cœpisset, & octo annis regnavit in Jerusalem: Ambulavitque in viis Regum Israel, sicut egerat domus Achab. *p* Filia quippe Achab erat uxor ejus: Et fecit malum in conspectu Domini. Noluit autem Dominus disperdere domum David, propter pactum, quod inierat cum eo, & quia *q* promiserat, ut daret ei lucernam, & filiis ejus, in omni tempore. In diebus illis rebellavit Edom, ne esset subditus Judæ, & *r* constituit sibi Regem. Cumque transisset Joram cum principibus suis, & cuncto equitatu, qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Edom, qui se circumdederat, & omnes duces equitatus ejus. Attamen rebellavit Edom, ne esset sub ditione Juda, usque ad hanc diem. Eo tempore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius: Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum, *s* insuper & excelsa fabricatus est in urbibus Juda, & fornicari fecit habitatores Jerusalem, & prævaricari Judam. Allatæ sunt autem ei litteræ ab Elia Propheta, in quibus scriptum erat: Hæc dicit Dominus *t* Deus David patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Josaphat patris tui, & in viis Asa Regis Juda, sed incessisti *u* per iter Regum Israel, & fornicari fecisti Judam, & habitatores Jerusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres duos, domum patris tui, meliores te occidisti, ecce Dominus *x* percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, & uxoribus tuis, universaque substantia tua, Tu autem ægrotabis pessimo languore uteri, donec egrediantur

EXPOSITIO CAP. XXI.

Dormivit autem Josaphat, &c.
k Omnes hi filii, &c.] Quare repetitur hoc, cum dixisset hos esse filios Josaphat? Ad hoc dicit *Hieronym. de Heb. quæstion.* quod ideo duplicatum, quia dupliciter fuerunt filii ejus, & per generationem, & per imitationem, & hoc innuit *Interl.* quæ dicit:
l Filii] imitatores, scilicet operum ejus, fratre eorum Joram semper in deteriora labente. Unde ipse Joram legitur *infra eodem* eos interfecisse, cum principibus Israel.
m Pensationes, &c.] idest, redditus quosdam.
n Occidit] Joram, scil.
o De principibus Juda] Contra: *Interlin.* supra dicit, quod interfecit fratres suos cum principibus Israel. Solutio: Quando Joram interfecit fratres, habebat secum quosdam principes de Israel, propter uxorem suam, quæ fuit filia regis Israel, qui juverunt eum. Unde *Interlin.* non dicit, quod ipse interfecerit principes Israel, sed cum eis interfecit fratres suos, i. adjutorio eorum.
p Filia quippe, &c.] *Hieron. in libro de Heb. quæst.* Athalia erat uxor ejus, quæ non filia Achab, sed Amri erat. 4. *Reg.* 8. Sed imitatione illius filia ejus vocata est.
q Quia promiserat,] 3. *Reg.* 11.
r Et constituit sibi regem.] Contra: Habuerant prius regem. Unde 4. *Reg.* 3. dicitur: Perrexerunt igitur Rex Israel, & rex Juda, & rex Edom: Ergo tunc non constituerunt Regem. Solut. Rex Edom ante tributarius fuit Regi Juda, & constituerunt sibi Regem, qui non esset tributarius.
s Insuper, & excelsa] *Hieronymus in libro de Hebr. quæst.* Plerique putant in domo Domini illum excelsa fabricatum fuisse, quæ sita est in monte Moria.
t Deus David, &c.] quasi diceret: Non tuus.
u Per iter] idola colendo.
x Percutiet te plaga] *Gloss.* Per Philistæos, & Arabes, qui ejus terram vastaverunt, & diripuerunt substantiam ejus, & filios pariter, & uxores.

a Nisi

a Nisi Joachaz,] *Hier.* Joachaz ipse est Azarias pater Joas filius Joram, cujus soror fuit Josabeth, non filia Athaliæ, sed de altera uxore accepit eam Joram.
b Exequias,] regales.
c Non in sepulchro Regum.] idest, sine regalibus exequiis.

EXPOSITIO

CAP. XXII.

Constituerunt *d* autem habitatores Jerusalem Ochoziam, &c.] qui & Azarias dicitur:
e Filios quadraginta duorum anuorum erat. Hoc non videtur posse stare: Pater enim Ochoziæ, scil. Joram, quadraginta annis vixit, ut dictum est modo. Et iste Ochozias quadraginta duorum annorum erat cum cœpit regnare, ut dicitur hic, ergo Ochozias duobus annis fuit natus antequam pater suus, quod ridiculum est dicere. Ad hoc dicit *Hieron. in libro de Hebr. quæst.* quod Joram hic quadraginta annis vixisse dicitur. Vixit quadraginta annis, & vigintiocto regnavit. Sed quia viginti annis pessimus fuit, & in languore, & tribulatione deduxit eos, non computantur ei in regimen; octo vero annos, quibus regnavit, antequam fratres occideret, tantum computat Scriptura, quia in illis bene regnavit. Sed iterum, quia error posset in historia provenire, si illi quadraginta anni penitus omitterentur, ideo ut dicit *Hier.* filio ejus Ochoziæ attribuuntur, qui non amplius quam vigintiduos annos vixisse perhibetur, & uno anno regnasse. Tamen hic dicitur, quod quadragintaduorum annorum erat Ochozias, quando cœpit regnare. Et hoc intelligendum est, cum additione illorum viginti. Ita solvit *Hier. in libro de Hebr. quæst.* Istum Ochoziam, & omnes Reges, qui sequuntur usque ad Joram, prætermittit *Matth.*
f Filia Amri.] supra dicitur filia Achab.
g Sed & ipse] scilicet Ochozias.
h Per vias] idest, idololatra fuit.
i Ipsi enim] idest, domus Achab.
k Vulneraveruntque Sy-

vitalia tua paulatim per dies singulos. Suscitavit ergo Dominus contra Joram spiritum Philistinorum, & Arabum, qui confines sunt Æthiopibus, & ascenderunt in terram Juda, & vastaverunt eam: Diripueruntque cunctam substantiam, quæ inventa est in domo Regis, insuper & filios ejus, & uxores, nec remansit ei filius, nisi *a* Joachaz, qui minimus natu erat: Et super hæc omnia percussit eum Dominus alvi languore insanabili. Cumque diei succederet dies, & temporum spatia volverentur, duorum annorum expletus est circulus, & sic longa consumptus est tabe, ita ut egereret etiam viscera sua, languore pariter, & vita caruit: Mortuusque est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis *b* exequias, sicut fecerat majoribus ejus. Trigintaduorum annorum fuit cum regnare cœpisset, & octo annis regnavit in Jerusalem: Ambulavitque non recte, & sepelierunt eum in civitate David, verumtamen *c* non in sepulchro Regum.

C A P. XXII.

CONSTITUERUNT *d* autem habitatores Jerusalem Ochoziam filiom ejus minimom Regem pro eo. Omnes enim majores natu, qui ante eum fuerant, interfecerant latrones Arabum, qui irruerant in castra. Regnavitque Ochozias filius Joram Regis Juda. *e* Quadragintaduorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset, & uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Athalia *f* filia Amri. *g* Sed ipse ingressus est *h* per vias domus Achab: Mater enim ejus impulit eum, ut impie ageret. Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab. Ipsi *i* enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui, in interitum ejus: Ambulavitque in consiliis eorum, & perrexit cum Joram filio Achab Rege Israel in bellum contra Azael Regem Syriæ in Ramoth Galaad: *k* Vulneraveruntque Syri Joram. Qui reversus est, ut curaretur in Jezrael: Multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. *l* Igitur Ochozias filius Joram Rex Juda, descendit, ut inviseret Joram filium Achab in Jezrahel ægrotantem. *m* Voluntatis quippe fuit Dei adversus *n* Ochoziam, ut veniret *o* ad Joram, & cum venisset, & *p* egrederetur cum eo adversum Jehu filium Namsi, *q* quam unxit Dominus, ut deleret domum Achab. Cum ergo everteret Jehu domum Achab, invenit principes Juda, & *r* filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant *s* ei, & *t* interfecit *u* illos: Ipsum perquirens Ochoziam comprehendit *x* latentem in Samaria, adductumque ad se occidit: Et *y* sepelierunt eum, eo quod esset filius Josaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo. Nec erat ultra spes aliqua, ut de stirpe quis regnaret Ochoziæ. Siquidem Athalia mater ejus videns, quod mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiam *z* domus Joram. *a* Porro Josabeth *b* filia Regis tulit Joas filium Ochoziæ, & furara est eum de medio filiorum Regis, cum interficerentur, absconditque eum cum nutrice sua, in *c* cubiculo lectulorum, Josabeth autem, quæ absconderat eum, erat filia Regis Joram uxor Jojadæ Pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non *d* interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnavit Athalia super terram.

ri Joram.] Regem sc. Israel.
l Igitur Azarias filius] *Gloss.* qui superius Ochozias, idest, apprehendens Dominum. Azarias vero adjutorium Domini. Ideoque secundum *Hebræos* nomen mutatur ei in melius, quia secundum præceptum Domini infirmum visitavit, sc. Joram Regem Israel.
m Voluntatis] permissionis.
n Ochoziam,] Regem Juda.
o Ad Joram] Regem Israel.
p Egrederetur] de Jezrael.
q Quem unxit Dominus] *Gl.* per Eliseum. Imo per unum discipulum Elisei, quem misit Eliseus inungere Jehu in Ramoth Galaad, ut patet 4. *Reg.* 9. Hæc in libro Regum plenius scripta sunt, *lib. Regum* 8. & 9.
r Et filios fratrum Ochoziæ] dicitur *in libro de Hebraicis quæstionibus*. Filios fratrum Ochoziæ consobrinos, & consanguineos.
s Ei,] idest, Ochoziæ.
t Et interfecit] scilicet Jehu.
u Illos:] idest, fratres Ochoziæ.
x Latentem in Samaria,] Contrarium dicitur. 4. *Reg.* 9. Scilicet, quod Jehu interfecit Ochoziam fugientem in ascensu Gaber, qui vulneratus fugit in Mageddo, & ibi mortuus est. Solutio. Utrumque verum est. Primo enim viso, quod Joram avunculus suus mortuus esset, latuit in Samaria, postea fugiebat, & inventus est in ascensu Gaber, & ibi vulneratus est, & fugiens in Mageddo, mortuus est ibi.
y Et sepelierunt eum,] servi sui, deferentes eum in Jerusalem.
z Domus Joram] viri sui.
a Porro Josabeth] uxor Jojadæ sacerdotis. Et hoc totum, quod hic dicitur, habes 4. *Regum* 11.
b Filia Regis] scil. Joram de alia uxore.
c In cubiculo lectulorum,] idest, in domunculis hebdomadariorum.
d Non interfecit eum.] scilicet Joas.

EXPO-

CAP. XXIII.

a ANno autem septimo confortatus Jojada assumpsit Centuriones, Azariam videlicet filium Jeroam, & Ismahel filium Johannam, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adajæ, & Elisaphat filium Zechri, & iniit cum eis fœdus. Qui circumeuntes Judam congregaverunt Levitas de cunctis urbibus Juda, principes familiarum Israel, veneruntque in Jerusalem. Iniit igitur omnis multitudo Israel pactum in domo Domini *b* cum rege: Dixitque ad eos Jojada: Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus super filios David. Iste est ergo *c* sermo, quem facietis: Tertia pars vestrum, *d* qui veniunt ad sabbatum, Sacerdotum, & Levitarum, & Janitorum erit in portis: tertia vero ad portam, quæ appellatur, *e* fundamenti. Omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus Domini: *f* Nec quisquam alius ingrediatur domum Domini, nisi Sacerdotes, & qui ministrant de Levitis: Ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt, & omne *g* reliquum vulgus observet custodias Domini. Levitæ autem circumdent regem, habentes singuli arma sua. Et si quis alius ingressus fuerit templum, interficiatur: Sintque cum rege, & intrante, & egrediente. Fecerunt ergo Levitæ, & universus Juda, juxta omnia, quæ præceperat Jojada pontifex. Et *h* assumpserunt singuli viros, qui sub se erant, & veniebant per ordinem sabbati, cum his, qui jam impleverant sabbatum, & egressuri erant. Siquidem Jojada pontifex *i* non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueverant. Deditque Jojada sacerdos Centurionibus, lanceas clypeosque, & peltas regis David: quas consecraverat in domo Domini. Constituitque omnem populum tenentium pugiones, a parte templi dextra usque ad partem templi sinistram, coram altari, & *k* templo per circuitum regis: Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium: dederuntque in manu ejus tenendam *l* legem, & constituerunt eum regem. Unxit quoque illum Jojada pontifex, & filii ejus, *m* imprecatique sunt, atque dixerunt: Vivat rex. Quod cum audisset Athalia, vocem scil. currentium, atq; laudantium regem, ingressa est ad populum in templum Domini. Cumque vidisset regem stantem *n* super gradum in introitu, & principes turmasque circa eum, omnemque populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diversi generis organis concinentem, vocemque laudantium, scidit vestimenta sua, & ait: *o* Insidiæ, insidiæ. Egressus autem Jojada pontifex ad Centuriones, & Principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. Præcepitque sacerdos, ne occideretur in domo Domini. Et *p* imposuerunt cervicibus *q* ejus manus. Cumque intrasset *r* portam equorum domus regis, interfecerunt eam ibi. Pepigit autem Jojada fœdus, *s* inter se, universumque populum, & regem, ut esset populus Domini. Itaque ingressus est omnis populus domum Baal, & destruxerunt eam, & altaria, ac simulacra illius confregerunt: Mathan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras. Constituit autem Jojada præpositos in domo domini, & sub *t* manibus Sacerdotum, & Levitarum, quos *u* distribuit David in domo Domini, ut offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in *x* libro Moysi, in gaudio, & canticis, juxta dispositionem David. Constituit quoque janitores in portis domus Domini, ut non ingrederetur eam immundus in *y* omni re. Assumpsitque Centuriones, & *z* fortissimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium *a* portæ superioris in domum regis, & collocaverunt eum in *b* folio regali, *c* Lætatusque est omnis populus terræ, & urbs *d* quievit. Porro Athalia interfecta est gladio.

EXPOSITIO

CAP. XXIII.

ANno autem septimo] *Gloss.* Hæc in libro Regum scripta, & exposita sunt. 4. *Reg.* 11. [*4. Reg. 11.*]

b Cum rege.] scilicet Joas.

c Sermo quem] idest, cujus rem.

d Qui veniunt] scilicet hebdomadarii. Hæc plenius exposita sunt 4. *Reg.* 11.

e Fundamenti.] Porta fundamenti, porta est scutariorum, idest, custodum regis, per quam de domo regis ascendebatur in templum.

f Nec quisquam, &c.] qui impediret unctionem regis, ut dicit *Raban.* Vel qui ingredi non deberet, ut dicit *Hieron. in lib. de Hebr. quæst.*

g Reliquum vulgus] *Jerem.* Quamvis necessarii ad confirmandum regem, tamen observabant custodias Domini, ne quis ingrederetur locum, quem ingredi non deberet. Levitæ autem, qui illa hebdomada serviebant etiam debebant exire tunc.

h Et assumpserunt singuli] idest, Levitæ, & sacerdotes.

i Non dimiserat] imo retinuerat in domibus hebdomadariorum.

k Et templo per circuitum] idest, in basilica grandi.

l Legem,] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus*, dicit, idest, phylacteria, in quibus erant scripta decem verba legis.

m Imprecati sunt,] *Gloss.* Synecdoche, pro solo Zacharia, qui propheta erat, quem postea idem Joas occidit, *infr.* 24.

n Super gladium] *Gloss.* columnam, scilicet, vel basim, quam præparaverat Salomon, & posuerat in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres cubitos in altum, *supra sexto.*

o Insidiæ, insidiæ.] In *Reg.* dicitur, conjuratio.

p Et imposuerunt] scilicet, Centuriones.

q Ejus,] idest, Athaliæ.

r Portam equorum] Porta equorum dicitur, usque ad quam licebat ascendere in equis.

s Inter se,] idest, inter legem, cujus ipse minister erat, & populum, & regem, quia ipse reconciliavit & populum & regem Deo & legi, & populum regi confœderavit. *Gloss.* dicit: Jojada interpretatur agnoscens Dominum, vel diligens, quia filios Israel Dominum cognoscere docuit. Pepigit ergo fœdus inter Dominum, & populum, & regem, ut Domino, scilicet, obedirent, & legi ejus. Pepigit etiam inter regem, & populum, ut populus erga regem fideliter ageret, & rex populum juste regeret, secundum doctrinam Sacerdotum, & Levitarum, quorum officii fuit insinuare præcepta Domini.

t Et sub manibus sacerdotum, &c.] *Hier.* Ne de alia tribu sacerdotes fierent nisi de Levi.

u Distribuit David] 1. *Par.* 24.

x In Libro Moysi,] Levit. per totum, & Deuteronomium.

y In omni re.] *Hieronymus*, ut nullatenus ingrederetur aliquis de sacerdotibus Baal.

z Fortissimos viros,] qui in *Regum*, dicuntur Cerethi, & Pherethi.

a Portæ superioris] quæ est porta scutariorum.

b In folio, &c.] quod fecerat Salomon.

c Lætatusque] quia abstulerat Dominus opprobrium, ne mulier regnaret super eos.

d Quievit.] ab idololatria, vel a tumultu illo.

CAP. XXIV.

a SEptem annorum erat Joas, cum regnare cępisset, & quadraginta annis regnavit in Jerusalem. *b* Nomen matris ejus Sebia de Bersabee. Fecitque quod bonum est coram Domino, cunctis diebus Jojadæ sacerdotis: accepit autem ei Jojada uxores duas, e quibus genuit filios, & filias: Post quæ placuit Joas, ut instauraret domum Domini: Congregavitque Sacerdotes, & Levitas, & dixit eis: Egredimini ad civitates Juda, & colligire de universo Israel pecuniam ad sartatecta templi Dei vestri, per singulos annos, festinatoque hoc facite. Porro Levitæ egere negligentius. Vocavitque rex Juda Jojadam *c* principem, & dixit ei: Quare non tibi fuit curæ, ut cogeres Levitas inferre de Juda, & de Jerusalem, *d* pecuniam, quæ constituta est a Moyse servo Domini, ut inferret eam omnis multitudo Israel, in tabernaculum testimonii? Athalia enim impiissima, *e* & filii ejus destruxerunt domum Dei, & de universis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornaverunt fanum Baalim. *f* Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam, posueruntque eam juxta portam Domini forinsecus, & prædicatum est in Juda, & Jerusalem, ut deferrent *g* singuli pretium Domino, quod *h* constituit Moyses servus Dei, super omnem Israel in deserto. Lætatique sunt cuncti principes, & omnis populus, & ingressi contulerunt in arcam Domini, atque miserunt, ita ut impleretur. Cumque tempus esset, ut deferrent arcam coram rege per manus Levitarum. (Videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quem *i* primus Sacerdos constituerat, effundebantque pecuniam, quæ erant in arca. Porro arcam reportabant ad locum suum, sicque faciebant per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia quam dederunt rex, & Jojada his, qui præerant operibus domus Domini. At illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, ut instaurarent domum Domini, fabros quoque ferri, & æris, ut quod *k* cadere cœperat, fulciretur. Egeruntque hi, qui operabantur *l* industrie, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitaverunt domum Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. Cumque complessent omnia opera, detulerunt coram rege, & Jojada reliquam partem pecuniæ, de *m* qua facta sunt vasa templi in ministerium, & ad holocausta, Phialæ quoque, & cetera vasa aurea, & argentea: Et offerebantur holocausta in domo Domini jugiter cunctis diebus Jojadæ. Senuit autem Jojada plenus dierum, & mortuus est, cum centum triginta esset annorum: Sepelieruntque eum in civitate David cum regibus, eo quod fecisset bonum cum Israel, & cum *n* domo ejus. Postquam autem obiit Jojada, ingressi sunt principes Juda, & adoraverunt regem: Qui delinitus obsequiis eorum, acquievit eis. Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, servieruntque lucis, & sculptilibus, & *o* facta est ira Domini contra Judam, & Jerusalem propter hoc peccatum. Mittebatque ei Prophetas, ut reverterentur ad Dominum, quos protestantes illi audire nolebant. Spiritus itaq; Dei induit *p* Zachariam filium Jojadæ sacerdotis, & stetit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit *q* Dominus: Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit, & dereliquistis Dominum, ut derelinqueret vos? Qui congregati adversus eum miserunt lapides *r* juxta regis imperium in *s* atrio domus Domini. Et non est recordatus Joas rex misericordiæ, quam fecerat Jojada *t* pater illius secum, sed interfecit filium ejus *u* Qui cum moreretur, ait: *x* Videat Dominus, & *y* requirat. Cumque *z* evolutus esset annus, ascendit *a* contra eum exercitus Syriæ, venitque in Judam, & Jerusalem, & interfecit cunctos *b* principes populi, atque universam prædam miserunt *c* Regi in Damascum. Et certe eum permodicus ve-

EXPOSITIO

A

CAP. XXIV.

a SEptem annorum] Hoc habes *quarto Regum duodecimo*. (4. Reg. 8.) Nomen matris, &c.] *Hieron.* Idcirco nomen patris non scribitur, quia non fuit ita celebre, ut scribi potuisset. Quorum enim nomina scribuntur, celebritate, aut potentia, aut generositate eorum fit.

c Principem,] Sacerdotum.

d Percutiam,] *Gloss.* De qua *in Exod.* 30. Quando tuleris summam filiorum Israel, juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus Domino, &c. Quod in *Exod.* prout potuimus, exposuimus.

B

e Et filii ejus destruxerunt domum,] *Gl.* & etiam *Hieronym. in libro de Hebraicis quæstionibus*. Non quod filios habuit, quia Ochozia mortuo eo, quod non habuit filium, omne semen regium interficere molita est. Sed filios ejus Sacerdotes idolorum nominat, qui templum spoliaverunt, & ex ornamentis ejus idola sua exornaverunt. Sæpe enim filii imitatores dicuntur, &c.

f Præcepit,] sc. Joas.

g Singuli,] ituri ad bellum.

h Constituit Moyses] *Exod.* 30.

i Primus Sacerdos] (4. Reg. 12.) idest, princeps Sacerdotum.

k Quod cadere cœperat,] in domo Domini.

l Industrie,] idest, prudenter.

C

m De qua facta sunt vasa] *Gloss.* Videtur contrarium, quod legitur *in libro Regum*. Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi, & fuscinulæ, &c. Sed non hic dicitur, quod de eadem pecunia, quæ offerebatur a populo in templo Domini ad instaurationem domus Dei, facta fuerunt sacra vasa in ministerium templi, & ad holocausta, sed de reliqua parte pecuniæ, idest, de ea, quæ de aliis donationibus collata fuerat. Potuit enim fieri, ut in diversis temporibus pecuniæ oblatæ, diversæ facturæ materiam præberent: Sicut alia est doctrina, qua rudes imbuuntur ad fidem; alia, qua imperfecti, instruuntur ad plenitudinem.

n Cum domo ejus.] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus* dicit, quod Deo bonum fecit, quia idola, quæ ad aspernationem ejus facta sunt, subvertit cum domo ejus, quia scissuras, & ruinas in Israel restauravit: Et quia regnum domus David restauravit, amovens inde idololatriam illam, quæ peccatis illorum dominata fuerat.

D

o Facta est ira] *Gloss.* Tradunt Hebræi principes Juda regem adorasse ut Deum, & illum libenter accepisse, unde nimis Dominum offendit, & subito expertus est iram, quam meruit. Ob hanc etiam culpam Herodes legitur *in Act. Apostolorum duodecimo*. Ab Angelo percussus.

E

p Zachariam filium Jojadæ] *Matth. vigesimotertio*. Dicitur iste Zacharias, filius Barachiæ. *Unde patet*, quod pater ejus binomius erat, scilicet Jojada, & Barachias. Vel potest dici, quod *Matth.* ponit pro interpretatione: Barachias enim interpretatur benedictus Domini, & Jojada benedictus Domini erat, quia summus Pontifex erat. Hanc opinionem ponit *Gloss.* & plures alias de hoc.

q Hæc dicit Dominus:] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus*, quasi dicat, hic: Hæc dicit Deus. Notandum, quod non in alio loco invenitur: Hæc dicit Deus, nisi in hoc loco tantum. (Matth. 18.)

F

r Juxta regis] scilicet, Joas.

s In atrio domus] inter templum scilicet, & altare.

t Pater illius] scilicet Zachariæ.

u Qui] scilicet Zacharias.

x Videat] innocentiam meam.

y Requirat.] vindictam.

z Evolutus] a morte Zachariæ.

a Contra eum] scilicet Joas. *b* Principes] propter regis, & eorum idololatriam. *c* Regi] Syriæ.

Igno- 4

nisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem, eo quod dereliquissent Dominum Deum patrum suorum. In Joas quoque *a* ignominiosa exercuere judicia, & abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. Surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis Zachariæ filii *b* Jojadæ Sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est, sepelieruntque eum in civitate David, sed *c* non in sepulchris Regum. Insidiati vero sunt ei Zabad filius Semaath *d* Ammonitidis, & Josabad filius Semarith Moabitidis. *e* Porro filii ejus, ac summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei, scripta sunt diligentius in *f* libro Regum.

C A P. XXV.

g REgnavit autem Amasias filius ejus pro eo. Viginti quinque annorum erat Amasias, cum regnare cœpisset, & vigintinovem annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus *h* Jojadan, de Jerusalem. Fecitque *i* bonum in conspectu Domini: verumtamen k non in corde perfecto. Cumque roboratum sibi videret imperium, jugulavit servos, qui *l* occiderant Regem patrem suum, sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in *m* libro legis Moysi, ubi præcepit Dominus dicens: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis, sed unusquisque in suo peccato morietur. Congregavit igitur Amasias Judam, & constituit eos per familias: tribunosque, & centuriones in universo Juda, & Benjamin, & recensuit a viginti annis, & sursum: Invenitque triginta millia juvenum, qui *n* egrederentur ad pugnam, & tenerent hastam, & clypeum. Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti. Venit autem homo Dei ad illum, & ait: O rex, ne egrediatur tecum *o* exercitus Israel: Non est enim Dominus cum Israel, & cunctis filiis *p* Ephraim. Quia si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus. Dei quippe est, & adjuvare, & in fugam convertere. Dixitque *q* Amasias ad hominem Dei: Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei: Habet Dominus, unde tibi dare possit multo his plura. Separavit itaque Amasias exercitum, qui venerat ad eum ex Ephraim: ut reverteretur in locum suum. *r* At illi contra Judam vehementer irati, reversi sunt in regionem suam. Porro Amasias confidenter adduxit ad populum suum, & abiit in *s* vallem Salinarum, percussitque *t* filios Seir decem millia. Et alia decem millia virorum ceperunt filii Juda, & adduxerunt ad præruptum cujusdam petræ, præcipitaveruntque eos de summo in præceps, qui universi crepuerunt. At *u* ille exercitus quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in civitatibus Juda, a Samaria usque ad Bethoron, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam. Amasias vero post cædem Idumæorum, & *x* allatos deos filiorum Seir, *y* statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum. Quamobrem iratus Dominus contra Amasiam, misit *z* ad illum Prophetam, qui diceret ei: Cur adorasti deos, qui non liberaverunt populum suum de manu tua? Cumque hæc ille loqueretur, respondit ei: A quo es missus hæc dicere? Num consiliarius Regis es? Quiesce, ne interficiam te: Discedensque Propheta, scio, inquit, quod cogitaverit Dominus *a* occidere te, qui & fecisti hoc malum, & insuper non acquievisti *b* consilio meo. Igitur Amasias Rex Juda inito *c* pessimo consilio, misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu Regem Israel dicens: veni *d* videamus nos mutuo. At *e* ille remisit nuncios dicens: *f* Carduus, qui est in Libano, misit ad *g* cedrum Libani, dicens: Da *i* filiam tuam *h* filio meo

a Ignominiosa, &c.] *Hieronym. in libro de Hebraic. quæst.* Ignominiosa, sive quia res turpes in eum egerunt, sive quia filios ejus interficientes, improperabant scelus, quod in Zacharia perpetraverat.

G

b Filii Jojadæ] *Hieron. in libro de Heb. quæstion.* ponit, filiorum Jojadæ, eo quod filii Zachariæ cum eo interfecti fuerunt.

c Non in sepulchris regum] eo quod occidisset prophetam.

4 Reg. 14.

d Ammonitidis] *Gloss.* & etiam *Hieron. in libro de Heb. quæst.* dicit: Asserunt Hebræi Ammonitas insidiatos esse Regi Joas, pro injusta nece Zachariæ, ad exaggerandam malitiam Israelitarum, qui ulcisci noluerunt Sacerdotem Dei, quem vindicaverunt filii alienigenarum.

A

e Porro filii ejus,] *Hier.* quos Syri interfecerunt coram eo.

f In libro Regum.] 4. *Reg.* 12. *&* 13.

B

EXPOSITIO

CAP. XXV.

g REgnavit autem Amasias] Hoc habes 3. *Reg.* 14.

h Jojadan,] vel Jojada.

i Fecitque bonum] *Gloss.* opinione hominum, qui videbant, & laudabant.

C

k Non in corde perfecto.] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus* quia pro præsentis sæculi dignitate, non pro futura patria laboravit.

Deut. 24. 4. Reg. 24.

l Qui occiderant Regem patrem suum,] *Hieronym.* Quamquam illi Dei timore, & in ultione Zachariæ illum occiderunt. Idcirco tamen ab eo occisi sunt judicialiter, quia non ore Prophetæ, non consultu Domini, sed sua præsumptione illum occiderunt.

D

m In libro legis Moysi ubi, &c.] *Deuter.* 24. Idem *Jerem.* 22. Idem *Ezech.* 18. Contrarium *Exod.* 20.

E

n Egrederentur, &c.] idest, egredi possent.

o Exercitus Israel:] *Gloss.* decem tribuum, quæ idola colebant, & Deo abominabiles erant.

p Ephraim] *Gloss.* de quo Jeroboam, quasi nec cum subditis, nec cum Prælatus Dominus est.

q Amasias] Rex Juda.

r At illi, &c.] scilic. de Ephraim.

s In vallem Salinarum] *Gloss.* ubi sal fiebat, vel fœno salsuginis, ut multis in locis deciso, & exsiccato, & incenso, vel aquis puteorum salsis servefactis, & ad salis firmitatem coquendo perductis. Vel aliter, ubi, & Joab duodecim Idumæorum millia percussisse legitur 2. *Reg.* 8. Pro valle autem Salinarum *Vetus Editio*, quasi nomen regionis Gemel apposuit.

t Filios Seir] idest, Idumæos.

u At ille exercitus] sc. Israel.

x Allatos deos] idest, idola.

y Statuit illos] *Glossa Hieronym.* Quia secundum Hebræos, cum præcipitarentur decem millia de petra, responderunt idola illos ideo interfectos, quia in cultu eorum negligentes fuerunt.

z Ad illum Prophetam] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus.* Propheta hic Eleazar est filius Dodai avunculi ejus, de quo *supr.* dictum est.

a Dominus occidere te] *Glossa*, qui neminem vult perire; sed eum, qui in peccato perseverat, justo judicio damnat. Ideo ergo Amasias periit, quia admonitus per Prophetam, ut pœnitentiam ageret, non obedivit, sed usque ad finem in scelere permansit.

b Consilio meo.] *Hier.* Consilio ejus acquiesceret, si deos igne combureret, vestimenta dirumperet, cinerem super caput ejus aspergeret, & totum se pœnitentiæ daret. Hoc enim consilium illi Prophetæ dederat.

c Pessima] sibi scilicet.

d Videamus nos] ad experiendum nos.

e At ille] scilicet Rex Israel.

f Carduus,] i. Rex Juda.

g Ad cedrum] scil. Regem, Israel.

h Filio meo] idest, populo Juda.

4. Reg. 14.

i Filiam tuam] idest, populum Israel, quasi viliorem, & indignum.

a Uxo-

F

a Uxorem:] ideſt, fœderatum, quaſi dicat, hoc modo ſit ſocietas inter populum Juda, & populum Iſrael.
b Beſtiæ,] ideſt, principes Iſrael.
c Carduum.] ideſt, Regem Juda.
d Dixiſti,] o Amaſia. *Gloſ.* dicit: Hac ſimilitudine innuit, quod Amaſias nobiliſſimis ortus natalibus, de ſtirpe David veniens, propter idololatriæ fœditatem degener, & vilis factus, propriam menſuram non conſiderat, ſed ultra modum faſtu ſuperbiæ ſe elevat.

G

e In Bethſames Judæ.] *Gloſ.* in 4. *Regum* 14. dicitur Bethſames eſſe oppidum Judæ, quia pertinet ad Regnum Judæ, ideſt ad duas tribus, quibus imperabat domus David; ſed ſecundum locorum ſitum pertinet ad tribum Benjamin. Item in alia *Gloſ.* Bethſames civitas Sacerdotalis in tribu Benjamin, altera Bethſames eſt in tribu Nephthalin, ad regnum decem Tribuum pertinens.

A

4. Reg. 14.
f Filii Joachaz,] ideſt, Ochoziæ.
g A porta Ephraim] quæ dicitur porta vallis, *infra* 26.
h Apud Obededom,] *Hieron. in libro de Hebraic. quæſt.* quia filii ejus cuſtodiebant, & ab eo deſcripta ibi permanebant.
i In theſauris etiam] *Gloſ.* quia non ſolum vaſa obtulit, quæ in domo Domini reperit, ſed etiam illa, quæ obſervabant janitores, & cuſtodes templi. In *Regum* autem legitur, quod David elegit de filiis Obededom ſeptuagintaduos ad adminiſtrandum in domo Dei, & ad cuſtodiam templi.

B

k Filios obſidum,] ut non rebellaret Amaſias.
l Poſtquam mortuus eſt] *Hieron. in libro de Hebr. quæſt.* Eo tempore in utero habebatur Ochozias, qui poſtea regnavit in Jeruſalem. Unde & ſcribitur: Sexdecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpiſſet, *infra* 26.

C

m Poſtquam receſſit] *Gloſ.* dicit: Ex quo prophetæ conſilium non audivit, neque ad Deum converti voluit, conjuratio præparata eſt,

a uxorem: Ee ecce *b* beſtiæ, quæ erant in ſilva Libani, tranſierunt, & conculcaverunt *c* carduum. *d* Dixiſti, percuſſi Edom: & idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiam: Sede in domo tua. Cur malum adverſum te provocas, ut cadas tu, & Judas tecum? Noluit audire Amaſias, eo quod Domini eſſet voluntas, ut traderetur in manus hoſtium, propter deos Edom. Aſcendit igitur Joas Rex Iſrael, & mutuos ſibi præbuere conſpectus. Amaſias autem Rex Juda erat in *e* Bethſames Judæ. Corruitque Judas coram Iſrael, & fugit in tabernacula ſua. Porro Amaſiam Regem Juda, filium Joas, filii *f* Joachaz, cœpit Joas Rex Iſrael in Bethſames, & adduxit in Jeruſalem: Deſtruxitque murum ejus, a *g* porta Ephraim uſque ad portam anguli quadringentis cubitis. Omne quoque aurum, & argentum, & univerſa vaſa, quæ repererat in domo Dei, & *h* apud Obededom, in *i* theſauris etiam domus Regiæ, nec non & *k* filios obſidum, reduxit in Samariam. Vixit autem Amaſias filius Joas Rex Juda, *l* poſtquam mortuus eſt Joas filius Joachaz Rex Iſrael, quindecim annis. Reliqua vero ſermonum Amaſiæ, priorum, & noviſſimorum, ſcripta ſunt in libro Regum Juda, & Iſrael. Qui *m* poſtquam receſſit a Domino, tetenderunt ei inſidias in Jeruſalem. Cumque fugiſſet Lachis, miſerunt, & interfecerunt eum ibi, reportanteſque *n* ſuper equos, ſepelierunt eum cum patribus ſuis in civitate David.

C A P. XXVI.

OMnis *o* autem populus Juda, filium ejus Oziam annorum ſexdecim, conſtituit Regem pro patre ſuo Amaſia. Ipſe ædificavit Ailath, & reſtituit eam ditioni Judæ, poſtquam *p* dormivit Rex cum patribus ſuis. Sexdecim annorum erat Ozias, cum regnare cœpiſſet, & quinquagintaduobus annis regnavit in Jeruſalem. Nomen matris ejus Jechelia de Jeruſalem. Fecitque quod erat rectum in oculis Domini, juxta omnia, quæ fecerat Amaſias pater ejus, & exquiſivit Dominum in *q* diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum. Cumque requireret Dominum, *r* dilexit eum in omnibus. Denique egreſſus eſt, & pugnavit contra Philiſtiim, & deſtruxit murum Geth, & murum Jabniæ, murumque Azoti. Ædificavit quoque oppida in Azoit, & in Philiſtiim, & *ſ* adjuvit eum Deus contra Philiſtiim, & contra Arabes, qui habitabant in *t* Gurbaal, & contra Ammonitas. *u* Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ, & divulgatum eſt nomen ejus uſque ad introitum Ægypti propter crebras victorias. Ædificavitque Ozias turres in Jeruſalem, ſuper portam anguli, & *x* ſuper portam vallis, & reliquas in eodem muri latere, firmavitque eas. Extruxit etiam turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas, eo quod haberet multa pecora, tam in campeſtribus, quam in eremi vaſtitate. Vineas quoque habuit, & vinitores in montibus, & in Carmelo: Erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorum ejus, qui procedebant ad prælia ſub manu Jehiel ſcribæ Maaſiæque doctoris, & ſub manu Ananiæ, qui erat de ducibus Regis. Omniſque numerus Principum per familias virorum fortium, duo millia ſexcenti, & ſub eis univerſus exercitus trecentorum, & ſeptem millium quingentorum, qui erant apti ad bella, & pro rege contra adverſarios dimicabant. Præparavit quoque eis Ozias, ideſt, cuncto exercitui clypeos, & haſtas, & galeas, & loricas, arcuſque, & fundas ad jaciendos lapides. Et fecit in Jeruſalem diverſi generis machinas, quas in turribus collocavit, & in angulis murorum, ut mitterent ſagittas, & ſaxa gran-

& dilatata, donec ad conſummationem perveniret. Idem dicit *Hieronymus in libro de Hebraicis quæſtionibus*.
n Super equos, &c.] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæſtionibus*. Non enim ſine cauſa adduxit Scriptura eum portatum ſuper equos, quia deos Edom, qui in equis portabantur, adoravit: non ſuper humeros hominum, quia neglexit ſervire Deo Iſrael, cujus myſteria ſuper humeros Caathitarum portabantur.

E X P O S I T I O
CAP. XXVI.

OMnis *o* autem populus Juda, filium ejus Oziam] *Gloſſa.* Ozias, qui & Azarias. Ozias interpretatur virtus Domini, Zacharias auxilium Domini, quia quamdiu recte egit, divina ope adjutus, plurima bella feliciter commiſit, & de hoſtibus triumphavit: ſed poſtquam per ſuperbiam illicita tentavit, lepra percuſſus, nominis, & honoris fuſcavit dignitatem, excluſus a populo uſque ad diem mortis.
p Dormivit Rex] Amaſias.
q In diebus Zachariæ] *Gloſſ.* & *Hieronymus in libro de Hebraicis quæſtionibus* hunc ajunt eſſe filium Zachariæ filii Jojadæ, qui poſt mortem patris natus eſt. Unde *infra* 29. vocatur poſthumus, & ob hoc nomen patris ſortitus eſt. Intelligens enim propter Sacerdotium: Videns propter prophetiam dicitur.
r Dilexit eum] videns Deum. Ergo prophetæ vident Deum. Contra 1. *Joann.* 4. Deum nemo vidit unquam.
ſ Et adjuvit] vel audivit.
t In Gurbaal,] *Hier. in libr. de Hebr. quæſt.* Gurbaal, ipſa eſt Gerara, in qua peregrinatus eſt Abraham. *Gen.* 20.
u Expendebantque] id eſt ſolvebant. *x* Super portam vallis,] *Gloſ.* Hæc eſt porta Ephraim, quam *ſupr.* 25. deſtructam eſſe retulit a Joas Rege Iſrael. Noluit au-

Nehem. 3.

autem scriptor historiæ, nomen ponere in ædificando, quod posuit in destruendo. Et quia Ephraim idolis immolabat, & cum Joas rege suo hanc portam destruxerat, in ædificatione ipsius proprio vocabulo meruit nominari: Sed nomine vallis dicitur, propter auctoris sui humiliationem, & vilitatem. Hinc *in Esdra* dicitur: & portam vallis ædificavit Hanun, & habitatores Zanoe. De hac autem porta, & de aliis portis in Jerusalem, *in Esdra*, sequentes *Bedam* abunde diximus. *a* Elevatum est cor ejus] Prosperitas stultorum perdet eos: *Proverb.* 1. *b* Statimque ingressus] est a cœtu suorum. Et quia viriliter regi restitit, specialiter inter alios solus nominatur.

c Lepra in fronte] Bene congruit locus ille lepræ facto culpæ. In fronte enim erat lamina aurea, quæ Pontificem ornabat, & ideo, quia eam sibi usurpabat injuste, juste ibi punitur: Juxta illud *Sap.* 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Item frons est sedes superbiæ, & verecundiæ: Et ideo, quia superbivit, & verecundari noluit de culpa sua, oportuit verecundari, & humiliari de pœna.

d In fronte ejus,] Synecdoche est, quia in toto corpore leprosus fuit, sed hic maxime apparebat.

e Plenus] *Gloss.* quia indutus stola Sacerdotali instante solemni festivitate propitiationis, sc. intravit in templum ad altare aureum oblaturus incensum secundum *Joseph.* Et lepra præsumptionis, vel ambitionis, ut hic, & 4. *Reg.* 15. Cupiditatis Giezi 4. *Reg.* 5. Proditionis in Joab. 2. *Reg.* 3. Rebellionis in Maria *Num.* 12.

f In agro] *Gloss.* Non in sepulchris regalibus, non in civitate David. Hæretici enim, atque Schismatici indigni sunt societate, atque communione sanctæ Ecclesiæ, nec memoria eorum inter Catholicos habetur, cum erroribus maculati, & vitiis squalidi, ab eorum consortio separantur, imo Ecclesia orat pro eis in die Parasceves.

enumerat: Quia sicut in justitia incepit, usque ad finem perseveravit: Unde tempora vitæ laude digna prædicantur.

h Excepto, &c.] quasi dicat, in malis non imitatus patrem.

dia. Egressumque est nomen ejus procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illum. Sed cum roboratus esset, *a* elevatum est cor ejus in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum: Ingressusque in templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. *b* Statimque ingressus post eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini, octoginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officii Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed Sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hujuscemodi ministerium: Egredere de sanctuario, nec contempseris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo. Iratusque est Ozias, & tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus: Statimque orta est *c* lepra in fronte ejus coram Sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis. Cumque respexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in *d* fronte ejus, & festinato expulerunt eum. Sed & ipse perterritus acceleravit egredi, eo quod sensisset illico plagam Domini. Fuit igitur Ozias rex leprosus, usque ad diem mortis suæ, & habitavit in domo separata, *e* plenus lepra, ob quam & ejectus fuerat de domo Domini. Porro Joathan filius ejus rexit domum regis, & judicavit populum terræ. Reliqua autem sermonum Oziæ, priorum, & novissimorum, scripsit Isaias filius Amos propheta. Dormivitque Ozias cum patribus suis, & sepelierunt eum in *f* agro regalium sepulchrorum, eo quod esset leprosus.

CAP. XXVII.

g Regnavitque Joathan filius ejus pro eo. Vigintiquinque annorum erat Joathan cum regnare cœpisset, & 16. annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jerusa filia Sadoch. Fecitque quod rectum erat coram Domino juxta omnia, quæ fecerat Ozias pater ejus, *h* excepto, quod non est ingressus templum Domini, & adhuc populus delinquebat, ipse ædificavit *i* portam domus Domini excelsam, & in muro *k* Ophel multa construxit. Urbes quoque ædificavit in montibus Juda, & in saltibus castella, & turres. Ipse pugnavit contra regem filiorum Ammon, & vicit eum. Dederuntque ei filii Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei. Hæc ei præbuerunt filii Ammon, in anno secundo, & tertio. Corroboratusque est Joathan, eo quod direxisset vias suas coram Domino Deo suo. Reliqua autem sermonum Joathan, & omnes pugnæ ejus, & opera, scripta sunt in libro Regum Israel, & Juda: Vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpisset, sexdecim annis regnavit in Jerusalem. Dormivitque Joathan cum patribus suis, & sepelierunt eum in civitate David, & regnavit Achaz filius ejus pro eo.

CAP. XXVIII.

l Viginti annorum erat Achaz, cum regnare cœpisset, & sexdecim annis regnavit in Jerusalem. Non fecit rectum in conspectu Domini, sicut David pater ejus, sed ambulavit in viis Regum Israel, insuper & statuas *m* fudit Baalim. Ipse est, qui adolevit incensum in *n* valle Beennon, & lustravit filios suos in igne, juxta ritum gentium, quas interfecit Dominus in adventu filiorum Israel. Sacrificabat

EXPOSITIO CAP. XXVII.

g Regnavitque Joathan filius ejus, pro eo 25. annor. &c.] *Gloss.* in principio, & in fine annos Joathan

i Portam, &c.] *Gloss.* Quæ *in Actibus Apostolorum* 3. dicitur speciosa, secundum Hebræos, & ab eis porta Joathan, quia ipse ædificavit eam, usque hodie nuncupatur.

k Ophel multa construxit. Urbes quoque ædificavit in montibus Juda, & in saltibus castella, & turres. Ipse pugnavit contra regem filiorum Ammon, &c.] *Gloss. Rab.* Ophel turris erat non longe a templo, miræ altitudinis: Unde & Ophel, idest, tenebrarum, vel nubili nomen accepit. Ubi autem in Zacharia scriptum est: Et tu turris nebulosa filiæ Sion, *in Hebræo*, habetur, turris Ophel. Imo est in *Mich.* 4. Solut. Unus Propheta ponitur pro alio, quia eodem spiritu loquuntur. Simile *Matth.* 27. Tunc adimpletum est, quod dictum per Jeremiam prophetam, &c. Neque hoc dixerat Jeremias, sed Zacharias c. 11. *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionib.* In muro Ophel, hoc est in muro nebulæ, quod intelligitur in Sancta sanctorum. Item *Gloss.* Turris Ophel eminentiam Scripturæ significat, quæ in historia fundata, spiritualis sensus caput inter nubila condit, dum scientiæ magnitudinem ab oculis hominum abscondit. Unde: Posuit tenebras latibulum suum.

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

l Viginti annorum erat Achaz,] Hoc habetur 1. *Reg.* 16.

m Fudit] idest, fusiles fecit.

n In valle Beenoon,] *Gloss.* Hæc est vallis Hennon, vel filii Hennon, juxta Jerusalem contra Orientem, in qua nemus pulcherrimum Siloe fontibus irrigatur. Tapheth autem, vel Topheth, utrumque enim dicitur, locus est in eadem valle juxta piscinam fullonis, & juxta agrum Acheldemach, quod usque hodie monstratur ad australem plagam montis Sion. Solebant in Tapheth [qui est locus amœnissimus: Unde & hodie

quoque, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. Tradiditque eum Dominus Deus ejus in manu *a* regis Syriæ, qui percussit eum, magnamque prædam de ejus cepit imperio, & adduxit in Damascum. Manibus quoque *b* regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. Occiditque Phacee filius Romeliæ de Juda, centum viginti millia in die uno, omnes viros bellatores, eo quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum. Eodem tempore occidit Zechri, vir potens ex Ephraim, *c* Maasiam filium regis, & Ezricam ducem domus ejus, Elchanam quoque *d* secundum a rege. Ceperuntque filii Israel de *e* fratribus suis, ducenta millia mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam, pertuleruntque eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi Propheta Domini, *f* nomine Obed, qui egressus obviam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Judam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita ut ad cælum pertingeret vestra crudelitas. Insuper & filios Juda, & Jerusalem vultis vobis subjicere in servos, & ancillas, quod *g* nequaquam facto opus est. Peccastis enim super hoc Domino Deo vestro. Sed audite consilium meum, & reducite captivos, quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus *h* furor Domini imminet vobis. Steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Johannam, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & Amasias filius Adali, contra eos, qui veniebant de prælio, & dixerunt eis: Non introducetis huc captivos, ne peccemus Domino. Quare vultis adjicere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta: Grande quippe peccatum est, & ira furoris Domini imminet super Israel. *i* Dimiseruntque viri bellatores prædam, & universa, quæ ceperant, *k* coram principibus, & omni multitudine. *l* Steteruntque viri, quos supra memoravimus, & apprehendentes *m* captivos, omnesque, qui nudi erant, vestierunt de spoliis. Cumque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo, ac potu, unxissent quoque propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicumque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos jumentis, & adduxerunt eos Jericho civitatem palmarum ad fratres eorum, ipsique *n* reversi sunt in Samariam. *o* Tempore illo misit rex Achaz ad Regem Assyriorum postulans auxilium. Veneruntque Idumæi, & percusserunt multos ex Juda, & ceperunt prædam magnam. Philistiim quoque diffusi sunt per urbes campestres, & ad meridiem Juda, ceperuntque Bethsames, & Ajalon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnam, & Gamzo cum viculis suis, & habitaverunt in eis, humiliaverat enim Dominus Judam, propter Achaz regem Juda, eo quod *p* nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dominum: Adduxitque *q* contra eum Theglathphalasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastavit. Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum, & principum, dedit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit. Insuper & in tempore angustiæ suæ *r* auxit contemptum in Dominum. Ipse per se rex Achaz immolavit diis *s* Damasci victimas, percussoribus suis, & dixit. Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi. Cum e contrario ipsi fuerint ruinæ ei, & universo Israel. Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit januas templi Dei, & fecit sibi altaria in universis angulis Jerusalem. In omnibus quoque urbibus Juda extruxit aras, ad cremandum thus, atque ad iracundiam provocavit Dominum Deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum ejus, & omnium operum suorum priorum, & novissimorum scripta sunt in libro Regum Juda, & Israel. Dormivitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in civitate Jerusalem: *t* Neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel.

C A P. XXIX.

Regnavitque *u* Ezechias filius ejus pro eo. Igitur Ezechias regnare cœpit, cum vigintiquinque esset annorum, & vigintinovem annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Abia, *x* filia Zachariæ. Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini juxta omnia, quæ fecerat David pater ejus. In *y* ipso

4. Reg. 18.

hortorum præbet delicias] posita ara sacrificare dæmonibus, nefandoque igne liberos suos consecrare, vel holocaustum offerre. Vallis ergo Beennon, idest, filii Hennon, Hebraice Gehennon dicitur, cujus nomine in novo Testamento pœna Inferni gehenna vocatur. Sicut enim in valle Ennon, qui idolis servierunt, Prophetis attestantibus, perierunt, ita peccatores ex eis, qui peccaverunt, æterna damnatione peribunt.

a Regis Syriæ,] scilic. Rasin.

b Regis Israel] scilicet, Phacee.

c Maasiam filium regis] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus*. dicit Maasim filium Moloch, idest, filium Idoli Ammon, quod vocabatur Moloch. Idcirco autem filius ejus dicitur, quia illi sacra instruebat, & cultum. Simile habes *Jerem.* 41. de Ismaele, qui describitur de genere regio, cum non de genere regio, sed de Jera sit servo Ægyptiaco: Ita dicit *Hieronymus*.

d Secundum a rege.] idest, majorem post regem.

e De fratribus suis,] id est, de Juda.

f Nomine Obed,] *Hieron. in libro de Hebr. quæstion.* Ipse est pater Azariæ, qui Asa regi prophetavit. Ad prophetandum enim venerat in Samariam de Juda, ideo non dixit: Hæc dicit Dominus, quia erant digni sermone Prophetæ.

g Quod nequaquam, &c.] idest, quod non oportet fieri.

h Furor] idest, vindicta.

i Dimiseruntque viri bellatores] exercitus regis Israel.

k Coram principibus,] Samariæ.

l Steteruntque viri,] Samariæ.

m Captivos,] de Juda.

n Ipsique reversi sunt] scilicet principes.

o Tempore illo] quo insurgebant hostes contra Juda.

p Eo quod nudasset] Simile *Exod.* 32. Videns Moyses, quod nudatus esset populus, & spoliatus a gloria Dei, &c. [Eum,] idest, Judam auxilio Dei.

q Contra eum Theglathphalasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastavit, &c.] scilicet Rasin, regem Syriæ.

r Auxit contemptum] scilicet Achaz.

s Damasci victimas,] occurrit Theglathphalasar.

t Neque enim receperunt eum, &c.] *Hieron. in libro de Hebraic. qu.* Quia ab æditituis, qui sepulchra custodiebant, prohibitum, aut aliquo alio modo, voluntate tamen Dei.

E X P O S I T I O

CAP. XXIX.

Regnavit *u* Ezechias filius ejus pro eo.] Hoc 4. *Reg.* 18.

x Filia Zachariæ.] *Gl.* Hunc asserunt Hebræi postremum filiorum fuisse Zachariæ prophetæ, & sacerdotis, quem Josias interfecit. 4. *Regum* 12.

y In ipso anno,] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus*. Secundum Hebrææ linguæ idioma, & primus dies regni ejus in hac descriptione subauditur. Et per hoc Ezechias commendabilis redditur.

a Ape-

anno, & menſe primo regni ſui, *a* aperuit valvas domus Domini, & inſtauravit eas, adduxitque ſacerdotes, atque Levitas, & congregavit eos in plateam Orientalem. Dixitque ad eos: Audite me, Levitæ, & ſanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum veſtrorum, & auferte *b* omnem immunditiam de ſanctuario. Peccaverunt patres veſtri, & fecerunt malum in conſpectu Domini Dei noſtri, derelinquentes eum. Averterunt facies ſuas a *c* tabernaculo Domini Dei noſtri, & *d* præbuerunt dorſum, clauſerunt oſtia, quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incenſumque non adoleverunt, & holocauſta non obtulerunt in ſanctuario, Deo Iſrael. Concitatus eſt itaque furor Domini ſuper Judam, & Jeruſalem, tradiditque eos in commotionem, & in interitum, *e* & in ſibilum, ſicut ipſi cernitis oculis veſtris. En corruerunt patres noſtri gladiis, filii noſtri, & filiæ noſtræ, & conjuges captivæ ductæ ſunt, propter hoc ſcelus. Nunc igitur placet mihi, ut ineamus fœdus cum Domino Deo Iſrael, & avertat a nobis furorem iræ ſuæ. Filii mei, nolite me *f* negligere, vos elegit Dominus, ut ſtetis coram eo, & miniſtretis illi, colatis eum, & cremetis incenſum. Surrexerunt ergo Levitæ, Maath filius Amaſiæ, & Johel filius Azariæ, de filiis Caath. Porro de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Jalaleel. De filiis autem Gerſon, Joba filius Zemma, & Eden filius Johaa. At vero de filiis Eliſaphan, Samri, & Jahiel. De filiis quoque Aſaph, Zacharias, & Mathanias, necnon de filiis Heman, Jahiel, & Semei: Sed & de filiis Idithun, Semejas, & Oziel. Congregaveruntque fratres ſuos, *g* & ſanctificati ſunt, & ingreſſi juxta mandatum Regis, & imperium Domini, ut expiarent domum Dei. Sacerdotes quoque ingreſſi templum Domini, ut ſanctificarent illud, extulerunt omnem *h* immunditiam, quam intro repererant in veſtibulo domus Domini: Quam tulerunt Levitæ, & aſportaverunt ad torrentem Cedron foras. Cœperunt autem prima die menſis primi mundare, & in die octava ejuſdem menſis ingreſſi ſunt porticum templi Domini: Expiaveruntque templum diebus octo, & in die ſextadecima menſis ejuſdem, quod cœperunt, impleverunt. Ingreſſi quoque ſunt ad Ezechiam Regem, & dixerunt ei: *i* Sanctificavimus omnem domum Domini, & altare holocauſti, vaſaque ejus, necnon & menſam propoſitionis cum omnibus vaſis ſuis, cunctamque templi ſupellectilem, quam polluerat Rex Achaz in regno ſuo, poſtquam prævaricatus eſt: Et ecce *k* expoſita ſunt omnia coram altari Domini. Conſurgenſque diluculo Ezechias Rex, adunavit omnes principes civitatis, & aſcendit in domum Domini: obtuleruntque ſimul tauros ſeptem, arietes ſeptem, & agnos ſeptem, & *l* hircos ſeptem, pro peccato, pro *m* regno, pro *n* ſanctuario, pro *o* Juda. Dixitque ſacerdotibus filiis Aaron, ut offerrent *p* ſuper altare Domini. Mactaverunt igitur tauros, & ſuſceperunt ſacerdotes ſanguinem, & fuderunt illum ſuper altare. Mactaverunt etiam arietes, & illorum ſanguinem ſuper altare fuderunt. Immolaverunt agnos, & *q* fuderunt ſuper altare ſanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato coram Rege, & univerſa multitudine: *r* Impoſueruntque manus ſuas ſuper eos, & immolaverunt illos ſacerdotes, & aſperſerunt ſanguinem eorum coram altari, pro *ſ* piaculo *t* univerſi Iſraelis. Pro omni quippe Iſrael præceperat Rex, ut holocauſtum fieret, & *u* pro peccato. Conſtituit quoque Levitas in domo Domini, cum cymbalis, & pſalteriis, & citharis, ſecundum diſpoſitionem David regis, & *x* Gad Videntis, & Nathan Prophetæ: Siquidem Domini præceptum fuit, per manum prophetarum ejus. Steteruntque Levitæ tenentes organa David, & ſacerdotes tubas, & juſſit Ezechias, ut offerrent holocauſta ſuper altare. Cumque offerrentur holocauſta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis; atque in diverſis organis, quæ David Rex Iſrael repererat, concrepare. Omni autem turba adorante, cantores, & hi, qui tenebant tubas, erant in officio ſuo, donec compleretur holocauſtum. Cumque finita eſſet oblatio, incurvatus eſt Rex, & omnes, qui erant cum eo, & adoraverunt. Præcepitque Ezechias, & principes Levitis, ut laudarent Dominum *y* ſermonibus David, & Aſaph Videntis. Qui laudaverunt cum magna lætitia, & incurvato genu adoraverunt eum. Ezechias autem etiam

a Aperuit valvas domus Domini, & inſtauravit eas, adduxitque ſacerdotes, atque Levitas, & congregavit eos in plateam Orientalem. Dixitque, &c.] *Gloſſ.* Non aliter imitaretur per omnia David patrem ſuum, qui ab infantia Deo deditus, in principio regni ſui, cultum Dei magnificavit. Moraliter autem admonet rectores Eccleſiarum, ne ſint deſides in officio ſibi commiſſo, ſed omnia diligenter agant.

b Omnem immunditiam de ſanctuario. Peccaverunt patres veſtri, & fecerunt, &c.] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæſtionibus*, ideſt, Idola, quæ Achaz poſuerat in templo, quæ in modum mulieribus menſtruatæ polluta erant, & polluebant.

c A tabernaculo Domini Dei noſtri,] ideſt a templo.

d Præbuerunt dorſum, clauſerunt oſtia, quæ erant in porticu,] adorantes verſus Orientem.

e Et in ſibilum, ſicut ipſi cernitis oculis veſtris. En corruerunt patres noſtri gladiis, filii noſtri, filiæ noſtræ, & conjuges,] ideſt, in ſtuporem, duplici de cauſa. Tum pro priori gloria, tum pro præſenti ignominia.

f Me negligere, pro elegit Dominus, ut ſtetis coram eo, & miniſtretis illi,] Aliqui libri non habent me.

g Et ſanctificati ſunt, & ingreſſi juxta mandatum Regis, & imperium Domini, ut expiarent domum Dei.] ideſt, loti: Vel abſtinuerunt a mulieribus.

h Immunditiam,] ideſt idola.

i Sanctificavimus] Modum ſanctificationis non determinat auctor. Forte oleo, vel aqua luſtrationis.

k Expoſita] in locis ſuis poſita.

l Hircos] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæſtionibus*: Contra morem hoc factum eſt. In omnibus enim locis unus pro peccato hircus offerri ſolebat. Sed quia multa erant peccata, ideo ſeptem hirci offerri debuerunt.

m Pro regno,] ideſt pro Rege.

n Pro ſanctuario,] ideſt, pro ſacerdotibus.

o Pro Juda,] ideſt, pro populo. Et de hujuſmodi oblationibus habes *Lev.* 4.

p Super altare] Non ſuper altare Achaz.

q Fuderunt] illum.

r Impoſueruntque] ſcilicet, Rex, & populi Principes.

ſ Pro piaculo] ideſt, pro expiatione.

t Univerſi] Contra *Levit.* 4. dicitur, quod pro peccato populi vitulus offerebatur, ſicut pro peccato ſacerdotis; pro peccato vero Regis, ſive Principis, Hircus. Hic autem dicitur, quod pro peccato offerebantur Hirci, etiam pro peccato Regis, & ſacerdotis etiam ſimiliter. Solutio: In Levitico agitur de peccato ignorantiæ, hic vero de peccatis ſcienter commiſſis.

u Pro peccato.] Pro peccato eſt una dictio, & eſt nomen ſacrificii. Unde *Pſalm.* Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti. *Pſal.* 39.

x Gad Videntis,] *Hieronym. in libro de Hebraicis quæſt.* Idcirco Gad Videntem vocat, quia Propheta ei per viſum veniebat.

y Sermonibus David,] ideſt, quos inſtituerat David ad laudandum Deum, ſcilicet: Confitemini, &c.

a Pauci

hæc addidit: Implestis manus vestras Domino: Accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo universa multitudo hostias, & laudes, & holocausta, mente devota. Porro numerus holocaustorum, quæ obtulit multitudo, hic fuit: Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos. Sanctificaveruntque Domino boves sexcentos, & oves tria millia. Sacerdotes vero *a* pauci erant, nec poterant sufficere, ut *b* pelles holocaustorum detraherent. Unde & Levitæ fratres eorum adjuverunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites. Levitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quam Sacerdotes: Fuerunt igitur holocausta plurima, adipes pacificorum, & libamina holocaustorum, & completus est cultus domus Domini. Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eo quod ministerium Domini esset expletum. De repente quippe hoc fieri placuerat.

C A P. XXX.

c MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel, & Judam, scripsitque epistolas ad Ephraim, & Manassen, ut venirent ad domum Domini in Jerusalem, & facerent Phase Domino Deo Israel. Inito ergo consilio Regis, & Principum, & *d* universi cœtus in Jerusalem, decreverunt, ut facerent Phase *e* mense secundo. Non enim potuerant facere in *f* tempore suo, quia Sacerdotes, qui possent *g* sufficere, sanctificati non fuerant, & populus necdum congregatus fuerat in Jerusalem. Placuitque *h* sermo Regi, & omni multitudini, & decreverunt, ut mitterent nuncios in universum Israel, de Bersabee usque *i* Dan, ut venirent, & facerent Phase Domino Deo Israel in Jerusalem: Multi enim non fecerunt sicut in *k* lege præceptum est. Pertexeruntque cursores cum epistolis ex Regis imperio, & principum ejus in universum Israel, & Judam, juxta id quod Rex jusserat, *l* prædicantes: Filii Israel, revertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel, & *m* revertetur ad reliquias, quæ effugerunt manus Regis Assyriorum. Nolite fieri sicut *n* patres vestri, & fratres, qui recesserunt a Domino Deo patrum suorum, & tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitis. Nolite indurare cervices vestras sicut patres vestri. Tradite manus Domino, & venite ad *o* sanctuarium ejus, quod sanctificavit in æternum. Servite Domino Deo patrum vestrorum, & avertetur a vobis ira furoris ejus. Si enim *p* vos reversi fueritis ad Dominum, & *q* fratres vestri, & filii habebunt misericordiam coram dominis suis, qui illos duxerunt captivos, & revertentur in terram hanc. Pius enim, & clemens est Dominus Deus vester, & non avertet faciem suam a vobis, si reversi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant velociter de civitate in civitatem, per terram Ephraim, & Manasse, usque ad Zabulon, *r* illis *s* irridentibus, & subsannantibus eos. Attamen quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon, acquiescentes *t* consilio, venerunt Jerusalem. In Juda vero *u* facta est manus Domini, ut daret eis *x* cor unum, & facerent juxta præceptum Regis, & Principum verbum Domini. Congregatique sunt in Jerusalem populi multi, ut facerent solemnitatem azymorum in *y* mense secundo, & surgentes destruxerunt *z* altaria, quæ erant in Jerusalem, atque universa, in quibus idolis adolebatur incensum, subvertentes, projecerunt in torrentem Cedron. Immolaverunt autem Phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoque, atque Levitæ *a* tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini, steteruntque in ordine suo juxta dispositionem, & legem Moysi hominis Dei. Sacerdotes vero suscipiebant *b* effundendum sanguinem, de manibus *c* Levitarum, eo quod multa *d* turba sanctificata non esset: Et ideirco immolarent Levitæ Phase his, *e* qui non occurrerant sanctificari Domino. Magna etiam pars populi de Ephraim, & Manasse, & Isachar, & Zabulon, quæ *f* sanctificata non fuerat, comedit Phase, non juxta quod *g* scriptum est. Et oravit pro eis Ezechias dicens: Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum, & non imputabis eis, quod minus sanctificati sunt. Quem exaudivit

a Pauci erant,] quia dispersi ab Achaz, nondum redierant: Vel quia pauci sanctificati erant, ideo subjungitur: Levitæ quippe, &c.

b Ut pelles, &c.] *Hieron. in lib. de Hebr. quæstion.* Mos erat Levitis, ut ipsi detraherent pelles holocaustorum, & Sacerdotibus, quando pro peccato fiebat Sacrificium, ut ipsi detraherent. Sed quia numerus Sacerdotum minus sufficiens erat ad hoc peragendum, ideo eos juverunt fratres eorum Levitæ, quia Levitis rectius erat sacrificare, quam Sacerdotibus, eo quod tempore Achaz ipsi consenserunt, quod exemplar altaris Damasceni Uriæ pontifici missum est.

EXPOSITIO CAP. XXX.

c MIsit quoque Ezechias] litteras, vel nuncios.

d Universi cœtus in Jerusalem,] Quidam libri habent, in Israel: Sed verior littera est, in Jerusalem, quia illi nondum venerant de Israel.

e Mense secundo.] scilicet Majo, quia primo mense non poterat fieri, quia nec tunc potuit convenire in Jerusalem, nec Sacerdotes purificati erant. Tamen tanta fuit multitudo, quod multi non purificati comederunt Pascha, & tanta copia victimarum, quod in multis Levitæ suppleverunt officium Sacerdotum.

f In tempore suo,] id est, in primo mense, scil. Aprili.

g Sufficere,] ad immolandum.

h Sermo] consilii, scilicet.

i Usque Dan,] Duo termini Judææ sunt.

k In lege] *Exod.* 12.

l Prædicantes:] ut veniret in Jerusalem.

m Revertetur] scilicet Dominus.

n Sicut patres vestri,] perseverantes in malo.

o Ad sanctuarium] id est, ad templum in Jerusalem.

p Fratres vestri,] qui sunt in captivitate, ultra Caspios montes. Et est argumentum, quod aliquis meretur alii bona temporalia.

q Si enim vos reversi fueritis] *Zachar.* 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.

r Illis] scil. filiis Israel.

s Illudentibus] nuncios Judæ.

t Consilio,] nunciorum.

u Facta est manus Domini,] i. Dominus fecit magnum miraculum in hoc, quod dedit eis cor unum, ut consentirent Ezechiæ. Semper enim viri Israel rebelles fuerunt viris Juda.

x Cor unum,] idest, ut faceret eos unanimes cum eis.

y In mense secundo,] idest, Majo. Quando enim primo mense non poterat fieri Pascha, licitum erat fieri in secundo mense eodem die, ut legitur *Num.* 9.

z Altaria, quæ erant in Jerusalem,] Achaz.

a Tandem sanctificati] Hoc respicit illud, quod supra dictum est, scilicet, quod Sacerdotes pauci erant, nec fuerant sanctificati.

b Effundendum] super altare, per manus eorum.

c Levitarum,] qui juvabant Sacerdotes.

d Turba] Sacerdotum vel populi absentis, pro quibus *Levitæ* eorum occurrerant in Jerusalem immolare pro eis.

e His, qui non] idest, pro his, & ad utilitatem eorum.

f Quæ sanctificata non fuerat,] ad immolandum Phase.

g Scriptum est.] *Num.* 9. quod nemo non sanctificatus faceret Phase, sed expectaret potius usque ad secundum mensem.

a Pla-

Dominus, & *a* placatus est populo. Feceruntque filii Israel, qui inventi sunt in Jerusalem, *b* solemnitatem azymorum, septem diebus in lætitia magna, laudantes Dominum per singulos dies: Levitæ quoque, & Sacerdotes per organa, quæ suo officio congruebant. Et locutus est Ezechias ad cor omnium Levitarum, qui habebant intelligentiam bonam super Dominum. Et comederunt 7. diebus solemnitatis, immolantes victimas pacificorum, & laudantes Dominum Deum patrum suorum. Placuitque universæ multitudini, ut celebrarent etiam *c* alios dies septem, quod & fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias autem rex Juda præbuerat multitudini mille tauros, & septem millia ovium. Principes vero dederunt populo tauros mille, & oves decem millia. Sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo, & hilaritate perfusa, omnis turba Juda, tam Sacerdotum, & Levitarum, quam universæ *d* frequentiæ, quæ venerant ex Israel, *e* proselytorum quoque de terra Israel, & habitantium in Juda. Factaque est grandis celebritas in Jerusalem, qualis a diebus Salomonis filii David regis Israel in ea *f* urbe non fuerat. Surrexerunt autem Sacerdotes, atque Levitæ benedicentes populn, & exaudita est vox eorum, *f* pervenitque oratio in habitaculum sanctum cœli.

a Placatus est populo.] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus.* Ajunt neminem pollutum potuisse comedere Phase, quin statim moreretur. Et in eo Dominum placatum cognoverunt, quod comedentes extincti non sunt.

b Solemnitatem Azymorum, &c.] 15. Luna Aprilis.

c Alios dies septem,] Et ita quindecim diebus fecerunt festa.

d Frequentiæ,] i. multitudinis.

e Proselytorum] His licitum erat facere Phase, ut legitur *Numer.* 9.

f Urbe] scilicet Jerusalem.

f Pervenitque] quasi nuncius fidelis, & prudens.

C A P. XXXI.

CUmque hæc fuissent rite celebrata, egressus est omnis Israel, qui inventus fuerat in urbibus Juda, & *g* fregerunt simulachra, succideruntque *h* lucos, demoliti sunt *i* excelsa, & *k* altaria destruxerunt, non solum de universo Juda, & Benjamin, sed & de Ephraim quoque, & Manasse, donec *l* penitus everterent. Reversique sunt omnes filii Israel in possessiones, & civitates suas. Ezechias vero constituit turmas sacerdotales, & leviticas per divisiones suas, unumquemque in officio proprio, tam Sacerdotum videlicet, quam Levitarum, ad holocausta, & ad pacifica, ut ministrarent, & confiterentur, canerentque in portis *m* castrorum Domini. Pars autem regis eorum erat, ut de propria ejus substantia offerretur holocaustum mane, & vespere, Sabbatis quoque, & calendis, & solemnitatibus ceteris, sicut scriptum est in *n* lege Moysi. Præcepit etiam populo habitantium Jerusalem, ut darent *o* partes sacerdotibus, & Levitis, ut possent vacare legi Domini. Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias, filii Israel, *p* frumenti, *q* vini, & *r* olei, *s* mellis quoque, & *t* omnium, quæ gignit humus, decimas obtulerunt. Sed & filii Israel, & Juda, qui habitabant in urbibus Juda, obtulerunt decimas boum, & ovium, *u* decimasque Sanctorum, quæ voverant Domino Deo suo, atque universa *x* portantes, fecerunt acervos plurimos. Mense tertio cœperunt *y* acervorum jacere fundamenta, & mense septimo compleverunt eos. Cumque ingressi fuissent Ezechias, & principes ejus, viderunt *z* acervos, & benedixerunt Domino ac populo Israel. Interrogavitque Ezechias Sacerdotes, & Levitas, cur ita *a* jacerent acervi? Respondit illi Azarias sacerdos *b* primus de stirpe Sadoch dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in *c* domo Domini *d* comedimus, & saturati sumus, remanseruntque *e* plurima, eo quod *f* benedixerit Dominus populo suo: *g* Reliquiarum autem est copia ista, quam cernis. Præcepit igitur Ezechias, ut præpararent horrea in domo Domini. Quod cum fecissent, *h* intulerunt tam primitias, quam decimas, quæcumque voverant, *i* fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Levita, & Semei frater ejus *k* secundus, post quem Jahiel, & Azarias, & Naath, & Asahel, & Jerimoth, Jozabad quoque, & Eliel, & Jesmachias, & Maath, & Banajas, præpositi sub manibus Choneniæ, & Semei fratris ejus, ex imperio Ezechiæ regis, & Azariæ pontificis domus Domini, *l* ad quos omnia pertinebant. Core vero filius Jemna Levites, & janitor Orientalis portæ, præpositi erant his, quæ sponte offerebantur Domino, primitiisque & consecratis in *m* sancta sanctorum, & sub cura ejus Eden, & Benjamin, Josue, & Semejas: Amarias quoque, & Sechenias,

E X P O S I T I O

C A P. XXXI.

CUmque hæc, &c.] *g* Fregerunt simulachra,] in aliis locis, quia prius fregerunt ea in Jerusalem. Et est argumentum, quod ante peractam pœnitentiam potest homo accedere ad communionem corporis Domini. *h* Lucos] voluptatis. *i* Excelsa,] curiositatis.

k Et altaria] vanitatis, & cupiditatis. Hoc enim triplici funiculo trahit diabolus post se fere totum mundum. De quo *Eccles.* 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. *Isai.* 5. Væ qui trahitis, &c.

l Penitus everterent.] *Gloss.* Post adventum Salvatoris, non solum in Jerusalem, & in Juda, sed in cunctis nationibus orbis destructa est idololatria, & diabolica corruit superbia. Et crescente numero fidelium decrescit cultura dæmonum, donec in fine mundi obruatur mors novissima 1. *Cor.* 15. & regnabit Dominus solus in die illa, *Isai.* 19. Ascendet Dominus super nubem, &c.

m Castrorum] idest, templi, & atrii, quæ vocat castra, quia ibi excubabant Sacerdotes, & Levitæ, ut solet fieri in castris.

n In lege Moysi, &c.] *Lev.* 24. & *Num.* 28.

o Patres] sacrificiorum, quæ præcepit Moyses eis dari *Exod.* 25. & *Lev.* 8.

p Frumenti,] omnis cibi.

q Vini, &c.] Omnis potus.

r Olei,] omnis pulmenti.

s Mellis quoque, &c.] In Levitico prohibitum est offerri mel in templo. Solutio. Decimas mellis prohibitum est offerri, sed non primitias. *Lev.* 2.

t Et omnium, quæ gignit humus decimas obtulerunt. Sed & filii Israel] Argumentum, quod de omnibus terræ nascentibus debent dari decimæ.

u Decimasque Sanctorum,] idest, oblationes votivorum. Vel sic: ipsi prius obtulerunt decimas, quæ secundum legem debent dari, postea de residuo gratis decimas obtulerunt. Vel decimas Sanctorum dicit, quæ pertinent ad sancta.

x Portantes, fecerunt acervum, &c.] Argumentum, quod decimas agricolæ debent ferre in horreum Ecclesiæ, quod non servatur hodie.

y Acervorum jacere fundamenta, & mense septimo compleverunt eos.] idest, domorum, in quibus reponebantur acervi.

z Acervos, & benedixerunt Domino, & domui Israel, &c.] segetum, vel domos acervorum.

a Jacerent acervi, &c.] in terra non repositi in horreis.

b Primus] idest, summus.

c In domo] idest, in atrio domus Domini.

d Comedimus] sufficienter.

e Plurima,] de primitiis oblatis.

f Benedixerit Dominus populo, &c.] idest, abundare fecerit bona ejus.

g Reliquiarum] idest eorum, quæ remanserunt nobis.

h Intulerunt tam primitias, quam decimas, & quæcumque voverant] in horrea.

i Fideliter.] Fuit autem præfectus eorum, &c. scil. intulerunt.

k Secundus,] idest, post eum.

l Ad quos] scilicet regem, & pontificem.

m In sancta sanctorum,] idest, in sancta de numero sanctorum.

in *a* civitatibus sacerdotum, ut fideliter distribuerent *b* fratribus suis partes, minoribus, atque majoribus, excepcis *c* maribus ab *d* annis tribus, & supra, cunctis, qui *e* ingrediebantur templum Domini: Et *f* quicquid per singulos dies *g* conducebat in ministerio, atque observationibus, juxta divisiones suas Sacerdotibus per familias, & Levitis a vigesimo *h* anno, & supra, per ordines, & turmas suas, universæque multitudini, tam uxoribus, quam liberis eorum utriusque sexus, fideliter cibi de his, quæ sanctificata fuerant, præbebantur. Sed & *i* filiorum Aaron per agros, & suburbana urbium singularum dispositi erant viri, qui partes distribuerent universo sexui masculino de Sacerdotibus, & Levitis. Fecit ergo Ezechias universa, quæ diximus in omni Juda, & operatus est *k* bonum, & *l* rectum, & *m* verum coram Domino Deo suo, in universa cultura ministerii domus Domini, juxta legem, & cæremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo, fecitque, & prosperatus est.

CAP. XXXII.

Post *n* quæ, & hujusmodi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Judam obsedit civitates munitas, volens eas capere. Quod cum vidisset Ezechias, venisse scil. Sennacherib, & totum belli *o* imperium verti contra Jerusalem, inito cum principibus consilio, utrisque fortissimis, ut obturarent capita fontium, qui erant extra urbem, & hoc omnium decernente sententia congregavit plurimam multitudinem, & *p* obturaverunt cunctos fontes, *q* & rivum, qui fluebat in medio terræ dicentes: Ne *r* veniant reges Assyriorum, & inveniant aquarum abundantiam. Ædificavit quoque agens *s* industrie, omnem murum, qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murum. Instauravitque *t* Mello in civitate David, & fecit universi generis armaturam, & clypeos. Constituitque principes bellatorum in *u* exercitu: Et convocavit universos in platea portæ civitatis, ac locutus est ad *x* cor eorum, dicens: *y* Viriliter agite, & confortamini, *z* nolite timere, ne paveatis regem Assyriorum, & universam multitudinem, quæ est cum eo. *a* Multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo: Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Confortatusque populus hujusmodi verbis Ezechiæ regis Juda. *b* Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum *c* servos suos Jerusalem. (Ipse enim cum universo exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Juda, & ad omnem populum, qui erat in *d* urbe dicens: Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum: In *e* quo habetis fiduciam? Sedetis obsessi in Jerusalem: Num Ezechias decipit vos, ut tradat morti in fame, & siti affirmans quod Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? Numquid non iste est Ezechias, qui destruxit *f* excelsa illius, & altaria, & præcepit Judæ, & *g* Jerusalem dicens. Coram *h* altari uno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An *i* ignoratis, quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Numquid prævaluerunt dii gentium omniumque terrarum liberare regionem suam de manu mea. Quis est de universis gentium, quas vastaverunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, ut possit etiam Deus vester eruere vos de *k* hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit Deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, *l* consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu mea. Sed & alia multa locuti sunt *n* servi ejus contra Dominum Deum, & contra Ezechiam servum ejus: Epistolas quoque scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est adversus eam: Sicut dii gentium ceterarum non potuerunt liberare populos suos

a In civitatibus Sacerdotum, quas scilicet inhabitabant, non possidebant.

b Fratribus suis] scilic. Sacerdotibus, & Levitis dispersis in Juda.

D

c Exceptis maribus] idest, præter illos inclusive, quia distribuebant illis sicut aliis maribus, idest, Levitis habitantibus in Jerusalem. Et nota, quod non vacat, quod dicit maribus, quia quædam oblationes erant, de quibus comedebant tantum mares, ut legitur *Levit.6.* Aliæ vero de quibus comedebant omnes, tam mares quam feminæ, de familia Sacerdotum, ut legitur *Lev.* 22.

A

d A tribus annis, & supra, &c.] quia minores nec in templum intrabant, neque portiones oblationum recipiebant. Si autem invenis alicubi, quod Levita unius mensis accipiebat portionem, qua aleretur, dispensatio fuit.

e Ingrediebatur templum, &c.] ad ministrandum.

B

f Et quicquid, &c.] supple distribuerunt, quicquid per, &c.

g Conducebat in ministerio,] idest, veniebat in ministrationem.

h A vigesimo anno, & supra,] quia Levitæ citra vigesimum annum non observabant ad templum. Imo quando tabernaculum portabatur de loco ad locum, eligebantur Levitæ a trigesimo anno, & supra, ut legitur supra. 4. Postquam vero templum factum fuit, sufficiebat eligere Levitas a viginti annis, & supra, quia non tantus erat labor, neque tanta fortitudo exigebatur, ut ante.

C

i Sed & filiorum Aaron, &c.] præter prædictos.

k Bonum, &c.] charitate.

D

l Rectum,] spe.

m Verum] fide. Item bonum sibi, rectum proximo, verum Deo. Ad *Timoth.* 2. Sobrie, & juste, & pie vivamus in hoc sæculo, &c. Bonum est opus, quia ex gratia est, vel cum gratia: Rectum, quia sine inclinatione intentionis: Verum, quia sine vanitate simulationis.

tionem Phase. 14. anno regni Ezechiæ, ut legitur 4. *Reg.*

o Imperium verti contra Jerusalem, inito, &c.] vel impetum.

p Obturaverunt cunctos fontes,] ut non curreret aqua.

q Et rivum,] idest, Jordanem secundum quosdam, quem dicitur obturasse, idest, exitum ejus extinxisse, vel exsiccasse.

r Ne veniant] idest, ne cum venerint. 4. *Reg.* 6.

s Industrie,] i. prudenter.

t Mello] scilicet voraginem Sion.

u In exercitu:] Contrarium videtur *quarto Regum* 18. Ibi enim legitur, quod Ezechias misit munera multa, & magna Sennacherib in Lachis, ut recederet ab eo: Et imposuit ei Sennacherib tributum ccc. talenta argenti, & triginta auri, & juravit ei Sennacherib, quod non noceret ei. Verum est, sed non tenuit juramentum: Imo rupto fœdere juramenti, misit obsidere Jerusalem Tharthan, & Rabsacem.

x Ad cor eorum,] idest, exhortatorie, & consolatorie.

y Viriliter agite,] Ecce exhortatio.

z Nolite timere,] Ecce consolatio.

a Multo enim, &c.] Simile dixit Eliseus puero suo *quarto Regum sexto*.

b Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib, &c.] Turres scilicet ædificatæ, & munitæ.

c Servos suos] Tharthan, & Rabsacen, quem dicunt fuisse filium Isaiæ, sed apostatasse.

d In urbe] Jerusalem.

e In quo habetis, &c.] *Gloss.* Hæc omnia in Isaia propheta plenius scripta sunt 4. *Reg.* 18. & 19. & *Isa.* 36.

f Excelsa illius,] In hoc mentitur Sennacherib, quia illa non erant excelsa Dei, sed idolorum.

g Et Jerusalem] idest, Benjamin.

h Altari] quod fecit Salomon.

i An ignoratis, quæ ego fecerim, &c.] Verba sunt Sennacherib.

k De hac manu?] quasi dicat, Non.

EXPOSITIO CAP. XXXII.

Post *n* quæ & hujuscemodi] Hoc 4. *Reg.* 18. & 19. idest, post ædificationem templi, & celebrationem Phase. 14. anno regni Ezechiæ, ut legitur 4. *Reg.*

l Consequenter] Argumentum est a simili.

m Manu] idest, potestate. *n* Servi ejus] scilicet, Sennacherib

nacherib. *a* Qui percussit] *Gloss.* Hæc in Isaia secundum planitiem historiæ plane glossavimus.
b Cum ignominia] *Hieronym. in lib. Hebr. quæst.* Dicunt Hebræi ei barbam, & caput rasum, in ignominiam: Juxta illud *Isaiæ* 7. In illa die radet Dominus in rege Assyriorum caput, & barbam.
c Ingressus] ipse, scilicet, Sennacherib.
d Domum Dei sui,] quæ fuit in Ninive.
e Filii,] scilicet, Adramelech, & Serarar, quibus præposuerat filium minorem.
f De utero ejus,] quos Sennacherib ipse genuerat.
g In diebus] *Gloss.* Hæc in *libro Regum* plenius sunt scripta. 4. *Reg.* 18. & 20.
h Usque ad] secundum causas inferiores.
i Oravit] pro filio habendo, in quo promissio facta David impleretur, & etiam pro liberatione civitatis.
k Signum:] quia exauditus esset, reditum, scilicet, Solis.
l Retribuit,] idest, gratias retulit.
m Elevatum] de fuga Sennacherib, & de nece hostium.
n Contra eum] Non tamen tempore Ezechiæ.
o Postea,] percussus, scilicet, infirmitate.
p Idcirco] quia humiliatus.
q Argenti,] eloquentiæ scilicet.
r Et auri,] idest, sapientiæ.
s Lapidis] idest, virtutum.
t Aromatum,] idest, bonæ famæ.
u Armorum] sinceritatis, & veritatis.
x Vasorum] sanctorum desideriorum.
y Frumenti,] dilectionis.
z Vini,] devotionis.
a Olei,] pietatis.
b Præsepia] consolationes miserorum.
c Caulasque] consilia simplicium.
d Urbes] sex opera misericordiæ.
e Sion,] nomen fontis.
f Eas] idest, aquas.
g Subter] inter templum, scilicet, & Sion.
h De portento,] *Gloss.* Solis reditum significat per 10. lineas.
i Dereliquit] *Gloss.* idest, non cohibuit per prophetam, ne ostende-

(Marg.: E; 4. *Reg.* 19.; *Isa.* 7.; C; G; A; 4. *Reg.* 20. *Isai.* 18.)

de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu ista. Insuper & clamore magno lingua Judaica contra populum, qui sedebat in muris Jerusalem, personabat, ut terreret eos, & caperet civitatem. Locutusque est contra Deum Jerusalem, sicut adversum Deos populorum terræ, opera manuum hominum. Oraverunt igitur Ezechias rex, & Isaias filius Amos prophetes adversus hanc blasphemiam, ac vociferati sunt usque in cœlum. Et misit Dominus Angelum, qui *a* percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Reversusque est *b* cum ignominia in terram suam. Cumque *c* ingressus esset *d* domum Dei sui, *e* filii, qui egressi fuerant de *f* utero ejus, interfecerunt eum gladio. Salvavitque Dominus Ezechiam, & habitatores Jerusalem, de manu Sennacherib, regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit eis quietem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Jerusalem, & munera Ezechiæ regis Juda: Qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. In *g* diebus illis ægrotavit Ezechias usque *h* ad mortem, & *i* oravit Dominum: Exaudivitque eum, & dedit ei *k* signum: Sed non juxta beneficia, quæ acceperat, *l* retribuit, quia *m* elevatum est cor ejus: Et facta est contra *n* eum ira, & contra Judam, ac Jerusalem. Humiliatusq; est *o* postea, eo quod exaltatum fuisset cor ejus, tam ipse, quam & habitatores Jerusalem, & *p* idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ: Fuit autem Ezechias dives, & inclytus valde, & thesauros plurimos sibi congregavit *q* argenti, & *r* auri, & *s* lapidis pretiosi, *t* aromatum, *u* & armorum universi generis, & *x* vasorum magni pretii: Apothecas, quoque *y* frumenti, *z* vini, & *a* olei, & *b* præsepia omnium jumentorum, *c* caulasque pecoribus, & *d* urbes sex ædificavit. Habebat quippe greges ovium, & armentorum innumerabiles, eo quod dedisset ei Dominus substantiam multam nimis. Ipse est Ezechias, qui obturavit superiorem fontem aquarum *e* Gihon, & avertit *f* eas *g* subter ad Occidentem urbis David. In omnibus operibus suis fecit prospere, quæ voluit. Attamen in legatione Principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de *h* portento, quod acciderat super terram, *i* dereliquit eum Deus, ut tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in *k* corde ejus. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum ejus, scripta sunt in *l* visione Isaiæ filii Amos prophetæ, & in *m* libro regum Juda, & Israel, Dormivitq; Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum supra *n* sepulchra filiorum David: Et celebravit ejus exequias universus Juda, & omnes habitatores Jerusalem.

C A P. XXXIII.

REgnavitq; *o* filius ejus Manasses pro eo 12. *p* annorum erat Manasses cum regnare cœpisset, & quinquagintaquinq; annis regnavit in Jerusalem. Fecit autem malum coram Dño, juxta abominationes gentium, quas subvertit Dominus coram filiis Israel, & *q* conversus instauravit *r* excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater ejus, instruxitq; aras Baalim, & fecit lucos, & *s* adoravit omnem *t* militiam cœli, & *u* coluit eam. Ædificavit quoq; *x* altaria in domo Dñi, de qua dixerat Dñs, in Jerusalem erit nomen meum in æternum. Ædificavit autem ea cuncto *y* exercitui cœli, in *z* duobus atriis domus Dñi: Transireq; fecit filios suos per ignẽ in valle *a* Benennon. *b* Observabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inserviebat. Habebat autem secum magos, & incantatores, multaq; mala operatus est coram Dño, ut irritaret eum. Sculptile quoq; & conflatile *c* signum posuit in *d* domo Dñi, de qua locutus est Dñs ad David, & ad Salomonem filium ejus, dicens: in domo hac, & in Jerusalem, quam elegi de cunctis Tribubus Israel, ponam nomen meum in sẽpiternum, & movere non faciã pedem Israel, de terra, quam tradidi patribus eorum, ita dumtaxat si custodierint facere, quæ præcepi eis, cunctamq; legem, & cæremonias, atq; judicia, quæ mandavi per manum Moysi. Igitur Manasses *e* seduxit Judam, & *f* habitatores Jerusalem, ut facerent malum super omnes gentes, quas subverserat Dñs a facie filiorum Israel. *g* Locutusq; est Dñs *h* ad eum, & ad populum illius, & *i* attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum, ceperuntque Manassen, & vinctum catenis

ret thesauros suos, & thesauros domus Domini alienigenis.
k In corde] *Gloss.* Occulta elatio mentis.
l In visione] idest, in libro, ubi continentur visiones *Isai.* 38.
m In libro] 4. *Regum* 20.
n Supra] *Gloss.* quia sepulchrum ejus est excelsius, prærogativa meriti, & pietatis.

EXPOSITIO
CAP XXXIII.

REgnavitque, *o* &c.] *p* Duodecim] hoc habes *quarto Regum* 21.
q Conversus] ad malum.
r Excelsa,] idest, fana in excelsis.
s Adoravit] corpore.
t Militiam] *Hieronymus in libris Hebraic.* quasi dicat, idest, duodecim signa, quæ sunt in Zodiaco, ut tradunt.
u Coluit eam,] mente.
x Altaria] idolorum.
y Exercitui] *Hieronymus in libris de Hebraicis quæstionibus*, quasi dicat, idest, sub nomine stellarum dæmonia coluit.
z In duobus atriis domus Domini] interiori, & exteriori.
a Benennon.] *Hieronymus:* Qui alio loco dicitur Gehennon, idest, vallis filiorum Ennon.
b Observabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inserviebat. Habebat, &c.] Quæ omnia prohibentur *Deuteronom. decimooctavo.*
c Signum] idest, simulachrum, unum quidem sculptum, & aliud conflatum.
d In domo] idest, in atriis domus Domini.
e Seduxit] exemplo.
f Habitatores] idest, Benjamitas.
g Locutusque] per prophetas, maxime per Isaiam.
h Ad eum,] scilicet Manassem.
i Et noluerunt.] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus.* Tradunt Hebræi, eumdem Manassem fuisse filium Isaiæ. Sed *Haimo* dicit in prologo, quodam supe-

superius, quod Manasses habuit in uxorem filiam Isaiæ, & tamen occidit eum serra lignea. Et ut dicit *Hieron.* tradunt Hebræi idcirco Isaiam occisum fuisse, quia vocat eos principes Sodomorum, & Gomorrhæorum *Isai.* 1. Et quia dixit: Vidi Dominum sedentem super solium, &c. *Isai.* 6. cum per Moysen dixerit Dominus. Non videbit me homo, & vivet. *Exod.* 33. Et quia dixit: Addet Deus ad dies tuos 15. annos, eo quod per Moysen, dixerit *in Deuteronomio*, scilicet: Et numerum dierum tuorum implebit. Et quia dixit *Isai.* 55. Quærite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est, cum dicatur: Quis tam propinquus quomodo Deus noster, quando eum invocamus?

4. Reg. 20. Isai. 38. C 1. q. 7. c. b. vers. fito. Manassen, De pen. dist. 2. c. si enim ante sin ver. Manasse, Deuter. 4. Psalm. 15. Psalm. 82.

a Coangustatus] *Isai.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. *Psalm.* Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea, &c. Et alibi. Imple facies eorum ignominia, & quærent, &c.

b Deprecatusque] *Gloss.* Audita pœnitentia Manasse, nemo debet de Dei misericordia desperare, sed magis per pœnitentiam de venia præsumere, idest, sperare.

c Deduxit] Dominus.

d Et cognovit] *Jerem.* Dum in Babylonem ductus fuisset, & in vase æneo perforato missus, admoto igne, invocavit nomina idolorum, quæ colebat. Qui cum non fuisset ab eis liberatus, nec exauditus, recordatus est, quod crebro a patre audierat. Cum invocaveris me in tribulatione, & conversus fueris, exaudiam te, sicut scribitur in *Deuteron.* Exauditumque a Domino dicunt, & liberatum, & reductum in regnum suum in modum Habacuc, idest, sicut ille deductus fuerat in Babylonem.

A

e Ad Occidentem] idest, versus Occidentem, ubi erat Gihon.

Dan. 14.

f Ophel,] nomen est turris gregis. Vel nomine Ophel accipit sancta sanctorum, ut dictum est supra a *Hieronymo*. Et est sensus, ut dicit *Hieronym.* Cœpit ædificare a fonte Gihon, & ædificavit usque ad Ophel, idest, multa restauravit in sanctis sanctorum, quæ pro idolis destruxerat.

B

g Exaltavit] Dominus.
h Illum] scilicet, Manassen.
i Constituit] Manasses.
k In monte] Moria, scilicet.

atque compedibus duxerunt Babylonem. Qui postquam *a* coangustatus est, oravit Dominum Deum suum, & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum, *b* deprecatusque est eum, & obsecravit intente, & exaudivit orationem ejus, *c* reduxitque eum in Jerusalem in regnum suum, & *d* cognovit Manasses, quod Dominus ipse esset Deus. Post hæc ædificavit murum extra civitatem David ad *e* Occidentem Gihon in convalle, ab introitu portæ piscium per circuitum usque ad *f* Ophel, & *g* exaltavit *h* illum vehementer. *i* Constituitque principes exercitus in cunctis civitatibus Juda munitis, & abstulit deos alienos, & simulacra de domo Domini, aras quoque, quas fecerat in *k* Monte domus Domini, & in Jerusalem, & projecit omnia extra urbem. Porro instauravit altare Domini, & immolavit super illud victimas, & pacifica, & laudem, præcepitque Judæ, ut serviret Domino Deo Israel. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo. Reliqua autem gestorum Manasse, & obsecrationes ejus ad Deum suum, verba quoque *l* videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel. Oratio quoque ejus, & exauditio, & cuncta peccata, atque contemptus, loca etiam, in quibus ædificavit excelsa, & fecit lucos, & statuas, antequam ageret pœnitentiam, scripta sunt in *m* sermonibus Hozai. Dormivit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua, regnavitque pro eo filius *n* ejus Amon. Vigintiduorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset, & duobus annis regnavit in Jerusalem. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut *o* fecerat Manasses pater ejus, & cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolavit, atque servivit, & non est reveritus faciem Domini, sicut *p* reveritus est Manasses pater ejus, & multo majora deliquit. Cumque conjurassent adversus eum servi sui, interfecerunt eum in domo sua. Porro reliqua populi multitudo, cæsis his, qui Amon percusserant, constituit regem Josiam filium ejus pro *q* eo.

C A P. XXXIV.

OCTO annorum erat Josias, cum regnare cœpisset, & triginta, & uno anno regnavit in Jerusalem. Fecitque, quod erat rectum in conspectu Domini, & ambulavit in viis David patris sui, non *q* declinavit neque ad dexteram, *r* neque ad sinistram. Octavo autem anno regni sui cum adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui David: Et duodecimo *s* anno, postquam *s* cœperat, mundavit Judam, & Jerusalem ab *t* excelsis, & lucis, simulacrisque, & sculptilibus. Destruxeruntque *u* coram eo aras Baalim, & simulacra, quæ supposita fuerunt, demoliti sunt. Lucos etiam, & sculptilia succidit, atque comminuit, & super tumulos eorum, qui eis immolare consueverant, *x* fragmenta *y* dispersit: Ossa præterea *z* Sacerdotum combussit in altaribus idolorum, *a* mundavitque Judam, & Jerusalem: Sed *b* & in urbibus Manasses, & Ephraim, & Simeon usque Nephtalim, *c* cuncta subvertit. Cumque altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contrivisset in frusta, cunctaque delubra demolitus esset de universa terra Israel, reversus est in Jerusalem. Igitur anno octavodecimo regni sui, mundata jam terra, & templo Domini, misit *d* Saphan filium *e* Eseliæ, & Maasiam principem civitatis, &

l Videntium,] idest, prophetarum.

m In sermonibus] *Hieronym. in lib. Hebr. quæstion.* Hunc Hozai quidam Isaiam intelligi volunt. Hozai enim interpretatur visio mea. Et ideo mutato nomine introducitur, ut manifestentur longe istius merita ab illius meritis distare, qui eum interfecit.

n Filius ejus Amon] 4. Reg. 21.

o Sicut fecerat] in principio

p Reveritus est] in fine.

q Pro eo,] regem.

EXPOSITIO CAP. XXXIV.

OCTO annorum] Hoc 4. *Reg.* 22. Hic agitur de Josia, in quo totius virtutis, & probitatis exemplum relucet: De quo plenius dictum est 4. *Reg.* 22. Et 13. anno hujus Josiæ cœpit prophetizare Jeremias, cum adhuc puer esset.

q Non declinavit ad dexteram,] per extollentiam in prosperis.

r Neque ad sinistram,] per dejectionem in adversis.

s Et 12. annos,] scilicet, regni sui.

s Cœperat,] regnare, scilicet.

t Ab excelsis,] Econtra de aliis legitur: Verumtamen excelsa non abstulit.

u Coram eo] quia ipse omnibus interfuit.

x Fragmenta] simulacrorum.

y Dispersit:] *Gloss.* Ut ostenderet, quia funesta erant eorum sacrificia, qui non solum pecudum hostias dæmonibus offerebant, sed & seipsos idololatriæ tradebant.

z Sacerdotum] idololatrarum, & etiam falsorum prophetarum, eruta de sepulchris excelsorum, juxta verbum Addo prophetæ. 4. *Reg.* 23. Cujus titulum cum legisset, præcepit, ne de sepulchro moverentur ossa ejus, neque illius, qui cum eo erat. Hoc prædictum fuerat de Josia ante anno 303. 3. *Regum* 13.

a Mundavit] ab idololatria.

b Sed & in urbibus] Hoc nullus rex Juda fecerat. Sed quid ad eum de Manasse, & Ephraim, & Simeon, & Nephtalim, cum non esset rex eorum, sed tantum Juda? Responsio: Sicut tempore Ezechiæ, quidam de decem tribubus confugerunt ad eum, qui remanserant, ita tempore Josiæ.

c Cuncta subvertit,] idest, idola, & excelsa, lucos, & hujusmodi. *d* Saphan] Scribam.
e Eseliæ,] Sacerdotis.

a A com-

Joha filium Joachaz a *a* commentariis, ut *b* instaurarent domum Domini Dei sui. Qui venerunt ad Helchiam Sacerdotem magnum, acceptamque ab eo pecuniam, quæ *c* illata fuerat in domum Domini, & quam congregaverunt Levitæ, & Janitores de Manasse, & Ephraim, & universis *d* reliquiis Israel: An omni quoque Juda, & Benjamin, & habitatoribus Jerusalem, tradiderunt in manibus eorum, qui præerant operibus in domo Domini, ut instaurarent templum, & infirma quæque *e* sarcirent. At illi dederunt eam artificibus, & cæmentariis, ut emerent lapides de lapidicinis, & ligna *g* ad commissuras ædificii, & *f* ad contignationem domorum, *h* quas destruxerant reges Juda. *i* Qui *k* fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpositi operantium, Jahath, & Abdiar de filiis Merari, Zacharias, & Mosollam de filiis Caath, qui *l* urgebant opus, *m* omnes Levitæ, scientes organis canere. Super eos vero, qui ad diversos usus onera portabant, erant *d* scribæ, & *o* magistri de Levitis janitores. Cumque efferrent pecuniam, quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helchias Sacerdos *p* librum legis Domini, qui datus fuerat per manum Moysi, & ait ad Saphan scribam: Librum legis inveni in domo Domini: Et tradidit ei. At ille intulit volumen ad *q* regem, & enunciavit ei, dicens: Omnia, quæ dedisti in manus servorum tuorum, ecce complentur. Argentum, quod repertum est in domo Domini, conflaverunt, datumque est præfectis artificum, & diversa opera fabricantium. Præterea tradidit mihi Helchias Sacerdos hunc librum. Quem cum rege præsente recitasset, audissetque *r* ille verba legis, *s* scidit vestimenta sua, & præcepit Helchiæ, & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Asajæ servo regis, dicens: Ite, & *t* orate Dominum pro me, & pro reliquiis Israel, & Juda, super universis sermonibus libri istius, qui repertus est. Magnus enim furor Domini *u* stillavit super nos, eo quod non custodierunt patres nostri verba Domini, ut facerent omnia, quæ scripta sunt in isto volumine. Abiit igitur Helchias, & hi, qui simul a rege missi fuerant, ad *x* Oldam prophetidem uxorem *y* Sellum, filii Thecuat, filii Hasra custodis vestium, quæ habitabat in Jerusalem in *z* secunda, & locuti sunt ei verba, quæ supra narravimus. At illa respondit eis: Hæc dicit Dominus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me. Hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam mala super *a* locum istum, & super habitatores ejus, cunctaque maledicta, quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Juda, quia dereliquerunt me, & sacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum suarum. Idcirco *a* stillabit *b* furor meus super locum istum, & non *c* extinguetur. Ad regem autem Juda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Quia audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu Dei super his, quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Jerusalem, reveritusque faciem meam, scidisti vestimenta tua, & flevisti coram me, ego quoque exaudivi te, dicit Dominus. Jam *d* enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in *e* pace, nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores ejus. Retulerunt itaque regi cuncta, quæ *f* dixerat. At ille convocatis universis majoribus natu Juda, & Jerusalem, ascendit in domum Domini, unaque omnes viri Juda, & habitatores Jerusalem, Sacerdotes, & Levitæ, & cunctus populus, a minimo usque ad maximum. Quibus audientibus, in domo Domini, *g* legit Rex omnia verba voluminis, & stans in *h* tribunali suo, percussit fœdus coram Domino, ut ambularet *i* post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & justificationes ejus in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretque, quæ scripta sunt in volumine illo, quod legerat. Adjuravit quoque super hos omnes, qui reperti fuerant in Jerusalem, & Benjamin. Et fecerunt habitatores Jerusalem juxta pactum Domini Dei patrum suorum. Abstulit ergo Josias cunctas abominationes de universis regionibus filiorum Israel, & fecit omnes, qui residui erant in Israel, servire Domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ ejus non recesserunt a Domino Deo patrum suorum.

a A commentariis,] idest, cancellarii.
b Instaurarent] idest, ruinas repararent.
c Illata] idest oblata.
d Reliquiis] qui remanserant a captivitate.
e Sarcirent.] unde dicitur sartatecta.
f Ad contignationem] idest ad compositionem, & connexionem, vel contignationem, idest, ad facienda tigna domus, & connectenda in ædificio domus.
g Ad commissuras] idest, interrupturas; est enim proprie commissura partiuncula secta de toto: unde *in Reg.* in hoc loco dictum est, ut ædificaretur, quod interruptum est.
h Quas] scilicet domos.
i Qui] scilicet operarii.
k Fideliter] quia fidei eorum sine ratione reddenda dabatur pecunia.
l Urgebant] idest, festinabant.
m Omnes Levitæ] prædicti scilicet.
n Scribæ,] scriptores, ut non sit hic nomen dignitatis, sed officii, quia scribebant expensas.
o Magistri] operum.
p Librum] scilicet, Deuteronomium, quem Moyses fecerat reponi in arca, *Deuteron.* 31.
q Ad regem,] scilicet Josiam.
r Ille] scilicet rex.
s Scidit] præ timore, & stupore. Audivit enim maledictiones, quas fecerat Moyses *in Deut.* 27. in transgressores legis, & crebras Domini comminationes, si sequerentur idola, quod ejiceret eos de terra; & mirabatur, quod adhuc essent in terra, & verebatur imminere captivitatem. Præterea *Deut.* 17. præcipitur, ut rex faceret sibi scribi Deuteronomium, & legeret illum. Unde quia hoc omiserat, timuit.
t Orate] idest consulite, ut dicitur in *Reg.* quid scilicet facere debemus, ne ira Domini veniat super nos.
u Stillavit] idest, paulatim venit.
x Ad Oldam] Sed quæritur: quare non iverunt ad Jeremiam prophetam? Responsio: Forte non invenerunt eum. Vel potius, quia nullius momenti adhuc erat.
y Sellum,] *Gloss.* quem Hebræi annunciant avunculum esse Jeremiæ, patrem Ananeel, a quo emit Jeremias agrum in Anathoth. Unde *Jer.* 32. dixit Dominus ad Jeremiam. Ecce Ananeel filius Sellum, patruelis tuus venit ad te, dicens tibi: Eme agrum meum in Anathoth.
z In secunda,] *Gl.* in secunda parte, scilicet muro, pro quo *vetus editio* habet, in Massena, quasi nomen loci: Massena quippe interpretatur secunda.
a Locum] scilicet Jerusalem.
a Stillabit] idest, paulatim veniet.
b Furor] id. pena.
c Non extinguetur] quia semper durabit, sicut captivitas decem tribuum adhuc durat.
d Jam] idest in brevi.
e In pace,] Quod non est intelligendum de pace ipsius regis. Ipse enim occisus a Pharaone Nechao, 4. Reg. 23. sed de pace populi. Et est sensus: Infereris in pace, idest, priusquam hæc mala, quæ comminatus est Deus super Jerusalem, & ejus habitatores, fiant.
f Dixerat.] Olda.
g Legit] ipsemet.
h In tribunali, &c.] idest, super gradum ligneum, quem fecerat Salomon.
i Post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & justificatione ejus, in toto corde suo, & in tota anima, &c.] imitans eum, & servans mandata.

EXPO-

C A P. XXXV.

FEcit autem Josias in Jerusalem Phase Domino, quod immolatum est quartadecima die *a* mensis primi. Et constituit Sacerdotes in officiis suis, hortatusque est eos, ut ministrarent in domo Domini. Levitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est: *b* Ponite arcam in Sanctuario templi, quod ædificavit Salomon filius David, rex Israel. Nequaquam enim ultra eam portabitis. Nunc autem ministrate Domino Deo vestro, & populo ejus Israel, & præparate vos per domos, & cognationes vestras in divisionibus singulorum, sicut præcepit David rex Israel, & *c* descripsit Salomon filius ejus: Ministrate in Sanctuario ejus per familias, turmasque Leviticas, & sanctificati immolate Phase: Fratres etiam vestros, ut possint juxta verba, quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate. Dedit præterea Josias omni populo, qui ibi fuerat *d* inventus in solemnitate Phase, agnos, & hędos de gregibus, & reliqui pecoris, triginta millia, boum quoque tria millia. *e* Hæc de regis universa substantia. Duces quoque ejus sponte, quod † *f* voverant, *g* obtulerunt tam populo, quam Sacerdotibus, & Levitis. Porro Helcias, & Zacharias, & Jehihel principes domus Domini, dederunt Sacerdotibus ad faciendum Phase, pecora *h* commixtim duo millia sexcenta, & boves trecentos. Chonenias autem, & Semejas etiam, & Nathanael fratres ejus, necnon Hasabias, & Jehihel, & Jozadab, principes Levitarum, dederunt ceteris Levitis ad celebrandum Phase quinque millia pecorum, & boves quingentos. Præparatumque est ministerium, & steterunt Sacerdotes in officio suo: Levitæ quoque in turmis juxta regis imperium, & immolatum est Phase. Asperseruntque Sacerdotes manus suas *i* sanguine, & Levitæ detraxerunt pelles holocaustorum, & *k* separaverunt ea, ut *l* darent per domos, & familias singulorum, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in *m* libro Moysi. De bobus quoque fecerunt similiter, & assaverunt *n* Phase super ignem, juxta quod in lege *o* scriptum est. Pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & festinato distribuerunt universæ plebi, sibi autem, & Sacerdotibus postea *p* paraverunt. Nam in oblatione holocaustorum, & adipum usque ad noctem Sacerdotes fuerunt occupati, unde Levitæ, & sibi, & Sacerdotibus filiis Aaron, paraverunt novissimis. Porro cantores filii Asaph, stabant in ordine suo juxta præceptum David, & Asaph, & Heman, & Idithun, *q* Prophetarum regis David. Janitores vero per portas singulas observabant, ita ut nec in *r* puncto quidem discederent a ministerio: *s* Quamobrem & fratres eorum Levitæ paraverunt eis cibos. Omnis igitur cultura Domini rite completa est in die illa, ut facerent Phase, & offerrent holocausta super altare Domini, juxta præceptum regis Josiæ. Feceruntque filii Israel, qui reperti fuerant ibi, Phase in tempore illo, & solemnitatem azymorum septem diebus. Non fuit Phase simile huic in Israel a *t* diebus Samuelis Prophetæ, sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit Phase, sicut Josias Sacerdotibus, & Levitis, & omni Juda, & Israel, qui repertus fuerat, & habitantibus in Jerusalem. Octavodecimo anno regni Josiæ hoc Phase celebratum est. Postquam *u* instauraverat Josias templum, ascendit *x* Nechao rex Ægypti ad pugnandum in Charcamis, juxta Euphratem, & processit in *y* occursum ejus Josias. At *z* ille missis ad eum nunciis, ait: *a* Quid mihi & tibi est, rex Juda, Non adversum te hodie venio, sed *b* contra aliam pugno *c* domum, ad quam me Deus festinato ire præcepit. Desine adversum Deum facere, quia mecum est, ne interficiat te. Noluit Josias reverti, sed præparavit contra eum bellum, nec acquievit sermonibus Nechao ex *d* ore Dei. Verum perrexit, ut dimicarent in campo Mageddo. Ibique vulneratus est a sagittariis, dixitque pueris suis: Educite me de prælio, quia *e* oppido vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alium currum, qui sequebatum.

EXPOSITIO CAP. XXXV.

A

FEcit autem, &c. *a* Mensis] idest Aprilis.

b Ponite] *Hieron. in lib. de Hebr. quæstionib.* Notandum, quod arca Domini elata de templo fuerat, quam modo induci in templum Josias præcipit. Tempore enim Achaz quando simulacra in templo missa sunt, elata est inde, & ducta in domum Sellum avunculi Jeremiæ, ubi permansit usque ad tempus Josiæ. Non enim poterat arca Dei esse, ubi erant simulacra introducta, & gentilis ritus observabatur.

c Descripsit] supra dictum est, quod David fecit descriptionem istam Solutio: David instituit Levitas, & Sacerdotes, sed Salomon singulis proprium locum assignavit; & ita David descriptionem Sacerdotum, & Levitarum inchoavit, & Salomon consummavit.

al. † volebant.

B

d Inventus] idest, ad faciendum solemnitatem.

e Hæc] supple fuerunt.

f Vocaverant,] id est promiserant.

g Obtulerunt] idest dederunt populo, ut haberet, quid offerret.

h Commixtim] idest, communiter.

i Sanguine,] Agni.

k Separaverunt] scilicet holocausta.

l Ut darent] Sed quomodo poterat hoc fieri, cum holocausta tota Deo crementur? Solutio: Holocaustum hic large accipitur pro sacrificio, de quo fiebant tres partes. Una Dei, altera Sacerdotum, tertia offerentium.

m In libro] Levit.

n Phase] paschalem.

o Scriptum est.] Vel præceptum.

p Paraverunt.] Levitæ scilicet.

q Prophetarum regis David.] *Hieronymus in libro de Hebr. quæst.* Ideo Prophetæ regis dicebantur, quia cum David rege canebant.

r Ut nec in, &c.] In quo notatur diligentia Sacerdotum. Argumentum contra illos, qui tamdiu a suis Ecclesiis se absentant.

s Quamobrem & fratres eorum Levitæ, paraverunt eis cibos.] quia erant in ministerio suo, nec poterant sibi parare cibos.

C

t A diebus Samuelis Prophetæ, &c.] non tamen legitur, ubi Samuel celebraverit Phase. Unde quidam dixerunt, quod vitio scriptoris dictum est Samuelis, pro Salomonis. Sed idem legitur in *Joseph.* Unde potest esse, quod Samuel fecit Phase, licet non legatur.

u Postquam] Hoc 4. *Regum* 24. Phase celebrabatur in exitu de Ægypto. *Exod.* 12. in deserto. *Num.* 9. Ultra Jordanem. *Josue* 5. In Jerusalem, ut hic, & in 4. *Regum* 24.

Phase celebratur.

x Nechao] quod est proprium nomen regis illius. Pharao vero nomen est appellativum.

y In occursum] contra eum scilicet, non pro eo.

D

z Ille missis ad eum nunciis, &c.] scilicet Nechao.

a Quid mihi, & tibi est rex, &c.] supple est.

b Contra] scilicet, contra Assaraddon regem Assyriorum. Audierat enim eum jam deliberatum, quia Medi, & Babylonii a Monarchia ejus recesserunt, & existimabat, quod de facili posset obtinere Syriam.

4. Reg. 1[illegible]

c Domum,] *Gloss.* Regis scilicet Adremon filii Tabermon, qui regnabat in Charcamis, quem eodem tempore, quo, & Josiam, & Nechao interfecit.

d Ex ore] *Gloss.* quia ea verbis Jeremiæ, & aliorum Prophetarum potuit voluntatem Domini agnoscere, quia vindicandum erat in populo peccatore. Unde & Rabsaces dicit de Sennacherib rege Assyriorum: Dominus jussit me ascendere ad terram istam. *Isa.* 36. quia Prophetæ prædixerant eum ascensurum, quod eum minime latuit.

Ibid.

De pœn. dist. 2. c. [illegible]

e Oppido] idest valde.

a In

a In Mausoleo] id est, in sepulchro.
b Lamentationes] sive Threnos lamentabiles, quadruplici Alphabeto describens, dicens: Quomodo sedet sola civitas plena populo, &c. *Thren.* 1. Hoc autem quadruplici alphabeto, Jeremias prophetice deploravit quatuor captivitates. Quarum prima sub Theglathphalasar, 4. *Regum* 15. Secunda sub Salmanasar, 4. *Regum* 17. & 18. Tertia sub Nabuchodonosor, 4. *Regum ultim.* Quarta sub Tito, & Vespasiano *in Eccles. hist.* Quæ significat quatuor captivitates, quibus diabolus captivat animam peccatricem. Prima est in delectatione cogitationis. Secunda in consensu operis. Tertia in ipso opere. Quarta in consuetudine. Vel certa prima est in consensu, secunda in opere, tertia in consuetudine, quarta in desperatione. De quibus *Amos secundo.* Super tribus sceleribus Moab, &c.
c Prima,] *Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus.* Novissima in hoc loco dicit, eo quod non consuluit Dominum, utrum deberet pergere contra Nechao.

EXPOSITIO

CAP. XXXVI.

Tulit *d* ergo] medium, scilic. filium Josiæ.
e Amovit] a regno, quia sine ejus auctoritate fuerat sublimatus.
f Vertit] in signum subjectionis.
g Reliqua] *Gloss.* quia Deum operibus irritavit, verba prophetarum, qui ad se missi sunt, pervertit, & librum Jeremiæ scalpello scindens, in ignem projecit. *Jerem. trigesimosexto.*

tur eum more regio, & asportaverunt eum in Jerusalem. Mortuusque est, & sepultus in *a* Mausoleo patrum suorum, & universus Juda, & Jerusalem luxerunt eum, Jeremias maxime, cujus omnes cantores, atque cantatrices, usque in præsentem diem *b* lamentationes super Josiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum refertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Josiæ, & misericordiarum ejus, quæ lege præcepta sunt Domini, opera quoque illius *c* prima, & novissima, scripta sunt in libro Regum Israel, & Juda.

CAP. XXXVI.

Tulit *d* ergo populus terræ Joachaz filium Josiæ, & constituit Regem pro patre suo in Jerusalem. Vigintitrium annorum erat Joachaz cum regnare cœpisset, & tribus mensibus regnavit in Jerusalem. *e* Amovit autem eum Rex Ægypti, cum venisset Jerusalem, & condemnavit terram 100. talentis argenti, & talento auri: Constituitque pro eo Regem Eliakim fratrem ejus super Judam, & Jerusalem, & *f* vertit nomen ejus Joackim. Ipsum vero Joachaz tulit secum, & adduxit in Ægyptum. Vigintiquinque annorum erat Joackim, cum regnare cœpisset, & 11. annis regnavit in Jerusalem. Fecitque malum coram Domino Deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor Rex Chaldæorum, & vinctum catenis duxit in Babylonem: Ad quam & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo. *g* Reliqua autem verborum Joackim, & *h* abominationum ejus, quas operatus est, & quæ *i* inventa sunt in eo, continentur in *k* libro Regum Israel, & Juda. Regnavitque *l* Joachin filius ejus pro eo. Octo annorum erat Joachin, cum regnare cœpisset, & 3. mensibus, ac 10. diebus regnavit in Jerusalem, fecitque malum in conspectu Domini. Cumque anni circulus volveretur, misit *m* Nabuchodonosor Rex, qui & adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini. Regem vero constituit Sedeciam patruum ejus super Judam, & Jerusalem. Viginti & unius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, & undecim annis regnavit in Jerusalem. Fecitque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Jeremiæ Prophetæ loquentis ad se ex ore Domini. A Rege quoque Nabuchodonosor *n* recessit, qui adjuraverat eum per Deum, & *o* induravit cervicem suam, & cor, ut non reverteretur ad Dominum Deum Israel. Sed & universi principes Sacerdotum, & populus prævaricati sunt inique juxta universas abominationes gentium, & polluerunt domum Domini, quam *p* sanctificaverat sibi in Jerusalem. Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manus nunciorum suorum de *q* nocte consurgens, & quotidie commonens, eo quod parceret populo, & habitaculo suo. At illi subsannabant nuncios Dei, & parvipendebant sermones ejus, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum ejus, & esset nulla curatio. Adduxit enim super eos *r* regem Chaldæorum, & interfecit *s* juvenes eorum gladio in domo Sanctuarii sui. Non est *t* misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus *u* ejus: Universaque vasa domus Domini, tam majora, quam minora, & thesauros templi, & Regis, & Principum transtulit in Babylonem. Incenderunt hostes *x* domum Dei: Destruxerunt murum Jerusalem, universas turres combusserunt, & *y* quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem, servivit regi, & filiis ejus, donec imperaret *z* rex Persarum, & compleretur sermo Domini ex ore Jeremiæ, & *a* celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum,

sed non fuit inventus in illis in morte.
k In libro] 4. *Reg.* 24.
l Joakin] *Gloss. Hieronymus.* Sciendum autem, quod nomen istius Joakin, qui alio nomine Jechonias dicitur, non ex iisdem elementis in fine apud Hebræos scribitur, quibus & patris ejus Joakin, qui & Eliakim, sed priorem, idest partem in fine nominis per Coph, & Mem, idest per K, & M. Secundum autem, id est filium, per Kaph, & Nun, annotant, idest, per A, cum aspiratione, & N. Unde nemo putet in *Daniel. primo*, esse Joachim, qui in *Ezech.* exordio Joakin scribitur. Iste extremam syllabam Kim habet, ille Chim. Et ideo in Evangelio secundum *Matth.* una videtur deesse generatio, quia secunda Tesserdecas deficit in Joakin filio Josiæ. Tertia incipit a Joakim filio Eliachim, quod ignorans *Porphyrius*, calumniam struit Ecclesiæ suæ ostendens imperitiam, dum Evangelistæ Matthæi arguere nititur falsitatem.
m Misit Nabuchodonosor] clauso anno, sed non a principio regni.
n Recessit,] fracto fœdere juramenti, quod cum eo habuerat, quod multum displicuit Deo.
o Induravit] cogitans quod aliud haberet regi Ægypti.
p Quam sanctificaverat] Dominus, *tertio Regum* 8. sub Salomone.
q De nocte] idest, studiose.
r Regem] scil. Nabuchodonosor.
s Juvenes] quos Jeremias defleт in Threnis.
t Misertus] Dominus.
u Ejus:] scil. Nabuchodonosor.
x Domum] idest, templum.
y Quicquid] *Thren.* 1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia, quia vidit gentes ingressas in sanctuarium suum.

h Abominationes] *Gloss. Hier.* secundum Hebræos: Caput in rotundum totondit, super mortuum, stigmata in corpore suo fecit, quæ in corpore mortui inventa sunt. Unde patet, quod fecit contra legem. *Lev.* 19. Non incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, & stigmata facietis vobis.
i Inventa] & in quibus mortuus est, hoc dicit ad differentiam Manasse, qui multas fecerat abominationes,

z Rex Persarum,] idest Cyrus, qui Babylonem destruxit.
a Celebraret] idest cessaret ab agricultura. *Gloss.* Donec scilicet impleantur septem anni. *Jerem.* 25. & 26. De hoc etiam sabbatismo dicitur *Lev.* 26. Placebunt terræ sabbata sua. Cunctis diebus, quibus fueritis in terra hostili

sab-

sabbatizabit, & requiescet in sabbato solitudinis suæ.
a Dum complerentur] Juxta prophetiam *Jer.* 25.
b Suscitavit] idest, dedit ei voluntatem faciendi, quod prophetæ prædixerant. *c* Hæc, &c.] *Gloss. Hier.* Finis libri Paralipomenon, similis est principio libri Esdræ Sacerdotis. Unde quod exposuimus ibi, hic replicari non est opus. Ex hac *Gloss.* patet, quod liber Esdræ recte sequitur, & continuatur ad librum Paralipomenon.
d Quis ex, &c.] idest, si quis ex vobis Judæus est, revertatur, & Dominus sit cum eo.
e Ascendat] in terram promissionis, & loquitur secundum situm terræ. Nota, quod hic explicit Paralipomenon, quod sequitur, est oratio Manasse.

Jer. 25. & 29. 1. Esd. 1. 3. Esd. 2.

Explicit Expositio libri II. Paralipomenon.

EXPOSITIO Orationis Manasse.

DOMINE] *Gloss.* Invocat Deum, quem Dominum omnipotentem suis est ruinis expertus.
g Abraham,] *Gloss.* Justorum omnipotens Deus est, non impiorum, qui sibi nova figmenta componunt. Cur istorum trium tantum Deus est, & non etiam aliorum? Quia in illis Christiani mysterii figurata est plenitudo. Per Abraham, Christi nativitas; per Isaac, congregatio credulæ plebis; per Jacob, resurrectio est intimata Salvatoris.

A

h Semini eorum justo,] vel seminis. Utrumque bene dicitur, & Deus illi, & Deus illius.
i Cœlum, & terram] *ad litteram Gloss.* dicit: Visibilem, & invisibilem creaturam. Vel cœlum, Sanctos; terram, carnem, quam io suam gloriam fecit Deus.
k Cum omni ornatu eorum,] *Gloss.* proprium ornatom habentia. *l* Qui signasti, &c.] idest limitasti. Terminos enim posuit mari, ne limitibus motis, possit ulterius evagari. Unde *Job* 38. Quis conclusit ostius mare, quando erumpebat quasi vulva procedens? Vel mystice, per mare accipitor lex, quæ amara fuit, quam signavit Dominos, quia amicis revelavit, & inimicis abscondit. Quod enim sub signo ponitur, clauditur inimicis, & revelatur amicis. Unde *Is.* 8. Liga testimonium in discipulis. *Dan.* 12. Claude sermones, & signa librum. Vel signasti mare, idest amaritudinem tribulationis.
m Verbo præcepti] i. pro peccato. *Ps.* 93. Qui fingis dolorem io præcepto. Vel signasti mare, i. mundum, qui ita signatus est, quod non apparet, quid in eo lateat. Foris enim apparet pulcher, & aliquid esse, intus autem turpis est, & nihil. Unde *Jer.* 4. Aspexi terram, & ecce nihil erat. *n* Conclusisti abyssum,] *Gloss.* Matrix universarum aquarum, clausa est divino præcepto.
o Et signasti] *Gloss.* subaudi: Ista creasti ad laudem, videlicet nominis tui. *p* Omnes pavcot,] *Gloss.* Universa rationalis creatura, etsi non omnis respicit Creatorem, virtutem tamen ejus agnoscit omnis.
q Tremunt] *Gloss.* Tremunt Angeli præsentiam contemplantes: Pavent homines judicium expectantes: Formidant dæmones virtutem ingenitissimam sentientes, quia voltus Domini circumspicit universa.
r Insostentabilis] idest intolerabilis.
s Ira] comminationis.
t Super peccatores] non dicit adversus peccatores, quod minus est: In præsenti enim venit ira Dei adversus peccatores, sed in futuro veniet super peccatores. Unde *Matth.* 21. Qui ceciderit super lapidem, confringetur, quod fit in præsenti. Super quem vero ceciderit, conteret eum, quod fiet in futuro.
u Immensa] *Gloss.* Immensa misericordia Domini dicitur, quoniam Evangelica promissa nullam habent mensuram. Legalia vero mensurata fuerant. Unde: Replebo cellaria vestra tritico, & vino, & oleo, &c.

usque *a* dum complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiæ, *b* suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, qui jussit prædicari in universo regno suo, etiam per Scripturam, dicens: Hæc dicit *c* Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus celi, & ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei domũ in Jerusalem, quæ est in Judæa. *d* Quis ex vobis est in omni populo ejus sit Dñs Deus suus cum eo, & *e* ascendat.

Explicit liber Dibre Hajamin, idest, Paralipomenon II.

INCIPIT ORATIO Manasse Regis Juda, cum captus teneretur in Babylone.

DOMINE *f* Deus omnipotens patrum nostrorum *g* Abraham, Isaac, & Jacob, & semini *h* eorum justo, qui fecisti cœlum, & *i* terram, cum omni *k* ornatu eorum, qui *l* signasti mare *m* verbo præcepti tui, qui *n* conclusisti abyssum, & *o* signasti eam terribili, & laudabili nomini tuo, quod omnes *p* pavent, & *q* tremunt a vultu virtutis tuæ, & *r* insustentabilis *s* ira super *t* peccatores comminationis tuæ. *u* Immensa vero, & *x* investigabilis misericordia *x* promissionis tuæ, quoniam tu es Dñs Deus altissimus super *y* omnem terram *z* longanimis, & *a* multum misericors, & *b* pęnitens super *c* malitias hominum. Tu autem, Dñe, secundum bonitatem tuam promisisti *d* pœnitentiam remissionis peccatorum, & *e* tu Deus justorum non posuisti pęnitentiam justis, Abraham, Isaac, & Jacob, his, qui tibi non *f* peccaverunt, sed posuisti pęnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccavi super numerum *g* arenæ maris. Multiplicatæ sunt iniquitates meę, *h* incurvatus sum multo *i* vinculo ferri, & non est respi-

x Investigabilis] privative sumitur.
x Promissionis] *Gloss.* Infirmi infirma cogitamus, quæ scilicet, immensa, & investigabilis misericordia, &c. Non enim reicitur ad hanc dictionem infirma, sed ad ea, quæ in textu ponuntur, quæ oculos non vidit, &c. *Isaia* 54.

Gen. 1.

y Super] *Gloss.* Nihil mirum est in laudibus Dei, cui dictum est: Tu es Deus altissimus soper omnem terram, cum & cœli, & Angeli altiores sint terra, nisi mirabilius intendamus Mysterio nimirum Christi prædictum, qui cum fuisset caro, quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, *Joannis primo.* Altissimus est super omnem carnem, quæ terræ nomine nuncupatur.
z Longanimis,] *Gloss.* Peccatores ad pœnitentiam differendo, nec delicti tempore puniendo.
a Multum misericors,] *Gloss.* Quoties peccaveris, veniam pollicendo. Item *Gl.* Siquidem si semel indulgentiam tribuisset misericors, nunc autem, quia frequenter delioquentibus, frequenter misericordiam impendit, multum misericors appellatur.
b Et pœnitens super, &c.] *Gloss.* Quod testatur *Jer.* ostendens Deum promittere bona bonis, & mala malis; sed tamen posse ultro, citroque converti, si commutatio fuerit insecuta: Nec de bona pollicitatiooe securior videaris, cum facias mala: Nec de malo comminatione diffidas, sed conversus facias meliora. *Jer.* 18. dicitur: Si pœnitentiam egerit gens ista a malo suo, propter quod locutus sum adversum eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem.
c Malitias] idest afflictiones.
d Pœnitentiam remissionis peccatorum,] idest, pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Vel sic, idest, pœnitentiam io remissionem peccatorum. *Gloss.* Audiant pœnitentes, intelligant contemptores, promissa est pœnitentia remissionis peccatorum, si deseratur perversitas improborum.
e Et tu Deus, &c.] quasi dicat: To Deus misericors promisisti pœnitentiam in remissionem peccatorum, sed noo illis, qui peccaverunt, sed peccantibus. Unde *Gl.* Remedium peccatorum est pœnitentia. Justis vero non est pœnitentia constituta, quibus per gratiam donata est culpa. Item 1. *Tim.* 1. Justo non est lex posita, sed injostis, & impiis, & non subditis, &c.
f Non peccaverunt,] *Gloss.* Peccaverunt utique, & in delicto nati sont genitali. Hæredes nimirum Adæ, sed gratia gratis præventi, sine peccato sunt constituti, qui erant de peccatorom semine propagati.
g Arenæ maris.] Arenæ maris comparantur majora, & gravia peccata. Minora vero capillis capitis. *Ps.* 39. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei.
h Incurvatus sum multo] quasi dicat: Moveat te, Domine, pœna mea. In vinculis enim erat Manasses, quando sic orabat. Unde in eo punitus est, in quo deliquit, qoia prophetam Domini miserat in nervum.
i Vinculo] *ad litteram*. Vel nomine ferri peccatum accipitur. Unde *Isaia* 48. Scio, quia durus es tu, &

nervus

ratio mihi, quia *a* excitavi iracundiam tuam, & malum coram te feci, statuens *b* abominationes, & multiplicans *c* offensiones. Et nunc *d* flecto genua cordis mei, precans *e* a te *f* bonitatem. *g* Peccavi, Domine, peccavi, & iniquitatem meã agnosco. Peto rogans te, Domine; *h* remitte mihi, remitte mihi, *i* ne simul perdas me cum *k* iniquitatibus meis, neque in æternum *l* reserves mala mihi, neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia *m* indignum salvabis me secundum *n* magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper *o* omnibus diebus vitæ meæ, & quoniam te laudat *p* omnis virtus cœlorum, & tibi *q* est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Oratio Manasse Regis Juda.

servus ferreus cervix tua. *a* Excitavi iracundiam] *Gl.* Iniquis actibus provocando. Excitat ergo iracundiam Dei, qui mala coram eo committit.

b Abominationes,] quia singulariter dixerat mala, ne quis crederet, Manassem unum solum peccatum fecisse; ideo subjungit pluraliter abominationes, idest, peccata mortalia, quæ Deus abominatur.

c Offeosiones.] quia omne peccatum est offendiculum facienti: quia eo offenditur ad ruinam. Vel abominationes, & offensiones vocat idola. Unde 4. *Reg.* 23. Offensiones Moab, & Melchon, abominationes filiorum Ammon.

d Flecto] quasi dicat: facio quod possum. *Gl.* Genua cordis flectit, ut simplici postulatione deleat, quod proterva præsumptione pergerat. In similitudinem hominis exterioris, interiorem describit.

e Ad te] vel a te.

f Bonitatem.] idest misericordiam.

g Peccavi Domine, peccavi,] *Gloss.* Iteratio confitendi, vera est humilitas supplicantis, q. d. peccavi spiritu, peccavi cogitationibus, peccavi factis, peccavi forinsecus, peccavi extrinsecus, peccavi in Deum, peccavi in proximum.

h Remitte mihi,] bis dicit, remitte: quia bis dixerat, peccavi. *Gl.* Non levi pronunciatione doloris hæc verba sunt relegenda, sed cum eadem gravitate, qua dicta sunt a precaote. Item *Gl.* Non leviter percurrat animus acer ista, sed cum dolore gravi, & patientia tristi, in paucis verbis vim magnæ rei sapiat coarctari; Pœnitens quippe, aut tacitis labiis, fletibus indulgentiam silentio deprecetur: Aut etiamsi loquendum aliquid ex dolore contriti pectoris suadetur, paucis loquatur, quia mentis contritio, non oris locutio, Dominicam pietatem inflectit. Cor enim contritum Deus non spernit. (Ps. 50.) *i* Ne simul] Nota, iniquitates nullam habere substantiam. Omne quippe peccatum, febris est animæ, quæ dum aufertur, in nihilum revocatur. Non ait: Ne damnes me cum iniquitatibus meis. Quod enim damnatur, in substantia sua retorquetur: Quod vero perditur, & æterne perditur, id agitur, ut quod habebatur, in nihilum redigatur, non alicubi perditum habeatur. *Jer.* 10. Corripe me, Domine, verumtamen in judicio, non in furore, nec forte ad nihilum redigas me. *k* Cum iniquitatibus] *Gl.* Solæ pereant, quæ me secum perdere laborant. *l* Reserves] io memoria tua ad puniendum. *m* Indignum salvabis] *Gl.* Indignos salvat Dominus, non pro merito delictorum retributionem impendens, sed propter misericordiæ bonum, veniam superfundens. Dignus est enim, qui salvat indignum, & ex dignitate sua facit dignum, quem culpabilis vitæ tractus faciebat indignum. *n* Secundum magnam] *Gl.* Qui secundum magnam misericordiam se quærit salvari, non temporalis, sed æteroæ vitæ salutem inquirit. Equidem misericordiam pertinere ad hanc vitam temporalem æstimo, magnam autem misericordiam, remunerationi, vel renunciationi concurrere sempiternæ. *o* Omnibus diebus] *Gl.* Prudens expectator æternæ salutis, non pauco tempore, sed omni tempore vitæ suæ Deum laudat. Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, *Matth.* 10. *Gl.* Deus in diebus vitæ laudatur, in diebus autem mortis non potest laudari. Sic itaque, qui delictorum morti subditus jacet, iniquitatibus involutus, Deum laudare non potest. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccl.* 15. Conversus vero cum fuerit, tanquam de morte translatus ad vitam, illico laudis officio dignus invenitur, consorsque superioribus virtutibus judicatur, dum illum laudat in terris, quem ille quoque glorificavit in supernis.

p Omnis virtus] *Gl.* Cherubim, Seraphim, Throni, Dominationes, Archangeli, Sedes, Virtutes, Angeli, Ministri, atque multa sunt officia, quæ fortasse aut nos in libris posita sacris non possumus iovenire, aut humanis celata sensibus, inquirere non valemus.

q Tibi est gloria] *Gloss.* Est gloria temporalis, de qua: Ne timueris, cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. (Ps. 48.) Est & gloria sempiterna: Sit gloria Domini in sæculum, cui & humana creatura, & angelica famulantur. Amen.

Explicit Expositio Orationis Manasse.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super librum Esdræ.

P R O L O G U S.

REvertere, revertere, Sunamitis, &c. Vox est sponsi, *Cant.* 6. Per Sunamitem istam accipitur Synagoga, Ecclesia, Aoima. Interpretatur eoim Sunamitis, captiva, vel dissona, quod tribus prædictis satis convenit eleganter. Synagoga enim captiva fuit in Babylonica servitute, sub Nabuchodonosor: Ecclesia etiam captiva fuit in infidelitate, sub diabolo: Aoima captiva fuit io vitiis sub peccato. Quælibet istarum sic captiva, dissona est Deo, non consona, tum in harmonia verborum, tum io conformitate morum. In harmonia verborum, quia nec loquitur, nec prædicat, neque sentit, quod Ecclesia Catholica sponsa est Christi. In conformitate morum: quia non ambulat cum coosensu in domo Domini, qui habitare facit uoius moris in domo. Ut ergo, o tu Synagoga, o tu Ecclesia, o tu Anima, libera sis, & consona Deo, revertere, revertere, revertere, revertere, i. a quatuor mundi climatibus: (Ps. 4. Ps. 67.) Ad sponsum tuum, quem quasi meretrix, & adultera dimiseras, festina redire. Unde *Jer.* 3. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, & ego suscipiam te, dicit Dominus. Vel revertere a malo, vel declinando, mente & corpore revertere, faciendo bonum. Vel revertere per contritionem, per confessionem, per satisfactionem, per superogationem. Vel revertere in adolescentia, revertere in juventute, revertere in senectute, revertere in senio. Unde *Matth.* 20. Dominus quater exivit conducere operarios in vineam suam. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos. Esdras igitur *ad lit.* agit de reditu Synagogæ a captivitate Babylooica. Mystice autem de reditu Ecclesiæ ab infidelitate ad fidem. Moral. autem de reditu animæ a vitiis ad virtutes. Triplex ergo est materia Esdræ in hoc lib. Historica, sc. reditus Synagogæ; mystica, reditus Ecclesiæ; tropologica, reditus animæ. Inteotio vero est cognoscere opera Dei, justitiam, & misericordiam ejus. Justitiam quidem, per quam captivati sunt Judæi, meritis eorum exigentibus. Misericordiam vero, per quam liberati sunt, & reducti in terram suam. Dividitur autem liber iste in duos libros partiales, sicut dicit *Hier.* Primus dividitur in duas partes. In prima parte prosequitur Esdras facta Josue, & Zorobabel, atque sua. In secunda parte prosequitur facta Nehemiæ, qui sub Astyage rege Persarum, cujus pincerna erat, licentia impetrata muros Jerusalem reparavit. Legitur autem, & ordinatur liber iste immediate post Paralipomenon, ut dicit *Hier. in lib. de Hebr. q.* eo quod idem sit finis Paralipomenon, & principium hujus libri. Historia tamen Tobiæ præcessit historiam hujus libri. Unde & quidam Tobiam ante Esdram ordinant. De ordine vero Judith, & Esther, inferius dicetur.

Explicit Prologus Auctoris.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Prœmii Sancti Hieronymi in librum Esdræ.

E X P O S I T I O.

UTrum difficilius, &c.] Præmittit autem Hieronymus huic operi prooemium, in quo alloquitur duos Episcopos, quos & in Paralipomenon, Domnionem videlicet, & Rogatianum. Ad quorum petitionem librum istum

istum transtulit de Hebræo. Modus audem proœmii talis est. Primo ostendit *Hier.* difficultatem operis; secundo invidorum detractionem, ibi: Accedunt ad hoc: tertio ostendit utilitatem, ut quos retrahit a lectione detractio invidorum, provocet ad studium utilitas paucorum; ideo in fine dicit propter æmulos se nunquam a bono desistere. Loquens ergo Episcopis, ait: Utrum, &c. q.d. difficultas est in faciendo, quod petitis, & etiam in negando: quia sic amicorum molestiam suscitarem, dicit ergo: utrum, &c.

b Statui.] i. definivi. *c* Abnuere,] idest, negare. *d* Sententiæ est,] q. d. Non est fixum, vel ratum in corde meo vestro imperio contraire: quia inde scandalum sequeretur. *Alia littera* habet: Nam ut vobis aliquid imperantibus abnuere sævitiæ est, i. inhumanitas esset vobis quid denegare.

Ps. 119.

e Oneris] præsaneis scil. translationis.

f Cervices] meas.

g Ante] prius.

h Sub fasce] idest, onere. *i* Sit,] nobis.

k Ad hoc] idest, cum hoc. Secundum incommodum est detractio invidorum a lingua dolosa.

l Rescribitis,] idest, iterum scribitis, ut Esdræ librum, &c.

m Latina volumina] i. translationem factam de Græco in Latinum. Multi enim translationem LXX. *Interpretum*, quam ipsi fecerunt de Hebræo in Græcum, transtulerunt in Latinum.

n Aut quidquid] idest, ac si reprehenderetur quod a nobis transfertur.

o Niti,] idest laborare.

p Quid] i. aliquid.

q Fatigando] idest, laborando.

r Extremæ] idest, maximæ.

s Privata] in secreto, non in publico.

s Librum] istum.

t Fastidiosis] idest, æmulis meis. *al. † diversis.*

u Supercilium,] idest superbiam, vel derisionem.

x Quibus nostra] sc. scripta.

y Exemplar] hujus,

INCIPIT PROOEMIUM S. Hieronymi in librum Esdræ.

UTrum *a* difficilius sit facere, quod poscitis, an negare, necdum *b* statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus *c* abnuere, *d* sententiæ est, & magnitudo *e* oneris impositi, ita *f* cervices premit, ut *g* ante sub *h* fasce ruendum *i* sit, quam levandum. Accedunt ad *k* hoc invidorum studia, qui omne, quod scribimus, reprehendendum putant. Et interdum contra se consciẽtia repugnante, publice lacerant, quæ occulte legunt, intantum, ut clamare compellar, & dicere: Domine, libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa. Tertius annus est, quod semper scribitis, atque *l* rescribitis, ut Esdræ librum vobis de Hebræo transferam, quasi non habeatis Græca, & *m* Latina volumina. Aut *n* quicquid illud est, quod a nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, (ut ait quidam) *o* niti, neque *p* aliud *q* fatigando nisi odium quærere, *r* extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos, mi Domnion, & Rogatiane charissimi, ut *s* privata lectione contenti, *s* librum non efferatis in publicum, ne *t* fastidiosis ingeratis cibos, vitetisque eorum *u* supercilium, qui judicare tantum de aliis, & ipsi facere nihil noverunt. Si qui autem fratres sunt, *x* quibus nostra non displicent, his tribuatis *y* exemplar, admonentes, ut Hebræa nomina (quorum grandis in hoc volumine copia est) distincte, & per *z* intervalla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio *a* librariorum diligentia conservetur. Nec quemquam moveat, quod *b* unus a nobis editus est liber, *c* nec apocryphorum tertii, & quarti libri somniis delectetur, quia apud Hebræos Esdræ, Nehemiæque sermones in unum volumen coarctantur, *d* & quæ non habentur apud *e* illos, nec *f* de vigintiquatuor senibus, sunt procul abjicienda. Si quis *g* autem Septuaginta vobis opposuerit Interpretes, quorum *h* exemplaria varietas ipsa lacerata, & † eversa demonstrat, nec potest utique verum asseri, quod diversum est, mittite eum ad Evangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri Testamento, quæ apud Septuaginta Interpretes non habentur, velut illud: Quoniam *i* Nazaræus vocabitur: & ex *k* Ægypto vocavi filium meum: & *l* videbunt, in quem compunxerunt; multaque alia, quæ latiori operi reservamus: & quærite ab eo, ubi scripta sunt. Cumque proferre non potuerint, vos legite de his exemplaribus, quæ nuper a nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut *m* ad compendium veniam, certe *n* quod illaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid, quod non habetur in Græco, vel aliter habetur quam a me versum est. Quid interpretem *o* laniant? Interrogent Hebræos, & *p* ipsis auctoribus, translationi meæ, vel accommodent, vel *q* arrogent, vel derogent fidem. Porro aliud est, si *r* clausis, *s* quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium, & benevolentiam, qui post septuaginta translatores, jam Christi Evangelio coruscante, Judæos, & *t* Hebionitas, legis veteris interpretes, Aquilam scil. & Symmachum, & Theodotionem, & curiose legunt, & per Origenis laborem in *u* hexaplis, Ecclesiis dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quod exultantem cernerent Græciam a se *x* aliquid mutuari? *y* Primum enim magnorum sumptum est, & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia. Deinde etiam, qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt ignorantes quis e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper Græco accidit, ut interdum Scripturæ sensum relinquens, uniuscujuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autem, qui Hebrææ linguæ saltem parvam habemus scientiam, & *z* Latinus nobis utcumque sermo non deest, & de aliis magis possumus judicare, & ea, quæ ipsi *a* intelligimus, in nostra *b* lingua exprimere. Itaque licet † *c* excedra sibilet, victorque Sinon *d* incendia *e* jactet, nunquam meum juvante Christo silebit eloquium, etiam præcisa lingua balbutiet. Legant, qui volunt, qui nolunt abjiciant, eventilent apices, litteras calumnientur: Magis vestra charitate provocabor ad studium, quam illorum detractione, & odio deterrebor.

Explicit Proœmium.

z Per intervalla] scil. dum magno spatio.

a Librariorum] idest scriptorum.

b Unus] tantum.

c Nec Apocryphorum] Per hoc videtur, quod *Hier.* non transtulit 3. & 4. librum Esdræ. Unde multæ Bibliæ non habent eos.

Matth. 2. Osee 11. Zach. 12.

d Et quæ] scilicet Apocrypha.

e Illos,] scilicet Hebræos.

f De vigintiquatuor senibus,] i. de vigintiquatuor libris, quæ sunt in canone Scripturarum apud Hebræos, qui significantur per vigintiquatuor Senes in *Apoc.* 4. Hanc expositionem habes *in Proœmio Galeato*.

g Si quis autem] respondet quare hunc librum transtulerit, cum translatio LXX. sufficere videatur.

h Quorum] idest translationem.

i Nazaræus vocabitur,] *Isai.* 11. ibi: Egredietur flos de radice Jesse.

k Ex Ægypto vocavi] *Osee* 11.

l Et videbunt,] *Zachar.* 12.

m Ad compendium] idest, ut brevi sermone eos confutem.

n Illaturus] idest dicturus.

o Laniant?] me scil.

p Et ipsis] scilicet Hebræis.

q Arrogent,] idest impendant, derogent vel detrahant.

r Clausis,] idest non specto, quod a me.

s Quod] idest sicut.

t Hebionitas,] Hebionitæ sunt hæretici, qui dicunt legalia cum Evangelio esse tenenda.

u Hexaplis,] idest, exemplar unum ex sex diversis translationibus compilatum.

x A se aliquid] a translatione sua, quam sc. ego feci.

y Primum enim] hic notat utilitatem operis.

al. † excetra. Vel Hydra Virg. 2. Æneid.

z Et Latinus] sermo.

a Intelligimus,] in Hebræo.

b In nostra] idest in Latina.

c Excedra] proprium nomen est cujusdam æmuli sui.

d Incendia] detractionis.

e Jactet,] idest, jaciat.

REVE-

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super I. librum Esdræ.

EXPOSITIO

CAP. I.

IN *a* primo anno Regis Cyri] Qui fuit annus captivitatis septuagesimus, Historiam de Cyro plene habes *in histor.* in diversis tamen locis, idest in tractatu de Habacuc ante Judith. Item *in historia Danielis, in rubrica*: Sexta visio; *& in rubrica*: De licentia redeundi: *& in rubrica*: De Cyro.

a. Par. 36. b. Ibid. 1. Isai. 45. Jer. 25. & 29.

b Ex ore Jeremiæ] qui dixerat, quod 70. annis impletis, redituri essent filii Israel de Babylone, *Jerem. 29.*

c Spiritum Cyri] ad liberandum populum Judaicum. Excitatus autem fuit Cyrus ex verbis *Isai. 45.* qui ante ducentos & decem annos de ipso dixerat in persona Domini: Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, subjiciam gentes, & regna.

d Vocem] quantum ad præsentes.

e Per Scripturam dicens, &c.] quantum ad absentes.

f Hæc dicit Cyrus] Tenor est epistolæ Cyri.

g Omnia regna] *Glossa* quia tunc nullum habebat adversarium. Vel destructo Chaldæorum imperio nullum posse resistere sibi credidit.

h Ut ædificarem] permittendo Judæos reverti, & ædificarem Jerusalem, & templum, & providerem eis expensas.

i Quis ex vobis] supple, qui ascendere velit.

k Ipse est Deus, &c.] Magna fides Cyri Regis in his verbis apparet, & pietas. Fides, quia populum Judaicum, populum Dei esse intellexit: Deum Israel Deum cœli, & terræ confessus est, & incomprehensibilem, & immensum: Et eumdem Deum habitare in cœlis, & in Jerusalem, cognovit: Et ita incorporeum, & incircumscriptibilem esse, & ubique præsentem esse credidit. Pietas in hoc apparet: quia omnes liberos redire in Jerusalem permisit, imo & præcepit, & juvit. *l* Et surrexerunt Principes] *Gloss.* Cyrus omnibus permisit, imo præcepit in Jerusalem ascendere, & ædificare domum Domini: sed tantum de Juda, & Benjamin, & Tribu Levi ascendere voluerunt. Nam decem Tribus sub Jeroboam Rege, a templo, & cultu pietatis alienatæ erant; & ideo a Regibus Assyriorum captivatæ, nec unquam, ut perhibent, in patriam remissæ. *m* De Juda, & Benjamin, &c.] Isti enim quamvis peccata decem Tribuum imitarentur, nunquam tamen habitationem urbis, & templi cæremonias deserebant. Unde & ultimæ a Chaldeis sunt captæ, & primæ, regnantibus Persis redire permissæ. Ita dicit *Glossa quædam.*

n Sacerdotes, & Levitæ,] ad istos enim ministerium templi pertinebat. *o* Universique,] sive Judæi, sive Gentes.

p Exceptis his,] idest, cum his.

q Annumeravit ea, &c.] i. annumerata tradidit.

r Numerus eorum.] idest vasorum.

f Phialæ, &c.] in quibus examinabantur libamina.

t Cultri vigintinovem, scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi, quadringenti decem, &c.] quibus dividebantur sacrificia.

INCIPIT LIBER ESDRÆ.

CAP. I.

IN *a* anno primo Cyri Regis Persarum, ut compleretur verbum Domini ex *b* ore Jeremiæ, suscitavit Dominus *c* spiritum Cyri Regis Persarum, & transduxit *d* vocem in universo regno suo, etiam per *e* scripturam, dicens: Hæc *f* dicit Cyrus rex Persarum. Omnia *g* regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, ut *h* ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa. *i* Quis est in vobis de universo populo ejus? Sit Dominus Deus illius cum ipso, ascendat in Jerusalem, quæ est in Judæa, & ædificet domum Domini Dei Israel, ipse *k* est Deus, qui est in Jerusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adjuvent eum viri de loco suo, argento, & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod voluntarie offerunt in templo Dei, quod est in Jerusalem. Et *l* surrexerunt principes patrum de *m* Juda, & Benjamin, & *n* Sacerdotes, & Levitæ, & omnis, cujus suscitavit Deus spiritum, ut ascenderent ad ædificandum templum Domini, quod erat in Jerusalem. *o* Universique, qui erant in circuitu, adjuverunt manus eorum, in vasis argenteis, & aureis, in substantia, & jumentis, in supellectili, *p* exceptis his, quæ sponte obtulerant. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Jerusalem, & posuerat ea in templo Dei sui. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mitridatis filii Gazabar, & *q* annumeravit ea Sassabar principi Judæ. Et hic est *r* numerus eorum. *f* Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, *t* cultri vigintinovem, scyphi auri triginta, scyphi argentei secundi quadringenti decem; vasa alia mille. Omnia vasa aurea, & argentea universa tulit Sassabar, cum his, qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Jerusalem.

CAP. II.

HI *u* sunt autem filii *x* provinciæ, qui ascenderunt de captivitate, quam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reversi sunt in Jerusalem, & Judæam, unusquisque in *y* civitatem suam, qui venerunt cum *z* Zorobabel *a* Jesua, Nehemia, Saraja, & Rahelaja. Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rhehum, Baana. Numerus virorum populi Israel. Filii Phares, duo millia centum septuagintaduo. Filii Arethi, septingenti septuagintaquinque. Filii Gersephatia trecenti septuagintaquinque. Filii Area septingenti septuagintaquinque. Filii Phetmoab filiorum Josue, octingenti: Et Joab, duo millia octingenti duodecim. Filii Helam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filii Zethua, nongenti quadragintaquinque. Filii Zachai septingenti sexaginta. Filii Bani, sexcenti quadragintaduo. Filii Bebai sexcenti vigintitres. Filii Azgad, mille ducenti vigintiduo. Filii Adoniam, sexcenti sexagintasex. Filii Beguai, duo millia quinquagintasex. Filii Adin, quadringenti quinquagintaquatuor. Filii Ather, qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. Filii Besai trecenti vigintitres. Filii Jora, centumduodecim. Filii Azon, ducenti vigintitres. Filii Gebbar, nonagintaquinque. Filii *b* Bethleem

EXPOSITIO

CAP. II.

HI *u* autem sunt] Numerum ponit eorum, qui ascenderunt in Jerusalem.

x Provinciæ,] Judææ sc. & non Babylonicæ.

y In civitatem suam,] Jure postliminii venerunt in Judæam.

z Cum Zorobabel] Nota: Judaicus populus in reditu suo de Babylone in Jerusalem duos duces habuit. Principes scilic. Zorobabel, & Jesum. Quorum alter, scil. Zorobabel de regia prosapia fuit; alter vero, idest Jesus, de sacerdotali genere.

a Jesua,] sive Jesu. Et nota, quod non omnes isti simul ascenderunt in Jerusalem, sed Nehemias longo tempore post, scilicet vigesimo anno Artaxerxis, ut patebit *infra.*

b Filii Bethleem] Bethleem nomen est civitatis, & etiam viri. Et utroque modo potest hic accipi. Nephrephaci Anatoth, Azmaveth, Ca-

siathia-

riathiarim, Cephira, Beroth civitates.

a Machmas] nomen loci.

b Helam alterius, &c.] Hoc dicit, quia altera fuit civitas eodem nomine dicta.

c Jericho, trecenti, &c.] civitas. Ex hoc videtur, quod prædicta nomina sunt nomina civitatum, vel locorum.

d Sacerdotes.] supple, fuerunt hi, & tot.

e In domo] idest, familia.

f Hiesue,] idest Jesu Sacerdotis.

g Levitæ.] supple, fuerunt isti.

h Cantores:] fuerunt hi, & tot.

i Filii janitorum. Filii Sellum. Filii Athar. Filii Thelmon. Filii Accub. Filii Athita,] idest, qui janitores erant fuerunt hi, & tot. Nec est filii genitivi casus, ut computetur hic generatio secundum ascensum, sed nominativus pluralis. Sed tamen secundum *Cant.* est genitivi casus, & computatur ascensus generationis, & infra similiter.

k Universi centum] collective.

l Nathinæi.] *Gloss. Bedæ*: Nathinæ, qui post Sacerdotes, Levitas, Cantores, Janitoresque, in ordine describuntur. Ipsi tunc fuerunt, qui nunc in Ecclesia Subdiaconi vocantur, obedientes officiis Levitarum, & oblationes in templo suscipientes a populo.

m Agaba.] locus est.

n Filii servorum Salomonis trecenti nonagintaduo] *Gloss.* Hi erant auctores templi, qui reficiebant Sartatecta, si forte fuissent vexata, & restaurabant de sacra pecunia.

o Et hi] Isti, de quibus hic agitur, dicebant se esse de genere Sacerdotum: Et cum quæreretur Scriptura Genealogiæ eorum, non poterant invenire; & ideo ejecti fuerunt de Sacerdotio, tamen sunt recepti in Jerusalem: Et cum aliis ascenderunt in Jerusalem, & alias civitates Juda. Ita Sacerdotes non habentes litteras suæ ordinationis, non admittuntur ad executionem Sacerdotalis officii, cum ignoti sunt.

p Thelmela, &c.] locus est.

q Indicare domum, &c.] idest, ostendere de qua stirpe essent.

q Si ex Israel essent, &c.] Ibi forte relicti, cum decem Tribubus a rege Assyriorum ducebantur captivæ. Proselyti, sive Gentiles erant, qui ad salutem cultus a Judæis recipiebantur cum magno gaudio, eo quod Dominus eos vocasset ad cultum fidei, & religionis. De hoc ponit *Beda* Glossam illam: Hoc loco, &c.

r Nomine eorum, &c.] De quibus uxorem duxerat.

s De sancto sanctorum, donec surgeret, &c.] idest de cibo pertinente ad Sacerdotes, qui erat sanctificatus, eo quod Domino oblatus.

t Doctus, atque perfectus, &c.] in hoc, scilicet, ut generationem eorum sciret ostendere, vel aliis obsequium sui officii idonee dispensare.

u Quasi vir unus, quadragintaduo] *Glossa*. Quamvis tantus exercitus tam diversi gradus, tam diversæ conditionis.

x Et in ipsis Cantores, atque Cantatrices ducenti. Et qui eorum, &c.] scilicet in populo supple, etiam erant.

centum vigintitres. Viri Nepthuphe, quinquagintasex. Viri Anathoth, centum vigintiocto. Filii Azmaveth, quadragintaduo. Filii Cariathiarim, Cephira, & Beroch, septingenti quadragintatres. Filii Rama, & Gabaa, sexcenti vigintiunus. Viri *a* Machmas, centum vigintiduo. Viri Bethel, & Gai, ducenti vigintitres. Filii Nebo, quinquagintaduo. Filii Megbis, centum quinquagintasex. Filii *b* Helam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filii Arim, trecenti viginti. Filii Lodadim, & Ono septingenti vigintiquinque. Filii *c* Jericho, trecenti quadragintaquinque. Filii Senaa tria millia sexcenti triginta, *d* Sacerdotes: Filii Jadaja, in *e* domo *f* Hiesue, nongenti septuagintatres. Filii Emer mille quinquagintaduo. Filii Phessur, mille ducenti quadragintaseptem. Filii Arim, milleni decem & septem. *g* Levitæ: Filii Josue, & Zedmihel filiorum Odevia septuagintaquatuor. *h* Cantores: Filii Asaph, centum vigintiocto. Filii i Janitorum, Filii Sellum. Filii Athar. Filii Thelmon. Filii Accub. Filii Athita. Filii Sobai, *k* universi centum trigintanovem. *l* Nathinæi: Filii Siha. Filii Asupha. Filii Thebbaoth. Filii Ceros. Filii Siaa. Filii Phadon. Filii Lebana. Filii *m* Agaba. Filii Accub. Filii Agab. Filii Selmai. Filii Anam. Filii Gaddel. Filii Gaer. Filii Raahia. Filii Rasin. Filii Nechoda. Filii Gazem. Filii Aga. Filii Phasea. Filii Besce. Filii Asenaa. Filii Munim. Filii Nepthusim. Filii Baebuc. Filii Apha. Filii Arur. Filii Besluth. Filii Maida. Filii Arsa. Filii Bercos. Filii Zizara. Filii Thema. Filii Nasia. Filii Athupha. Filii enim servorum Salomonis. Filii Soteltæi. Filii Sophereth. Filii Pharuda. Filii Jola. Filii Dercon. Filii Gedel. Filii Saphata. Filii Athil. Filii Phocereth, qui erant de Asebain. Filii Ammini. Omnes Nathinæi, & *n* filii servorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Et hi *o* qui ascenderunt de *p* Thelmela, Thelatsa, Cerub, & Don, & Mer, & non potuerunt *q* indicare domum patrum suorum, & semen suum, utrum *q* ex Israel essent. Filii Delaja. Filii Tobia. Filii Nechoda, sexcenti quinquagintaduo. Et de filiis Sacerdotum: Filii Jobia. Filii Accos. Filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem, & vocatus est *r* nomine eorum. Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non invenerunt, & ejecti sunt de Sacerdotio. Et dixit Athersatha eis, ut non comederent de *s* sancto sanctorum, donec surgeret Sacerdos *t* doctus, atque perfectus. Omnis multitudo quasi vir *u* quadragintaduo millia trecenti sexaginta, exceptis servis eorum, & ancillis, qui erant septem millia trecenti trigintaseptem: *x* & in ipsis cantores, atque cantatrices ducenti. Equi eorum sexcenti trigintasex. Muli eorum ducenti quadragintaquinque. Cameli eorum quadringenti trigintaquinque. Asini eorum, sex millia septingenti viginti. Et de principibus patrum, cum ingrederentur templum Domini, quod est in Jerusalem: quod sponte obtulerunt in domum Dei, ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos quadraginta millia & mille. Argenti minas quinque millia: & vestes Sacerdotales centum. Habitaverunt ergo Sacerdotes, & Levitæ, & de populo, & Cantores, & Janitores, & Mathinæi in urbibus suis: universusque Israel in civitatibus suis.

C A P. III.

JAMQUE *y* venerat mensis septimus, & erant filii Israel in civitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem, & surrexit *z* Josue filius Josedec, & fratres ejus Sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres ejus, & ædificaverunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocaustomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei. Collocaverunt autem altare Dei

E X P O S I T I O

C A P. III.

JAmque *y* venerat mensis septimus, & erant filii Israel in civitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem, &c.] Hic est noster October, qui septimus est secundum Hebræos, qui primum mensem Aprilem constituunt: Juxta illud *Exod. duodecimo*. Hic mensis erit vobis primus in mensibus anni. In hoc mense, [qui apud Hebræos fere totus solemnis est, ut patet *Levitic. vigesimotertio, & vigesimooctavo*] fuit facta dedicatio templi. Et in illo mense venerunt in Jerusalem, & ædificaverunt altare, priusquam templum, ut super illud hostias immolarent Domino.

2. Esdr. 8. *3. Esdr. 9.*

50. dist. cap. Jesus.

z Josue] sive Jesus.

a De-

super bases suas, *a* deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerunt super illud *b* holocaustum Domino, mane, & vespere. *c* Feceruntque *c* solemnitatem tabernaculorum, sicut *d* scriptum est, & holocaustum *e* diebus singulis per ordinem, secundum præceptum, opus diei in die suo, & post hæc holocaustum juge tam in *f* calendis quam in universis solemnitatibus Domini, quæ *g* erant consecratæ, & in *h* omnibus, in *i* quibus ultro offerebatur munus Domino. A primo die mensis septimi cęperunt *k* offerre holocaustum Domino. Porro templum Dei fundatum necdum erat. *l* Dederunt autem pecunias *m* latomis, & *n* cæmentariis, *o* cibum quoque, & potum, & oleum, Sidoniis, Tyriisque, ut deferrent ligna cedrina de Libano ad *p* mare *q* Joppe, juxta quod præceperat Cyrus Rex Persarum eis. *r* Anno autem secundo, adventus eorum *f* ad templum Dei in Jerusalem, mense secundo *s* cęperunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedec, & reliqui de fratribus eorum Sacerdotes, & Levitæ, & omnes, qui venerant de captivitate in Jerusalem, & constituerunt Levitas a viginti annis, *t* & supra, ut *u* urgerent opus Domini. Stetique *x* Josue, & filii ejus, & fratres ejus, Cedmihel & filii ejus, & filii Juda, quasi vir unus, ut instarent super eos, qui faciebant opus in templo Dei, filii Henab, & filii eorum, & fratres eorum, Levitæ. *y* Fundato igitur a cęmentariis templo Domini, steterunt Sacerdotes in *z* ornatu suo cum tubis, & Levitæ filii Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per *a* manus David Regis Israel. Et concinebant in hymnis, & *b* confessione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternum *c* misericordia ejus super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum esset templum Domini. Plurimi etiam de Sacerdotibus, & Levitis, & Principes patrum, & seniores, qui *d* viderant templum prius, cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, *e* flebant voce magna, & multi vociferantes in *f* lætitia elevabant vocem, nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

C A P. IV.

g AUdierunt autem hostes Judæ, & Benjamin, quia filii captivitatis ædificarent templum Domino Deo Israel, & accedentes ad Zorobabel, & ad Principes patrum, dixerunt eis: *h* Ædificemus vobiscum, quia ut vos quærimus Deum vestrum. Ecce nos immolavimus victimas, ex diebus Asor Haddan Regis Assur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel, & Josue, & reliqui Principes patrum Israel. Non est *i* vobis, & nobis ut ædificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus Rex Persarum. Factum est igitur ut *k* populus terræ impediret manus populi Judæ, & turbaret *l* eos ædificando. Conduxerunt autem adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium *m* eorum omnibus diebus Cyri *n* Regis Persarum, & usque ad regnum Darii Regis Persarum. In regno autem Assueri,

a Deterrentibus] non tamen dimiserunt ædificare Judæi.
b Super illud] juge, scilicet unum agnum mane, & alterum vespere, Sed unde habuerunt ignem? Ex calculis veteris altaris excusserunt illum, ut patet *2. Mach.* 2.
c Feceruntque] quintadecima die Septembris.
c Solemnitatem] idest, Scenopegiam.
d Scriptum] *Num.* 28.
e Diebus singulis] per septem.
f In calendis] idest, in Neomeniis. Sed nota, quod hoc holocaustum fiebat de sumptu publico, ut dicit *Josephus*, & prius fiebat, & super illud omnia alia fiebant.

B

g Quæ erant] quæ sc. solemnitates.
h In omnibus,] oblationibus quibus solemnitates honorabantur.
i In quibus] idest inter quas oblationes.
k Offerre holocaustum Domino.] ante templi constructionem.
l Dederunt] Principes scilicet.
m Latomis,] *Gloss.* lapidum cæsoribus.
n Cæmentariis,] *Gloss.* qui cæmenta faciunt ad conglutinandos lapides.

C

o Cibum] dederunt Principes *Gloss.* dicit: Notanda pia populi solertia, de necessariis suis, vel materias emit, vel operarios conducit.
p Ad mare] idest, per mare.
q Joppe,] *Gloss.* Unde scilicet per terram ad opus templi deferrentur, sicut in prima templi constructione factum est. Sed Salomon regali potentia a Regem Hiram, quæ voluit, facile obtinuit: Hi autem de captivitate redeuntes, & Regni potentiam non habentes, cuncta emebant. Item *Gloss.* Joppe civitas maritima quadraginta fere milliaria, a Jerusalem remota.

D

r Anna secundo,] *Gl.* Cum supra dicatur, quod septimo mense venerunt in Jerusalem, hic vero quod anno secundo adventus eorum, mense secundo, opus templi inchoaverunt, patet, quod septem mensibus lapides, cæmentum, ligna, & cetera paraverunt: Octavo autem incipiente mense, operari cœperunt. Sex enim menses erant anni primi, & septimus sequentis.
f Ad templum Dei] *Gloss.* Locum scilicet templi, quo templum scilicet ædificare cupiebant.
f Cœperunt] ædificare scilicet.
t A viginti] propter necessitatem.
u Urgerent] idest, festinarent.
x Josue,] *Gloss.* Non filius Josedec, sed unus de Levitis a viginti annis, & supra, constitutis ad urgendum opus, de quibus fuit Cedmihel, & filii Henadab, qui pariter injuncto operi cum filiis, & fratribus curam adhibuerant. Supra etiam in catalogo populi hi post Sacerdotes primi Levitarum memorantur. Unde colligitur, eos principes Levitarum illius temporis fuisse.
y Fundato igitur] *Gloss.* Falluntur Judæi, qui dicunt nunquam parietes templi, sed solum tectum a Chaldæis fuisse subversum, cum pateat Esdram filium transmigrationis templum fecisse a fundamentis.
z In ornatu] idest, in vestitu Sacerdotali.
a Per manus] *Gloss.* idest, in organis factis a David, vel psalmis, quos David instituit, vel juxta dispositionem David: ipse enim, in collocatione tabernaculi, & arcæ ministros ad confitendum Domino constituit, & Principes super omnes Asaph ordinavit, ut legitur 1. *Par.* 15. & 16. Has expositiones ponit *Gloss.*
b Confessione] laudis.
c Misericordia] qua eduxit nos de Babylone.
d Viderant templum] quod fecerat Salomon.

A

e Flebant] memores prioris templi Salomonis, quod tam dives, tam nobile fuit, & videbant istud tam pauper. Sed objicitur, *Aggæi* 2. Magna erit gloria domus illius novissimæ, plusquam primæ. Solutio: Aggæus non dixit hoc propter ornatum templi, sed propter difficultatem ædificandi. Magna enim gloria fuit ædificare templum contra tantam hostium impugnationem. Vel mystice dixit Aggæus, quia primum illustratum fuit præsentia Salomonis: secundum vero templum, idest, Ecclesia per ipsum designata, ex præsentia Christi.
f In lætitia] quia cultus Dei restituebatur.

E X P O S I T I O

C A P. IV.

g AUdierunt autem] Samaritæ, scilicet. Hi sunt illi, quos misit Rex Assyriorum in Samariam qui 5. libros Moysi receperunt, & Deum cœli cum idolis colebant.
h Ædificemus vobiscum quia ita ut vos, &c.] hoc dicebant, non animo ædificandi, sed animo impediendi.
i Vobis, & nobis] commune, scilicet.
k Populus terræ] scilicet Samariæ.
l Eos] idest, Judæos.
m Eorum] idest, Judæorum.
n Cyri Regis] *Joseph.* dicit, quod Cyrus occupatus bellis,

non potuit intendere consilio eorum, ut juvaret eos: Cyro autem mortuo, filio ejus Cambyse regnante, ex toto intermissum est opus templi.

a Ipse est Artaxerxes.] *quidam libri* non habent hanc clausulam, sc. ipse est Artaxerxes. Quod videtur velle *Beda*, qui quærit quis fuit iste Assuerus. Et dicit in *Gloss.* istum Assuerum fuisse Artaxerxem, qui epistolam accusationis a Samaritanis suscipiens, vetuit Jerusalem & templum construi. *Josephus* vero hunc Assuerum putat esse Cambysen filium Cyri, qui post patrem triginta annis imperio functum octo annis regnavit. Et post eum duo magi anno uno. Post quos regnavit Darius filius Hystaspis, qui secundo anno Regni sui templum ædificari permisit. Assuerus autem iste, cui epistola accusationis est missa secundum quosdam præcessit Artaxerxem. Et eo anno, quo regnare cœpit, mortuus est; unde curam, & causam accusationis Judæorum commisit Artaxerxi, qui successit, vel quia contemporaneus ejus erat: Sed quia minoris potentiæ erat, illum tractare hæc, & discernere permisit. Ita dicit *Beda*: Sed communis opinio est, & magis congruit veritati historiæ, quod idem fuit iste Assuerus, & Artaxerxes, scilicet Cambyses filius Cyri, ut dicit *Josephus*, qui in *libro Judith* vocatur Nabuchodonosor, sub quo, & historia Judith facta fuit.

b Scripserunt] scilicet Samaritæ, & Principes Regis Persarum, qui habitabant trans flumen, idest, in Judæa.

c Et Jerusalem.] idest, Benjamin.

d Artaxerxis] qui & Assuerus, & Cambyses, & Nabuchodonosor dictus est.

e Epistola] autem pro sed

f Rehum] proprium nomen est. Et nota, quod secundum *Josephum* & *Hieronymum*. Rehum, & Beelteem duo nomina sunt, quæ in aliquibus libris falso conjunguntur in unum.

g Epistolam unam de Jerusalem] Alii scripserant de Syria.

h Hujuscemodi.] Tenorem epistolæ ostendit.

i Dinei,] populi sunt, a patria, vel a civitate sic dicti. Similiter qui sequuntur.

a ipse est Artaxerxes. In principio regni ejus *b* scripserunt accusationem adversus habitatores Judæ, *c* & Jerusalem. Et in diebus *d* Artaxerxis scripsit Beselam Mitridates, & Thabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum ad Artaxerxem. Regem Persarum. *e* Epistola autem accusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syro, *f* Rehum Beelteem, & Samsai scriba, scripserunt *g* epistolam unam de Jerusalem Artaxerxi regi *h* hujuscemodi. Rehū Beelteem, & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorum, *i* Dinæi, & Apharsatachæi, Therphalæi, Arphasæi, Archuæi, Babylonii, Susanechæi, Dievi, & Ælamitæ, & ceteri de gentibus, quas transtulit *k* Asenaphar magnus & gloriosus, & habitare eas fecit in civitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus *l* trans flumen in pace. Hoc est exemplar epistolæ quam miserunt ad eum: Artaxerxi Regi, servi tui viri, qui sunt trans fluvium, salutem dicunt. Notum sit regi, quia Judæi, qui ascenderunt *m* a te ad nos, venerunt in Jerusalem civitatem rebellem, & pessimam, quam ædificant extruentes muros ejus, & parietes componentes. Nunc igitur notum sit regi, quia si civitas illa ædificata fuerit, & muri ejus instaurati, tributum, & vectigal & annuos redditus *n* non dabunt, & usque *o* ad reges hæc noxa perveniet. Nos ergo *p* memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus, ideirco misimus, & nunciavimus regi ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & invenies scriptum in *q* commentariis, & scies quoniam urbs illa, urbs rebellis est nocens regibus, & provinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis, quamobrem & civitas illa destructa est. Nunciamus nos regi, quoniam si civitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans fluvium non habebis. Verbum misit rex ad Rehum Beelteem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & ceteris trans fluvium, salutem dicens, & pacem: Accusationem, quam misistis ad nos, manifeste *r* lecta est coram me, & a me *s* præceptum est, & *t* recensuerunt, inveneruntque, quoniam *u* civitas illa a diebus antiquis adversum reges rebellat, & seditiones, & prælia concitantur in ea. Nam & reges fortissimi fuerunt in Jerusalem, qui & *x* dominati sunt omni regioni quæ trans fluvium est. Tributum quoque, & vectigal, & redditus *x* accipiebant. Nunc ergo audite sententiam. Prohibeatis *y* viros illos, ut urbs illa ædificetur, donec si forte a me jussum fuerit. Videte, ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges. Itaque exemplum edicti *z* Artaxerxis regis lectum est coram Rehum Beelteem & Samsai scriba, & consiliariis eorum. Et abierunt festini in Jerusalem ad Judæos, & prohibuerunt eos in brachio, & robore. Tunc intermissum est opus domus Dei in Jerusalem, & non fiebat usque ad annum secundum regni *z* Darii regis Persarum.

CAP. V.

a PRophetaverunt autem Aggæus Propheta, & Zacharias *b* filius Addo prophetantes ad Judæos, qui erant in *c* Juda, & *d* Jerusalem, in *e* nomine Dei Israel. *f* Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Josue filius Josedech, & cœperunt ædificare templum Dei in Jerusalem, & cum eis *g* Prophetæ Dei *h* adjuvantes eos. In ipso autem tempore venit ad eos Tharthanai, qui erat *i* Dux *k* trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliarii eorum, sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium, ut domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis? Ad *l* quod respondimus eis, quæ

k Asenaphar] Utrum iste idem fuit, qui & Asaraddon filius Sennacherib, non est liquidum. Forte sic, quia 4. *Reg.* 19. dicitur, quod Asaraddon misit in Samariam habitatores pro filiis Israel.

k Trans flumen] Euphratem. Samaritæ tamen sunt citra Euphratem versus Jerusalem, sed respectu Persarum dicitur trans flumen.

l Trans fluvium,] Euphratem scilicet.

m A te] idest, a patre tuo, scil. Cyro.

n Non dabunt,] præfectis provinciarum.

o Usque ad Reges] q. d. non solum præfectis, sed etiam regibus rebelles erunt, & tributa negabunt.

p Memores salis,] Modus loquendi est, q. d. memores sumus, non ingrati beneficii tui, etiam salis, quod comedimus in palatio tuo.

q In commentariis,] idest, in libris.

r Lecta est] supple diligenter audita.

s Præceptum] ut fieret, quod mandastis.

t Recensuerunt,] libros historiales.

u Civitas] Jerusalem.

x Dominati] ut David, Salomon.

x Accipiebant.] a gentibus, & regibus vicinis.

y Viros] Judæos scil.

z Artaxersis] Cambysis scilicet.

z Darii] filii Hystaspis.

EXPOSITIO

CAP. V.

a PRophetaverunt autem, &c.] *Gloss. Bedæ*. In libris autem eorum plenius scriptum est, quibus verbis socordiam eorum redarguerint, quibus negligentiores erant circa opus templi, vel promisso Dei auxilio ad operandum accesserant.

b Filius] idest, nepos. Fuit enim filius Barachiæ, ut legitur *Zachar.* 1.

c In Juda,] idest, in sorte Judæ.

d Jerusalem,] idest, in sorte Benjamin.

e In nomine Dei Israel.] dicentes scilicet: Hæc dicit Dominus Deus Israel. Vel inspirati a Deo Israel.

f Tunc] regnante scilicet Dario filio Hystaspis.

g Prophetæ] scilicet Zacharias & Aggæus.

h Adjuvantes] Exhortantes populum.

i Dux] Regis Persarum.

k Trans flumen,] Euphratem.

l Ad quod respondimus] Ex hoc videtur, quod Esdras qui hunc librum scripsit, tunc erat Jerosolymis, quod videtur falsum: quia longe post scilicet septimo anno Artaxerxis Jerusalem venisse de Babylone perhibetur; ut patet *infra*. Ad quod potest dici, quod revera Esdras tunc erat in Jerusalem, & fundato templo rediit in Babylonem, ut plures de Judæis, qui remanserant in Babylone, secum reduceret in Jerusalem. Vel forte tunc existens in Babylone, ædificantibus in Jerusalem se associavit. Simile 1. *Thess.* 4. Ubi Apostolus se associat illis, qui in die judicii reperientur, dicens: Nos, qui vivimus, qui relinquimur, &c. Item *ibid.* Nos qui vivimus, qui residui sumus, &c. hæc ultima opinio communior est.

n Magnus] sc. Deus, vel Salomon. *o* Destruxit,] Nabuchodonosor vel Deus. *p* Anno autem] adhuc totum est de ratione Judæorum. *q* Et vasa] non tamen omnia. *r* Dixitque] Cyrus scilicet. *ſ* Ei:] Sassabasari. *t* Necdum] propter impugnationes hostium.

a Auctorum illius ædificationis,] scil. Zorobabel, Jesus, Zacharias, Aggæus.

a Oculus autem Dei eorum factus est super senes Judæorum,] i. respectus divinæ misericordiæ.

b Non potuerunt] ipsi sc. hostes.

c Inhibere] ab ædificatione.

d Eos,] i. Judæos.

e Placuitque,] sc. Judæis, & hostibus communiter.

f Ad Darium referretur, &c.] Regem Persarum.

g Satisfacerent] idest, responderent super accusatione Samaritarum.

h Sermo,] sc. quem miserant ei, sic scriptus erat. [Dario Regi, pax omnis. Notum sit Regi, iste nos ad Judæam provinciam ad domum Dei magni, &c.] *Gl.* Isti nullas contra Judæos inimicitias habuere familiares, vel domesticas, sed tantum Regis acceperant voluntatem, a quo potestatem assequi curabant. Unde patet, quod non animo impediendi, vel malignandi Judæis miserunt Epistolam regi.

i Lapide impolito,] i. novo scilicet, quem impolitum repererunt, sed poliendo ædificio aptaverunt. Nam si aliqui de veteribus lapidibus remanserant dispersi in capite omnium platearum, ut dicitur *Thren.* 4. tamen lapides novi adhuc poliendi erant, ex quibus opus templi posset impleri. Vel impolito dicit, quoad fundamentum, ubi lapides rudes, & impoliti poni debent, superius vero politi. Vel per hoc notavit grandes lapides, qui non poliuntur. Vel melius, hoc dixerunt ut parvitate operis animum Regis placarent.

k Ponuntur in parietibus,] ad ornatum: quia murus intus vestiebatur cedro: Vel forte ad munimentum, ad propugnacula. *l* Extructum] a Salomone. *m* Ante hos annos] q. d. non est novum, quod facimus.

essent nomina hominum, *a* auctorum illius ædificationis. *a* Oculus autem Dei eorum factus est super senes Judæorum, & non *b* potuerunt *c* inhibere *d* eos. *e* Placuitque, ut res *f* ad Darium referretur, & tunc *g* satisfacerent adversus accusationem illam. Exemplar Epistolæ quam misit Thathanai Dux regionis trans flumen, & Stharbuzanai, & consiliatores ejus Apharsachæi, qui erant trans flumen; ad Darium Regem. *h* Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat. Dario Regi, pax omnis. Notum sit Regi, isse nos ad Judæam provinciam ad domum Dei magni, quæ ædificatur *i* lapide impolito, & ligna *k* ponuntur in parietibus, opusque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum. Interrogavimus ergo senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem, ut domum hanc ædificaretis, & muros instauraretis? Sed & nomina eorum quæsivimus ab eis, ut nunciaremus tibi, scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis. Hujuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Dei cœli, & terræ, & ædificamus templum, quod erat *l* extructum *m* ante hos annos multos, quodque Rex Israel *n* magnus ædificaverat, & extruxerat. Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cœli, & tradidit eos in manus Nabuchodonosor Regis Babylonis, Chaldæi, domum quoque hanc *o* destruxit, & populum ejus transtulit in Babylonem. *p* Anno autem primo Cyri Regis Babylonis, Cyrus Rex proposuit edictum, ut domus Dei ædificaretur. Nam *q* & vasa templi Dei aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Jerusalem, & asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus Rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit. *r* Dixitque *ſ* ei: Hæc vasa tolle, & vade & pone ea in templo, quod est in Jerusalem, & domus Dei ædificetur in loco suo. Tunc itaque Sassabasar ille venit, & posuit fundamenta templi Dei in Jerusalem, & ex eo tempore usque nunc ædificatur, & *t* necdum completum est. Nunc ergo si videtur Regi bonum, recenseat in Bibliotheca Regis, quæ est in Babylone, utrum nam a Cyro Rege jussum fuerit, ut ædificaretur domus Dei in Jerusalem, & voluntatem, regis super hac re mittat ad nos.

CAP. VI.

TUNC Darius Rex præcepit, & recensuerunt in Bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inventum est in Ecbatanis, quod est castrum in *u* Medena provincia, volumen unum, talisque scriptus erat in eo *x* commentarius. Anno primo Cyri Regis, Cyrus Rex decrevit, ut Domus Dei, quæ est in Jerusalem, ædificaretur in loco, ubi immolent hostias, & ut ponant fundamenta, supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta. Ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis novis. Sumptus autem de domo regis

EXPOSITIO CAP. VI.

TUnc Darius Rex præcepit, & recensuerunt in Bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inventum est in Ecbatanis quod est, &c.] *u* In Medena] *Glos. Bedæ*. *Josephus*, nomen loci, in quo hæ Cyri litteræ sunt inventæ, ita posuit: Et inventus est in Ecbatanis, constructa urbe in regione Mediæ, codex. Porro *alia translatio* habet sic: In Ecbatana in ædificio tutissimo regionis Medorum. Unde videtur, quod nomen Medena non aliud significet.

x Commentarius,] i. sermo contentus in commentario sive libro. Continens pro contento. *y* Cubitorum sexaginta, &c.] *Glos. Bedæ*. Non est hoc nobis exponendum, quia neque in priore templi ædificatione, neque in posteriore aliquid harum mensurarum, vel hujusmodi operis invenitur. Unde colligitur, Cyrum hoc de suo sensu protulisse, & mensuram, & ordinem operis, ut sibi videbatur congruum, annotasse. Siquidem templum, ut verba dierum narrant 1. *Paral.* 3. in mensura prima, idest, intra muros interiores 40. habebat cubitos longitudinis, 20. latitudinis, ut Regum Historia scribit, usque ad cœnaculum triginta cubitos. Deinde alios triginta usque ad cœnaculum superius, quousque altitudo porticuum ascendebat, ut *Josephus* testatur. Deinde sexaginta usque ad summum tecti, idest, simul centum viginti ut verba dierum docent. Quomodo autem dicit ordines ponendos de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis novis, cum omne templum interius fuit cedro vestitum, nisi forte moris Persarum erat sic templa facere variato opere, ut tantum ordines lapidum essent per parietes, & quartus de lignis fabrefactis. Et hoc quoque in templo Jerosolymorum fieri debere putavit. An forte de atrio Sacerdotum intelligendum est, eum dixisse, quod circa templum in gyro factum tres ordines habebat lapidum politorum, & quartum lignorum cedrinorum, eratque altantibus usque ad pectus altum. Aut de porticu domus Domini, quæ erat ante faciem templi. De qua,

qua, scriptura [cum palatium Salomonis fabricaretur] ita memorat. Fecit & atrium magis rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & unius ordinis de dolata cedro, nec non & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus: Totum hoc est *in Gloss.* 3. *Reg.* 7.

scriptum est, quod idem Rex cum Principibus, vel Consiliariis suis, plurimum quidem auri, & argenti, & vasorum miserit ad templum.

x Mensis] idest, Martii.

y Annus] hoc videtur falsum, & contra Evangelium *Jo.* 2. ubi dicitur 46. annis ædificatum est templum hoc: ergo 46. fuerunt ab initio ædificationis templi usque ad consummationem. Sed constat, quod Cyrus, sub quo cœpit ædificatio, non regnavit nisi 30. annis, & Cambyses filius ejus 8. & post illum duo Magi uno anno, & sunt 39. Postea regnavit Hystaspis filius, cujus 6. anno completa est domus, ut hic dicitur: Ergo 45. anni tantum fuerunt ab initio ædificationis usque ad consummationem: ergo falsum est quod dicitur *Joan.* 2. Solut. Revera domus Dei consummata fuit 6. anno Darii, qui fuit 45. a tempore fundationis: Sed consummata domo, additus est unus annus, in quo ædificata sunt quædam circa templum. Et ideo dicitur 46. annis ædificatum est templum. Unde videtur corrigere litteram quæ dicit: Qui est 6. annus, &c.

a dabuntur. Sed & vasa templi Dei aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Jerusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum Jerusalem in locum suum, quæ & *b* posita sunt in templo *c* Dei. Nunc *d* ergo Thathanai, Dux regionis quæ est trans flumen, Starbuzanai, & consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans flumen, procul recedite *e* ab illis, & dimittite fieri templum Dei illud a Duce Judæorum, & a senioribus eorum, ut domum *f* Dei illam ædificent in loco suo. Sed & a me præceptum est, quid *g* oporteat fieri *h* a Presbyteris Judæorum illis, ut ædificetur domus Dei, scilicet, ut de arca regis, idest, de tributis, quæ dantur de regione trans flumen, studiose sumptus dentur viris illis, *i* ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit, *k* & vitulos, & agnos, & hædos in holocaustum Deo cœli, frumentum, sal, vinum, & oleum secundum ritum Sacerdotum, qui sunt in Jerusalem, detur eis per dies singulos, ne sit in aliquo *l* querimonia, & offerant oblationes Deo cœli, orentque *m* pro vita regis, & filiorum ejus. A me ergo positum est decretum, ut omnis homo, qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & *n* erigatur, & *o* configatur in eo, domus autem ejus *p* publicetur. Deus autem, qui habitare fecit nomen suum *q* ibi, dissipet omnia regna, & populum, qui extenderit manum suam, ut repugnet, & dissipet domum Dei illam, quæ est in Jerusalem. *r* Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo. Igitur Thathanai dux regionis trans flumen, & Starbuzanai, & consiliarii ejus, secundum quod præceperat Darius Rex, sic diligenter executi sunt. Seniores autem Judæorum ædificabant, & prosperabantur juxta prophetiam *s* Aggæi Prophetæ, & Zachariæ *t* filii Addo. Et ædificaverunt, & construxerunt jubente Deo Israel, & jubente Cyro, Dario *u* & Artaxerxe Regibus Persarum, & compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium *x* mensis Adar, qui est *y* annus sextus regni Darii Regis. Fecerunt autem filii Israel Sacerdotes, & Levitæ, & reliqui *z* filiorum transmigrationis, *a* dedicationem domus Dei in gaudio, & obtulerunt in dedicatione domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel, duodecim, juxta numerum Tribuum Israel. Et statuerunt Sacerdotes in ordinibus suis, & Levitas in vicibus *a* suis, super opera Dei in Jerusalem, sicut *b* scriptum est in *c* libro Moysi. Fecerunt autem filii transmigrationis, *d* Pascha, quartadecima die mensis primi. Purificati enim fuerant Sacerdotes, & Levitæ, *d* quasi unus, omnes mundi *e* ad immolandum Pascha, universis filiis transmigrationis, & fratribus suis Sacerdotibus, & sibi. Et comederunt filii Israel qui reversi fuerant de transmigratione, & *f* omnes, qui separaverant a coinquinatione gentium terræ, *g* ad eos ut quærerent Dominum Deum Israel. Et *h* fecerunt

a Dabuntur.] Judæis.

b Posita sunt in templo] *Gloss.* Babylonio scilicet, quo ea Nabuchodonosor posuerat.

c Dei.] Regis Babylonis, idest, idoli.

B

d Nunc ergo Thathanai, &c.] *Gloss.* Darius perfectas litteras auctoritate sua confirmat, compescens omnes Judæorum adversarios, & templum in loco suo ædificari jubet.

e Ab illis,] scilic. Judæis.

f Dei] veri scilicet:

g Oporteat] idest, opportunum sit.

h A Presbyteris] i. a senioribus.

i Ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit] per defectum sumptuum.

C

k Et vitulos,] q.d. non solum sumptus, sed etiam oblationes.

l Querimonia,] super aliqua inedia, sive defectu.

m Pro vita Regis, & filiorum ejus. A me ergo, &c.] Persarum, *Gloss.* secundum illud Apostoli. 1. *Tim.* 2. Obsecro ergo primo omnium fieri obsecrationes, & orationes, postulationes, gratiarumque actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt.

n Erigatur,] lignum, scilicet.

o Configatur] homo.

D

p Publicetur. Deus autem, qui habitare fecit, &c.] idest, confiscetur a fisco. Fiscus enim est locus, ubi emenda Regi data pro injuria aliqua ponebatur. *Josephus* dicit: Regali censui computetur.

q Ibi, dissipet omnia, &c.] idest, in templo.

r Ego Rex Darius statui decretum, quod studiose impleri volo, &c.] qui sum Rex Persarum.

z Filiorum transmigrationis] idest, qui redierant de transmigratione.

a Dedicationem] Nota triplex fuit dedicatio. Prima facta est a Salomone, in Autumno decimo die Septembris ut legitur 3. *Reg.* 8. Secunda ab Esdra in Vere, vigesimotertio die mensis Martii, ut legitur hic. Tertia facta est a Juda Machabæo, in hyeme vigesimoquinto die Decembris ut legitur 1. *Mach.* 4. Et de ultima intelligitur illud *Jo.* 10. Facta sunt encænia in Jerosolymis, & hyems erat.

a Vicibus suis,] quæ erant viginti quatuor, ut dicitur 1. *Par.* 16. in quibus successive ministrabant, ita quod 24. erant. Et quilibet eorum ministrabat per unam hebdomadam, & postea quiescebat per vigintiquatuor hebdomadas.

s Aggæi prophetæ,] Prædixerat enim, quod si ædificando templo insisterent, mox donante Domino, & opus ipsum complerent, & bonis operibus abundarent.

t Filii] idest, nepotis.

u Et Artaxerxe] *Gloss.* Qui post Darium Regem regnavit, cujus tempore Esdras de Babylonia Jerusalem ascendit. Item *Gloss. Beda*: Quæritur etiam, quomodo jubente Artaxerxe domus dicatur constructa, cum statim subjungitur eam regnante adhuc Dario fuisse completam, & dedicatam, nisi forte credendum est, etiam Artaxerxen, misso auro, & argento jussisse, ut quod minus in ædificio vel ornatu templi, vel vasorum esset completum, perficeretur. Nam Esdra illuc properante,

b Scriptum] non de illis vicibus, sed de operibus Levitarum. *c* In libro Moysi.] *Lev.* 23. *d* Pascha,] *Gl. Bed.* Quare de Pascha post ædificatam domum refertur, cum præmissum sit, quod a primo die Adventus eorum in Jerusalem, in cunctis solemnitatibus Domini legitimas hostias, & holocausta offerrent, nisi ut innueretur, quod ædificationem templi eadem, qua cœperunt, mentis devotionem compleverunt.

d Quasi unus,] i. de facili & cito mundati fuerunt, sicut facile est unum mundari. *e* Ad immolandum Pascha,] i. agnum Paschalem. *f* Se separaverant] proselyti scilic. *g* Ad eos] i. ad Judæos. *h* Et fecerunt, &c.]

Quæ

Quæ semper incipit in craſtinum, ideſt, 15. Luna.
a Regis Aſſur] qui & Rex Perſarum erat.

ſolemnitatem Azymorum ſeptem diebus in lætitia, quoniam lætificaverat eos Dominus, & converterat cor *a* Regis Aſſur ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere domus Domini Dei Iſrael.

C A P. VII.

POſt *b* hæc autem verba in regno *c* Artaxerxis regis Perſarum, Eſdras filius Samariæ filii Azariæ, filii Helchiæ, filii Sellum, filii Sadoch, filii Achitob, filii Amariæ, filii Azariæ, filii Majoth, filii Zaraiæ, filii Ozy, filii Bocci, filii Abiſue, filii Phynees, filii Eleazar, filii *d* Aaron Sacerdotis ab initio, *e* ipſe Eſdras aſcendit de Babylone, & ipſe *f* ſcriba velox in lege Moyſi, *g* quam dedit Dominus Deus Iſrael. Et dedit *h* ei Rex ſecundum *i* manum Domini Dei ejus ſuper eum, *k* omnem petitionem ejus. Et *l* aſcenderunt *m* de filiis Iſrael, & de filiis Sacerdotum, & de filiis Levitarum, & de cantoribus, & de janitoribus, & de Nathinæis, in Jeruſalem, anno ſeptimo Artaxerxis regis, & *n* venerunt in Jeruſalem *o* menſe quinto, ipſe eſt annus *p* ſeptimus Regis. Quia in primo die menſis primi cœpit aſcendere de Babylone, & in primo menſis quinti venit in Jeruſalem *q* juxta manum Dei ſui bonam ſuper ſe. Eſdras autem paravit cor ſuum, ut inveſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Iſrael præceptum, & judicium. Hoc eſt autem exemplar epiſtolæ edicti, quod dedit Rex Artaxerxes Eſdræ Sacerdoti, Scribæ erudito in ſermonibus, & in præceptis Domini, & cæremoniis ejus in Iſrael. Artaxerxes rex *r* regum Eſdræ Sacerdoti, ſcribæ legis Dei cœli *ſ* doctiſſimo, ſalutem. A me decretum eſt, ut *t* cuicumque placuerit in regno meo de populo Iſrael, & de Sacerdotibus ejus, & Levitis, ire in Jeruſalem, tecum vadat. A facie enim regis, & *u* ſeptem conſiliariorum ejus miſſus es, ut viſites Judæam, & Jeruſalem in lege Dei tui, quæ eſt in *x* manu tua, & *y* feras argentum; & aurum, quod rex, & conſiliatores ejus ſponte obtulerunt Deo Iſrael, cujus in Jeruſalem tabernaculum eſt. Et omne argentum, & aurum quodcumque inveneris in univerſa provincia Babylonis, *z* & populus offerre voluerit, & de Sacerdotibus qui ſponte obtulerunt domui Dei ſui quæ eſt in Jeruſalem, libere accipe, & *a* ſtudioſe eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & *b* ſacrificia, & libamina eorum, & *c* offer ea ſuper

E X P O S I T I O C A P. VII.

POſt *b* hæc, &c.] Hucuſque reditus populi de Babylonia in Jeruſalem, & relatio vaſorum, dedicatio templi, & celebratio ſolemnitatum, & dedicatio canticorum Domini, quæ in terra aliena non poterant cantari, ſub Zorobabel & Joſue deſcribuntur. Ita dicit *Gloſſ. Bedæ*. Deinde de factis Eſdræ, qui ſeptimo anno iſtius Artaxerxis aſcendit in Jeruſalem, ut dicit *Beda*.
c Artaxerxis] qui & longimanus dictus eſt.
d Filii Aaron] Ideo autem generatio Eſdræ computatur, ut per directam lineam ab Aaron deſcendiſſe intelligatur.
e Ipſe Eſdras, &c.] Repetitio eſt propter Hyperbaton.
f Scriba velox] *Gloſſ. Bed.* Scriba velox in lege Moyſi appellatur Eſdras, quia Eſdras legem, quæ conſumpta erat, refecit, & etiam [ut communis eſt majorum fama] omnem S. Scripturæ ſeriem, quam ignis abſumpſerat, prout videbatur legentibus, reſcripſit, & nonnulla ut ferunt, quæ opportuna putabat, adjecit. De quibus eſt illud *Deuter.* in fine. Et non ſurrexit Propheta in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem, &c. Quæ verba dicere non potuit, niſi quia diu poſt Moyſen vixit. Et *in lib. Samuelis* 1. *Reg.* 9. Olim ſic loquebatur in Iſrael unuſquiſque vadens conſulere Dominum. Venite, & eamus ad videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, olim vocabatur Videns. Nonnulla autem integra volumina, quæ quondam in populo Iſrael habebantur, intacta reliquit Eſdras. Ideo eorum nihil aliud quam nominis memoria habetur: Ut eſt illud *Num.* 21. Unde dicitur in libro Bellorum Domini: Et in *Joſ.* 10. Nonne ſcriptum eſt hoc in libro juſtorum. In *Regum* quoque & *Paral.* volumine, memorantur libri hiſtorici Prophetarum Ahiæ Silonitis, & Semejæ, Addo, & Nathan, Iſaiæ quoque, & Jehu filii Anani, qui librum Regum Iſrael ſcripſiſſe dicuntur, & multa alia, quorum nulla hodie dicunt reperiri poſſe veſtigia. Ferunt quoque pro certo Hebræi, quod leviores litteras excogitavit ſub nominibus earum, quas ante habuerant, quibus velociſſime tantam librorum copiam, quæ conſumpta erat, reficeret: ideo non ſolum ſcriba, ſed & velox nominatur. Priores autem litteræ remanſerunt apud Samaritas, quibus illos quinque libros Moyſi, quos ſolos de Scriptura ſancta receperant, ſcribere ſolebant. *g* Dedit] filiis Iſrael in monte Sina. *Exod.* 20. *h* Et] i. Eſdræ.
i Manum] gratiæ, & miſericordiæ.
k Omnem petitionem] quia plus, quam peteret, daret.
l Et aſcenderunt] *Gloſſ.* prolepſis eſt. Nam in ſequentibus quomodo venerint, & ubi exercitum congregaverint, plenius ſcribitur. *m* De filiis] ideſt decem Tribubus, quas Reges Aſſyriorum captivas ultra montes Caſpios captivaverunt. *n* Et venerunt] cum Eſdra.
o Menſe quinto] *Gloſſ. Bedæ*: Primo menſe cœpit Eſdras aſcendere de Babylone, & quinto cum filiis transmigrationis venit in Jeruſalem. Quatuor enim menſes iter de Babylonia in Jeruſalem complet: quia per quatuor libros Evangelii fidem, & Sacramenta veritatis diſcimus, quibus de captivitate diaboli, domino duce, exempti, ad libertatem filiorum Dei aſcendimus, & in eiſdem libris præcepta continentur operum, quorum quaſi greſſibus quotidianis ad ſuperna promiſſa veniamus.
p Septimus Regis.] Artaxerxis.
q Juxta manum] ideſt, regimen, & ducatum.
r Rex Regum] quia Monarcha erat.
ſ Doctiſſimo,] *Gloſſ.* Quia ad Regem fama pervenerat divinæ virtutis, per quam ille incenſam a Chaldæis legem, & eiſdem, quibus prius ſermonibus, quamvis alio litterarum charactere, noverit.
t Cuicumque] *Gloſſ.* Omnibus licentiam eundi tribuit, nullum ire compellit: Et Chriſtiani Principes nullum cogentes, ne ſit incerta voluntas fidei, omnibus quibus placuerit in regno ſuo Chriſtum colere permittunt.
u Septem Conſiliariorum] *Gloſſ.* In libro Eſther legitur moris fuiſſe Perſarum Regibus, ut in cunctis agendis vel decernendis ſeptem Sapientum conſilio uterentur. Septem Conſiliariis utuntur fideles, cum in omnibus, quæ faciunt, præcepta divinæ Scripturæ ſequuntur. De qua dicitur: Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum, ideſt, ſancta illuſtratione ſeptiformis ſpiritus perfectum.
y Ut feras] *Gloſſ.* Notanda fides & ſapientia Regis, & conſiliariorum ejus, qui dona ſua magis per illum, qui legem Dei in manu ſua habebat, ideſt, opere complebat, offerenda eſſe intelligebant.
x In manu tua,] *Interl.* Non ſolum in lingua, quia cœpit Jeſus facere, & docere. *Gloſſ.* Mirum, quod invenitur verbum in epiſtola Artaxerxis, quo Prophetæ ſolent uti, cum dicit, legem Dei eſſe in manu ſervi illius. Scriptum eſt enim: Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ. Et Dominus fecit, quod locutus eſt in manu ſervi ſui Eliæ. Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael, & in Juda per manum omnium Prophetarum, quia ſcil. Prophetæ non minus operando quam loquendo, quæ Dei ſunt, prædicabant.
z Et populus] *Gloſſ.* Nota, nonnullos Sacerdotes in Babylonia cum reſiduis populi remanſiſſe.
a Studioſe eme] *Gloſſ.* Hac de cauſa data eſt pecunia.
b Sacrificia] *Gloſſ.* quæ ſcil. de frugibus terræ offerebantur, ut panis, ſimila, ſpicæ. *c* Libamina] *Gloſſ.* quæ

de vino, & aliis liquidis.

a Et a me,] i. mea auctoritate, & propria voluntate.

b Arcæ publicæ,] idest fisci.

c Talenta,] *Beda*: Talentum triplicis mensuræ esse traditur. Minimum librarum quinquaginta: medium librarum sexaginta duarum: summum librarum centum viginti. Primum est institorum. Secundum civium. Tertium sanctuarii.

D

d Bathos] Bathus & Ephi eadem mensura est, sed Bathus liquidorum, Ephi aridorum. Corus continet 30. modios, ut dicitur *Ezechiel.* 45.

e Usque ad, &c.] Sed nonne supra dixerat, quantumcumque necesse est? Quomodo ergo hic ponit certam mensuram? Respondeo: Licet hic ponat certam mensuram, & certum pondus, non tamen negat, quin plus accipiat, si necesse fuerit.

f Imponendi, &c.] idest super Sacerdotes, & Levitas, qui ascenderant in Judæam. Idem legitur *Gen.* 47. quod tota Ægyptus solveret regi quintam partem segetum; sola terra Jesseu, quæ erat Sacerdotum, libera fuit. Ex hoc patet, quod hic dicitur, quod omnes, qui

A

in Babylonia remanserunt, etiam Sacerdotes, & Levitæ, tributa solvebant. Illi autem, qui ascenderunt, liberi fuerunt. Unde *Beda in Glossa* dicit: Discreta provisione rex fecisse cognoscitur, ut qui divino servitio semper erant occupati, a suo famulatu essent liberi, &

B

qui in terra nihil proprium possidebant, sed ex decimis populi vivebant, nemo ex eis tributa exigeret.

g Tu autem Esdra] Repetit idem, quod supra dixerat quasi ad confirmationem, ita vult *Glossa Bedæ*.

h Omni populo,] idest, ad utilitatem omnis populi.

i Trans flumen,] Euphratem.

C

k Docere libere.] Argumentum, quod pro scholarum regimine nil exigendum est.

l Legem Regis] scilicet, decreta, & statuta ejus.

m Judicium] scil. condemnationis.

altare templi Dei vestri, quod est in Jerusalem. Sed & si quid tibi, & fratribus tuis placuerit, de reliquo argento, & auro, ut faciatis juxta voluntatem Dei vestri, facite. Vasa quoque, quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei Jerusalem. Sed & cetera, quibus opus fuerit in domo Dei tui, quantumcumque necesse est, ut expendas, dabis de thesauro, & de fisco regis. Et *a* a me, ego Artaxerxes rex statui, atque decrevi omnibus custodibus *b* arcæ publicæ, qui sunt trans flumen, ut quodcumque petierit a vobis Esdras Sacerdos scriba legis Dei cœli, absque mora detis, usque ad argenti *c* talenta centum, & usque ad frumenti coros centum, & usque ad vini *d* bathos centum, & usque *e* ad bathos olei centum, sal vero absque mensura. Omne, quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli, ne forte irascatur contra regnum regis, & filiorum ejus. Vobis quoque notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, cantoribus & janitoribus, Nathinæis, & ministris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem *f* imponendi super eos. *g* Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quæ est in manu tua, constitue judices, & præsides, ut judicent *h* omni populo, qui est *i* trans flumen, his videlicet, qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos *k* docete libere. Et omnis, qui non fecerit legem Dei tui, & *l* legem Regis diligenter, *m* judicium erit de eo, sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiæ ejus, vel certe in carcerem. Et dixit Esdras scriba: *n* Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis, ut glorificaret domum Domini, quæ est in Jerusalem, & in me inclinavit misericordiam suam coram rege, & consiliatoribus ejus, & universis principibus Regis potentibus. Et ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel principes, qui ascenderunt mecum.

C A P. VIII.

HI *o* sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt *p* mecum in regno Artaxerxis regis, & de Babylone. *q* De filiis *r* Phinees, Gerson. De filiis *s* Ithamar, Daniel. De filiis *t* David, Athus. De filiis Sechenias, & de filiis Pharos, Zacharias, & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta, De filiis *u* Pheth-Moab, Elioenai *x* filius † Zareæ, & cum eo ducenti viri. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, & cum eo trecenti viri. De filiis Addan, Nabeth filius Jonathan, & cum eo quinquaginta viri. De filiis Helam, Isaias filius Athaliæ, & cum eo septuaginta viri. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael, & cum eo octoginta viri. De filiis Joab, Obedia filius Jehihel, & cum eo ducenti decem & octo viri. De filiis Selimoth, filius Josphiæ, & *y* cum eo centum sexaginta viri. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo vigintiocto viri. De filiis Ezead, Johannam filius Ezethan, & cum eo centum decem viri. De filiis Adonicam, qui erant novissimi, & hæc nomina eorum, Helipheleth, & Helihel, & Samajas, & cum eis sexaginta viri. De filii Begui, Uthai, & Zacchur, cum eis septuaginti viri. *z* Congregavi autem eos ad fluvium, qui decurrit *a* ad Hauva, & mansimus ibi diebus tribus. Quæsivique in populo, & in Sacerdotibus de filiis Levi, & non inveni ibi. Itaque misi Helizer, & Ariel, & Semejam, & Helnathan, & Jarib, & alterum Helnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes, & Joarib & Helnathan, sapientes, & misi eos ad Heddo qui *b* primus in *c* Casfiæ loco. Et posui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Heddo, & ad fratres ejus Nathinæos in loco Casfia, ut

n Benedictus Dominus Deus patrum, nostrorum, qui dedit, &c.] *Gloss.* Esdras accepta Epistula, in laudem Dei prorupit.

E X P O S I T I O

CAP. VIII.

HI *o* sunt principes familiarum,] *Gloss.* diligenter principes, qui secum de Babylone ascenderant, enumerat, & genealogiam eorum explicat: Numerum quoque eorum adjungit, qui ad 1440. pervenit. Sed hoc videtur falsum, quia major numerus invenitur simul collectis omnibus, qui hic numerantur. Et ego nescio quid *Beda* cogitaverit hic dicendo hoc, nisi mystice intelligatur. Et forte idem significatur hic per hunc numerum, quod in *Apocalypsi* per centum quadragintaquatuor millia, Unde hic sequitur *in Gloss.* Innuens quod nomina eorum, qui de confusione mundi ascenderunt, in libro vitæ scripta sunt.

3. Esdr. 8.

p Mecum] Verba sunt Esdræ.

q De filiis] idest, posteris.

r Phinees] Non fuit iste filius Eleazari, sed alius.

s Ithamar,] Non fuit iste filius Aaron, sed alius. *t* David] Non Regis, sed alterius.

Apo. 7.

u Pheth-Moab,] una dictio est. *x* Filius Zareæ,] Illum ex parte duorum parentum numerat, quia *y* Cum eo centum sexaginta viri.] Hebræus habet. Et cum eo centum viginti viri.

† al. Azariæ.

z Congregavi autem] *Gloss.* Opportune antequam tantum iter inciperet, copiam sibi ministrorum domus Dei providit, per quos Jerosolymam veniens, quæ in templi usus necessaria sunt, perficeret.

a Ad Hauva,] vel Hanna. Et ad, est præpositio. Littera verior est ad Hauva. Et est Hauva fluvius idem secundum Josephum quod Euphrates. Forte aliquis rivus cui adjungitur alius fluvius, & ubi illi fluvii conjunguntur, ibi isti congregati fuerunt.

b Primus] idest, major inter eos.

c In Casfiæ loco,] i. ultra montes Caspios.

a Mini-

adducerent nobis *a* ministros domus Dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filii Mooli, filii Levi, filii Israel, & Sarrabiam, & filios ejus, & fratres ejus decem, & octo, & Asabiam & cum eo Isaiam de filiis Merari, fratresque ejus, & filios ejus viginti. Et de Nathinæis quos dederat David, & principes ad ministeria Levitarum, Nathinæos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur. Et *b* prædicavi ibi jejunium juxta fluvium Hauva, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, universæque substantiæ nostræ. Erubui enim petere a rege auxilium, & equites, qui defenderent nos ab inimico in via, quia dixeramus regi. Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate, & imperium ejus, & fortitudo ejus, & furor super omnes, qui derelinquunt eum. Jejunavimus autem & rogavimus Deum nostrum pro hoc, & evenit nobis prospere. Et separavi de principibus Sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Asabiam, & cum eis de fratribus eorum decem. *b* Appendique eis argentum, & aurum, & vasa consecrara domus Dei nostri, quæ obtulerat *c* rex, & consiliatores ejus, & principes ejus, universusque Israel eorum, qui *d* inventi fuerant. Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri vero centum talenta, & crateres aureos viginti, qui habebant solidos millenos, & vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum. Et dixi eis. *e* Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentum, & aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrum nostrorum. Vigilate, & custodite, donec *f* appendatis coram principibus Sacerdotum, & Levitarum, & ducibus familiarum Israel in Jerusalem in thesaurum domus Domini. *g* Susceperunt autem *h* Sacerdotes, & Levitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, ut deferrent in Jerusalem in domum Dei nostri. *i* Promovimus ergo a flumine Hauva duodecimo die mensis primi, ut pergeremus Jerusalem, & *k* manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici, & insidiatoris in via. Et venimus Jerusalem, & mansimus ibi diebus tribus. Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum Remoth filii Uriæ Sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, *l* cumque eis Jozaded filius Josue, & Noadaja filius Bennoi, Levitæ juxta numerum, & pondus *m* omnium. Descriptumque est omne pondus in tempore illo. *n* Sed & qui venerant de captivitate filii transmigrationis, obtulerunt holocaustomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonagintasex, agnos septuagintaseptem, hircos pro peccato duodecim omnia in holocaustum Domino. *o* Sederunt autem edicta *p* regis Satrapis, qui erant de conspectu regis, & ducibus trans flumen, & *q* elevaverunt populum, & domum Dei.

C A P. IX.

POSTQUAM *r* autem hæc *s* completa sunt, accesserunt ad me principes dicentes: Non est separatus *t* populus Israel, *u* & Sacerdotes, & Levitæ a populis terrarum, & *x* de habitatoribus eorum, Chananæi videlicet, Hethæi, & Pherezæi, Jebusæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorrhæorum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, & filiis suis, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. *y* Manus etiam principum, & magistratuum fuit in transgressione hac prima. *z* Cumque audissem sermonem istum, *a* scidi pallium meum, & tuni-

a Ministros.] Levitas, scilicet, qui possent ministrare in domo Dei.

b Et prædicavi.] *Gloss. Bedæ.* Datur nobis exemplum Jejunandi, & orandi, cum aliquid magnæ virtutis incipere volumus: Et quia nunquam fida in Dominum fallitur spes, neque fieri potest, ut quod justum a pio auxiliatore, per continentiam, & orationem cum fide quærimus, non impetremus. Sed nota, quod jejunium præcedit hic orationem, quia ut dicit *Gloss.* Oportet enim ut quicumque ad deprecandum misericordiam Domini ingreditur primo se continentius vivendo dignum exaudiri præbeat, & sic oret, & prospere eventura quæ postulat, nec dubitet.

D

b Appendi,] idest, sub certo pondere tradidi.

c Rex] Artaxerxes.

d Inventi] in Babylonia, qui scilicet non ascenderent.

e Vos sancti.] Littera inordinata est. Unde sic facienda est constructio: Vos sancti Domini, idest, sanctificati ut ministretis Domino, vigilate, & custodite vasa sancta, & argentum, & aurum, quod sponte oblatum est.

E

f Appendatis,] idest, ad pondus reddatis in Jerusalem.

g Susceperunt,] ab Esdra.

h Sacerdotes,] qui volebant ascendere cum Esdra.

i Promovimus.] *Gloss. Bedæ.* Omnia plena sunt mysteriis. *Supra* enim legitur, quod prima die mensis cœperunt ascendere de Babylone, nunc dicitur, quod duodecimo ejusdem mensis die promoverunt a flumine Hauva. Primo ergo die mensis de portis Babyloniæ exierunt, sed usque ad duodecimum diem juxta memoratum flumen expectabant, donec Levitæ, & Nathinæi de Casfia venirent, & seipsos ob pericula longi itineris, diutius jejunando, & orando, Domino commendarent.

k Manus Dei,] idest, protectio, & regimen.

l Cumque eis,] idest, & cum eis.

m Omnium,] qui portabant.

F

n Sed, & qui venerant de captivitate filii transmigrationis, &c.] Alii Levitis, & Sacerdotibus. *Gloss. Bedæ.* Magna devotio, & religio ostenditur, cum pervenientes ad templum, primum omnium holocausta offerunt, non tantum pro seipsis, sed etiam pro omni Israel, idest, pro illis, qui jam domum reversi fuerant, & pro his, qui adhuc exulabant.

o Sederunt,] idest, placuerunt. Vel dederunt, & tunc planum est.

p Regis] Artaxerxis.

q Elevaverunt.] *Gloss.* Honorificaverunt auctoritate regia, qua Esdras sublimatus est.

E X P O S I T I O

C A P. IX.

POstquam *r* autem.] Nota Historiam. Illi qui primo venerant de captivitate sub Jesu, & Zorobabel, uxores proprias abjecerunt: quia labore, & paupertate infirmatæ, & deformatæ erant, & alienigenas pulchriores, & ditiores superduxerunt, & ita transgressi sunt mandatum Domini, ut dicitur *Malachiæ* 2. Principes autem, qui secunda vice cum Esdra de Babylone venerant, videntes, quod per seipsos non possent tantum facinus vindicare, retulerunt hoc ad Archiepiscopum, ut dicit *Beda*, idest, ad Esdram, qui prædicavit eis, & uxores alienigenas dimitti fecit.

C

s Completa sunt.] *Gl. Bedæ.* Hæc transgressio *in Malachia Propheta cap.* 2. manifeste descripta, & prophetica auctoritate redarguta est.

t Populus Israel] ductus fuit in captivitatem, duæ Tribus pristino sunt vocatæ nomine Israel indifferenter, ut dicit *Gloss.*

u Et Sacerdotes & Levitæ, &c.] quasi dicat, uxores alienigenas acceperunt.

3. *Esdræ.*

A

x De habitatoribus.] Aliqui habent, de abominationibus.

y Manus etiam Principum, & Magistratuum fuit, &c.] *Gloss.* De quorum numero intelliguntur principes fuisse, qui hoc facinus ad Esdram referentes, corrigere curaverunt.

z Cumque audissem sermonem istum.] Loquitur Esdras.

a Scidi pallium meum &c.] *Gloss.* Lugubri habitu dolorem cordis significat, ut velocius scilicet animos omnium ad pœnitentiam provocaret.

cam, & † evelli capillos capitis mei, & barbæ, & sedi *a* mœrens. *b* Convenerunt autem ad me omnes *c* qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum, qui de captivitate venerant, & ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio, & tunica, curvavi genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum, & dixi: *d* Deus meus, confundor, & erubesco levare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creverunt usque ad cœlum, a diebus patrum nostrum. Sed & nosipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc. In iniquitatibus nostris traditi sumus *e* ipsi, & reges nostri, & Sacerdotes nostri, in manu regum terrarum, & in gladium, & in captivitatem, & in *f* rapinam, & in *g* confusionem vultus, sicut & *h* die hac. Et nunc quasi parum, & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitterentur nobis *i* reliquiæ, & daretur *k* pax illius in *l* loco sancto ejus, & illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in *m* servitute nostra, quia servi sumus, & in *n* servitute nostra non dereliquit nos Deus noster, & inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, & sublimaret Domum Dei nostri, & extrueret *o* solitudines ejus, & daret nobis spem in *p* Juda, & Jerusalem. Et nunc quid dicemus, Domine Deus noster post hæc? Quia dereliquimus *q* mandata tua, quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens: Terra ad quam vos ingredimini, ut possideatis eam, terra immunda est, juxta immunditiam populorum, ceterarumque terrarum, abominationibus eorum, qui repleverunt eam *r* ab ore usque ad os in coinquinatione sua. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, *ſ* & filias eorum ne accipiatis filiis vestris, & non quæratis *t* pacem eorum & prosperitatem eorum, *u* usque in sempiternum, ut confortemini, & comedatis, quæ bona sunt terræ, & hæredes *x* habebitis filios vestros usque in sæculum. Et post omnia, quæ venerunt *y* super nos in *z* operibus nostris pessimis, & in *a* delicto nostro magno, *b* quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem *c* sicut est hodie, ut *d* non converteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominationum *e* istarum. Numquid iratus es nobis usque *f* ad consummationem, *g* ne dimitteres nobis reliquias, & salutem? Domine Deus Israel, *h* justus tu, quoniam non *i* derelicti sumus, qui salvaremur sicut k hac die. Ecce *l* coram te sumus delicto nostro. *m* Non enim stari potest coram te super hoc.

C A P. X.

SIC ergo orante Esdra, & implorante Deum, & flente, & jacente ante templum Dei, *n* collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis *o* virorum, & mulierum, puerorumque. Et flevit populus multo fletu. Et respondit *p* Sechenias filius Jehiel de filiis Helam, & dixit Esdræ: Nos prævaricati sumus in Deum nostrum, & duximus uxores alienigenas de populis terræ. Et *q* nunc si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro, ut projiciamus universas uxores, & eos, qui de his nati sunt. Juxta voluntatem Domini, & eorum, qui timent præceptum Domini Dei nostri, secundum legem fiat. *r* Surge, tuum est discernere, nosque erimus tecum. Confortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adjuravit

al. † evulsi. *a* Mœrens,] *Gl.* docens per lamenta pœnitentiæ veniam esse impetrandam. *b* Convenerunt.] *Gl.* Nota, quantum exempla Doctorum juvant: Nihil scribitur Esdras locutus esse, sed tantum audito scelere lacrymasse, & turbam ad se fidelium, non vociferando, sed lacrymando traxisse. *c* Qui timebant.] Qui non peccaverant, sed de peccatis fratrum suorum dolentes, pœnitentiam faciebant, infra convenerunt & illi, qui peccaverunt. *d* Deus meus] *Gl.* Paravit se per compunctionem cordis, & afflictionem corporis, ut dignus efficeretur auditu supernæ pietatis. Et in hæc verba orationis prorupit: Deus meus &c. Curvans autem genua, expandit manus, & effundit preces in tempore sacrificii vespertini, sciens sacrificium esse gratius, quod fit in spiritu humilitatis, & in animo contrito, quam quod carnibus, & sanguine pecudum offertur.

e Ipsi] nos. *f* In rapinam,] quoad res.
g In confusionem] propter opprobria. *h* In die hac,] supple patet.
i Reliquiæ,] idest, duæ Tribus. *k* Pax illius,] scil. Dei, idest, a Deo. *l* In loco,] idest, in Judæa.
m In servitute nostra.] Hoc dicit, quia reddebant tributum præter Sacerdotes, qui ascenderant, ut supra dictum est.
n In servitute,] Babylonica scilicet.
o Solitudines,] idest, ruinas civitatis, & templi.
p In Juda, & Jerusalem] quasi dicat, per hoc quod reduxit nos de Babylonia, speramus, quod plura beneficia conferat nobis.
q Mandata tua,] ut scilicet non ducerent uxores alienigenas. Hoc enim præcepit *Deut.* 7.
r Ab ore usque ad os] idest, a summo usque ad summum. Modus loquendi est. Simile *Regum* 7. A labio usque ad labium, idest, ab una parte labii usque ad aliam partem.
ſ Et filias eorum,] non conversas ad Judaismum.
t Pacem,] ad vos.
u Usque in sempiternum,] idest, numquam quæratis.
x Habetis] vel habeatis.

y Super nos,] opprimendo.
z In operibus,] idest, propter opera nostra.
a In delicto,] idest, propter delictum.
b Quia tu liberasti,] inquam, quid tu Deus noster, &c. de iniquitate, & de pœna iniquitatis.
c Sicut est hodie.] Supple, apparet.
d Ut non,] ad vomitum.
e Istarum,] vel tuarum.
f Ad consumptionem.
g Ne dimitteres,] id est, ne salvares duas Tribus.
h Justus tu.] *Gloss.* in operibus tuis, non autem iniquis.
i Non derelicti sumus] idest, adhuc existunt reliquiæ de nobis.
k Hac die,] scilic. apparet.
l Coram te] scilic. qui omnia vides. *Hebr.* 4. Omnia nuda sunt, & aperta oculis ejus, ad quem nobis sermo.
m Non enim,] idest, ita palam est, quod non potest negari peccatum nostrum.

E X P O S I T I O

C A P. X.

SIc ergo orante, &c.] *n* Collectus est, &c.] *Gloss.* fructus scil. orationis, & lamentationis Esdræ.
o Virorum.] *Gloss.* qui scilic. peccaverant, pœnitentiam agentes, vel qui in castitate permanserant de casu fratrum dolentes.
p Sechenias.] *Glossa.* Hinc dicit *Joseph.* primum Jerosolymitarum, qui [ut principem decet] maxima auctoritate mox intentionem Esdræ juvabat, populum secum peccasse confitendo, & pœnitentiam suadendo abjectis uxoribus alienigenis cum liberis suis. 3. Esdr. 8.
q Et nunc si pœnitentia est Israel,] idest, si populum pœnitet hujus peccati.
r Surge, tuum est discernere] *Gloss.* Decenter docet, quomodo sit apud majores consilio agendo, ut scilicet quisque pro sensu suo, quod optimum intellexerit, vel intellexisse videbitur, sibi dicat, & tamen ei, qui præest, discernendi locum relinquat, paratus obtemperare omnibus, quæ illi secundum voluntatem

principes Sacerdotum, & Levitarum, & omnem Israel, ut *a* facerent secundum verbum hoc. Et juraverunt. Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abiit ad cubiculum Johannam filii *b* Eliasib, & ingressus est illuc. *c* Panem non comedit, & d aquam non bibit. Lugebat enim transgressionem eorum, qui de captivitate venerant. Et missa est *e* eorum vox in *f* Juda, & Jerusalem, omnibus aliis *g* transmigrationis, ut congregarentur in Jerusalem, & omnis, qui non venerit in tribus diebus juxta consilium principum, & seniorum, auferetur universa substantia ejus, & ipse *h* abjicietur de cœtu transmigrationis. *i* Convenerunt igitur omnes viri Juda, & Benjamin in Jerusalem tribus diebus. Ipse *k* est mensis nonus, vicesimo die mensis, & sedit omnis populus in *l* platea domus Dei, trementes pro peccato, & pluviis: Et surrexit Esdras Sacerdos, & dixit ad eos: Vos transgressi estis, & duxistis uxores alienigenas, ut adderetis super delictum Israel. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum ejus, & separamini a populis terræ, & ab uxoribus alienigenis. Et respondit universa multitudo, dixitque voce magna: Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat. Verumtamen, quia populus multus est, & tempus pluviæ, & non sustinemus stare *m* foris, & opus non est diei unius, vel duorum, vehementer quippe peccavimus in *n* sermone isto, constituantur principes in universa multitudine, & omnes in civitatibus nostris, qui duxerunt uxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & *o* cum his seniores per civitatem, & judices ejus, donec avertatur ira Dei nostri a nobis super peccato hoc. Igitur *p* Jonathan filius Asael, & Jaazia filius Thecue, steterunt *q* super hoc, & Mosollam, & Sethethai Levites adjuverunt eos. Feceruntque sic filii transmigrationis. Et abierunt Esdras Sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per *r* nomina sua, & sederunt in die primo mensis *s* decimi, ut quærerent *t* rem. *u* Et consummati sunt omnes viri, qui duxerunt uxores alienigenas usque ad diem primam *x* mensis primi. Et *y* inventi sunt de filiis Sacerdotum, qui duxerunt uxores alienigenas. De filiis *z* Josue, filii Josedech, & fratres ejus, Maasia, & Eliezer, & Jarib, & Godolia. Et *a* dederunt manus suas, ut ejicerent uxores suas, & pro delicto suo *b* arietem de ovibus offerrent. Et de filiis Semmer, Annani, & Zebedia. Et de filiis Serim, Masia, & Helia, & Semeja, & Jehihel, & Ozias. Et de filiis Phersur, Helioenai, Maasia, Ismael, Nathanael, Josabeth, & Helesa. Et de filiis Levitarum, Josabeth, & Semei, & Celaja, ipse est Calitha, Phathaja, Juda, & Eliezer. Et de cantoribus Eliasib, & de Janitoribus Sellum, & Thelem, & Uri. Et *c* ex Israel, de filiis Pharos, Remeja, & Exia, & Melchia, & Miamin, & Eliezer, & Melchia, & Banea. Et de filiis Helam, Mathania, Zacharias, & Hiehil, & Abdi, & Jerimoth, & Helia. Et de filiis Zethua, Helioenai, Eliasib, Nathania, & Hierimuth, & Zabet, & Aziza. Et de filiis Bebai, Johannam, Anania, Zabbai, Athalia. Et de filiis Beni, Mosollam, Melluch, & Adaja, Jasub, & Saal, & Ramoth. Et de filiis Phetmoab, Edna, & Chalaal, Banajas, Maasias, Mathanias, Beseleel, & Bennui, & Manasse. Et de filiis Erem, Eliezer, Jesue, Melchies, Semejas, Simeon, Benjamin, Maloch, Samarias. Et de filiis Asom, Mathanai, Matheth, Azabeth, Elipheleth, Jermai, Manasse, Semei. De filiis Bani, Maaddi, Amram, & Huel Baneas, & Badajas, Cheliau Banni, Amiramuth, & Eliasib, Mathanias, Mathanai, & Jasi, & Bani, & Bennui Somei, & Salmias, & Nathan, & Adajas, Mechne, Dabaja, Sisai, Sarai, Ezrel, & Selemau, & Semeria, Sellum, Amaria, Joseph. De filiis Nebui Ahihel, Mathathias, Zabetd Zabina Jeddu, & Johel Bannai. Omnes hi acceperunt uxores alienigenas, & *d* fuerunt ex eis mulieres, quæ pepererant filios.

Explicit Liber Esdræ primus.

...mentum Dei decreverunt.

a Ut facerent,] idest, projicerent uxores, & filios earum.

b Eliasib.] *Gloss* qui tunc Sacerdos erat. Post Jesum filium Josedech, Joachim filius ejus summo sacerdotio functus est.

c Panem,] idest, cibum.

d Aquam,] idest, potum. *Gloss. Bed.* Hic habent exemplum Sacerdotes, non solum flendi, & orandi, sed etiam jejunandi pro his, qui peccaverunt. Beati enim qui propria peccata lugent, quia accepta remissione, consolantur, sed beatiores, qui aliena deflent.

e Eorum vox,] idest, Esdræ, & Johannam.

f In Juda,] &c. idest, in sorte Judæ, & Benjamin.

g Filiis,] idest, qui venerant de captivitate.

h Rejicietur.] exemplum excommunicationis.

i Convenerunt, &c.] *Gloss.* Patet, omnes, qui alienigenas uxores duxerunt, de his Tribubus fuisse, quæ per Jesum, & Zorobabel rediere.

k Ipse est] *Gloss. Bed.* qui ab Hebræis Casleu; a Romanis vocatur December, qui est in medio hyemis, pluvialis, & tempestuosus.

l In platea, &c.] *Gloss.* idest, circa atrium Sacerdotum, quo ipsa domus undique cingebatur, habens circa se ex omni parte per quadrum ædes atriorum amplissimas, in quibus etiam populus, quando pro pluvia opus erat, intrabat, vel stare poterat, & videre ea, quæ in templi januis gerebantur, vel circa templum. Habebant enim interiores parietes juxta terram, pro columnis factos exteriores solidos.

m Foris] ad pluviam.

n In sermone isto,] id est, in re hujus sermonis.

o Et his,] scilicet principibus.

p Igitur Jonatham, &c.] Isti fuerunt principes.

q Super hoc,] id est, ad faciendum hoc.

r Per nomina] id est, sigillatim.

s Mensis decimi,] id est, Januarii.

t Rem] hanc.

u Consummati sunt,] idest, congregati perfecte.

x Primi,] Nisan, scil. Aprilis.

y Et inventi sunt.] *Gl. Bedæ.* Aptant Hebræi huic loco illud Zachariæ Prophetæ 3. Et ostendit mihi Dominus Jesum Sacerdotem magnum, &c. Et paulo post: Et Jesus indutus erat sordidis vestibus, &c. Quod tripliciter exponitur. Vel ob conjugium illicitum: quia cum ceteris duxerat alienigenam uxorem, vel rem, vel ob peccata populi, vel propter squalorem captivitatis.

z Josue,] idest, Jesu Sacerdotis.

a Et dederunt,] idest, concesserunt.

b Arietem.] Ad innuendum, quod cum deberent esse duces populi, peccaverunt. Sed contra: *Levit.* 4. præcipitur, ut pro peccato Sacerdotis, & Synagogæ vitulus offeratur: igitur hic arietem obtulerunt? Respondeo: Quia hoc peccatum fuit speciale.

c Et ex Israel de filiis Pharos, Remeja, & Exia, &c.] idest, ex decem Tribubus.

d Et fuerunt,] quasi dicat. Non solum illæ relictæ fuerunt, quæ non genuerant filios, sed etiam illæ, quæ pepererant filios, de quibus minus videretur.

Explicit Postilla libri Esdræ primi.

REVE-

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super II. librum Nehemiæ, alias Esdræ.

EXPOSITIO CAP. I.

VErba *a* Nehemiæ.] Qui interpretatur consolator Dominus, vel consolator missus a Domino, significat Christum. Hucusque prosecutus est Esdras facta Zorobabel, & Jesu de reductione captivitatis, & sua similiter: Nunc intendit prosequi facta Nehemię, qui muros Jerusalem reparavit, & populum ab hostibus liberatum, in divinæ legis observantia sublimavit. Et expone. [Verba,] idest, sermones, & opera.

b In mense Casleu.] Iste est December, nonus mensis apud Hebræos, apud nos ultimus.

A

c Anno vicesimo,] sc. regni Artaxerxis: Qui annus notabilis est: quia ab illo incipiunt computari septem hebdomadæ Daniel, ut dicit *Beda super Daniel. 9.*

Deut. 9. Ism. 9.

B

d Et ego.] Verba sunt Nehemiæ.

e In Susis.] *Gloss.* Susis metropolis est Persarum, sed tanta firmitate, ut castrum esse videatur. Et interpretatur equitatio, vel revertentes.

f De fratribus,] idest, contribulibus.

g Ex Juda,] idest, de Judæa venit.

h Qui remanserant,] idest, de duabus Tribubus, quæ a Babylone in Jerusalem redierant.

i Et de Jerusalem] supple interrogavi.

k Et dixerunt mihi.] *Gloss. Bedæ.* Patet litteræ sensus: Qui enim remanserant de captivitate, etsi in pace versari videbantur, amico eis existente Rege Persarum, quibus paulo ante Esdram, cum Epistolis miserat, qui haberet potestatem in regione trans flumen, tamen in magna afflictione mentis erant, & opprobrio hostium: quia adhuc sanctæ civitatis murus erat dissipatus.

C

l Qui remanserunt] in Jerusalem.

m Et derelicti sunt, &c.] idest, redierant de Babylone.

n In provincia,] scil. Judæa.

o In afflictione magna sunt,] mentis, ut dicit *Interl.* etsi in pace videantur esse.

p In opprobrio] hostium.

q Dissipatus est, & portæ ejus combustæ] idest, nondum reædificatus, & portæ, quia combustæ fuerant a Nabuchodonosor, & nondum reparatæ. Notabile est, quod prius est civitas ædificata, quam portæ, & muri.

r Cumque audissem, &c.] *Gloss.* Si vir sanctus audiens destructa lapidum, & lignorum ædificia, recte lugebat, jejunabat, orabat, diu sedens in tristitia, quanto magis in destructione, & ruina animarum.

s Flevi] oculis, *t* Luxi diebus multis] corde.

u Ante faciem Dei,] idest, in templo.

x Pactum,] idest, promissum.

y Misericordiam cum his, &c.] quia plus reddit, quam promittitur.

Deut. 30.

z Et confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi, &c.] idest, peto veniam pro peccatis filiorum Israel. *a* Peccavimus. Ecce confessio.

D

b Vanitate seducti sumus, & non custodivimus, &c.] idololatria.

c Præcepisti Moysi.] *Deuter.* 24.

d Abducti fueritis, &c.] Hoc in *Deuter.* 30.

e Nomen meum ibi,] idest, invocatio nominis mei.

f Servi tui,] sunt, scilicet.

g Redemisti, &c.] id est, liberasti de Ægyptiaca servitute, & Babylonica.

h In manu tua valida] idest, potentia.

i Auris tua.] misericordiæ.

k Servum tuum, &c.] idest, me.

l Virum hunc, scilicet Artaxerxem.

m Ego enim eram pincerna.] Verba sunt Nehemiæ, & est antiphora. Posset enim aliquis quærere: Quid ad te de viro hoc? Respondet: Multum. Ego enim, &c.

n Regis] Artaxerxis.

INCIPIT LIBER NEHEMIÆ. alias Esdræ secundus.

CAP. I.

VERBA *a* Nehemiæ filii Helchiæ. Et factum est in mense *b* Casleu, *c* anno vicesimo, *d* & ego eram in *e* Susis castro, & venit ad me Anani unus de fratribus meis ipse, & viri ex *g* Juda, & interrogavi eos de Judæis, qui *h* remanserant, & supererant de captivitate, & de *i* Jerusalem. Et *k* dixerunt mihi: Qui *l* remanserunt, & *m* derelicti sunt de captivitate, ibi in *n* provincia, in *o* afflictione magna sunt, & in *p* opprobrio, & murus Jerusalem *q* dissipatus est, & portæ ejus combustæ sunt igni. Cumque *r* audissem verba hujusmodi sedi, & *s* flevi, *t* luxi diebus multis, & jejunabam, & orabam *u* ante faciem Dei cœli, & dixi: Quæso Domine Deus cœli, fortis, magne, atque terribilis, qui custodis *x* pactum, & *y* misericordiam cum his, qui diligunt, & custodiunt mandata tua, fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, ut audias orationem servi tui, quam ego oro coram te hodie, & nocte, & die pro filiis Israel servis tuis, & *z* confitebor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt tibi. Et ego, & domus patris mei *a* peccavimus, *b* vanitate seducti sumus, & non custodivimus mandatum tuum, & cæremonias, & judicia, quæ *c* præcepisti Moysi famulo tuo. Memento verbi, quod mandasti Moysi servo tuo, dicens: Cum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos. Et si revertimini ad me, & custodiatis mandata mea, & faciatis ea, etiamsi *d* abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam in locum, quem elegi, ut habitaret *e* nomen meum ibi. Et ipsi *f* servi tui, & populus tuus, quos *g* redemisti in fortitudine tua magna, & in *h* manu tua valida. Obsecro, Domine, fit *i* auris tua attendens ad orationem servi tui, & ad orationem servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum, & dirige *k* servum tuum hodie, & da ei misericordiam ante *l* virum hunc, *m* Ego enim eram pincerna *n* Regis.

CAP. II.

FACTUM *o* est autem in mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum. Et levavi vinum, & dedi Regi, & eram quasi languidus ante faciem ejus. Dixitque mihi Rex: Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? Non est hoc *p* frustra, sed malum (nescio quid) in corde tuo est. Et *q* timui valde, ac nimis, & dixi Regi: Rex in *r* æternum vive. Quare non mœreat vultus meus, quia *s* civitas domus *t* sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ ejus *u* combustæ sunt igni? Et ait mihi Rex: Pro qua re postulas?

EXPOSITIO CAP. II.

FActum *o* est autem in mense Nisan.] *Gloss. Bedæ*, qui est primus mensis anni, secundum Hebræos, ubi semper Pascha celebrant, quem nos Aprilem dicimus, quod ergo supra dixit: quia luxit, jejunavit, & oravit diebus multis, patet, quia quatuor continuis mensibus, scilicet nono, decimo, undecimo, & duodecimo, sacræ devotioni institit expectans, quando posset regi opportune intimare desiderium suum.

A

p Frustra, &c.] i. sine causa. *q* Et timui valde &c.] dicit Nehemias.

r In æternum,] idest, diu juxta illud: Serviet æternum, qui parvo nesciet uti. Vel converso, & bono facto optat vitam æternam. Argumentum est, quod debemus blande loqui magnatibus. *s* Civitas] scil. Jerusalem.

t Sepulchrorum patris,] idest, sepulchri.

u Combustæ, &c.] Nondum reparatæ erant.

a Et

ſtulas? Et *a* oravi Deum cœli, & dixi ad regem: Si videtur regi bonum, & ſi placet *b* ſervis tuis ante faciem tuam, ut mittas me in Judæam ad civitatem ſepulchri patris mei, & ædificabo eam. Dixitque mihi rex, & regina, quæ ſedebat juxta eum. Uſque ad quod tempus erit iter tuum? & quando *c* reverteris? Et placuit ante vultum regis, & miſit me, & conſtitui ei *d* tempus. Et dixi regi: Si regi videtur bonum, epiſtolas det mihi ad duces regionis trans flumen, ut tranſducant me, donec veniam in Judæam, & epiſtolam ad Aſaph cuſtodem ſaltus regis, ut det mihi ligna, & tegere poſſim *e* portas templi *f* domus, & muri civitatis, & domum, quam ingreſſus fuero. Et dedit mihi Rex, juxta *g* manum Dei mei bonam mecum. Et veni ad duces regionis trans flumen, dedique eis epiſtolas regis. Miſerat autem mecum rex principes militum, & equites. Et audierunt *h* Sanaballat Horonites, & Tobias ſervus Ammanites, & contriſtati ſunt afflictione magna, quod veniſſet homo, qui quæreret proſperitatem filiorum Iſrael. Et veni Jeruſalem, & eram ibi tribus diebus. Et ſurrexi nocte ego, & viri pauci mecum. Et non indicavi quicquam, quid *i* Deus dediſſet in corde meo, ut facerem in Jeruſalem, & jumentum non erat mecum, niſi *k* animal, cui ſedebam. Et egreſſus per *l* portam vallis nocte, & *m* ante fontem draconis, & ad *n* portam ſtercoris, & conſiderabam murum Jeruſalem diſſipatum, & portas ejus conſumptas igni. Et tranſivi ad portam *o* fontis, & ad aquæductum regis, & *p* non erat locus jumento, cui ſedebam, ut tranſiret. Et aſcendi per torrentem nocte, & *q* conſiderabam murum, & reverſus veni ad *r* portam vallis, & redii. *ſ* Magiſtratus autem neſciebant, quo abiiſſem, aut quid ego facerem. Sed & Judæis, & Sacerdotibus, & optimatibus, & Magiſtratibus, & reliquis, qui faciebant opus, uſque ad id *t* loci, nihil indicaveram. Et dixi eis: Vos noſtis afflictionem, in qua ſumus, quia Jeruſalem deſerta eſt, & portæ ejus conſumptæ ſunt igni. Venite, & ædificemus muros Jeruſalem, & non ſimus ultra opprobrium. Et indicavi eis manum Dei mei, quod eſſet *u* bona mecum, & verba regis, quæ locutus eſt mihi, & ajo: Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorum in bono. Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias ſervus Ammanites, & Goſem Arabs, *x* ſubſannaverunt nos, & deſpexerunt, dixeruntque: Quæ eſt hæc res, quam facitis? Numquid contra Regem vos rebellatis? *y* Et reddidi eis ſermonem, dixique ad eos: Deus cœli ipſe nos juvat, & nos ſervi ejus ſumus. Surgamus, & ædificemus. Vobis autem non eſt pars, & *z* juſtitia, & memoria in Jeruſalem.

a Et oravi] Acceptis indiciis a Rege ad libere dandum, quid poſtularem.
b Servis tuis] ideſt, ſapientibus, qui ei ſemper aſſiſtebant. Unde ſubditur: Ante faciem tuam, ſupplendum eſt, qui aſſiſtunt.
c Et quando reverteris?] Hic apparet, quod Nehemias multum diligebatur a Rege.
d Tempus,] reverſionis.
e Portas templi] Quidam habent, portas turris domus, & eſt verior litera. Eſt autem utrobique conſtructio intranſitiva.
f Templi domus,] ideſt, domus, quæ eſt ipſum templum. Vel turris domus, ideſt turris, quæ eſt ipſa domus, ſcilicet, templum. Et vocatur templum turris, propter fortitudinem, & altitudinem, qua ceteris domibus præminebat.
g Manum Dei] ideſt, gratiam.
h Sanaballat, &c.] Iſti duo erant Samaritæ.
i Quid Deus] ideſt, quid propoſuiſſem facere.
k Animal,] equus ſuus, ſcilicet.
l Per portam vallis] ideſt, per quam erat exitus in vallem Joſaphat.
m Et ante fontem] ſupple veni.
n Ad portam ſtercoris] per quam efferebantur ſordes.
o Fontis,] Siloe ſcilic.
p Non erat locus] propter ruinas.
q Conſiderabam] per circuitum civitatis.
r Ad portam vallis,] per quam exierat.
ſ Magiſtratus] qui cum eo venerunt de Perſide.
t Uſque ad id loci] ideſt, uſque ad tunc. Et ponitur hic locus pro tempore, ſicut adverbium locale pro adverbio temporali. Vel ſic: Reliquis, qui faciebant opus, uſque ad id locorum, ideſt, uſque ad illum, quem proſpexeram, illis inquam nihil indica.
u Bona] nobis.
x Subſannaverunt] ideſt, deriſerunt.
y Et reddidi] dicit Nehemias.
z Et juſtitia,] quaſi dicat, nihil pertinet ad vos de ædificio civitatis, & ideo non eſt veſtrum juvare nos, vel impedire.

C A P. III.

ET *a* ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus, & fratres ejus, Sacerdotes, & ædificaverunt *b* portam gregis. Ipſi *c* ſanctificaverunt eam, & ſtatuerunt *d* valvas ejus, & uſque *e* ad turrim centum cubitorum ſanctificaverunt eam, uſque ad turrim *f* Ananeel. Et *g* juxta eum ædificaverunt viri Jericho, & *h* juxta eum ædificavit Zacchur filius Amri. *i* Portam autem piſcium ædificaverunt filii Aſnaa, ipſi *k* texerunt eam, & ſtatuerunt valvas ejus, & ſeras, & vectes. Et juxta eos ædificavit Marimuth filius Uriæ filii Accus. Et juxta eum ædificavit Moſollam filius Barachiæ, filii Meſezabal. Et juxta eum ædificavit Sadoch

EXPOSITIO CAP. III.

ET *a* ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus,] *Gloſſ.* Summus, ſcil. Pontifex, filius Joachim, qui poſt patrem ſuum Jeſum filium Joſedec, non parvo tempore tenuit Pontificatum. Et recte reſtauratio civitatis a Sacerdote magno, & fratribus ejus cœpit, ut qui gradu præceſſerunt ordinis exemplum fierent aliis in operibus bonis. *b* Portam gregis,] Alia translatio habet: Ædificaverunt portam & probaticam piſcinam. Hæc erat porta juxta templum. Et ideo, ut dicit *Beda*, prima a Sacerdotibus ædificata eſt. Et dicebatur porta gregis, quia per illam inducebantur greges ad offerendum: Juxta quam erat probatica piſcina, in qua lavabantur hoſtiæ, ut dicit *Beda*. Hæc porta *Mich.* 4. dicitur turris gregis. Fuit autem altera turris gregis in via Bethleem, ubi Jacob pavit greges, *Gen.* 35. Et paſtores vigilantes ſuper gregem ſuum, viderunt multitudinem cœleſtis exercitus, *Luc.* 1.
c Sanctificaverunt] ideſt, perfecerunt.
d Valvas] Valvæ dicuntur quaſi volvæ, a volvendo.
e Uſque ad turrim centum cubitorum] quaſi dicat, uſque ad turrim Ananeel, ædificaverunt murum, ſpatio ſcilicet centum cubitorum.
f Ananeel.] Specificat de qua turri intelligat, quod prædixit *Jerem.* 31. Ædificabitur Domino civitas a turre Ananeel.
g Et juxta] ideſt poſt eum ſcilicet Eliaſib.
h Et juxta eum] Vel eos, ideſt, poſt, vel ex altera parte.
i Portam autem piſcium] ſic dictam, quia reſpicit portam Joppe, vicinior mari, quam aliæ: Vel quia per eam inferebantur piſces in civitatem, quæ & nunc porta David appellatur. De hac porta dicitur *Sophoniæ primo*. Erit clamor a porta piſcium, & ululatus a ſecunda.
k Ipſi texerunt eam, &c.] *Gloſſ.* Conſummaverunt. Item *Gloſſ. Bed.* Hic verius etiam de ceteris portis, quæ ædificatæ ſunt, repetitur: quia neceſſe eſt, ut quicumque ſtructuram boni operis inchoaverit, uſque ad tectum bonæ perfectionis perducat, & ei mu-

filius Baana. Et juxta eum ædificaverunt Thecueni. Optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere Domini Dei sui. Et *a* portam veterem ædificaverunt Jojada, filius Phasea, & Mosollam filius Besodia. Ipsi *a* texerunt eam, & statuerunt valvas ejus, & seras, & vectes. Et juxta eos ædificavit Melechias Gabaonites, & Jadon Meronathites, viri de *b* Gabaon, & Maspha, pro *c* Duce, qui erat in regione *d* trans flumen. Et juxta eum ædificavit Eziel filius Araja, aurifex. Et juxta eum ædificavit Anania filius pigmentarii. Et *e* dimiserunt Jerusalem, usque ad murum plateæ latioris Bahul, princeps *f* vici Jerusalem. Et juxta eum ædificavit Jedaja, filius Aromath, contra domum suam. Et juxta eum ædificavit Atthus filius Aseboniæ. Mediam partem vici ædificavit Melchias filius Erem, & Asub filius Phethmoab, & turrem furnorum. Et juxta eos ædificavit. Sellum filius Alloes, princeps mediæ partis vici Jerusalem, Osee, & filii ejus. Et *g* portam vallis ædificavit Annon, & habitatores Zanoe, ipsi ædificaverunt eum. Et statuerunt valvas, & seras, & vectes, & mille cubitos in muro usque ad *h* portam sterquilinii. Et portam sterquilinii ædificavit Melchias filius Rechab princeps viri Bethacharem. Ipse ædificavit eam, & statuit valvas ejus, & seras, & vectes. Et *i* portam fontis ædificavit *k* Sellum filius Colozai, princeps *l* pagi Maspha. Ipse ædificavit eam, & texit, & statuit valvas ejus, & seras, & vectes, & muros piscinæ Siloe in *m* hortum regis, & usque ad gradus, qui descendunt de *n* civitate David. Post eum ædificavit Nehemias filius Azboch, princeps dimidiæ partis vici Bethsur, usque contra *o* sepulchrum David, & usque ad piscinam, quæ grandi opere constructa est, & usque ad *p* domum fortium. Post eum ædificaverunt Levitæ, Rehum filius Benni. Post eum ædificavit Asebias princeps dimidiæ partis vici Ceile in *q* vico suo. Post eum ædificaverunt *r* fratres eorum, Becchui, filius Endad. Princeps dimidiæ partis Ceile. Et *s* ædificavit juxta eum Azer filius Josue, princeps Mespha, *t* mensuram secundam contra ascensum *u* firmissimi anguli. Post eum in monte ædificavit Baruch filius Zachai, *x* mensuram secundam, ab angulo usque ad portam domus Eliasib *y* sacerdotis magni. Post eum ædificavit Merimuth filius Uriæ, filii Acchus, mensuram secundam, a porta domus *z* Eliasib, *a* donec extenderetur domus Eliasib. Et post eum ædificaverunt sacerdotes, viri de campestribus Jor-

manimina custodiæ fortis, quasi valvas, seras, & vectes statuat.

a Et portam veterem,] Hæc est porta judiciaria, quæ in fronte civitatis prior eminebat.

a Texerunt,] idest, consummaverunt.

b Gabaon, & Maspha] civitates.

c Pro duce,] idest, loco ducis.

d Trans flumen.] Euphraten.

e Et dimiserunt,] idest, extenderunt manum, & hortos civitatis tantum, scilicet usque ad murum plateæ latioris. Nota, Ezechias circumdedit Jerusalem triplici muro, ut dictum est. 2. *Paralipomen.* 32. In primo ambitu erat templum, & domus sacerdotum, & domus regia. In secundo manebant Prophetæ, & nobiles, ac potentes. In tertio, populus. Murus autem plateæ civitatis latioris dicebatur, quia majus terræ spatium ambiebat. Forte hic erat murus exterior. Usque ad illum igitur murum dimiserunt Jerusalem, idest, ædificaverunt usque ibi.

f Vici,] unius scilicet.

g Portam vallis,] idest, quæ ducit in vallem Josaphat. Nota duæ valles erant juxta Jerusalem. Ad Orientem erat torrens Cedron, ad Occidentem Geon, ubi fuit inunctus Salomon.

h Ad portam, &c.] quæ supra dicta est porta stercoris, per quam scilicet sordes civitatis efferebantur. Jerusalem enim sita erat in monte declivi, & quando pluebat, torrens de stillicidiis domorum, & concursus pluviæ veniens, omnes vicos mundabat positos in declivi, ita quod omnia stercora, & immunditiæ civitatis per illam portam exibant, & ideo sic dicta est.

i Portam, &c.] Iste fons est Siloe, ad radicem montis prorumpens, qui versus meridiem fluit, non jugibus aquis, sed in certis horis diebusque ebullit, & per terrarum concava, & durissima saxi antra, magno sonitu venit. Non ergo cum silentio fluit, idest, sub terra secreto, sed postea ebulliens, venit ad saxa, quo veniens, facit tumultum.

k Sellum filius Colozai, &c.] Ecce jam dictum est de sex portis. Sed videtur, quod plures fuerunt ibi portæ, quia 2. *Paralip.* 23. legitur de porta fundamenti. Item 25. legitur de porta anguli. Item 4. *Reg.*11. legitur de porta Seir. Item *infra* legitur de porta aquarum, & de porta equorum, & de porta judiciali. Solutio: Potest dici, quod portæ istæ diversis nominibus vocabantur. Nam porta gregis porta negotiatorum aliquando dicitur, quia negotiatores ibi ergasteria sua ponebant, ob templi viciniam. Ab erge, quod est labor, & Sterion, quod est statio, vel thesis, quod est positio, locus, vel domus, scilicet, ubi cum labore vendebant merces suas. Porta vetus, porta judicialis dicitur. Item porta fontis, dicitur porta aquarum. Porta vero equorum, non fuit porta civitatis, sed statua erat ante atria templi, usque ad quam licitum erat in equis ascendere. Et ita non fuerunt in Jerusalem nisi sex portæ. Vel potest dici, quod erant sex principales, de quibus dicitur hic. Fuerunt autem, & aliæ secundariæ, de quibus objectum est. Erant in muro interiori. Prior solutio probabilior est.

l Pagi, idest, vici.

m In hortum Regis,] idest, usque in hortum Regis. Vel sic: Siloe, scilicet fluentis in hortum Regis.

n De civitate David.] *Gloss. Bedæ*, idest, civitas David, juxta litteram, mons Sion appellatur, qui a meridie positus, pro arce urbi supereminet. Et major pars civitatis infra montem jacet, in planitie humilioris collis sita. Unde *in* 2. *libro Regum quinto* dicitur: Cepit autem David arcem Sion, hæc est civitas David. Et paulo post: Habitavit autem David in arce, & vocavit eam civitatem David.

o Sepulchrum David,] *Gloss.* Notandum est, David non in Bethleem [ut quidam putant] sed in Jerusalem esse sepultum, certa ratione mysterii. Sicut enim in Bethleem natus, & in Regem unctus, Christum ibidem de suo semine nasciturum, & a Magis sub persona Regis adorandum figuravit, ita in Jerusalem defunctus, & sepultus, ipsum in eadem civitate passurum, ac sepeliendum monstravit.

p Ad domum fortium] piscinæ contiguam. Sic appellabatur quædam domus, forte quia ibi habitabant agonistæ.

q In vico suo,] quasi dicat: Ædificavit illam partem muri, quæ erat juxta vicum suum.

r Fratrem eorum,] Imo ejus, quia non præmisit nisi de uno. Solutio: Per Eusebiam supponit ipsum, & suos; pro ipsis fit relatio.

s Et ædificavit juxta eum,] idest, in alio muro *Glossa Bedæ*. Hucusque primus civitatis murus extruitur. Hinc mensura secunda, idest, muri interioris, incipit.

t Mensuram secundam contra ascensum] idest, murum interiorem.

u Firmissimi anguli,] propter situm loci.

x Mensuram secundam ab angulo, usque ad portam, &c.] ut supra, idest, partem suam fecit in secundo muro.

y Sacerdotis magni,] filii Joachim.

z Eliasib,] Sacerdotis.

a Donec extenderetur] idest, quam longe extendebatur domus.

a Mensu-

a Mensuram secundam,] ut *sup.*
b Ad flexuram,] muri.
c Et] pro, idest, usque ad angulum.
d Flexuram,] muri.
e Nathinæi] *Gloss.* Nathinæi dicuntur Gabaonitæ, qui in ministerium domus Domini juxta dispositionem *Josue* & filii Nun, fideli devotione serviebant.
f In Ophel,] *Glos. Bed.* Turris erat non longe a templo, altitudine enormi. Unde Ophel idest, tenebrarum, vel nubium, nomen accepit, quia nubibus caput inferuit. Denique ubi *in Zacharia* scriptum est: Et tu turris Gregis nebulosa filia Sion: *in Hebræo*, bene dicitur pro turre nebulosa, turris Ophel. Hanc turrim in qua porta sit civitatis, liber Paralipomenon ostendit in fine. De hoc habes 1. *Par.* 27.

G

g Ad portam equorum] *Gloss Bed.* Hanc portam significat Jeremias esse in Orientali plaga civitatis, scribens typice de Ecclesia: Et ædificabitur civitas Domino, &c. *Jer.* 31.
h Judicialem,] ubi faciebant judicia. Hæc est porta vetus.
i Inter cœnaculum] & portam judicialem.

A

k Negotiatores.] Unde porta Gregis dicta est, porta negotiatorum.

EXPOSITIO

CAP. IV.

al. † imbecilla.

FActum *l* est autem, cum audisset Sanaballat] princeps, scilic. Samaritarum.

al. † despectio.

m Subsannavit] idest, derisit.
n Num dimittent] ita liberos, quasi dicat, non.

B

o Transiliet] quasi dicat: Non facient murum, qui possit etiam vulpi resistere.
p Converte opprobrium] *Glos.* Huic interpretationi simile est, quod Propheta dicit: Convertetur dolor ejus in caput ejus, &c.

Psal. 7.

q Ne operias] idest, ne dissimules, quin punias.
r Conjunximus totum] idest, interrupta paravimus.

C

s Provocatum] per opprobria hostium.
t Obducta, &c.] idest, interruptura muri refecta.
u Congregati sunt omnes] idest, Samaritæ, & principes eorum.
x Et oravimus] dicit Nehemias. *Glos.* Hoc est unicum contra hostes Ecclesiæ refugium, oratio, scilicet ad Deum, & industria Doctorum, qui die noctuque in lege ejus meditantes, corda fidelium contra insidias diaboli, & militum ejus, prædicando, & consolando, & exhortando, præmuniant.

danis. Post eos ædificavit Benjamin, & Asub, contra domum suam. Et post eum ædificavit Azarias filius Maasiæ filii Ananiæ, contra domum suam. Post eum ædificavit Bennui filius Enadad *a* mensuram secundam, a domo Azariæ usque *b* ad flexuram, *c* & usque ad angulum. Post eum ædificavit Phalel filius Ozi, contra *d* flexuram, & turrim, quæ eminet de domo Regis excelsa, idest, in atrio carceris. Post eum Phadaja filius Feros: *e* Nathinæi autem habitabant in *f* Ophel, usque contra portam aquarum, & Orientem, & turrim, quæ prominebat. Post hæc ædificaverunt Thecunei mensuram secundam e regione, a turre magna, & eminenti usque ad murum templi. Sursum autem *g* ad portam equorum ædificaverunt Sacerdotes, unusquisque contra domum suam. Post eos ædificavit Seddo filius Emmer, contra domum suam. Et post eum ædificavit Semeja filius Secheniæ, custos portæ Orientalis. Post eum ædificaverunt Anania filius Selemiæ, & Anon filius Selon sextus, mensuram secundam. Post eum ædificavit Mosollam filius Barachiæ, contra gazophylacium suum. Post eum ædificavit Melchias filius Aurificis, usque ad domum Nathinæorum, & scuta vendentium, contra portam *h* judicialem, & usque ad cęnaculum anguli: Et *i* inter cęnaculum anguli, in porta Gregis ædificaverunt artifices, & *k* negotiatores.

CAP. IV.

FACTUM *l* est autem, cum audisset Sanaballat, quod ædificaremus murum, iratus est valde, & motus nimis, *m* subsannavit Judæos, & dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Judæi faciunt † imbecilles? *n* Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt, & complebunt in una die? Numquid ædificare poterunt lapides de acervis pulveris, qui combusti sunt? Sed & Tobias Ammanites proximus ejus ait: Ædificent. Si ascenderit vulpes, *o* transiliet murum eorum lapideum. Et dixit Nehemias: Audi Deus noster, quia facti sumus † despectui: *p* Converte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captivitatis: Ne *q* operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes. Itaque ædificavimus murum, & *r* conjunximus totum usque ad partem dimidiam, & *s* provocatum est cor populi ad operandum. Factum est autem cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammanitæ, & Azotii, quod *t* obducta esset cicatrix muri Jerusalem, & quod cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis: Et *u* congregati sunt omnes pariter, ut venirent, & pugnarent contra Jerusalem, & molirentur insidias. Et *x* oravimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murum die, ac nocte, contra eos. Dixit autem *y* Judas: Debilitata est fortitudo *z* portantis, *a* & humus nimia est, & nos *b* non poterimus ædificare murum: Et dixerunt hostes nostri: *c* Nesciat, & ignorent, donec veniamus in medio eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus. Factum est autem venientibus Judæis, qui habitabant *d* juxta eos, & *e* dicentibus nobis per *f* decem vices, ex omnibus locis, quibus venerant ad nos: *g* statui in loco post murum per circuitum, populum in ordine cum gladiis suis, & lanceis, & *h* arcubus. Et perspexi, atque surrexi, & ajo ad optimates, & magistratus, & ad reliquam partem vulgi. Nolite timere *i* a facie eorum, Domini *k* magni, & *l* terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris, & uxoribus vestris, *m* & domibus vestris. Factum est autem, cum audissent inimici nostri nunciatum esse nobis, dissipavit Deus consilium eorum, & reversi sumus omnes ad muros, unusquisque ad opus suum. Et factum est a die illa: *n* Media

y Judas;] idest, illi de tribu Juda.
z Portantis,] populi, scilicet.
a Et humus nimia est,] *Glossa Beda.* Congesta, scilicet in loco muri, quæ prius exportanda erat, ut fundamenta muri in viva terra ponerentur.
b Non poterimus ædificare] nisi prius exportetur humus.
c Nesciant, & ignorent,] Judæi.
d Juxta eos,] scilicet Samaritas, vel muros.
e Ticentibus] revelantibus consilium, & propositum hostium.
f Per decem] idest, per plures.
g Statui] Idest, posui. *Gloss.* ut agmine, scil. armatorum, circumdati, operatores liberius, & securius ædificarent.
h Et arcubus.] quasi dicat, per omnia loca quibus ad vos venire poterant hostes, posui custodiam armatorum.
i A facie] idest, a præsentia.
k Magni,] potentia, sapientia, bonitate.
l Et terribilis] hostibus, idest, omnibus malis.
m Et domibus vestris.] idest, familiis.
n Media pars juvenum] *Glos. Beda* Notandum, quod non solum media pars juvenum faciebat opus, & pars media parata erat ad bellum, sed iidem juvenes, qui faciebant opus, gladio erant accincti.

a Faciebat

a Faciebat opus,] Accincta tamen gladio. *b* In omni domo Juda,] Juda dico: [Ædificantium in muro, &c. *c* Et ædificabant, &c.] *Gl.* Nec prætermittendum est, quod cum David, & Salomon eamdem civitatem ædificarent, nihil de armatis structoribus, vel adversariis impugnantibus dicitur: Sed destructa propter peccata, majori labore, & industria reficitur. Sic est in ædificio templi Dei spiritualis, ante peccatum actuale, & post.
d Egrediantur] idest, appareant. *e* Puero] i. serviente.
D
f In medio Jerusalem,] idest, infra ambitum muri. *g* Ad baptismum.] idest, ad ablutionem in aqua, quasi dicat, nullus deponebat vestimenta, nisi quando mundabantur.

Media pars juvenum eorum *a* faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & scuta, & arcus, & loricæ: Et principes post eos in *b* omni domo Juda, ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium: Una manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes. Et *c* ędificabant, & clangebant buccina juxta me. Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus grande est, & latum, & nos separati sumus in muro procul, alter ab altero, In loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis, & nosipsi faciamus opus, & media pars nostrum teneat lanceas, ab ascensu auroræ donec *d* egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo: Unusquisque cum *e* puero suo maneat in *f* medio Jerusalem, & sint vobis vices per noctem, & diem ad operandum: Ego autem, & fratres mei, & pueri mei, & custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: Unusquisque tantum nudabatur *g* ad baptismum.

est, sicut fratres nostri in Babylone remanentes servi sunt, sic & nos, qui ascendimus tecum: Et sicut illi in miseria sunt ibi, ita & nos hic. Et hoc probant per hoc, quod sequitur: [Ecce nos subjugamus, &c.
p Sunt famulæ,] idest, ancillæ.

q Cogitavitque cor meum &c.] deliberando quid faciendum esset.
r Et increpavi] primo.
s Optimates,] qui primo peccaverunt.
t Adversus eos concionem magnam,] ut magis confunderentur.
u Venditis fratres nostros,] idest, vendi cogitis.
x Quare non in timore Dei nostri ambulatis, &c.] Licet non in amore. Quosdam enim timor revocat a malo, quosdam amor, juxta illud.

Oderunt peccare mali, formidine pœnæ. Horatius.
Oderunt peccare boni, virtutis amore.

E X P O S I T I O

C A P. V.

ET *h* factus est clamor populi,] *Gloss. Bed.* Tribus de causis augetur clamor populi. Quidam fame coacti, filios suos ditioribus vendere volebant: Alii liberis parcentes, agros potius, & domos: nonnulli prohibentes liberorum, & agrorum venditionum, hoc tantum persuadebant, ut mutuo sumerent pecuniam in tributo regis, oppignoratis agris, & vineis, donec redeunte fertilitate, reddere possent fœneratoribus, quod mutuo accepissent.
A
i Qui dicerent: Filii nostri,] Ista est prima causa clamoris.
k Pro pretio] quasi dicat, vendamus eos, ut vivere valeamus.
l Et erant, qui dicerent: Agros nostros, &c.] Secunda causa clamoris, quasi dicat, parcamus filiis nostris.
B
m Et alii dicebant:] Tertia causa.
n In tributa] idest, a principibus, qui præsunt tributis.
o Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, &c.] quasi dicat, sicut divites liberi sunt, ita, & nos pauperes liberi esse debemus, tamen coacti fame vendidimus filios nostros in servos, & filias in famulas. Unde subditur: [Ecce nos subjugamus, &c.] Vel sic: Quidam secuti fuerant Nehemiam in Judæa, quidam remanserant in Babylone in servitute. Dicunt ergo illi, qui ascenderunt cum Nehemia [sicut carnes fratrum nostrorum,] id-
C

C A P. V.

ET *h* factus est clamor populi, & uxorum ejus magnus adversus fratres suos Judæos: Et erant *i*, qui dicerent: Filii nostri, & filię nostræ multæ sunt nimis: Accipiamus *k* pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & † vivamus. Et *l* erant, qui dicerent: Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus, & accipiamus frumentum in fame. Et *m* alii dicebant: Mutuo sumamus pecuniam in *n* tributa regis, demusque agros nostros, & vineas: Et *o* nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt, & sicut filii eorum, ita & filii nostri: Ecce nos subjugamus filios nostros, & filias nostras in servitutem, & de filiabus nostris *p* sunt famulæ, nec habemus unde possint redimi, & agros nostros, & vineas nostras alii possident. Et iratus sum nimis, cum audissem clamorem eorum secundum verba hęc: *q* Cogitavitque cor meum mecum, & *r* increpavi *s* optimates, & magistratus, & dixi eis: Usurasne singuli a fratribus vestris exigitis? Et congregavi *t* adversus eos concionem magnam, & dixi eis: Nos, ut scitis, redemimus fratres nostros Judęos, qui venditi fuerant gentibus, secundum possibilitatem nostram: Et vos igitur † *u* venditis fratres nostros, & emenus eos? Et siluerunt, nec invenerunt quid responderent. Dixique ad eos: Non est bona res, quam facitis. *x* Quare non in timore Dei nostri ambulatis, *y* ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris? Et *z* ego, & fratres mei, & pueri mei commodavimus plurimis pecuniam, & frumentum. *a* Non repetamus in commune istud: Æs *b* alienum concedamus, quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos, vineas suas, oliveta sua, & domos suas. Quin potius & centesimam pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, *c* date *d* pro illis. Et dixerunt: *e* reddemus, & ab eis nihil quæremus, sicque faciemus, ut loqueris. Et vocavi Sacerdotes, & *f* adjuravi eos, ut facerent, juxta quod dixeram. Insuper & sinum meum *g* excussi, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non compleverit verbum istud, de domo sua, & de laboribus suis. Sic excutiatur, & *h* vacuus fiat. Et dixit universa multitudo: Amen. Et laudaverunt eum. Fecit ergo populus sicut dictum erat. A die autem illa, qua pręceperat Rex mihi, ut essem dux in terra Juda, ab anno vigesimo usque

al. † bibamus.
al. † venditi.

y Ne exprobretur nobis a gentibus inimicis, &c.] idest, ne gentes exprobrent nobis, dicentes: ita cupidi sunt Judæi, quod vendunt fratres suos.
z Et ego, & fratres mei, & pueri] *Gloss. Bedæ.* Tanquam dux optimus militiæ cœlestis, & sapiens architectus civitatis Dei, quod optimates, & magistratus populi facere volui, se prius fecisse declaravit, eleemosynam, scilicet, dare pauperibus, & nihil ab eis quærere, nisi custodiam legis, & ædificationem civitatis. In hac autem lectione non oportet nos allegoriam quærere, sed litteræ textum operando servare.
a Non repetamus in commune, &c.] idest, statuamus communiter non repetere.
b Æs alienum concedamus, &c.] tributum, vel fœnus.
c Date] idest, condonate.
d Pro illis.] idest, pro sustentatione.
e Reddemus,] idest, condonabimus.
f Adjuravi] idest, juramentum exegi.
g Excussi, & dixi, &c.] in signum, & confirmationem dicti.
h Vacuus fiat.] Sine videlicet remuneratione.
a Ad

a ad annum trigesimum secundum Artaxerxis Regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas, *b* quæ ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi, qui fuerunt ante me, gravaverunt populum, & acceperunt ab eis in pane, vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta: Sed & ministri eorum depresserant populum. Ego autem non feci ita, propter timorem Dei: Quin potius in opere muri ædificavi, & agrum *c* non emi, & omnes *d* pueri mei congregati ad opus erant. Judæi quoque, & magistratus, centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, *e* in mensa mea erant. Parabatur autem mihi per dies singulos bos unus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & *f* inter dies decem, *g* vina diversa, & alia multa *h* tribuebam: Insuper & annonas *i* ducatus mei non quæsivi: Valde enim erat attenuatus populus. Memento mei, Deus meus, in bonum, secundum omnia, quæ feci populo huic.

a Ad annum trigesimum secundum] quando scilicet rediit in Persidem.
b Quæ ducibus,] idest, mihi, & aliis, qui fuimus duces, non divites.
c Non emi,] sicut alii divites.
d Pueri,] idest, servientes.
e In mensa mea erant,] quos scilicet procurabam.
f Inter dies decem,] idest, ad spatium decem dierum.
g Vina diversa] idest, diversa dolia vina continentia procurabantur: In quo notatur multitudo sociorum, quos secum habebat Nehemias ad murorum reparationem, & alia multa, præter necessaria victui.
h Tribuebam:] illis.
i Ducatus mei] idest, quam debebant mihi ratione ducatus.

CAP. VI.

FACTUM est autem cum audisset Sanaballat, & Tobia, & Gosem Arabs, & ceteri inimici nostri, quod ædificassem ego murum, & non esset in *k* ipso residua interruptio: usque ad tempus autem illud valvas non posueram in portis, *l* miserunt Sanaballat, & Tobia, & Gosem Arabs ad me *m* dicentes: Veni, & percutiamus *n* fœdus pariter in vitulis in campo uno. Ipsi autem cogitabant, ut facerent mihi malum. Misi ergo ad eos nuncios, dicens: Opus grande ego facio, & non possum descendere, ne forte negligatur, cum venero, & descendero ad vos. Miserunt autem ad me secundum verbum hoc per quatuor vices, & respondi eis juxta sermonem priorem. Et misit ad me Sanaballat, juxta verbum prius quinta vice puerum suum, & *o* epistolam habebat in manu scriptam hoc modo: In gentibus auditum est, & Gosem dixit, quod tu, & Judæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & levare te velis super eos Regem, propter quam caussam, & prophetas posueris, qui prædicent de te in Jerusalem, dicentes *p*: Rex in Judæa est. Auditurus est *q* Rex verba hæc: Idcirco *q* nunc veni, ut ineamus consilium pariter. Et *r* misi ad eos, dicens: Non est factum secundum verba hæc, quæ tu loqueris: De corde enim tuo *s* componis hæc. Omne autem hi *t* terrebant nos, cogitantes quod cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. Quam ob caussam magis confortavi manus meas: Et ingressus sum *u* domum Samajæ filii Dalajæ, filii Metabehel, secreto. *x* Qui ait: *y* Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis, quia venturi sunt, ut interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi: Num quisquam similis mei fugit? Et quis, ut ego, ingredietur templum, & vivet? *z* Non ingrediar. Et *a* intellexi, quod *b* Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobia, & Sanaballat conduxissent eum: Acceperat enim pretium, ut territus facerem, & peccarem, & *c* haberent malum, quod exprobrarent mihi. Memento mei, Domine, pro Tobia, & Sanaballat, juxta opera eorum talia, *d* sed & Noadiæ prophetæ, & ceterorum prophetarum, qui terrebant me. Completus est autem *e* murus vigesimoquinto die *f* mensis Elul, quinquaginta duobus diebus. Factum est ergo, cum *g* audissent omnes inimici nostri, ut timerent universæ gentes, quæ erant in circuitu nostro, & conciderent *h* intra semetipsos, & scirent, quod a Deo factum esset opus hoc. Sed & in diebus illis multæ optimatum Judæorum *i* epistolæ mittebantur ad Tobiam, & a Tobia veniebant ad eos. Multi enim erant in Judæa habentes *k* juramentum ejus, quia gener erat Secheniæ filii Jorei: Et Johannam filius ejus acceperat filiam Mosollam filii Barachiæ. Sed & *l* laudabant *m* eum coram me, & verba mea *n* nunciabant *o* ei. Et Tobias mittebat epistolas, ut terreret me. *Sup. 5.*

EXPOSITIO CAP. VI.

FActum est autem. *k* In ipso,] scilicet muro.
l Miserunt] Nuncios.
m Dicentes:] in dolo.
n Fœdus pariter in vitulis] quia antiquitus in confœderationibus solebant mactari vituli, in signum fœderis contracti. *Infr. 13.* Dicitur autem fœdus a fœda porca, quæ etiam solet mactari, quasi dicat: sicut laniatur hæc porca, sic lacerabitur, qui transgredietur fœdus initum.
o Epistolam habebat] puer scilicet.
p Rex in Judæa est,] idest, esse debet.
q Rex,] Artaxerxes.
q Nunc veni,] dicitur Sanaballat per nuncium.
r Et misi,] dicit Nehemias.
s Componis,] idest, fugis.
t Terrebant nos,] dicit Nehemias.
u Domum Samajæ.] *Gloss.* Pulsatus insidiis hostium, Nehemias domum Samajæ quasi amici, & fratris ingreditur, sed ipsum insidiatorem, & hostem invenit, tanquam externorum donis, & amicitia corruptum.
x Qui ait:] scilicet Samaja.
y Tractemus] idest, contra alium habeamus.
z Non ingrediar.] quasi dicat non faciam de templo castrum, ut in eo abscondar. Simile dixit *Beatus Thomas Cantuariensis*, cum satellites irruerent in Ecclesiam, & servi sui vellent Ecclesiam claudere. Non est, inquit, Ecclesia, ut castrum observanda.
a Intellexi] per inspirationem.
b Quod Deus non misisset eum,] idest, Samajam, idest, quod loqueretur hæc a Deo.
c Et haberent malum] Noluit malum exemplum dare posteris suis, sed potius voluit mori. Simile 2. *Machab.* 6. Senectute, inquit Eleazarus, dignus apparebo, adolescentibus exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac forti pro sanctissimis legibus honesta morte perfungar.
d Sed, &c.] Supple memento.
e Murus,] civitatis.
f Mensis Elul,] *Gloss. Bedæ*, qui secundum Hebræos sextus est, & apud Romanos septimus, appellatur September.
g Audissent,] quod scilicet faceremus muros imperterriti.
h Intra semetipsos,] id est, corda eorum obstupescerent.
i Epistolæ,] mutuæ.
k Juramentum ejus,] idest, Tobiæ.
l Laudabant,] Judæi.
m Eum,] idest, Tobiam.
n Nunciabant] in dolo.
o Ei.] idest, Tobiæ.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. VII.

POstquam autem ædificatus est murus, & posui valvas, &c.

a Janitores,] qui custodiebant portas. *Gloss.* Qui claves, scilicet regni cœlorum perceperunt, ut scilicet dignos suscipiant, indignos ab ingressu civitatis supernæ arguendo excludant.

A

b Cantores,] *Gloss. Bedæ*: Cantores sunt, qui dulcedinem cœlestis patris, pia voce prædicant. Levitæ sunt, qui erga divini cultus obsequium semper vigilant.

al. † assisterem.

c Non aperiantur portæ] *Gloss. Bedæ*, idest, toto tempore noctis: Ne aut in tenebris hostis irrumpat, aut aliquis civium incautus exiens, ab hoste captus pereat. Quod etiam custodes animarum, tota hujus sæculi nocte debent facere.

B

d Existerem,] in loco.

C

e Oppilatæ.] idest, seris firmatæ.

f Custodes] *Gloss.* Custodes animarum non sunt de Neophytis, vel de plebe constituendi, sed de illis, qui a certamine vitiorum, Dei gratia liberati, jam mentem in Jerusalem, idest, in visione tranquillæ pacis habent: Quorum conversatio in cœlis est, *Phil.* 3.

g Contra domum suam.] *Gloss.* Sic enim custodia Ecclesiæ perficitur, si quisque, ita solicitudinem omnium fidelium gerat, ut specialiter eis, quibus Deo auctore prælatus est curam diligentioris studii impendant, &c.

D

h Populus parvus] Hoc est, quod dicitur *Luc. decimo* messis quidem multa, operarii vero pauci.

i Dedit in corde] idest, inspiravit mihi.

k Optimates,] Judæorum. *Gloss.* Ut perspecta omnium summa, discerneret, qui in Jerusalem, qui in aliis civitatibus habitare deberent.

l Librum census eorum] idest, librum, qui continebat summam eorum omnium. Et ponitur hic numerus eorum, qui ascenderunt sub Zorobabel, & Jesu magno Sacerdote, qui etiam superius in principio libri positus est.

m Primum,] scilicet sub Zorobabel.

n Provinciæ,] Judææ.

o De captivitate migrantium,] idest, de captivitate transmigraverunt.

p In Jerusalem, & in Judæam,] idest in sorte Benjamin, & in sorte Judæ.

q Josue,] Non sacerdos, sed alius.

r Nehemias,] Non ille de quo agitur in libro isto, sed alius.

s Mardochæus,] non patruus Esther, sed alius.

t Pheth Moab,] Aliqui volunt, quod Pheth Moab sint duæ dictiones, & tunc planior est littera: Alii quod una, & tunc difficilior.

u Viri Nebo alterius,] Ad differentiam alterius de quo supra dictum est.

x Helam alterius,] Ad differentiam similiter alterius, de quo superius dictum est.

y Hi sunt autem, &c.] Hi scilicet, qui sequuntur.

z De sanctis sanctorum,] idest, de cibis pertinentibus ad Sacerdotes, ut sunt panes propositionis, & hujusmodi.

a Doctus

C A P. VII.

POSTQUAM autem ædificatus est murus, & posui valvas, & recensui *a* Janitores, & *b* cantores, & Levitas, præcepi Anani fratri meo, & Ananiæ principi domus de Jerusalem: Ipse enim quasi vir verax, & timens Deum, plus ceteris videbatur. Et dixi eis: Non *c* aperiantur portæ Jerusalem, usque ad calorem Solis? Cumque adhuc † *d* existerem, clausæ portæ sunt, & *e* oppilatæ. Et posui *f* custodes de habitatoribus Jerusalem, singulos per vices suas, & unumquemque *g* contra domum suam. Civitas autem erat lata nimis, & grandis, & *h* populus parvus in medio ejus, & non erant domus ædificatæ. *i* Dedit autem Deus in corde meo, & congregavi *k* optimates, & magistratus, & vulgus, ut recenserem eos. Et inveni librum *l* census eorum, qui ascenderant *m* primum, & inventum, & scriptum in eo: Isti filii *n* provinciæ, qui ascenderant *o* de captivitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis, & reversi sunt in *p* Jerusalem, & in Judæam, unusquisque in civitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel: *q* Josue, *r* Nehemias, Azarias, Raamias, Naamin, *s* Mardochæus, Belsat, Mespharat, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel: Filii Pharos, duo millia centum septuagintaduo. Filii Saphatiæ, trecenti septuagintaduo. Filii Area, sexcenti quinquagintaduo. Filii *t* Pheth Moab, filiorum Josue, & Joab, duo millia octingenti decem, & octo. Filii Helam, mille octingenti quinquaginta quatuor. Filii Zethua, octingenti quadragintaquinque. Filii Zachai, septingenti sexaginta. Filii Bannin, sexcenti quadragintaocto. Filii Bebai, sexcenti vigintiocto. Filii Azgad, duo millia trecenti vigintiduo. Filii Adonicam, sexcenti sexagintaseptem. Filii Begoai, duo millia sexagintaseptem. Filii Adin, sexcenti quinquagintaquinque. Filii Athet, filii Ezechiæ, nongentiocto. Filii Asein, trecenti vigintiocto. Filii Besai trecenti vigintiquatuor. Filii Areph, centum duodecim. Filii Gabaon, nonagintaquinque. Filii Bethlehem, & Netupha centum octogintaocto. Viri Anathot, centum vigintiocto. Viri Bethamoth, quadragintaduo. Viri Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres. Viri Rama, & Geba, sexcenti vigintiunus. Viri Machmas, centum vigintiduo. Viri Bethel, & Hai, ducenti vigintitres. Viri *u* Nebo alterius, quinquagintaduo. Viri *x* Helam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filii Aren, trecenti viginti. Filii Jericho, trecenti quadragintaquinque. Filii Lodadid, & Ono, septingenti vigintiunus. Filii Senaa, tria millia nongenti triginta. Sacerdotes: Filii Adaja in domo Josue, nongenti septuagintatres. Filii Emmer, mille quinquagintaduo. Filii Phassur, mille ducenti quadraginta septem. Filii Arem, mille decem, & septem. Levitæ: Filii Josue, & Cedmihel filiorum Oduiæ, septuagintaquatuor. Cantores: Filii Asaph, centum quadragintaocto. Janitores: Filii Sellum, filii Ather, filii Themon, filii Accub, filii Athita, filii Sobai, centum vigintiocto. Nathinæi: Filii Soha, filii Aspha, filii Thebaoth, filii Cheros, filii Siaa, filii Phadon, filii Lebana, filii Agaba, filii Salmon, filii Anam, filii Geddel, filii Gaet, filii Raja, filii Rasim, filii Necoda, filii Jezem, filii Aza, filii Phasea, filii Besai, filii Munim, filii Nephusim, filii Bacbuc, filii Acupha, filii Asur, filii Besboth, filii Meida, filii Arsa, filii Berchor, filii Sisara, filii Thema, filii Nesia, filii Athipha. Filii servorum Salomonis, filii Sothai, filii Sophereth, filii Pharida, filii Jahala, filii Dercon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Hatil, filii Phocereth, qui erat ortus ex Sabaim filio Ammon. Omnes Nathinæi, & filii servorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. *y* Hi sunt autem, qui ascenderunt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, Addon, & Emer, & non potuerunt indicare domum patrum suorum, & semen suum, utrum ex Israel essent. Filii Dalaja, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quadragintaduo. Et de Sacerdotibus, filii Abia, filii Accos, filii Bercellai, qui accepit de filiabus Bercellai Galaaditis uxorem, & vocatus est nomine eorum. Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non invenerunt. Et ejecti sunt de Sacerdotio. Dixitque Athersatha eis, ut non manducarent de *z* Sanctis Sanctorum, donec

staret

ftaret Sacerdos *a* doctus, & eruditus. Omnis multitudo *b* quasi vir unus, quadragintaduo millia sexcenti sexaginta, absque servis, & ancillis eorum, qui erant septem millia trecenti trigintaseptem, Et inter eos cantores, & cantatrices ducenti quadragintaquinque: Equi eorum sexcenti trigintaseptem: Muli eorum ducenti quadragintaquinque: Cameli eorum quadringenti trigintaquinque: Asini sex millia septingenti viginti, † Hucusque refertur, quid in commentario scriptum fuerit, & in Nehemiæ historia texitur, *c* Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Athersata dedit in thesaurum, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. Et de principibus familiarum dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia ducentas. Et dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia, & tunicas sacerdotales sexagintaseptem. Habitaverunt autem Sacerdotes, & Levitæ, & Janitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinei, & omnis Israel in civitatibus suis.

C A P. VIII.

ET *d* venerat *e* mensis septimus Scenopegiæ sub *f* Esdra, & Nehemia. Filii autem Israel erant *g* in civitatibus suis. *h* Congregatusque est omnis populus quasi vir unus, ad plateam, quæ est *i* ante portam aquarum. Et dixerunt Esdræ scribæ, ut afferret *k* librum legis Moysi, quam præcepit Dominus Israeli. Attulit ergo Esdras Sacerdos legem coram multitudine virorum, & mulierum, cunctisque, qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte, in platea, quæ erat ante portam aquarum, de mane usque *l* ad mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, & sapientium. Et aures omnis populi erant erectæ ad librum. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: Et steterunt juxta eum, Mathathia, & Semeja, & Ania, & Uria, & Helchia, & Maasia, *m* ad dexteram ejus, & ad sinistram, Phadaja, Misael, & Melchia, & Asum, & Aseph, Dana, Zacharia, & Mosollam. Et aperuit Esdras librum coram omni populo: Super universum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum, stetit omnis populus. Et benedixit Esdras Domino Deo voce magna. Et respondit omnis populus: Amen, amen, elevans manus suas: Et incurvati sunt, & adoraverunt eum proni in terram. Porro Jesue, & Bannai, & Serebia, Jamin, Accub, Septhai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Jozabed, Anani, Phalaja, Levitæ, *n* silentium faciebant in populo ad audiendam legem. Populus autem stabat in *o* gradu suo. Et *p* legerunt in libro legis Dei, *q* distincte, & † aperte ad intelligendum, & *r* intellexerunt, cum legeretur. Dixit autem Nehemias, ipse est Athersata, & Esdras Sacerdos, & scriba, & Levitæ interpretantes universo populo: *s* Dies sanctificatus est Domino Deo nostro: *t* Nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus, cum audiret verba legis. Et dixit eis: Ite, comedite *u* pinguia, & *x* bibite † mulsum, & mittite partes ei, qui non præparavit sibi, quia dies sanctus Domini est, & nolite contristari. Gaudium etenim Domini est, fortitudo nostra. Levitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere. Abiit *y* itaque omnis populus, ut comederet, & biberet, & *z* mitteret partes, & faceret lætitiam magnam, quia intellexerant verba, quæ *a* docuerat eos. Et in die secundo congregati sunt principes familiarum universi populi, Sacerdotes, & Levitæ ad Esdram scribam, ut interpretaretur eis verba legis. Et invenerunt *b* scriptum in lege præcepisse Dominum in manu Moysi, ut habitent filii Israel in tabernaculis in die solemni mense septimo, & ut prædicent, & divulgent vocem in universis urbibus suis, & in Jerusalem, dicentes: Egredimini in montem, &

al. † Hieronymus. — a. Esdra 3. 3. Esdr. 9. — 3. Esdr. 9. — Isidor. lib. etym. 16. c. 3. — al. † apposite. — al. † mustum. — Levit. 23.

a Doctus,] qui scilic. sciret ostendere originem genealogiæ suæ.
b Quasi vir unus] idest, concordes.
c Nonnulli autem] Hucusque refertur, quod in commentario scriptum erat: quod hic sequitur, recapitulatio est de numero redeuntium, quam recapitulationem consueverunt transilire legentes librum istum. Sed non est major ratio, quare hanc recapitulationem potius transiliant, quam alias, quæ multa sunt hic.

E X P O S I T I O C A P. VIII.

ET *d* venerat] idest, appropinquabat. *Gloss.* Quærente, scilic. Nehemia providere, & disponere, qui in civitate, quam ædificaverant, habitare deberent.
e Mensis septimus] *Gl. Bedæ*, qui non longe erat. Cum enim murus esset vigesimoquinto die sexti mensis completus, quinque tantum dies ad exordium mensis septimi supererant. Qui a prima sui die usque ad vigesimumsecundum diem totus legitimis cæremoniis consecratus est: Quibus ita rite celebratis, deinde ad dispensandos urbis mansores cum principibus, & plebe reversus est.
f Sub Esdra, & Nehemia.] idest, Esdra, & Nehemia insistentibus ædificationi civitatis, & templi. Et hic proprie finitur Nehemias.
g In civitatibus] quilibet scilicet in sua.
h Congregatusque, &c.] *Gloss.* Notanda est devotio populi, & concordia.
i Ante portam aquarum.] idest ante portam atrii Sacerdotum. *Gloss. Bedæ*: Portam aquarum, reor dici, in atrio Sacerdotum, quo templum undique per quadrum erat circumdatum, maxime ad Orientalem plagam templi, ubi erat mare æneum, ad lavandas manus, pedesque Sacerdotum introeuntium in templum, ubi etiam erant decem luteres ad lavandas hostias. Porta ergo aquarum dicitur porta atrii Sacerdotum, illa scilic. in introitu cujus stabat mare æneum, & luteres cum aqua.
k Librum legis Moysi,] Liber legis Moysi potest dici quilibet quinque librorum Moysi, vel totus Pentateuchus. Specialiter sic dicitur Deuteronomius, ut legitur *Deut.* 17. & 4 *Reg.* 22. ubi dicit Saphan scriba: Librum legis dedit mihi Helchias Sacerdos. Hic autem dicitur liber legis Moysi, vel totus Pentateuchus, vel quilibet eorum indifferenter.
l Usque ad mediam diem] Et tamen non tædebat eos.
m Ad dexteram ejus,] ad confirmandam verbum ejus.
n Silentium faciebant] Hinc sumptum est, quod diaconus dicit: Humiliate vos ad benedictionem, & flectamus genua, & hujusmodi.
o In gradu suo.] idest, quilibet in loco suo.
p Legerunt in libro] Levitæ scilicet.
q Distincte, & aperte] Hoc idem dicitur lectori, cum ordinatur.
r Intellexerunt] totus populus scilicet.
s Dies] supple est.
t Nolite lugere,] Hinc sumptum est, quod in festivis diebus non fiunt prostrationes in Ecclesia, neque signa luctus.
u Pinguia,] Hinc patet, quod non peccant, qui lautius in festivis diebus convivia præparant, dummodo non vitio gulæ, sed honore festivitatis faciant, & pauperibus partem tribuant. Unde subditur: Et mittite, &c.
x Bibite mulsum,] Mulsum est vinum melle dulcoratum. Unde Græce inomellum vocatur. Ita exponit *Beda in Glossa*.
y Abiit itaque] in domum suam.
z Mitteret] pauperibus.
a Docuerat] ipse Esdras.
b Scriptum in lege] *Levit.* 23. Unde *Gloss. Bedæ* dicit: Hæc in Levitico plenius scripta sunt.

a Frondes

montem, & afferte *a* frondes olivæ, & frondes *b* ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni *c* nemorosi, ut fiant d tabernacula, sicut scriptum est. Et egressus est populus, & attulerunt, feceruntque sibi tabernacula, unusquisque in *e* domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus Dei, & in *f* platea portæ aquarum, & in *g* platea portæ Ephraim. Fecit ergo universa Ecclesia eorum, qui redierant de captivitate, tabernacula, & habitaverunt in tabernaculis. Non enim fecerant a diebus Josue filii Nun taliter filiis Israel, usque ad diem illum: Et fuit lætitia magna nimis. Legit autem in libro legis Dei per dies singulos, a die primo usque ad diem novissimum, & *h* fecerunt solemnitatem septem diebus, & in *i* die octavo k collectam, juxta ritum.

C A P. IX.

IN *l* die autem vigesimoquarto mensis hujus, convenerunt filii Israel in jejunio, & in saccis, & *m* humus super eos. Et separatum est semen filiorum Israel, ab omni filio alienigena, & steterunt, & confitebantur peccata sua, & *n* iniquitates patrum suorum. Et *o* consurrexerunt ad standum, & legerunt in volumine legis Domini Dei sui quater in die, & quater in nocte *p* confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum. Surrexerunt autem super gradum Levitarum, Josue, & Banic, Cedmihel, Remmi, Sabnia, Abani, Sarebias, Bani, & Chanani, & clamaverunt voce magna ad Dominum Deum suum. Et dixerunt Levitæ, Josue, & Cedmihel, Bonni, Asebia, Serebia, Arebia, Odoja, Sebna, Fataja: *q* Surgite, *r* benedicite Domino Deo nostro, *ſ* ab æterno usque in æternum. Et benedicant *t* nomini gloriæ tuæ excelso, in omni benedictione, & laude. Et dixit Esdras: Tu ipse, Domine, solus, tu fecisti cœlum, & *u* cœlum cœlorum, & omnem x exercitum eorum, terram, & universa, quæ in ea sunt, maria, & omnia, quæ in eis sunt: Et tu *y* vivificas omnia hæc, & exercitus cœli te adorat. Tu ipse, Domine Deus, qui elegisti Abram, & eduxisti eum *z* de igne Caldæorum, & *a* posuisti nomen ejus Abraham, & invenisti cor ejus fidele coram te, & percussisti cum eo fœdus, ut dares ei terram Chananæi, Hethæi, Hevæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Jebuzæi, & Gergezæi, ut dares semini ejus: Et implesti verba tua, quoniam *b* justus es. Et *c* vidisti afflictionem patruum nostrorum in Ægypto, clamoremque eorum *d* audisti super mare rubrum, & dedisti signa, atque portenta in Pharaonem, & in universis servis ejus, & in omni populo terræ illius. Cognovisti enim, quia superbe *e* egerant contra *f* eos, & *g* fecisti tibi nomen, sicut in *h* hac die: Et mare divisisti ante eos, & transierunt per medium maris in sicco. Persecutores autem eorum projecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas, & in columna nubis ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem, ut appareret eis in via, per quam ingrediebantur. Ad montem quoque Sinai *i* descendisti, & locutus es cum eis de cœlo, & dedisti eis judicia recta, & k legem veritatis, cæremonias, & *l* præcepta bona, & Sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis, & *m* mandata, & *n* cæremonias, *o* & legem præcepisti eis in manu Moysi servi tui. Panem quoque de cœlo *p* dedisti eis in fame eorum, & aquam *q* de petra eduxisti eis sitientibus: Et dixisti eis, ut ingrederentur, & possiderent terram, super quam *r* levasti manum tuam, ut traderes eis. Ipsi vero, & patres nostri superbe egerunt, & induraverunt cervices suas, & non audierunt *ſ* mandata tua, & noluerunt *t* audire, & non sunt recordati mirabilium tuorum, quæ feceras eis: Et induraverunt cervices suas, & dederunt *u* caput, ut converterentur *x* ad servitutem suam, quasi per contentionem. Tu autem, Deus, *y* propitius, clemens, & misericors, longanimis, & multæ miserationis, non dereliquisti eos. Et quidem cum fecissent sibi *z* vitulum conflatilem, & dixissent: *a* Iste est Deus tuus, qui eduxit te de Ægypto, feceruntque blasphemias magnas, tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto. Columna nubis non recessit ab eis per diem, ut duceret eos in viam, & columna ignis per noctem, ut ostenderet eis iter, per quod ingrederentur. Et spiritum *b* tuum bonum dedisti, qui † doceret al. † docerent.

a Frondes olivæ,] *Gl.* Fructus misericordiæ, quibus pauperes recreando, nos ab æstu vitiorum obumbremus. Item *Gloss.* Frondes myrti, & umbraculum sibi affert, qui dicere potest: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. 2. *Cor.* 2. *b* Ligni pulcherrimi,] *Gloss.* quod Hebræi vocant cedrum.
c Ligni nemorosi,] idest, ligni densarum frondium. *d* Tabernacula] *Gloss.* idest cetera ornamenta virtutum. *e* In domate suo,] idest, in tecto domorum. In Palæstina enim domus planæ sunt, & æquales, non habentes culmina.
f In platea portæ aquarum,] Expone, ut *sup. eod. cap.* *g* In platea portæ Ephraim.] idest, in illa parte atrii, quæ respicit portam Ephraim.
h Fecerunt solemnitatem,] Scenopegiæ.
i In die octavo] *Gloss. Bedæ*: Scenopegia septem diebus agebatur, idest a 15. Luna mensis septimi usque ad 21. octavo die, idest, 22. die mensis denuo collecta populi agebatur, majori festivitate insignis. De hoc habes *Lev.* 23.
k Collectam,] *Glos.* quæ significat sanctorum in resurrectione congregationem.

EXPOSITIO CAP. IX.

IN *l* die autem vigesimoquarto, &c.] *Glos. Bedæ*: Notanda est populi devotio.
m Humus] idest, cinis super capita.
n Et iniquitates patrum] in quibus imitati fuerunt eos.
o Et consurrexerunt] Esdras scilicet, & Sacerdotes, & Levitæ.
p Confitebantur,] peccata.
q Surgite,] a terra.
r Benedicite] i. dicite, quod sit benedictus.
ſ Ab æterno] idest, semper.
t Nomini gloriæ tuæ] idest nomini tuo glorioso.
u Cœlum cœlorum,] i. cœlum empyreum.
x Exercitum] idest multitudinem Angelorum. Gen. 15.
y Vivificas] large sumitur, idest, esse das.
z De igne Chaldæorum,] *Genes.* 11.
a Posuisti] *Gen.* 17. qui prius dictus est Abram.
b Justus] idest verax in promisso.
c Vidisti] oculo misericordiæ.

d Audisti] quando Pharao persequebatur eos. *Exod.* 14. Exod. 3.
e Egerant] scilicet Ægyptii.
f Contra eos,] idest, Judæos.
g Fecisti tibi nomen,] quia liberasti populum tuum mirabiliter.
h In hac die:] supple apparet. Exod. 14.
i Descendisti] *Ex.* 19.
k Legem veritatis.] Unde *Psalm.* 118. Et lex tua veritas. Exod. 11.
l Præcepta bona,] Contrarium *Ezech.* 20. Dedisti eis præcepta non bona, in quibus non vivent. Solut. Bona servantibus erant, sed non bona prævaricantibus. Vel bona, quoad moralia, non bona, quoad cæremonialia. Deut. 15. Exod. 20.
m Mandata] quoad moralia.
n Cæremonias,] quoad legalia.
o Et legem] quoad judicia, ut de servo Hebræo, & hujusmodi.
p Dedisti] *Exod.* 16.
q De petra] *Exod.* 17. & *Num* 20.
r Levasti manum] idest, jurasti, idest, firmiter promisisti. Jurantes enim solebant levare manus, quando jurabant.
ſ Mandata] ut facerent ea.
t Audire,] i. obedire.
u Caput,] idest, mentem.
x Ad servitutem] idest, in Ægyptum, ubi servi erant. Vel ad peccata sua, propter quæ servituti addicti fuerant.
y Propitius, clemens, &c.] Per hanc verborum congeriem intelligitur multiplex effectus misericordiæ Dei circa eos.
z Vitulum conflatilem] *Exod.* 32. Exod. 14.
a Iste est Deus tuus,] in *Exod.* dicitur: Hi sunt Dii tui. Sed ibi ponitur plurale pro singulari. Exod. 13.
b Et spiritum tuum] i. Angelum ductorem eorum. *Exod.* 13.

a Man-

eos, & *a* manna tuum non prohibuisti ab ore eorum, *b* & aquam dedisti eis in siti. Quadraginta annis pavisti eos in deserto, nihilque eis defuit. Vestimenta eorum non inveteraverunt, & *c* pedes eorum non sunt attriti, Et dedisti eis regna, & populos, & *d* partitus es ei sortes, & possederunt terram Sehon, & terram *e* regis Hesebon, & terram Og regis Basan. Et *f* filios eorum multiplicasti sicut stellas cœli, & adduxisti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum, ut ingrederentur, & possiderent. Et venerunt filii, & possiderunt terram: Et humiliasti coram eis habitatores terræ, *g* Chananæos, & dedisti *h* eos in manu *i* eorum, & reges eorum, & populos terræ, ut *k* facerent *l* eis, sicut placebat *m* illis. Ceperunt itaque urbes munitas, & humum *n* pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis, cisternas ab aliis fabricatas; vineas, & oliveta, & ligna pomifera multa. Et comederunt, & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundaverunt deliciis in bonitate tua magna. *o* Provocaverunt autem te ad iracundiam, & *p* recesserunt a te, & *q* projecerunt legem tuam post terga sua: Et prophetas tuos occiderunt, qui *r* contestabantur eos, ut reverterentur ad te, feceruntque blasphemias grandes: Et dedisti eos in manu hostium suorum, & afflixerunt eos: Et in tempore tribulationis suæ clamaverunt ad te, & tu de cœlo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis *ſ* Salvatores, qui salvarent eos de manu hostium suorum. Cumque *u* requievissent, reversi sunt, ut facerent malum in conspectu tuo, & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. Conversique sunt, & clamaverunt ad te: Tu autem de cœlo exaudisti, & liberasti eos in misericordiis tuis, multis temporibus, & contestatus es eos, ut reverterentur ad legem tuam. Ipsi vero superbe egerunt, & non audierunt mandata tua, & in judiciis tuis peccaverunt, quæ faciet homo, & *x* vivet in eis. Et *y* dederunt humerum *z* recedentem, & cervicem suam induraverunt, nec audierunt. Et *a* protraxisti super eos annos multos, & contestatus es eos in spiritu tuo, per manum Prophetarum tuorum, & non audierunt: Et tradidisti eos in manum populorum terrarum. In misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem, nec dereliquisti eos, quoniam Deus miserationum, & clemens tu es. Nunc itaque, Deus noster, magne, fortis, & terribilis, custodiens pactum, & misericordiam, ne avertas a facie tua omnem laborem, qui invenit nos, reges nostros, & principes nostros, & Sacerdotes nostros, & Prophetas nostros, & patres nostros, & omnem populum tuum, a diebus *b* regis Assur usque in diem hanc. Et tu justus in omnibus, quæ venerunt super nos, quia *c* veritatem fecisti nobis: Nos autem impie egimus: Reges nostri, Principes nostri, Sacerdotes nostri, & Patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & testimonia tua, quæ testificatus es in *d* eis. Et ipsi in *e* regnis suis bonis, & in bonitate tua multa, quam dederas eis, & in terra latissima, & pingui, quam tradideras in conspectu eorum, non servierunt tibi, nec reversi sunt a studiis suis pessimis. Ecce *f* nos ipsi *g* hodie servi sumus, & terra, quam dedisti patribus nostris, ut comederent panem ejus, & quæ bona sunt ejus, & nos ipsi servi sumus in ea: Et fruges ejus multiplicabantur regibus, quos *h* posuisti super nos propter peccata nostra, & *i* corporibus nostris dominantur, & jumentis nostris secundum voluntatem suam, & in tribulatione magna sumus. Super omnibus ergo his nos ipsi *k* percutimus fœdus, & *l* scribimus, & signant Principes nostri, Levitæ nostri, & Sacerdotes nostri.

EXPOSITIO CAP. X.

Signatores *m* autem fuerunt, &c.] *Gl.* Alia translatio habet; Nehemias, qui Athersata fertur: Erat enim dyonomos. Unde singulariter subjungitur filius Achelia, quod superius apertius dicitur: Dixit autem Nehemias, & ipse est Athersata.

n Hi Sacerdotes.] qui scil. fuerunt signatores.

o Porro Levitæ,] fuerunt, scil. signatores.

p Anam,] qui fuit signator. *Sup. n.*

q Spondentes, &c.] ut parerent mandatis Domini.

r Facerent] opere.

ſ Custodirent] corde. Et spondentes:

a Ut

CAP. X.

Signatores *m* autem fuerunt, Nehemias, Athersata filius Achelai, & Sedechias, Sarajas, & Azarias, Jeremias, Phassur, Amarias, Melchias, Attus, Sebenia, Melluc, Maarem, Metimuth, Obdias, Daniel, Genthon, Baruch, Mosollam, Abia, Miamim, Mazia, Belga, Semeja: Hi *n* Sacerdotes. *o* Porro Levitæ, Josue filius Azariæ, Bennui de filiis Enadad, Cedmihel, & fratres eorum Sechenia, Odevia, Celita, Phalaja, *p* Anam, Micha, Roob, Asebia, Zachur, Serebia, Sabania, Odaja, Bani, Baninu. Capita populi, Pheros, Phetmoab, Elanzetu, Ban, Bonni, Azgad, Bebai, Adonaja, Beggo, Ajadin, Ather, Ezechia, Azus, Odevia, Asum, Besai, Ares, Anathoth, Nebai, Metphia, Mosollam, Azir, Nesizabel, Sadoch, Jeddua, Pheltia, Anan, Ania, Osee, Anania, Asub, Aloes, Phaleam, Sobech, Rheum, Asebna, Madsia, Ethaja, Hanan, Anan, Melluch, Aran. Baana, & reliqui de populo. Sacerdotes, Levitæ, janitores, & cantores, Nathinei, & omnes, qui se separaverunt de populis terrarum ad legem Dei, uxores eorum, filii eorum, & filiæ eorum omnes, qui poterant sapere, *q* spondentes pro fratribus suis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum, & jurandum, ut ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi servi Dei, ut *r* facerent, & *ſ* custodirent

a Manna] *Exod.* 16.
b Et aquam] *Exod.* 17. & *Num.* 20.
c Pedes] idest calceamentum.
d Partitus] *Josue* 21.
e Regis Hesebon,] *Numer.* 21.
f Filios eorum] idest, Judæorum. Large sumitur hic.
g Chananæos,] scilicet pro septem populis.
E
h Eos] scilicet habitatores terræ.
i Eorum,] idest, Judæorum.
k Facerent] sc. Judæi.
l Eis,] idest, Chananæis.
m Illis.] idest Judæis.
n Pinguem,] idest fertilem.
o Provocaverunt autem] per peccata sua.
p Recesserunt, &c.] per idololatriam.
q Projecerunt, &c.] per inobedientiam.
r Contestabantur] idest, contestando prædicabant eis.
F
ſ Salvatores,] idest judices, qui liberaverunt eos, scilicet Ajoth, Gedeon, &c.
u Requievissent,] in pace ab hostibus.
x Vivet] vita æterna.
y Dederunt humerum] Simile *Zach.* 7. Noluerunt attendere, & averterunt scapulam recedentes.
z Recedentem,] vel recedentes.
a Protraxisti] expectando eos ad pœnitentiam.
G
b Regis Assur] scilicet Phul, qui primus ascendit contra eos in Samariam, 4. *Reg.* 15.
c Veritatem] scilicet, & justitiam.
d In eis.] in eis dicit, & non eis, quia mandata Dei, & testimonia debent esse in corde nostro.
e In regnis, quæ dederat eis.
f Ecce nos ipsi] idest, multi ex nobis.
A
g Servi sumus,] regis Persarum.
h Super nos] *Psal.* 65. Imposuisti homines super capita nostra.
i Et corporibus] Solus dominatur animabus bonorum.
k Percutimus] idest, firmiter promittimus nos parere mandatis tuis.
l Scribimus] idest promissionem istam scripto confirmamus. Signatores autem hujus promissionis fuerunt de ordinibus tribus, de Principibus, de Sacerdotibus, de Levitis.

universa mandata Domini Dei nostri, & judicia, & ceremonias ejus, & ut *a* non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filiis nostris. Populi quoque terræ, qui *b* important venalia, & omnia ad usum per diem sabbati, ut vendant, non accipiemus ab eis in sabbato, & in die sanctificato: Et *c* dimittemus annum septimum, & exactionem universæ manus. Et statuemus super nos præcepta, ut demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri, ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum, in sabbatis, in *d* calendis, in *e* solemnitatibus, & in *f* sanctificatis, & *g* pro peccato, ut exoretur pro Israel, & in omnem usum domus Dei nostri. Sortes ergo misimus *h* super oblationem lignorum, inter Sacerdotes, Levitas, & populos, ut inferrentur in domum Dei nostri *i* per domos patrum nostrorum, *k* per tempora a *l* temporibus anni usque ad annum, ut arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in *m* lege Moysi. Et ut afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiva universi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo Domini, & primitiva filiorum nostrorum, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege Domini: Et primitiva boum nostrorum, & ovium nostrarum, ut offerantur in domo Dei nostri: Et primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni vindemiæ quoque, & olei, afferemus Sacerdotibus *n* ad gazophylacium Dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Levitis. Ipsi Levitæ decimas accipient ex omnibus civitatibus *o* operum nostrorum. Erit autem Sacerdos filius Aaron *p* cum Levitis in decimis Levitarum, & Levitæ offerent decimam *q* partem decimæ suæ in domum Dei nostri, ad gazophylacium in domo thesauri: ad gazophylacium enim deportabunt filii Israel, & filii Levi, primitias frumenti, vini, & olei: Et ibi erunt vasa sanctificata, & Sacerdotes, & cantores, & janitores, & ministri, & non *r* dimittemus domum Dei nostri.

C A P. XI.

HABITAVERUNT *r* autem principes populi in Jerusalem. Reliqua vero plebs misit sortem, ut tollerent *s* unam partem de decem, qui habitaturi essent in Jerusalem in civitate sancta, novem vero partes in *t* civitatibus. *u* Benedixit autem populus omnibus viris, qui se sponte obtulerant, ut habitarent in Jerusalem. Hi sunt itaque principes *x* provinciæ, qui habitaverunt in Jerusalem, & in *y* civitatibus Juda. Habitavit autem unusquisque in possessione sua, in urbibus suis *z* Israel: Sacerdotes, Levitæ, Nathinei, & filii servorum Salomonis. Et in Jerusalem habitaverunt de filiis Juda, *a* & de filiis Benjamin,

a Ut non daremus, &c. non acciperemus] *Deuter. 7.* Non sociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipias filio tuo.
b Important] ad forum.
c Dimittemus annum septimum,] idest sabbatismum faciemus.
d In calendis,] idest, in Neomeniis.
e In solemnitatibus] legalibus.
f In sanctificatis,] idest, in festis novis, Domino consecratis.
g Pro peccato,] una dictio: Et est species sacrificii sic dicti. *Ps. 39.* Oblationem & pro peccato non postulasti,
h Super oblationem] ut sciremus, qui ligna deferrent domi, vel imponerent altari.
i Per domos] idest familias.
k Per tempora] idest, ut determinaretur, qui, in quo tempore facere hæc deberent, idest, qui in Januario, qui in Martio, & sic de aliis.
l A temporibus anni] idest, de anno ad annum, idest de singulis annis.
m In lege Moysi.] Exodi, Levitici, Deuteronomii.
n Ad gazophylacium] idest, ad templum. Et hic est argumentum, quod decimæ deferendæ sunt in domum sacerdotibus a dantibus illas: Sed hoc non tenetur hodie.
o Operum nostrorum.] Argumentum, quod de lucro manuali cujuslibet operis debet dari decima.
p Cum Levitis] dividendis scilicet, vel particeps cum Levitis de decimis in decimis.
q Partem decimæ suæ] Nota, quod in lege quatuor erant decimæ. Prima, decima pars omnium bonorum dabatur Levitis. De qua dicitur *Deut. 14.* Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra, per singulos annos. *Numer. 18.* expressius agitur de decima ista. De hac decima etiam dicitur *Eccl. 12.* Desudet eleemosyna in manu tua, donec invenias justum cui des, idest illum, cui debes dare. Item reliquas novem partes iterum decimabant: Et hæc est secunda decima, quam sibi reservabant, & ex ea ter in anno, cum ascendebant in Jerusalem, oblationes, & epulas sibi, & domui suæ faciebant, & Levitam concancellaneum, qui cum eis ascenderat, invitabant. Et de hac decima habes *Deut. 14.* satis. In eosdem etiam usus reservabant secundum animal post primogenitum quasi secundum primogenitum. Et similiter post primitias reponebant sibi tantumdem in eos usus, quasi secundas primitias. Hæc secundaria præcepit Moyses deferri in sanctuarium, & comedi coram Domino: tamen remotioribus licebat hæc vendere in loco suo, & ferre pretium suum, & inde emere sibi in Jerusalem, quæ desiderabat anima sua: Ita legitur *Deut. 14.* Iterum tertio anno duabus decimis jam dictis sublatis, sive separatis, tertiam faciebant iterum decimationem in usus pauperum. Et hanc apud se reponebat, ut haberent quid possent peregrinis, advenis, pupillis, viduis egentibus, etiam Levitis, si indigerent. De hac nihil expendebant in usus proprios. Et de hac decima dictum est illud *Luc. 6.* Omni petenti te, tribue. Quartadecima est, quam Levitæ dabant Sacerdotibus decimantes eas decimas, quas a populo susceperant ipsi. De qua habes *Num. 18.*
r Non dimittemus] sine ministris, & custodibus.

E X P O S I T I O
C A P. XI.

HAbitaverunt *r* autem principes] Nota, Jerusalem vicina, & odiosa erat hostibus, scil. populis illius terræ: Et ideo populus Judaicus non audebat ibi habitare. Principes, & optimates obtulerunt se sponte, quod habitarent in Jerusalem in medio populi, sed plebs noluit habitare; & ideo fecerunt sortem, & diviserunt populum in decem partes, & una pars super quam sors ceciderat, habitaret in Jerusalem, & ita factum fuit. Et hoc est, quod dicitur hic absque sorte, quia sponte obtulerunt se.
s Unam partem de decem,] idest decimum caput.
t In civitatibus.] aliis.
u Benedixit, &c.] *Gl.* Sublimem vitam electorum, quam imitando sequi non possumus, congaudendo, & venerando, nostram facere debemus.
x Provinciæ,] Judææ.
y In civitatibus Juda.] extra Jerusalem.
z Israel:] idest, totus populus. *Gloss.* His verbis ostenditur, quod universus Israel, idest, decem Tribus in urbibus suis habitabant, in quibus etiam Sacerdotes, & Levitæ decretam sibi ex lege portionem tenebant. De Tribu autem Juda, & Benjamin, quoscumque sors elegit, habitabant in Jerusalem simul, & de Sacerdotali, & Levitica Tribu. Tribus enim Benjamin ibi antiquitus manebat; Tribus autem Juda, a temporibus David, cum ipse eam totius regni metropolim fecit. Quibus etiam Tribus Levi addita est, ex quo arca Dei illuc adducta est, & templum, & altare constructum. In sequentibus enim hujus libri invenies, quod de his tantum Tribubus, habitatores Jerusalem computat, quorum omnium etiam summam annectit, quorum expleto catalogo adjungit, in quibus urbibus cetera pars eorum, decem scilicet Tribuum, habitaverit. Nam sequitur: De filiis Juda, habitaverunt in Cariatharbe, &c.
a De filiis Benjamin.] in cujus sorte erat Jerusalem.

a Su-

De filiis Juda, Athajas filius Azian, filii Zachariæ, filii Amathiæ, filii Saphatiæ, filii Malaleel. De filiis Phares, Hismaasia, filius Baruch, filius Colaaa, filius Azia, filius Adaja, filius Joarib, filius Zachariæ, filius Silonitis. Omnes filii Phares, qui habitaverunt in Jerusalem, quadringenti sexaginta novem, viri fortes. Hi sunt autem filii Benjamin: Sellum, filius Mosollam, filius Joed, filius Phadaja, filius Coloja, filius Masia, filius Etheel, filius Asaia: Et post eum Gabbai. Sellai, nongenti vigintiocto: Et Joel filius Zechri præpositus eorum, & Judas filius Sennua *a* super civitatem secundus. Et de Sacerdotibus, Idaja, filius Joarib, Jachin, Saraja; filius Helchia, filius Mosollam, filius Sadoch, filius Merajoth, filius Ahitoh, principes domus Dei, & fratres eorum, facientes opera templi, octingenti vigintiduo. Et Adaja, filius Jeroam, filius Pheleja, filius Amsi, filius Zacharię, filius Phessur, filius Melchiæ, & fratres ejus, *b* principes patrum, ducenti quadringenta duo. Et Amasai filius Azrihel, filius Azi, filius Mosollamoth filius Emmer, & fratres eorum potentes nimis, centum vigintiocto, & præpositus eorum Zabdihel filius potentium. Et de Levitis: Sebenia, filius Asob, filius Azaricam, filius Asabia, filius Bonni, & Sabathai, & Jozabeth, super opera, quę erant forinsecus in domo Dei, a principibus Levitarum. Et Mathania filius Micha, filius Zebdei, filius Asaph *c* princeps ad laudandum, & confitendum in oratione, & Bechetia secundus de fratribus ejus, & Abda filius Samua, filius Galal, filius *c* Idithun. Omnes Levitæ in *d* civitate sancta ducenti octoginta quatuor. Et Janitores: Accob, Telmon, & fratres eorum, qui custodiebant ostia, centum septuagintaduo. Et reliqui ex Israel Sacerdotes, & Levitæ in universis civitatibus Juda, unusquisque in possessione sua: & Nathinei, qui habitabant in *e* Ophel, & Siaha, & Gaspha de Nathineis, & *f* Episcopis Levitarum in Jerusalem: Azi, filius Baani, filius Asabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph: cantores in ministerio Domus Dei. Præceptum *g* quippe Regis super eos erat, & *h* ordo in cantoribus, per singulos dies; & Phathaja filius Mesezebel, de filiis Zara, filii Juda, in *i* manu Regis, juxta omne verbum populi, & in *k* domibus per omnes regiones eorum. De filiis Juda habitaverunt in *l* Cariatharbe, & in filiabus ejus, & in Dibon, & in filiabus ejus, & in Capseel, & in viculis ejus, & in Jesue, & in Molada, & in Bethphaleth, & in Asersual, & in Bersabee, & in filiabus ejus, & in Sicelech, & in Monochona: & in filiabus ejus, & in Remmon, & in Sara, & in Jerimuth, Zonoa, Odollam, & in villis earum: Lachis. & in regionibus ejus: Azecha, & in *m* filiabus ejus. Et manserunt in Bersabee usque ad vallem Hennon. Filii autem Benjamin, Ageba, Mecmas, & Haja, & Bethel, & filiabus ejus: Anathor, Nob, Anania, Asor, Rama, Gethaim, Adid, Seboim, Nebal, Helaloth, & Ona *n* valle artificum, & de *o* Levitis *p* portiones Juda, & Benjamin.

***a* Super civitatem secundus.] post Joel.**
b Princeps patruum,] quia Sacerdotes erant, non sic vocat eos.
c Princeps ad laudandum,] idest, princeps cantorum.
c Idithun.] qui erat alius cantor.
d In civitate sancta] idest Jerusalem.
e In Ophel, & Siaha, & Gaipha] civitates.
f Episcopis] qui erant principaliores inter Levitas.
g Præceptum quippe regis] David scilicet, qui instituit eos in vicibus suis, 1. *Paralip.* c. 24. Vel Artaxerxis, qui pro eis præceptum dederat præfectis suis trans flumen.
h Ordo] supple erat.
i In manu Regis,] Artaxerxis scilicet. Tantæ enim potestatis erat, quod habebat a Rege potestatem faciendi, quod volebat. Vel [In manu Regis] idest, secundum dispositionem David, qui ita ordinavit.
k In domibus] idest familiis.
l In Cariatharbe,] nomen civitatis, & omnia, quæ sequuntur usque ad finem capituli.
m In filiabus] idest, in viculis.
n Valle artificum,] quia ibi habitabant artifices.
o Et de Levitis, &c.] *Gloss.* significat, quod in possessione filiorum Juda, & Benjamin, Levitæ sortem juxta decretum legis acceperunt.
p Portiones] idest, civitates, & viculos aliquos.

Josephus in tempore magni Alexandri principem fuisse Sacerdotum, occurrentemque ei, idest Alexandro, 1. *Machabæor.* 10. cum fratribus suis humiliter, & honorifice susceptum.
r Josue,] idest Jesu filio Josedech.
s Isti principes] prædicti.
t Fratres eorum] idest, minores Sacerdotes.
u Super hymnos,] decantandos constituti.
x Et fratres eorum,] jam dicti.
y Genuit Jedda.] Iste occurrit Alexandro venienti in Jerusalem indutus vestibus pontificalibus, ut legitur 1. *Machabæorum* 10. qui ibi dicitur Jaddus. Sic enim vocat eum *Josephus*.
z Et principes familiarum,] Isti scilicet, qui sequuntur, quorum nomina, quædam in genitivo, quædam in nominativo casu ponuntur.
a Levitæ] supple, erant omnes isti, qui dicti sunt.
b Eliasib,] Sacerdotis.
c Per se.] idest personaliter.
d In libro verborum] 1. *Paralip.* 24. Et nota, quod non omnes hi, qui hic numerantur, fuerunt summi Sacerdotes, sed aliqui fratres eorum, idest, minores Sacerdotes, aliqui Levitæ. Nec numerantur hic tot, quot debent esse, secundum quod David instituit. 1. *Paral.* 24.

a Filii

C A P. X I I.

HI sunt *q* autem Sacerdotes, & Levitę, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & *r* Josue: Saraja, Hieremias, Esdras, Amaria, Melluch, Atthus, Sechenias, Rheum, Merimuth, Addo, Genton, Abia, Miamin, Madia, Belga, Semaja, & Joarib, Idaja, Sellum, Amoch, Elcheja, Adaja. Isti *s* principes Sacerdotum, & *t* fratres eorum in diebus Josue. Porro Levitę, Josue, Bennui, Cedmihel, Sarabia, Juda, Mathanias, *u* super hymnos, ipsi & *x* fratres eorum, & Bechecia, atque Ethanni, & fratres eorum, unusquisque in officio suo. Josue autem genuit Joachim, & Joachim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Jojada, & Jojada genuit Jonathan, & *y* Jonathan genuit Jedda. In diebus autem Joachim erant Sacerdotes, *z* & principes familiarum, Saraję, Maarię, Hieremię, Ananię, Esdrę, Mosollam, Amarię, Johanam, Milico, Jonathan, Sebenię, Joseph, Aran, Edna, Marajoth, Elci, Addaję, Zachariæ, Genthon, Mosollam, Abię, Zecheri, Miamim, & Moadię, Felthi, Belgę, Sammua, Semeję, Jonathan, Jojarib, Mathanai, Jaddaję, Azzi, Sellaję, Celaję, Mochebet, Elcię, Asebię, Idaję, Nathanael. *a* Levitę in diebus *b* Eliasib, & Jojada, & Jonan, & Jeddoa scripti principes familiarum, & Sacerdotes in regno Darii *c* per se. Filii Levi principes familiarum, scripti in *d* libro verborum

E X P O S I T I O

C A P. X I I.

HI *q* sunt autem Sacerdotes,] *Gloss. Bedæ*: Hic principes Sacerdotum una cum fratribus suis, i. minoribus Sacerdotibus, & Levitis describuntur, qui cum Zorobabel, & Jesu filio Josedech de Babylonica captivitate ascenderunt, quibus explicatis, adjunguntur & illi, qui ex tunc in principatum Sacerdotum sibimet invicem usque ad initium regni Macedonum successerunt. Sequitur enim, Josue genuit Joachim, &c. Jedda vero, qui in his ultimis ponitur, scribit

dierum, & usque ad dies Jonathan filii *a* Eliasib. Et principes Levitarum, Asebia, Sarebia, & Jesue filius Cedmihel, & fratres eorum, per vices suas, ut laudarent, & confiterentur juxta *b* præceptum David, viri Dei, & *c* observarent æque per ordinem: Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Thelmon, Accub, custodes portarum, & *d* vestibulorum ante portas. Hi in diebus Joachim, filii Jesue, filii Josedech, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis, scribæque. In *e* dedicatione autem muri Jerusalem requisierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Jerusalem, & facerent dedicationem in lætitia: in actione gratiarum, & cantico, in cymbalis, psalteriis, & citharis. Congregati sunt ergo filii cantorum, & de campestribus circa Jerusalem, & de villis *f* Netuphati, & de domo *g* Galgal, & de regionibus Geba, & Aamabeth, quoniam villas *h* ædificaverunt cantores sibi in circuitu Jerusalem. Et *i* mundati sunt Sacerdotes, & Levitæ, & mundaverunt populum, & portas, & murum. Ascendere autem feci principes Juda super murum, & statui duos *k* choros laudantium magnos: Et ierunt ad dexteram, super murum ad portam sterquilinii. Et ivit *l* post eos Osajas, & media pars principum Juda, & Azarias, Esdra, & Mosollam, Juda, & Benjamin, & Semeja, & Jeremia. Et de filiis Sacerdotum in tubis, Zacharias, filius Jonathan, filius Semejæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zecchur, filius Asaph, & fratres ejus Semeja, & Azarel, Malalai, Galalai, Mahai, Nathanael, & Juda, & Anani, in *m* vasis cantici David viri Dei, & Esdra scriba ante eos in porta fontis. Et *n* contra eos *o* ascenderunt in *p* gradibus *q* civitatis David, in ascensu muri super domum David, & usque ad portam aquarum ad Orientem: Et chorus *r* secundus *s* gratias referentium ibat ex *t* adverso, & ego post eum, & media pars populi super murum, & super turrim furnorum, & usque ad murum latissimum, & super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium, & turrim Ananehel, & turrim Emath, & usque ad portam gregis: Et steterunt in porta custodiæ: Steteruntque duo chori laudantium, in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuum mecum, & *u* Sacerdotes, Eliachim, Maasia, Minamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Anania, in tubis, & Maasia, & Semeja, & Eleazar, & Azi, & Johannam, & Melchia, & Elan, & Ezer. Et clare cecinerunt cantores, & Jezraja præpositus. Et immolaverunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt. Deus enim lætificaverat eos lætitia magna. Sed & uxores eorum, & liberi gavisi sunt, & audita est lætitia illa Jerusalem procul. *x* Recensuerunt quoque in die illa viros *y* super gazophylacia thesauri, ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, ut introferrent *z* per eos principes civitatis in decore, gratiarum actiones, *a* Sacerdotes, & Levitas, quia lætificatus est Juda in Sacerdotibus, & Levitis astantibus. Et custodierunt observationem Dei sui, & observationem expiationis, & cantores, & janitores, juxta præceptum David, & Salomonis filii ejus, quia in diebus David, & Asaph, ab exordio erant principes *b* constituti cantorum in carmine laudantium, & confitentium Deo. Et omnis Israel, in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ *c* dabat partes cantoribus, & janitoribus, per dies singulos, & *d* sanctificabant Levitas, *e* & Levitæ sanctificabant filios Aaron.

C A P. XIII.

IN *f* die autem illo lectum est in volumine Moysi, audiente populo: Et inventum est *g* scriptum in eo, quod non debeant introire Ammonites, & Moabites in Ecclesiam Dei, usque in *h* æternum, eo quod non occurrerunt filiis *i* Israel cum pane, & aqua, & conduxerunt adversus eos *k* Balaam ad maledicendum eis, & *l* convertit Deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem, cum *m* audissent legem, *n* separaverunt omnem

a Filii Eliasib,] idest, nepotis.
b Præceptum David,] 1. *Paral.* 24.
c Observarent] quilibet in vice sua: Janitores enim erant.
d Vestibulorum] idest, porticuum.
e In dedicatione autem muri, &c.] *Gloss. Bedæ*. Jam dudum ædificata erat civitas, sed non decebat eam dedicari prius quam habitatoribus aggregatis, ministri templo idonei, & portis ac vestibulis custodes deputati essent.

B

f Netuphati,] civitas fuit.
g Galgal,] nomen loci.
h Ædificaverunt] villas.
i Et mundati sunt] *Gloss. Bedæ*: Justus omnino ordo, ut Doctores, qui populum mundare desiderant, prius mundentur, castigent corpus, & subjiciant servituti, ne forte aliis prædicantes, ipsi reprobi inveniantur.

1. Cor. 9.

k Choros] Sacerdotes, & Levitæ, & cantores cum musicis instrumentis psallentes incedebant per murum, & Esdras præcedebat: Nehemias vero, & optimates cum eo super alteram partem muri incedebant psallentes, reliqua populi multitudo sequebatur eos super terram, & ducebant ita choros. Duos autem magnos dicit choros, quorum unus fuit multitudinis, alter Esdræ, & Nehemiæ.

C

l Post eos] idest, principes.
m In vasis, &c.] idest, in instrumentis.
n Contra eos] non contrarietate animi, sed occursu.

D

o Ascenderunt] filii Sacerdotum.
p In gradibus] idest post gradus.
q Civitas, &c.] arcis Sion.
r Chorus secundus] chorus secundus hic dicitur, aut chorus Esdræ, aut chorus Nehemiæ. Esdras enim habebat chorum suum, quem præcedebat & Nehemias suum. Et tamen isti duo chori superius pro uno computantur, *eodem*, ubi dicitur: Statui duos magnos choros.
s Gratias] Deo.
t Ex adverso,] *Gloss.* ut alter alterum incitaret.
u Et Sacerdotes, Eliachim,] supple ibi fuerunt similiter.
x Recensuerunt] idest, statuerunt.

y Super gazophylacia] idest super domos.
z Per eos] scilicet viros.
a Sacerdotes, & Levitas,] qui manerent in Jerusalem. *Gloss.* Hac de causa populus, Sacerdotes, & Levitas, & ceteros sanctorum ministros in Jerusalem habitare voluit, ut lætaretur in bonis eorum operibus, quorum instantia populus, & civitas extructa, & cum magna laude, & lætitia erat dedicata.
b Constituti] 1. *Paralip.* 24.
c Dabat partes] *Gloss.* Ut qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivant, 1. *Cor.* 9.
d Sanctificabant Levitas,] *Gloss.* idest, quasi sanctis Dei dabant decimas.
e Et Levitæ sanctificabant filios Aaron.] *Gloss.* Tamquam majoribus decimarum suarum decimam partem offerendo.

E X P O S I T I O

C A P. XIII.

IN *f* die autem illo] quando scilicet ædificata est civitas, & dedicata.
g Scriptum] *Deut.* 23.
h Usque in æternum,] idest nunquam.
i Filiis Israel] exeuntibus de Ægypto.
k Balaam, &c.] *Numer.* 22.
l Convertit, &c.] quia diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, *Rom.* 8.
m Audissent legem,] *Gloss.* de duabus scilicet gentibus anathematizandis.
n Separaverunt omnem] *Gloss.* Quia necesse est nos auditui veritatis intendere, ubi cum ab unoquoque vitio lectione divina prohi-

prohibemur, continuo etiam, quicquid vitii fordidantis in nobis comprehendimus, ab actione nostra, & conscientia repellamus.

a Super hoc] faciendo.
b Eliasib] filius Joachim.
c Proximus] idest affinis, vel amicus.
d Tobiæ.] Propter quem fecit Eliasib aliquid, quod nulla ratione debuit facere, ut innuit illa *Gloss. sequens*: In omnibus, &c.

Adunat se eis, ut liberius improperet. Et est sensus, quare derelinqui fecistis domum Dei, eo quod portionem Levitarum, non reddiditis eis.
r Eos,] idest, Levitas.
s Feci stare] idest, adhibui quemlibet in suo mioisterio.
t Omnis Juda] idest duæ Tribus.
u In horrea.] Levitarum, & Sacerdotum.

alienigenam ab Israel. Et *a* super hoc erat *b* Eliasib Sacerdos, qui fuerat positus in gazophylacio domus Dei nostri, & *c* proximus *d* Tobiæ. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum *e* reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini, & olei, partes Levitarum, & cantorum & Janitorum, & primitias sacerdotales. In *f* omnibus autem his non fui in Jerusalem, quia anno trigesimosecundo Artaxerxis Regis Babylonis *g* veni *h* ad Regem. Et in fine *i* dierum rogavi Regem, & veni in Jerusalem, & intellexi *k* malum, quod fecerat Eliasib *l* Tobiæ, ut faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei, & malum mihi visum est valde: Et *m* projeci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio, præcepique, & emundaverunt gazophylacium: Et retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium, & thus, & cognovi, quoniam partes Levitarum non fuissent *n* datæ, & *o* fugisset unusquisque in regionem suam, de Levitis, & cantoribus, & de his, qui ministrabant, & egi causam *p* adversus magistratus, & dixi: *q* Quare dereliquimus domum Dei? Et congregavi *r* eos, & *s* feci stare in stationibus suis. Et *t* omnis Juda apportabat decimam frumenti, vini, & olei in *u* horrea. Et constituimus super horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoch scribam, & Phadajam de Levitis, & juxta eos Anan filium Zacchur, filium Mathaniæ, quorum fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. Memento mei, Deus meus pro hoc, & *x* ne deleas misctationes meas, quas feci in *y* domo Dei mei, *z* & in cæremoniis ejus. In *a* diebus illis vidi in Juda calcantes torcularia in sabbato, portantes acervos, & onerantes super asinos vinum, & uvas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Jerusalem in die Sabbati. Et contestatus sum eos, ut in die, qua vendere liceret, venderent. Et Tyrii habitaverunt in *b* ea, inferentes pisces, & omnia venalia, & vendebant in Sabbatis filiis Juda, & *c* Jerusalem. Et objurgavi *d* optimates Juda, & dixi eis: Quæ est hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis diem Sabbati? Numquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super civitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel, *e* violando Sabbatum. Factum est itaque, cum quievissent portæ Jerusalem die Sabbati, dixit: Et clauserunt januas, & præcepi, ut non aperirent eas usque post Sabbatum. Et *f* de pueris meis *g* constitui super portas, ut nullus inferret onus in die Sabbati. Et manserunt negotiatores, & vendentes universa venalia, foris Jerusalem, semel, & bis, & contestatus sum eos, & dixi eis: Quare manetis ex adverso muri? Si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in Sabbato. Dixi quoque Levitis, ut *h* mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem Sabbati, Et pro hoc ergo memento mei, Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. Sed & in diebus illis vidi *l* Judæos ducentes uxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filii eorum *k* ex media parte loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Judaice, & loquebantur juxta linguam populi, & populi. Et objurgavi eos, & maledixi. Et cæcidi ex ipsis viros, & decalvavi eos, & adjuravi in Deo, ut non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens: Numquid, non in hujuscemodi re *l* peccavit Salomon rex Israel? Et certe in gentibus multis, non erat rex similis *m* ei, & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel. Et ipsum ergo ad peccatum duxerunt *n* mulieres alienigenæ. Numquid & nos

e Reponentes] viri scilicet statuti ad hoc.
f In omnibus autem his, &c.] *Gloss. Bedæ*. Hæc sententia, quæ se dicit Nehemias in Jerusalem non fuisse, non ad ea, quæ supra hucusque narraverat, sed tantum ad præsentem locum pertinere videtur. Superiora enim, cum civitas ædificata, & dedicata est, gesta, vel dicta videntur, quando adhuc Nehemias Jerosolymis morabatur. Quibus strenue completis, redit ad regem, quo absente, fecit sibi Eliasib gazophylacium, in quo reponerentur ea, quæ vel in ministerium domus Domini, vel in usus ministrorum necessaria erant, qui etiam quædam illicita in gazophylacio in domo Domini ponere non timuit, quæ reversus Nehemias mox exturbavit.
g Veni] idest, redivi.
h Ad regem.] Artaxerxem.
i Dierum] meorum.
k Malum,] scilicet, quod fecerat in absentia mea. Absentia enim Prælati sæpe est occasio magni mali. Absente Moyse fecerunt filii Israel sibi vitulum conflatilem, *Exod.* 32.
l Tobiæ,] *Gloss.* Qui supra dictus est servus Ammonites inimicus populi Dei. Unde male egit Eliasib, qui huic tametsi, idest, quamvis propinquo sibi, in vestibulo domus Domini, thesaurum fecit, in quo vasa ejus posuit, ejectis vasis domus Dei, & ceteris, quæ poscebat usus ministerii. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? Quis consensus templo Dei cum idolis? Quæ communicatio hæreticis, & Schismaticis cum Orthodoxis, & pacificis filiis Dei?
m Projeci] Ita Dominus ejecit ementes, & vendentes de templo, *Joann.* 2.
n Date,] eis.
o Fugisse] ob penuriam.
p Adversus magistratus,] a quibus exortum fuit malum.
q Quare dereliquimus]

x Et ne deleas miserationes] idest non dimittas me irremuneratum.
y In domo Dei] idest, in templo.
z Et in cæremoniis] observandis.
a In diebus illis, &c.] Ecce aliud malum, quod emendavit Nehemias, postquam rediit de Perside, circa finem vitæ suæ, quod in absentia ejus exortum fuerat.
b In ea,] scilicet in Jerusalem.
c Et Jerusalem.] idest Benjamin.
d Optimates] qui optimi esse deberent.
e Violando Sabbatum.] Patet, quod inter alias causas, una causa captivitatis Judæorum fuit violatio Sabbati.
f De pueris] idest servientibus.
g Constitui] custodes.
h Ut mundarentur,] *Gloss.* Mundari eos a quotidiano operis officio necesse est, qui portas sensuum ab incursu turbulentæ cogitationis custodire cupiunt.
i Vidi Judæos] Ecce aliud malum, quod invenit Nehemias post reditum suum.
k Ex media parte loquebantur] idest, confundebant duas linguas in unam.
l Peccavit Salomon rex Israel?] 3. *Reg.* 11.
m Similis] antequam peccaret cum alienigenis.
n Mulieres] *Ecclesiast.* 47. Salomon imperavit in diebus pacis, cui subjecit Deus omnes gentes, ut conderet in nomine suo domum, & pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodum eruditus est in juventute sua, & impletus est quasi

B C D

Sup. 5. — 2. *Cor.* 6. — 3. *Reg.* 11.

quasi flumen sapientia. Et postea sequitur: Inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo; dedisti maculam in gloria tua.

a Prævaricemus] idest, contra legem Domini faciamus, quæ prohibet hoc *Deut.* 7.

b Sacerdotis magni,] unius scilicet, cujus nomen tacetur.

c Quem] scilicet generum.

inobedientes faciemus omne malum grande hoc, ut *a* prævaricemus in Deo nostro, & ducamus uxores peregrinas? De filiis autem Jojada filii Eliasib *b* Sacerdotis magni, gener erat Sanabaliath Horonitis, *c* quem *d* fugavi a me. Recordare, Domine Deus meus, adversum eos, qui polluunt Sacerdotium, jusque Sacerdotale, & Leviticum. Igitur mundavi eos ab omnibus alienigenis, & constitui ordines Sacerdotum, & Levitarum, unumquemque in ministerio suo, & in *e* oblatione lignorum, in temporibus constitutis, & in *f* primitiis. *g* Memento mei, Deus meus, in bonum. Amen.

Explicit liber Nehemiæ, alias Esdræ secundus.

d Fugavi] Dicit Nehemias.

e In oblatione lignorum] ad nutriendum ignem altaris.

f In primitiis.] recipiendis, & servandis.

g Memento mei, Deus meus, &c.] *Gloss.* Merito talis conditor, & dedicator civitatis, post multos devotionis labores, memoriæ se creatoris, & largitoris omnium bonorum commendat.

Explicit Postilla super librum Nehemiæ, alias Esdræ secundum.

CAP.

C A P. I.

A

4. Reg. 23. 2. Par. 35.

Et fecit Josias Pascha in Jerosolymis Domino, & immolavit phase, quartadecima luna primi mensis; statuens Sacerdotes, per vices dierum, stolis amictos, in templo Domini. Et dixit Levitis sacris, servis Israel, ut sanctificarent se Domino, impositione sanctæ arcæ Domini. in domo, quam ædificavit Salomon, filius David Rex. Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deservite Domino nostro, & curam agite gentis illius, Israel, ex parte secundum pagos, & tribus vestras, secundum Scripturam David Regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis, filii ejus, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram eorum, qui stant in conspectu fratrum, filiorum Israel. Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum Domini, quod datum est Moysi.

Et donavit Josias in plebem, quæ inventa est, ovium, agnorum, & hædorum, & caprarum, triginta millia, vitulos tria millia.

B

Hæc de regalibus data sunt secundum promissionem populo, & Sacerdotibus in Pascha, oves numero duo millia: ac vituli centum. Et Jechonias, & Semejas, & Nathanael fratres, & Asabias, & Oziel, & Coraba, in phase, oves quinque millia, vitulos quingentos.

Et cum hæc fierent eleganter, steterunt Sacerdotes, & Levitæ habentes azyma per tribus: Et secundum partes principatus paterni, in conspectu populi offerebant Domino, secundum ea, quæ in libro Moysi scripta sunt; & assaverunt phase igni, prout oportebat, & hostias coxerunt in emolis, & in ollis, cum benevolentia: & attulerunt omnibus: qui erant ex plebe, & post hæc paraverunt sibi, & Sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipes † usque dum finita esset hora; & Levitæ paraverunt sibi, & fratribus suis filiis Aaron.

al. † usque quo.

Et sacri cantores filii Asaph erant per ordinem secundum præceptum David, & Asaph, & Zacharias, & Jeddimus, qui erat a Rege, & ostiarii per singulas janua: Ita ut non prævaricaret unusquisque suam. Fratres enim eorum paraverunt illis. Et consummata sunt, quæ pertinebant ad sacrificium Domini.

In die illa egerunt phase, & offerebant hostias super Domini sacrificium, secundum præceptum Regis Josiæ. Et egerunt filii Israel, qui inventi sunt in tempore illo, phase, & diem festum azymorum, per dies septem. Et non est celebratum phase tale in Israel, a temporibus Samuel Prophetæ. Et omnes Reges Israel, non celebraverunt tale Pascha, quale egit Josias, & Sacerdotes, & Levitæ, & Judæi, & omnis Israel, qui inventi sunt in commoratione Jerosolymis. Octavodecimo anno regnante Josia, celebratum est phase.

C

Et directa sunt opera Josiæ in conspectu Domini sui, in corde pleno metuentia, & quæ circa illum quidem conscripta sunt in pristinis temporibus, de eis, qui peccaverunt, quibus irreligiosi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel.

Et post omnem actum hunc Josiæ, ascendit Pharao Rex Ægypti, veniens in Charchamis ab itinere super Euphratem, & exiit illi obviam Josias. Et misit Rex Ægypti ad Josiam, dicens: Quid mihi, & tibi est, Rex Judæ? Non sum missus a Domino, ut pugnem contra te. Super Euphratem enim est bellum meum.

4. Reg. 23. 2. Par. 35.

D

Festinans descendo. Et non est reversus Josias super currum, sed expugnare eum conabatur; non attendens verbum Prophetæ ex ore Domini, sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et descenderunt principes ad Josiam Regem. Et dixit Rex pueris suis:

Amovete me a prælio: Infirmatus enim sum valde. Et statim amoverunt eum pueri ipsius de acie. Et ascendit super currum secundarium suum, & perveniens Jerosolymam, vita functus est, & sepultus est in paterno sepulchro.

Et in tota Judæa lugebant Josiam: Et qui præsidebant, cum uxoribus lamentabant eum usque in hunc diem. Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel.

Hæc autem præscripta sunt in libro historiarum Regum Judæ: & singula gesta actus Josiæ, & ejus gloria, & intellectus ejus in lege Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ non, scripta sunt in libro Regum Israel, & Judæ.

E

4. Reg. 23. 2. Par. 36.

Et assumentes, qui erant ex gente, Jechoniam filium Josiæ, constituerunt Regem pro Josia patre suo, cum esset annorum triginta, trium: & regnavit super Israel mensibus tribus. Et amovit eum Rex Ægypti ne regnaret in Jerosolymis, & mulctavit gentem, argenti talenta centum, & auri talentum unum.

Et constituit Rex Ægypti Joachim fratrem ipsius Regem Judæ, & Jerusalem. Et alligavit magistratus Joachim, & Zarachelem fratrem suum apprehendens reduxit in Ægyptum.

Annorum erat Joachim vigintiquinque, cum regnare cœpisset in terra Juda, & Jerusalem. Et fecit malum in conspectu Domini.

Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor, Rex Babylonis, & alligans eum † æreo vinculo, perduxit in Babyloniam, & sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecravit in tumulo suo, in Babylonia.

al. † in æculo.

Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptum est in libro temporum Regum. Et regnavit Joachim filius ejus pro eo.

Cum autem constitutus est Rex, erat annorum octodecim.

Regnavit autem menses tres, & dies decem in Jerusalem, & fecit malum in conspectu Domini. Et post annum mittens Nabuchodonosor, transmigravit eum in Babyloniam, simul cum sacris vasis Domini, & constituit Sedechiam Regem Juda, & Jerusalem, cum esset annorum viginti unius. Regnavit autem annis undecim.

Et fecit malum in conspectu Domini, & non

non est veritus a verbis, quæ dicta sunt ab Jeremia Propheta ex ore Domini, & adjuratus a rege Nabuchodonosor perjurans discessit, & indurata cervice sua, & corde suo, transgressus est legitima Domini Dei Israel.

Et duces populi Domini multa inique gesserunt, & impie egerunt, super omnes immunditias gentium, & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Jerosolymis.

Et misit Deus patrum ipsorum per Angelum suum revocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo.

Ipsi vero subsannabant in Angelis suis, & qua die locutus est Dominus, erant illudentes Prophetis ejus.

G Qui usque ad iracundiam concitatus est, super gentem suam propter irreligiositatem suam, & præcepit ascendere Reges Chaldæorum.

Hi occiderunt juvenes eorum in gladio, in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt juveni, & seni, & virgini, & adolescenti, sed omnes traditi sunt in manus ipsorum, & omnia sacra vasa Domini, & regales apothecas resumentes tulerunt in Babyloniam, & incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Jerusalem, & turres ejus incenderunt in igne.

Et consummaverunt omnia honorifica ejus, & ad nihilum redegerunt: & reliquos a gladio duxerunt in Babylonem.

Et erant servi illius usque dum regnarent Persæ, in repletione verbi Domini in ore Jeremiæ, quousque † benigne ageret terra sabbata sua.

Al. tunc.

Quoniam tempore desertionis suæ sabbatificavit in applicatione annorum septuaginta septem.

C A P. II.

A Regnante Cyro Rege Persarum in consummatione verbi Domini in ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & prædicavit in toto regno suo simul per scripturam, dicens:

a. Par. 36. 1. Esdra 1.

Hæc dicit Cyrus Rex Persarum.

Me constituit Regem orbi terrarum Dominus Israel, Dominus Excelsus, & significavit mihi ædificare domum sibi in Jerusalem, quæ est in Judæa.

Si quis est ex genere vestro, Dominus ipsius cum eo ascendat in Jerusalem.

Quotquot ergo circa locum habitant, adjuvent eos, qui sunt in loco ipso, in auro, & argento, in dationibus, cum equis, & jumentis, cumque aliis, quæ secundum vota apponuntur in ædem Domini, quæ est in Jerusalem.

Et stantes principes Tribuum, pagorum, & Judææ ex Tribu Benjamin, Sacerdotes, & Levitæ, quos excitavit Dominus ascendere, & ædificare domum Domini, quæ est in Jerusalem, & qui erant in circuitu eorum, adjuverunt in omni auro, & argento ejus, & jumentis, & votis quampluribus, multi, quorum sensus excitatus est.

B Et Cyrus Rex protulit vasa sacra Domini, quæ transtulit Nabuchodonosor, Rex Babylonis ex Jerusalem, & consecravit ea idolo suo.

1. Esdra 1.

Et proferens ea Cyrus Rex persarum, tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius.

Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro Præsidi Judææ.

Horum autem hic numerus:

Libatoria argentea, duo millia quadringenta: Athiscæ argenteæ, triginta: Phialæ aureæ, triginta; item argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia vasa mille.

Omnia autem vasa aurea, & argentea, quinque millia octoginta sexaginta. Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his, qui ex captivitate Babyloniæ venerant in Jerosolymam.

In Artaxerxis autem Regis Persarum temporibus scripserunt ei de his, qui inhabitabant in Judæa, & Jerusalem, Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus, Samelius Scriba, & reliqui inhabitantes in Samaria, & ceteris locis subjectam epistolam Regi Artaxerxi.

Domine, pueri tui, Rathimus ab accidentibus, & Sabellius Scriba, & reliqui curiæ tuæ Judices in Cœlesyria, & Phenice.

C Et nunc notum sit Domino Regi, quoniam Judæi, qui ascenderunt a vobis ad nos, venientes in Jerusalem civitatem refugam, & pessimam, ædificant furnos ejus, & statuunt muros, & templum suscitant.

Quia si civitas ista, & muri isti consummati fuerint, non tantum tributa non sustinebunt pendere, sed etiam Regibus resistent.

Et quia id agitur circa templum, recte haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum, sed notum facere Domino Regi, ut si videbitur Regi, quæratur in libris patrum tuorum, & invenies in admonitionibus scripta de his, & scies, quoniam civitas illa fuit refuga, & Reges, & civitates concutiens, & Judæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno: ob quam causam civitas ista deserta est. Nunc ergo notum facimus, Domine Rex: quoniam si civitas hæc ædificata fuerit, & hujus muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Celesyriam, & Phœnicem.

Tunc scripsit Rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & ceteris constitutis, & inhabitantibus in Syria, & Phœnice, ea quæ subjecta sunt.

Legi epistolam, quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inventum est, quoniam civitas illa est ab ævo Regibus resistens, & homines refugæ, & prælia in ea efficientes, & Reges fortissimi erant in Jerusalem dominantes, & tributa exigentes a Celesyria, & Phenice.

D Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare civitatem, & providere, ne quid ultra hæc fiant, sed nec procedatur in plurimum, ex quo sunt malitiæ, ita ut Regibus molestia importetur. Tunc recitatis his, quæ a Rege Artaxerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius Scriba: & qui cum his constituti erant jungentes, festinanter venerunt in

Jerusa-

Jerusalem, cum equitatu, & turba, & agmine, cœperuntque ædificantes prohibere. Et vacabant ab ædificatione templi in Jerusalem, usque secundo anno regni Darii Regis Persarum.

C A P. III.

A REX Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ, & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo, ab india usque Æthiopiam, centum vigintiseptem provinciis.

Et cum manducassent, & bibissent, & satiati reverterentur, tunc Darius Rex ascendit in cubiculo suo, & dormivit, & expergefactus est.

Tunc illi tres juvenes custodes, qui custodiebant corpus Regis, dixerunt alter alteri:

B Dicamus unusquisque nostrum sermonem, qui præcellat, & cujuscumque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi Rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo fræno, & Cydarim byssinam, & torquem circa collum, & secundo loco sedebit a Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darii vocabitur.

C Tunc scribentes singuli suum verbum † significaverunt, & posuerunt subtus cervical Darii Regis, & dixerunt: (al. † signaverunt.)

Cumque surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra, & quodcumque judicaverit Rex e tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum ejus sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est.

Unus scripsit, † Forte est vinum. (al. † Fortius.)

Alius scripsit: Fortior est Rex.

Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres, super omnia autem vincit veritas.

Et cum surrexisset Rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit.

Et mittens vocavit omnes Magistratus Persarum, & Medos, & Purpuratos, & Prætores, & Præfectos, & sederunt in consilio, & lecta sunt scripta coram ipsis.

D Et dixit: Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua.

Et vocati sunt, & introierunt.

Et dixit illis:

Indicate nobis de his, quæ scripta sunt.

Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, & dixit: Viri quam prævalet vinum omnibus hominibus, qui bibunt illud.

Seducit mentes. Itemque Regis, & orphani facit mentem vanam.

Item servi, ac liberi, pauperis, ac divitis & omnem mentem convertit in securitatem, & jucunditatem, & non meminit omnem tristitiam, & debitum, & omnia præcordia facit honesta, & non meminit Regem, nec Magistratum, & omnia per talenta loqui facit.

Et non meminerunt cum biberunt amicitiam, nec fraternitatem, sed non post multum sumunt gladios, & cum a vino mersefrint, & surrexerint, non meminerunt, quæ gesserint.

O viri, num præcellit vinum? Quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

C A P. IV.

A ET inchoavit sequens dicere, qui dixit de fortitudine Regis:

O viri, num præcellunt homines, qui terram, & mare obtinent, & omnia, quæ in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum, & omne, quodcumque dixerit illis, faciunt.

Et si miserit illos ad † bellatores, vadunt, & demoliunt montes, & muros, & turres. (al. † bellandum.)

Jugulantur, & jugulant, & Regis verbum non prætereunt.

Nam si vicerint, afferunt Regi omnia, quæcumque prædati fuerint.

Similiter, & alii omnes, & quotquot non militant nec pugnant, sed colunt terram: rursum cum fuerint metentes, afferunt tributa Regi.

Et ipse unus solus si dixerit, occidite, occidunt: dixerit, remittite, remittunt: dixerit, percutite, percutiunt: dixerit, exterminate, exterminant: dixerit, ædificate, ædificant: dixerit, excidite, excidunt: dixerit, plantate, plantant: & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, & bibit, & dormit.

Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obedientes sunt ei.

Viri, quo non præcellit Rex, qui sic diffamatur? Et tacuit.

B Tertius, qui dixerat de mulieribus, & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui: Viri non magnus Rex, & multi homines, nec unum præcellit.

Quis est ergo, qui dominatur eorum? Nonne mulieres genuerunt Regem, & omnem populum, qui dominantur mari, & terræ, & ex illis nati sunt, & ipsæ educaverunt eos, qui plantaverunt vineas, ex quibus vinum fit? Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari a mulieribus.

Si congregaverint aurum, & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem unam bono habitu, & bona specie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quam aurum, & argentum, & omnem rem speciosam.

C Homo patrem suum relinquit, qui enutriit illum, & suam regionem, & ad mulierem se conjungit.

Et cum muliere remittit animam, & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri.

Nonne doletis? Et accipit homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare navigare, & flumina, & leonem videt. & in tenebris ingreditur: Et cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas: amabili suæ affert.

Et iterum diligit homo uxorem suam magis, quam patrem, & matrem.

Et

Et multi dementes facti sunt propter uxores suas, & servi facti sunt propter illas: & multi perierunt, & jugulati sunt: & peccaverunt propter mulieres. Et nunc credite mihi, quia magnus est Rex in potestate sua: quoniam omnes † regiones verentur tangere eum.

al. † habitationes.

Videbam tamen Apemem filiam Bezazis mirifici concubinam Regis sedentem juxta Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite ejus, & imponentem sibi, & palmis cædebat Regem de sinistra manu, & super hæc aperto ore intuebatur eam: Et si arriserit ei, ridet; Nam si indignata fuerit ei, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.

D

O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlum, quæ ista agunt.

Et tunc Rex, & Purpurati intuebantur in alterutrum.

Et inchoavit loqui de veritate.

O viri nonne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlum, & velox cursus Solis convertit in gyro cœlum in locum suum in una die. Nonne magnificus est, qui hæc facit? Et veritas magna, & fortior præ omnibus.

Omnis terra veritatem invocat, cœlum etiam ipsam benedicit, & omnia opera moventur, & tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquum.

Vinum iniquum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas.

Et in sua iniquitate peribunt, & veritas manet, & invalescit in æternum, & vivit, & obtinet in sæcula sæculorum.

Nec est apud eam accipere personas, neque differentias, sed quæ justa sunt, facit omnibus, injustis, ac malignis, & omnes benignantur in operibus ejus.

i.d. e. confusio.

Et non est in judicio ejus iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & majestas omnium ævorum.

E

Benedictus Deus veritatis.

Et desiit loquendo.

Et omnes populi clamaverunt, & dixerunt; Magna est veritas, & prævalet.

Tunc Rex ait illi: Pete, si quid vis amplius, quam quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundum quod inventus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.

Tunc ait Regi: Memor esto voti tui quod vovisti, ædificare Jerusalem in die, qua regnum accepisti, & omnia vasa, quæ accepta sunt ex Jerusalem remittere, quæ separavit Cyrus, quando mactavit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi.

Et tu voluisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Judæa a Chaldæis.

Et nunc hoc est, quod postulo, Domine, & quod peto. Hoc est majestas quod a te postulo, ut facies templum, quod vovisti Regi cœli ex ore tuo.

F

Tunc surgens Darius Rex osculatus est illum, & scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, ut deducerent eum, & eos, qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Jerusalem. Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, ut traherent ligna cedrina a Libano in Jerusalem, ut ædificarent cum eis civitatem.

Et scripsit omnibus Judæis, qui ascendebant a regno in Judæam pro libertate, omnem potentem, & Magistratum, & Præfectum non supervenire ad januas ipsorum, & omnem regionem, quam obtinuerant immunem esse ei, & Idumæi relinquant castella, quæ obtinent Judæorum, & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, usque dum ædificaretur, & super sacrarium holocaustomata hustulare quotidie, sicut habent præceptum, alia talenta decem offerre per singulos annos, & omnibus, qui procedunt a Babylonia, condere civitatem, ut esset libertas tam ipsis, quam filiis eorum, & omnibus Sacerdotibus, qui præcedunt.

Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolam jussit dari, in qua deservirent, & Levitis scripsit dare præcepta usque in diem, qua consummabitur domus, & Jerusalem extruetur, & omnibus custodientibus civitatem scripsit dare eis sortes, & stipendia.

G

Et dimisit omnia vasa, quæcumque separaverat Cyrus a Babylonia, & omnia quæcumque dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Jerusalem.

Et cum processisset ille adolescens, elevans faciem in Jerusalem, benedixit Regem cœli, & dixit:

Abs te victoria, & abs te est sapientia, & claritas.

Et ego servus tuus sum.

Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confiteor, Domine Deus patrum nostrorum. Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam.

Et venit, & nunciavit fratribus suis omnibus, qui fuerunt in Babylonia, & benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem, & refrigerium, ut ascenderent, & ædificarent Jerusalem, & templum, ubi nominatum est nomen ejus in ipso, & exultaverunt cum musicis, & lætitia, diebus septem.

C A P. V.

A

POST hæc autem electi sunt, ut ascenderent principes Pagorum per domos, & tribus suas, & uxores illorum, & filii, & filiæ eorum, & servi, & ancillæ ipsorum, & pecora illorum. Et Darius Rex misit una cum eis equites mille, donec deducerent eos in Jerusalem cum pace, & cum musicis, & cum tympanis, & tibiis, & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos ascendere simul cum eis. Et hæc sunt nomina virorum, qui ascenderunt per pagos suos in Tribus, & in partem principatus ipsorum.

Sacerdotes, filii Phinees, filii Aaron, Jesus filius Josedech, Joachim filius Zorobabel, filii Salathiel de domo David, ex progenie Phares, de Tribu Juda, qui locutus est sub Dario rege Persa-

farum, sermones mirificos in secundo anno regni ipsius, mense Nisan primo. Sunt autem hi, qui ascenderunt ex Judæa de captivitate transmigrationis, quos transmigravit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reversi sunt in Jerusalem. Et reliquit partem Judææ unusquisque in civitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel, & Jesu, Nehemias, Areores Elimeo, Emmanio, Mardochæo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Eboa nia, unus de principibus eorum, & numerus A a gentibus, & ex præpositis eorum.

Filii Phares, duo millia centum septuagintaduo.

Filii Ares, tria millia centum quinquagintaseptem.

Filii Phemo centum quadragintaduo.

In filiis Jesu, & Joabes, mille trecentiduo.

Filii Benfu, duo millia quadringenti septuaginta.

B Filii Choraba, ducenti quinque.

Filii Banica, centum sexagintaduo.

Filii Bebech, quadringenti tres.

Filii Archad, quadringenti vigintiseptem.

Filii Chao, trigintasentem.

Filii Zoroar, duo millia sexaginta septem.

Filii Adin, quadringenti sexaginta unus.

Filii Adarectis, centum octo.

Filii Ciaso, & Zelas, centum septem.

Filii Azorec, quadringenti trigintanovem.

Filii Jedarbone, centum trigintaduo.

Filii Ananiæ, centum triginta.

Filii Asoni, nonaginta.

Filii Marsar, quadringenti vigintiduo.

Filii Zabarus, nonagintaquinque.

Filii Sepholemon, centum vigintitres.

Filii Nepopas, quinquagintaquinque.

Filii Nechanatus, centumquinquagintaocto.

Filii Cebethamus, centum trigintaduo.

Filii Crearpatros, qui Enocadies, & Modie quadringenti vigintitres.

Qui ex Gramas, & Gabea, centum vigintiunus.

Qui ex Bessdon, & Ceagge, sexagintaquinque.

Qui ex Bastaro centum vigintiduo.

Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque.

Filii Liptis, centum quinquagintaquinque.

Filii Laboni, trecenti quinquagintaseptem.

Filii Sichem, trecenti septuaginta.

Filii Suadon, & Eliomus, trecenti septuagintaocto.

Filii Ericus, duo millia centum quadragintaquinque.

Filii Anaas, trecenti septuaginta.

C Sacerdotes, filii Jeduus, filii Euther, filii Eliasib, trecenti septuagintaduo.

Filii Emerus, ducenti quinquagintaduo.

Filii Safurii, trecenti quinquagintaseptem.

Filii Carre, ducenti vigintiseptem.

Levitæ, filii Jesu in Caduhel, & Banus, & Serebias, & Edias septuagintaquatuor.

Omnis numerus a duodecimo anno, triginta millia, quadringenti sexagintaduo.

Filii, & filiæ, & uxores, omnis computatio, quadraginta millia, ducenti quadragintaduo.

Filii Sacerdotum, qui psallebant in templo.

Filii Asaph, centum vigintiocto.

Ostiarii vero filii Esmenni, filii Azer, filii Ammon, filii Accuba, filii Tobi, omnes centum trigintanovem.

Sacerdotes servientes in templo. Filii Sel, filii Gasson, filii Tobloch, filii Carie, filii Sud, filii Heliu, filii Labana, filii Armacha, filii Accub, filii Utha, filii Cetha, filii Aggab, filii Obai, filii Anani, filii Canna, filii Geddu, filii An, filii Radin, filii Desanon, filii Nechoba, filii Caseba, filii Goze, filii Ozui, filii Sinone, filii Attre, filii Hasten, filii Asiana, filii Manei, filii Nasisim, filii Accusu, filii Agista, filii Azui, filii Favon, filii Fasalon, filii Medda, filii Susa, filii Caret, filii Barcus, filii Saree, filii Coesi, filii Nasith, filii Agisti, filii Pedon.

Salomon, filii ejus, filii Asophot, filii Phazida, filii Teli, filii Dedon, filii Gaddahel, filii Sephegi, filii Aggia, filii Sacharet, filii Sabathen, filii Saroneth, filii Malsith, filii Anie, filii Sasus, filii Addus, filii Suba, filii Eura, filii Rahotis, filii Phasphat, filii Malmon.

Omnes sacro servientes, & pueri Salomonis quadringenti octogintaduo. D

Hi sunt filii, qui ascenderunt a Thelmelathelarsa principes eorum, Carmellam, & Chareth, & non poterant edicere civitates suas, & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel.

Filii Dalari, filii Tubam, filii Nechodaici.

Et ex sacerdotibus, qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inventi, filii Obia, filii Achisos, filii Addin, qui accepit uxorem ex filiabus Phargeleu, & vocati sunt nomine ejus. Et horum quæsita est generis scriptura inprædatura, & non est inventa, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias, & Astharas, ne participenentur sancta, donec exurgat Pontifex doctus in ostensionem, & veritatem.

Omnis autem Israel erat a quindecim annis, exceptis servis, & ancillis, quadraginta duo millia, trecenti quadraginta.

Servi horum, & ancillæ, septem millia, trecenti trigintaseptem.

Cantores, & cantatrices, ducenti sexagintaquinque.

Cameli, quadringenti trigintaquinque.

Equi, septem millia trigintasex.

Muli, ducenta millia quadragintaquinque. E

Subjugalia, quinque millia vigintiquinque.

Et de præpositis ipsis per pagos dum venirent in templum Dei, quod erat in Jerusalem, voverunt suscitare templum in loco suo, secundum suam virtutem, & dare in templum Thesaurorum operum sacrum, auri mnas duodecim millia, & stolas sacerdotales centum.

Et habitaverunt Sacerdotes, & Levitæ, & qui exierant de plebe in Jerusalem, & in regione, & sacri cantores, & ostiarii, & omnis Israel in regionibus suis.

Instante autem septimo mense, cumque essent filii Israel unusquisque in suis rebus, convenerunt omnes unanimes in atrium, quod erat ante Januam Orientalem.

Et stantes Jesus filius Josedec, & fratres ejus sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & hujus fratres paraverunt altare, ut offerrent super illud holocaustomata, secundum quod in libro Moysi hominis Dei scripta sunt.

Et

Et convenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant hostias, & holocaustomata Domino matutina. Et egerunt Scenopegiam, & diem solemnem, sicut præceptum est in lege, & sacrificia quotidie sicut oportebat, & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbatorum, & Neomeniarum, & dierum solemnium omnium, sanctificatorum.

F Et quotquot vovebant Domino, & a Neomenia septimi mensis cœperunt hostias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum. Et dederunt pecuniam lapidariis, & fabris, & potum, & pabula cum gaudio. Et dederunt carra Sidoniis, & Tyriis, ut transveherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Joppe portu secundum decretum, quod scriptum erat eis a Cyro rege Persarum.

Et in secundo anno venientes in templum Dei in Jerusalem, mense secundo inchoavit Zorobabel filius Salathiel, & Jesus filius Josedec, & fratres ipsorum, & Sacerdotes, & Levitæ, & omnes, qui venerant de captivitate in Jerusalem, & fundaverunt templum Dei, novilunio secundi mensis, secundi anni, cum venissent in Judæam, & Jerusalem.

Et statuerunt Levitas a viginti annis super opera Domini, & stetit Jesus, & filius ejus, & fratres, omnes Levitæ conspirantes, & executores legis, facientes opera in domo Domini.

Et steterunt Sacerdotes habentes stolas cum tubis, & Levitæ filii Asaph, habentes cymbala, collaudantes Dominum, & benedicentes secundum David regem Israel. Et cantabant canticum Domino, quoniam dulcedo ejus, & honor in sæcula super omnem Israel.

G Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamaverunt voce magna, collaudantes Dominum in suscitatione domus Domini. Et venerunt ex Sacerdotibus, & Levitis, & præsidentibus secundum pagos senioribus, qui viderant pristinam domum, & ad hujus ædificationem cum clamore, & planctu magno, & multi cum tubis, & gaudio magno, in tantum, ut populus non audiret tubas propter planctum populi.

Turba enim erat tubis canens magnifice, ita ut longe audiretur. Et audierunt inimici tribus Judæ, & Benjamin, & venerunt scire, quæ esset vox tubarum. Et cognoverunt, quoniam qui erant ex captivitate, ædificant templum Domino Deo Israel.

Et accedentes ad Zorobabel, & Jesum, & præpositos pagorum, dixerunt eis: Ædificabimus una vobiscum. Similiter enim audivimus Dominum vestrum, & ipsi pariter incedimus a diebus Asbasaret regis Assyriorum, qui transmigravit nos huc.

Et dixerunt illis Zorobabel, & Jesus, & principes pagorum Israel: Non est nobis, & vobis ædificare domum Dei nostri. Nos enim soli ædificabimus Domino Israel, secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum.

Gentes autem terræ incubantes his, qui sunt in Judæa, & levantes opus ædificationis, & insidias, & populos adducentes; prohibebant eos ædificare, & aggressus exercentes impediverunt, ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium usque ad Darii regnum.

CAP. VI.

A In secundo autem anno regni Darii prophetavit Aggæus, & Zacharias filius Addin prophetæ apud Judæam, & in Jerusalem in nomine Domini Dei Israel. Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Jesus filius Josedech, inchoaverunt ædificare domum Domini, quæ est in Jerusalem, cum adessent eis prophetæ Domini, & adjuvarent eos.

In illo tempore venit ad illos Sisennes Subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Sarrabuzanes, & sodales ejus, & dixerunt eis: Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectum istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores, qui hæc ædificant?

Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos, qui erant ex captivitate a Domino seniores Judæorum, & non sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur.

Exemplum Epistolæ, quam miserunt Dario: Sisennes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Sarrabuzanes, & sodales ejus in Syria, & Phenice præsides, regi Dario, salutem.

Omnia nota sint domino Regi, quia cum advenissemus in regionem Judææ, & introissemus in Jerusalem, invenimus ædificantes domum Dei magnam, & templum ex lapidibus politis, & magnis, & pretiosis materiis in parietibus, & opera illa instanter fieri, & suffragate, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria, quam diligentissime perfici.

B Tunc interrogavimus seniores, dicentes: Quo permittente vobis ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis? Ideo autem interrogavimus eos, ut notum tibi faceremus homines, & præpositos, & nominum scripturam præpositorum postulavimus illos.

At illi responderunt nobis, dicentes: Nos sumus servi Domini, qui fecit cœlum, & terram, & ædificabatur hæc domus ante annos istos multos, a rege Israel magno, & fortissimo, & consummata est.

Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, & peccaverunt in Deum Israel, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum, & domum istam demolientes incenderunt, & populum captivum duxerunt in Babyloniam.

In anno primo regnante Cyro rege Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare, & ilia sacra vasa aurea, & argentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de domo, quæ est in Jerusalem, & consecraverat ea in templo suo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo, quod erat in Babylonia, & tradita sunt Zorobabel, & Salmanasaro subregulo. Et præceptum est eis, ut offerrent hæc vasa, & reponerent in templo, quod erat in Jerusalem,

lem, & templum ipsum Dei ædificate in loco suo.

C Tunc Salmanasarus subjecit fundamenta domus Domini, quæ est in Jerusalem, & exinde usque nunc ædificatur, & non accepit consummationem.

Nunc ergo si judicatur a te, o rex, perquiratur in regalibus Bibliothecis Cyri regis, quę sunt in Babylonia, & si inventum fuerit consilio Cyri regis cęptam esse structuram domus Dei, quæ est in Jerusalem, & judicabitur a Domino rege nostro, scribat de his nobis.

Tunc Darius rex præcepit inquiri in Bibliothecis, & inventus est in Ecbatanis oppido, quod est in media regione, locus unus, in quo scripta erant ista.

Anno primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit domum Domini, quæ est in Jerusalem, ædificare, ubi incendebant igni assiduo, cujus altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & męniano ligneo ejusdem regionis, & męniano uno novo, & impendia dari de domo Cyri regis, & sacra vasa domus Domini tam aurea quam argentea, quæ extulit Nabuchodonosor in domum Domini, quæ est in Jerusalem, ubi erant posita, ut ponantur illic.

D Et præcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ, & Phęnicis, & Satrabuzanem, & sodales ejus, & qui ordinati erant in Syria, & Phęnice præsides, ut abstinerent se ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum ædificare, & prospexi, ut adjuvent eos, qui sunt ex captivitate Judæorum, donec consummaretur templum ædis Domini, & a vexatione tributorum Cœlesytiæ, & Phœnicis diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos, similiter autem, & frumentum, & sal, vinum, & oleum instanter per singulos annos, prout Sacerdotes, qui sunt in Jerusalem, dictaverint, consumi quotidie sine ulla dilatione, ut offerantur libationes summo Deo pro Rege, & pueris ejus, & orent pro ipsorum vita. Et denuncietur, ut quicumque transgressi fuerint aliquid ex his, quæ scripta sunt, aut spreverint, accipiatur lignum de suis propriis, & suspendatur, & bona ipsorum Regi ascribantur. Propterea & Dominus, cujus nomen invocatum est ibi, exterminet omnem Regem, & gentem qui manum suam extenderit, prohibere, aut maletractare domum Domini illam, quæ est in Jerusalem. Ego Darius rex decrevi quam diligentissime secundum hæc fieri.

C A P. VII.

A Tunc Sisennes subregulus Cœlesytiæ, & Phęnicis, & Satrabuzanes, & sodales obsecuti his, quæ a Dario rege decreta erant, insistebant Sacrosanctis operibus diligentissime cooperantes cum senioribus Judæorum Principibus Syriæ, & prosperata sunt Sacrosancta opera prophetantibus Aggeo, & Zacharia prophetis.

Et consummaverunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis regis Persarum.

Et consummata est domus nostra usque ad tertiam, & vigesimam diem mensis Adar, sexto anno Darii regis.

Et fecerunt filii Israel, & Sacerdotes, & Levitæ, & ceteri, qui erant ex captivitate, qui appositi sunt, secundum ea, quæ scripta sunt in libro Moysi.

Et obtulerunt in dedicationem templi Domini tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, & hędos pro peccatis universi Israel duodecim, secundum numerum Tribuum Israel.

C Et steterunt omnes Sacerdotes, & Levitæ amicti stolis per Tribus super opera Domini Dei Israel, secundum librum Moysi, & ostiarii per singulas januas.

Et egerunt filii Israel cum his, qui erant ex captivitate illud Phase quarta decima luna mensis primi, quando sanctificati sunt Sacerdotes, & Levitæ. Omnes filii captivitatis non sunt simul sanctificati, quia Levitæ omnes simul sanctificati sunt. Et immolaverunt Phase universi filii captivitatis, & fratribus suis Sacerdotibus, & sibimetipsis.

D Et manducaverunt filii Israel, qui erant ex captivitate, omnes, qui † remanserant ab omnibus execrationibus gentium terræ, quærentes Dominum, & celebraverunt diem festum Azymorum septem diebus epulantes in conspectu Domini, quoniam convertit consilium regis Assyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

† al. recesserant.

C A P. VIII.

A Et post hæc regnante Artaxerxe Persarum rege, accessit Esdras filius Azariæ, filii Helchiæ, filii Solome, filii Sadoc, filii Achitob, filii Ameti, filii Azahel, filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazari, filii Aaron primi Sacerdotis. Hic Esdras ascendit de Babylonia, cum esset Scriba, & ingeniosus in lege Moysi, quæ data est a Domino Deo Israel, docere, & facere.

1 Esdr. 7.

Et dedit ei Rex gloriam, quod invenisset gratiam in omni dignitate, & desiderio in conspectu ejus. Et ascenderunt simul cum ipsis ex filiis Israel, & Sacerdotibus, & Levitis, & sacris Cantoribus Templi, & ostiariis, & servis templi in Jerusalem.

Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense

mense: hic annus septimus est regni: exeuntes de Babylonia novilunio quinti mensis venerunt Jerosolymam juxta præceptum illius, habentes prosperitatem itineris a domino ipsorum datam eis.

In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ essent ex lege Domini, & præceptis: & docendo universum Israel omnem justitiam, & judicium.

Accedentes autem, qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderunt scriptum, quod obvenerat ab Artaxerxe Rege ad Esdram Sacerdotem, & lectorem legis Domini, cujus exemplum subjectum est;

Rex Artaxerxes Esdræ Sacerdoti, & lectori legis Domini, salutem.

B Humanior ego judicans in beneficiis, præcepi eis, qui desiderant ex gente Judæorum sua sponte, & ex Sacerdotibus, & Levitis, qui sunt in regno meo, comitari tecum in Jerusalem. Si qui ergo cupiunt ire tecum, conveniant, & proficiscantur, sicut placuit mihi, & septem amicis meis consiliariis, ut visitent ea, quæ aguntur secundum Judæam, & Jerusalem, observantes sicut habes in lege Domini, & ferant munera Domino Deo Israel, quæ vovi ego, & amici Jerusalem, & omne aurum, & argentum, quod inventum fuerit in regione Babyloniæ, Domino in Jerusalem cum illo, quod est donatum pro ipsa gente in templum Domini eorum, quod est in Jerusalem, ut colligatur hoc aurum, & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia, ut offerant hostias Domino super altare Domini ipsorum, quod est in Jerusalem.

Et omnia quæcumque volueris cum fratribus tuis facere auro, & argento perficies pro voluntate tua, secundum præceptum Domini Dei tui, & sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Jerusalem, & cetera quæcumque tibi subvenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio, cum volueris cum fratribus tuis facere auro, & argento, perfice secundum voluntatem Domini.

Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ, & Phœnicis, ut quæcumque scripserit Esdras Sacerdos, & lector legis Domini, diligenter ei detur usque ad argenti talenta centum, similiter & auri, & usque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcumque abundant, sine taxatione.

Omnia secundum legem Dei fiant Deo Altissimo, ne forte exurgat ira in regno Regis, & filii, & filiorum ejus. Vobis autem dicitur, ut omnibus Sacerdotibus, & Levitis, & sacris Cantoribus, & servis templi, & Scribis templi hujus nullum tributum, neque ulla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem objicere eis quicquam.

C Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei, constitue judices, & arbitros in tota Syria, & Phœnice, & omnes, qui legem Dei tui noverunt, doce, ut quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, sive morte, sive cruciatu, sive etiam pecuniæ mulctatione, vel abductione.

Et dixit Esdras Scriba: Benedictus Dominus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor Regis, clarificare domum suam, quæ est in Jerusalem, & me honorificavit in conspectu Regis, & † consiliariorum, & amicorum ejus, & purpuratorum ejus.

Et ego constans animo factus sum secundum opitulationem Domini Dei mei, & congregavi ex Israel viros, ut simul ascenderent mecum.

Et hi præpositi secundum patrias suas, & principatus portionales eorum, qui mecum ascenderunt de Babylonia, in regno Artaxerxis.

Ex filiis Phares, Girsonois.

Ex filiis Siemarith † Amenus.

Filiorum David, Accus filius Seceliæ.

Ex filiis Phares, Zacharias, & cum eo reversi sunt viri centum quinquaginta.

Ex filiis ductoris Moabilionis † Zaraei, & cum ipso viri ducenti quinquaginta.

Ex filiis Zachues, Jechonias † Zechoeli, & cum ipso viri ducenti quinquaginta.

Ex filiis † Sala, Maasias, Gotholiæ, & cum ipso septuaginta.

Ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viro octoginta.

Ex filiis Job, Abdias † Jeheli, & cum ipso viri ducenti duodecim.

Ex filiis † Baniæ, Salimoth filius Josaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta.

Ex filiis Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducenti octo.

Ex filiis Asathiochannes, † Azechan, & cum ipso viri centum decem.

Ex filiis Adonicham, ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam, filius Gebel, & Semejas, & cum ipsis viri septuaginta.

Et congregavi eos ad fluvium, qui dicitur Thia: & metati illic fuimus triduo, & recognovi eos.

Et ex filiis Sacerdotum, & Levitarum, non inveni illic.

Et misi ad Eleazarum, & Eccellom, & Masmam, & Malobam, & Enaathan, & Samea, & Joribum, Nathan, Ennagan, Zachariam, & Mosollamum, ipsos ductores, & peritos.

Et dixi eis, ut venirent ad Loddeum, qui erat apud gazophylacii.

Et mandavi eis, ut dicerent Loddeo, & fratribus ejus, & illis, qui erant in gazophylacio, ut mitterent nobis eos, qui sacerdotio fungerentur in domo Domini Dei nostri.

Et adduxerunt nobis secundum manum validam Domini Dei nostri, viros peritos ex filiis Mooli, filii Levi, filii Israel, Sebebiam, & filios, & fratres, qui erant decem & octo, Asbiam, & † Amin ex filiis filiorum Chananæi, & filii eorum viri viginti.

Et ex his, qui in templo serviebant, quos dedit David, & Principes ad operationem Levitis templo servientium, ducenti viginti. Omnium nomina

---

al. † consiliatorum.

al. † Amelus.

al. † Zarati.

al. † Jeheli.

al. † Sola.

al. † Jezeli.

al. † Banaie.

al. † Achatie.

al. † Anum.

nomina significata sunt in Scripturis. Et vovi illic jejunium juvenibus in conspectu Dei, ut quæreremus ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filiis, & pecoribus propter insidias.

Erubui enim petere a Rege pedites, & equites in comitatu, tutelæ gratia, contra adversarios nostros.

Diximus enim Regi, quoniam virtus Domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu.

Et iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum secundum hæc, quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro.

Et separavi ex plebis præpositis, & Sacerdotibus Templi viros duodecim, & Sedebiam, & Asamiam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem. Et appendi eis argentum, & aurum, & vasa sacerdotalia domus Domini Dei nostri, quæ donaverat Rex, & Consiliarii ejus, & Principes, & omnis Israel.

Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum, & vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia, & dixi eis:

E Et vos Sancti estis Domino, & vasa sunt Sancta, & aurum, & argentum votum est Domino Deo patrum nostrorum. Vigilate, & custodite, donec tradatis, ex plebis præpositis, & Sacerdotibus, & Levitis, & Principibus civitatum Israel, & Jerusalem, in pastoforio domus Dei nostri. Et hi, qui susceperunt Sacerdotes, & Levitæ, aurum, & argentum, & vasa, intulerunt in Jerusalem in templum Domini.

Et promovimus a fluvio Thia die duodecima mensis primi, usquequo introivimus in Jerusalem. Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argentum traditum est in domo Domini Dei nostri, Marimoth filio Jori Sacerdoti, & cum ipso erat Eleazar filius Phinees, & erant cum ipsis Josabdus, filius Jesu, & Medias, & Banni filius Levitæ, ad numerum, & ad pondus universa. Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora.

Qui autem venerunt ex captivitate, obtulerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros, duodecim pro omni Israel, arietes octoginta sex, agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini.

Et relegerunt præcepta Regis regalibus dispensatoribus, & sub regulis Cœlesyriæ, & Phœnicis, & honorificaverunt gentem, & templum Domini.

Et consummatis his accesserunt ad me præpositi, dicentes: Non segregaverunt genus Israel, & Principes, & Sacerdotes, & Levitæ, & alienigenæ gentes, & nationes terræ immunditias suas a Chananæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Jebulæis, & Moabitis, & Ægyptiis, & Idumæis.

Conjuncti enim sunt filiabus eorum, & ipsi, & filii eorum, & commistum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ, & participes erant præpositi, & magistratus iniquitatis hujus, ab initio ipsius regni.

Et mox ut audivi ista conscidi vestimenta, & sacram tunicam, & lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens, & mœstus. Et F convenerunt ad me quotquot tunc movebantur in verbo Domini Dei Israel lugentem super iniquitatem istam, & sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum.

Et consurgens a jejunio conscissa habens vestimenta, & sacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad Dominum, dicebam: Domine, confusus sum, & reveritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt usque ad cœlum, quoniam a temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato usque in hunc diem.

Et propter peccata nostra, & patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum Sacerdotibus nostris, & Regibus terræ in gladium, & captivitatem, & deprædationem cum confusione, usque in hodiernum diem.

Et nunc quantum est hoc, quod contigit nobis, unam abs te, Domine Deus, derelinquere nobis radicem, & nomen in locum sanctificationis tuæ, detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore servituris nostræ. Et cum serviremus, non fuimus derelicti a Domino Deo nostro, sed constituit nos in gratia, ponens nobis Reges Persarum dare cibum, & clarificare templum Domini Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Judæa, & Jerusalem.

Et nunc quid dicimus habentes hæc, Domine? Transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum, dicens: Quoniam, terra in qua † introistis possidere hæreditatem ejus, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleverunt eam totam immunditia sua.

al. † ingrediistis.

Et nunc filias vestras non conjungetis filiis eorum, & filias eorum non accipietis filiis vestris, & non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore, ut invalescentes manducetis optima terræ, & hæreditatem distribuatis filiis usque in ævum.

Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra. Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reversi sumus transgredi legitima, uti commisceremur immunditiæ alienigenarum gentium terræ hujus.

Nonne irasceris nobis perdere nos, quoad usque non relinquatur radix, & nomen nostrum? Domine Deus Israel, verax es. Derelicta est enim radix usque in hodiernum diem. Ecce nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his.

Et cum adorando confiteretur Esdras flens, humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Jerusalem turba magna valde, viri, & mulieres, & juvenes, & ju-

venculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine.

Et cum clamasset Jechonias Jeheli ex filiis Israel, dixit Esdræ: Nos in Dominum peccavimus, quod collocavimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ. Et nunc es super omnem Israel.

In his ergo fit jusjurandum a Domino, expellere omnes uxores nostras, quæ ex alienigenis sunt cum filiis earum. Sicut tibi decretum est a majoribus secundum legem Domini, exurgens explica: ad te enim spectat hoc negotium, & nos tecum sumus. Viriliter fac.

Et exurgens Esdras adjuravit principes Sacerdotum, & Levitas, & omnem Israel facere secundum hæc, & juraverunt.

C A P. IX.

A ET exurgens Esdras ab ante atrium templi, abiit in pastoforium Jonathæ filii Nasabi, & hospitatus illic non gustavit panem, nec aquam bibit, super iniquitatem multitudinis. Et facta est prædicatio in omni Judæa, & in Jerusalem omnibus, qui erant ex captivitate, & congregati in Jerusalem, ut quicumque non occurrerit biduo, ac triduo diei secundum judicium assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus judicaretur a multitudine captivitatis.

Et congregati sunt omnes, qui erant ex Tribu Juda, & Benjamin in tribus diebus in Jerusalem. Hic mensis est nonus dies, mensis vigesimus. Et sedit omnis multitudo in area templi, trementes propter hyemem præsentem.

B Et exurgens Esdras, dixit illis: Vos inique fecistis collocantes vobis in matrimonium uxores alienigenas, ut adderetis ad peccata Israel. Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum, & perficite voluntatem ipsius, & discedite a gentibus terræ, & ab uxoribus alienigenis.

Et clamavit omnis multitudo, & dixerunt voce magna: Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus insubsidiari stare, & hoc opus non est nobis unius diei, neque bidui, multum enim in his peccavimus, stent præpositi multitudinis, & omnes, qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent uxores apud se alienigenas, & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & judices usquequo solvant iram Domini negotii hujus.

C Jonathas autem filius Ezeli, & Ozias thecam susceperunt secundum hæc, & † Bosoramus, & Levis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis, & steterunt secundum hæc nomina universi, qui erant ex captivitate. [al. † Josotamus.]

Et elegit sibi viros Esdras Sacerdos principes magnos de partibus eorum secundum nomina, & consederunt novilunium mensis decimi examinare negotium istud.

Et determinatum est de viris, qui habebant uxores alienigenas, usque ad Neomeniam primi mensis, & inventi sunt ex Sacerdotibus permixti, qui habebant uxores alienigenas,

Ex filiis Jesu, filii Josedech, & fratribus ejus: Maseas, & Eliezerus, & Joribus, & Joaneus, & injecerunt manus ut expellerent uxores suas, & ad litandum in ea oratione arietem pro ignorantia sua.

Et ex filiis Semmeri: Maseas, & Esses, & Jeelech, Azarias.

Et ex filiis Fosere: † Lisimasiaa, † Hismaenis, & Nathanae, Jussio, Jeddus, & Talsas. [al. † Lisimasias. al. † Ismaeneus.]

Et ex Levitis: Joxabdus, & Semejas, & Colvis, & Calitas, & Facteas, & Colvas, & Elionas.

Et ex sacris Cantoribus: Eliasib, Zacharus.

Et ex Ostiariis: Sallumus, & Tolbanes.

Et ex Israel: ex filiis Foro, Osi, & Rhemias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, & Eleazarus, & Jemmebias, & Bannas.

Et ex filiis Jolamam: Chamas, & Zacharias, & Ezrelus, & Joddius, & Erimoth, & Helias.

D Et ex filiis Zathoim: Eliadas, & Liasamus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias.

Et ex filiis Zebes: Joannes, & Amanias, & Zabdias, & † Emens. [al. † Emetis.] Et ex filiis Banni: Olamus, & Malluchus, & Jeddeus, & Jasub, & Asabus, & Hierimoth.

Et ex filiis Addin: Naathus, & Moosias, & † Caleus, & Raanas, Maaseas, Mathathias, & Beseel, & Bonnus, & Manasses. [al. † Calenius.]

Et ex filiis Nuae: Noneas, Aseas, & Melchias, & Sameas, & Simon, Benjamin, & Malchus, & Marras.

Et ex filiis Asom: Carianeus, Matharhias, & Bannus, & Eliphalach, & Manasses, & Semei,

Et ex filiis † Banni: Hieremias, & Moodias, & Abramus, & Johel, & Baneas, & Pelias, & Jonas, & Marimoth, & Eliasib, & Mathaneus, & Elasis, & Orisas, & Dielus, & Semedius, & Sambris, & Josephus. [al. † Benue.]

E Et ex filiis Nobei: Idelus, & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, Jesi, Baneas.

Omnes isti conjunxerunt sibi uxores alienigenas, & † diviserunt eas cum filiis. Et inhabitaverunt Sacerdotes, & Levitæ, & qui erant ex Israel in Jerusalem, & in tota regione una, novilunio mensis septimi. Et erant filii Israel in commorationibus suis. [al. † dimiserunt.]

Et congregata est omnis multitudo simul in arenam, quæ est ab Oriente portæ sacræ. Et dixerunt Esdræ Pontifici, & Lectori, ut adferret legem Moysi, quæ tradita est a Domino Deo Israel.

Et attulit Esdras Pontifex legem omni multitudini eorum, a viro usque ad mulierem, & omnibus Sacerdotibus audire legem Novilunio mensis septimi.

F Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, a prima luce usque ad vesperam coram viris, & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem.

Et stetit Esdras Sacerdos, & lector legis super

per ligneum tribunal, quod fabricatum erat. Et steterunt ad eum Mathathias, Samus, Ananias, Azarias, Urias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram: & ad sinistram, Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias.

Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine, præsidebat enim in gloria in conspectu omnium. Et cum absolvisset legem, omnes † recti steterunt, & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem.

† *al. erecti.*

Et respondit omnis populus, amen: Et elevatis sursum manibus procidentes in terram, adoraverunt Dominum, Jesus Bananeus, & Sarebias, & Jaddimus, & Accubus, & Sabathæus, & Calithes, & Azarias, & Joradus, & Ananias, & Philias Levitæ: qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem.

G

Et dixit Atharathes Esdræ Pontifici, & Lectori, & Levitis, qui docebant multitudinem, dicens: Dies hic sanctus est Domino. Et omnes flebant, cum audissent legem.

Neh. 8.

Et dixit Esdras: Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his, qui non habent. Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Levitæ denunciabant in publico omnibus, dicentes: Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse.

Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his, qui non habebant, ut epularentur. Magnifice enim sunt exaltati verbis, quibus edocti sunt. Et congregati sunt universi in Jerusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum Domini Dei Israel.

Explicit liber Esdræ III.

LIBER IV. Esdræ.

CAP. I.

A

LIBER Esdræ Prophetæ secundus, filii Sarai, filii Azarei, filii Helchiæ, filii Sadaniæ, filii Sadoch, filii Achitob, filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii Ameriæ, filii Asiel, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziæ, filii Borith, filii Abisei, filii Phinees, filii Eleazar, filii Aaron ex Tribu Levi, qui fuit captivus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Vade, & nuncia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, ut nuncient filiis filiorum, quia peccata parentum ipsorum in illis creverunt. Obliti enim mei sacrificaverunt diis alienis.

Nonne ego eduxi eos de terra Ægypti, de domo servitutis? Ipsi autem irritaverunt me, & consilia mea spreverunt. Tu autem excute comam capitis tui, & projice omnia mala super illos, quoniam non obedierunt legi meæ: Populus autem est indisciplinatus.

Usquequo eos sustinebo quibus tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subverti, Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum ejus percussi. Omnes gentes a facie eorum perdidi, & in Oriente provinciarum duarum populos Tyri, & Sidonis dissipavi, & omnes adversarios eorum interfeci. Tu vero loquere ad eos, dicens: Hæc dicit Dominus.

B

Nempe ego vos per mare transmeavi: & plateas vobis initio munitas exhibui. Ducem vobis dedi Moysen, & Aaron Sacerdotem, lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis. Vos autem mei obliti estis, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis, & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc usque murmurastis. Ubi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nonne in deserto, cum esuriretis, proclamastis ad me, dicentes: Ut quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos: Melius nobis fuerat servire Ægyptiis, quam mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panem Angelorum manducastis.

Nonne cum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus foliis arborum vos texi. Divisi vobis terras pingues. Chananæos, & Pherezæos, & Philistæos a facie vestra projeci. Quid faciam vobis adhuc, dicit Dominus? Hæc dicit Dominus omnipotens: In deserto cum essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum, non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen.

Quid tibi faciam Jacob? Noluisti obedire Juda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, ut custodiant legitima mea: Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis a me misericordiam, non miserebor; quando invocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. Non quasi me dereliquistis, sed vosipsos, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus omnipotens: Nonne ego vos rogavi, ut pater filios, & mater filias, & ut nutrix parvulos suos, ut essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? Ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub alas suas. Modo autem, quid faciam vobis? Projiciam vos a fa-

a facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis, avertam faciem meam a vobis. Dies enim festos vestros, & Neomenia, & Circumcisiones repudiavi: ego misi pueros meos Prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus.

Hæc dicit Dominus omnipotens: Domus vestra deserta est: Projiciam vos, sicut ventus stipulam, & filii procreationem non facient, quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me, fecerunt. Tradam domos vestras populo venienti qui me non audientes credunt: quibus signa non ostendi, facient quæ præcepi. Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum.

Testor populi venientis gratiam, cujus parvuli exultant cum lætitia: me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes, quæ dixi. Et nunc frater aspice quæ gloria, & vide populum venientem ab Oriente, quibus dabo ducatum Abraham Isaac, & Jacob, & Oseæ, & Amos, & Micheæ, & Joel, & Abdiæ, & Jonæ, & Nahum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & Angelus Domini vocatus est.

CAP. II.

A HÆc dicit Dominus: Ego eduxi populum istum de servitute, quibus mandata dedi per pueros meos Prophetas, quos audire noluerunt: sed irrita fecerunt mea consilia. Mater, quæ eos generavit, dicit illis: Ite filii, quia ego vidua sum, & derelicta. Educavi vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu, & tristitia. Quoniam peccastis coram Domino Deo vestro, & quod malum est coram eo, fecistis.

Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua sum, & derelicta. Ite filii, & petite a Domino misericordiam: Ego autem te pater testem invoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum servare, ut des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat.

Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur a terra, quoniam spreverunt sacramentum meum. Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala memorare quid fecerim Sodomæ, & Gomorrhæ, quorum terra jacet in piceis glebis, & aggeribus cinerum. Sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens.

B Hæc dicit Dominus ad Esdram: Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum, Jerusalem, quod daturus eram Israel. Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaveram illis. Lignum vitæ erit illis in odorem unguenti, & non laborabunt, neque fatigabuntur.

Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, ut immorentur. Jam paratum est vobis regnum: Vigilate. Testare cœlum, & terram. Contrivi enim malum: & creavi bonum, quia vivo ego, dicit Dominus. Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam cognovi nomen meum in Israel.

Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. Mittam tibi adjutorium pueros meos Isaiam, & Jeremiam, ad quorum consilium sanctificavi, & paravi tibi arbores duodecim, gravatas variis fructibus, & totidem fontes fluentes lac, & mel, & montes immensos septem, habentes rosam, & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos.

Viduam justifica, pupillo judica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti, confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cæcum ad visionem claritatis C meæ admitte: Senem, & juvenem intra muros tuos serva, mortuos ubi inveneris signans commenda sepulchro, & dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea. Pausa, & quiesce populus meus, quia veniet requies tua.

Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum. Servos, quos tibi dedi nemo ex eis interiet. Ego enim eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cum enim venerit dies pressuræ, & angustiæ, alii plorabunt, & tristes erunt, tu autem hilaris, & copiosa eris. Zelabunt gentes, & nihil adversus te poterunt, dicit Dominus. Manus meæ tegent te, ne filii tui gehennam videant. Jucundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus.

Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiam cum illis faciam, quoniam misericors sum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos, usque dum venio, & præstem illis misericordiam, quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet.

Ego Esdras præceptum accepi a Domino in monte Horeb, ut irem ad Israel: Ad quos cum venirem, reprobaverunt me, & respuerunt mandatum Domini. Ideoque dico vobis gentes, quæ auditis, & intelligitis. Expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis, quoniam in proximo est ille, qui in fine sæculi adveniet. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis. Fugite umbram sæculi hujus. Accipite jucunditatem gloriæ vestræ.

Ego testor palam Salvatorem meum: commendatum donum accipite, & jucundamini, D gratias agentes ei, qui vos ad cœlestia regna vocavit. Surgite, & state, & videte numerum signatorum in convivio Domini.

Qui se de umbra sæculi transtulerunt, splendidas tunicas a Domino acceperunt. Recipe, Sion, numerum tuum, & conclude candidatos tuos, qui legem Domini compleverunt. Filiorum tuorum, quos optabas, plenus est numerus. Roga imperium Domini, ut sanctificetur populus tuus, qui vocatus est ab initio. Ego Esdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant

bant Dominum. Et in medio eorum erat juvenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autem miraculo tenebar.

Tunc interrogavi Angelum, & dixi: Qui sunt hi, domine? Qui respondens, dixit mihi: Hi sunt, qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei: Modo coronantur, & accipiunt palmas.

Et dixi Angelo: Ille juvenis quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi: Ipse est filius Dei, quem in sæculo confessi sunt.

Ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterunt. Tunc dixit mihi Angelus: Vade, annuncia populo meo, qualia, & quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

C A P. III.

A ANNO trigesimo ruinæ civitatis eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens. Et cogitationes meæ ascenderunt super cor meum, quoniam vidi desolationem Sion, & abundantiam eorum, qui habitabant in Babylone.

Et ventilatus est spiritus meus valde. Et cœpi loqui ad Altissimum verba timorata. Et dixi: O Dominator Domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo, & dedisti Adam corpus mortuum, sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est vivens coram te, & induxisti eum in Paradiso, quem plantaverat dextera tua, antequam terra adveniret.

Et huic mandasti diligere viam tuam, & præterivit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus ejus, & natæ sunt gentes, & Tribus, & populi, & cognationes; quarum non est numerus.

Et ambulavit unaquæque gens in voluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua.

Iterum autem in tempore induxisti diluvium super inhabitantes sæculum, & perdidisti eos. Et factum est in unoquoque eorum, sicut Adæ mori, sic his diluvium.

B Dereliquisti autem unum ex his Noe cum domo sua, & ex eo justi omnes. Et factum est, cum cœpisset multiplicari, qui habitabant super terram, & multiplicaverunt filios, & populos, & gentes multas, & cœperunt iterato impietatem facere plus quam priores.

Et factum est, cum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his, cui nomen erat Abraham. Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam. Et disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei, ut non unquam derelinqueres semen ejus. Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedisti Jacob, & Esau. Et segregasti tibi Jacob, Esau autem separasti: Et factus est Jacob in multitudine magna.

Et factum est cum educeres semen ejus ex Ægypto, adduxisti super montem Sina. Et inclinasti cœlos, & statuisti terram, & commovisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti sæculum, & transiit gloria tua portas quatuor ignis, & terræmotus, & spiritus, & gelu, ut dares semini Jacob legem, & generationi Israel diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor malignum, ut faceret lex tua in eis fructum.

Cor enim malignum bajulans primus Adam, transgressus, & victus est, sed & omnes, qui de eo nati sunt. Et facta est permanens infirmitas, & lex cum corde populi cum malignitate radicis, & discessit, quod bonum est, & mansit malignum.

C Et transierunt tempora, & finiti sunt anni, & suscitasti tibi servum nomine David, & dixisti ei ædificare civitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus, & oblationes. Et factum est hoc annis multis, & deliquerunt, qui habitabant civitatem in omnibus facientes, sicut fecit Adam, & omnes generationes ejus. Utebantur enim & ipsi corde maligno. Et tradidisti civitatem tuam in manibus inimicorum tuorum.

Nunquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion. Factum est cum venissem huc, & vidissem impietates, quarum non est numerus, & delinquentes multos, vidit anima mea hoc trigesimo anno, & excessit cor meum, quoniam vidi, quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impie agentibus, & perdidisti populum tuum, & conservasti inimicos tuos, & non significasti. Nihil memini, quomodo debeat derelinqui via hæc.

D Nunquid meliora facit Babylon, quam Sion, aut alia gens cognovit te præter Israel? Aut quæ Tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Jacob? Quarum merces non comparuit, neque labor fructificavit.

Pertransiens enim pertransivi in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum.

Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in sæculo, & non invenietur nomen tuum, nisi in Israel:

Aut quando non peccaverunt in conspectu tuo, qui habitant terram, aut quæ gens sic observavit mandata tua? Hos quidem per nomina invenies servasse mandata tua, gentes autem non invenies.

C A P. IV.

A ET respondit ad me Angelus, qui missus est ad me, cui nomen Uriel, & dixit mihi: Excedens excessit cor tuum in sæculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi.

Et dixi: Ita, Domine meus. Et respondit mihi, & dixit: Tres vias missus sum ostendere tibi,

tibi, & tres similitudines proponere coram te, de quibus mihi si renunciaveris unam ex his, & ego tibi demonstrabo viam, quam desideras videre, & docebo te, unde sit cor malignum.

Et dixi: Loquere, Domine Deus meus. Et dixit ad me: Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum venti, aut revoca mihi diem, quæ præteriit.

Et respondi, & dixi: Quis natorum poterit facere, ut me interroges de his? Et dixit ad me: Si essem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi, diceres mihi fortassis, in abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in cœlum unquam ascendi: Nunc autem non interrogavi te nisi de igne, & vento, & die per quem transisti, & a quibus separari non potes, & non respondisti mihi de eis.

Et dixit mihi: Tu quæ tua sunt tecum coadolescentia non potes cognoscere; Et quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam, & jam exterius corrupto sæculo intelligere corruptionem evidentem in facie mea?

Et dixi illi: Melius erat nos non esse, quam adhuc viventes vivere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re.

Et respondit ad me, & dixit: Proficiscens profectus sum ad silvam lignorum campi, & cogitaverunt cogitationem, & dixerunt: Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, ut recedat coram nobis, & faciamus nobis alias silvas.

Et similiter fluctus maris, & ipsi cogitaverunt cogitationem, & dixerunt: Venite ascendentes debellemus silvas campi, ut & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem.

Et factus est cogitatus silvæ in vanum. Venit enim ignis, & consumpsit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris. Stetit enim arena, & prohibuit eos. Si enim esses judex horum, quem inciperes justificare, aut quem condemnare?

B

Et respondi, & dixi: Utique vanam cogitationem cogitaverunt. Terra enim data est silvæ, & mari locus portare fluctus suos.

Et respondit ad me, & dixit: Bene tu judicasti, & quare non judicasti tibimetipsi? Quemadmodum enim terra silvæ data est, & mare fluctibus suis, sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram, intelligere solummodo possunt, & qui super cœlos, quæ super altitudinem cœlorum.

Et respondi, & dixi: Deprecor te, Domine, ut mihi detur sensus intelligendi. Non enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his, quæ pertranseunt per nos quotidie, propter quid Israel datus in opprobrium gentibus, quem dilexisti populum, datus est Tribubus impiis, & lex parrum nostrorum in interitum deducta est, & dispositiones scriptæ nusquam sunt, & pertransivimus de sæculo ut locustæ, & vita nostra stupor & pavor, & nec digni sumus misericordiam consequi.

Sed quid faciet nomini suo, quod invocatum est super nos?

Et de his interrogavi, & respondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis.

Quoniam festinans festinat sæculum pertransire, & non capit portare, quæ in futuris temporibus, justis repromissa sunt, quoniam plenum injustitia est sæculum hoc, & infirmitatibus. De quibus autem interrogas, dicam;

C

Seminatum est enim malum, & necdum venit destructio ipsius. Si ergo non inversum fuerit, quod seminatum est, & discesserit locus, ubi seminatum est malum, non veniet ubi seminatum est bonum. Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio, & quantum impietatis generavit usque nunc, & generat usque, cum veniat area?

Æstima autem apud te † granum mali seminis quantum fructum impietatis generavit, quanto secatæ fuerint spicæ quarum non est numerus, quam magnam aream incipient facere.

al. † granea.

Et respondi, & dixi: Quomodo, & quando hæc? Quare modici, & mali anni nostri? Et respondit ad me, & dixit mihi: Non festines tu super Altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. Nam excessus tuus multus. Nonne de his interrogaverunt animæ justorum in promptuariis suis, dicentes: Usquequo spero sic, & quando veniet fructus areæ mercedis nostræ?

Et respondit ad ea Hieremiel Archangelus, & dixit; Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statera ponderavit sæculum, & mensura mensuravit tempora, & numero numeravit tempora, & non commovit, nec excitavit usque dum impleatur prædicta mensura.

Et respondi, & dixi; O Dominator Domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate. Et ne forte propter nos non impleantur justorum areæ, propter peccata inhabitantium terram.

Et respondit ad me, & dixit: Vade, & interroga prægnantem si quando impleverit novem menses suos, adhuc poterit matrix ejus retinere partum in semetipsa. Et dixi: Non potest, Domine. Et dixit ad me; In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt. Quemadmodum enim illa festinat, quæ parit effugere necessitatem partus, sic & hæc festinat reddere ea, quæ commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his, quæ concupiscis videre.

D

Et respondi, & dixi: Si inveni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum, demonstra mihi si plus quam præteritum sit, habet venire, aut plura pertransierunt supra, quam futurum est.

Quid pertransivit scio, quid autem futurum sit, ignoro.

Et dixit ad me: Sta super dexteram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti, & vidi, & ecce fornax ardens transiit coram me. Et factum est, cum transiret flamma, vidi, & ecce superavit fumus.

Post

Post hæc transiit coram me nubes plena aquæ, & immisit pluviam impetu multam. Et cum transisset impetus pluviæ, superaverunt in ea guttæ. Et dixit ad me: Cogita tibi. Sicut crescit pluvia amplius quam guttæ, & ignis quam fumus, sic superabundavit, quæ transivit mensura. Superaverunt autem guttæ, & fumus.

Et oravi, & dixi: Putas vivo usque in diebus illis? Vel: Quid erit in diebus illis? Respondit ad me, & dixit: De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere, de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

C A P. V.

De signis autem: Ecce dies venient, in quibus apprehendentur, qui inhabitant terram in censu multo, & abscondetur veritatis via, & sterilis erit a fide regio, & multiplicabitur injustitia, super quam audisti olim, & erit imposito vestigio, quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam desertam: si autem tibi dederit Altissimus vivere, videbis post tertiam tubam, & relucescet subito Sol noctu, & Luna ter in die, & de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi commovebuntur, & regnabit quem non sperant, qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem facient, & mare Sodomiticum pisces rejiciet, & dabit vocem noctu, quam non noverant multi: Omnes autem audient vocem ejus.

Et chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabunt, & mulieres menstruatæ parient monstra, & in dulcibus aquis salsæ invenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt, & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum, & quæretur a multis, & non invenietur, & multiplicabitur injustitia, & incontinentia super terram.

Et interrogabit regio proximam suam, & dicet: Numquid per te pertransiit justitia justum faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non impetrabunt; laborabunt, & non dirigentur viæ eorum.

Hæc signa dicere tibi permissum est mihi. Et si oraveris iterum, & ploraveris sicut & nunc, & jejunaveris septem diebus, audies iterato horum majora.

Et evigilavi, & corpus meum horruit valde, & anima mea laboravit, ut deficeret. Et tenuit me, qui venit, Angelus, qui loquebatur in me, & confortavit me, & statuit me super pedes.

Et factum est in nocte secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi: Ubi eras? Et quare vultus tuus tristis? Aut nescis, quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum?

Exurge ergo, & gusta panem, & non derelinquas nos sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum. Et dixi ei: Vade a me, & non appropies ad me. Et audivit, ut dixi, & recessit a me. Et ego jejunavi diebus septem ululans, & plorans, sicut mihi mandavit Uriel Angelus.

Et factum est post dies septem, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde: Et resumpsit anima mea spiritum intellectus, & iterum cepi loqui coram Altissimo sermones.

Et dixi: Dominator Domine, ex omni silva terræ, & ex omnibus arboribus ejus elegisti tibi foveam unam, & ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium unum, & ex omnibus abyssis maris teplesti tibi rivum unum, & ex omnibus ædificatis civitatibus sanctificasti tibimetipsi Sion, & ex omnibus creatis volatilibus nominasti tibi columbam unam, & ex omnibus plasmatis pecoribus providisti tibi ovem unam, & ex omnibus multiplicatis populis acquisivisti tibi populum unum, & ab omnibus probatam legem donasti huic, quem desiderasti populo.

Et nunc, Domine, ut quid tradidisti unum pluribus? Et præparasti super unam radicem alias. Et disperdidisti unicum tuum in multis. Et conculcaverunt eum qui contradicebant sponsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant. Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.

Et factum est, cum locutus essem sermones, & missus est Angelus ad me, qui ante venerat ad me præterita nocte, & dixit mihi: Audi me, & instruam te, & intende mihi, & adjiciam coram te. Et dixi: Loquere Domine meus. Et dixit ad me: Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel. An plus dilexisti eum, quam qui eum fecit? Et dixi ad eum: Non, Domine, sed dolens locutus sum.

Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehendere semitam Altissimi, & investigare partem judicii ejus. Et dixit ad me: Non potes.

Et dixi: Quare, Domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, ut non viderem laborem Jacob, & defatigationem generis Israel? Et dixit ad me: Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi dispersas guttas, & revirida mihi aridos flores, & aperi mihi clausa promptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus: Demonstra mihi vocis imaginem, & tunc ostendam tibi laborem, quem rogas videre.

Et dixi: Dominator Domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet? Ego autem insipiens, & quomodo potero dicere de his, quibus me interrogasti? Et dixit ad me: Quomodo non potes facere unum de his, quæ dicta sunt, sic non poteris invenire judicium meum, aut in fine charitatem, quam populo promisi. Et dixi: Sed ecce, Domine, tu prope es his qui in finem sunt: Et quid facient, qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos? Et dixit ad me: Coronæ assimilabo judicium meum. Sicut non novissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas. Et respondi, & dixi: Nec poteras facere eos, qui facti sunt, & qui sunt

sunt, & qui futuri in unum, ut celerius judicium tuum ostendas? Et respondit ad me, & dixit: Non potest festinare creatura super Creatorem, nec sustinere sæculum eos, qui in eo creandi sunt in unum.

Et dixi: Quomodo dixi servo tuo, quoniam vivificans vivificasti a te creatam creaturam in unum, & sustinebat creatura; poterit, & nunc portare præsentes in unum. Et dixit ad me: Interroga matricem mulieris, & dices ad eam: Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, ut det decem in unum.

Et dixi: Non utique poterit, sed secundum tempus. Et dixit ad me: Et ego dedi matricem terræ his, qui seminati sunt super eam per tempus. Quemadmodum enim infans non parit ea, quæ senum sunt, sic ego disposui a me creatum sæculum.

Et interrogavi, & dixi: Cum jam dederis mihi viam, loquar coram te. Nam mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc juvenis est, jam senectuti appropinquat. Et respondit ad me, & dixit: Interroga eam, quæ parit, & dicet tibi. Dices enim ei: Quare quos peperisti nunc, non sunt similes his, qui ante te, sed minores statura? Et dicet tibi, & ipsa: Alii sunt qui in juventute virtutis nati sunt, & alii qui sub tempore senectutis deficiente matrice sunt nati. Considera ergo & tu, quoniam minori statura estis præ his, qui ante vos, & qui post vos, minori quam vos quasi jam senescentes creaturæ, & fortitudinem juventutis prætereuntes.

Et dixi: Rogo, Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, demonstra servo tuo, per quem visites creaturam tuam.

C A P. VI.

A E T dixit ad me: Initio terreni orbis, & antequam starent exitus sæculi, & antequam spirarent conventiones ventorum, & antequam sonarent voces tonitruum, & antequam splenderent nitores coruscationum, & antequam confirmarentur fundamenta Paradisi, antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes, antequam colligerentur innumerabiles militiæ Angelorum, & antequam extollerentur altitudines aeris, & antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion, & antequam investigarentur præsentes anni, & antequam abalienarentur eorum, qui nunc peccant, adinventiones, & antequam consignati essent, qui fidem thesaurizaverunt, tunc cogitavi, & facta sunt per me solum, & non per alium, & finis per me, & non per alium.

Et respondi, & dixi: Quæ erit separatio temporum? Aut quando prioris finis, & sequentis initium? Et dixit ad me: Ab Abraham usque ad Isaac, quando nati sunt ab eo Jacob, & Esau, manus Jacob tenebat ab initio calcaneum Esau. Finis enim hujus sæculi Esau, & principium sequentis Jacob. Hominis manus inter calcaneum, & manum. Aliud noli quærere Esdra.

Et respondi, & dixi: O Dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, oro, ut demonstres servo tuo finem signorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedente.

Et respondit, & dixit ad me: Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus. Et erit sicut commotio, nec commovebitur locus, in quo stes super eum. Ideo cum loquitur, tu non expaveas, quoniam de fine verbum, & fundamentum terræ intelligitur: quoniam de ipsis sermo tremiscit, & commovetur. Scit enim, quoniam finem eorum oportet commutari.

Et factum est, cum audissem, surrexi super pedes meos, & audivi, & ecce vox loquens, & sonus ejus sicut sonus aquarum multarum.

Et dixit: Ecce dies veniunt, & erit, quando appropinquare incipiam, ut visitem habitantes in terra, & quando inquirere incipiam ab eis, qui injuste nocuerunt injustitia sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion, & cum supersignabitur sæculum, quod incipiet pertransire, hæc signa faciam. B

Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul, & anniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes trium, & quatuor mensium, & vivent, & suscitabuntur.

Et subito apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subito invenientur vacua, & tuba canet cum sono, quam cum omnes audierint, subito expavescent. Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos, ut inimici, & expavescet terra cum his.

Et venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus. Et erit, omnis, qui derelictus fuerit ex omnibus istis, quibus prædixi tibi, ipse salvabitur, & videbit salutare meum, & finem sæculi vestri.

Et videbunt, qui recepti sunt homines, qui mortem non gustaverunt a nativitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & convertetur in sensum alium. Delebitur enim malum, & extinguetur dolus. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas, quæ sine fructu fuit diebus tantis. Et factum est, cum loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum, ante quem stabam, & dixit ad me hæc: Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis. Si ergo iterum rogaveris, & iterum jejunaveris septem diebus, iterum tibi renunciabo horum majora per diem quam audivi. Audita est vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & providit pudicitiam, quam a juventute tua habuisti, & propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi: Confide, & noli timere, & noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, ut non properes a novissimis temporibus. C

Et factum est post hæc, & flevi iterum, & similiter jejunavi septem diebus, ut suppleam tres hebdomadas, quæ dictæ sunt mihi. Et factum

ctum est in octava nocte, & cor meum turbabatur iterato in me, & cœpi loqui coram Altissimo. Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur, & dixi: O Domine loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens: Fiat cœlum, & terra, & tuum verbum, opus perfectum. Et erat tunc spiritus, & tenebræ circumferebantur, & silentium, sonus vocis hominis nondum erat abs te. Tunc dixisti de Thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum.

Et die secundo, creasti spiritum firmamenti, & imperasti ei, ut divideret, & divisionem faceret inter aquas, ut pars quædam sursum recederet, pars vero deorsum maneret.

Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ, sex vero partes siccasti, & conservasti, ut ex his sint coram te ministrantia seminata a Deo, & culta. Verbum enim processit, & opus statim fiebat. Processit enim subito fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti investigabilis. Et die tertio hæc facta sunt.

D Quarta autem die imperasti fieri Solis splendorem, Lunæ lumen, stellarum dispositionem, & imperasti eis, ut deservirent futuro plasmato homini.

Quinto autem die dixisti septimæ parti, ubi erat aqua congregata, ut procrearet animalia, volatilia, & pisces, & ita fiebat. Aqua muta, & sine anima, quæ Dei nutu jubebantur, animalia faciebat, ut ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conservasti duas animas, nomen uni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leviathan, & separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars ubi erat aqua congregata, capere ea. Et dedisti Henoch unam partem, quæ siccata est tertio die, ut habitet in ea, ubi sunt montes mille. Leviathan autem dedisti septimam partem humidam, & servasti eam, ut fiat in devorationem quibus vis, & quando vis.

Sexto autem die imperasti terræ, ut crearet coram te jumenta, & bestias, & reptilia, & super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis, quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quemque elegisti populum. Hæc autem omnia dixi coram te, Domine, quia propter nos creasti sæculum. Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam salivæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam eorum. Et nunc, Domine, ecce istæ gentes, quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & devorare, nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum, unigenitum, æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum. Et si propter nos creatum est sæculum, quare non hæreditatem possidemus cum sæculo? Usquequo hæc?

CAP. VII.

A ET factum est, cum finissem loqui verba hæc, missus est ad me Angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me: Surge Esdra, & audi sermones, quos veni loqui ad te. Et dixi: Loquere, Deus meus. Et dixit ad me: Mare positum est in spatioso loco, ut esset altum, & immensum, erit autem ei introitus in angusto loco positus, ut esset similis fluminibus. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari ejus: si non transierit angustum, in latitudinem venire, quomodo poterit? Item aliud: Civitas est ædificata, & posita in loco campestri, est autem plena omnium bonorum. Introitus ejus angustus, & in præcipiti positus, ut esset a dextris quidem ignis, a sinistris aqua alta, semita autem est una sola inter eos posita, hoc est inter ignem, & aquam, ut non capiat semita, nisi solummodo vestigium hominis. Si autem dabitur civitas homini in hæreditatem, si nunquam antepositum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam? Et dixi: Sic, Domine. Et dixit ad me: Sic est & Israel pars. Propter eos enim feci sæculum, & quando transgressus est Adam constitutiones meas judicatum est, quod factum est. Et facti sunt introitus hujus sæculi angusti, & dolentes, & laboriosi: pauci autem, & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti; nam majores sæculi introitus spatiosi, & securi, & facientes immortalitatis fructum. Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi, qui vivunt, angusta, & vana hæc, non poterunt recipere, quæ sunt reposita. Nunc ergo tu quare conturbaris, cum sis corruptibilis, & quid moveris tu, cum sis mortalis? Et quare non accepisti in corde tuo, quod est futurum, sed quod in præsenti? Respondi, & dixi: Dominator Domine, ecce disposuisti lege tua, quoniam justi hæreditabunt hæc, impii autem peribunt. Justi autem ferent angusta, sperantes spatiosa. Qui enim impie gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa non videbunt. Et dixit ad me: Non est judex super Deum, neque intelligens super Altissimum. Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur, quæ antepostita est, Dei lex. Mandans enim mandavit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viverent, & quid observantes non punirentur. Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt ei, & constituerunt sibi cogitamen vanitatis, & proposuerunt sibi circumventiones delictorum, & superdixerunt Altissimo non esse, & vias ejus non cognoverunt, & legem ejus spreverunt, & sponsiones ejus abnegaverunt, & in legitimis ejus fidem non habuerunt, & opera ejus non perfecerunt. Propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tempus veniet, & erit quando venient signa, quæ prædixi tibi. Et apparebit sponsa, & apparescens ostendetur, quæ nunc subducitur terra, & omnis, qui liberatus est de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea. Revelabitur enim filius meus Jesus cum his, qui cum eo sunt, & jucundabuntur, qui relicti sunt in annis quadringentis.

B

Et

Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & omnes, qui spiramentum habent homines, & convertetur sæculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus judiciis, ita ut nemo derelinquantur, & erit post dies septem, & excitabitur, quod nondum vigilat sæculum, & morietur corruptum. Et terra reddet, qui in ea dormiunt, & pulvis, qui in eo silentio habitant, & promptuaria reddent, quæ eis commendatæ sunt animæ. Et revelabitur Altissimus super sedem judicii, & pertransibunt miseriæ, & longanimitas congregabitur. Judicium autem solum remanebit, veritas stabit, & fides convalescet. Et opus subsequetur, & merces ostendetur, & justitiæ vigilabunt, & injustitiæ non dominabuntur.

Et dixi: Primus Abraham propter sodomitas oravit, & Moyses pro patribus, qui in deserto peccaverunt, & qui post eum pro Israel in diebus Achaz, & Samuelis, & David pro confractione, & Salomon pro eis, qui venerunt in sanctificationem, & Elias pro his, qui pluviam acceperunt, & pro mortuo, ut viveret, & Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis. Si ergo modo, quando corruptibile increvit, & injustitia multiplicata est, & oraverunt justi pro impiis, quare & nunc sic non erit?

Et respondit ad me, & dixit: Præsens sæculum non est finis, gloria in eo frequens manet, propter hoc oraverunt pro invalidis. Dies enim judicii erit finis temporis hujus, & initium temporis futuræ immortalitatis, in quo pertransivit corruptela, soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas, crevit autem justitia, orta est veritas. Tunc nemo poterit salvare eum, qui periit, neque demergere, qui vicit.

Et respondi, & dixi: Hic sermo meus primus, & novissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum jam dedisset, coercere eum, ut non peccaret. Quid enim prodest hominibus in præsenti vivere in tristitia, & mortuos sperare punitionem?

O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed, & noster, qui ex te advenimus. Quid enim prodest nobis, si promissum est nobis immortale tempus, nos autem mortalia opera egimus? Et quoniam prædicta est nobis perennis spes, nos vero pessimi vani facti sumus.

Et quoniam reposita sunt nobis habitacula sanitatis, & securitatis, nos vero male conversati sumus. Et quoniam reposita est gloria Altissimi, protege eos, qui tarde conversati sunt, nos autem pessimis viis ambulavimus.

Et quoniam ostendetur Paradisus, cujus fructus incorruptus perseverat, in quo est securitas, & medela, nos vero non ingrediemur. In ingratis enim locis conversati sumus.

Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum, qui abstinentiam habuerunt, nostræ autem facies super tenebras nigræ. Non enim cogitavimus viventes, quando iniquitatem faciebamus, quod incipiemus post mortem pati.

Et respondit, & dixit: Hoc est cogitamentum certaminis, quod certabit, qui super terram natus est homo, ut si victus fuerit patiatur, quod dixi: Si autem vicerit, recipiet, quod dico, quoniam hæc est vita, quam Moyses dixit, cum viveret, ad populum, dicens: Elige tibi vitam, ut vivas. Non crediderunt autem ei, sed nec post eum prophetis. Sed nec mihi, qui locutus sum ad eos, quoniam non esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est salus.

Et respondi, & dixi: Scio, Domine, quoniam vocatus est Altissimus, misericors in eo, quod misereatur his, qui nondum in sæculo advenerunt, & quod miseretur illis, qui conversationem faciunt in lege ejus, & longanimis est, quoniam longanimitatem præstat his, qui peccaverunt quasi suis operibus, & munificus est, quoniam, quidem donare vult pro exigentiis, & multæ misericordiæ, quoniam multiplicat magis misericordias his, qui præsentes sunt, & qui præterierunt, & qui futuri sunt. Si enim non multiplicaverit misericordias suas, non vivificabitur sæculum cum his, qui inhæreditabunt in eo.

Et donat, quoniam si non donaverit de bonitate sua, ut alleventur hi, qui iniquitatem fecerunt de suis iniquitatibus, non poterit decies millesima pars vivificari hominum. Et judex si non ignoverit his, qui curati sunt verbo ejus, & deleverit multitudinem contemptionum, non fortassis derelinquerentur in innumerabili multitudine, nisi pauci valde.

CAP. VIII.

Et respondit ad me, & dixit: Hoc sæculum fecit Altissimus propter multos: futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te similitudinem Esdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis, unde fiat fictile, parvum autem pulverem, unde aurum fit, sic & actus præsentis sæculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur.

Et respondi, & dixi: absorbe ergo anima sensum, & devora, quod sapit. Convenisti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi est datum spatium, nisi solummodo vivere. O Domine, si non permittes servo tuo, ut oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensui culturam unde fructus fiat, unde vivere possit omnis corruptus, qui portabit locum hominis? Solus enim es, & una plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus est.

Et quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstans membra? conservatur in igne, & aqua tua creatio, & novem mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam, quæ in ea creata est, ipsum autem quod servat, & quod servatur, utraque servabuntur, servataque quandoque iterum reddit matrix, quæ in ea creverunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præbere lac fructui mamillarum, ut nutriatur id, quod plasmatum est usque in tempus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ. Enutrivisti enim tua justitia, & erudisti eum in lege tua, & corripuisti eum tuo intellectu, & mortificabis eum, ut tuam creaturam,

B turam, & vivificabis eum, ut tuum opus. Si ergo perdideris eum, qui tantis laboribus plasmatus est tuo jussu, facile est ordinari, ut & id, quod fiebat, servaretur.

Et nunc, Domine, dicam, de omni homine tu magis scis, de populo autem tuo, ob quem doleo, & de hæreditate tua, propter quam lugeo, & propter Israel, propter quem tristis sum, & de Jacob, propter quem doleo, ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis, quoniam video lapsus nostros, qui inhabitamus terram. Sed audivi celeritatem judicis, qui futurus est: Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initium verborum Esdræ, priusquam assumeretur.

Et dixi, Domine, qui inhabitas sæculum cujus oculi elevati in superna, & aere, & cujus thronus inæstimabilis, & gloria incomprehensibilis, cui astat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servatio in vento, & igni convertitur, cujus verbum verum, & dicta perseverantia, cujus jussio fortis, & dispositio terribilis, cujus aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur:

Exaudi orationem servi tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim vivo, loquar, & dum sapio, respondebo. Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate serviunt. Nec intendas impia gentium studia: sed qui tua testimonia cum doloribus C custodierunt.

Nec cogites, qui in conspectu tuo false conversati sunt, sed memorare, qui ex voluntate tua timorem cognoverit. Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt, sed respicias eos, qui legem tuam splendide docuerunt. Nec indigneris eis, qui bestiis pejores judicati sunt, sed diligas eos, qui semper in tua justitia confidunt, & gloria.

Quoniam nos, & patres nostri talibus morbis languemus, tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. Si enim desideraveris, ut nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera justitiæ; Justi enim, quibus sunt opera multa reposita, ex propriis operibus recipient mercedem.

Quid est enim homo, ut ei indigneris, aut genus corruptibile, ut ita amarus sis de ipso? In veritate enim nemo de genitis est, qui non impie gessit, & de confitentibus, qui non deliquit. In hoc enim annunciabitur justitia tua, & bonitas tua, Domine, cum misertus fueris eis, qui non habent substantiam bonorum operum.

Et respondit ad me, & dixit: Recte locutus es aliqua, & juxta sermones tuos, sic & fiet. Quoniam non vere cogitabo super plasma eorum, qui peccaverunt ante mortem, ante judicium, ante perditionem, sed jucundabor super justorum figmentum, memorabor peregrinationis quoque, & salvationis, & mercedis receptionis.

Quomodo ergo locutus sum, sic & est. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia, quæ seminata sunt, salvantur, sed nec omnia, quæ plantata sunt, radicabunt, sic & qui in sæculo seminati sunt, non omnes salvabuntur.

Et respondi, & dixi: Si inveni gratiam, loquar. Quomodo semen agricolæ, si non ascenderit, aut non acceperit pluviam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit in multitudine pluviæ, sic perit, & similiter homo, qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus, quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & similasti semini agricolæ. Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ mifereris.

Et respondit ad me, & dixit: Quæ sunt D præsentia, præsentibus; & quæ futura, futuris. Multum enim tibi restat, ut possis diligere meam creaturam super me, tibi autem frequenter, & ipsi proximavi, injustis autem nunquam. Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo, quoniam humiliasti te sicut decet te, & non judicasti te, ut inter justos plurimum justificeris. Propter quod miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eis, qui habitant sæculum in novissimis, quia in multa superbia ambulaverunt. Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædificata est civitas, probata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia.

Radix mali signata est a vobis, infirmitas, & tinea a vobis abscondita est, & in infernum fugit corruptio in oblivione. Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis. Noli ergo adjicere inquirendo de multitudine eorum, qui pereunt.

Nam & ipsi accipientes libertatem, spreverunt Altissimum, & legem ejus contempserunt, & vias ejus dereliquerunt. Adhuc autem justos ejus conculcaverunt, & dixerunt in corde suo non esse Deum, & quidem scientes, quoniam moriuntur. Sicut enim vos suscipient, quæ prædicta sunt, sic eos sitis, & cruciatus, quæ præparata sunt. Non enim voluit hominem disperdi.

Sed & ipsi, qui creati sunt, coinquinaverunt nomen ejus, qui fecit eos, & ingrati fuerunt ei, qui præparavit eis vitam. Quapropter judicium meum modo appropinquat.

Quæ non omnibus demonstravi nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi, & dixi: Ecce nunc, Domine, demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in novissimis, sed non demonstrasti mihi quo tempore.

C A P. IX.

Et respondit ad me, & dixit: Metiens metite tempus in semetipso: & erit, cum videris, quando transierit pars quædam signorum, quæ prædicta sunt, intelliges, quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet Altissimus visitare sæculum, quod ab eo factum est.

Et quando videbitur in sæculo motio locorum, & populorum turbatio: tunc intelliges, quoniam de his erat Altissimus locutus, a diebus, qui fuerunt ante te ab initio: Sicut enim omne, quod factum est in sæculo, initium habet pariter, & consummationem, & consummatio est manifesta: sic & Altissimi tempora, initia habent

bent manifesta in prodigiis, & virtutibus: & consummationes in actu, & in signis. Et erit, omnis, qui salvus factus fuerit: & qui poterit effugere per opera sua, & per fidem, in qua credidistis, relinquetur de prædictis periculis: & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniam sanctificavi me a sæculo. Et nunc miserebuntur, qui nunc abusi sunt vias meas, & in tormentis commorabuntur hi, qui eas projecerunt in contemptu.

Qui enim non cognoverunt me viventes beneficia consecuti, & qui fastidierunt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatem: & cum adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, sed spreverunt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impii cruciabuntur, sed inquire, quomodo justi salvabuntur, & quorum sæculum, & propter quos sæculum, & quando.

Et respondi, & dixi: Olim locutus sum, & nunc dico: & postea dicam, quoniam plures sunt, qui pereunt, quam qui salvabuntur: sicut multiplicatur fluctus super guttam.

Et respondit ad me, & dixit: Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis & cultura: quoniam tempus erat sæculi. Et nunc cum essem parans eis, his qui nunc sunt, antequam fieret sæculum in quo habitarent, & nemo contradixit mihi. Tunc enim quisque, & nunc creator in mundo hoc pararo, & messe indeficienti, & lege investigabili corrupti sunt mores eorum.

Et consideravi sæculum, & ecce erat periculum propter cogitationes, quæ in eo advenerunt. Et vidi, & peperci ei valde: & servavi mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo, quæ sine causa nata est, & servetur acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfeci.

Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios, sed non jejunabis in eis: ibi in campum florum, ubi domus non est ædificata, & manducabis solummodo de floribus campi: & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores. Deprecare Altissimum sine intermissione, & veniam, & loquar tecum.

C Et profectus sum sicut dixit mihi in campum, qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus, & de herbis agri manducavi, & facta est esca earum mihi in saturitatem. Et factum est post dies septem: & ego discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur sicut ante. Et apertum est os meum, & inchoavi dicere, coram Altissimo, & dixi: O Domine, te nobis ostendens, ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto, & dicens dixisti: Tu Israel audi me, & semen Jacob intende sermonibus meis.

Ecce enim ego semino in vobis legem meam, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in eo per sæculum. Nam patres nostri accipientes legem non servaverunt, & legitima tua non custodierunt, & factus est fructus legis non parens. Nec enim poterat, quoniam tuus erat: nam qui acceperunt, perierunt, non custodientes, quod in eis seminatum fuerat. Et ecce consuetudo est, cum acceperit terra semen, vel navem mare, vel vas aliquod escam, vel potum, cum fuerit exterminatum id, in quo seminatum, vel in quod missum est: simul id, quod seminatum, vel missum est, vel quæ suscepta sunt, exterminantur, & suscepta jam non manent apud nos. Sed nobis sic non factum est. Nos quidem, qui legem accepimus, peccantes perivimus, & cor nostrum, quod suscepit eam: nam lex non periit, sed permansit in suo labore.

D Et cum loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte. Et ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta ejus discissa, & cinis super caput ejus.

Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conversus sum ad eam, & dixi ei: Ut quid fles, & quid doles animo? Et dixit ad me: Dimitte me, domine meus, ut defleam me, & adjiciam dolorem, quoniam valde amaro sum animo, & humiliata sum valde.

Et dixi ei; Quid passa es? Dic mihi. Et dixit ad me: Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta, Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos triginta hos, deprecor Altissimum nocte, ac die.

Et factum est per triginta annos, exaudivit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium. Et jucundata sum super eum valde, ego, & vir meus, & omnes cives mei, & honorificabamus valde fortem. Et nutrivi eum cum labore multo, & factum est, cum crevisset, & venisset accipere uxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

A ET factum est, cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est, & evertimus omnes lumina. Et surrexerunt omnes cives mei ad consolandum me, & quievi usque in alium diem, usque nocte.

Et factum est, cum omnes quievissent, ut me consolarentur, ut quiescerem: & surrexi nocte, & fugi, & veni, sicut vides, in hoc campo: & cogito jam non reverti in civitatem, sed hic consistere, & neque manducare, neque bibere: sed sine intermissione lugere, & jejunare usque dum moriar.

Et dereliqui sermones, in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi: Stulta super omnes mulieres: non vides luctum nostrum, & quæ nobis contingunt? Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata est, & luget validissime.

Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus, tu autem contristaris in uno filio? Interroga enim terram, & dicet tibi, quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium.

Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alii venient. Et ecce pene omnes in perditionem ambulant, & in exterminium fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc, quæ tam magnam multitudinem perdidit, quam tu, quæ pro uno doles? Si autem dices mihi;

mihi, quoniam non est planctus meus similis terræ, quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui, terra autem secundum viam terræ, abiitque in ea multitudo præsens, quomodo evenit, & ego tibi dico. Sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fructum suum, homini ab initio ei, qui fecit eam.

Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum, & fortiter fer, qui tibi contigerunt, casus. Si enim justificaveris terminum Dei, & consilium suum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis. Ingredere ergo in civitatem ad virum tuum. Et dixit ad me: Non faciam, neque ingrediar civitatem, sed hic moriar.

B Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi: Noli facere hunc sermonem, sed consenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Jerusalem. Vides enim, quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructum est, & psalterium nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra contaminata sunt, & nomen, quod invocatum est super nos, pene profanatum est, & liberi nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Levitæ nostri in captivitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & justi nostri rapti sunt, & parvuli nostri perditi sunt, & juvenes nostri servierunt, & fortes nostri invalidi facti sunt.

Et quod omnium majus signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua: Nam & tradita est in manibus eorum, qui nos oderunt,

Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur fortis, & requiem faciet tibi Altissimus, requietionem laborum.

Et factum est, cum luquebar ad eam, facies ejus fulgebat subito, & species; coruscus fiebat visus ejus, ut essem pavens valde ad eam, & cogitarem, quid esset hoc.

Et ecce subito emisit sonitum vocis magnum timore plenum, ut commoveretur, terra a mulieris sono. Et vidi, & ecce amplius mulier non comparebat mihi, sed civitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis, & timui, & clamavi voce magna, & dixi:

C Ubi est Uriel Angelus, qui a principio venit ad me? Quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis hujus.

Et factus est finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium. Et cum essem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me. Et ecce eram positus, ut mortuus, & intellectus meus alienatus erat.

Et tenuit dexteram meam, & confortavit me, & statuit me super pedes meos. Et dixit mihi: Quid tibi est, & quare conturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui, & quare conturbaris? Et dixi: Quoniam dereliquisti me.

Et ego quidem feci secundum sermones tuos, & exivi in campum, & ecce vidi, & video, quod non possum enarrare. Et dixit ad me: Sta ut vir, & commonebo te. Et dixi: Loquere, Domine meus, tu in me. Noli me derelinquere, ut non frustra moriar, quoniam vidi, quæ non sciebam, & audio, quæ non scio. Aut numquid sensus meus fallitur, & anima mea somniat? Nunc ergo deprecor te, ut demonstres servo tuo de excessu hoc.

Et respondit ad me, & dixit: Audi me, & docebo te, & dicam tibi, de quibus times, quoniam Altissimus revelavit tibi mysteria multa.

Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus visionis, quæ tibi apparuit ante paululum. Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam, nunc autem jam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi civitas ædificari, & quoniam enarrabat tibi de casu filii sui: Hæc absolutio est. Hæc mulier, quam vidisti, hæc est Sion, & quoniam dixit tibi, quam & nunc conspicies, ut civitatem ædificatam.

Et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit annis triginta, propter quod erant anni, scilicet triginta, quando non erat in ea, adhuc oblatio oblata.

Et factum est post annos triginta, ædificavit Salomon civitatem, & obtulit oblationes, tunc fuit, quando peperit sterilis filium.

Et quod tibi dixit, quoniam nutrivit eum cum labore, hoc erat habitatio in Jerusalem.

Et quoniam dixit tibi, quod alius meus veniens in suo thalamo mortuus esset: & contigisset ei casus, hoc erat, quæ facta est ruina Jerusalem.

D Et ecce vidisti similitudinem ejus, & quoniam filium lugeret, inehoasti consolari eam, & de his, quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda.

Et nunc videt Altissimus, quoniam ex animo contristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ ejus, & pulchritudinem decoris ejus.

Propterea enim dixi tibi, ut maneres in campo, ubi domus non est ædificata: Sciebam enim ego, quoniam Altissimus incipiebat tibi ostendere hæc, propterea dixi tibi, ut venires in agrum, ubi non est fundamentum ædificii.

Nec enim poterat opus ædificii hominis sustineri in loco, ubi incipiebatur Altissimi civitas ostendi, Tu ergo noli timere, neque expavescat cor tuum, sed ingredere, & vide splendorem, & magnitudinem ædificii, quantum capax est tibi visus oculorum videre, & post hæc audies, quantum capit auditus aurium tuarum audire.

Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Altissimum, sicut & pauci. Nocte autem, quæ in crastinum futura est, manebis hic, & ostendet tibi Altissimus eas visiones supremorum, quæ faciet Altissimus his, qui habitant super terram a novissimis diebus. Et dormivi illam noctem, & alium, sicut dixerat mihi.

CAP.

CAP. XI.

A ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terram, & omnes venti cœli insufflabant in eam, & colligebantur. Et vidi, & de pennis ejus nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis, & modicis: Nam capita ejus erant quiescentia, & dimidium caput erat majus aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis. Et vidi, & ecce aquila volavit in pennis suis, & regnavit super terram, & super eos, qui habitant in ea.

Et vidi quoniam subjecta erant ei omnia sub cœlo, & nemo illi contradicebat, neque unus de creatura, quæ est super terram. Et vidi, & ecce surrexit aquila super ungues suos, & misit vocem pennis suis, dicens: Nolite omnes simul vigilare, dormite unusquisque in loco suo, & per tempus vigilate. Capita autem in novissimo serventur. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus ejus, sed de medietate corporis ejus.

Et numeravi contrarias pennas ejus, & ecce ipsæ erant octo. Et vidi, & ecce a dextera parte surrexit una penna, & regnavit super omnem terram.

B Et factum est, cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus ejus, & sequens exurrexit, & regnabat. ipsa multum tenuit tempus.

Et factum est, cum regnaret, & veniebat finis ejus, ut non appareret sicut prior, & ecce vox emissa est illi, dicens: Audi tu, quæ tanto tempore tenuisti terram. Hæc annuncio tibi, antequam incipias non apparere: nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium ejus.

Et levavit se tertia, & tenuit principatum; sicut & priores, & non apparuit & ipsa. Et sic contingebat omnibus aliis singillatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere.

Et vidi, & ecce in tempore sequentes pennæ erigebantur a dextera parte, ut tenerent & ipsæ principatum, & ex his erant, quæ tenebant, sed tamen statim non comparebant nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum. Et vidi post hæc, & ecce non comparuerunt duodecim pennæ, & duo pennacula, & nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia, & sex pennacula.

Et vidi, & ecce sex pennaculis divisæ sunt duæ, & manserunt sub capite, quod est ad dexteram partem. Nam quatuor manserunt in loco suo. Et vidi, & ecce hæ subalares cogitabant se erigere, & tenere principatus. Et vidi, & ecce una erecta est: sed statim non comparuit. Et secundæ velocius, quam priores non comparuerunt. Et vidi, & ecce duæ, quæ superaverunt, apud semetipsas cogitabant & ipsæ regnare.

C Et in eo cum cogitarent, ecce unum quiescentium capitum, quod erat medium, evigilabat, Hoc enim erat duorum capitum majus. Et vidi, quoniam completa sunt duo capita secum, & ecce conversum est caput cum his, qui cum eo erant, & comedit duas subalares, quæ cogitabant regnare.

Hoc autem caput perconterruit omnem terram, & dominabatur in ea his, qui habitabant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas, quæ fuerunt. Et vidi post hæc, & ecce medium caput subito non comparuit, & hoc sicut alæ. Superaverunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnaverunt super terram, & super eos, qui habitant in ea. Et vidi, & ecce devoravit caput a dextera parte illud, quod a læva.

D Et audivi vocem dicentem mihi: Conspice contra te, & considera, quod vides. Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de silva rugiens, & vidi, quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam.

Et dixit, dicens: Audi tu, & loquar ad te, & dicit Altissimus tibi: Nonne tu es, qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in sæculo meo, & ut per eos veniret finis temporum eorum? Et quartus veniens devicit omnia animalia, quæ transierunt, & potentatu tenuit sæculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitavit tot temporibus orbem terrarum eum dolo. Et judicasti terram non cum veritate.

Tribulasti enim mansuetos, & læsisti quiescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum, qui fructificabant, & humiliasti muros eorum, qui te non nocuerunt. Et ascendit contumelia tua ad Altissimum, & superbia tua ad fortem.

Et respexit Altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera ejus completa sunt.

Propterea non appareas tu aquila & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita maligna, & ungues tui pessimi, & omne corpus tuum vanum, uti refrigeretur omnis terra, & revertatur liberata de tua vi, & speret judicium, & misericordiam ejus, qui fecit eam,

CAP. XII.

A ET factum est dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam. Et vidi, & ecce quod superaverat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ, quæ ad eum transierunt, & erectæ sunt, ut regnarent, & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum.

Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expavescebat terra valde.

Et ego a tumultu, & excessu mentis, & a magno timore vigilavi, & dixi spiritui meo: Ecce tu præstitisti mihi hoc, in eo quod scrutaris vias Altissimi.

Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo invalidus sum valde, & nec modica est in me virtus a multo timore, quem expavi nocte hac.

Nunc ergo orabo Altissimum, ut me confortet usque in finem.

Et dixi, Dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, & si justificatus sum apud te præ multis, & si certe ascendit deprecatio mea ante faciem tuam, conforta me, & ostende servo tuo mihi interpretationem, & distinctionem visus horribilis hujus, ut plenissime consoleris animam meam. Dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum novissima.

Et dixit ad me: Hæc est interpretatio visionis

nis

nis hujus. Aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum, quod visum est in visione Danieli fratri tuo. Sed non est illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniunr, & exurget regnum super rerram, & erir timor acrior omnium regnorum, quæ fuerunt anre eum. Regnabunr aurem in ea reges duodecim, unus post unum. Nam secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tempus, quam duodecim. Hæc est interpretario duodecim alarum quas vidisti.

Et quam vidisti vocem, quæ locura est, non de capitibus ejus exeunrem, sed de medio corporis ejus, hæc est interpretario.

Quoniam post rempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur, ut cadat, & non cader tunc, sed iterum constituetur in suum initium.

Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis ejus, hæc est interpretatio. Exurgenr in ipso octo reges, quorum erunr tempora levia, & anni cirari, & duo quidem ex ipsis parienr.

Appropinquante aurem tempore medio quatuor servabuntur in rempore, cum incipiet appropinquare tempus ejus, ur finiatur. Duæ vero in finem servabuntur.

Et quoniam vidisti rria capita quiescentia, hæc est interpretario. In novissimis ejus suscitabir Alrissimus rria regna, & revocabir in ea mulra, & dominabuntur terram, & qui habitanr in ea cum labore multo super omnes, qui fuerunt ante hos. Propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ. Isti enim erunt, qui recapitulabunt impietates ejus, & qui perficient novissima ejus.

Er quoniam vidisti caput majus non apparens, hæc est interpretario ejus. Quoniam unus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum tormenris.

Nam duo, qui perseveraverint, gladius eos comedet. Unius enim gladius comedet, qui cum eo: sed tamen hic gladio in novissimis cader. Et quoniam vidisti duas subalares trajicientes super capur, quod est in dexrera parte, hæc est interpretario Hi sunt, quos conservavir Altissimus in finem suum, hoc est, regnum ex le, & turbationis plenum. Sicur vidisti & leonem, quem vidisti de silva evigilantem, & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & injustitias ipsius per omnes sermones ejus, sicut audisti, hic est ventus, quem servavit Altissimus in finem ad eos, & impietates ipsorum, & arguet illos, & incuriet coram ipsis discerptiones eorum.

Sratuet enim eos in judicium vivos, & erit, cum arguerir eos, tunc corripiet eos, nam residuum populum meum liberabit cum miseria, quia salvari sunt super fines meos, & jucundabit eos, quoadusque veniet finis, dies judicii, de quo locutus sum tibi ab inirio.

Hoc somnium, quod vidisti, & hæ interpretariones.

Tuergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc. Scribe ergo omnia ista in libro, quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito, & docebis ea sapientes de populo ruo, quorum corda scis posse capere, & servare secreta hæc.

Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem, ut tibi ostendatur, quicquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi. Et profectus est a me.

Et factum est, cum audisset omnis populus, quoniam pertransierunt septem dies, & ego non fuissem reversus in civitatem, & congregavit se omnis a minimo usque ad maximum, & venit ad me, & dixerunt mihi, dicentes: Quid peccavimus ribi, & quid injuste egimus in te, quoniam derelinquens nos, sedisti in loco hoc?

Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis, sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut porrus, & navis salvata a tempestate. Aur non sufficiunt nobis mala, quæ conringunt? Si ergo ru nos dereliqueris, quanto nobis erat melius, si essemus succensi & nos cum incendio Sion? Nec enim nos sumus meliores eorum, qui ibi mortui sunr. Et ploraverunr voce magna.

Er respondi ad eos, & dixi: Confide Israel, & noli tristari ru domus Jacob. Est enim memoria vestra coram Alrissimo, & fortis non est oblitus vestri in tentatione.

Ego enim non dereliqui vos, neque excessi a vobis, sed veni in hunc locum, ur deprecarer pro desolarione Sion, ut quærerer misericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ. Er nunc ite unusquisque vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus est populus, sicur dixi ei, in civitatem. Ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandavit, & manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

C A P. XIII.

ET factum est post dies septem, & somniavi somnium nocte. Et ecce de mari venrus exurgebar, ut conturbaret omnes fluctus ejus.

Et vidi, & ecce convalescebat ille homo cum nubibus cœli, & ubi vultum suum verrebar, ur considerarer, rremebanr omnia, quæ sub eo videbantur, & ubicumque exibat vox de ore ejus, ardescebant omnes, qui audiebant voces ejus, sicut quiescit terra, quando senserit ignem.

Er vidi post hæc, & ecce congregabarur multitudo hominum, quorum non erat numerus de quatuor ventis cœli, ut debellarent hominem, qui ascenderat de mari.

Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, & volavi super eum.

Ego autem quæsivi videre regionem, vel locum, unde sculptus esset mons, & non potui.

Er post hæc vidi, & ecce omnes, qui congregati sunr ad eum, ut expugnarent eum, rimebant valde, tamen audebanr pugnare. Er ecce, ur vidit impetum multirudinis venientis, non levavir manum suam, neque frameam tenebat, neque aliquod vas bellicosum, nisi solummodo ut vidi, quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis ejus spiritus flammæ, & de lingua ejus emirtebar scintillas, & rempestates, & commista sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis, & concidit super multitudinem in impetu, quæ parata erat pugnare, & succendit omnes, ut subito nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo pulvis, & fumi odor. Et vidi, & ex-

& extimul. Et post hæc vidi ipsum hominem descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam, & accedebat ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium, quorundam tristantium, aliqui vero alligati, aliqui adducentes ex eis, quæ offerebantur.

Et ægrotavi a multitudine pavoris, & expergefactus sum, & dixi: Tu ab initio demonstrasti servo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti, ut susciperes deprecationem meam, & nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii hujus.

Sicut enim existimo in sensu meo, væ, qui derelicti fuerint in diebus illis. Et multo plus væ his, qui non sunt derelicti. Qui enim non sunt derelicti, tristes erant. Intelligo nunc, quæ sunt reposita in novissimis diebus, & occurrent eis, sed & his, qui derelicti sunt. Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc.

Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quam pertransire sicut nubem a sæculo, & nunc videre, quæ contingunt in novissimo.

Et respondit ad me, & dixit; Et visionis interpretationem dicam tibi, & de quibus locutus es, adaperiam tibi.

Quoniam de his dixisti, qui derelicti sunt; hæc est interpretatio. Qui aufert periculum illo tempore, hic se custodivit, qui in periculo inciderunt, hi sunt, qui habent opera, & fidem ad Fortissimum. Scito ergo, quoniam magis beatificati sunt, qui derelicti super eos, qui mortui sunt. Hæ interpretationes visionis. Quia vidisti virum ascendentem de corde maris, ipse est, quem conservat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam, & ipse disponet, qui derelicti sunt.

Et quoniam vidisti de ore ejus exire, ut spiritum, & ignem, & tempestatem, & quoniam non tenebat frameam, neque vas bellicosum, corrupit enim impetus ejus multitudinem, quæ venerat expugnare eum, hæc est interpretatio.

Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos, qui super terram sunt, & veniet in excessu mentis super eos, qui inhabitant terram. Et alii alios cogitabunt debellare: civitas, civitatem, & locus, locum: & gens adversus gentem, & regnum adversus regnum.

Et erit, cum fient hæc, & contingent signa, quæ ante ostendi tibi, & tunc revelabitur filius meus, quem vidisti, ut virum ascendentem.

Et erit, quando audierunt omnes gentes vocem ejus, & derelinquet unusquisque in regione sua bellum suum, quod habent ad alterutrum, & colligetur in unum multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, & expugnare eum.

Ipse autem stabit super cacumen montis Sion. Sion autem veniet, & ostendetur omnibus parata, & ædificata, sicut vidisti montem sculpi sine manibus. Ipse autem filius meus arguet, quæ adinvenerunt gentes impietates eorum has, quæ tempestati appropinquaverunt propter mala cogitamenta eorum, & cruciamenta quibus incipient cruciari, quæ assimilata sunt flammæ, & perdet eos sine labore, per legem, quæ igni assimilata est.

Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam: hæ sunt decem tribus, quæ captivæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee regis, quem captivus duxit Salmanasar Rex Assyriorum, & transtulit eos trans flumen, & translati sunt in terram aliam.

Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in ulteriorem regionem, ubi nunquam inhabitavit genus humanum, vel ibi observare legitima sua, quæ non fuerant servantes in regione sua. Per introitus autem angustos fluminis Euphratem introierunt. Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit venas fluminis usquequo transirent.

Per eam enim regionem erat via multa itineris anni unius, & dimidii, nam regio illa vocatur Arsareth. Tunc inhabitaverunt ibi in novissimo tempore, & nunc iterum, cum cœperint venire, iterum Altissimus statuet venas fluminis, ut possint transire, propter hæc vidisti multitudinem cum pace. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt, qui inveniuntur intra terminum meum.

Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes: proteget eos, qui superaverunt populum, & tunc ostendet eis multa plurima portenta. Et dixi ego: Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi: Sicut non potes hæc, vel scrutari, vel scire, quæ sunt in profundo maris, sic non poterit quisquam super terram videre filium meum, vel eos, qui cum eo sunt, nisi in tempore diei. Hæc est interpretatio somnii, quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus. Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legem, & quæsisti: Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem.

Et propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum. Erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi gravia, & mirabilia. Et profectus sum & transii in campum multum glorificans, & laudans Altissimum de mirabilibus, quæ per tempus faciebat, & quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata: Et sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIV.

ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Ecce vox exivit contra me de rubo, & dixit: Esdra, Esdra. Et dixi: Ecce ego, Domine: Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me: Revelans revelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus serviebat in Ægypto, & misi eum, & eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis, & enarravi ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta, & finem, & præcepi ei, dicens: Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes. Et nunc tibi dico, signa, quæ demostravi, & somnia, quæ vidisti, & interpretationes, quas

quas tu vidisti in corde tuo, repone ea, tu enim recipieris ab omnibus, converteris residuus cum consilio meo, & cum similibus tuis, usquequo finiantur tempora. Quoniam sæculum perdidit juventutem suam, & tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus divisum est sæculum, & transierunt ejus decima, & dimidium decimæ partis: superfunt autem ejus post medium decimæ partis. Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuncia jam corruptelæ, & dimitte abs te mortales cogitationes, & projice abs te pondera humana, & exue te jam infirmam naturam, & repone in unam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare a temporibus his. Quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient.

Quantum enim invalidum fiet sæculum a senectute: tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala. Prolongavit enim se magis veritas, & appropinquavit mendacium. Jam enim festinat venire, quam vidisti visionem. Et respondi, & dixi coram te, Domine: Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit? Positum est ergo sæculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine.

Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit, quæ a te facta sunt, vel quæ incipient opera. Si enim inveni in te gratiam, immitte in me Spiritum sanctum, & scribam omne, quod factum est in sæculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, ut possint homines invenire semitam, & qui voluerit vivere in novissimis, vivant.

Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos, ut non quærant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Selemiam, Echanum, & Asiel, quinque hos, qui parati sunt ad scribendum velociter. Et venies huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur, quoadusque finiantur, quæ incipies scribere.

Et tunc perfectis quædam palam facies, quædam sapientibus absconse trades. In crastinum enim hac hora incipies scribere. Et profectus sum sicut mihi præcepit, & congregavi omnem populum, & dixi: Audi, Israel, verba hæc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto, & liberati sunt inde, & acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis, & data est vobis terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non servastis vias, quas præcepit vobis Altissimus, & justus judex cum sit, abstulit a vobis in tempore, quod donaverat.

Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrum sunt. Si ergo imperaveritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, vivi conservati eritis, & post mortem misericordiam consequemini. Judicium enim post mortem veniet, quando iterum reviviscemus; & tunc justorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur. Ad me igitur nemo accedat nunc, ne requirat me usque dies quadraginta.

Et accepi quinque viros, sicut mandavit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi. Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocavit me, dicens: Esdra, aperios tuum, & bibe, quo te potavero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua, calor autem ejus, ut ignis similis.

Et accepi, & bibi, & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia: Nam spiritus meus conservabatur memoria.

Et apertum est os meum, & non est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt, quæ dicebantur excessiones noctis, quas non sciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor.

Et factum est, cum complevissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens: Priora, quæ scripsisti, in palam pone, & legant digni, & indigni; novissimos autem septuaginta conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

CAP. XV.

Ecce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit Dominus, & fac, ut in charta scribantur, quoniam fideles, & veri sunt. Ne timeas a cogitationibus adversum te, nec turbent te incredulitates dicentium, quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, mortem, & interitum: propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociva illorum. Propterea dicit Dominus: Jam non silebo de impietatibus eorum, quæ irreligiose agunt, nec sustinebo in his, quæ inique exercent, ecce, sanguis innoxius, & tristis clamat ad me, & animæ justorum clamant perseveranter: Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me.

Ecce populus meus, quasi grex ad occisionem ducitur, jam non patiar illum habitare in terra Ægypti, sed educam eum in manu potenti, & brachio excelso. Et percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram ejus. Lugebit Ægyptus, & fundamenta ejus plaga verberata, & castigatione, quas inducet ei Deus. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab uredine, & grandine; & a sidere terribili.

Væ sæculo, & qui habitant in eo, quia appropinquavit gladius, & contritio eorum, & exurget gens super gentem ad pugnam, & romphæa in manibus eorum.

Erit enim inconstabilitio hominibus, & alii aliis invalescentes non curabunt regem suum, & principes viæ gestorum suorum in potentia sua. Concupiscet enim homo in civitatem ire, & non poterit. Propter superbiam enim eorum civitates turbabuntur: domus exterentur, homines metuent.

Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum propter famem panis, & tribulationem multam.

B Ecce ego convoco dicit Deus omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente, & ab Austro, ab Euro, & a Libano, ad convertendos ad se, & reddere, quæ dederunt illis. Sicut faciunt usque hodie electis meis, sic faciam, & reddam in sinu eorum. Hæc dicit Dominus Deus: Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit romphæa super effundentes sanguinem innocuum super terram. Exiit ignis ab ira ejus, & devoravit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. Væ eis, qui peccant, & non observant mandata mea, dicit Dominus: Non parcam illis. Discedite filii a potestate; nolite contaminare sanctificationem meam, quoniam novit Dominus omnes, qui delinquunt in illum. Propterea tradidit eos in mortem, & in occisionem. Jam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis.

Nonenim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum. Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente.

Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus eorum numerus fertur super terram, ut jam timeant, & trepident omnes, qui illos audient Carmonii insanientes in ira, & exient, ut apri de silva, & advenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum.

Et post hæc supervalescent dracones nativitatis suæ memores, & convertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos. Isti turbabuntur, & silebunt in virtute illorum, & convertent pedes suos in fugam, & a territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet unum ex illis, & erit timor, & tremor in exercitu illorum, & contentio

C in Reges ipsorum.

Ecce nubes ab Oriente, & a Septentrione usque ad Meridianum, & facies earum horrida valde plena iræ, & procellæ. Et collident se invicem, & collident sidus copiosum super terram, & sidus illorum. Et erit sanguis a gladio usque ad ventrem, & fimus hominis usque ad substramen cameli. Et erit timor, & tremor multis super terram, & horrebunt, qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos.

Et post hæc movebuntur nimbi copiosi a Meridiano, & Septentrione, & portio alia ab Occidente. Et superinvalescent venti ab Oriente, & recludent eam, & nubem, quam suscitavit in ira, & sidus ad faciendam exterritationem ad Orientalem ventum, & Occidentem violabitur.

Et exaltabuntur nubes magnæ, & validæ plenæ iræ, & sidus, ut exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum, & eminentem sidus terribile, ignem, & grandinem, & romphæas volantes, & aquas multas, ut etiam impleantur omnes campi, & omnes rivi plenitudinem aquarum multarum.

Et demolientur civitates, & muros, & montes, & colles, & ligna silvarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum.

Et transibunt constanter usque Babylonem, & exterent eam, convenient ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sidus, & omnem iram super eam. Et subibit pulvis, & fumus usque in cœlum, & omnes in circuitu lugebunt eam, & qui sub ea remanserint, servient his, qui exterruerunt.

Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ ejus, væ tibi misera, propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum, & gloriandum in amatoribus tuis; qui tecum semper cupierunt fornicari. Odibilem imitata es in omnibus operibus ejus, & in adinventionibus ejus; propterea dicit Deus: Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem ad devastandas domos tuas a violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ. Sicut flos siccabitur, cum exurget ardor, qui emissus est super te, infirmaberis, ut paupercula plagata, & castigata a mulieribus, ut non possint te suscipere potentes, & amatores. D

Numquid ego sic zelabo te, dicit Dominus, nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percussionem manuum, & diceres super mortem eorum, cum inebriata esses, exorna speciem vultus tui? Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies. Sicut facis electis meis dicit Dominus, sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum.

Et nati tui fame interient, & tu romphæa cades, & civitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo, gladio cadent. Et qui sunt in montibus fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent a fame panis, & sitis aquæ. Infelix per maria veniet, & rursum accipies mala.

Et in transitu allident civitatem occisam, & exterent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum revertentes ad Babylonem conversam.

Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis, & devorabunt te, & civitates tuas, terram tuam, & montes tuos, omnes silvas tuas, & lignum fructiferum igni comburent. Filios tuos captivos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

C A P. XVI.

A Væ tibi, Babylon, & Asia, væ tibi Ægypte, & Syria. Præcingite vos saccis, & ciliciis, & plangite filios vestros, & dolete, quoniam appropinquavit contritio vestra.

Immissus est vobis gladius, & quis est, qui avertat illum? immissus est in vobis ignis, & quis est, qui extinguet illum? Immissa sunt vobis mala, & quis est, qui repellat ea?

Numquid repellet aliquis leonem esurientem in silva, aut extinguet ignem in stipula mox, quando cœperit ardere? Numquid repellet aliquis sagittam a sagittario forti missam? Dominus fortis immittit mala, & quis est, qui repellet ea? Exiit ignis ex iracundia ejus, & quis est, qui extinguat eum? Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pave-

pavebit? Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur a facie ipsius? Terra tremuit, & fundamenta ejus, mare fluctuat de profundo, & fluctus ejus disturbabuntur, & pisces ejus a facie Domini, & a gloria virtutis ejus, quoniam fortis dextera ejus, quæ arcum tendit: sagittæ ejus acutæ, quæ ab ipso mittuntur, non deficient, cum cœperint mitti in fines terræ. Ecce mittuntur mala, & non revertentur donec veniant super terram. Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ.

B Quemadmodum non redit sagitta missa a valido sagittario, sic non revertentur mala, quæ missa fuerint in terram.

Væ mihi, væ mihi: Quis me liberabit in illis diebus? Initium dolorum, & multi gemitus: initium famis, & multi interius: initium bellorum, & formidabunt potestates: initium malorum, & trepidabunt omnes.

In his, quid faciam, cum venerint mala? Ecce fames, & plaga, & tribulatio, & angustia missa sunt flagella in emendatione, & in his omnibus se non convertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper. Ecce erit annonæ vilitas super terram, sic, ut putent sibi esse directam pacem, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna confusio.

A fame enim plurimi, qui inhabitant terram, interient, & gladius perdet ceteros, qui superaverint a fame, & mortui sicut stercora projicientur, & non erit, qui consoletur eos.

Derelinquetur enim terra deserta, & civitates ejus dejicientur. Non derelinquetur, qui colat terram, & qui seminet eam. Ligna dabunt fructus, & quis vindemabit illa? Uva matura fiet, & quis calcabit illam? Erit enim locis magna desertio.

Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem ejus audire. Relinquentur enim de civitate decem & duo de agro, qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris petrarum, quemadmodum dum relinquuntur in oliveto, & singulis arboribus tres, aut quatuor olivæ, aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his, qui diligenter vineam scrutantur: sic relinquentur in diebus illis tres, aut quatuor ab scrutantibus domos eorum in romphæa.

Et relinquetur terra deserta, & agri ejus inveterabunt, & viæ ejus, & omnes semitæ ejus germinabunt spinas, eo quod non transient homines per eam. Lugebunt virgines non habentes sponsos. Lugebunt mulieres non habentes viros. Lugebunt filiæ earum non habentes adjutorium sponsi earum. In bello consumentur, & viri earum in fame exterentur. Audite vero ista, & cognoscite ea servi Domini. Ecce verbum Domini: excipite illud, ne diis credatis, de quibus dicit Dominus: Ecce appropinquant mala, & non tardant.

C Quemadmodum prægnans cum parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus ejus ante horas duas, vel tres dolores circumeunt ventrem ejus, & prodeunte infante de ventre non tardabunt uno puncto, sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram, & sæculum gemet, & dolores circumtenebunt illud.

Audite verbum plebs mea: Parate vos in pugnam, & in malis sic estote quasi advenæ terræ. Qui vendit, quasi, qui fugiat; & qui emit, quasi qui perditurus. Qui mercatur, quasi qui fructum non capiat; & qui ædificat, quasi qui non habitaturus. Qui seminat, quasi qui non metet; sic & qui vineam putat, quasi qui non vindemiaturus. Qui nubunt, sic quasi filios non facturi; & qui non nubunt, sic quasi vidui, propter quod, qui laborant sine causa laborant.

Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient, & domos evertent, & filios eorum captivabunt, quia in captivitate, & fame generant natos suos.

Et qui negotiantur in rapinam, quantum diu exornant civitates, & domos suas, & possessiones & personas suas, tanto magis adzelabor eos super peccata sua, dicit Dominus.

Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam, & bonam valde, sic zelabitur justitia iniquitatem, cum exornat se, & excusat eam in facie, cum venerit, qui defendat exquirentem omne peccatum super terram.

Propterea nolite similari ei, nec operibus ejus, quoniam adhuc pusillum, & tolletur iniquitas a terra, & justitia regnabit in vos. Non dicat peccator se non peccasse, quoniam carbones ignis comburet super caput ejus, qui dicit non peccavi coram Deo, & gloria ipsius: Ecce dominus cognoscet omnia opera hominum, & adinventiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum.

Dixit enim: Fiat terra, & facta est: Fiat cœlum, & factum est: & in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & novit numerum stellarum.

Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: Qui mensus est mare, & conceptum ejus: qui conclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo: Qui extendit cœlum quasi cameram, super aquas fundavit † eum. Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, ut portaret terram. *al. illud.*

D Qui finxit hominem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam, & intellectum, & spiramen Dei omnipotentis, qui fecit omnia, & scrutinat omnia abscondita in absconsis terræ: Hic novit adinventiones vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris peccantes, & volentes occultare peccata vestra.

Propter quod Dominus scrutinando scrutinavit omnia opera vestra, & traducet vos omnes, & vos confusi eritis, cum processerint peccata vestra coram hominibus, & iniquitates erunt, quæ accusatores stabunt in die illo.

Quid facietis, aut quomodo absconderis peccata vestra coram Deo, & Angelis ejus? Ecce Judex Deus: Timete eum. Definite a peccatis vestris, & obliviscamini iniquitates vestras jam agere eas in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione: Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex vobis, & cibabunt idolis occisos, & qui consenserint eis, erunt illis inderisum, & in improperium, &

in conculcationem. Erit enim locis locus, & in vicinas civitates exurrectio multa super timentes Dominum. Erunt quasi insani, nemini parcentes, ad diripiendum, & devastandum adhuc timentes Dominum, quia devastabunt, & diripiens substantias, & de domibus suis eos ejicient. Tunc parebit probatio electorum meorum, ut aurum, quod probatur ab igne. Audite, dilecti mei, dicit Dominus: Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. Ne timeatis, nec hæsitetis, quoniam Deus Dux vester est. Et qui servat mandata, & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata vestra, ne superelevent se iniquitates vestræ. Væ, qui constringuntur a peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur a silva, & spinis tegitur semita ejus, per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad devorationem ignis.

Explicit Liber Esdræ IV.

Reve-

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini,

D. HUGONIS DE S. CHARO, CARDINALIS, &c.

IN POSTILLAM SUPER LIBRUM TOBIÆ.

PROOEMIUM.

Psal. 119.

SAGITTÆ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis, vel devastatoriis, ut alia littera. Sagittæ potentis sunt divinæ sententiæ, quæ ab arcu prædicationis emissæ, vulnerant auditores, non livoris quidem vulnere, sed amore. De quibus dicitur *Job* 6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, *Deuteronom.* 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus devorabit carnes. Hæ sagittæ dicuntur acutæ, quia continent æternæ damnationis comminationes, & vitæ æternæ promissiones, usque ad divisionem animæ, ac spiritus pertingentes. *Hebr.* 4 Vivus enim est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus. Item *Jerem.* 23. Numquid non verba mea sunt quasi ignis ardens, & quasi malleus conterens petras? Carbones sunt exempla Sanctorum, quæ mortuos in peccatis vivificant, & accendunt ad vitam. De quibus *Ezech.* 1. Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Hi carbones sunt desolatorii, & vastatorii, quia vastati carnalibus concupiscentiis, nos a pravis hujus sæculi desideriis efficiunt desolatos. Non igitur solum verba Sanctorum, sed exempla sunt necessario inquirenda. Inter quos non ultimus est Tobias, qui tempore legis, quæ nihil ad perfectum adducit, in se perfectionem Evangelicam consummavit. Evangelium enim sex opera misericordiæ, quasi sex horis diei distinxit, *Matth.* 25. Et ipse septimum opus quasi septimam horam adimplere curavit, cum relinquens prandium contempta mortis comminatione, mortuos abscondebat in domo de die, & in nocte silentio sepulturæ tradidit. Hic Tobias cum tribus Tribubus a Theglathphalasar rege Assyriorum captivatus est: Licet quidam dicant, quod cum septem Tribubus captus fuerit a Salmanasar filio Theglathphalasar. Primo enim captus cum tribus Tribubus a Theglathphalasar, & in Assyriam translatus, postmodum cum Osee Rege Israel, quem cepit Salmanasar in Niniven est translatus, & ibi mansit. Et ideo quædam auctoritates dicunt, quod cum septem Tribubus a Salmanasar fuerit captivatus Tobias, quod ob hoc dictum est, quod cum Osee in Niniven est deportatus. Patet ergo initium hujus historiæ, quia inchoavit a captivitate Tobiæ, sive Tribuum, de qua legitur 4. *Regum* 15. Terminus vero hujus historiæ fuit idem, qui & terminus vitæ minoris Tobiæ, quamvis juxta superficiem historiæ videatur Tobias major pater minoris post incendium templi, & excidium Jerusalem vixisse. Ait enim in Cantico suo, *infra* 13. Jerusalem civitas Dei, castigavit te Dominus, benedic Deum sæculorum, ut reædificet te in tabernaculum suum, & revocet ad te omnes captivos. Item in diebus mortis suæ cum prædiceret de reditu captivorum, ait: Terra deserta replebitur, & domos Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur. Ex his liquido videtur, quod Tobias vixerit post excidium Jerusalem. Sed probatur, quod hæc historia non descendit ad plus ultra tempus Josiæ, hoc modo: Nono anno Osee regis Israel cepit Salmanasar Samariam, & transtulit in Assyriam septem Tribus, ut legitur 4. *Regum* 17. Nonus annus Osee fuit sextus annus Ezechiæ Regis Juda, ut legitur 4. *Reg.* 18. Ezechias vero regnavit per totum vigintinovem annis, ut dicit *ibidem* Et ita post captivitatem Israel regnavit Ezechias ad minus vigintiduobus annis. Post quem regnavit Manasses filius ejus quinquagintaquinque annis, ut legitur 4 *Regum* 21. Post quem regnavit Ammon filius ejus duobus annis, ut dicitur *ibidem* Post Ammon, regnavit Josias trigintaunum, ut dicitur 4. *Regum* 22. Conjunge ergo, & invenies a captivitate Samariæ usque ad vigesimum annum Josue nonagintanovem annos. Et ita cum Tobias junior tunc, vel ante cum patre fuerit captus, nec vixerit nisi nonagintanovem annis, ut dicitur *infra* 15. patet, quod mortuus est Tobias junior circa vigesimum annum Josiæ. Et ita cum idem sit terminus vitæ junioris, & hujus historiæ, patet, quod non descendit hæc historia ultra Josiæ tempora. Patet etiam, quod Tobias major ante excidium Jerusalem mortuus est. Unde patet, quod prophetice locutus est, quando dixit: Terra deserta replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur. Hanc historiam transtulit *Hieronymus* de Chaldæo sermone in Latinum, ad petitionem Cromatii, & Heliodori Episcoporum: Quam historiam Judæi inter apocrypha ponunt: Tamen *Hieronymus in prologo suo*, inter agiographa ponit eam: Quod si esset, tunc esset liber iste de tertio ordine canonis veteris Testamenti. Sed quia de nullo ordine est: ut diximus *in prologo super Josue* dicitur, quod *Hieronymus* accipit hic diffusius agiographa: ut scilicet includat apocrypha, quæ ab Ecclesia recipiuntur, quorum veritas manifesta est; sed auctor ignoratur, ut est Ecclesiasticus, Sapientia, Judith, Machabæorum, Tobias, Pastor: Quoniam igitur lingua Chaldæa He-

Infra 14.

braico ſermoni vicina eſt; habens *Hieronymus* utriuſque linguæ hujus peritum interpretem, quicquid ille Hebræis verbis expreſſit, ipſe Latino ſermone expoſuit, ſub brevi, & quaſi unius diei labore. Ex jam dictis patet materia hujus libri. Auctor ignotus eſt, cujus tamen intentio circa materiam verſatur. Utilitas vero magna eſt, ſive finis, ſcilicet inſtructio moralis, circa opera pietatis, ad quorum ſtudium nos provocare intendit Auctor exemplo Tobiæ. Modus agendi, ſive continentia libri talis eſt. Primo oſtenditur genus, & patria Tobiæ, & tempus captivitatis ejuſdem. Secundo qualis fuit ejus converſatio in captivitate, & etiam ante. Tertio qualiter fuit excœcatus. Quarto de legatione minoris Tobiæ ad Gabelum, & de uxore ejuſdem, & reditu ad patrem cum uxore ſua Sara. Quinto de illuminatione majoris Tobiæ. Sexto ponitur canticum, in quo Tobias Deum laudat, & benedicit, & Jeruſalem, & populum captivatum exhortatur, ut ad Deum convertatur. In quo etiam prophetavit de excidio Jeruſalem, & reædificatione ejuſdem. Ultimo agitur de deſtructione Ninive, quam ſimiliter prophetavit Tobias, & de reverſione minoris Tobiæ cum uxore, & filiis ad ſocerum ſuum Raguelem, mortuo ſcilicet patre ſuo, ubi in ſenectute bona mortuus eſt, completis nonagintanovem annis.

Explicit Procemium Auctoris.

Reve

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini

D. HUGONIS DE S. CHARO,

CARDINALIS, &c.

Prologi Sancti Hieronymi in Librum Tobiæ

EXPOSITIO.

CHROMATIO, & Heliodoro, &c.] Huic libro præmittit *Hieron.* prologum, ostendens modum, & causam translationis, dicens: [Chromatio, & Heliodoro, &c.]

a Exactionis] idest instantis petitionis. Et hoc dicit *Hier.* quia illi petebant instanter, ut ipse transferret librum Tobiæ de Chaldæo in Latinum, quam linguam non bene sciebat *Hier.* licet esset multum affinis linguæ Hebraicæ.

b Secantes,] idest, removentes. *c* Agiographa memorant,] idest, dicebant esse de Agiographis. *Gloss.* Potius, & verius dixisset, inter apocripha. Vel large accepit agiographa, quasi Sanctorum scripta, & non de numero illorum novem, quæ proprie dicuntur agiographa, quæ sunt de catalogo, idest de numero vigintiduorum librorum. Consistit enim catalogus in Pentatheucho, & octo Prophetis, & novem agiographis.

d Feci satis desiderio] idest, satisfeci transferendo.

e Non tamen meo studio,] idest, non meo labore, quia *Hier.* non transtulit a Chaldæo, sed habuit Judæum peritum, loquacem in lingua illa, qui et Hebraice exprimebat, & ipse Latinis litteris exponebat. Vel satisfeci vestro desiderio, sed non meo studio, ut sit dativi casus hoc, quod dico, meo studio, quia æmuli me laniant.

Incipit Prologus Sancti Hieronymi in librum Tobiæ.

CHromatio, & Heliodoro Episcopis, Hieronymus in Domino salutem. Mirari non desino *a* exactionis vestræ instaotiam. Exigitis enim, ut librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum traham stylum, librum utique Tobiæ, quem Hebræi de Catalogo divinarum Scripturarum *b* secantes, his quæ *c* agiographa memorant, manciparunt. *d* Feci satis desiderio vestro, non *e* tameo meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem † Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse judicans, Pharisæorum displicere judicio, & Episcoporum jussionibus deservire, institit, ut Potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, *f* utriusque linguæ peritissimum *g* loquacem reperiens, *h* unius diei laborem arripui, & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego *i* accito *k* notario sermonibus Latinis exposui. *l* Orationibus vestris mercedem hujus operis compensabo, cum gratum vobis didicero me, quod jubere estis dignitati, complesse.

Explicit Prologus.

f Utriusque] idest Hebrææ, & Chaldææ.

g Loquacem] idest, interpretem. Interpres est, qui de una lingua scit transferre in aliam.

h Unius diei laborem] Ita potuit esse ad litteram. Vel hoc dicit, quia liber Tobiæ brevis est, & brevis fuit labor in translatione ejus.

i Accito] idest, advocato.

k Notario] Notarius est, qui primo notat in schedulis. Librarius est, qui scripta schedularum in libris redigit. [at. † Latinorum.]

l Orationibus] quibus pro me oretis.

Explicit Expositio Prologi S. Hieronymi in lib. Tobiæ.

Reverendissimi in Christo Patris, & Domini.

D. HUGONIS, &c. CARDINALIS

Postilla super librum Tobiæ.

EXPOSITIO CAPITIS PRIMI.

TOBIAS *m* ex Tribu, &c.] Primo ostendit quis, de qua Tribu, de qua civitate fuerit, & situm civitatis describit, & quid in captivitate egerit. Commendans ergo personam ab opere, eo quod in captivitate positus, viam Domini non deserebat, dicit [Tobias]

n Civitate Nephtalim] *Gl.* Inter illos adductus de quibus dicitur. Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & terra Nephtalim, & novissimo aggravata est via maris, &c. *Isai.* 9. Hæc *Interl.* vult, quod Tobias captus fuit in prima captivitate duarum Tribuum, & dimidiæ, quam fecit Theglathphalasar, 4. *Regum* 15. De illa enim intelligitur illa auctoritas *Isaiæ*: Primo tempore alleviata est terra, &c. Sed textus sequens contrarius est, qui eum captum in diebus Salmanasar, qui septem Tribus, & dimidiam captivavit, 4. *Reg.* 17. Solutio hujus, dicta est in introitu hujus libri.

o In superioribus Galilææ] idest in superiori parte Galilææ, vel in superiori Galilæa. Duæ enim sunt Galilææ, scilicet, Galilæa gentium, & Galilæa Judæorum, ut dicunt.

p Naason,] Nomen loci est hic: Alibi pro persona accipitur.

INCIPIT LIBER TOBIÆ.

C A P. I.

TOBIAS *m* ex Tribu, & civitate *n* Nephtalim, quæ est in *o* superioribus Galilææ supra *p* Naason, post viam, quæ ducit ad *q* Occidentem, in *r* sinistro habens civitatem Sepheth, *f* cum captus esset in diebus Salma-

q Ad Occidentem,] respectu Jerusalem. Aliter enim nihil dictum esset, nisi situs aliquis intelligeretur.

r In sinistro habens civitatem] respectu situs mundi, qui attenditur versa facie ad Orientem, & a dextris est Auster, a sinistris est Aquilo.

f Cum captus esset in diebus] Tobiæ captivitas humani generis captivitatem designat per regem omnium pravorum, idest diabolum, qui nos de patria cœlesti in hujus exilii vallem dejecit.

a Regis Aſſyriorum,] 4. *Reg.* 17.
b Poſitus,] ductus cum Oſee rege Iſrael in Niniven civitatem. *c* Non deſeruit,] ſic Job, & Jeremias.
d Fratribus,] ſcilicet Judæis.
e Junior omnibus] ideſt multis. Vel omnibus, ideſt nobilibus. *f* Cum irent] *Interl.* gentes ſcilicet.

Jerem. 40. *b* Per omnes,] Judæos.
c Et ex his,] donis a rege Salmanaſar.
d Gabelum] quemdam contribulem ſuum.
e Sub chirographo] ideſt ſub conſtitutione reſtituendi.
f Pondus] ſcilicet decem talenta.

naſar *a* regis Aſſyriorum, in captivitate tamen *b* poſitus, viam veritatis *c* non deſeruit, ita ut omnia, quæ habere poterat, quotidie concaptivis *d* fratribus, qui erant ex ejus genere, impertiret. † Cumque eſſet *e* junior omnibus in Tribu Nephtalim, nihil tamen puerile geſſit in opere. Denique *f* cum irent *g* omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam *h* fecerat rex Iſrael, hic ſolus fugiebat conſortia omnium, & pergebat in Jeruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Iſrael, *i* omnia primitiva ſua, & *k* decimas ſuas fideliter offerens, ita ut in tertio anno proſelytis, & advenis miniſtraret *l* omnem decimationem. Hæc, & his ſimilia ſecundum legem Dei, *m* puerulus obſervabat. Cum vero factus fuiſſet vir, accepit uxorem Annam de *n* Tribu ſua, genuitque ex ea filium, nomen ſuum imponens ei, quem ab *o* infantia *p* timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. Igitur cum per captivitatem deveniſſet *q* cum uxore ſua, & filio in civitatem Niniven, *r* cum omni Tribu ſua, & omnes ederent ex cibis gentilium, iſte *ſ* cuſtodivit animam ſuam, & *t* nunquam *u* contaminatus eſt in *x* eſcis eorum. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde ſuo, *y* dedit illi Deus gratiam in *z* conſpectu Salmanaſar regis, & *a* dedit ei poteſtatem quocumque vellet ire, habens libertatem quæcumque facere voluiſſet. Pergebat ergo per *b* omnes, qui erant in captivitate, & monita ſalutis dabat eis. Cum autem veniſſet in Rages civitatem Medorum, & *c* ex his, quibus honoratus fuerat a Rege, habuiſſet decem talenta argenti, & cum in multa turba generis ſui *d* Gabelum egentem videret, qui erat ex Tribu ejus, ſub *e* chirographo dedit illi memoratum *f* pondus argenti. Poſt multum vero temporis mortuo Salmanaſar rege, cum *g* regnaret Sennacherib filius ejus pro eo, & filios Iſrael *h* exoſos haberet in conſpectu ſuo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & *i* conſolabatur eos, dividebatque unicuique prout poterat de facultatibus ſuis. *k* Eſurientes alebat, nudiſque *l* veſtimenta præbebat, mortuis, atque occiſis *m* ſepulturam ſolicitus exhibebat. Denique cum *n* reverſus eſſet rex Sennacherib *o* fugiens a Judæa, plagam, quam circa eum Deus fecerat propter blaſphemiam ſuam, & iratus multos occideret ex filiis Iſrael: Tobias ſepeliebat corpora eorum. At ubi nunciatum eſt Regi, juſſit eum occidi, & tolli omnem ſubſtantiam ejus. Tobias vero cum filio ſuo, & cum uxore fugiens, *p* nudus *q* latuit, quia multi diligebant eum. Poſt dies vero quadragintaquinque occiderunt Regem filii ipſius. Et reverſus eſt Tobias ad domum ſuam, omniſque facultas ejus reſtituta eſt illi.

CAP. II.

POſt hæc vero cum eſſet *r* dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo: Vade, & adduc aliquos ex *ſ* Tribu noſtra *t* timentes Deum, ut epulentur nobiſcum, Cumque

[al. † Et cum.] *g* Omnes] pro majori parte dicit hic, ſecundum illam regulam Ticonii, qua quaſi de eodem agentes aliquando omnes propter malos vituperamus, quæ eſt ſecunda regula. Et nota, quod uſque huc locutus eſt auctor de ſtatu Tobiæ in captivitate. Non redit ad converſationem, quam geſſit ante captivitatem. *h* Fecerat] [4. *Reg.* 21.] 4. *Reg.* 12. *i* Omnia primitiva] ideſt, primitias, vel primogenita.
k Et decimas] primas, ſecundas, & tertias.
l Omnem, &c.] Hic opponit *Beda in Gloſſ.* quia cum plures eſſent decimæ, ſecundum legem, ut diximus ſupra *Nehem.* 10. Prima enim erat Levitarum, *Num.* 18. Secunda erat in neceſſariis erogandis, quando ter in anno viſitabatur templum. *Deut.* 14. Tertia, quæ tertio anno tantum fiebat, ſervabatur pauperibus. *Deut.* 14. Non igitur omnem decimationem miniſtrabat Tobias proſelytis, & advenis, ſed tantum illam de tertio anno: Quod verum eſt. Et de illa tantum loquitur hic auctor, ut dicit *Beda*, ut ſit ſenſus omnem decimationem, ſupple tertii anni. Vel etiam de ſecundis decimis poteſt [*Infra* 4.] intelligi, quia cum Tobias non poſſet ire ad templum propter cuſtodes Regis, illas omnes dabat pauperibus, quas ſecum debebat ferre.
m Puerulus obſervabat.] Per hoc patet, quod loquitur auctor de ſtatu Tobiæ ante captivitatem.
n De Tribu ſua,] ſecundum legem, *Num. ult.* *o* Ab infantia] Sic non fecit Heli. Non ſic pater inſtruxit filium, quem diabolus in manibus ejus ſuffocavit, ut dicit *Gregorius in dialogo.*
p Timere] filialiter.

g Cum regnaret] *Gloſ.* Non obloquitur, quod alibi dicitur Salmanaſar, qui & Sennacherib. Erat enim binominis. Vel generaliter omnes Reges Medorum ſic vocabantur, ſicut Ægypti Pharaones.
h Exoſos] quia exercitum ante Jeruſalem amiſit. 4. *Regum* 19. & *Iſai.* 38.
i Conſolabatur] ne in captivitate deficerent.
k Eſurientes] *Gloſſ.* tam corpore, quam mente.
l Veſtimenta] *Gloſſ.* tam corporis, quam mentis.
m Sepulturam] *Gl.* Myſtice. [*Myſtice.*] Peccatorum, ut nec illorum memoria in illis remaneret. Tali ſepultura voluerunt patres noſtri honorari, juxta ſepulturam Chriſti. Unde Jacob in Judæa ſepeliri voluit, & Joſeph de oſſibus ſuis mandavit. Vel ad litteram ſic expone.
n Reverſus eſſet] 4. *Reg.* 19.
o Fugiens] *Gloſſ.* Multitudine exercitus nocte percuſſa ab Angelo [4. *Reg.* 19.] *Gloſſ.* Bene Sennacherib de Judæa fugit. Diabolus enim veram confeſſionem non pertimeſcit, & ante faciem ejus non ſubſiſtit. [*Infra* 2.]
p Nudus] rebus.
q Latuit,] Sed nonne male fecit, quod ſe abſcondit? Non: quia ſolus quærebatur, & major utilitas erat ipſum latere, quam oſtendere ſe quærentibus. Sicut probat *Beda* per multa exempla in *Gloſſ.* dicens: Non enim debemus nos in pericula præcipitare, vel Deum tentare, dum ratione poſſumus agere. *Deut.* 6. Unde *Matth.* 10. Si perſecuti vos fuerint in unam civitatem, &c. Et *Joan.* 8. Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo. Et *Actuum* 9. Paulus in ſporta demiſſus eſt per murum. Et *Matth.* 2. Jeſus fugit in Ægyptum, & erat ibi uſque ad obitum Herodis.

q Cum uxore ſua, &c.] Argumentum, quod filius Tobiæ, minor ſcil. Tobias, natus fuit ante captivitatem.
r Cum omni Tribu ſua,] ideſt Benjamin, quem captivavit Theglathphalaſar, 4. *Reg.* 15. *ſ* Cuſtodivit, &c. *Gl.* Non modo, non corpore, ſed nec mente pollutus eſt.
t Et nunquam] Expoſitio præcedentis.
u Contaminatus eſt] imo alios Judæos graviter arguebat. *x* In eſcis, &c.] ſicut etiam fecit Daniel, & tres ſocii ejus, *Daniel* 1. *y* Dedit, &c.] *Gl.* Qui memor eſt omnium ſperantium in ſe.
z In, &c.] ut Daniel in conſpectu Nabuchodonoſor, *Dan.* 1. Et Joſeph in conſpectu Pharaonis, *Gen.* 41.
a Dedit, &c.] *Gloſſ.* Sicut Nabuchodonoſor Jeremiæ,

EXPOSITIO
CAP. II.

POſt hæc vero] *r* Dies feſtus] ideſt feſtum aliquod. Sed quod feſtum, non determinat in littera.
ſ De Tribu noſtra] *Galat.* 6. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.
t Timentes Deum,] *Gl.* Non eos, qui corpus tantum occidunt, *Matt.* 10. *Eccleſ.* 9. Viri juſti ſint tibi convivæ, & in timore Dei ſit tibi gloriatio. *Job* 31 Si comedi

buccellam

abiisset, reversus nunciavit unum ex filiis Israel jugulatum jacere in platea. *a* Statimque exiliens de *b* accubitu suo, *c* relinquens prandium, jejunus pervenit ad corpus, tollensque illud portavit ad domum suam *d* occulte, ut dum Sol occubuisset, caute sepeliret eum. Cumque occultasset corpus, manducavit panem cum luctu, & *e* tremore memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per *f* Amos Prophetam: Dies festi vestri convertentur in lamentationem, & *g* luctum. Cum vero Sol occubuisset, abiit, & sepelivit eum. Arguebant autem eum omnes *h* proximi sui, dicentes: Jam hujus rei causa interfici jussus es, & vix effugisti mortis imperium, & *i* iterum sepelis mortuos. Sed Tobias plus timens *k* Deum, quam *l* Regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. Contigit autem, ut quadam die *m* fatigatus a sepultura veniens in domum suam, jactasset se *n* juxta parietem, & obdormiisset, & ex nido *o* hirundinum dormienti illi, calida stercora inciderent super oculos ejus, fieretque cæcus. Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posteris daretur *p* exemplum patientiæ ejus, sicut & sancti Job. Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata ejus custodierit, *q* non est contristatus † contra Deum, quod plaga cæcitatis † evenerit ei, sed *r* immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo *s* omnibus diebus vitæ suæ. Nam sicut beato Job insultabant *t* reges, ita isti parentes, & cognati ejus *u* irridebant vitam ejus, dicentes: Ubi *x* est *y* spes tua, *z* pro qua eleemosynas faciebas, & sepulturas? Tobias vero *a* increpabat eos, dicens: Noli ita loqui, quoniam filii *b* Sanctorum sumus, & *c* vitam illam expectamus, quam Deus *d* daturus est *e* eis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna vero uxor ejus ibat ad textrinum opus

[Marg.: al. † adversus. al. † adveniret.]

---

buccellam meam solus? *Luc.* 14. Compelle intrare, ut impleatur domus mea. *Prov.* 23. Ne comedas cum homine invido, & ne desideres cibos ejus. *Sen.* Primum vide, cum quibus comedas, quam quid comedas.

a Statimque] *Act.* 2. Factus est repente de cœlo sonus. Ibi *Gloss.* Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. *Sap.* 5. Spiritus unicus multiplex, subtilis, discretus, mobilis, &c. Unicus propter fidei unitatem, multiplex propter operum diversitatem, subtilis propter contemplationem, discretus per discretionem, mobilis per obedientiam. [B]

b De accubitu suo,] idest de mensa.

c Relinquens prandium, *Gloss.* Cibum animæ cibo corporis præferens.

d Occulte,] ne aliquis videns, nunciaret regi.

e Tremore] tyranni.

f Per] *Amos* 8. [Marg.: *Amos* 8. *Sup. vol.*]

g Et luctum.] *Job* 30. Cithara mea versa est in luctum. [C]

h Proximi] *Gloss.* Amici carne nominis, non hominis, inimici animæ. *Eccl.* 37. Omnis amicus dicit: ego amicitiam copulavi, sed est amicus solo nomine amicus, *Michea* 7. Nolite credere amico.

i Et iterum sepelis] Simile *Joan.* 11. dicebant Apostoli ad Jesum: Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc.

k Deum,] qui potest animam, & corpus perdere, *Matth.* 10. [D]

l Quam Regem,] qui corpus tantum. *Proverb.* 29. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Deo, sublevabitur.

m Fatigatus] in bono acediosus. *Glos. Bedæ*: Nemo miretur, si aliquando bona typice malum, mala bonum significent, ut patet 2. *Regum* 11. in David, & Uria, ut dicit *Gregorius*: Si enim hoc non liceret, nunquam nigro atramento, sed semper auro lucido nomen Dei scriberetur, quia Deus semper est lux. Sed si nomen diaboli calculo scribas candido, tenebras nihilominus significat. Cæcatus ergo Tobias, populum Israel significat: *Roman.* 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, fatigatus a sepultura cæcatus est. Qui enim infatigabilis in bonis operibus persistit, fidei lumen non amittit: Ita spiritualiter fatigatus dormit, qui vigilare, stare, viriliter agere, etiam confortari negligit. Cui dicitur: Surge, qui dormis, & exurge a mortuis.

n Juxta parietem,] carni indulgens. *Cant.* 3. En ipse stat post parietem nostrum.

o Hirundinum] vel hirundinis. Hirundo est vir justus. Hirundo enim in altum volat, & vir justus cœlestia meditatur. *Psalm.* 76. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. *Coloss.* 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, &c. Item hirundo nigra est, & alba, & similiter vir justus niger est per tribulationes, quas sustinet, sed albus est propter præmium, quod expectat. *Cant.* 1. Nigra sum, sed formosa. *Coloss.* 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. *Roman.* 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem. Nidus hirundinis exterius asper est, interius mollis, utrobique tenax. Sic conversatio viri justi suavitatem habet mundæ conscientiæ, & asperitatem mundæ vitæ, tenacitatem constantiæ. De hoc nido *Job* 29. Hoc est quilibet vir justus: In nidulo meo moriar. *Proverb.* 27. Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir, qui relinquit locum suum. Stercora hirundinis, quæ cadunt de hoc nido, sunt divitiæ hujus mundi, quas vir justus a corde suo abjicit, & ut stercora projicit. *Phil.* 3. Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Hæc stercora dormientem juxta parietem, id est, pigrum carni indulgentem, excæcant, quia calida sunt per nimium appetitum. Unde Sedechias Rex Juda excæcatus est in Rebblata. 3. *Regum* 25. quod interpretatur, hæc multa, & significat multitudinem divitiarum, vel nimium amorem ipsarum.

p Exemplum patientiæ] Nam virtus in infirmitate perficitur. 2. *Cor.* 12. *Proverb.* 27. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuet faciem amici sui. *Jacob* 5. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ Prophetarum, qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors est Dominus, & miserator. [Marg.: *Inf.* 9.]

q Non est contristatus contra Deum,] sicut *Job* 1. dicitur: In omnibus his non peccavit Job labiis suis, &c. *Proverb.* 12. Non contristabit justum, quicquid ei acciderit. Item *Gloss.* dicit 1. *Petr.* 4. Quia a domo Dei incipit judicium. Unde *Ezech.* 9. A sanctuario meo incipite. Non est filius, qui non corripitur. *Proverb.* 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit. 2. *Corinth.* 12. Paulus tanquam puer colaphizatus, ne tanquam juvenis extollatur.

r Immobilis] cum tentaretur, dicit *Gloss.*

s Omnibus diebus] non dicit noctibus, quia ut dicit *Gloss.* Tota vita justorum dies est.

t Reges,] *Gloss.* Baldad, Eliphaz, Sophar.

u Irridebant] Omnem enim, qui pie vivere volunt in Christo, persecutionem patientur, 2. *Timoth.* 3. Et *Job* 12. Deridetur enim justi simplicitas.

x Spes] *Glos.* idest, utilitas spei.

y Ubi est] quasi dicat, nusquam.

z Pro qua] quasi mercenarius. Mali enim, aut ut servi, Deo timore serviunt, aut ut mercenarii, mercedem temporalem quærunt; idcirco beatitudinem, quæ est ipse Deus, nunquam recipiunt, ita dicit *Gloss.*

a Increpabat eos, dicens, &c.] Vir sanctus etiam irrisus, & increpatus a charitate non cessat. Unde: Charitas patiens est, benigna est, &c.] 2. *Corinth.* 23.

b Filii Sanctorum sumus,] *Glos.* Sancti debemus esse similes patribus.

c Vitam illam expectamus, &c.] idest, futuram inquirimus, pro illa fideles sumus. *Hebr. ult.*

d Daturus est eis, &c.] per gratiam. Gratia autem Dei, vita æterna.

e Eis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.] *Gloss.* Perseverantibus, non incipientibus, ultima semper est expectanda dies hominis. *Matth* 10 Qui perseveraverit usque in finem, salvus erit. De hoc *Eccles.* 11. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. *Luc.* 1. In sanctitate, & justitia coram ipso, &c. Cauda enim cum capite jubetur offerri in sacrificio Dei. [Marg.: *Lev.* 9.]

a De

a De labore Manuum] *Psalm.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c Qui non laborat, non manducet. 2. *Thessal.* 3. *Act.* 20. Mihi, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.

b Videte, &c.] Videtur Tobias fecisse contra doctrinam Apostoli, qui dicit 1. *Cor.* 10. Omne, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Solutio: Apostolus loquitur ibi de idolothitis, quæ vitanda sunt coram infirmis propter scandalum. Sed *c* Reddite] quasi dicat, si furtivus est, reddite.

d Manifeste, &c.] Simile *Job* 2. Benedic Deo, & morere.

e Eleemosynæ] *Gloss.* idest, fructus eleemosynarum. *f* Perierunt] *Gl.* idest, periisse paruerunt.

al. † apparuerunt.

A

al. † justa.

b In superius cubiculum,] *Gloss.* In superiori enim mentis nostræ debemus orare. Unde Christus in monte orat, *Luc.* 6. Et Daniel in cœnaculo orat, *Dan.* 9. Eliseus 4 *Reg.* 4. Et Elias 3. *Reg.* 17. habent cœnacula. Christus in cœnaculo Pascha celebrat. *Marc.* 14.

quotidie, & de *a* labore manuum suarum victum quem consequi potuisset, deferebat. Unde factum est, ut hœdum caprarum accipiens detulisset domi. Cujus cum vocem balantis vir ejus audisset, dixit: *b* Videte, ne forte furtivus sit. *c* Reddite cum dominis suis, quia non licet nobis ex furto aliquid, aut contingere, aut edere. Ad hæc uxor ejus irata respondit: *d* Manifeste vana facta est spes tua, & *e* eleemosynæ tuæ modo † *f* perierunt. Atque his, & aliis hujusmodi verbis exprobrabat ei.

C A P. III.

TUNC *g* Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis, dicens: *h* Justus es, Domine, & omnia judicia tua † vera sunt, & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & judicium. Et nunc, Domine, memor esto mei, & ne vindictam *i* sumas de *k* peccatis meis, *l* neque reminiscaris delicta mea, vel *m* parentum meorum, quoniam non obedivimus præceptis tuis, & *n* traditi sumus in *o* direptionem, & *p* captivitatem, & *q* mortem, & in fabulam, & in † improperium omnibus nationibus, in quibus *r* dispersisti nos. Et nunc, Domine, magna *s* judicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non *t* ambulavimus sinceriter coram te. Et nunc, Domine, fac mecum secundum voluntatem tuam, & *u* præcipe in *x* pace recipi spiritum meum. *y* Expedit enim mihi mori magis, quam vivere. Eadem itaque die contigit, ut Sara filia Raguel in † Rages civitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab una ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox ut † ingressi fuissent *z* ad eam. Ergo cum pro *a* culpa sua *b* increparet *c* puellam, *d* respondit *e* ei, dicens: Amplius *f* ex te non videamus filium, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum. *g* Numquid occidere & me vis, sicut etiam septem occidisti viros? Ad hanc vocem perrexit in † *h* superius cubiculum domus suæ, & *i* tribus diebus, & tribus noctibus non *k* manducavit, neque bibit, sed in *l* oratione persistens cum lacrymis deprecabatur Deum, ut *m* ab isto improperio liberaret eam. Factum est autem *n* tertia die cum *o* compleret orationem, benedicens Dominum, dixit: Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, qui *p* cum iratus fueris, misericordiam facies, & in *q* tempore tribulationis peccata dimittis *r* his, qui *s* invocant *t* te. Ad te Domine *u* faciem meam *x* converto, *y* ad te *z* oculos meos dirigo. *a* Peto, Domine, ut de vinculo improperii hujus absolvas me, aut certe desuper terram eripias me. Tu scis, Domine, quia numquam *b* concupivi virum, & mundam servavi animam meam ab omni *c* concupiscentia. Numquam

E X P O S I T I O
C A P. III.

TUnc *g* Tobias, &c.] Audita exprobratione uxoris, Tobias non respondit ei verbum, sciens mulierem esse stultum animal, & incorrigibile, sed conversus oravit Deum, *Prov.* 26. Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

h Justus es, &c.] *Psal.* 100. Misericordiam, & judicium cantabo tibi, Domine.

i Sumas] in futuro, *Gloss.* quia sum homo, quasi dicat parce mihi, quia non parco.

k De peccatis meis,] Justus enim in principio accusator est sui. *Proverb.* 18.

l Neque reminiscaris] *Gloss.* quia ego reminiscor.

m Vel parentum] *Gloss.* Reddit Deus peccata patrum usque in tertiam, & quartam prolem, *Exod.* 20. his, qui se oderunt, & similes malis patribus sunt.

n Traditi] a te justo judice.

o In direptionem,] *Gl.* hostium prædam.

al. † opprobrium.

B

al. † Ragel.

al. † ingrediebantur.

al. † in superius cubiculum.

C

g Tribus diebus, &c.] *Gloss.* In prosperitate enim, & adversitate ad sanctam Trinitatem debemus preces dirigere.

k Non manducavit,] *Gloss.* Sola oratione pinguescit, quam macies corporis pascit.

l In oratione, persistens, &c.] *Gloss.* Oratio Deum lenit, lacryma cogit; hæc ungit, illa pungit.

m Ut ab ipso, &c.] Non habuit Sara patientiam David, qui cum malediceretur a Semei, dixit Abisai, qui volebat eum occidere: Dimitte eum, ut maledicat mihi, Dominus enim præcepit ei.

2. *Reg.* 16.

n Tertia] *Gloss.* Lumine SS. Trinitatis implemur, ut orationem compleamus.

o Compleret] *Gloss.* Nomen plenitudinis in bono solet accipi. Unde: Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. *Galat.* 4. Et impleti sunt dies Mariæ, &c. *Luc.* 2. Et de Moyse: Ad finem usque complevit, *Deut.* 32.

p Cum iratus fueris] Simile *Habac.* 3. cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

q In tempore, &c.] *Gloss.* Non dimittit Deus peccata nisi in tribulatione, & cordis contritione. Unde *Psalm* 50. Cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.

r His,] *Gloss.* non aliis.

s Invocavit] *Gloss.* corde, ore, & opere.

t Te.] non aliud a te.

u Faciem] *Gloss.* mentis, quæ tibi sola placet.

x Converto,] *Gloss.* Quia inveni cor meum, ut orarem te.

y Ad te] *Gloss.* non ad idola, non ad merita mea.

p Et captivitatem,] *Gloss.* in exilium. *q* Mortem,] corporis, & animæ.

r Dispersisti] *Gloss.* tu, non illi.

s Judicia] super nos.

t Ambulavimus] de virtute in virtutem.

u Præcipe] *Gloss.* Angelis.

x In pace] idest, in quiete Abrahæ.

y Expedit enim, &c] quasi dicat, cupio dissolvi, & esse tecum, *Philip.* 1. Ne malitia malorum immutet cor meum, *Sap.* 4. *z* Ad eam,] idest, ad lectum ejus, non tamen cognoverunt eam. *a* Pro culpa sua] idest, ancillæ. *b* Increparet] Sara. *c* Puellam,] idest, ancillam. *d* Respondit] ancilla. *e* Ei,] Saræ.

f Amplius ex te non videamus] Opprobrium sterilitatis optat ei. In lege enim sterilis maledicta erat, idest, maledictionis opprobrio subjacebat.

g Nunquid occidere & me vis,] Simile dictum est Moysi. *Exod.* 2. Num me vis occidere, sicut occidisti Ægyptium.

z Oculos meos dirigo.] *Gloss.* interiores, de quibus dicitur: Leva oculos tuos, & vide, &c. Et alibi. Oculi tui columbarum. *Cant.* 4.

a Peto, Domine, &c.] Sed nonne Apostolus correctus fuit a Domino, quia petiit amotionem stimuli, 2. *Cor.* 12. quia non expediebat ei. Solutio: Sara nondum erat perfectionis Pauli, ut posset omnia sustinere. Vel sub pendulo piæ conditionis petit, quæ semper in petitione temporalium debet apponi, vel subintelligi. Nam quid uremus sicut oportet, nescimus, *ad Romanos* 8. Casus enim quandoque occasionaliter nobis est necessarius, quia inde fortiores, & humiliores resurgimus. Ut Petrus, & sancti viri tentationes vitiorum non petunt simpliciter amoveri, sed sub pendulo piæ conditionis, si scilicet expediat.

Isaia 48. & 60.

b Concupivi virum,] *Gloss.* idest, nolui cognoscere chorum in delicto. *Sap.* 3.

c Concupiscentia,] carnali, sive carnis.

a Cum

a Cum ludentibus] ut in choreis. Unde patet, hoc esse peccatum. Cujus etiam signum est, quia semper ad sinistram vadunt. Et *Hier.* dicit: Vix potest esse, quin contactu digiti, vel depressione pedis tentatio surgat. Unde *Jer.* 15. Non sedi cum concilio ludentium, & gloriatus sum a facie manus tuæ. Solutio: Sedebam, quoniam amaritudine implesti me. *Psal.* 25. Non sedi cum concilio vanitatis, &c. Et *B. Gregorius in dialogo* dicit de quadam puella, quæ vidit in cœlo gaudium virginum. Cui dixit B. Virgo: Si vis esse cum istis, non commisceas te cum ludentibus.

D

al. † illo.

b Miscui] *Gloss.* quia risus dolore miscebitur, &c. *Prov.* 14.

c In levitate] mentis.

d Ambulant,] de vitio in vitium.

e Præbui.] idest, non consensi.

f Virum autem cum, &c.] *Gloss.* ut tibi fructum facerem, timens maledictionem sterilitatis. *g* Non cum libidine] carnis. Ecce quanta puritate debet accedi ad conjugium, tantum spe prolis principaliter.

A

h Et aut ego, &c.] *Gl.* Nihil temere diffiniamus; quæ nobis dubia sunt, Deo diffinienda reservemus. *Matth.* 7. Nolite judicare, & non judicabimini. *Rom.* 2. Inexcusabilis es, o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis, quæ judicas.

B

y Amborum] idest, Tobiæ, & Saræ. *z* In conspectu] *Glos.* quia in beneplacito. *a* Missus est Angelus] Mystice. Angelus iste est Christus filius Dei. Unde *Isai.* 9. Vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus.

Mystice.

a Raphael,] medicina Dei. Unde dicit *Gloss.* Raphael medicina Dei missus est Dominus in mundum, qui de seipso ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. *c* Recitatæ.] *Gl.* ab Angelis.

Matth. 9.

a cum ludentibus *b* miscui me, neque cum his, qui in *c* levitate *d* ambulant, participem me *e* præbui. *f* Virum autem cum timore tuo non *g* cum libidine mea consensi suscipere. Et *h* aut ego indigna fui illis, aut illi mihi forsitan digni non fuerunt, quia fortassis *i* viro † alii conservasti *k* me. *l* Non est enim in hominis potestate *m* consilium tuum. Hoc autem pro certo habet omnis, qui colit te, quia vita ejus si in probatione fuerit, coronabitur; si autem in tribulatione *n* fuerit, *o* liberabitur; & si in *p* corruptione fuerit, ad *q* misericordiam tuam pervenire licebit. Non enim *r* delectaris in perditionibus nostris, quia *s* post tempestatem tranquillum facis, & *t* post lacrymationem, & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in *u* sæcula. In *x* illo tempore exauditæ sunt preces *y* amborum in *z* conspectu gloriæ summi Dei, & *a* missus est Angelus Domini sanctus *b* Raphael, ut curaret eos ambos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini *c* recitatæ.

C A P. IV.

IGitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, ut mori potuisset, vocavit ad se Tobiam filium suum, dixitque ei: *d* Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in *e* corde tuo *f* quasi fundamentum construe. Cum acceperit Deus animam meam, *g* corpus meum sepeli, & honorem habebis † *h* matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus. Memor enim esse debes, quæ, & quanta pericula passa sit in utero suo propter te. Cum autem, & ipsa compleverit tempus vitæ suæ, sepelias eam † *i* circa me. Omnibus autem *k* diebus vitæ *l* habeto Deum in mente, & cave, ne aliquando peccato *m* consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. Ex *n* substantia tua fac eleemosynam, & *o* noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut *p* nec a te avertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto *q* misericors. Si multum tibi fuerit,

E X P O S I T I O

CAP. IV.

IGitur cum Tobias, &c.] *d* Audi, fili mi,] *Glos.* Qui me debes imitari. Unde *Eph.* 5. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi. Et nota, primo invitat Tobias filium suum ad audiendum legem Dei, & retinendum: Parum enim prodest audire, nisi retineatur corde, & impleatur opere. Unde *Jacob* 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vosmetipsos. Deinde invitat ad opera misericordiæ. Et primo ad opera sepulturæ mortuorum, ibi. Cum acceperit, &c.

13. qu. 2. Hier.

al. † matris

e In corde tuo] *Glos.* Intelligentia.

f Quasi fundamentum] religionis. *Is.* 58. fundamenta generationis, & generationis suscitabis, & vocaberis ædificator sepium, avertens semitas iniquitatum.

al. † Juxta; Prov. 3. Luc. 14.

g Corpus meum sepeli, &c.] Nemo carnem suam odio habuit. *Ephes.* 5. *Glos.* Corpora sepeliendo quasi sacrosanctum depositum terræ commendamus, quæ reddenda, & glorificanda in resurrectione credimus.

i Viro alii conservasti] *Gloss.* quod verum est. Nota, Tobias primo excæcatus, postea illuminatus, Judaicum populum significat, qui modo est cæcus, sed in fine illuminabitur. Sara vero septemvira, significat gentilitatem. Septem viri ejus, sunt temporalia repetitione septem dierum decurrentia. Hi septem viri occisi sunt, & Sara tradita est Tobiæ, idest, amor temporalium est extractus in gentilitate, & ipsa est conjuncta Christo, fide, spe, & charitate. *k* Me.] intactam, dicit *Glossa*. *l* Non est enim, &c.] *Gloss.* quasi nescio quod horum sit, tu nosti.

m Consilium] Unde quis consiliarius ejus fuit? *Rom.* 11. & *Isai.* 40. *n* Fuerit,] *Gloss.* idest, persistiterit.

o Liberabitur,] a te ne deficiat, dicit *Gloss.*

p In corruptione] *Gloss.* Qui legitime certaverit, coronabitur. 2. *Timoth.* 2. Qui perseveraverit, salvus erit. *Matth.* 10. *q* Ad misericordiam, &c.] *Gloss.* Misericorditer corripis, qui flagellas omnem filium, quem recipis. *Hebr.* 12. *r* Non enim delectaris] *Gloss.* Quem creasti, perdere non vis. Unde 2. *Reg.* 14. dixit mulier ad David: Non vult Deus animam perire. *Ezech.* 18. Nolo mortem peccatoris, &c. *s* Post tempestatem] *Gloss.* corporis, vel animi, vel utriusque. Unde post tenebras spero lucem. *Job* 17. Item post tempestatem pœnitentiæ dat Dominus tranquillitatem gloriæ. *Luc.* 24. Oportebat Christum pati, &c. 2. *Tim.* 2. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & convivemus; si sustinebimus, & conregnabimus. Item post tempestatem tentationum, dat Dominus tranquillitatem consolationum. *Psalm.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum, &c.

t Et post lacrymationem, &c.] *Matth.* 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. *Prov.* 14. Cor, quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus. *u* In sæcula.] idest, sine fine.

x In illo tempore exauditæ sunt] idest, impletæ sunt.

h Matri tuæ] *Eccl.* 3. Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filiis. *Exod.* 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et *Levit.* 20. Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

i Circa me.] *Glos.* Simul vivunt Sancti, & simul sepeliuntur, quorum in vita eadem fides, eadem in morte requies. *k* Diebus] *Glos.* Non dicit noctibus, quia tota vita justorum dies est. Nota: Primo invitaverat Tobias filium suum ad custodiam legis, & ad opera misericordiæ: Nunc ostendit per quid hoc possit fieri.

l Habeto Deum] *Glos.* charitatem Dei, fidem, spem.

m Consentias,] *Glos.* quod est fovere, vel tacere, cum possis arguere.

n Ex substantia tua] *Glos.* non de rapina. *Prov.* 3. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. *Eccl.* 34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris.

o Et noli avertere, &c.] *Gl.* Debes enim diligere proximum tuum, sicut teipsum. *Lev.* 19. Unde: Visitans speciem tuam, non peccabis, *Job* 5. Item *Luc.* 6. Omni petenti te tribue, secundum facultatem tuam, non ex tristitia, aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus, 2 *Cor.* 9. *Eccl.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, &c.

p Ut nec a te avertatur facies Domini.] Date, & dabitur vobis, *Luc. sexto*, *Eccles.* 35. Da altissimo secundum donatum ejus.

q Misericors.] Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, *Matth.* 5. Et judicium sine misericordia fit ei, qui misericordiam non fecerit, *Jac.* 2.

a Liben-

a Libenter] *Gloss.* Voluntas a Deo pensatur, non dati quantitas *Prov.* 16. Spirituum ponderator est Dominus.
b Præmium enim, &c.] *Eccl.* 35. Quoniam retribuens est Dominus, & septies tantum reddet tibi.
c Thesaurizas] Unde: Thesaurizate vobis thesauros in coelo, &c. *Matth.* 6.

u Panem consolationis.
x Vinum] compassionis.
y Super sepulturam] *Gloss.* Nemo est qui vivit, & non peccet. *Eccles.* 7. Sed nota, quod præcipit fieri parentalia, quæ prohibita sunt, sed aliquem ritum nobis ignotum innuit. Vel forte ad consolationem parentum post sepulturam jubeas fieri convivia, quod opus est misericordiæ. Vel forte, super tumulo mortui, jubet fieri eleemosynas. *z* Cum peccatoribus.] *Gloss.* i. impio ne dederis, i. ne conviveris cum peccatoribus, quia ex convictu mores formantur.

1. *Reg.* 8. 2. *Par.* 6. *Sup.* 2.

d In die necessitatis,] *Gloss.* Judicii, ubi nemo sibi sufficeret, si misericordia deficeret.
e Liberat,] *Gloss.* Redemptio animæ viri propriæ divitiæ. *Prov.* 13. Et alibi, scilicet *Dan.* 4. Peccata tua eleemosynis redime, quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. *Eccl.* 3.
f Facientibus eam.] *Luc.* 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.
g Ab omni, &c.] spirituali, & corporali. *Ephes.* 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos. *Psal.* 72. Perdes omnes, qui fornicantur abs te. Et quia non sufficit bona facere, nisi etiam abstineatur a malis: ideo post admonitionem ad bonum hortatur Tobias filium suum fugere malum, & ita docet perfectam justitiam.
h Et præter uxorem, &c.] idest, præter uxorem tuam nulli mulieri admiscearis.
i Scire.] necdum facere.
k In tuo verbo] necdum facto.
l Dominari permittas.] & si aliquando sit, non

al. † impertire. al. † boni. C al. † qui faciunt. *De Pœn. d.* 1. *q. minor.* D *Lev.* 19. *Deut.* 22. A *Matth.* 7. 2. *dist. in princip.* 15. *dist. c. sicut.*

abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum *a* libenter stude † impertiri. Præmium *b* enim † bonum *c* thesaurizas tibi in *d* die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato, & a morte *e* liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus † *f* facientibus eam. Attende tibi fili, mi, ab *g* omni fornicatione, & *h* præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen *i* scire. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in *k* tuo verbo *l* dominari permittas. In *m* ipsa enim initium sumpsit *n* omnis perditio. Quicumque aliquid tibi operatus fuerit, statim ei mercedem *o* restitue, & merces mercenarii apud te omnino non maneat. Quod *p* ab alio audieris fieri tibi, *q* vide, ne *r* aliquando tu alteri facias. *s* Panem tuum cum esurientibus, & egenis comede, & de *t* vestimentis tuis nudo tege, *u* Panem tuum, & *x* vinum tuum *y* super sepulturam justi constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum *z* peccatoribus. Consilium semper a *a* sapiente *b* perquire. Omni *c* tempore *d* benedic Deum, & pete ab eo, ut *e* vias tuas *f* dirigat, & omnia consilia tua in *g* ipso *h* permaneant. *i* Indico etiam tibi, fili mi, dedisse me *k* decem talenta argenti, *l* dum adhuc infantulus esses, *m* Gabelo in Rages civitate Medorum, & *n* chirographum ejus apud me habeo. Et ideo perquire, quomodo ad eum pervenias, & recipias ab eo supra *o* memoratum pondus argenti, & *p* restituas ei chirographum suum. *q* Noli timere, fili mi, pauperem quidem *r* vitam gerimus, sed *s* multa signa *t* habebimus, *u* si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

a A sapiente] *Gloss.* Non a stulto, in quo non est.
b Perquire.] Omnia fac cum consilio. *Eccl.* 32. *c* Omni tempore] Qui perseveraverit, hic salvus erit. *Matth.* 10. & 24.
d Benedic] *Gloss.* cogitationibus, verbis, & operibus.
e Vias tuas] Actiones, & affectiones, & cogitationes.
f Diriget] ad se. *Ecclesiast.* 37. In omnibus viis deprecare altissimum, ut dirigat viam tuam in veritate.
g In ipso] non in mundo, vel in alio.
h Permaneant.] firmiter.
Mystice. *i* Indico etiam tibi, fili mi, &c.] Pater ad filium. *k* Decem talenta] decem præcepta. *l* Dum adhuc, &c.] ante Incarnationem, scilicet tempore Moysi. *Exod.* 20.

Mystica.

CAP. V.

TUNC *x* respondit Tobias patri suo, & dixit: *y* omnia, quæcumque præcepisti mihi, faciam pater. Quomodo autem hanc pecuniam inquiram, *z* ignoro. Ille me nescit, & ego illum ignoro. Quod signum dabo illi? *a* Sed neque viam, qua pergatur

Is. 39.

tamen regnet. *Rom.* 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. *m* In ipsa enim initium] Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Et *Eccl.* 10. Initium omnis peccati superbia. *n* Omnis perditio.] *Gloss.* Hominis, vel Angeli, mentis, vel corporis.
o Restitue,] *Lev.* 19. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane. *Prov.* 3. Ne dicas amico tuo: Vade, & revertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. *Job* 31. Si negavi pauperibus, quod volebant, & oculos viduæ expectare feci.
p Quod ab, &c.] Quod tibi non vis fieri, aliis ne feceris.
q Vide, &c.] Nota ordinem doctrinæ Tobiæ, quam habuit ad filium. Primo docuit eum, qualiter se habere deberet apud Deum. Ubi dixit: Audi, fili mi, verba oris mei, &c. Secundo qualiter ad parentes, ubi dixit: Cum acceperit Deus, &c. Tertio, qualiter ad pauperes, ubi dixit: Ex substantia sua, &c. Quarto, qualiter ad seipsum, ubi dixit: Attende tibi, fili mi, &c. Quinto, qualiter ad subditos servientes, ubi: Quicumque aliquid tibi, &c. Sexto, qualiter ad omnes, ubi dixit: Quod, &c. Perfecta est igitur doctrina, & eruditio Tobiæ.
r Ne aliquando, &c.] Aliud mandatum naturalis justitiæ affirmativum scil. habes *Matth.* 7. Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.
s Panem tuum cum esurientibus,] non dicit cum divitibus. Nam res pauperum dare divitibus, sacrilegium est, ut dicit *Hier. Ps.* 111. Dispersit, dedit pauperibus. *Is.* 58. Frange esurienti panem tuum. Eliseus, 4. *Reg.* 4. præcepit vasa vacua impleri, non plena. *Luc.* 14. Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris. *Job* 31. Si comedi bucellam meam solus. *t* De vestimentis] *Isai.* 58. Cum videris nudum, operi eum, idest eleemosynam tribue, ut operibus misericordiæ injusti peccata sepeliantur.

m Gabelo] populo Judaico.
n Chirographum] promissionis, *Exod.* 19. Cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. Vel chirographus est debitum peccatorum, de quo *Coloss.* 2. Delens quod adversum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. *o* Supra memoratum pondus argenti,] idest custodiam mandatorum. *p* Restituas] i. peccata dimittas, & gratiam conferas. *Ps.* 83. Misericordiam, & veritatem diligit Deus; gratiam, & gloriam dabit Dominus.
q Noli timere,] paupertatem, tribulationes.
r Gerimus,] in hoc mundo.
s Multa bona] quæ nec oculus vidit, nec auris vidit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus, &c. *Is.* 64. *t* Habebimus,] in futuro.
u Si timuerimus] timore, de quo *Job* 28. Timor Domini est sapientia, & recedere a malo intelligentia. Unde: Timens Deum, & recedens a malo. *Job* 1. *Eccles.* 1. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit justificari.

1. *Cor.* 2.

EXPOSITIO CAP. V.

TUnc *x* respondit Tobias] omnibus scil. præmissis auditis. *Prov.* 18. Qui prius respondet, quam audiat, stultum se demonstrat esse, & confusione dignum: *y* Omnia quæcumque, &c.] *Gloss.* Datur nobis exemplum, ut sanctis Patribus in omnibus obediamus. Unde: Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. *Exod.* 20. *z* Ignoro.] Nota indolem boni pueri. Omnia promittit, quod faciet, & de pecunia non curat.
a Sed neque viam, &c.] Simile *Dan.* 14. dixit *Habac.* Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio.

a Chiro-

illuc aliquando cognovi. Tunc parer suus respondit illi, & dixit: *a* Chirographum quidem illius penes me habeo, quod dum illi ostenderis, statim tibi restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum, salva mercede sua, dum adhuc vivo, ut recipias eam. Tunc egressus Tobias invenit juvenem *b* splendidum, stantem *c* præcinctum, & quasi *d* paratum ad ambulandum. Et ignorans quod Angelus Dei esset, salutavit eum, & dixit: Unde *e* te habemus, bone juvenis? At ille respondit: Ex filiis *f* Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti, inquit, viam, quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit: Novi, & omnia itinera ejus frequenter ambulavi, & mansi apud Gabelum *g* fratrem nostrum, qui moratur in Rages civitate Medorum, quæ posita est *h* in monte Ecbatanis. Cui Tobias ait: *i* Sustine me, obsecro, donec hæc ipsa nunciem patri meo. Tonc ingressus Tobias, indicavit universa hæc patri *k* suo. Super quæ *l* admiratus pater, rogavit, ut introiret ad eum. *m* Ingressus itaque salutavit *n* eum, & dixit: Gaudium semper tibi sit. Et ait Tobias: *o* Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, & *p* lumen cœli non video? Cui ait *q* juvenis: Forti animo esto, in proximo est, ut a Deo cureris. Dixit itaque illi Tobias: Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages civitatem Medorum? Et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam. Et dixit ei Angelus: *r* Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua Tribu es tu? Cui Raphael Angelus dixit: *s* Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddam: *t* Ego sum Azarias *u* Ananiæ magni filius. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto, ne *x* irascaris, quod voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi Angelus: Ego sanum ducam, & sanum reducam filium tuum. Respondens autem Tobias, dixit: Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & Angelus ejus comitetur vobiscum. Tunc paratis omnibus, quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo, & matri suæ, & ambulaverunt *y* ambo simul. Cumque profecti essent, cœpit flere mater ejus, & dicere: *z* Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti a nobis. Nunquam esset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, ut divitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum. Dixitque ei Tobias: Noli flere. *a* Salvus perveniet filius noster, & salvus revertetur ad nos, & *b* oculi tui videbunt eum. *c* Credo enim quoniam Angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia, quæ circa eum geruntur, itaut cum gaudio revertatur ad nos. Ad hanc vocem *d* cessavit mater ejus flere, & tacuit.

C A P. VI.

PROFECTUS *e* est autem Tobias, & canis secutus est eum. Et mansit prima mansione, *f* juxta fluvium *g* Tigris, & exivit ut lavaret pedes suos, & ecce piscis immanis *h* exivit ad devorandum eum. Quem *i* expavescens Tobias, clamavit voce magna, dicens: Domine, invadit me. Et dixit ei Angelus: Apprehende

---

a Chirographum] idest, litteras.
b Splendidum,] idest, facetum, & alacrem. Tali modo ponitur splendidum, *Eccles.* 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum.
c Præcinctum,] Nota, cingimur operaturi: succingimur ituri: accingimur pugnaturi: præcingimur ministraturi. Et Christus ministrare venerat, non ministrari, & Angelus hic non ministrari. *Matth.* 20. Non venit ministrari, sed ministrare.
d Paratum] Talis debet esset omnis religiosus sic paratus ad omnia. Unde *August.* Vere obediens mandatum non procrastinat, sed parat manus operi, pedes itineri, linguam voci.
e Unde te habemus,] idest, unde es tu, vel unde venisti huc.
f Ex filiis Israel.] Hoc totum verum fuit secundum nominum interpretationem. Israel enim interpretatur vir videns Deum, & ipse erat de Angelis videntibus Deum. *Matth.* 18. Et Azarias, idest, adjutor, & filius Ananiæ, idest, gloriæ Dei. Et hoc innuit etiam *Gloss.*
g Fratrem nostrum,] *Gloss.* Angeli enim apud Sanctos manent: boni enim æquales Angelis, & cohæredes, & concives sunt futuri. Unde apud Abraham hospitati sunt Angeli, *Gen.* 18. Apud Loth, *Gen.* 19.
h In monte Ecbatanis.] *Gloss.* Civitas Sanctorum in monte, peccatorum in valle posita est.
i Sustine] idest, expecta.
k Patri suo.] *Gloss.* Nihil sine consilio patris agendum decrevit.
l Admiratus] *Gloss.* quia subito occurrerat quod volebat.
m Ingressus] Angelus.
n Eum,] idest, majorem Tobiam.
o Quale mihi gaudium] Hic videtur Tobias murmurare de adversitate sua, quod est contrarium præmissis. Respondeo: Non dixit hoc dubitando de gaudio futuro, vel murmurando, sed de modo quæsivit, sicut B. Virgo, *Luc.* 1.
p Lumen cœli] Benedicit lumen cœli, idest, sapientiam spiritualem. De qua dicit *Jacob* 3. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modestia, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, judicans sine simulatione. Hoc lumen, qui non habent, revera verum gaudium habere non possunt. Sed lumen terræ, idest, sapientiam hujus mundi habent multi. De qua *Jacob* 3. Ista sapientia non est desursum descendens a patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Hanc qui habent, aut nullum, aut vanum gaudium habent.
q Juvenis:] idest, Angelus, qui erat in forma juvenis.
r Ego ducam, & reducam, &c.] Simpliciter, & sine conditione loquitur Angelus, ex quo videtur, quod & nos similiter simpliciter possumus loqui. Sed contrarium dicitur *Jac.* 4. Ecce nunc, qui dicitis: Hodie, aut crastino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastinum. Solutio: Ibi agitur de illis, qui nec actu, nec habitu conditionem in verbis suis intelligunt, Angelus vero, etsi non actu, tamen habitu conditionem intellexit. Præterea Angelus sciebat Domini voluntatem super hoc, & homo nescit.
s Genus quæris] quasi diceret, potius quærendum esset de moribus, & fideli ducatu filii tui quam de genere. Et percutit Angelus hic eos, qui potius quærunt genus nobilitatis quam gratiam etiam in Prælatis faciendis.
t Ego sum Azarias] idest, adjutor. *Inf.* 10.
u Ananiæ] idest, gloriæ Dei.
x Ne irascaris,] sicut superbi faciunt sæpe.
y Ambo] idest, Angelus, & Tobias.
z Baculum] *Gloss.* muliebris impatientia, affectio materna.
a Salvus perveniet] *Gloss.* In Domino confidit, cui commisit eum.
b Oculi tui] Non dicit de se, quod visurus sit illum, quia cæcus erat.
c Credo enim, &c.] Et sic erat.
d Cessavit] accepta consolatione.

EXPOSITIO CAP. VI.

PRofectus *e* est autem, &c.] Prædicatores. De quibus *Psal.* 58. Famem patientur ut canes.
f Juxta fluvium] *Gloss.* idest, decursum mortalitatis.
g Tigris,] Sic dicebatur ille fluvius, pro velocitate sua, & signat volubilitatem hujus sæculi. De qua *Eccl.* 1. Generatio præterit, & generatio advenit, &c. *h* Exivit ad &c.] *Gloss.* Et Domino in cruce passo, diabolus, quo movente crucifixus erat, advenit quærens si quid peccati in eo inveniret. *i* Expavescens] *Gloss. Bedæ*: Christus imminente mortis articulo cœpit pavere *Marc.* 14.
a Bran-

a Branchiam] Branchia est illud in pisce, quod tenetur in confinio capitis, & corporis, quod alio nomine dicitur faux, sive auris piscis, per quam respirat aerem, si tamen respirat, cum non habeat pulmonem.
b Et trahe] *Job* 40. Nunquid extrahere poteris Leviathan hamo, & fune ligabis linguam ejus?

dem non prædicabant, sine qua nemo potest placere; sanare non poterant, sed alios dæmonium in suo errore pertinaces occidit.
u Vacent,] qui hanc habuerant: Tales fuerunt, qui per libidinem a se Deum excluserunt. Non quod eam aliquis cognoverit, sed propter implendam libidinem, eam acceperunt.

a branchiam ejus, & *b* trahe eum ad te. Quod cum fecisset, attraxit eum in *c* siccum, & palpitare cœpit ante pedes ejus. Tunc dixit ei Angelus: *d* Exentera hunc *e* piscem, & *f* cor ejus, & *g* fel, & *h* jecur repone tibi. Sunt enim hæc *i* necessaria ad medicamenta utiliter. Quod cum fecisset, *k* assavit *l* carnes ejus, & secum sustulerunt in via. *m* Cetera salierunt, quæ *n* sufficerent eis quousque pervenirent in Rages civitatem Medorum. Tunc interrogavit Tobias Angelum, & dixit ei: Obsecro te, Azaria frater, ut dicas mihi quod remedium habebunt ista, quæ de pisce servare jussisti? Respondensque Angelus, dixit ei: Cordis ejus *o* particulam si super carbones ponas, *p* fumus ejus *q* extricat omne genus dæmoniorum, sive a viro, sive a muliere, itaut ultra non accedat ad eos. Et fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit *r* albugo, & sanabuntur. Et dixit ei Tobias: Ubi vis ut maneamus? Respondensque Angelus ait: Est hic Raguel nomine, propinquus vir de Tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum, neque feminam, neque ullum alium habet præter eam. Tibi *ſ* debetur omnis substantia ejus, & oportet te eam accipere conjugem. Pete ergo eam a patre ejus, & dabit tibi eam in uxorem. Tunc respondit Tobias, & dixit: Audivi, quia tradita est viris *t* septem, & mortui sunt, sed & hoc audivi quia dæmonium illos occidit. Timeo ergo, ne forte & mihi hæc eveniant, & cum sim unicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tunc Angelus Raphael dixit ei: Audi me, & ostendam tibi, qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium. Hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se, & a sua mente excludant, & suæ libidini ita *u* vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet *x* potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autem nocte, incenso jecore piscis, fugabitur dæmonium. Secunda vero nocte, in copulatione sanctorum Patriarcharum *y* admitteris. *z* Tertia vero nocte *z* benedictionem consequeris, ut filii ex vobis incolumes procreentur. Transacta autem tertia nocte accipias virginem cum timore Domini amore filiorum magis quam libidinis ductus, ut in *a* semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

C A P. VII.

INGRESSI *b* sunt autem ad Raguelem, & *c* suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ uxori suæ. Quam similis est juvenis iste *d* consobrino meo. Et cum hæc *e* dixisset, ait: Unde estis juvenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex *f* Tribu Nephtalim sumus ex *g* captivitate Ninive. Dixitque illis Raguel; Nostis Tobiam *h* fratrem meum? Qui dixerunt: Novimus. Cumque multa bona *i* loqueretur de *k* eo, dixit Angelus ad Raguelem: Tobias de quo interrogas, pater ejus est. Et misit *l* se Raguel, & cum lacrymis osculatus est eum, & plorans supra collum ejus, dixit: Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni, & optimi viri filius es, & Anna *m* uxor ejus, & Sara filia ipsorum lacrymatæ sunt. Postquam vero locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari convivium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium. Tobias dixit: Hic ego hodie *n* non mandu-

c In siccum,] idest, Christus potentiam diaboli comminuit *Job* 40. Sub umbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. Et ideo in sicco palpitat.
B
d Exentera] idest, exterius interiora trahe, quod fit, quando nequitia diaboli per Doctores, & Scripturas aperitur.
e Piscem,] idest, diabolum.
f Cor] idest, astutias diaboli.
g Fel,] idest, nequitiam, sive malitiam.
h Jecur] consilium.
C
i Hæc necessaria] *Gloss.* Astutia diaboli, & nequitia cognita nobis ad medelam proficiunt. Quanto enim ea certius exploramus, tanto citius declinamus.
k Assavit] igne tribulationis, vel igne Spiritus sancti.
l Carnes] idest, carnales, qui de membris diaboli facti sunt membra Christi.
m Cetera] idest, Apostolos. De quibus dicitur *Matth.* 5. Vos estis sal terræ.
D
n Sufficerent] *Gloss.* Tantos de Judæa Dominus collegit ad fidem, quanti sufficerent ad exemplum vivendi, vel ad ministerium prædicandi, donec in gentibus Ecclesiæ fundamenta locarentur.
o Particulam] *Glossa*. Astutiam cordis intellectam, & ardore Spiritus sancti crematam.
Moraliter. Moraliter autem piscis est Christus, squamas pœnalitatis, & pennulas virtutum habens. Fel, Passionis amaritudo. Cor, dilectionis immensitas. Fel ergo, & cordis particulam piscis sibi reponit, qui dilectionis, qua dilexit nos, & amaritudinis, quam in passione sustinuit, recordatur. *Threnor.* 3. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absinthii, & fellis.
A
B
p Fumus] Christi humilitas.
q Extricat] Vel effugat.
r Albugo] peccati macula.

x Habet potestatem dæmonium] *Hebræor. ult.* Honorabile conjugium in omnibus, thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus, item 1. *Thess.* 4. Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore. *Psal.* 19.
y Admitteris.] idest, orabitis, ut in participium sanctitatis, & pudicitiæ Patriarcharum admittat vos.
z Tertia vero nocte] admittat.
z Benedictionem] quam dabat Sacerdos, vel aliquis major inter eos vices Sacerdotis gerens.
a Ut in semine Abrahæ, &c.] idest, filios habeas benedictos in semine Abrahæ, qui est Christus. Et nota ordinem: Primo fugatur diabolus, deinde datur benedictio gratiæ, tertio sequitur fructus boni operis.

E X P O S I T I O C A P. VII.

INgressi *b* sunt autem] *Gloss.* Doctores versi ad populum gentilem, quem Dominus per Doctores adiit.
c Suscepit] *Gloss.* Populus, quem non cognovi, servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi. *Psal.* 17.
d Consobrino meo.] scilicet majori Tobiæ.
e Dixisset,] scilicet Raguel.
f Ex Tribu Nephtalim] Quoad Tobiam verum fuit ad litteram; quoad Angelum, verum fuit juxta nominis interpretationem. Nephtalim enim interpretatur dilatatio, & Angelus erat de illis, qui erant dilatati charitate.
g Ex captivitate Ninive.] *Gl.* Ex his scilicet, quos Ninivitæ captivaverunt. *Infr.* 9.
h Fratrem meum?] idest, cognatum.
i Loqueretur] idest, Raguel.
k De eo,] i. de Tobia majore.

Psal. 2. *ſ* Tibi debetur] *Gloss.* Pater ad filium. Postula a me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem, &c.
t Viris septem,] Vanitati Philosophorum, qui etsi instructionem morum ei dare viderentur, tamen quia fi-

l Misit me] idest, ivit versus eum.
m Uxor ejus,] scilicet Raguelis. *n* Non manducabo] Simile dixit Eliezer *Gen.* 24. quando ivit Mesopotamiam pro accipienda uxore Isaac filio Abrahæ.

a Raguel

a Raguel] idest, Gentilis populus.
b Expavit,] audiens comminationes pœnæ æternæ.
c Illis septem] scilicet Doctoribus suis.
d Timere cœpit,] serviliter primo.
e Non potuit] quasi dicat peccatum, & obstinatio eorum impedivit eos, ut eam non haberent. Simile *Joann.* 52. Propterea non poterant credere, idest, obstinati nolebant.
f Secundum legem Moysi.] *Num. ult.*
C *g* Et accepta charta,] *Gloss.* Sicut in Baptismo abrenunciamus diabolo, & omnibus operibus ejus: & in patrem, & in filium, & in Spiritum Sanctum nos credere confitemur, & symbolum nostræ fidei quasi chartam accipimus.
h Alterum cubiculum.] ab eo scilicet, in quo septem viri Saræ mortui sunt.
D *i* Lacrymata est.] Sara, vel mater ejus.
k Forti animo esto,] quasi dicat, non timeas similem eventum.
Num. 34. *l* Pro tædio,] idest, merito tædii, quod sustinuisti. Vel pro tædio, idest, loco tædii.

mittitur, quantum nititur. *q* Secundum cras] idest, post cras.
r Deo jungimur :] idest, conjungi debemus per orationem.
s In nostro erimus conjugio.] quoad copulam corporum.
t Filii quippe] etjam imitatores esse debemus.
u Ita] scilicet, irreverenter, & libidinose.
x Quæ ignorant Deum] Ab hoc loco sumpsit Apostolus illud 1. *Thessal.* 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderii, sicut gentes, quæ ignorant Deum.
y Sanitas] idest, salus.
z Terra,] ad litteram. Vel Mystice : Cœli, idest, Angeli. Terra, idest, homines. Mare, idest, pœnitentes. Fontes, idest, Doctores. Flumina, idest, prædicatores. *Sup.* 2.

cabo, neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Quo audito verbo, *a* Raguel *b* expavit, sciens quid evenerit illis *c* septem viris, qui ingressi sunt ad eam, & *d* timere cœpit, ne forte & hujc similiter contingeret. Et cum nutaret, & non daret ullum petenti responsum, dixit ei Angelus: Noli timere dare illam isti, quoniam huic timenti Deum debetur conjux filia tua, ideo alius non potuit *e* habere illam. Tunc dixit Raguel: Non dubito, quod Deus preces, & lacrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo, quoniam ideo vos fecit ad me venire, ut & ista conjungeretur cognationi suæ, secundum *f* legem Moysi. Et nunc noli dubium gerere, quod tibi eam tradam. Et apprehendens dexteram filiæ suæ dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob sit vobiscum, & ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Et *g* accepta charta, fecerunt conscriptionem conjugii. Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum. Vocavitque Raguel ad se Annam uxorem suam, & præcepit ei, ut præpararet *h* alterum cubiculum. Et introduxit in eum Saram filiam suam, & *i* lacrymata est. Dixitque ei; k Forti animo esto, filia mea. Dominus cœli det tibi gaudium *l* pro tædio, quod perpessa es.

EXPOSITIO CAP. VIII.

A Postquam *m* vero cœnaverunt, introduxerunt juvenem] idest, Tobiam.
n Ad eam.] Scilicet Saram.
o De cassidili] idest, de pera, a casse dicta. Vel de cassidili a casside, idest, de corde pœnitentis, ubi per peccatum diabolus fecerat suam mansionem.
B *p* In deserto superioris Ægypti.] Ad litteram ibi religatus dicitur Asmodæus, quia ibi habitant, scilicet, agmina, ad quæ accedere quasi religatus non audet. *Apocalyps.* 20. Vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligavit eum per annos mille, & misit eum in abyssum. Idem signa-
C tur ibi per abyssum, quod hic per superiorem Ægyptum, scilicet, tenebrosa corda malorum, in quos diabolus a cordibus justorum expulsus mittitur permissive. Ligatur tamen, quia nec ipsos lædere tantum

CAP. VIII.

POSTQUAM *m* vero cœnaverunt, introduxerunt juvenem *n* ad eam. Recordatus itaque Tobias sermonem Angeli, protulit de *o* cassidili suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos. Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religavit eum in *p* deserto superioris Ægypti. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum *q* cras, quia istis tribus noctibus *r* Deo jungimur: Tertia autem transacta nocte, in *s* nostro erimus conjugio. *t* Filii quippe Sanctorum sumus, & non possumus *u* ita conjungi, sicut gentes, quæ *x* ignorant Deum. Surgentes autem pariter, instanterque orabant ambo simul, ut *y* sanitas daretur eis. Dixitque Tobias: Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cœli, & *z* terra, & mare, & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt. Tu fecisti Adam de limo terræ, dedistique ei adjutorium Evam. Et nunc, Domine, tu scis, quia *a* non causa luxuriæ accipio *b* sororem meam conjugem, *c* sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæcula sæculorum. Dixit itaque Sara: d Miserere nobis, Domine, miserere nobis, ut consenescamus ambo pariter sani. Et factum est circa *e* pullorum cantum, accersiri jussit Raguel servos suos. Et abierunt cum eo pariter, ut foderent sepulchrum: Dicebant enim: Ne forte simili modo evenerit ei, quo & ceteris *f* aliis septem viris, quis sunt *g* ingressi ad *h* eam: Cumque parassent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei: Mitte unam ex *i* ancillis tuis, & videat si mortuus est, ut sepeliam eum, antequam illucescat dies. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa k cubiculum, reperit eos salvos, & incolumes, secum pariter dormientes. Et reversa nunciavit bonum nuncium. Et benedixerunt Deum, Raguel videlicet, & Anna uxor ejus. Et dixerunt: Benedicimus te, Domine Deus Israel, quia non contigit nobis, quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti a

a Non causa luxuriæ] *Augustinus.* Vehemens amator uxoris adulter est.
b Sororem] idest, consobrinam.
c Sed sola posteritatis] quasi dicat, non causa libidinis implendæ accipio uxorem, sed spe prolis educandæ in cultum Dei. Hæc debet esse causa principalis, sed aliæ possunt esse secundariæ.
d Miserere] Bis dicit miserere, propter duplicem miseriam, quæ in nobis est, culpæ scilic. & pœnæ. *Gen.* 2.
e Pullorum] *Glossa* Cantus pullorum, sonus est prædicatorum, qui post tenebras errorum diem lucis annunciant futurum. *Job* 38. Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, aut quis dedit gallo intelligentiam?
f Aliis septem viris,] Per istos universitas reproborum intelligitur.
g Ingressi] copula conjugii, non carnis.
h Ad eam,] Et erubesceret coram hominibus hunc sepelire.
i Ex ancillis] idest, ex Apostolis. 2. *Reg.* 6. Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, gloriotior apparebo.
k Cubiculum,] idest, thalamum.

a Duobus

a Duobus unicis] idest, duobus, qui sunt una caro per conjugium.

b In cibos] panem corporalem ad litteram, qui nobis quotidie necessarius est. De quo dicitur *Deuter.* 8. Non in solo pane, &c. Sed alius panis longe plus necessarius est nobis, spiritualis scilicet, fides, spes, charitas. De quo *Luc.* 11. Amice, accommoda mihi tres panes, quia amicus meus venit ad me de via, & non habeo, quid ponam ante illum. Est etiam panis moralis scil. opera bona. De quo *Jo.* 4. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. Item est panis supersubstantialis, super omnes necessarius. De quo *Matth.* 6. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

c Iter agentibus] Sciebat enim, quod cito erant recessuri.

d Duas quoque, &c.] Duæ vaccæ sunt prædicatores. Qui dicuntur vaccæ in feminino genere, propter fœcunditatem boni exempli, & doctrinæ. Duæ vero dicuntur propter geminam charitatem, vel propter fidem, & operationem, vel propter vitam, & doctrinam. De his dicitur 1. *Regum* 6. Arripite ligna, & facite plaustrum novum unum, & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi.

e Pingues,] dicuntur pinguedine charitatis.

f Adjuravit] idest, obsecrando rogavit.

fessiones audiendo, Sacramenta ministrando, orationi invigilando.

l Ad nuptias] *Gloss.* Christi, & Ecclesiæ, in quibus Christus facit de aqua vinum novum. *Jo.* 2. idest, in lege ostendit spiritualem intellectum.

m Plus] condigno inter me, & patrem.

n Quatuor ex servis] *Gloss.* Prædicatores ex gentibus, per quos alii colliguntur. *Sup.* 8.

o Camelos] idest, Doctores, qui humiliant se ad fratrum onera portanda, *Galat. ult.* Alter alterius onera portate, &c.

p Pecuniam.] *Gloss.* fidei obedientiam.

q De Tobia] *Gloss.* de Christo.

r Ad nuptias.] *Gloss.* Christi, & Ecclesiæ.

s Exiliens,] participium istud debet resolvi in verbum suum, & conjunctionem appositam, idest, exiliit, &c. *Cant.* 1.

t Osculati sunt, &c.] *Gloss.* Unde: Osculetur me osculo oris sui.

u Flevit] *Gloss.* præ gaudio.

x Sit semen vestrum] *Gloss.* carnale, vel opus vel imitatores. *Sup.* 7.

y Sed cum timore] Non in sonitu cytharæ, & lyræ, ut divites hujus mundi. De quibus *Isai.* Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis vestris, & opus Domini non consideratis. Item *Judas* post principium. Hi sunt in epulis suis maculæ, idest, maculose convivantes, sine timore semetipsos pascentes.

nobis inimicum persequentem nos: Misertus es autem *a* duobus unicis. Fac eos, Domine, plenius benedicere te, & sacrificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, ut cognoscat universitas gentium, quia tu es Deus solus in universa terra. Statimque præcepit servis suis Raguel, ut replerent fossam, quam fecerant, priusquam illucesceret. Uxori autem suæ dixit, ut instrueret convivium, & præpararet omnia, quæ in *b* cibos erant *c* iter agentibus necessaria. *d* Duas quoque vaccas *e* pingues, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis. Et *f* adjuravit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud eum. De omnibus autem, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam, ut pars dimidia, quæ supererat, post obitum eorum Tobiæ dominio deveniret.

C A P. IX.

TUNC vocavit ad se Tobias Angelum, quem quidem hominem æstimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto, ut auscultes verba mea. Si *g* meipsum tradam tibi servum, *h* non ero condignus providentiæ tuæ: Tamen obsecro te, ut assumas tibi animalia, *i* sive servitia, & vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum, reddasque ei chirographum suum, & *k* recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad *l* nuptias meas. Scis enim ipse, quoniam numerat dies pater meus, & si tardavero una die, *m* plus contristabitur anima ejus. Et certe vides, quomodo Raguel conjuraverit me, cujus adjuramentum spernere non possum. Tunc Raphael assumens *n* quatuor ex servis Raguelis, & duos *o* Camelos, in Rages civitatem Medorum perrexit, & inveniens Gabelum, reddidit ei chirographum suum, & recepit omnem *p* pecuniam. Indicavitque ei de *q* Tobia filio Tobiæ omnia, quæ gesta sunt, fecitque eum secum venire ad *r* nuptias. Cumque ingressus esset domum Raguelis, invenit Tobiam discumbentem, & *s* exiliens, *t* osculati sunt se invicem: Et *u* flevit Gabelus, benedixitque Deum, & dixit: Benedicat te Dominus Deus Israel, quia filius es optimi viri, & justi, & timentis Deum, & eleemosynas facientis: Et dicatur benedictio super uxorem tuam, & super parentes vestros, & videatis filios vestros, & filios filiorum vestrorum usque in tertiam, & quartam generationem, & sit *x* semen vestrum benedictum a Deo Israel, qui regnat in sæcula sæculorum. Cumque omnes dixissent Amen, accesserunt ad convivium. *y* Et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.

C A P. X.

CUM *z* vero moras faceret Tobias causa nuptiarum, sollicitus erat pater ejus Tobias, dicens: Putas, quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Putas ne Gabelus mortuus est, & nemo illi reddet pecuniam? Cœpit autem contristari nimis, ipse, & Anna uxor ejus cum eo, & cœperunt ambo simul flere, eo quod die statuto minime reverteretur filius eorum ad eos. Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis, atque dicebat: Heu me, fili mi, ut quid misimus te peregrinari, *a* lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in *b* te-

EXPOSITIO CAP. IX.

TUnc vocavit ad se Tobias Angelum, &c.

g Si meipsum tradam] Non sunt condignæ passiones hujus temporis, &c. *Romanorum* octavo.

h Non ero condignus] *Gloss.* idest, non dignam mercedem tibi reddidero.

i Sive servitia,] idest, servos, vel servientes. Et sive, non tenetur hic disjunctive, vel subjunctive, sed copulative.

k Recipias ab eo pecuniam,] Non debet Prælatus accipere pecuniam temporalium a subditis, nisi reddat prius Chirographum spiritualium, scilicet prædicando, con-

EXPOSITIO CAP. X.

CUm *z* vero moras faceret] Littera plana est, & mysterium similiter. Cum enim moram Christus faciat cum Ecclesia de gentibus, electis de Judæis dolent, quod Christus tardat redire ad reliquias Israel convertendas. De quibus *Isai.* 10. In veritate reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Jacob ad Dominum fortem.

a Lumen] Metaphorice loquitur Anna: Lumen oculorum vocat filium suum quasi valde necessarium, & valde charum, sicut oculus corpori.

b In te uno,] idest, tu eras nobis sufficiens, sicuti si omnia nostra essent. Simile 1. *Cor.*

uno habentes, te non debuimus dimittere a nobis. Cui dicebat Tobias: Tace, & noli turbari, sanus est filius noster, *a* satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum. Illa autem *b* nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens, circumspiciebat, & circumibat vias omnes, per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem. At vero Raguel dicebat ad generum suum: *c* Mane hic, & ego mittam nuncium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias dixit: Ego novi, quia pater meus, & mater mea modo dies *d* computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis. Cumque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & *e* ille nulla ratione eum vellet audire, *f* tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ suæ, in *g* pueris, & in *h* puellis, & in pecudibus, & in camelis, & in vaccis, & pecunia multa, & salvum, atque gaudentem dimisit eum a se, dicens: *i* Angelus enim Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatque vos incolumes, & inveniatis omnia recte circa parentes vestros, & videant oculi mei filios vestros † *k* priusquam moriar. Et apprehendentes *l* parentes filiam suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire: monentes eam honorare soceros, *m* diligere maritum, regere familiam, gubernare domum & seipsam irreprehensibilem exhibere.

al. † ante.

C A P. XI.

CUMQUE *n* reverterentur, pervenerunt *o* ad Charram, quæ est in medio itinere contra Niniven, undecimo die: Dixitque Angelus? Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum? Si *p* placet itaque tibi, præcedamus, & *q* lento gradu sequantur iter nostrum familiæ simul cum conjuge tua, & cum animalibus. Cumque hoc placuisset, ut irent, dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex *r* felle piscis, *s* erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt. *t* Anna vero sedebat *u* secus viam quotidie, in *x* supercilio montis, unde prospicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco † specularetur adventum ejus, vidit *y* a longe, & illico cognovit venientem filium suum, currensque nunciavit viro suo, dicens: Ecce venit filius tuus. Dixitque Raphael ad *z* Tobiam: At ubi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum, statimque lini super oculos ejus ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim quoniam mox aperientur oculi ejus, & videbit pater tuus lumen cœli, & in aspectu tuo gaudebit. Tunc *a* præcucurrit canis, qui simul fuerat in via, & quasi nuncius adveniens, blandimento suæ *b* caudæ gaudebat. Quapropter exurgens cæcus pater ejus, cœpit offendens pedibus, currere, & data manu puero, occurrit obviam filio suo, & suscipiens, osculatus est eum, cum uxore sua, & cœperunt flere præ gaudio. Cumque adorassent Deum, & gratias egissent, consederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui, & sustinuit quasi dimidiam *c* fere horam, & cœpit *d* albugo ex

al. † præstolaretur.

1. *Cor.* 15. Ut sit Deus omnia in omnibus, idest, sufficiat omnibus.

a Satis fidelis] idest, valde. Hoc præsumebat Tobias, quia dixerat Angelus se esse filium Ananiæ. Probabile enim est bono de patre bonum esse filium. Juxta illud *Ezechiel.* 16. Sicut mater, ita & filia.

b Nullo modo consolari poterat,] Simile legitur de Jacob, *Gen.* 37. Congregatis cunctis liberis ejus, ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem recipere. Item *Jerem.* 31. & *Matth.* 2. Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

c Mane hic,] Ita gentiles Christum secum volunt retinere, sed non vult Christus. Imo sicut Tobias cum uxore sua redit ad patrem suum, ita Christus in fine temporum cum Ecclesia de gentibus redibit ad Judæos, quod significat transportatio libri in Missa in fine, scilicet, de sinistro cornu altaris ad dextrum.

d Computant,] de me soliciti.

e Et ille] Tobias scilicet.

f Tradidit] scilicet Raguel.

g In pueris,] idest, in servientibus.

h In puellis,] idest, in ancillis.

i Angelus enim Domini sanctus] *Quidam libri* non habent, enim; qui autem habent, large debent sumere, expletive, non causative.

k Priusquam] & ita factum fuit.

l Parentes] scilicet, Raguel, & Anna.

m Diligere] hoc idem debent monere Sacerdotes suas parochianas. Unde *ad Titum* 2. Doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, &c.

EXPOSITIO CAP. XI.

CUmque *n* reverterentur,] Tobias: scilicet, & Angelus.

o Ad Charram,] vel Haram, *Genes.* 11. *Act.* 8.

p Si placet] licentiam petit a socio, nos instruens, ne aliquid contra fratres, maxime sine Prælati licentia, præsumamus.

q Lento] hoc pro novitiis in religione. Sunt enim familia Christi, & lento gradu debent sequi majores, non præcedere, ne offendant, & deficiant: Unde *Gen.* 33. dixit Jacob ad Esau: Nosti, Domine mi, quod parvulos habeam teneros, & oves, & boves fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante servum suum, & ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut videro parvulos meos posse. *Proverb.* 19. Ubi non est scientia animæ, non est bonum; & qui festinus est, pedibus offendit.

r Ex felle piscis,] quia partem tulit, non totum.

s Erit enim necessarium.] Et recordatio amaritudinis Passionis Dominicæ necessaria est, quia omnem amaritudinem pœnitentiæ dulcem reddit quod significatum est, *Exod.* 15. ubi aquæ Marath per lignum positum in eis in dulcedinem versæ sunt. Et 4. *Reg.* 4. per farinam, quæ amaritudinem ollæ dulcoravit.

t Anna] idest, synagoga.

u Secus viam quotidie,] nondum in via. Unde dicitur *Matth.* 13. quod semen cecidit secus viam idest, verbum prædicationis in cordibus Judæorum, vel malorum, quia non in via, de qua dicitur, *Joan.* 14. Ego sum via.

x In supercilio montis,] idest, fastu superbiæ.

y Vidit a longe, & illico cognovit venientem filium suum, currensque nunciavit viro suo, dicens: Ecce venit filius tuus.] Anna, idest, bona pars Judæorum, scilicet Prophetæ, & Patriarchæ de longe viderunt Christum, & statim cognoverunt eum verum Deum, & verum hominem. Sed mali de longe viderunt, & adhuc non vident, quia longe sunt ab eo, & fide, & opere, & adhuc putant suum Messiam venturum, qui reædificabit Jerusalem auream, & salvabit eos. Et quidam Judæi modo dicunt, quod nisi in brevi veniat, sunt decepti.

z ad Tobiam:] socium suum.

a Præcucurrit canis,] *Gloss.* quia salutis donum prænunciat, prædicator scilicet, & sic Dominus corda illuminat.

b Caudæ] *Gloss.* Cauda finis corporis, perfectionem significat, vel mercedem, quæ in fine tribuitur. *c* Fere] expectavit parum, scilicet & visum recepit. *d* Albugo] hæc est macula cupiditatis.

† membrana ovi, egredi. Quam apprehendens Tobias, traxit ab oculis ejus, statimque visum recepit: Et glorificabant Deum, ipse videlicet, & uxor ejus, & omnes, qui *a* sciebant eum. Dicebatque Tobias: Benedico te, Domine Deus Israel, quoniam tu *b* castigasti me, & tu salvasti me. Et ecce ego video Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filii ejus, & omnis familia, & pecora sana, & cameli, & pecunia multa uxoris, sed & alia pecunia, quam receperat a Gabelo. Et narravit parentibus suis omnia beneficia Dei, quæ circa eum fecisset per *c* hominem, qui eum duxerat. Veneruntque *d* Achior, & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis, quæ circa illum ostenderat Deus, & per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gavisi sunt.

C A P. XII.

TUnc *e* vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: *f* Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum: Respondens Tobias dixit Patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficiis ejus? Me duxit, & reduxit sanum, pecuniam a Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus ejus fecit, me ipsum a devoratione piscis eripuit, te quoque fecit videre lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc dignum poterimus dare? Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus, quæ *g* allata sunt, sibi assumere. Et vocantes eum pater scilicet, & filius, tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omnium, quæ attulerunt, *h* acceptam habere. Tunc dixit eis occulte: Benedicite *i* Deum cœli, & *k* coram omnibus viventibus *l* confitemini ei, quia fecit *m* vobiscum misericordiam suam. *n* Etenim sacramentum regis abscondere, bonum est, opera autem Dei revelare, & confiteri, honorificum est. *o* Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere, *p* quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quæ *q* purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam. *r* Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. *f* Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam a vobis sermonem occultum. *t* Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego *u* obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut *x* tentatio probaret te. Et tunc misit me Dominus

a Sciebant,] idest, cognoscebant.
b Castigasti] *Psal.* Castigans castigavit me Dominus. (Ps. 117.)
c Per hominem,] Ita ipsi putabant, sed Angelus corpus humanum ex aere sibi assumpserat, quod postea in præjacentem materiam versum est, ut dicitur de stella duce Magorum, & de columba, in qua Spiritus Sanctus super Jesum descendit in Baptismo. Illud autem corpus movebat vel Angelus intra existens, vel spiritus vitalis, qui præter animam est in corpore. Cibos autem incorporabat, sed non uniebat membris, imo incorporati annihilabantur, sicut aqua ad calorem Solis.

(al. † membranum.)

d Achior, &c.] Isti sunt amici fortunæ, qui cum fortuna redierunt. De quibus dicitur *Eccles.* 6. Est enim amicus secundum tempus, & non permanebit in tempore tribulationis. Item: Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Item *ibid.* Amicus fidelis, fortis protectio; qui autem invenit illum, invenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio.

EXPOSITIO CAP. XII.

TUnc *e* vocavit ad se Tobias filium, &c.] senex scilicet.
f Quid possumus, dare viro isti sancto, qui venit, &c.] *Ps.* Quid retribuam Domino, &c. Hoc est contra ingratos. (Ps. 115.)
g Allata sunt, &c.] nobiscum.
h Acceptam habere, &c.] *Gloss.* idest, acceptabiliter accipere.
i Deum, &c.] a quo omnia.
k Coram omnibus, &c.] in exemplum aliis, dicit *Gloss. Rom.* 12. Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.
l Confitemini] *Gloss.* i. laudate. *m* Vobiscum] *Glos.* bene agentibus.
n Etenim sacramentum, &c.] *Glos.* Mysteria tegenda, opera Domini prædicanda. Sed hic objicitur, *Sap.* 6. dicitur: Non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem, neque cum invidia tabescente iter habebo: Solut. Mysteria Dei pro loco, & tempore revelanda sunt, & pro loco, & tempore occultanda. Unde *Matth.* 15. Non est bonum sumere panem filiorum, &c. Item *Matth.* 7. Nolite sanctum dare canibus, &c. Item *Proverb.* 25. Gloria Dei est celare verbum, & gloria regum investigare sermonem. Hoc idem dicit *Inter.* prænotata.
o Bona est oratio cum jejunio,] Oratio quasi quædam avicula evolat ante Deum, ibique mandatum peragit, quo caro pervenire nequit. Cujus alæ sunt jejunium, & eleemosyna. Jejunium quidem levem facit orationem, ut cito evolet, sed eleemosyna pinguem facit, ne deficiat in via. Unde *Eccles.* 35. Oblatio justi impinguat altare, & odor suavitatis est in conspectu Altissimi. Breviter hi sunt Angeli missi ad Sodomam incendendam. *Genesis* 19. Hi sunt tres nuncii, qui Petrum, id est, fidei constantiam ad Cornelium adduxerunt. *Actor.* 10. Hæ sunt turmæ tres Jacob, idest, cujuslibet pœnitentis. *Gen.* 33. Hi sunt tres discipuli, coram quibus Dominus transfiguratur in monte. *Matth.* 17. Qualiter hæc fieri debeant, docet Dominus *Matth.* 5. & 6. *p* Quoniam eleemosyna, &c.] *Eccl.* 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Prov.* 10. Non proderunt thesauri impietatis, justitia vero a morte liberabit. *Ezec.* 7. Argentum, & aurum eorum non valebunt eos liberare in die furoris Domini.
q Purgat peccata,] *Ecclesiast.* 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.
r Qui autem faciunt] *Psalm.* Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. (Ps. 10.)
f Manifesto ergo] *Sapient.* 5. Ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem.
t Quando orabas] In duobus commendatur Tobias ab Angelo, in oratione, & sepultura mortuorum, contempta regis comminatione, quæ ambo de nocte implebat.
u Ego obtuli orationem tuam] quæ cum operibus misericordiæ accepta est Deo: Sed quomodo offert Angelus orationem nostram Deo, cum Deus noverit, antequam fiat, & nihil ab aliquo discit, sed ipse omnes docet? Expositionem hujus invenies. *In Glossa, super illud Phil.* 4. Petitiones vestræ innotescant apud Deum. Ibi etiam dicitur, quod Angelus dicitur offerre orationem, vel petendo quid erga se fiat, vel consulendo quid faciat, & Dominus ei revelat, quæ circa nos fieri vult: Tunc Angelus comperta voluntate Dei, congaudens ei juxta velle ejus operatur, suggerens nobis perseverare in oratione, & in aliis bonis. Nihil ergo proprie attribuitur Angelo, cum dicitur: Obtuli orationem, &c. sed potius Deo, ut sit sensus: Deus revelavit mihi orationem tuam sibi esse acceptam, cui congratulans oravi pro te. Orant autem Sancti tantum, quod vident Deum velle.
x Ut tentatio] i. patientia tentationis ostenderet te acceptum Deo, qui corripit omnem filium, quem diligit. Quis enim filius, quem non corripit pater? *Heb.* 12. *Prov.* 13.

Quem

Quem diligit Dominus, corripit; & quasi pater in filio complacet sibi. *Ecclef.* 2. Fili accedens ad servitutem, &c.

a Unus, &c.] Ex universitate Angelorum quæ septenario significatur, quia vita nostra septem diebus agitur. Vel propter septiformem spiritum, quo repleti sunt boni. *Apocal.* 1. Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt.

b Astamus] *Gloss.* servire parati, quocumque sumus missi: Deus enim ubique est.

D

c Turbati] timore.

d Ceciderunt] humiliati.

e Super faciem] non retro ut mali.

f Pax vobis:] Pax, scilicet, pectoris. De qua *Joan.* 14. Pacem relinquo vobis. Etiam *Luc.* 2. Pax hominibus bonæ voluntatis: Super quam dabitur pax æternitatis. De qua *Phil.* 4. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Jesu Domino nostro *Jo.* 14. Pacem meam do vobis.

A

g Cum essem] in forma humana.

ut curam te, & Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael Angelus, *a* unus ex septem, qui *b* astamus ante Deum. Cumque hæc audissent, *c* turbati sunt, & trementes *d* ceciderunt in terram super *e* faciem suam. Dixitque eis Angelus: *f* Pax vobis: Nolite timere. Etenim *g* cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: Ipsum benedicite & *h* cantate illi. Videbar quidem vobiscum *i* manducare, & bibere, sed ego utor cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus k videri non potest. *l* Tempus est ergo, ut revertar ad eum, qui me misit, vos autem benedicite *m* Deum, & enarrate omnia *n* mirabilia ejus. Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & ultra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati *o* per horas tres in faciem benedixerunt Deum, & *p* exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

C A P. XIII.

q APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, & dixit: *r* Magnus es, Domine, in æternum, & *ſ* in omnia sæcula regnum tuum,

h Cantate] cum lætitia.

i Manducare,] *Gloss.* Necessitate quasi comedebam, ut essem familiarior vobis, non necessitate. Meus enim cibus est panis, qui de cœlo descendit. *Joan.* 6.

k Videri] in via, scilicet, oculis corporis. *Jo.* 1. Deum nemo vidit unquam. *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet.

l Tempus est ergo,] quasi dicat, opus consummavi, quod injunctum fuit mihi, & ideo tempus est revertendi. Et ita Dominus consummato negotio, pro quo venerat in hunc mundum, rediit ad patrem suum.

m Deum,] non dicit me.

Pf. 67.

n Mirabilia] quia mirabilis Deus in Sanctis suis.

o Per horas tres] Trinitati gratias agentes.

p Exurgentes narraverunt, &c.] *Gloss.* utilitati proximorum studentes.

EXPOSITIO CAP. XIII.

q APeriens autem Tobias senior os suum,] *Gloss.* Confessus est ejus veritatem, & misericordiam, docens beneficia Dei semper prædicare, & flagella timere. Repletusque spiritu prophetiæ, de superba Jerusalem multa decantat. Populus quoque Judæorum in fine sæculi conversus, multos doctores habebit, & Prophetas, qui mentes proximorum ad superna desideria accendent, cœlestis patriæ gaudia prædicando.

Pf. 47. & 95. & 144.

r Magnus es Dominus in æternum,] *Pf.* Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Item parvus Dominus, & admirabilis nimis. Parvulus [inquit *Isaiæ* 9.] natus est nobis, & filius datus est nobis. Et hic incipit canticum Tobiæ, in quo hortatur Tobias Jerusalem, & captivum populum Dei, ut exemplo sui converterentur ad Dominum, & facerent justitiam coram eo, & crederent, quod cum eis faceret misericordiam. Prophetavit etiam de Jerusalem in hoc cantico dicens: Omnes fines terræ adorabunt te, nationes ex longinquo venient ad te, & munera offerentes, adorabunt Dominum in te. Quod mystice dictum de tempore gratiæ, sequentia monstrant; ubi dicitur: Portæ Jerusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur, & per vicos ejus alleluja cantabitur. De eodem dicitur *Isai.* 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. *Apoc.* 21. Ipsa civitas aurum mundum simile vitro mundo, fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Item nota, quod Tobias omne vitium ingratitudinis [quod fit quatuor modis] excludit a se in hoc Cantico. Ingratus enim est, qui beneficia Dei non memorat: Item qui ei bona, quæ habet, non attribuit. Item qui gratias non agit, vel diminute. Item qui vicem ei non rependit.

1. Reg. 2. *Eccl.* 16.

quoniam tu flagellas, & salvas, *t* deducis ad inferos, & reducis, & non est, qui effugiat *u* manum tuam. Confitemini Domino filii *x* Israel, & in *y* conspectu gentium laudate eum, quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, ut *z* vos enarretis mirabilia ejus, & faciatis scire eos, quia *a* non est alius Deus omnipotens præter eum. Ipse *b* castigavit nos propter iniquitates nostras, & ipse salvabit nos *c* propter misericordiam suam. *d* Aspicite ergo quæ fecit vobiscum, & *e* cum timore, & *f* tremore confitemini illi, *g* regemque sæculorum exaltate in operibus vestris. *h* Ego autem in terra captivitatis meæ confitebor illi, quoniam *i* ostendit k majestatem suam in gentem peccatricem. *l* Convertimini itaque peccatores, & *m* facite justitiam *n* coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam. *o* Ego autem, & *p* anima mea in Deo lætabimur. Benedicite Dominum *q* omnes electi ejus, *r* agite dies lætitiæ, & confitemini illi: Jerusalem civitas Dei, *ſ* castigavit te Dominus in *t* operibus manuum

ſ In omnia sæcula] *Isai.* 9. Regni ejus non erit finis.

B

t Deducis] Dominus mortificat, & vivificat; deducit ad inferos, & reducit 1. *Reg.* 2.

u Manum tuam.] i. potentiam tuam, quæ ubique est.

x Filii Israel,] videntes Deum.

y In conspectu] in exemplum aliis.

z Ut vos] sic enim fecit Dominus in primitiva Ecclesia. Cum enim essent congregati discipuli Christi omnes in Jerusalem, post mortem Stephani dispersi sunt omnes. Unde *Act.* 8. Facta est in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat in Jerosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samariæ, præter Apostolos. Et *infra*: Igitur qui dispersi erant, pertransibant evangelizantes verbum Dei.

a Non est alius Deus Omnipotens] *Gloss.* sunt dii multi, & Domini multi, sed unus Omnipotens, 1. *Cor.* 8.

b Castigavit nos] Hoc videtur falsum, quia castigatio ex gratia est, non merito iniquitatum, ut dicit *Beda*: Solut. In castigatione duo sunt, flagella, quæ ex merito sunt iniquitatum; & emendatio, quæ est ex misericordia Dei. Unde *Act.* 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c.

c Propter misericordiam suam.] Non propter merita nostra.

d Aspicite] admirantes.

e Cum timore,] cordis.

f Tremore] corporis, *Gloss.* non tamen securi. Beati omnes qui timent Dominum. *Prov.* 28. Beatus vir, qui semper est pavidus.

Pf. 127.

g Regemque] *Gloss.* Non vos. Ipse enim est, qui operatur in vobis. *Is.* 26. & 1. *Cor.* 12.

h Ego autem] quicquid alii faciant:

i Ostendit] mihi.

k Majestatem] idest, magnitudinem misericordiæ suæ.

l Convertimini] a peccato *Zach.* 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. In primo ostenditur libertas arbitrii, in secundo auctoritas Dei.

m Facite justitiam] Declina a malo, & fac bonum.

n Coram] non coram hominibus. *Matth.* 7. Attendite, &c.

Psal. 36.

o Ego] scilicet, ratio.

p Anima] *Gloss.* sensualitas. Item *Gloss.* Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.

Psal. 83.

q Omnes] non est enim speciosa laus in ore peccatoris. *Eccl.* 15.

r Agite] in conscientia.

ſ Castigavit te] non occidit.

t In operibus] idest, propter opera.

tuarum: Confitere Domino in *a* bonis tuis, & benedic Deum sæculorum, ut reædificet in te *b* tabernaculum suum, & revocet ad te omnes *c* captivos, & gaudeas in *d* omnia sæcula sæculorum. Luce splendida *e* fulgebis, & *f* omnes fines terræ *g* adorabunt te. Nationes ex *h* longinquo ad te venient, & *i* munera deferentes adorabunt Dominum in te, & *k* terram tuam in sanctificationem habebunt: Nomen enim magnum invocabunt in te. *l* Maledicti erunt, qui contempserint te, & *m* condemnati erunt omnes, qui blasphemaverint te, benedictique erunt, qui *n* ædificaverint *o* te, Tu autem lætaberis in filiis *p* tuis, quoniam omnes benedicentur, & *q* congregabuntur ad Dominum. Beati omnes, qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. *r* Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit *s* Jerusalem *t* civitatem suam a cunctis tribulationibus ejus Dominus Deus noster. Beatus ero, si fuerint *u* reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Jerusalem. *x* Portæ Jerusalem ex *y* Sapphiro, & *z* smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioso omnis *a* circuitus murorum ejus. Ex lapide candido, & mundo omnes *b* plateæ ejus sternentur, & *c* per vicos ejus *d* alleluja cantabitur. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, ut sit regnum ejus in sæcula sæculorum super eam. *e* Amen.

a In bonis] quæ ejus, non tua sunt. *Isaiæ* 26. Omnia enim opera nostra operatus es nobis.
b Tabernaculum] *Glos.* Quod destructum erat per peccatum. Item *Gloss.* Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 1. *Cor.* 3.
c Captivos,] *Glos.* Diaboli. Unde: Captivam duxit in captivitatem, dedit dona hominibus *Eph.* 4.
C
d In omnia sæcula sæculorum.] idest, sine fine.
e Fulgebis,] *Matth.* 13. Fulgebunt justi sicut sol.
f Omnes fines] *Gl.* Sancti, finita terrenitate.
g Adorabunt] *Gloss.* idest honorabunt.
h Ex longinquo] *Glos.* Qui remotæ erant in regione peccati. *Luc.* 15. Item *Isai.* 9. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.
i Munera deferentes] scil. seipsos.
k Et terram] viventium.
l Maledicti erunt] *Matth.* 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c.
m Condemnati] i. in æternum corpore, & anima damnati: Induentur enim sicut diploide confusione sua. *Is.* 60. Gens & regnum, quod non servierit tibi, peribit.
D *Psal.* 108.
n Ædificaverint] in virtutibus.
o Te.] in mundo.
p In filiis tuis,] salvatis.
q Congregabuntur] quia dispersi erant ante. *Is.* 60. Omnes isti, congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient.
r Anima mea benedic Dominum,] quicquid agant alii. *Ps.* Benedic, anima mea, Dominum, & noli oblivisci omnes retributiones ejus. *Psal.* 102.
s Jerusalem] Ecclesiam.
t Civitatem] quæ super montem posita est. *Matth.* 5.
u Reliquiæ seminis] merces operum, vel imitatores, vel filii naturales.
x Portæ Jerusalem] *Gloss.* scilicet, Sancti, qui introducunt in cœlestem Jerusalem.
y Ex sapphiro,] *Gloss.* cœlesti conversatione.
z Smaragdo] fidei virtute.
a Circuitus murorum ejus.] *Glos.* Muri circumeuntes, idest, Sancti Ecclesiam munientes, sunt lapides pretiosi. *Zach.* 9. Lapides sancti elevabuntur super terram ejus. Modo autem sunt in terra, & conculcantur. *Thren.* 4. Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum.
b Plateæ] *Gloss.* in Domo patris mei mansiones multæ sunt. *Joann.* 14.
c Per vicos] *Glos.* Per diversos conventus fidelium.
d Alleluja] idest, laudate invisibilem. *Ps.* Beati, qui habitant in domo tua, &c. *Psal.* 83.
e Amen.] confirmatio est prædictorum, & conclusio cantici.

EXPOSITIO CAP. XIV.

ET *f* consummati sunt sermones, &c.] *Glos.* Verbum consummationis in bono solet accipi. Consummantur sermones bonorum, consumuntur sermones malorum.

CAP. XIV.

ET *f* consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis *g* quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum. *h* Completis itaque annis *i* centum duobus, *k* sepultus est honorifice in *l* Ninive. *m* Quinquaginta namque, & sex annorum, lumen oculorum amisit, sexagenarius vero recepit. Reliquum vero vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. In hora autem mortis suæ vocavit ad se Tobiam filium suum, & septem juvenes filios ejus, nepotes suos, dixitque eis: Prope erit interitus Ninive: Non enim excidit verbum Domini, & fratres nostri, qui dispersi sunt a terra Israel, *n* revertentur ad eam. Omnis autem terra ejus deserta replebitur, & domus Dei quæ in ea *o* incensa est, iterum reædificabitur, ibique revertentur omnes timentes Deum, & relinquent gentes idola sua, & venient in Jerusalem, & inhabitabunt in ea, & gaudebunt in ea omnes † reges terræ, adorantes *p* regem Israel, *q* Audite

g Quadragintaduobus,] *Gloss.* Quadragenarius numerus laboriosus est jejunii, & abstinentiæ. *Genes.* 7. *cap.* Factum est diluvium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus super terram. Et filii Israel quadraginta annis fuerunt in deserto. *Psalm.* Quadraginta annis offensus fui generationi huic. Item jejunavit Elias quadraginta diebus, & quadraginta noctibus *tertio Regum decimo nono*. Et Moyses *Exod* 34. Similiter Dominus *Matth.* 4. Postea subditur *in Glos.* Nos omnes hujus vitæ labores debemus sustinere, cum Dei, & proximi dilectione, & sic fructificabimus.
A *Psal.* 94.
h Completis] *Glos.* Completio in bono accipitur. Unde: Completi sunt dies Mariæ: *Lucæ secundo*.
B
i Centum] Qui numerus est perfectus, & a læva transit in dexteram. Aliqui libri habent: Annis centum duodecim. Et hoc verum est sicut patet per textum *ibidem*. Sed postillæ volunt, quod ibi debeat esse centum duobus. Et dicunt, quod decem anni subtacentur propter mysterium.
al. † gentes.
k Sepultus] *Glos.* Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt *Ecclesiast.* 44.
l In Ninive.] *Gloss.* Ninive speciosa interpretatur, & mundum significat, qui speciosus est. Unde & Græce cosmos ab ornatu dicitur. Et quasi mortuus mundo, vixit Deo. *Galat.* 2.
m Quinquaginta namque,] *Glos.* Sacratum numerum quinquagenarium transierat, nec ad sexagenarium [qui perfectionem, propter senarium, in quo omnia facta sunt, significat] pervenerat.
n Revertentur ad eam.] sed Tobias captivatus fuit cum decem tribubus, quæ nunquam redierunt de captivitate, unde videtur falsum dicere Tobias: Solut. Potest dici, quod loquitur de decem tribubus. Nec dicit, quod omnes erant reversuri, sed aliqui, & hoc verum fuit sub Esdra, ut dictum est 1. *Esdræ* 7. Vel melius, loquitur de duabus tribubus, quæ nondum captivatæ erant, sed captivandæ a Nabuchodonosor. Unde debet exponi: Dispersi sunt, idest, dispergentur, ut sit prophetia. Vel mystice accipitur de spirituali, quæ quotidie fit per pœnitentiam, & in fine reliquiæ Israel salvabuntur. *Isaiæ* 19.
Rom. 9.
o Incensa] idest, quæ incendetur.
p Regem] non idola.
q Audite ergo filii] Pater loquitur ad Tobiam, & filios ejus.

a Servite]

ergo filii mei, patrem vestrum: *a* Servite Domino in *b* veritate & *c* inquirite, ut *d* faciatis, quæ *e* placita sunt illi, & filiis *f* vestris mandate, ut faciant *g* justitias, & *h* eleemosynas, ut sint memores Dei, & benedicant Deum in omni tempore, in veritate, & in tota virtute sua. Nunc ergo, filii, audite me, & nolite *i* manere hic, sed quacumque die sepelieritis *k* matrem vestram † circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite *l* gressus vestros, ut *m* exeatis hinc. Video enim, quia *n* iniquitas ejus, finem dabit ei. *o* Factum est autem post obitum matris suæ, *p* Tobias abscessit ex Ninive cum uxore sua, & filiis, & filiorum filiis, & reversus est ad soceros suos *r* Invenitque eos incolumes, in senectute bona, & curam eorum gessit: Et ipse clausit oculos eorum, & omnem hæreditatem domus Raguelis, ipse percepit, viditque quintam generationem, filios filiorum suorum. Et completis annis nonaginta, & novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum omnes cognati ejus. Et omnis generatio ejus, in bona vita, & in sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo, quam hominibus, & *q* cunctis habitatoribus terræ.

Explicit Liber Tobiæ.

a Servite] ex amore, in timore filiali.
b In veritate] non simulate.
c Inquirite,] consulentes alios.
d Ut faciatis,] Non ut audientes audiatis, vel ut sciatis tantum, sed ut faciatis potius. *Ps.* 102. Misericordia ejus in filios filiorum, his, qui servant testamentum ejus, & memores sunt mandatorum ejus, ad faciendum ea, idest: Si quis auditor est, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo. Consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit.

Jacob. 1. Ps. ut 14.

C

al. † juxta.

e Placita sunt illi] *Rom.* 12. Reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta: Bona, quoad incipientes; Placens, quoad proficientes: Perfecta, quoad perfectos. Item bona in conjugatis, beneplacens in continentibus, perfecta in virginibus.

D

f Et filiis vestris mandate,] quia patres tenentur instruere filios.
g Justitias,] quoad seipsos.
h Eleemosynas,] quoad proximos.
i Manere hic,] *Gloss.* In mundo, qui transibit, & concupiscentia ejus, 1. *Joan.* 2. Transibit, quoad figuram, non quantum ad substantiam, 1. *Corinth.* 7. Præterit figura hujus mundi.
k Matrem vestram] hic patet, quod pauci sepelierunt matrem suam cum patre suo in uno sepulchro, quia pauci sunt, qui dirigunt gressus suos, ut exeant de Ninive.
l Gressus] intentionem cordis.
m Exeatis] *Gloss.* Relinquatis terrena desideria.
n Iniquitas ejus,] *Gloss.* Transgressio mandatorum Dei, quæ ipsius orbis exterminatio est.
o Factum est autem] hucusque locutus est senex Tobias. Nunc agit auctor de reditu junioris Tobiæ ad soceros suos Raguelem, & Annam, ubi mortuus est.
p Tobias] minor.
q Cunctis habitatoribus] *Eccl.*45. Dilectus Deo, & hominibus, &c. 2. *Cor.* 8. Providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.
r Terræ.] viventium. De qua *Ps.* 26. Credo videre bona Domini in terra viventium, &c. *Matth.* 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Explicit Postilla super Librum Tobiæ.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

De historia libri Judith Epitome.

MORTUO Cyro Rege Persarum, quidam Medus, Arphaxad nomine, in Ecbatanis civitate, Medorum Metropoli; [illegible] & reparavit eam, & munivit inexpugnabiliter, quaidam Mediæ partes sibi concilians, ita ut tandem toti Mediæ imperaret. Sed Cambyses, Cyri filius, quem pater ejus adhuc vivens, Regem Assyriorum constituerat, & Nabuchodonosor nominaverat, duodecimo anno regni sui, Arphaxad superavit in campo Ragau qui est inter Euphratem, & Tigrim. Factusque Monarcha superbivit in tantum, ut expugnatis omnibus provinciis usque ad Judæam, & destructis diis earum, se solum Deum faceret appellari ab omnibus, quos Holofernes dux militiæ exercitus ejus poterat subjugare. Quod audientes filii Israel, timentes, ne in Jerusalem, & sanctuario Dei similia faceret, miserunt in terminis terræ, per quos poterat in Jerusalem esse iter, & munierunt angustias viarum, & humiliaverunt se coram Domino, ad exhortationem Eliachim Sacerdotis filii Jesu, filii Josedec. Et nunciatum est Holoferni, quod filii Israel se parassent ad resistendum, & itinera montium conclusissent. Qui vocavit duces Moab, & Ammon, quærens ab eis, qui esset hic populus. Cui dixit Achior dux filiorum Ammon. Populo isti nemo resistere potest, cum placatus est Deo suo. Ad quod verbum iratus Holofernes, jussit eum duci in Bethuliam, quam obsederat. Sed nuncii timentes fundibularios Bethuliæ, ligaverunt Achior ad arborem. Quem solverunt fundibularii, & statuerunt in Bethulia in medio seniorum. Quibus cum exposuisset rei causam, Ozias princeps, sive dux populi, recepit eum in domo sua. Deficiente autem populo Bethuliæ præ siti, statuerunt Sacerdotes, ut nisi infra quinque dies habuissent succursum, redderent Holoferni civitatem, & se. Super quo Judith inspirata divinitus, reprehendit eos, eo quod tentassent Deum, qui terminum imposuissent misericordiæ ejus. Quæ de nocte egrediens civitatem recepta est ab Holoferne, quæ de nocte caput Holofernis amputavit, & secum retulit in civitatem. Quo facto, fugit exercitus Holofernis, & sic liberata est civitas per Judith. Hanc historiam transtulit *Hier.* ad petitionem Paulæ, & Eustochii, de Chaldæo in Latinum. Hic liber inter historiales libros apud Hebræos computatur. & inter Apocrypha, ut Tobias, Ecclesiast. Sapientia, ut dicit *Hier. sup. Reg.* ubi determinat tres ordines canonis Veteris Testamenti apud Hebræos. In primo ordine ponens quinque libros Moysi, quos vocat legem. In secundo octo libros, scil. Josue, Judicum, Samuel, Malachim, Isaiam, Jeremiam, Esechielem, duodecim Prophetas: Et hunc ordinem vocat Prophetas. In tertio ordine ponit novem libros Job, David, Parabolas, Ecclesiasten, Cantica, Danielem, Paralipomenon, Esdram, Esther: Et hunc ordinem vocat Agiographa. Omnes alios libros vocat Apocrypha. Quorum triplex est diversitas, scil. cujus auctor ignoratur, sed patet veritas, ut Judith; & tales recipit Ecclesia: vel cujus veritas ignoretur, & tales non recipit Ecclesia. Vel utroque modo, & neque tales recipit Ecclesia. *Hieron.* autem *in Prologo* librum istum numerat inter Agiographa. Sed dicendum, quod *Hier.* large sumit Agiographa, ut in eis comprehendat primam speciem Apocryphorum, sicut dictum est *in Prologo super Tob.* Vel forte scriptoris vitio factum est hoc, qui scripsit Agiographa, ubi deberet scribere Apocrypha. Ita dicit *Magister in historiis*. Præmittit autem *Hier.* Prologum, in quo causam translationis, & modum aperit. Transtulit enim *Hier.* propter varias, & corruptas editiones, magis sensum ex sensu, quam verbum ex verbo sequens. *Rabanus* vero librum istum exposuit.

Explicit Epitome in Librum Judith.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Prologi S. Hieronymi in librum Judith

EXPOSITIO.

INCIPIT PROLOGUS S. Hieronymi in librum Judith.

APud Hebræos liber Judith inter *a* agiographa legitur: Cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea *b* judicatur. Chaldæo tamen sermone *c* conscriptus, inter *d* historias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero sanctarum Scripturarum legitur *e* computasse, acquievi *f* postulationi vestræ, imo *g* exactioni: Et *h* sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, *i* huic unam *k* lucubratiunculam dedi, magis sensum e sensu, quam ex *l* verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputavi, sola ea, quæ *m* intelligentia integra in verbis Chaldæis invenire potui, Latinis expressi. *n* Accipite Judith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solum feminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis ejus remunerator *o* virtutem talem tribuit, ut *p* invictum omnibus hominibus vinceret, *q* insuperabilem superaret.

Explicit Prologus.

a Apud Hebræos, &c *a* Inter Agiographa] large sumpto vocabulo.
b Judicatur.] scilicet, Judith, idest, liber ejus.
c Conscriptus,] scilicet, liber Judith.
d Historias] idest, libros historiales.
e Computasse,] ad informationem morum.
f Postulationi vestræ,] O Paula, & Eustochium. Dicitur, quod Paula fuit mulier Romana, non natione, sed habitatione, habens duas filias. Accidit autem, quod omnes orientales vocarentur Romæ ad concilium, receptus est Epiphanius vir sapiens, & religiosus, in domo Paulæ. Et cum Epiphanius commendaret Jerusalem, & vicina loca ob Christi, & Apostolorum ejus conversationem, Paula mota amore terræ sanctæ, transfretavit cum Eustochio filia sua virgine, alia filia tradita marito. Et ædificavit in Bethleem cœnobium, in quo ipsa cum Eustochio factæ moniales, Domino servierunt. Harum petitione *Hieronym.* multos libros transtulit, inter quos fuit liber iste.
g Exactione:] idest, instanti petitioni. Nota, postulat qui simpliciter petit; exigit qui instanter petit. Vel postulat, qui gratis sibi aliquid petit; exigit, qui tanquam a debitore petit. Et *Hieronym.* se debitorem illarum fatetur in multis locis.
h Sepositis] idest, dimissis.
i Huic] occupationi.
k Lucubratiunculam] sive lucubrationem, idest, unius noctis vigiliam, quasi dicat, breve tempus expendi in hoc.
l Quam ex verbo verbum] propter vitiosos codices.
m Quæ intelligentia integra] idest, solum ea, quæ integre consonabant cum Chaldæo.
n Accipite] O Paula, & Eustochium.
o Virtutem talem tribuit,] 1. *Cor.* 1. Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Stulta, idest, ignaros humanæ sapientiæ, idest, piscatores. Infirma, idest, mulieres, & in Veteri Testamento, & in novo, qualis fuit Delbora. *Judic.* 4. Jahel, Judith, Esther. Et aliæ, quas *Hieron. in quadam Epistola sua* ponit in catalogo Sanctorum.
p Invictum] scilicet, Holofernem.
q Insuperabilem] ab hominibus.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super Librum Judith incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

INCIPIT LIBER Judith.

CAP. I.

ARphaxad *r* itaque Rex Medorum, subjugaverat multas gentes imperio suo, & ipse *s* ædificavit civitatem potentissimam quam appellavit *t* Ecbatanis. Ex lapidibus *u* quadratis, & sectis fecit muros ejus, in altitudine *x* cubitorum 70. & in latitudine cubitorum 30. Turres vero ejus posuit in altitudine cubitorum centum. Per quadrum vero earum, latus utrumque *y* vicenorum pedum spatio tendebatur. *z* Posuitque portas *a* ejus in *b* latitudinem turrium, & gloriabatur *c* quasi potens in *d* potentia exercitus sui, & in gloria *e* quadrigarum *f* suarum. Anno igitur duodecimo regni sui *g* Nabuchodonosor Rex Assyriorum, qui regnavit in *h* Ninive civitate magna, pugnavit *i* contra Arphaxad, & obtinuit eum in

r Arphaxad itaq; Rex Medorũ] *Gl.* Quo tempore historia Judith fuerit, prænotatur.
s Ædificavit] idest, ampliavit. Dejoces enim condidit. Ita dicit *Gloss.*
t Ecbatanis, &c.] vel Icbatanis. Hæc Mediæ provinciæ Metropolis erat; quam Dejoces rex Medorum condidit: Arphaxad ampliavit, & Mausoleum in ea preclarum construxit, ubi Reges Medorum, & Persarum sepeliebantur.

A

u Quadratis,] idest, stabilibus. Civitatis pulchritudinem, & fortitudinem hic ostendit auctor. Fortitudinem, cum dicit, lapidibus quadratis: Pulchritudinem, cum dicit, sectis, quasi diceret: Civitatem edificavit pulchram, & fortem.

B

x Cubitorum 70.] Et ita super muros 30. cubitis eminebant turres.

C

y Vicenorum] aliqui libri habent, novenorum: Et forte melius, quia latitudo turrium nimia esset. Sed dicitur, quod latitudo turrium excedebat latitudinem muri interius, novem pedibus, & exterius novem, & hoc est, quod dicit, utrumque latus novenorum pedum spatio tendebatur. Vel sic ostenditur latitudo turrium, & est sensus: utrumque latus interius scilicet, & exterius extendebatur spatio viginti pedum.
z Posuitque] scil. Arphaxad, idest, poni fecit.
a Ejus] idest, muri vel civitas.
b In latitudine turrium,] idest, tantæ latitudinis fecit portas, quanta erat latitudo turrium.
c Quasi potens] idest, non vere, quia solus Deus vere potens est, sicut solus Deus bonus *Matth.* 19. Et *Jer.* 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me. *d* Potentia exercitus] Non Dei, a quo omnis potestas *Rom.* 13. *e* In gloria quadrigarum] *Glosf.* Hi in curribus, & hi in equis, &c. Sed Deus currum Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare. *Exod.* 15. Ergo qui gloriatur, in Domino glorietur.
f Suarum.] *Gloss.* non Dei. Sunt enim quadrigæ Dei, de quibus *Cant.* 6. Anima mea conturbavit me, propter quadrigas Aminadab, qui interpretatur populus meus spontaneus. Et 3. *Reg.* 10. Quadrigæ Salomonis. *g* Nabuchodonosor] idest, Cambyses, Cyri filius, qui mortuo Cyro, duodecimo anno agebat annum regni sui, & post mortem Cyri, octo annis regnavit, & ita in universo regnavit viginti annis, sed monarchiam habuit tantum octo annis. *Beda* tamen *sup. Esdr.* plures annos regni Cambysis ponit. *h* In Ninive] quam pater suus vivens tradiderat ei, & regnum Assyriorum. *i* Contra Arphaxad,] Fortis armatus custodit atrium suum. *Luc.* 11. & *Matth.* 12. [Circa,] idest, juxta. Simile *Tob.* 4.

Matth. 19. *Luc.* 18.

Psal. 19.

1. *Cor.* 1.

Cum

Cum ipsa compleverit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me, idest, juxta me.

Moraliter. a Regnum Nabuchodonosor, & cor ejus, &c.] idest, Cambysis filii Cyri. Qui dictus est secundus Nabuchodonosor, eo quod ille templum destruxit, iste ædificationem impedivit.

b Qui habitant in Cilicia, & Damasco] Cilicia interpretatur cæcus, vel luctus, & signat avaros. Damascus, potus, vel saccus sanguinis, & signat luxuriosos. Libanus, candidatio, & signat superbos. Ad hos tanquam ad suos mittit diabolus turbam spirituum malignorum, ut juvent eum impugnare filios Israel. Carmelus interpretatur scientia circumcisionis, & signat religiosos. Cedar, mœror vel tenebræ, & signat sæculares. Et hos & illos nititur diabolus trahere ad gehennam. c Usque Jerusalem] quæ nondum tota reparata erat. d Terram Jesse,] i. Bethlehem. e Misit nuncios] ut eos sibi subjugaret.

f Vacuos,] sine effectu incepti negotii. g Tunc indignatus] *Gloss.* Malignus hostis superatus, ab incepta malitia non desistit, sed iterum intendit bellum, & totum furoris sui effundit tumultum. h Ad omnem] contra omnem. i Quia defenderet se] i. quod omnes impugnaret. Dicit tamen, quod defenderet se de omnibus, quasi omnes vellet pugnare contra ipsum; quia superbus, & tumidus putat contra se pugnare quos videt sibi non obedire, sicut Prælatus cupidus putat sibi auferri, quod a subditis sibi videt negari.

campo magno qui appellatur Ragau circa Euphratem, & Tigrim, & Jadasan in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum est a regnum Nabuchodonosor, & cor ejus elevatum est, & misit ad omnes, qui b habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano, & in gentes, quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon, & ad omnes, qui erant in Samaria trans flumen Jordanem, c usque Jerusalem, & omnem d terram Jesse, quousque perveniatur ad montes Æthiopiæ. Ad hos omnes misit e nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorum. Qui omnes uno animo contradixerunt, & remiserunt eos f vacuos, ac sine honore abjecerunt. g Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad h omnem terram illam, juravit per regnum, & thronum suum, quod i defenderet se de omnibus regionibus his.

C A P. II.

ANno xiii. Nabuchodonosor regis, 20. & 2. die k mensis primi, factum est l verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, ut m defenderet se. Vocavitque omnes majores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & n habuit cum eis mysterium consilii: Dixitque cogitationem suam in eo esse, ut o omnem terram suo subjugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus, vocavit Nabuchodonosor rex, p Holofernem principem militiæ suæ, & dixit ei: Egredere adversum omne q regnum occidentis, & contra eos r præcipue, qui contempserunt imperium meum: Non parcet oculus tuus ulli s regno, omnemque urbem munitam subjugabis mihi. Tunc Holofernes vocavit t duces, & magistratus virtutis Assyriorum, & dinumeravit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites & sagittarios, duodecim millia. Omnemque u expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium x camelorum, cum his, quæ exercitibus sufficerent copiose, boum quoque armenta, gregesque ovium, quorum non erat numerus: y Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. z Aurum vero, & argentum de domo a regis assumpsit b multum nimis: Et profectus est ipse, & omnis exercitus cum quadrigis, & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ sicut c locustæ. Cumque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt a sinistro Ciliciæ, ascenditque omnia castella eorum, & d obtinuit omnem munitionem. Effregit autem civitatem e opinatissimam f Melothi, prædavitque omnes filios Tharsis, & filios Israel, qui erant g contra faciem deserti, & ad h austrum terræ i Cellon: Et transivit Euphratem, & venit Mesopotamiam, & fregit omnes civitates excelsas, quæ erant ibi, a torrente Mambre, usquequo perveniatur ad mare, & occupavit terminos ejus, a Cilicia usque ad fines Japheth, qui sunt ad Austrum: Abduxitque omnes filios Madian, ac k prædavit omnem locupletationem eorum, omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & l succendit

ces,] i. hypocritas. Unde *Gloss.* plerosque qui firmitatem fidei, & virtutum excellentiam videntur habere.

u Omnemque expeditionem, idest, majorem partem exercitus, idest, illos, qui conducebant victualia, fecit præcedere exercitum. Vel, quia consuetudo est, quod præcedat exercitus, & dux sequatur, ut congreget omnes, & ipse secutus est cum paucis. x Camelorum,] qui portabant victualia.

y Frumentum ex omni Syria] hoc est, prædicatio superba. z Aurum, &c.] sapientia, & eloquentia sæculi ad deprimendum pauperes. a Regis] Nabuchodonosor.

b Multum nimis:] quia multa sapientia mundi plus nocet, quam prosit. *Rom.* 12. Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. c Locustæ.] per quas intelliguntur adulatores, quibus hodie tota terra operta est. Locusta enim in æstate canit, in hyeme silet. Sic adulator in prosperis blanditur, in adversis tacet, vel detrahit. *Job* 39. Nunquid suscitabis eum quasi locustam? d Obtinuit] *Abac.* 1. Ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculum ejus erunt, ipse super omnem munitionem ridebit, comportabit aggerem, & capiet eam. Ideo mirantur Angeli quomodo quis evadit, Unde dicunt, *Is.* 43. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? quod interpretatur munita.

e Opinatissimam] Vel opimatissimam. f Melothi,] quod interpretatur, adimpletiones meæ, & signat illos, qui sequentes propria consilia, voluntatem Diaboli implent. Horum civitates Diabolus effringit.

g Contra faciem, &c.] Filii Israel contra faciem deserti sunt illi, qui faciunt bona ad oculos mundi, non ad oculos Dei. Et hoc h Ad Austrum] idest, ad favorem hominum. De quibus dicitur *Matth.* 6. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

i Celeon:] vel, Deleon, interpretatur vindicans dolorem, & signat illos, qui volunt videri boni, & tamen volunt vindicare proprias injurias. Contra quos *Eccles.* 28. Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam. Homo homini servat iram, & a Deo quærit medelam? k Prædavit omnem locupletationem] *Gloss.* Scientiæ humilitatem auferens, & cetera, quibus Deo servire debuerunt, & in usum servitii sui convertens, resistentes, occidit morte corporali, quia quos flectere ad sensum nequit, corporaliter occidit.

l Succendit] flamma invidiæ. *Sap.* 2. Invidia Diaboli mors intravit in orbem terrarum.

EXPOSITIO CAP. II.

ANno 13. &c. k Mensis primi,] i. Aprilis. l Verbum] i. sententia. m Defenderet] i. impugnaret omnes. n Habuit mysterium] i. secretum suum aperuit. o Omnem terram] tam bonos, quam malos. p Holofernem] qui interpretatur infirmans vitulum saginatum, vel infirmitas dissensionis. q Regnum Occidentis,] quod est regnum hujus mundi, quod occidit, & reges suos occidere fecit, & facit. *Prov.* 13. Lucerna impiorum extinguetur. Item *in eodem*. Substantia festinata minuetur. r Præcipue,] *Greg.* Diabolus hos pulsare negligit, quos se possidere jure quieto sentit. s Ulli regno,] Diabolus nulli parcit *Jer.* 6. Crudelis est, & nullius miserebitur. *Gloss.* quia persecutionem magnam excitabit Antichristus in universo mundo. Erit enim talis persecutio, qualis non fuit ante. *Matth.* 24. & *Apoc.* 12. t Du-

a Omnia sata,] De quibus *Matth.* 13. Exiit qui seminat seminare semen suum.
b Inhabitantes terram.] De quibus *Apoc.* 8. Væ væ væ super inhabitantes terram, &c. Ter dicit væ, quia est væ culpæ, væ pœnæ, sive miseriæ hujus vitæ, & væ mortis: Vel aliter: Est væ culpæ, væ mortis, væ pœnæ æternæ. *Isa.* 26. Justitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.

a omnia sata, omnesque arbores, ac vineas fecit incidi: Et cecidit timor illius super omnes *b* inhabitantes terram.

CAP. III.

TUNC *c* miserunt legatos suos universarum urbium, ac provinciarum, Reges, ac Principes Syriæ, scilicet, & *d* Mesopotamiæ, & *e* Syriæ *f* Sobal, & *g* Libyæ, atque *h* Ciliciæ: Qui venientes ad Holofernem, dixerunt: Desinat indignatio tua circa nos. *i* Melius est enim, ut *k* viventes serviamus *l* Nabuchodonosor *m* Regi magno, & subditi simus tibi, quam morientes cum interitu nostro, ipsi servitutis nostræ damna patiamur. Omnis civitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ovium, & caprarum, equorumque, & camelorum, & universæ facultates nostræ, atque familiæ, in conspectu tuo sunt, sint *n* omnia sub lege tua: Nos etiam, & filii *o* nostri servi tui sumus. *p* Veni nobis pacificus dominus, & utere servitio nostro, sicut placuerit tibi. Tunc descendit Holofernes de montibus cum equitibus, in virtute magna, & obtinuit omnem civitatem munitam, & omnem inhabitantem terram. De universis autem urbibus assumpsit sibi auxiliarios, viros fortes, & electos ad *q* bellum. Tantusque metus provinciis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores, Principes, & honorati, simul cum populis exirent obviam venienti, excipientes eum *r* cum coronis & lampadibus, & ducentes choros in tympanis, & *s* tibiis, & organis. Nec *t* ista tamen facientes, ferocitatem ejus pectoris mitigare potuerunt. Nam & civitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor Rex, ut omnes Deos terræ exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subjugari. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terra Gabaa, & Septopoli, accepitque civitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit universum exercitum virtutis suæ.

CAP. IV.

TUNC *u* audientes hæc filii Israel, qui habitabant in *x* terra Juda, timuerunt valde *a y* facie ejus. *z* Tremor etiam, & *a* horror invasit *b* sensus eorum, ne hoc faceret *c* Jerusalem, & templo Domini, quod fecerat ceteris civitatibus, & templis earum. Et miserunt in *d* omnem Samariam *e* per circuitum, usque Jericho, & præoccupaverunt omnes *f* vertices montium: Et *g* muris circumdederunt *h* vicos suos, & congregaverunt *i* frumenta in præparationem pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim *k* scripsit ad universos, qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem *l* campi magni juxta *m* Dothaim, & universos, per quos viæ transitus esse poterat, ut obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Jerusalem, & illic custodirent, ubi angustum iter esse poterat inter montes. Et *n* fecerunt filii Israel, secundum quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim. Et clamavit omnis populus ad Dominum *o* instantia magna, & humiliaverunt animas suas in jejuniis, & orationibus, ipsi, & mulieres eorum. Et induerunt se sacerdotes ciliciis, & *p* infantes prostraverunt contra faciem templi Domini, & *q* altare Domini operuerunt

A

EXPOSITIO CAP. III.

TUnc *c* miserunt legatos &c.] *Gloss.* Potentes sæculi, & voluptatum amatores, qui in spe mundi student sibi reconciliare Holofernem, ut mortis periculum, & voluptatis detrimentum evadere possint. De quibus: Qui vult amicus hujus sæculi esse, inimicus Dei constituitur. *Jacob* 4. In his enim solicitudo hujus sæculi, & fallacia divitiarum suffocat verbum, & fructum non facit *Matth.* 13.
d Mesopotamiæ,] hoc est elevationis.
e Syriæ] sublimis.
f Sobal,] vana.
g Libyæ,] venientes vel intrantes.
h Ciliciæ:] cæcus, vel vomitus ejus, vel luctus.
i Melius est enim,] nobis.
k Viventes] in deliciis mundi, dicunt mali. 1. *Timoth. quinto*. Vidua, quæ in deliciis est vivens, mortua est.

C

l Nabuchodonosor] Diabolo.
m Regi magno,] principi tenebrarum harum. *Ephes.* 6.
n Sint omnia, &c.] Idest, utere ut placet.
o Et filii nostri] *Gloss.* Naturales, vel imitatores vel opera. *p* Veni nobis] *Gloss.* non repugnantibus, qui tui pacifici. *q* Ad bellum.] *Gloss.* contra Sanctos.
r Cum coronis] *Isai.* 28. Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, flori decidenti.
s Et tibiis,] Væ vobis, qui ridetis, &c. *Luc.* 6. *Proverb.* 14. Risus dolore, &c. *t* Ista] vel istud.

EXPOSITIO CAP. IV.

TUnc *u* audientes, &c.] hæc quæ scil. faciebat Holofernes aliis, *x* In terra Juda,] Hoc dicitur ad differentiam illorum, qui dispersi erant in captivitates. *y* A facie] idest, instantia. *z* Tremor] corporis.
a Horror] animi.
b Sensus] spirituales. *c* Jerusalem & templo Domini, &c.] Ecclesiæ, quæ Templum Dei est. 1. *Corinth.* 3.
d In omnem Samariam] *Gloss.* in omnes eos, qui custodire debent. Samaria enim custos interpretatur.
e Per circuitum,] *Gloss.* ne alicubi sit aditus hosti. Sic debet quilibet civitatem cordis sui in circuitu custodibus scilicet virtutibus munire, ne alicubi pateat aditus hosti, scilicet Diabolo, vel vitiis capitalibus. Unde *infr. eodem* dicitur, quod sacerdos Domini circuivit omnem Israel. Item *Num.* 3. legitur, quod Levitæ circa tabernaculum in circuitu excubabant. Et *Matth.* 4. dicitur Circuibat Jesus totam Galilæam docens, &c. *Psalm.* Circuivi, & immolavi in tabern. Et *alibi*: Et circuibunt civitatem. *Proverb.* 4. Omni custodia serva cor tuum. Quid enim prodest ex una parte castrum custodire, & ex alia parte relinquere immunitum? Sic qui ab uno vitio se custodit, & aliis succumbit.

A

Psalm. 58.

Psalm. 58.

B

f Vertices] idest, difficiles ascensus vel accessus. *Gloss.* idest, robustos viros, & studio virtutum excelsos.
g Muris] *Glossa* fidei virtutum. Item *Gloss.* qui alios custodiunt.
h Vicos suos] villas scilicet non muniras. *Gloss.* idest, greges sibi commissos. *Proverb.* 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.

C

i Frumenta] *Gloss.* scientiam Scripturarum, unde fideles vivunt *Job* 37. Frumentum desiderat nubes, idest, viros spirituales.
k Scripsit] *Gloss.* Scriptura commonuit.
l Campi magni] scilicet Ragau, ubi Arphaxad victus est a Cambyse *sup.* 1.
m Dothaim,] vallis est, vel civitas. 4. *Reg.* 6.
n Fecerunt] admoniti.
o Instantia] Multum enim valet deprecatio justi assidua. *Jacob ult.*
p Et altare] *Gloss.* seipsos, qui hostiam immolant Deo. *Rom.* 12. Obsecro vos, &c. *q* Infantes] accusativi casus est, ut Dominus moveretur pietate super infantium afflictione,

Simile

Simile *Jonæ* 3. ubi legitur, quod Rex Ninive homines, & jumenta jejunare fecit.

a Cilicio:] *Gloss.* compunctione pœnitentiæ.

b Clamaverunt] *Gloss.* Corde, ore, & opere.

c Ad Dominum Deum] qui solus salvare potest.

d Unanimiter,] *Gloss.* Quod charitatis unanimitate petitur, cito impetratur, *Matth.* 18. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis.

D

e Eliachim Sacerdos Domini magnus circuivit omnem Israel, allocutusque est eos, dicens, &c.] Hoc videtur falsum; quia in *Nehemia* 12. ubi numerantur summi Sacerdotes, a Josedech usque ad Jaddum non ponitur Eliachim. Sic enim dicitur *ibi*: Josue genuit Joachim, & Joachim genuit Eliasiph, Eliasiph genuit Jojada, Jojada genuit Jonathan, Jonathan genuit Jaddum, qui occurrit Alexandro, ut dicit *Josephus*. Solut. Credo, quod Joachim filius Jesu ipse est Eliachim: Erat enim binomius, ut volunt historiæ.

Exod. 17.

A

f Memores estote] *Glos.* Per exempla Sanctorum corroborat. Unde *Job* 10. Instauras testes tuos contra me. Et Paulus ad *Hebr.* 11. Fidei veritatem laudans, patrum copiosa inducit exempla, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, &c.

g Precibus sanctis] Non dicit hoc, quia filii Israel armis pugnaverunt contra Amalec, sed quia magis confisi sunt in precibus Moysi, quam in armis suis. Amalec interpretatur lingens sanguinem, & significat diabolum, qui vincitur in extensione brachiorum Moysi: Quæ in tribus consistit, scilicet, in bonorum operum elevatione, per rectam intentionem; in amicorum, & inimicorum amplexione, per charitatem; in carnis propriæ crucifixione, per jejunium, & vigilem orationem, *Matth.* 17. Hoc genus non ejicitur nisi per orationem, & jejunium.

B

h Dejecit. Sic erunt universi hostes, &c.] *Exod.* 17.

i Si perseveraveritis in hoc opere, quod cepistis. Ad hanc igitur exhortationem ejus, &c.] Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, *Matth.* 10. *k* Permanebant] in oratione.

l In conspectu Domini,] bene placentes.

m Holocausta, præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, &c.] *Galat.* 5. Carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis crucifixerunt. *n* Ex toto corde suo] *Psalm.* 5. Cor contritum, & humiliatum, &c.

o Omnes orabant Deum, &c.] *Glos.* unanimes in oratione.

a cilicio: Et *b* clamaverunt *c* ad Dominum Deum Israel *d* unanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, uxores eorum in divisionem, & civitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent in opprobrium gentibus, Tunc *e* Eliachim Sacerdos Domini magnus circuivit omnem Israel, allocutusque est eos, dicens: Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domini. *f* Memores estote Moysi servi Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed *g* precibus sanctis orando *h* dejecit. Sic erunt universi hostes Israel, si *i* perseveraveritis in hoc opere, quod cepistis. Ad hanc igitur exhortationem ejus deprecantes Dominum *k* permanebant in *l* conspectu Domini, ita ut etiam hi, qui offerebant Domino *m* holocausta, præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis supra capita eorum; Et *n* ex toto corde suo *o* omnes orabant Deum, ut visitaret populum suum Israel.

C A P. V.

NUNCIATUMQUE est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quod filii Israel præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent, & furore nimio exarsit in iracundia magna: *p* Vocavitque omnes principes *q* Moab, & duces Ammon, & dixit eis: Dicite mihi, *r* quis sit populus iste, qui montana obsidet, aut quæ, & quales, & quantæ sint civitates eorum, quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorum; quare præ omnibus, qui *s* habitant in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt obviam nobis, ut susciperent nos cum pace. Tunc Achior Dux omnium filiorum Ammon respondens ait: Si digneris audire, Domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo. Populus iste ex *t* progenie Chaldæorum est. Hic *u* primum in Mesopotamia *x* habitavit, quoniam noluerunt sequi *y* deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in *z* multitudine deorum erant, unum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis, ut exirent inde, & habitarent in *a* Charan. Cumque operuisset omnem terram *b* fames, *c* descenderunt in Ægyptum, illicque per *d* quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque gravasset eos Rex Ægypti, atque in ædificationibus urbium suarum in *e* luto, & latere subjugasset eos, clamaverunt ad Deum suum, & *f* percussit totam terram Ægypti plagis variis. Cumque *g* ejecissent eos a se Ægyptii, & cessasset plaga ab eis, & iterum vellent eos capere, & ad suum servitium *h* revocare, fugientibus his, Deus cœli mare aperuit, ita ut hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, *i* & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent. In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, ut non remaneret vel unus, qui factum posteris nunciaret. Egressi vero mare rubrum, *k* deserta Sina montis occupaverunt, in quibus nunquam homo ha-

EXPOSITIO CAP. V.

NUnciatumque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quod filii Israel præpararent se ad resistendum, &c.] *p* Vocavitque] Holofernes vocat.

q Moab, & Ammon, &c.] idest, cupiditas, superbiam, & luxuriam. Hæ enim mulieres, quæ portant tertiam, ut legitur *Zach.* 5.

r Quis sit populus iste, qui montana obsidet, aut quæ, & quales, &c.] Non quærit, quia ignoret, quis sit populus Israel, sed ex superbia, & ex indignatione, quasi eos vilipendens in oratione.

Inf. 11.

s Habitant in Oriente,] qui in Christo per fidem, & imitationem habitant. *Zach.* 6. Ecce vir, oriens nomen ejus.

Gen. 12.

t Ex progenie Chaldæorum] quia Abraham pater eorum de Chaldæa venit, *Gen.* 12.

u Hic primum in Mesopotamia] postquam scilicet exivit de Chaldæa.

x Habitavit, quoniam noluerunt sequi] tanquam in suo principio, scilicet in Abraham.

Gen. 12.

y Deos patrum suorum, &c.] idest ignem, quem colebant Chaldæi.

z In multitudine deorum erant, unum Deum cœli coluerunt, &c.] *Glos.* Mali sunt in multitudine, boni in paucitate. Et est sumptum de *Eccl.* 2. *a* In Charan. Cumque operuisset omnem terram] *Gen.* 12.

Exod. 12.

b Fames,] *Gen.* 12.

c Descenderunt] In Abraham, qui descendit illuc *Gen.* 12. *Gloss.* In Jerusalem ascenditur, in Ægyptum descenditur.

d Per quadringentos annos] Hoc idem legitur *Gen.* 15. Sed anni computantur a promissione facta Abrahæ de Isaac nascituro, secundum *Isidor.* sed secundum *August.* a nativitate Isaac: *August.* enim a nativitate Isaac usque ad annum egressionis computat quadringentos quinque annos: sed more suo Scriptura tacet quinque, quia non curat minutias.

Exod. 14.

e In luto, &c.] *Exod.* 1. In luto luxuriæ, & latere avaritiæ subjugat sibi diabolus multos.

f Percussit totam terram Ægypti plagis variis, &c.] In ultionem eorum.

g Ejecissent eos, &c.] *Exod.* 12.

h Revocare,] *Exod.* 13.

i Et isti] scilicet filii Israel.

k Deserta Sina] Nota, post transitum maris primo occurrit desertum Sin, ut dicitur *Exod.* 16. Deinde desertum Sina, ut patet *Exod. eodem*, quod est inter Elim, & Sinai. Utrumque desertum, scilicet Sur, & Sina, hic nomine Sina accipitur.

a Fonte,

bitare potuit, vel filius hominis requievit. Illic *a* fontes amari *b* obdulcati sunt eis ad bibendum, & pce annos 40. *c* annonam de cęlo consecuti sunt. Ubicumque ingressi sunt, *d* sine arcu, & sagitta, & absque scuto, & gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, & vicit: Et non fuit, qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultu Domini Dei sui. Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum alterum coluerunt, *e* dati sunt in *f* prædam, & in *g* gladium, & in *h* opprobrium. *i* Quotiescumque autem pęnituerunt se recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus cęli virtutem *k* resistendi. Denique *l* Chananæum regem, & Jebusæum, & Pherezæum, & Hethæum, & Hevæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in *m* Hesebon prostraverunt, & terras eorum, & civitates eorum ipsi possederunt, & *n* usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum recessissent *o* a via, quam dederat illis Deus, ut *p* ambularent in ea, *q* exterminati sunt præliis a multis nationibus, & plurimi eorum *r* captivi abducti sunt in terram *s* non suam. *t* Nupee autem *u* reversi ad Dominum Deum suum ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Jerusalem, ubi sunt *x* sancta eorum. Nunc ergo, mi Domine, perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu *y* Dei eorum, *z* ascendamus ad illos, quoniam *a* tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subjugati erunt sub jugo potentiæ tuæ. Si autem non est offensio populi hujus coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium universæ terræ. Et factum est, cum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes *b* magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum: Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus ejus, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ. Ut ergo *c* agnoscat Achior, quoniam fallit nos, ascendamus in montana, cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur, ut sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor *d* Deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

C A P. VI.

FActum *e* est autem, cum cessasset loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior: Quoniam peophetasti nobis, dicens, quod gens defendatur a Deo suo, ut ostendam tibi, quia non est Deus nisi Nabuchodonosor, cum percusserim eos omnes *f* sicut hominem unum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione dispeeiet, & probabis, quoniam Nabuchodonosor Dominus sit *g* universæ terræ. Tuncque gladius militiæ meæ transiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos, & *h* non respirabis ultra, donec extermineris cum illis. Porro autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinuit, *i* abscedat a te, si verba mea hæc putas impleri non posse. Ut autem noveris, quia simul cum illis hæc experieris: Ecce ex hac hora illorum populo sociabetis, ut dum dignas mei gladii pœnas *k* exceperint, ipse simul ultioni subjaceas. Tunc Holofernes præcepit servis suis, ut comprehenderent *l* Achior, & ducerent eum in *m* Bethuliam, & traderent eum in manus *n* filiorum Israel. Et accipientes eum servi Holofernis, profecti sunt per *o* campestria. Sed cum appropinquassent ad montana, exierunt contra eos *p* fundibularii. Illi autem divertentes

a Fontes amari] scil. aquæ Marath, *Exod.* 15. *b* Obdulcati] per lignum appositum, *Exod.* 15. *c* Annonam] idest manna, *Exod.* 16. *d* Sine arcu, & sagitta,] Hæc dicit, quia plus confidebant in Deo, quam in armis, tamen aliquando pugnabant. *e* Dati sunt] *Gloss.* a Deo suo. *f* In prædam] *Gloss.* idest captivitatem. *g* In gladium,] idest, occisionem. *h* In opprobrium.] nationibus. *i* Quotiescumque, &c.] *Gloss.* quia non ex toto abjecit, sed correxit. *k* Resistendi.] inimicis. *l* Chananæum] *Jos.* 10. *m* In Hesebon] *Num.* 21. *n* Et usque dum, &c.] i. quandiu non peccaverunt, fuerunt in pace. *o* A via,] idest, a præceptis. *p* Ambularent] idest, proficerent. *q* Exterminati] a terra sua. *r* Captivi, &c.] sub Nabuchodonosor, 4. *Reg.* 25. *s* Non suam.] scilicet in Babylonem. *t* Nuper autem] scilicet tertio anno Cyri patris istius Nabuchodonosor. 1. *Esdræ* 1. *u* Reversi] per pœnitentiam. *x* Sancta eorum.] vel sancta sanctorum. *y* Dei eorum,] & si sic: *z* Ascendamus ad illos,] idest contra illos. *a* Tradens tradet] Hæc geminatio signum est certitudinis. *b* Magnates Holofernis] Isti sunt divites hujus mundi, qui non libenter audiunt veritatem. Unde *Gloss. Raban.* Qui fastu mundi superbiunt, præconia veritatis audire non possunt, & prædicatoribus cum ceteris fidelibus mortem minantur. *c* Ut ergo agnoscat] Magnates Holofernis auditis verbis Achior, separant eum a se, & associant filiis Israel, minantes eis pariter mortem: Sic faciunt principes hæreticorum, quos a se separant, perire putant. Et hoc innuit *Raban. in Gloss. Joann.* 8. Tu discipulus ejus sis, nos autem Moysi discipuli sumus. *d* Deus terræ] non cęli.

EXPOSITIO CAP. VI.

FActum *e* est autem, cum cessasset loqui, &c.] de admonitione Achior, & consilio: Hoc enim proprium est superborum, indignari monitus inferiorum. *Proverb.* 18. Non accipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde ejus. *Prov.* 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te; argue sapientem, & diliget te. Et parum ante: Qui erudit derisorem, ipse sibi injuriam facit; & qui arguit impium, generat maculam sibi. *Isa.* 30. Populus ad iracundiam, &c. *f* Sicut hominem] idest facile. *g* Universæ terræ.] non tamen cœli. Si ergo vis non timere Nabuchodonosor, dimitte terram, & habita in desiderio, ut possis dicere cum Paulo: Nostra conversatio in cœlis est, *Phil.* 3. *h* Non respirabis ultra, donec extermineris cum illis. Porro autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, &c.] scilicet, gladius, idest, non quiescet. Vel, non respirabis, & tunc planum est. *i* Abscedat a te,] si verba mea hæc putas impleri non posse. Ut autem noveris, quia simul, &c.] Ecce quanta est astutia diaboli, quando videt hominem in tentatione timere, dimittit tentare ad tempus, & dicit animæ: Quare times tu, nisi quia adhuc es in peccatis, & ita nihil valet tibi quod facis, imo si decedas, damnaberis. Et hoc totum facit diabolus, ut turbet quietem mentis, quam nobis invidet. *k* Exceperint,] scilicet Israel. *l* Achior,] qui interpretatur fratris mei lumen, & significat prædicatores, quibus dicitur *Matth.* 5. Vos estis lux mundi. Hos jubet diabolus capi, & duci in Bethuliam, quæ interpretatur domus dolens Domino, vel domus parturiens Dominum, & significat pœnitentiam, quæ Dominum parturit. Maria enim mater est Domini. *m* In Bethuliam, & traderent eum in manus] quam obsidebat Holofernes. *n* Filiorum Israel. Et accipientes eum servi Holofernis, &c.] quos perdere putavit. *o* Per campestria.] *Gl.* Cupiunt enim trahere per illicita, & viam latam, quæ ducit ad mortem, *Matth.* 7. *p* Fundibularii.] *Gloss.* Prædicatores testimonia Scripturarum contra jaculantes. Simile legitur *quarto Regum tertio*. Ibi enim dicitur: Circumdata est civitas a fundibulariis, & magna ex parte percussa. Fundibularii sunt prædicatores. Funda, prædicatio. Lapides, auctoritates.

ritates. Et nota, quod funda, nisi manu teneatur, inutilis est; sic prædicatio, quæ opere non impletur, vel juvatur. Ideo diabolus fundibularios nostri temporis parum timet, imo deridet, quia fundam non habent in manibus. Unde *Job* 41. Non fugavit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. E contrario de Prædicatore, qui facit quod prædicat, qui tenet fundam manu, dicitur 1. *Reg.* 17. Tulit David baculum suum, quem semper habebat in manibus, & elegit quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit adversus Philistæum. Et *infr.* Prævaluitque David adversus Philistæum in funda, & lapide, percussumque Philistæum interfecit.

a latere montis, ligaverunt Achior ad *a* arborem manibus, & pedibus, & sic vinctum restibus dimiserunt eum, & reversi sunt ad Dominum suum. *b* Porro filii Israel descendentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem solventes, duxerunt ad Bethuliam, atque in medio populi illum statuentes, percontati sunt, quid rerum esset, quod illum vinctum Assyrii reliquissent. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel. In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia, quæ locutus ipse fuerat, ab Holoferne interrogatus, & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum, & quemadmodum ipse Holofernes iratus, jusserat eum Israelitis hac de causa tradi, ut dum vicerit alius Israel, tunc etiam ipsum Achior diversis jubeat suppliciis interire, propter hoc quod dixisset: Deus cœli defensor eorum est. Cumque Achior universa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem adorans Dominum, & communi lamentatione, & fletu unanimes preces suas Domino effuderunt, dicentes: *c* Domine Deus cœli, & terræ, *d* intuere superbiam illorum, & respice *e* ad nostram humilitatem, & *f* faciem sanctorum tuorum attende, & ostende, quoniam non derelinquis *g* præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute *h* gloriantes, humilias. Finito itaque fletu, & per totam diem populorum oratione completa, *i* consolati sunt Achior, dicentes: Deus patrum nostrorum, cujus tu virtutem prædicasti, *k* ipse *l* tibi hanc dabit vicissitudinem, ut eorum *m* magis tu interitum videas. Cum vero Dominus Deus noster *n* dederit *o* hanc libertatem servis suis, sit & *p* tecum Deus in medio nostri, ut sicut placuerit tibi, *q* ita cum tuis omnibus converseris nobiscum. Tunc Ozias finito consilio suscepit eum in domum suam, & fecit ei *r* cœnam magnam: Et vocatis omnibus presbyteris simul, expleto jejunio, *s* refecerant. Postea vero convocatus *t* omnis populus, per totam noctem *u* intra Ecclesiam oraverunt petentes *x* auxilium a Deo Israel.

C A P. VII.

HOLOFERNES autem altera die præcepit exercitibus suis, ut ascenderent *y* contra Bethuliam. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum, quos *z* occupaverat captivitas, & adducti fuerant de provinciis, & urbibus universæ juventutis. Omnes pariter paraverunt se ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per *a* crepidinem montis usque ad *b* apicem, qui respicit super Dothaim, a loco, qui dicitur Belma, usque ad Celmon, qui est contra Esdrelon. Filii autem Israel, ut viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se super terram, mittentes cinerem *c* super capita sua, unanimes orantes, ut Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. Et assumentes *d* arma sua bellica, sederunt per loca, quæ angusti itineris tramitem dirigunt inter montuosa, & erant custodientes ea tota die, & nocte. Porro Holofernes dum *e* circuit per gyrum, reperit, quod fons, qui fluebat in *f* aquæductum illorrum, a parte Australi, extra civitatem

C

a Ad arborem] Arbor ista, Crux Domini est. De qua *Cant.* 2. Sub umbra illius, quem desideravi, sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Ad arborem illam debet esse ligatus Achior, id-est fidelis quilibet, duobus testibus, amore scilicet, & timore, amore ipsius, & timore peccatorum suorum.

D

b Porro filii, &c.] *Rab.* Filii Israel, prædicatores Ecclesiæ, ligatum ad arborem solvunt, cum cathecumenos suos docent non timere eos, qui occidunt corpus. *Math.* 10. Animam autem occidere non possunt. Et eosdem ad tollendam crucem suam post Dominum instruunt.

A

c Domine Deus cœli, & terræ, &c.] qui omnia fecisti, quia omnia potes. *Ps.* 137.

d Intuere] *Gloss.* idest, ne dissimules peccata eorum.

e Ad nostram humilitatem, &c.] qui humilia respicis, & alta a longe cognoscis.

f Faciem sanctorum tuorum attende, & ostende, quoniam, &c.] mentis, quæ sola tibi placet, q. d. memor esto patrum nostrorum, qui tibi placuerunt, & propter illos nos respice. Simile dixit Moyses, *Exod.* 32. Recordare, Domine Deus, Abraham, Isaac, Israel servorum tuorum. Et hoc est contra Judæos, qui nobis insultant super hoc, quod suffragia Sanctorum imploramus.

B

g Præsumentes] idest, sperantes.

h Gloriantes humilias.] Qui gloriatur, in Domino glorietur, 2. *Cor.* 10. Item *Jac.* 4. Deus superbis resistit.

i Consolati sunt] *Gloss.* Confidentes orationem suam esse exauditam.

k Ipse] remunerator.

l Tibi] qui meruisti.

m Magis tu] idest potius quam ipsi tuum.

n Dederit] hostibus interempeis.

o Hanc libertatem] idest liberationem.

p Tecum] sicut nobiscum.

q Ita cum tuis, &c.] q. d. damus tibi potestatem vivendi nobiscum, sicut tibi placuerit, scilicet ritu tuo, vel etiam nostro.

r Cœnam magnam.] *Gloss.* Cœnam magnam expleto jejunio facit, qui animam diu languidam, & pane verbi Domini indigam, Evangelica doctrina, & dapibus virtutum reficit. Huic convivio advocantur presbyteri, ut eorum exhortationibus, & exemplis corroborentur ad fidem percipiendam, & ad conservandam Neophyti.

s Refecerant.] sc. Vel refecerunt, idest, refecti sunt. Activum pro passivo.

t Omnis populus] *Psal.* Ecce quam bonum, & quam jucundum, &c. *Ps.* 132.

u Intra Ecclesiam oraverunt] Domus mea, domus orationis est, &c. *Isa.* 56. & *Math.* 21.

x Auxilium a Deo] Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, *Jer.* 17.

E X P O S I T I O

C A P. VII.

HOlofernes autem, &c. *y* Contra Bethuliam] scil. Ecclesiam, quæ est domus Dei.

z Quos occupaverat] scilic. qui se ei reddiderant, & sequebantur eum.

a Per crepidinem] idest per marginem. Et dicitur a crepon, quod est dubium.

b Ad apicem,] idest, cacumen.

c Super capita] *Gloss.* Memoriam fragilitatis habentes. Unde: Memento, quia cinis es, & in cinerem reverteris. *Gen.* 3.

d Arma] virtutum studia.

e Circuit] quærens, quem devoret, 1. *Petr.* 5.

f Aquæductum] hæc est aqua saliens in vitam æternam. *Joann.* 4. Cujus aquæductus inciditur, cum os prædicantis a Diabolo per peccatum elauditur. Unde *Genes.* 26. legitur, quod Allophyli tres puteos, quos foderant servi Abrahæ, obstruxerunt. Et *Actorum* 4. denunciaverunt Apostolis, ut non prædicarent in nomine Christi. Et 1. *Regum* 13. legitur, quod faber ferrarius non erat in Israel. Fons ergo est doctrina, vel prædicatio. Aquæductus est os prædicatoris: Civitas Ecclesia.

a Diri-

a Dirigeret,] scilicet rivulos suos: Vel sic, directe iret.

b Fontes, ex quibus, &c.] *Gloss.* dogmata Philosophorum, quæ scientiæ, & honestatis aliquod conferunt solatium.

c Videbantur] Assyri videbant illos de Bethalia haurire aquam de fontibus illis.

d Sed montes defendunt illos, &c.] Duo montes defendunt filios Israel, scilicet mons sanctæ conversationis, & mons, sive eminentia puræ contemplationis.

e Colles in, &c.] exempla sunt Sanctorum, quæ eis proponuntur imitanda.

C

f Judicet Deus] hoc dicebant, quia volebant se tradere Holoferni, sed Ozias dissuaserat eis. Simile dixerunt filii Israel Moysi, & Aaron. *Exod.* 5.

g Nolens loqui pacifice cum, &c.] Sic planum est; aliqui habent volentes, aliqui nolentes, quia quidam propter exhortationem Oziæ voluerunt acquiescere Holoferni, quidam vero nolebant.

h Vendidit nos Deus, &c.] idest, ex toto quasi venditos exposuit.

i Melius, &c.] Multoties, idem dixerunt filii Israel Moysi, cupientes redire in Ægyptum ad ollas carnium, & hujusmodi.

D

k Contestamur] idest, adjuramus per Creatorem, & creaturam ejus. Et loquitur populus ad seniores.

l Qui ulciscitur nos, &c.] idest ultionem de nobis sumit, juxta meritum peccatorum nostrorum.

m Utinam] idest modo, statim.

n In ore] idest devoratione.

o In Ecclesia] idest in congregatione.

p Peccavimus] in nosipsos. Ecce quod dicit *Isai.* 28 Sola vexatio tantummodo intellectum dabit auditui. Et tunc verum est, quod dicit Salomon in *Proverb.* 18. Justus prior est accusator sui. (*Judi. 5.*)

A

q Cum patribus nostris,] idest sicut patres nostri.

r Injuste egimus,] in proximos.

s Iniquitatem fecimus.] in Deum.

t In tuo flagello] non eorum, idest, ista afflictio tua, sit satisfactio pro peccatis nostris.

u Faciemus hæc verba,] In hoc peccavit Ozias: Debuisset enim dixisse; Nisi habuerimus auxilium, tunc habebimus consilium, & faciemus, quod Deus voluerit.

a dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum. Erant tamen non longe a muris *b* fontes, ex quibus furtim *c* videbantur haurire aquam ad refocillandum potius, quam ad potandum. Sed filii Ammon, & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes: Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed *d* montes defendunt illos, & muniunt illos *e* colles in præcipitio constituti. Ut ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, ut non hauriant ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certe fatigati, tradent civitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram omnibus satellitibus ejus, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. Cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus inhabitantibus Bethuliam, ita ut non esset intra civitatem, unde satiarentur, vel una die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. Tunc ad Oziam congregati omnes viri, feminæque, juvenes, & parvuli simul omnes una voce dixerunt: *f* Judicet Deus inter nos, & te, quoniam fecisti in nos mala, *g* nolens loqui pacifice cum Assyriis, & propter hoc *h* vendidit nos Deus in manibus eorum; & ideo non est, qui adjuvet cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna. Et nunc congregate universos, qui in civitate sunt, ut sponte nos tradamus omnes populo Holofernis: *i* Melius est enim, ut captivi benedicamus Dominum viventes, quam moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum videamus uxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros. *k* Contestamur hodie cœlum, & terram, & Deum patrum nostrorum, *l* qui ulciscitur nos secundum peccata nostra, ut *m* jam tradatis civitatem in manu militiæ Holofernis, & sit finis noster brevis in *n* ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis. Et cum hæc dixissent, factus est fletus, & ululatus magnus in *o* Ecclesia ab omnibus, & per multas horas una voce clamaverunt ad Deum, dicentes: *p* Peccavimus cum *q* patribus nostris, *r* injuste egimus, *s* iniquitatem fecimus. Tu, quia pius es, miserere nostri, & in *t* tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te, ut non dicant inter gentes: ubi est Deus eorum? Et cum fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias infusus lacrymis, dixit: Æquo animo estote, fratres, & hos quinque dies expectemus a Domino misericordiam: Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque diebus non venerit adjutorium, *u* faciemus hæc verba, quæ locuti estis.

EXPOSITIO CAP. VIII.

ET *x* factum est, cum audisset hæc verba Judith vidua, quæ, &c.] Judith significat Ecclesiam, & interpretatur confitens, vel glorificans. Et per has interpretationes duas notantur duo status Ecclesiæ. Per confitentem, status pœnitentiæ: per glorificantem, status innocentium. Omnes enim, (*Thren.* 4.) qui sunt in Ecclesia merito, sunt pœnitentes, aut innocentes.

y Filia Merari,] idest, amaritudinis. Per amaritudinem enim tribulationum, quas sustinuit Ecclesia in præsenti, ad futuræ vitæ gaudia generatur. Maria enim genuit Jesum. Unde *Ruth.* 2. Nolite me vocare Noemi, idest pulchram, sed mara, quia amaritudine replevit me omnipotens, *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et computatur hic generatio Judith, in qua quindecim personæ nominantur, per quas intelliguntur quindecim Psalmi, qui vocantur numerus graduum, quod secundum Hebdoadem legis, & Ogdoadem Evangelii, (*Ps.* 119.) quasi quibusdam gradibus est Ecclesia ad cœlestem gloriam ascensura. Unde in fine illorum quindecim Psalmorum proprietates confessionis, quæ per nominum interpretationes hic positorum congrue colliguntur. Confessio enim debet esse amara, ecce Merari: voluntaria, ecce Idox: frequens, ecce Joseph: firma, sive fortis, ecce Ozias: accusatoria, ecce Elai: detestans, ecce Jamnor: humilis, ecce Gedeon: distincta, ecce Raphaim: devota, ecce Achitob: integra, ecce Melchias: aperta, ecce Enan, verecunda, ecce Nathanias: recta, ecce Salathiel: obediens, ecce Simeon: sperans, ecce Ruben. Has proprietates confessionis tangit *Is.* 23. ubi dicit: Sume tibi citharam, circui civitatem, meretrix oblivioni tradita: Bene cane frequenta canticum, ut memoria tui sit.

z Merari,] interpretatur amaritudo. *a* Idox,] dilectus voluntarie.

CAP. VIII.

ET *x* factum est, cum audisset hæc verba Judith vidua, quæ erat *y* filia *z* Merari, filii *a* Idox, filii *b* Joseph, filii *c* Oziæ, filii *d* Elai, filii *e* Jamnor, filii *f* Gedeon, filii *g* Raphaim, filii *h* Achitob, filii *i* Melchiæ, filii *k* Enan, filii *l* Nathaniæ.

b Joseph,] augmentum. *c* Oziæ,] fortitudo.
d Elai,] maledictus. *e* Jamnor,] dextera iracundiæ.
f Gedeon,] tentatio humilitatis. *g* Raphaim,] medicina doloris. *h* Achitob,] fratris mei bonitas.
i Melchias,] regnum Domini.
k Enan,] oculi eorum. *l* Nathanias,] donatio.

a Sala-

filii *a* Salathiel, filii *b* Simeon, filii *c* Ruben: Et vir ejus fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis *d* hordeaceæ. *e* Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus *f* super caput ejus, & mortuus est in Bethulia civitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem Judith relicta ejus vidua, jam annis tribus, & mensibus sex. Et in *g* superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: Et habens super lumbos suos ciliciom, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ, *h* præter sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis: Cui vir suus reliquerat divitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones, armentis boum, & gregibus ovium plenas. Et erat hæc in *i* omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat, qui loqueretur de illa *k* verbum malum. Hæc itaque cum audisset, quoniam Ozias promisisset, quod transacto quinto die traderet civitatem, misit ad presbyteros *l* Chabri, & Charmi: Et venerunt ad illam. Et dixit illis: Quod est *m* hoc verbum, io quo consensit Ozias, ut tradat civitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adjutorium? Et qui estis vos, qui *n* tentatis Dominum? Non est iste sermo, qui misericordiam provocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & † in arbitrium vestrum diem constituistis ei? Sed quia patiens est Dominus, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam ejus fusis *o* lacrymis postulemus. Non enim *p* quasi homo Deus sic comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam *q* inflammabitur; Et ideo *r* humiliemus illi *f* animas nostras, & in spiritu † constituti humiliato servientes illi, dicamus flentes Domino, ut secundum voluntatem *t* suam sic faciat nobiscum misericordiam suam, ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam *u* non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adoraveruot Deos alienos, pro *x* scelere, quo dati sunt in *y* gladium, & in *z* rapinam, & in *a* confusionem inimicis suis: Nos autem *b* alterum Deum nescimus præter ipsum; *c* Expectemus humiles consolationem ejus, & *d* exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, & humiliabit omnes gentes, quæcumque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster. Et *e* nunc, fratres, quoniam vos, qui estis *f* presbyteri in populo Dei, & ex *g* vobis pendet anima illorum, ad *h* eloquium vestrum, corda eorum erigite, ut memores sint, quia *i* tentati sunt patres nostri, ut probarentur, si vere colerent Deum suum. Memores esse debent, quomodo pater noster Abra-

a Salathiel,] petitio mea, vel petens Deum.
b Simeon,] audiens mœrorem.
c Ruben,] filius visionis.
d Hordeaceæ,] sive hordeiceæ.
e Instabat enim] ostendit quando, & quomodo mortuus est Manasses vir Judith.
f Super caput] Simile de filio Sunamitis, 4. *Reg.* 4.
g In superioribus] ut secretior esset, & difficilior haberetur accessus ad eam.
h Præter sabbata,] Argumentum, quod in magnis festis non est jejunandum.
i In omnibus famosissima,] *Glos.* In timore Domini. Unde: Mulier timens Dominum laudabitur, & laudent eam in portis opera ejus. *Prov. ult.*
k Verbum malum.] quia ab omni specie mali se abstinuit, ut docet Paulus 1. ad *Thess.* 5.
l Chabri, & Charmi:] Hi duo presbyteri magnæ auctoritatis erant, & propter hoc potius misit ad eos.
m Hoc verbum,] i. res digna verbo.
n Qui tentatis Dominum?] quia terminum misericordiæ ejus imponebant. *Gl.* Cum afflicti sumus, nec tempus, nec modum Domino præscribere debemus, sed magis arbitrio ejus cuncta relinquamus. Unde quidam Patrum in oratione dixisse legitur: Fili Dei, fili Dei, sicut scis, & sicut vis, miserere mei. Regnum tantum Dei quærere debemus, & cetera adjicientur. Præsens vita sit fidelibus in usu, futura in fructu: Sit res temporalis in itinere, æterna desideretur in perventione. Oculi mei semper ad Dominum, &c.
o Lacrymis postulemus.] quæ pondera vocis habent, quæ impetrant, non supplicant: Ita est io *Glos.*
p Quasi homo Deus sic comminabitur,] Homo cum minatur alicui, persistit in comminatione, & mavult se ulcisci, quam parcere: Dominus e converso, magis vult parcere, quam ulcisci. Unde *Jer.* 18. Repente loquar adversus gentem, & adversus regnum, ut eradicem, & destruam illud: Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod locutus sum, ut facerem ei, & subito loquar de gente, & regno, ut ædificem, & plantem illud. Contrarium videtur *Num.* 23. ubi dixit Balaam: Non est Deus, ut filii hominum, ut mutetur: Dixit ergo, & non faciet; locutus est, & non implebit? q.d. imo sic: Et ita videtur, quod persistat in comminatione sua, quod est contra prædicta. Item 1. *Reg.* 15. Porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. Neque enim homo est, ut agat pœnitentiam. Sol. Deus non mutat consilium, quod ab æterno prævidit, sed sententiam, idest, quod videbatur facturus, secundum merita hominum.
q Inflammabitur:] idest, non turbabitur ita, sicut homines iracundi turbantur, Deus enim sine turbatione punit. Unde *Sap.* 12. Tu autem Dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia disponis nos.
r Humiliemus] *Luca* 18. Qui se humiliat exaltabitur.
f Animas] non tantum corpora, vel vestimenta. *Ps.* 50. Cor contritum, & humiliatum. *Dan.* 3. In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur a te, Domine.
t Suam] non nostram. *Matth.* 6. Fiat voluntas tua.
u Non sumus, &c.] Videtur falsum, & contrarium prædictis. Supra enim dictum est: Peccavimus cum patribus nostris, *supra* 7. Solut. Sensus est: Licet peccaverimus, tamen in hoc sumus secuti patres nostros, ut derelinqueremus Deū nostrum sicut ipsi.
x Pro scelere,] idest, pro quo scelere.
y In gladium,] occisionis.
z In rapinam,] captivitatis.
a In confusionem] impropertiorum.
b Alterum] *Is.* 45. Ego sum Deus, & non est alius.
c Expectemus] *Glos.* longanimiter. Unde: expecta Dominum, viriliter age, &c.
d Exquiret] vindicando.
e Et nunc, fratres,] *Glos.* Omnium nostrum unus est pater in cœlis. Unde: Patrem nolite vobis vocare super terram. *Matth.* 23.
f Presbyteri] *Glos.* Qui redditis rationem de ovibus.
g Ex vobis dependet anima illorum] *Proverb.* 5. Fili, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, captus propriis sermonibus; fac ergo, quod dico, fili mi, temetipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui, discurre, festina, suscita amicum tuum, 2. *Timoth.* 4. Argue, increpa, obsecra. *Ezechielis tertio*. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, & vivat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.
h Ad eloquium vestrum,] *Glos.* idest, exhortationem, & consolationem.
i Tentati sunt patres nostri,] *Gl.* a Deo. Unde: Tentavit Deus Abraham, *Gen.* 22. Sed contra, *Jacob* 1. Nemo cum

eum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Sol. Deus tentat ad probationem; caro, mundus, diabolus, ad subversionem.

a Effectus est:] plus quam prius,

b Illi autem, &c.] sicut exemplo bonorum admonet, ita exemplo malorum exterret.

c Impatientiam suam,] sicut filii Israel in deserto, *Num.* 16.

d Ab exterminatore,] ut dicitur 1. *Cor.* 10.

e A serpentibus] *Nu.* 21. *f* Et nos ergo, &c.] i. non retorqueamus ultionem in Deum, quod fieret, si civitas redderetur expletis quinque diebus, ut dixerat Ozias.

1. Cor. 10. Num. 21.

g Minora] quam meremur. *Gloss.* Hæc est via veritatis, ut in flagellis animas nostras humiliemus, & patientiam habere studeamus. *h* Et non ad perditionem] Deus enim non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat, *Ezech.* 18. *i* Disposui,] Omnia fac cum consilio, *Eccles.* 32.

D

k Probate, &c.] i. sicut probatis, & approbatis verba mea, ita probate, si laudabile sit, quod facere volo. Sed quomodo possent hoc probare, nisi ipsa revelasset eis propositum suum? Quod non videtur per hoc, quod sequitur: Vos autem nolo, ut scrutemini actum meum. Sol. Potest dici, quod Judith eis aliquid de proposito suo revelaverit, sed non totum. Dixerat enim eis, quod volebat vindicare se de hostibus, sed qualiter hoc vellet facere, non dixerat. Vel potest dici, quod totum revelaverit. Et quod dicit postea: Nolo ut scrutemini, intelligitur, i. nolo, ut mittatis post me aliquos, qui videant factum meum, sed tantum expectate me ad portam. *l* Stabitis vos ad portam] *Gloss.* Judith, i. Ecclesia commendat presbyteris portam, idest, sollicitudinem castrorum Dei, ut pervigili, & solerti cura hostium insidiis semper parati assistant, & orationibus muniant. Hoc est, quod dicitur 1. *Pet.* 3. Parati reddere rationem, &c. *m* Dominus sit] dux, & adjutor.

n Revertentes] in domos suas.

ham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus *a* effectus est: Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. Illi *b* autem, qui tentationes suas non susceperunt cum timore Domini, & *c* impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Deum protulerunt, exterminati sunt ab *d* exterminatore, & *e* a serpentibus perierunt. Et *f* nos ergo non ulciscamur nos pro his, quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa *g* minora esse supplicia, flagella Domini, quibus quasi servi corripimur, ad emendationem, & *h* non ad perditionem nostram evenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis Dominum, quoniam mulier sancta es, & timens Deum. Et dixit illis Judith: Sicut quod loqui potui, Dei esse cognoscitis, ita quod facere *i* disposui, *k* probate si ex Deo est, & orate, ut firmum faciat Deus consilium meum. *l* Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea, & orate, ut sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israel. Vos autem nolo, ut scrutemini actum meum, & usque dum renunciem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

Et dixit ad eam Ozias Princeps Judæ: Vade in pace, & Dominus sit *m* tecum in ultionem inimicorum nostrorum. Et *n* revertentes abierunt.

CAP. IX.

Quibus *o* abscedentibus, Judith ingressa est oratorium suum, & *p* induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, *q* clamavit ad Dominum, dicens: Domine Deus patris mei *r* Simeon, qui dedisti illi gladium in *s* defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudaverunt femur *t* virginis in confusionem, & dedisti mulieres eorum in prædam, & filias eorum in captivitatem, & omnem prædam in divisionem *u* servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum, subveni, quæso te, Domine Deus meus, mihi viduæ. Tu enim *x* fecisti priora, & *y* illa post illa cogitasti, & hoc factum est, quod ipse voluisti. Omnes enim viæ tuæ *z* paratæ sunt, & tua judicia in providentia tua posuisti. *a* Respice contra castra Assyriorum nunc, *b* sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum: sed *c* aspexisti super castra eorum, & tenebræ *d* fatigaverunt eos:

EXPOSITIO CAP. IX.

Quibus *o* abscedentibus] *Gloss.* Postquam ad presbyteros locuta est, oratorium ingreditur, quia sollicitudo Sanctorum post prædicationis obsequium redit ad cordis sui secretum, ut ibi expleat puræ ascensionis incensum, secundum illud: Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, &c. *Matth.* 6.

p Induens se cilicio,] *Sup.* 8. dicitur de Judith: Habens cilicium super lumbos suos: Quomodo ergo dicitur hic: Induens se cilicio? Sol. Deposuerat illud, quousque locuta fuisset cum Sacerdotibus, & Ozia, ne illi viderent, & postea reinduit. Vel forte modo arctius sibi astrinxit; & ideo hic dicitur se induisse cilicio. *q* Clamavit] *Gl.* per humilitatis affectum sperans exaudiri. *r* Simeon,] *Gl.* filii Jacob. Secundum hoc videtur, quod Judith fuit de Tribu Simeon. Sed *sup.* 8. dictum est, quod fuit de tribu Ruben. Sol. Potest dici, quod ipsa fuit de Tribu Ruben ex patre, & de tribu Simeon ex matre. Ita dicit *Magist. in histor.* Vel ideo dicitur hic, patris mei, non quia de illo descenderit, sed quia Simeon Patriarcha fuit, & Patriarchas consuevimus appellare patres. Hanc solutionem innuit *Int.* quæ dicit [Patri] Patriarchæ. *s* In defensionem] i. in ultionem Sicut in principio libri dixit Nabuchodonosor, quod defenderet se, i. impugnaret, vel devinceret. Vel ideo dixit, in defensionem, quia filii Jacob parati erant se defendere, si Sichimitæ eos impugnarent. Sed quid est, quod factum reprehensibile adducitur in exemplum? Item, quomodo Judith, quæ sancta fuit, laudat, quod Jacob Patriarcha reprehendit, ut legitur *Gen.* 34. & 49. ubi dicit Jacob: Turbastis me. Et vocat eos vasa iniquitatis. Sol. In facto illo aliquid fuit commendabile, sc. ultio, non autem passio, qua puniti fuerunt Sichimitæ, qui corruperunt Dinam. Et quoad id adducitur in exemplum. Item sicut Emor interemptus fuit in ultionem stupri, ita Holofernes pro affectu illicito. Affectavit enim coire cum Judith. Et hoc dicit *Rab. in Gl.* Item alia ratio est, quia sicut mirabile fuit, quod per manus Simeon tot fortes prostrati sunt, ita mirabile fuit, quod Judith mulier tale opus aggressa est, & perfecit. *t* Virginis] Dinæ scil. *u* Servis tuis,] i. filiis Jacob. *x* Fecisti priora,] q. d. antiquissima fecisti, & media, & novissima. *y* Et illa post illa cogitasti,] i. omnia, unum scil. post aliud ordinare disposuisti. *Sap.* 11 Omnia fecit Deus in pondere, numero, & mensura.

Gen. 34.

A

B

Exod. 14.

z Paratæ sunt,] q. d. promptum est tibi facere, quod volueris. Simile *Sap.* 12. Tibi soli subest, cum volueris posse.

a Respice contra castra Assyriorum] *Gl.* Sicut luxuriosis luxuriosos comparavit, ita nunc superbis superbos Assyrios, scil. Ægyptiis, quia sicut potentia Dei manifesta est in illis, ita manifestari potest in his subversis, quia idem Dominus, eadem potentia, eadem justitia. *b* Sicut tunc castra &c.] Hic tangit, quod legitur *Exod.* 14. Jam venerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum, per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum. *c* Sed aspexisti super castra eorum,] *Gloss.* Vultus Domini super facientes mala. *d* Fatigaverunt eos:] idest, desistere a persecutione

Ps. 33.

Hebræorum

Hebræorum quasi fatigatos fecerunt.
a Tenuit] *Gloss.* ut evadere non possent.
b Abyssus,] *Gloss.* idest profunditates.
c Aquæ] maris.
d Sic fiant] idest puniantur.
e Isti,] similes illis.
f In contis,] idest, baculis, quibus utebantur in præliis. Quidam tamen habent scuta.
g Congeris] idest, congeri permittis.
h Brachium] idest, potentiam tuam, quam videris dimisisse.
i Promittunt] idest jactant.
k Fac, Domine,] *Gloss.* Non hoc dicit delectatione pœnæ, sed amore justitiæ, sicut Prophetæ, qui quod in spiritu justo judicio vident futurum, in eodem spiritu prædicant faciendum. Imo per eos prædicit, qui per eos revelat, atque facit, quale est illud: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, &c. Percutiat te Deus paries dealbate. *Act.* 23.
l Laqueo] per portam oculorum intrat affectus concupiscentiarum. Unde: Qui viderit mulierem ad concupiscendam, &c. *Matth.* 5. *Jerem.* 9. Mors intravit per fenestras.
m Ex labiis] idest, dulcia videantur ei verba mea, ita quod illis capiatur, & me diligat, & chara sim ei. Sed nunquid Judith optabat Holoferni illicitum amorem in se? Respondeo: Non, sed amorem, & pœnam, non libidine vindictæ, sed amore justitiæ, ut dicit *Rab.*

C

al. † contritus.

Psal. 68.

al. † contemnam illum, & in virtute tua evertam.

D

al. † quod.

a Tenuit pedes eorum *b* abyssus, & *c* aquæ operuerunt eos. Sic *d* fiant & *e* isti, Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in *f* contis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, & nesciunt, quia tu ipse es Deus noster, qui † *g* congeris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. Erige *h* brachium tuum, sicut ab initio, & allide virtutem eorum in virtute tua: Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui *i* promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & dejicere gladio suo cornu altaris tui. *k* Fac, Domine, ut gladio proprio ejus superbia amputetur: Capiatur *l* laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex *m* labiis charitatis meæ. Da mihi in animo constantiam, ut † contemnam illum, & virtutem, ut evertam illum. Erit enim hoc memoriale nominis tui † cum *n* manus feminæ dejecerit *o* eum. *p* Non enim in multitudine est virtus tua, Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est: Nec *q* superbi ab initio placuerunt tibi, sed *r* humilium, & mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Deus cœlorum, creator *s* aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi *t* miseram deprecantem, & de tua misericordia *u* præsumentem. Memento, Domine, *x* testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in *y* corde meo consilium corrobora, ut *z* domus tua in sanctificatione tua permaneat, & omnes gentes *a* agnoscant, quoniam tu *b* es Deus, & non est alius præter te.

n Manus feminæ] idest fragilis sexus. *o* Eum.] superbum. Qui se humiliat exaltabitur, &c. *Luc.* 18.
p Non enim in multitudine, &c.] in qua confidit Holofernes, 1. *Mach.* 3. Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei liberare, in multis, & in paucis, quia non in multitudine exercitus belli, sed de cœlo fortitudo est.
q Nec superbi ab initio placuerunt tibi,] sicut diabolus, & primus homo, qui ceciderunt per superbiam, unus de cœlo, alter de Paradiso. *Eccl.* 10. Initium superbiæ hominis, apostatare a Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus.
r Sed humilium,] *Eccl.* 10. Sedes superborum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis. Item B. Virgo: Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.

Luc. 1.

s Aquarum,] *Gloss.* idest populorum. *Apoc.* 18. Aquæ, quas vidisti, super quas meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ. Vel aquarum, *ad litteram.*
t Me miseram] idest afflictam.
u Præsumentem.] idest confidentem.
x Testamenti] *Gloss.* promissionis, qui promittis te esse cum fidelibus tuis. *Matth. ult.* Vobiscum sum omnibus diebus.
y In corde meo] ex quo procedunt verba. *Matth.* 12. Ex abundantia cordis os loquitur.
z Domus] quam ille vult lædere.
a Agnoscant,] audito miraculo.
b Tu es Deus] solus, *Marc.* 10.

EXPOSITIO CAP. X.

FActum, &c. *c* cessasset] Judith scil. *d* Abram] idest ancillam suam. Vel est proprium nomen ancillæ.

CAP. X.

FActum est autem, cum *c* cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo jacuerat prostrata ad Dominum: Vocavitque *d* Abram suam, & *e* descendens in domum suam, abstulit a se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ: Et *f* lavit *g* corpus suum, & *h* unxit se *i* myro optimo, & *k* discriminavit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se *l* vestimentis jucunditatis suæ: Induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque *m* dextraliola, & *n* lilia, & *o* inaures, & *p* annulos, & *q* omnibus ornamentis suis ornavit se. Cui etiam *r* Dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio, non ex *s* libidine, sed ex virtute pendebat: Et ideo Dominus hanc † in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore *t* omnium oculis appareret. Imposuit itaque Abræ suæ *u* ascoperam vini, & vas olei, & † *x* po-

e Descendens] de altiori cubiculo in domum suam inferiorem, vel de oratorio in domum.
f Lavit] *Gloss.* lacrymis pœnitentiæ.
g Corpus] *Gloss.* opera carnis.
h Unxit se] *Gloss.* ut occideret vermes, qui non moriuntur, de quibus habes *Isa. ult.*
i Myro] *Gloss.* carnis mortificatione, virtutum odore. Myrrha enim & amara, & odorifera est. Aliqui libri habent, myrrho optimo. Et est myrrhum unguentum optimum de myrrha optima factum odoriferum. Myrrha est odorifera. Unde *Proverbior.* 7. Aspersi cubile meum myrrha, & aloe. *Eccles.* 24. Sicut myrrha electa dedi suavitatem odoris.
k Discriminavit] *Gloss.* idest distinxit solerti discretione cogitationes singulas mentis.
l Vestimentis] bonis operibus, *Apoc.* 16. Beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. *Ecclesiast.* 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida, & oleum de capite tuo non deficiat.
m Dextraliola,] *Gl.* Spem futurorum bonorum, quæ dabuntur Sanctis in dextera parte collocandis. *Matth.* 25.

A

Eccl. 36.

Isa. 16.

al. † illi.

B

al. † pulmentum.

n Lilia,] castitatis. Aliqui libri habent, dextraliola lilia, idest ornamenta brachiorum liliis inserta. Vel forte flores liliorum portavit in manu. Quidam habent dextralia, & lilia. Et lilia sunt ornamenta per se, facta ad similitudinem liliorum, quæ ornamenta a capite dependebant.
o Inaures,] *Gloss.* devotiones obedientiæ.
p Annulos,] *Gloss.* signaculum fidei, de quo annulo suo subarrhavit me.
q Omnibus] virtutum ceterarum.
r Dominus] a quo omne bonum. *Jacob* 1. Omne datum optimum, &c.
s Ex libidine,] *Gloss.* præsentis vitæ.
t Omnium oculis appareret.] *Gloss.* Quia justum est, ut qui Dei fervet amore, omnibus habeatur dignus honore. Unde: Astitit regina a dextris tuis, &c. De beato Sebastiano legitur: Necessarium erat, ut quem Deus perfuderat tanta gratia, ab omnibus amaretur.
u Ascoperam] nomen est mensuræ.
x Polentam,] Cibus est, qui fit de subtilissima farina. *Josue* 5. Aliquando tamen aliter accipitur, scil. pro granis spicarum manibus confricatis.

Psal. 44.

Mystice. Per ascoperam vini intellige mentis lætitiam, vel mordaceam prædicationis reprehensionem. Per vas olei opera misericordiæ, vel compassionem. Unde *Luc.* 10. Samaritanus sauciati vulneribus infudit vinum, & oleum. Per polentam, Passionis Dominicæ recordationem. Per lapates, qui est cibus, qui fit de herbis viridibus, virorem fidei,

Mystice.

fidei; per panem, spem, quæ confirmat cor hominis sicut anchora navis; per caseum, pinguedinem charitatis. Hæc omnia debet portare secum, qui exit ad diabolum occidendum, in se, vel in cordibus peccatorum.

a Stupentes] super pulchritudine Judith.

b Qui illic] idest, ad portam cum Ozia.

c Montem] idest, de monte, in quo erat civitas.

d Unde venis,] Similem quæstionem fecit Angelus Agar ancillæ Sarai. Unde venis, aut quo vadis? (*Gen. 16.*)

e Quod dentur] vel debeantur. Et supple, secundum exigentiam meritorum eorum, & inertiam eorum, nisi Deus eos liberaret.

C

f Ita ut non cadat, &c.] In omnibus his verbis excusatur Judith a mendacio, familiari consilio Spiritus sancti, quo loquebatur.

g Pulchritudinem] *Gl.* sinceritatem religionis.

h In suis] idest oculi sui, scilicet Holofernis ceperunt eum, juxta illud *Thren.* 3. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ. Item *Jerem.* 9. Mors intravit per fenestras. *Eccles.* 42. Omni homini noli intendere in speciem, & in medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri.

r Quis contemnet] idest, contemptibilem dicit.

k In conopeo,] *Gloss.* rete muscarum. Et nota: Holofernes interpretatur infirmitas discessionis, & significat divites hujus mundi. Conopæus est sollicitudo sæcularis, in qua sedent divites. *Job* 8. Sicut tela aranearum fiducia ejus. Innitetur super domum suam, & non stabit. Item *Job* 18. Immisit in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat. Tenebitur planta ejus laqueo, & exardescet contra eum sitis.

D

l Ex purpura,] quia conopœum, idest papilio, erat factum ex serico ad modum reticuli, propter muscas, & culices expellendos. Et dicitur conopœum, a Conopo oppido Ægypti, ubi inventum fuit. Vel a cono, quia a lato ascendit in acutum, ut papilio.

m Adoravit] Ipsa Judith. *Gloss.* Non perturbatione timoris, sed observatione ordinis, unde 1. *Petr.* 2. Estote in omni timore Domini, Deum timere, Regem honorificate. Et *Rom.* 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Unde Elias regem impium adorasse legitur 3. *Reg.* 18.

lentam, & palathas, & panes & caseum, & profecta est. Cumque venissent ad portas civitatis, invenerunt expectantem Oziam, & presbyteros civitatis. Qui cum vidissent eam, *a* stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem ejus. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, & glorietur super te Jerusalem, & sit nomen tuum in numero Sanctorum, & Justorum. Et dixerunt hi *b*, qui illic erant, omnes una voce: Fiat, fiat. Judith vero orans Dominum, transivit per portas ipsa, & Abra ejus. Factum est autem, cum descenderet *c* montem circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes: *d* Unde venis, aut quo vadis? Quæ respondit: Filia sum Hebræorum: Ideoque fugi a facie eorum, quoniam futurum agnovi, quod *e* dentur vobis in deprædationem, pro eo quod contemnentes vos noluerunt ultro tradere seipsos, ut invenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac de causa cogitavi mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indicem illi secreta illorum, & ostendam illi, quo aditu possit obtinere eos, *f* ita ut non cadat unus vir de exercitu ejus. Et cum audissent viri illi verba ejus, considerabant faciem ejus, & erat in oculis eorum stupor, quoniam mirabantur *g* pulchritudinem ejus nimis. Et dixerunt ad eam: Conservasti animam tuam, eo quod tale reperisti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum. Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspectu ejus, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde ejus. Duxeruntque illam ad tabernaculum Holofernis, annunciantes eam. Cumque intrasset ante faciem ejus, statim captus est in *h* suis oculis Holofernes. Dixeruntque ad eum satellites ejus: *i* Quis † contemnet populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his merito pugnare contra eos debeamus? Videns itaque Judith Holofernem sedentem in *k* conopeo, quod erat ex *l* purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum, & cum in faciem ejus intendisset, *m* adoravit *n* eum, prosternens se super terram. Et *o* levaverunt illam servi Holofernis, jubente domino suo,

(al. † non contemnat)

CAP. XI.

TUnc Holofernes dixit ei: Æquo animo esto, & noli pavere in corde tuo, quoniam ego nunquam nocui viro, *p* qui voluit servire, Nabuchodonosor Regi. Populus autem tuus si *q* non contempsisset me, non levassem lanceam meam super illum. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi, ut venisses ad nos? Et dixit illi Judith: *r* Sume verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ *s* perfectam rem faciet Dominus tecum. *t* Vivit enim Nabuchodonosor Rex terræ, & vivit virtus ejus, quæ est in te, ad correptionem omnium animarum errantium, quoniam non solum homines serviunt illi per te, *u* sed & bestiæ agri obtemperant illi. Nunciatur enim industria animi tui

n Eum,] idest Holofernem.

o Et levaverunt illam servi Holofernis,] quia etiam mali, qui mundo serviunt, aliquando honorant Ecclesiam, & exaltant. Unde *Isai.* 60. Ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi. Et *infra* Venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te civitatem Sion Domini sancti Israel.

EXPOSITIO CAP. XI.

TUnc Holofernes, &c.]

p Qui voluit servire] Sic mundus nunquam, vel raro nocet servientibus Diabolo. Unde *Jerem.* 9. Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt, dicit Dominus. Super hoc autem miratur *Jerem.* 12. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt? Respondet Dominus, *Joan.* 15. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret: Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

A

q Si non contempsisset] Sic diabolus non tentat nisi illos, qui eum contemnunt.

r Sume] idest accepta habe.

s Perfectam rem, &c.] Simile dixit Aioth, Eglon, *Judic.* 3. Nec Judith est mentita, quia prophetice locuta est, ut intelligatur, quod populus gentilis, sive Ecclesia de gentibus expulsura erat Judæos. Et ita excusatur hic in multis locis a mendacio ipsa Judith, per modum loquendi prophetice, vel mystice, licet audiens aliter intelligat. Sicut Jacob excusatur a mendacio, & multi alii. Unde *Gloss.* Apud Holofernem Judith de adventu suo, & Judæorum casu futuro loquitur, non adulatorie mentiendo, sed futura prophetice prædicando.

t Vivit enim Nabuchodonosor Rex terræ,] Species juramenti est. Simile *Genesi quadragesimo secundo* dixit Joseph: Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, &c. Nec peccaverunt sic jurando, quia ad Deum referebant juramentum, qui hanc potestatem dederat regibus. *u* Sed & bestiæ agri] quasi dicat, non solum mites obtemperabunt tibi, sed etiam feroces.

universis gentibus, & indicatum est omni sæculo, quoniam tu solus bonus, & potens es in omni regno ejus, & disciplina tua omnibus provinciis prædicatur. Nec hoc latet, quod locutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei jusseris evenire. Constat enim Dominum Deum nostrum sic peccatis offensum, ut mandaverit per Prophetas suos ad populum, quod *a* tradat eum pro peccatis suis. Et *b* quoniam sciunt se *c* offendisse Deum suum filii Israel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam *d* fames invasit eos, & ab ariditare aquæ jam inter mortuos computantur. Denique hoc ordinant, ut interficiant pecora sua, & *e* bibant sanguinem eorum, & sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitaverunt impendere, & volunt consumere, *f* quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt, certum est, quod in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus, hæc ipsa nunciare tibi. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te, & *g* exiet *h* ancilla tua, & orabo Deum, ut dicat mihi quando eis reddet *i* peccatum suum, & veniens nunciabo tibi, ita ut ego adducam te per mediam Jerusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oves quibus non est pastor, & non latrabit vel unus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt *k* per providentiam Dei. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nunciare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris ejus, & mirabantur ad sapientiam ejus, & dicebant alter ad alterum. Non est talis mulier super terram, in *l* aspectu, in *m* pulchritudine, & in *n* sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes: Benefecit Deus, qui misit te ante populum, ut des illum tu in manibus nostria. Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, *o* erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in universa terra.

C A P. XII.

TUNC jussit eam introire, ubi repositi erant thesauri ejus, & jussit illic manere eam, & constituit, quid daretur illi de *p* convivio suo. Cui respondit Judith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio. Ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Judith: Vivit anima tua, domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, *q* donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitavi. Et induxerunt illam servi ejus in tabernaculum *r* quo præceperat: Et petiit, dum introiret, ut daretur ei † copia nocte, & *f* ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Deum: Et *t* præcepit cubiculariis suis, ut sicut placeret illi, exiret, & introiret ad adorandum Deum suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & *u* baptizabat se in fonte aquæ. Et ut ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, ut dirigeret viam ejus ad liberationem populi sui. Et *x* introiens, munda manebat in tabernaculo, usque *y* dum acciperet escam suam in vespere. Et factum est in *z* quarto die, Holofernes fecit cœnam servis suis, & dixit ad *a* Vagao eunuchum suum: Vade, & suade Hebræam illam, ut sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si femina

feroces. *a* Tradat] *Gloss.* Tempore Titi, & Vespasiani. *b* Quoniam sciunt se.] Jam timent mali, nondum audent: nec sentiunt, intentati vincuntur, *Prov.*28. Fugit impius nemine persequente, justus autem quasi leo confidens absque terrore erit. *Item* 12. Non contristabit justum quicquid acciderit ei. *c* Offendisse] *Gloss.* morte Christi.
d Fames] Qui carent pane verbi Dei, & aqua sacræ doctrinæ, quasi fame, & siti morientes inter mortuos computantur, *Amos* 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem non panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.
e Bibant] *Glos.* Hoc quoque tunc factum est. Sed *Lev.* 7. hoc prohibetur.
f Quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt,] ipsi [ut dicit Judith] proposuerant de sanctificatis in usus proprios assumere, quæ non licebat manibus contingere, nisi Sacerdotibus, & in hoc dicit eos Judith peccare. Sed nonne Dominus excusat David, & Sacerdotes, qui dederunt ei panes sanctos, propter urgentem necessitatem? *Matth.*12. ergo cum isti urgerentur magna necessitate, excusabiles erant, quare ergo inducit hoc Judith quasi damnabile eis? Solutio: Isti transgrederentur, si contingerent sanctificandum cum adhuc aliud haberent, quo possent sustentari, & ob hoc inducit hoc Judith.
g Exiet] in agros de tentorio. *h* Ancilla tua] i. ego. *i* Peccatum] i. pœna pro peccato.
g Per providentiam Dei] *Glos.* idest, spiritu, sc. prophetico. Et ita patet hic per textum, & per *Glos.* quod mystice, & prophetice loquitur Judith. Vel omnia intelligi debent sub conditione, scil. nisi Deus liberaverit eos, & ita non mentitur.
l In aspectu,] faciei.
m In pulchritudine,] morum, & gestuum.
n In sensu verborum.] *Cantic.* 2. Ostende mihi faciem tuam: Ecce aspectus. Sonet vox tua in auribus meis: Ecce sensus verbotum. Facies tua decora: Ecce pulchritudo.
o Erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in universa terra.] idest, inter Deos meos adorabo.

EXPOSITIO CAP. XII.

TUnc jussit] Holofernes scil. *p* De convivio suo.] Convivium Holofernis, sunt delitiæ, & divitiæ mundi. De quo convivio non potest Judith, idest, Ecclesia manducare, potius eligens hic ad tempus lugere, ut in æternum consoletur. Unde *Joan.* 16. Amen, amen, dico vobis, quia, plorabitis, & flebitis vos; mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. *Hebr.* 11. Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Sed quidam utrumque volunt habere, & gaudium hic cum mundo, & postea gloriam cum Christo. Quibus dicit *Hier.* Nimis es delicatus miles Christi, si vis hic gaudere cum mundo, & in æternum gloriari cum Christo. *q* Donec faciat Deus] Simile, 3. *Reg.* 17. dixit Elias: Hydria farinæ, & lecythus olei non deficient usque ad diem, quo daturus est Dominus pluviam super faciem terræ.
r Quo præceperat.] Vel quo petit, scilicet, Judith. *f* Ante lucem egrediendi] Non sit vobis vanum surgere ante lucem, surgite, &c. *Ps.* 126.
t Præcepit] Holofernes. *u* Baptizabat se in fonte aquæ, &c.] i. lavabat aqua lacrymarum. Unde *Psal.* 6. Lavabo per singulas noctes lectum, &c. *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?
x Introiens, munda manebat in tabernaculo] tabernaculum Holofernis.
y Usque dum acciperet escam suam in vespere.] inclusive. *z* Quarto die, Holofernes] Sunt autem quatuor dies Judith: contritio, confessio, satisfactio, perseverantia. In hac quarta die occiditur Holofernes, quia nonnunquam cessat diabolus usque ad finem vitæ, sed tunc victus est omnino, quia non potuit dejicere, quem tentavit. *a* Vagao eunuchum suum: Vade & suade Hebræam illam, ut sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, &c.] Vagao, qui interpretatur vallis æstuans.

al. † fiducia.

a Non vereatur] *Gloss.* Quæ Vagao hortatur, ad illicitas voluptates pertinent.
b Cui Judith] Quæ Judith respondit, constantis animi ostendunt virtutes.
c Domino] *Glos.* idest, Deo. Item *Glos.* Ambigue illusorem illudit, Vagao intelligebat de Holoferne, & Judith de Deo. Et erat bonus dolus, sicut *Cantuar.* decipiebat mundum, sub serico gerens monachum, idest, sub pretioso habitu, cilicio utens.

D

d Concussum est,] idest, ardore libidinis commotum.
e Bibam,] sed de vino, quod secum tulerat.
f Bibit,] scilicet, Holofernes.

EXPOSITIO CAP. XIII.

UT autem sero] *g* Fatigati,] idest, deliciis mundi, quæ fatigant. *Eccl.* 10. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere, *Ephes.*5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et *Deut.*32. Fel draconum vinum eorum.

A

h In lecto] *Glos.* Nefandæ securitatis, qua se impune peccare confidit. Unde impius cum in profundum vitiorum venerit, contemnit. *Prov.* 19.

al † protegas.

i Stetitque] constanti animo. *k* Cum lacrymis,] intima devotione mentis. *l* Labiorum] *Gloss.* interiorum.

al. † conforta.

m In silentio,] Sic Anna legitur orasse, & vox ejus penitus non audiebatur, 1. *Regum* 1. Sic Moyses clamavit ad Dominum: *Exod.* 14. Sic Susanna, *Dan.* 13.

B

n Confirma me,] infirmam confidentem in te. *o* Deus Israel,] i. videntium te. *p* In hac hora] in qua necesse est.
q Cogitavi,] deliberatione animi.
r Columnam,] pravi cordis duritiam.
s Pugionem,] malitiam iniquæ intentionis.
t Comam] elationem superbæ mentis.

C

u In hac hora,] in qua volo interficere gloriam mundi.
x Bis] Gloriam mundi bis percutimus, quando eam corde, & opere relinquimus. *y* Caput,] *Gloss.* occasionem protervæ tentationis.
z Abstulit] ut melius crederetur ei. Est autem conopæum, rete muscarum, & significat voluptates hujus sæculi, in quibus immundi homines capiuntur. Columnæ a quibus dependet, sunt potentia, & opulentia.

irrideat virum agendo, ut immunis transeat ab eo. Tunc introivit Vagao ad Judith, & dixit: Non *a* vereatur bona puella introire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem ejus, & manducet cum eo, & bibat vinum in jucunditate. *b* Cui Judith respondit: Quæ ego sum, ut contradicam *c* domino meo? Omne, quod erit ante oculos ejus bonum, & optimum, faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. Et surrexit, & ornavit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem ejus. Cor autem Holofernis *d* concussum est, erat enim ardens in concupiscentia ejus. Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in jucunditate, quoniam invenisti gratiam coram me. Et dixit Judith: *e* Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. Et accepit, & manducavit, & bibit coram ipso, ea quæ paraverat illi ancilla ejus. Et jucundus factus est Holofernes ad illam, *f* bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

C A P. XIII.

UT autem sero factum est, festinaverunt servi illius ad hospitia sua, & concludit Vagao ostia cubiculi, & abiit. Erant autem omnes *g* fatigati a vino. Eratque Judith sola in cubiculo. Porro Holofernes jacebat in *h* lecto nimia ebrietate sopitus. Dixitque Judith puellæ suæ, ut staret foras ante cubiculum, & observaret. *i* Stetitque Judith ante lectum orans cum *k* lacrymis, & *l* labiorum motu *m* in silentio, dicens: *n* Confirma me, Domine *o* Deus Israel, & respice in *p* hac hora ad opera manuum mearum, ut sicut promisisti, Jerusalem civitatem tuam † erigas, & hoc, quod credens per te posse fieri *q* cogitavi, perficiam. Et hæc cum dixisset, accessit ad *r* columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus, & *s* pugionem ejus, qui in ea ligatus pendebat, exolvit. Cumque evaginasset illum, apprehendit *t* comam capitis ejus, & ait: † Confirma me, Domine Deus Israel in *u* hac hora, & percussit bis in *x* cervicem ejus, & abscidit *y* caput ejus. Et *z* abstulit conopæum ejus a columnis, & evolvit corpus ejus truncum. Et post pusillum exivit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & jussit, ut mitteret illud in peram suam, & exierunt duæ secundum consuetudinem suam quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem venerunt ad *a* portam civitatis. Et dixit Judith a longe *b* custodibus murorum. *c* Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Et factum est, cum audissent viri vocem ejus, vocaverunt presbyteros civitatis. Et concurrerunt ad *d* eam omnes a minimo usque ad maximum, quoniam speraverant eam jam *e* non esse venturam. Et accendentes luminaria † congyraverunt circa eam universi. *f* Illa autem ascendens in eminentiorem locum, jussit fieri *g* silentium. Cumque omnes *h* tacuissent, dixit Judith: Laudate Dominum *i* Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se, & in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam promisit domui Israel, & interfecit in manu mea hostem populi sui in *k* hac nocte. Et proferens de pera *l* caput Holofernis ostendit illi dicens: Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum. Et ecce conopæum illius in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi & per manum *m* feminæ percussit illum Dominus Deus noster. Vivit autem ipse Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc *n* euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permisit me ancillam suam Dominus coinquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me

a Ad portam] *Gl.* Introitum regni, Christi, scil. qui dicit: Ego sum ostium, per me, si quis introierit, salvabitur. *Jo:*10. Et alibi: Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. *Matth.* 11. *b* Custodibus] *Gl.* idest, doctoribus, qui verbo, & exemplo Ecclesiam muniunt, & ad vitam æternam introducunt. De quibus dicitur: Super muros tuos Jerusalem constitui, &c.
c Aperite portas,] *Gl.* idest, devotionem cordis. Unde dicitur: Qui habet aures audiendi, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis, *Apoc.* 2. Secundum illud: Beatus qui causam suam loquitur in aure audioris, *Eccl.*25. Beatus, qui invenit amicum verum, & qui enarrat justitiam auri audienti.

Isaiæ 62.

d Ad eam] audiendam.
e Non esse venturam,] tribulationibus oppressam.
f Illa autem ascendens] *Glos.* Ad cœlestia dogmata sermonem convertens, & ad laudandum Deum pro beneficiis suis auditores attollens.
g Silentium.] Nota: Est silentium a laude, & gratiarum actione: De quo *Eccles.* 41. Erubesce a salutantibus de silentio. Item est silentium a strepitu mundi: De quo *Eccl. nono.* Verba sapientium audiuntur in silentio, *Threnor.* 3. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. Item est silentium a confessione peccati, *Psalmus* 196. Iniquitas oppilabit os suum. Primum, & ultimum silentium mala sunt; medium bonum, de quo *Sap.* 18 Dum medium silentium tenerent omnia, &c.
h Tacuissent,] a strepitu mundi.
i Dominum] non dicit me, vel hominem.
k In hac nocte.] Notabile est hoc, quod in nocte tribulationis, & tentationis interficitur Holofernes, idest, diabolus, etiam cum timet homo se succubuisse, sæpe occisus est Holofernes.

al. † congregaverunt.

l Caput Holofernis ostendit] *Glos.* de quo: Ipsa conteret caput tuum, *Gen.*3. Et *Luc.*10. Dabo vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, &c.
m Feminæ] mei scilicet.
n Hinc euntem] Unde potest dici de ipsa: Dominus custodivit introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, &c.

Ps. 120.

o Sua

† vobis gaudentem in victoria *a* sua in *b* evasione mea, & in *c* liberatione vestra. Confitemini illi *d* omnes, quoniam *e* bonus, quoniam *f* in sæculum misericordia ejus. Universi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porro Ozias princeps populi Israel dixit ad eam: Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso, præ *g* omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creavit *h* cælum, & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro *i* quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias, & tribulationem generis tui, sed subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. Porro Achior vocatus venit. Et dixit ei Judith: Deus Israel, cui tu testimonium dedisti, quod ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit *k* hac nocte in manu mea. Et ut probes, quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens: Cum captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pavore cecidit in faciem suam super terram, & † æstuavit anima ejus. *l* Postea vero quam resumpto spiritu recreatus est, procedit ad pedes ejus, & adoravit eam, & dixit: Benedicta tu a Domino Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quæ adierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

al. † ad vos. *a* Sua] non mea. *b* In evasione mea] qua exposita fui periculo. (Psal. 105. 106. 117. & 135.) *c* In liberatione vestra] qui eratis obsessi. *d* Omnes] unanimiter. *e* Bonus] & solus, ut dicitur *Marc.* 10. *f* In sæculum] idest, in æternum. *g* Præ omnibus mulieribus] multæ filiæ congregaverunt divitias, &c. *Prov. ult.* Et potest hoc intelligi de Ecclesia, vel etiam de B. Virg. *h* Cœlum, & terram] & contenta in eis. *i* Pro quibus,] scil. hominibus. Et legitur simile de *Esther.* 4. Ego, inquit, cum ancillis meis jejunabo, & tunc ingrediar ad regem contra legem faciens non vocata, tradens me morti, & periculo. *k* In hac nocte] Miser est, qui expectat incidere caput Holofernis post noctem hujus sæculi: Tunc certe non poterit incidi, tunc enim non erit tempus pugnæ, sed perpetuæ palmæ, aut captivitatis. (Sup. 10. & inf. 15.) *l* Postea vero quam] idest postquam.

al. † hæsitavit.

D

EXPOSITIO CAP. XIV.

Dixit autem Judith, &c. *m* Arma sua] *Gloss.* Scutum fidei, loricam justitiæ, galeam salutis, gladium spiritus, quod est verbum Dei: *Ephes. ult.* (Sup 5. & 6.) *n* Appositus, &c.] idest, factus est proselytus. *o* Timor,] animi. *p* Tremor] corporis.

C A P. XIV.

A

Dixit autem Judith ad omnem populum: Audite me, fratres. Suspendite caput hoc super muros nostros, & erit, cum exierit sol, accipiat unusquisque *m* arma sua, & exite cum impetu, non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores, necesse erit, ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. Cumque duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holofernis, & invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor. Cumque cognoveritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputii sui, & *n* appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis ejus usque in hodiernum diem. Mox autem, ut ortus est dies, suspenderunt, super muros caput Holofernis, acceperitque unusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu, & ululatu. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. Porro hi, qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed a sonantibus Holofernes evigilaret. Nullus enim audebat † cubiculum virtutis Assyriorum pulsando, aut intrando aperire. Sed cum venissent duces ejus, ac tribuni, & universi majores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis: intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis, ausi sunt provocare nos ad prælium. Tunc ingressus Vagao cubiculum ejus, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis, suspicabatur enim illum cum Judith dormire. Sed cum nullum motum jacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & elevans eam, vidensque cadaver absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum jacere super terram, exclamavit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculum Judith non invenit eam. Et exiliit foras ad populum, & dixit: Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holofernes jacet in terra, & caput ipsius non est in illo. Quod cum audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis *o* timor, & *p* tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

B

C

al. † tabernaculum.

1. Reg. 14.

D

C A P. XV.

A

Cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitati, *q* fugæ præsidium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus evadere † festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audierant, fugientes per vias camporum, & semitas † collium. Videntes itaque filii Israel fugientes secuti sunt illos, descenderuntque clangentes tubis, & ululantes post ipsos. Et quoniam Assyrii non adunati, in fugam ibant præcipites: Filii autem Israel *r* uno agmine persequentes, debilitabant omnes, quos invenire potuissent. Misitque Ozias nuncios per omnes civitates, & regiones Israel. Omnis itaque regio, omnisque urbs, *s* electam juventutem misit *t* armatam post eos: & persecuti sunt in ore gladii *u* quousque pervenirent ad extremitatem finium *x* suorum. Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. Hi vero, qui victores reversi sunt ad Bethuliam, omnia, quæ erant

al. † cupiebant.

al. † convallium.

B

EXPOSITIO CAP. XV.

Cumque omnis &c. *q* Fugæ præsidium.] *Prov.* 28. Fugit impius nemine persequente. *r* Uno agmine] *Gl.* Multitudinis credentium erat, &c.] *Act.* 4. *s* Electam juventutem] hoc pro fratribus, qui juvenes mittuntur in prædicationem, quibus dicitur, 1. *Joan.* 2. Scribo vobis juvenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum. *t* Armatam] non armis Saulis, quæ sunt carnalia, sed spiritualibus. 2. *Corinth.* 10. Arma militiæ nostræ sunt carnalia, sed potentia a Deo. *Ephes. ultim.* Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. *u* Quousque, &c.] *Gl.* Non debet Christi miles otiosus esse, hoste intra patriam manente. *x* Finium suorum.] *Gl.* Conversationis, cogitationis, locutionis, & actionis,

a illorum, abstulerunt secum, ita ut non esset numerus in *b* pecoribus, & jumentis, & universis † mobilibus eorum, ut a minimo usque ad magnum, omnes divites fierent de prædicationibus eorum. *c* Joachim autem summus Pontifex, de *d* Jerusalem venit in *e* Bethuliam cum universis presbyteris suis, ut videret Judith. Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt illam omnes una voce, dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu *f* honorificentia populi nostri, quæ fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod *g* castitatem amaveris, & post virum tuum *h* alterum nescieris, ideo & manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in æternum, & dixit omnis populus, fiat, fiat: Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israel. Porro autem universa, quæ Holofernis *i* peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Judith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni suppellectili, & tradita sunt *k* illi omnia a populo. Et *l* omnes populi gaudebant cum mulieribus, & *m* virginibus, & juvenibus, in organis, & citharis.

C A P. XVI.

TUNC *n* cantavit *o* canticum hoc Domino Judith, dicens: Incipite Domino in *p* tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum *q* novum, *r* exultate, & *ſ* invocate nomen ejus: Dominus *t* conterens bella, Dominus nomen est illi. Qui posuit castra sua in medio populi sui, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum. *u* Venit Assur ex montibus ab Aquilone, in multitudine fortitudinis suæ. Cujus multitudo obduravit *x* torrentes, & *y* equi eorum cooperuerunt *z* valles. Dixit se, *a* incensurum *b* fines meos, & *c* juvenes meos occisurum *d* gladio, *e* infantes meas dare in prædam, & *f* virgines in *g* captivitatem. Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in † manus *h* feminæ, & *i* confodit eum. Non enim cecidit *k* potens eorum a *l* juvenibus *m* nec filii † Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Judith filia *n* Merari in *o* specie faciei suæ dissolvit eum. *p* Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se † vestimento lætitiæ in exultationem filiorum Israel. Unxit faciem suam *q* onguento, colligavit *r* cincinnos suos *ſ* mitra ad decipiendum illum. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus, pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus, amputavit pugione cervicem ejus. Horruerunt *t* Persæ constantiam ejus, & Medi audaciam ejus. Tunc ululaverunt *u* castra

al. † mobilibus. — al. † manu. al. † manibus. — al. † tyrannorum. — al. † veste.

Et bene dicit: Non enim sufficit exire de peccato, sed oportet exire de finibus peccati, quæ sunt, locus, societas, gestus, habitus, locutio, nutus, risus, potus, cibus, & hujusmodi. Unde & Loth exeunti de Sodomis dictum est *Gen.* 19. Salva animam tuam, noli respicere post tergum, neque stes in omni circa regione. Item *Matt.* 15. Egressus Jesus secessit in partes Tyri, & Sidonis, & ecce mulier Chananæa a finibus, i. a peccato, & circumstantiis illius, egressa clamabat, dicens ei: Miserere mei, fili David. Item *Is.* 14. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem, & germen, dicit Dominus.

a Quæ erant illorum] sc. Assyriorum.
b In pecoribus] *Gl.* Quæ Moyses de Ægypto vult educere, Pharao retinere, *Exod.* 9.
c Joachim] qui supra dictus est Eliachim, & significat Christum.
d De Jerusalem] *Glos.* Qui de cœlo descendit, *Joan.* 3.
e In Bethuliam] *Gl.* In uterum Virginis, quæ est domus Dei, unde carnem assumpsit.
f To honorificentia, &c.] Thema de B. Virgine, vel de qualibet virgine.
g Castitatem] *Gloss.* Sinceritatem fidei. Unde: Despondi vos uni viro virginem castam, &c. 2. *Cor.* 11.
h Alterum.] *Glos.* Hæreticorum corruptionem.
i Peculiaria] idest, propriæ possessiones.
k Illi,] sc. Judith.
l Omnes populi] idest, omnia membra Christi, *Glos.* Hoc perficietur in fine Mundi, quando plenarie exultabunt Sancti triumphato principe mundi.
m Virginibus, & juvenibus,] *Glos.* quia tunc neque nubent, neque nubentur: *Matth.* 22. Quia resurgent omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: Unde in resurrectione Domini, juvenis coopertus stola candida apparuit.

Sup. 10. & 11.

EXPOSITIO CAP. XVI.

TUnc *n* cantavit] more antiquo Judæorum, Judith pro triumpho de hoste habito, canticum cecinit Domino, confitens, & laudans Dominum, qui populum suum liberaverat, invitans alios ad laudem Domini. In fine cantici prophetavit Judith de die judicii. Post hæc ascendit Judith in Jerusalem cum omni populo, & obtulerunt Domino vota sua. Deinde redit Judith in Bethuliam manens in viduitate sua, & completis centum quinque annis, mortua est, & sepulta cum viro suo Manasse, & dimisit Abram suam liberam, & planxit eam omnis populus, septem diebus. Porro Cambyses ingressus Ægyptum, vastavit eam, & abominatus cæremonias ejus in templo, deposuit alas, scilicet, cultum idolorum in templo Ægypti, & Ædificavit Babylonem in Ægypto. Et cum reverteretur inde, ægrotavit, & ferebatur super cervicibus regum, & mortuus est in Damasco.

Ephes. 4. Marc. 16.

o Canticum] confitens, & laudans.
p In tympanis] mortificatione carnis, quod primum debet esse: In cymbalis cantat, qui alios, cum quibus concorditer vivit, exemplis, & verbis ad Dei laudem provocat. Psalmum novum modulatur, qui quod prædicat, operatur.
q Novum] quod facit, qui in novitate vitæ ambulat.
r Exultate,] corde.
ſ Invocate] mente.
t Conterens bella,] unde *Jo.* 16. Confidite, ego vici mundum. *Psalmus* 23. Dominus potens in prælio.
u Venit Assur] i. Holofernes.
x Torrentes] *Glos.* prædicatores ad horam inundantes.
y Equi eorum] superbia.
z Valles] humiles.
a Incensurum] mala libidine.
b Fines meos] possessiones Ecclesiæ.
c Juvenes] fide, & opere robustos.
d Gladio] persecutionis.
e Infantes] De quibus: Ex ore infantium, &c. Et 1. *Cor.* 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote, 1. *Jo.* 2. Scribo vobis infantes, quia cognovistis patrem.
f Virgines] i. pudicas animas: De quibus *Zach.* 9. Quid est bonum ejus, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.
g In captivitatem] vitiorum.

Psal. 8. — Supr. 10.

h Feminæ] idest, Ecclesiæ.
i Confodit eum.] *Job* 11. Nunquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis?
k Potens] scilicet, Holofernes.
l A juvenibus,] idest, robore carnis.
m Nec filii Titan percusserunt, &c.] *Glosſ.* Sagacitas humani ingenii, aut fortitudo terreni imperii. Unde 1. *Cor.* 1. Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi; & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret.
n Merari] idest, amaritudinis.
o In specie faciei suæ] idest, alacritate virtutum.
p Exuit enim se vestimento] actu veteris hominis. *Col.* 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, qui renovatur in agnitionem Dei, secundum imaginem ejus, qui creavit eum, &c.
q Unguento] Chrismatis.
r Cincinnos] fluentes motus cogitationis.
ſ Mitra] divino timore, & firma spe.
t Persæ] illi homines: Et interpretatur, tentantes.
u Castra] idest, persecutores.

Assyriorum, quando apparuerunt *a* humiles mei arescentes *b* in siti. Filii *c* puellarum *d* compunxerunt eos, & sicut *e* pueros fugientes *f* occiderunt eos, perierunt in prælio, a facie Domini mei. Hymnum *g* cantemus *h* Domino, hymnum novum cantemus Deo nostro. *i* Adonai Domine Deus, magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. Tibi serviat omnis creatura tua, quia *k* dixisti, & *l* facta sunt, misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est, qui resistat † voci tuæ. *m* Montes a fundamentis movebuntur cum *n* aquis, & *o* petræ sicut cera liquescent *p* ante faciem tuam. Qui autem *q* timent te, *r* magni erunt apud te per omnia. *ſ* Væ *t* genti insurgenti super *u* genus meum. Dominus enim *x* omnipotens *y* vindicabit in eis, in die *z* judicii *a* visitabit illos. Dabit enim *b* ignem, & *c* vermes in carnes eorum, ut *d* urantur, & *e* sentiant in sempiternum. Et factum est post hæc, omnis populus post victoriam venit in Jerusalem adorare Dominum: Et mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. *f* Porro Judith universa † vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & *g* conopeum, quod ipsa sustulerat de cubiculo ipsius, obtulit in *h* anathema oblivionis. Erat autem populus *i* jucundus secundum *k* faciem Sanctorum, & per *l* tres menses gaudium hujus victoriæ celebratum est cum Judith. Post dies autem illos unusquisque *m* rediit in *n* sua, & Judith magnificata est in Bethulia, & *o* præclarior erat universæ terræ Israel. Erat autem etiam *p* virtuti *q* castitas adjuncta, ita ut non recognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo *r* defunctus est Manasses vir ejus. Erat autem diebus festis procedens cum gloria magna. Mansit autem in domo viri sui, annos centum quinque, & dimisit Abram suam liberam: Et defuncta est, ac *ſ* sepulta cum viro suo in Bethulia. *t* Luxitque illam omnis populus diebus septem. In omni autem spatio vitæ ejus non fuit, qui perturbaret Israel, & post mortem ejus annis multis. Dies autem victoriæ hujus festivitatis ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur a Judæis ex illo tempore, usque in præsentem diem.

Explicit liber Judith.

a Humiles] fideles. *b* In siti] beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam: *Matth.* 5. *c* Puellarum] idest, Ecclesiarum. *d* Compunxerunt] sagittis scripturæ,

e Pueros] debiles.

f Occiderunt] gladio verbi Dei: *Ephes. ult.*

g Cantemus] aliis prædicando *Gloss.* novum testamentum, quod ideo dicitur novum, quia Deum incarnatum, corporis oculis nulla ætas ante conspexit.

h Domino,] non nobis.

i Adunai] *Gloss.* Adonai, idest, Dominus, unum de decem nominibus apud Hebræos, significans, quod omni creaturæ dominetur. Et notandum, quod ubicumque his ponitur Dominus, Dominus, primum nomen tetragrammatum est, & proprie ad Deum pertinet, & ineffabile dicitur. Secundum commune, quod etiam convenit hominibus: Et bene Adonai Dominus, filius Dei dicitur, quia Deus, & homo Dominus, & Deus, quod omnibus dominetur, vel ab omnibus timeatur.

C

Psalm. 32. & 48.

al. † jussioni.

Ps. 32.

k Dixisti] o pater.

l Facta] per filium, quia verbo Domini cœli firmati sunt.

m Montes] superbia persecutorum: Fundamenta iniqua consilia sunt.

n Aquis,] idest, subditis. Aquæ multæ, populi multi. *Apoc.* 17.

o Petræ] duritia cordis.

p Ante faciem tuam, idest, adventum in judicio. *Isa.* 64. Utinam disrumperes cœlos, & descenderes, &c.

al. † arma.

q Timens] filialiter. *Ecclesiastic.* 1. Timenti Deum, bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.

r Magni erunt] *Gloss.* sicut negligentes minorantur.

ſ Væ] *Gloss.* in perpetuum.

t Genti] *Gloss.* Generationi pravæ, & perversæ, de qua: Venient hæc omnia super generationem istam. *Matth.* 23.

u Genus meum] de quo *Ps.* Hæreditas mea præclara est mihi.

Psal. 15.

x Omnipotens] cui nemo resistere potest *Job nono*, & *Rom. nono*.

y Vindicabit] *Glos.* iniquitatem.

z In die Judicii] *Glos.* quando reddet unicuique juxta opera sua.

Matth. 16. *Rom.* 2.

a Visitabit] in virga.

b Ignem,] exterius.

c Vermes] interius *Is. ult.* Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur.

d Urantur,] igne.

e Sentiant] vermes conscientiæ mordacis.

f Porro Judith] *Glos.* obtulit Domino.

g Et conopœum] supple, obtulit.

h In anathema oblivionis.] idest, in divisionem, ut non veniret ulterius in usus communes hominum. Erat autem duplex Anathema. Unum, quod totum destruebatur, ne deinceps repararetur, ut Anathema Jericho. Aliud, quod a communi usu separabatur, & in templo, vel tabernaculu suspendebatur, ut tale factum semper in memoria haberetur, ut gladius Goliæ.

Josue 6. 1. *Reg.* 17.

i Jucundus] hic spe, in futuro ipsa re.

k Secundum faciem Sanctorum] *Glos.* idest, sicut decet Sanctos.

l Per tres menses] *Glos.* Cogitationis, locutionis, operationis. Item *Glos.* Fidei, spei, charitatis, quibus gaudent Sancti in incolatu hujus mundi.

m Rediit] de Jerusalem.

n In sua] *Glos.* Percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. *Matth.* 25.

o Præclarior] fulgebunt justi sicut Sol: *Matth.* 13.

p Virtuti] animi.

q Castitas] corporis.

D

r Defunctus] mundus ei crucifixus, & oblivioni traditus. *Galatas ultim.*

ſ Sepulta] consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus: *Roman. sexto.*

t Luxitque illam] *Glos.* Electi Dei per omne tempus, quod septem diebus evolvitur, propter peregrinationem præsentis Ecclesiæ in dolore, & gemitu affliguntur, non ex desperatione, sed futuræ vitæ recordatione, juxta illud: Flevimus dum recordaremur tui Sion.

Psal. 136.

Explicit postilla super Librum Judith.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Postilla super librum Esther.

P R O OE M I U M.

Legitur *Prov.* 18. Frater, qui juvatur a fratre, quasi civitas firma, & judicia illius quasi vectes urbium. Solam enim concordiæ unitatem timet diabolus, & abhorret. Unde etiam sponsa propter hanc unitatem concordiæ, terribilis dicitur, hostibus scil. ut castrorum acies ordinata: Nec est frater nota sexus, sed cohabitationis, & jucunditatis in morum, & fidei unitate. Juxta quod dicitur: Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Bonum, quia utile; jucundum, quia honestum, & delectabile. Quod ergo dicitur de fratribus, intelligitur de sororibus spiritualibus, Judith, scil. & Esther, quarum altera triumphavit de Holoferne, & populum suum liberavit. Altera de Aman triumphans, populum suum morti adjudicatum, de suo periculo liberavit, quarum exemplis non solum Judæi, sed nos instruimur, & informamur. Utraq; enim soror typum gerit Ecclesiæ, quæ de Diabolo per Christum in cruce triumphavit, & quotidie triumphat in filiis suis. Librum istum, scil. Esther, Hieronymus ad petitionem Paulæ, & Eustochii transtulit de Hebræo in Latinum. Et quia in Græco corruptus erat per varias editiones, relevavit eum de archiviis Hebræorum, verbo ad verbum exprimens diligenter. Septuaginta quidem interpretes quædam addiderant de suo, & etiam ordinem libri confuderant, quem Hieronymus reduxit ad ordinem

Psal. 132.

per litteras alphabeti Græci, ſcripta de minio. Primam litteram alphabeti ptimo cap. præſcribens, ſecundam ſecundo, & ſic de aliis uſque ad Teth litteram, ut quota eſſet littera in alphabeto, totum ſciremus eſſe capitulum illud in editione Septuaginta, cui præſcripta erat in Hebraica. Liber ille ſcriptus eſt intus, & foris. Unde *Rabanus*: Et liber Eſther, quem Hebræi inter Agiographa memorant, Chriſti, & Eccleſiæ continet ſacramenta. Virtus namque ſacrieloquii ſic aliquando tranſacta narrat, ut ventura exprimat; ſic factorem approbat, ut ei in myſterio contradicat, ut patet in David, & Uria; ſic geſta damnat, ut hæc myſtice gerenda ſuadeat. Huic libro Jeronymus præmittit prologum, oſtendens cauſam translationis, & modum. Librum iſtum expoſuit Rabanus, oſtendens in primis ſub quo rege, & quo tempore hæc hiſtoria geſta fuerit, dicens: Hiſtoriam Eſther tempore Aſſueri non dubitamus fuiſſe, ſed quis fuerit Aſſuerus, ignoramus. Joſephus enim hunc memorat Xerxem Darii filium, qui apud Græcos Artaxerxes dictus eſt, cognomento Longimanus. Sed non videtur verum hoc: Non enim Eſdras, qui illius temporis hiſtorias ſcripſit, hanc hiſtoriam tranſmiſiſſet. Unde dicit Euſebius *in Chronicis ſuis*, cui aſſentit Rabanus, hunc Aſſuerum fuiſſe Artaxerxem, qui cognominatus Mnenmon, Darii, & Phariſtidis filius. Nam mortuo Cambyſe, ſub quo facta fuit hiſtoria Judith, regnavit Sumerdis, unus de ſeptem Magis, qui judicabant regnum Perſarum, ſeptem menſibus, poſtea quidam frater ejus de Sumerdis, juvenis elegans fere quinque menſibus: Poſtea regnavit Darius filius Hyſtaſpis triginta ſex annis, poſt quem Xerxes, annos triginta, poſt quem Artabanus menſibus ſeptem, quos Chronographi poſuerunt pro uno anno, poſt hunc Artaxerxes annis quadraginta: Poſt hunc regnavit Xerxes duobus menſibus, poſtea Sogdianus ſeptem menſibus, poſtea Darius cognominatus Nothus, ſub quo Ægyptus receſſit a Perſis, poſtea Aſſuerus iſte, ſub quo facta eſt hiſtoria præſens: Poſt quem etiam regnavit Artaxerxes Ochus, qui revocavit Ægyptum ad ſuum imperium. Poſt Ochum regnavit filius ejus Arſamus, poſt quem regnavit Darius filius ejus, qui ab Alexandro Macedone ſuperatus eſt, & victus, & tranſlata eſt Monarchia Perſarum ad Macedones.

Myſterium autem planum eſt. Aſſuerus eſt Chriſtus: Vaſthi, ſynagoga: Aman, diabolus: Eſther, Eccleſia: Mardochæus, Paulus, & ceteri prædicatores Evangelii.

Explicit Proœmium Auctoris.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Prologi Sancti Hieronymi in librum Eſther.

E X P O S I T I O.

a Librum Eſther variis tranſlatoribus conſtat, &c.] Quia Septuaginta tranſtulerunt de Hebræo in Græcum, etiam quidam alii, & poſtea alii de Græco in Latinum, utrobique erat corruptio, propter diverſa exemplaria corrupta.

b De Archiviis,] ideſt, de Armariis.

INCIPIT PROLOGUS S. Hieronymi in librum Eſther.

a LIBRUM Eſther variis tranſlatoribus conſtat *b* eſſe vitiatum, quem ego de archiviis *c* Hebræorum revelans, verbum e verbo *d* expreſſius tranſtuli. Quem librum *e* editio vulgata *f* laciniosis hinc inde verborum funibus trahit, addens *g* ea, quæ ex tempore dici *h* poterant, & audiri, *i* ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare quibus verbis uti potuit, qui injuriam paſſus eſt, vel *k* ille, qui injuriam fecit. Vos autem, o Paula, & Euſtochium, *l* quoniam & bibliothecas Hebræorum ſtuduiſtis intrare, & interpretum *m* certamina comprobaſtis, tenentes Eſther *n* Hebraicum librum, per ſingula verba noſtram tranſlationem aſpicite, ut poſſitis agnoſcere, me nihil etiam augmentaſſe addendo, ſed *o* fideli teſtimonio *p* ſimpliciter, ſicut in Hebræo habetur, hiſtoriam Hebraicam Latinæ linguæ tradidiſſe. *q* Nec affectamus laudes hominum, nec *r* vituperationes expaveſcimus: Deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timemus: quoniam Deus diſſipat oſſa eorum, qui hominibus placere deſiderant, & ſecundum *ſ* Apoſtolum, qui hujuſmodi ſunt, ſervi Chriſti eſſe non poſſunt. *t* Rurſum in *u* libro Eſther alphabetum ex minio uſque ad Teth litteram fecimus diverſis in locis: volentes, ſcilicet, Septuaginta interpretum *x* ordinem per hæc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos enim juxta morem Hebraicum *y* ordinem proſequi etiam in Septuaginta editione *z* maluimus.

Explicit Prologus.

c Hebræorum] non Græcorum, quæ erant corrupta.

d Expreſſius tranſtuli.] ideſt, expreſſe. Vel expreſſius, quam alii tranſtuliſſent.

e Editio vulgata] ſcilicet, Septuaginta interpretum.

f Laciniosis funibus] ideſt, longis protractionibus verborum. Septuaginta enim quædam addiderunt de ſuo, quæ non erant de ſubſtantia libri, ſicut lacinia, ideſt, fibula non eſt de ſubſtantia pallii. Vel lacinia dicitur extremitas pallii: Et dicitur a lacio lacis, quod eſt traho: In qua perpenditur longitudo pallii, ideo ponitur laciniosis pro longis. Unde lex Moyſi dicitur laciniosa reſpectu Evangelii, quod eſt verbum abbreviatum. Quia vero Septuaginta in medio poſuerunt Hebraicam veritatem, & in principio, & in fine ſuas longas additiones, idcirco dicitur hic: Hinc inde.

g Ea, quæ ex tempore] ideſt, ea, quæ non erant in Hebraica veritate.

h Dici poterant,] ideſt, videri dicta fuiſſe.

i Sicut ſolitum,] ideſt, ſicut faciunt Scholares in cauſis ſuis, ubi multa fingunt de ſuo.

k Ille,] ideſt, actor, vel reus.

l Quoniam & Bibliothecas Hebræorum ſtuduiſtis] ideſt, quæ Hebraicum idioma didiciſtis, ut in libris Hebraicis poſſetis ſtudere.

m Certamina] ideſt, quæ editio eſſet verior.

n Hebraicum librum,] ideſt, translatum a nobis, ſecundum, ſive juxta Hebraicam veritatem.

o Fideli teſtimonio,] ideſt, fideli interpretatione.

p Simpliciter,] i. ſine additione, & ſubtractione.

q Nec affectamus] hoc dicit contra æmulos.

r Nec vituperationes expaveſcimus:] ideo dictum eſt Ezechieli, & in ipſo cuilibet prædicatori. Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam, ideſt, talem te feci, ut nec capiaris blandimentis, nec frangaris adverſis. Tunc enim facies prædicatoris eſt, ut Adamas, quando blandimenta non quærit, nec recipit: Ut ſilex, quando vituperationes contemnit.

ſ Secundum Apoſtolum,] *Gal.* 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.

t Rurſum] hic oſtendit, quomodo ordinem confuſum ſecundum Septuaginta reduxit ad rectitudinem.

u In libro Eſther] ſecundum editionem Septuaginta.

x Ordinem] præpoſterum, confuſum.

y Ordinem proſequi] in noſtra translatione.

z Maluimus.] quaſi dicat, *Hier.* Ordinem Hebræorum ſervavi in editione mea, & etiam oſtendi, quis ordo debet eſſe in editione Septuaginta. Præpoſuit enim Hieronymus Alpha, minio ſcriptum, illi capitulo, quod debet eſſe primum: B. ſecundo, & ſic de aliis. Et ſic per ordinem litterarum ſciatur, quorum erat capitulum in Hebraica veritate.

Explicit Expoſitio Prologi Sancti Hieronymi ſuper Librum Eſther.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & D. DOMINI HUGONIS Cardinalis, &c.

Postilla super librum Esther.

EXPOSITIO CAP. I.

INCIPIT LIB. ESTHER.

C A P. I.

IN *a* diebus Assueri, qui regnavit ab India usque ad Æthiopiam super centum vigintiseptem provincias, *b* quando sedit in solio regni sui, *c* Susan civitas regni ejus *d* exordium fuit. *e* Tertio igitur anno imperii sui *f* fecit grande convivium cunctis Principibus, & *g* pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis Provinciarum coram se, ut ostenderet divitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque jactantiam potentiæ suæ, *h* multo tempore, *i* centum videlicet, & octoginta diebus. Cumque implerentur *k* dies convivii, *l* invitavit omnem populum, qui inventus est in *m* Susis, a maximo usque ad minimum, & *n* septem diebus jussit convivium præparari in *o* vestibulo *p* horti, & *q* nemoris, quod *r* regio cultu, & *s* manu consitum erat. Et pendebant ex omni parte tentoria *t* aerii coloris, & *u* carbasini, ac *x* hyacinthini, sustentata funibus *y* byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & *z* columnis marmoreis fulciebantur. *a* Lectuli quoque *b* aurei, & *c* argentei, super *d* pavimentum *e* smaragdino, & pario stratum lapide dispositi erant, quod *f* mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem, qui invitati erant *g* aureis poculis, & aliis, *h* atque aliis *i* vasis *k* cibi inferebantur. *l* Vinum quoque, ut *m* magnificentia regia dignum erat, *n* abundans, & *o* præcipuum ponebatur. *p* Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum,

IN diebus Assueri,] Assuerus, interpretatur atrium, vel ostium meum. *Joan.* 10. Ego sum ostium. Et significat Christum, licet malus fuerit, tamen in bonis actibus eum figurat: Esther, Ecclesiam: Convivium, spirituales delicias Christi & Ecclesiæ. Assuerus regnavit ab India usque ad Æthiopiam, & Christus a mari usque ad terminos orbis terrarum. (A. *Infr.* 8. *Infr.* 16. *Psalm.* 71.)

b Quando sedit in solio] idest, quamdiu regnavit.

c Susan civitas] Hæc erat Metropolis Persidis, ubi erat sedes Regni, sic dicta a Susi fluvio. Ibi erat domus Assueri, vario lapide, & candido strata, cujus columnæ erant argenteæ, tectum instar firmamenti, habens gemmas diversi coloris, ad modum siderum, & signorum dispositas, in qua erat hortus deliciarum, in quo erat vinea habens vites argenteas, & palmites aureos, & botros varietate gemmarum distinctos. Erant etiam ibi tentoria appensa, columnis argenteis & marmoreis, eburneis circulis inserta, funibus byssinis & purpureis. Et in eis erant lecti aurei, & argentei dispositi supra pavimentum. De hac domo invenies *in historia Alexandri*.

d Exordium,] idest, principalis sedes.

e Tertio igitur anno] *Gloss.* Tertio scilicet tempore hujus sæculi, incarnationis suæ sacramentum patefecit, & spirituales epulas prædicationis, & corporis, & sanguinis sui abundantissime ministravit. Primum tempus ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. *f* Fecit] *Luc.* 14. Homo quidam fecit cœnam, & vocavit multos. De hoc convivio dicitur *Isa.* 25. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, convivium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Tria ponit, propter tria genera hominum, qui erunt in convivio illo, scilicet conjugati, viduæ sive continentes, & virgines. Vel propter triplex gaudium, quod erit in patria. Unum exterius, per corporalem visionem, & electorum societatem. Secundum de interiori, & spirituali Dei visione; & hoc significatur per medullam, quæ intus est in osse, & etiam est melior, quam pinguedo extra ossa. Tertium est de separatione a pœna, quod significatur per vindemiam defæcatam, idest, per vitam puram, & a fæce separatam. Unde & virgines propter sui munditiam per vindemiam defæcatam significantur: *Matth.* 22. Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

g Pueris suis] *Gloss.* Apostolis. Unde *Joan.* 21. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Et alibi: Quia pueri communicaverunt corpori, & sanguini, & ipse communicavit eisdem *Hebr.* 2.

h Multo tempore,] scilicet, fecit, inquam, convivium.

i Centum] Hoc ad vitam æternam pertinet (Octoginta) ad sacramentum circumcisionis, & resurrectionis, & ad octo beatitudines: Quod etiam innuit quædam *Gloss.*

k Dies convivii,] *Gloss.* Magnatorum, vel primitivorum fidelium, qui primi refecti sunt, secundum illud: Non sum missus nisi ad oves, &c. *Matth.* 15.

l Invitavi,] per Apostolos. *Act.* 13. Ecce convertimur ad gentes.

m Susis,] *Gloss.* quæ est civitas gentium, & per synecdoche significantur gentes.

n Septem diebus] toto, scilicet, tempore hujus vitæ, quod septem diebus agitur.

o In vestibulo] Aliud convivium fuerat in domo, *Gl.* In Ecclesia præsenti, in qua nos fide, & operibus ad introeundum paradisum, præparamus, in qua verbi Dei dapibus electi satiantur.

p Horti,] *Gl.* Æternæ jucunditatis, ubi sunt consitæ arbores fructiferæ, idest, sancti, præclari meritis.

q Et nemoris,] idest, nemorosi. Hoc dicit propter arborum densitatem.

r Regio cultu,] idest, digno rege. *s* Et manu] regia, idest, operatione.

t Aerii coloris,] cœlestis conversationis.

u Carbasini,] idest, aurei. Mystice, sapientiæ, *Gl.* Carbasinus color aureo (ut ajunt) assimilatur.

x Hyacinthini,] cœlestis contemplationis.

y Byssinis] Byssus, mortificationem significat; purpura, martyrium.

z Columnis] *Gl.* doctoribus Ecclesiæ: De quibus dicitur: Ego confirmavi columnas ejus. Et *alibi*: Columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum. *Cant.* 3. (*Psalm.* 74.)

a Lectuli,] *Gloss.* Contemplationis quies: ubi quiescunt Sancti. Unde *Canticor.* 1. Lectulus noster floridus.

b Aurei,] propter sapientiam.

c Argentei,] propter eloquentiam.

d Pavimentum,] humilitas est Prælatorum.

e Smaragdino, & pario, &c.] Smaragdus a nimia viriditate sic vocatur: Parium genus est marmoris candidissimum. Per virorem enim fidei, & candorem castitatis construitur fundamentum humilitatis, ubi præparatur præmium æternæ quietis. Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: *Matth.* 5. Qui se humiliat, exaltabitur: *Luc.* 18. Et *alibi*: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris: *Matth.* 11.

f Mira varietate] *Gloss.* Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. (*Psalm.* 44.)

g Aureis poculis,] idest, vasis. *Gloss.* Verbis Evangelicis spirituali sapientia conditis.

h Atque aliis] quia in diversis vasis, diversa fercula apponebantur.

i Vasis] *Gloss.* dicit, legis, atque Prophetarum, & Apostolorum.

k Cibi] deliciæ, quibus satiantur animæ.

l Vinum] verbi Dei, vel cœlestis gratiæ. *Rom.* 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. 1. *Cor.* 12. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eumdem spiritum.

m Magnificentia regia] Non pro parvitate nostra.

n Abundans,] *Jacob* 1. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

o Præcipuum] *Psalm.* Calix in manu Domini vini meri, &c. (*Psalm.* 64.)

p Nec erat, qui nolentes cogeret] *Gloss.* Nemo cogitur spirituale donum accipere: Filios vult Deus, non servos, idest, voluntatem vult, non necessitatem, secundum illud: Qui potest capere, capiat: *Matth.* 19. Item: Si vis ad vitam æternam ingredi, serva mandata. *Matth.* 19.

a Sed sicut rex statuerat,] *Gloss.* Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, &c. *Matth.* 19.
b Mensis] scripturarum.
c Singulos] doctores.
d Principibus] majoribus Ecclesiæ, qui dant in tempore tritici mensuram *Luc.* 12.

13. dixit Judæis: Quia indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes.
z Nequaquam ultra regina, &c.] quasi sponsa in cubili.
a Altera] *Gloss.* Ecclesia de gentibus *Matth.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus.

a sed sicut rex statuerat, præponens *b* mensis *c* singulos *d* de principibus suis, ut sumeret unusquisque, *e* quod vellet. *f* Vasthi quoque regina fecit convivium feminarum in *g* palatio, ubi rex Assuerus manere consueverat. Itaque die septimo cum rex esset hilarior, & post nimiam *h* potationem incaluisset *i* mero, præcepit Maumam, & Bazatha, & Arbona, & Bagatha, & Abgata, & Zethar, & *k* Charchas, *l* septem eunuchis, qui in conspectu ejus ministrabant, ut introducerent reginam *m* Vasthi *n* coram rege, posito super caput ejus *o* Diademate, ut ostenderet cunctis *p* populis, & *q* principibus, illius pulchritudinem: Erat enim *r* pulchra valde. Quæ rennit, & ad Regis imperium, quod per eunuchos mandaverat, venire contempsit. Unde iratus rex, & nimio furore succensus, interrogavit *s* sapientes, qui ex more regio semper ei *t* aderant, & illorum faciebat cuncta *u* consilio, scientium leges, ac jura majorum: Erant autem primi, & proximi Charsena, & Zethar, & Adamatha, & Tharsis, & Mares, & Marsana, & Mamuchan, septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant *x* faciem regis, & primi post eum residere soliti erant, cui sententiæ Vasthi regina subjaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandaverat, facere noluisset. *y* Responditque Mamuchan audiente rege, atque principibus. Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes principes, & populos, qui sunt in cunctis provinciis regis Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, ut contemnant viros suos, & dicant: Rex Assuerus jussit, ut regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit: Atque hoc exemplo omnes principum conjuges, Persarum, atque Medorum parvipendent imperia maritorum. Unde regis justa est indignatio. Si ergo tibi placet, egrediatur edictum a facie tua, & scribatur juxta legem Persarum, atque Medorum, quam præteriri illicitum est, ut *z* nequaquam ultra regina Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius *a* alteræ, quæ *b* melior illa est, accipiat: Et hoc in *c* omne (quod latissimum est) *d* provinciarum tuarum divulgetur imperium, ut cunctæ uxores tam majorum, quam minorum, *e* deferant maritis suis honorem. Placuit consilium ejus regi, & principibus: Fecitque Rex juxta consilium Mamuchan, & misit epistolas ad universas Provincias regni sui, ut quæque gens *f* audire, & legere poterat diversis linguis, & litteris, *g* esse viros principes, ac majores in domibus suis, & hoc per cunctos populos divulgari.

CAP. II.

His itaque gestis, postquam regis Assueri *h* deferbuerat indignatio, *i* recordatus est Vasthi, & quæ *k* fecisset, vel quæ *l* passa esset. Dixeruntque pueri regis, ac ministri ejus: Quærantur regi puellæ *m* virgines, ac speciosæ, & *n* mittantur, qui considerent per universas provincias puellas speciosas, & virgines, & adducant eas ad civitatem *o* Susan, & tradant eas in domum feminarum, sub manu *p* Egei Eunuchi, qui est præpo-

e Quod vellet.] *Gl.* secundum voluntatem, & capacitatem, & utilitatem singulorum. Sic enim temperanda est prædicatio, ut omnibus utilis fiat, nulli noceat, & inter vitia omnia, ut gladius anceps transeat. Sic superbiam rescindens auferat, & non augeat tumiditatem; sic otiosis, & torpentibus solitudinem operis imponens, ut inquietis, & curiosis non augeat inopportunam actionem, & sic in ceteris. *f* Vasthi quoque] *Gloss.* Plebs Judaica, quæ regnare videbatur cum cultu unius Dei. (*Infr.* 2.)
g In palatio,] *Gloss.* In Sancta Sanctorum, vel in Sanctæ Scripturæ meditatione, ubi divinitas potentiæ suæ notitiam tribuit.
h Nimiam potationem] *Gloss.* copiosam Spiritus Sancti gratiam, qua Apostoli potati sunt. *i* Mero,] *Gl.* Sancti Spiritus musto; De quo dicitur: Tu autem bonum vinum servasti usque adhuc: *Joann.* 2.
k Et Charchas,] Septimus tacetur, scilicet, Manucham, sed infra nominatur. *l* Septem Eunuchis,] Ecce universitas prædicatorum. *Gloss.* Prædicatoribus repletis septiformis Spiritus gratia, qui se castraverunt propter regnum cælorum: *Matth.* 19.
m Vasthi] plebem Judaicam.
n Coram rege] ad convivium spirituale.
o Diademate,] *Gloss.* honore religionis. *p* Populi] idest, nationibus
q Principibus,] *Gl.* regibus nobilioribus. *r* Pulchra] Sed quomodo synagoga fuit pulchra, cum significetur per Liam, quæ erat lippa? *Gl.* solvit hic dicens: Pulchra prærogativa patrum, scientia legis, & Prophetarum.
s Sapientes] doctores.
t Aderant,] *Gloss.* fide, & opere.
u Consilio] *Eccl.* 32. Sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. *Prov.* 11. Ubi non est gubernator, populus corruet: Salus autem, ubi multa consilia.
x Faciem regis,] Pauci enim intrabant ad regem Persarum, & nisi domestici. Unde in laudem illorum dicitur: Qui videbant faciem regis.
y Responditque Mamuchan] qui interpretatur elongans calorem cupiditatis, vel alienatio præstolationis. Et secundum *Gloss.* iste ultimus, scilicet, Mamuchan significat Paulum, qui dixit: Ego sum minimus Apostolorum. Et *Act.* (1. *Cor.* 15.)

b Melior] *Gl.* fide, & devotione. De qua dicitur: Astitit regina a dextris tuis, &c.
c In omne] In omnem terram exivit sonus eorum.
d Provinciarum,] Ecclesiarum.
e Deferant maritis suis,] idest, omnes subdit Prælatis. Unde *Colos.* 3. Obedite parentibus per omnia: Hoc enim beneplacitum est in Domino. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. (*Psal.* 54.) (*Psal.* 18.)
f Audire,] idest, intelligere: Quia gentes diversorum idiomatum erant sub eo, ideo unicuique genti scripsit in suo idiomate, ut legere posset, & intelligere: Et misit epistolas continentes hoc, scilicet:
g Esse viros principes] idest, quod viri dominarentur uxoribus in omnibus, & illæ subditæ essent, & non e converso, *Colos.* 3. Mulieres subditæ estote viris, &c.

EXPOSITIO CAP. II.

His itaque, &c. *h* Deferbuerat] idest, cessaverat. Dicit enim *Josephus*, quod Rex Assuerus graviter tulerat separationem a Vasthi, quia nimis diligebat eam. Sed non poterat eam revocare, propter legem Persarum, & Medorum, quas transgredi non licebat: Et ideo cum tristis fuisset, cessavit postea tristitia.
i Recordatus est Vasthi,] quam pulchra esset.
k Quæ fecisset] contemnens regem.
l Quæ passa esset] scilicet, repudiationem.
m Virgines] de quibus 2. *Cor.* 11. Despondi enim vos uni viro, &c.
n Mittantur] Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum: *Matth.* 10.
o Susan, &c.] *Gloss.* in qua regnavit Assuerus.
p Egei Eunuchi, qui est, &c.] Vel Agei. Ageus interpretatur festinus, & significat Prælatos, qui festini debent esse, & primi in bonis operibus, ut sicut præcedunt dignitate, sic præcedant exemplo boni operis, & morum honestate. *Prov.* 22. Vidisti hominem velocem, coram regibus stabit. Debent etiam esse Eunuchi, idest, castrati, propter regnum Dei: *Matth.* 19. Sunt Eunuchi, qui castraverunt seipsos propter regnum cælorum.

Hi proponuntur quasi custodes puellarum, idest, Ecclesiarum, & sanctarum animarum.

a Mundum] idest, cultum, & ornatum. Unde ministros talium vocamus mundibundos.

b In Susis civitate,] *Josephus* dicit, quod erat in Babylone, unde adducta fuit Esther: Sed non est hoc contrarium, quia in Babylone morabatur ipse, & familia sua, tamen aliquando veniebat Susan, & tunc forte venerat illuc: Habebat enim eam domum, in qua postea habitavit sublimata Esther.

sibi Esther in filiam. Vel potest dici, quod Mardochæus ideo dicitur translatus cum Jechonia, quia parentes illius, in quibus erat per causam materialem sive seminalem, tunc sunt translati, qui postea genuerunt eum.

c Transtulerat,] 4. *Reg.* 24.

d Edissæ,] quod interpretatur misericordia, quia misericordiam consecuta est Ecclesia de gentibus. De hoc *Osee* 2.

e Esther,] quod interpretatur abscondita.

f Pulchra] *Gl.* Pulchra es, & decora, filia Jerusalem, *Cant.* 6.

g Adoptavit in filiam.] *Gloss.* idest, per verbum Evangelii ad salutem generavit æternam. Unde: Filioli mei quos iterum parturio *Gal.* 4.

B

4. Reg. 24.

h Regis imperium,] de quærendis pulchris virginibus.

i Eunucho:] castrato.

k Esther quoque inter ceteras, &c.] *Gloss.* Hanc Nabuchodonosor spiritualis, & Rex confusionis a naturali lege, & cultu unius Dei in confusionem idololatriæ transtulit, sed pietas divina ad viam veritatis per prædicatores revocavit. Sed hoc *Gl.* videtur innuere, quod Nabuchodonosor transtulit cum Jechonia istam Esther, quod non potest esse, quia sic haberet Esther ducentos, & quinquaginta annos: Tantum enim tempus, vel majus fuit a translatione ista Jechoniæ usque ad Assuerum, quod probari aperte potest per annos Regum, qui sibi successerunt in Perside. Respondeo: Esther non fuit translata cum Jechonia, nec etiam tunc erat nata, nec etiam postea longo tempore. Et quod dicit hic *Rab. in Gloss.* totum mystice intelligitur. Sed quomodo solvetur de Mardochæo, de quo dicit ipse textus, quod tunc fuit translatus, scilicet, cum Jechonia? Posset solvi per æquivocationem nominis, ut nomine Mardochæi hic intelligantur duo, scilicet ille, qui cum Jechonia fuit translatus, & ille, qui adoptavit

situs, & custos mulierum regiarum, & accipiant *a* mundum muliebrem, & cetera ad usus necessaria. Et quæcumque inter omnes oculis Regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo Regi, & ita, ut suggesserant, jussit fieri. Erat vir Judæus in *b* Susis civitate, vocabulo Mardochęus, filius Jair, filii Semei, filii Cis, de stirpe Jemini, qui translatus fuerat de Jerusalem in eo tempore, quo Jechoniam Regem Juda Nabuchodonosor Rex Babylonis *c* transtulerat, qui fuit nutricius filiæ fratris sui *d* Edissæ, quæ altero nomine vocabatur *e* Esther, & utrumque parentem amiserat, *f* pulchra nimis, & decora facie. Mortuisque patre ejus, & matre, Mardochæus sibi *g* adoptavit in filiam. Cumque percrebuisset *h* Regis imperium, & juxta mandatum illius multæ virgines pulchræ adducerentur Susan, & Egeo traderentur *i* eunucho: *k* Esther quoque inter ceteras puellas ei tradita est, ut servaretur in numero feminarum. Quæ placuit ei, & invenit gratiam in conspectu illius: Et præcepit eunucho, ut *l* acceleraret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo Regis, & tam ipsam quam *m* pedissequas ejus ornaret, atque excoleret. Quæ noluit ei indicare populum, & patriam suam. Mardochæus enim patruus ejus præceperat ei, ut de hac re omnino reticeret. *n* Qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines servabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens, quid ei accideret. Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum, ut intrarent ad Regem, expletis omnibus, quę ad cultum muliebrem pertinebant, *o* mensis duodecimus vertebatur, *p* ita dumtaxat, ut sex mensibus oleo ungerentur myrtino, & aliis sex quibusdam pigmentis, & aromatibus uterentur: Ingredientesque ad Regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant, & ut eis placuerat, compositæ, de triclinio feminarum ad Regis cubiculum transibant. Et quæ intraverat vespere, egrediebatur mane, atque inde in *q* secundas ædes deducebatur, quæ sub manu Susagazi eunuchi erant, qui concubinis Regis præsidebat: *r* Nec habebat potestatem ad Regem ultra redeundi, nisi voluisset Rex, ut eam venire jussisset ex nomine. Evoluto autem tempore per ordinem, instabat dies, quo Esther filia Abihail fratris Mardochæi, quam sibi adoptaverat in filiam, intrare deberet ad Regem. *s* Quæ non quæsivit muliebrem cultum, sed quæcumque voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omniumque oculis gratiosa, & amabilis videbatur. Ducta est itaque ad cubiculum Regis Assueri, mense decimo, qui *t* vocatur Tebeth, septimo anno regni ejus, & adamavit eam Rex plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam, & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite ejus, fecitque eam regnare in loco Vasthi: Et jussit convivium præparari permagnificum cunctis Principibus, & servis suis, pro conjunctione, & nuptiis Esther: Et dedit requiem universis provinciis, ac dona largitus est juxta magnificentiam principalem. Cumque & secundo quærerentur virgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad Regis januam, necdum *u* prodiderat Esther patriam, & populum suum juxta man-

l Ut accelararet] ut completo anno absque impedimento posset ingredi ad Regem, si Rex vocaret eam: Oportebat enim quamlibet per annum integrum ornari, antequam accederet ad Regem. Sex mensibus ungebatur oleo myrtino, & aliis sex quibusdam pigmentis, & aromatibus. Myrtus ad statum pœnitentium, aroma ad statum pertinet justorum. *Isa.* 41. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum olivæ.

C

m Pedissequas] quas dederat ei, ut servirent ei.

n Qui] scilicet Mardochæus.

o Mensis duodecimus] scilicet Martius. Benedico mensis duodecimus, quia tanto tempore præparabant se.

p Ita dumtaxat, &c.] idest, de thalamo, quia proprie triclinium est domus, ubi sunt tres ordines mensarum.

q In secundas ædes] ubi manebant illæ, quæ jam cognitæ fuerant a rege, sub custodia Susagazi. Quamdiu erant virgines, erant in alia prima, scilicet domo, sub custodia Egei.

r Nec habebat] puella jam cognita.

s Quæ non quæsivit] *Gloss.* quia plus credidit doctoribus, quam sibi. Quæ utilia sunt, melius novit medicus, quam infirmus.

t Vocatur Tebeth,] *Gloss.* Tebeth apud Hebræos, Eudimos apud Græcos, Januarius apud Latinos: In quo Dominus incarnatus, octava die circumcisus, a Magis adoratus, & mysticis muneribus honoratus est. *Matth.* 2. *Luc.* 2. In quo etiam a Joanne baptizatus est. Sed videtur *Gloss.* falsum dicere, scilicet quod in Januario sit Dominus incarnatus: Imo in Martio. Solut. Sic expone. Incarnatus, idest, secundum carnem natus. Vel in carne mundo manifestatur. Vel potest dici, quod hoc, quod dico, in quo, non respicit incarnatus, sed hoc participium circumcisus, & sequentia.

D

u Prodiderat] idest, manifestaverat.

a Ad

datum ejus. Quicquid enim ille præcipiebat, observabat Esther, & ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat. Eo igitur tempore, quo Mardochæus *a* ad regis januam morabatur, *b* irati sunt Bagathan, & Thares, duo eunuchi Regis, qui janitores erant, & in primo palatii limine præsidebant, volueruntque insurgere in Regem, & occidere eum: Quod *c* Mardochæum non *d* latuit. Statimque nunciavit Reginæ Esther, & illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad se rem detulerat. Quæsitum est, & inventum, & appensus est *e* uterque eorum in patibulo. Et jussit Rex ut in libro memoriali scriberetur, ut pro vita sua aliquid rependaret ei: mandatumque est historiis, & *f* annalibus traditum coram Rege.

C A P. III.

POst hæc Rex Assuerus exaltavit Aman filium Amadathi, qui erat *f* de stirpe Agag, & posuit *g* solium ejus super omnes principes, quos habebat: Cunctique servi Regis, qui in foribus palatii versabantur, flectebant genu, & adorabant Aman. Sic enim præceperat eis Imperator. Solus Mardochæus non *h* flectebat genu, *i* neque adorabat eum. *k* Cui dixerunt *l* pueri regis, qui ad fores palatii præsidebant: Cur præter ceteros non observas mandata Regis? Cumque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nunciaverunt Aman, scire cupientes, utrum *l* perseveraret in *m* sententia: Dixerat enim eis, se esse Judæum. Quod cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardochæus non sibi flecteret genu, nec se adoraret, iratus est *n* valde, & pro nihilo duxit in *o* unum Mardochæum mittere manus suas: audierat enim, quod esset gentis Judææ, magisque voluit omnem Judæorum, qui erant in regno Assueri perdere nationem. Mense primo, cujus vocabulum est *p* Nisan, anno 12. regni Assueri, missa est *q* sors in urnam, quæ Hebraice dicitur *r* Phur, coram Aman, quo die, & quo mense gens Judæorum deberet interfici: Et *s* exivit mensis duodecimus, qui vocatur *t* Adar. Dixitque Aman Regi Assuero: Est populus per omnes provincias regni tui *u* dispersus, & a se mutuo separatus, *x* novis utens legibus, & cæremoniis, insuper & Regis *y* scita contemnens: Et optime nosti, quod non expediat regno tuo, ut *z* insolescat per licentiam: Si tibi placet, decerne, ut pereat, & decem millia talentorum appendam arcariis Gazæ tuæ. Tulit ergo Rex *a* annulum, quo utebatur, de manu sua, & dedit Aman filio Amadathi, de progenie *b* Agag, hosti Judæorum, dixitque ad eum: Argentum, quod polliceris, tuum sit, de populo *c* age, quod tibi placet. Vocatique sunt *d* scribæ Regis mense primo *e* Nisan, tertiadecima die ejusdem mensis, & scriptum est, ut jusserat Aman ad omnes *f* satrapas Regis, & judices provinciarum, diversarum gentium, *g* ut quæque gens legere poterat, & audire, pro varietate linguarum, ex nomine Regis Assueri, & litteræ ipsius signatæ annulo, missæ sunt per cursores Regis ad universas provincias, ut *h* occiderent, atque delerent omnes Judæos, a puero usque ad senem, parvulos, & mulieres, uno die, hoc est tertiodecimo die mensis *i* duodecimi, qui vocatur *k* Adar, & bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum hæc fuit, *g* ut omnes provinciæ scirent, & pararent se ad prædictam diem. Festinabantque cursores, qui missi fuerant, explere Regis imperium: statimque in Susis pependit edictum, Rege & Aman *l* celebrante convivium, & cunctis Judæis, qui in urbe erant, flentibus.

a Ad regis januam] Audito enim, quod Esther esset regina, ex toto in Susis se transtulit.

b Irati sunt, &c.] Duo eunuchi, sunt Scribæ, & Pharisæi, ut dicit *Interl.* clavem scientiæ habentes, nec introeuntes, nec alios intrare permittentes: *Matth.* 23. Vel duo eunuchi, sunt schismatici, & hæretici, ut dicit *Gloss.*

c Mardochæum] *Gl.* idest, ordinem prædicatorum. *Luc.* 11.

d Non latuit.] Dicit enim *Josephus*, quod alter eorum habuit servum Judæum, qui hoc Mardochæo indicavit. *Inf.* 4. & 14.

e Uterque eorum] *Gl.* Potentes sæculi, qui beneficiis divina pietate collatis abutentes, quos consortes habent naturæ, dedignantur habere consortes gratiæ, & honorem, & reverentiam, quam soli Deo debuerunt, in sese transferre contendunt sed eos, qui consentire nolunt, odiis, & cruciatibus persequuntur. Sed justo Dei judicio in insidiis suis capiuntur iniqui. Unde dicitur: Justus de angustia liberabitur, & tradetur impius pro eo. *Prov.* 11.

f Et annalibus] in quibus reges accidentia sui temporis scribebant.

EXPOSITIO CAP. III.

POst hæc Rex Assuerus, &c.]

f De stirpe Agag,] quem Samuel trucidavit. 1. *Reg.* 15.

g Solium ejus] idest, Aman.

h Non flectebat] propter sapientiam & patrias leges, ut dicit *Josephus*.

i Neque adorabat] quia *Deut.* 6. & *Matth.* 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

k Cui] scilicet Mardochæo.

l Pueri] *Gloss.* adulatores.

l Perseveraret] idest, perseverare vellet.

m In sententia:] idest, in fide & religione Judæorum. Revelaverat enim eis Mardochæus se esse Judæum. Vel in sententia, non adorandi Aman.

n Valde,] Aman enim, quia Amalecita erat, odio habebat omnes Judæos, qui eos destruxerant tempore Saulis. 1. *Reg.* 15.

o In unum] idest, in solum, quia voluit omnes perdere.

p Nisan,] Aprilis. Tamen super illud *Eccles.* Memor esto mirabilium Dei, dicit *Gloss.* quod Nisan quandoque dicitur Martius, quandoque Aprilis.

q Sors in urnam,] idest, fecerunt quoddam genus divinationis in actu sortium, quod dicitur sortilegium. Et qui per talem divinationem futura inquirunt, dicuntur sortilegi.

r Phur,] Unde illud festum, quod postea institutum est pro liberatione Judæorum, dicitur Phurim, idest, sortium. *Infra* 9.

s Exivit mensis, &c.] idest, casu accidit, ut mense duodecimo deberent occidi Judæi secundum sortem.

t Adar.] qui apud nos dicitur Martius.

u Dispersus,] Sed quomodo erat populus Judæorum dispersus per omnes provincias, nonne jam redierant sub Zorobabel, & Esdra? Respondetur: Multi remanserant, qui nolebant reverti propter possessiones, quas habebant jam: Et de illis dicitur hic: Dispersus, &c. *Infra* 13.

x Novis] Novas leges, vocat legem Judæorum de cultu unius Dei, quæ erat odiosa gentilibus, quasi contraria legi eorum.

y Scita] idest, decreta, vel statuta.

z Insolescat] idest, crescat.

a Annulum,] quia antiquitus in annulis suis habebant reges gemmas insculptas, quibus sigillabant.

b Agag,] Regis pinguissimi, quem Samuel occidit. 1. *Reg.* 15.

c Age quod, &c.] Sic dixit Dominus ad Satan *Job* 1. Ecce omnia, quæ habet, in manu tua sunt.

d Scribæ] idest, notarii, non enim est hic nomen dignitatis, sed officii.

e Nisan,] idest, Aprili.

f Satrapas] idest, Principes.

g Ut quæque gens] idest, secundum idioma cujuslibet gentis.

h Ut occiderent,] *Gl.* Sicut Paulus acceperat epistolas a principibus Judæorum, ut quoscumque inveniret viros hujus viæ, &c. *Act.* 9.

i Mensis duodecimi,] Et ita Judæi habuerunt spatium vivendi unius anni.

k Adar,] idest, Martius.

l Celebrante] Unde: Plorabitis, & flebitis, &c. *Joannis* 16.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. IV.

QUæ cum *a* audisset, &c.] idest, necem Judæorum. *b* Sacco,] *Gloss.* scil. jejuniis, & eleemosynis, lacrymosa compunctione cordis.
c Cinerem] *Gloss.* recordationem humanæ fragilitatis. *Jer. 6.* Accingere cilicio, aspergere cinere. *Gen.* 3. Cinis es, & in cinerem reverteris.
d Capiti,] *Gloss.* menti.
e In platea] *Gloss.* latitudine communis Ecclesiæ, qui dicit. In tribulatione dilatasti mihi.
f Voce magna] *Gloss.* valida intentione cordis.
g Amaritudinem] *Glossa* compunctionem. Unde Anima ejus in amaritudine est 4. *Reg.* 4.
h Ad fores] *Gloss.* ad conspectum divinæ majestatis.
i Non enim, &c.] *Gloss.* Nullus cum corruptione præsentis vitæ potest aulam cœlestem intrare. Sed ante obitum suum debet quisque corporis castigatione, & cordis compunctione, regni pulsare introitum, ut supernum intret palatium.
k Aulam regis] Quid ergo facit monachus cucullatus in curiis? Abusio est, ut dicit *B. Bern. Baruch.* 4. Exui me stola pacis, & indui me sacco obsecrationis.
l Dogma] idest, litteræ, sive edictum, *Gloss.* si quis quærat, quomodo Rex justissimus tormenta inferat innocentibus, sciat hoc non ex voluntate malitiæ, sed ex summi consilii nutu procedere, &c. Et paulo post, cujus justo judicio agitur, ut fideles ad manus persecutorum tradantur, vel ad purgationem, ut Maria soror Moysi: *Num.* 12. Vel ad meritorum augmentationem, sicut *Job* 1. Satanæ traditur. Paulus ab Angelo Satanæ colaphizatur 2. *Cor.* 12.
m Pro strato] i. loco strati sive lecti. *n* Nunciaveruntque ei.] dolorem Mardochæi, & quod indutus erat sacco. *o* Vestem,] nuptialem, *Matth.* 22. *Isai.* 61. dicit Dominus: Spiritus Domini misit me, ut consolarer omnes lugentes, ut ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis spiritu mœroris.
p Noluit.] *Matth.* 2. Rachel plorans filios suos, &c. *q* Rex] Assuerus. *r* Ei] i. Esther. *s* Stantem] fortem in adversis. *t* In platea civitatis,] *Gloss.* In latitudine Ecclesiæ. *u* Exemplar] idest, ejus transcriptum.
x Invocatus,] *y* Auream virgam] *Gloss.* signum miserantis potentiæ. *z* Ne putes, &c.] q. d. Non putes, te ideo sublimatam, ut te solam salvares. Hoc est contra illos, qui non curant nisi de seipsis, quibus dicitur *in epistola Judæ*. Væ illis, qui in via Cain abierunt, qui dixit *Gen.* 4. Nunquid ego sum custos fratris mei? Et 1 *Tim.* 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fid.&c. *Phil.* 2. Ne quæras quæ tua sunt, sed quæ Jesu Christi.
a Contra legem] idest, contra statutum Assueri.
b Invocata,] idest, non vocata.
c Morti,] *Job* 15. Animam meam porto in manibus meis.

CAP. IV.

QUæ cum *a* audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est *b* sacco, spargens *c* cinerem *d* capiti, & in *e* platea mediæ civitatis, *f* voce magna clamabat, ostendens *g* amaritudinem animi sui, & hoc ejulatu usque ad *h* fores palatii gradiens. Non *i* enim erat licitum indutum sacco, *k* aulam regis intrare. In omnibus quoque provinciis, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regis *l* dogma pervenerat, planctus ingens erat apud Judæos, jejunium, ululatus, & fletus, sacco, & cinere multis pro *m* strato utentibus. Ingressæ sunt autem puellæ Esther, & eunuchi, *n* nunciaveruntque ei. Quod audiens consternata est. Et misit *o* vestem, ut ablato sacco indueret eam. Quam accipere *p* noluit. Accitoque Athach eunucho, quem *q* Rex ministrum *r* ei dederat, præcepit, ut iret ad Mardochæum, & disceret ab eo, cur hoc faceret. Egressusque Athach, ivit ad Mardochæum, *s* stantem in *t* platea civitatis, ante ostium palatii. Qui indicavit ei omnia, quæ acciderant, quomodo Aman promisisset, ut in thesauros regis pro Judæorum nece inferret argentum. *u* Exemplar quoque edicti, quod pendebat in Susis, dedit ei, ut reginæ ostenderet, & moneret eam, ut intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo. Regressus Athach nunciavit Esther omnia, quæ Mardochæus dixerat. Quæ respondit ei, & jussit, ut diceret Mardochæo: Omnes servi regis, & cunctæ, quæ sub ditione ejus sunt, norunt provinciæ, quod sive vir, sive mulier *x* invocatus, interius atrium regis intraverit, absque ulla cunctatione statim interficiatur, nisi forte Rex *y* auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit vivere. Ego igitur quomodo ad Regem intrare potero, quæ triginta jam diebus non sum vocata ad eum? Quod cum audisset Mardochæus, rursum mandavit Esther, dicens: *z* Ne putes, quod animam tuam tantum liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Judæis. Si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Judæi, & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis novit utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris? Rursumque Esther hæc Mardochæo verba mandavit: Vade, & congrega omnes Judæos, quos in Susis repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, ac tribus noctibus, & ego cum ancillis meis similiter jejunabo, & tunc ingrediar ad Regem, *a* contra legem faciens *b* invocata, tradensque me *c* morti, & periculo. Ivit itaque Mardochæus, & fecit omnia, quæ ei Esther præceperat.

CAP. V.

DIe *d* autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius contra basilicam Regis. At *e* ille sedebat super solium suum, in consistorio palatii, contra ostium domus. Cumque vidisset Esther reginam *f* stantem placuit oculis ejus, & extendit contra eam *g* virgam auream, quam tenebat manu. Quæ accedens osculata est summitatem virgæ ejus. Dixitque ad eam Rex: Quid vis Esther regina? Quæ est petitio tua? *h* Etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit: Si Regi placet, obsecro, ut venias ad me hodie, & *i* Aman tecum, *k* ad convivium, quod paravi. Statimque Rex, Vocate, inquit, cito Aman, ut Esther obediat voluntati. Venerunt itaque Rex, & Aman, *l* ad convivium, quod

EXPOSITIO CAP. V.

DIe *d* autem tertio induta, &c.] *Gloss.* operatione vitæ præsentis, quæ spectat ad solium superni regis, qui piis precibus annuit.
e At ille] scil. Rex.
f Stantem] *Gloss.* non titubantem in adversis.
g Virgam] Virga Assueri, est crux Christi, quam extendit ad nos, ut eum imitemur.
h Etiam si dimidiam, &c.] Petite, & accipietis; *Matth.* 7. Christus duplicem habuit hæreditatem. Unam ex parte matris, scilicet mortalitatem, & pœnalitatem, dum fuit in mundo isto. Aliam ex parte patris, scilicet immortalitatem, & hujusmodi. Si volumus esse cohæredes Christi in secunda, oportet esse cohæredes in prima, ut sicut ipse ambulavit, ita & nos.
i Et Aman] *Gloss.* Non tantum amicos, sed inimicos invitat. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. *Matth. quinto Roman. duodecimo.* Si esurierit inimicus tuus, ciba illum.
k Ad convivium,] i. ad fidei devotionem.
l Ad convivium,] Per hanc convivii geminationem longanimis patientia Ecclesiæ signatur. Item per hoc notatur, quod post prædicationem non debet prædicator desistere, si non ædificantur auditores. Moyses bis percussit silicem, & fluxerunt aquæ largissime, *Numer.*

Numer. 20. *a* Cras aperiam] dilatio petitionis, deputatur patientiæ Ecclesiæ, non pigritiæ. Unde *Gloss.* non in præsenti, sed in futuro bonis, & malis retribuetur merces. Cras enim pro futuro ponitur. Unde: Nolite solliciti esse de crastino. *Matth.* 6. Et Jacob *in Gen.* 30. Apparebit mihi cras justitia mea.

b Lætus,] ignorans, quid crastina dies paritura esset. *Prov.* 27. Ne glorieris in crastinum, ignorans, quid superventura pariat dies. *Eccl.* 11. Si annis multis vixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis. *Job* 21. Gaudent ad sonitum organi, & in bonis ducunt dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

c Nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde. Et dissimulata ira reversus in domum suam, &c.] hoc est contra acceptores personarum. De quibus *Jacob.* 2. Fratres charissimi, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi.

d Filiorumque turbam,] *Job* 21. Egrediuntur quasi greges, parvuli eorum, & infantes eorum exultant in lusibus.

e Zares uxor ejus, & ceteri amici, &c.] *Gloss.* familiaritas peccandi. Vel *ad litteram*, uxores Regum, & Principum in persecutionem consenserunt fidelium.

Sup. 2. & *Infr.* 12. *f* Trabem] Hæc trabs significat crucem, quam diabolus suggessit Domino præparari.

g Habentem altitudinis, &c.] idest, remissionem omnium peccatorum. Quinquagenarius enim est numerus remissionis.

eis regina paraverat, Dixitque ei Rex, postquam vinum biberat abundanter. Quid petis, ut detur tibi, & pro qua re postulas? Etiamsi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Cui respondit Esther: Petitio mea, & preces istæ sunt: Si inveni gratiam in conspectu regis, & si regi placet, ut det mihi, quod postulo, & meam impleat petitionem, veniat Rex, & Aman ad convivium, quod paravi eis, & *a* cras aperiam regi voluntatem meam. Egressus est itaque illo die Aman, *b* lætus, & alacer. Cumque vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatii, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec *c* motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde. Et dissimulata ira reversus in domum suam, convocavit ad se amicos suos, & Zares uxorem suam, & exposuit illis magnitudinem divitiarum suarum, *d* filiorumque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes, & servos suos Rex elevasset. Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum alium vocavit cum rege ad convivium, præter me, apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. Et cum hæc omnia habeam nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum sedentem ante fores regias. Responderuntque ei *e* Zares uxor ejus, & ceteri amici: Jube parari excelsam *f* trabem *g* habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic mane regi, ut appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad convivium. Placuitque ei consilium, & jussit excelsam parari crucem.

CAP. VI.

NOctem illam *h* duxit Rex insomnem, jussitque sibi afferri *i* historias, & annales priorum temporum. Quæ cum illo præsente legerentur, ventum est ad eum locum, ubi scriptum erat, quomodo nunciasset Mardochæus insidias Bagathan, & Thares, eunuchorum, regem Assuerum jugulare cupientium. Quod cum Rex audisset, ait: Quid pro hac fide honoris, ac præmii Mardochæus consecutus est? Dixerunt ei servi illius, ac ministri: Nihil *k* omnino mercedis accepit. Statimque Rex: Quis est inquit in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intraverat, ut suggereret Regi, ut juberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum. Responderunt pueri, Aman stat in atrio. Dixitque Rex: Ingrediatur. Cumque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat? Cogitans Aman in corde suo, & reputans quod nullum alium Rex nisi se vellet honorare, respondit: Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui *k* vestibus regiis, & imponi *l* super equum, *m* qui de sella Regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regiis principibus, ac tyrannis teneat equum ejus, & per plateam civitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, quemcumque Rex voluerit honorare. Dixitque ei Rex: Festina, & sumpta *n* stola, & equo, fac ita, ut locutus es, Mardochæo Judæo, *o* qui sedet ante fores palatii. Cave, ne quicquam de his, quæ locutus es, prætermittas. Tulit itaque Aman stolam, & equum, indutumque Mardochæum in platea civitatis, & impositum equo *p* præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcumque Rex voluerit honorare. Reversusque est Mardochæus ad januam palatii, & Aman festinavit ire in domum suam, *q* lugens, & operto capite, narravitque Zares uxori suæ, & amicis, omnia, quæ evenissent sibi. Cui responderunt sapientes, quos habebat in consilio, & uxor ejus. Si de semine Judæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu ejus. Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi Regis, & cito eum ad convivium, quod regina paraverat, pergere compulerunt.

EXPOSITIO

CAP. VI.

NOctem illam. *h*, &c.] *Gloss.* Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. (*Psal.* 120.) *Isai.* 21. Custos, quid de nocte, &c. *Jer.* 1. Quid tu vides Jeremia? Virgam vigilantem ego video, &c.

i Historias, & annales] *Josephus* dicit, nolens vigilias noctis in otio perdere, ad gubernationem sui principatus voluit eas habere.

k Nihil omnino mercedis accepit. Statimque Rex. Quis est inquit in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intraverat, &c.] Verum est respectu futuri præmii, licet *Psal.* dicat: In custodiendis illis retributio multa. (*Psal.* 18.)

k Vestibus Regiis,] idest, virtutum varietate, & operibus bonis. De quibus, *Eccles. nono.* Omni tempore vestimenta tua sint candida. *Apoc.* 16. Beatus, qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. *Isaiæ* 42 Induere vestimentis gloriæ tuæ Jerusalem civitas sancta.

l Super equum,] Equus est populus fidelium, in cordibus quorum residet Rex Angelorum. *Abac. tertio.* Ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ salvatio. Item *Ibidem.* Viam fecisti in mari equis tuis, &c. *Job* 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?

m Qui de sella Regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regiis principibus, ac tyrannis, teneat equum ejus, &c.] Sella regis est humilitas. *Isaiæ* 66. Super quem requiescet spiritus meus, &c. *Proverb.* 29. Superbum sequitur humilitas, humilem spiritu suscipiet gloria.

n Stola, & equo, fac ita, ut locutus es, &c.] idest, veste regia.

o Qui sedet ante fores palatii, &c.] Ecce Qui se humiliat, exaltabitur, *Luc.* 18.

p Præcedebat, atque clamabat; Hoc honore condignus est, quemcumque Rex voluerit honorare, &c.] *Gloss.* Qui sibi videbatur super alios gloriosior, & potentior, infra alios apparet vilior, & inferior, secundum illud: Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. (*Psal.* 96.) *Luc.* 1. Et est hæc mutatio dexteræ excelsi. *Proverb.* 11. Qui stultus est, serviet sapienti.

q Lugens,] *secunda Corinth.* 7. Tristitia sæculi mortem operatur. Est autem tristitia bona.

bona. De qua *ibid.* Tristitia, quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. De hac dicitur 2. *Reg.* 15. Porro David ascendit clivium olivarum, scandens, & flens operto capite, & nudis pedibus incedens.

EXPOSITIO CAP. VII.

INtravit itaque, &c.] *a* Si dimidiam, &c.] Quid est, quod Assuerus semper dicit: Etiamsi dimidiam, &c. Numquid Christus regnum suum dimidiabit electis? Constat, quod non, sed totum dabit. Sed est duplex pars regni Christi, sc. hæreditas ex parte matris, & hæreditas ex parte patris. Primam partem offert nobis Christus gratis, sed pauci accipiunt. Secundam vult, ut petamus, vel emamus. Unde *Matth.* 20. cum dixisset mulier: Dic, ut hi duo filii mei sedeant unus ad dexteram, alius ad sinistram, in regno tuo, respondit Dominus: Nescitis, quid petatis; potestis bibere calicem, &c. quasi dicat non potestis habere hanc partem regni, quam petitis, nisi prius habueritis aliam.

A

b Animam] Primo orat pro anima sua, postea pro populo.

B

c Traditi enim, &c.] Quod enim suis fiebat, sibi factum reputabat. Sic etiam facit Ecclesia: Imo in singulis membris patitur Ecclesia 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, &c. *Psalm.* 118. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

C

d Et pereamus.] Quia omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur 2. *Tim.* 3. Et nota ordinem. Primo conteritur homo, quando peccatum committit. Secundo jugulatur, quando contemnit confiteri: Tertio perit, quando in infernum descendit.

D

A

e Tacerem.] Non audens loqui, ut serva.

f In regem.] quasi consentientem, & ita tyrannis subditi, imputatur principi. Vel redundat in Regem, id est, contra regem est, & nocebit ei.

g Ferre non sustinens, &c.] præ pudore: Quia ex hoc tanta crudelitas sibi objiciebatur, quantus ergo stupor erit in die judicii malis, quibus dicetur a rege: Esurivi, & non dedistis, &c.

al. † coram vel ante.

B

Jo. 16. *Matth.* 25.

h Ut rogaret, &c.] Nimis tarde est, quia tempus transiit, quo dixerat Dominus: Petite, & accipietis. Jam venerat tempus accipiendi. Ideo multi petunt, qui non accipiunt, quia non suo tempore petunt, ut dives evangelicus. *Luc.* 16. Et fatuæ virgines. *Matt.* 25. Ideo dicit *Jac.* 3. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis. Et *Rab. in Gloss.* dicit: Rege in hortum properante, i. Christo electos suos ad delitias paradisi invitante: Aman reginam pro salute deprecari contendit, sed tempus opportunum non habuit. Sero enim petuntur salutis remedia, cum mortis imminent pericula. Unde *Salomon. Prov.* 8. Tunc invocabunt, & non exaudiam eos; mane consurgent, & non invenient me.

i Opprimere,] *Gloss.* Deprecatio Aman oppressio dicitur, quia in die judicii, iniquorum oratio irritatio est. Unde cum judicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum. Tunc oppressio qua humiles opprimebant, ipsis improperabitur. *k* Operuerunt] Hinc forte inolevit consuetudo, ut facies damnatorum operiantur, cum deducuntur ad patibulum. *l* En lignum, &c.] *Gloss.* Qui fodit foveam, incidet in eam; qui volvit lapidem, revertetur ad eum. *Prov.* 26.

Ps. 108.

m Pro rege,] i. qui notificavit regi insidias janitorum. *n* In patibulo,] Patibulum quinquaginta cubitorum, est lex, quæ quinquagesimo die post esum agni paschalis data est. *Exod.* 20. Aman, Judæi, qui per legem volunt damnare Christianos, sed ipsi e contrario per legem condemnati sunt. Unde *Ps.* 56. in persona Ecclesiæ: Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam. Et hoc est, quod dicitur 2. *Reg.* 23. de Banaja viro fortissimo. Ipse interfecit virum Ægyptium, dignum spectaculo habentem in manu hastam: Itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Ægyptii, & interfecit eum hasta sua.

CAP. VII.

INtravit itaque rex, & Aman, ut biberent cum regina. Dixitque ei Rex, etiam in secundo die, postquam vino incaluerat: Quæ est petitio tua, Esther, ut detur tibi, & quid vis tibi fieri? Etiam *a* si dimidiam regni mei partem petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit: Si inveni gratiam in oculis tuis, o rex, & si tibi placet, dona mihi *b* animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro. *c* Traditi enim sumus ego, & populus meus, ut conteramur, jugulemur, & *d* pereamus. Atque utinam in servos, & famulas venderemur, esset tolerabile malum, & gemens *e* tacerem. Nunc autem hostis noster est, cujus crudelitas redundat in *f* Regem. Respondensque Rex Assuerus, ait: Quis est iste, & cujus potentiæ, ut hæc audeat facere? Dixitque Esther: Hostis, & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit, vultum Regis, ac Reginæ *g* ferre non sustinens. Rex autem surrexit iratus, & de loco convivii intravit in hortum, arboribus consitum. Aman quoque surrexit, ut *h* rogaret Esther reginam pro anima sua: Intellexit enim a rege sibi paratum malum; Qui cum reversus esset de horto nemoribus consito, & intrasset convivii locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo jacebat Esther, & ait: Etiam reginam vult *i* opprimere, me præsente, in domo mea. Nec dum verbum de ore regis exierat, & statim *k* operuerunt faciem ejus. Dixitque Arbona unus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: *l* En lignum, quod paraverat Mardochæo, qui locutus est pro *m* rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit Rex, appendite eum in eo. Suspensus est itaque Aman in *n* patibulo, quod paraverat Mardochæo, & Regis ira quievit.

CAP. VIII.

DIe *o* autem illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Aman adversarii Judæorum, & Mardochæus ingressus est ante faciem Regis. Confessa est enim ei Esther, quod esset patruus suus. Tulitque rex *p* annulum suum quem ab Aman recipi jusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. Nec his *q* contenta, procidit ad pedes regis, flevitque, & locuta est ad eum, oravitque ut malitiam Aman Agagitæ, & machinationes ejus pessimas, quas excogitaverat contra Judæos, juberet irritas fieri. At ille ex more *r* sceptrum aureum prætendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur. Illaque consurgens stetit ante eum, & ait: Si placet regi, & si inveni gratiam in † oculis ejus, & deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro, ut novis epistolis veteres Aman litteræ insidiatoris, & hostis Judæorum, quibus eos in cunctis Regis provinciis perire præceperat, *s* corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necem, & interfectionem populi mei? Responditque rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Judæo: Domum Aman concessi Esther reginæ, & ipsum jussi affigi cruci, quia ausus est manum in Judæos mittere. Scribite ergo Judæis, sicut vobis placet ex *t* regis nomine signantes litteras annulo meo. Hæc enim

EXPOSITIO CAP. VIII.

DIe *o* autem illo] *Gloss.* Tenet Esther domum Aman, hostis Judæorum, cum Ecclesia possidet mundum, quem possederat diabolus hostis Christianorum. Unde *Matth.* 12. Cum fortis armatus, &c. Ingreditur Mardochæus ante faciem regis, cum quotidie Sanctæ animæ de incolatu præsentis vitæ ingrediuntur ad contemplationem divinæ majestatis.

Marc. 3. & *Luc.* 11.

p Annulum] signaculum fidei. *q* Contenta] ipsa Esther, scil. condemnatione Aman, & sublimatione Mardochæi.

r Sceptrum] *Gloss.* pietatis suæ impendit clementiam. *s* Corrigantur.] i. irritentur.

t Et regis nomine,] *Gloss.*

Gloss. Quia evangelica doctrina, quæ Christi nomine in toto orbe prædicatur, Spiritus Sancti confirmatur signaculo, & declaratur.

Sap 1. & Infr. 16.

a Scribis,] idest, notariis.

b Librariis] idest, librorum custodibus. Quos ideo vocavit, ut viderent exemplar illius epistolæ, quam miserat Aman, ut secundis litteris priores irritaret ex toto. *c* Ad principes,] idest, majores.

d Procuratoresque,] idest, minores, qui erant sub principibus.

e Judices,] qui præerant causis.

f Per veredarios,] idest, nuncios in equis. *Isidor.* dicit: Veredarios dixerunt antiqui, quod veherent rhedas, idest, ducerent. Vel quod vias publicas currant per rhedas quibus ire soliti erant. Veredus est equus. Veredarius auriga.

al. † præcurrentes.

g Omnes inimicos] i. illos qui parati erant ad occidendum Judæos de mandato Aman.

h Ultionis] in hostes Judæorum.

i Nuncios præferentes:] idest, nuncia. Nuncius nuncii, est ille, qui nunciat; nuncium nuncii, est illud, quod nunciatur.

al. ‡ generis.

k Aerinis,] i. aeris.

l Omnisque civitas] i. major pars.

m Exultavit] actione.

n Lætata] contemplatione.

Supr. 8.

o Judæis] veris.

p Lux] cognitio fidei.

q Visa est,] oculis mentis.

r Gaudium] in se.

s Honor,] ad alios.

t Tripudium.] solemnitatis.

u Regis] scil. Christi.

x Jussa] evangelios.

y Epulæ] spirituales. *Prov.* 15. Secura mens, quasi juge convivium. *Isa.* 45. Ecce servi mei comedent, & vos esurietis, servi mei bibent, & vos sitietis.

z Ut plures alterius gentis,] scilicet pagani, & Judæi.

a Religioni, & cæremoniis] Christianæ.

consuetudo erat, ut epistolis, quæ regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Accitisque *a* scribis, & *b* librariis regis (erat autem tempus tertii mensis, qui appellatur Siban,) vicesima & tertia illius die, scriptæ sunt epistolæ, ut Mardochæus voluerat, ad Judæos, & ad *c* principes, *d* procuratoresque, & *e* judices, qui centum viginti septem provinciis ab India usque ad Æthiopiam præsidebant, provinciæ atque provinciæ, populo & populo, juxta linguas, & litteras suas, & Judæis, prout legere poterant, & audire. Ipsæque epistolæ quæ ex regis nomine mittebantur, annulo illius obsignatæ sunt, & missæ per *f* veredarios, qui per omnes provincias discurrentes, veteres litteras novis nunciis prævenirent. Quibus imperavit rex ut convenirent Judæos per singulas civitates, & in unum præciperent congregari, ut starent pro animabus suis, & *g* omnes inimicos suos cum conjugibus, ac liberis, & universis domibus interficerent, atque delerent. Et constituta est per omnes provincias una *h* ultionis dies, idest, tertia decima, mensis duodecimi Adar. Summaque epistolæ hæc fuit, ut in omnibus terris, ac populis, qui regis Assueri imperio subjacebant, notum fieret paratos esse Judæos, ad capiendam vindictam de hostibus suis. Egressique sunt veredarii celeres, *i* nuncios † præferentes: Et edictum regis pependit in Susis. Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regiis, hiacynthinis videlicet, & *k* aerinis, coronam auream portans in capite, & amictus pallio serico, atque purpureo. Omnisque *l* civitas *m* exultavit atque *n* lætata est. *o* Judæis autem nova *p* lux oriri *q* visa est, *r* gaudium, *s* honor, & *t* tripudium. Apud omnes populos, urbes atque provincias quocumque *u* regis *x* jussa veniebant, mira exultatio, *y* epulæ, atque convivia, & festus dies, in tantum, ut plures *z* alterius ‡ gentis, & sectæ, eorum *a* religioni, & cæremoniis jungerentur. Grandis enim cunctos Judaici nominis terror invaserat.

c Inhiabant] vel insidiabantur.

d Sanguini,] idest, prædicationi.

e Cognoverunt] signis, & prodigiis.

f Quorum ista sunt nomina] *Gloss.* Horum nominum interpretationes non multo opere exquirimus, nec allegoriæ servire cogimur. Typus enim in parte est, non in toto. Si enim in toto est typus, non est historicum. Oportet rei gestæ vere seriem exponere, nec citra sustinere, idest, subsistere, nec ultra procedere. Allegoricum interpretem egregias partes, & spirituali sensui convenientes, eligere.

g Quos cum occidissent, &c.] Sic deberent Prælati occidere peccatores, gladio verbi Dei, & nullam prædam ex eorum bonis agere. Sic Paulus 1. *Thess.* 2. Nocte ac die laborantes, ne aliquem vestrum gravaremus.

h Si regi placet, &c.] Simile dixit Abraham *Gen.* 18. Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, &c.

i Suspendantur.] Prius fuerant occisi, modo præcepit eos rex suspendi. Sic reprobi prius occiduntur per amissionem gratiæ, postea suspenduntur in patibulo gehennæ.

k Nec eorum] scil. ccc. virorum.

l Ab illis] sc. Judæis.

m Pro animabus suis] salvandis.

n Dies autem, &c.] *Gloss.* Et notandum, quidam Judæorum tertiadecima die interficiunt, & decimaquarta desinunt, & solemnitatem agunt. Quidam per duos dies, idest, tertiam decimam, & quartam decimam diem ejusdem

C A P. IX.

IGitur duodecimi mensis, quem Adar vocari ante jam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Judæis *b* interfectio parabatur, & hostes eorum *c* inhiabant *d* sanguini, versa vice Judæi superiores esse cœperunt, & se de adversariis vindicare. Congregatique sunt per singulas civitates, & oppida, & loca, ut extenderent manum contra inimicos, & persecutores suos: Nullusque ausus est resistere, eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat. Nam & provinciarum judices, duces, & procuratores, omnisque dignitas, quæ singulis locis, & operibus præerant, extollebant Judæos timore Mardochæi, quem principem esse palatii, & plurimum posse *e* cognoverant. Fama quoque omnis ejus crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. Itaque percusserunt Judæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis, quod sibi paraverant facere, in tantum ut etiam in Susis quingentos viros interficerent extra decem filios Aman Agagitæ, hostis Judæorum: *f* Quorum ista sunt nomina, Pharsan Datha, & Delphon, & Esphatha, & Phorata, & Adalia, & Aridatha, & Phermesta, & Arisai, & Aridai, & Jezatha. *g* Quos cum occidissent, prædas de substantiis eorum agere noluerunt. Statimque numerus eorum, qui occisi erant in Susis, ad regem relatus est. Qui dixit reginæ: In urbe Susis interfecerunt Judæi quingentos viros, & alios decem filios Aman. Quantam putas eos exercere cædem in universis provinciis? Quid ultra postulas? & quid vis ut fieri jubeam? Cui illa respondit: Si *h* Regi placet, detur potestas Judæis, ut sicut hodie fecerunt in Susis, sic & cras faciant, & decem filii Aman in patibulis *i* suspendantur. Præcepitque Rex, ut fieret. Statimque in Susis pependit edictum, & decem filii Aman suspensi sunt. Congregatis Judæis quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susis, trecenti viri. *k* nec eorum *l* ab illis direpta substantia est: Sed & per omnes provincias, quæ ditioni Regis subjacebant, pro *m* animabus suis stetere Judæi, interfectis hostibus, ac persecutoribus suis, in tantum ut septuagintaquinque millia occisorum implerentur, & nullus de substantiis eorum quidquam contingeret. *n* Dies autem tertiusdecimus mensis Adar,

E X P O S I T I O

C A P. IX.

IGitur duodecimi mensis, &c.]

b Interfectio] corporalis, & spiritualis parabatur a persecutoribus

a apud omnes interfectionis fuit, & quartodecimo die *b* cædere desierunt: Quem constituerunt esse solemnem, ut in omni deinceps tempore vacarent epulis, gaudio, atque conviviis. At hi, qui in urbe Susis cædem exercuerant, tertiodecimo, & quartodecimo, ejusdem mensis die in cæde versati sunt, quintodecimo autem die percutere desierunt, & idcirco eumdem diem constituerunt solemnem epularum, atque lætitiæ. Hi vero Judæi, qui in oppidis non muratis, ac villis morabantur quartumdecimum diem mensis Adar, conviviorum, & gaudii decreverunt, ita ut exultent in eo, & mittant sibi mutuo partes epularum, & ciborum. Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & litteris comprehensa misit ad Judæos, qui in omnibus regis provinciis morabantur, tam in vicino positis, quam procul, ut quartamdecimam, & quintamdecimam diem mensis Adar pro *c* festis susciperent, & revertente semper anno, solemni honore celebrarent, quia in ipsis diebus se ulti sunt Judæi de inimicis suis, & luctus, atque tristitia in hilaritatem, gaudiumque *d* conversi sunt, essentque dies isti epularum, atque lætitiæ, & mitterent sibi invicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntque Judæi solemnem ritum, cuncta, quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus litteris facienda mandaverat. *e* Aman enim filius Amadathi, stirpis Agag, hostis, & adversarius Judæorum, cogitavit contra eos malum, ut occideret illos, atque deleret, & misit Phur, quod nostra lingua vertitur in sortem. Et postea ingressa est Esther ad regem obsecrans, ut conatus ejus litteris regis irriti fierent, & malum quod contra Judæos cogitaverat, reverteretur in caput ejus. Denique & ipsum, & filios ejus *f* affixerunt cruci, atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, idest, sortium, eo quod phur, idest, sors in urnam missa fuerit. Et cuncta, quæ gesta sunt, epistolæ, idest, libri hujus volumine continentur, quæque *g* sustinuerunt, & quæ deinceps *h* immutata sunt, susceperunt Judæi *i* super se, & semen suum, & super cunctos, qui religioni eorum voluerant copulari, ut nulli liceat duos hos dies absque solemnitate transigere, quos scriptura testatur, & † certa expetunt tempora annis sibi jugiter succedentibus. Isti sunt dies, quos nulla unquam delebit oblivio, & per *k* singulas generationes cunctæ in toto orbe *l* provinciæ celebrabunt, nec est ulla civitas, in qua dies phurim, idest, sortium, non observentur a Judæis, & ab eorum *m* progenie, quæ his cæremoniis obligata est. Scripseruntque Esther, regina filia Abiahil, & Mardochæus Judæus etiam secundam epistolam, ut omni studio dies ista solemnis sanciretur in posterum. Et miserunt ad omnes Judæos, qui in centum vigintiseptem provinciis regis Assueri, versabantur, ut haberent pacem, & susciperent veritatem, observantes dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent, sicut constituerant Mardochæus, & Esther; Et illi observanda susceperunt a se, & a semine suo, jejunia, atque clamores, & sortium dies, & omnia, quæ libri hujus, qui vocatur Esther, historia continentur.

C A P. X.

REx *n* vero Assuerus omnem terram, & cunctas *o* maris insulas fecit *p* tributarias: Cujus fortitudo, & imperium, & dignitas, atque sublimitas, qua exaltavit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum, & quomodo *q* Mardochæus Judaici generis secundus a Rege Assuero fuerit, & magnus apud Judæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea, quæ ad pacem sui seminis pertinerent,

Quæ habentur in Hebræo r plena fide expressi. Hæc autem, quæ sequuntur, scripta reperi in ſ editione vulgata, quæ Græcorum lingua, & litteris continentur.

Et t interim u post finem libri x ferebatur hoc capitulum, y quod juxta consuetudinem nostram z obelo, idest, veru a prænotavimus.

a Dixitque Mardochæus: A Deo facta sunt ista. Recordatus sum somnii, quod videram, hæc eadem significantis; nec eorum quidquam irritum fuit.

ejusdem mensis occidunt, quintadecima solemniter quiescunt, quia quidam Sanctorum post completos labores, quibus Deo bene credendo, & bene vivendo serviunt, modo ante tempus judicii, in animabus sabbatum æternæ quietis habent. Alii ad ultimum resurrectionis diem in carne perdurantes, superatis hostibus universis, subito immutati quietem animarum, & corporum percipiunt. Unde *Apost.* Mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui vivimus qui residui sumus, simul rapiemur cum illis obviam Christo in aera, &c. Nam quartadecima, quæ bis septem continet, quietem significat animarum perfectam, quintadecima septenarium, & octonarium complectens, animarum, & corporum quietem significat.

1. Thess. 4.

a Apud omnes interfectionis fuit,] Judæos qui erant in Susis, & in aliis civitatibus regionis.

b Cædere] illi scilicet, qui erant in urbibus aliis ab urbe Susis; illi enim duobus diebus occisioni vacabant.

c Pro festis, &c.] idest, festivos haberent, & colerent.

d Conversi] *Joann.* 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium. *Act.* 4. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, &c.

e Aman, &c.] Tenorem litterarum, quas Mardochæus misit Judæis, ut festum phurim celebrarent, recitat hic auctor, recapitulans breviter, quæ gesta sunt ab eo, & Esther.

Sup. 3.

f Affixerunt cruci,] *Gloss.* idest, cruciandos per Crucem Christi prædixerunt.

g Sustinuerunt,] Judæi, dum opprimeret eos Aman.

h Immutata sunt,] circa eos, per exaltationem Mardochæi.

i Super se, & semen suum,] idest, obligaverunt se, & posteros suos observare festum phurim. Argumentum est hic, quod patres possunt filios infra annos discretionis obligare religioni. Sciendum tamen, quod cum venerint ad annos, si volunt, possunt exire.

Sup. 3.

k Per singulas generationes] idest, temporum successiones.

l Provinciæ celebrabunt,] Ecclesiæ.

m Progenie,] idest, successoribus.

E X P O S I T I O

C A P. X.

REx *n* vero, &c.] Christus, qui excisum de monte, sine manibus crevit in montem magnum, & implevit totum mundum. Historialiter enim non omnem terram tributariam fecit, quia nec habuit.

Psal. 71.

o Maris] reges Tharsis, & insulæ, munera offerent.

p Tributarias:] *Gloss.* Unde: Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari. *Matth.* 22.

q Mardochæus] *Gloss.* verus Judæus, non in manifesta carne, sed in abscondito, in spiritu. *Rom.* 2.

r Plena] ut scil. nihil subtraxerim de hebraica veritate, nec apposuerim alienum.

ſ In editione] idest, editione Septuaginta.

t Et interim] idest inter hæc, quæ sequuntur, scilicet

u Post finem] quem transtulit de Hebræo.

x Ferebatur] illud, scilicet: Dixitque Mardochæus, &c.

y Quod] sc. capitulum.

z Obelo] i. figura facta ad modum veru. *al.* † *ettera.*

a Prænotavimus.] ad significandum, quod non erat ab Hebraica veritate. Hic est finis Esther secundum Hebraicam veritatem, unde illud, quod seq.

b Dixitque Mardochæus, &c.] Non est de Hebraica veritate, sed additum est a Septuaginta. Unde aliqui libri non habent hoc totum, quod modo sequitur, nec *Gloss.* exponunt illud. Sumpsit autem *Hieronym.* ista, quæ sequuntur a translatione Septuaginta, & posuit hic in fine libri Esther.

a Duas

a Duas sortes esse] Prima, ut Judæi occiderentur a gentibus: Secunda, ut gentes occiderentur a Judæis.
b Universis gentibus,] idest, ad malum earum.

Parvus fons, qui crevit in fluvium, & in lucem solemque conversus est, & in aquas plurimas redundavit, Esther est, quam rex accepit uxorem, & voluit esse reginam. Duo autem dracones, ego sum, & Aman. Gentes, quæ convenerant hi sunt, qui conati sunt delere nomen Judæorum. Gens autem mea Israel est, quæ clamavit ad Dominum, & salvum fecit Dominus populum suum, liberavitque nos de omnibus malis & fecit signa magna, atque portenta inter gentes, & *a* duas sortes esse præcepit, unam populi Dei, & alteram cunctarum gentium. Venitque utraque sors in statutum ex illo jam tempore coram Deo *b* universis gentibus, & recordatus est Dominus populi sui, ac misertus hæreditatis suæ. Et observabuntur dies isti in mense Adar, quartadecima, & quintadecima die ejusdem mensis cum omni studio, & gaudio in unum cœtum populi congregati in cunctas deinceps generationes populi Israel.

EXPOSITIO

CAP. XI.

Anno quarto regnantibus Ptolemæo,] *c* Ferebat,] i. dicebat.
d Hoc quoque principium] quod dictum est ab illo loco: Dixit Mardochæus, usque huc, hoc totum fuit quasi procemium in editione Septuaginta: Quidam tamen dicunt, quod hoc, quod hic dicitur consequenter usque ibi: Epistolæ autem hoc exemplar, fuit procemium in editione Septuaginta: Et hoc verius est. *Hieronym.* vero præmissa apposuit. Ponitur autem hic somnium Mardochæi expressius quam *supra*.
e In editione vulgata,] idest, Septuaginta.
f Artaxerxe] idest, Assuero.
g Gentem justorum.] idest, Judæorum.
h Inclytos.] quasi Aman & filios ejus.
i Et fixum habebat] quod viderat.

CAP. XI.

ANNO quarto regnantibus Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se Sacerdotum, & Levitici generis *c* ferebat, & Ptolemæus filius ejus hanc epistolam phurim, quam dixerunt interpretatam esse, Lysimachum Ptolemæi filium in Jerusalem. *d*

Hoc quoque † principium erat in e editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud ullum fertur interpretum.

Anno secundo regnante *f* Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somnium Mardochæus filius Jairi, filii Semei, filii Cis de tribu Benjamin, homo Judæus, qui habitabat in urbe Susis, vir magnus, & excelsus inter primos aulæ regiæ. Erat autem de eo numero captivorum, quos transtulerat Nabuchodnnnsor rex Babylonis de Jerusalem cum Jechonia, rege Judææ, & hoc ejus somnium fuit. Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terremotus, & conturbatio super terram, & ecce duo dracones magni, paratique contra se in prælium, ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes, ut pugnarent contra *g* gentem justorum. Fuitque dies illa tenebrarum, & discriminis, tribulationis, & angustiæ, & ingens formido super terram. Conturbataque est gens justorum, timentium mala sua, & præparata ad mortem: Clamaveruntque ad Dominum. Et illis vociferantibus, fons parvus crevit in fluvium maximum, & in aquas plurimas redundavit. Lux, & Sol ortus est: & humiles exaltati sunt, & devoraverunt *h* inclytos. Quod cum vidisset Mardochæus, & surrexisset de strato, cogitabat, quid Deus facere vellet, & *i* fixum habebat in animo, scire cupiens, quid significaret somnium.

CAP. XII.

k MOrabatur autem eo tempore in aula regis cum Bagathan, & Thares eunuchis regis qui janitores erant palatii. Cumque intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius pervidisset, didicit, quod conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nunciavit super eo regi. Qui de utroque habita quæstione, confessos duci jussit ad mortem. Rex autem, quod gestum erat, scripsit in commentariis; Sed & Mardochæus rei memoriam litteris tradidit. Præcepitque ei rex, ut in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Aman vero filius Amadathi bugæus, erat gloriosissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo ejus pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusque procemium. Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, & scriptum est in volumine.

Et diripuerunt bona, vel substantias eorum.

Quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

EXPOSITIO
CAP. XII.

k MOrabatur autem] pro delatione nuncii, vel pro dilectione qua dilexit eum de proditione janitorum in eo loco. *sup.* 2. *sup.* 2. & 4. 12.

CAP. XIII.

REx *l* maximus Artaxerxes ab India usque Æthiopiam, centum, vigintiseptem provinciarum principibus, & ducibus, qui ejus imperio subjecti sunt, salutem dicit: Cum plurimis gentibus imperarem, & universum orbem meæ ditioni subjugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subjectos, ut absque ullo terrore vitam silentio transigentes optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quærente autem me a consiliariis meis, quomodo hoc posset impleri, unus qui sapientia, & fide ceteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine, indicavit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui novis uteretur legibus, & contra omnium gentium faciens consuetudinem, regum jussa contemneret, & universarum concordiam nationum sua dissensione violaret. Quod cum didicissemus videntes unam gentem rebellem adversum omne hominum genus perversis uti legibus, nostrisque jussionibus contraire, & turbare subjectarum nobis provinciarum pacem, atque concordiam, jussimus, ut quoscumque Aman, qui omnibus provinciis præpositus, & secundus a rege, & quem patris *m* loco colimus, monstraverit, cum conjugibus, ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur, a 14. die 12. mensis Adar anni præsentis, ut necessarii homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbaverant. *o* *sup.* 4.

Hucusque exemplar epistolæ. Quæ sequuntur post eum locum, scripta p reperi, ubi legitur. Pergensque Mardochæus, fecit omnia, quæ ei *q* mandaverat Esther.

Hæc tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum. *r* Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operum ejus, & dixit: *s* Domine, Domine, rex omnipotens, in

EXPOSITIO
CAP. XIII.

REx *l* maximus Artaxerxes] Istud fuit exemplar epistolæ, quam misit Aman ex nomine regis pro interfectione Judæorum. *m* Patris loco colimus,] i. veneramur. *n* Quartadecima die] & etiam tertiadecima extra Susis. *o* Hucusque exemplar] Verba sunt *Hier.* *p* Reperi,] in Septuaginta. *q* Mandaverat] *sup.* 4. *r* Mardochæus autem, &c.] Hic ponitur oratio Mardochæi. *s* Domine, Domine,] Geminat ex affectu

ditione

v. 17. D ditione enim tua cuncta ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati, ſi decreveris ſalvare Iſrael: Tu feciſti cœlum, & terram, & quicquid cœli ambitu continetur: Dominus omnium es, nec eſt, qui reſiſtat majeſtati tuæ. Cuncta noſti, & ſcis, quia non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman ſuperbiſſimum. Libenter enim pro ſalute Iſrael, etiam veſtigia pedum ejus deoſculari paratus eſſem, ſed timui, ne honorem Dei mei transferrem in hominem, & ne quemquam adorarem, excepto Deo meo. Et nunc, Domine Rex, Deus Abraham, miſerere populi tui, quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius eſto ſorti, & funiculo tuo, & converte luctum noſtrum in gaudium, ut viventes laudemus nomen tuum, Domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoque Iſrael pari mente, & obſecratione clamavit ad Dominum, eo quod eis certa mors impenderet.

CAPUT XIV.

A Eſther quoque regina confugit ad Dominum, pavens periculum, quod imminebat. Cumque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus, & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro unguentis variis, cinere, & ſtercore implevit caput, & corpus ſuum humiliavit jejuniis, omniaque loca, in quibus antea lætari conſueverat, crinium laceratione complevit, & deprecabatur Dominum Deum Iſrael, dicens: Domine mi, qui rex noſter es ſolus, adjuva me *a* ſolitariam, † & cujus præter te nullus auxiliator eſt alius.

al. † & quia.

B Periculum meum in manibus meis eſt. Audivi a patre meo, quod tu, Domine, tuliſſes Iſrael de cunctis gentibus, & patres noſtros ex omnibus retro majoribus ſuis, ut poſſideres hæreditatem ſempiternam. Feciſtique eis, ſicut locutus es. Peccavimus in conſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum. Coluimus enim deos eorum. Juſtus es, Domine: Et nunc non eis ſufficit, quod duriſſima nos opprimunt ſervitute, ſed robur manuum ſuarum idolorum potentiæ deputantes volunt tua mutare promiſſa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora te laudantium,

Job 9.

C atque extinguere gloriam templi, & altaris tui, ut aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in ſempiternum. Ne tradas, Domine, ſceptrum tuum his, qui non ſunt, † ne rideant ad ruinam noſtram, ſed converte conſilium eorum ſuper eos, & eum, qui in nos cœpit ſævire, diſperde. Memento, Domine, & oſtende te nobis in tempore tribulationis noſtræ, & mihi da fiduciam, Domine rex Deorum, & univerſæ poteſtatis: tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu leonis, & transfer cor illius in odium hoſtis noſtri, ut & ipſe pereat, & ceteri, qui ei conſentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adjuva me ancillam tuam, nullum aliud auxilium habentem, niſi te, Domine, qui habes omnium ſcientiam, & noſti, quia oderim gloriam iniquorum, & deteſter cubile incircumciſorum, & omnis alienigenæ. Tu

al. † tui.

D ſcis neceſſitatem meam, quod abominer ſignum *b* ſuperbiæ, & gloriæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus *c* ſilentii mei, & quod non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit convivium regis, & non biberim vinum libaminum, & nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc translata ſum uſque in præſentem diem, niſi in te, Domine Deus Abraham, Deus fortis ſuper omnes, exaudi † vocem eorum, qui nullam aliam ſpem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me a timore meo.

al. † precem.

EXPOSITIO CAP. XIV.

Eſther quoque regina, &c.] *a* Solitariam] *Thren.* 3. Sedebit ſolitarius, &c. *b* Signum ſuperbiæ,] i. diadema, i. ſuperbiam diadematis. *c* Silentii] i. myſterii, quo celo me eſſe captivam, & Judæam.

CAPUT XV.

Hæc quoque d *addita reperi in* e *editione vulgata.*

A Et *f* mandavit ei (haud dubium quin eſſet Mardochæus) ut ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo ſuo, & pro patria ſua. Memor eſto, inquit, dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea, quia Aman ſecundus a rege locutus eſt contra nos in mortem, & tu invoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte. g *Necnon & iſta, quæ ſubdita ſunt, in editione vulgata reperi.*

Die autem tertio † depoſuit veſtimenta humilitatis ſuæ, & circumdata eſt gloria ſua: Cumque regio fulgeret habitu, & invocaſſet omnium rectorem, & ſalvatorem Deum, aſſumpſit duas famulas, & ſuper unam quidem innitebatur quaſi præ deliciis, & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens, altera autem famularum ſequebatur dominam, defluentia in humum indumenta ſuſtentans. Ipſa autem roſeo vultum colore perfuſa, & gratis, ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contractum. Ingreſſa igitur cuncta per ordinem oſtia ſtetit contra regem, ubi ille reſidebat ſuper ſolium regni ſui indutus veſtibus regiis, auroque fulgens, & pretioſis lapidibus, eratque terribilis aſpectu. Cumque elevaſſet faciem, &

al. † reſumpſit veſtimenta ornatus ſui.

B ardentibus undique oculis *h* furorem pectoris indicaſſet, regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinavit caput.

Sup. 5.

C Convertitque Deus ſpiritum regis in manſuetudinem, & feſtinus, ac metuens exilivit de ſolio, & ſuſtentans eam ulnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur: Quid habes, Eſther? *i* Ego ſum frater tuus, noli metuere, non morieris, non enim pro te, ſed † pro omnibus hæc lex conſtituta eſt. Accede igitur, & tange ſceptrum. Cumque illa reticeret, tulit auream virgam, & poſuit ſuper collum ejus, & oſculatus eſt eam, & ait: Cur mihi non loqueris? Quæ reſpondit: Vidi te, domine, quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es, domine, facies tua plena eſt gratiarum. Cumque loqueretur, rurſus corruit, & pene *k* exanimata eſt. Rex autem turbabatur, & omnes miniſtri ejus conſolabantur † eum.

al. † hominibus. Gen. 36.

al. † eam.

EXPOSITIO CAP. XV.

d *Hæc quoque addita*] *quæ dicta ſunt modo, vel ea, quæ ſequuntur.* e *In editione vulgata.*] *ideſt, Septuaginta.*

Et *f* mandavit] Hoc *ſup.* 4. unde fere totum eſt recapitulatio, quod addiderunt *Septuaginta* fini hujus libri. g Necnon & iſta,] verba ſunt S. Hieronymi, q. d. Iſta, quæ ſequuntur, ſunt de hiſtoria Eſther, *ſup.* 5. *h* Furorem pectoris] quia regina intraverat non vocata. *i* Ego ſum] ſimile *Gen* 14 & idem myſterium Ego ſum ait Joſeph, frater veſter, &c. *k* Exanimata] *Cant.* 5. Anima mea liquefacta eſt, &c. *l* Non habetur] ſed in Septuaginta, & in Joſepho eſt.

CAPUT XVI.

Exemplar epistolæ regis Artaxersis, quam pro Judæis ad totas regni sui provincias misit, quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

EXPOSITIO CAP. XVI.

Sup. 1. REx magnus Artaxerxes, &c. *a* Funiculis] i. calumniis. Aliqui libri habent cuniculis, qui sunt meatus subterranei, i. occultationibus mendaciorum. *b* Gente Macedo,] i. proditor: tales enim sunt Macedones, nec erat Aman Macedo genere, imo Amalecita, ut dictum est *supra* 3. Dicitur autem animo, & gente Macedo, quia illum cum progenie sua Rex proditionis arguit: vel forte parentes ejus descenderant de Macedonibus, & nihilominus erant Amalecitæ. *c* Sanguine] i. genere. *d* A pessimo] scil. Aman. *e* Inter ceteros dies] festos scilicet.

al. † cuniculis.

Explicit Expositio D. Hugonis super librum Esther.

REx magnus Artaxerxes ab India usque Æthiopiam, centum viginti septem provinciarum ducibus, ac principibus, qui nostræ jussioni obediunt, salutem dicit. Multi bonitate principum, & honore, qui in eos collatus est, abusi suot in superbiam, & non solum subjectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt, moliuntur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se jura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis, arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ prorumpunt, ut eos, qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt, ut omnium laude sint digni, mendaciorum *a* † funiculis conentur subvertere, dum aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res, & ex veteribus probatur historiis, & ex his, quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorumdam suggestionibus Regum studia depraventur. Unde providendum est paci omnium provinciarum. Nec putare debetis, si diversa jubeamus, ex animi venire levitate, sed pro qualitate, & necessitate temporum, ut reipublicæ possit utilitas ferre sententiam. Et ut manifestius, quod dicimus, intelligatis: Aman filius Amadathi, & animo, & *b* gente Macedo, alienusque a Persarum *c* sanguine pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus a nobis susceptus est, & tantam in se expertus humanitatem, ut pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus: Qui in tantum arrogantiæ tumorem † sublatus est, ut regno nos privare niteretur & spiritu. Nam Mardochæum, cujus fide, & beneficiis vivimus, & consortem regni nostri Esther, omni gente sua novis quibusdam, atque inauditis machinis expetivit in mortem, hoc cogitans, ut illis interfectis, insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem *d* a pessimo mortalium Judæos neci destinatos in nulla penitus culpa reperimos, sed e contrario justis otentes legibus, & filios Altissimi, & Maximi, semperque viventis Dei, cujus beneficio & patribus nostris, & nobis regnum est traditum, & usque hodie custoditur. Unde eas litteras, quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas. Pro quo scelere ante portas hujus urbis, idest, Susis, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio ejus pendet in patibulis, non nobis, sed Deo ei reddente, quod meruit. Hoc autem edictum, quod nunc mittimus in cunctis urbibus proponatur, ut liceat Judæis oti legibus suis. Quibus debetis esse adminiculo, ut eos, qui se ad necem eorum paraverant, possint interficere, ter-

Sup. 1. — al. † sublevatus. — Sup. 2. — Sup. 7.

tiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. Hanc enim diem omnipotens Deus mœroris, & luctus, eis vertit in gaudium. Unde & vos *e* inter ceteros dies festos hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia, ut & in posterum cognoscantur omnes, qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem; qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. Omnis autem provincia, & civitas, quæ noluerit solemnitatis hujus esse particeps, gladio, & igne pereat; & sic deleatur, ut non solum hominibus, sed etiam bestiis invia sit in sempiternum pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.

Explicit liber Esther.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In postillam super librum Job.

PROLOGUS.

LEgitur *Osee* 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Funiculos Adam vocat Propheta pœnas æternales, & miserias corporales, quibus trahit Dominus peccatores ad se. Multos enim perdit prosperitas, quos adversitas ad Deum trahit, ut patet in Manasse, filio Ezechiæ, 2. *Paral.* 33. Et in Paulo *Actor.* 9. quem cæcitas humiliavit, & humilitas exaltavit. Et in filio prodigo, qui accepta substantia sua, recessit a patre, sed tamen revocavit ad patrem, *Lucæ* 15. Vincola chatitatis, dicit Propheta, Dei beneficia, tam spiritualia, quam temporalia, quibus Dominus multos, quos forte adversitas dejiceret, ad se trahit. Quod attendens Ecclesia diligenter pro utroque tractu dicit in *Cant.* 1. Trahe me post te, non post tua, ut quidam, qui non Deum, sed quæ Dei sunt, sequuntur, & amant. De quibus *August.* Væ illis, qui diligunt nutus tuos pro te. Utroque modo tractus fuit Job, quem Dominus quot bonorum affluentia dotavit, postea tot, & tantis miseriis flagellavit, tandem propter virilem patientiam, eidem duplicia restauravit. Propter quod dicitur *Jacob. ult.* Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis: Qui non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem semel introivit in sancta, æterna redemptione inventa. Unde *Luc.* 14. Sic oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ideo ad confutandam nostram impudentiam, homo Gentilis, homo sine lege, scilicet Job, deducitur in exemplum, ut nostra [qui sub lege sumus, imo sub gratia] pravitas confundatur. Unde *Isai.* 23. Erubesce Sidon, ait mare, idest, ait Gentilitas Christianis. In Sidone namque Christiana stabilitas, in mari vita Gentilium designantur. Erubescere igitur debet Sidon a mari, quia ex vita Gentilium vita Christianorum redarguitur; ex vita sæcularium vita religiosorum multipliciter condemnatur. Unde *Ezech.* 16. ait de Jerusalem: Justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. Scriptus est igitur Liber Job, ut ejus patientiam imitemur, ac finem patientiæ consideremus, consideratumque per patientiam consequamur. Sic enim scriptum est; Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, *Actor.* 14. Et in *Psal.* 65. Transivimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Ad quid igitur scriptus fuit liber iste, patet, ut scilicet, patientiam Job imitantes, finem consimilem consequamur. Quis autem scripserit librum illum, solet quæri. Et dicunt quidam quod Moyses; quidam quod aliquis ex Prophetis; quidam, quod ipse Job, sed nescitur quis eorum. Unde *Gregor.* Quis hæc scripserit, superflue quæritur, quia Spiritus sanctus hæc scripsit, quia scribenda dictavit. Cum igitur rem cognoscamus, & auctorem Spiritum sanctum teneamus, cum Scriptorem quærimus, quid aliquid agimus, legentes litteras, de calamo percontamur? Arbitrari tamen verius possumus, quod consummatæ victoriæ gesta narravit, qui spiritualis pugnæ certamina sustinuit: De se tamen quasi de alio loquitur, sicut Moyses, *Numeri duodecimo*. Erat, inquit,

Hebr. 9.

Moyses

Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Et *Jo.* 21. de seipso ait: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. Scriptores enim sacri eloquii repleti Spiritu sancto super se trahuntur, quasi extra † se fuerint, & sic de se quasi de aliis sententiam protulerunt. Spiritus sanctus enim est, qui in eis loquitur. Unde *Matth.* 10. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Et Paulus 2. *Cor.* 13. Numquid experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus? Hinc est, quod Angelus, qui Moysi apparuit, nunc Angelus, nunc Deus memoratur. Angelus, quia exterius loquendo serviebat. Deus, quia interius præsidens, loquendi efficaciam ministrabat. Quis autem fuerit Job, ostendit *Greg. in Moral.* ubi dicit eum fuisse regem Edon, qui successit Balach, filio Beor, qui *Gen.* 36. dicitur Joab descendens de Esau per Zaic patrem suum. Quamvis *Hier.* juxta traditionem Hebræorum dicat, *Gen.* 22. eum ante Esau fuisse, & de Nachor descendisse. Sed undecumque descenderit, ejus libri auctoritas ostenditur, *Ezech.* 14. ubi dicuntur tres tantummodo liberati, Noe, Daniel, & Job. Sed quæret quis: Cur Job, qui electus per Prophetam ostenditur, tot flagella pertulit, qui tantam virtutum custodiam sine reprehensione servavit? sed patet responsio: Quia si non flagellaretur, a nobis non agnosceretur. Virtutem quippe, ut dicit *Greg.* per quietem exercuit, sed virtutis opinio commota, per flagella fragravit. Sicut enim unguenta nisi commota non redolent, & aromata incensa fragrantiam suam latius expandunt: Sic S. Job virtus, quæ in tranquillitate latuit, in tribulatione innotuit. Propter quod in Evangelio, fides grano sinapis congrue comparatur, cujus virtus, nisi conteratur, penitus ignoratur. Deinde cum virtutum omnium peregisset mandata, unum sibi deerat, ut etiam flagellatus gratias agere sciret. Notum quippe erat, quia Deo servire inter dona noverat, sed dignum fuit, ut discretio severitatis inquireret, utrum devotus inter flagella permaneret. Pœna enim [ut dicit *Greg.*] interrogat, si quietus quis veraciter amat. Et Job veraciter amavit, qui inter tot flagella, nec etiam in verbo peccavit. Unde *inf.* 1. In omnibus his non peccavit Job labiis suis, nec stultum quid contra Deum locutus est, & tamen hostis contra eum sæviens, omnium tentationum machinamenta, quasi contra castrum munitissimum erexit. Abstulit substantiam, interfecit liberos, percussit corpus, instigavit uxorem, amicos ad consolationem adduxit, sed adductos in asperitatem increpationis excitavit. Verba igitur, & verbera sustinuit S. Job, sed per verbera ejus patientia, per verba ejus sapientia probata claruit. Utrobique enim fortiter occurrit, quia & flagella robore, & verba oratione superavit. Patet ergo, quis, & qualis fuerit auctor istius libri. Materia vero duplex est, generalis, & specialis. Generalis, misera generis humani conditio. Unde *inf.* 14. Homo natus de muliere, &c. Specialis, miseria Job. Intentio ejus est, ut ad patientiam nos invitet. Unde sicut Job per patientiam restituta sunt cuncta duplicia, sic & nobis, si patientiam habuerimus, dabitur duplex stola. *Rom.* 15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus. Theologiæ supponitur liber iste per omnes sui partes, magis tamen practico deservit intellectui. Unde *inf.* 7. Militia est vita hominis super terram. Alia translatio habet: Tentatio est vita hominis, &c. Modus agendi secundum Hebræos talis est: Prosa incipit, versu labitur pedestri, i. humili sermone finitur, ut dicitur in illo Prologo *Hieron. Frater Ambros. &c.* Dividitur autem liber iste secundum *Hier.* in tres partes. In prima parte de persona Job, qualis fuit, ostenditur. In secunda, triplex hostis ejus proponitur, mundus, caro, diabolus. Mundus, i. amici ejus onerosi. Unde *inf.* 16. Consolatores onerosi vos estis. Et *Mich.* 7. Inimici hominis domestici ejus. Caro, i. uxor. De qua *Mich.* 7. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Diabolus iste Satan, amicos incitans contra Job. Sic omne genus tentationis tangitur, quia omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, 1. *Jo.* 2. In tertia parte tangitur de felicitate dupliciter recuperata. Sed secundum *Greg.* distinguitur in sex partes, super illud *infr.* 3. Pereat dies, in qua natus sum. Pro prima parte ponit tentationes diaboli. Pro secunda, querimoniam Job. Pro tertia, onerosam consolationem trium amicorum. Pro quarta, consolationem Elihu junioris, qui non fuit de tribus amicis Job. Pro quinta, verba Domini. Pro sexta, consolationem ejus, quæ in fine habetur. Hunc librum exposuit *B. Greg.* Unde ipse dicit: Divinæ providentiæ fuit, ut Job exponerem, quatenus inter flagella sentirem mentem flagellati, & melius exponerem. Hunc librum transtulit *Hier.* primo de Græco in Latinum, post Septuaginta emendans editionem eorum asteriscis, & obelis. Est autem asteriscus figura ad modum astri facta, quam ponebat *Hier.* ubi *Septuaginta* aliquid omiserant de Hebraica veritate. q. d. locus iste indiget illuminatione propter omissionem Hebraicæ veritatis. Obelus vero est figura ad modum sagittæ barbaræ facta, quam ponebat *Hier.* ubi *Septuaginta* aliquid de suo addiderant, q. d. hic opus est jugulatione, propter superfluitatem hic appositam. Postea transtulit *Hier.* de Hebræo in Latinum, eo quod imperfecta esset prior additio. Quam translationem ejus æmuli vituperabant, quia præsumpserat arguere Septuaginta, quibus ipse respondet in proœmio, quia non solus hoc fecit: *Orig.* enim similiter translationem fecit de Græco in Latinum notans per asteriscum ea, quæ omissa erant a *Septuaginta* de Hebraica veritate, & per obelum ea, quæ superflue, & præter Hebraicam veritatem edita erant a Septuaginta. Similiter *Theodotion* transtulit de Hebræo in Græcum cum asterisco, & obelo, & multi alii, sicut *Aquila*, & *Symmachus*, transtulerunt de Hebræo in Græcum sine asteriscis, & obelis, quorum editiones, æmuli Hieronymi non arguebant, nec superfluas judicabant. Unde *Hier.* arguit eos, quod suam editionem de Hebræo in Latinum superfluam judicarent, &c.

al. Henlam.

Matth. 17. Luc. 17.

Explicit Prologus Auctoris.

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Prologi S. Hieronymi in librum Job.

EXPOSITIO.

COgor per singulos, &c.] Prologus iste, quem præmittit *Hieron.* dividitur in sex partes. In prima parte ostendit, alios usos fuisse asterisco, & obelo, sicut ipse fecit. In secunda ostendit, quod opus suum debent recipere potius plusquam aliorum. In tertia ostendit, quod translatio sua de Hebræo in latinum melior sit, eo quod immediate processerit ab Hebraica veritate. In quarta ostendit, qualiter diversis linguis, & modis scriptus sit liber iste, scilicet prosa, metro, & rythmo. In quinta ostendit causam suæ translationis. In sexta ponit commendationem sui operis. Dicit ergo primo [Cogor] stimulis rationis. Unde *Prover.* 26. Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.

INCIPIT PRIMUS Prologus S. Hieronymi in Librum Job.

COgor *a* per singulos Scripturæ divinæ libros, *b* adversariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta Interpretum *c* criminantur, quasi *d* non, & apud Græcos, Aquila, Symmachus, & Theodotion, vel *e* verbum ex verbo, vel *f* sensum ex sensu, vel ex utroque commistum, & medie temperatum genus translationis *g* expresserint, & omnia veteris instrumenti

b Adversariorum] i. æmulorum, qui mihi adversantur.

c Criminantur, i. criminose asserunt, me ideo transtulisse, ut editionem Septuaginta reprehenderem.

d Quasi non, &c.] idest criminantur me, quasi solus hoc fecerim, cum tamen hoc fecerint multi alii. Et hoc est: Quasi non, &c. Et innuit hic *Hier.* triplex genus transferendi. Unum, quando verbo ad verbum transfertur de una lingua ad aliam. Secundum, quando sensus ex sensu. Tertium, quando utroque modo.

e Verbum ex verbo,] tantum.

f Sensum ex sensu,] tantum.

g Expresserint,] de Hebræo in Græcum. Et quasi non, & reprehendunt me, quod editionem Septuaginta emendavi asteriscis, & obelis, quasi non simile fecerit. *Orig.* qui fecit translationem de Græco in Latinum cum asteriscis, & obelis.

a Quos] scil. asteriscos, & obelos.
b Additos,] auctoritate sua.
c De Theodotione] idest, de translatione Theodotionis, qui similiter transtulerat cum illis figuris in Græcum. Et forte illas figuras invenit,

t Nunc verba, &c.] q. d. mea translatio nova non semper exprimit verbum ex verbo, nec semper sensum ex sensu, sed quandoque sic, quandoque utrumque.
a Obliquus] i. oblique dicens, quæ dicit & obscure, i. aliud prætendens, & aliud intendens. Et ideo accipienda sunt verba, non in sensu, quem faciunt, sed in quo fiunt, ut est illud: Benedic Deo, & morere, i. maledic. Et hoc est, quod sequitur.

volumina, Origenes obelis, asteriscisque distinxerit, *a* quos vel *b* additos, vel de *c* Theodotione sumptos, *d* translationi antiquæ inseruit, probans defuisse † quod *e* addidit. *f* Discant igitur obtrectatores mei, recipere in *g* toto, quod in partibus susceperunt, aut *h* interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, ut *i* quos plura intermisisse *k* susceperint, non eosdem etiam in quibusdam *l* errasse fateantur, *m* præcipue in Job, *n* cui si ea, quæ sub asteriscis *o* addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur: Et hoc *p* duntaxat *q* apud Græcos: Ceterum apud Latinos ante eam translationem, quam sub asteriscis, & obelis nuper edidimus, septingenti *r* ferme, aut octingenti versus *s* desunt, ut decurtatus, & laceratus, corrosusque liber † *t* nuditatem sui publice legentibus præbeat. Hæc *u* autem translatio nullum de veteribus *x* sequitur interpretem, sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum *y* Syro, *z* nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit: *a* Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur, & *b* lubricus, & quod Græce Rhetores vocant *c* σχηματισμένος, *d* dumque aliud loquitur, *e* aliud agit: Ut si *f* velis anguillam, aut murænulam strictis *g* tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiam *h* hujus voluminis Lydæum quemdam *i* præceptorem, qui apud Hebræos *k* primus habere putabatur, non parvis *l* redemisse nummis, cujus doctrina, *m* an aliquid profecerim, nescio. Hoc unum scio, non potuisse me *n* interpretari, nisi quod ante intellexeram. A *o* principio itaque voluminis *p* usque ad verba Job, apud Hebræos prosa *q* oratio est. Porro a verbis Job, in *r* quibus ait: pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo, usque *s* ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est; *t* Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla, & cinere, *u* hexametri versus sunt, dactylo spondeoque currentes, & *x* propter linguæ idioma, crebro, recipientes, &

al. † additum est.

al. † fœditatem.

d Translationi, &c.] idest, suæ translationi, quam transtulerat de antiqua translatione, i. Septuaginta de Græco in Latinum: Vel, Antiquæ translationi suæ, scilicet quam fecit de Hebræo in Græcum, addendo, quæ Septuaginta omiserunt de Hebraica veritate, & superflua jugulando asterisco, & obelo.
e Addidit] Origenes.
f Discant] Hic incipit secunda pars prologi.
g In toto,] idest in generali, ut scilicet recipiant meam editionem factam per asteriscum, & obelum, sicut recipiunt editiones aliorum, eisdem figuris notatas: Et sicut editiones aliorum sine figuris non dicunt superfluere, quamvis Septuaginta transtulerint prius: sic nec meam editionem de Hebræo in Latinum, quæ totaliter continet Hebraicam veritatem, discant superfluere. Vel sic: Discant in toto recipere, &c. idest, recipiant meam editionem, quæ totaliter continet Hebraicam veritatem, qui receperunt editionem Septuaginta, & aliorum, quæ nonnisi partem continet Hebraicæ veritatis. *h* Aut si volunt, discant interpretationem meam cum asteriscis suis radere.] idest editionem illam, quam prius feci de Græco in Latinum cum asteriscis, non recipiant, si non, recipiant secundam, quæ melior, & perfectior est. *i* Ut quos] scil. Septuaginta. *k* Susceperunt, vel prospexerunt.
l Errasse fateantur,] q. d. certum est, Septuaginta plura prætermisisse. Unde constat, eos in hoc errasse. Si igitur fatemur, eos plura intermisisse negligenter, fateantur, necesse est in pluribus errasse ignoranter.
m Præcipue, &c.] q. d. quod plura intermiserint Septuaginta, præcipue patet in Job, quem translatum a Septuaginta, Origenes, & multi alii emendaverunt in Græco, per asteriscum, & obelum.
n Cui] scil. Job.
o Addita] ab Origene, & aliis.
p Duntaxat] idest, tantummodo, supple, est in volumine quod]
q Apud Græcos est: Ceterum] pro sed, q. d. non solum hic error apud Græcos est, imo & apud Latinos in translatione quadam, quæ facta fuerat ante eam, quam Hieronymus fecit cum asteriscis, & obelis, in qua multa deerant, & hoc est [Ante eam, &c.
r Ferme,] idest fere.
s Desunt, idest, tantum deerant ibi [Ut decurtatus, &c.
t Nuditatem] idest, apertum defectum.
u Hæc, &c.] idest mea, ab Hebræo in Latinum. Per quod patet, quod Hieronymus fecit plures translationes. Et hæc est tertia pars Prologi.
x Sequitur, &c.] quia planior erat, quam editio eorum, & immediate de Hebræo.
y Syro,] Hæ tres linguæ affines erant.

Job 2.

b Lubricus, i. dubius.
c σχηματισμένος,] a schema, & mene, idest, figurativus, vel defectivus, vel lubricus. *Cantor* dixit, quod in hoc loco sic debet haberi: κάκος ἀλλοτριμένος, quasi furibundus. Cacos, malos, allotrion, alienum, mene, defectus.
d Dumque aliud loquitur, &c.] ideo revera non poterat totus liber de verbo ad verbum transferri, quia qui vellet accipere secundum quod verba videntur sonare, totum perverteret, & totum amitteret, quod ostendit per simile anguillæ.
e Aliud agit:] idest, cum aliud sonent verba, aliud habeat intelligentia vera. *f* Si velis anguillam,] Exemplificat quomodo dubius. *g* Tenere manibus,] idest, si ad aliquam unam certam sententiam, vel ordinem hunc librum astringere volueris, totum amittes.
h Hujus voluminis] i. Job in Hebræo.
i Præceptorem,] i. doctorem.
k Primus] i. maximus.
l Redemisse] idest, conduxisse. Redimere autem dicit, non emere, quia sacram doctrinam non licet emere: Juxta illud *Matth.* 10. Gratis accepistis, gratis date. Et *Act.* 8. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Sed labores suos, & expensas licet redimere ab injustis detentoribus. Multi enim veritatem Dei in justitia detinent, ut dicitur ad *Roman.* 1. & *Prov.* 23. Veritatem eme, i. redime, & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. *Psal.* 39. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam a concilio multo. *Sap.* 6. Non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem.
m An aliquid profecerim,] Hoc dicit Hieronymus, quia bene intelligebat Job, & tamen voluit audire illum Judæum. In quo confunditur quorumdam superbia, qui licet non intelligant, tamen nolunt audire.
n Interpretari,] transferendo.
o A principio itaque] Quarta pars, in qua ostenditur, quibus linguis scriptus fuit Job.
p Usque ad verba Job,] ubi scil. ipse introducitur loquens, *inf.* 3.
q Prosa oratio est.] i. prosaice scriptus est liber.
r In quibus ait: pereat &c.] *inf.* 34.
s Ad eum locum, i. *ult. cap.*
t Idcirco] quia ibi præcedit immediate: Auditu auris audivi te, nunc oculus meus videt te.
u Hexametri] i. sex pedum.
x Propter linguæ idioma,] i. secundum quod competit linguæ, & idiomati.

Job 3.

Job 42.

a Alios

Virg. in Bu col. Ecloga 1.

a Alios pedes,] ut proceleumaticum, ex quatuor brevibus, pro dactylo, ut ibi: Tytire paſcentes a flumine rejice capellas. Et Tribrachum pro ſpondeo: Jambum pro Trochæo. *b* Tinnulus] ideſt, tiuniens, ſive ſonus tinniens. *c* Fertur] ideſt dicitur.

Quarta Theodotionis: Quinta vulgata: Sexta Origeois. Vel Hexaploys, dicit tabulas, ſex paginas habentes, in quibus iſti ſcribebant ſex editiones, ut ſic conferentes adiuvicem, viderent ubi concordabant, & diſcordabant, & in iſtis tabulis ſcriptæ erant editiooes iſtorum.

a alios pedes, non earumdem ſyllabarum, ſed eorumdem temporum. Interdum quoque Rythmus ipſe doleis, & *b* tinnulus *c* fertur numeris *d* lege ſolutis: Quod *e* metrici magis, quam ſimplex lector intelligunt. A *f* ſupradicto autem verſu uſque ad finem libri, *g* parvum comma, quod remanet, *h* proſa oratinne contexitur. Quod ſi cui videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in mortem *i* noſtri *k* Flacci, *l* Græcique *m* Pindari, & Alcæi, & *n* Sappho; vel *o* pſalterium, vel lamentationes Jeremiæ, vel omnia *p* ferme ſcripturarum cantica, *q* comprehendi, legat *r* Philonem, Joſephom, Origenem, Cæſarienſem, Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicete comprobabit. *ſ* Audiant quapropter *t* me canes, idcirco me in *u* hoc volumine laboraſſe, non ut interpretationem *x* antiquam *y* reprehenderem, ſed ut ea, quæ in *z* illa, aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certe ſcriptorum vitio depravata, manifeſtiora *a* noſtra interpretatione fierent, qui & Hebræorum ſermonem † *b* ex parte didicimus, & in latino pene ab ipſis cunabulis, inter Grammaticos, & Rhethores, & Philoſophos, † *c* detriti ſumus. Quod ſi *d* apud Græcos poſt Septuaginta editionem, jam Chriſti Evangelio coruſcante, Judæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotion, Judaizantes *e* hæretici, ſunt recepti, qui multa *f* myſteria Salvatoris *g* ſubdola interpretatione celarunt, *h* & tamen ἐν ἑξαπλοῖς, in hexaploys habentur apud Eccleſias, & explanantur ab Eccleſiaſticis viris, *i* quanto magis ego Chriſtianus, de parentibus Chriſtianis natus, & *k* vexillum crucis in fronte mea portans, cujus ſtudium fuit *l* omiſſa repetere, *m* depravata corrigere, & ſacramenta Eccleſiæ *n* puro, & *o* fideli aperire ſermone, *p* a faſtidioſis, vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. *q* Habeant, qui volunt, veteres libros, vel in membranis *r* purpureis, auro, argentoque deſcriptos, vel † *ſ* initialibus, (ut vulgo ajunt) litteris, *t* onera magis exarata, quam codices, dummodo mihi, meiſque permittant pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros codices, quam *u* emendatos. Utraque autem editio, & *x* Septuaginta *y* juxta Græcos, & mea juxta Hebræos, in Latinum meo labore translata eſt. Eligat unuſquiſque quod *z* vult, & *a* ſtudioſum ſe magis, quam *b* malevolum probet.

al. † in. *al. † decrepiti.* *al. † uncialibus.*

d Numeris lege ſolutis:] ideſt, diſtinctis.

e Metrici] Metricus, qui artem metricam novit.

Job ult.

f A ſupradicto verſu] ubi dicitur: Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam. *g* Parvum comma,] ideſt oratio deciſa, ſive parva diſtinctio eſt, quam colon vocat: Comma tamen major diſtinctio eſt, quá colon. Comma autem dicitur diſtinctio, ubi eſt pauſatio, colon membrum, ideſt ſubdiviſin: Periodus vero, ubi verſus terminatur. Unde in Prologo Iſaiæ dicit *Hier.* ipſum ſcriptum per cola, & commata, ideſt, ſubdiviſiones, & diviſiones. *h* Proſa] ideſt proſaica.

i Noſtri] ideſt, Latini. *k* Flacci] ideſt Horatii.

l Græcique] vel Graii.

m Pindari, & Alcæi,] Iſti Græci poetæ fuerunt. *n* Sappho;] nomen puellæ, quæ metrice ſcripſit, unde Sapphicum metrum.

o Pſalterium,] *Pſalterium Lyrici compoſuere pedes.*

p Ferme] i. fere. *q* Comprehendi] Infinitivi modi eſt.

r Philonem,] Qui fecit librum Sapientiæ.

ſ Audiant, &c.] Quinta pars, ubi aperit cauſam ſuæ tranſlationis. *t* Mei canes,] ideſt detractores, qui æqualiter contra bonos, & malos latrant, & omnes indifferenter lacerant, quos non amant. *Phil.3.* Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem. *Apoc. ult.* Foris canes, & venefici, impudici, & homicidæ. *Iſai.56.* Canes muti, non valentes latrare. *u* In hoc volumine] quod tranſtuli de Hebræo in Latinum. *x* Antiquam] ideſt, Septuaginta. *y* Reprehenderem] faciendo novam.

z In illa, vel mea,] ſcilicet translatione Septuaginta.

a Noſtra interpretatione] de Hebræo in Latinum. Prius enim fecerat aliam de Græco in Latinum, poſt Septuaginta, ut jam ſupra diximus: In qua omiſſa a Septuaginta, manifeſtaverat per Obelos, & obſcura per Aſteriſcos. *b* Ex parte] ideſt, perfecte. *c* Detriti] ideſt, ſenio conſumpti, quaſi dicat, inter eas ſenuimus. Vel ſecundum aliam litteram: Detenti ſumus, ideſt, nutriti.

d Quod ſi apud, &c.] Sexta pars, ubi commendat opus ſuum, & probat quaſi a minori, quod ſua editio debet recipi a Latinis. *e* Hæretici,] ſuſpiciones, ſcil. Ebionitæ: Qui volunt ſervare vetus teſtamentum cum novo. Ad litteram ideo dicit: Judaizantes hæretici.

f Myſteria] ideſt ſecreta.

g Subdola interpretatione] ideſt, in ſua interpretatione dolo tacuerunt, quæ ſibi erant contraria.

h Et tamen] In hexaploya, ideſt in ſex exemplaribus rectis, & perfectis, ſive in ſex editionibus rectis, & perfectis. Dicitur enim hexaploys, ab hex, quod eſt ſex, & Aploys, quod eſt rectum. Unde ſenſus eſt: In hexaploys, habentur, ideſt, in ſex rectis, & perfectis editionibus computantur. Sunt autem illæ ſex editiones. Prima Septuaginta: Secunda Aquilæ: Tertia Symmachi:

i Quanto magis ego] Hic commendat ſe *Hier.* non ex faſtu ſuperbiæ, ſed ut ſic ſaltem editionem ſuam innuat debere recipi, cum ſit bona. Primo autem commendat ſe a fide, quia Chriſtianus. Secundo a parentela, quia de parentibus Chriſtianis. Tertio, a vitæ honeſtate, quia vexillum crucis portavit in fronte, ſine pudore ſe Chriſtianum ore, & opere confitens, & demonſtrans. Quarto ab utilitate, quia ejus ſtudium fuit omiſſa repetere, & depravata corrigere: Quod non propter ſe, ſed propter omnes fecit.

k Vexillum crucis] Chriſmate factum in baptiſmo.

l Omiſſa] a translatoribus.

m Depravata] a ſcriptoribus.

n Puro,] ſine additione.

o Fideli] ſine ſubtractione, & immutatione.

p A faſtidioſis,] Quia multa viderunt, & jam quaſi ſatiati faſtidiunt meliora, ſicut Judæi in deſerto faſtidiebant manna, & omnis ſuavitatis dulcedinem habens. Unde *Num.11.* Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, niſi Man. Item *eod.21.* Anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo. *Prov.27.* Anima ſatiata calcabit ſavum, anima autem eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet.

q Habeant, qui volunt,] Oſtendo, quod editio ſua debeat recipi, quia non poteſt quemquam cogere, in voluntate eorum dimittit.

r Purpureis,] ideſt picturatis.

ſ Initialibus] ideſt capitalibus, ideſt groſſis litteris, quæ ſcribuntur in principio libri. Vel uncialibus, ideſt unciam auri, vel coloris continentibus, vel conſtantibus ad ſcribendum tanto.

t Onera] pretii, vel ponderis.

u Quam emendatos.] ſerie. Non refert, quam pulchros libros habeam, ſed quam bonos.

x Et ſeptuaginta] quam non habemus.

y Juxta Græcos,] ideſt, quam ipſi fecerunt de Hebræo in Græcum, quam poſtea tranſtulit Hieronymus de Græco in Latinum, cum Aſteriſcis, & Obelis: Et poſtea tranſtulit aliam de Hebræo in Latinum, ſine Aſteriſcis, & Obelis, quam habemus modo.

z Quod vult,] ideſt, aut illam, quam tranſtuli de Græco in Latinum, cum Aſteriſcis, & Obelis; aut illam, quam tranſtuli de Hebræo in Latinum, ſine illis figuris.

a Studioſum] ſi utrumque recipiat.

b Malevolum,] ſi neutrum.

Explicit expoſitio primi Prologi in librum Job.

SECUNDI PROOEMII S. HIERONYMI, in librum Job, Domini Hugonis Expositio.

SI *a* aut fiscellam, &c.] Secundum Procemium, in quo aperte respondet Hieronymus æmulis suis, ostendens, quod non debent illi detrahere per locum a minori, quod si faceret fiscellas, non detraherent ei multo fortius, modo in hoc opere. De fiscella dicitur *Exod.* 2. Cum vidisset mater, Moysi scilicet, quod celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & linivit eam bitumine, ac pice posuitque intus infantulum.

Item aliud Procemium Sancti Hieronymi in Job.

SI *a* aut fiscellam junco texerem, aut palmarum folia complicarem, ut in *b* sudore vultus mei comederem panem, & *c* ventris opus, solicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem, quia juxta sententiam Salvatoris volo operari cibum, *d* qui non perit, & antiquam divinorum voluminum viam *e* sentibus, virgultisque purgare, error mihi *f* geminus infigitur, corrector vitiorum, falsarius vocor, & errores non auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis *g* consuetudo, ut etiam confessa plerisque *h* vitia placeant, dum magis pulchros habere volunt codices, quam emendatos. Quapropter, *i* o fratres charissimi, unicum nobilitatis, & humilitatis *k* exemplar, pro *l* flabello, calathis, sportellisque, munusculis monachorum, spiritualia hæc, & mansura dona suscipite, ac *m* beatum Job, qui adhuc apud Latinos jacebat in *n* stercore, & vermibus scatebat errorum, *o* integrum, immaculatumque *p* gaudete. Quomodo enim post probationem, aut victoriam, duplicia sunt *q* ei universa reddita, ita ego in lingua nostra, ut audacter loquar *r* feci eum habere *f* quæ amiserat. Igitur *t* & vos, & unumquemque lectorem solita præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem semper annectens, rogo, ut *u* ubicumque semper præcedentes *x* virgulas videritis, sciatis ea, quæ subjecta sunt, in Hebraicis voluminibus non haberi. Porro *y* ubi stellæ imago præfulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita sunt: Necnon & illa, quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, ut sensum legentibus tollerent, orantibus vobis, magno labore correxi, magis *z* utile, quid *a* ex odio meo Ecclesiis Christi venturum *b* ratus, quam *c* ex aliorum negotio.

Incipit argumentum in librum Job.

IN terra quidem habitasse Job Usitidi, in finibus Idumææ, & Arabiæ fertur: Et erat ei ante nomen Jobab. Et accepit uxorem Arabissam, & genuit filium, quem vocavit Ennon. Erat autem ipse filius quidem Zare, de Esau filiis, filius; de matre vero Bosra, ita ut sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges, qui regnaverunt in Edom, in qua & ipse regnavit: Sed primus in ea regnavit Balach filius Beor, & nomen ejusdem civitatis Danaba. Post Balach autem Jobab, qui vocatur Job. Post Job autem Esau, qui erat dux ex Themanorum regione. Et post illum regnavit Adad, filius Badadi, qui excidit Madian in campo Moab, & nomen civitatis ejus Chetheavith.

Explicit Argumentum in librum Job.

Gen. 3.

b In sudore vultus] *Gen.* 3.

c Et ventris opus solicita, &c.] idest, si facerem sportulas, vel hujusmodi, quas venditas comederem. 1. *Corinth.* 6. Esca ventri, & venter escis, sed Deus & hunc, & has destruet.

Joan. 6.

d Qui non perit,] Vel putret *Joan.* 6. Operamini cibum, qui non perit, idest, bonum opus, quo anima reficitur. *Joan.* Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.

e Sentibus, virgultisque] idest majoribus, & minoribus erroribus. Per sentes enim majores errores accipit, de quibus *infra* 30. Esse sub sentibus delicias computabant. Hæretici scilicet per virgulta minora. Hæc enim sunt virgulta, quæ Judas, & sui viderunt nata in atriis templi, 1. *Mach.* 4.

Job 1.

Job 42.

f Geminus infigitur,] idest, imponitur. Unus est, quod cum sit corrector vitiorum, vocatur falsarius. Alius, quod cum auferat errores, dicitur eos serere. Vel geminus error mihi infigitur, quia dicunt, me errare, & gemino dente alios reprehendere. Vel error geminus mihi infigitur ab his, qui me gemino, & duplici dente corrodunt.

g Consuetudo, 1.] *Thess.* 4. Rogamus vos, fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis. Ibi *Gloss.* Difficile est dimittere consuetudinem. Unde *Jerem.* 13. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

h Vitia placeant,] idest, quamvis confiteantur illi esse peccata, & mala, & tamen placent. Sed contra *Num.* 15. Quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam: Ibi *Gloss. August.* Si diligenter consideretur, forte ipsum peccatum nemo vult, sed propter aliud fit, quod vult, qui peccat. *i* O fratres charissimi,] Loquitur ad Heliodorum, & Paulinum, quibus scribebat, nec tamen nominat eos. Vel ad omnes forte.

k Exemplar,] quoad vitam, supple, proponam.

l Pro flabello,] quo muscæ fugantur. Hujusmodi enim munuscula, flabella, calathos, sportulas, solebant antiquitus monachi dare, & ipse Hieronymus erat monachus. Ideo in ipsis exemplificat, quasi dicat, mitto vobis loco hujusmodi munusculorum munera spiritalia in æternum permansura.

m Beatum Job,] idest, librum beati Job.

n In stercore,] Alludit ei, quod dicitur *infra* 1. & 2.

o Integrum,] idest, sine defectu, & errore.

p Gaudete.] idest cum gaudio suscipite.

q Ei] scilicet Job.

r Feci eum] idest, librum suum.

f Quæ amiserat,] idest, quæ subtracta, vel omissa erant in aliis translationibus. Et innuit latenter *Hieronym.* duplicem translationem libri Job, quam fecit in Latinum, alteram de Hebræo.

Gen. 16.

t Et vos,] o Heliodore, & Pauline.

u Ut ubicumque] in prima scilicet editione mea.

x Virgulas] idest obelos.

y Stellæ] idest asteriscus.

z Utile,] idest aliquid.

a Ex odio] idest, ex mea prima edirione, qua odiosus sum multis. Vel ex odio meo, ieest ex hoc opere, quo incurro multorum odium. Vel secundum aliam litteram: Ex otio meo, idest ex hac editione mea, quæ videtur eis otiosa.

b Ratus,] idest existimans.

c Ex aliorum negotio.] idest, quam ex aliis negotiationibus, si eas agerem, vel alii agerent. Sed ex hoc videtur, quod non curabat Hieronymus, si aliquos scandalizabat, vel scandalizari sciret. Respondeo: Hieronymus neminem scandalizabat. Sed multi ex bono opere Hieronymi, & necessario Ecclesiæ scandalizabant seipsos. Sicut ex prædicatione Domini multi scandalizabantur, non tamen scandalizabat eos. Unde nec Dominus propter scandalum eorum dimittebat prædicare.

Explicit Expositio super secundum Procemium in Job.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Librum Job Postilla incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

INCIPIT

LIBER JOB.

CAP. I.

VIR *a* erat in terra *b* Hus *c* nomine Job. Et erat vir ille *d* simplex, & *e* rectus, *f* ac timens Deum, & *g* recedens a malo. *h* Natique sunt ei septem filii, & tres filiæ. Et fuit *i* possessio ejus, septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, & quingentæ asinæ, *k* ac familia multa nimis.

VIR *a* erat, &c.] Sicut dictum est, hunc librum transtulit *Hieronymus*, sed *Gregorius* exposuit. Liber autem iste principio usque ad trigesimum octavum capitulum, est de ostensione infirmitatis humanæ post peccatum, & Dei magnitudine: Et hoc quantum ad verba ipsius Job. Quantum autem ad eloquia amicorum ejus, de ipsius simulationis detestatione. Putabant enim Job esse hypocritam, & ideo percussum a Domino. A trigesimo octavo autem capitulo usque ad finem, totus est de ostensione potentiæ Dei, sapientiæ, benignitatis. Primo autem Job, quasi pugil aptus ad pugnam describitur, & omni virtutum genere armatus ostenditur. Per verba enim, quæ hic ponuntur, universitatem donorum habere monstratur. Vir a virore virtutum: In quo fortitudo ostenditur.

b Hus] interpretatur consiliator, ecce donum consilii.

c Nomine Job.] qui interpretatur dolens, ecce donum scientiæ. Juxta illud *Eccl.1.* Qui addit scientiam, addit & laborem, vel dolorem.

d Simplex,] idest unus. Juxta illud *Ps.26.* Unam petii a Domino, hanc requiram. In hoc sapientia.

e Rectus,] In hoc intellectus.

f Timens Deum,] Ecce donum timoris.

g Recedens a malo.] Ecce donum pietatis. Recte igitur vir Gentilis in exemplum adducitur, ut Christianus minus idoneus erubescat. Juxta illud *Isaiæ* 23. Erubesce Sidon, ait mare. Et nota ordinem commendationis. Primo enim virtus Job a loco habitationis ostenditur, *ibi*: Vir erat in terra Hus, quæ erat terra Gentilium, quasi dicat, bonus erat inter malos: Sicut Lot in Sodomis. *Gen.*19. Sicut lilium inter spinas, *Cantic.*2. Unde *infra* 30. Frater fui draconum, & socius struthionum, quod est rarum, & difficile, quia dicit *Ps.* 17. Cum sancto sanctus eris, &c. & cum perverso perverteris, &c. Item *Eccles.* 13. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicaverit superbo, induet superbiam, 1. *Corinth.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Job vero non potuit corrumpi, quia naturam habuit Salamandræ, quæ de igne vivit. Secundo ostenditur virtus Job, ab his, quæ sunt interioris. Et primo ab unitate, sive simplicitate affectus, *ibi*: [Simplex.] Qui enim simplicem affectum non habet, non habebit successus. *Ecclesiast.*2. Væ duplici corde, & labiis scelestis. Secundo a rectitudine intellectus, *ibi*: [Et rectus:] Qualis fuit homo ab initio. *Ecclesiast.*7. Solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse infinitis se miscuit quæstionibus. Tertio a solicitudine mentis, *ibi* [Ac timens Deum.] Timor enim solicitum facit, juxta illud *Eccles.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Vel a timore ipso laudatur, quia timor thesaurus Domini est, & custodia omnis boni. *Isaiæ* 33. Divitiæ salutis sapientia, & scientia; timor Domini, ipse thesaurus ejus. Sed quia timor non est bonus, nisi sit castus; ideo subditur: [Et recedens a malo.] *Prov.* 14. Timor Domini fons vitæ, ut declinet a ruina mortis. Item *eodem* 15. Per timorem Domini omnis homo recedet a malo. Vel sic: Vir erat, bonum faciendo: Simplex per intentionem, quoad Deum: Rectus per æquitatem, quoad proximum: Hæc quantum ad primam partem justitiæ. Timens Deum, & recedens a malo. Hoc quantum ad aliam partem justitiæ. Et ita, perfectæ justitiæ ostenditur fuisse Job, faciens bona bene, & declinans a malo, non male, sed timore Dei. *Greg.* Rectus est, qui in adversis non frangitur, qui ad temporalia non inclinatur, qui ad superna totus erigitur, qui divinæ voluntati humilis subditur, non superbus adversatur. Item nota, quod hæc duo, simplicitas, & rectitudo se concomitantur. Unde *Proverb.* 11. Simplicitas justorum diriget eos. Similiter: Timere Deum, & recedere a malo se concomitantur. *Ecclesiast.*1. Timor Domini expellit peccatum. [Ac timens Deum.] *Gloss.* Timere Deum, est, nulla, quæ facienda sunt, præterire. [Et recedens a malo. *Gloss.* Quia bona malis permixta non sunt Deo accepta. Unde *Eccl.9.* dicitur: Qui in uno peccaverit, multa bona perdet, *Jacob* 2. Qui in uno offenderit, factus est omnium reus. *Eccles.* 34. Unus ædificans, & unus destruens, quid prodest nisi labor?

h Natique sunt ei, &c.] Quia, ut dicit *Gregor.* sæpe ad avaritiam allicit cor parentis, fœcunditas prolis. Ideo de prole subditur, ut sic ejus sanctitas ostendatur, quia & justus describitur, & pater multæ prolis fuisse perhibetur. Et in hoc ostenditur, qualis rector civitatis extiterit. Qualis enim fuerit princeps, talis & populus ejus. *Eccl.*10. Secundum judicem populi, sic & ministri ejus: Et qualis est rector civitatis, tales inhabitantes in ea. Et describitur hic virtus Job ab exteriori. Primo a prole bona, & multa. *Eccles.* 3. Deus honoravit patrem in filiis. *Proverb.* 17. Corona senum filii filiorum, gloria filiorum patres eorum.

Est simplicitas.
- Indiscreta.
  - Natura, ut Nabal 1 Reg.25. Ne ponat, oro, Dominus meus Rex cor suum super virum justum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen suum stultus est, & stultitia ejus cum eo est.
  - Ætate 1. *Cor.* 14. Nolite pueri fieri sensibus, sed malitia parvuli estote.
- Ficta.
  - Adulatoris, sive susurronis, *Prov.* 26. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perveniunt usque ad intima ventris.
  - Hypocritæ, *Matth.* 7. Attendite a falsis Prophetis.
- Discreta, ut hic: Vir simplex, & rectus. *Ps.* 67. Pennæ columbæ deargentatæ. Per columbam simplicitas intelligitur, per argentum discretio, *Matt.*7. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.
- Seducentis, ut *Nehem.* 6. Non est sic, falsa verba tu loqueris: de corde enim tuo tu componis hæc.
- Falsi amici, ut *Eccl.*12. Et si humiliatus vadat curvus, abjice animum tuum, & custodi te ab illo. *Eccl.*19. Est, qui nequiter se humiliat, & interiora ejus plena sunt dolo.
- Meretricis, *Prov.* 7. Irretivit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Sequitur:

i Et fuit possessio ejus,] *Gloss.* Prius divitias cordis exposuit, post opes corporis ponit, quæ solent mentem humanam in diversa trahere. Unde *Matth.* 13. Solicitudo seculi, & fallacia divitiarum suffocant verbum Dei. Hoc autem ideo fit, ut ostendatur, quantus fuerit, qui tot, & tanta sine dolore amisit. Quia, ut dicit *Greg.* Nihil sine dolore amittitur, nisi quod sine amore possidetur. Item in hoc ejus humilitas ostenditur, quia in divitiis multis non fuit elatus, quod raro invenitur. *Eccl.* 24. Somnia extollunt imprudentes, idest divitiæ temporales. *Eodem* 11. Si dives fueris, non eris immunis a delicto. *Lucæ* 18. Quam difficile, qui pecuniam habent, in regnum Dei intrabunt. *k* Ac familia] *Gloss.* Quæ posset eum facere parciorem. Nota: In familia complacent sibi Reges, *Sap.6. Prov.* 14. In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis, ignominia Principis; quasi dicat, nec in multa familia elatus fuit Job. Et recte post multitudinem opum, multitudinem familiæ posuit: quia ut dicitur *Eccl.* 5. ubi sunt multæ opes, & multi, qui comedunt eas.

a Eratque vir] adhuc est de commendatione Job.
b Magnus, &c.] idest, ditior divitibus. Orientales enim prædivites sunt, quasi dicat, prædives fuit Job, & tamen bonus, & humilis, cogitans illud *Eccl.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.
c Et ibant filii ejus,] quia ordinatio filiorum facit cognoscere ordinationem patris, juxta illud *Eccl.* 10. Qualis rector civitatis, tales inhabitantes in ea. Ideo de ordinatione filiorum subditur, ut sic pateat ordinatio patris.
d Per domos,] non in tabernis. *Prov.* 21. Noli esse in conviviis potatorum.

a Eratque vir ille *b* magnus inter omnes orientales. Et *c* ibant filii ejus, & faciebant convivium per *d* domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent, & biberent cum eis. Cumque in *e* orbem transissent dies convivii, *f* mittebat ad eos Job, & *g* sanctificabat *h* illos, consurgens *h* diluculo *i* offerebat *k* holocausta per *l* singulos dies. Dicebat enim: *m* Ne forte *n* peccaverint filii mei, & *o* benedixerint Deo in *p* cordibus suis. Sic *q* faciebat Job cunctis diebus. *r* Quadam autem die cum *s* venissent filii Dei, ut assisterent coram Domino, *t* affuit inter eos etiam Satan. *u* Cui dixit Dominus:

e Cumque in orbem, &c.] idest, revolutis per ordinem septem diebus, quia septem erant, quorum quisque die suo faciebat convivium. Sed quia difficile est convivia sine culpa fieri.
f Mittebat] qui illos corrigerent. Qui enim diligit pueros, assiduat flagella. *Prov.* 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum; qui autem diligit, instanter erudit. Item 23. Noli subtrahere a puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur.
g Sanctificabat] idest, pro eis orabat, & oblationes faciebat octava die. *Eccles.* 3. Benedictio patris confirmat domos filiorum. *Seneca*: Quia non caste vixi, patri, & matri imputandum est, non enim fui sub legibus bene castigatæ domus.
h Diluculo] In hoc matura solicitudo Job circa filios notatur. Unde *Prov.* 11. Bene consurgit diluculo, qui quærit bona.
i Offerebat] Deo, non mundo.
k Holocausta] quæ tota Deo cremantur.
l Per singulos] qui perseveraverit, &c. *Matth.* 24.
m Ne forte, &c.] *Gloss.* Non affirmat, qui temere judicare de alienis cordibus non debemus. *Matth.* 7. Nolite judicare, & non judicabimini. *Gloss.* de dubiis: De manifestis judicatur, non de illis, de quibus incertum est, quo animo fiant, de quibus nemo sine periculo judicat. *Roman.* 14. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit. Stabit autem, q. d. Debes judicare, quod stabit. Ibi innuit *Gloss.* quod dubia in meliorem partem sunt interpretanda. Unde *Prov.* 24. Ne insidieris, & quæras iniquitatem in domo justi, neque vastes requiem ejus.
n Peccaverint filii mei,] fere enim semper epulas comitatur voluptas, & loquacitas, ut dicit *Gregorius*: Corpus enim dum refectione resolvitur, homo ad inane gaudium relaxatur. *Exod.* 32. Sedit populus manducare, & bibere, & surrexit ludere. *Gloss.* Cum intus lingua humectatur, vix refrænatur. *Jacob.* 3. Linguam nullus hominum domare potest; ideo dives epulo in lingua torquetur, quia loquax in conviviis fuisse perhibetur. *Luc.* 16.
o Benedixerint] idest, maledixerint.
p In cordibus suis.] *Gloss.* Perfectos in opere, & sermone docuerat, quibus de sola cogitatione timebat. Item quam severe opera corriget, qui tam sollicitus est corda mundare.
q Sic faciebat Job cunctis diebus.] Hic commendator Job de perseverantia. Unde cauda jubetur offerri. *Levit.* 3.
r Quadam autem die cum, &c.] Quia risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat. *Proverb.* 14. Ideo prosperitate Job posita, sequitur ejus tentatio. Ideo autem prætaxata est ejus substantia, ut pateret in quot, & quantis sit tentatus. Nec tamen in uno turbatus, quia ut dicitur *Prov.* 12 Non contristabit justum quicquid ei acciderit: Dicit igitur: Quadam die, quia forte sic ostensum fuit ipsi Job visione immaginata, aut intellectuali, sicut Micheæ, 3. *Reg. ult.* Vidi Dominum, &c. aut *Isai.* 6. Et hæc visio dicitur quædam dies. Vel dies temporis ad litteram potest intelligi.
s Venissent] Quo, vel unde, cum Dominus sit ubique præsens. Item *Matth.* 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Item *Dan.* 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Si igitur semper vident faciem Dei, & semper assistunt, unde ergo veniant, qui numquam recedunt. Solut. *Hebr.* 1. Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Unicuique enim genti præposuit Deus Angelum, vel Angelos. *Eccles.* 17. In unamquamque gentem præposuit rectores *Daniel.* 10. Princeps regni Persarum restitit mihi viginti uno diebus, & ecce Michael unus de Principibus primis, venit in adjutorium meum. Per hoc ergo, quod missos cognoscimus, onde veniant, scimus scilicet de ministerio, ad quod missi fuerant. Et loquitur Scriptura more humano, sicut potest, ac si ministri alicujus Principis, impleto officio sibi indicto, redirent ad eum, villicationis suæ reddituri rationem. Angelos enim coram Domino venire nihil aliud est, quam injuncti ministerii rationem reddere. Hoc est, quod Deus videt, qualiter injunctum officium impleverint, ipsos scire, ac inde gratias agere, & prœmium expectare. Sed iterum, quomodo mittantur Angeli, si assistunt? Quærit *Gregor.* Solutio: Sicut dicit *Gloss.* Spiritus Angelici, & circumscripti sunt exterius, & interius, sciendo distincti, quia & injuncta officia exterius exequuntur, & fontem scientiæ interius contemplantur. Per hoc, quod circumscripti sunt, & opus suum faciunt, foras exeunt, & mitti dicuntur, tamen per contemplationem a Deo numquam recedunt. Unde *Dionysius in libro de Divinis nominibus*: Angeli duplicem motum habent. Unum circularem, quo in ipsum, qui sine termino est, feruntur assidue. Alterum rectum, quo administratorii sunt, quoad nos veniont, & recedunt. Igitur & Angeli mittuntur per operis injuncti executionem, & assistunt Deo per contemplationem.

Infr. 2.

B

t Affuit inter eos etiam Satan.] qui accusator est fratrum, *Apoc.* 12. Sed qualiter affuit Satan præsentiæ divinæ, quæ tantum patet mundis cordibus. *Matthæi* 5. Item *Isai.* 26. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei: Respondetur ad litteram: Non apparuit ibi Dei majestas, nisi per subjectam creaturam, cui assistere permissum est diabolo: sicut alio incarnato, *Matth.* 4. tamen alio modo, eo intuitu quo omnia spiritualia vidit, etiam Satan in ordine sublimioris naturæ conspicit. Unde 3. *Reg. ult.* dicit Michæas: Vidi Dominum sedentem super solium, idest Angelos, quorum mentibus altius præsideus, omnia inferius disponit: Et exercitus cœli a dextris, & a sinistris, idest boni, & mali Angeli, quia non tantommodo boni Deo ministrant, ut dicit *Gloss.* sed mali qui probant bonus, & volentes converti, gravant. Adest ergo Satan coram Deo inter filios Dei, quia servit Deo, sicut alii. Et quia naturam similem eis non amisit, licet ab eis per superbiam exierit. Unde dicitur, quod inter filios Dei, non in filiis Dei, quia non de eis fuit, sed inter eos. *u* Cui dixit Dominus:] forte per Angelum. Sed *Gloss.* dicit: Non Dominus, satan flatu vocis alloquitur, sicut nos, cum sit incorporeus. Sciendum autem, quod aliter loquitur Dominus ad Angelum, aliter Angelus ad Deum, aliter Deus ad animam, aliter anima ad Deum, aliter Deus ad diabolum, aliter diabolus ad Deum, ut dicit *Gloss.* Deus loquitur ad Angelum, cum ei voluntatem suam, & incognita ostendit. Organa enim vocis sunt ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audienti dicitur, quod ejus menti inspiratur. Unde cum bonorum Angelorum cordibus infunderet Deus animadversionem ultionis contra superbiam ædificantium turrim Babel; dixit *Gen.* 11. Venite, descendamus, & confundamus linguam eorum. Ibi *Gloss.* Ascendunt Angeli in hoc, quod Creatorem aspiciunt; descendunt autem in hoc, quod creaturam sese in illicitis erigentem examine districtionis premunt. Angeli quoque loquuntur ad Deum, dum quod super se est, admirantur in laudem. Vox eorum, est clamosa in auribus Dei admiratio. *Greg.* Excitatus sum cum reverentia motus cordis, magnus est ad aures Dei incircumscripti spiritus clamor vocis, quæ vox quasi per distincta verba se explicat, dum se per innumeros modos admirationis format. Item loquuntur animæ sanctæ ad Deum per desideria. *Apoc.* 6. Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum

Unde *a* venis? Qui respondens, ait: *b* Circuivi terram, & perambulavi eam. Dixitque Dominus ad eum: *c* Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, & timens Deum, ac recedens a malo? *d* Cui respondens Satan, ait: *e* Numquid frustra Job timet Deum? † Nonne *e* tu vallasti eum, ac *f* domum ejus, universamque substantiam ejus *g* per circuitum? Operibus manuum ejus *h* benedixisti, & possessio illius crevit in terra. *i* Sed extende *k* paululum manum tuam, *l* tange *m* cuncta, quæ possidet: nisi in facie *n* benedixerit tibi. Dixit *o* ergo Dominus ad Satan: *p* Ecce universa, quæ habet, in *q* manu tua sunt, tantum in *r* eum ne extendas manum tuam. *ſ* Egressusque est Satan a facie Domini. Cum *t* autem quadam die filii, & filiæ

Psalm. 9.

B

al. † numquid tu nuda.

bum Dei, & clamabant voce magna, dicentes: Usquequo non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Quæ petitio nihil aliud est, quam extremum diem judicii in resurrectione desiderare. Et tanto majorem vocem spiritus martyris exprimit, quanto se in ejus desiderium plenius fundit. Si desiderium sermonum non esset, *Ps.* non diceret: Desiderium cordis eorum audivit auris tua. Sed objicit *Greg.* Quomodo inquit, dicuntur animæ sanctæ petere, quas voluntatem Dei certum est, & futura non ignorare: Resp. De ipso accipiunt, ut ab eo petant, quod eum facere velle vident, & nisi peterent, a voluntate ejus discordarent. Quibus respondet Deus; Requiescite adhuc tempus modicum, donec impleatur numerus fratrum vestrorum, *Apoc.* 6. Quod dicere, est intra ardorem desiderii ex præscientia solatium inspirare. Vox igitur animarum ad Deum, est desiderium futurorum, quæ tamen vident Deum velle fore. Respondere Dei duplex est. Vel eas retributionis certitudine inter desideria confirmare, vel expectandi moram infundere. Item loquitur Deus ad Diabolum quatuor modis. Primo, vias ejus arguendo, ibi, *a* Unde venis?] Satan. Et quærit, quasi nesciat. Sed nescit, quia non approbat. *Matth.* 25. Nescio vos. Secundo, electorum justitiam contra illum proponendo ibi: [Numquid considerasti servum meum Job?] Quod est dicere. Tales eos facere, quibus Satan posset invidere. Tertio,] tentandi licentiam permittendo: ibi [Ecce universa.] Quarto, malitiam ejus cohibendo: ibi [Tantum in eum ne extendas manum tuam.] Item Diabolus loquitur ad Deum tribus modis. Primo, vias suas insinuando, ibi. *b* Circuivi terram,] Dicere autem, Diabolus quid egerit, nihil aliud est, quam scire, quod actus suos Deo occultare non possit. Secundo, electos falsis criminibus accusando, ibi: [Numquid frustra timet Deum.] Quod est dicere. Contra bonos conqueri, & eorum profectibus invidere. Tertio, tentandi licentiam postulando, ibi: [Extende manum tuam.] Quod est dicere ac afflictionem bonorum malitiæ suæ æstibus anhelare. Item aliter potest illud legi. *c* Numquid considerasti, &c.] Satan terrenos vituperat, ubi dixit: Circuivi terram, & perambulavi eam. Et gloriabatur de conculcatione eorum. Ideo Dominus econtra commendat servos suos, & specialiter Job. De quo exemplum ponit, dicens: [Numquid considerasti, &c.] Nec dicit: Numquid circuisti, vel perambulasti servum meum Job, quia illum nullatenus poterat conculcare. Unde *infr. eod.* In omnibus his non peccavit Job labiis suis. Sed dicit; Numquid considerasti, &c.] q. d. considerare potes, cui prævalere non potes. Sed nonne circuivit Diabolus terrenos, & perambulavit? ergo & Job, cum sit terrenus. Unde *inf.* 10. Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, &c. Resp. Job terrenus fuit corpore, sed cœlestis mente, quia terrenis opibus contemptis, solis cœlestibus appetendo adhærebat cum Apostolo Paulo, posteriorum oblitus, in anteriora se extendens. *Phil.* 3. Item 1. *Cor.* 15. Primus homo de terra, terrenus, secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus, tales terreni, & qualis cœlestis, tales cœlestes. *d* Cui respondens, &c.] Commendaverat Job, & in eo omnes electos. Audita autem commendatione, vult Satan ostendere, quod non est commendabilis Job, unde dicit.

e Numquid frustra, &c.] q. d. cur laudas Job, cum nihil a se habeat, sed a te omnia? *Eccl.* 11. Bona, & mala: vita, & mors: paupertas, & honestas a Deo sunt, &c. Non fecerat Job malum, quod argueret Satan, bonum ejus diminuit, *Gl.* Diabolus, quia non invenit mala, quæ accusat, bona in malum vertit, quasi non bono animo fiant. *e* Nonne, &c.] i. validum fecisti, q. d. non ex propria virtute habet, quod stat, sed ex tua vallatione. Et ideo non est laudandus, qui protegitur, sed tu, qui protegis. *f* Ad domum] i. familiam, q. d. filios, & filias, & familiam multam nimis, & substantiam copiosam dedisti ei. Et ideo non frustra Job timet Deum, qui tot bona in terra recepit, & ideo non est mirum, si innocenter vivit, Et per hoc nititur ostendere Satan, quod timor mundanus est, vel humanus, non filialis, vel castus. Et ita Job non est timens Deum. Item per hoc ostenditur, quod non est rectus, nec simplex, quia sic solum Deum quæreret, & amaret, non temporalia. Item per hoc ostenditur, quod non est recedens a malo. Divitiæ enim absque peccato vix haberi possunt, *Eccles.* 11. Si dives fueris, non eris immunis a delicto. [Affuit inter eos.] *Greg.* Dum cuncta sunt nuda divino conspectui, Satan affuit, absens præsenti cum amore, non timore. *g* Per circuitum?] q. d. non intus, nec extra permittis eum turbari. *h* Benedixisti,] multiplicando. *i* Sed extende] Tertius modus est, quo respondet Diabolus Domino, & licentiam tentandi postulat, q. d. quem inclusum in tua protectione tenes, expone tribulationi, q. d. Diabolus: Dum est in prosperitate, videtur bonus, & simplex, sed non est. Sed recedente prosperitate, maledicet tibi. Et ita non est simplex, sed duplex, & variabilis. *Eccles.* 12. Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia, & in malitia illius amicus agnitus est. *k* Paululum manum tuam,] *Gloss.* Paululum dicit Diabolus, quia temporalia parvipendenda intuit. *l* Tange] i. tangi permitte, vel a manu protectionis tuæ detege. Et fatetur hic Diabolus, quod licet sit rex super omnes filios superbiæ, & potestati suæ super terram nulla potestas valeat comparari, ut dicitur *inf.* 41. quod nihil potest in Job nisi permissus. Unde *Matth.* 8. Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum, i. ire permitte. *Isai.* 51. Incurvare, ut transeamus: Qui igitur in porcos ire non poterat, non est mirum, si sancti viri domum contingere non valebat. Habet autem diabolus a se voluntatem, quæ est mala, a Deo autem potestatem, quæ est justa. Unde 1. *Reg.* 16. dicitur: Spiritus Domini malus exagitat te. Idem spiritus & Domini dicitur, & malus dicitur. Domini, per licentiam justæ potestatis. Malus, per desiderium injustæ voluntatis, *m* Cuncta] non aliqua, ut quem non dejicerent particularia, dejicerent universalia. *Jer.* 6. Crudelis est, & non miserebitur. *n* Benedixerit] i. maledixerit. Vel benedicere in facie ejus ore tantum, & non corde gratias agere. Juxta illud *Jer.* 12. Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum. Et utroque modo est aposiopisis, q. d. Da mihi licentiam tangendi domum ejus, & nisi maledixerit tibi de cetero, non credas mihi. Et ita patet, quod non est simplex, & quod eum benedicat tantum ore, & non corde. *o* Dixit ergo] Tertius modus, quo loquitur diabolo Deus, scil. tentandi licentiam permittendo. Et dicit *Gl.* Non petitione diaboli provocatus Dominus vincitur, sed hosti concedit ad deceptionem suam, quod famulo prosit. Sciebat enim Dominus, quod omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. *Rom.* 8. Item 1. *Cor.* 10. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam proventum. Tentatio enim, cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis. *p* Ecce] Dat licentiam tentandi. *q* In manu] i. in potestate. *r* Tantum, &c.] Satan cuncta petierat. Et in hac generalitate corpus, & animam comprehendebat juxta illud *Gen.* 14. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Sed benignitas pietatis Dei substantiam prodit, corpus protegit, ne simul hostem ad omnia relaxet, ne undique feriens eum frangat. Dei enim misericordia ex tempore dispensat, ut quæ coacervata prosternentur, possint tolerari divisa. Unde *Ps.* Proba me Deus, & tenta me; q. d. prius me inspice, & tunc secundum vires tentari permitte. *ſ* Egressus] ad desiderii sui vota implenda, *Gloss.* dicit: Quo exiit ab eo, qui ubique est. *Jer.* 23. Cœlum, & terram ego impleo. Resp. ad litteram: A facie Dei ab ipso Diabolo in aliqua creatura imaginata, vel intellecta exiit. Vel quando laxatus fuit a cohibitione Dei, tunc egredi dicitur. Stat igitur Diabolus ante faciem Dei, quando malignari non permittitur. *t* Cum autem] Impetrata Satan tentandi licentia ad modum illius, qui castrum munitum obsidet, ab exte-

C

riori

a ejus comederent, & biberent vinum in b domo fratris sui primogeniti, nuncius venit ad Job, qui diceret: Boves c arabant, & d asinæ pascebantur juxta eos, & e irruerunt Sabæi, tuleruntque f omnia, & g pueros percusserunt gladio, & evasi ego solus, ut nunciarem tibi. h Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei i cecidit de cœlo, & † k cunctas oves, l puerosque m consumpsit, & effugi ego solus, ut nunciarem tibi. n Sed adhuc illo loquente, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt o tres turmas, & invaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio, & ego fugi solus, ut nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intravit, & dixit: Filiis tuis, & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in p domo fratris sui primogeniti, q repente ventus r vehemens irruit a regione deserti, & concussit s quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit t liberos tuos, & mortui sunt, & effugi u ego solus, ut nunciarem tibi. Tunc x surrexit Job, & y scidit vestimenta sua, & tonso capite, z corruens in terram, a adoravit, & dixit: b Nudus egressus sum de utero matris c meæ, nudus revertar illuc. Dominus d dedit, Dominus e abstulit, sicut f Domino placuit, ita factum est, sit g nomen Domini benedictum. In omnibus his non h peccavit Job i labiis suis, neque k stultum quid l contra Deum locutus est.

al. † tactus.

C A P. II.

FActū est m autē, cum quadā die

riori parte parat insultus. Multi enim plus tristantur propter amissionem temporalium, idest, exteriorum, quam interiorum. Nec solum attendit diabolus, quid faciat, sed quando, scil. tempore convivii, quod vix sine peccato potest celebrari. *Rom.* 13. Non in comessationibus, &c. a Ejus comederent, & biberent vinum] scil. Job. b In domo] Qui eos ab excessu debuit cohibere. c Arabant,] Hoc dicit, ut dum memorabant fructum boni operis, causa crescat doloris. d Asinæ] In Græco dicitur, quod erant fœtæ, ut majus sit damnum. e Irruerunt] Primum infortunium. f Omnia,] Non tantum aliqua. g Pueros] custodes. h Cumque] Vide ordinem tētationis, ut si non frangat injuria illata per hominem, saltem dejiciat vindicta per aeris intemperiem, quasi sit a Deo offenso. Ad ultimum nunciatur prolis interitus, ut si non exterioris possessionis turbet consumptio, saltem turbet carnis perditio. i Ignis] quasi dicat: Deus fecit hæc. k Cunctas] non partem. l Puerosque] i. custodes. m Consumpsit,] Secundum infortunium.

D

n Sed & adhuc] Post primum, & secundum ictum, addit diabolus tertium, ut qui uno vulnere percussus non cecidit, bis, vel ter percussus, subito prosternatur. Et nota quantum augeat dolorem Job diabolus amplificando fluctum, subito nunciando infortunium, successive diversos nuncios mittendo, ordinate nunciando, in Deum lamenti causam retorquendo, nullam consolationem relinquendo. *Infra* 16. Collegit furorem suum in me. Et *infr.* Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. o Tres turmas,]

Tres turmæ.

- A lege.
  - Sadducæi.
  - Pharisæi.
  - Herodiani.
- Moraliter.
  - Concupiscentia carnis. — contra quæ — Jejunium.
  - Cōcupiscentia oculorū. — contra quæ — Eleemosyna.
  - Superbia vitæ. — contra quæ — Oratio.

p In domo fratris] non aliena, non in taberna. q Repente ventus] ut non esset locus fugæ. r Vehemens irruit a regione deserti,] qui posset omnes involvere, & domum evertere. t Liberos tuos,] non ancillarum filios. u Ego solus,] Ubique unus solus remanet, qui damna Job nunciet. Per hunc significatur synderesis, quæ in omni peccato remurmurat, quæ etiam in Cain non fuit extincta. Unde *Jer.* 2. Filii Mempheos, & Taphnes constupraverunt te usque ad verticem. Et *infra*. Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te.

x Tunc surrexit] In verbo surgendi notatur firmitatis stabilitas. Unde *Gloss.* Qui prius firmiter stabat, firmus stat omnibus amissis. Et hoc est surgere Job. y Et scidit, &c.] Quod fuit signum doloris, quia, ut dicit *Greg.* non est pondus virtutis, insensibilitas carnis. Deplorandum est enim in morte parentum, juxta illud *Eccles.* 38. Fili mi, in mortuum produc lacrymas, quasi dira passus incipe plorare. z Corruens] In quo notatur humilitas. *Eccl.* 36. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. a Adoravit] in quo ostenditur, quod flagellantis judicium sustinuit patienter. Doluit, ne per insensibilitatem Deum contemneret, vel de proximo non curaret; nec nimis doluit, ne metas doloris excederet, per pusillanimitatem; medium tenuit, quia tonso capite inter gemitus adoravit, mos enim fuit veterum, ut qui in tranquillitate capillos nutrierat, tempore afflictionis abraderet, & e converso.

Moraliter.

Moraliter. s Quatuor angulos] sunt quatuor virtutes Cardinales. Filiorum mors, virtutum turbatio. Puer, qui evasit, discretio, qui damna nunciat; Job surgit, per profectum, vestes scindit, i. opera dijudicat, tonso capite cadit, i. præsumptuosas cogitationes reprimit. Adoravit, i. se humiliavit. b Nudus egressus] ut patienter doleat de amissis, attendit qualis venit in hunc mundum. Nudus enim venit, & nudus exibit. 1. *Tim.* 6. Nihil intulimus. &c. Et in hoc consolatur seipsum Job, qui accepta dimisit, non propria amisit. Et ponit duas causas, quare non est dolendum de amissione tali. Prima est, quia nihil proprium amisit, ibi: [Nudus egressus.] Secunda est, quia Deus, qui dederat, accepit: ibi [Dominus dedit, &c. c Matris meæ,] i. terræ, quæ est omnium mater. *Eccl.* 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam, a die exitus a ventre matris eorum usque in diem sepulturæ matris omnium. *Eccl.* 5. Sicut egressus est nudus de utero matris suæ, sic revertetur, & nihil auferet. 2. *Reg.* 12. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. d Dominus dedit] non diabolus. e Dominus abstulit,] non diabolus, qui nihil potest nisi permissus. f Domino] cujus sunt omnia. g Sit nomen Domini benedictum.] Sciebat Job se non Dominum, sed custodem esse omnium, quæ habebat, ideo videns sibi nullam factam injuriam, sed gratiam, gratias agit, quia divitiarum amissio nihil aliud est, quam gravis oneris depositio. *Greg.* Terrena substantia æternæ felicitati comparata, pondus est, non subsidium. *In lib. de consolatione*, dicit fortuna: Meæ sunt divitiæ, mecum veniunt, & me abeunte recedunt: dominam famulæ sequuntur. Item *Boetius*: Si generosus es, lauda parentes: Si dives, ne credas fortunæ: Si formosus, expecta parum, & non eris: Si instructus, si morigeratus fueris, hoc non a patre hæreditarium, hoc non a casu pendulum, hoc non a corpore caducum habes; q.d. de amissione temporalium non est dolendum, quia non sunt nostra, sed de amissione spiritualium, quæ habita faciunt beatum. h Non peccavit] Simile *inf.* 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Contra *inf.* 7. dicit Job: Peccavi, quid, &c. Sol. Quando dicit. Non peccavi, subintellige tantum, ut scil. tantam pœnam sustinerem. i Labiis suis,] Quia inter flagella peccatur duobus modis, corde scil. murmurando, ore, maledicendo. Ideo Job cordis, & oris innocentiam ostendit. Labia vocat intellectum, & affectum, q. d. interius cogitatione, vel desiderio non peccavi, nec exterius locutione. Et hoc est. k Neque, &c.] Et in hoc perfectus ostenditur. *Jac.* 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. l Contra Deum locutus] *Gloss.* Stulte contra Deum loquitur, qui inter flagella se innocentem dicit.

Eccl 9. c. 15. dist. c. si ad his quæ. Psal. 113. Infr. 2.

A

E X P O S I T I O C A P. II.

FActum est m, &c.] Expositio horum patet per præcedentia: Sciendum tamen est, quod in narrationibus rerum qualitates quatuor modis exprimuntur, ut dicit *Greg.* Aliquando a positione loci, sicut *Exod.* 19. De Israele, qui verba Dei in monte non potuit audire. Per quod intelligitur infirmitas populi, qui virtutis eminentiam non attingit. Quandoque a positione corporis, ut quod Stephanus vidit Jesum stantem. *Act.* 7. Per quod significatur, quod volebat eum juvare. Quandoque a qualitate aeris, ut *Jo.* 10. Domino prædicante dicitur, quod hyems erat. Per quod significatur, quod auditores infidelitatis frigore tenebantur. Quandoque a qualitate temporis, ut *Jo.* 13. Judas nocte exivit a domo. Per quod significatur, quod

quod non erat ad lucem gratiæ rediturus. Item *Luc.* 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te. Item Angeli in meridie venerunt ad Abraham, sed Sodomam subversuri venerunt vespere.

venissent filii *a* Dei, & starent coram Domino, venisset quoque Satan inter eos, & staret *b* in conspectu ejus, ut diceret Dominus ad Satan? *c* Unde venis? Qui respondens ait: Circuivi terram, & perambulavi eam. Et dixit Dominus ad Satan: *d* Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, *e* & adhuc retinens innocentiam? Tu autem *f* commovisti me adversus eum, ut *g* affligerem illum *h* frustra. Cui respondens Satan, ait: *i* Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro *k* anima sua. *l* Alioquin mitte *m* manum tuam, & *n* tange *o* os ejus, & carnem, & *p* tunc videbis, quod *q* in faciem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: *r* Ecce in manu tua est, *f* verumtamen animam illius serva. *t* Egressus igitur Satan a facie Domini, percussit Job † *u* ulcere pessimo, a planta pedis, usque ad verticem ejus. Qui *x* testa saniem radebat, sedens in *y* sterquilinio, Dixit *z* autem

a Filii Dei,] idest, Angeli boni, qui dicuntur filii per creationem, & per imitationem. *b* In conspectu] ut videretur a Deo, sed non videret Deum, quia lux in tenebris lucet, &c. *Jo.* 1.

B *Suf.* 1. *c* Unde venis?] Aliter quam prius, ut sit modo irrisio, quasi dicat, adverte, a quo vinceris, & de cetero contra Deum te erigere non præsumas. *d* Numquid, &c.] q. d. considerare licet, sed non potes conculcare. *e* Et adhuc, &c.] licet tot passus sit flagella, q. d. bonus erat ante, modo melior. *Sap.* 3. Tamquam aurum in fornace probavit illos. Quanto enim magis crescit exterius tribulatio, tanto purior efficitur interius mentis prædilectio. *Prov.* 17. Sicut in igne probatur argentum, & aurum camino, ita probat corda Deus. *Eccl.* 27. Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. *f* Commovisti me] More humano dicit hoc Dominus. Non enim verbis Satanæ provocatus, hoc fecit Dominus. Sed nos nisi commoti, ferire nescimus: Et hoc est Anthropospatos, sicut ibi. Pœnitet me fecisse hominem. *Gen.* 6. idest, faciam sicut pœnitens facit, scil. delebo hominem quem feci. *g* Affligerem] i. affligi permitterem. *h* Frustra.] idest, sine merito ejus. Non tamen frustra, idest, sine causa, quia ejus patientia crevit inter flagella. Et ex patientia tribulationis aucta est gratia remunerationis. *i* Pellem pro pelle,] idest, membrum pro membro, ut cutem pro carne, carnem pro nervis, nervos pro ossibus. Nota, Satan, quia peccatum non invenit, in quo posset accusare Job, ideo bonum ejus diminuit, q. d. patienter sustinet Job damna exteriora, quia timet, ne in proprio corpore feriatur, & sic timidum humano timore innuit. Et hoc est: Pellem pro pelle] idest, rem minus charam, scil. exteriora, dabit homo pro pelle, idest, pro re magis chara, idest, interiori. Nota, quod est pellis fortunæ, scil. bona temporalia, *Mich.* 3. Audite principes domus Jacob, & duces domus Israel, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis. Item pellis pœnitentiæ. *Gen.* 27. Pelliculas hœdorum circumdedit Rebecca manibus Jacob, & colli nuda protexit. Item pellis mortalitatis. *Gen.* 3. Fecit Dominus Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas. Item pellis pravæ consuetudinis. *Jer.* 13. Si mutare potest Æthiops pellem suam, &c. Item pellis virtutum. *Exod.* 26. Pellibus rubricatis, & hyacinthinis, jubetur tabernaculum operiri. Item pellis fragilitatis. *Infra* 19. Pelli meæ consumptis carnibus, adhæsit os meum. Item pellis exterioris conversationis. *Thren.* 3. Vetustam fecit pellem meam. Item pellis immortalitatis. *Cant.* 1. Nigra sum sed formosa, sicut tabernacula Cedar. Hoc quoque ad pelles mortalitatis, sive pœnitentiæ sicut pelles Salomonis: Hoc quoque ad pelles immortalitatis, sive gloriæ. Pro hac ultima pelle debet homo dare omnem aliam pellem, & cuncta, quæ habet, *k* Pro anima sua.] idest, pro vita sua. Suspicabatur hoc diabolus de Job, quod sæpe in aliis viderat. *l* Alioquin] idest, si non credis eum, ideo patienter ferre damnum exteriorum, quia timet de vita, quam diligit. *m* Mitte manum tuam] idest, relaxa potestatem, quam dedisti mihi. *n* Et tange] scilicet, tangere ne permitte. *o* Os ejus, & carnem,] idest, vitam corporalem. Vel corpus, quod constat ex carne, & ossibus. *p* Tunc videbis] idest, videri facies. *q* Quod in faciem &c.] idest, superficialiter, & pro temporalibus tantum diligat te, & timeat. Vel [In faciem benedicat tibi] idest, manifeste maledicet. *r* Ecce &c.] idest, usum potestatis tibi relaxo. Jam enim potestatem dederat. *f* Verumtamen, &c.] Quomodo dicitur diabolus animam servare, quia tantum animas quærit ad perdendum? *Gen.* 14. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Responsio: Servare dicitur, cum tentando superare prohibetur. Dominus igitur servum suum custodiendo deserit, & deserendo custodit. Alia perdit, alia protegit. Caro data est in manu impii, sed anima est in manu Dei. *Sap.* 3. Justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentũ mortis. Vel [animam ejus serva,] idest, ipsum non interficias; Vel serva a peccato. *t* Egressus] i. ad feriendum relaxatus. *u* Ulcere pessimo,] i. gravissimo & quantitate, & qualitate. *Greg.* Pensanda sunt flagella, quanta sunt, & qualia: Sæpe quantitate multa, sed qualitate levia; sæpe quantitate pauca, sed qualitate gravia: Ista autem & quantitate, & qualitate fuerunt gravia. Crudelis enim est, & non miserebitur. *Jer.* 6. Nota, percutitur quis, ut pœna sua continuetur, sicut Antiochus 2. *Mach.* 9. *Jer.* 30. Plaga inimici percussi te. Quandoque ut corrigatur, sicut Maria. *Num.* 12. Quandoque ne futura mala committat. *Joan.* 5. Ecce sanus factus es, jam nolis, &c. Quandoque ne superbiat, ut Paulus 2. *Cor.* 12. Ne magnitudo, &c. Quandoque ut Christus glorificetur, ut in cæco, *Jo.* 9. Neque hic peccavit, &c. Unde versus.

C al. † vulnere.

Ut probet, aut purget, aut puniat, aut veneretur,
Aut Christi pateat gloria, pœna datur.
Job probat, inclinat Paulum, sese manifestat
In cæco, purgat Mariam, punit Herodem.

Actuum 12. *x* Testa saniem radebat,] Hoc faciebat, ut ex propria despectione humiliorem se exhiberet. Ad litteram, testa fit ex luto, & sanies lutum est corporis. Testa ergo saniem radebat, idest, lutum luto tergebat, in quo se nihil aliud, quam lutum esse cognoscebat, qui etiam digitum apponere contemnebat. *Naum.* 3. Intra in lutum, & calca, subigens tene laterem. *y* In sterquilinio.] sedebat, ut quæ esset substantia suæ carnis perpenderet, & ex fœtore loci caperet, quod festine corpus ad fœtorem rediret, quod primo fuit sperma putridum, post vas stercorum, tandem esca vermium. Et vide sufferentiam Job, & e converso levitatem Adæ. Primo turbatus fuit amissione possessionis: Secundo interfectione prolis: Tertio, gravissima percussione corporis, & tamen in sterquilinio sedens victor exstitit. Adam vero nullo turbatus fuit, optimis naturalibus ditatus, & tamen in Paradiso Dei positus, victus fuit. Facilius ergo evolat quis in cœlum de tugurio, quam de palatio. Unde *Psalm.* 83. Elegi abjectus esse in domo Dei, &c. *Greg.* Testa saniem radebat, ut semetipsum in fragmento considerans, etiam de extensione vulneris sumeret curam mentis, *z* Dixit autem illi] Duobus modis tentat nos hostis. Nunc per verba, nunc per verbera. Verberibus enim probatur patientia, verbis sapientia. Hucusque igitur diabolus patientiam Job probavit. Primo rebus spoliavit: Secundo filiis orbavit: Tertio corpus proprium ulcere pessimo vulneravit: Sed nec sic superavit, sed semper fortiorem intus invenit: ideo ad artem antiquam redit, i. ad uxoris opprobrium, per quam primum hominem dejecit. Ipsam enim quasi scalam, quæ ad cor viri ascenderet, applicavit, sed non prævaluit. Job enim mulierem sibi subjectam attendit, & de lapsu primi hominis noverat, quod mulier recte docere nesciebat. Nihil enim iniquius lingua stultæ mulieris. *Eccl.* 7. Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor ejus, & vincula sunt manus illius; qui placet Deo, effugiet illam *Prov.* 7. Multos vulneratos dejecit, fortissimi quoque interfecti sunt ab ea, ut patet in Salomone, 3. *Reg.* 11. In David, 2. *Reg.* 11. In Samsone, *Judic.* 16. Ideo dicitur *Mich.* 7. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. *Eccl.* 25. Omnis malitia, nequitia mulieris. Et *infr.* Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris: Commorari cum

leone,

leone, & dracone, placebit magis, quam habitare cum muliere nequam. Et *inf.* Brevis omnis malitia super malitiam mulieris. Ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini, quieto. *a* Adhuc.] Simile *Tob.* 2. Manifeste vana facta est spes tua, &c. (In simplicitate,) idest in stoliditate.

b Benedic Deo,] idest maledic, quasi dicat transgredere, quod est spiritualiter maledicere.

21. qu. 8. c.

c Et morere.] idest, vives per contrarium, quia transgressoribus vita longior conceditur. *Eccles.* 7. Justus perit in justitia sua, & impius multo tempore vivet in sua malitia. Vel est irrisio, qua si perseveraveris in benedictione tua, morieris. *Malach.* 3. Vanus est, qui servit Deo, *infr.* 21.

Sap. 1.

illi uxor sua: *a* Adhuc tu permanes in simplicitate tua? *b* Benedic Deo, & *c* morere. Qui ait ad illam: *d* Quasi una de stultis mulieribus *e* locuta es. Si *f* bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? In *g* omnibus his non peccavit Job labiis suis. Igitur *h* audientes tres amici Job omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldath Suites, & Sophar Naamathites. *i* Condixerant enim, ut pariter venientes, visitarent eum, & *k* consolarentur. *l* Cumque elevassent procul oculos suos, *m* non cognoverunt eum: Et *n* exclamantes ploraverunt, scissisque *o* vestibus sparserunt pulverem super caput suum in cœlum: Et sederunt cum eo in terra *p* septem diebus, & septem noctibus, *q* & nemo loquebatur ei verbum: Videbant enim dolorem esse vehementem.

C A P. III.

POst hæc *r* aperuit Job os suum, & *s* maledixit diei suo, & locutus est: *t* Pereat dies, in *u* qua natus sum, *x* & nox

Quis est omnipotens, ut serviamus ei? 1. *Machab.* 1. Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, invenerunt nos multa mala. *d* Quasi &c.] Prudenter dicit (quasi una,) ne crimen unius videretur transfundere in omnes. Personam enim, non sexum increpat.

e Locuta] *Eccles.* 27. Loquela multum jurans, horripilationem statuet capiti. E contrario de bona muliere dicitur *Eccles.* 26. Mulier sensata, & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. *f* Si bona suscepimus] Quod male mulier locuta sit, probat Job, quasi omnia sunt a Deo, bona, & mala, idest flagella, *Eccles.* 12. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, a Deo sunt. *Isai.* 45. Ego Dominus, & non est alter Deus, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Sunt autem bona temporis, temporalia bona. Sunt in tempore, naturalia bona. Cum tempore, gratuita bona. Supra tempus, gaudia æterna. Mala autem, de quibus agitur hic, sunt flagella. Dicit ergo, (Si bona suscepimus de manu Domini, &c.) quasi dicat utraque debemus. Bona suscipimus ex misericordia, mala ex justitia. Et in hoc consulatur seipsum Job, quia scilicet inter adversa, dona Dei memorat, ne omnino dejiciatur, sicut e contrario in prosperis humiliat malorum recordario. Unde *Eccles.* 11. In die bonorum ne immemor sis malorum; & in die malorum ne immemor sis bonorum. *Gregor.* In prosperis de facili ignoratur, an prosperitas, an persona diligatur. *Seneca*: Mel muscæ, lupi cadavera, prædam turba ista sequitur, non hominem. *g* In omnibus his non peccavit Job labiis suis.] *Gregor* Duobus modis labiis peccamus, vel cum injusta dicimus, vel cum justa tacemus. Unde *Isaiæ* 6. Væ mihi, quia tacui. Job labiis non peccavit, quia nec contra Deum ferientem superba respondit, nec contra mulierem male suadentem recta tacuit. Sed sciens, quid deberet Deo, quid proximo, patientiam exhibuit Deo ferienti, sapientiam conjugi male suadenti. *h* Igitur audientes] Quia Diabolus Job a recto per uxorem movere non valuit, tentat movere per amicos, qui ex compassione charitatis ad consolandum Job venerunt. Sed nescientes modum consolandi, in vituperia proruperunt. Ordo enim consolationis est, ut dicit *Gregor.* ut cum volumus aliquem a mœrore suspendere, studeamos prius mœrendo ejus luctui concordare, aliter non bene consulamur. Neque enim ferro ferrum conjungitur, si non utrumque exustione ignis liquetur. Et hoc primo fecerunt amici Job. Unde vestes sciderunt, caput pulvere sparserunt, septem diebus, & noctibus sedentes cum eo in terra siluerunt, postea tamen in improperium proruperunt.

i Condixerant] *Gloss.* Hi & inter se, & erga percussum, quantæ fuerint charitatis, ostenditur. Sed bona eorum intentio, suborta indiscretione fuscatur. In his docemur visitare miseros. *Eccles.* 7. Non desis plorantibus in consolationem, non te pigeat visitare infirmum. Ex his in dilectione firmaberis. Sicut illi fecerunt in principio. *Tullius de amicitia*; Amicitia rebus omnibus debet anteponi. Nihil enim tam aptum, nihil tam conveniens ad res secundas, & adversas. *Eccl.* 6. Amicus fidelis, fortis protectio, qui autem invenit illum, invenit thesaurum. Amico fideli non est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. *k* Consolarentur.] Sed quæ est consolatio, videre amicum in afflictione? Respondet *Tullius*: Inter homines amicitia tantas habet opportunitates, quantas vix queo dicere. Quæ enim potest esse vita, quæ non in amici mutua benevolentia conquiescat. *l* Cumque elevassent] in quo notatur, ubi erant, scilicet in imo. Unde *Greg.* Qui imo est, oculos levat. Item vitia oculos levant, dum sub specie virtutum fideles illaqueare parant, & quasi eis consulere simulant. *m* Non cognoverunt eum:] quia in hoc statu amplius eum non viderant: Unde videntur fuisse amici fortunæ, de quibus *Eccles.* 12. Non agnoscetur in bonis amicus. Unde *Boetius*: Ob hoc solum diligenda est paupertas, quia videre, qui tenere diligat, facit. Unde versus:

Jer. 12.

Vos inopes nostis, quis amicus, quisve sit hostis.

Prov. 19. Divitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem, & hi quos habuit, separantur. Unde *Eccles.* 6. Est amicus socius mensæ, & non permanet in die necessitatis. *n* Exclamantes] Quare, cum non cognoverunt eum? Respondeo: Prius non noverunt, sed postea noverunt eum. *o* Scissisque vestibus, &c.] Ecce quod ad consolandum venerant, quia passo se conformant. Ordo enim consolationis est, ut cum volumus aliquem consolari, primo nos studeamus ejus luctui conformare. *Rom.* 12. Flere cum flentibus. Quia vulneratum vident, vestes scindunt; quia immutatum, capita pulvere aspergunt. *p* Septem diebus,] Utrum continue, nescitur. *q* Et nemo loquebatur] Job non loquebatur, ideo nec ipsi, ne gravarent eum, & ut ei conformarentur, & sic melius consolarentur. *Greg.* Emolliri debet animus, ut afflicto congruat, congruens hæreat, hærens trahat.

EXPOSITIO CAP. III.

POst hæc *r* aperuit, &c.] In hoc cap. suam specialiter, & humanam generaliter miseriam deplorat Job. Et quia amici, qui ad consolandum venerant, ipsum desperare, & fractum pro amissione temporalium credebant, in principio ostendit Job se non dolere hac de causa, quia nec prosperitatem dilexit. Et hoc est: (Post hæc,) idest post tot, & tanta flagella, aperuit Job os suum, sicut dicuntur Sancti aperire os suum, quando quasi apertis vasculis, suas cogitationes detegunt. In apertione autem oris innuitur sermonis profunditas, sicut *Matth.* 5. Aperiens Jesus os suum, docebat eos, dicens: Beati, &c. *Actor.* 10. Aperiens Petrus os suum dixit: In veritate comperi, &c.

s Maledixit diei suo,] Non libidine vindictæ, sed zelo justitiæ. Sancti enim in sublime rapiuntur, & ideo lumine omnium percipiunt, quod maledictionibus exterioribus maledicere debent. Sed nunquid otiosum fuit maledicere diei jam præteritæ. Respondeo: Non, quia non libidine vindictæ hoc fecit, ut dictum est, sed zelo justitiæ. Sed iterum quæritur, quæ justitia fuit maledicere diei non existenti: Sol. Hoc exponitur multis modis. Primo sic.

t Pereat dies,] idest, prosperitas temporalis, vel temporalis mutabilitas.

u In qua natus sum,] Omnes enim nascimur filii iræ, *Ephes.* 2. (Pereat,) idest, omnino transeat, & veniat æternitas, vel transeat de malo in bonum. Et nota, quod dicit: Natus sum, non dicit: Conditus sum, quia conditus est homo in die justitiæ, natus vero in die culpæ. Adam enim conditus fuit, non natus. Cain primus natus est, non conditus.

x Et nox] idest hujus temporis malitia, pereat, idest omnino transeat, ut non sit, vel de malo ad bonum transeat. Vel sic, ut

pona-

ponatur continens pro contento, i. tempus pro peccatore, qui maledicitur maledictione pœnæ, cum punitur, sicut *Jer.*20. Maledicta dies, in qua natus sum. *Gen.*3. Maledicta terra in opere tuo. *Act.*8. Pecunia tua tecum sit in perditionem. 2.*Reg.* 1. Montes Gelboe, nec ros, &c. Vel sic [Dies, & nox] i. peccatum, quod dies dicitur, cum delectatio suadetur. Non quia errore involvit intellectum, & amaritudine affectum. Pereat, i. delectatio peccati deleatur. Item exponitur hoc de diabolo, qui dies est, dum transfigurat se in Angelum lucis. 2 *Cor.*11. Nox, propria malitia excæcatus. Vel dies dicitur, secundum quod allicit ad peccatum, nox, dum punit pro peccato. Sed quomodo maledicit Job diabolo, cum dicatur: *Eccl.* 21. Cum maledicit impius diabolum, maledicit animam suam. Respondeo : Maledicere diabolum, multis modis dicitur: Uno modo maledicere diabolum, est ei malum, i. peccatum attribuere, sicut Eva dixit: Serpens decepit me. Item maledicere diabolum, est ei malum optare. Utroque modo, qui maledicit diabolo, maledicit animam suam, i. peccat. Item maledicere diabolum, est ipsum tanquam malum abhorrere. Item maledicere diabolum, est ejus vitium, non naturam odire. Et hoc modo maledicit Job.

[al. † ejus.] [al. † conclusit.] [Gen. 3.]

in qua dictum est, conceptus est homo. *a* Dies illa *b* vertatur in tenebras : *c* Non requirat eum Deus desuper, & *d* non illustretur lumine, & non sit in recordatione. *e* Obscurent eum tenebræ, & *f* umbra mortis : occupet eum caligo, *g* & involvatur amaritudine. *h* Noctem illam *i* tenebrosus turbo k possideat, *l* non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit *m* nox illa solitaria, *n* nec laude digna. *o* Maledicant ei, *p* qui maledicunt diei, *q* qui parati sunt suscitare Leviathan. *r* Obtenebrentur stellæ *s* caligine † noctis: *t* Expectet lucem, *u* & non videat, *x* nec ortum surgentis auroræ : *y* Quia non † clausit *z* ostia ventris, qui portavit me, *a* nec abstulit *b* mala ab oculis meis. *c* Quare

Pereat dies:
- Dæmon, dies per naturam, nox per culpam,
- Mutabilitas temporis.
- Prosperitas mundana,
- Delectatio peccati.

Hanc ultimam prosequamur expositionem, in qua dies pro peccato accipitur, quia huic magis congruit continentia Glossarum. Pereat ergo dies, idest, peccatum, vel peccati delectatio, in qua natus sum, & nox, in qua conceptus sum, idest, error, & amaritudo peccati pereat. Qualiter autem perire possit, ostendit.

a Dies illa] idest, peccati delectatio, *b* Vertatur in tenebras:] idest, in luctum pœnitentiæ. De his tenebris. *Isaia* 50. Induam cœlos tenebris, & ponam saccum operimentum eorum. Postea subdit fructum pœnitentiæ : dicens. *c* Non requirat eum] q. d. sic vertatur in tenebras illa dies, ut non requirat eum ad puniendum Dominus, idest, sic puniamus nos per luctum pœnitentiæ, ut non puniamur in futuro igne gehennæ. *d* Non sit in recordatione ad delectandum : Vel in recordatione coram Deo, ad puniendum. *Ezech.* 18. Omnium iniquitatum ejus non recordabor. Si enim hic recordamur peccatorum nostrorum in judicio pœnitentiæ, Dominus non recordabitur ad puniendum in extremo examine. 1.*Cor.* 11. Si nosmetipsos dijudicaremus, &c. Non enim surget duplex tribulatio. *Nah.* 1. *d* Non illustretur lumine,] idest, in judicio non appareat, quando libri conscientiarum erunt aperti. *Dan.*7. quasi dicat: sic oblivioni tradatur, ut tunc non videatur, quando Dominus scrutabitur Jerusalem in lucernis. *Soph.* 1. Sed quia nullum peccatum impunitum est, quia aut Deus punit, aut homo subdit: *e* Obscurent, &c.] idest, luctus pœnitentiæ tegat peccatum. *Psalm.* Beati, quorum tecta sunt peccata. [Ps. 31.] Sed quia non valet pœnitentia, nisi fiat in charitate. *f* Et umbra, &c.] idest, charitas. Fortis enim ut mors dilectio. *Cant.* 8. Vel sic: [Umbra mortis,] idest, oblivio, quæ delet memoriam, ut mors vitam. Vel [Umbra mortis,] idest, confusio pœnitentiæ, sive erubescentiæ confessionis, quæ est confusio adducens gloriam. *Eccl.*4. *g* Et involvatur amaritudine.] pœnitentiæ, idest, ex omni parte volvatur. *Greg.* Si delectatio peccati ita punienda est, quam districte consensus feriendus est? *h* Noctem] idest, peccati culpam.

i Tenebrosus turbo] idest, animi mœror. k Possideat,] idest, ita dominetur, ut in pulverem redigat per contritionem pœnitentiæ, sicut Moyses caput vituli. *Exod.* 32. Vel sic: [Noctem illam,] idest, peccati delectationem, quæ dicitur nox, quia excæcat, & obnubilat animam, & ad æternas tenebras ducit. [Tenebrosus turbo] idest, impetuosa pœnitentia, sive fortis, & aspera. [Possideat,] idest, conterat. *Psalm.* Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram. [Ps. 136.]

l Non computetur] quod hæc delectatio ducere possit ad dies æternitatis, & menses. Vel sic: [Nox illa] idest, peccati delectatio. [Non computetur] idest, inter virtutes, & opera virtutum, non inveniatur in die judicii, quasi dicat, sic involvatur amaritudine, & conteratur turbine, ut in judicio non videatur. Ut autem non numeretur tunc, puniamus modo, nec defendamus. Et hoc est, quod sequitur:

m Sit nox illa solitaria,] idest, sine defensione. Defendere enim peccatum, est peccatum peccato sociare. *Ecclef.*5. De propitiato peccato, noli esse sine metu, neque adjicias peccatum peccato, defendendo, vel excusando. Sed quia duplex est excusatio; una in auctorem reflexio, ut Adam; alia intentionis bonæ simulatio. Sequitur; *n* Nec laude digna.] Quod est, cum peccatum per bonam intentionem excusatur. Vel [solitaria,] i. non habet sociam noctem gehennæ. *o* Maledicant ei, &c] Dictum est, quod noctem, idest, delectationem peccati debemus punire: Sed quia hoc non est cujuslibet in quocumque statu, ideo ostendit quales oportet esse, qui hoc possunt. Oportet enim, ut contemnant omnem delectationem humanam, & prosperitatem mundanam. Et hoc est: [Maledicant ei] i. nocti puniendo per pœnitentiam.

p Qui maledicunt diei,] idest, prosperitati mundanæ. Qui autem sint isti, qui maledicunt, idest, contemnunt noctem, idest, delectationem, & diem, idest, prosperitatem mundanam, subdit :

q Qui parati sunt suscitare Leviathan.] qui dormit in peccatoribus, *infr.*40. Sub umbra dormit, &c. Sed quia victis peccatis mortalibus, ad conservandam humilitatem semper remanet aliquid, quod vinci non potest, scilicet fomes, & venialia, subdit :

r Obtenebrentur stellæ] i. justi splendentes virtutibus.

s Caligine noctis] i. culpæ venialis. [Vel obtenebrentur caligine noctis,] non in veritate, sed sua reputatione. Si enim dixerimus, quod peccatum non habemus, &c. 1. *Jo.* 16. In hoc enim maxime conservatur humilitas. *Deut.*7. Dominus consumet nationes has in conspectu tuo paulatim, atque per partes, non poteris expellere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ. Sed ne quis tantum se humiliet in his, quod desperet, subdit: *t* Expectet lucem,] q. d. ita sit humilis, quod longanimis, ut scil præsentem mercedem non quærat, sed futuram expectet, scil. hæreditatem. Hæreditas enim ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit. *Prov.* 20. *Isai.* 30. Beati omnes, qui expectant eum. *u* Et non videat,] q. d. nec in aliquo se comprehendisse putet. *Phil.* 3. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim. *Luc.* 17. Cum omnia bene feceritis, &c. *Eccl.* 18. Cum consummaverit homo, tunc incipiet; & cum quieverit, operabitur. Et hoc est, quod sequitur: *x* Nec ortum surgentis auroræ :] q. d. non putet se comprehendisse etiam initium boni? Quod bene auroræ comparatur, lux, & tenebræ mistæ sunt. *Prov.* 4. Justorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem. *y* Quia non clausit] Quare imprecatus fuerit peccato, docet. Prima causa est propter malum, quod intulit, quia scil. concupiscentiam excitavit. Et hoc est, quod non clausit imo, aperuit oculos concupiscentiæ, quæ est mater omnium. De quibus dicitur: *Gen.* 3. Et aperti sunt oculi amborum.

z Ostia ventris,] i. desideria carnalis concupiscentiæ. De quibus *Matth.*6. Cum oraveris, intra cubiculum, & clauso ostio, &c. *Isai.*26. Intra cubicula tua, & claude ostia tua super te, i. intra secreta mentis, & coerce illicita desideria. *a* Nec abstulit] sed intulit. *b* Mala pœnalitatis. Propter hæc duo mala, quæ sequuntur peccatum, dicitur *Prov.* 14. Miseros facit populos peccatum. *c* Quare non in vulva.] Videtur quod se abortivum interiisse exoptet Job: Sed non est sic, ut dicit *Greg.* quia non ad litteram accipitur hoc, sed spiritualiter. Quatuor enim modis peccatum committitur, scil. suggestione, delectatione, opere, defensione: His ictibus fractus fuit Adam; Serpens suasit, caro delectata est, Adam consensit, requisitus a Domino per audientiam excusavit. Et hoc idem in nobis agitur, quod conqueritur Job, dicens: Quare non in vulva mortuus sum ?

idest,

lleſt, quare concepi primum peccatum ad ſuggeſtionem diaboli, q.d. utinam me moriturum in ſuggeſtione providiſſem. Per hoc enim elidatur ſuggeſtio, *Eccl.* 9. Communionem mortis ſcito, quoniam in medio laqueorum ingredieris. Et quia ſuggeſtione ſecuta eſt delectatio, addit. *a* Quare, &c.]

Iosr. 10. Jer. 20.

non in vulva mortuus ſum, Quare *a* egreſſus ex utero, non ſtatim perii? *b* Cur exceptus genibus? *c* Cur lactatus uberibus? *d* Nunc enim dormiens *e* ſilerem, *f* & ſomno meo requieſcerem, *g* cum Regibus, & *h* Conſulibus terræ, *i* qui ædificant ſibi ſolitudines, *k* aut cum Principibus, qui poſſident aurum, *l* & replent domos ſuas *m* argento, *n* aut ſicut abortivum abſconditum non ſubſiſterem, *o* vel qui concepti non viderunt lucem. *p* Ibi *q* impii *r* ceſſaverunt a tumultu, *ſ* & ibi *t* requieverunt feſſi robore, *u* & quondam vincti, *x* pariter ſine moleſtia. *y* Non audierunt *z* vocem exactoris, *a* Par-

i. quare delectatus ſum, q.d. quare non prævidi me moriturum in delectatione, ut ſic evitarem eam? Item, quia conſenſus ſecutus eſt delectationem, addit: *b* Cur, &c.] i. quare genibus ſuppoſitis conſenſum adhibui? Item quia conſenſum ſequitur excuſatio, addit. *c* Cur, &c.] i. blandis excuſationibus, quaſi lacte nutritus in peccato. *Prov.* 1. Fili, ſi te lactaverint peccatores, &c. Hic eſt ordo in peccatu. Vel aliter: Quatuor modis peccamus in opere. Primo latenter. Secundo publice. Tertio conſuetudine. Quarto ſuperba excuſatione. Quæ tribus modis fit. Vel ſpe divinæ miſericordiæ nimia, vel deſperatione, vel adulatione. Dicit ergo Job in perſona communis Adæ: [Quare non in vulva, &c.] i. latenter peccavi. [Quare egreſſus ſum ex utero,] i. quare publice non erubui peccare. [Cur exceptus genibus.] Puer genibus ſovetur, ut creſcat. Sic, qui non eſt confuſus de aperto peccato, prava conſuetudine confirmatur, ut peccatis peccata addat. Et hoc eſt. [Cur exceptus genibus,] i. pravis uſibus educatus. [Cur lactatus uberibus,] i. falſa ſpe veniæ, vel deſperatione, vel adulatione nutritus ſum, ne ſcil. reſilirem a peccatu. Tres priores modi, opus latens, opus apparens, conſuetudo, ſecundum ordinem ſuum facilius corriguntur, quartus difficilius. Unde & Dominus tres mortuos ſuſcitavit. Unum in domo, i. eum, qui adhuc latet in peccato. *Matth.* 9. Alium extra, i. eum cujus iniquitas publicatur. *Luc.* 7. Tertium ſepultum aggere, i. mole conſuetudinis gravatum. *Jo.* 11. Quartum mortuum agnovit, ſed non ſuſcitavit, imo ait: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos, *Matth.* 8. Quod fit, cum peccatores peccatorem favoribus premunt, vel lacte erroris ebrium decipiunt. Et hoc eſt; Beatus, vir qui non abiit in conſilio impiorum, &c. *d* Nunc enim dormiens] Hic oſtendit, quare ultimo dicta deſideraverit, docens quæ bona abſtulit peccatum. Primum quod abſtulit, eſt quies mentis. In peccato enim tumultus eſt, *Iſ.* 57. Impii, quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcationem, &c. *Oſ.* 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente, &c. *Thr.* 1. Peccatum peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Item hoc ſilentium eſt ordinatio hominis interioris ſupra exteriorem. Sed peccatum contrarium fecit, quia exterior ſuperpoſitus eſt interiori. Unde *Rom.* 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Secundum malum quod facit, eſt ſeparatio Angelorum, ſcil. ab eorum conſortio, & a bonis ſpiritualibus. Sicut enim virtus conjungit Deo, & Angelis, ſic peccatum ſeparat. *Eccl.* 22. Mittens lapidem in volatilia dejiciet ea, ſic & qui conviciatur amico, diſſolvit amicitiam. Et hoc eſt [Nunc,] ſi non peccaſſem, ſcil. & Deo obediſſem [dormiens,] i. quieſcens. *e* Silerem,] a ſtrepitu mundi, carnis, & Diaboli.

Ps. 1.

f Et ſomno meo requieſcerem,] i. delectarer in bonis æternis. *g* Cum Regibus,] i. cum Angelis, qui ſubdita bene regunt. *Eccl.* 17. In unamquamque gentem præpoſuit rectores. *h* Et Conſulibus] i. Angelis, qui Conſules dicuntur, quia nobis voluntatem Dei nunciando conſulunt. Vel Reges, & Conſules dicit ſanctos prædicatores, qui & ſe bene regunt, & aliis bene conſulunt, cum quibus ſi non peccaſſet Adam, requieſceremus, ſine morte tranſeuntes illuc, ubi Sancti modo perveniunt morte interpoſita. *i* Qui ædificant] i. a corde ſuo terrena deſideria expellunt, & ſeipſos a tumultu mundi, quantum poſſunt, elongant, ut ſoli ſint, & idonei loqui cum Deo. *Oſ.* 2. Adducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. *Thr.* 3. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia levabit ſe ſupra ſe. Hæ ſolitudines ſunt illud deſertum, in quo dimiſſis nonagintanovem ovibus paſtor venit quærere unam ovem, quæ perierat, *Luc.* 15. Has ædificant, ut ſibi, & ſubditis conſulant. *k* Aut cum principibus,] Principes dicit Angelos Domino aſſiſtentes, de quibus *Dan.* 7. Millia millium, &c. Qui quia ſemper aſſiſtunt, dicuntur poſſidere aurum ſapientiæ, & argentum laudis, continue. Unde *Apoc.* 4. Requiem non habebant, dicentia: Sanctus, ſanctus, ſanctus, &c. Vel aurum, & argentum, vita æterna eſt, quæ conſiſtit in dilectione, & cognitione Dei. Vel Principes ſunt rectores Eccleſiæ, qui poſſident aurum ſapientiæ, bene vivendo, & argentum eloquentiæ, recte prædicando. *Apoc.* 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum, & probatum, ut locuples fias *Eccl.* 28. Aurum tuum, & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram. *l* Et replent domos ſuas] ideſt conſcientias, de quibus *Sap.* 8. Intrans in domum meam conquieſcam cum illo: Non enim habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus illius, ſed lætitiam, & gaudium. *m* Argento,] i. divino eloquio, quo alios erudiant. *n* Aut ſicut abortivum abſconditum non ſubſiſterem,] q. d. ſi fuiſſem mortuus in vulva, i. in ſuggeſtione ante delectationem, & conſenſum, & conſuetudinem, nunc ſilerem cum Regibus, vel certe modo non ſubſiſterem, ſicut abortivum abſconditum, quod ſit perfecte moriturum, non eſſem in hac ſemivita, quæ eſt quaſi vapor ad modicum parens, *Jac.* 4. Et hoc quoad noſtrum, ſcil. hujus vitæ externus: Nec in tenebris ignorantiæ; unde ſequitur, *o* Vel qui concepti non viderunt lucem.] q. d. Modo non eſſem in tenebris. Et hoc quoad noſtrum internus. Et ſic duplicem innuit defectum, in quo ſumus: Vel ſic: [Sicut abortivum,] i. ſicut electi, qui ante legem nati ſunt. Abortivum enim dicitur, quod ante plenum tempus oritur; Et tempus ante legem, quaſi quidam uterus fuit eis. [Abſconditum.] Hoc dicit, quia pauci ſunt, de quibus certum, quid habeamus, quia eorum memoria ſcripto non eſt commendata; & ideo dicuntur non ſubſiſtere. [Vel qui concepti non viderunt lucem,] i qui poſt legem acceptam nati ſunt mundo, & auctori ſuo concepti per legem, ſed non viderunt lucem, quia uſque ad adventum Chriſti, quem tam firmiter crediderunt, non pervenerunt, *Luc.* 10. Dico vobis, multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Sed licet adventum Domini corporalem non viderint, crediderunt tamen, & ſpem in illo habuerunt, *Jo.* 8. Abraham pater veſter exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gaviſus eſt. Et hoc eſt. *p* Ibi] ideſt, in ſpe adventus illius. *q* Impii] prius.

r Ceſſaverunt] i. laborioſa deſideria hujus ſæculi fugerunt, & tumultum vitiorum abjecerunt. *ſ* Et ibi] i. in ſpe adventus illius. *t* Requieverunt feſſi robore,] i. deficientes a fortitudine mundi, & carnis, De qua *Iſ.* 5. Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. *Iſ.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Mali fortes ſunt robore mundi, & non deficiunt, ſed boni deficiunt, Unde *Greg.* Virtute mentis creſcente, fortitudo carnis torpeſcit. Unde Jacob, qui Angelum tenuit, mox uno pede claudicavit. *Gen.* 32 Hi dicunt: Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Et licet iſti in ſpe adventus Domini requieverint, tamen in moleſtiis carnis multis fuerunt. Unde ſequitur: *u* Et quondam vincti,] vinculis corporalis neceſſitatis, ut ſunt, fames, ſitis, &c. De quibus *Philip.* 1. Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *x* Pariter ſine moleſtia.] requieverunt in prædicta ſpe, tandem quieſcentes plenius in gloria. *Iſai.* 25. Auferet Deus omnem lacrymam ab omni facie. Idem *Apoc.* 7. & 21. *y* Non exaudierunt] quondam vincti ſcil. licet audierint.

Ps. 8.

z Vocem exactoris.] ideſt, Diaboli, qui homini in paradiſo nummum deceptionis contulit, & cum uſuris exigit quotidie a nobis, cujus vox fuit ſuggeſtio. Hanc vocem audit, qui tentationem ſentit; exaudit, qui ei conſentit.

a Parvus, & magnus] Repetit de æterna pace, ſive quiete, quia dixerat, pariter ſine moleſtia, ne crederet quis æquales omnes fore in præmii quantitate, quod non eſt verum, In domo enim patris mei manſiones multæ ſunt. *Jo.* 14.

Sicut

Sicut enim hic eſt nobis diſcretio operum, ita ibi diſcretio dignitatum. Sed in his erit concors diverſitas, quia ut dicit *Greg.* tanta vis charitatis omnes ibi ſociat, ut quod quis in ſe non accepit, hoc in alio ſe accepiſſe gaudeat. Dicit ergo [Parvus,] in merito, [& magnus,] in merito.

...vus, & magnus ibi *a* ſunt, *b* & ſervus *c* liber *d* a Domino ſuo. *e* Quare miſero *f* data eſt lux, *g* & vita his, qui in amaritudine animæ ſunt, *h* qui expectāt *i* mortem, *k* & non venit, *l* quaſi effodientes theſaurum, *m* gaudentq; vehementer, *n* cum invenerint ſepulchrum, *o* viro cujus abſcōdita eſt via, *p* & circumdedit eum Deus tenebris? *q* Antequam comedam, ſuſpiro, *r* & quaſi inundantes aquę, ſic *ſ* rugitus meus, quia *t* timor, *u* quem timebam, *x* evenit mihi, & quod verebar, accidit. *y* Nonne diſſimulavi? Nonne ſilui? Nonne quievi? Et *z* venit ſuper me indignatio.

C A P. IV.

a RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit

a Ibi ſunt,] ſcil. in æterna pace. *Greg.* Lux æterna ſic magnos elevat, ut parvos non relinquat. *Pſ.* Benedixit puſillis cum majoribus: Nam puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus: *Sap. 6.* *b* Et ſervus] hic. *c* Liber] ibi erit. *Jo.* 8. Si filius vos liberaverit, &c. *Rom.* 8. Ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem, &c. *d* A Domino ſuo.] quia non timebitur ibi Dominus, ſed diligetur ut pater. Hanc libertatem prægustaverat Job, & videns ad illam non poſſe attingere peccatores, & juſtos per hanc vitam ab illa ſeparari, conquerens ſubdit. *e* Quare, &c.] Nec ſolum propter hoc conqueritur, ſed videns malos hic florere, & proſperari, bonos autem tribulari, & conculcari, ignorans cur hoc fiat, quia forſitan hoc fit, ut boni ſi qua mala fecerunt, hic recipiant, & ab æternis cruciatibus liberentur: & mali bona, quæ faciunt, hic recipiant, ut in poſterum ad ſola ſupplicia trahantur. Unde *Luc.* 16. Fili, recordare, &c. Hinc eſt, quod viri juſti, cum hic bona mundi ſibi ſuppetere vident, ne laborum ſuorum hic fructus recipiant, timent. Nemo enim ſcit, utrum amore, vel odio, ſupple finali, dignus ſit: *Eccl.* 9. Hanc incertitudinem attendens Job, dicit: [Quare miſero] i. homini in hujus peregrinationis miſeria conſtituto. *f* Data eſt lux,] vitæ, ſc. vel proſperitatis, ac ſi dicat: Fruſtra habet claudus pulchras tibias: *Prov.* 26. Item *Prov.* 17. Quid prodeſt habere divitias ſtulto, cum ſapientiam emere non poſſit.] Primum igitur agit de peccatore, qui miſer eſt, cujus vitam vocat lucem, cum aliquid intelligentiæ accipit, ſed nihil amoris. Accipit enim unum talentum talis, quod abſcondit in terra: *Matth.* 25. *g* Et vita his,] Hic agit de juſtis, qui ſemper in amaritudine ſunt pro utroque irriguo: De quo *Joſ.* 15. *Jud.* 1. Et tamen ſunt in gaudio ſpei. *Pro.* 14. Cor, quod novit amaritudinem, &c. *h* Qui expectant] i. deſiderant. *i* Mortem] Cupiunt enim diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: *Phil* 41. Quia bonum eſt judicium mortis homini indigenti. *Eccl.* 45. *k* & non venit] mors ſc. quia neceſſarium eſt, multo magis manere in carne propter vos. *Phil.* 1. Unde B. Martinus: Domine, ſi adhuc ſum populo tuo neceſſarius, non recuſo laborem, nec ſatiſcentem cauſabor ætatem, *Cant.* 3. In lectulo meo per noctem quæſivi, quem diligit anima mea, quæſivi, & non inveni eum. Quantum autem, & quali deſiderio quærant juſti Dominum in tribulatione poſiti, oſtendit, dicens: *l* Quaſi effodientes] Ad quem quanto magis appropinquant, tanto magis anhelant. *Prov.* 2. Si quæſieris ſapientiam, quaſi pecuniam, & quaſi theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei invenies. Ita juſti, quo finem vitæ propinquius vident, & præmia propinquiora cernunt, eo delectabilius laborant. *m* Gaudentque] morte veniente, quia eis vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Phil.* 1. *n* Cum invenerint ſepulchrum,] Ad litteram. Vel ſepulchrum,] i. quietem contemplationis, ubi anima in Deo abſconditur, ſicut corpus in ſepulchro. Quare autem peccatorem dixerit miſerum, oſtendit, quia ſcil. via ejus ignota eſt ei, & eſt in tenebris obvolutus. Et hoc eſt *o* Viro, &c.] Et repetendum eſt. [Quare miſero data eſt lux:] Miſero, i. [viro, cujus abſcondita eſt via] quia etſi bene vivit, ad quem tamen finem perveniat, neſcit, juxta illud *Eccl* 9 Neſcit homo, utrum amore, &c. Aliquando enim, ut dicit *Greg.* cauſa eſt damnationis, quod putatur profectus virtutis. *Prov.* 14. Eſt via, quæ videtur homini juſta, noviſſima autem ducunt ad mortem. Et licet hoc commune ſit tam bonis, quam malis, tamen ſpecialius convenit impiis. Unde *Prov.* 4. Via impiorum tenebroſa, neſciunt, ubi corruant. Unde ſequitur: *p* Et circumdedit eum Deus tenebris?] ignorantiæ, ſcil. quia & ſi cœleſtia deſiderat, quid de ſe diſpoſitum ſit, ignorat. *Iſ.* 50. Induam cœlos tenebris, &c. Non propter hoc tamen deſperandum eſt, ſi neſciat homo ad quem finem deveniat, ſed in Domino confitendum eſt. Unde *Iſ.* 50. Quis ambulavit in tenebris, & non eſt lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. Qualis autem ſit amaritudo juſtorum, oſtendit Job in ſeipſo dicens: *q* Antequam comedam, ſuſpiro,] Ad litteram, ſicut *Tob.* 2. Relinquens prandium ſuum, jejunus pervenit ad corpus, tollenſque illud portavit in domum ſuam occulte: Cumque occultaſſet corpus, manducabat panem cum luctu, & tremore. Vel [Antequam comedam,] ideſt ſupernæ lucis contemplatione reficiar [ſuſpiro,] i. vehementi gemitu afficior. *Greg.* Qui non ſuſpirat, non comedit, quia qui per lamenta non ſe humiliat, æterna gaudia non deguſtat. *r* Et quaſi] Quæ obſtacula obruit, & impetu fertur. *ſ* Sic rugitus meus,] i. planctus immoderatus, congeriem peccatorum, & carnalem affectum parentum, quaſi obicem in via Dei, penitus obruit, & ſubvertit. *Pſalm.* Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, rugiebam, &c. Quare autem ſic gemeret Job, ſubdit: *t* Quia timor,] de proſperitate diutius conceſſa. *u* Quem timebam] neſciens utrum ad bonum, vel ad malum mihi conceſſa eſſet proſperitas. *Prov.* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus. *x* Evenit mihi, &c.] De mortis dilatione, vel de præſenti plaga intelligitur. Neſciens enim exitum ejus, timebat ſe deleri, ignorans utrum eſſet percuſſio diſciplinæ, vel juſta animadverſio vindictæ. Unde *Pſalm.* Quis novit poteſtatem iræ tuæ, i. ex qua cauſa procedit ira poteſtatis. Sed ne hoc meruiſſe crederetur, Job ſubdit: *y* Nonne diſſimulavi? Nonne ſilui? Nonne quievi] Tria dicit, per quæ omne peccatum removit a ſe: a corde gloriam, ab ore loquacitatem, ab opere inquietudinem. A corde gloriam, cum dicit: Nonne diſſimulavi] q. d. etſi potens, & dives, tam humilis fui, juxta illud *Eccl.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. *Greg.* Qualis in poteſtate Job fuit, ad exemplum proponit. Poteſtas enim habita, ad utilitatem cogitanda eſt, & propter tumorem diſſimulanda, & potens, ut prodeſſe debeat, poſſe ſe ſciat; & ut extolli non debeat, poſſe ſe neſciat. Ab ore loquacitatem removet, cum dicit: Nonne ſilui?] Boni enim ſemper ſilent a malo verbo, juxta *Epheſ.* 4. Omnis ſermo malus non procedat ex ore veſtro, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Quandoque ſilent a bono, ne vileſcat, quia nimia aſſiduitas parit contemptum. Vel propter immundos, quia non ſunt ſpargendæ margaritæ ante porcos. *Matth* 7. Vel propter hæreticos, quia non eſt dandum ſanctum canibus. *Ibid.* Vel quia nolunt vacare contemplationi. Mali etiam ſilent quandoque, ut videantur ſapientes, quandoque quia neſciunt loqui, quandoque ranunculus projicitur in ore eorum, & fiunt canes muti, non valentes latrare. *Iſ.* 46. Ab opere removet inquietudinem, cum dicit: [Nonne quievi?] ab illicitis: Nemo enim militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotiis. 2. *Tim.* 2. Unde & Jethro dixit ad Moyſen, *Exod.* 18 Stulto labore conſumeris tu, & populus iſte, qui tecum eſt, ultra vires eſt negotium. Patet ergo qualis fuit corde, ore & opere. Unde patet, quod prædictam calamitatem non meruit. Vel ſic: [Nunne diſſimulavi?] me eſſe potentem, i. cum eſſem potens, ab injuriis me coercui [Nonne ſilui?] i. a terrenis cogitationibus mentem reſtrinxi, quod majus eſt, quam ore non loqui. Multi enim ſilentes, cum toto mundo fabulantur. [Nunne quievi?] i. terrenas actiones amore Dei prætermiſi, a quibus, ut dicit *Greg.* qui non vacat, ſibi ſupernam viſionem occultat; Unde: Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus. Et Joannes in inſula, non in civitate vidit Apocalypſim. Talis fui. *z* Et tamen venit ſuper me indignatio.] i. temporalis, & corporalis tribulatio, quæ mihi verſa eſt in indignationem.

E X P O S I T I O C A P. IV.

a RESpondens autem Eliphaz, &c.] Finito ſermone Job, amici ejus, qui cauſa pietatis ad conſolandum venerant, ad contentionis verba incaute proſiliunt, non prava quidem intentione, ſed quia percuſſum credunt pro iniquitate. Inconſiderati, & incauti, quia vitam ex verbis, non verba ex vita penſantes ſicut fatui, de quibus *Eccl.* 21. Cor fatui vas confractum, omnem ſapientiam non tenebit. Item *eod.* 19. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis: Sagitta infixa femori canis, ſic verbum in corde ſtulti, non attendentis flagella

Domini,

Domini, quandoque venire ad manifestationem Domini, quandoque ad majorem coronam, quandoque ad initium pœnæ æternæ. Eliphaz igitur primus in verba prorumpens, duo conceperat in verbis Job, ipsum scilicet minus patientem esse, cum diei suo maledixit, & ipsum dicere se passum non ob merita, ibi: Nonne dissimulavi: Ideo quia plenus sermonibus, & coarctatus spiritu uteri sui, ut dicitur *Inf.* 32. Primo ejus impatientiam ibi redarguit: Ecce docuisti plurimos. Primo enumerans multa bona ejus, ut postea liberius accuset, & illa patent. Dicit ergo Eliphaz: *a* Si cœperimus, &c.] Leniter incipit, ut durius feriat ad modum scorpionis. *Psal.* Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula. *Prov.* 5. Favus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus. Novissima autem illius amara quasi absinthium, & lingua ejus acuta, quasi gladius biceps. *Jer.* Qui nescit tacere, nescit loqui. *Greg.* Tria sunt genera hominum ad loquendum, proni, vel cauti: Alii corde prava concipiunt, nec silentii gravitate refrænantur, in sensu leves, in locutione præcipites: De quibus *Prov.* 17. Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum. Aqua dimittitur, cum lingua non refrænatur, unde discordia propinatur. Alii sunt, qui mala quidem corde concipiunt, sed silentii vigore restringunt, facientes illud *Eccl.* 19. Audisti verbum adversus proximum tuum, commoriatur in te, fidens quoniam non te disrumpet. Alii sunt, qui nec corde concipiunt, nec ore mala proferunt. In primo genere Eliphaz se testatur, dicens: *b* Sed conceptum, &c.] Sed ne iniqui publice mali appareant, aliquando de justis bona loquuntur, tamen jam aliis cognita. Unde Eliphaz bona Job primo memorat, dicens: [Ecce docuisti, &c.] Et commendat Job in quatuor bonis, quem postea super defectu quadruplici arguit, ubi dicit: [Ubi est, &c.

Cap. 3. — al. † multos — Psal. 54.

Si *a* cœperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies. *b* Sed conceptum sermonem quis *c* tenere possit? Ecce *d* docuisti † plurimos: & *e* manus *f* lassas roborasti, *g* Vacillantes *h* confirmaverunt sermones tui, & *h* genua trementia *i* confortasti. k Nunc autem venit super te *l* plaga, & *m* defecisti: tetigit te, & conturbatus es. Ubi est *n* timor tuus, *o* fortitudo tua, *p* patientia tua, & *q* perfectio viarum tuarum? *r* Recordare, obsecro te, *f* quis enim unquam *t* innocens *u* periit? aut quando *x* recti deleti sunt? *y* Quin potius vidi eos, qui *z* operantur iniquitatem, & *a* seminant dolores, & *b* metunt eos, *c* flante Deo periisse, & spiritu iræ ejus esse consumptos. *d* Rugitus leonis *e* & vox leænæ, & *f* dentes catulorum leonum *g* contriti sunt. *h* Tigris periit, *i* eo quod non haberet prædam, & catuli leonum dissipati sunt. k Porro ad me dictum est verbum *l* absconditum,

b Conceptum sermonem] *Inf.* 32. Venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas disrumpit. Et per hoc Eliphaz stultus ostenditur, juxta illud *Prov.* 29. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt, & reservat in posterum. *c* Quis tenere possit?] q.d. nullus, secundum quod ipse sentit. *d* Docuisti plurimos:] q.d. qui alios doces, teipsum non doces, *Rom.* 2. *Matth.* 27. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.
e Et manus, &c.] Juxta illud *Is.* 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. *f* Lassas] in bono deficientes. *g* Vacillantes] i. titubantes, seu dubios.
h Confirmaverunt] i. in bonam partem traxerunt, ut posset dicere cum *Is.* 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est, verbo. Verba enim sapientium quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi. *Eccl. ult.* *h* Genua] ubi prius apparet timor. *i* Confortasti.] vel roborasti. k Nunc autem venit] quia non est in te, quod doces. *l* Plaga,] i. tribulatio.
m Defecisti] non te ipsum roborasti. *n* Ubi est timor tuus,] quem fingebas te habere. Timor, quo nihil negligitur. *Eccl.* 7. Quo a via mala declinatur. *Prov.* 15. Qui est initium sapientiæ, *Eccl.* 1. Quo alios docuisti.
o Fortitudo tua,] ad aggrediendum difficilia bona, qua manus lassas roborasti. *p* Patientia tua,] qua adversa æquanimiter sustinentur, per quam, vel in qua animæ possidentur, *Luc.* 21. *q* Perfectio viarum tuarum?] quæ est humilitas. Sola enim humilitas perfecta via est veniendi ad Christum. *Luc.* 14. Qui se humiliat, exaltabitur. *r* Recordare obsecro] Duo conceperat Eliphaz contra Job: Primum, quod erat impatiens, quia maledicebat diei suo. Secundum, quod male dixerat, se non ob merita sua passum, quia Dominus innocentes non punit. Et hoc est: Recordare, &c. Eliphaz igitur hic intendit probare, quod Job ex merito suo passus est: Et hoc ex natura pœnæ, quia pœna est stipendium peccati. *Rom.* 6. Ubi est ergo pœna, ibi peccatum. Sed non valet argumentum, quia Deus multis de causis flagellat, ut dictum est *supr.* *f* Quis enim unquam] q. d. nullus. Sed contra *Is.* 57. Perit justus, & nemo est, qui recogitet in corde suo, *Mich.* 7. Perit justus de terra, & rectus in hominibus non est. 1. *Cor.* 4. Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema. E contrario mali florent. *Jer.* 12. Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus, qui inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt; proficiunt, & fructum faciunt. Sed sciendum, quod prosperitas malorum temporalis est, & finem habet, & afflictio bonorum similiter. *t* Innocens] opere. *u* Perit?] sua perdendo. *x* Recti] corde. *Cant.* 1. Recti diligunt, &c. *y* Quin potius] Hic ostendit Eliphaz, quod pœna sequitur ex peccato, ut sic ostendat Job peccasse. *z* Qui operantur iniquitatem,] De quibus *Matth.* 7. Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem. *a* Seminant dolores,] i. peccata, unde oritur dolor, quem metunt. Unde sequitur: *b* Et metunt eos] juxta illud: Lacum aperuit, &c. Et alibi: In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. *Prov.* 22. Qui seminat iniquitatem, metet mala; ideo hortatur *Eccl.* 7. Fili, non semines mala in sulcis injustitiæ, & non metes in ea septuplum. Quid autem seminandum sit, docet *Osea* 10 Seminate vobis in veritate justitiam, & metite in ore misericordiæ. Bene dicit, quia quæ seminat homo, hæc & metet: *Gal. ultim.* Operatur iniquitatem, qui sibi peccat, seminat dolores, qui alios corrumpit; metit eos, qui punitur.

Ps. 7. Ps. 9.

c Flante Deo] Homo, qui flat, primo aerem ab extra intus trahit, & postea ab intus extra mittit: Sic Deus per simile in retributione malorum flare dicitur, quia a malis nostris quasi exterius judicium intus in mente disponit, & ab interno conceptum extra damnationem facit. Vel flare dicitur Deus, idest, irasci per simile, quia nos, cum irascimur, flatu furoris inflammamur. Et ita flare dicitur Deus, cum vindictas faciens, iratus nobis videtur. *Is.* 11. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.
d Rugitus leonis,] Hic arguit Eliphaz aperte Job, & a propria vita comparans eum leoni, innuit eum oppressorem subditorum. Leo enim rugiens, princeps impius, *Prov.* 28. Uxorem Job comparat leænæ; filios ejus, catulis leonum: unde videtur ei improperare illud *Ezech.* 19. Quare mater tua leæna inter leones cubavit, in medio leunculorum enutrivit catulos suos, & eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est, & didicit rapere prædam, hominesque comedere? Dicit ergo [Rugitus leonis] idest, severitas, & terror tuus, o Job.
e Et vox Leænæ,] idest, loquacitas, & crudelitas uxoris tuæ. *Eccl.* 25. Commorari leoni, & draconi magis placebit, quam habitare cum muliere nequam.
f Dentes catulorum] idest edaces filii tui, quos, quia convivantes mortui sunt, vocat catulos leonis.
g Contriti sunt.] q. d. jure damnati sunt. Sed ut occultam habeat malitiam Job ostendens Eliphaz, subdit:
h Tigris] idest, varietas tuæ simulationis. Tigris enim ex varietate pellis pulchra est, sed rapax, cui jure hypocrita comparatur, qui rectus exterius videri appetit, sed intus vitiis se occulte subjicit. Per quid autem fractus fuerit Job, ostendit, dicens:
i Eo quod non haberet, &c.] quasi dicat, propter amissionem temporalium. Et sic innuit ipsum non fuisse justum, qui dolet de hujusmodi, quia justum non contristabit, quicquid ei acciderit, *Prov.* 12. Sed LXX. pro tigri ponunt Myrmicoleon, quod latine dicitur formicarum leo, vel formica, & leo. Est enim animal parvum, quod latet in pulvere, insidians formicis, & fugiens aves, & animalia majora, quæ timet. Per hoc ergo Eliphaz notat Job fuisse contra Magnates timidum, & contra subditos ferocem, & ideo juste periisse. Sed posset quæri, qualiter hoc sciverit, ideo ostendit qualiter ei hoc cognitum sit. Et hoc est:
k Porro ad me, &c.] scilicet, transcendentem alios per sapientiam.
l Absconditum,] aliis ignotum. Et dicit verbum Dei absconditum, sicut ipse Deus dicitur absconditus: *Is.* 45. Sed modum, quo dictum est ei, aperit dicens,

a Et

a Et quasi furtive] idest, tenuiter, & latenter. *b* Suscepit auris mea] idest, cordis intelligentia. *c* Venas susurri ejus,] idest, modos, quibus inspiratio ad nostram intelligentiam venit. Venæ enim sunt modi, quibus ad nos venit Deus. Quandoque enim venit timore: quandoque amore. Aliquando præsentia, quam nulla sint, ostendit, ut ad æterna desideria erigat. Quandoque & prius æterna inducat, ut post temporalia vilescant. Aliquando mala nostra aperit nobis, ut aliorum malis condoleamus. Aliquando aliena mala nobis ostendit, ut corrigamur. Cum hos modos cognoscimus, venas susurri audivimus. Sed quia imperfecte cognoscimus, hic dicit, q. d. furtive. Vel venæ susurri, sunt creaturæ Dei, quæ ab ipso quasi a fonte rivuli emanant. *Unde Greg.* Cum nos studiose divinitatis notitiam ex creaturarum consideratione colligimus quasi venas susurri ejus ad nos aperimus. Quasi furtive, quia nec ipsas creaturas plene cognoscimus. Modo Dominus non loquitur, sed susurrat, in futuro non susurrabit, sed loquetur, cum plene se manifestabit nos. *Joan.* 16. Venit hora, cum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam annunciabo vobis da patre meo, 1. *Cor* 13. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Item qualiter hanc cognitionem habuit, & quando ostendit, *d* In horrore, &c.] idest, in pavore contemplationis, quæ quia phantasiis admista est, nocturna visio dicitur. Horror vero dicitur, quia mens humana, quanto altius æterna considerat, tanto de temporalibus tremefacta formidat. Unde *Dan.* 10. Domine, in visione tua nihil remansit in me virium. Sed quia contemplantes nisi a carnalibus abstrahantur, spiritualia videre non valent, juxta illud 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea, quæ Spiritus Dei sunt, Sequitur: *e* Quando solet sopor] quies pectoris. *f* Homines:] non humum sapientes, sed rationales. *g* Pavor] mentis. *i* Tremor,] corporis. *h* Tenuit me.] quia mens humana, quo altiora concupiscit, eo magis in se tremiscit. *k* Ossa mea] idest, virtutes, vel opera fortia. *l* Perterrita sunt,] q. d. unde me fortem credidi, inde ante judicem exhorrui. *Greg.* Justi quanto per contemplationem superna vident, tanto bona sua indigna examine judicis perpendunt. Unde Manue viso Angelo dixit: Morte moriemur, quia vidimus Dominum. *m* Et cum spiritus, &c.] idest, cum Dei invisibilia agnoscerem, non fixe, sed transitorie. *o* Pili carnis meæ,] idest, superfluæ, & carnales cogitationes. *n* Inhorruerunt] idest, in me insultum fecerunt, quæ sunt muscæ morientes, quæ perdunt suavitatem unguenti. *Eccl.* 10. Hæ sunt aves, quas Abraham abigebat a sacrificio, *Gen* 15. Sed ne omnino crederetur hæc visio transiisse: Sequitur: *p* Stetit quidam,] † Hic est filius Dei, cujus solius est stare. Creatura enim, quæ ex nihilo est, non habet stare, sed fluere. *Boetius*: *Stabilisque manens, dat cuncta moveri*. Et nota, quod transire dicitur Dominus, & stare. Stat, in se *Jac.* 1. Apud quem non est transmutatio, &c. Transit, homini, quia non potest cognitus teneri. *Cant* 6. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. *q* Cujus non agnoscebam vultum,] Non enim hic videtur, nisi per speculum in ænigmate. 1. *Cor.* 13. Unde Moysi dictum est: Non videbit me homo, & vivet, *Exod.* 33. *r* Imago] expositio est ejus, quod dixerat (quidam) Non enim videtur prout est, sed in speculo, ut imago. *s* Et vocem, &c.] idest illius modicam cognitionem comprehendi. *Greg.* Imago coram oculis, filius patris, qui dicit *Joan.* 14. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Vox auræ tenuis, cognitio est Spiritus Sancti. Et sic Eliphaz testatur, se habuisse notitiam Filii, & Spiritus Sancti. *t* Nunquid homo] Hic ostendit Eliphaz, quid in contemplatione Dei viderit, scilicet, quod hominis justitia comparata divinæ injustitia est. *Isai.* 64. Omnes justitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. Item *eod.* 40. Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram illo. *u* Justificabitur,] quasi dicat non. *Psal.* 142. In conspectu tuo non justificabitur omnis vivens, *inf.* 25. Nunquid justificabitur homo comparatus Deo? quasi dicat non. *x* Ecce,] Quod Job sit instabilis, probat hic Eliphaz per locum a minori, contra hoc quod ipse dixerat: Nonne quievi. *y* Qui serviunt] idest Angeli. *z* Non sunt stabiles,] idest sine mutabilitate: natura enim sua sunt defectibiles, sed ex gratia stabiles. Et per hoc probat illud, quod sequitur. *a* Et in Angelis suis] apostatis scilicet. *b* Reperit pravitatem,] superbiæ. *Isai.* 14. Quomodo cecidisti, Lucifer, qui mane oriebaris. Quanto magis hi, qui habitant domos luteas idest corpus, quod corrumpitur. *Sap.* 9. quasi dicat si spiritus, qui carnis infirmitate non premitur, ex se nequit esse stabilis, quanto magis homo, qui ex carne trahit, ut necessario corrumpatur? Domum luteam habitant, avarus, gulosus, luxuriosus, quibus dicitur *Apoc.* 8. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. *d* Terrenum] idest, fragile. *e* Consumentur velut a tinea,] idest a peccato, quod ex carne nascitur, sicut de veste tinea. *Eccl.* 42. De vestimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Tempus, seu spatium consumptionis ostendit. *f* De mane usque ad vesperam] idest, ab initio vitæ, usque ad finem. *Eccl.* 41. Si nati fueritis, in maledictione nascemini; & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Vel de mane prosperitatis usque ad vesperam adversitatis. *Eccles.* 39. Impiis, & peccatoribus omnia in mala convertentur. *g* Et quia nullus] Hic ostendit, quid sit causa horum omnium, scilicet, error, vel ignorantia. *Isai.* 5. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *Osee* 4. Populus non intelligens vapulabit. *h* Intelligit,] idest, recogitat, quid sit bonum. Sed ne de omnibus habitantibus domos luteas intelligantur prædicta, subdit. *i* Qui autem reliqui fuerint,] idest a mundo despecti, sicut puer Amalecita, quem invenit David, 1. *Reg.* 30. *k* Auferentur ex eis:] idest a Domino eligentur, & a malis separabuntur, ut grana a paleis. *Matth.* 13. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis. *l* Morientur,] mali scilicet, in peccato. *m* Non in sapientia.] Dei, sed mundi, quæ stultitia est apud Deum. Vel ipsi boni, qui reliqui sunt, morientur bona morte: Non in sapientia mundi, quæ stultitia est apud Deum. *Prov.* 10. Qui indocti sunt, in cordis egestate morientur.

a & quasi furtive *b* suscepit auris mea *c* venas susurri ejus. In *d* horrore visionis nocturnæ, quando *e* solet sopor occupare *f* homines: *g* Pavor *h* tenuit me, & *i* tremor, & omnia *k* ossa mea *l* perterrita sunt. Et *m* cum spiritus me præsente transiret, *n* inhorruerunt pili *o* carnis meæ. *p* Stetit quidam, *q* cujus non agnoscebam vultum, *r* imago coram oculis meis, *s* & vocem quasi auræ lenis audivi: *t* Numquid homo Dei comparatione *u* justificabitur, aut factore suo purior erit vir? *x* Ecce, *y* qui serviunt ei, *z* non sunt stabiles, *a* & in Angelis suis *b* reperit pravitatem, *c* Quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui *d* terrenum habent fundamentum, *e* consumentur velut a tinea, *f* de mane usque ad vesperam succidentur, *g* & quia nullus *h* intelligit, in æternum peribunt. *i* Qui autem † reliqui fuerint, *k* auferentur ex eis: *l* Morientur, & *m* non in sapientia.

C A P. V.

n VOca ergo, si est, qui tibi respondeat, & *o* ad aliquem Sanctorum convertere. † Virum *p* stultum interficit ira-

Judic. 13.

al. † creator scilicet. Boetius de consolatione l. 3. Met. 9.

Sap. 3.

De pœn. dist. 2. c. si enim ante fuem.

al. † relicti.

al. † Vere.

D

A

E X P O S I T I O   C A P. V.

n VOca ergo, si est, &c.] Quoniam Eliphaz credebat Job se immunem a delicto dixisse, & per consequens omni creaturæ se præposuisse, quæ vanitati subjecta est, *Rom.* 8. ideo quasi irridens eum subjungit: (Voca, &c) Et nota, quod prædicta verba Eliphaz contra iniquos vere dicuntur, quæ contra Job falso protulit, sic & ista, quæ sequuntur hic. Dicit ergo (Voca ergo, si est, &c.) quasi dicat. Si Deum vocaveris, non respondebit tibi, quia illum contempsisti; quantumcumque afflictus fueris. *Greg.* Sæpe enim preces ejus Deus in perturbatione deserit, qui præcepta in tranquillitate contempsit. *o* Et ad aliquem] quasi dicat: si dicas sanctos, adjutores tuos in afflictione non invenies, quos habere socios in prosperitate noluisti. Et hoc est: Ad aliquem sanctorum, quasi dicat, si invocaveris eos, non exaudient te. Quare autem non exaudiatur, irridendo subjungit: *p* Virum stultum] Et sic vult innuere Job fuisse stultum. Stultus est, qui in adversis dejicitur, & in prosperis elevatur. *Eccl.* 27. Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol, nam stultus sicut Luna mutatur. Sed quia duplex est ira, scilicet, per zelum, quæ bona est: De qua *Eccl.* 7. Melior est ira risu. Et est ira per vitium, quæ est mala: De qua *Prov.* 27. Grave est saxum, & onerosa est arena, sed ira stulti utroque gravior est. Dicit ergo (Virum stultum interficit iracundia) quasi dicat ira per zelum sapientem ad tempus perturbat. Sed ira per vitium stultos omnino trucidat. Non solum stultum, & iracundum dicit eum, sed invidum. Unde subdit:

a Parvulum occidit invidia ,] dum ei invidet , quem majorem putat , ut diabolus homini: *Gen.* 3. Cain Abel: *Gen.* 4. Esau Jacob: *Gen.* 27. Et bene dicit : Parvulum: quia omnis , qui invidet , minor est eo , cui invidet. *Gloss.* Nisi inferior esset, de bono alterius non doleret.

cundia , & *a* parvulum occidit invidia. *b* Ego vidi stultum firma radice, & *c* maledixi *d* pulchritudini ejus statim, *e* Longe fient filii ejus a salute, & *f* conterentur in porta, & *g* non erit, qui eruat. *h* Cujus messem *i* famelicus comedet, & *k* ipsum rapiet armatus, *l* & ebibent sitientes divitias ejus. Nihil in *m* terra sine causa fit, *n* & de humo non † *o* egredietur dolor. *p* Homo ad laborem nascitur , & avis ad † volatum. *q* Quamobrem ego *r* † deprecabor Dominum , & ad Deum ponam eloquium meum : *s* Qui facit magna , & inscrutabilia , & *t* mirabilia absque numero. *u* Qui dat pluviam *x* super faciem terræ, & *y* irrigat aquis *z* universa. *a* Qui ponit humiles in sublimi , & *b* mœrentes erigit *c* sospitate .

Vel parvulus dicitur, qui terrena diligit: Magnus, qui sola æterna quærit *Glos.* Invidia parvulus occiditur , quia nullus hac peste moritur, nisi qui in amore temporalium infirmatur. Et nota, quod ira intellectum excæcat, invidia affectum turbat. Unde per hæc duo omnia peccata comprehendit Eliphaz , quia omne peccatum, aut excæcat intellectum, aut turbat affectum. Sed quia dixerat impios succidendos, ne crederet quis ipsos nunquam prosperari: subdit;

B

al. torrentem.

al. † volandum.

al. † deprecor.

b Ego vidi, &c.] De qua radicatione dicitur *Jerem.* 12. Plantasti eos, & radicem miserunt. Sed contra: *Sup.* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Quod verum est finaliter , licet ad tempus germinent . *Gloss.* Stultus firma radice figitur, quia totis desideriis in terreno amore solidatur. Sed hæc firmitas cito transit, & ideo sequitur,
c Maledixi, &c.] idest, maledicendum judicavi , *Glos.* Hoc maledicere, est stulti gloriam ex prævisa damnatione judicare, qui eo amplius damnabitur, quo hic altius levatur . *d* Pulchritudini] idest , terrenæ gloriæ, sive prosperitati ejus. Unde autem istud judicium oriatur , subdit : *e* Longe fient filij] idest, opera . Unde *Sap.*4. Fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum. Inutiles in opere, sed acerbi in pena. Vel (Filii) idest, imitatores, qui ab eo in malitia generantur. *Sap.* 4. Multigena impiorum multitudo non erit utilis *Eccl.* 15. Non concupiscit Dominus multitudinem filiorum infidelium , & inutilium (Longe fient in salute) in futuro, quia licet hic felices videantur , tamen postea gravius punientur . *Sap.* 6. Potentes potenter tormenta patientur. *Apoc.* 18. Quantum glorificavit , &c. *f* Conterentur in porta ,] quasi dicat , vere (Longe fient a salute, &c.) idest quia conterentur in porta , idest , in judicio, vel in Christo , quia dicit *Joan.* 10. Ego sum ostium. In hac porta conterentur mali . Unde *Isa.* 30. Veniet contritio ejus , & comminuetur , sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida. Unde *Amos* 5. Odio habuerunt corripientem in porta , & loquentem perfecte abominati sunt. *g* Et non erit, qui eruat.] *Gloss.* quia illos veritas ibi non eripit , quos hic per disciplinam non premit . *Hebr.* 12. Flagellat Dominus omnem filium , quem recipit : quis enim filius, quem non corripit pater ? Non igitur Dominus eripiet , nec Angelus , nec homo , nec diabolus . Unde *Infra* 10. Cum sit nemo , qui de manu tua possit eruere. *h* Cujus messem] idest , stulti bona . *i* Famelicus comedet :] idest , Deum desiderans, quia substantia malorum bonis servatur . *Prov.* 13. Custoditur justo substantia peccatoris . Vel (famelicus) idest , diabolus . *Osee* 7. Comederunt alieni labores ejus, & ipse nescivit , *Luc.* 12. Stulte , hac nocte animam tuam repetent a te , quæ autem parasti, cujus erunt ? *Gloss.* Messis stulti est donum intelligentiæ , scientia Sacræ Scripturæ , gratia prædicationis : Quam messem habendo jejunat , qui quod prædicat , male vivendo calcat. *k* Ipsum rapiet armatus ,] idest , Diabolus armis pestiferæ persuasionis , vel armis peccatorum nostrorum . Quot enim peccata facimus , tot arma diabolo contra nos damus , *Rom.* 6. Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. *Luc.* 11. Cum fortis armatus , &c. *Prov.*6. Veniet tibi quasi viator egestas , & pauperies quasi vir armatus . *l* Et ebibent sitientes divitias ejus ,] idest, stultus, qui sæpe habet divitias , scilicet , ingenium , intelligentiam , scientiam , sed non bibit , quia se non exercet in illis . Habet autem alius sitim , qui non habet ingenium , & amando studens assequitur , quod nescit ingeniosus . De his sitientibus dicitur *Isai.* 55. Omnes sitientes venite ad aquas . Cum autem negligenti datur sensus , & studioso negatur , ne hæc casu videantur fieri , subdit:
m Nihil in terra , &c.] quia ingeniosus negligens , justius de negligentia punietur , & tardus diligens , jucundius de studio coronabitur. Per quid autem fiet ista contritio impiorum , subdit : *n* Et de humo, &c.] quasi dicat , per elementa punientur impii. Unde *Sap.* 5. Pugnabit cum illo contra insensatos orbis terrarum ; tamen de elementis. *o* Non egredietur dolor ,] idest , ut ipsa sit causa doloris, sed peccata impiorum. *Jer.* 2. Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te. *p* Homo ad laborem] Quia hæc omnia ex præordinatione fiunt , sequitur (Homo , &c.) quasi non ab humo , sed ab homine egreditur dolor , qui ex peccato habet , ut laboret . Et hoc est : (Homo ad laborem nascitur) quia omnes nascimur filii iræ: *Ephes.*2. Et ideo necesse est, hominem vel hic , vel in futuro sustinere laborem. Sit ergo hic quilibet homo in labore, ut postea sit avis pennis virtutum evolans ad superna. Cum igitur hæc omnia fiant ex Dei præordinatione , nihil restat nisi ad Deum præordinatore confugere. Unde subditur:
q Quamobrem ego] Et sic occulte redarguit Job , quod in flagellis non recurrit ad beneficium orationis . Oratione enim impetratur , vel mitigatur , quod præordinatum est , sicut *Greg.* super illud *Gen.* 25. Deprecatus est Isaac pro uxore , &c.
r Deprecabor , &c.] *Gloss.* Ac si dicat , illum deprecabor , per quem scio hæc tribui. Si enim per se hæc habere crederet , Deum deprecari non indigeret.
s Qui facit] quasi dicat ideo deprecabor Dominum (qui) idest , quia ille (facit magna , & inscrutabilia , &c.) *Greg.* Omnia opera Dei mira sunt , sed eorum multa sine admiratione transeunt , quia usu viluerunt . Quotidie homo nascitur , nec miramur . Si mortuus suscitetur , omnes mirantur , cum tamen majus sit creari , quod non erat , quam reparari , quod erat . Magna dicit , & inscrutabilia, quia minus esset facere magna , si scrutari possent . Item si pauca fecisset , licet magna , & inscrutabilia , parum esset . Ideo addit:
t Mirabilia absque numero .] Et in hoc monstratur Dominus potens . *Eccles.* 43. Terribilis Dominus , & magnus vehementer , & mirabilis potentia ipsius . Sapiens ostenditur , cum subditur.
u Qui dat pluviam] doctrinæ , *Eccles.* 24. Ego sapientia effudi flumina . *Deut.* 11. Dabit pluviam. *Amos* 9. Qui vocat aquas. *Psal.* 67. Pluviam voluntariam &c.
x Super faciem terræ,] idest , arida corda terrenorum. Vel ad litteram.
y Irrigat aquis] idest , donis Spiritus Sancti.
z Universa,] idest , cor hominis , cum omni creatura participum habentis . *Marc. ult.* Prædicate Evangelium omni creaturæ (Vel universa) idest , omne genus hominum , bonos , & malos . *Matth.* 5. Qui facit solem suum oriri super bonos , & malos , & pluit super justos , & injustos , *Greg.* Irrigat aquis universa , quia Spiritus Sancti gratia cum sibi divites subjicit , pauperes non repellit ; cum fortes humiliat , ad se venire debiles non recusat ; cum nobiles colligit , simul & ignobiles apprehendit ; cum sapientes suscipit , imperitorum stultitiam non contemnit . Universorum nomine , illorum dissimilitudo signatur , alius elatione erigitur , alius pondere timoris inclinatur , alius libidine æstuat , alius avaritia anhelat , alius remissione se dejicit , alius ira fervescit. Sed dum superbo humilitas tribuitur , timido confidentia præbetur: Luxuriosus per castitatis studium ab immunditia tergitur : Avarus per continentiam ab ambitionis æstu temperatur. Remissus zeli rectitudine erigitur . Iracundus a præcipitatione suæ exercitationis refrænatur , Universa Deus irrigat aquis.
a Qui ponit humiles] Ad litteram . Deposuit potentes de sede , & exaltavit humiles. *Eccles.* 11. Sapientia humiliati exaltabit caput illius , & in medio magnatorum consedere illum facit . Et *infra* : Multi tyranni sederunt in throno , & insuspicabilis portavit diadema . *Proverb.* 29. Superbum sequitur humilitas , & humilem spiritu suscipiet gloria.

Luc. 1.

b Mœrentes] Beati , qui lugent: *Matth.* 5.
c Sospitate ,] gratiæ in præsenti , gloriæ in futuro.

a Dissipat

Qui *a* dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum; quod ceperant. *b* Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium pravorum dissipat. *c* Per diem incurrent tenebras, *d* & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. *e* Porro salvum fecit egenum *g* a gladio oris eorum, & *h* de manu violenti pauperem: Et *i* erit egeno spes: *k* iniquitas autem *l* contrahet *m* os suum. *n* Beatus homo, qui corripitur a Domino. *o* Increpationem ergo Domini ne reprobes, *p* quia ipse vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus sanabunt. In *q* sex tribulationibus *r* liberabit te, *s* & in septima non *t* tanget te malum. In *u* fame eruet te *x* de morte, *y* & in bello *z* de manu gladii. A *a* flagello linguæ absconderis, & non *b* timebis calamitatem, cum venerit. In *c* vastitate, *d* & fame *e* ridebis, & *f* bestias terræ non formidabis, *g* sed cum lapidibus regionum pactum tuum,

a Dissipat cogitationes] Sicut fecit consilium Achitophel. 2. *Reg.* 26. *Psal.* Non relinquet Dominus virgam peccatorum super fortem justorum, ut non extendant, &c. (*Psalm. 124.*) *Oseæ* 2. Sepiam viam tuam spinis. *b* Qui apprehendit sapientes] Quidam enim actus suos contra Dei dispositionem adimplere volunt, sed in hoc voluntatem Dei faciunt, ut in venditione Joseph patet, qui a fratribus venditur, ne adoretur, *Gen.* 37. Sed ideo adoratur, quia venditur. Sic Saul petiit centum præputia Philisthinorum, ut David extingueretur. 2. *Reg.* 18. Sed in quo gloriam ejus extinguere curavit, virtutem ejus cumulavit. Jonas prędicare Ninivitis recusavit, sed gestante bellua illuc venit, quo ire sponte noluit. Christus a Judæis occiditur, ne Mundus crescat in eum. *Jo.* 11. Sed inde fides crevit, unde infideles eam extinguere voluit. 1. *Cor.* 1. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium, &c. Item *eod.* 3. Comprehendam sapientes in astutia sua. *Isai.* 44. Convertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. *Prov.* 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Deum. *Isai.* 8. Inite consilium, & dissipabitur; loquimini verbum, & non fiet. Qualiter autem dissipet Dominus consilium pravorum, subdit: *c* Per diem incurrent tenebras,] quasi dicat: Obscurabitur intellectus eorum, & manifesta veritas occultabitur eis. *Isai.* 69. Palpavimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectavimus. Impegimus in meridie, quasi in tenebris, & caliginosis. Et exponitur utrumque mystice de Judæis, qui aperta miracula Christi viderunt, & adhuc quærebant: Si tu es Christus, dic nobis palam. *Joan* 10 Moraliter de invidis, qui per diem incurrunt tenebras, quia mens eorum cum de bono alieno affligitur, quasi lucis radio obscuratur. *Amos* 8. Occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. *Seneca*: Vellem invidos in universis civitatibus oculos habere, ut singulorum profectibus torquerentur. *d* Quasi nocte sic palpabunt] quia livore excæcati, bona quæ reprehendant, invenire satagunt, contra illud *Prov.* 24. Ne insidieris, & quæras impietatem in domo justi, neque vastes requiem ejus. Sicut Sodomitæ circuibant domum Loth *Gen.* 19. Quare autem prædicta faciat Dominus, subdit, ut scilicet liberet pauperes, & egenos a contumeliis, quæ per gladium designantur, & ab injuriis, quæ per manum violentam significantur. Et hoc est: *e* Porro, &c.] q. d. ita fiet illis. Sed Dominus salvos faciet eos, qui scilicet propriam infirmitatem agnoscunt. *g* A gladio oris eorum,] Qui triplex est. Iniqua persuasio. Ficta adulatio. Perversa detractio. (*Psalm. 56.*) *Psal.* Filii hominum, dentes eorum, arma, & sagittæ, & linguæ eorum gladius acutus. *h* Et de manu violenti] idest, adversa potestate: Quæ dupliciter sævit, scilicet in injuriis rerum, & verberibus corporum, ut sic nec blanditiis, vel contumeliis ad peccandum trahatur, nec dolore suppliciorum inter adversa frangatur. Modum liberationis aperit, cum subdit: *i* Et erit egeno spes:] Quia egenum in afflictionibus dabit spem, quæ teneat eum firmum; sicut anchora navem. *Hebr.* 6 Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam. Hanc spem inducit timor Domini *Eccles.* 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit, & non pavebit, quoniam ipse spes ejus est. (*Psalm. 113.*) *Psal.* Qui timent Dominum, speraverunt in Domino, &c. *Prov.* 14. In timore Domini fiducia fortitudinis. *k* Iniquitas] idest, iniquus. *l* Contrahet] idest, claudet. *m* Os suum,] a contumeliis justorum. (*Psalm. 106.*) *Psalm.* Videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum, 1. *Reg.* 2. In tenebris impii conticescent, &c. Sed quia spes justorum proficit ad flagella, juxta illud *Rom.* 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Sequitur:

n Beatus homo, &c.] *Gloss.* Prima virtus est, peccata non agere: Secunda, acta corrigere. Sed quia sæpe vetitum facimus, Dei misericordia agitur, ut culpam pœna sequatur. Unde recte sequitur: *o* Increpationem ergo, &c.] Hoc enim verę dilectionis signum. *Apoc.* 3. Ego, quos amo, arguo, & castigo. Et quare non debeat increpatio Domini reprobari, ostendit. *p* Quia ipse, &c.] quasi dicat, vulnus ejus medicina est. *Eccl.* 31. Infirmitas gravis sobriam facit animam. *Oseæ* 6. Revertamur ad Dominum, quia ipse cępit, & sanabit nos; percutiet, & curabit nos. *Isai.* 19. Percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam. *Eccl.* 10. Curatio cessare faciet peccata maxima. *Eccl.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ. *q* In sex tribulationibus] Quæ scilicet dixerat Eliphaz, quod Dominus percutit, & sanat. Nunc ostendit, quibus percutiat, & a quibus liberet, scilicet a sex tribulationibus, quæ sunt, fames, sitis, frigus, labor, morbus, mors; His percutit Dominus suos, & liberat. Septima est pęna æterna, quæ penitus non tangit eos. Unde dum mens anhelat ad Deum, & omnia sæcularia despicit, mox omnia vertuntur ei in tentationem, & eam affligunt. Sed dum transitorio labore eam affligunt, a perpetuo liberatur. Senario enim, quem septenarius sequitur, præsentis vitæ opera designatur. In sex ergo tribulationibus liberat, ne in fine septimum malum attingat, quia hic paterne erudiens atterit, sed in die judicii a verbere abscondit. Vel aliter: Septem tribulationes, sunt septem vitia principalia: De quibus *Prov.* 26. Quandocumque submiserit vocem, ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius. Per famem, quia gula intelligitur; per bellum, litigium carnis ad spiritum, idest, luxuria Caro enim concupiscit adversus spiritum. *Gal.* 5. Per flagellum linguæ ira, quæ multos (*Eccl.* 8.) commovet; per calamitatem, tristitia, sive acedia; per vastitatem, avaritia, quæ omnia vastat; per famem secundam, superbia, quæ sitit, & esurit dignitates; per bestias, invidia. *Gen.* 37. Bestia devoravit Joseph. Dicit ergo (in sex tribulationibus) idest, sex ætatibus laborantium. *r* Liberabit] Dominus, scilicet, te.

s Et in septima] quæ est resurgentium, sive quiescentium. *t* Non tanget te malum.] Quia enim in Purgatorio aliqui puniuntur, hoc habent a sexta ætate, in qua sunt, dum sunt in Purgatorio.

u In fame] idest, tentatione de gula.

x De morte] idest, de mortali peccato, ne succumbas tentationi. *y* Et in bello] idest, in tentatione luxuriæ.

z De manu gladii,] idest, carnalis delectationis.

a A flagello linguæ] idest, contumeliæ, quæ extra oritur. *b* Non timebis calamitatem,] idest, pestem tristitiæ, sive acediæ, quæ est magna animi calamitas. *Eccl.* 38. Tristitia cordis flexit cervicem. *c* In vastitate,] avaritiæ, quæ omnia vastat etiam interiora ventris. *Eccl.* 10. Avaro nihil scelestius: Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projecit intima sua. *d* Et fame] superbiæ. *e* Ridebis,] quasi securus. *f* Bestias] scilicet Diabolum, vel primos motus. Vel (Bestias) scilicet invidiæ. Has plagas curat Dominus per medicinam gratiæ septiformis. Nam a fame gulæ curat per donum intellectus; a bello luxuriæ per donum sapientiæ; a flagello iræ, per donum consilii; a calamitate tristitiæ, per donum fortitudinis; a vastitate avaritiæ, per donum pietatis; a fame superbiæ, per donum timoris; a bestia invidiæ, per donum scientiæ. Et nota, quod increpatio, sive correctio Domini non solum hæc facit, sed & societatem sanctorum, quam peccatum abstulerat, restituit. Peccata enim separant a Deo, & sanctis. *Isai.* 59. Iniquitates vestræ diviserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis. Sed pœnitentia conjungit. *Matth.* 4. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et hoc est: *g* Sed cum lapidibus] Angelos vocat lapides propter stabilitatem. *Ezech.* 28. In medio lapidum ignitorum ambulasti. Similiter propter firmitatem dicuntur lapides sancti. *Zac.* 9. Lapides sancti elevantur super terram ejus. Hi dicuntur regionum, quia in ipsis

sunt regiones. *Sap.6.* Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarum. *Eccl.10.* Ab uno sensato inhabitatur patria. *a* Et bestiæ terræ,] Ecce tertium bonum ex correctione Domini, scilicet proventus in tentatione, quia quorum terram diripuerant prius flumina tentationum, illis correctis a Domino datur cum omni tentatione proventus. 1. *Cor.* 10.

& *a* bestiæ terræ, pacificæ *a* erunt tibi. Et *b* scies, quod pacem habeat tabernaculum tuum, *c* & visitans speciem tuam, non peccabis, *d* Scies quoque, quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ. *e* Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut *f* infertur acervus tritici in *g* tempore suo. *h* Ecce hoc, ut *i* investigavimus, ita est, quod auditum, mente pertracta.

CAP. VI.

k RESpódens autem Job, dixit: *l* Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera: quasi arena maris, hæc gravior appareret, unde & *m* verba mea in dolore sunt plena, quia *n* sagittæ Domini in me sunt, *o* quarum indignatio *p* ebibit *q* spiritum meum, *r* & terrores Domini mi-

Et hoc est, bestiæ terræ, idest primi motus, ut dæmones tentatores. *a* Erunt pacifice] quia etsi tentant, tamen usque ad actum pravi operis non superant. *Orig.* Si quis resistit tentationi diaboli, & non succumbit, pacem habet cum eo diabolus, *b* Et scies, &c.] Ecce quartum bonum, quod provenit ex correctione Domini, scilicet minor impulsus tentationum. Et hoc est (Et scies, &c.) idest, mens tua, in qua justus habitat, ut in tabernaculo, idest, corpus, quod mens inhabitat. 2. *Cor.* 5. Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravari, eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri. 2. *Petr.* 1. Certus quidem sum, quod velox est depositio tabernaculi mei. Hoc tabernaculum habet pacem, cum a malis desideriis compescitur. *c* Et visitans] Quintum bonum scilicet consideratio propriæ miseriæ, quæ pœnitentiam adducit. *Jer.* 31. Postquam convertisti me, egi pœnitentiam; & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum, & erubui. Exponitur etiam de compassione proximi. *Eccl.* 31. Intellige, quæ sunt proximi tui ex teipso. Et quod ex hac visitatione sedatur peccatum, habes *Eccl.* 7. Non te pigeat visitare infirmum, ex his in dilectione firmaberis. Et in omnibus operibus tuis memorare novissima tua, idest, miserias tuas, & in æternum non peccabis. *Mich.* 6. Humiliatio tua in medio tui. *d* Scies quoque, quoniam] Ecce sextum bonum, scilicet multiplicatio bonarum cogitationum, quod est semen primum in nobis, ex quo nascitur progenies bonorum operum, quæ hic herbæ comparantur, quæ in via non maturescent in fructu. *Prov.* 11. Justi quasi virens folium germinabunt *Gen.* 1. Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum, faciens fructum juxta genus suum. Sed quia justis non sufficit magna exterius agere, nisi per contemplationem valeant æterna penetrare, sequitur septimum bonum, scilicet contemplatio. Et hoc est: *e* Ingredieris, &c.] idest, vitam contemplativam, quæ nos quasi mundo mortuos sepelit, dum ab ejus desideriis nos abscondit. Activa etiam vita sepulchrum est, quæ a pravis nos operibus quasi mortuos tegit. *Greg.* Non est perfectus prædicator, qui propter contemplationem opera negligit, vel propter opera contemplationem postponit. Hinc est, quod Abraham conjugem in sepulchro duplici sepelivit, quia prædicator animam a carnis desideriis extinctam sub tegmine bonæ operationis, & contemplationis abscondit. Unde Christus per diem in urbibus miracula faciebat, per noctem in monte in orationibus pernoctabat: In hoc docens prædicatorem, ut utrique vigilanter insistat. *Psalm.* In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum ejus (In abundantia) bonorum operum. Non enim potest quis intrare ad quietem contemplativæ, qui se prius non exercuerit per studium activæ. *Greg.* Qui contemplationis arcem habere desiderant, prius se in campo operis per exercitium probent, prius activæ opera congregent, & post carnis consensum, per contemplationem mortuum huic mundo, funditus se occultent. Unde & recte subditur: *f* Sicut infertur acervus tritici] scilicet ab exercitio actionis intret in horreum contemplationis. Unde Jacob prius Lia copulatur, postea Rachel datur, quia post fecunditatem activæ sequitur quies contemplativæ. Justum est enim, ut prius mens exsudet in opere, deinde reficiatur in contemplatione. *g* In tempore suo,] idest, post laborem activæ, & post flagellum disciplinæ. Granum enim non prius in horreo reconditur, quam flagello in area a paleis separetur. *Gloss.* Vel sepulchrum est quies æterna, quam in abundantia ingreditur, qui post bona opera congesta in secreto veri luminis occultatur (Sicut acervus tritici) Triticum in segete ventis expositum concutitur, post in area flagello trituratur, tandem in horreum relictis paleis reponitur, sic justi. *h* Ecce hoc] Conclusio est narrationis Eliphaz: In qua ostendit se in increpatione omnia vera dixisse: In quo etiam probat se stultum esse, quia ut dicit *Greg* vim suæ rectitudinis amittunt verba, quæ auditori non congruunt, & medicamenta vires perdunt, si sanis membris apponuntur. Imperitia quidem fuit, velle edocere meliorem se. *i* Investigavimus,] In hoc verbo innuit Eliphaz, se non ad litteram dixisse, sepulchrum, bestias, lapides, & hujusmodi, sed in illis spiritualem intelligentiam quæsivisse. *Gloss.* Ante faciem non jacet, quod investigatur.

Psalm. 41.

Correctio Domini hæc facit:
- Liberat a sex tribulationibus.
- Reconciliat Deo, & Angelis.
- Ad meliora provehit.
- Dæmones pacificos facit.
- Pacem mentis tribuit.
- A culpa absolvit.
- Pœnitentiam adducit.
- Bonas cogitationes inducit.
- Vitam contemplativam ingredi facit.

EXPOSITIO CAP. VI.

k RESpondens autem Job] percussus flagellis, lacessitus verbis, & utrobique Job se bene habuit. Percussus gratias egit, lacessitus recta respondit. Unde argutus ab Eliphaz, quod se mundum a peccato æstimasset *ibi*: Recordare obsecro *sup.* 4. Respondens Job se peccasse confitetur, & iram meruisse. Sed ut quantitas culpæ æstimaretur secundum quantitatem pœnæ, optat hæc librari, ut peccatum pateat, & calamitas. Hoc enim est desiderium justorum, ut in mensura contra mensuram judicet hic Dominus, ut in futuro parcat. *Aug.* Domine, hic ure, hic seca, ut tantum in futuro parcas. Ideo dicitur *Prov.* 12. Cogitationes justorum, judicia. Et hoc est, quod dicitur: *l* Utinam, &c.] quasi arena, &c.] quasi dicat, major est pœna quam patior, quam culpa. Et sic elidit Job suspicionem Eliphaz, quam supra conceperat ex quantitate pœnæ. Unde dixerat: Recordare, &c. Sed quomodo pœna major est peccato, cum omnis pœna stipendium sit peccati, & Dominus semper puniat citra condignum? Distingue multas causas pœnæ: Et est responsio. Comparatur autem calamitas arenæ, quia ad ipsam eliduntur fluctus tentationum, sicut ad arenam fluctus maris. *Jer.* 5. Posui arenam terminum mari. Qualiter autem peccatum elidatur ad pœnam, dicitur *Eccl.* 10. Curatio cessare faciet peccata maxima. *Eccl.* 11. Malitia unius horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ, Item argutus fuit Job de impatientia. *Sap.* 4. Ibi: Ecce docuisti plurimos. Ad illud etiam respondet, dicens; *m* Unde & verba mea, &c.] Nec est, unde, illativum, sed causale, quasi dicat, quod sic locutus sum *sup.* Pereat dies, &c. non ex impatientia fuit, sed ex sensu propriæ miseriæ, quæ est una sagitta Domini. Dicit ergo: Unde, idest, etiam verba mea, illa scilicet, pereat dies, &c. Vel, unde, est illativum, quasi dicat merui: Unde & verba mea, &c. Neque mirum, si doleo. *n* Quia sagittæ Domini in me sunt,] idest, percussiones verberum, & verborum. *o* Quorum indignatio] quasi dicat, hujusmodi percussiones non solum cruciant, sed purgant. Unde de illis sagittis fuit illa, de qua dicitur; 4 *Reg.* 13. Sagitta salutis Domini contra Syriam. Syria interpretatur sublimis. Sagitta igitur salutis Domini contra Syriam, idest, plaga afflictionis contra tumorem elationis. *p* Ebibit] idest, consumit. *q* Spiritum] idest, elationem. *r* Et terrores] Alia causa est, quare verba Job dolore sunt plena, quia cum tantus sit calor præsentis miseriæ, quantus ergo erit æternæ? Ex hoc nascitur terror, quia sicut rugitus leonis, sic terror regis, *Prov.* 20. *Item* 16. Indignatio regis, nuncii Mortis. Dicit ergo terrores, quasi dicat: Non solum gemo, quæ patior; sed timeo, quæ minaris. Et ostendit Job se timere. Unde respondet ei, quod dixerat Eliphaz: *Sup.* 4. Ubi est timor tuus? Sed quia omnis impatientia provenit ex defectu boni, jam se ostendit Job abundare in bonis tam activæ, quam contemplativæ, comparans activam

Sup. 3.

onagro

onagro propter onera activæ, & contemplativam bovi propter maturitatem. Et hoc est: *a* Numquid] idest, activus. *b* Cum habuerit] idest, bona virentia, q. d. dum activus abundat bonis, non rugiet per impatientiam. Sine quibus rugit, *Jer.* 14. Cerva in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba, & onagri steterunt in rupibus, & traxerunt ventum quasi dracones: defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. *c* Aut mugiet] idest, contemplativus, qui stat ad præsepe plenum, quia prælibat jam bona cœli, quasi dicat, non. Similiter nec ego, quia in tribulationibus refectionem inveni.

B

Prov. 27.

d Aut poterit] Hic respondet Job ei, quod dixerat Eliphaz *sup.* 5. Quod auditum mente pertracta, ubi jactabat se Eliphaz verba recta dixisse, sed tamen indiscrete dixit ea, nec sunt digna mente pertractari, quia sunt sine sale discretionis. Et hoc probat per simile, innuens quamdam divisionem, quia verba hominum quandoque sunt recta, sed insulsa, idest, sine discretione, ut verba Eliphaz, & talia non possunt comedi. Et quoad hoc dicit (Aut poterit comedi) quasi dicat, non. Licet enim recta sint, nisi sale condiantur, non reficiunt. Ideo dicit Dominus: *Marc.* 9. Omnis victima sale salietur. *Col.* 4. Sermo vester semper in gratia sit sale conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere. Quandoque sunt non recta, & tunc gustata afferunt mortem. Et quoad hoc dicit: *e* Aut potest aliquis] q. d. non. Hæc enim sunt ova impiorum, de quibus *Isai.* 59. Qui comederit de ovis eorum, morietur. *f* Animæ enim esurienti] Littera hæc legitur præpostere. Dicto enim, quod ex consolatione hominis non fit hæc refectio, quam invenit Job, docet a quo sit, scilicet, ex dulcedine flagellorum Domini, quæ via sunt ad cœlum, sicut dicitur: *Actor.* 14. Per multas tribulationes, &c. *Marc.* 7. Arcta est via, quæ ducit ad vitam. Et hoc est: *g* Quæ prius nolebat] voluntate sensualitatis, vel naturali, quia licet appetant ex ratione disciplinam in præsenti, tamen naturaliter, vel sensualiter formidant. Unde 2. *Cor.* 5. Nolumus expoliari, sed supervestiri. *h* Nunc præ angustia] idest, desiderio patriæ, vel profectus in bono. *i* Cibi mei sunt,] Justi enim gloriantur in tribulationibus. Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, &c. *Rom.* 5. Ideo dicit Apostolus 2. *Cor.* 11. Si gloriari oportet in his, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Quod autem ex desiderio tali, hæc amara dulcescant, probat: Animæ enim esurienti, &c. *Prov.* 27. Anima saturata calcabit favum, anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Tamen hæc clausula non est in antiquis codicibus, nec *Greg.* exponit eam. Aliter ab illo loco: *k* Quis det,] Quasi cum hæc dulcia sint quis det, ut veniat petitio mea, facta *sup. eod. ibi:* (Utinam appenderentur, &c.) Vel (petitio mea) idest corporis cruciatus, per quos Sancti desiderant venire ad vitam æternam. Unde sequitur: *l* Et quod expecto,] scilicet vitam æternam (Tribuat mihi Deus) *m* Et qui cœpit,] scilicet me conterere. *n* Conterat,] idest, usque in finem flagella continuet, quasi Job diceret Domino: Noli a puero subtrahere disciplinam. Si enim tu percusseris eum virga, non morietur, tu virga percuties eum, & de inferno animam ejus liberabis. *Prov.* 23. *o* Solvat manum] idest plus affligat me. Quasi enim ligatam habet manum Dominus, cum peccantem non corripit, quod est signum reprobationis. *Ezech.* 16. Auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius. *p* Et succidat me,] de radice peccati, & miseriæ. *Greg.* Cum dolor, vel tentatio nos percutit, elatio mentis succisa cadit. *q* Et hæc mihi sit consolatio,] quasi dicat increpationem Domini non reprobo, sed de illa gaudeo. *Jac.* 1. Omne gaudium, &c. *Act.* 5. Ibant Apostoli gaudentes, &c. *Psal.* Virga tua, & baculus, &c. Item scio, quod Dominus hic quibusdam parcit, ut in æternum feriat; sed me hic

Psalm. 22.

litant contra me, *a* Numquid rugiet onager, cum *b* habuerit herbam, *c* aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit? *d* Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? *e* Aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? animæ *f* enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur, *g* Quæ prius nolebat tangere anima mea, *h* nunc præ angustia cibi *i* mei sunt, *k* Quis det, ut veniat petitio mea, *l* & quod expecto, tribuat mihi Deus: *m* & qui cœpit, ipse me *n* conterat, *o* solvat manum suam, & *p* succidat me, *q* & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, *r* nec contradicam sermonibus *s* Sancti? *t* Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam; *u* aut quis finis meus, ut patienter agam? *x* Nec fortitudo lapidum fortitudo *y* mea, *z* nec caro mea ænea est, *a* Ecce non est auxilium mihi in me, & *b* necessarii quoque mei recesserunt a me. *c* Qui tollit ab amico suo *d* misericordiam, *e* timorem Domini derelinquit, *f* Fratres mei *g* prætericrunt me, sicut *h* torrens

non parcens feriat, quod mihi est consolatio. Quod autem non tumenti mente, vel rebelli hoc dixerit Job, ostendit. *r* Nec contradicam sermonibus] idest, flagellis, & discussionibus non murmurabo. *Isai.* 40. Ego autem non contradico, retrorsum non abii, corpus meum dedi percutientibus, *s* Sancti?] idest, Dei. *t* Quæ est enim fortitudo mea,] Dixerat Job se consolari in flagellis Domini, sed ne quis posse hoc crederet, ex seipso subdit: (Quæ est enim fortitudo mea? quasi dicat, nulla. *Isai.* 1. Erit fortitudo vestra, ut favilla stuppæ, & opus, &c. *u* Aut quis finis meus,] pro quo prædicta gaudeo sustinere, quasi dicat: mala mundi pro mondo sustinere nequeo, quia fortis non sum in ejus desiderio, quasi dicat: ab eo, non a me habeo fortitudinem, qui est finis laboris, neque a mundo, pro cujus amore nihil ferre valeo. *x* Nec fortitudo] *Gloss.* Alia est fortitudo bonorum, alia malorum. Fortitudo bonorum, est carnis, ac sæculi blandimenta vincere, mala hic pro æternis æquanimiter tolerare. Malorum fortitudo est prætentia semper amare, contra flagella Domini insensibiliter indurari, ab appetitu temporalium nec pro adversis quiescere, in se spem ponere. De prima dicitur: 1. *Petr. ult.* Cui resistite fortes in fide *Psalm.* Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. De secunda *Isai.* 5. Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. De utraque simul dicitur: *Isa.* 40. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. Quia alia est, quæ deponitur, scilicet mundi, alia quæ inchoatur, scilicet cœli. Dicit ergo (Nec fortitudo lapidum) idest, reproborum.

C

Psalm. 30.

y Fortitudo mea] qua adversa mundi sustineo. Hac fortitudine, scilicet reproborum, fortes sunt, qui percussi non sentiunt. De quibus *Jer.* 5. Percussisti eos, & non doluerunt; attrivisti eos, & renuerunt recipere disciplinam; induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. *z* Nec caro] Nullis percussionibus emollitur, sed cum percutitur, tinnitum confusum reddit. Sic nonnulli percussi a Domino, tinnitum confessionis, sed confuse ad tempus reddunt. Sed cessante percussione, quia emolliti non fuerunt, sicut prius, silent. De his dicit *Isai.* 26. Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. *a* Ecce non est auxilium] Ostenso, quod non est fortis Job per insaniam, ad majoris fortitudinis meritum ostendit se a se esse infirmum, & ab amicis derelictum. Et hoc est: (Ecce non est auxilium in me,) quasi ex me, sed a Deo. *Phil.* 2. Deus operatur in vobis velle, & perficere. Unde *Rom.* 7. Scio, quod non habitat in me bonum. *b* Necessarii quoque] Vere amici fortunæ, qui cum prosperitate veniunt, & ea recedente recedunt. Unde *Greg.* in prosperis incertum est an prosperitas diligatur, an persona. Sed amissio felicitatis interrogat vim dilectionis, ubi qui proximum despicit, convincitur, quod proximum non amavit. *Eccl.* 13. Non agnoscetur in bonis amicus, nec abscondetur in malis inimicus. Ideo signanter dicit *Seneca:* Ob hoc solum amanda est paupertas, quod videre facit, quid tenere dilexit. *Eccl.* 6. Est amicus socius mensæ, & non permanet in die necessitatis. *c* Qui tollit] Ostendit Job, quod licet despectus exterius, tamen interius fortis fuit. Nam post opprobria ad sententias prorumpit, dicens (qui tollit ab amico) idest a proximo.

d Misericordiam] non miseretur illius.

e Timorem Domini derelinquit,] quia mandatum de proximo non custodit, & ita timorem evacuat. *Eccl.* 2. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius.

f Fratres mei] idest amici mei.

g Prætericrunt me,] sicut Sacerdos, & Levita sauciatum, *Luc.* 10.

h Sicut torrens] qui abundante pluvia fluit, deficiente defi-

a qui raptim transit in convallibus. *b* Qui timent pruinam, irruet super eos nix. *c* Tempore quo fuerint dissipati, *d* peribunt, & ut *e* incaluerint, *f* solventur de loco suo. *g* Involutæ sunt semitæ gressuum eorum, *h* ambulabunt in vacuum, & peribunt. *i* Considerate semitas Themam, itinera Saba, & *k* expectate paulisper. *l* Confusi sunt, quia *m* speravi. *n* Venerunt quoque usque ad me, & *o* pudore cooperti sunt. *p* Nunc venistis, & *q* modo videntes plagam meam, *r* timetis, *s* Numquid *t* dixi; *u* afferte mihi, & *x* de substantia vestra donate mihi, vel liberate me de manu *y* hostis, & de manu *z* robustorum eruite me? *a* Docete me, & ego *b* tacebo, & si quid forte ignoravi, instruite me. *c* Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit, *d* qui possit arguere me? Ad increpandum tantum *e* eloquia concinnatis, & in *f* ventum verba profertis. *g* Super pupillum irruitis, & subvertere *h* nitimini amicum vestrum, *i* Verumtamen, quod cœpistis, *k* explete: *l* præbete aurem, & *m* videte, an mentiar. *n* Respondete obsecro absque contentione, & *o* loquentes id, quod *p* justum

cit. Sic qui amicus est mensæ, sive fortunæ. Vel in hoc velox eorum recessus innuitur, juxta illud *Prov.* 19. Divitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem hi, quos habuit, separantur. *a* Qui raptim] In quo notatur, quod tales amici cito descendunt ad ima vitiorum. *Gloss.* Ascensus est cum labore, descensus cum voluptate. Deinde subdit penas illius, qui refugit penas in præsenti. Et hoc est. *b* Qui timent] idest, qui non vult affligi temporaliter, affligetur æternaliter. *Isai.* 24. Qui fugerit a facie formidinis, cadet in foveam. Pruina comparatur pœnæ præsenti, quia cito transit, & quia ab imis nascitur. Nix, pœnæ futuræ, quæ desuper descendit. *Inf.* 20. Fugiet arma ferrea, idest, pœnam præsentis temporis, & irruet in arcum æneum, idest, in sententiam æterni judicis. *c* Tempore quo] a vita separati. *d* Peribunt,] exterius, quia jam interius perierunt. Vel (dissipati) id est, tribulati, & a delitiis separati. Peribunt, quia in miseriis non subsistent. *Greg.* Quos dispositio hujus vitæ solicitat, amissio dissipat. *e* Incaluerint,] in inferno, vel hic, idest, per cognitionem pœnæ fervere cœperint *f* Solventur] idest, de carnis delectatione, in qua quiescebant prius, separabuntur sine spe. *g* Involutæ] Ostendit, quare peribunt, licet separati a carnis delectatione, quia involutæ sunt, idest, implicatæ sunt viæ eorum. Dum enim ab uno peccato pedem ergunt, in aliud peccatum ruunt, seu involvuntur. Unde *infr.* 18. Immisit in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat, tenebitur planta ejus laqueo. Sic enim ope vicaria retinent vitia fugitivum suum. Perplexi enim sunt nervi testiculorum ejus. *Infr.* 40. Item *Prov.* 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funiculis peccatorum suorum constringitur. *h* Ambulabunt] quasi dicat, si laborabunt inutiliter. *Eccl.* 5. Nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic revertetur. Ut ergo ab imitatione illorum per finem terreat, subdit: *i* Considerate] Duo genera malorum ducit in medium. Per Themam) qui interpretatur Auster, qui est ventus mollis, intelliguntur remissi in servitio Dei. Per (Saba) qui interpretatur rete, effluentes in sæcularibus negotiis, qui quanto plus mundum amplectuntur, tanto plus mundi laqueis irretiuntur. Ut piscis captus in reti, & lepus in casse, quanto plus se excutit, tanto plus irretitur. *k* Expectate] quasi dicat, & si modo floreant, tamen cito cadunt, quia parum est, quicquid finitur, dicit *Gloss.* *Jac* 4. Quæ est vita vestra? vapor est ad modicum parens. *Sap.* 2. Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ. *l* Confusi] Ostensa pena malorum, qui declinant hic correctionem Domini, & brevitate vitæ eorum, invehitur in amicos suos dicens: Confusi sunt, idest, confundentur. *Prov.* 13. Impius confundit, & confundetur. *m* Quia speravi,] q. d. illis erit confusio, ut spero. Vel sic: Vere confundentur, cum videbunt me liberatum, quia speravi. Sed ubi erit illis confusio, ostendit. *n* Venerunt quoque] idest in die judicii venient mali usque ad justos, quia eorum gloriam videbunt, ut gravius doleant, videntes quid amiserunt. Omnes enim manifestari oportet ante tribunal Christi. 2. *Cor.* 5. *o* Et tunc pudore cooperti] idest, cooperientur, quia tunc illuminabuntur abscondita cordis. 1. *Cor.* 4. *Isai.* 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Vel specialius ipsi amici Job confusi sunt, quia ipsum ad desperationem flectere nequiverunt, quia speravit in Domino. Et videntes ejus constantiam, erubuerunt. *p* Nunc venistis,] Metaplasmus est, mutatio personæ. Loquitur Job ad amicos suos ostendens ipsos fuisse primum sine timore. Sed tunc primo timuisse cum viderunt Job percussum. In quo innuit eos impios, qui ad plagam alterius timentes fugiunt nemine persequente. *Prov.* 28. *q* Modo] q. d. non ante. *r* Timetis.] serviliter non ex amore. *s* Numquid] *sup.* dixerat Job, quod amici ejus recesserant ab eo. Hic ostendit, quod sine causa, quia in nullo fuerat eis onerosus. Et hoc est (Numquid) Et innuit triplex munus scilicet cordis, oris, & manus. A quibus se liberum dicit, juxta illud *Is.* 33. Beatus, qui excutit manus ab omni munere. Et sic abjicit a se avaritiam vanam gloriam, hypocrisim. Aliter *Greg.* Sanctus Job contra mundi divites pauper, contra potentes oppressus, contra sapientes stultus, tria respondet, quia nec pauper eorum substantiam quæsivit; nec oppressus adjutorium contra robustos; nec stultus sapientiam carnis. Dicit ergo (nunquid, &c.) q. d. non *t* Dixi;] vobis. *u* Afferte] aliquid: simile dixit Moyses. *Num.* 16. Tu scis, quod nec asellum receperim ab eis unquam, nec afflixerim, quempiam ex eis. Item Samuel 1. *Reg.* 12. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum; si quemquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, & restituam vobis. Item Abraham, *Gen.* 14. Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum, quod a filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: ego ditavi Abraham. *x* De substantia vestra] Ecce munus a manu. *y* Hostis,] visibilis, & invisibilis. *z* Robustorum] idest, malignorum spirituum. *a* Docete me,] q. d. non potestis. *b* Tacebo,] Volo enim stultus fieri propter Deum, ut sim sapiens. 1. *Cor.* 3. *c* Quare detraxistis, &c.] *Sup.* 5. arguerat Eliphas Job per totum. Sed quia mundus debet esse, qui aliena corrigit, ut dicit *Gl.* Et *Eccl.* 34. Ab immundo quid mundabitur? *Joan.* 8. Qui sine peccato est vestrum, &c. Et *Matth.* 7. In oculis fratris tui fest. &c. *Rom.* 2. Qui dicis non furandum, furaris. Et ipse Eliphas immundus erat, ideo subdit Job: *c* Quare detraxistis] falso me arguendo, & injuste, quia non eratis digni. *d* Qui possit] idest, debeat. *e* Concinnatis,] idest, componitis. *Prov.* 12. Qui testis est repentinus, concinnat linguam mendacii, *Gloss.* Duo genera locutionis noxia sunt. Unum, quod perversa laudat; aliud, quod recta vituperat: Ibi favor adulatoris, hic ira detractoris. Et de hoc arguit Job amicos, incipiens ab otiosis verbis, quia ab illis ad noxia venitur. Unde dicit: *f* Et in ventum verba profertis,] idest, in vanum. *Gloss.* in ventum verba proferre, est otiosa dicere, a quibus ad noxia lingua effrænatur. *Prov.* 17. Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum, idest, qui linguam non refrænat, concordiam dissipat. Unde *Prov.* 26. Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Ideo dicitur *Eccl.* 28. Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. *g* Super pupillum irruitis,] verbis contumeliosis: In quo faciebant contra illud *Is.* 1. Subvenite oppresso, judicate pupillo. Religio enim munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est, visitare pupillos, & viduas: *Jac.* 1. Pupillum se dicit Job, quia concupiscentia mater, & mundus pater, mortui sunt ei, ut vere possit dicere: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *Gal.* 6. *h* Nitimini] sed non potestis. *i* Verumtamen quod, &c.] idest, molestias, quas non timeo. *k* Explete,] idest, explebitis. Prædictio enim est, non præceptum, sicut illud *Matth.* 23. Implete mensuram patrum vestrorum, idest, implebitis. *Joan.* 13. Quod facis, fac citius. Hic autem magis permissio est. *l* Præbere aurem,] idest, attendite. *m* Et videte,] q. d. non ex auctoritate, sed ex ratione dicta mea pensate. Sed quia responsio sæpe est occasio contentionis, hortatur eos ad pacificam responsionem, dicens: *n* Respondete obsecro absque contentione,] 1. *Cor.* 11. Si quis contentiosus esse videtur, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei. 2. *Tim.* 2. Noli verbis contendere. *o* Loquentes] idest loqui volentes judicate in corde, priusquam proferatis. *p* Id quod, &c.] idest an justum sit, quod vultis dicere, vel quod audistis, ut ita prius sit sermo sub lima, quam sub lingua.

D

Psalm. 138.

gua. *Greg.* Inter cor, & linguam, æquus arbiter sedeat, subtiliter pensans si recta cor offerat, quæ utiliter lingua suscipiens ad auditorum judicium producat. Hoc est, quod dicitur *Eccl.* 21. Verba sapientum statera ponderabuntur. In ore fatuorum, cor eorum; & in corde sapientum, os eorum. *a* Et non invenietis] idest, aperta locutione. *b* Iniquitatem,] quod paucorum est, quia perfectus est, qui in verbo non offendit. *Jacob* 3. *c* Nec in faucibus] idest, occulta tractatione, quasi dicat, nec aperte proferam iniqua, nec occulte meditabor stulta. Vel iniquitas linguæ, est iniqua locutio, stultitia faucium, stulta defensio.

A

al. servus.

est, judicate, & non *a* invenietis in lingua mea *b* iniquitatem, *c* nec in faucibus meis stultitia personabit.

CAP. VII.

d Militia est vita hominis super terram, *e* & sicut dies mercenarii, *f* dies ejus. *g* Sicut † servus desiderat umbram, & *h* sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego *i* habui menses vacuos, & *k* noctes laboriosas enumeravi mihi. Si *l* dormiero, dicam: Quando consurgam, & rursum expectabo vesperam, & *m* replebor doloribus usque ad tenebras. *n* Induta est caro mea putredine, & *o* sordibus pulveris, *p* cutis mea aruit, *q* & contracta est. *r* Dies mei *ſ* velocius

expectat, & consummationem laboris initium reputat. *Psal.* 76. Et dixi, nunc cœpi. *Ecclesi.* 58. Cum consummaverit homo, tunc incipit. Vel in persona Ecclesiæ, quæ menses vacuos habet, quoad infirma membra, quæ laborant sine fructu. Et laboriosas noctes numerat, quoad justos, qui tribulationes sustinent. Menses autem dicit, non dies, ut notetur laboris immensitas. Noctes vero dicit, ut sic appareat laborantis assiduitas, quæ etiam nocte non cessat, juxta illud *Eccl.* 11. Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua. *l* Si dormiero,] Secundum historiam animus dolentis exprimitur, qui cogente mæstitia, per diversa desideria variatur. In nocte diem, in die vesperam desiderat, quia dolor non finit placere, quod adest, & quasi consolante desiderio, semper expectat aliud. Sed neque sic dolor finitur. Unde sequitur:

B

m Et replebor doloribus usque ad tenebras.] noctis, scilicet, & mortis.

Infr.

Nota, est:
- Somnus naturæ. *Matth.* 26. Dormite jam, & requiescite.
- Somnus culpæ. 1. *Thess.* 5. Non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt.
- Somnus gratiæ. *Psalm.* 67. Si dormiatis inter medios cleros, idest, duo testamenta.
- Somnus gloriæ. *Psal.* 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam.
- Somnus carnalis delectationis. *Eph.* 5. Surge, qui dormis.
- Somnus mortis. *Joan.* 11. Lazarus amicus noster dormit.
- Somnus contemplationis. *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Causa doloris est, quod sequitur.

n Induta est caro mea putredine,] Ad litteram, nihil vilius carne humana, quæ putrescit. Et etiam justi viri eam macerant usque ad ulcera.

o Et sordibus pulveris,] idest, sudore, cilicio, cinere.

p Cutis mea aruit,] ab austeritate abstinentiæ.

q Et contracta est,] ossibus maritata. Cutis enim dum non trahit humorem de interiori, arescit, & contrahitur. Vel quia justi viri de talibus plus gaudent, quam doleant, melius accipitur de putredine interiori, quæ est repugnantia carnis contra legem mentis. *Roman.* 7. Vel corruptio corporis, quod aggravat animam. *Sapient.* 9. Sordes pulveris sunt exterior immunditia, vel peccata venialia, quæ adhærebant pedibus, idest, affectibus Apostolorum, *Luca* 10. Cutis, id est, corporis fortitudo. *Infra trigesimo.* Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate, idest, ardore concupiscentiæ, & carnis delectatione.

r Dies mei velocius] Secunda causa doloris est, scilicet, velox transitus dierum, & completio dierum. Videtur enim eis, quod parum, aut nihil de die bene expendant. Viri enim justi imperfectos reputant dies suos *Genes.* 47. Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum sunt, parvi, & mali, & pervenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Comparatur autem vita telæ, quia sicut tela filis, sic vita mortalis diebus singulis proficit. Et quo magis crescit, ad incisionem tendit. Et sicut tela inter ligna tenditur, ut texatur, & quanto texta inferius involvitur, tanto texenda superius duplicatur. Sic tempora nostra dum transacta involvimus, ventura duplicamus.

ſ Velocius transierunt, quam a texente, &c.] quia tela proficiendo decrescit. *Isai.* 38. Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me. *Seneca*: Quicquid ætatis retro est, mors tenet. *Gregorius*: Quid est vivere, nisi de vita transire? *Augustinus*: Homo simul nascitur, & moritur. *Jacobus quarta* Quæ est vita nostra? Vapor est ad modicum parens, *Sapient.* 2. Transiet vita nostra tanquam vestigium nubis.

EXPOSITIO CAP. VII.

d Militia est] Ostendit Job, quare monuerit amicos suos implere, quod ceperant, quasi dicat: Comperit, at tentetis, quia vita hominis super terram, idest, vita hujus temporis militia est, homines justi milites sunt contra carnem, mundum, Diabolum dimicantes. *Eph.* 6. Non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, supple tantum, sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum. 2. *Tim.* 2. Labora sicut miles Christi Jesu. *Inf.* 10. Pœnæ militant contra me. Alia *littera* habet: Tentatio est vita hominis super terram. Nec dicitur tentari vita: sed ipsa tentatio, quia caro corrupta ex se contra se, molestias gignit. *Rom.* 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. 2. *Cor.* 10. In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Et in bonis viris, & perfectis est pugna ista. Semper enim caro ex infirmitate generat, quod virtus premit. Tentatur autem homo exterius carne, & a mundo, interius a Diabolo. Aliquando etiam in bonis operibus mala suboriri sentit. Verbi gratia, in otio contemplationis desidiam, in abstinentia vanam gloriam. Aliquando abacto vitio, v.g. luxuria adhuc ejus symptomata tolerat, & quia recidivare metuit, gastrimargiam restringit, pallescit vultus, laudatur homo, surgit vana gloria, & pallorem volens fugere timet per gulam in luxuriam relabi. Et ita semper in pugna est homo, dum vivit. Ideo recte dicitur: Militia est vita hominis. *e* Et sicut] Bene dicit: Mercenarius enim dies suos cito desiderat transire, ut ad præmium perveniat, sic omnis justus. *Ps.* 41. Sitivit anima mea, &c. *Phil.* 1. Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo. Item mercenarius in alienis laboribus sudat, sed proprium præmium sibi parat. Sic justus quilibet in mundanis malis sudet, ut cœlestia bona capiat. *f* Dies ejus.] Dies dicit, non noctes, quia omnis vita justorum dies est propter lucem boni exempli. *Matth.* 5. Vos estis lux mundi. *g* Sicut servus] qui operatur in disciplina, & quiescere quærit, ut dicitur, *Eccl.* 33. Sic justus, qui servus dicitur quamdiu sub jugo corruptionis est, post æstum tentationum, requiem æternam desiderat, dicens: Cupio dissolvi, &c. *Phil.* 1. *Psal.* 119. Heu mihi, quia incolatus, &c. *h* Et sicut mercenarius] qui solicite curat ne vacuus ab opere dies vadat, & præmium minuatur, & gravitate operis deficeret, nisi spe præmii levaretur. Sic justus attente pensat, ne dies aliquis vacuus a labore transeat. Et licet grave sit, quod sustinet, tamen libenter sustinet spe præmii, quod expectat. Nam consideratio præmii minuit vim flagelli. Ideo dicitur de Jacob, qui servivit septem annis pro Rachel, quod videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Ideo consuluit *Eccl.* 7. Non oderis laboriosa opera. Item *Eccl.* 9. Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare. Qua autem sit merces, habetur *Gen.* 15. Ego sum protector tuus, & merces tua magna nimis. *i* Habui menses vacuos,] a temporali lucro, quod non quæro ex labore meo. Vel (vacuos) adhuc remuneratione æterna.

Genes. 29.

k Et noctes laboriosas enumeravi mihi,] idest, adversitates sustinui, ex quibus cumulum virtutum coacervo. Crescit enim virtus lacessita. Vel in persona pœnitentis dicit se habere menses vacuos, quia quicquid facit, nihil reputat respectu peccatorum, quæ fecit, & respectu præmii, quod

a Consumpti sunt] lucri temporalis, quia omnia, ut stercora reputavit Job, ut Christum lucrifaceret. *Phil.*3. Vel (absque nlla spe) æternæ remunerationis, secundum suam reputationem, quia non sunt condignæ passiones, &c. *Rom.* 8. *Luc.* 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus. *b* Memento] idest, memorem me facito, ut sic timeam. *c* Quia ventus] idest, cito transiens, & impermanens, & incerta. Vel (Memento,) idest, benignus transeuntem respice. *Gloss.* Humanæ brevitatis consideratio, Deo est grata oblatio. Sed tolerabile esset, quod vita brevis est, & incerta si post mortem, † aut reverti liceret, aut saltem in pœna mereri veniam. Sed neutrum licebit, ideo subdit: *d* Et non revertetur] ad statum merendi, quia ubi ceciderit arbor, sive ad austrum, sive ad aquilonem, ibi erit. *Eccles.* 11. Ideo operari debemus hic, dum licet, juxta consilium Salomonis: *Eccles.* 9. Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare, &c. *Joan.* 12. ambulate, dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant.

al. † hanc,

e Ut videat] idest, ut recta faciam.

f Nec aspiciet me] idest, misericordia redemptoris, quæ peccatorum duritiem emollit, & resolvit in lacrymas, ut in Petro. *Luc.* 22. Sed licet Dominus reprobos non sit visurus in judicio ad miserandum, videbit tamen ad feriendum.

g Oculi tui] venientis ad judicium.

h In me,] erunt, scilicet, quia omnia videbunt. *Eccl.* 23. Oculi Domini multo lucidiores Sole, circumspicientes omnes vias hominum.

i Et non subsistam,] idest, non sufficiam ad tormenta. Unde *Isai.* 33. Quis ex vobis habitabit cum ardoribus sempiternis? Convenit etiam hoc justo cuilibet, qui timet omne, quod facit etiam bonum, *infr. nono* Verebar omnia opera mea. Et quid mirum? Astra enim non sunt munda in conspectu ejus. *Infr.* 25. idest, qui lucent sanctitate, comparati ad ipsum, immundi sunt. *Isai.* 64. Facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, universæ justitiæ nostræ. Quod autem non sit reversio ab inferis, subdit:

k Sicut consumitur] Vel continuatur proximo dictu, sic (Non subsistam) in conspectu ejus, scilicet, sicut nubes non consistit ante radios solis. Et hoc est (Sicut consumitur nubes, & pertransit) idest, evanescit.

m Ad inferos,] ad litteram, vel ad desperationem pertransibit.

n Non ascendet,] ad misericordiam, ut ad hanc vitam. *Psal.* Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet. Et hac duplici auctoritate dicunt hæretici, quod non erit resurrectio. Sed errant, quia sic intelligitur:

Psalm. 103.

o Nec revertetur] ad vitam mortalem, vel temporalem, vel ad locum merendi, sed ad corpus suum omnis anima revertetur. *Psal.* Exibit spiritus, & revertetur in locum suum.

Psalm. 84.

p In domum suam,] idest, ad quietem cordis, in qua quiescunt. *Isai.* 46. Redite prævaricatores ad cor. *Lucæ* 8. Redi in domum tuam. Vel (in domum) idest, ad res, quibus per amorem adhæsit, quia cum interierit impius, non sumet omnia, &c.

Marc. 2.

q Neque cognoscet] Ad litteram, verum est hoc. Vel melius: Locus hominis Deus est, in quo vivimus, movemur, & sumus. *Act.* 17. Deus enim creavit hominem, ut in eo quiesceret, & non extra, sicut dicit *Aug.* Sed homo peccando locum suum deseruit, sed Deus fugitivum suum per incarnationem requisivit, & quotidie multis modis requirit. Sed homo Dominum suum requirentem non recognoscit in fine, nec ipse hominem hujusmodi recognoscet. *Matth.* 25. Amen dico vobis, nescio vos. Item 7. Tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos. Hoc timens Job, & quilibet justus, solicitus dolet, & confitetur peccata sua. Et hoc est, quod sequitur. *r* Quapropter & ego non parcam ori meo,] quin scilicet, confiteatur, dum licet, quia qui abscondit scelera sua, non dirigetur. *Prov.* 28. *Eccles.* 27. Ante mortem confitere. A mortuo enim quasi nihil perit confessio. Confiteberis vivens, vivus, & sanus confiteberis, scilicet. Loquar in tribulatione spiritus] *Gloss.* Os aperit tribulatio spiritus, quod fit timore prævisi judicii. *Isai.* 26.

transierunt, quam a texente tela succiditur, & *a* consumpti sunt absque ulla spe. *b* Memento, quia *c* ventus est vita mea, & *d* non revertetur oculus meus, ut *e* videat bona, *f* nec aspiciet me visus hominis. *g* Oculi tui in *h* me, *i* & non subsistam, *k* Sicut consumitur nubes, & pertransit, sic qui descendit *m* ad inferos, *n* non ascendet, *o* nec revertetur ultra in *p* domum suam, *q* neque cognoscet eum amplius locus ejus. *r* Quapropter & ego non parcam ori meo, *s* loquar in tribulatione spiritus mei: *t* confabulabor cum amaritudine animæ meæ. *u* Numquid mare ego sum, *x* aut cetus, *y* quia circumdedisti me carcere? Si *z* dixero, *a* consolabitur me lectulus meus, & relevabor, *b* loquens mecum in strato meo, terrebis me *c* per somnia, & *d* per visiones *e* horrore *f* concuties,

C

A facie tua Domine, vel timore tuo, *alia littera* concepimus, & quasi parturivimus, & peperimus spiritum salutis. *t* Confabulabor] idest, investigabo conscientiam ad compunctionem, recogitans omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Isai.* 38. *Greg.* Hæc amaritudo mentis facit spiritum contra se loqui, & rixari, & sibi objicit, quæ bona a Deo accepit, & quæ mala reddidit. Sed iterum, quia dum hic vivitur, caro concupiscit adversus spiritum. *Gal.* 5. Sentiens Job hanc rebellionem, subdit: *u* Numquid mare] idest, iniquus, habens cor amarum, qui justo Dei judicio carcere clauditur, quia a malo, quod appetit, refrænatur.

x Aut cetus,] idest, Diabolus, qui devorat pisces hujus maris. Qui similiter clauditur carcere, quia tentare bonos quantum vellet, prohibetur.

y Quia circumdedisti me carcere?] carnis, vel pœnalitatis. Vel per mare fervens, & fluctuans, intelligitur superbia, juxta illud *Isaiæ* 57. Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus in conculcationem. Per cetum, qui alios pisces devorat, intelligitur avaritia, quæ omnia absorbet, juxta illud *Proverb.* 29. Rex justus erigit terram, vir avarus destruet eam. *Eccles.* 1. Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat. Et ita per hæc duo amplectitur omne peccatum, quia superbia initium est omnis peccati *Eccles.* 10. & avaritia radix est omnium malorum. 1. *Tim.*6. Utrique metas ponit Dominus, quia superbis resistit. *Jacob* 4. *Eccl.* 10. Avaro nihil est scelestius. Dicit igitur (Numquid, &c.) quasi dicat: recte superbi, & avari carcere clauduntur, sed ego, qui nec honores, nec divitias hujus mundi quæro, sed jam mente in cœlo habito, cur carcere carnis, aut pœnalitatis premor? Unde *Propheta*; Educ de carcere animam meam.

Psalm. 141.

z Si dixero,] Posset aliquis dicere, Job frustra conqueritur, quia potest quiescere in secreto cordis per contemplationem. Et ipse respondet, quod nec ibi quies. Et hoc est (Si dixero) apud me.

a Consolabitur me lectulus meus,] idest, secretum cordis, vel quies contemplationis, de quo *Cant.* 3. In lectulo meo per noctem quæsivi, quem diligit anima mea. *b* Loquens mecum in strato meo,] recolens Dei beneficia, & mea mala. Unde *Psalm.* Lavabo per singulas noctes lectum meum, &c.

Psalm. 6.

c Per somnia,] idest, per imaginationes.

d Per visiones] nocturnas.

e Horrore] idest, terrore. *f* Concuties.] *Dan.* 10. Vidi visionem, & non remansit in me fortitudo. *Greg.* Sancti fessi exterius, dum in mentis cubili quiescere appetunt, per somnia turbantur. Pensant enim, quam districtus judex venturus sit, quæ verecundia sit coram omnibus Angelis, & Sanctis confundi? quæ deinde pœna sequatur, & ita quasi somnio, & visione occultæ meditationis terrentur. Vel *ad litteram*, Diabolus, quos vigilantes non superat, dormientes impugnat, quod Deus benigne permittit, ne saltem somnus a passione præmio vacet. Verba sunt *Greg.* Et quos videt Diabolus amare temporalia, his etiam dormientibus prospera somnianda ingerit. Quos timidos novit, his adversa ingerit, ut mentem indiscretam aut spe vana sublevet, aut timore nimio deprimat. Fiunt autem 6. modis somnia, ut dicit *Greg.* Aliquando ventris plenitudine. Aliquando ventris inanitate. Hæc duo experimento scimus. Aliquando illusione tantum. Aliquando illusione simul, & cogitatione. Aliquando revelatione tantum, Aliquando revelatione simul, & cogitatione. Hos quatuor modos in Sacra Scriptura invenimus. Per illusionem ab hoste fiunt somnia. Unde *Eccl.* 34. Divinatio erroris, & auguria, & mendacia, & somnia malefacientium, vanitas est. Et parum ante:

Sex modis fiunt somnia.

ante: Et somnia extollunt impudentes. Cogitationes, & illusiones simul. Unde *Eccles.* 5. Multas curas sequuntur somnia. Revelatione tantum, sicut Joseph præferendum se vidit fratribus. *Gen.* 37. Et sicut Angelus monuit Joseph per somnium, ut cum puero, & matre ejus fugeret in Ægyptum. *Matth.* 2. Et parum ante de tribus Magis: Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, &c. Revelatione, & cogitatione, ut *Dan.* 4. Somnium vidi, quod perterruit me, & cogitationes in strato meo, & visiones capitis mei conturbaverunt me. *Item* 2. Vidit

al. † Domine.

a Quamobrem *b* suspendium elegit anima mea, & *c* mortem ossa mea. *d* Desperavi: *e* Nequaquam ultra jam vivam. *f* Parce mihi, † nihil *g* enim sunt dies mei. *h* Quid est homo, quia *i* magnificas eum, *k* aut quid *l* apponis erga eum cor tuum? *m* Visitas eum *n* diluculo, *o* & subito probas illum.

Nabuchodonosor somnium, & perterritus est spiritus ejus. Quod exponens Daniel, a radice cogitationis incepit, dicens: Tu rex cogitare cœpisti, &c. *Eodem* igitur sancti per vigilias tentationibus, per somnia illusionibus fatigantur. *a* Quamobrem] dicit Job.

b Suspendium elegit anima mea,] Suspendium vocat Job quietem contemplationis, per quam suspenditur animus ab his, quæ mundi sunt, & carnis.

c Et mortem ossa mea.] *Gloss.* Anima est intentio mentis, ossa fortitudo carnis. Quod suspenditur, ab imo ad alta levatur. Anima igitur suspenditur ad æterna, ut ossa moriantur, quia amore vitæ æternæ omnem fortitudinem carnis in se necat, ita ut desperet, idest, præsentis vitæ bona penitus deserat, ne in eis aliquo modo spem ponat. Et hoc est, quod sequitur.

d Desperavi:] a temporalibus.

e Nequaquam ultra, &c.] idest, nullam de cetero in temporalibus consolationem habebo. Duplex igitur est desperatio, bona scilicet, & mala. Bona, qua desperatur de mundi amicitia, Mala, qua desperatur de Dei misericordia. Prima separat a mundo. Et de hac dicitur hic: Desperavi: nequaquam ultra vivam. Secunda separat a Deo, Et de hac dicitur *Jerem.* 2. Dixisti, desperavi, nequaquam faciam,

Catena contexta ex undenariæ transgressionis:
- Suggestio.
- Delectatio.
- Consensus.
- Opus.
- Consuetudo.
- Peccati occultatio.
- Attenuatio, seu excusatio.
- Defensio.
- Gloriatio.
- Pernicies mali exempli.
- Desperatio.

Item duplex est spes, duplici desperationi contraria. Una bona, qua speratur in Deo: De qua dicitur *Isai.* 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Alia mala, qua speratur in mundo: De qua *Jerem.* 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Utramque complectitur simul *Psal.* 117. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Qua autem desperatione desperavit Job, ostendit cum subdit:

f Parce] Si enim desperasset mala desperatione, sequenter non diceret [Parce mihi,] ut scilicet non permittas me tentari ultra vires meas. Et quod parcere debeat, ostendit confessione propriæ fragilitatis. Unde sequitur:

g Nihil enim sunt dies mei.] *Ad litteram*, comparatione æternitatis, verum est hoc, *infr.* 14. Breves dies hominis sunt. *Gen.* 47. Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta anni, parvi, & mali. *Zach.* 4. Quis despexit dies parvos? *Psal.* 89. Mille anni, tanquam dies hesterna, quæ præterit, quæ nihil est. Vel: Dies hominis, prosperitas est temporalis, quæ nihil est. *Jerem.* 17. Diem hominis non desideravi. Et vere nihil sunt dies, quia

h Quid est homo,] idest, quam vile; quid est homo, scilicet caro. *Gen.* 6. Non per manebit spiritus meus in homine, quia caro est. Vel (Quid est homo) idest, quam magnum; quid est homo, *i* Quia magnificas eum?] super omnem creaturam, largitate rationis, & infusione gratiæ, & promissione gloriæ. Unde, magnum fecit Deus hominem in natura, majorem in gratia, maximum in gloria. Et qui non fuerit minimus reputatione sui, non fiet maximus coram Dei majestate. *Matth.* 18. Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Item *ead.* 5.

Psal. 8.

Qui fecerit, & docuerit mandata hæc minima, magnus vocabitur in regno cœlorum. 1. *Reg.* 15. Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in Tribubus Israel factus es? *k* Aut quid] supple est hoc, quid *l* Apponis erga eum cor tuum?] evocando ad cœlum, contra quem prius posueras ejiciendo eum de paradiso. Unde: Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, &c. Et vere apponis cor tuum erga eum revocandum, quia *m* Visitas eum] idest, sublevas. *n* Diluculo,] i. claritate virtutum, sive luce gratiæ. Diluculum est, cum tempora noctis mutantur in lucem, crepusculum e converso. Unde diluculum accipitur in bono, sc. pro ortu gratiæ, crepusculum in malo, sc. pro occasu virtutum.

al. † parces.

p Usquequo non † parcis mihi, *q* nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? *r* Peccavi, *s* quid faciam tibi, *t* o custos hominum! *u* Quare posuisti me contrarium tibi, & *x* factus sum *y* mihimetipsi gravis? *z* Cur non tollis peccatum meum, *a* & quare non aufers iniquitatem meam?

D

o Et subito probas illum.] i. humilias permittendo tentari, quod fit misericorditer. Si enim post munera virtutum homo tentatione careret, illas se a se habere putaret, & elatus caderet sicut Lucifer. Ut igitur Dei majestas, & hominis infirmitas videatur, post dona virtutum homo tentatur. Sic Salomon post datam sapientiam a meretricibus tentatur. 3. *Reg.* Sic Elias visitatus diluculo, verbo cœlum aperuit, ignem de cœlo descendere fecit, duos quinquagenarios interfecit. 4. *Reg.* 1. Sed subito probatus, per desertum fugiens, mulierculam expavit. Sic Paulus post revelationem secretorum Dei, stimulum carnis sentit. 2. *Cor.* 12.

3. Reg. 11.

1. Reg. 19.

p Usquequo non parcis mihi,] idest, quamdiu non parces mihi a tentationibus? Nec petit eas moveri nisi sub pendulo piæ conditionis, si videris scilicet expedire. *q* Nec dimittis me, ut glutiam salivam meam?] Ad litteram: Homo attenuatus, & in extremis laborans, non potest glutire salivam suam. Sed Job non ita attenuatus erat. Unde mystice exponitur. Et idem hic mysterium, moralitas, & historia. Dicit ergo [Nec dimittis me] q.d. in hoc parceres mihi, si dimitteres me glutire salivam meam. Per salivam, quæ de capite fluit, sapientia contemplationis intelligitur, quæ licet sit in gustu, non tamen in satietate, quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. 1. *Cor.* 13. Hoc sputo apertæ sunt aures surdi, & solutum vinculum linguæ muti. *Marc.* 7. *r* Peccavi,] q.d. debes parcere, quia confiteor me peccasse. *s* Quid faciam tibi,] ut abluar a culpis, q. d. quid in recompensatione pro peccatis tibi offeram, non invenio, quia omnis virtus hominis ad unum peccatum purgandum infirma est. *Ps.* 115. Quid retribuam Domino, &c. *Mich.* 6. Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo excelso. Nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, &c. Vel [Quid faciam tibi,] qui bonorum nostrorum eges? q. d. omnia bona non tibi, sed nobis prosunt. Unde *inf.* 35. Quid facies contra illum? Porro si juste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? *t* O custos hominum.] Signanter hoc dicit: Ipse enim est, qui amat animas. *Sap* 11. Parcis omnibus, quoniam tua sunt, Domine, qui amas animas. De hoc dicit *Ps.* 126. Nisi Dominus custodierit civitatem, &c. *Isai.* 21. Custos quid de nocte peccati liberat, custos quid de nocte adversitatis restat? Respondit custos: Venit mane prosperitatis, & nox adversitatis. Si quæritis in prosperitate, quærite in adversitate. *u* Quare posuisti me contrarium tibi,] idest, poni permisisti. Quoniam enim primus homo serpenti credidit, tunc se Deo, & Deum sibi contrarium posuit. Hæc est enim contrarietas peccati, quia quos virtus unit, peccatum disjungit. *Is.* 59. Iniquitates nostræ diviserunt inter nos, & Deum nostrum. Et quia hæc contrarietas culpæ est homini pondus pœnæ. Ideo sequitur: *x* Et factus sum] a meipso. *y* Mihimetipsi gravis?] ut jam meipsum portare non possim, quia corpus, quod corrumpitur, aggravat animam. *Sap.* 9. Et *Gal.* 5. Caro concupiscit adversus spiritum. *Rom.* 7. Video aliam legem in membris meis, &c. Hoc est, quod dicitur *Eccl.* 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam. Hoc autem dicit Job ingemiscendo, non justitiam arguendo, sed misericordiam quærendo. Unde subdit: *z* Cur non tollis peccatum meum,] tu sc., qui dixisti: Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. *Isai.* 43. Unde in hoc exprimitur desiderium mediatoris, qui tollit peccata mundi. *Joan.* 1. Et tunc plene tolletur peccatum, quando hoc corruptibile induet incorruptionem. 1. *Cor.* 15. Et ita desiderat Job, vel redemptionem, vel resurrectionem.

Gen. 3.

a Et quare non aufers iniquitatem] Idem est peccatum, & ini-

& iniquitas. 1. *Joan.* 5. Omnis iniquitas peccatum est. Vel peccatum quoad carnales concupiscentias: Iniquitatem, quoad spirituales nequitias. Vel peccatum, originale, iniquitatem actualem. Vel peccatũ pro culpa, iniquitatem pro pęna accipit. Quæ autem sit illa pęna, quam pro originali meruit, a qua liberari cupit, ostendit: *a* Ecce nunc] id est in carne, de qua dictum est: Pulvis es, & in pulverem reverteris, *Gen.* 3. cito moriar, quasi dicat, mors carnis proxima est. *b* Et si mane] resurrectionis. *c* Me quæsieris,] idest, districte judicans, vitam meam inquisieris. *d* Non subsistam.] ante faciem tuam, nec sufficiam respondere unum pro mille. Unde *inf.* 9. Si repente interroget, quis respondebit ei? Unde *Isai.* 30. Ardens furor ejus, & gravis ad portandum labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua ejus, quasi ignis devorans, &c.

A

B

a Ecce nunc in pulvere dormiam, *b* & si mane *c* me quæsieris, non *d* subsistam,

C A P. VIII.

RESpondens *e* autem Baldad Suhites, dixit: Usquequo *f* loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui? *g* Nunquid Deus supplantat judicium, & *h* omnipotens subvertit, quod justum est? Etiamsi filii *i* tui peccaverunt ei, *k* & dimisit eos in manu iniquitatis suæ, *l* tu tamen si diluculo *m* consurrexeris ad Deum, & *n* Omnipotentem fueris deprecatus, *o* si mundus, & *p* rectus incesseris, *q* statim evigilabit ad te, & *r* pacatum reddet habitaculum justitiæ tuæ, in *s* tantum, ut si priora tua fuerint parva, & novissima tua multiplicentur nimis. *t* Interroga enim generationem pristinam, & diligenter *u* investiga patrum memoriam. *x* (Hesterni quippe sumus, *y* & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terrã) *z* ipsi docebunt te: loquentur tibi, & *a* de corde suo proferent eloquia. *b* Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut † crescet carectum sine aqua? Cum *c* adhuc sit in flore, nec *d* carpatur *e* manu, *f* ante omnes herbas *g* arescit: sic *h* viæ *i* omnium, qui obliviscuntur Deum, & *k* spes

E X P O S I T I O C A P. VIII.

RESpondens *e* autem Baldad] Legitur *Prov.* 18. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde ejus. Gravia enim sunt iniquo verba ædificationis, quia corrigi non vult. Unde *Eccl.* 21. Compedes in pedibus, stulto doctrina. Ideo Baldad Suhites, qui corrigi non volebat, benedicta a Job criminatur, multiplicationem sermonis, & inopiam intelligentiæ intorquens in eum. Quatuor enim sunt genera loquendi, ut dicit *Greg.* Alii quidem sunt ampli sensu, & ore, qui laudandi sunt. Alii utroque stricti, qui miserandi sunt. Alii sensu ampli, sed non possunt eloqui, qui sunt adjuvandi. Alii sensu inopes, sed linguam torrentes, qui sunt despiciendi. Talem arguit Baldad fuisse Job. Unde dicit: *f* Usquequo loqueris talia, &c.] q. d. eloquens es, sed stultus, *Prov.* 14. Ubi sunt verba plurima, ibi frequenter egestas. *g* Nunquid Deus, &c.] quasi dicat: Nunquid Deus injuste judicat? quasi dicat, non. *Prov.* 16. Divinatio in labiis regis, non errabit in judicio os ejus. Pondus enim, & statera judicia Domini sunt. Et in hoc vult Baldad reprehendere Job, quia dixerat se sine peccato punitum. *h* Et Omnipotens subvertit, quod justum est?] quasi dicat, non. Et ita relinquitur, quod juste judicat, quoad primum, & justum quoad secundum. Hæc enim duo in judicio exiguntur. *Deut.* 16. Juste quod justum est exequeris. *Sap.* 12. Cum sis justus, juste omnia disponis. Relinquens ergo pro constanti Job punitum ex justitia, arguit eum, quod ad flagella Domini non fuit humiliatus. Et hoc est: *i* Etiamsi filii tui peccaverunt ei,] cui soli peccatur. *Psal.* 50. Tibi soli peccavi, &c. *k* Et dimisit, &c.] idest in interitu mortis dereliquit propter iniquitatem suam. *Isai.* 50. In iniquitatibus vestris venditi estis. *l* Tu tamen si diluculo] idest festinanter. *Prov.* 8. Qui mane vigilaverint ad me, invenient me. *Thren.* 2. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Vel (diluculo,) gratiæ, sive luce fidei. *Sap.* 6. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit. Et hoc innuitur per hoc, quod sequitur: *m* Consurrexeris] Ubi motus liberi arbitrii, & gratiæ simul innuitur. Vel (Consurrexeris) fide, & opere, mente, & corpore. *Isai.* 53. Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion. *n* Et Omnipotentem] Nota ordinem. Primo consurgendum est, postea orandum, quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Rom.* 10. *Eccl.* 18. Ante orationem præpara animam tuam.

o Si mundus,] cogitatione. *p* Rectus] operatione. Munditiam enim cordis sequitur rectitudo operis. *Prov.* 21. Qui mundus est, rectum est opus ejus. *q* Statim evigilabit] quasi dicat, modo dormit tibi Dominus, quia nec mundus, nec rectus es. Notandum est autem, quod dicit, statim. Non enim petit inducias Dominus. *Isai.* 58. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet. Ecce adsum, *Item* 63. Antequam clament, ego exaudiam. *r* Et pacatum] idest pacatam conscientiam juxta justitiam tuam dabit tibi. Et quanto justior eris, tanto pacatior mente. *Tob.* 3. Post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem, & fletum, exultationem infundis. *Isai.* 58. Si abstuleris catenam de medio tui, & desieris digitum extendere, & loqui, quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, &c. Et *inf.* 11. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris, & non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam sine macula, & eris stabilis, & non timebis. Miseriæ quoque oblivisceris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, non recordaberis, & quasi fulgor meridianus cõsurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaveris, orieris ut Lucifer, scilicet. In tantum, ut priora, &c.] Ita *ad litteram*: factum est Job, ut patet *in fine libri*, non ad remunerationem, sed ad consolationem ejus, & aliorum infirmorum confortationem, ut sciant, quia multæ tribulationes justorum, &c. Et quia de facili non creditur ei, cujus vita despicitur, subdit Baldad testimonium patrum. *t* Interroga] *Eccl.* 8. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum. *Deut.* 32. Interroga patrem tuum, & an. &c. *u* Investiga] *Proverb.* 13. Multi cibi in novalibus patrum. *x* Hesterni] q. d. interroga, quia nos non sumus antiqui, in quibus est sapientia, quibus credendum est. *y* Et ignoramus,] *Ps.* 101. Dies mei sicut umbra declinaverunt. *Sap.* 5. Transierunt omnia hæc velut umbra *z* Ipsi docebunt] Hoc respondet ei, quod dictum est. (Interroga) *a* De corde] non de alieno, nec de summitate labiorum, sicut stulti, & sicut tu, cujus simulationis spiritus multiplex. *Eccles.* 21. In ore fatuorum cor eorum, in corde sapientium os illorum.

b Nunquid] Hic aperte arguit Baldad Job de hypocrisi, & comparat eum scirpo, qui scirpus, idest hypocrita, per scirpum significatus colore sanctitatis virescit sine fructu operis; similis sepulchro dealbato extra, sed interius pleno ossibus mortuorum, & omni spurcitia. *Matth.* 23. Item comparat eum carecto, quod acutis angulis surgens, dum manu carpitur, manum carpentis secat. Sic hypocrita si manu correctionis carpitur, pro læsa opinione exasperatur. Vitam carpentis secat, ut se innocentem, non suis actibus, sed alienis criminibus ostendat. Ideo ne pejor ex correctione fieret, dicitur *Proverb.* 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Dicit ergo: (Nunquid virere potest scirpus,) idest hypocrita sine gratia, quasi dicat, non. Percipit enim hypocrita, ut dicit *Greg.* gratiam ad opera facienda. Unde signa facit, dæmones ejicit, & prophetat. *Matth.* 7. dicunt: Nonne in nomine tuo prophetavimus, & dæmonia ejecimus, &c. Et ita hypocrita, qui ea bona operatione laudem quærit, in aqua viridis, sed inanis crescit. *c* Cum adhuc sit in flore,] bonæ operationis, vel laudis propriæ. *Greg.* Scirpus in flore, hypocrita in laude. *d* Carpatur] scilicet carectum. *e* Manu,] scilicet correctionis. *f* Ante omnes herbas] idest, ante bonos, qui etiam secundum carnem dicuntur herbæ, quia omnis caro fœnum, *Isai* 40. Item *Isai.* Ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinavit. *g* Arescit:] a fructu boni operis, quia hypocritarum opera, etiam in carnis vita deficiunt, quia mox bona deserunt, ut assecuti sunt id, propter quod simulate vivunt. Hi sunt fœnum tectorum, quod prius quam evellatur, exaruit *h* Sic viæ] idest opera, vel vita. Adaptatio similitudinis. *i* Omnium, qui obliviscuntur Deum,] idest hypocritarum, qui potissimum dicuntur oblivisci Deum, qui aliam mercedem, quam ipsum ceperunt. Unde de eis dicitur *Matth.* 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *k* Spes hypocritæ peribit.] idest favor, & gloria, & hujusmodi, pro quibus faciebat bona, *infra* 20. Gaudium hypocritæ adinstar puncti, *Sapient.* 5.

Deut. 32.

al. † crescere. t

Psalm. 1.

Psal. 118.

Spes

Spes impii quasi lanugo, quæ a vento tollitur. *Isai.* 59. Telas aranearum texuerunt. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis. Opera eorum, opera inutilia. *a* Non ei placebit] in die retributionis.
b Vecordia sua,] quæ scilicet bona laboriosa agebat pro favore humano. *Greg.* nulla major vecordia, quam præcepta Dei fortiter insilere pro terrena retributione. *c* Sicut tela] quæ studiose texitur, sed flatu venti dissipatur. Sic quicquid hypocrita exudat, favoris aura exufflat. *Greg.* Hypocrita dum laudatur, dissipatur.
d Innitetur super] idest inclinabit se ad id, quod cupit. *Greg.* Domus mentis quælibet res est, quam per dilectionem inhabitat animus. Domus igitur hypocrita est favor humanus, vel fiducia sanctitatis, cui modo innititur, quia stat coram hominibus. Sed in judicio coram Deo, *e* Non stabit,] *Prov* 14. Domus impiorum delebitur. *f* Fulciet eam,] enumeratione bonorum operum, quæ inutiliter fecit, *Matth.* 7. Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, &c. *Greg.* Quod per se stare nequit, fulcitur, ut stet. Sic hypocrita cum vitam suam in judicio cadere conspicit, enumeratione operum fulcit. Sed domus laudis sic fulcita non surgit, quia in omnibus, quæ egit, animum nunquam a terra levavit. Et hoc est, quod sequitur.
g Et non consurget.] quia dicetur eis: Nunquam novi vos: *Matth.* 7 Et *Luc.* 13. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. *h* Humectus] Quia posset aliquis quærere, qui videt tantum ea, quæ parent, quare non consurget? Et respondet (Humectus,) humore sanctitatis, sive gratia sanctitatis infusus. *i* Videtur] hominibus. Sed coram sole justitiæ in die judicii aridus apparebit. *Malach.* 4. Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ.
k Veniat] ad judicium. *l* In ortu suo] Proprietatem scirpi assignat, quæ aperte convenit hypocritis: Nascitur enim scirpus cum flore suo, & secum germen sui seminis producit. Sic hypocrita in ipsa inchoatione operis, præmium laudis recipit; & ideo aliud non habebit, *Jerem.* 48. Date florem Moab, quia florens egredietur. (Germen,) remuneratio præsens.
m Super acervum petrarum] Adhuc non stabit scirpus, licet humectus videatur, quia (Super acervum petrarum.) Radices scirpi, sunt cogitationes hypocritæ, quæ non videntur. Acervus petrarum, congregatio hominum a gratia aridorum, & durorum. Est ergo (super acervum petrarum) idest, in conspectu hominum.
n Radices ejus densabuntur,] idest cogitationes hypocritæ multiplicabuntur. *o* Et inter lapides] idest inter homines commorabitur, quia per omnia, quæ agit, laudes hominum quærit. Lapides, quia non additur, vivi, sunt homines boni, & mali. Hypocrita vero est lapis angularis in ædificio diaboli, quia cum bonis habet speciem sanctitatis, cum malis intentionem iniquitatis.
p Si absorbuerit] scilicet Deus, idest abstulerit per mortem. *q* De loco suo,] idest, de mundo, qui est locus malorum. Boni vero sunt in mundo, sed non sunt de mundo.
r Negabit eum,] ut fatuas virgines. *Matth.* 25. Quare autem non noverit, subjungit: quia scilicet lætantur de corruptione aliorum. Et hoc est, quod subditur: (Hæc est enim lætitia viæ ejus.)
s Dicet.] interius arbiter.
t Novi] per approbationem ejus, idest hypocritæ.
u Ut rursum de terra] idest, de dilectione terrenorum.
x Alii germinentur.] quasi dicat: non satis est eis, nisi & alios similes sibi fecerint. *Osea* 9. Gloria eorum a partu, idest ab utero, & a conceptu. *Prov.* 4. Non dormiunt, nisi malefecerint, & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantaverint. *y* Deus non projiciet] quasi dicat, hæc est lætitia hypocritarum, ut alios corrumpant. Sed (Deus non projiciet simplicem) qui est sine plica duplicitatis. Cujus simplicitas modo vocatur fatuitas. *Infr.* 12. Deridetur justi simplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum,

hypocritæ peribit. *a* Non ei placebit *b* vecordia sua, & *c* sicut tela aranearum fiducia ejus. *d* Innitetur super domum suam, & *e* non stabit: *f* fulciet eam, *g* & non consurget. *h* Humectus *i* videtur antequam *k* veniat Sol, & in *l* ortu suo germen ejus egredietur. *m* Super acervum petrarum *n* radices ejus densabuntur, *o* & inter lapides commorabitur. Si *p* absorbuerit eum *q* de loco suo, *r* negabit eum, & *s* dicet: Non *t* novi te. Hæc est enim lætitia viæ ejus, ut *u* rursum de terra *x* alii germinentur. *y* Deus non projiciet simplicem, *z* nec porriget manum malignis, *a* donec impleatur risu *b* os tuum, *c* & labia tua jubilo. *d* Qui oderunt te, induentur confusione, & *e* tabernaculum impiorum *f* non subsistet.

z Nec porriget] idest hypocritis, manum, dico dexteram, licet aliquando sinistram, quia ipse solem suum facit oriri super bonos, & malos. *Matth.* 5. Hoc idem dicitur *Prov.* 3. Ipse deludet delusores, & mansuetis dabit gratiam.
a Donec impleatur risu] idest gaudio, cujus signum est risus.
b Os tuum,] idest mens tua. Nec etiam potest, quasi dicat: nunquam projiciet simplicem. Similiter ponitur, donec in *Ps.* 109. Donec ponam inimicos, &c. Et *Matth.* 1. Donec peperit filium suum primogenitum. *c* Et labia tua jubilo.] qui est exultatio mentis habita de æternis, quæ nec omnino taceri, nec omnino exprimi potest. Et est argumentum, quod laus etiam vocalis erit in patria, sicut dicitur super illud *Ps.* 149. Exaltationes Dei in gutture eorum. Hæc omnia dixit Baldad ad Job adulatorie. Unde subdit:
d Qui oderunt te, &c. confusione,] mala est enim duplex confusio, adducens peccatum, & adducens gloriam. *Eccl.* 4. quasi dicat: ea, quæ dixi, non protuli ex odio. Opto enim, ut qui oderunt te, &c. *e* Et tabernaculum impiorum] idest terrenæ felicitatis ædificium. De quo *infr.* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt, sive cordis, sive oris, sive manus. *f* Non subsistet] quia cum interierit impius, non sumet omnia, &c.

C A P. IX.

A

ET *g* respondens Job, *h* ait: Vere scio, quod ita sit, *i* & quod non justificetur homo † compositus Deo. Si *k* voluerit *l* contendere *m* cum eo, *n* non poterit respondere unum pro mille. *o* Sapiens corde est, & *p* fortis robore. *q* Quis † resistit ei, & pa-

al. † comparatus.

al. † resistit.

EXPOSITIO CAP. IX.

ET *g* respondens Job,] Perversi, quibus loquens persona displicet, quæ audiunt, prava, sive recta, impugnant, ut Eliphaz, & Baldad, qui jam contra Job locuti sunt. Sed Job, cui non persona loquentis, sed culpa displicet, videns Baldad recta dixisse, licet non recte, & vera contra hypocritas protulisse, approbat audita. Et hoc est: [Et respondens Job] ad verba Baldad. *h* Ait: Vere scio, quod ita sit,] ut dixisti.
i Et quod non justificetur homo compositus] idest comparatus (Deo.) Et respondet ei, quod dixerat Eliphaz, *sup.* 4. Nunquid comparatione Dei justificabitur homo? Deo se comparat, qui se mundum existimat. Ipse enim solus mundus est, qui attingit ubique propter suam munditiam, & nihil inquinatum in illum incurrit. *Sap* 7. *Greg.* Homo suppositus Deo justitiam accipit, compositus perdit, quia qui se ei comparat, quod Dei est, sibi arrogat, & bono, quod acceperat, se privat. Et quod homo comparatus Deo non sit justus, ostendit:
k Si voluerit] homo scilicet. *l* Contendere] idest, rationem ponere. *m* Cum eo,] idest cum Deo.
n Non poterit] *Ad litteram*, pro mille beneficiis unum, quia ipse bonorum nostrorum non eget. Ideo dicit Dominus per *Isai.* 43. Judicemur simul: narra, si quid habes, ut justificeris, quasi dicat; nihil habes. Unde *Isai.* 64. Facti sumus, ut immundi omnes nos, &c Quod autem non possit, vel debeat homo contendere cum Deo, vel se ei comparare, ostendit: *o* Sapiens corde est,] non ore tantum. Ipse enim scrutatur renes, & corda. *Jerem.* 17. Et homo stultus. *Jerem.* 10. Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Ideo dicit *Psal.* 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me.

Psal. 15.

p Et fortis robore.] Et ideo vinci non potest. *Inf.* 12. Apud ipsum est sapientia, & fortitudo. *Greg.* Non potest falli, quia sapiens; nec vinci, quia fortis. Ideo dicit *Ps.* 173. Quo ibo a spiritu tuo, idest, a spiritu tuæ fortitudinis, & quo a facie tua, idest, a sapientia tua fugiam? Ubique enim est Deus præsens per sapientiam, ubique fortis per potentiam.
q Quis resistit ei,] idest resistere voluit, [& pacem habuit? q.d. nullus. Angelus enim subjici noluit, & in profundum laci corruit, & inquietus factus pacem amisit. Adam inobediens fuit, & carnis inquietudinem incurrit. *Gal.* 5. Caro concupiscit adversus spiritum, &c. *Rom.* 7. Video aliam legem, &c. Et ideo dicit *Isai.* 45. Væ qui contradicit factori suo.

r Transtu-

D

cem habuit? Qui *a* transtulit montes, & *b* nescierunt hi, quos *c* subvertit in furore suo. *d* Qui commovet terram de loco suo, & *e* columnæ ejus concutiuntur. *f* Qui præcipit Soli, & *g* non oritur, & *h* stellas *i* claudit quasi sub signaculo. *k* Qui extendit cœlos solus, & *l* graditur super fluctus maris. *m* Qui facit Arcturum, *n* & Oriona, & *o* Hyadas, *p* & interiora Austri. *q* Qui facit magna, & † *r* inscrutabilia, & *s* mirabilia *t* quorum non est numerus. Si *u* venerit ad me *x* non videbo eum; si *y* abierit, *z* non intelligam. † Si *a* repente interroget, *b* quis respondebit ei? *c* Vel quis dicere potest, *d* cur ita facis? Deus, cujus

B

a. † incomprehensibilia.

b. † etiam.

a Transtulit montes,] Hic nihil ad litteram, sed mystice tantum exponitur de potentibus sæculi, quos transtulit Dominus de gloria mundi ad pœnam inferni. *Psal.* 45. Transferuntur montes in cor maris. Vel ad compunctionem pœnitentiæ. *Psal.* 103. Qui tangit montes, & fumigant. Vel de Angelis, quos peccantes transtulit Dominus de cœlo in infernum. 2. *Petr.* 2. Deus Angelis peccantibus non pepercit, &c. *Greg.* exponit de illis, qui primo receperunt radios fidei, de quibus *Ps.* 71. Suscipiant montes pacem, &c. Quos transtulit de Judæis ad gentes, *Act.* 13. Vobis oportebat primum, &c.

b Et hoc nescierunt] Judæi excæcati, vel potentes sæculi. Unde *Psal.* 81. Nescierunt, neque intellexerunt, &c.

c Quos subvertit] per Titum, & Vespasianum. Vel (quos) scilicet potentes sæculi, (subvertit) ad pœnam, vel ad pœnitentiam, (in furore suo) quia cum Dominus percutit, furens ab his, quos percutit, æstimatur. *d* Qui commovet] idest terrena diligentes de mundo, in cujus amore quiescunt. Vel, (terram) idest Judæos, quos extraxit de finibus suis per Romanos. *e* Columnæ] idest Principes, & Tyranni, vel legis Doctores concutiuntur, quia per universum orbem dispersi sunt, vel in bono ad pœnitentiam. *Isai* 24. Cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. *f* Qui præcipit Soli,] idest, prædicatoribus, qui dicuntur Sol, quia illuminant Ecclesiam, sicut Sol mundum. *Apoc.* 6. Factus est Sol niger sicut saccus cilicinus, quia in extremis temporibus vita prædicatorum in se fulgens, apud reprobos aspera, & despecta judicabitur. *g* Et non oritur,] quia quandoque propter peccata subditorum clauduntur ora Prædicatorum. *Isai.* 5. Nubibus mandabo, ne pluant, &c.

h Et stellas] idest Prædicatores, qui stellæ dicuntur, quia de terrenis instruunt. Sol, quia contemplationem veræ lucis aperiunt. Vel stellæ sunt, quando parvulis facilia; Sol, quando magnis subtilia prædicant.

i Claudit quasi, &c.] idest, ad tempus. Quod enim sigillo clauditur, aliquando latet, aliquando etiam aperitur. Sic Judæa modo privata est lumine prædicationis, sed in fine aperietur ei liber signatus, *Isai.* 29. Claudet Dominus oculos vestros, Prophetas, & Principes vestros, qui vident visiones, operiet; & erit vobis visio omnium sicut verba signati libri. Sic Elias, & Henoch modo occultantur, sed post apparebunt. *Apoc.* 11. *k* Qui extendit, &c.] idest Apostolos a Judæis fugatos, ubique facit honorari. *Psal.* 18. In omnem terram exivit sonus eorum. Vel, [extendit cœlos,] idest, Prædicatores, sicut ferrum extenditur in tunsionibus malleorum. *Isai.* 44. Ego Dominus faciens omnia hæc, extendens cœlos solus. *Item* 45. Manus meæ extenderunt cœlos. *l* Et graditur super fluctus] Ad litteram. *Marc.* 4. Quis putas, est hic, quia venti, & mare obediunt ei? *Matth.* 14. Quarta vigilia noctis venit ad eos Jesus, ambulans super mare. Vel spiritualiter graditur super fluctus maris in suis membris, per quos calcat fluctuantem gloriam hujus mundi. Unde *Jerem.* 5. Posui arenam terminum mari, idest, ad frangendum gloriam mundi, pauperes, & abjectos elegi, 1. *Cor.* 1. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Sed dum mare lævit, Ecclesia proficit. Unde *Gen.* 7. Multiplicatæ sunt aquæ, & elevaverunt arcam in sublime a terra. Et hoc est *m* Qui facit Arcturum,] idest Ecclesiam. Arcturus enim septem stellis lucet in axe cœli locatus, semper vergitur, & nunquam mergitur. Sic Ecclesia universalis in axe veritatis, idest in Christo locata, septem Ecclesiis designatur, *Apoc.* 1. Et septem donis, quasi septem candelabris illustratur, quæ semper tribulatur, sed usque ad finem sæculi non deficit. *Matth.* 28. Ecce vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Arcturus, modo tres stellas ad summa elevat, & ad ima quatuor inclinat, modo e contrario quatuor superius erigit, & tres inferius premit. Sic sancta Ecclesia modo infidelibus fidem Trinitatis prædicat, modo fidelibus quatuor virtutes nunciat, & ita rotatu suæ prædicationis status sui speciem immutat. Item quando Ecclesia gloriantibus de suis operibus fiduciam evacuat, & Trinitatis notitiam exaltat, tres stellas Arcturus elevat, & quatuor inclinat. Et dum quosdam bona opera non habentes de sola fide præsumere prohibet, & operari enixius monet, quatuor stellas erigit, & tres deponit.

n Et Oriona,] qui hyemali tempore oritur, & in ortu suo tempestates excitant, mare, & terram perturbant. Hi sunt Martyres, qui in hyeme persecutionis apparuerunt, quibus natis, terra, & mare turbata sunt, quia gentes, & Judæos in necem suam excitaverunt prædicando. *o* Et Hyadas,] quæ in fronte tauri in Vere nascuntur, cum Sol ferventius ascendit, & dies extendit. Hi sunt Ecclesiæ doctores, qui post Martyres venerunt, repressa aliquantulum hyeme infidelitatis, & persecutionis, cum Sol veritatis clarius illuxit. Hyades dicuntur ab Hyo Græce, quod est pluo latine, quia doctores doctrinis nos compluunt, & fœcundant.

p Et interiora Austri.] idest, secretos ordines Angelorum, quos implet Auster, idest, fervor Spiritus sancti. *Cant.* 4. Surge Aquilo, & veni Auster. Hæc quatuor commemorat breviter sponsus, *Cant.* 4. Quam pulchra es amica mea: Ecce Arcturus. Quam pulchra es: Ecce Oriona. Oculi tui columbarum: Ecce Hyadas. Absque eo, quod intrinsecus latet: Ecce interiora austri. Quia vero opera Dei explicari non possunt ab homine; ideo Job quasi deficiendo, melius comprehendit ea, dicens:

De pen. dist. 1. c. quamvis.

q Qui facit magna,] virtute.

r Et inscrutabilia,] ratione.

s Et mirabilia] multiplicitate. Unde subdit: *t* Quorum non est numerus.] Sic sapientiam, & fortitudinem Dei ostendit Job. Sed quia non solum, quæ extra nos facit Dominus explicare non possumus; sed etiam quod erga nos agitur, ignoramus. Ideo subdit: *u* Si venerit ad me] Deus scilicet, dando prospera.

x Non videbo eum,] idest, si sit ad bonum, vel ad malum meum, nescio.

y Si abierit,] tribulationibus, & tentationibus exponendo.

z Non intelligam.] ignorans exitum rei. Quandoque enim putatur gratia, quod est ira, & e converso, ut dicit *Greg.* Abscessum igitur Dei, vel accessum ad hominem, nescit homo, & tamen sic cœcus veniet ad judicium de actibus suis redditurus rationem: Unde subdit: *a* Si repente interroget,] ad judicium vocando. *b* Quis respondebit ei.] Vel, respondet arguendo eum de crudelitate, vel se dignum venia ostendendo? quasi dicat, nemo. Vel Deus interrogat, cum duris pulsat, ut quid sit homo cognoscat. *Sap.* 2. Contumelia, & tormento interrogemus eum. Sed homo respondere non sufficit, quia cum sit pulvis, contra judicia divina nihil dicit. Unde sequitur: *c* Vel quis dicere potest, &c.] *Sap.* 12. Quis dicet tibi, quid fecisti, aut quis stabit contra judicium tuum? *Isai.* 45. Væ qui contradicit factori suo, testa de Samiis terræ. Nunquid dicet lutum figulo suo, quid facis? *Greg.* facta Dei venerari debemus, quia injusta esse non possunt; non discutere, quia rationem consilii ejus quærere, est contra illum superbire. *Prov.* 25. Perscrutator majestatis opprimetur a gloria. Ita nemo potest dicere: (Cur ita facis?) Quia, *d* Deus est] cujus iræ nemo resistere potest.] Sed nunquid Moyses restitit iræ Dei, dicens: *Exod.* 32. Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum suum. *Exod.* 32. Item Phinees nonne restitit iræ ejus? *Numer.* 25. ubi ipse Dominus dicit: Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis avertit iram meam a filiis Israel. Ad hoc dicit *Gregorius*, quod in his, quæ apud Deum definita sunt, nemo restitit, cum ipse, ut rogetur, non aspirat. Unde *Ezech.* 14. Si fuerint hi tres viri coram me, Noe, Daniel, & Job, nec filios, nec filias liberabunt. Item *Jerem.* 14. Noli orare pro populo isto in bonum, cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum. In aliis vero potest resisti iræ Dei, quando scilicet ipse Sanctis inspirat, ut se precibus opponant, & teneant eum. Unde Moysi dixit: Dimitte me, ut irascatur furor meus, quasi dicat: cognosce, quod impetrare poteris, quicquid pro populo exorabis. Sed heu modo nullus est Moyses. Unde *Isai.* 64. Non

Exod. 32.

est

est qui invocet te, qui consurgat, & teneat te. Quod autem nemo ejus iræ resistere possit, ostendit:

a Sub quo, &c.] Nihil hic ad *litteram*. Sed qui portant orbem, Angeli sunt, quorum ministerio mundus regitur. Vel principes, qui curas sæculi tolerant. Hi curvantur sub eo, quia illos humiliat. *Isai.* 45. Gloriosos terræ humiliabo. *Eccl.* 24. Omnium excellentium, & sublimium corda virtute calcavi. Item Angeli curvi sunt sub Deo, quia licet eum magnifice videant, non tamen perfecte comprehendunt. Quam sublimitatem Job considerans apud semetipsum vilescens, ait:

b Quantus ergo sum ego, ut respondeam] quasi dicat, si Angelus qui carne non premitur, hunc considerare non sufficit; qua mente de ejus judiciis disputo, qui carne corruptibili premor? *c* Verbis meis, &c.] idest operibus. *Greg.* Verba nostra ad Deum, sunt opera. *Isai.* 39 Non fuit verbum, idest res, quod non ostenderim eis. Sed nec his verbis potest homo loqui cum Deo, quia merita nostra si desit pietas ejus, nulla sunt; ideo subdit: *d* Qui etiamsi habuero quippiam, non respondebo:] ei, confidens in meritis meis. Universæ enim justitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ, *Isai.* 64.

e Sed meum judicem deprecabor] Plus confidens in ejus misericordia, quam in meis meritis. *Daniel.* 9. Propter temetipsum inclina, Deus meus, aurem tuam, & audi. Neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Sed quia oratio nostra multis cogitationibus perturbatur; Unde *Eccles.* 10. Muscæ morientes perdunt, &c. Etiam cum audietur repelli, timet. Ideo subdit:

f Cum invocantem] *Prov.* 28 Beatus homo, qui semper est pavidus; qui vero mentis est duræ, corruet in malum.

g Non credo,] idest timeo. Causam autem quare timeat, subdit:

h In turbine enim] idest in severitate judicii, quod turbo dicitur, quia subitum, & quasi in commotione elementorum fiet. *Psal.* 96. Ignis ante ipsum præcedet. *Sap.* 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

i Multiplicabit vulnera mea sine causa,] Contra *sup.* 5. Nihil fit in terra sine causa. Respondeo: Nihil fit in terra sine causa occulta, vel manifesta. Hic dicitur sine causa, nobis scilicet manifesta. Vel sine causa, idest sine merito actualis peccati, non tamen sine causa, quia pro originali. Vel ad *litteram*, de Job legitur, quod non est percussus, ut in eo vitium tergeretur, sed ut meritum augeretur. Quomodo autem multiplicentur ei vulnera, ostendit: *k* Non concedit requiescere spiritum meum,] Hoc quantum ad hominem interiorem.

l Et implet me amaritudinibus.] Hoc quantum ad exteriorem. *Thren.* 1. Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Sed ne quis diceret: Non oportet timere, quia evadere poteris, subdit:

Quatuor causæ timoris.

m Si fortitudo quæritur, &c.] Et assignat multas causas timoris. Prima est potentia Domini, quam impossibile est effugere, hoc est (Si fortitudo quæritur, &c.) *Jerem.* 32. Fortissime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Secunda est æqua districtio judicii, quia idem erit testis, & judex, Dominus, qui omnia novit. *Jerem.* 29. Ego sum judex, & testis dicit Dominus. Et hoc est:

n Si æquitas judicii, nemo audet pro me testimonium dicere] Ego enim non possum, qui me intus melius cognosco, quomodo ergo alius? quia nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, 1. *Cor.* 4. Tertia causa est conscientia redarguens. *Sap.* 17. Semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia. Et hoc est:

o Si justificare me voluero, os meum condemnabit me.] idest conscientia mea, quæ dicitur os, quia semper loquitur murmurando contra malum. Quarta causa est ignorantia status. *Eccl.* 9. Nescit an amore, &c. Et hoc est.

iræ nemo resistere potest, & *a* sub quo curvantur, qui portant orbem. *b* Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, & loquar *c* verbis meis cum eo? *d* Qui etiamsi habuero quippiam justum, non respondebo: sed *e* meum judicem deprecabor. Et *f* cum invocantem exaudierit me, non credo, *g* quod audierit vocem meam. In *h* turbine enim conteret me, & *i* multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa. *k* Non concedit requiescere spiritum meum, *l* & implet me amaritudinibus. Si *m* fortitudo quæritur, robustissimus est. Si *n* æquitas judicii, nemo audet pro me testimonium dicere: Si *o* justificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem ostendero, pravum me comprobabit. Etiamsi *p* simplex fuero, *q* hoc ipsum ignorabit anima mea, *r* & tædebit me vitæ meæ. *ſ* Unum est, quod locutus sum, & *t* innocentem, & *u* impium ipse † consumet. Si *x* flagellat *y* occidat semel, & non *z* de pœnis innocentum rideat. *a* Terra

p Si simplex fuero,] sine plica erroris, & pravæ dilectionis. *Prov.* 20. Quis potest dicere: mundum est cor meum, & purus sum a peccato?

q Hoc ipsum ignorabit anima mea,] Hic opponit *Greg.* Qui scit bona, quæ agit, quoquo modo superbit. Et ita malum est scire. Item si nescit ipse bona, quomodo custodit? quasi dicat: non custodit. Et ita malum est nescire. Quid ergo fiet? Ad hoc respondet ipse. Contra utraque opus est, & recta æstimare, ut custodiantur; & minima, ne erigamur. Sed quia justi perfecte se examinare non possunt, exilium hujus vitæ ægre ferunt. Unde subdit:

C

De pœn. d. 1. c. si enim aut me. De purg. cap. fin.

al. † compescuit.

r Et tædebit me vitæ meæ.] *Gregor.* Tædet justum vivere, quia operando non cessat quærere vitam. Unde Paulus 2. *Cor.* Supra modum gravati sumus, ita ut tæderet nos vivere. Sed consolatio hujus tædii est justa potentia Dei, qua injustos punit, sive iniquos; & justos transcendit remunerando, quos etiam morte temporali consumet. Et hoc est, quod sequitur:

Sap. 4.

ſ Unum est quod locutus sum,] idest meditatus.

t Et innocentem consumet,] ipse Dominus morte temporali, vel etiam aliis, si districte voluerit judicare, qui in Angelis suis reperit pravitatem, in ejus conspectu stellæ non sunt mundæ. *Infra* 25.

u Et impium consumet.] merito peccatorum suorum duplici morte. *Eccles.* 2. Moritur doctus similiter ut indoctus; & ideo tæduit me vitæ meæ. Item *Eccles.* 9. Hoc est pessimum inter omnes, quæ sub Sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt. Unde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua.

x Si flagellat, &c.] Quia dixerat Job, quod Dominus innocentem, & impium consumet, ne crederet aliquis, quod æqualiter, innuit pœnam justorum terminabilem. Et hoc est, quod dicit: (Si flagellat) hic justos, scilicet flagellis quotidianis.

y Occidat semel,] idest finem flagellis eorum imponat, simpla morte corporis interveniente. Et innuit pœnam justorum terminabilem.

z Et non de pœnis innocentum rideat.] supple, sicut ridebit de pœnis impiorum: De quibus ridere dicitur, quia non vult misereri. Ridere enim Dei, ut dicit *Gregor.* est nolle misereri. *Proverbiorum* 1. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis, quod timebatis, evenerit. Et ita pœnam impiorum innuit interminabilem. Hoc est, quod dicitur *Jer.* 46. Consumam ego cunctas gentes, te autem non consumam; sed castigabo te in judicio, nec quasi innocenti parcam tibi. Sed ne putetur a vita mors egredi, docet per quos flagellat, scilicet per Angelos malos. Et hoc est, quod sequitur: *a* Terra] idest caro, quæ de terra plasmata est.

Ω *a* Tradita

Moraliter.

Gregorius. *x* Si flagellat, occidat semel,] Videns enim Job se, & totum genus humanum non posse liberari a culpa, & a pœna, nisi per mortem mediatoris, desiderans mortem, & adventum ejus, & dolens de dilatione, quia spes, quæ differtur, affligit animam: *Proverb.* 13. Ait: (Si flagellat,) idest, si flagellare vult juxta merita hominum, quia non possent homines tot flagella sustinere.

y Occidat semel,] idest veniat, qui semel occidatur, scilicet Christus, qui sua simpla morte nostram duplam destruat. *Roman.* 6. Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

z Et non de pœnis innocentum rideat.] idest, vota nostra amplius non differat, sed eum exhibeat, cujus desiderio affligimur: Quæ afflictio risus Dei dicitur. Quo enim ardentius quæritur Deus, eo magis lætatur in nobis. Et quia mortem Redemptoris petierat, ordinem Passionis adjungit:

a Terra] idest caro Christi, quæ de terra, idest de Virgine nata est: *Psal.* 84. Veritas de terra orta est, idest Christus de Virgine Maria.

† *a* tradita est in *b* manus impii, *c* vultum judicum ejus operis. Quod si *d* ille *e* non est, *f* quis ergo est? *g* Dies mei velociores fuerunt cursore, *h* fugerunt, & *i* non viderunt bonum. *k* Pertransierunt, quasi naves poma portantes, *l* sicut aquila volans ad escam. *m* Cum dixero, *n* nequaquam ita loquar, *o* commuto faciem meam, *p* & dolore *q* torqueor. *r* Verebar omnia opera mea, *s* sciens, quod non parceres delinquenti. Si autem *t* & sic impius sum, *u* quare frustra laboravi? Si *x* lotus fuero quasi aquis nivis, & *y* fulserint velut mundissimæ manus meæ, *z* tamen sordibus intinges me, & *a* abominabuntur me

a Tradita] idest exposita. *b* In manus] idest diaboli, ut possit eam affligere, quantum tamen permittitur. *Isai.* 10. Væ Assur virga furoris mei. Sed iterum ne crederetur flagellando mereri, cum minister Domini sit, subdit:

c Vultum judicum ejus] idest, Domini operit, scilicet diabolus, ut non advertant se datos ad corrigendum, sed potius ad conterendum. Et hoc est, quod dicitur *Isai.* 10. Mandabo illi, ut auferat spolia, & prædam dividat, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor ejus non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor ejus. Vel sic continua: Ita caro exposita est impio, tamen vultum judicum, idest hominem interiorem, ubi est sedes judicii, operit scilicet Dominus, idest, abscondit ab eo. Unde *supr.* 2. Ecce in manu tua est, verumtamen animam ejus serva. Et quod per diabolum Dominus infligat pœnas, ostendit Job.

al. † data. — D — *cap.* 7.

d Quod si ille] scilicet diabolus.

e Non est,] scilicet impius, in cujus manu tradita est terra.

f Quis ergo est?] quasi dicat, nullus alius. Dominus enim pœnam non infligit, quia alienum est opus ab eo. *Isai.* 28. Est enim pœna a Domino per creationem. *Isai.* 54. Ego Dominus faciens pacem, & creans malum.

g Dies mei] Hoc dicit Job, timens se ex flagellis Domini minus profecisse: Et ne ipsa flagella putentur ei tædiosa esse propter diuturnitatem, comparantur cursori dies antiquorum, quia sunt prænuncii futurorum. Si enim omnes dies justorum laboriosi sunt, ut tandem in quiete sint, quis erit finis lascivientium.

h Fugerunt,] idest, quasi ignorante me transierunt.

i Et non viderunt bonum.] idest in illis non feci bonum. *Luc.* 17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus.

k Pertransierunt quasi naves poma portantes,] quæ post se relinquunt odorem, in quo currunt adolescentulæ. *Cant.* 1. Hoc dicit, quia dies justorum præcedentium sunt quasi lux, & exemplum posterorum.

l Sicut aquila volans ad escam.] In hoc notantur duo scilicet velox transitus vitæ. *Sap.* 2. Exiguum est, & cum tædio tempus vitæ nostræ. Et merces laboris, quia ubicumque fuerit corpus, idest Christus, illuc congregabuntur & aquilæ, idest Sancti. *Matth.* 24. Sed ne Job de se talia dicens erumpere videretur, quasi se comprimens, subdit:

m Cum dixero,] talia scilicet.

n Nequaquam ita loquar,] amplius. Sed

o Commuto faciem meam,] interiorem scilicet, ad considerandum fragilitatem meam. *p* Et dolore torqueor.] culpæ, & pœnæ. *Thren.* 3. Memoria memor ero, fragilitatis humanæ scilicet, & tabescet in me anima mea. Adhuc unde dolore torqueatur, Job adjungit: *r* Verebar omnia opera mea, &c.] Et tamen bona erant, quæ fecerat. Sed beatus homo, qui semper est pavidus. *Prov.* 28. Quia in bonis duo timenda sunt, ut dixit *Greg.* Desidia, & fraus. Desidiam facit minor amor Dei. Fraudem, proprius amor sui. Fit autem fraus tribus modis, cum pro bene actis, vel tacita hominum gratia, vel favoris aura, vel commodum aliquod temporale desideratur. Et qui hoc facit, maledictus est. *Jerem.* 48. Maledictus, qui opus Dei facit fraudulenter, vel negligenter; alia *littera*. Hinc dicit *Isai.* 33. Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere, cordis scilicet, oris, & manus. Primum munus quærit hypocrisis. Secundum, inanis gloria. Tertium, avaritia. Nec mirandum, si verebar, *s* Sciens, quod non] Licet enim Dominus ad penitentiam vocet peccatores, tamen nunquam sine ultione præterit, quia aut homo punit, aut Deus.

Tribus modis fit fraus.

t Et sic impius sum,] ut non parcas mihi.

u Quare frustra] Hoc dicit Job, non ex desperatione, sed ex incertitudine. Unde *Greg.* Sub occulta justitia trepidat, non quod laborasse pœniteat, sed inter labores de præmio incertum se esse dolet. Si enim pietate remota discutimur, opus nostrum pœna dignum est, quod remunerari præstolamur. Et vere timeo, ne frustra laboraverim, quia

x Si lotus fuero quasi aquis] idest lacrymis humilitatis, quæ sicut nix præ ceteris virtutibus candet coram Deo. Item aqua nivis ex aere est, aqua fontis, vel fluminis ex terra oritur. Aquæ nivis sunt lacrimæ pro æternis. Aquæ fontis, vel fluminis sunt lacrymæ pro peccatis. Igitur aquis nivis se lavat, qui pro desiderio æternæ patriæ plorat. Aquis fontis abluitur, qui pro peccatis suis, vel alienis, vel pro incolatu hujus vitæ compungitur. Sic Axa filia Caleb ploravit pro utroque irriguo. *Jos.* 15. & *Judicum* 1.

y Si fulserint] idest, opera. (Velut) dicit quasi non vere mundæ, quia opera nostra non sunt pure bona, ut dicit *Greg.* *Isai.* 64. Universæ justitiæ nostræ, &c.

z Tamen sordibus intinges me,] idest sordidum peccatis ostendes. Nemo enim mundus a sordibus, etiam infans, cujus est dies una super terram. *Jerem.* 2. Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua coram me, dicit Dominus. *Greg.* Quanto Deo plus appropinquamus, tanto sordes nostras ex ejus munditia verius cognoscimus.

a Abominabuntur me] idest, abominabilem reddent. Simile *Act.* 1. dicitur de Juda: Possedit agrum de mercede iniquitatis, idest possideri fecit.

Moraliter.

† *a* Tradita] idest tradetur. Præteritum pro futuro prophetica certitudine.

b In manus] impius diabolus. Manus ejus sunt occisores Christi, in cujus mortem, quia Diabolus per se nihil potuit, carnem per satellites suos occidit. Hujus terræ, idest carnis Christi judices fuerunt Sacerdotes, & Pilatus, quorum vultum, idest corda velavit, ne Deum agnoscerent. Et hoc est:

c Vultum judicum] Adhuc habent velamina Judæi. 2. *Cor.* 3. Usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.

d Quod si ille] idest populus Judaicus.

e Non est] impius, qui pietatem persecutus est.

f Quis ergo] quasi dicat, nullus alius. Et nota, quod eodem nomine & diabolus, & membra ejus exprimuntur. Nam una est persona diabolus cum corpore suo. Unde cum de diabolo dictum esset: In manus impii, statim adjunctum est: Quod si non ille, &c. Et quia Job optabat videre Christum, sicut multi alii, ut dicitur *Matth.* 13. Multi reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; ideo conquerendo subdit:

g Dies mei] idest, vita mea brevis fuit, & cito transiit. Sic dicebat Job, quia de mundo exivit, antequam Christus veniret. Cursoribus autem comparantur Sancti, quia cursorum est ventura nunciare. Sic antiqui Sancti Christum venturum nunciaverunt. Sed quia ante adventum ejus mortui sunt, nec illum præsentem viderunt; ideo velociores cursore dicuntur.

h Fugerunt, & non viderunt bonum.] idest Christum, qui substantialiter est bonus. *Matth.* 10. Idem *Luc.* 18.

k Pertransierunt quasi naves poma portantes,] Mercatores, qui poma ferunt in navibus, odorem sentiunt, & cibum aliis ferunt. Sic antiqui patres redemptoris mysterium prophetantes, odore spei potiti sunt, sed nobis fructum detulerunt. Unde Dominus discipulis dixit: Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. *Joan.* 4. Vel navibus poma portantibus dies eorum comparantur, quia in navi pomis paleæ permiscentur, ut illæsa usque ad terras ferantur. Sic in dictis antiquorum palea figurarum spiritualem intelligentiam palliavit.

l Sicut aquila) quæ Solis radios contemplatur, sed iterum oculos inclinat ad terram, cum cibo indiget. Sic sancti patres Deum contemplati sunt, quem prævidentes incarnandum, quasi a solis radiis oculos deflexerunt; quasi de summis ad ima descenderunt, quando Christum, & Deum, & hominem crediderunt. Sed quia populus Judaicus non permansit in fide, Christum purum hominem credens; ideo in persona illius populi dicit Job:

m Cum dixero, nequaquam ita loquar,] sicut olim, confitens Christum verum Deum, & verum hominem.

o Commuto faciem] scilicet, interiorem in sordidam in sordibus perfidiæ, quæ prius erat clara, & splendida lumine fidei. Et ideo

p Dolore] æterno, *q* Torqueor.] idest, torqueri mereor.

r Vestimen-

a vestimenta mea. *b* Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo, *c* nec qui mecum in judicio ex æquo possit audiri. *d* Non est, qui *e* utrumque *f* valeat arguere, & *g* ponere manum suam in ambobus. *h* Auferat a me virgam suam, & *i* pavor ejus non me terreat. k Loquar, & *l* non timebo eum. *m* Neque enim possum metuens respondere.

C A P. X.

TÆDET *n* animam meam *o* vitæ meæ, dimittam *p* adversum me *q* eloquium meum.

a Vestimenta] idest opera, quæ etsi aliquid imperfectionis habeant, tamen custodienda sunt, ne nuditas nostra appareat, *Apoc.* 16. Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus. Vel vestimenta, sunt corporis membra, quæ sæpe se contra animam erigunt. De quibus *Eccl.* 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. *Isai.* 9. Vestimentum mixtum sanguine, idest, carnalibus desideriis, erit in combustionem & cibus ignis.
b Neque] idest puro homini, respondebo in judicio.
c Nec] quasi dicat: ideo non timeo, quia non puro homini, qui posset ex æquo mecum audiri, oportebit me respondere in judicio, imo ipsi Deo, in cujus comparationem omnia nihil sunt. *Isai.* 40. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt. Ipse videt, & audit, quæ nos agimus: nos autem non audimus eum, quia quod ei displicet, nos non intelligimus. Et hoc est, quod dicit: (Nec qui mecum) Et hoc probat, quia ubi non est mediator, ibi non est ex æquo auditus. Tempore Job non erat mediator, quia nullus erat, qui haberet utramque naturam. Et hoc est: *d* Non est,] adhuc scilicet,
e Qui utrumque] scilicet Deum, & me
f Valeat arguere,] Me de peccato, Deum de percussione, quia nemo erat sine peccato: arguere enim hominem, est eum instruere, ne delinquat. Arguere Deum, est eum tenere, ne feriat. Sed rarus est hodie, qui hoc possit. *Isai.* 64. Non est, qui invocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Item *Isai.* 1. Quiescite agere perverse, discite benefacere, & venite, & arguite me, dicit Dominus. Hic autem arguere nihil aliud est, quam componere. Unde subdit: *g* Et ponere] Vel hæc expositio præcedentis. Et quia ita est: *h* Auferat] Deus scilicet, (a me virgam suam,) qua percutit me.
i Et pavor] *Infr.* 13. Manum tuam, idest timorem potentiæ tuæ, longe fac a me, & formido tua non me terreat. *k* Loquar,] tunc scilicet amoto timore.
m Neque enim] *ad litteram*, servus ex timore non audet respondere Domino suo sæve. Nobile est cor humanum, facilius ducitur, quam trahatur,

Moraliter. *h* Auferat, &c.] *Greg.* Per virgam, austeritatem legis accipit, quæ sine misericordia punit, quam Christus abstulit, dum per mansuetudinem viam vitæ monstravit. *Matth.* 11. Discite a me, quia mitis sum, &c. Noluit Christus, ut Dominus timeri, sed ut pater amari. Dicit ergo Job. (Auferat a me virgam suam,) idest onus legis importabile, & veniat jugum Evangelii suave, & onus leve. *k* Loquar] tempore gratiæ.
l Non timebo] ut servus, sed amabo ut filius.
m Neque enim, &c.] idest, digna ejus beneficiis recompensare ex timore legis: Dominus enim non timorem, sed amorem petit. Amor enim vivificat, non timor. Quod figuratum est 4. *Reg.* 4. ubi legitur, quod baculus Elisæi missus per Giezi, puerum non suscitavit; sed ipse Elisæus postea veniens, & puero se adaptans, ipsum vivificavit. Baculus missus per Giezi, lex data per Moysen; ipse Elisæus adaptans se puero, Christus factus homo. Hic puerum, idest, genus humanum mortuum in peccatis suscitavit, aspirans septies, infundens gratiam septiformem.

E X P O S I T I O C A P. X.

TÆdet *n* animam meam] Repletus Job divini amoris spiritu, vitæ hujus, quæ prius dulcis erat, tædium fatetur habere, dicens: (Tædet animam meam) idest hominem interiorem. *o* Vitæ meæ,] exterioris scilicet, qua retardatur anima a fine desiderii sui, quod desiderat dissolvi, & esse cum Christo: *Philip.* 1. Est autem triplex tædium, bonum, malum, medium. Bonum oritur ex amore rei bonæ, quæ differtur. Malum ex acedia. Medium ex miseria, quæ affligit. De primo dicitur hic: Tædet animam meam, &c.] De secundo *Sap.* 1. Exiguum est, & cum tædio tempus vitæ nostræ. De tertio 2 *Cor.* 1. Gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos vivere.
p Dimittam adversum me] peccatorem, non adversus alium.

r Loquar in amaritudine animæ meæ, *s* dicam Deo, noli me condemnare. *t* Indica mihi, cur me ita judices? *u* Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris, & *x* opprimas me, opus manuum tuarum, & *y* consilium impiorum adjuves? *z* Nunquid oculi carnei tibi sunt, *a* aut sicut videt homo, & tu videbis? *b* Nunquid sicut dies hominis, dies tui, & *c* anni tui *d* sicut humana sunt tempora, ut *e* quæras *f* iniquitatem meam, *g* & peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit *h* nemo,

q Eloquium meum.] quo prius utebar in excusatione, & defensione peccati, quasi dicat, prius me excusabam, modo me accusabo. Sed quia aliquando aperte confitens interius non gemit, subdit: *r* Loquar in amaritudine animæ meæ,] idest, confitebor ore peccata mea, cum cordis amaritudo ponat, quod lingua accusat. Ex tali vero pœnitentia nascitur securitas. Unde sequitur:
s Dicam Deo, noli me condemnare,] quasi dicat, quia me punio, non debes me punire. Non enim consurget duplex tribulatio. *Nahum* 1. *t* Indica mihi, cur me ita judices?] idest flagelles, ut scilicet cognita causa flagelli, defleam, quod in me punitur. Vel (cur) idest, ad quid. Finaliter enim Dominus duobus modis hic flagellat, aut ad correctionem, *Prov.* 3. Quem diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi: aut ad contritionem, & pœnæ continuationem, ut Herodem, *Act.* 12. Et Antiochum 2. *Mach.* 9. Hujus judicii incertitudine turbatus Job clamat: (Indica mihi, &c.) *u* Nunquid bonum tibi videtur, &c.] Hæc interrogatio negationem exigit, quasi dicat, scio, quod tu, qui summe bonus es, non æstimas bonum, ut pauperem per calumniam premas. Unde scio, quod non est injustum quod patior; ideo plus doleo, quia causam ignoro. *x* Et opprimas me, opus manuum tuarum,] Vel, me pauperem, *alia littera* non dicit, me innocentem, quia de justitia sua non præsumit. Sed me pauperem, quia infirmitatem propriam recognoscit. *Thren.* 3. Ego vir videns paupertatem meam, in virga indignationis meæ. (Opus manuum tuarum) dicit, quia Deus non odit, quod fecit. *Sap.* 11. Nihil odisti eorum, quæ fecisti; nec enim odiens aliquid constituisti, quasi dicat: impie opprimere non potes, quem te fecisse gratuito recordaris.
y Et consilium impiorum adjuves?] idest, dæmonum, qui cum ad vitam reduci nequeant, socios ad mortem quærunt. *Sap.* 2. Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Unde consilium eorum fuit, ut Job flagellaretur, ut qui rectus steterat in prosperis, frangeretur adversis. Sed fidelis Deus, qui non permittit tentari supra vires. 1. *Cor.* 10.
z Nunquid oculi carnei tibi sunt,] qui non vident, nisi præsentia, & exteriora, q. d. non. Non enim juxta intuitum hominis judicat Deus. 1. *Reg.* 16. Non juxta hominis intuitum ego judico. Homo enim videt ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor. Et ita innuit Job, quod Deus in judicio, nec circumvenire, nec circumveniri potest, quia omnia videt. *Hebr.* 4. Non est aliqua creatura invisibilis in conspectu ejus. Omnia enim sunt nuda, & aperta oculis ejus.
a Aut sicut videt homo, & tu videbis?] q. d. non. Quia visus hominis vix existentia videt, futura nunquam. Deus æque videt futura, & præsentia. *Eccl.* 23. Oculi Domini multo plus lucidiores super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo, antequam crearentur, omnia sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia.
b Nunquid sicut dies hominis, dies tui?] idest, æternitas tua, quasi dicat, non. Dies enim hominis tempore incipiunt, & tempore finiuntur. Æternitas autem sine principio, & sine fine est. *c* Et anni tui] Idem anni quod dies.
d Sicut humana sunt tempora,] quæ continue fluunt, & deficiunt, quasi dicat, non *Mich.* 5. Egressus ejus ab initio a diebus æternitatis, *e* Ut quæras] in tempore.
f Iniquitatem meam,] quæ est ex me. *g* Et peccatum meum scruteris?] an scilicet fecerim, quasi dicat; cur me in tempore per flagella examinas, quem per potentiam tuam ante tempora non ignoras? Cujus potentiæ pondus exprimit, cum subdit: *h* Cum sit nemo qui, &c.] *Sap.* 16. Tuam manum,

Domine,

Domine, effugere impossibile est. *Deutr.* 32. Non est, qui de manu mea possit eruere. Et cum ita sit, quid restat tibi, nisi parcere, cui nemo potest obviare? Ut autem magis inclinet ad parcendum, opus ejus se memorat, dicens:
a Manus tuæ, Domine, fecerunt me,] secundum animam,
b Et plasmaverunt me] secundum corpus. *Isai.* 45. Ego feci terram, & creavi hominem super eam; manus meæ extenderunt cœlos. Primum ad plasmationem corporis: Secundum ad creationem animæ pertinet. Hic tam Job, quam Isaias condemnat hæresim Manichæi, qui dicit corpus hominis factum a Diabolo, sed animam a Deo: Ad idem facit, quod dicit Dominus *Luc.* 11. Stulti, nonne qui fecit, quod deforis est, & id, quod deintus est, fecit? 2. *Cor.* 6. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Quod autem dicitur Deus habere manus, Anthropospathos est.

qui de manu tua possit eruere. *a* Manus tuæ, Domine, fecerunt me, & *b* plasmaverunt me totum in *c* circuitu, *d* & sic repente præcipitas me? *e* Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. *f* Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, & carnibus vestisti me, ossibus, & nervis compegisti me. *g* Vitam, & misericordiam tribuisti mihi, & *h* visitatio tua custodivit spiritum meum. *i* Licet hæc celes in corde tuo, *k* tamen scio, quia universorum memineris. Si *l* peccavi, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si *m* impius fuero, væ mihi est: *n* & si justus, non levabo caput *o* saturatus afflictione, & *p* miseria. Et *q* propter superbiam quasi leænam capies me, *r* reversusque *s* mirabiliter me crucias. *t* Instauras testes tuos contra me, & *u* multiplicas iram tuam adversum me, & pœnæ militant in me. *x* Quare de vulva eduxisti me? Qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. *y* Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. *z* Nunquid non paucitas

c In circuitu,] secundum corpus.
d Et sic repente præcipitas me?] quasi dicat, quem tanta dignitate præponis aliis creaturis, ut propriis manibus fecisse dicaris, cur tanta vilitate despicis?
e Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me,] quasi dicat, moveat te ad pietatem fragilitas humanæ conditionis, quia sicut lutum ex aqua, & pulvere fit, ita homo ex spiritu, & carne. *Greg.* Ideo homo post culpam veniam meruit, quia per carnem infirmitatis debilitatem accepit. Angelus vero irremediabiliter peccavit, quia eo robustius stare potuit, quo carnis pondere pressus non fuit. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam. *Sap.* 9. Quia vero Job qualitatem hominis conditi protulit, subdit ordinem propagationis.
f Nonne sicut lac, &c.] Factus est sicut lutum propagatus in matrica, sicut lac mulgetur in vase, ut caseus coagulatus ex sanguinibus, carne, & pelle indutus, ossibus, & nervis consolidatus. Sed hoc, quia parum est, addit:
g Vitam, & misericordiam tribuisti mihi,] Vitam scilicet naturæ; misericordiam, scilicet vitam gratiæ, vel pœnitentiæ. Hæc omnia plane, & aperte dicit *Eccli.* 17. Deus, inquit, creavit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & iterum convertit illum in ipsam, & secundum, &c. Sed quia parum est dedisse dona, nisi custodiat, qui dedit, subdit:
h Et visitatio tua] quæ fit per gratiam, vel per flagella, quæ sunt custodia virtutum. 2. *Cor.* 12. Virtus in infirmitate perficitur. *Greg.* Ideo cor Salomonis sapientia funditus deseruit, quia nullius ipsum tribulationis angustia, vel disciplina custodivit.

Moraliter.] *Greg.* hæc eadem de interiori homine exponit. Homo interior lutum fit, cum terrenæ menti gratia spiritus infunditur, quæ irrigat ipsum, ut ad Deum elevetur, In pulverem reducitur, cum ad tempus spiritus mentem deserit, ut vento tentationis agitatus, homo seipsum recognoscat. Sicut lac mulgetur, cum mens a vetustate subtracta, in quadam inchoatione formatur. Sicut caseus coagulatur, cum pinguescens cogitationibus restringitur, ne jam fluat desideriis. Pelle, & carne induitur, cum carnalium motuum obsidione vallatur. Ossibus, & nervis compingitur, cum charitatis, ceterarumque virtutum robore interius homo stabilitur. Vita datur, cum malis mentibus benignitas aspiratur. Misericordia vero tribuitur, cum de malis actis dolor compunctionis infunditur. Visitatur spiritus, cum per flagella correctus, in humilitate custoditur. Sequitur:
i Licet hæc celes in corde] idest in secreto consilii tui, quasi dicat, licet occulta sint judicia tua.
k Tamen scio, quia, &c.] quia non est alius Deus, quam tu, cui cura est de omnibus. *Sap.* 12. Sed quia perpetratæ nequitiæ memoria sæpe tangitur justus, & illicita cogitatione nolens pulsatur. Sequitur:
l Si peccavi, & ad horam, &c.] Ad horam parcit Deus, cum mox culpam concessis fletibus diluit. Sed non patitur esse mundos ab iniquitate, quia & nolentes memoria peccatorum præteritorum cum delectatione toleramus. *Rom.* 7. Si autem, quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum. Unde *Psal.* 37. Putruerunt cicatrices meæ, scilicet amaris vulneribus peccatorum. Item fœtorem eorum sentio in recordatione eorum. *Deut.* 23. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, idest, occulta tentatione aliquid turpe conceperit, quod nondum opere compleverit, egredietur extra castra, idest, se indignum comparatione continentium reputabit, & non revertetur, prius quam ad vesperam lavetur aqua, idest, donec suum conspiciens defectum, fletibus pœnitentiæ se laverit, & post Solis occasum, regredietur in castra, idest frigescente flamma cogitationis, societatis bonorum fiduciam sumet.
m Si impius fuero, væ mihi est.] idest, æterna damnatio. *Isai.* 3. Væ impio in malum, Retributio manuum ejus fiet ei.
n Si justus,] fuero (non levabo caput) sicut nec Publicanus. *Luc.* 18. in superbiam scilicet, propter continuum certamen, quia fremit mundus, premit corpus, sævit diabolus.
o Saturatus afflictione,] spiritus.
p Et miseria.] corporis. Hoc autem totum fit propter superbiam, a qua initium sumpsit omnis perditio. *Tob.* 4. Unde sequitur:
q Propter superbiam] Leæna duplici fovea capitur, ut dicit *Gregorius*: Sic homo propter peccatum duplici fovea captus fuit, exteriori, scilicet miseria, & interiori cæcitate, *Eccles.* 21. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas. Sed quia Dominus etiam justos permittit cadere, ut fortiores, & humiliores resurgant. Ideo sequitur:
r Reversusque] post culpam per gratiam.
s Mirabiliter] non miserabiliter, compungens ad pœnitentiam, & fletum. Miserabiliter cruciatur, qui causam sui cruciatus non attendit. Ille vero mirabiliter cruciatur, qui perditionem suam plangit, quam cognoscit. *Greg.* Mirabiliter, non pœnaliter dicit se cruciari, quia dum mens ad alta rapitur, pœnitentiam suæ compunctionis gaudens miratur.
t Instauras, &c.] quasi dicat, si ad horam sum piger (Instauras testes tuos,) idest miserias, & afflictiones, quæ testantur contra nos, si eis non emendamur, quod sumus filii iræ. *Hebr.* 12. Si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes: Ergo adulteri, & non filii estis, Vel testes Dei sunt sancti, qui per opera testantur, quæ præmia sint secutura. Hi sunt contra nos, dum vita eorum arguit pravitatem nostram. *Jacob.* 5. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientiæ, prophetas, qui locuti sunt.
u Et multiplicas iram tuam] idest, multiplicem ostendis recordatione illorum, quia si illos bonos ita flagellavit Dominus, quid erit impiis? *Luc.* 23. Si in viridi hæc faciunt, in arido quid fiet? Item 1. *Petr.* 4. Si primum a nobis, idest, a sanctis incipit judicium, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? Vel (multiplicas iram tuam,) idest, flagella, quæ videntur ex ira esse, tamen sunt ex misericordia. Et sic prævia multiplici ira Dei, homo redit ad se, & prava punit:] Et hoc est: (Et pœnæ militant in me.) Unde tot afflictus miseriis dicit:
x Quare de vulva eduxisti me] Idem est, quod *supr.* 3. Quare non in vulva mortuus sum?
y Fuissem, quasi non essem, de utero translatus, &c.] Idem est, quod ibi dictum est, sicut abortivum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem. Quæ omnia ibi exposita sunt.
z Nunquid non paucitas, &c.] De hoc *supr.* 9. Dies mei velociores fuerunt cursore, quasi dicat Job: non capiet me præsentis vitæ delectatio, quia cito transit, & etiam tædio plena est. *Sap.* 2. Exiguum est, & cum tædio

dio tempus vitæ nostræ. *a* Dimitte ergo me,] i. locum pœnitentiæ concede. Vel [dimitte,] i. remitte flagella tuæ percussionis. Vel [dimitte,] idest relaxa me ad videndum, & deflendum peccata mea, quia immanitas doloris aliquando animam gravat, ne hoc possit; vel si novit, & damnat, mala consuetudine impeditus non potest flere, nisi Deus dimittat, ut fulutum excitat in lacrymas, quod maxime facit prævisio inferni. Unde subdit: *b* Antequam vadam, &c.] Si non planxero. *c* Et non revertar] i. non reversurus ad vitam mortalem. *Prov.* 2. Omnes qui ingredientur ad eam, non revertentur. 2. *Sap.* 2. Non est, qui agnitus sit reversus ab inferis.

dierum meorum finietur brevi? *a* Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, *b* antequam vadam, *c* & non revertar *d* ad terram tenebrosam & *e* opertam mortis caligine, *f* terram miseriæ, & *g* tenebrarum, ubi *h* umbra mortis, & *i* nullus ordo, sed sempiternus *k* horror † inhabitans.

al. † inhabitat.

C A P. XI.

l RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit: *m* Numquid, qui multa loquitur, non & audiet: *n* aut vir verbosus *o* justificabitur? Tibi *p* soli tacebunt homines, *q* & cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis? Dixisti *r* enim: Purus est sermo meus, & *s* mundus sum in conspectu tuo. Atq; *t* utinam Deus loqueretur tecum, & *u* aperiet labia sua tibi, ut *x* ostenderet tibi secreta sapientiæ, & *y* quod multiplex sit lex ejus, & *z* intelligere, quod multo minora exigaris

d Ad terram] idest, ad infernum, ubi omnes lectulum suum sternebant, boni in sinum Abrahæ, mali in profundum. Dicitur autem infernus terra, quia stabilis, & captivi ibi stabiliter tenentur. Tenebrosa dicitur, quia sine luce divinæ contemplationis est. *Matth.* 22. Mittite eum in tenebras exteriores. Hoc dicebat Job, non quod iturus esset in infernum, sed loquitur eo tropo, quo debitori dicitur: Solve debitum prius, quam pro debito constringaris, i. solve, ut non stringaris, quia si non solveris, stringeris. Sic vir sanctus non erat iturus ad terram tenebrosam, sed ad eam vadit, qui non plangit.
e Et opertam mortis] i. perpetua divinæ lucis privatione, vel tenebris spiritualibus, quibus Deus non videtur.
f Terram] quantum ad dolorem.
g Tenebrarum,] quantum ad cæcitatem, quia foris dolor cruciat, intus cæcitas mentis obscurat.
h Ubi umbra] quia sicut mors naturalis separat animam a Deo, cujus umbra est obscuritas visionis divinæ, qua quisque damnatus ab interno, & æterno lumine tenebratur, quia ignis gehennæ impios cremat, a visione Dei excæcat, & ad majorem pœnam ad videndum, quos male amavit in sæculo, illuminat.
i Nullus ordo] Non, quod Deus non ordinet tormenta secundum merita singulorum, quia etsi una gehenna, tamen non omnes uno modo sentient tormenta, sicut nec homines calorem Solis. Est igitur ordo. Unde *Greg.* Deus tormenta inordinata non dimittit, imo juxta modum criminis sequitur pœna retributionis. Unde & zizania in fasciculis jubentur colligi, & ligati igne perpetuo comburenda, ut quos similis culpa inquinat, par pœna constringat. Sicut enim in domo Dei mansiones multæ sunt: *Jo.* 14. secundum diversitatem virtutum, sic diversitas suppliciorum pro diversitate criminum. Unde super illud *Matth.* 13. Colligite primum zizania, & alligate ad fasciculos, dicit *Gloss.* quod luxuriosi in unum fasciculum ligabuntur, avari in alium, superbi in alium, & sic de aliis. Item *Isai.* 24. Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum. Et ita patet, quod ibi erit ordo suppliciorum. Sed ideo dicitur nullus ordo ibi esse, quia damnati umbra cæcitatis intus, & flamma caloris exterius cruciabuntur, ut ipsi quasi inordinata pœna confusionis crucientur. Vel ideo quia in suppliciis propria rerum qualitas non servatur, quia ibi pœna habetur, & non insuper timetur, & ignis ibi cremat, sed non lucet nisi ad pœnam. Vel quia transibunt ab aquis nivium ad calorem nimium, ut dicitur *infr.* 24. Ubi nota, ubi res mutant locum, & situm, non est ordo.
k Horror] idest, timor. Sed quomodo est ibi timor, cum timor sit de futuro malo, & ibi omnia mala simul sint? Ad hoc dicit *Greg.* In tormentis hujus vitæ timor dolorem habet, non dolor timorem, quia mentem metus non cruciat, cum pati cœperit, quod meruerat. Sed in suppliciis positi, quod timent, tolerant; & quod tolerant, sine fine formidant. Solent autem distingui novem pœnæ inferni, quæ in his versibus continentur.

Versus.

Indice scriptura, caligo, vincla, flagella,
Frigus, flamma, timor, vermis, confusio, fætor,
Sunt Barathri pœnæ, quas debet quisque cavere.

E X P O S I T I O C A P. XI.

l RESpondens autem Sophar, &c.] Vicissim sibi succedunt in increpatione tres amici Job. Primo Eliphaz, secundo Baldad, tertio Sophar, sicut contra fortem Athletam, impares, quia mos piorum est, recte dictis consentire, sed malorum e diverso respondere, juxta illud *Eccl.* 21. Verbum sapiens quodcumque audierit scius, laudabit, & ad se adjiciet; audiet luxuriosus, & displicebit ei, & projiciet illud post tergum suum: ideo Sophar a contumeliis incipit, arguens Job, maxime super duobus. Primo super multiloquio, ibi [Numquid qui multa loquitur,] Secundo super minori sapientia, ibi [Vir vanus] Quæ duo sæpe comitantur. *Eccl.* 21. Insensati inenarrabilia sunt verba. [Respondens autem] *m* Numquid, qui multa] i. qui multa vult loqui, & non vult audire alios. *n* Aut vir verbosus] qui præter loquentis necessitatem, aut utilitatem audientis loquitur. *o* Justificabitur?] q. d. non, quia in multiloquio non deerit peccatum. *Prov.* 10. *Isai.* 32. Cultus justitiæ silentium. Ideo dicit *Jacob.* 1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, quia est tempus tacendi, & est tempus loquendi. *Eccl.* 3. Non dicit, nullus ad loquendum, *Jacob.* sed tardus. *p* Tibi soli tacebunt homines,] q. d. numquid tu major es aliis, ut illi tibi taceant, & loquaris? *Gl.* Pœna est inique tacere, nec patienter audit, qui corrigi negligit.

Sap. 6.

q Et cum ceteros irriseris,] q. d. justum est, ut qui alios confutas, confuteris, & *Isai.* 33. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Et qui contemnis, nonne & ipse contemneris? *Greg.* Imperitus graviter veritatem tolerat, quia omne, quod rectum dicitur, suam putat irrisionem, & cum aliquid contra perversos generaliter dicitur, se impeti specialiter suspicatur.

Versus.

Conscius ipse sibi, de se putat omnia dici.

Hier. Cum sine nomine contra vitia scribitur, qui inde irascitur, accusator est sui. *r* Dixisti enim: Purus est sermo meus.] Mentitur Sophar, quia hoc non dixerat Job, sed solatium facinorosorum est, si vel falso inquinetur vita corripientis. Potuit Sophar ista conjicere ex illo, quod dixit Job *sup.* 6. Non invenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.
s Mundus sum in conspectu tuo.] quod nemo vere dicere potest, cum astra non sit munda in conspectu ejus. *Inf.* 25. Et in Angelis suis reperit pravitatem, *Sup.* 4.
t Atque utinam] q. d. tu ibi loquendo blandiris falsa, sed si Deus loqueretur tibi, probaret te iniquum. Loquitur autem nobis Deus per beneficia, per flagella, per exempla, per sacram Scripturam, per Angelos, per doctores, per creaturas, per inspirationem, per visionem.
u Aperiret labia sua tibi,] sicut mihi, i. sua judicia aperte tibi manifestaret, quæ si cognosceres, non procaciter contra eum ageres, q. d. in hoc imperitiæ tuæ potius compatior, quam pœnæ. Labia Dei, duo testamenta, vel judicia, & quæ in eis sunt. *Isai.* 30. Labia ejus impleta sunt indignatione, & lingua ejus quasi ignis devorans.
x Ut ostenderet tibi secreta sapientiæ,] Cur, scil. bona, quæ cœperat, non consummat? Cur quos creavit, deserit? Cur istum reprobat, & illum eligit? Cur hunc flagellat, & illi parcit? Et hujusmodi, quæ David dicit sibi manifesta. Incerta, inquit, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. *y* Et quod multiplex sit lex ejus.] Lex Dei charitas est, per quam in mente hominis legitur, qualiter præcepta vitæ agantur. De qua *Rom.* 13. Plenitudo legis est dilectio. Hæc lex multiplex dicitur, & una. Una quidem in radice, multiplex in operatione, quia ad omnia virtutum facta dilatatur, & ab omni malo retrahit. Quam diligenter attendit, quantum quotidie peccet Deo, agnoscit. Et si peccata agnoscit, patienter tolerat flagella Domini, quem diligit. Et hoc est, quod sequitur: *z* Et intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua.] q. d. non totam culpam exequitur flagellando. Post contumeliam adjungit Sophar irrisionem, dicens:

Psal. 50.

ab eo, quam meretur iniquitas tua. *a* Forsitan vestigia Dei comprehendes, *b* & usque ad perfectum, Omnipotentem reperies. *c* Excelsior cœlo est, & quid facies? *d* Profundior Inferno, & unde cognosces? *e* Longior terra *f* mensura ejus, & *g* latior mari. Si *h* subverterit omnia, *i* vel in unum coarctaverit, *k* quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, cur ita facies? *l* Ipse enim novit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat? Vir *m* vanus in superbiam erigitur, & *n* tanquam pullum Onagri se liberum natum putat. *o* Tu autem firmasti *p* cor tuum, & *q* expandisti ad † eum manus tuas. Si *r* iniquitatem, quæ est in manu tua *s* abstuleris a te, & *t* non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc *u* levare poteris *x* faciem tuam *y* absque macula, & *z* eris stabilis, & *a* non timebis. *b* Miseriæ quoque *c* olbivisceris, *d* & qua-

B

C

D

al. † Deum.

a Forsitan vestigia] Vestigia Dei, possunt dici facta ejus. Vel dona benignitatis, per quæ eum imitando sequimur. Vel benignitas visitationis, quam nobis ostendit, ut nondum visum sequamur, donec ad ipsum contemplandum perveniamus. Hæc autem nequeunt comprehendi, quia unde, ubi, quibusve modis dona Spiritus sancti veniant, aut quo vadant, nescimus. Unde *Jo:* 4. Spiritus, ubi vult, spirat, &c. *b* Et usque,] q. d. non. In futuro tamen reperietur Omnipotens per speciem, qui modo quæritur per fidem, quando cognoscam, sicut & cognitus sum. 1. *Cor.* 13. Sed non ad perfectum, quia ejus essentia, a nullo plene videtur, nisi a Christo. Unde illud Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto.

c Excelsior] *Ad litteram*, qui in circumscriptione suæ spiritualitatis cuncta transcendit. Dominus enim spiritus est. *Jo:* 4. *Sap.* 1. Spiritus Domini replevit, &c. *d* Profundior] quia transcendendo subvehit omnia. *Hebr.* 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. *e* Longior,] quia modum creaturæ omnis æternitate excedit. *Eccl.* 24. Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. *f* Mensura] i. immensitas ejus.

2. Cor. 3.

g Latior] quia sub potentiæ suæ præsentia, omnia temporalia coangustat. Attingit enim a fine usque ad finem. *Sap.* 8. Hæc omnia dicit *Eccl.* 24. Gyrum cœli circuivi sola, & profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti. Similiter. *Psal.* Si ascendero in cœlum, tu illic es, &c. *Aug.* Deus est super omnia, non elatus: intra omnia, non inclusus: infra omnia, non depressus: extra omnia, non exclusus. Vel cœli dicuntur Angeli, qui ejus altitudinem non penetrant. Infernus, dæmones, quorum astutias subtilius, quam putent, judicat. Terra, justi homines, quorum longanimitatem, benignitate suæ patientiæ superat. Mare peccatores, quorum facta æternaliter damnat. Vel totum de homine intelligitur. Homo enim cœlum est, cœlestium contemplatione. Infernus tentationum caligine. Terra, dum fructificat. Mare, dum fluctuat. Sed contemplatio hominis in Deo deficit. *Isai.* 38. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso. Et ita Deus excelsior cœlo. Si in tentationibus se discutit homo, subtiliora Dei judicia timet, quæ ignorat. Unde: Quis novit potestatem iræ tuæ, &c. *Rom.* 11. O altitudo, &c. Et ita profundior Inferno. Item longior terra, i. homine fructificante, quia quantacumque sint opera, retributio superabit, & ita longior. Item latior mari, i. homine fluctuante, qui quamvis habeat aliquam de futuris notitiam, districtionem tamen judicii non apprehendit, & ideo instabilis fluctuat. Vel secundum Apostolum *Ephes.* 3. Latitudo, Dei dilectio, qua etiam persequentes colligit. Longitudo, benignitas, qua longanimiter tolerandum ad regnum perducit. Sublimitas vero, qua intelligentiam glorificatorum transcendit. Profundum, justitia, qua damnatis inferius judicium incomprehensibiliter exerit. Breviter ergo latitudinem habet nos amando, longitudinem tolerando; sublimitatem, intelligentiam, & vota nostra superando; profunditatem, motus cogitationum illicitos judicando. Sublimitas, & profunditas Dei, quam investigabiles sint, nemo scit, ut dicit *Greg.* nisi qui contemplando ad summa provehitur, vel occultis motibus resistens, tentationibus turbatur. *b* Subverterit omnia] in nihilum redigendo. *i* Vel in unum coarctaverit,] scil. in antiquum chaos. *k* Quis contradicet ei?] *Sap.* 12. Quis dicet tibi, quid fecisti? aut quis stabit contra judicium tuum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? *Gloss.* Deus subvertit cœlum, dum dispensatorie contemplationem hominis destruit. Infernum, dum pavidum in tentationibus in deteriora cadere permittit. Terram, dum fructum boni operis per adversa interdicit. Mare, dum nostram tranquillationem terrore judicii confundit. Cœlum, & infernus simul coarctantur, cum eamdem mentem & contemplatio sublevat, & tentatio obscurat. Terra, & mare simul coarctantur, cum eandem mentem, & certa fides de æternis roborat, & ex aliqua mutabilitate aura dubietatis verat. Ut in eo, qui dixit *Marc.* 9. Credo, Domine, ecce terra: adjuva incredulitatem meam, i. modicitatem fidei, ecce mare. Cur autem subvertat, & coarctet, subdit:

Ps. 138.

Ps. 89.

l Ipse enim novit,] q. d. propter defectum scientiæ Dei, quem facit vanitas, & iniquitas. *Sap.* 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei. *Greg.* Omnis iniquitas, vanitas, & non e converso. Unde præmittitur vanitas. Hanc agimus quoties transitoria cogitamus, quæ si nos ligant, incipit iniquitas. *Isai.* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Vel vanitas levior, iniquitas gravior reatus dicitur. Ex levioribus usu cuncta leviante, homo ad graviora trahitur. *Eccl.* 19. Qui modica spernit, paulatim decidet.

Vanitas {
- Mutabilitatis in omni creatura.
- Mortalitatis in omni vivente.
- Curiositatis in homine.
- *Eccl.* 1. de omni. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

Et nota, quod vanitas nosci dicitur, & iniquitas considerari quasi studiosius, quia Deus nec minora inulta deserit, & ad majora ferienda intentius se accingit. Sed quia vanitas cum iniquitate pertrahit ad timorem, subdit: *m* Vir vanus] Oblitus enim sui per vanitatem, perdit humilitatem: Si enim se cognosceret homo, nunquam superbiret. *Eccles.* 10. Quid superbis terra, & cinis? Superbiam vero sequitur effrænata libertas peccandi. Unde sequitur: *n* Et tanquam] Qui relictis motibus naturæ, nullius loris disciplinæ tenetur. *Eccl.* 30. Equus indomitus evadet durus: & filius remissus evadet præceps. Innuens ergo Sophar Job esse talem subit: *o* Tu autem] i. indurasti. *p* Cor tuum] q. d. induratus es ad flagella, nec mollescis timore Dei sicut Pharao. *Exod.* 7. & 8. per totum. *q* Et expandisti] i. bona tua attribuisti tibi, *Gloss.* Ad Deum manus expandit, qui bona, quæ facit, sibi superbiens attribuit. *r* Si iniquitatem,] Hactenus Sophar corripuit Job, nunc velut docendo subjungit: [Si iniquitatem, &c.] iniquitas in manu, culpa in opere, injustitia in tabernaculo, iniquitas in mente.

s Abstuleris] ut sit opus purum.

t Et non manserit, &c.] ut sit cogitatio munda.

u Tunc levare poteris] orando.

x Faciem tuam] i. mentem. *y* Absque macula.] non velleris, sed corporis, quæ facit ab orationis fructu diffidere. *Thren.* 3. Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlum. Vel faciem *ad litteram*. Manus enim quandoque prostrati plangendo peccata, hoc est osculum ad pedes. Quandoque flexis genibus, & erecto corpore spem concipiendo, & hoc est osculum ad manus. Quandoque stando, quando jam nil nobis conscii sumus, & hoc est osculum ad os.

z Et eris stabilis,] i. quietus. Impii enim instabiles sunt. *Isai.* 57. Cor impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. *Thren.* 1. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est.

a Non timebis.] serviliter. *b* Miseriæ] præsentis.

c Oblivisceris,] idest, ejus effectum non senties, visis æternis, quia in cœlestibus mentem figens, pro nihilo reputabis; considerans, quod non sunt condignæ passiones hujus temporis, &c. *Rom.* 8. *Isai.* 65. Ecce ego creo cœlos novos, & terram novam, & non erunt in memoria priora. Item *Isai.* 54. Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces. Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ oblivisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis. Et hoc est quod sequitur:

d Et quasi aquarum, quæ præterierunt, non recordaberis,] Recte miserias hujus vitæ aquis prætereuntibus comparat, quia mentes electorum calamitas transitoria non subvertit, sed abluit.

a Et

a Et quasi meridianus] mortis corporalis, vel tentationis, q. d. non solum in mane generalis resurrectionis, sed etiam ad vesperam mortis, vel tentationis fervor charitatis accrescet. *Isa.* 58. Si effuderis animam tuam esurienti, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt, sicut meridies. *b* Et cum te] non quidem eris. *c* Orieris ut] *Eccl.* 1. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die consummationis suæ benedicetur, q. d. ad omnem tribulationem resurges fortior, dat enim Dominus cum tentatione proventum. 1.*Cor.* 10. Et bene Lucifero comparantur Sancti: Lucifer enim in tenebris lucet, vicinus tamen diei. Sic vita justorum quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem *Prov.* 4. *Apoc.* 2. Qui vicerit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi stellam matutinam. *d* Et habebis] quia spes non confundit. *Rom.* 5. *Spes facit, ut mediis naufragus extet aquis.* *e* Et defossus,] idest, sepultus, *ad litteram.* *f* Securus,] de corona 2.*Tim.* 4. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ, &c. *Sup.* 5. In abundantia ingredieris sepulchrum. Vel, [Securus] sine cura temporalium, & absque timore hostium. *Prov.* 28. Justus quasi leo confidens absque terrore erit. *g* Requiesces,] in Deo, qui est locus animæ separatus a mundo, *Joan.* 16. In me pacem habentes, in mundo autem pressuram habebitis. *h* Et non erit] *Prov.* 12. Non contristabit justum quicquid ei acciderit. *Gloss.* Qui in æternitatis desiderio figitur, dum nihil est in mundo, quod appetat, nihil est, quod de mundo pertimescat. *i* Et deprecabuntur] q. d. post mortem eris exemplum aliis, & benedicent te. *Isa.* 60. Adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi. Hic aperte ostendit Sophar stultitiam suam. Non enim ideo Sancti innocenter vivunt, ut ab aliis adorentur; sed quod perversi appetunt, hoc aliis pro magno pollicentur. *k* Oculi autem] idest, cogitationes eorum, & desideria cum vita terminabuntur. *Ps.* 145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. *l* Et effugium] quia eorum malitia cognita erit in die judicii, nec poterunt invenire, quo fugiant. Vermis enim conscientiæ intus rodet miseram animam, ignis exterius concremabit corpus. *Amos* 2. Peribit fuga a veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam. Item *eodem* 9. Non erit fuga eis, fugient, & qui fugerit non salvabitur ex eis. *m* Spes illorum,] idest, ipsa terrena in quibus caro quiescit, sed spiritus deficit. *n* Abominatio animæ] est, quia inde perpetuo cruciabitur, & Deo, & Sanctis abominabilis erit. *Gloss.* Inde in perpetuum spiritus interit, unde ad tempus caro suaviter vivit.

Levit. 26.

A

B

al. † manibus.

si aquarum, quæ præterierunt non recordaberis, *a* & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et *b* cum te consumptum putaveris, *c* orieris ut Lucifer, & *d* habebis fiduciam proposita tibi spe, *e* & defossus *f* securus dormies. *g* Requiesces, *h* & non erit, qui te exterreat. Et *i* deprecabuntur faciem tuam plurimi. *k* Oculi autem impiorum deficient, *l* & effugium peribit ab eis, & *m* spes illorum *n* abominatio animæ.

C A P. XII.

o RESpondens autem Job, dixit: *p* Ergo vos estis *q* soli homines, *r* & vobiscum morietur sapientia? Et mihi *s* est *t* cor, sicut & vobis, nec inferior vestri sum. *u* Quis enim hæc, quæ nostis ignorat? Qui *x* deridetur ab amico suo *y* sicut ego, *z* invocabit Deum, & exaudiet eum. *a* Deridetur enim *b* justi simplicitas, *c* lampas contempta apud cogitationes divitum, parata *d* ad tempus statutum. *e* Abundant tabernacula *f* prædonum, *g* & audacter provocant Deum, *h* cum ipse dederit omnia in † manus eorum. i Nimirum interroga jumenta, & docebunt

E X P O S I T I O C A P. XII.

o RESpondens autem Job,] Sicut divites divitibus tribuunt, ut abundantes videantur, ita perversi cum vera sapiunt, ea sapientibus loquuntur, non ut Minervam doceant, idest, sapientiam, quæ Minerva dicebatur esse Dea sapientiæ, sed ut quanta doctrina polleant, innotescant. Qui ideo meliores docere non metuunt, quia omnes inferiores se putant. Unde & Sophar etsi vera, tamen indiscrete dixit, quia meliori liquore vasculo pleno superfudit. Qui respondit Job juxta consilium Salomonis: *Prov.* 26. Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. *p* Ergo] q. d. ex quo vos ita jactatis sapientiam vestram. [Ergo vos] idest, esse putatis. *q* Soli homines,] *Gl.* Qui se omnes præire ratione æstimat, se solum hominem esse exultat. Simile 3.*Reg.* 19. De Elia, qui cum diceret solum se relictum de Prophetis Domini, dictum est ei; Adhuc reliqui mihi 7. millia, qui non curvaverunt genua ante Baal. *r* Et vobiscum, &c.] q. d. solum in vobis morientibus est sapientia, ut putatis, ut vobis morientibus, sapientia moriatur. *Prov.* 26. Sapientior sibi videtur † piger 7. viris loquentibus sententias. *s* Et mihi] Hoc dixit Job, non ad jactantiam, sed ad reprimendum eorum superbiam. *Gl.* Se esse inferiorem negat, ut eorum superbiam corrigat. Superiorem se esse tacet, ne humilitatem transeat. *t* Cor] idest, intelligentia cordis. *Eccl.* 17. Dedit illis cor excogitandi, & disciplina intellectus replevit illos. *u* Quis enim] q. d. cum omnibus nota sint, quæ dicitis, quare de scientia tumescitis? *x* Deridetur] Quod gravius est, se derisum ostendit post correctionem convertens se ad eruditionem. *y* Sicut ego] idest, sine culpa propria. *Gl.* Illum humana derisio facit Deo proximum, quem ab humanis pravitatibus innocentia vitæ servat alienum. *z* Invocabit] *Glos.* Qui pro culpa irridetur, non est exaudiendus. Sicut Sacerdotes Baal, quos irrisit Elias, clamaverunt ad Deos suos, nec exauditi sunt 3.*Reg.* 18 Qui vero sine culpa irridetur, exauditur, sicut Eliseus cum a pueris irrideretur in ascensu Bethel 4.*Reg.* 2. *Eccl.* 35. Deprecationem læsi exaudiet Dominus. *a* Deridetur] a duplicibus. *b* Justi] quæ est sine culpa erroris, & pravæ delectationis, & tamen fatuitas reputatur 1.*Cor.* 4. Tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus omnium peripsema. Simplicitas dicta, quæ est. *c* Lampas] Justi simplicitas lampas dicitur, & contempta. Lampas, quia interius lucet: contempta, quia apud mentes carnalium abjecta æstimatur. Talis lampas fuit Christus. *Isa.* 62 Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non quiescam; donec egrediatur ut splendor justus ejus, & salvator ejus, ut lampas accendatur. Hæc lampas luxit in prædicatione, sed contempta fuit ab Herode. *Luc.* 35. Et Michol despexit David in corde suo 2.*Reg.* 6. Tales Lampades sunt Martyres, lucentes in medio lagenarum, *Judic.* 7. *d* Ad tempus] usque ad tempus statutum, idest, usque ad diem Judicii, quo quantum justus quisque fulgeat, qui modo despicitur, apparebit. *Eccl.* 1. Usque ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio jucunditatis, *e* Abundant] q. d. non sunt curanda, quibus & reprobi abundant. Et sic ostendit Job, nihil esse divitias hujus mundi, quibus abundare improbos asserit. *Jerem.* 12.8. Bene est omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt. *f* Prædonum,] Prædones vocat omnes male acquirentes, vel male retinentes. Nihil enim differt, ut dicit *Greg.* utrum tua non des, an aliena rapias. De quibus dicitur *Osee* 2. Liberabo linum meum, & lanam meam. *g* Et audacter provocant Deum,] male acquirendo, vel bene acquisita male retinendo, vel ex divitiis superbiendo. *Jer.* 5. Magnificati sunt, & ditati, incrassati sunt, impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. *Osee* 2. Ego dedi eis frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi eis, & aurum, quæ fecerunt Baal. *h* Cum ipse] Hic objicit *Gloss.* Nam quomodo prædones appellat, cum mox addat: [Cum ipse dederit omnia?] Et respondet, quod aliud est, quod Deus misericorditer tribuit, aliud, quod iratus haberi permittit. Unde sensus est; Cum ipse dederit omnia, idest, possideri permiserit. *i* Nimirum] Dixerat Job: Quis enim hæc, quæ nostis, ignorat? quasi dicat, nullus. Et hoc probat per locum a minori, quia jumenta, & elementa hoc sciunt, multo fortius homo spiritualis. Et hoc autem: [Nimirum, &c.] *Ad litteram*, omnis creatura docet Deum suum esse principium, & conservatorem omnium. *Sap.* 13. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator omnium videri. *Rom.* 1. Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, a creatura mundi intellecta conspiciuntur. Vel spiritualiter, per jumenta, homines sensu pigriores intelliguntur, quibus dicitur: *Prov.* 6. Vade ad formicam o piger, &c. Per volatilia sublimia sapientes, de quibus *Jerem.* 8. Milvus in cœlo cognovit tempus suum, turtur, & hirundo & ciconia custodierunt tempus adventus sui; populus autem meus non cognovit judicium Domini. Per terram, terrena sapientes, de qua *Is.* 66. Cœlum sedes

al. † stultus.

Prov. 15.

des mea est, & terra scabellum pedum meorum, quia hos conculcat Dominus. Per pisces, curiosi, de quibus *Psal.* 104. Convertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Quid autem hæc inquisita doceant, subdit:

te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris. *a* Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit? In *b* cujus manu anima omnis viventis, & spiritus universæ carnis hominis? *c* Nonne auris verba dijudicat, & *d* fauces comedentis saporem? In *e* antiquis est sapientia: & in multo tempore prudentia. *f* Apud ipsum est sapientia, & *g* fortitudo, *h* ipse habet consilium, & *i* intelligentiam. Si *k* destruxerit, *l* nemo est, qui ædificet, si *m* incluserit hominem, *n* nullus est, qui aperiat. Si *o* continuerit aquas, *p* omnia siccabuntur: & si *q* emiserit eas, subvertent terram. *r* Apud ipsum est fortitudo, & sapientia *s* Ipse novit, & *t* decipientem, & *u* eum, qui decipitur. *x* Adducit consiliarios in stultum finem,

a Quis ignorat, &c.] q. d. si inquiras creatorem, Deum fatentur. Unde in *Ps.* 99. Vox est omnium creaturarum. Ipse fecit nos, & non ipsi nos.

b In cujus manu] idest, potestate, de qua omnia concorditer sentiunt, licet sub ea non omnia concorditer vivant. Hoc autem loco anima omnis viventis, ipsa vita corporalis accipitur, spiritus universæ carnis hominis, effectus intelligentiæ spiritualis. *Inf.* 34. *Inf.* 23. Vel per animam omnis viventis, vita jumentorum designatur, secundum quod dicitur *Genes.* 1. Creavit Deus cete grandia, & omnem animam viventem, atque motabilem. Per spiritum universæ carnis hominis, anima rationalis significatur, quæ utraque in manu Dei sunt. *Isa.* 54. Spiritus a facie mea egreditur, & flatus hominis ego facio. Sed licet animas faciat, & conservet, non tamen omnibus eadem confert: Sed alii datur sermo scientiæ, alii fides, alii gratia sanitatum, 1. *Cor.* 12. Et hoc est.

c Non ne auris, &c.] q.d. sicut unus est sensus cerebri, sed diversa officia ejus in diversis membris: Sic unus est Dominus, qui operatur omnia in omnibus, 1. *Cor.* 12. *August.* Ita unus Spiritus sanctus facit omnia in membris Christi corporis, sicut una anima in oculo videt, audit in aure, & in ceteris membris alia facit.

Mystice. Mystice. [Auris] Ecclesiæ, sunt qui humiliter audiunt, & faciunt verbum Dei [*d* Fauces] sunt sacræ Scripturæ expositores, qui comedunt, & trajiciunt alios in corpus Ecclesiæ. Vel quia Job *sup. eod.* dixerat: Quis enim hęc, quæ nostis, ignorat; ostendit hic, quod ipse melius scit quam ipsi, quia ipsi aure tantum exteriore audiunt, & ipse gustat; ipsi sciunt, sed ipse sapit. Et hoc est: [Nonne auris, &c.] idest, ratio in aure. Et [fauces] idest, ratio in ore, quasi dicat, vos ut auris auditis; sed ego id ut fauces saporo. Vos estis auris, ego gustus; id ego tanto melius scio, quanto intimius gustus percipit quam auditus.

e In antiquis, &c.] Alia ratio est, qua ostendit, quod melius intelligit quam ipsi, quia ipsi sunt juvenes, & ipse antiquus. In antiquis [autem est sapientia, & in multo tempore prudentia.] Per sapientiam ea, quæ sunt contemplativæ, per prudentiam ea quæ sunt activæ, intellige: Et hæc per exercitium multi temporis habentur, *Eccl.* 33. Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, narrabit intellectum; qui autem non est expertus, pauca cognoscet. Sed licet in antiquis sit sapientia, non tamen ab eis, sed a Deo. Unde subdit:

f Apud Deum est sapientia] qua omnia fecit in numero, pondere, & mensura. *Sap.* 11.

g Fortitudo] idest, potentia, qua omnia ex nihilo fecit.

h Ipse habet consilium] quo disponit omnia, quo differt vindictam malorum, ut in fine justa appareat.

i Et intelligentiam:] qua, cui quid competat, novit: Quæ enim facimus, aut cogitamus, intelligit, & judicat.

k Si destruxerit,] Hic ostendit, quod fortitudinem habeat, cui nemo resistere potest. Destruit autem Dominus cor humanum, gratiam subtrahendo, quam tamen proprie homo a se expellit.

Psal. 77. *l* Nemo est, qui ædificet] per se. Homo enim spiritus est per se vadens, & non rediens. *Eccl.* 7. Nemo potest corrigere, quem ille despexit.

m Si incluserit] carcere tribulationis.

n Nullus est, qui aperiat,] idest, qui liberet. Vel [incluserit] carcere peccati, idest, includi permiserit. Vel [incluserit] gratiam non conferendo. *Greg.* Includere Dei, est clausis non aperire. [Nullus est, qui aperiat,] per se præter Deum. *Isa.* 22. Dabo clavem domus David super humerum ejus, & aperiet, & non erit, qui claudat; claudet, & non erit, qui aperiet. Qualiter autem aperiat Dominus, dicitur *Isa.* 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Contrarium videtur *Apoc.* 3. Ego sto ad ostium, &c. Sed solvitur, quia ibi aperire dicitur coaperire, quod est gratiæ non obviare.

o Si continuerit aquas] pluviæ: *Ad litteram.*

p Omnia siccabuntur,] sicut legitur 3. *Reg.* 17. Vel [aquas] doctrinæ. *Prov.* 5. Deriventur fontes tui foras, &c. Vel, [aquas,] gratiæ, de quibus *Joan.* 4. Aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. [Omnia siccabuntur] quia subtracta gratia vel doctrina, corda audientium arefiunt ab humore Spiritus sancti. *Jerem.* 14. Non venit pluvia, confusi sunt agricolæ, & afflicti.

Isa. 11. *q* Si emiseris eas, &c.] *Ad litteram*: Si aperuerit cataractas cœli, diluvium inundabit, sicut tempore Noe: *Apoc.* 8. *Gen.* 7. Vel.

Mystice. Mystice. Si [emiserit] aquas gratiæ, vel spiritualis doctrinæ, subvertent terrenitatem. *Hebr.* 6. Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam optimam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. De hac submersione dicitur *Prov.* 12. Verte impios, & non erunt.

r Apud ipsum, &c.] Hæc eadem dixerat *supr. eodem.* Sed resumit, ut exemplariter doceat de sapientia. Et ideo cum prius sapientia præcedat fortitudinem; nunc e contrario sapientia ultimo ponitur. In quo etiam mystice notatur, quod in primo adventu Christi, sapientia ejus manifesta fuit, sed fortitudo occulta. *Abacuch* 3. Ibi abscondita est fortitudo ejus. *Isa.* 45. Vere tu es Deus absconditus. In secundo adventu erit fortitudo manifesta, qua primo malos reprobabit, & post electis patris sapientiam demonstrabit.

s Ipse novit,] Probat, quod sapientia sit apud ipsum: Et primo ostendit de universali cognitione ejus, quasi per locum a minori, quia ipse novit mala, quæ non sunt ab eo, multo fortius bona, quorum ipse est auctor.

t Decipientem] autem vocat diabolum, quia ipse seducit omnes. *Apoc.* 12. Projectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui seducit universum orbem. Cujus versutias novit Dominus, & etiam Sancti, 2. *Cor.* 2. Ut non circumveniamur a Satana: Non enim ignoramus cogitationes ejus. Sed tamen nemo plene nisi Dominus: Unde *infr.* 41. Quis revelabit faciem indumenti ejus, & in medium oris ejus quis intrabit? portas vultus ejus quis aperiet? quasi dicat, solus ego. Facies indumenti ejus, est occulta tentatio Diaboli sub alicujus boni specie palliata. Ipse enim transfigurat se in Angelum lucis. 2. *Cor.* 11. Sed Dominus sæpe detegit, vel revelat hoc indumentum. Vel certe indumentum ejus sunt simulatores fraudulenti, de quibus *Prov* 11. Simulator ore decipit amicum suum, justi autem liberabuntur scientia. Item os diaboli, suggestio ejus, in medium cujus ingreditur Dominus, quando qualis sit finis, ostendit. Vel os diaboli, sunt detractores. *Apoc.* 9. Potestas equorum in ore eorum. Portæ diaboli, sunt peccata, per quæ ingreditur ad nos, & nos in infernum, de quibus *Matth.* 16. Portæ inferi non prævalebunt adversus eam. *Isa.* 45. Portas æreas conteram. Has portas aperit Dominus, quando quanta sit utilitas peccati, cognoscere facit.

u Et eum, qui decipitur] quasi dicat, novit hominis Pravitatem occultam, ob quam decipitur. Pravum enim est cor hominis, &c. *Jerem.* 17. De utroque dicitur *Proverb.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus.

x Et adducit consiliarios] idest, mundi sapientes, de quibus *Isa.* 19. Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Hos adducit Dominus in stultum finem, quando manifeste dissipat consilia eorum. *Supr.* 5. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilia pravorum dissipat. De his dicitur *Isa.* 29. Væ qui profundi estis corde, ut a Domino absconditis consilium. *Gloss.* Consiliarios dicit prædicatores, qui auditoribus vitæ consilium præbent, qui cum propter temporalia prædicant, in stultum finem perducuntur, quia illuc per laborem tendunt, unde per rectitudinem mentis fugere debuerunt.

a Et judi-

a Et judices.] quod fit, quando qui præsunt, qualiter alios corrigant, ignorant. b Balteum regum] Sæpe occidit multos de continentia superbire, quos Dominus permittit postea dissolvi in luxuria, ut quos intus superbia inquinat, quam detestabiles fiut in publico, ostendat. Et hic est: Balteum, i. cingulum continentiæ Regum, i. membra, & motus suos bene regentiũ. c Dissolvit,] Dissolvi in luxuria permittit. d Et præcingit] præcingi permittit. e Fune renes] peccati, & delectationis. De quibus funibus dicit *Psal.* Funes peccatorum circumplexi sunt me. *Prov.* 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur. De funibus delectationis dicitur *Prov.* 7. Intexui funibus lectulum meum, dicit stulta mulier. Vel *ad litteram*: Balteum regum dissolvit, & præcingit fune renes eorum, quando divites Balteos deauratos deponunt, & assumunt funes, quibus cinguntur, sicut fratres Minores, & Cartusienses. *Isai.* 3. Erit pro suavi odore fœtor, & pro zona funiculus. f Ducit sacerdotes] circa subditos negligentes. g Inglorios,] i. sine gloria: quia ut dicit *Gloss.* ante judicem gloriam non invenient, quam modo in subditorum moribus studio prædicationis non exquirunt, imo tunc erit eis confusio. *Eccl.* 22. Confusio patris est de filio indisciplinato: E converso, magna gloria erit Prælatis de bonis subditis. *Prov.* 14. In multitudine populi dignitas Regis. 1. *Thess.* 2. Vos estis gloria nostra, & gaudium nostrum *Gloss.* Perfectio discipulorum gaudium, & corona magistrorum. *Prov.* 10. Filius sapiens lætificat patrem. h Et optimates] i. in dignitatibus gloriantes. i Supplantat.] i. supplantari permittit deserendo, de hoc dicitur *Jer.* 5. Ibo ad optimates, & loquar eis, ipsi enim cognoverunt viam Domini, & judicium Dei; & ecce ipsi magis confregerunt jugum, ruperunt vincula, & idcirco percussit eos leo de silva, quod est supplantari. k Commutans labium veracium] i. commutari permittens: Quod fit, quando docent vel prædicant in munere. *Mich.* 3. Principes ejus in muneribus judicabant, & sacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant. Vel certe labium commutare est in prædicatione, vel doctrina, non Dei, sed propriam laudem quærere, quod est adulterari verbum Dei. De his dicitur *Prov.* 17. Qui vertit linguam, incidet in malum. l Et doctrinam senum auferens] permissive, i. inutilem, & sine fructu faciens. *Isai.* 3. Auferet Dominus a Jerusalem, & a Juda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ; Quod fit quandoque propter peccatum Prælati. *Eccl.* 15. Homines stulti non videbunt sapientiam, longe enim abest a superbia. Quandoque propter culpam populi. *Jer.* 33. Abscondam faciem meam a civitate propter omnem malitiam eorum. *Greg.* Doctrina senum tollitur: quia amantes temporalia priorum suorum opera non sequuntur. *Idem*: Cum sacerdos non agit bona, quæ loquitur, sermo ei subtrahitur, ne loqui audeat, quod non operatur, & justo Dei judicio fit, ut non habeat linguam, qui recusat bonam vitam. *Baruch.* 3. Qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inventio operum illorum. m Effundit despectionem super Principes,] i. super eos, qui vitiis dominantur, cum inde superbiunt. Vel super principes, *ad litteram*, qui aliis præsunt, & inde gloriantur. Tales enim despicit Dominus, & despectos facit. *Malach.* 2. de sacerdotibus dicitur: Irritum fecistis pactum Levi, dicit Dominus exercituum, propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. *Psal.* 106. Effusa est contemptio super principes, &c. *Thren.* 2. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion, consperserunt cinere capita sua. n Et eos, qui oppressi fuerant,] vitiis. o Revelans, per pœnitentiam. Vel *ad litteram*: Dejectis malis principibus, loco eorum ponuntur illi, quos prius opprimebant. *Eccl.* 10. Sedes Ducum superborum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis, item *eod.* 11. Multi potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. p Qui revelat profunda de tenebris,] Duobus modis cognoscit Dominus mala. In se, simplici notitia, & in nobis, cum agnosci ea facit; Sicut *Genes.* 22. Nunc cognovi, quod timeas Dominum, i. cognoscere te feci. De primo modo dictum est, nunc de secundo dicit, ut plena ostendatur Domini sapientia: Et hoc est. [Qui revelat, &c.] hoc refertur ad occulta tentationum: Quod vero sequitur: q Et producit in lucem umbram mortis,] ad ipsum peccatum, quod umbra mortis dicitur, quia morti æternæ vicinum. *Isai.* 9. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis, quod est in lucem produci, *Greg.* Umbra mortis, peccatum dicitur, quod per legem in lucem producitur, cum quod & quantum sit per legem scitur. *Rom.* 7. Peccatum non cognovi nisi per legem. Vel profunda de tenebris revelat Dominus, cum de occultis, verbis Prophetarum intelligentiam apertam elicit. Et umbram mortis in lucem producit, cum duritiam legis in lucem Evangelii convertit. Umbra mortis dicitur lex: quia mortem corpori inferebat, quæ est umbra mortis animæ. r Qui multiplicat gentes,] per fœcunditatem sobolis ad litteram. s Et perdit eas] in morte, quia quotidie nascuntur, & moriuntur. t In integrum restituit] convertendo, vel resuscitando, 1. *Reg.* 2. Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit. u Qui immutat cor principum populi terræ] de malo in bonum *Esther* 15. Convertit Deus spiritum Regis in mansuetudinem. *Prov.* 21. Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud, vel in bonum faciendo, vel in malum permittendo. x Et decipit eos,] i. decipi permittit. Sicut Achab 3. *Reg. ult.* Quis decipiet mihi Achab? Et ait spiritus: Ego decipiam. In quo? Et ait: Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum. y Per invium,] erroris, non per viam virtutis. *Psal.* Errare fecit eos in invio, & non via. z Palpabunt, &c.] Hoc facit, qui quod tangit non videt, ut Judæi, qui inter tot miracula requirebant, quod signum facis, ut credamus tibi? *Jo.* 6. *Isai.* 59. Palpavimus quasi cæci parietem, & quasi absque oculis attrectavimus. a Et errare, &c.] Expositio est præcedentis. *Isai.* 19. Dominus miscuit in medio spiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, vino Babylonis, idest, amore sæculi.

& a judices in stuporem. b Balteum regum c dissolvit, d & præcingit e fune renes eorum. f Ducit sacerdotes † g inglorios, & h optimates i supplantat: k Commutans labium veracium, & l doctrinam senum auferens. m Effundit despectionem super Principes, & n eos, qui oppressi fuerant, o relevans. p Qui † revelat profunda de tenebris, & q producit in lucem umbram mortis. Qui r multiplicat gentes, & s perdit eas, & subversas in t integrum restituit. Qui u immutat cor principum populi terræ, & x decipit eos, ut frustra incedant y per invium. z Palpabunt quasi in tenebris, non in luce, & a errare eos faciet quasi ebrios.

al. † inglorios.

al. † relevat.

Psal. 118.

1. *Cor.* 2. & 14.

Psal. 106.

C A P. XIII.

b ECce omnia hæc vidit c oculus meus, & d audivit auris mea, & e intellexi singula. f Secundum scientiam vestram, & ego novi, g nec in-

E X P O S I T I O C A P. XIII.

b ECce omnia hæc] Adhuc sunt verba Job respondentis ad ea, quæ sibi dixerant insultando tres amici ejus. Et dividitur hoc capitulum in tres partes. In prima parte ostendit, quod nec mendacium, nec dolus potest occultari Deo, cum non possit decipi. In secunda ostendit, quod tribulatio Domini, est consolatio. In tertia ostendit, quod potentia hominis est quasi folium a vento excussum. Dicit igitur: Ecce omnia hæc] quæ dicitis: c Vidit oculus meus] interior quasi præsentia. d Et audivit auris mea] interior. Est autem idem oculus, & auris interior, scil. ratio, vel intellectus. Sed quia sæpe accidit in homine exteriore, quod oculus videt, & auris audit, & tamen cor non intelligit, & ita inutilia sunt, quæ leguntur, ideo addit: e Et intellexi singula] ut Propheta. *Glos.* Cum aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minime est. Unde *Dan.* 10. Intelligentia opus est in visione. Unde nec Pharao, qui vidit boves, & spicas, propheta fuit. *Gen.* 41. Nec Balthasar, qui vidit manum scribentem in pariete, *Dan.* 5. Nec etiam Caiphas fuit Propheta, qui, quod dixit, non intellexit. *Jo.* 11. f Secundum scientiam vestram, &c.] *Greg.* Quorum vitam sancte vivendo longe transcenderat, secundum eorum scientiam se omnia nosse confirmat, qui sciendo cœlestia terrenas cogitationes per prophetiæ spiritum transibat. g Nec inferior vobis

sum] vita, *a* Sed tamen ad Dominum omnipotentem loquar] in oratione, q. d. vos transcendam vita, & scientia, tamen judicem meum deprecabor, sicut dictum est *sup.* 9. *Greg.* Cum omnipotente loquimur, dum ejus misericordiam deprecamur. Cum eo disputamus, cum nos illius justitiæ conjungentes, facta nostra subtili indagatione discutimus: Sic disputaverat cũ Deo *Isai.* 54. Facti sumus ut immundi omnes nos, quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ. Vel certe cum Deo disputat, qui præsens sæculũ perfecte relinquens, cum illo postmodum populos judicabit. Unde *Matth.* 19. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, &c. Vel etiam cum Deo disputat, qui qualiter Deo respondeat in judicio, modo præmeditatur & parat: Juxta illud *Psal.* Jucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in judicio, &c.

al. † vestri.

B

al. † correptiones.

Ps. 111.

ferior † vobis sum. *a* Sed tamen ad Omnipotentem loquar & disputare cum Deo cupio, prius vos *b* ostendens *c* fabricatores mendacii, & cultores perversorum dogmatum. Atque *d* utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes, *e* Audite ergo † correctiones meas, & *f* judicium labiorum meorum attendite. *g* Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut *g* pro illo loquamini dolos? *h* Numquid faciem ejus accipitis, & *i* pro Deo judicare nitimini?

b Ostendens,] rationibus. *c* Fabricatores] i. laboriosos fictores mendacii. In fabrica enim labor est. *Psal.* Sub lingua ejus labor, & dolor. Et alibi: Labor labiorum ipsorum operiet eos. *Greg.* Patet, amicos Job ex persona hæreticorum loqui, qui fabri mendacii recte dicuntur. Sicut enim ædificium lapidibus, ita mendacium sermonibus fabricatur, veritas veru non ex fabrica, sed ex natura consurgit. *d* Atque utinam] Videns Job tres amicos suos velle apparere sapientes, admonet ad tacendum. Stultus enim si tacuerit, sapiens reputabitur. *Prov.* 17. Si tamen signis aliis non probatur. Hinc sumptum est: Si tacuisses, Philosophus fuisses. Cui consonat *Boetius in lib. de consol.* ubi narrat, quod quidam alium Philosophum experiebatur, & multa convicia illi dicebat, & ille omnia sustinebat: Tandem dixit: Ego sum Philosophus. Et ille: Intellexissem, inquit, si tacuisses.

Psalm. 9. Psal. 139.

Boetius de consol. lib. 2. prosa 7.

e Audite ergo] Post silentium, correctiones adjungit, ut tumore depulso, possent intelligere veritatem. Unde *Greg.* Nisi prius per correctionem tumor stulti deprimatur, nequaquam per intelligentiam justi judicium cognoscitur. Unde recte subditur:

f Et judicium labiorum meorum attendite.] Et arguit eos Job: Primo super mendaciu. Unde dicit:

g Numquid Deus indiget vestro mendacio,] q. d. vos admiscetis falsa veris, quasi veritas sibi non sufficeret, nisi falsitate juvaretur. *Greg.* Veritas non indiget falsitate fulciri.

g Ut pro illo loquamini dolos?] Dolos, dicit falsitates sub schemate sermonis latentes, & signanter, quia qui mentitur, testis est fraudulentus: *Prov.* 12. *Eccl* 34. Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia in ore fidelis complanabitur. Secundo arguit eos de præsumptione. Unde subit:

h Numquid faciem ejus] idest, Dei accipitis,] usurpando vobis, quod solum Dei est, scilicet, auctoritas judicandi? *Greg.* Justi cum redarguunt, semper infirmitatis suæ conscii interius compatiuntur: quia illius solius est peccata hominum sine compassione discutere, qui ex naturæ suæ omnipotentia ignorat peccare. Cujus faciem accipiebant amici Job, qui ita eum reprehendebant, ac si in se nil reprehensibile haberent. Vel faciem Dei accipere, est in prosperis Deum laudare, & in adversis contra eum murmurare. *Psal.* Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. *i* Et pro Deo,] obliti vestri, in altero infirma reprehenditis, & pro compassione non infirmamini. Non sic Apostolus 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. *Gal.* 6. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. k Aut placebit ei, quem celare nihil potest?] q. d. quod facitis, non placet Deo, qui videt, quali corde loquimini, quem latere nihil potest. Omnia enim nuda sunt & aperta oculis ejus. *Hebr.* 4. *Eccl.* 23. Domino enim, Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita. *l* Aut decipietur ut homo vestris fraudulentiis? i. simulationibus, q. d.

Psal. 48.

non. Ipse enim Deus, & non homo, *Osee* 11. *Gal.* 6. Nolite errare, Deus non irridetur. *m* Ipse vos arguet,] q. d. non decipietur, sed arguet vos, i. malitia vestra arguet vos: *Jer.* 2. Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te. *n* Quoniam in abscondito] idest, veritatem intus in corde cognoscitis, & exterius ore, & opere impugnatis, quod grave peccatum est. *Luc.* 12. Servus sciens voluntatem Domini sui, & non se præparavit, & fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Item 2. *Pet.* 2. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitam retrorsum converti. Ibi *Gloss.* Qui plangit, & plangenda cognoscit, & non deserit, graviori culpæ se subjicit. Vel ut dicit *Greg.* Faciem Dei in abscondito accipit, qui intuitu justitiæ Dei pro peccatis gemit, sed post ad iniquitatem redit. *Psal.* Laudaverunt nomen ejus, cito defecerunt, obliti sunt operum ejus: *Gloss.* Summa celeritate ad crudelitatem a Dei laude mutati sunt. Qualiter autem arguet eos Dominus, & quando ostendit: *o* Statim ut se commoverit,] anthropopathos est, idest, ad instar commoti fecerit, i. cum vindictam in vos exercuerit.

k Aut placebit ei, quem celare nihil potest? Aut *l* decipietur ut homo vestris fraudulentiis? *m* Ipse vos arguet, *n* quoniam in abscondito faciem ejus accipitis. *o* Statim ut se commoverit, *p* turbabit vos, & terror ejus irruet super vos. *q* Memoria vestra comparabitur cineri, & *r* redigentur in lutum cervices vestræ. *s* Tacete paulisper, ut loquar, quodcumque mihi mens suggesserit. *t* Quare lacero carnes meas dentibus meis, & *u* animam meam porto in ma-

C

Psal. 105.

p Turbabit,] turbine gehennali. Qui enim hic nolunt turbari per pœnitentiam, turbabuntur in futuro per vindictam. *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili, gementes præ angustia spiritus, &c. *Mich.* 7. Lingent pulverem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturbabuntur de ædibus suis, irruent subito, & cum impetu. *Prov.* 1. Subsannabo, cum vobis quod timebatis advenerit, cum irruerit repentina calamitas. *Isai.* 33. Contriti sunt in Sion peccatores, timor possedit hypocritas. *q* Memoria vestra comparabitur cineri.] *Greg.* Quia ibi ponitur, ubi aura rapit, idest, in terrenis. *Psal.* Vocaverunt nomina sua in terris suis. *Jer.* 17. Domine, recedentes a te in terra scribentur. *Isai.* 22. Excidisti tibi sepulchrum, in excelso memoriale. *Gloss.* Ut etiam sepultus superbias. Sed non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. *Malach.* 4. Calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. In quo notatur perpetua servitus, in qua erunt reprobi. Ideo dicit *Eccl.* 10. Quid superbis terra, & cinis.

Psal. 48.

Psal. 1.

r Et redigentur in lutum cervices vestræ.] idest superbia, & pompa, quæ modo in tot extollitur, nesciens quid sequatur *Isai.* 3. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion. *Item* 41. Vocabit nomen meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. *Inf.* 20. Si ascenderit usque ad cœlos superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. *Prov.* 10. Memoria justi cum laudibus, nomen impiorum putrescet. Ideo dicent, reprobi, qui hic superbierunt: Quid profuit nobis superbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? *Sap.* 5.

s Tacete paulisper,] Carnaliter locutos judicat eos, ideo silentium imponit eis, q. d. ego non carnaliter, sed spiritualiter loquor, quia a spiritu audio, quod dico. *Matt.* 12 Ex abundantia cordis os loquitur.

t Quare lacero] Reprehenderat Job amicos suos de incompassione, ideo ne sine compassione eos arguisse credatur, dicit: Quare lacero carnes meas dentibus meis] *Ad litteram*, necessaria subtrahendo carni, & eam affligendo. 1. *Cor.* 9. Castigo corpus meum, &c. Vel dentes, sunt spirituales, scilicet sensus, quibus comeditur, & devoratur omnis carnalitas in viris perfectis de quibus dicitur *Thren.* 3. Confregit ad numerum dentes meos. Quod fit, cum singulis sensibus ex vitiis contrariis cæcitas generatur. Est ergo sensus *Greg.* Quare lacero, &c. idest, cur internis sensibus in me carnalia facta discutio, si meis spectatoribus, i. vobis non proficio? *u* Animam meam porto in manibus meis?] *Greg.* Animam in manibus portare, est intentionem cordis

dis opere demonstrare, quod fit pro ædificatione proximi *Matt.* 5. Sic luceant opera vestra coram hominibus, ut glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Est igitur sensus: Cur me districte coram hominibus dijudico, vel quid appetere in opere ostendo, si proximis nec mala judicando, nec bona ostendendo proficio.

nibus meis? *a* Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo: *b* Veruntamen *c* vias meas in *d* conspectu ejus *e* arguam, *f* & ipse erit salvator meus: Non enim veniet in conspectu ejus *g* omnis hypocrita. *h* Audite sermonem meum, & *i* ænigmata percipite auribus vestris. Si *k* fuero judicatus, *l* scio, quod justus inveniar. *m* Quis est, qui judicetur mecum? *n* Veniat: *o* Quare tacens consumor? *p* Duo tantum ne facias mihi, & *q* tunc

a Etiamsi occiderit] quasi dicat, licet eis non prosim, tamen exemplum patientiæ præbeo. Et hoc est: Si occiderit, &c. *Greg.* Ille patiens est, qui flagellis atteritur, & a spei rectitudine non curvatur. *Rom.* 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia spem, spes autem non confundit.

b Veruntamen] quasi dicat, sperabo in eo non tamen confidens de meritis operum. Sed

c Vias meas] idest, opera, quibus ad Deum tendo.

e Arguam] *Prov.* 18. Justus prior accusator est sui.

f Et ipse erit] Ecce finis argutionis suæ, quasi dicat, si me dijudico, non utique judicabor a Domino 1. *Cor.* 11.

d In conspectu ejus] idest, coram Confessore, qui est vicarius ejus, vel in secreto conscientiæ, ubi ipse solus videt.

g Omnis hypocrita.] *Greg.* Uno modo in conspectu Dei venimus, cum hic peccata nostra subtiliter perpendimus, & nos flendo dijudicamus. Unde Elias: Vivit Dominus, in cujus conspectu sto; 3. *Reg.* 17. Hoc modo non venit hypocrita in conspectu Dei. Alio modo, quando in extremo ante judicem assistemus: Hoc modo etiam assistet hypocrita, recepturus prout gessit. 2. *Cor.* 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum. Tertio modo venitur in conspectu Dei, scilicet, ad fruendum eo: Et hoc modo non veniet quisquam malus. *Isa.* 26. secundum LXX. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Sed ne Job crederetur in hac sententia involvi: quia suspicabantur ipsum esse hypocritam, ideo subdit:

h Audite sermonem] aure interiori.

i Et ænigmata] idest, sermones sub figuris occultatos: De quibus *Prov.* 1. Intelligens anima advertet parabolam, & interpretationem, verba sapientium, & ænigmata eorum. Per hoc autem innuit, se habere figurativas locutiones, unde non ubique quærendus est sensus litteralis. *k* Si fuero judicatus] in ultimo judicio, ante quod modo flagellor.

l Scio, quod justus inveniar.] Contra *sup. cod.* 9. Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Item *Eccl.* 9. Nemo, scit, an amore, vel odio dignus sit. *Sol.* Hic loquitur Job secundum testimonium conscientiæ suæ, idest, de conjectura, non de certitudine. *Rom.* 8. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Quod autem objicitur, intelligitur de certitudine scientiæ, quia nemo scit finem suum. Aliter solvit *Greg.* dicens, quod Job sibi iniquitatem tribuit, & Deo purgationem; & peccatorem se cognoscit ex se, & justum se factum non ignorat ex munere, idest, ex gratia. *m* Quis est, &c.] Hoc dicit confidens super testimonio conscientiæ suæ, quasi dicat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Sicut dicitur *Joan.* 8.

n Veniat:] in judicio, & accuset me, si potest. *Greg.* Quia in exterioribus actibus, unde reprehendatur, non habet, libere accusatorem quærit. Quia vero justorum corda etiam de stulta cogitatione se reprehendunt, subditur:

o Quare tacens consumor?] impiis cogitationibus; ac si dicat: Etsi sic vixi, ut accusarem conscientiam non timorem. Quanto enim quis magis fervet in oratione, tanto gravius impugnatur a cogitationum importunitate. *Eccl.* 10. Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. Et *Gen.* 15. Descendebant volucres super sacrificia, sed Abraham abigebat eas. *p* Duo tantum ne facias mihi,] idest, amoveas a me: Quæ postea determinat, scilicet, percussionis duritiam, & pondus formidinis.

q Et tunc] idest, si hæc duo removeris.

r A facie tua non abscondar] idest, animadversione in die judicii. Unde de hac facie dicit *Psal.* 50. Averte faciem tuam a peccatis meis. *Tren.* 4. Facies Domini divisit eos, non addet, ut respiciat eos.

s Manum tuam] Ecce primum, quod petit amoveri, idest, duritiam tuæ percussionis amove a me. *t* Et formido, &c.] Ecce secundus, pondus formidinis tolle, & sic spiritum securitatis infunde. *Greg.* In conspectu Dei justus esse non valet, qui non per dilectionem, sed per formidinem servit. Timorem igitur servilem petit amoveri Job, & charitatem infundi.

r à facie tua nô abscondar. *s* Manum tuam longè fac à me, & † *t* formido tua non me terreat. *u* Voca me, & † *x* respondebo tibi, *y* aut certè loquar, & *z* tu responde mihi. *a* Quantas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea & delicta † ostende mihi. *b* Cur faciem tuam *c* abscondis, & *d* arbitraris me inimicum tuum? *e* Contra folium, quod † vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. *f* Scribis

al. † fortitudo

al. † ego. *Infr.* 14.

al. † mea.

al. † à vento.

u Voca me,] quasi dicat, magnitudine tua non premas me, imo per gratiam securitatem infunde. Quæ si feceris, Voca me.

x Et respondebo tibi,] de gratia securus. Nota: Vocat nos Deus per flagella. *Proverb.* 1. Vocavi & renuistis. Per beneficia. *Isa.* 50. Vocavi, & non erat, qui audiret. Per prædestinationem. *Rom.* 4. Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Per inspirationem *Rom.* 8. Quos prædestinavit, per prædicationem. *Matth.* 22. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Homo vero respondet Deo patiendo, gratias agendo, credendo, cooperando, obediendo. Et hoc est: Et ego respondebo tibi, prædictis modis.

y Aut certe loquar,] per bonum desiderium, quod est os animæ, sive verbum animæ.

z Et tu responde mihi] desiderio meo satisfaciendo. *Greg.* Vocare Dei, est nos amando, & eligendo respicere. Nostrum respondere, est amori ejus obedire. Nostrum loqui ad Deum, est faciem ejus per desiderium postulare. Respondere Dei, est nobis se amantibus apparere. Sed quia Deum desiderans, subtilius statum proprium discutit. Ideo subdit:

a Quantas habeo iniquitates, &c.] Non enim apparet Dominus nisi mundatis mentibus: Ideo Job notitiam peccatorum petit, ut ea lacrymis lavet, & sic videre Deum lotus valeat. Quatuor ponit, per quæ omne genus peccati comprehenditur. Iniquitas in Deum, peccatum in seipsum, scelus in proximum. Hæc tria in faciendo non faciendum: delictum in omittendo faciendum. *Gregor.* Major est iniquitas quam peccatum. Unde *Gloss.* Omnis homo peccatorem se confitetur, sed se iniquum dici pudet. Et scelus majus est quam delictum: quia scelus fit in opere, delictum latet in cogitatione. Unde *Psal.* 18. Delicta quis intelligit? Memor igitur status, a quo cecidit homo per peccatum, dicit:

b Cur faciem tuam] idest, filium, vel faciem gratiæ.

c Abscondis,] idest, abscondere videris. *Isa.* 64. Abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

d Et arbitraris me inimicum tuum?] non volendo respicere: quia si tu amicum respiceres me, tuæ visionis lumine non privares.

e Contra folium] idest, hominem, qui & arbor, & folium, & stipula dicitur. Arbor quidem fuit in conditione, folium in tentatione, stipula in dejectione. Ideo dicit Apostolus *Eph.* 4. Non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. *Isa.* 64. Cecidimus nos quasi folium universi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. *Eccl.* 5. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Folium ergo dicitur homo, quia cecidit; stipula, quia fragilis fuit: sicca, quia viriditatem gratiæ perdidit. *Malac.* ult. Erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem sicut stipula. Est ergo sensus: Cur tanta rectitudine impetis eum, quem sic infirmum esse agnoscis? *f* Scribis enim, &c.] inevitabiliter punis. *Greg.* Quod loquimur, transit; quod scribimus, manet. *Joan.* 19. Quod scripsi, scripsi. Ideo Deus non loqui amaritudines, sed scribere dicitur: quia diu super nos ejus flagella perdurant. Semel enim scripsit sententiam de mortalitate hominis, quando dixit: Quacumque die comederis, morte morieris, *Gen.* 2. quæ usque ad ultimum mutari non valet. Duplici autem ratione dicitur pœna scribi. Prima est: quia culpa erat scripta. *Jerem.* 17. Peccatum Juda scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino. *Isa.* 65 Ecce scriptum est coram me, non tacebo; sed reddam in sinu eorum iniquitates Secunda est: quia scriptura sicut pœna erudit. *Jer.* 6. Erudire Jerusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem. Secundum LXX. Per multa flagella erudieris, Jerusalem.

a Et consumere me vis] ut videtur. b Peccatis adolescentiæ meæ.] quia in juventute se peccasse non invenit, adolescentiæ facta timet. *Greg.* Sunt ætates in mente, sicut & in corpore. Prima, infantia, cum innocens est, & nescit fari, quod est. Inde pueritia, in qua loquitur, quæ vult, sed adhuc innocens. Deinde adolescentia, quæ i. est in operatione, meritoria vel demeritoria. Inde juventus, apta fortitudini. Hinc senectus, congrua maturitati. Patet igitur gravia esse peccata juvenum, & senum, si illud sic justus meruit, quod in infirma ætate deliquit. *Jerem.* 31. Sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. *Ps.* 24. Delicta juventutis meæ &c. *Prov.* 22. Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Ideo dicitur *Thren.* 3. Bonum est viro, cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua.

Inf. 21.

A

enim contra me amaritudines, & a consumere me vis b peccatis adolescentiæ meæ. c Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti: d Qui quasi putredo consumendus sum, e & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.

CAP. XIV

f HOmo natus de muliere g brevi vivens tempore, h repletur multis miseriis. i Qui quasi flos egreditur, &

Ex conf. dif. & c. tales

c Posuisti, &c.] Nervus, genus vinculi carceralis, quod Gallice dicitur, *ceps*. De quo *Jerem.* 20. Percussit Phassur Jeremiam Prophetam, & misit eum in nervum. Per quem signatur fomes peccati, quo stringitur homo quasi vinculo. Unde *Rom.* 7. Infelix ego homo, &c. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Unde *Ps.* 115. Dirupisti, Domine, vincula mea. Vel, per nervum intelligitur pœnalitas, qua ligatur homo pro peccato: Per pedem significatur affectio: per semitas actionum cogitationes, nam per viam actiones designantur: Per vestigia pedum, intentiones operum, vel ipsa prava opera designantur, quæ agimus in flexo pede, sequentibus distorta vestigia relinquimus. Pedem igitur in nervum posuit homini Deus, quando malas affectiones ejus districta sententia ligavit. Semitas observat: quia cogitationes operum subtiliter dijudicat. Vestigia pedum considerat: quia intentiones, vel opera districte examinat. *Eccl.* ult. Cuncta, quæ fiunt, Deus adducet in judicium. *Sap.* 4. Commovebit illos a fundamentis, idest, a cogitationibus, & usque ad supremum operum desolabuntur. *Matth.* 12. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem Deo in die judicii. d Qui quasi putredo] idest, corruptione carnis conterendus, & in putredinem redigendus. e Et quasi vestimentum, &c.] quia de carne exit tentatio, quæ eam corrodit, sicut de veste tinea. *Eccl.* 42. De vestimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Item *Eccl.* 41. Luctus hominum in corpore ipsorum. *Osee* 5. Ego quasi tinea Ephraim.

EXPOSITIO CAP. XIV.

f HOmo natus] in hoc capitulo tria dicunt: Primo quod homo quasi flos egrediens, fugit velut umbra. Secundo dicit, quod mortuus non vivet, neque resurget nisi prius cœlum atteratur. Tertio ostendit, quod gressus hominis numerati sunt, & consignati a Domino. Unde breviter exponitur hic pœna hominis: qui ad vitam angustiatur, & ad miserias dilatatur. Hic mulieris nomine infirmitas designatur. Et est sensus: Quid habet in se fortitudinis, qui natus est ex infirmitate, qui angustiatur ad vitam, dilatatur ad miseriam?

g Brevi vivens tempore,] *Eccl.* 18. Numerus dierum vitæ hominis ut multum centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt. h Repletur] quia omnia hic sunt miseria.

i Multis miseriis] exterioribus, & interioribus: quia a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas, *Isa.* 1. *Greg.* Omnia hic miseria sunt.

k Qui quasi flos egreditur] nascendo, quia floret in carne *Isa.* 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos fœni. *Eccl.* 14. Omnis caro sicut fœnum veterascet. *Jacob* 1. Dives sicut flos fœni transibit.

k Et conteritur,] vivendo, quia paulatim redigitur in pulverem.

l Fugit velut umbra,] moriendo *Jerem.* 6. Væ vobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbræ vesperi. 1. *Paral.* 29. Dies nostri, quasi umbra super terram, & nulla est mora, Domine Deus noster. Ideo bene dicitur: Fugit, per momenta: Velut umbra, sine calore. *Sen.* Dum differtur vita nostra, discurrit. Et nota, quod non solum fugienti, sed umbræ comparatur vita hominis, scilicet, propter vanitatem, & caloris spiritualis defectionem. m Et nunquam in eodem statu permanet.] quia homo de corruptione natus, in corruptionem mutatur, de natura in naturam per etates temporis: primo infans, secundo puer, deinde adolescens, postea juvenis deinde senex, tandem decrepitus. Mutatur etiam de miseria in miseriam, de pœna in pœnam, de peccato in peccatum per pœnitentiam, de virtute in virtutem per gratiam, de miseria in gloriam, quando hoc mortale induet immortalitatem. 1. *Cor.* 15. Hæc est mutatio dexteræ Excelsi. *Psal.* 76.

12. q. 1. quid ...

B

al. † prætere.

k conteritur, & l fugit velut umbra, & m numquam in eodem statu permanet. Et n dignum ducis o super hujuscemodi p aperire oculos tuos, & q aducere eum tecũ in judicium? r Quis potest facere mundum s de immundo conceptum semine? t Nonne tu, qui solus es? u Breves dies hominis sunt, x numerus mensium ejus apud te est. y Constituisti terminos ejus z qui † præteriri non poterunt. a Recede paululum ab eo, ut b quiescat, c donec optata

n Et dignum ducis] cum talis sit homo, & tu talis, & tantus.

o Super hujusmodi] tam vile, tam fragile, tam miserum.

p Aperire oculos tuos] *Greg.* Domini aperire oculos, est judicia exercere, & quem feriat, videre; quasi dicat, non sum dignus, ut super me aperias oculos tuos. Hic enim aperit oculos super illum, quem corripit, cui non parcit, ut in æternum parcat. Oculos claudit super illum, cui parcit, ut in æternum non parcat, quem dimittit secundum desideria cordis ejus, quasi non videret eum.

Inf. 25.

q Et adducere eum tecum in judicium?] ut a te de pari judicet, ut scilicet, tantam a me puritatem exigas, quanta est tua, in cujus conspectu astra non sunt munda. *Psal.* 142. Non intres in judicium cum servo tuo, Domine.

r Quis potest facere mundum] infirmitatem suam allegat Job; quasi dicat non debes, judicare, sed mundare, aliter non ero mundus: Quia.

s Quis potest facere mundum de immondo conceptum semine?] *Psal.* 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c.

t Nonne tu, qui solus es] mundus, scilicet, quia in ipso nihil coinquinatum incurrit. *Sap.* 7. *Prov.* 20. Quis potest dicere, mundus sum a peccato? *Eccl.* 34. Ab immundo quis mondabitur; quasi dicat, nullus. Et ita tu solus potes mundare, quia tu solus mundus es: quia attingis ubique propter tuam mundiriam. *Sap.* 7. Sine quo nihil est mundum. Vel sic: Tu solus es vere: quia nihil habes de nihilo.

u Breves dies hominis sunt] Ad litteram *Eccl.* 18. Numerus dierum hominis ut multum centum anni.

x Numerus mensium ejus apud te est.] notus, & diffinitus: Ab æterno enim præscivit Deus dies, menses, annos uniuscujusque. Vel, numerus mensium hominis apud Deum esse dicitur; quia labentia quæque apud Deum stant, cui nihil præterit, nihil advenit. Vel quia omnia fecit in numero, pondere, & mensura. *Sap.* 11.

y Constituisti terminos ejus,] idest, vitæ ejus.

z Qui præteriri non poterunt.] quia Dei diffinitio, seu providentia falli non potest. Sed objicitur, de annis Ezechiæ, quibus additi sunt quindecim anni, ut legitur *Isa.* 38. Nam si terminus vitæ ejus non erat constitutus, ut tunc moreretur, quando dixit Isaias: Morieris, & non vives, mentitus est Propheta: Si autem constitutus erat terminus: ergo terminus, quem constituit Dominus, potest præteriri. Item Deus constituit terminum vitæ hujus centum annos: Sic ita constat, quod iste potest sibi injicere manus ante illum terminum, & mori: ergo terminus a Domino constitutus potest præteriri. Ad idem facit, quod dicitur *infr.* 15. Antequam dies ejus impleantur, peribit. Solutio est: quod conjunctim accipiendo, terminus constitutus a Deo præteriri non potest, nec augeri, nec minui, divisim vero potest, quod alias melius solutum est.

a Recede paululum ab eo] idest, flagella præsentis vitæ subtrahe, & bona æternæ quietis ostende.

b Ut quiescat] in eis, vel in te per contemplationem & spem.

c Donec optata] quies, scilicet, vel beatitudo: Sicut ibi: *Psalm.* 26. Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem, &c.

a veniat, & b sicut mercenarii c dies ejus. d Lignum habet e spem: Si f præcisum fuerit, g rursum virescit, & h rami ejus pullulant. Si i senuerit in k terra k radix ejus, & in l pulvere emortuus fuerit truncus illius, ad m odorem aquæ germinabit, & faciet n comam, quasi o cum primum plantatum est. Homo vero cum p mortuus fuerit, & nudatus q atque consumptus, r ubi quæso est? s Quomodo si recedant aquæ de mari, & t fluvius t vacuefactus arescat, sic u homo, cum dormierit, non † resurget. x Donec atteratur cœlum, non evigilabit, nec consurget de y somno suo. z Quis mihi a hoc b tribuat, c ut in inferno d protegas me, & e abscondas me, f donec pertranseat g furor tuus, & h constituas mihi tempus, in quo i recorderis mei? k Putasne, mortuus homo rursum vivet? l Cunctis diebus, quibus nunc m milito, n expecto, o donec

al. † consurget.

a Veniat,] Vel optata scilicet dies, quando erit quies, non solum pectoris, sed æternitatis, quando quiescet, non per spem, sed per speciem; non per contemplationem tantum, sed per fruitionem. b Et sicut mercenarii] Ostendit quomodo optata est dies illius quietis: Sicut, scilicet mercenarii expectantis præmium, & optantis finem diei: Ita c Dies ejus.] *Sup.* 7. Mercenarius præstolatur finem operis sui. *Pr.* 17. Gemma gratissima expectatio præstolantis.

d Lignum habet spem:] ad probandum, quod innovatio illa non fit per hominem, sed a Deo; utitur Auctor exemplo naturali, sicut *Apost. Cor.* 15. ubi

C

dicitur: Insipiens, quod tu seminas, &c. Et comparat ligno præciso hominem mortuum. Unde dicit: Lignum, &c. q. d. sicut lignum præcisum iterum pullulat, & virescit, & truncus emortuus præ siccitate, ad odorem aquæ iterum germinat: Sic homo mortuus per gratiam Dei reviviscit. Et innuit ipsa littera, per quem erit hæc reparatio: quia per Spiritum insufflantem super interfectos: Sicut dicitur *Ezech.* 37. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reviviscant. Lignum *ad litteram*, e habet spem.] idest, spes habetur de ipso, hæc scilicet: f Si præcisum fuerit, sursum virescit, &c.] m Ad odorem aquæ] idest ad sensum aquæ, sive ad tactum. n Comam,] frondium, & ramorum. Sed quia in ligno præciso, vel mortuo adhuc aliquid est activum, sine quo non rursus virescit, ne similiter crederetur esse in pulveribus hominum mortuorum, subdit: o Homo vero, &c.] nudatus vita præsenti. q Atque consumptus,] idest in pulverem redactus. r Ubi quæso est?] q. d. nusquam apparet. s Quomodo] idest, sicut. t Fluvius] idest alveus, per quem fluit aqua. t Vacuefactus] idest evacuatus aqua. u Sic homo] ex se scilicet 2. *Reg.* 12. Ego vadam magis ad eum, ille autem non revertetur ad me. Item 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. x Donec atteratur] aereum, scilicet, idest purificetur quantum scilicet peccata hominum ascenderunt. *Matth.* 24. Cœlum, & terra transibunt. 2. *Pet.* 3. Cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur. *Jer.* 31. Cum defecerint leges cœli coram me, tunc & semen Israel deficiet. Et nota, quod non negat omnino omnes mortuos resurgere, sed ad tempus, donec sc. atteratur cœlum. y De somno] scilicet mortis *Joan.* 11. Lazarus amicus noster dormit. *Eph.* 5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis. *Dan.* 12. Multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt, alii in vitam æternam, alii in opprobrium.

Mystice.

Mystice exponitur de Christo d Lignum] idest Christus. De quo *Prov.* 3. Lignum vitæ est his, qui apprehendunt eam. *Luc.* 23. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? f Si præcisum] Hoc lignum præcisum fuit in Passione. g Rursum virescit] in Resurrectione. h Et rami ejus pullulant,] idest fideles ejus multiplicantur. k Radix] i. prædicatio, ex qua oriuntur fideles. i Senuerit] idest viluerit. k In terra,] idest in cordibus Judæorum terrenorum. l Et in pulvere emortuus fuerit truncus illius,] idest a persecutoribus interemptus Christus. m Ad odorem aquæ germinabit,] quia per virtutem divinitatis caro extincta ad vitam reddit. n Et faciet comam, quasi cum primum plantatum est.] quia Apostoli, qui in ejus morte aruerant eum deserendo, viruerunt iterum redeundo post resurrectionem. o Homo vero] idest peccator. p Cum mortuus fuerit,] morte culpæ. q Et nudatur,] ornatu justitiæ. q Atque consumptus] acerbitate pœnæ. r Ubi quæso est?] quia nec in patria, nec in exilio, imo est in Regno dissimilitudinis, miser homo, filius prodigus.

s Quomodo, &c.] Mare mens hominis est, fluctus maris, cogitationes mentis, cum homo moritur, aquæ de mari recedunt. Et hoc est: Quomodo, &c.] *Ps.* 145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. t Et fluvius vacuefactus arescat,] quia anima subducta, vacuum remanet corpus, quia vacuus alveus. Mari autem comparatur mens hominis, quia modo adversitatis amaritudine afficitur, modo dulcedine prosperitatis repletur, modo tumet per superbiam, modo fervet per iram, stridet per invidiam, nubila est per tristitiam, omnia recipit per avaritiam, omnia devorat per gastrimargiam, spumat per luxuriam, aliquando tranquilla fit per gratiam. Sequitur; x Donec atteratur] quia nisi finis hujus mundi advenerit, genus humanum a somno non evigilabit.

Moraliter.

Moraliter. d Lignum habet spem:] idest vir justus, cum in morte, vel qualibet passione afficitur certam habet expectationem, quod in æterna beatitudine iterum reviviscit.

h Et rami ejus pullulant,] quia exemplo illius alii fideles viriditatem vitæ spiritualis accipiunt.

i Si senuerit in terra radix ejus,] idest prædicatio ejus in cordibus terrenorum viluerit. l Et in pulvere emortuus, &c.] idest, a malis corpus ejus afflictum, vel extinctum. m Ad odorem, &c.] idest per afflatum Sp. Sancti in cordibus electorum exemplo sui operis germen virtutum radicabit. n Et faciet comam,] idest exemplo suo multorum corda in viriditate fidei suscitabit. o Quasi cum primum plantatum est.] Quia sicut vivens doctrina, & exemplo multos suscitavit, ita mortuus miraculis, & sui memoria, ac orationibus, multos convertit. Vel radix justi est humana natura, quæ in terra senescit, cum in pulverem redit. Truncus eradicatur, cum corpus a sua specie dissipatur. Ad odorem aquæ germinat, cum per gratiam Sp. Sancti resurgit. Comam facit, quasi cum primum plantatum est, quia ad illam speciem redit, ad quam percipiendam in paradiso, si non peccasset, creatus fuit. Sequitur: z Quis mihi, &c.] Sciens autem Job ante adventum Christi omnes ad inferos descensuros, saltem illic protectionem postulat, ut non in locis pœnalibus; sed in superioribus sit, quæ etsi sint pœnalia quoad damnum, non tamen quoad sensum. Et vocat infernum limbum inferni, ubi in sinu Abrahæ erant electi in beata expectatione. Quis vero, nota est singularitatis. a Hoc] magnum, hoc singulare donum. b Tribuat,] ex gratia, non ex meritis reddat. c Ut in inferno] idest, in sinu Abrahæ, ubi omnes electi straverant lectum suum. De quo *Zach.* 9. Eduxisti in sanguine testamenti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. d Protegas me,] a tormentis inferni inferioris, ubi sunt reprobi. *Psalm.* 85. Eruisti animam meam ex inferno inferiori. e Et abscondas me,] a suppliciis reproborum. *Psal.* 26. Abscondit me in tabernaculo suo in die malorum, &c. f Donec pertranseat,] idest, perfecte transeat. g Furor tuus,] idest vindicta tua, qua punis post mortem peccata. De quo *Isa.* 30. Ardens furor ejus, & gravis ad portandum. Hoc idem orabat David, ibi: Domine, ne in furore tuo arguas me. Nec est hoc contra illud *Sap.* 12. Tu dominator virtutis, cum tranquillitate judicas omnia. Quia Deus in se tranquillus est, sed illis, qui pœnam sentiunt, videtur furiosus, secundum quorum opinionem vindicta Dei furor dicitur. Hic furor pertransit justos, qui erant in limbo, quando eos eduxit, & malos in profundo inferni reliquit, secundum quod dicitur *Oseæ* 13. Ero mors tua, & mors, morsus tuus ero, inferne. h Constituas mihi tempus,] eductionis. De quo *Gal.* 4. Ubi venit plenitudo temporis, &c. i In quo recorderis mei,] idest, effectum tuæ recordationis in me ostendas. In his adventum ad inferos petit Job. Hoc tempus præfinitum fuit in *Dan.* 9. Post 62. hebdomadas occidetur Christus, & non erit ejus populus, qui eum negaturus est, sc. Judaicus populus, qui in Passione Domini recessit a fide.

k Putasne,] non est quæstio dubitationis; sed humilitatis, qua condescendit infirmis. Unde *Greg.* Solent justi, hoc, quod certum sentiunt, quasi ex dubio proferre, ut infirmorum verba in se transferant. Sicut Joannes *Matth.* 11. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Cunctis diebus,] Hic probat prædictam quæstionem non fuisse dubitationis, ostendens se certum de Resurrectione. m Milito,] quia militia est vita hominis super terram, *sup.* 7. Hæc enim vita semper tendit ad finem. n Expecto,] certa spe. o Donec

veniat

veniat immutatio mea. *a* Vocabis me, & *b* ego respondebo tibi. *c* Operi manuum tuarum porriges dexteram. *d* Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed † parce peccatis meis. *e* Signasti *f* quasi in sacculo delicta mea, sed *g* curasti iniquitatem meam. *h* Mons *i* cadens *i* defluit, & *k* saxum *k* transfertur de *l* loco suo. *m* Lapides excavant *n* aquæ, & *o* alluvione paulatim *p* terra consumitur. Et *q* homines ergo *r* similiter perdes. *s* Roborasti eum *t* paululum, ut in *u* perpetuum transiret. *x* Immutabis *y* faciem ejus, & *z* emittes eum. *a* Sive nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelligit. *b* Attamen caro ejus, *c* dum † vivit, *d* dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

al. † parces. al. † parcis. — al. † vivet.

D

CAP. XV.

e RΕspondens autem Eliphaz Themanites, dixit: *f* Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & *g* implebit ardore *h* stomachum suum? *i* Arguis verbis *k* eum, qui non est æqualis † tui, & *l* loqueris, quod tibi non expedit. *m* Quantum in te

al. † tibi.

A

veniat immutatio mea.] idest, in melius mutatio. 1. *Cor.* 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. *a* Vocabis me,] in jussu, & voce Archangeli, & in tuba Dei. 1. *Thes.* 4. Dicendo: O vos mortui, &c. *b* Et ego respondebo tibi.] incorruptibilis resurgendo. *Gregor.* Tunc vocanti Deo veraciter respondebimus, quando ad jussum Dei incorruptibiles resurgemus; modo vero dum corruptio durat, incorruptibili non respondemus, quia non similes, sed longe sumus dissimiles. *c* Operi, &c.] q. d. creatura corruptibilis ad corruptionem pervenire poterit: quia manu tuæ potestatis erigetur. Vel dextera dicitur Filius, qui incarnatus ad egrediendum hominem missus fuit. *Cant.* 2. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *d* Tu quidem, &c.] q. d. & in hoc mita misericordia tua: quia mala pensas, & tamen misericorditer relaxas. *Greg.* Gressus enumerat, & peccatis parcit: quia subtiliter acta nostra considerat, & tamen pœnitentibus misericorditer relaxat. *Sap.* 11. Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *e* Signasti] q. d. parce dimittendo: quia signasti, &c. Vel sic: Tu dinumerasti, &c. Non solum dinumerasti gressus operum, sed etiam signasti delicta cogitationum.

f Quasi in sacculo] idest, in secreto judicio tuo, vel in corde meo, ut aliquando prodeant in publicum, nisi hic per pœnitentiam deleantur. *g* Sed] licet signaveris, tamen, curasti iniquitatem meam.] per flagellorum medicinam. *Eccl.* 10. Curatio cessare faciet peccata maxima. *Greg.* Peccata nostra Deus dinumerat, dum nos ad singula, quæ fecimus, deflendo convertit. Parcit, quia quæ nos punivimus, non puniet. Signat, & curat, quia nec multa deserit, nec in judicio punit. Cor vero hominis quasi sacculus Dei est, in quo mala signantur, dum studiose conspiciunt, quæ si homo cognoscit, Deus ignoscit. *Deut.* 32. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? *h* Mons cadens] hæc patent ad litteram. Unde *Poeta*:

Gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpè cadendo.
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.

Ovid. de ar. ... Tristib.

Mystice autem duo, sunt genera tentationum, quæ tanguntur hic. Unum quod repente agitur: Aliud, quod paulatim in montem venit, & levibus suggestionibus animum inficit. Unde in summa sensus est: Sicut hæc insensibilia modo subito ruunt, modo paulatim aquarum infusa mollitie consumuntur, ita rationabilis in alto constitutus, ut mons durus, ut lapis inflexibilis, sicut saxum, modo subita tentatione dejicitur, ut David ad respectum Betsabee 2. *Reg.* 11. modo longa, & longa suggestione consumitur, ut Salomon, qui prius in alto constitutus, ut mons, templum Deo construxerat, mulierum assiduitate dejectus, idolis fana fabricavit. 3. *Reg.* 11. Et hoc est: *h* Mons] i. vir in alto virtutum constitutus. *i* Cadens] a gratia. *i* Defluit,] in consensum. *k* Et saxum] i. vir, qui inflexibilis videbatur. *k* Transfertur] ad operis perpetrationem. *l* De loco] innocentiæ. *n* Et aquæ,] i. assiduæ tentationis. *n* Excavant] quasi molliendo. *m* Lapides] i. viros duros, & fortes. Vel per lapides constantia mentis, per aquam blandimenta sæculi, intelliguntur, quæ cavant constantiam mentis, & vacuam relinquunt. *o* Et alluvione] idest, frequenti tentatione. Alluvio] est latens incrementum. *p* Terra consumitur.] idest, sapiens. *o* Paulatim] *Eccl.* 19. Qui spernit modica, paulatim decidet: *q* Et homines] adaptat similitudinem. *r* Similiter] q. d. Sicut mons cadit subito, & lapis paulatim consumitur, sic homines in tentationibus, quidam subito, quidam paulatim dejiciuntur. *s* Roborasti] q. d. quamvis perdas, tamen roborasti. *t* Paululum] hominem ut scilicet, hic vivendi vires habeat, in quo robore brevi colligit homo perpetuitatem, vel in gaudio, vel in pœnis. Et hoc est *u* Ut in perpetuum transiret.] in viam, sc. vel in mortem. Paululum dicit, quia brevis est omnis vita hominis. *Jac.* 4. Quæ est vita nostra? Vapor ad modicum parens. *x* Immutabis] q. d. roborasti hominem paulum: Et ideo immutabis in morte.

y Faciem ejus,] *Gr.* Facies hominis immutatur, cum species ejus morte atteritur.

z Et emittes eum.] Quia ab his bonis transitoriis, ad æterna bona transferes.

a Sive nobiles fuerint, &c.] non intelliget homo, sc. post emissionem, qua hic roboratus, tamen, &c. immutatus, idest, translatus. *Greg.* Sicut viventes mortuorum animæ, quo loco habeantur, ignorant; ita mortui, qui carnaliter vixerunt, vitam in carne positorum, qualiter post disponatur nesciunt. Sicut dives Epulo: *Luc.* 16. Nesciebat de fratribus suis, unde rogabat Abraham, ut mitteret unum ex mortuis ad eos. *Isa.* 63. Abraham nescivit nos, & Israel ignoravit nos. Ibi *Aug.* Nesciunt mortui etiam sancti, quid agunt vivi eorum filii. Contrarium tamen videtur dicere *Greg.* Justorum animæ, quæ claritatem Dei vident, nihil est foris, quod ignorent. Sol. Est ad hoc, quod Sancti omnia ad salutem pertinentia vident ex revelatione, multa vero non vident ex se. Vel filios vocat opera: nobiles si recta sunt, ignobiles si perversa. Sive igitur nobiles sint filii ejus, sive ignobiles, homo non intelligit: quia subtili examine discussa ejus opera, utrum approbentur, ignorat. *Eccl.* 9. Nescit homo, &c. Ideo dixit Job *sup.* 9. Verebar omnia opera mea sciens, quod non parceres delinquenti *b* Attamen caro] idest, homo exterior. *c* Dum vivit,] in hoc mundo. *d* Dolebit,] idest, tribulationem patietur. 1. *Cor.* 7. Tribulationem carnis habebunt hujusmodi. *Jer.* 8. Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.

d Et anima, &c.] Homo interior spiritualiter vivens. De quo luctu dicitur *Luc.* 23. Filiæ Jerusalem nolite flere super me, sed super vosipsas flete. Dolere autem debet homo carnalis de peccatis, quæ fecit; de bonis, quæ omisit, de miseriis, quas incurrit. Homo spiritualis, nihilominus lugere debet pro dilatione patriæ, pro incolatu præsentis miseriæ, pro aliorum afflictione.

EXPOSITIO CAP. XV.

e RΕspondens autem Eliphaz] Finitis verbis Job, respondet Eliphaz, qui *suprà* 4. superbe satis responderat reprehendendo ipsum Job. Hic autem super duobus maxime arguit eumdem Job. Primo, quia in prædictis videtur Dominum arguisse. Secundo, quia se mundum esse jactavit, ad ultimum concludens pœnam simulatoris, qualem putabat esse Job. Dicit ergo: *f* Nunquid sapiens respondit quasi in ventum loquens,] idest, inutiliter, & superbe, q. dic. quia verba sapientum statera ponderabuntur. *Eccl.* 21. Vel in ventum loqui, est mendaciter loqui. *Prov.* 10. Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aves volantes. *Jer.* 5. Prophetæ fuerint in ventum locuti, & responsum non fuit in eis. *g* Et implebit ardore] iræ, & furoris. *h* Stomachum suum?] idest mentem, vel cor suum, ut contra Deum loquatur, sicut tu, q. d. non. Hoc enim faciunt stulti, quos interficit iracundia, *sup.* 5. *Isa.* 33. Concipietis ardorem, & parietis stipulam.

i Arguis, &c.] q. d. vere in ventum, & in ardore loqueris, quia arguis verbis ventosis, non factis famosis. *k* Eum, qui non est æqualis tui,] idest, Deum, vel me, & alios, q. d. arguis meliores te, quod stultum est. Senior enim non est increpandus, sed obsecrandus, ut pater 1. *Tim.* 5.

l Et loqueris, &c.] Imo quod officit, *suprà* 13. Ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio. *m* Quantum in te est, evacuasti timorem,] i. in verbis tuis: quia sine timore non potest homo justificari, ut dicitur *Eccl.* 1. Per evacuationem timoris totum ædificium virtutum

tum evacuatum innuit. Omnes enim sapientia, timor Domini, & in illa timere Deum. *Eccl.* 19. *a* Et tulisti] i. abstulisti. *b* Preces coram Deo.] vel, Domino q. d. de tua justitia præsumens gratiam Dei deprecari contemnis. Vel sic: Et tulisti preces coram Deo, i. inutiles reddidisti propter malam vitam, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccl.* 15. Et *Jo.* 11. dicit cæcus illuminatus: Scimus, quia peccatores Deus non audit: *c* Docuit enim iniquitas, &c.] q.d. non ex simplicitate, sed ex malitia locutus es. *Matt.* 9. Ex abundantia cordis os loquitur. *Prov.* 18. De fructu oris viri replebitur venter ejus. Et ita patet, quod vita perversa linguæ perversæ magistra est. *d* Et imitaris linguam blasphemantium. q.d. blasphemas. Unde *e* Condemnabit te os tuum,] i. culpa eloquii tui est tibi causa flagelli, & non ego. *f* Et labia tua respondebunt tibi.] i. pœna inflicta pro peccatis labiorum respondebit malitiæ cordis tui. *Prov.* 18. Os stulti contritio ejus, & labia ipsius ruina animæ ejus. *g* Nunquid primus, &c.] qui sine peccato solus creatus est, q. d. nunquid tu solus es sine crimine? *h* Et ante colles, &c.] i. ante sæcula genitus, ut possis vere loqui de æterno. Vel ante colles, idest majores te, qui Deum furentem tenebant, ut Moyses. *Isa.* 64. Non est, qui invocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.

B

i Nunquid consilium, &c.] ut de sapientia ejus disputes? Et hoc dicit Eliphaz, quod cum sit temporalis disputat de Æterno, & ignorans de Dei sapientia. Et videtur facere Eliphaz, quod dicitur *Eccl.* 5. Deus in cœlo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui, de illo, sc. *Sap.* 11. Quis hominum poterit scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? q.d. nullus. *Isa.* 40 Quis adjuvit spiritum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? *k* Et inferior te erit, &c.] ut eam, q.d. tibi subjectam plene cognoscas, q. d. *l* Quid nosti,] alio te docente. *m* Quod ignoremus.] q. d. nihil. Et hoc dixit Eliphaz contra illud, quod dixerat *supr.* 12. Et mihi est cor, sicut & vobis.

n Quid intelligis, &c.] *Gr.* Hæc verba patenter ostendunt, ex qua mentis elatione prodeant. *o* Et senes, & antiqui] q.d. sapientes, & prudentes sumus *sup.* 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Et ita verbis Job utitur Eliphaz contra Job. *p* Nunquid grande est,] i. difficile. *q* Ut consoletur te Deus?] q.d. non, imo facile. *Eccl.* 11. Facile est in oculis Domini subito honestare pauperem. Vel nunquid grande est, idest, magnum. Ut consoletur te Deus, per flagella scilicet, q.d. si ad augmentum coronæ hæc flagella sustineres, magis deberet hæc flagellatio esse, quam tribulatio. Et eflet quidem. *r* Sed verba tua, &c.] quibus inveheris contra Deum, & contra nos. *Jer.* 4. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt tibi hæc? *s* Quid te elevat cor tuum,] in superbiam. *t* Et quasi magna cogitans, attonitos habes oculos,] elatus in mirabilibus super te, sicut Pharisæus, qui se justificavit. *Luc.* 18. Sic falso criminabatur Eliphaz B. Job talem illum æstimans, qualis ipse erat. Unde *Greg.* Sæpe justorum mens ad altiora contemplanda suspenditur, ut exterius facies eorum obstupuisse videatur, Sicut B. Martinus insanus dicebatur, quia semper cœlum aspiciebat. Unde & moriens dicebat: Sinite me cœlum potius videre, quam terram. *Isa.* 38. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso. Sed hanc contemplationis vim reprobi per hypocrisim fleri putant. Quod enim in se est, in aliis suspicantur. *Prov.* 16. Qui attonitis oculis prava cogitat, mordens labia sua perficit malum. *u* Quid tumet, &c.] quos dixit *sup.* 13. Ad Omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio, &c. quibus videtur se laudans extollere. Sed non fuit hoc extollentia, sed humilis veritatis confessio. Unde *Greg.* Plerumque justi aliquibus necessitatibus afflicti, sua opera coguntur fateri, quod

est, evacuasti timorem, & *a* tulisti *b* preces coram Deo, *c* Docuit enim iniquitas tua os tuum, & *d* imitaris linguam blasphemantium. *e* Condemnabit te os tuum, & non ego, & *f* labia tua respondebunt tibi. *g* Nunquid primus homo tu natus es, & *h* ante colles formatus? *i* Nunquid consilium Dei audisti, & *k* inferior te erit ejus sapientia? Quid *l* nosti, quod, *m* ignoremus? *n* Quid intelligis, quod nesciamus? Et *o* senes, & antiqui sunt in nobis multo vetustiores quam patres tui. *p* Nunquid grande est, ut *q* consoletur te Deus? *r* Sed verba tua prava hoc prohibent. *s* Quid te elevat cor tuum, & quasi *t* magna cogitans attonitos habes oculos? *u* Quid tumet contra Deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo hujuscemodi sermones? *x* Quid est homo, ut immaculatus sit, & *y* ut justus appareat natus de muliere? *z* Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, *a* & cœli *b* non sunt mundi in conspectu ejus *c* quanto magis abominabilis, & *d* inutilis homo, *e* qui bibit quasi aquam iniquitatem. *f* Ostendam tibi, *g* audi me,

B. Job fecerat, quod putatur elatio. Sed in Dei auribus superba non sunt, quæ humili corde proferuntur. Sicut enim culpa est hominem hoc arrogare sibi, quod non est; sic aliquando non est culpa dicere humiliter quod est. Unde sæpe fit, ut justi, & injusti verba habeant eadem, cor tamen dissimile. Et ex quibus verbis Dominus ab istis offenditur, eisdem ab illis placatur, ut Pharisæus, qui se justificavit in opere, *Luc.* 18. Deum offendit. Ezechias vero humiliter se justum asserens, in cogitatione Deum placavit. *Isa.* 38. Memento inquit, quomodo ambulaverim coram te corde perfecto Et Paulus 2. *Cor.* 11. Existimo, inquit, me nihil minus fecisse a magnis Apostolis. Et Job *sup.* 12. Et mihi est cor, sicut & vobis, nec inferior vobis sum.

x Quid est homo, ut immaculatus sit,] q. d. quomodo homo infirmus, & terrenus, qui ad infirmitatem sponte cecidit, potest esse sine macula? q.d. non potest esse. *Eccl.* 7. Non est homo justus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *Exod.* 34. Dominator Domine Deus, nullus apud te innocens per se est. 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Tu igitur Job non debes timere. *Greg.* Inter iniquas reprehensiones vera admiscet Eliphaz, & bona dicit non bene. *y* Et ut justus, &c.] i. de corruptione. Vel *ad litteram*, de muliere.] q.d. quomodo apparere potest justus, qui de illa natus est, quæ injustitiæ propinatrix extitit?

Infr. 25. *De pen. d.* 2. *c. Sin*

z Ecce inter, &c.] per naturam. Etiam Joannes, quo inter natos mulierum non surrexit major. *Matth* 11. Sed inhærendo immutabili veritati fit homo, & Angelus immutabilis per gratiam, qui est, mutabilis per naturam. Ideo dicit David: Mihi adhærere Deo bonum, quia qui adhæret Deo, unus spiritus est. 1. *Cor.* 6. *Is.* 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem.

Ps. 72.

a Et cœli] i. Sancti alti per contemplationem, mundi per conversationem, concavi per humilitatem, stellati per virtutum, & operum varietatem.

b Non sunt mundi, &c.] per seipsos, vel in comparatione ejus, *infr.* 25. Stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus, *sup.* 4. Ecce, qui serviunt ei, non sunt stabiles; & in Angelis suis reperit pravitatem, quanto magis hi, qui habitant domos luteas. *Isa.* 44. Facti sumus, ut immundi, quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ. *c* Quanto magis abominabilis,] in malis. *d* Et inutilis homo,] in bonis propter mala comitantia, quæ diffamant bona ne placeant. Vel abominabilis propter immunditiam maculæ. Inutilis, propter injustitiam imperfectæ vitæ. Vel abominabilis propter malas cogitationes. *Prov.* 15. Abominatio Domini cogitationes malæ. Inutilis, quoad opera exteriora. *Sap.* 3. Vacua est spes illorum, i. impiorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. *e* Qui bibit quasi, &c.] i. cito, & sine mora facit peccata. *Greg.* Qui sine timore illicita facit, quasi injustitiæ poculum sine obstaculo glutit, *Prov.* 4. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt, *inf.* 34. Quis est vir, ut est Job; qui bibit subsannationem, ut aquam? Vel hæc dicit, quia homo facilis est ad mali executionem, & astutus. *Jer.* 4. Sapientes sunt, ut faciant mala; bene facere autem nescierunt: vel quia delectantur in mali perpetratione. *Prov.* 2. Lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Item 15. Stultitia est gaudium stulto. *f* Ostendam tibi,] quod nescis.

g Audi me,] quasi Doctorem. Et in hoc arrogantiam suam monstrat Eliphaz, quasi Doctorem se ducere vult. *Greg.* Proprium arrogantis est, ut cum rectum, vel parum senserit, inde elevetur, & quasi Doctor reverentiam a melioribus exigat. Sed quia audita cum minori auctoritate docentur, quam visa, ut majorem auctoritatem sibi arroget Eliphaz, subdit:

a Quod

quod vidi *a* narrabo tibi. *b* Sapientes *c* confitentur, & non *d* abscondunt patres suos. *e* Quibus solis data est terra, & *f* non transibit alienus per *g* eos. *h* Cunctis diebus suis impius superbit, & *i* numerus annorum incertus est *k* tyrannidis ejus. *l* Sonitus terroris semper in auribus illius, & *m* cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. *n* Non credit, quod *n* reverti possit de tenebris † ad lucem, *o* circumspectans undique gladium. *p* Cum se moverit ad quærendum panem, *q* novit, quod paratus sit in *r* manu ejus *ſ* tenebrarum dies. Terrebit eum *t* tribulatio, & *u* angustia vallabit eum, *x* sicut Regem, qui præparatur ad prælium. *y* Tetendit enim adversus Deum *z* manum suam, & contra *&* Omnipotentem roboratus est. *a* Cucurrit adversus eum *b* erecto collo, & *c* pingui cervice armatus est.

al. † non habet ad lucem.

a Quod vidi, &c.] *Jo.*3. Nos, quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur. Et quare narret subdit: Quia *b* Sapientes] sicut, & ego:
c Confitentur,] veritatem *Eccl.* 39. Sapientiam antiquorum omnium exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conservabit.
d Et non abscondunt, &c.] i. non celant sententias patrum suorum, sed potius narrant posteris, ut cognoscat generatio altera. Tamen contrarium videtur *Prov.* 10. Sententiam abscondunt sapientes. Hoc faciunt pro loco, & tempore ad vitandam elationem. *Eccles.* 20. Homo sapiens tacebit usque ad tempus. Vel propter indignitatem audientium. *Matth.*7. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis ante porcos margaritas. *e* Quibus solis, &c.] *ad litteram*, quia omnia sunt justorum, ipsi autem Christi, Christus autem Dei, 1 *Cor.* 3. Tamen hoc sibi appropriare præsumptionis est. Propter quod *sup.* 12 dixit Job: Ergo vos soli homines estis, & vobiscum morietur sapientia. *Isa.* 5. Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Contra hoc videtur illud *Sup.*9. Terra data est in manus impii, i. Ecclesia: Non ergo solis sapientibus, sive solis justis. Item *Rom.*13. Non est potestas nisi a Deo: *Gloss.* alicui homini bono, vel malo: Item *infr.*34. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Item *Jerem. ult.* De pauperibus terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas. Ibi *Gloss.* Stultis, & hebetibus commendat agriculturam, ut non vinum gratiæ spiritualis, & frumentum sanæ doctrinæ in vineis, & agris Prophetarum fructificent, sed spinæ, & tribuli vitiorum. *Isa.*3. Dabo pueros Principes eorum. Sol. Solis justis dicitur Dominus dedisse potestatem, quibus placatus dedit; aliis non, quia iratus dedit. *Osee* 8. Ipsi regnaverunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognovi. Item solis justis data est terra ad regendum, & docendum, idest Ecclesia. Impiis autem permittitur, & exponitur ad impugnandum, & vexandum ad exercitium bonorum.
f Et non transibit alienus,] i. Diabolus. *Prov.*14. Cor, quod novit amaritudinem animæ suæ, in gaudio ejus non miscebitur extraneus. Item 5. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. *Joel. ult.* Erit Jerusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius.
g Per eos.] quasi subjectos, quasi dicat, non errabunt in doctrina.
h Cunctis diebus suis impius superbit,] unde *Ps.*73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper *Gregor.* Solent etiam electi in quibusdam actibus superbire, sed antequam vitam finiant, ab elatione corda commutant, impius vero sic vitam terminat, ut ab elatione nunquam recedat. Et in hoc reprehendit Eliphaz B. Job de superbia, q.d. non es mundus, sed superbus.
i Et numerus annorum] hic de crudelitate arguit eum, q.d. quare quasi de certo extollitur, cujus vita sub incertitudine tenetur? *Eccl.*9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplo supervenerit.
k Tyrannidis] i. crudelitatis. *Greg.* Tyrannus proprie dicitur, qui in re communi, non jure principatur. Omnis tamen superbus juxta modum proprium tyrannidem exercet. Nam quidem alius in republica, alius in patria, alius in civitate, alius in domo propria, alius per latentem nequitiam hoc exercet apud se in cogitatione, & si possit opere. Unde *Prov.* 11. Manus in manu non erit innocens malus. *Eccl.*4. Noli esse sicut leo in domo tua evertens domesticos tuos. *Eccl.*20. Est, qui vetatur peccare ab inopia, & in requie sua stipulabitur.
l Sonitus terroris] q. d. impius semper timet, etiam ubi non est timor. *Prov.* 19. Pavor his, qui operantur malum. *Prov.* 10. Fugit impius nemine persequente. *Lev.* 26. In regionibus hostium terrebit eos sonitus folii volantis. Quid autem faciat hunc timorem, dicit *Sen.* Ti-
midum non facit animum nisi reprehensibilis vitæ conscientia. *m* Cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.] timens ne ab aliis patiatur, quod aliis fecit. Nam ut dicit auctoritas: Necesse est, ut qui ab omnibus vult timeri, omnes timeat. Et *inf.* 18. super illud: Respondens Baldad *Gloss.* humanæ mentis proprium est, hoc sibi fieri suspicari, quod aliis fecit. *Sap.* 17. Dicitur de Doctoribus magicæ artis: Frequenter præoccupant pessima redarguente conscientia. Sic passus est Adonibezech. *Jud.* 1. Qui dixit: Sicut feci, sic reddidit mihi Dominus. *Gregor.* Qui dolose agit erga se, simpliciter agi non æstimabit; qui vero innocentiam aliis exhibet, non est quod formidet ab eis. Unde *Rom.* 13. Vis non timere potestatem, benefac, & habebis laudem de illa.
n Non credit,] cum tot undique urgeant.
n Quod reverti possit de tenebris ad lucem,] i. de peccatis ad justitiam. *Sap.* 2. Non est agnitus, qui reversus sit ab inferis. Vox est malorum, qui dum feriri se undique credunt insidiis, desperata salute semper ad nequitiam crescunt. *Prov.* 18. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Sicut Cain, qui dixit: Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. *Gen.*4.
o Circumspectans undique gladium.] i. pœnam. Hoc est, quod de quodam tyranno Dionysio nomine legitur: cum diceret ei quidam: O quam felix es Dionysi, invitavit illum ad prandium, & fecit parari cathedram, & foveam magnam sub cathedra fecit plenam carbonibus vivis, & super caput illius gladium acutissimum posuit filo tenuissimo dependentem, & fecit afferri fercula. At illi non comedenti, dixit Dionysius. Quare non comedis? Qui respondit: Quomodo comederem, qui hic ruinam in ignem timeo, & supra gladium. Et dixit Dionysius: Quæ est ergo felicitas mea, qui hæc timeo?
p Cum se moverit, &c.] Ostendit quomodo undique sit gladius malis, qui etiam cum timore quærunt necessaria præsentis vitæ. Et hoc est: Cum se moverit. *Thren.* 1. Omnis populus ejus gemens, & quærens panem, idest, cum gemitu quærens panem, dederunt pretiola quæque pro cibo ad refocillandam animam.
q Novit, &c.] hæc notitia pœna est. Intus enim habet testem suæ damnationis. Unde Juvenalis:

Exempla quodcumque malo committitur, ipsi
Displicet auctori, prima est hæc ultio, quod se
Judice nemo nocens absolvitur.

Juvenalis 13. satyra.

r In manu] idest, in actu.
ſ Tenebrarum dies.] idest, tempus ultionis.
t Tribulatio,] exterior.
u Angustia] interior, idest, pestis conscientiæ. *Sap.*17. Cum sit enim timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.
x Sicut Regem,] qui undique timet, sic impio omnia sunt timori. *Is.* 33. Possedit timor hypocritas.
y Tetendit] impius sc. & ideo hæc omnia patitur. Et est superborum recta descriptio, qui omnibus membris contra Deum pugnant.
z Manum] idest, opera. *Greg.* Contra Deum manum tendere, est in operatione prava despectis Dei judiciis perseverare. Et contra Omnipotentem roboratur, qui prosperari in mala sua actione permittitur. *a* Cucurrit] non habens obstaculum in malo opere, idest, audaci animo, & superbo. *b* Erecto collo,] *Greg.* Erecto collo adversus Deum currit, qui ea, quæ Creatori displicent, cum audacia perpetrat. Contra illud *Eccl.*6. Non te extollas in cogitatione animæ. *Isa.* 3. Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant manibus, & ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant, decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. *c* Pingui cervice] idest, abundantiam temporalium contra Dominum erigitur. *Greg.* Pinguis cervix, est opulenta superbia affluen-

tibus

tibus rebus, quasi multis carnibus fulta. Item: Quid est paupertas, nisi quædam macies? Quid rerum abundantia, nisi quædam pinguedo vitæ præsentis? *Eccl.* 43. Sicut lorica induit se aquis. *a* Operuit, &c.] *Greg.* Faciem crassitudo operit, cum desiderata rerum abundantia oculos mentis premit. *Ps.* 72. Operti sunt iniquitate, & impietate sua: prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. *Tob.* 2. Excæcatus de stercoribus hirundinum. *b* De lateribus] *Greg.* Latera divitum sunt socii, qui eis adhærent. *c* Arvina] est superbia. Arvina ergo de lateribus ejus dependet, quia quisquis iniquo potenti adhæret, de ejus potentia velut ex pinguedine tumet. *Eccl.* 13. Qui communicaverit superbo, induet superbiam. *d* Habitabit in civitatibus] *ad liter.* patet de superbo, cujus superbia civitates deseruntur a Deo, & bonis habitatoribus. *Eccl.* 10. Sedes superborum ducum destruxit Deus.

D

al † spiritus. al † credit.

a Operuit faciem ejus crassitudo, & de *b* lateribus ejus *c* arvina dependat. *d* Habitabit in civitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. *e* Non ditabitur, *f* nec perseverabit substantia ejus, *g* nec mittet in terram radicem suam. Non *h* recedet de tenebris. *i* Ramos ejus arefaciet flamma, & *k* auferetur † spiritu oris sui. Non † *l* credat frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. *m* Antequam dies ejus impleantur, peribit, & *n* manus ejus arescent. *o* Lædetur quasi vinea in primo flore *p* botrus ejus, *q* & quasi oliva projiciens florem suum. *r* Congregatio enim *ſ* hypocritæ *t* sterilis, & *u* ignis *x* devorabit tabernacula eorum, qui *y* munera libenter accipiunt.

Mystice. Mystice. Civitates desolatæ sunt cunei latronum, vel pravorum sociorum obsequentium tyrannidi. Domus desertæ sunt pravæ societates, vel pravæ conscientiæ, quas iniquus inhabitat. Hæ civitates, & domus desertæ, & desolatæ dicuntur, quia a Deo, & bonis omnibus derelinquuntur, & in cumulos lapidum rediguntur; quia bona, quæ faciunt, inutilia sunt, sicut acervus lapidum; & quia sunt Dæmonum receptacula, sicut domus desertę, & ruinosæ latronum. *Isa.* 13. Non ponet ibi tentoria Arabs, i. humilis, nec pastores requiescent, idest, prædicatores; sed requiescent ibi bestiæ, replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt sibi Ululæ in ædibus suis, & sirenæ in delubris voluptatis suæ. Tales sunt socii pravi Prælati, bestiæ per rapacitatem, dracones per detractionem, struthiones per simulationem, pilosi per cupiditatem. *e* Non, &c.] superbus bonis temporalibus, aut gratiæ, vel gloriæ. Contra *sup.* 12. Abundant tabernacula prædonum. Hoc solvitur per id, quod seq.

f Nec perseverabit] Unde *Eccl.* 40. Substantiæ injustorum sicut fluvius siccabuntur. *Prov.* 13. Substantia festinata minuetur. *Item* 20. Hæreditas, ad quam festinatur in principio, benedictione carebit.

g Nec mittet in terram; &c.] Ut arbor non habens in terra fixam radicem, cito, & levi impulsu cadit. Sic omnis superbus sine radice charitatis cito Dei sententia eruitur. *Psalm.* 36. Vidi impium elevatum sicut cedros Libani, transivi, & ecce non erat. *Sap.* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. *Eccl.* 23. Non tradent filii adulteræ radices, & rami ejus non dabunt fructum. Contra *sup.* 5. Vidi stultum firma radice. Sol. Firma secundum opinionem hominum, qui judicant secundum faciem, sed infirma secundum veritatem.

Mystice. Mystice. Superbus non mittit radicem in terra viventium, pro qua non laborat, ut in S. Scriptura, secundum quam non vult operari.

h Non recedet de tenebris.] peccatorum. *Greg.* Qui lucem justitiæ non quærit, de tenebris non recedit. *Jo.* 3. Omnis, qui male agit, odit lucem; & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut opera ejus manifestentur, quia in Deo sunt facta.

i Ramos ejus arefaciet flamma,] i. opera mortificabit superbia. *Aug.* Sola superbia bonis operibus insidiatur, ut pereant. *Sap.* Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. *k* Et auferetur spiritu oris sui.] i. peccato superbæ locutionis, quia eo damnationis sententiam accipiet, quo oris sui spiritum timore Dei non restrinxit. Unde spiritus sonat hic in elationem. *Isa.* 2. Quiescite ab homine, cujus spiritus in naribus ejus. *l* Non credat frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit.] i. manens in peccato. Eleemosyna quidem pretium est post culpam, quo redimitur anima peccatis obligata, si recedat a peccato. *Dan.* 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. *Luc.* 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. *Prov.* 13. Redemptio animæ viri propriæ divitiæ. Sed non valet eleemosyna ei, qui manet in peccato, vel qui de alieno facit eam, sicut fur, vel raptor, vel usurarius, imo potius nocet ei. *Eccl.* 32. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata. Et *inf.* Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. *Prov.* 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. *m* Antequam dies ejus impleantur, peribit;] i. ante terminum, quem sibi promittit superbus, moritur, vel quem haberet, nisi propter malitiam abbreviaretur vita ejus. *Greg.* Nequitia superbi vitam ejus intercidit. *Prov.* 10. Anni impiorum breviabuntur. *Psal.* 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Greg.* Dies præsciti nec augeri possunt, nec minui, nisi ita præsciantur, ut cum optimis operibus longiores sint, vel cum pessimis breviores. *n* Et manus ejus arescent.] i. opera inutilia erunt. *Sap.* 4. Multigena impiorum multitudo non erit utilis. Vel, manus ejus arescent, i. a bono deficient, quia non perseverabit. Qualiter autem arescant docet: *o* Lædetur, &c.] q. d. opus superbi, aut quia de mala intentione procedit, sc. causa vanæ laudis, inutile est, quod per olivam signatur, quæ per nebulam immoderatam flore offenso privatur fructu, aut quia sine debito, quo inceptum fuit, cassatur; quod per botrum signatur, qui productus ad frigus veniens, desiccatur. Vel e converso, primum per botrum, secundum per olivam accipitur. Dicit ergo: *p* Botrus ejus,] i. opus ejus, sc. superbi, lædetur quasi in primo flore, quia etsi bonum sit, quod agitur, quia non bona intentione fit, depravatur. *q* Et quasi oliva projiciens florem,] sc. supple læditur a nebula, sic qui bonum opus bene inceptum non bono fine consummat.

Moraliter. Moral. exponitur de novis Prælatis, & adhuc infirmis. *Greg.* Infirmus vel regere, vel exteriora agere non debet: quia in terrenis actibus vel frigescit, vel cum placere videt, quæ agit, quasi in sancto studio fervet, unde æstu perit. Quod signatur 4. *Reg.* 4. in puero, qui missus ad messores æstu periit. *Deut.* 15. Non operaberis in primogenito bovis. *Lev.* 19. Poma, quæ germinant, immunda erunt, nec edatis ex eis. *r* Congregati, &c.] Vere deletur opus superbi duobus supradictis modis, idest, aut quia ex mala intentione fit, aut quia sine debito, quo inceptum fuit, cassatur, quia congregatio, idest, congeries operum: De qua *Matth.* 6. Si oculus tuus simplex fuerit totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.

ſ Hypocritæ] quia intus superbiam habet, licet exterius humilitatem ostendat. *t* Sterilis,] i. sine fructu æternæ retributionis. *Matth.* 6. Receperunt mercedem suam. *u* Et ignis] avaritiæ in præsenti, & gehennæ in futuro. *x* Devorabit tabernacula] idest, cogitationes, in quibus quasi in tabernaculis mens habitat, vel corpus, quod est tabernaculum animæ.

y Qui munera libenter accipiunt.] Cordis, oris, & manus. *Jac.* 5. Aurum, & argentum vestrum æruginavit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Et ita transibunt de igne in ignem *Ezech.* 15. De igne egredientur in ignem, & ignis consumet eos. Et quare hoc? Quia xenia, & dona excæcant oculos judicum, & quasi mutus in ore avertit correctiones eorum. *Eccl.* 20. Item *Deut.* 15. Non accipies personam, & munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum. Item *Exod.* 23. Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subvertunt verba justorum. *Psalm.* 25. In quorum manibus iniquitates sunt; & dextera eorum repleta est muneribus. *Isa.* 1. Principes tui infideles, omnes socii furum; Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Ideo dicit *Isa.* 33. Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in justitiis, & loquitur veritatem, & projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere.

a Con-

a Concepit] hypocrita. *b* Dolorem,] alia invidendo, quia dum cupit munera, invidit aliis. *Prov.* 28. Qui festinat ditari, non erit innocens. *c* Et peperit] alii derogando, opere, sermone. *Iſa.* 33. Concipietis ardorem, & parietis ſtipulam, quæ eſt materia incendii. Item *Iſa.* 59. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Vel: Concepit dolorem, male cogitando: Et peperit iniquitatem, cogitatum male implendo. *d* Et uterus ejus præparat] i. mens iniquas cogitationes. *Jer.* 4. Ventrem meum, ventrem meum doleo. Hæc dicit Eliphaz, quia his omnibus vitiis Job infectum putavit, & ideo percuſſum a Deo.

Pſalm. 7.

A

a Concepit *b* dolorem, & *c* peperit iniquitatem, & *d* uterus ejus præparat dolos.

C A P. XVI.

Reſpondens *e* autem Job, dixit: *f* Audivi frequenter talia. *g* Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. *h* Nunquid habebunt finem verba ventoſa, *i* aut aliquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris? *k* Poteram & ego ſimilia veſtri loqui. Atque utinam *l* eſſet anima veſtra pro anima mea. *m* Conſolarer, & ego vos *n* ſermonibus, & *o* moverem caput meum ſuper vos. *p* Roborarem vos ore meo, & *q* moverem labia, quaſi parcens vobis. Sed quid agam? Si *r* locutus fuero, non *ſ* quieſcit dolor meus: & ſi *t* tacuero, non *u* recedet a me. Nunc *x* autem *y* oppreſſit me dolor meus, & *z* in nihilum redacti ſunt omnes artus mei. *a* Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me, & *b* ſuſcitatur falſiloquus adverſus †. faciem meam

EXPOSITIO CAP. XVI.

e Reſpondens autem Job.] ſicut dicit *Gregor.* Perverſorum eſt, mala bonis ingerere. Et quia de eis timent accuſari, prius juſtos eos facere teſtantur: Sed juſti omnia tolerant, ut ſi fructum de eorum converſione non conſequantur, præmium tamen patientiæ non amittant. Unde Job Eliphaz multa de ejus hypocriſi conquerentem patienter audivit, tandem manſuete reſpondit. Et dicuntur tria principaliter *in hoc cap.* Primo, Job oſtendit eos conſolatores oneroſos. Secundo, plangit dolorem ſuum, ibi: [Nunc autem oppreſſit me dolor] Tertio, dicit ſe mundum, invocans teſtem Deum cœli, *ibi:* [Hæc paſſus ſum abſque iniquitate] Primo ergo redarguit Eliphaz Job, quia cum ad conſolandum eum venerit, dolorem afflicti auxit per contumelias. Dicit ergo: *f* Audivi, &c.] quæ mali bonis ſibi contradicentibus objiciunt: *g* Conſolatores oneroſi, &c.] Conſolatores quidem dicit eos, quia ad hoc venerunt, & quia aliquando dicunt vera. Oneroſos vero dicit: quia etſi vera dicant, non tamen tempore debito, nec debito modo. *Eccl* 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore ſuo. *Greg.* Cavendum eſt, ne tempore luctus increpatio fiat, quia etſi recte quidem debeat increpare, non tamen in afflictione, ne, qui lenire debet, dolorem augeat. *Eccl.* 22. Muſica in luctu importuna narratio, i. dura increpatio in afflictione. Ideo præcipit Apoſt. *Gal.* 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *h* Nunquid habebunt finem verba ventoſa,] i. vana, & inflata correctio veſtra. *i* Aut aliquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris?] i. quia loquaris, q. d. eo plus loquaris, quia a me nihil moleſtum audis. Ac ſi diceret, ideo non habebunt finem verba ventoſa, quia nihil moleſtum tibi reſpondetur. Aliquando enim dura reſponſio reprimit aſperas correctiones. *Prov.* 25. Ventus aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem. Item *eod.* 26. Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſapiens ſibi videatur. *k* Poteram & ego ſimilia veſtri, &c.] narrat Job, quod facere potuit, ſed noluit, ne juſtitiam deſereret. Unde *Eccl.* 8. Ne litiges cum homine linguato, & ne ſtruas in ignem illius ligna, quia: Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto, jurgia quieſcunt. *Prov.* 26. quaſi d. Job, non venit tibi moleſtia ex reſponſione mea, ſed poterat. *l* Atque utinam eſſet anima veſtra, &c.] i. ſimilis meæ, q. d. utinam corriperamini a Domino ſicut ego, ut diſceretis compati flagellatis. Nec optat eis pœnam, ſed conſequens ſc. ſcientiam compatiendi, quæ experientia pœnæ melius addiſcitur. *Hebr.* 4. Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia. Nec dicit, utinam eſſet anima mea pro anima veſtra, ne ſimiliter eſſet nequam, ſed veſtra pro mea, ut depoſita malitia bona eſſet.

B

al. ſ animā.

Anima {
- Spiritus rationalis, virtus corporis, ut hic.
- Vita hominis. *Act.* 20. Non facio animam meam pretioſiorem me.
- Inferior pars rationis. *Matth.* 26. Triſtis eſt anima mea, &c.
- Superior pars rationis. *Pſ.* 145. Lauda, anima mea, Dominum.
- Homo. *Gen.* 46. Omnes animæ domus Jacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum, ſeptuaginta.
- Voluntas. *Act.* 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, &c.

m Conſolarer & ego vos] tunc, ſc. dicens flagella prodeſſe. Sic vos debueratis facere mihi. *n* Sermonibus,] bonis, & manſuetis, non duris increpationibus, & reprehenſionibus injuſtis. *Eccl.* 20. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit. *o* Et moverem caput meum ſuper vos,] ideſt, movere poſſem irridendo, ſicut vos facitis. Vel moverem, *ad lit.* compatiendo vobis. Dupliciter enim movetur caput. Irriſorie: *Matth.* 27. Blaſphemabant moventes capita ſua. *Iſa.* 37. Deſpexit, & ſubſannavit te virgo filia Sion, poſt te movit caput. Item ex compaſſione, ut hic. Et *Nahum.* 3. Quis commovebit ſuper te caput? unde quæram conſolatorem tibi?

p Roborarem vos ore meo,] prudenter conſolando. *Iſ.* 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. *q* Et moverem labia, quaſi parcens vobis.] i. ſuavius loquerer vobis, quam vos mihi blande conſolando, non duriter increpando, parcendo vobis, ſed vitia feriendo. Vera enim juſtitia perſonæ parcit, ſed vitia ferit, ſicut dicit *Greg.* Sed quid agam, ex quo vos nihil domat, nec verba, nec patientia? *r* Si locutus fuero,] vos corrigendo blandis ſermonibus. *ſ* Non quieſcit dolor meus:] quia non acquieſcitis, nec emendamini. *t* Si tacuero] a correctione ceſſando.

u Non recedet a me.] dolor, ſc. quia nec ſic corrigimini: Perverſi enim difficile corriguntur. *Eccl.* 1. Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſive iraſcatur, ſive rideat, non inveniet requiem. *Prov.* 29. *x* Nunc autem, &c.] Quia video perverſos non corrigi, ſed potius proſperari, & creſcere. *y* Oppreſſit me dolor meus,] ſuper incorrigibilitate malorum. Sicut *Rom.* 9. Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim anathema fieri pro fratribus meis, i. licet cupiam diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, tamen ad tempus volui eſſe ſeparatus ab ipſo pro fratribus meis. Vel ſic exponitur: Optabam, ſi optibile eſſet, excommunicari pro fratribus meis. *z* Et in nihilum redacti, &c.] Ex nimio dolore. *a* Rugæ meæ] i. vos, qui eſtis rugoſi per duplicitatem, & meos amicos vos dicitis. *b* Suſcitatur falſiloquus;] ſcit. Eliphaz, qui etſi non falſa, tamen falſo locutus eſt contra Job, cui competebant dicta ejus. Vel falſiloquus, i. Diabolus, qui eſt mendax, & pater ejus, i. mendacii. *Joan.* 8. Suſcitatur contra Job in tribus amicis ſuis, ut tentaretur per contumelias amicorum, quo nihil gravius. Et quia tentatus fuit omni genere tentationis, ut patet *ſup.* 1. & 2. Seq.

Phil. 1.

Δ *a* Collegit furorem

Myſtice. Sub perſona Eccleſiæ.

x Nunc autem oppreſſit me] Dolore quidem premitur Eccleſia, quando videt malos proſperari, & augeri, numero, vel malitia. Ad nihilum rediguntur artus Eccleſiæ, quando ex imitatione pravorum infirmi deterius infirmantur, & velut in nihilum rediguntur, quia dum manentem Dei eſſentiam deſerunt, diligentes tranſitoria, quaſi ad non eſſe tendunt. Unde *inf.* 18. Habitent in tabernaculo illius ſocii ejus, qui non eſt. Nunc autem dicitur, quia tempus doloris Eccleſiæ modo eſt, ſed poſtmodum ſequitur gaudium. *Joan* 16. Plorabitis, & flebitis vos, &c. *Prov.* 31. Fortitudo, & decor indumentum ejus, & ridebit in die noviſſimo.

a Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me,] *Greg.* Rugæ Eccleſiæ, ſunt omnes, qui in ea dupliciter vivunt, fidem voce tenentes, ſed opere denegantes. *Ad Tit.* 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, cum ſint abominati. *Eccl.* 2. Væ duplici corde, & labiis ſceleratis, & peccatori ingredienti terram duabus viis. Hi contra Eccleſiam teſtimonium dicunt, quia in corpore Eccleſiæ nomine tenus poſiti male vivunt.

b Suſcitatur falſiloquus adverſus faciem meam] ideſt, hæreticus mihi aperte contradicens. Vel falſiloquus, ideſt, ipſe Diabolus, qui in veritate non ſtetit. *Joan.* 8.

Ω *c* Collegit furorem

a Collegit furorem suum in me,] Possessiones abstulit, filios, & filias interfecit, uxorem contra eum concitavit, amicos ad blasphemandum instigavit, qui tamen venerant ad consolandum. Hic est fasciculus myrrhæ inter ubera Job. *Cant. 1.*

b Et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis.] vobis laniantibus me.

d Hostis meus] idest, Diabolus.

e Terribilibus oculis me intuitus est] idest, vobis, quietis oculi Diaboli, mala prævidentes, & præcogitantes.

contradicens mihi. a Collegit furorem suum in me, & b comminans mihi, infremuit contra me c dentibus suis. d Hostis meus e terribilibus oculis me intuitus est. f Aperuerunt super me ora sua, & g exprobrantes percusserunt maxillam meam, † satiati sunt pœnis meis. i Conclusit me Deus k apud iniquum, & l manibus impiorum me tradidit. m Ego ille quondam n opulentus o repente contritus sum. p Tenuit cervicem meam, q confregit me, & r posuit me sibi quasi in signum. ſ Circumdedit me lanceis suis, t convulneravit lumbos meos. u Non pepercit, & x effudit in terra viscera mea. y Concidit me vulnere super

Mystice. *ut † satiati.*

C

a Collegit furorem suum in me,] idest, colliget tempore Antichristi, qui modo sparsus est, scil. & furor Diaboli, tunc ex peste hæreticorum, & tyrannorum, & falsorum fratrum conflabitur in unum, quando scilicet, post mille annos solvetur Satanas. *Apoc.* 20.

b Comminans mihi infremuit] in potentibus sæculi.

c Dentibus suis.] qui me dilacerant, Diabolus, & Antichristus.

e Terribilibus oculis me intuitus est.] in sapientibus sæculi. Diabolus enim per potentes sæculi crudelitatem exercet; per sapientes sæculi qualiter, & quando exerceat, prævidet.

f Aperuerunt super me ora sua,] i. aperient hæretici, sc. quando aperte suam hæresim prædicabunt.

g Et exprobrantes percusserunt maxillam meam,] i. sanctos prædicatores, qui vitam carnalium verbo correctionis conterunt. De quibus maxillis dicitur *Thr.* 1. Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Unde Petro, idest, maxillæ Ecclesiæ dictum est. *Act.* 10. Surge, Petre, occide, & manduca. Hinc Samson in maxilla asini hostes prostravit, idest, Christus simplicitate prædicantium vitia peremit, quæ in terram projecta, aquas fudit, quia corpora Sanctorum morti tradita miracula fecerunt. *Jud.* 15. Hoc etiam in persona Christi potest legi. Exprobrantes, Judæi in Passione: Percusserunt maxillam meam, *ad litteram*. *Isa.*50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. *Thr.* 3. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. *Mich.*5. Percusserunt maxillam judicis Israel, *Luc.* 22. Percusserunt faciem ejus.

i Conclusit] idest, concludi permisit.

k Apud iniquum,] i. Diabolum. *Thr.*3. Conclusit vias meas lapidibus quadris, idest, pœnalitatibus duris, & difficile mobilibus.

l Et manibus impiorum me tradidit.] i. potestati dæmonum me exposuit, quoad corpus. Unde *sup.*9. Terra data est in manus impii.

m Ego ille] singulariter.

n Opulentus] *ad litteram*, habens septem millia ovium, quingentas asinas, familiam multam nimis, septem filios, & tres filias, *sup.* 1.

o Repente contritus sum.] quia in mane locuplex, in vespere nihil habui.

p Tenuit cervicem meam,] i. cohibuit superbiam meam, Dominus sc. Unde *sup.* 10. Propter superbiam, quasi leænam capies me.

q Confregit me,] Dominus afflictione, & miseria.

r Posuit me sibi quasi in signum.] i. exposuit me tribulationibus quasi signum ad sagittam, quod non movetur, licet percutiatur. In quo notatur constantia patientiæ Job: Vel in signum, i. in similitudinem ut diceretur: Ita contingat tibi, sicut contigit Job.

ſ Circumdedit me] in punctionibus carnis, vel infirmitatibus. De quibus *sup.*6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.

t Convulneravit lumbos] *ad litter.* ulceribus. Sed quia iniquitates nostræ hoc faciunt, ut dicitur *Jer.* 5. ideo dicit: convulneravit, q. d. non ipse, sed etiam ego per peccatum. Unde *super illud Psal.* 17. Liberabit pauperem a potente, dicit *Gloss.* i. Diabolo, quem non propria virtus, sed peccata nostra faciunt potentem.

x Et effudit, &c.] *Gloss.* Hoc non *ad litteram* de Job sed per hoc nota hæc omnia mystice dici; tamen bene potest intelligi de morte filiorum, vel de ulcere pessimo, quo percussus jacebat in sterquilinio testa saniem radens.

Mystice in persona Ecclesiæ sic: *Mystice.*

i Conclusit me Deus apud iniquum,] idest, Diabolum. Quæ conclusio fit, cum electorum corpora hostium persecutionibus exponuntur, quorum manibus non spiritus traduntur, quia in corpora crudeliter sævientes, animæ nihil facere possunt, quod non mirum timendum est. *Matt.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c.

m Ego ille, &c.] Hoc dicit Ecclesia in persona infirmorum, qui damna rerum graviter patiuntur, de quibus *Amos 6.* Væ vobis, qui opulenti estis in Sion. *Isa.* 32. Obstupescite opulenti, conturbamini confidentes. Vel est querela Ecclesiæ, quæ divites virtutibus, & doctrinis, subito subversus vitiis conspicit. De quibus *Jer.*25. Quasi vasa pretiosa cadetis. De quorum casu magnum damnum est, sicut de casu justorum, & sapientum. *Abac.* 3. Contriti sunt montes sæculi.

p Tenuit cervicem meam,] i. libertatem meam persecutus est, tempore sc. persecutionis. Sicut enim cervix in malis superbiam notat *supr.* 15. Cucurrit adversus Deum extento collo, & pingui cervice armatus est. Sic in bonis notat libertatem. *Is.*60. Ponam te in superbiam sæculorum. Vel sic: Dominus tenuit cervicem meam tempore persecutionis, idest, libertatem prædicandi adjuvit. q Confregit] i. confringi permisit a Dæmonibus, tyrannis, & hæreticis. *Thr.* 3. Confregit me, & posuit me desolatam.

r Posuit me sibi quasi in signum.] Signum ad hoc ponitur, ut sagittarum emissione feriatur. Sic fidelis quisque in signum Diabolo ponitur, quia ejus ictibus incessanter feritur. Unde Apost. 1.*Thess.*3. Ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus. *Is.* 11. In die illa erit radix Jesse, qui stat in signum populorum. *Thr.*3. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. *Luc.* 2. Positus est hic in signum, cui contradicetur.

ſ Circumdedit me lanceis suis,] Ecclesia ab hoste lanceis circumdatur, quando in membris suis ex omni parte jaculis tentationum impetitur. V. gr. Dum gula restringitur, ut libido refrænetur, mens inani gloria pulsatur. Dum parsimoniam studet servare, labitur ad tenacitatem. Dum studet largitati, dum possessa tribuit, incurrit cupiditatem, quia colligere nititur, quæ postea largiatur. Unde *Thr.*3. Circumædificavit adversum me, ut non egrediar, aggravavit compedem meum.

t Convulneravit lumbos meos.] *Greg.* Cum hostis fidelem populum ad luxuriam pertrahit, hunc in lumbis ferit *inf.*40. Fortitudo ejus in lumbis ejus, & virtus, &c. *Ps.*37. Lumbi mei impleti sunt illusionibus. *Thr.* 3. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ, carnalia, sc. desideria suggerendo. Ideo dicit Dominus *Luc.*13. Sint lumbi vestri præcincti, &c. *Eph.* 6. State succincti lumbos vestros in veritate 1.*Petr.*1. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrii estote. Convulneravit autem dicitur, non vulneravit, quia quod Diabolus nobis male suggerit, non sequentes ex propria voluntate implemus, & quasi cum ipso nos pariter vulneramus.

u Non pepercit,] quia incessanter, & adversus omnes furit Diabolus. *Jer.*6. Crudelis est, & non miserebitur.

x Effudit in terra viscera mea.] idest, illos, quos tenerius, & charius diligebam, idest, clericos, qui mysteria Ecclesiæ continent, traxit ad amorem terrenorum, & sæcularia negotia. *Threnor* 2. Effusum est in terra jecur meum. 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo se implicat sæcularibus negotiis: Dicit enim *Eccl.* 10. Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projecit intima sua.

y Concidit me vulnere super vulnus,] dicit Ecclesia in persona fidelis populi, vel etiam Job in sua persona. Concidit me vulnere, &c. i. peccatum peccato addidit, & suggestionem suggestioni, & afflictionem afflictioni. *Ps.*63. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Osee* 4. Mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt,

vulnus, *a* irruit in me quasi gigas. *b* Saccum † consui super cutem meum, & † operui cinere carnem meam. *c* Facies mea intumuit a fletu, *d* & palpebræ meæ caligaverunt. Hæc *e* passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces. *f* Terra, ne operias sanguinem meum, *g* neque inveniat in te locum latendi clamor meus. *h* Ecce enim in cœlo testis meus, & *i* conscius meus in excelsis. *k* Verbosi *l* amici mei, ad Deum *m* stillat *n* oculus meus. Atque *o* utinam sic judicaretur vir cum *p* Deo, quomodo judicatur *q* filius hominis *r* cum collega suo. Ecce enim *ſ* breves anni transeunt, & *t* semitam, *u* per quam non revertar, ambulo.

al. † consuit. al. † operuit.

daverunt, & sanguis sanguinem tetigit.

a Irruit in me quasi gigas.] cui etiam assuetus nequit reluctari propter astutiam, & fortitudinem.

b Saccum consui super cutem meam, &c.] In sacco, & cinere, pœnitentiam.] In cute, & carne, peccatum carnis intelligitur: Saccus ergo super cutem consuitur, & caro cinere operitur, cum peccatum carnis per pœnitentiam tegitur, ne in judicio videatur. Est ergo sensus, saccum consui, &c. idest, de peccatis carnis pœnitentiam egi, & sic ea ante oculos judicis occultavi. *Psalm.* 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, &c. Hoc est, quod legitur *Gen.* 31. quod Rachel abscondit idola Laban stramentis cameli. Et *Jonæ* 3. Audita comminatione Rex, abjecit vestimentum suum, & indutus est sacco, & sedit in cinere. *Jer.* 6. Accingere cilicio, & aspergere cinere.

c Facies mea intumuit a fletu,] Facies Ecclesiæ sunt Prælati, in quibus tota pulchritudo Ecclesiæ consistit. Unde *Cantic.* 2. Vox tua dulcis, & facies tua decora. Isti plorant peccata populi. *Thr.* 1. Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Item *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum; & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei.

d Et palpebræ meæ caligaverunt.] Palpebræ Ecclesiæ sunt, qui ad providenda plebium itinera instituuntur. De quibus *Prov.* 4. Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Palpebræ igitur Ecclesiæ sanctæ caligant, cum Prælati occulta Dei judicia, quibus quidam pœnitent, quidam in peccatis remanent, ignorant.

e Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ] Hæc satis patent ad litteram de Job, ut intelligatur. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ,] supple digna tantis pœnis. Unde *sup.* 9. Multiplicavit vulnera mea, etiam sine causa. *Gregor.* Hæc omnia in persona Christi, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus *Isa* 53. Qui solus ad Deum mundas preces habuit, quia in cruce etiam pro inimicis oravit. *Luc.* 23. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. *Isa.* 53. Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus oravit.

1. Petr. 2.

f Terra, ne operias sanguinem meum,] dicit Job, i. dolorem, & laborem meum, quem videri a Deo, pro quo hæc sustinebat, desiderabat, & vocat amicos suos terram, quia terrena amabant.

g Neque inveniat in te locum latendi clamor meus.] idest, oratio mea propter vos non impediatur, quin ascendat ad Deum. Vel sic: Terra, ne operias sanguinem meum,] idest, vos terreni, peccatum meum si scitis, non occultetis mihi, sed dicite, hoc enim licitum est, *Eccl.* 19. Corripe proximum, ne forte non dixerit; & si dixerit, ne forte iteret. Neque inveniat in te locum latendi clamor] si non dicatis, quod scitis. Vel sic: Terra ne operias sanguinem meum, idest, amor terrenorum non occultet peccatum meum, quia in confessione aperiatur. Sæpe enim cupiditas tollit confessionem.

Mystice.

Mystice, de Christo, ut ipsemet loquatur. Cujus sanguinem terra, idest, Ecclesia non operuit, sed in cunctis mundi partibus per Apostolos prædicavit. Nec invenit in ea locum latendi clamor sanguinis Christi, quia melius loquitur quam sanguis Abel. *Hebr.* 12 Quia sanguis Abel mortem fratricidæ petiit. *Genes. quarto.* Sanguis vero Christi vitam persecutoribus impetravit. Hic clamor locum latendi habet in nobis, si quod mens credit, lingua tacet. Corde enim creditur ad justitiam, &c. *Roman.* 10. Ubi dicit *Gloss.* Nihil prodest hoc esse in corde, quod verum est; si hoc dicitur voce, quod falsum est, quia veritas credenda est, & loquenda 2. *Corinth.* 4. *Psal.* 115. Credidi, propter quod locutus sum: ibi *Gloss.* Aliter non perfecte credunt, qui, quod credunt, loqui nolunt.

h Ecce enim in cœlo testis meus,] Hoc dicit Job innuens, clamorem suum non posse latere, quasi dicat, nihil mihi conscius sum, cum in cœlo sit mihi testis fidelis, ipse Dominus, qui est testis, & Judex. *Jer.* 29.

i Et conscius meus in excelsis.] Ipse idem Dominus sciens conscientiam hominis, qui scrutatur corda, & renes *Jer.* 17. Vel mystice in persona Christi. Ecce enim, &c. *Gloss.* Testis filii pater est. Unde *Jo.* 5. Qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. *Matth.* 11. Nemo novit filium nisi pater. Et conscius meus in excelso, Pater, sc. qui una voluntate, uno consilio operatur. Vel in persona Ecclesiæ, cujus testis est in cœlo Christus Jesus, qui etiam conscius noster est, qui humanam naturam novit, non solum creando, sed etiam suscipiendo, & infirmitates nostras portando. *Hebr.* 4. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Potest etiam hæc vox singulis hominibus congruere cum ipso Job. Nam qui de actibus suis terrenas laudes appetit, testem habet in terra; qui vero soli Deo placere festinat, testem in cœlo habere desiderat. Et talis potest dicere cum Apostolo: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ 2. *Cor.* 1. Tales vero hominum reprehensiones non timent. Unde subditur:

1. Cor. 10. Apoc. 1. 3. & 3. & inter verba.

k Verbo, &c.] quidem sunt.

l Amici mei,] dicit Job, verbis suis mihi derogantes. Sed *n* Oculus meus.] i. intentio mea.

m Ad Deum stillat] idest, amorem Dei per compunctionem defluit, q. d. non curo de verbis eorum, quia testem habeo in cœlo, ubi est oculus intentionis meæ. De quo oculo dicitur *Matth.* 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Et nota duo in verbo stillandi. Rectitudinem, sc. intentionis, & interruptionem, quia impossibile est, quod homo in carne corruptibili positus, omnem motum suum in Deum dirigat; quia corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. *Sap.* 9.

o Atque utinam, &c] Dixerat Job se testem in cœlo habere, & conscium in excelsis, ex quo posset credi, quod sciret occulta Dei, & ita sciret, quare, vel pro quo peccato flagellatur peccator, cum multa commiserit: Quod non est verum. Sæpe enim si sciret homo causam flagelli sui, cessaret a malo, propter quod flagellatur a Deo.

p Quomodo] idest, sicut.

q Judicatur filius hominis] idest, homo quicumque.

r Cum collega suo.] idest, suo socio, cum quo sic judicatur, ut intelligat, quæ dicit, & quæ contra eum dicuntur; sed causam objectionis Dei, idest, flagelli, quod est objectio sua, non intelligit homo, & ideo qualiter satisfaciendo respondeat, ignorat. Et quod dicit in tertia persona, pro seipso dicit, quasi dicat, utinam intelligerem causam, vel pro quibus peccatis me flagellat Deus, sicut intelligerem si socius objiceret mihi. Sed quia hoc in præsenti fieri nequit, brevitate vitæ consolationem inducit. Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis 2. *Cor.* 4. Et hoc est:

ſ Ecce enim breves anni transeunt,] q.d. flagellor, & causam ignoro, cognoscam autem postea, & cito, quia Ecce breves, &c. *Gloss.* Omne, quod transit, breve est. De brevitate dierum *supr.* 9. Velociores fuerunt dies mei cursore.

t Et semitam,] idest, brevem viam hujus vitæ.

u Per quam non revertar, ambulo.] quotidie moriendo. *Gloss.* In mortis semita] per quam non revertimur, ambulamus, non quod ad vitam resurgendo non reducamur; sed quia ad laborem hujus vitæ mortalis, vel ad acquirenda laboribus præmia iterum non venimus. Unde David *secundo Regum primo.* Vadam ad ipsum potius, & ipse amplius non revertetur ad me. *Supra decimo.* Vadam, & non revertar ad terram tenebrosam, &c.

a Spiritus

C A P. XVII.

a SPIRITUS meus attenuabitur, *b* dies mei breviabuntur, & *c* solum mihi superest sepulchrum. Non *d* peccavi, & in *e* amaritudinibus *f* moratur oculus meus. *g* Libera me, † & *h* pone me juxta te, & *i* cujusvis manus pugnet contra me. *k* Cor eorum *l* longe fecisti a *m* disciplina, *n* propterea non exaltabuntur. Prædam *o* pollicetur sociis, & *p* oculi filiorum ejus deficient. *q* Posuit me quasi in proverbium vulgi, *r* & exemplum † sum coram eis. *s* Caligavit ad indignationem oculus meus, & *t* membra mea quasi in nihilum redacta sunt. *u* Stupebunt justi super hoc & *x* innocens contra hypocritam suscitabitur. Et *y* tenebit justus viam suam, & *z* mundis manibus *a* addet fortitudinem.

al. † Domine.

al. † suum.

E X P O S I T I O C A P. XVII.

a SPiritus meus, &c.] hoc capitulum dividitur in duas partes. In prima parte ostendit justum posse confidere, quia mundis manibus additur fortitudo. In secunda plangit Job miseriam hominis. Decursum igitur hujus seriei determinans, ait: (Spiritus meus attenuabitur,) idest vita mea cito deficiet. Quare, quia *b* Dies mei breviabuntur,] *Jac.* 4. Quæ est vita nostra? Vapor est ad modicum parens, *sup.* 14. Breves dies hominis sunt. Vel sic: (Spiritus meus attenuabitur] idest, elatio mentis timore judicii, & consideratione mortis. Boni enim spiritum suum attenuant, propinquum sibi exitum suspicantur, considerantes vitæ brevitatem. Et hoc est, quod sequitur: Dies mei breviabuntur,] *Greg.* Qui considerat qualis erit in morte, semper est timidus in operatione. Ideo dicit *Eccl.* 7. In omnibus memorare novissima tua, & non peccabis in æternum.

A

c Et solum mihi superest sepulchrum.] quasi jam morituro. *d* Non peccavi, &c.] *sup* 7. dixerat. Peccavi, quid faciam tibi, &c. quod videtur contrarium huic; ideo succurrit *Gloss.* Non peccavit tantum, ut hæc flagella mereretur Job, quia non pro corrigenda culpa, sed pro augenda gratia percussus est. *e* In amaritudinibus] mentis, & corporis, *Thren.* 3 Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio. *f* Moratur oculus meus.] *Ad litteram*, quia ubi dolor, ibi oculus. Vel (oculus,) idest cogitatio. *g* Libera me,] a culpa, & a poena.

h Et pone me juxta te,] ut sis in latere, quasi adjutor: Qui enim sic est, nihil timet. *Prov.* 3. Ne paveas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum, Dominus erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris. Et hoc est, quod sequitur: *i* Et cujusvis manus pugnet contra me.] mundi scilicet, vel carnis, vel dæmonis: Quia si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom.* 8. quasi dicat, frustra impugnat hostis illum, quem defendit Dominus. Vel mystice in persona Christi: (Spiritus meus attenuabitur,) in morte. (Dies mei breviabuntur,) quia violentia prævenit naturæ defectum. (Solum mihi superest sepulchrum) quia mors instat. (Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus,) idest culpam non feci, & flagella suscepi. *Isai.* 53. Iniquitatem non feci, nec inventus est dolus in ore ejus, & tamen diabolus voluit eum conterere infirmitate. Et in *Psalm.* 68. Quæ non rapui, tunc exolvebam. Dirigens igitur verba ad patrem, severum hominem esse ostendens, in instructionem nostram subdit: (Libera me) a miseria, per resurrectionem. (Pone me juxta te,) per ascensionem. (Et cujusvis manus pugnet contra me,) juxta te sedentem in coelo, ubi nullus hostis attingere potest. Quare vero impugnentur justi, supponens Job causam impugnationis assignat, quasi scilicet mali, qui impugnant, sine disciplina Domini sunt. Et hoc est:

Mystice.

k Cor eorum] idest malignantium, etsi non corpus.

l Longe fecisti] idest longe esse, sicut erant, permisisti.

m A disciplina,] duplici. Una scilicet, quæ fit per doctrinam, & altera per flagella. De prima dicitur *Isai.* 5. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *Osee* 4. Quia tu repulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. *Prov.* 15. Stultus irridet disciplinam patris sui. Et *inf.* Cor sapientium quæret doctrinam, & os stultorum pascitur imperitia. De secunda dicitur *Hebr.* 12. Si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes: Ergo adulteri, & non filii estis. Et *Greg. in Gloss.* Qui exceptus est a numero flagellorum, exceptus est a numero filiorum. *Prov.* 12. Qui diligit disciplinam, diligit scientiam. Sequitur: *n* Propterea non exaltabuntur.] in futuro, quia sine disciplina. Unde *Greg.* Ideo cor Salomonis sapientiam deseruit, quia eum nullius tribulationis disciplina custodivit. *Prov.* 10. Qui indocti sunt, in cordis egestate morientur. *Sap.* 3. Sapientiam, & disciplinam, qui abjicit, infelix est, & vacua est spes illius.

o Prædam pollicetur sociis,] Ita unum corpus sunt iniqui, & diabolus, ut nomine capitis corpus censeatur, & e converso. Et ideo hic a multitudine membrorum ad singularitatem capitis redit Job, dicens: [Pollicetur] diabolus scilicet, cujus socii sunt apostatæ Angeli, qui cum eo ceciderunt. Filii vero diaboli sunt homines perversi, qui de ejus prava suggestione in malitia generantur. [Prædam] igitur [pollicetur,] idest, malignis spiritibus animas pravorum in fine rapiendas promittit. De hac præda dicitur *infr.* 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.

B

p Oculi, &c.] idest, intentio, & desiderium, quia terrena, quæ intendunt, & desiderant, cito deficiunt. *Eccl.* 1. Oculus non satiatur visu. Vel socii ejus dicuntur illi, qui jam omni malitia sunt repleti. De quibus *infr.* 18. dicitur: Habitent in tabernaculo illius socii ejus, qui non est. Filii sunt, qui adhuc ejus promissionibus ad amorem mundi alliciuntur. *q* Posuit me] Diabolus, quia flagellis inassuetis me afflixit. Omnis enim, qui sic percutitur, quasi in proverbium vulgi ponitur. Unde dicebatur sic: Accidat tibi, sicut accidit Job.

r Et exemplum sum coram eis.] Vel eo, idest, in similitudinem improperii, vel derisionis. Unde voce malorum dicitur in futuro: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. *Sap.* 5. Idem convenit Christo, & sanctis ejus. *Psalm.* 68. Factus sum illis in parabolam. Et alibi, *Psalm.* 21. Ego sum vermis, & non homo opprobrium hominum, & abjectio plebis. Idem *Psalm.* 78. Facti sumus opprobrium vicinis nostris. *Thren.* 3. Factus sum in derisum omni populo, & canticum eorum tota die. *Naum* 3. Contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum. *s* Caligavit ad indignationem oculus meus,] idest, ad flagella tua, quasi dicat Job pro se, & omnibus justis: Stupeo, quia perversos contra innocentes prævalere conspicio. Unde *Jer.* 12. Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus, qui prævaricantur & inique agunt? *Abac.* 1. Quare taces conculcante impio justiorem se?

t Et membra mea quasi, &c.] præ stuporis magnitudine. Vel de membris Ecclesiæ dicitur, quia cum justi ad indignationem Dei caligant, infirmi, qui sunt membra Ecclesiæ, ad infidelitatem corruunt. Unde *Greg.* Infirmi dum perversos vident florere, & justos cruciari, bona se inchoasse poenitent. *u* Stupebunt justi super hoc] Hoc est, quod dixerat [Caligavit ad indignationem oculus meus] Stupent enim justi de prosperitate malorum, & tribulatione bonorum. Unde *Psalm.* 72. Dixerunt: quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Ecce enim ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt divitias: Et dixi, ergo sine causa justificavi cor meum, &c. Sequitur: Si dicebam; narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobavi: Existimabam, ut cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, &c. *Greg.* Quis non obstupebit, cum Herodias apud temulentum regem obtinet, quod caput Joannis Baptistæ ante ora convivantium deferatur? *Marc.* 6. & *Matth.* 14

x Innocens, &c.] Hoc duobus modis exponitur a Sanctis. Primo de imperfecto, qui bona facere inchoavit, & jam nulli nocet, sed nondum perfectus movetur de gloria malorum. Unde *Psal.* 72. Mei autem pene moti sunt pedes, pacem peccatorum videns. *Prov.* 27. Parvuli transeuntes, sustinuerunt dispendia. Secundo exponitur de perfecto innocente sic: [Innocens contra, &c.] contemnendo eum cum flore suo, & aliis despiciendum per prædicationem ostendendo. Unde *Jerem.* 48. Date florem Moab, quia florens, idest, cum laude humana, egredietur, & civitates ejus desertæ erunt.

y Et tenebit, &c.] Viam justitiæ, qua vadit ad Deum. Non enim debet justus viam rectam dimittere propter tribulationum instantiam. Unde *Apoc.* 2. Id, quod habetis, tenete, donec veniam. *Heb.* 10. Habentes fiduciam, accedamus cum vero corde, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.

z Et mundis manibus] idest bene operantibus.

a Addet] Dominus [fortitudinem.] idest, perseverantiam, ut non deficiat in via, nec declinet. *Isai.* 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. *Prov.* 21.

Qui justus est, tribuet, & non cessabit. Vel (Fortitudinem) qua contemnat temporalia. Tanto enim arctius temporalia despiciunt sancti, quanto hæc etiam habere malos cernunt. Unde *Boetius in libro de consolatione*, asserit, non esse bona hæc temporalia, eo quod mali his abundent. Non enim

Igitur *a* omnes vos convertimini, & *b* venite, & non *c* inveniam in vobis ullum sapientem. *d* Dies mei *e* transierunt, *f* cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. *g* Noctem verterunt in diem, & *h* rursum post tenebras spero lucem. Si *i* sustinuero, *k* infernus *l* domus mea est, & in *m* tenebris *n* stravi lectulum meum. *o* Putredini dixi: *p* Pater meus es, mater mea, & *q* soror mea vermibus. Ubi *r* est ergo nunc *s* præstolatio mea, & *t* patientiam meam, quis considerat? In *u* profundissimum infernum descendent omnia mea. *x* Putasne saltem ibi erit requies mihi?

C

(ut dicit,) solent sibi adversa sociari. *Greg.* Non sunt hæc curanda, quibus etiam reprobi abundant, *sup.* 12. Abundant tabernacula prædonum. *a* Igitur, &c.] Convertit sermonem ad amicos suos, quasi dicat, ex quo tantus profectus, vel proventus justorum, convertimini a falsa amicitia ad veram, a malo ad bonum.

D

b Et venite,] fide, & opere. Sed quia difficile est sapientes hujus mundi avertere a vita sua, sequitur: *c* Et non inveniam, &c.] quasi dicat, utinam nullus sit sapiens apud vos, sed potius discite esse stulti mundo, ut sitis sapientes Deo. *Prov.* 3. Ne sis sapiens apud temetipsum. 1. *Cor.* 3. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. *Rom.* 12. Nolite fieri prudentes apud vosmetipsos. *Isai.* 5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Quia autem cita debet esse conversio ista, de qua loquitur, docet Job propter quatuor. Primo propter velocem transitum dierum. Et hoc est: *d* Dies] *Ad litteram*, vel dies prosperitatis. *e* Transierunt] *Sap.* 5. Transierunt omnia illa velut umbra. Proponit autem Job seipsum in exemplum, ut experto credatur. Secundo propter dissipationem cordis, quæ est in cura terrenæ felicitatis. Et hoc est: *f* Cogitationes meæ dissipatæ sunt, &c.] Dissipatæ circa diversa. *Luc.* 10. Martha, Martha, sollicita es, &c.] *Greg.* Qui cœlestia perit, torqueri se dicit, dum de imis agere cogitur. Tertio, propter cordis gaudium, quo non est majus oblectamentum, ut dicit *Eccl.* 30. Et hoc est: *g* Noctem verterunt in diem,] Noctem inquam curæ temporalis, in diem lætitiæ spiritualis; vel noctem culpæ, in diem gratiæ; vel noctem laboris, in diem quietæ contemplationis, quia post dissipatas cogitationes, sequitur hæc lætitia quietis. Sicut dicitur *Tob.* 3. Post tempestatem tranquillam facis, & post lacrymationem, & fletum exultationem infundis. Ideo hæc mutatio attribuitur ipsis cogitationibus dissipatis, quia depositionem veteris hominis sequitur indutio novi. Unde *Eph.* 4. Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris, & renovamini spiritu mentis vestræ, induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est. Quarto, propter expectationem perfectæ visionis. Et hoc est: *h* Et rursum, &c.] Post tenebras adversitatis, spero lucem prosperitatis. Sic exponit una *Gloss.* Sed quia justi sæpe plus gaudent adversitates perpeti, quam cura terrenæ dispositionis fatigari. Unde de Moyse dicitur *Hebr.* 11. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem. Ideo exponit alia *Gloss.* de luce æterna sic: (Rursum, &c.) præsentis miseriæ (spero lucem] claritatis æternæ. Unde *Greg.* Lux post tenebras speratur, quia post noctem vitæ præsentis æternum lumen prospicitur. Sed quia ex verbis Job posset credi, quod statim post mortem suam separaret se habere lucem æternam, finitis tenebris vitæ præsentis ostendit hoc non esse verum. Sed licet hic adversa bene sustineat, tamen post mortem non statim habebit lucem, sed iterum descendet in tenebras alias, hoc est in limbum, cum Abraham, & aliis Sanctis, ubi (sicut dicit *Greg.*) nullum supplicium habebant, sed tantum carebant visione Dei, quia nondum venerat, qui januam aperiret. Et hoc est: *i* Si] idest, quamvis (sustinuero) hic patienter adversa, & propter Deum: Tamen

k Infernus] superior, idest limbus, ubi constituta est domus omni viventi, *infr.* 30. *l* Domus) usque ad Christi adventum, qui educet vinctos in fortitudine. *m* In tenebris] non exterioribus, quas patiuntur damnati in inferno inferiori. De quibus *Matth.* 22. Ligatis manibus,

Psal. 77.

& pedibus, &c. Sed in tenebris, idest in loco, ubi carebant luce visionis divinæ. *n* Stravi, &c.] Hic notat se Job habiturum quietem in sinu Abrahæ, quia in lecto quiescimus. Unde *Greg.* In tenebris sibi lectulum stravisse, est in inferno sibi requiem parasse. Sed quia non est perfecta quies, sed diminuta; ideo dicit: stravi lectulum, & non lectum. Recognoscens autem Job de pœna infirmitatis profectum provenire de ipsa infirmitate, subdit: *o* Putredini] idest naturæ corruptæ in Adam, & Eva, per peccatum. *p* Pater meus, &c.] idest principium, & origo. Unde *inf.* 25. Homo putredo, & filius hominis vermis. Et dixi: *q* Vermibus soror mea] supple estis, quia de putredine sum, sicut & vos, q. d. de eadem matre nascimur. *Gloss* aliter distinguit literam sic: Putredini dixi: pater meus es; & dixi vermibus: mater mea, & soror mea, sup. estis: Quomodo autem vermes sint soror nostra, planum est. Sed quomodo sunt mater, cum potius ex nobis, quam nos ex ipsis, nascantur. Item ex nobis nutriuntur, non nos ex ipsis. Item nos portamus eos intra nos, non ipsi nos. Sol. Vermes dicuntur mater hominis, propter materiam, ex qua sunt, idest putredine, quæ est pater, & mater hominis. Vel mater nostra dicitur natura corrupta, soror consuetudo perversa. Ab illa sumus, cum ista vivimus. *Hæc* mater, & hæc soror vermes dicuntur, quia ex natura corrupta, & consuetudine perversa oriuntur inquietæ cogitationes, quæ quasi vermes conscientiam nostram incessanter corrodunt. Secundum hoc sic distinguet (Putredini dixi, pater meus es.) Hoc non mutatur. (Et vermibus) dixi, idest naturæ corruptæ, & consuetudini perversæ, sive pravæ, ex quibus provenit, ut quasi vermibus inquietemur. Unde *Isai.* 14. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum vermes (Mater mea, & soror mea,) sup. estis: (Et redde singula singulis. *r* Ubi est ergo nunc) Non est ergo hic illativum, sed nota admirationis, & desiderii expressivum. Ostensa enim infirmitate sua Job, liberatorem desiderans, ait: Ubi est ergo nunc, viris justis existentibus in tenebris, & miseriis multis, quoad vivos. *s* Præstolatio mea,] idest, Christus, qui est desiderium collium æternorum, & expectatio gentium, *Gen.* 49 quem antiqui quandoque prænoverant, sed venire citius quærebant, & tamen patienter expectabant, quia sciebant ex pura misericordia venturum, non ex meritis cujusquam. Unde *Thren.* 3. Bonum est præstolari cum silentio salutare Domini. *Gen.* 49. Salutare tuum expectabo, Domine. *Isai.* 8. Expectabo Dominum, qui abscondit a domo Jacob faciem suam, & præstolabor eum. Item *Isai.* 25. Ecce Dominus Deus noster, expectabimus eum, & salvabit nos. Item *Isai.* 30. Deus judicii Dominus, beati omnes, qui expectant eum. *Agg.* 2. Veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Sequitur: *t* Et patientiam meam,] patientiam meam inquam in his languoribus, in mora Salvatoris, in absentia Domini mei. Patientiam justorum Deus considerat: Sed quia disponenti & causam dilationis scienti, breve est amanti, & causa dilationis ignoranti, longum est. *Prov.* 13. Spes, quæ differtur, affligit animam. Job igitur considerans damna hujus dilationis, dicit: *u* In profundissimum infernum descendent omnia mea.] idest, anima mea: Quam dicit animam suam, quia pondus redemptionis attenditur in ea, & quia ibi dicitur esse totus homo, ubi sentire potest. Vel omnia sua dicit descendere in infernum, quia omnium malorum suorum mercedem ibi expectaret. Sed quomodo dicit Job se descensurum in infernum, & profundissimum infernum, cum non esset descensurus, nisi in limbum cum aliis Sanctis? Ad hoc dicit *Gl.* quod limbus dicitur hic profundissimus infernus, in respectu, non absolute. Nam quantum ad celsitudinem cœli, aer iste infernus est. 2. *Pet.* 2. Item respectu altitudinis aeris, terra infernus est. Item respectu altitudinis terræ, limbus infernus dicitur, qui tamen aliis receptaculis inferni superior est: Et ita respectu cœli, limbus dicitur profundissimus infernus, quo baratrum damnatorum multo profundius est. *x* Putasne saltem ibi erit, &c.] quasi dicat sic: Nec affirmationem requirit. Nec hoc dubitabat Job, sed quasi dubitando dixit, ut timere nos faceret. Quis enim nostrum securus sit de requie, si ille de ipsa trepidat, quem judex laudat? 1. *Pet.* 4. Si vix justus salvabitur, impius, & peccator ubi parebunt? Sed contra hoc est quædam *Gloss.* quæ dicit hoc se desiderare, sed dubium esse ostendit. Respondeo: Dubium esse non sibi, sed aliis; sic Joannes Baptista, quando dixit: Tu es, qui venturus es, &c. *Matth.* 11. Non dubium sibi, sed aliis. Vel dubitavit Job, non quod ibi essent in requie, sed quamdiu, vel qualis esset requies ibi.

Quadruplex est requies:
- In limbo expectantium.
- Gratiæ, in Ecclesia militantium.
- Simplicis stolæ, quiescentium.
- Patriæ, regnantium.

EXPO-

C A P. XVIII.

Respondens *a* autem Baldad Suhites, dixit: Usque *b* ad quem finem verba jactabis? *c* Intellige prius, & sic loquamur: *d* Quare reputati sumus ut jumenta, & *e* sorduimus coram te? † *f* Quid perdis animam tuam in furore tuo? Nunquid propter *g* te derelinquetur terra, & *h* transferentur † rupes de loco suo? Nonne *i* lux impii extinguetur, *k* nec splendebit flamma ignis ejus? *l* Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, *m* quæ super eum est, extinguetur. *n* Arctabuntur gressus virtutis ejus, & *o* præcipitabit eum consilium suum. Immisit *p* enim in rete pedes suos, & in *q* maculis ejus ambulat. *r* Tenebitur planta illius *s* laqueo, & *t* exardescet contra eum sitis. *u* Abscondita est in terra pedica ejus, & *x* decipula illius *y* super semitam.

al. † qui perdis. al. † qui perdes.

al. † montes.

E X P O S I T I O C A P. XVIII.

Respondens, *a* &c.] Finitis verbis Job, respondit Baldad, qui secundus inter amicos Job ipsum arguere attentavit. Arguit autem Baldad B. Job. Primo de jactantia, cum dicit: Usque, &c.] Secundo de insipientia, cum dicit: [intellige prius.] Tertio de impietate, cum dicit: [Quare reputati, &c.] Deinde multa dicit de iniquis, & capite eorum, unde in fine capituli concludit: [Hæc est &c.] Dicit igitur: (Respondens autem) adversativum est. Respondere dicitur Baldad, licet Job non loqueretur ei, sed Eliphaz, qui *sup.* 15. locutus fuerat. Sed hoc ideo est, quia illi tres unanimes erant, & unius intentionis contra Job, sicut omnes hæretici, licet in se sint divisi multipliciter, tamen contra Ecclesiam sunt unanimes. Quod significatum est *Jud.* 16. per vulpes Samsonis, quæ habebant caudas ligatas, & facies divisas. *b* Usque, &c.] Ecce de jactantia arguit B. Job propter illam, scilicet de sapientia, &c. quæ ibi dicuntur, quæ dixerat *sup.* 16. per totum. *c* Intellige,] quæ dicis, scilicet (& sic) post intelligentiam (loquamur) quasi dicat, non debes loqui nobis, quia non intelligis, quæ loqueris, sicut nos intelligimus: Et sic arguit eum de imperitia. Nam qui prius respondit, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. *d* Quare, &c.] idest irrationabiles, & sine judicio mentis? *e* Et sorduimus, &c.] quasi dicat, quare reputas nos stultos, & malos? Hoc dicit Baldad, quia *sup.* 16. dixerat eos verbosos, & comparaverat eos terræ. *Greg.* Arbitratur se despici, qui bonos despicere consuevit, & ex suspicione contemptus ad indignationem prosilit, & contumelias ingerit. *Eccl.* 27. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu hominis cor, supple, ostendit: *f* Quid perdis] Zelum Job, vocat furorem, quia execratio peccatoris, cultura Dei: *Eccl.* 1.
g Nunquid] a Deo, quasi dicat, nunquid tu solus consolaberis a Domino, aliis derelictis. Et nunquid propter te *h* Transferentur rupes de loco suo?] quasi dicat: nunquid propter te solum faciet Dominus miracula: vel rupes vocat sapientes in sapientia sua fidentes, quasi dicat, nunquid propter te transferentur sapientes a sensu suo, & convertentur ad te? Et hoc dicit Baldad, quia Job monuerat eos converti ad eum, *sup.* 17. ubi dixit: Igitur omnes vos convertimini, & venite, & non inveniam in vobis ullum sapientem: *i* Nonne lux impii extinguetur,] quasi dicat, sic: Job dicit impium, & lucem vocat prosperitatem vitæ præsentis, quæ cum vita terminatur. De [illegible]a *Prov.* 13. Lux justorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur. Vel lucem impii, vocat doctrinam, [illegible] quam utaniam putat, & cito extingui.
k Nec splendebit flamma ignis ejus?] Ignem impii dicit fervorem desiderii temporalis, cujus flamma est decor, vel potestas exterior, de interiori ardore progrediens. Sed non splendebit diu, quia in die exitus omnis decor, & omnis potestas exterior subtrahetur. Sed quia duplex est lux, interior, scilicet gaudium conscientiæ; & exterior, scilicet prosperitas præsentis vitæ, quæ potius est tenebrosa in veritate. De utraque subdit Baldad *l* Lux obtenebrescet in tabernaculo, &c.] idest gaudium de temporali prosperitate habitum deficiet in conscientia impii. *Amos* 8. Occidet Sol in Meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis, idest animam in delectatione prosperitatis. *m* Et lucerna, &c.] idest gaudium temporale, quod est in mente, quasi lumen in testa, cito deficiet. Et bene dicitur, (quæ super eum est,) non apud eum, quia gaudia terrena, mentes stultorum possident, & non possidentur. Vel lucerna est lumen doctrinæ, quæ super eum est quasi per ostentationem. Unde, quia non habet cooperculum humilitatis, cito exsufflatur a modico vento. *n* Arctabuntur gressus virtutis ejus,] scilicet impii, idest vires malitiæ, & potentia linguæ, & aliorum membrorum, quorum abutitur officio, restringentur etiam in præsenti, sed maxime in futuro, quando ligatis manibus, & pedibus mittentur in tenebras exteriores. *Matth.* 22. Ubi nec opus nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt. *Eccles.* 9. *Prov.* 15. Iter pigrorum quasi sepes spinarum, via justorum absque offendiculo. De qua dicitur *Prov.* 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.
o Præcipitabit eum consilium suum.] *Prov.* 12. Consilia impiorum fraudulenta. Consilium vero impii est præsentia appetere, æterna deserere. Sed suo consilio præcipitatur, quia per hoc æternis suppliciis demergitur. Unde *Isai.* 47. Sapientia tua, & scientia hæc decepit te. *Isai.* 19. Stulti Principes Thaneos, sapientes consiliarii Pharaonis, dederunt consilium insipiens. Huic consilio acquiescentes, primo in profundum vitiorum, & deinde in profundum inferni mergit. *p* Immisit enim in rete pedes suos,] idest cogitationem, & voluntatem.

Est rete, sive laqueus
- Luxuriæ. *Prov.* Irretivit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit eum. *Eccl.* 7. Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor ejus, vincula sunt manus ejus.
- Avaritiæ. 1. *Timoth.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli. *Osee* 5. Laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter Thabor.
- Deceptionis. *Prov.* 1. Frustra jacitur rete ante oculos pennatorum.
- Prædicationis. *Thren.* 1. Expandit rete pedibus meis, & convertit me retrorsum.
- Adulationis. *Prov.* 29. Homo, qui blandis, fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus.

q Et in maculis] per consuetudinem. Unde quanto magis ambulat, tanto magis implicat se. *Greg.* Qui in rete mittit pedes, non, cum voluerit, ejicit: Sic qui in peccatis se dejicit, non mox, cum voluerit, surgit. Homo enim est spiritus vadens, & non rediens. (*Psal.* 77.) *Thren.* 1. Dedit me Dominus in manum, de qua non potero surgere. Et qui in maculis retis ambulat, gressus suos ambulando implicat, & cum se ad ambulandum expedire nititur, ne ambulet, obligatur. Unde *Eccl.* 11. Sicut perdix inducitur in caveam, vel foveam, & sicut caprea in laqueum, sic & cor superborum. *Greg.* Cum aliquis ad honorem ex suo desiderio venit, plerumque habendo discit, quam vile sit, quod expetiit. Unde ad se rediens, exquirit, qualiter sine culpa fugiat, quod cum culpa suscepit. Sed cum dignitas, quæ eum implicat, tenet, jam sine culpa fugere non valet, ad quod non sine culpa pervenit, quam obligationem tunc vere cognoscimus, cum evadere nitimur. *r* Tenebitur] idest affectus animæ.
s Laqueo] delectationis. Vel planta finis vitæ tenebitur laqueo peccati, in quo decepit. *Prov.* 29. Virum iniquum involvet laqueus. *Gen.* 3. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus. *t* Exardescet] idest, Diabolus, qui dicitur sitis ejus, quia mortem ejus sitit, & desiderat. Vel sitis ejus, idest mundi concupiscentia, quæ satiari non potest, quia qui perverse agit, ut perversius agat, accenditur; sicut hydropicus, qui quanto plus bibit, tanto magis sitit. *Eccl.* 23. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat, & homo nequam desiderio carnis suæ non desinit, donec incendat ignem. *Jerem.* 51. In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, ut sopiantur; & dormiant somnum sempiternum, & non consurgat. Super hoc dicit *Greg.* Mens perversa se in laqueos peccatorum venisse videns, plerumque hos evadere quærit, sed terrores mundi, vel opprobria hominum timens, eligit potius in æternum mori, quam ad tempus aliquid adversitatis pati. *u* Abscondita est in terra] idest culpa sub terrena commoditate. Unde *Psal.* 130. Juxta iter scandalum posuerunt mihi. *Psalm.* 13. In itinere contemptorum vorago. *Greg.* In terra pedica absconditur, cum culpa sub terrenis commodis occultatur, ut homo videat, quid concupiscere valeat, sed nequaquam videat, in quo culpæ laqueo pedem ponat. *x* Et decipula illius] idest aliqua apparentia boni, qua decipitur peccator.
y Super semitam.] idest in actione, quam homo appetit. *Sap.* 14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem

tationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Et notantur hic duo genera tentationum. Quoddam apertum, quod nisi absconderetur sub specie alicujus boni, statim ab omnibus percipi posset, sicut est in fornicatione, & aliis grossis peccatis. Et hoc per pedicam, quæ sub terra absconditur, significatur. Aliud latens, & subtile, quod vix a sapientibus cognoscitur, quod per decipulam intelligitur, quæ super semitam ponitur. Diabolus igitur quibusdam decipulam tendit, novit enim mores hominum, & cui vitio sint propinqui, & illa ponit ante faciem eorum, ad quæ facilius novit inclinari mentem, ut blandis, & lætis, luxuriam, & vanam gloriam; asperis, & iracundis, iram, & superbiam. Unde *Jerem.* 5. Inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes in pedicas ad capiendos viros, sicut decipula plena avibus, sic domus eorum plenæ dolo. *a* Undique terrebunt, &c.] adhuc prosequitur Baldad de impio, qualem credebat esse Job, dicens illum esse timidum, etiam ubi non est timendum. Unde *sup.* 15. Sonitus terroris semper in auribus ejus, & cum pax sit, ille insidias suspicatur. *Prov.* 28. Fugit impius nemine persequente. Et hoc est (Undique, &c.) quæ ponontur in campis ad terrendum feras. *Psal.* 88. Posuisti firmamentum ejus formidinem, *b* Et involvent pedes ejus.] ne liberi sint ad bene agendum, & ne exeat a peccato. *Prov.* 26. Dicit piger, est leo in via, leæna in itineribus, Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectu suo, idest in delectatione sua, quasi dicat, propter timorem remanet in peccato. Quæ autem ventura sint impio, prædicens Baldad, ait: *c* Attenuetur] idest, attenuabitur. *d* Fame robur] *Ad litteram. Prov.* 13. Egestas, & ignominia ei, qui deserit disciplinam. Vel robur ejus, idest, anima rationalis, in qua est fortitudo resistendi diabolo, attenuetur fame verbi Dei. De qua *Amos* 8. Mittam famem in terram, &c. *e* Et inedia] prædicationis penuria. *f* Invadat] idest sensus interiores, seu virtutes, quæ sicut costæ viscera, ita & ipsæ cogitationes muniunt. De hac attenuatione inediæ dicit *Isai.* 10. Mittet dominator Dominus exercituum tenuitatem in pinguibus ejus, & subtus gloriam ejus succensa ardebit quasi ignis combustio.

g Devoret pulchritudinem, &c.] Pulchritudo cutis, est gloria temporalis exterior. Per brachia fortitudo, vel opera designantur; quæ brachiis aguntur, hæc devorat, & consumit. *h* Primogenita] idest superbia, quæ dicitur mors, quia causa mortis. Primogenita, quia ab ipsa sumpsit initium omnis perditio, *Tob.* 4. *Eccl.* 10. Initium omnis peccati superbia. De hoc dicitur *Thren.* 4. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis; adhæsit cutis ossibus eorum, & facta est quasi lignum. *i* Avellatur de tabernaculo, &c.] quasi dicat, cito tolletur de terra, in qua posuit fiduciam suam, in qua habitat quasi in domo. *Luc.* 12. Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, & quæ parasti, cujus erunt? *Sup.* 8. Sicut tela aranearum fiducia ejus. *Greg.* Dives gloriam, & opes sine culpa posset habere, si hæc haberet in humilitate: si in his confidit, Deus evellet. *Eccl.* 5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. *k* Et calcet, &c.] i. diabolus, cui non resistit, vel peccatum, quod est causa duplicis mortis. Impius hic culpa moritur, in futuro ad æternam mortem rapietur. Et nota. Diabolus calcat super hominem, quando homo acquiescit ejus suggestionibus. Unde *Isai.* 51. Ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt, & dixerunt animæ tuæ, incurvare, ut transeamus. *Apoc.* 6. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. Equus pallidus est peccator, qui caret virore virtutum, & fructu bonorum operum. Mors super eum est diabolus, qui intulit, & quærit mortem homini. Item peccatum calcat super hominem, quando dominatur per consuetudinem. *Rom.* 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. *Psalm.* 118. Non dominetur mei omnis injustitia. *Ecclesi.* 9. Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via, ab omnibus prætereuntibus conculcabitur, idest, conculcata monstrabitur.

Undique *a* terrebunt eum formidines, & *b* involvent pedes ejus. *c* Attenuetur *d* fame robur ejus, & † *e* inedia *f* invadat costas illius. (al. † inedia invadens) *g* Devoret pulchritudinem cutis ejus, & consumat brachia illius *h* primogenita mors. *i* Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, & *k* calcet super eum quasi rex interitus. *l* Habitent in tabernaculo illius *m* socii ejus, qui non est, *n* aspergatur in tabernaculo ejus sulphur. *o* Deorsum radices ejus siccentur, *p* sursum autem atteratur messis ejus. *q* Memoria illius pereat de terra, & non celebretur *r* nomen ejus in plateis. *s* Expellet eum de luce in tenebras, & de *t* orbe *u* transferet eum. Non *x* erit semen ejus, neque *y* progenies in populo suo, *z* nec ullæ reliquiæ in regionibus ejus. In *a* die ejus stupebunt novissimi, *b* & primos invadet horror. *c* Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & *d* iste locus *e* ejus, *f* qui ignorat Deum.

l Habitent, &c.] *Ad litteram*, habitatio ejus, impii, erit cum Angelis apostatis. *m* Socii, &c.] idest, luciferi, cui adhæserunt, qui dicitur non esse, quia a vero esse per superbiam recessit. Vel sic secundum *Greg.* (Habitent in tabernaculo, &c.) idest, in mente impii convenientur dæmones, per nequissimas cogitationes. *n* Aspergatur, &c.] idest, in mente ejus peccatum carnis, unde ignis æternus accenditur. *Isai.* 30. Torrens sulphuris succendens eam, idest, Tophet. *Greg.* In habitatione iniqui sulphur aspergitur, quoties carnis delectatio in ejus mente dominatur. *o* Deorsum radices ejus siccentur,] idest cogitationes in terrenis, sine rore gratiæ figantur. *p* Sursum, &c.] idest opera ejus exteriora inutilia, & sine fructu sunt. Et recte per radices, quæ in terra figuntur, & non videntur, intelliguntur cogitationes, quæ in occulto cordis sitæ sunt, & visibilia opera extra producunt. Per messem, quæ extra pullulat, opera exteriora, quæ apparent, significantur. Dum radices deorsum siccantur, messis sursum atteritur, quia dum cogitationes in terrenis figuntur, omnis operatio Dei judicio in nihilum deputatur. Unde *Osee* 9. Radix eorum exsiccata est, & fructum nequaquam facient. *Sap.* 4. Commovebit eos a fundamentis, idest a cogitationibus, & usque ad supremum desolabuntur, idest usque ad opera, & memoria eorum peribit. Unde & hic sequitur: *q* Memoria illius pereat de terra,] viventium. Vel *ad litteram*, non erit in ea memoria hominum. *r* Nomen ejus] idest laudem terrenæ potestatis amittat, & gaudium sui nominis, quod longe, lateque diffuderat, perdat. *Prov.* 10. Memoria justi cum laudibus, nomen impiorum putrescet. *Eccl.* 41. Nomen impiorum delebitur: Curam habe de bono nomine: hoc enim permanebit tibi magis, quam mille thesauri magni. Unde *Eccl.* 49. Memoria Josiæ in compositione boni odoris. *s* Expellet eum] cum de præsenti prosperitate ad supplicia trahetur æterna. *Isai.* 22. Expellam te de statione tua, & de tuo ministerio deponam te. *t* Et de orbe] idest de mundo, in quo gloriatur. *u* Transferet eum.] in infernum. Sicut locutus est de impio Baldad contra Job, quæ omnia de capite malorum, idest Antichristo, possunt accipi. Unde sequitur; *x* Non erit semen] quia in fine cum omnibus suis sequacibus damnabitur. 2. *Thessal.* 2. Tunc revelabitur ille iniquus filius perditionis, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui. *y* Neque progenies, &c.] supple erit. *z* Nec ullæ, &c.] Quia iniquus, & iniquitas ejus cum mundo terminabitur, & populus ejus omnis cum eo punietur. *Isai.* 14. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem. Nomen, idest genus peccati, ut etiam amplius non nominetur in nobis. Reliquias, idest circumstantias, scilicet gestus inordinatos, & grossos mores. Germen, idest cogitationes, & desideria. Progeniem, idest opus. *a* In die, &c.] idest electi, quia tanta, & tot signa ostendet, & tam crudelia faciet, ut electos, quos inveniet, ad stuporem perducat. *Matth.* 24. Et erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, usque modo, neque fiet; & nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro. *b* Et primos invadet] idest Eliam, & Henoch, qui in ejus expugnationem reservati sunt, *Apoc.* 11. Horror mortis, & dolor transfiget: Vel (primos invadet) idest electi quicumque timore mortis ferientur, quia etsi tormentis vinci nequeunt, tamen quia homines, mortem metuunt. *c* Hæc sunt ergo,] Quia multa dixit de iniquis, & de capite eorum, idest Antichristo, sive diabolo, generaliter concludit de omnibus iniquis, dicens: (Hæc ergo, &c.) quasi dicat, in diebus illis stupebunt novissimi, idest Sancti. (Et primo,) idest Eliam, & Henoch, (invadet horror mortis:) Et quoscumque electos, quos quia non poterit trahere ad se per miracula, vel promissa, conabitur trahere per tormenta. (Ergo) idest, & ideo, (hæc,) prædicta, idest tenebræ, de quibus dictum est *sup. eod.* Expellet eum de luce in tenebras, (sunt tabernacula iniqui,) idest Antichristi, qui ibi habitabit in æternum. Unde sequitur. *d* Et iste locus] idest infernus, & tenebræ, est, scilicet. *e* Ejus,] idest Antichristi. *f* Qui ignorat Deum.] per elationem, qua faciet se coli, ac si esset Deus,

Deus, quasi dicat: qui nunc ignorando Deum extollitur, tunc ad propria tabernacula pervenit in supplicia, quando in supplicia demergetur.

C A P. XIX.

RESpondens *a* autem Job dixit: Usquequo *b* affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus? En *c* decies confudistis me, & non *d* erubescitis opprimentes me. *e* Nempe, & si ignoravi, mecum erit ignorantia mea. At *f* vos contra me erigimini, & *g* arguitis me opprobriis meis. *h* Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo judicio afflixerit me, & *i* flagellis suis me cinxerit. Ecce *k* clamabo vim patiens, & nemo audiet. *l* Vociferabor, & non est, qui judicet. *m* Semitam meam *n* circumsepsit, & *o* transire non possum, & in *p* calle meo tenebras posuit. *q* Spoliavit me *r* gloria mea, & *s* abstulit coronam de capite meo.

E X P O S I T I O C A P. XIX.

RESpondens, &c.] Hoc capitulum dividitur in quinque partes. In prima respondet Job amicis suis, dicens, se injuste affligi ab eis, & a Deo supra merita flagellatum. In secunda ostendit se spoliatum a gloria, & afflictum undique, *ibi*: [Spoliavit me gloria, &c.] In tertia ostendit se destitutum ab amicis suis, & derisum, & despectum ab uxore, & etiam a servientibus suis, *ibi*: [Fratres meos longe fecit.] In quarta requirit auxilium amicorum, prędicens in consolatione sui resurrectionem corporum, *ibi*: Miseremini mei.] In quinta convertit sermonem ad amicos, monens, ut fugiant a facie gladii judicantis, *ibi*: [Quare ergo, &c.] Dicit igitur Job: *b* Usquequo superba, scilicet loquendo, & correctiones meas non recipiendo? Et dicit se affligi Job, & atteri sermonibus, non quia impatienter sustineret contumelias in se prolatas, sed quia mali peccabant. Unde *Greg.* Atteruntur sermonibus iniquorum boni, quando illi contra eos in verbis tument, quia aut in perversa fide, aut in pravis moribus jacent. Unde talibus dicit Dominus per *Isai.* 3 Quare populum meum atteritis, & facies pauperum commolitis? Vel certe affligi dicit, quia injuste arguebatur, & falso. *c* En decies, &c.] Hoc est, quod legitur *Gen.* 31. scilicet, quod Laban, qui mundum significat, decem vicibus mutavit mercedem Jacob. Decies dicit, quia quinquies ab eis increpatus est, & ipse quinquies respondit eis. Primo enim locutus est Eliphaz, *cap.* 4. & 5. Deinde respondit Job *cap.* 6. & 7. Secundo locutus est Baldad, *cap* 8. Et iterum respondit Job, *cap.* 9. & 10. Item tertio locutus est Sophar, 11. Et iterum respondit Job, *cap.* 12. 13. & 14. Item quarto locutus est Eliphaz 15. Et iterum respondit Job, *cap.* 16. & 17. Quinto locutus est Baldad 18. Item respondit Job 19. Et ita computatur hæc responsio cum aliis, ut sit decima. Sic igitur dicit decies confusum, quia quinquies graviter, & injuste increpatus est, & quinquies respondit eis. Sed qualiter ex propria responsione pertulit Job confusionem, qui semper juste, & compatiendo illis respondit? Solut. Quia ad verbum suæ correctionis non sunt emendati, secundum quod dicitur *Eccl* 22. Confusio est patri de filio indisciplinato. Item *Orig. super Num.* 17. Ego hodie si Prophetæ verba non audiam, & dicta ejus spernam, lapido Prophetam, & quantum in me est occido, cujus tanquam mortui verba non audio, *Eccl.* 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam. Vel

Mystice. Mystice: Ecclesia decalogum servat, cui iniqui toties confusionem faciunt, quoties præceptis Decalogi obsistunt.

d Et non erubescitis, &c.] saltem timore, vel pudore hominum: Quidam enim sunt, qui non propter Deum, sed propter hominum verecundiam peccare dimittunt, sicut hypocritæ. Quidam timore pœnæ, sicut servi serviliter timentes. Quidam amore justitiæ, sive propter Deum, sicut fideles. Alii sine ruga frontis peccant, de quibus *Isai.* 3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicaverunt, &c. *Jerem.* 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. *Thren.* 4. Facies Sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. Bene ergo: (Non erubescitis) quia malum fuit peccare, sed pejus de peccato non erubescere. Sequitur: *e* Nempe, &c] quasi dicat, si erravi, contra me est error, idest ad pęnam meam. Et nota, quod est ignorantia bona: Hæc pro nobis est, cum timentes lapidari cum bestia, quæ tetigerit montem, gradum sistimus inquirendi, quia non plus sapere, quam oportet sapere *Rom* 12. De hac ignorantia dicitur 1. *Timoth.* 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci Item est ignorantia mala: Hæc

1. Cor. 8. contra nos est, cum scilicet scire negligimus, quæ necessaria sunt ad salutem. De hac dicitur 1. *Cor.* 14. Si quis ignorat, ignorabitur. Item scientia contra nos est, quæ inflat. De qua *August. ad Hieron.* Cesset potius illa, quæ inflat, quam illa, quæ ædificat. Scientia pro vobis est, quæ informat in fide, & bonis moribus. De qua *Isai.* 5. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *f* At vos, &c.] per duras increpationes, qui deberetis consolari, obliti vestri per superbiam inflati. *g* Et arguitis me opprobriis, &c.] putantes mala temporis, & flagella Domini opprobria. Quem enim ante flagella justum noverant, ex percussione sua injustum judicabant. Unde *sup.* 4. Dixit Eliphaz ad Job: Recordare, quæso, quis umquam innocens periit. Ille dimiserat ordinem correctionis, quem assignat *Greg.* ut scilicet homo primo se contra se erigat, propria vitia feriendo, & postea alios judicet. Aliter dicitur ei illud *Rom.* 2. Qui alium doces, teipsum non doces. *Greg.* Qui se prius non judicat, quid in alio judicet, ignorat. Recte enim judicare non valet, cui innocens conscientia judicii regulam non præbet. Hinc ducentibus adulteram ad Dominum puniendam dicitur a Domino: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. *Joan.* 8. Ideo dicit Paulus de seipso 1. *Cor.* 9. Castigo corpus meum, &c. *Prov.* 18. Justus prior accusator est sui. *h* Saltem nunc intelligite, &c.] *Greg.* In hoc loco loquitur Job in persona Ecclesiæ, tamen nos dicimus, quod simul *ad litteram*, & de ipso, & Ecclesia. Dicit ergo: [Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo judicio afflixerit me] quantum ad culpam, quæ minorem exigebat pœnam; tamen æquo judicio afflixit, quantum ad augmentum patientiæ, qua crescente crescebat corona. Unde *Greg.* Si in his verbis Job peccasse dixerimus, diabolum vicisse asserimus, quem Dominus ipse laudavit. Si non peccasse dicimus, Deum injuste aliquid egisse contra eum videbimur asserere. Asseramus ergo, quia Deus Job juste afflixit, ut in eo virtus meritorum augeatur, non æquo judicio, quia in eo per flagellum nulla culpa punitur. Unde *sup.* 2. Dixit Dominus de ipso: Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra. *i* Et flagellis] ut scilicet non possim evadere, nisi sursum aspiciendo ad Deum. Cum enim tanta afflictio nos deprimit, quod nullius rei consolatione respirare potest animus, nisi solius Dei, tunc non solum ferimur flagellis, sed cingimur. *Greg* Ad hæc autem verba, non elatio Job, sed dolor compulit. Nec justus peccat, si causa rationabili exigente, vel dolore compellente, bona de se vere protulerit, sicut fecit Ezechias: *Isai.* 38. Memento, quæso, inquit, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod bonum est, in oculis tuis fecerim. *k* Ecce clamabo] Hic loquitur Job, sive Ecclesia in persona infirmorum, quorum personam gerit *Abac.* 1. Usquequo, Domine clamabo, & non exaudies: vociferabor ad te vim patiens, & non salvabis? Sciens enim Deus, quid infirmis expediat, vocem dolentium exaudire dissimulat. Quod fit, ut per pęnam vita purgetur, per patientiam meritum augeatur, & quies, quæ non invenitur hic, alibi quæratur. Quod ignorantes infirmi clamant, dicentes: *l* Vociferabor,] idest, ut de hostibus vindictam sumat, & nos liberet. *Thren.* 3. Cum clamavero, & rogavero, exclusit orationem meam. *m* Semitam meam] qua volebam transire ad gloriam sine pœna, cum tamen dicatur *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorum. Et *Luc. ult.* Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. *n* Circumpsesit,] infirmitatibus moriendi necessitate, persecutionibus hostium, insidiis dæmonum. *Thren.* 3. Ædificavit in gyro meo, circumdedit me felle, & labore; circum-ædificavit adversum me, ut non egrediar, aggravavit compedem meum, &c.

o Et transire] ad gloriam sine pœna, ad requiem sine labore, ad regnum sine paupertate, ad vitam sine morte. *p* Et in calle meo] Hoc dicit Job pro se, & quolibet justo. qui se percuti multis flagellis aspicit, & vitam suam dignam tanta percussione non reperit. Unde *Greg.* Circumseptam verberibus semitam suam Job vidit, cum transire ad securitatem cupiens, evadere flagella non potuit, & quasi in calle cordis ignorantiæ tenebras invenit, quia cur ita flagellaretur, scire non potuit. *q* Spoliavit, &c.] idest, his unde gloriabar, vel poteram gloriari.

s Abstulit coronam de capite meo.] *Ad litteram*, quia rex erat, ut dictum est in principio. Vel gloriam, & coronam dicit filios, quibus quasi corona gloriabitur. *Osee* 9. Gloria eorum a partu, & ab utero; & a conceptu. *Prov.* 17. Corona senum filii filiorum, gloria patres eorum.

Mystice. Mystice de Ecclesia. *q* Spoliavit me,] inquit, idest, spoliari permisit Dominus. *r* Gloria mea,] idest, puritate conscientiæ, quæ est gloria bonorum. Unde 2. *Cor.* 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *s* Et abstulit

ſtulit coronam de capite meo] idest perfectionem fidei, sive spem æternæ retributionis a Prælatis, qui sunt caput, & duces Ecclesiæ. *Thren.* 5. Cecidit corona capitis mei, væ nobis, quia peccavimus.

a Destruxit me undique, & *b* pereo, & quasi *c* evulsæ arbori abstulit spem meam. *d* Iratus est contra me furor ejus, & sic *e* me habuit quasi hostem suum. *f* Simul venerunt latrones ejus, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in *g* gyro *h* tabernaculum meum. Fratres *i* meos longe fecit a me, *k* & noti mei quasi alieni recesserunt a me. *l* Dereliquerunt me propinqui mei, & *m* qui me noverunt, obliti sunt mei. *n* Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi *o* peregrinus fui in oculis eorum. *p* Servum meum vocavi, & non respondit, † *q* ore proprio deprecabar illum. *r* Halitum meum *ſ* exhorruit uxor mea, & *t* orabam filios uteri mei. *u* Stulti quoque despiciebant me, & cum *x* ab eis recessissem, detrahebant mihi. *y* Abominati sunt me quondam consiliarii mei, & *z* quem maxime diligebam, † adversatus est mihi.

a Destruxit me] idest in meipso in prole, in possessione: Unde *sup.* 16. Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum.

b Et pereo,] Hoc dicit, quia nusquam solatium inveniebat. Simile *Thren.* 3. Inundaverunt aquæ super caput meum, dixi, perii.

c Et quasi, &c.] de prole iterum suscitanda, & prosperitate recuperanda. Sicut enim arbor evulsa iterum non reviviscit, sic Job de prole iterum habenda desperabat. De qua spe dicitur *Rom.* 4. Abraham contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium. Sed unde hæc omnia subdit: *d* Iratus est, &c.] percutiendo supra vires. Dominus enim quosdam percutit per disciplinam, ut filios, sicut dicit *Greg.* Unde *Prov.* 3. Quem diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Quosdam percutit per iram, ut hostes. Unde *Jerem.* 30. Plaga inimici percussi te castigatione crudeli, propter multitudinem iniquitatis tuæ. Sic se dicit Job percussum; & ideo sequitur: *e* Et sic me, &c.] flagello supra vires. Unde *sup.* 13. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?

C

al. † mihi.

al. † aversatus est me

f Simul venerunt latrones ejus, & fecerunt sibi viam per me,] Hoc ad litteram de Sabæis, & Chaldæis intelligitur, qui irruentes tulerunt omnia pecora Job, *sup.* 1. Vel de malignis spiritibus, qui accepta licentia a Domino, sublatis rebus, & filiis, totum corpus ejus attriverunt. Et sic *g* In gyro] idest, undique.

h Tabernaculum meum. idest corpus ejus (obsederunt.) De his latronibus dicitur in Abdia post principium: Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses, nonne furati essent sufficientia sibi? *Osea* 7. Fur ingressus est spolians, latrunculus foris.

i Fratres meos, &c.] Littera patet hic de Job. Unde *sup.* 6. Fratres mei præterierunt me sicut torrens. Et similiter exponitur de quolibet justo, in afflictione posito, quem tunc relinquunt, & fugiunt, quos prius putabat se habere amicos. Unde *Eccl.* 13. Humilis cum ceciderit, expelletur etiam a notis. *Prov.* 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum insuper, &c. *Seneca*: Mel muscæ sequuntur, cadavera lupi, frumenta formicæ; prædam, non hominem, sequitur turba ista.

Mystice.

Mystice autem exponitur de Christo, quem fratres sui, idest Apostoli in Passione dimiserunt. *Matth.* 26. Tunc Discipuli omnes relicto eo fugerunt. Et de his dicitur *in Psalm* 21. Narrabo nomen meum, &c. Et *Matth. ult.* Item nunciate fratribus meis. *k* Et noti mei, &c.] idest Judæi sibi noti per legis, & prophetiæ testimonium quasi obliti ejus, negaverunt eum. *Jer.* 2. Tenentes legem, nescierunt me. *l* Dereliquerunt me] idest Judæi, de quibus secundum carnem natus est. *m* Et qui me noverunt,] idest majores Judæi, qui adventum Christi per legem, & Prophetas edocti non ignoraverunt. Unde *Gen.* 27. Ubi Isaac benedixit Jacob, dicit *Gloss.* Constat, quod Judæi, qui bene legem didicerant, adventum Christi cognoverunt. Unde Herodes a principibus Sacerdotum quærit, ubi Christus nasceretur. *n* Inquilini domus meæ, &c.] Inquilini secundum *Gloss.* dicuntur famuli, quorum est servire in domo assidue. Sed secundum leges humanas, inquilini dicuntur domorum inhabitatores, seu conductores.

Matth. 2.

Mystice,

Mystice, Inquilini dicuntur Sacerdotes, quorum origo deputata erat servitio Dei. De quibus *Isai.* 28. Sacerdos, & Propheta nescierunt. Ancillæ dicuntur Levitæ, qui ad interiora tabernaculi, quasi ad secreta cubiculi familiarius serviebant. *o* Et quasi peregrinus fui in oculis] Unde *Jerem.* 14. Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum, non in sua, sed in domo aliena? Quia vulpes foveas habent, &c. *Matth.* 8.

p Servum meum, &c.] Hæc patent ad *litteram* de Job, quem percussum a Deo, & familia, & uxor exhorruit. Quos autem dicat filios uteri sui, non est liquidum, cum *sup.* 1. legatur de nece eorum. Sed forte filios uteri sui vocat nutritios suos.

Mystice.

Mystice autem exponuntur hæc omnia de Christo, cujus servus fuit Judaicus populus, timore servi, non amore filii, quem obsequens beneficiorum collatione, quasi valido clamore vocavit, sed non respondit, quia digna opera donis ejus reddere contempsit. Unde *Isai.* 50. Veni, & non erat vir; vocavi, & non erat, qui audiret. *Prov.* 1. Vocavi, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret. Sequitur: *q* Ore] idest verbis Prophetarum, qui sunt os Domini. Unde *Jerem.* 15. Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris: Vel *ad litteram*: Ore proprio rogavit Christus Judæos, quando vitæ præcepta humiliter prædicavit. Unde *Greg.* Aperuit os suum, qui prius aperuerat ora Prophetarum. *Matth.* 5. Aperiens Jesus os suum, docebat eos, dicens: Beati, &c. *r* Halitum] vel anhelitum (meum) idest prædicationem meam, & meorum. *ſ* Exhorruit uxor mea,] idest synagoga, quam legis fœdere desponsaverat, sed propter incredulitatem suam repudiata est. Unde *Isa.* 50. Quis est hic libellus repudii matris vestræ, quo dimisi eam? *t* Et orabam filios uteri mei.] idest Judæos, quos quasi filios nutrivit. Unde *Isai.* 1. Filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Uterus Dei, dicitur secretum prædestinationis, in qua ante sæcula concepti sumus, & creati per sæcula, & per sæcula perducamur. Vel gratia nutriens, vel benignitas expectans. De qua *Isai.* 46. Audite domus Jacob, & residuum domus Israel, qui portamini ab utero meo, & gestamini a mea vulva. Filios ergo uteri sui oravit Dominus, quia quos per gratiam condidit, & nutrivit, incarnatus humiliter, ut crederent, rogavit. *u* Stulti quoque despiciebant] Hoc de amicis Job, quos stultos dicit, intelligitur, quia oculi stultorum in finibus terræ, *Prov.* 17.

Mystice.

Mystice. (Stulti) idest Pharisæi, & legis Doctores, qui Dominum despexerunt. Unde *Joan.* 8. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Vel stulti dicuntur minores Judæi, qui sequentes majores, Dominum similiter despexerunt. Unde *Joan.* 7. Dixit turba: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? *Jerem.* 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos. De utrisque dicitur *Jerem.* 5. Ego dixi: Forsitan pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, & judicium Dei sui. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis, qui cognoverunt viam Domini, & judicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt jugum, & ruperunt vincula. *x* Et cum ab eis recessissem,] idest, cum a miraculis cessabam, male sentiebant, & dicebant de me. Dominus enim ad eos accedebat, quando miracula demonstrabat: recedebat, quando a miraculis cessabat, sed Judæi sic, & sic despiciebant. *y* Abominati sunt me, &c.] Hoc de amicis Job, qui videntes plagam Job timuerunt. Unde *sup.* 6. Venerunt usque ad me, & pudore cooperti sunt.

Mystice.

Mystice de Christo, & Scribis, & legis Doctoribus, qui erudire populum consueverunt, & consiliarii ejus fuerunt, sed præsentem in carne abominati sunt. Unde *Isai.* 53. Nos reputavimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. *Sap.* 2. Gravis est etiam nobis ad videndum, quoniam est dissimilis aliis vita illius. Sed cum Dominus omnia sciat, liquet ipsum non egere consiliariis. Unde *Isai.* 40. Quis consiliarius ejus fuit? quasi dicat, nullus: Quid est ergo, quod hic dicitur? Solut. Sicut Dominus dicitur in membris vestiri, cibari, & hujusmodi. *Matth.* 25. ita dicitur consiliariis indigere in membris suis. Consiliarii ergo Dei fuerunt Scribæ, & legis periti, qui populum consiliis suis juvabant.

z Et quem maxime diligebam, adversatus est mihi.] idest populus Judaicus, vel Tribus Levitica, quam sibi assumpsit Dominus in hæreditatem, vel Judas: hi adversati sunt Domino, Christum persequentes in se, & in suis, & peccatum peccato addentes. *Jerem.* 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa? *Ad litteram* autem accipitur hoc de Eliphaz: De cujus adversatione habitum est *sup.* 15.

a Pelli

a Pelli meæ, &c.] Hic quasi lamentando exponit Job miseriam, & afflictionem suam. Tandem convertens sermonem ad amicos suos, ut saltem misereantur ejus. Dicit ergo: [Pelli meæ consumptis carnibus] famis media.
b Adhæsit os meum,] Os ossis, tanta fuit in eo macies.

a Pelli meæ consumptis carnibus *b* adhæsit os meum, & *c* derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. *d* Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia *e* manus Domini *f* tetigit me. *g* Quare persequimini me sicut *h* Deus, & *i* carnibus meis saturamini? *k* Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? *l* Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina *m*, vel † *n* celte sculpantur in silice? *o* Scio enim, quod *p* Redemptor meus vivit, & in *q* novissimo die de terra surrecturus sum. Et *r* rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea *s* videbo Deum meum. *t* Quem visurus sum ego ipse, & *u* oculi mei conspecturi sunt, & non *x* alius. *y* Reposita est hæc spes mea in sinu meo. *z* Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum, & *z* radicem verbi inveniamus contra eum?

c Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.] præ inopia cibi. Et cum ita sit.
d Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei,] quasi dicat: Si amici estis, nunc debetis misereri, quia in necessitate probatur amicus. Bis autem dicit miseremini, propter duplicem compassionem, affectus scilicet, & effectus, quam debemus proximo. Unde Paulus 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, &c. Et nota, quod amicos vocat eos, qui eum contumeliis afficiebant, quia contumelias tanquam dona recipiebat, unde de Esau dicitur: Et major serviet minori, persequendo scilicet. Et revera debetis misereri.

(margin: ad terne. — Gen 25.)

e Quia manus Domini] idest, flagellum Domini, non Satanæ.
f Tetigit] non penitus destruxit.
g Quare persequimini me, &c.] duris increpationibus.
h Sicut Deus,] qui tanto justius vitia percutit, quanto in te nihil habet vitiorum, quasi dicat: vos affligitis me super infirmitatibus meis, ac si non essetis infirmi. Unde *sup.* 13. Nunquid faciem ejus accipitis, & pro Deo nitimini judicare? *i* Et carnibus meis saturamini?] detrahendo. Alienis enim carnibus saturatur, qui vitæ detrahit alienæ. De quo *Prov.* 23. Noli esse in conviviis potatorum, neque in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. *Galat.* 5. Si invicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab invicem consummamini. Sed quia Job amicos suos, non profuturos ad verba sua prospexit, cum tamen rationabilia, & utilia, rogat, ut sermones sui scribantur. Et hoc est:
k Quis mihi tribuat, &c.] Non enim volebat Job tegi dura, quæ sustinebat, ut alii ad patientiam valerent ædificari. Sunt enim opera in exemplum posterorum. Unde *Isai.* 8. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus, in signum, & in portentum Israel. 1. *Cor.* 4. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. *Sap.* 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Immortalis enim est memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines, cum præsens est, illam imitantur.
l Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo,] idest in cordibus memoriter imprimantur.
m Et plumbi lamina,] quæ non ita fortiter imprimit libro litteram, sicut stylus ferreus, quasi dicat, vellem sermones scribi in cordibus hominum, fortiter, vel saltem leniter.
n Vel celte, &c.] Celtes instrumentum est, ut dicunt, quo litteræ, vel imagines sculpuntur in silice. Job igitur *ad litteram* sermones suos, & flagella sua, sermone, & memoria digna, desiderat scribi in libro ad doctrinam posterorum, sed quia liber vetustate consumitur, magis vellet eos scribi in lamina plumbi; sed quia iterum lamina plumbi igne resolvitur de facili, potius vellet eos scribi in silice, qui nec vetustate, nec igne deletur. Vel nomine libri, generaliter corda hominum accipit, in quibus vellet Job memoriter imprimi verba sua. Et postea dividit in plumbi laminam, & in silicem; per laminam plumbi intelligens mollia corda hominum, qui cito adversitate franguntur: per silicem vero dura corda eorum, qui fortiter adversa sustinent. Et hi, & illi fortes esse discant usque ad finem, contra biformes fortunæ adventus exemplo sui, qui nec adversitate fractus fuit, nec prosperitate elatus. Vel per plumbum obscuritas in peccatum, per ignorantiam; per silicem, obstinatos, per malitiam, in quibus vellet sua verba scribi, ut utrique correcti discant in adversis fortes gratias agere, & in prosperis humiles, sua distribuere ad exemplum ejus. Unde *infra* 31. Si negavi pauperibus, quod volebant, idest non negavi. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. Quare autem hæc scribi desideret, subdit:
o Scio enim,] quasi dicat; ideo hæc volo scribi, quia scio, idest credo, *p* Quod Redemptor meus] non amplius moriturus, quia Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, &c. *Rom.* 6. & per ejus resurrectionem spero mihi similem. Et nota, quod non ait: Creator meus vivit, sed Redemptor: Majus enim signum amoris fuit, quod nos sua passione redemit, quam quod de nihilo creavit.
q Et in novissimo die de terra surrecturus sum.] in qua continue resolvor. Juxta illud *Gen.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris.
r Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum] quasi dicat, non in aereo, vel in alio corpore ero, sed in meo proprio alterato, tamen eodem per naturam, alterato per gloriam: juxta illud 1. *Cor.* 15. Seminatur corpus in corruptione, resurget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spirituale,
s Videbo Deum] Salvatorem meum venientem ad judicium in forma Deitatis, oculis mentis; in forma humanitatis, oculis carnis. Intellige autem Christum Salvatorem auctoritate, in quantum Deus; ministerio, in quantum homo.
t Quem visurus sum ego ipse] idest idem existens, qui prius.
u Et oculi mei conspecturi sunt,] non tantum cordis, sed etiam corporis. *Isai.* 40. Videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est. Item *Isai.* 52. Oculo ad oculum videbunt, cum converterit Dominus Sion. Et postea: Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.
x Et non alius.] tamen aliter, quia immortalis, & gloriosus, cum prius esset mortalis, & miser.
y Reposita est hæc spes mea in sinu meo.] idest, in secreto cordis, quasi dicat, hoc mihi certissimum est: Nihil enim nos certius habere credimus, quam quod in sinu tenemus. De hoc dicitur 2. *Timoth.* 4. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ.

Mystice.] de Christo. *a* Pelli meæ, &c.] Per os, quod totum corpus sustinet, & est quasi totius corporis fortitudo, intelligitur Christus. Per carnem, quæ ossi propinquior est, signantur discipuli adhuc infirmi. Per pellem, quæ exterior est carne, sanctæ mulieres, quæ Domino in exterioribus ministeriis serviebant. Unde *Luc.* 8. Maria, quæ vocatur Magdalene, & Joanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Dicit ergo Dominus:

(margin: Mystice.)

b Os meum,] idest, fortitudo mea (adhæsit pelli meæ, idest sanctis mulieribus, quæ nunquam dimiserunt eum. Unde *Joan* 12. Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus, &c. Et *Luc.* 23. Sequebatur illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant eum.
a Consumptis carnibus] idest infirmis discipulis fugientibus, etiam Joannes fugit relicta sindone, nudus profugit. *Marc.* 14. sequitur:
c Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.] idest tempore Passionis tantum verba sine fide fuerunt in Apostolis, qui dicuntur dentes, quia ad hoc positi sunt in Ecclesia, ut vitia malorum mordeant, & a sua duritia confringant. Sed tunc fuerunt fracti dentes timore mortis. Unde *Thren.* 3. Confregit ad numerum dentes meos. Item dentes Ecclesiæ sunt Doctores, & Prædicatores, circa quos tantummodo verborum labia derelicta sunt. Loquuntur enim, & non faciunt. *Isai.* 29. Populus iste ore suo, & labiis glorificat me, cor autem ejus longe est a me. *Jerem.* 12. Prope es tu, Domine, ori eorum, & longe a renibus eorum. *d* Miseremini mei,] vox est Ecclesiæ, vel Christi ad Apostolos, & sequaces eorum, quos vocat amicos, & quia amant, & quia amantur, (Miseremini mei) compatiendo mihi (Miseremini mei, saltem) compatiendo, & subveniendo eis.
e Quia manus Domini tetigit me.] idest potestas Dei patris tribulationi me exposuit. Et respondet ei, quod dictum est *sup.* 2. Mitte manum tuam, & tange os ejus, & carnem, &c.
g Quare persequimini me] Hæc non mutantur, & quæ sequuntur. Non enim ubique quærendum est mysterium, sicut nec ubique historia rei gestæ. Sequitur:
z Quare, &c.] Ostensa resurrectione in novissimo die, & quasi concessa ab amicis suis infert: Quare ergo, q. d. ex quo scitis futuram resurrectionem mortuorum. (Quare dicitis: Persequamur eum,] contumeliis? *z* Et radicem verbi inveniamus

mus contra eum?] occultam occasionem accusandi, & reprehendendi eum? Perversi enim cum accusationem non inveniunt, occasiones occultas quærunt, contra illud *Prov.* 24. Ne insidieris, & quæras impietatem in domo justi, nec vastes requiem ejus; Job vero cum talia sustineret, non dolebat pro se, sed illis. Unde quæ debeant fugere, ostendit, dicens:

a Fugite ergo] quasi dicat, ex quo non dubitaris judicium futurum (Fugite) cessando a malo.

A

b A facie gladii,] idest a sententia judiciaria. De hoc gladio dicitur *Ezec.* 21. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos faciet, & corde tabescere. *Apoc.* 1. De ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat. Et quasi quæreretur, quare deberent fugere a facie gladii, ostendit;

a Fugite ergo a *b* facie gladii, quoniam *c* ultor iniquitatum gladius est, & *d* scitote esse judicium.

CAP. XX.

e RESpondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ varie succedunt sibi, & mens in *f* diversa rapitur. *g* Doctrinam, qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi: *h* Hoc scio a principio, *i* ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum *k* brevis sit, & *l* gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si *m* ascenderit usque ad cælum superbia ejus, & nubes caput ejus tetigerit, quasi *n* sterquilinium in fine perdetur, & qui *o* eum viderant, *p* dicent, ubi est? *q* Velut somnium avolans non invenietur, *r* transiet sicut visio nocturna. *s* Oculus, qui eum viderat, non *t* videbit, *u* neque ultra intuebitur eum locus suus. Filii *x* ejus *y* atterentur egestate, & *z* manus illius reddent ei dolorem suum. *a* Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ ejus, & cum *b* eo in pulvere dormient. Cum *c* enim dulce fuerit in ore ejus malum, *d* abscondet illud sub lingua sua. *e* Parce illi, & *f* non derelinquet illud, & *g* celabit in gutture suo.

c Quoniam ultor, &c.] qui nemini parcet, qui reus invenietur. Unde *Sap.* 6. Potentes potenter tormenta patientur: Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cujusquam. *d* Et scitote esse judicium.] quod modo nescitis non timendo, quia mali non cogitant de judicio; & ideo non timent. *Prov.* 28. Viri mali non cogitant judicium; qui autem inquirunt Dominum, animadvertent omnia. *Eccl.* 11. Scito, quod pro omnibus adducet te Deus in judicium. Ideo dicit *Eccles.* 18. Ante languorem adhibe medicinam, & ante judicium interroga teipsum. *Eccl.* 8. Tempus, & responsionem cor sapientis intelligit.

EXPOSITIO CAP. XX.

e RESpondens autem Sophar] quia credit Job esse hypocritam, & simulatorie fuisse locutum: Idcirco in hac responsione detestatur hypocritam. Dividitur autem capitulum istud in tres partes. In prima arguitur laus impii. In secunda arguitur superbia ejus. In tertia agitur de pœnis ejus, & hæreditate. Dicit ergo: (Respondens autem Sophar Naamathites dixit: Idcirco cogitatio, &c.) accusantes, & defendentes, ut dicitur *Rom.* 2. quasi dicat Sophar: Ego scio judicium fore, & ideo variantur cogitationes meæ in corde meo. Ac si diceret: Quia extremi judicii terrorem considero, ideo cogitationum tumultibus confundor. Et quid mirum? Quia vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. *Soph.* 1. *f* Et mens in diversa rapitur.] quia modo mala, quæ egit; modo bona, quæ neglexit; modo justitiam judicis, modo pœnas inferni sollicita mente perpendit. *g* Doctrinam, &c.] quasi dicat, verba tua audio, sed an vera sint, & recte prolata, dijudicabo. *h* Hoc sciu] mundi.

i Ex quo positus est homo, &c.] quæ in favoribus linguarum consistit. *k* Brevis] quia breve est, quicquid fine, vel termino clauditur. *Eccl.* 10. Omnis potentatus vita brevis. *l* Et gaudium] temporis, quod statim desinit esse, *inf.* 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Vel ad instar puncti lineæ, quia sicut stilus, cum in puncto ponitur, statim levatur: sic gaudia bonorum temporalium, dum tangunt hypocritam, statim recedunt; sed pœna remanet, sicut punctura styli, Hæc retorquebat in Job Sophar inflatu spiritu scientiæ, credens ipsum hypocritam propter pœnas, quas videbat; & bona, quæ olim viderat. *m* Si ascenderit usque ad cœlum superbia ejus,] idest, si hypocrita cœlestem vitam se agere simulaverit, & intellectum similem veris prædicatoribus, qui per nubes designantur, ostentaverit: Tamen *n* Quasi sterquilinium in fine perdetur,] quia mens illius pro vitiorum fœtore damnabitur. De hoc dicitur *Jerem.* 49. Cum exaltaveris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. *Amos* 9. Si ascenderint usque in cælum, inde detraham eos. *Abd.* 1. Si exaltatus fueris sicut aquila, et si inter sidera posueris nidum tuum, inde traham te, dicit Dominus. *o* Et qui eum] ita elevatum, & bonum secundam faciem. *p* Dicent, ubi est?] quia neque in gloria, in qua fuit, quia illa periit. De qua 1. *Mach.* 2. Gloria ejus stercus, & vermis; hodie extollitur, & cras non invenitur. Neque in æternitatis requie, de qua simulavit se esse. *Psal.* 36. Vidi impium superexaltatum, & elevatum. *q* Velut somnium, &c.] quasi dicat: cito delebitur ejus memoria. *Sap.* 5. Spes impii quasi lanugo est, quæ a vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, & tanquam fumus, qui a vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis.

r Transiet sicut visio nocturna.] quia gloria hypocritæ non res, sed visio est, vel somnium. *Isai.* 29. Erit sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra Ariel. Et sicut somniat esuriens, & comedit; cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima ejus. Et sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, & lassus, adhuc sitit, & vacua est anima ejus: Sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra montem Sion, scilicet: *s* Oculus, qui eum viderat, &c.] Oculus hypocritæ, & cor adulantium: ibi enim quiescit, ubi favores invenit. Bene ergo (Oculus) adulatoris, (qui eum viderat,) in fastu admirando.

B

t Non videbit,] eum amplius in gloria, quia in morte abscondetur ab adulatoribus suis, qui eum consueverant admirando conspicere. *u* Neque ultra intuebitur eum locus suus.] idest cor, vel lingua adulantium, ubi in præsenti quiescit, nec consequenter eum in favoribus ad judicium, quia tunc erunt libri conscientiarum aperti. *Dan.* 7. Nec erit ibi locus hypocrisi. *x* Filii ejus,] imitatores ejus.

y Atterentur egestate,] idest damnatione æterna. *Infr.* 27. Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt, & nepotes ejus non saturabuntur pane.

z Et manus illius reddent ei dolorem suum.] quasi debitum, quia hypocrita justam damnationem ex iniqua operatione recipiet. *Prov. ult.* Date ei de fructu manuum suarum. *Galat. ult.* Quæ seminaverit homo, hæc & metet.

a Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ ejus,] idest fortia opera, quæ fecit, evacuabuntur a merito, propter simulationem, in qua perseveravit ab adolescentia. Vel (ossa) idest bona naturalia, per peccata jugiter facta annihilantur. Vel adolescentia hyprocritæ, pravitatis inchoatio. Ossa ejus dura, prava consuetudo. Ossa ergo hypocritæ implentur vitiis adolescentiæ ejus, quia dura consuetudo pravitatis sumpta est a vitio pravæ consuetudinis. Hoc est, quod dicitur *Prov* 22. Proverbium est: Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

b Et cum eo in pulvere dormient.] idest sine fructu erunt opera ejus fortia, vel bona naturalia. Vel aliter: [Et cum eo in pulvere dormient.] vitia scilicet pravæ consuetudinis, cum eo in pulvere dormient. Quia: *c* Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum,] idest in ipsa actione, vel consensu, quo quasi manditur, & incorporatur peccatum.

d Abscondet illud sub lingua sua.] idest in corde. Unde *Psal.* 9. Sub lingua ejus labor, & dolor. Vel: [Abscondet sua lingua sua.] idest blanda locutione palliabit. *Prov.* 10. Os impiorum operit iniquitatem.

e Parcet illi,] idest peccato, ut non puniat per pœnitentiam, vel ut non perdat per confessionem. Vel parcet attenuando, excusando, in alios refundendo, sicut Adam in Evam, & Eva in serpentem. *Genes.* 3.

f Et non derelinquet illud.] eo quod placeat.

g Et celabit in guttore suo.] sicut cadaver fœtidum celatur in sepulchro. Unde *Psalm.* 5. Sepulchrum patens est guttur eorum. Patens quidam ad recipiendum, sed clausum ad confitendum. *Oseæ* 13. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est peccatum ejus. Sed quomodo dicitur, quod peccatum sit dulce, cum dicatur *Jerem.* 2. Vide, quia malum, & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum. Et *Oseæ* 12 Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis, idest, in peccatis suis. Solut. Peccatum amarum est in se, sed dulce propter falsam delectationem, quæ comitatur peccatum. Vel dulce est, dum fit; amarum, quando factum est. Unde sequitur;

a Panis

a Panis ejus] idest, temporalis peccati delectatio, quæ dum peccatum agitur, quasi cum sapore quodam dulcedinis manducatur. *b* In utero illius,] idest, in secretu conscientiæ, *c* Vertetur in fel aspidum intrinsecus,] idest, in amaritudinem vel in venenum, quia erit causa mortis æternæ, quia venenum aspidum insanabile. De hoc pane dicitur *Prov.* 20. Suavis est homini panis mendacii, & postea implebitur os ejus calculo, idest, pœna dura. Item *Eccl.* 23. Homini fornicario omnis panis dulcis, nonfatigabitur transgrediens usque ad finem. Vel de pane Scripturæ exponitur. Hypocrita enim pane sacri eloquii erudiri studet, non ut ea co vivat, sed ut doctus appareat. Sed dum verbum doctrinæ, quod male quærit, prave intelligit: labitur in hæresim: Unde accidit, ut sicut de felle aspidis, sic de pane moriatur.

Deut. 32. C

al. † surget.

al. † pauperis domum.

al. † quæ · al † concupierat.

a Panis ejus in *b* utero illius, *c* vertetur in fel aspidum intrinsecus. *d* Divitias, quas *e* devoravit *f* evomet, & de *g* ventre illius *h* extrahet eas Deus. *i* Caput aspidum † surget, & *k* occidet eum lingua viperæ. Non *l* videat rivulos fluminis, torrentis mellis, & butyri. *m* Luet, quæ fecit omnia, *n* nec tamen consumetur. *o* Juxta multitudinem adinventionum suarum, sic & sustinebit, quoniam *p* confringens nudavit † pauperes: *q* domum rapuit, & non ædificavit eam, *r* nec est satiatus venter ejus. Et cum *s* habuerit, † quod † cupierat, possidere non poterit. Non *t* remansit de cibo ejus, & *u* propterea nihil permanebit de bonis ejus. *x* Cum satiatus fuerit arctabitur, *y* æstuabit,

d Divitias,] idest, corporales delectationes: Vel Sacræ Scripturæ intelligentiam.

e Quas devoravit] legendo, vel meditando. Vel devoravit male vivendo, vel male interpretando.

f Evomet,] obliviscendo, quia Deus justo judicio intelligentiam Sacræ Scripturæ avellit de ejus memoria, qui quod scit, vel docet, non operatur: Sed facienti augebitur scientia, juxta illud *Psal.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et *Matth.* 25. & *Luc.* 19. Habenti dabitur, & abundabit. Habenti charitatem dabitur scientia: Non habenti autem, quod videtur habere, auferetur ab eo. *g* De ventre] idest, de memoria ejus.

h Extrahet eas Deus,] in præsenti frequenter, vel in futuro, quando manifestabuntur abscondita cordium, ut patet *Ephes.* 5. Et 1. *Cor.* 4.

i Caput aspidum surget,] Aspis est parvus serpens. Unde *Deut.* 8. Ductor fuit in solitudine magna, atque terribili, in qua serpens flatu adurens, & scorpio, ac dipsas: Ibi *Gloss.* Dipsas est genus aspidis, quæ latine situla dicitur, quemcumque momorderit, siti perit; adeo parva, ut cum calcatur, non videatur, cujus venenum ante extinguit, quam sentiatur, nec tristitiam sentit moriturus. Vipera prolixioris est corporis: Et dicitur vipera, quasi vi patiens. Per caput igitur aspidis, accipitur initium tentationis, vel suggestiones occultæ: Per viperam, tentatio violenta. Dicit ergo (Caput aspidum) idest, initium tentationis (Surget) crescendo. Vel surget, idest, absorbebit mentem trahendo ad consensum. *k* Et occidet eum lingua viperæ,] idest, violenta tentatio etiam invitum, & quodam modo renitentem interficiet, qui non allidit parvulos suos ad petram, quia non cepit parvulas vulpes *Cant.* 2. quæ demoliuntur vineas. Unde hominem in Paradiso prius blande persuasit, sed quem semel ad consensum rapuit, etiam renitentem occidit. Vel aliter secundum aliam *Gloss.* Aspis cito veneno interficit, vipera vero tardius: Ideo per caput aspidis violenta, & subita tentatio accipitur, quæ statim ad consensum trahens occidit: Per viperam, diuturna, & morosa tentatio significatur. Dicit ergo (Caput aspidis surget) contra hominem. Vel surget, idest, absorbebit (Et lingua viperæ) idest, levis, & morosa tentatio (occidet eum) paulatim ad consensum trahendo.

Psalm. 135.

Exod. 3. & 33. Levit. 20. Num. 13. Deut. 6.

l Non videat rivolos fluminis, torrens mellis, & butyri,] Hypocrita scilicet, *ad litteram* non prosperetur in bonis temporalibus Nomine enim mellis, & butyri sive lactis, significatur abundantia temporalis. Unde sæpe in veteri Testamento, dicit Dominus, se daturum Judæis terram fluentem lacte, & melle, idest, omni abundantia refertam.

Mystice.

Mystice vero fluvius torrens est Spiritus sanctus. Unde *Psal.* 45. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, idest, Ecclesiam, vel fidelem animam. Rivuli torrentis sunt dona Spiritus Sancti, & virtutes, fides, spes, & charitas. De quibus *Joan.* 7. Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Mel desuper, idest, de aere cadens, dulcedo Divinitatis: Butyrum, sive lac, quod nascitur ex carne, mysterium incarnationis. Hypocrita igitur (non videat rivulos fluminis, torrentes mellis, & butyri) idest, non irrigabitur donis Spiritus Sancti, nec sentiet dulcedinem divinitatis Christi, vel humanitatis, quia solis terrenis intendit. Sed viri spirituales hos rivulus sæpe recipiunt in contemplatione. Unde *infr.* 29. Lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi rivos olei. Pedes, idest, affectum, in contemplatione humanitatis Christi, vel Divinitatis. Et petra, idest, Christus 1 *Cor.* 10. Petra autem erat Christus, dabat serenam conscientiam. *Exod.* 3. Descendi, ut educam vos in terram fluentem lacte, & melle. *Isai.* 7. Butyrum, & mel comedet, &c *Cant.* 4. Mel, & lac sub lingua tua.

m Luet, quæ fecit omnia,] Hypocrita scilicet, *Eccl.* 11. Vanitatis arguentur præterita.

n Nec tamen consumetur,] quia mors depascet eos, idest, impios. *Apoc.* 9. Quærent mortem, & non invenient eam. *Greg.* Cujus vita mortua fuit in culpa, ejus mors vivet in pœna. *o* Juxta multitudinem adinventionum suarum, sic & sustinebit,] in inferno. *Apoc.* 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, &c. *Isai.* 27. In mensura contra mensuram, cum adjecta fuerit, judicabit eam, *Osee* 12. Juxta vias ejus, & juxta adinventiones ejus reddet ei. Vias dicit peccata communia; adinventiones, peccata inconsueta.

p Quoniam confringens nudavit pauperes:] quasi dicat, ideo sustinebit tormenta, quia ex cupiditate spoliavit pauperes violenter. Contra illud *Prov.* 22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper est, neque conteras egenum in porta, idest, in judicio, quod fiebat antiquitus in porta, quia Dominus judicabit causam ejus, & affliget eos, qui confixerunt animam ejus.

q Domum rapuit, &c.] quasi dicat, dives, qui ædificare debuit de suo, non dedit pauperi, sed domum ejus rapuit. Unde duplex culpa. Una, quia sua non dedit. Alia, quia aliena rapuit. *Isa.* 3. Vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra. *Amos* 5. Pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo; domos quadro lapide ædificabitis, & non habebitis in eis. *r* Nec est satiatus venter ejus,] idest, cupiditas. *Prov.* 13. Venter impiorum insatiabilis. *Eccl.* 14. Avarus non implebitur pecunia. Avaritia enim per ignem significatur, qui nunquam dicit, sufficit. *Prov.* 30. *Eccles.* 14. Insatiabilis est oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur, donec consumat injustitiam, arefaciens animam suam. *s* Et cum habuerit, quod cupierat, possidere non poterit,] Aut quia tolletur de medio, juxta illud *Luc.* 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te, &c. Aut quia congregatæ divitiæ cito rapientur. Aut quia non dominator divitiis, sed servit. Unde *Eccl.* 6. Est aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines, vir, cui Deus dedit divitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.

t Non remansit de cibo, &c.] Secunda causa damnationis hypocritæ, scilicet, immisericordia in pauperes, Hypocrita enim, quia nihil de suo dedit pauperibus, nihil secum auferet, cum morietur, Unde *Psal.* 75. Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt, &c. *Gloss.* Quia nihil posuerunt in manibus pauperum: Dicit ergo (Non remansit de cibo ejus) idest, de his, in quibus delectabatur, nihil remansit: quod secum ferret, quia nihil dedit pauperibus, qui eleemosynas sibi datas deferunt in thesauros paradisi. Sicut Laurentius dixit tyranno. *u* Et propterea nihil permanebit de bonis ejus,] quia de hac vita subtractus nudus ad judicem ibit. *Psal.* 41. Cum interierit, non sumet omnia, &c. *infr.* 27. Dives cum dormierit, nihil secum auferet.

x Cum satiatus fuerit, arctabitur,] idest, cum multa congregaverit, anxiatur, qualiter acquisita custodiat, Unde *Greg.* Cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore deferuntur. De hac satietate dicitur *Eccl.* 5. Saturitas divitis non sinit eum dormire

y Æstuabit,] Hinc inde insidias metuit, formidat potentiorem, ne violenter auferat, conspicit pauperem, & suspicatur furem. Unde *supr.* 15. Sonitus terroris semper in auribus ejus, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.

a Et

& *a* omnis dolor irruet in eum, Utinam *b* impleatur venter ejus, ut *c* emittat in *d* eum iram furoris sui, & *e* pluat super illum bellum suum. *f* Fugiet arma ferrea, & *g* irruet in arcum æreum. † Gladius *h* eductus, & *i* egrediens *k* de vagina sua, *l* & fulgurans in amaritudine sua, *m* Vadent, & venient super eum horribiles, *n* omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis ejus. *o* Devorabit eum *p* ignis, qui non succenditur, *q* affligetur relictus in tabernaculo suo. *r* Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & *s* terra consurget adversus eum. Apertum *t* erit germen domus illius, *u* detrahetur in *x* die furoris Dei. Hæc *y* est pars hominis impii a Deo, & *z* hæreditas verborum ejus a Domino.

CAP. XXI.

RESpondens *a* autem Job, dixit: *b* Audite, quæso, sermones meos, & † *c* agite pœnitentiam. *d* Sustinete me, ut & ego loquar, & *e* post mea, si videbitur, verba ridete,

a Et omnis dolor irruet in eum,] idest, æternus cruciatus. Propter hoc dicit Dominus *Matth.*6. Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo, &c. *Eccl.*5. Divitiæ conservatæ in malum Domini sui, pereunt enim in afflictione pessima. *b* Utinam impleatur venter ejus,] idest, cupiditas, sive mens cupida. Sed quomodo hoc optat, cum sit impossibile? Tria enim sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit sufficit, scilicet ignis avaritiæ. *Prov.* 30. Avarus non implebitur pecunia. *Eccles.* 5. Solutio: Hæc impletio erit in morte, quando oculi impiorum, idest, desideria, deficient, sicut dictum est *sup.* 15. Et hoc innuit, quod sequitur. *c* Ut emittat] Deus, scilicet. *d* In eum iram furoris sui,] quæ est ultima pœna, quasi dicat, utinam desideria avari impleantur, quia quanto citius ad desiderium pervenit, tanto citius ad tormentum rapitur. Unde mortem avari desiderat Sophar, ne diutius peccet. *e* Et pluat, &c.] idest, judiciorum suorum jaculis percutiatur quasi guttis pluviæ, quod fit, quando meminit, quod male concupivit, concupita pejus congregavit, congregata pessime reservavit, postea dolet, quod congregata deserit. *f* Fugiet arma ferrea,] idest, vitæ præsentis necessitates, & miserias. Et comparantur pœnæ temporales ferro, quia ærugine consumitur; ære vero, quia difficilius consumitur, æternum supplicium signatur. Et hoc est, quod sequitur: *g* Irruet, &c.] idest, in æternum supplicium, quasi dicat: Hypocrita fugit pœnas temporales, & irruet in æternas, unde *sup.* 6. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. *h* Eductus,] per seductorem, idest, malam suggestionem, mala suggerentem. *i* Et egrediens] per propriam voluntatem. *k* De vagina sua,] idest, de occulta cogitatione. Hypocrita enim dum mala cogitat, quasi gladius est in vagina. De vagina educitur, vel egreditur, dum per seductoris suggestionem, vel propriam voluntatem ad male operandum aperitur. *l* Et fulgurans in amaritudine sua,] idest, in potestate præpositus, inferiores crucians. In fulgore splendor damnationis, & percussio designatur, quam habet hypocrita. *m* Vadent, &c.] idest, maligni spiritus, qui bonis mentibus sunt horribiles, & pavendi atque fugiendi. Sed vadunt, & veniunt super hypocritam, cum de vitio in vitium ruere faciunt. Vel (vadent) idest, recedent, cum hypocrita cessat ad tempus male agere (Venient super eum) cum iterum incipit peccare. Unde *Greg.* Sæpe ita recedente luxuria mentem invadit, quæ cum ad tempus intermittitur, elatio de continentia subrogatur. Et sic, quot vitiis premitur, tot malignis spiritibus vastatur. *n* Omnes tenebræ, &c.] idest, peccata ad tenebras æternas ducentia, vel trahentia, sunt in corde hypocritæ. *Prov.* 26. Labiis suis intelligitur inimicus, quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius. Hic dicit quædam *Gloss.* Vitia virtuti succedunt, sed non omnia simul fiunt, sed tamen omnia simul sunt in mente. Ergo prodigalitas, & avaritia simul sunt, ergo contraria sunt simul: Sol. Omnia vitia simul esse possunt quantum ad reatum, sed non quantum ad habitum: reatus enim remanet habitu recedente, & actu; & reatus non est contrarius reatui, licet habitus habitui sit contrarius. *o* Devoravit eum] idest, hypocritam. *p* Ignis, &c.] idest, ignis gehennæ. Unde *Greg.* Proprie hic exprimitur ignis gehennæ, qui corporeus malos corporaliter uret, nec ut iste noster studio hominis succenditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel, permanet inextinguibilis. Unde *Isai. ult.* Vermis eorum non morietur, &c. Sed contra hoc objicitur in duobus. Primo de hoc, quod dicit, quod ignis gehennæ est corporeus: Quia dicit *Aug.* contrarium *in* 21. *lib. de civ. Dei cap.* 10. Dicerem, inquit, sic arsuros sine ullo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille dives, qui dicebat: Crucior in hac flamma, nisi convenienter mihi responderi cernerem, talem fuisse illam flammam, quales oculi, quos levavit, quando Lazarum vidit; qualis lingua, cui humorem exiguum desideravit infundi; qualis digitus Lazari, de quo id fieri postulavit. Sic ergo incorporalis illa flamma, qua exarsit, & illa guttula, quam poposcit, qualia sunt visa dormientium sentientium res incorporales, habentes tamen similitudinem corporum. Secundo objicitur de hoc, quod dicit: Nec lignis nutritur, nec studio hominis succenditur. Contra *Isai.*50. Ecce vos omnes accendentes ignem, ambulate in flammis, quas succendistis vobis. Item *Isai.* 30. Præparata est ab heri Topheth, nutrimenta ejus ignis, & ligna multa. Solutionem quære super quartum sententiarum. Sequitur: *q* Affligetur relictus, &c.] idest, cruciabitur æternaliter in carne sua, quam lætus inhabitat modo, quasi tabernaculum: Sed bonus non in carne gaudium suum ponit: Sed in cœlo, nec in carne habitat, sed in spiritu. *Rom.*8. Vos in carne non estis, sed in spiritu. Et nota, quod dicit: Relictus in tabernaculo, non a tabernaculo, quia sicut dicit *Greg.* Iniqui carnem suam, quam amaverunt, nec relinquere voluerunt propter Deum, tunc propter tormenta relinquere volent, sed non poterunt, imo in anima, & corpore punientur, quia in utroque peccaverunt. *r* Revelabunt, &c] Tunc scilicet, etsi modo celetur (Cœli) idest, perfecti, qui cum Deo judicabunt. *Sap.* 5. Tunc stabunt justi in magna constantia, &c. *s* Et terra consurget, &c.] idest, terreni, idest, imperfecti, qui tamen eleemosynis, & lacrymis lavant peccata sua, & ad vitam æternam perveniunt. Vel (terra) idest, peccatores, exemplo ejus decepti. Hypocritam enim, quia hic nec bonis, nec malis pepercit, in tremendo examine, justorum vita, & peccantium pariter accusabit, quia illos contempsit, illos decepit, vel corrupit. Vel nomine cœli, & terræ *ad litteram*, intelliguntur superiora, & inferiora elementa, quæ pugnabunt contra eum. *Sap.* 5. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Sequitur: *t* Apertum erit germen domus illius,] idest, intentio conscientiæ hypocritæ, tunc erit manifesta; quæ modo latet, quia etsi pateat operatio, latet tamen intentio: Sed tunc detegetur, quia libri aperientur. *Dan.*7. Et Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 1. *Cor.* 4. *u* Detrahetur] in infernum. *x* In die furoris Dei,] idest, in die judicii, quando malis videbitur furibundus. *Infr.* 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *y* Hæc est, &c.] recedentis supple. Vel pars præparata a Deo, juxta illud *Matth.*25. Discedite a me maledicti in ignem æternum, &c. *Isai.*30. Præparata est ab heri Topheth a Rege, &c. *z* Et hæreditas verborum ejus] idest, pœna pro verbis ejus, quam firmiter quasi jure hæreditario possidebit in inferno. Deus enim non solum facta, sed & verba puniet in inferno. *Matth.*12. Dico vobis, quia de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo, in die judicii. Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

EXPOSITIO CAP. XXI.

RESpondens *a* autem Job, &c.] Sophar quia suspicabatur Job fuisse hypocritam, & ideo propter peccata a Deo percussum, multa contra hypocritam dixit, in contumeliam Job. Cui Job humiliter respondit, quia mollis responsio frangit iram. *Prov.*15. Agitur autem *in hoc cap.* de duobus principaliter. Primo de gloria, & divitiis impiorum descendentium in infernum. Secundo de miseriis, & doloribus eorumdem. Dicit ergo: *b* Audite, quæso, sermones meos,] In hoc verbo, quæso, notatur humilitas, & charitas Job, quia superbo humiliter respondit, & inimicum ad pœnitentiam rogando monuit. Sicut *Rom.* 12. Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem. *c* Agite pœnitentiam,] de male dictis contra me, & omissis. Idem prædicavit Joannes Baptista *Matth.*3. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *d* Sustinete me, ut & ego loquar,] vobis. Sic Apostolus 2. *Cor.* 11. Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ. *e* Et post, &c.] ridete, idest, irridete, si non potestis sustinere. Job enim sicut docere recta, ita tolerare perversa, paratus erat.

a Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari? *b* Attendite me, *c* & obstupescite, & *d* superponite digitum ori vestro. Et *e* ego quando recordatus fuero *f* pertimesco, & *g* concutit carnem meam tremor. *h* Quare ergo impii vivunt, *i* sublevati sunt *k* confortatique divitiis? *l* Semen eorum permanet coram eis, propinquorum *m* turba, & nepotum in *n* conspectu eorum. *o* Domus eorum securæ sunt, & *p* pacatæ, & non *q* est virga Dei super *r* illos. *s* Bos eorum concepit, & non abortivit, vacca peperit, & non est privata fœtu suo. *t* Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, & *u* infantes eorum *x* exultant lusibus. *y* Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. *z* Ducunt in bonis dies suos, *a* & in puncto *b* ad inferna descendunt. *c* Qui dixerunt *d* Deo, recede a nobis, *e* scientiam viarum tuarum nolumus. *f* Quis est Omnipotens, ut serviamus ei? Et quid *g* nobis prodest, si † oraverimus illum? *h* Verumtamen quia non sunt in *i* manu eorum *k* bona sua, *l* consilium impiorum longe sit a me. *m* Quoties lucerna impiorum extinguetur,

1. Cor. 4. Mihi pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die. Intendit autem Job in his verbis duo, scilicet sibi, & auditoribus prodesse, vel sibi soli. Sibi, & auditoribus, si audire, & doceri velint. Sibi soli, si non doceri, sed irridere velint. Sequitur: *a* Nunquid, &c.] quasi dicat, non quia si cum hominibus disputare de vita mea, non timerem neque contristarer, quia si eis displicerem, non curarem: Sed quia cum Deo oportet me disputare, idest, de vita mea reddere rationem, qui reddet unicuique juxta opera sua, ideo merito timeo, & contristor, quia in conspectu ejus non justificabitur omnis homo vivens. Et in hoc ostendit Job, se non esse hypocritam, qui placere hominibus non quærit. Juxta illud *Gal.1.* Si adhuc hominibus placerem, idest, placere optarem, Christi servus non essem. *b* Attendite] idest, considerate opera mea. *c* Et obstupescite,] idest, admiramini pœnam, quam patior. *d* Et superponite, &c.] idest, linguam vestram a verbis malis discrete compescite. Per digitum enim significatur discretio. *Eccl.5.* Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem manus tua sit super os tuum, ut non capiaris verbo indisciplinato, quasi dicat Job, videte, an dicenda sint, quæ recte contra hypocritam protulistis. *e* Et ego recordatus] actuum meorum. *f* Pertimesco,] irrisio est, non enim oblitus fuerat Job actuum suorum, Et est sensus: Si meminero me aliquid hypocrisis habuisse, in silentio penitentiæ mox contremisco. *Jer.31.* Postquam ostendisti mihi, supple peccata mea, percussi femur meum, idest, restrinxi carnis delectationem, confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. *g* Et concutit, &c.] Judicii *Psal.54.* Timor, & tremor venerunt super me. Timor refertur ad animam, tremor ad corpus. Ita hic, quasi dicat, totus contremisco, intus & externus, quando recordor vitæ meæ, & futuri judicii. Ideo dicit *Psal.89.* Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? *h* Quare ergo, &c.] Hoc dicit Job contra Sophar, qui *sup. prox. cap.* multa dixerat de damnatione impii, & subita morte ejus, in quo momorderat Job, quasi dicat Job, si ubi est flagellum, ibi est peccatum, & econverso, quare ergo impii vivunt? Vel sic: Si ego pro culpa percussus sum, quare ergo impii vivunt? Et in hoc ostendit se Job non pro culpa percussum, sed ad majus præmium. *i* Sublevati] honoribus. *k* Confortatique divitiis?] Sed quia sunt quidam, quibus habere divitias pœna est, eo quod non habeant hæredes, quibus illas relinquant, subdit: *l* Semen eorum permanet coram eis,] in augmentum felicitatis. Sed iterum ne sterilitate filiorum genus eorum extinguatur, addit: *m* Propinquorum turba,] non absens, non remota. Sed *n* In conspectu eorum] in argumentum lætitiæ. *o* Domus eorum, &c.] Ecce dicuntur impiis esse vita, honores, divitiæ, filiæ, nepotes, in quibus gloriantur amatores mundi. Sed si intus domestica cura ureret eos, & urgeret, non esset læta hujusmodi felicitas, ideo subdit (Domus eorum securæ sunt] sine timore. *p* Pacatæ,] sine perturbatione. *q* Et non est virga Dei] idest, disciplina, sive correctio Domini. *r* Super illos,] quod est signum odii. Unde *Prov. 13.* Qui parcit virgæ, odit puerum suum; qui autem diligit illum, instanter erudit illum. *s* Bos eorum, &c.] Hoc de prosperitate exteriori, quasi dicat, non solum intus in domo prosperitas est eis, sed exterius in agris. Et hoc est (Bos eorum) Et notatur hic triplex felicitas gregum. Prima est, si grex non sterilis concipit. Secunda, si conceptus ad partum pervenit. Tertia est, si quod partum est, per nutrimenta ad provectum perducitur. De hoc dicit *Osee 9.* Gloria eorum a partu, & ab utero & a conceptu. Prima felicitas notatur ibi (Bos concepit) Secunda ibi (Vacca peperit.) Tertia ibi (non est privata fœtu suo) quia fœtus, partus perfectus. Sed adhuc non esset plena felicitas, si greges crescerent, & custodes gregum non proficerent, ideo subditur fœcunditas familiæ, quæ custodiat greges multiplicatos. Et hoc est: *t* Egrediuntur, &c.] q. d. greges augentur, & custodes multiplicantur. *u* Et infantes eorum] i. custodum. *x* Exultant lusibus,] & ne quis crederet illum ludum vilem, subdit: *y* Tenet tympanum, &c.] q. d. pulcher est ludus eorum: & delectabilis, sicut mulieres docent filios, & filias suas hujusmodi ludos, & cantilenas, secundum quod dicit *Isai. 5.* Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum, in conviviis vestris. Sed deberent docere flere pro peccatis. Unde *Jer. 9.* Docete filios vestros lamentum, & unaquæque proximam suam planctum. *z* Ducunt in bonis dies suos,] his, & aliis modis. *a* Et in puncto] i. subito. *b* Ad inferna descendunt.] Pluraliter dicit, pœnarum multitudinem. Unde *supr. 20.* Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Hic est finis prædictæ felicitatis, quæ revera non est felicitas, sed summa infelicitas, & indicium æternæ reprobationis. Unde *Greg.* Præsentis vitæ prosperitas non est testis innocentiæ, quia & hac uti pereunt, & flagellati liberantur. Quod est contra amicos Job. *c* Qui dixerunt] si non verbis, tamen factis. *d* Deo, recede a nobis,] *Greg.* Dicere Deo, recede a nobis, nihil aliud est, quam ei ad se veniendi aditum non præbere. *e* Scientiam viarum tuarum] idest, præceptorum tuorum, quibus venitur ad te. Vel viæ Domini sunt virtutes, pax, humilitas, patientia, &c. quibus itur ad Deum, quas qui despiciunt, dicunt (Scientiam viarum tuarum nolumus) Isti non sunt nescientes, sed scire nolentes, sive ignorantes: De quibus dicitur 1. *Cor.14.* Ignorans ignorabitur. Et *Psal. 35.* Noluit intelligere, ut bene ageret. *Prov. 28.* Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio ejus fiet execrabilis. Et adhuc dixerunt: *f* Quis est Omnipotens, ut serviamus ei?] Dedit enim se Deus exterioribus invisibilem, ideo eum non esse suspicantur *Ps.52.* & 13. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. *Exod.5.* dixit Pharao: Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Vel (Quis est Omnipotens) idest, quam ingratus est suis, qui patitur eos tota nocte tribulari? Unde in persona talium dicitur *Malac.3.* Vanus est, qui servit Domino: & quod emolumentum, quia custodivimus præcepta ejus? Et 1. *Mach.* 1. Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, invenerunt nos multa mala. *g* Et quid nobis prodest, si oraverimus illum] q. d. nihil, quia non dat, quæ ipsi in oratione scilicet temporalia quærunt. Deus enim se, non sua vult amari, & æterna, non caduca postulari. Juxta illud *Matth.6.* Primum quærite regnum Dei, &c. *h* Verumtamen, &c.] Ostensa impiorum præsenti felicitate, & fine, qui sequitur, ostendit Job non eos esse Dominos divitiarum, quas habent, sed servos, non possessores, sed possessos. Nam ut dicit *Greg.* quisquis divitias in mente diligit, se magis illis, quam illas sibi supponit. Sic continua: Tot, & tanta habent impii (Verumtamen) idest, sed. *i* Quia non sunt in manu eorum] idest, in potestate. *k* Bona sua,] idest, temporalia quæ male congregant, & male servant. *l* Consilium impiorum longe sit a me.] Quod est terrenam gloriam quærere, & æternam negligere, quia consilium Dei est, illam despicere, & ut stercora reputare. *Ps.1.* Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: *Gen. 49.* Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea. *m* Quoties lucerna impiorum extinguetur,] idest, filiorum vita, quam lucernam suam æstimant. Unde *Tob.* 10. Heu me, fili mi, quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum? Et 3. *Reg.*11. Dabo filio ejus, idest, Salomonis, Tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo. Hanc lucernam sæpe extinguit Dominus impiis, ne habeant hæredes in bonis, quæ male acquisierunt *Prov.* 13. Lucerna impiorum extinguetur: *Osee 9.* Si genuerint, interficiam amantissima uteri eorum.

Matth. 16. — *Jerem. 17. Abac. 2. Psalm. 141.* — B — *Infr. 22. Malac. 3.* — † adoraverimus eum. — *Prov. 14.*

a Et

& *a* superveniet eis inundatio, & *b* dolores dividet furoris sui. Erunt sicut *c* paleę ante faciem venti, & sicut *d* favilla, *e* quam turbo dispergit. Deus *f* servabit filiis illius dolorem patris, & cum *g* reddiderit, tunc *h* sciet. *i* Videbunt oculi ejus interfectionem suam, & de *k* furore omnipotentis bibet. *l* Quid enim ad eum pertinet *m* de domo sua *n* post se, & si *o* numerus mensium ejus *p* dimidietur: Nunquid *q* Deum † quispiam docebit scientiam, qui *r* excelsos *s* judicat? Iste *t* moritur robustus & sanus, dives & felix, *u* viscera ejus *x* plena sunt adipe, & *y* medullis ossa illius irrigantur. *z* Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ, absque ullis opibus, † & tamen simul in *a* pulvere dormient, & vermes operient eos. *b* Certe novi cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. Dicitis *c* enim, ubi est domus Principis, *d* & ubi tabernacula impiorum? *e* Interrogate quemlibet de viatoribus, & hęc *f* eadem illum *g* intelligere cognoscetis; *h* Quia in diem perditionis servatur malus, & ad diem furoris ducetur. *i* Quis arguet

al. † quispiam.

al. † attamen.

a Et superveniet eis inundatio,] flagellorum, vel tentationum. *b* Et dolores, &c.] Dominus scilicet, in diversitate pœnarum flagellat, ut sic saltem eos vocet ad pœnitentiam. *Isai.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. *Jer.* 2. Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te.

c Erunt sicut, &c.] idest, leves, quia ad omnem tentationem confringentur *Ps.* 82. Fiant sicut stipula ante faciem venti.

C

d Et sicut favilla,] erunt in judicio. Quia etsi eorum vita ad modicum viridis videatur, tamen Dei judicio jam consumpta reputatur.

e Quam turbo dispergit,] idest, judicialis sententia. *Isa.* 5. sicut devorat stipulam lingua ignis & calor flammę exurit, sic radix eorum quasi favilla erit. *Eccles.* 21. Stupa collecta, synagoga peccantium. *Isai.* 1. Ecce fortitudo vestra, ut favilla stupæ, & opus vestrum quasi scintillæ, & succendetur pariter utrumque simul, & non erit, qui extinguat. *Matth.* 3. Paleas autem comburet igne inextinguibili. *f* Deus servabit, &c.] idest, peccatum, & pœnam, ut scilicet puniantur pro peccato, qui imitantur parentes. *Exod.* 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me. *Greg.* Usque ad eos ultio extenditur, qui viderunt, quod male sequerentur. Sed quia nescit iniquus mala, quæ fecit, nisi cum pro eis puniri cœperit: Ideo sequitur. Cum reddiderit Deus, scilicet, dolorem patris, filiis ejus imitantibus eum: Vel cum ipsi reddiderint, quod debent, idest, pœnam pro peccato. *h* Tunc sciet,] impius mala sua, quæ prius noluit scire *Exod.* 7. Mittam manum meam super Ægyptum, & educam exercitum meum, & populum meum filios Israel de terra Ægypti per judicia maxima: & scient Ægyptii, quia ego sum Dominus, qui extenderim manum meam super Ægyptum. *Psal* 9. Cognoscetur Dominus judicia faciens. *Gloss.* Omnis peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit in culpa. *Greg.* Culpa oculos claudit, pœna aperit. Sicut patet in divite. *Luc.* 16. Qui Lazarum ad januam videre noluit, in Inferno positus videre compulsus est. *i* Videbunt oculi ejus interfectionem] idest, Christum, qui spiritu oris sui interficiet impium. *Isai.* 11. *Apoc.* 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Vel interfectionem suam, idest, peccatum, propter quod interfecti sunt. *Sap.* 5. dicent impii in inferno: Ergo erravimus a via veritatis, & lumen justitiæ non luxit nobis, &c. Vel (interfectionem) idest, pœnam peccati, quam sustinebunt, quam modo cogitare nolunt. Quod innuens subdit: *k* De furore Omnipotentis bibet,] idest, de pœna gehennæ. *Jerem.* 49. Ecce quibus non erat judicium, ut biberent calicem: bibentes bibent: & tu quasi innocens relinqueris? & non eris innocens, sed bibens bibes, idest, abundanter. Vel sic, idest, anima, & corpore punieris. *l* Quid enim ad eum] idest, ad impium pertinet. *m* De domo sua] idest, de familia sua. *n* Post se,] quasi dicat, videtur, quod impius non curet de familia, quæ pro eo percutitur, quia eum imitatur. *Greg.* hoc dicit, non quod iniquus de domo sua in inferno non cogitet, cum dives in inferno sepultus hoc fecerit. *Luc.* 16. *o* Etsi numerus mensium] quem per naturam sive ætatem debet habere. *p* Dimidietur:] per culpam suam, supple quid hoc pertinet ad eum, q. d. videtur non curare de vita sua, quæ pro peccato suo breviatur. *Psal.* 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Infr.* 22. Nunquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcaverunt viri iniqui, qui sublati sunt ante tempus suum. Hoc est, quod dicitur *Prov.* 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit scilicet Deum, vitam propriam, animam suam, vitam suorum. Non enim pro vita sua, vel suorum, vult dimittere peccata. Sed ne quis Dei judicia ultra quam debet, discutiat, inquirens quare Deus hunc ita humiliet, & illum sic exaltet: Ideo subdit Job: *q* Nunquid Deum quispiam docebit] quasi dicat, non. Unde *Isai.* 40. Quis adjuvit spiritum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? quasi dicat nullus. *r* Qui excelsos] idest, Angelos peccantes. *s* Judicat?] idest, damnat, quasi dicat, nihil nobiscum injuste agit, qui subtiliorem nobis naturam, id est, angelicam juste judicavit. 2. *Pet.* 2. Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, &c. supple, si non parcit hominibus peccantibus non agit injuste. Quæ autem sunt occulta, quę non debet homo nimis inquirere, docet, dicens:

D

t Iste moritur robustus] felicitate temporali. Ad litteram *Eccl.* 2. Moritur doctus similiter, & indoctus.

u Viscera ejus] ubi est sedes amoris.

x Plena sunt adipe,] idest, abundantia rerum temporalium.

Intus adeps, pinguedo foris, arvinaque mistim.

Mystice.

Melius autem mystice exponitur hoc modo (Viscera ejus) idest, corda ejus (plena sunt adipe) idest, elatione. Sicut enim ex abundantia cibi, adeps; ita ex abundantia rerum, superbia, quæ est quædam crassitudo superbæ mentis. Unde, prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. *y* Et medullis, &c.] Ossa sunt prava consuetudo; medullæ, desideria male vivendi, quæ irrigant, quia prava desideria pravas consuetudines in delectationem conservant. Vel ossa sunt fortitudo dignitatum, in quibus sunt medullæ, idest, divitiæ domesticæ, quibus irrigatur, & sustentatur potestas dignitatis: Iste talis, & tantus moritur. Sunt vero alii, qui nihil habent, sed habere cupiunt, quod quia non possunt, affliguntur amaritudine maxima. Et de his subdit: *z* Alius vero, &c.] q. d. divitis, & pauperis dissimilis conditio, quia ille inaniter gaudet, iste inaniter affligitur, & tamen similis carnis corruptio. Non ergo divitiæ extollant, nec inopia turbet. *a* Et tamen, &c.] ad litteram in sepulchro (Et vermes) idest, morsus conscientiæ, in inferno. *Isai.* 14. Subter te sternetur tinea. ecce culcitra. Et operimentum tuum vermes: ecce coopertorium. *Judith ult.* Dominus dabit ignem, & vermes in carnem eorum, ut urantur, & sentiant usque in sempiternum. Vel aliter (Simul in pulvere dormient) dives superbus, & pauper anxius, idest, in terrenis desideriis oculos mentis similiter claudunt (Et vermes) qui de carne oriuntur, idest, carnales curæ, opprimunt eos similiter, quia uterque curis gravatur. *Luc.* 8. A solicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur. *Gloss.* Voluptates, & divitiæ suis importunis cogitationibus guttur mentis suffocant, ne bonum desiderium ad cor possit intrare, quasi aditum vitalis flatus strangulant. Sequitur: *b* Certe, &c.] Putabant amici Job, quod ipse divitiis habitis tumuisset, & amissis anxius esset. Contra quos dicit (Certe, &c.) idest, per sententias vestras, quas inique contra me protulistis, novi, &c. Ex abundantia enim cordis os loquitur. *Matt.* 12. Et vere iniquæ sunt sententiæ vestræ. *c* Dicitis enim, &c.] idest Job. *d* Et ubi tabernacula impiorum?] idest filiorum Job, q. d. propter peccata eorum destructa sunt. Ita dicitis vos, qui æstimatis ex flagello peccatum, quod non faciunt Sancti, qui mundum, & quæ mundi sunt, contemnunt. Unde sequitur: *e* Interrogate, &c.] cui hæc temporalia nihil videntur esse, qui præsentem vitam viam putat, non patriam, qui non habet hic manentem civitatem, sed futuram inquirit. *Heb.* 13. *f* Et hæc eadem] quæ ego dico. *g* Illum intelligere, &c.] hæc scilicet. *h* Quia in diem perditionis, &c.] & ideo hic sinitur prosperari sicut taurus, qui impinguatur, ut occidatur. *Jerem.* 12. Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. *i* Quis arguet, &c.] Hic utitur Job quadam regula Ticonii. Cum enim loqueretur de corpore malorum, subito convertit sermonem ad caput eorum, idest, ad Antichristum. Constat enim, quod viæ impiorum hic frequenter arguuntur coram eis. Sed de Antichristo aliter erit, quia ita extolletur, ut nullus audeat facta ejus arguere coram eo, nisi solus Deus. De quo scriptum est 2. *Thess.* 2. Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris

Psalm. 72.

2. Thess. 2.

oris sui. Licet enim Elias, & Henoch, & alii electi eum arguant, non hoc suis viribus facient, sed Dei gratia auxiliatrice eorum. Dicit ergo: Quis arguit coram eo vias ejus, scilicet opera Antichristi. *a* Coram eo] quasi dicat, nullus, nisi solus Dominus, cujus virtute electi arguent eum. Et bene dicit, coram eo, quia multi vias ejus nunc arguunt, sed cum præsens fuerit, erunt quasi filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum conversi in die belli. Vel vias ejus arguere est æterno supplicio intervenientе, ejus prosperitatem turbare, quod faciet solus Dominus Jesus, qui eum, postquam se fecerit coli ut Deum, interficiet. Unde sequitur.

al. † viam.

Psalm. 77.

A

a coram eo † vias ejus, & quæ *b* fecit, *c* quis reddet illi? *d* Ipse ad sepulchra ducetur, & *e* in congerie mortuorum vigilabit, *f* dulcis fuit *g* glareis Cocyti, *h* & post se omnem hominem *i* trahet, & *k* ante se innumerabiles. *l* Quomodo igitur consolamini me frustra, cum *m* responsio *n* vestra repugnare ostensa sit veritati.

C A P. XXII.

RESpondens *o* autem Eliphaz Themanites, dixit: *p* Nunquid Deo comparari potest homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ? *q* Quid prodest Deo, si justus fueris, *r* aut quid ei confers, si immaculata fuerit † vita tua? *s* Nunquid timens arguet te, & veniet tecum in judicium, & non propter *t* malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? *u* Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & *x* nudos *y* spoliasti vestibus. *z* Aquam *a* lasso non dedisti, & *b* esurienti subtraxisti panem.

b Quæ fecit,] Antichristus. *c* Quis reddet illi?] nisi solus Dominus, qui reddet unicuique juxta opera sua, sine personarum acceptione. Quæ autem sit hæc redditio, subdit: *d* Ipse ad sepulchra ducetur,] quasi dicat, morietur, & in inferno sepelietur. De quo sepulchro dicitur *Luc.* 16. Mortuus est dives, & sepultus est in inferno. *Ezech.* 32. Data sunt sepulchra impiorum in novissimis laci. *e* Et in congerie, &c.] in inferno, quia nullus ibi dormiet, nisi somnum mortis. *Ezech.* 32. Et tu ergo in medio incircumcisorum dormies cum interfectis gladio. Et parum ante: Omnis multitudo ejus per gyrum sepulchri sui, omnes hi interfecti. Aliter exponit *Greg.* (Ipse) scilicet Antichristus (ducetur ad sepulchrum) idest, inter reprobos habitabit in vita sua (& in congerie mortuorum) morte peccati (vigilabit) idest, astutias exercebit. Sed quorum mortuorum, ostendit: Eorum scilicet quibus aliquando. *f* Dulcis fuit] ipse Antichristus, idest, placens. *g* Glareis Cocyti,] idest, tendentibus ad Cocytum, idest, ad luctum infernalem. Cocytus enim græce, luctus latine. Unde Poetæ Cocytum dicunt fluvium infernalem. Glareæ, sicut dicit *Greg.* sunt lapilli, quos aqua fluminis secum trahit, per quos significantur amatores mundi, quos trahunt carnalia desideria ad infernum. Est ergo sensus: Non cum quibuscumque sepelietur, sed cum suis consimilibus, quibus placuit, de quibus subditur: *h* Post se, &c.] idest, omnes carnales humum sapientes. *i* Trahet,] idest, prece, vel pretio, vel timore, vel miraculis sub jugo suæ ditionis rapiet. *k* Et ante, &c.] qui scilicet sponte consentient, & propria voluntate. Quoniam ergo ex prædictis concludit Job, quod non semper ubi flagellum est, peccatum est ibi, quia si iniquus in hac vita permittitur prosperari, quod de Antichristo ostensum est, necesse est, ut electus hic debeat flagellari. Et hoc est: *l* Quomodo igitur consolamini me frustra dicentes me hypocritam, & propter peccata percussum. Unde *sup* 16 Consolatores onerosi omnes vos. *m* Cum responsio] vel responsa. *n* Vestra repugnare ostensa sit veritati,] de quo magis doleo.

EXPOSITIO CAP. XXII.

REspondens *o* autem Eliphaz, &c.] Quia Job innuerat, se non propter peccatum flagellatum, & dixerat, se non contra hominem disputare, ideo Eliphaz ei plurima peccata improperat, primo ostendens, quod se male comparaverat Deo. Et dividitur hoc caput principaliter in duas partes. In prima arguit Eliphaz beatus Job. In secunda commendat humilem, dicens quod habens pacem colligit fructus bonos, & humilis erit in gloria. Dicit ergo: *p* Numquid Deo, &c.] secundum possibilitatem humanam, quasi dicat, non. Quia scientia hominis nihil est ad scientiam Dei. Unde *Psal.* Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Fere idem & eisdem verbis dixerat Eliphaz *sup.* 4. Nunquid homo comparatione Dei justificari potest, aut factore suo purior erit? Sed sicut dicit *Greg.* qui contra veritatis verba deficiunt, etiam nota replicant, ne tacendo victi videantur. *q* Quid prodest] adhuc adjungit, quod nullus ignorat, scilicet bona hominis Deo non prodesse, quasi dicat, si bonus es, te juvat non Deum, quoniam Deus bonorum nostrorum non eget. Et hoc dicit Eliphaz, quia Job dixerat se punitum non propter peccata sua, sed in augmentum virtutum, *sup.* 16. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ. *r* Aut quid ei, &c.] q. d. nihil, sed tibi. *Prov.* 9. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris, & proximis tuis. *s* Nunquid timens arguet te Deus,] idest, ex timore quem habuit ex te, quasi dicat, non. *Greg.* Nec etiam desipiens putat, quod Deus ex timore non arguat, vel ex metu judicium suum contra nos proponat: sed qui verba sua metiri nesciunt ad otiosa dicta dilabuntur, in quibus nisi se reprimant, ad noxia prosiliunt: Juxta illud *Eccl.* 19. Qui modica spernit, paulatim decidet. Unde Eliphaz, qui otiosa intulit, ad contumelias prorumpens, ait: *t* Et non propter malitiam tuam, &c.] quasi dicat, non timens arguet te Deus, sed arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te. *Jerem.* 2. *Sap.* 4. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum. Quæ autem sint illæ iniquitates, docet Eliphaz, putans quod Job de rapina pauperum congregasset divitias suas, & ideo amisisse. Sic continua: Revera propter infinitas iniquitates tuas arguet te Deus. *u* Abstulisti enim pignus fratrum tuorum] cum nihil deberent tibi. *x* Et nudos spoliasti vestibus,] detinendo scilicet vestes eorum contra legem. *Deuter.* 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam det tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus auferas, sed stabis foris, & ille proferet tibi, quod habuerit: Si autem pauper est, non pernoctabit tecum pignus, sed statim reddes ante Solis occasum. *z* Aquam lasso non dedisti,] quæ est communis omnibus, quanto magis nec vinum. *b* Et esurienti subtraxisti panem,] cum tamen Dominus dicat per *Isai.* 21. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti.

al. † via.

Ω *a* In forti-

Mystice.

Mystice. *p* Nunquid, &c.] Per Job Ecclesia designatur. Per Eliphaz, & alios duos, hæretici, qui dicunt Ecclesiam Romanam esse Ecclesiam malignantium, & se esse Ecclesiam Catholicam. Dicunt ergo hæretici Ecclesiæ: *u* Abstulisti pignus fratrum, &c.] idest donum Spiritus Sancti 2. *Cor.* 1. Dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Quod donum ideo pignus dicitur, quia per hoc de promisso Dei certi sumus. Unde *Eph.* 1. In quo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Aliquando etiam peccati confessio dicitur pignus, quia per illam securi sumus de venia. Unde *Deut.* 24. *secundum aliam tran.* Cum debet tibi quippiam frater tuus, idest, cum deliquit in te proximus, & abstuleris pignus ab eo, idest, peccati confessionem receperis, ante Solis occasum pignus restitue, idest, priusquam per dolorem cordis, sive per rancorem sol justitiæ occidat, veniam pro confessione promitte, idest, quando confitetur se peccasse, & tu confitere te dimisisse. Ita dicunt hæretici, quod Ecclesia nostra aufert sibi dona Spiritus Sancti: Vel sic (Abstulisti pignus fratrum tuorum sine causa) idest ab his, qui ad te veniunt ex nobis, inutiliter exigis confessionem erroris. *x* Et nudos] idest, simplices, & puros, sine velo duplicitatis. *y* Spoliasti vestibus,] idest, donis Spiritus Sancti, sive virtutibus, vel dogmatibus sanis, quibus vestitur anima. *z* Aquam] sanæ doctrinæ. *a* Lasso non dedisti,] idest, illi, qui sub sæculi honore fatigatur. Quod facere se putant hæretici, cum laborantibus in sæculo potum præbent sui erroris. Unde dicunt se imitari Dominum, qui dixit: Venite ad me omnes, &c. *Matth.* 11. *b* Et esurienti subtraxisti panem,] subtilioris doctrinæ. Juxta illud *Thren.* 4. Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Hæretici non subtrahere esurienti panem putant, cum de incomprehensibilibus requisiti superbe respondent, & audacter diffiniunt. Sed Sancta Ecclesia se nescire humiliter fatetur vel cognita tacet ei, non prodesset, dicens illud *Rom.* 12. Non plus sapere, &c. Et illud *Prov.* 23. Prudentiæ pone modum, & ne erigas oculos ad opes, quas non potes habere, quia facient sibi pennas quasi aquilæ, &c. *Eccles.* 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ Deus præcepit, semper cogita illa:

* *a* In forti-

In *a* fortitudine brachii tui possidebas terram, & † potentissimus obtinebas eam. *b* Viduas dimisisti vacuas, & *c* lacertos pupillorum comminuisti. *d* Propterea circumdatus es laqueis, & *e* conturbat te formido subita. Et *f* putabas te tenebras non visurum, & *g* impetu aquarum inundantium non † oppressum iri. An *h* cogitas, quod Deus excelsior coelo sit, & super stellarum verticem sublimetur? Et dicis: *i* Quid enim novit Deus? Et quasi per *k* caliginem judicat. *l* Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, & *m* circa cardines coeli perambulat. *n* Nunquid semitam saeculorum custodire cupis, *o* quam calcaverunt viri iniqui? Qui *p* sublati ante tempus suum, & *q* fluvius subvertit fundamentum eorum. *r* Qui dicebant Deo, recede a nobis, & quasi nihil *s* possit facere omnipotens, aestimabant eum, cum *t* ille implesset domos eorum bonis: a Quorum sententia procul sit a me. *x* Videbunt justi, & *y* laetabuntur:

al. † potentialiter. — al. † oppressurum.

a In fortitudine, &c.] In quo notatur oppressio aliorum quasi dicat, non solum tua non dedisti indigentibus, sed per potentiam oppressisti. *Amos* 6. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? *Sap* 2. Sit fortitudine nostra lex justitiae, quod infirmum est, inutile invenitur. *b* Viduas dimisisti vacuas,] idest, fecisti vacuas rebus, & possessionibus, quasi dicat, abstulisti viduis sua. *c* Et lacertos, &c.] auferendo labores eorum, vel dure opprimendo contra illud *Eccl.* 4. In judicando esto pupillis misericors, ut pater, & pro viro matri illorum. *d* Propterea, &c.] culpae, & poenae, quasi dicat, haec faciens peccasti, & ideo punitus es. *e* Et conturbat te formido subita,] idest, subita tribulatio, quae tibi accidit, vel timor inferni. Unde *Greg.* Subita formido illum turbat, qui non attendit, quid ex futuro judicio sibi immineat. *f* Et putabas, &c.] idest, adversitatem aliquam passurum. *g* Et impetu, &c.] idest, non putabas te opprimendum abundantia tribulationum. Vel (impetu aquarum inundantium) idest, tribulationum putabas (non oppressum iri) idest, non moveri ad opprimendum te.

Mystice. *a* In fortitudine, &c.] idest, in potentia regum, & principum, non in sapientia tuae praedicationis. Haeretici enim invidentes magnitudini Ecclesiae ascribunt haec potentibus saeculi, non fidei, & religioni ejus, quasi dicat: quod populus multus credidit, non fuit causa veritatis, sed violentia potestatis. *b* Viduas dimisisti vacuas,] idest, Ecclesias nostras ab amore mundi viduatas, fecisti vacuas a doctrina, & praedicatione. *c* Et lacertos pupillorum comminuisti,] idest, doctores nostros qui minores sustinent, & portant, ad te convertisti. Ecclesia enim haereticos convictos ratione, convertit ad Christi fidem, vel obduratos restringit sub disciplina: Et hoc conqueruntur haeretici. Hoc factum est temporibus Hilarii, Hieronymi, & Augustini, & aliorum Doctorum, quod in spiritu praevidit Job. Vel viduas, & lacertos dicit comminutos, quia sunt quidam haeretici, qui ita virginitatem commendant, quod nuptias damnant. Sunt & alii qui ita abstinentiam laudant, quod cibos etiam necessarios reprobant. Unde 1. *Tim* 4. In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis daemoniorum in hypocrisi loquentes mendacium, & cauteriatam habentes conscientiam, prohibentes nubere, & abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione. Hos cum Ecclesia a sua superstitione revocat, viduas vacuas dimitti, & lacertos comminui, haeretici conqueruntur. Unde si quid adversitatis Ecclesiae acciderit, hoc juste fieri suspicantur: Unde subditur: *d* Propterea circumdatus es laqueis,] poenae, & culpae. Quasi dicant haeretici Ecclesiae: Pro peccatis tuis opprimeris. Juxta illud *Jer.* 4. Viae tuae, & cogitationes tuae fecerunt haec tibi. *Prov.* 5. Iniquitates suae capiunt impium, & funiculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. *e* Et conturbat te formido subita,] poenarum inferni, quia in percussione tua non attendis, vel provides, quod in districtione judicii tibi immineat. Hoc enim haeretici de fidelibus suspicantur. *f* Et puta, &c.] q. d. securitatem pacis in spe tibi proponebas. Et ideo gaudebas, sed nunc tenebrae tribulationum, quae te opprimunt, qualis fueris, ostendunt. Et has tribulationes comparat Job aquis inundantibus, quia cum aliae super alias veniunt, quasi undis exagitata fluctuat Ecclesia. Sed redeamus ad litteralem expositionem: *h* An cogitas,] Hic ostendit Eliphaz causam, quare putaverit se tenebras non visurum, neque tribulationibus opprimendum, quia scilicet cogitavit Deum supra caelum esse, & non visurum quae fiunt super terram: Sicut dicitur in *Ps.* 57. Non videbit Dominus, neque intelliget Deus Jacob. Et hoc est (An cogitas &c) q. d. sic ut non videat, nec curet terrena. *i* Et ideo dicis: Quid enim novit Deus?] quasi ex tam longinquo videre non possis? Et dicis iterum: *k* Et quasi per caliginem judicat Deus, eo quod inter nos, & coelum aeriae partes sint, & superioribus intentus, minus videat infima, & ambiens cardines coeli inferiora non respiciat. Et iterum dicis: *l* Nubes latibulum ejus,] Et ideo (Nec nostra considerat) obvolutus nube. Et *m* Circa cardines coeli perambulat,] ideo non attendit, quae faciunt homines super terram. *Ad litteram* sic: Eliphaz irridet Job. Ita haeretici putantes se sapientes, irrident Catholicos, quod Deum non timeant, quia corporaliter eum non vident, & quasi intentum superioribus infima non videre. Hoc idem dicunt luxuriosi. *i* Quid enim novit Deus, &c.] idest, non videt nos, bene possumus facere voluntatem nostram. Unde *Eccl.* 23. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, contemnens animam suam; & dicens, quis me videt? tenebrae circumdant me, parietes cooperiunt me, nemo circumspicit me, quem vereor, delictorum meorum non memorabitur Altissimus. *Infr.* 24. Oculis adulteri observat caliginem, dicens: non videbit me oculus, & cooperiet vultum suum. Talibus dicitur *Isai.* 29. Vae qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium, quorum in tenebris sunt opera, & dicunt: quis videt nos, & quis novit nos? Sed isti errant, quia dicitur *Eccl.* 23. Oculi Domini multo plus lucidiores super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & corda hominum intuentes in absconditas partes. Sequitur: *n* Nunquid semitam saeculorum custodire cupis,] idest, vias saeculariter viventium. *o* Quam calcaverunt viri iniqui?] idest, perambulaverunt. Et ideo *p* Sublati sunt ante tempus], juxta illud. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Greg.* Semita redemptoris est humilitas, semita saeculorum superbia, quam calcant, qui per hujus vitae desideria in elatione perambulant, qui spatia vitae sibi longiora promittunt, sed cum superveniens mors subtrahit vitae spatia, quae in cogitatione tetenderunt, intercidet. Unde 1. *Thess.* 5. Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. Simile *Jerem.* 8. Item *Prov.* 10. Anni impiorum breviabuntur. *q* Et fluvius, &c.] idest, fluxus mortis superveniens, vitam, quam in mundi amore fundaverant, rapuit. Vel fluvius, idest, abundantia temporalis, vel fortis impetus tentationum, *Matth.* 7. Omnis, qui audit verba mea, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificavit domum suam super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit. *r* Qui dicebant, &c] si non verbis, tamen moribus. Hoc idem dixerat Job *sup.* 21. *s* Et quasi, &c.] Hoc est etiam quod dixit Job *sup.* 21. Quis est Omnipotens, ut serviamus ei? *t* Cum illa, &c.] licet mali sint. Deus enim etiam ingratis sua dona praebet, ut aut bonitate ejus erubescant, & redeant, aut contemnentes gravius puniantur. Unde *sup.* 12. Abundant tabernacula praedonum. *Matth.* 5. Qui facit oriri Solem suum super bonos, & malos. *Prov.* 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & si petierit potum, da illi, & sic congeres carbones super caput ejus. a Quorum sententia procul sit a me.] Hoc idem dixerat Job *supra proximo cap.* Consilium, inquit, eorum, idest, impiorum, longe sit a me. Sententia proprie in sermone est, consilium in cogitatione: Ita dicit *Greg.* Unde Eliphaz verbis impiorum, Job cogitationibus optat esse dissimilis. *x* Videbunt justi,] in judicio iniquorum interitum, de quorum errore modo dolent. *y* Laetabuntur:] cum judicii perfecta securitate inhaeserint. Laetabuntur autem non de poena malorum, sed congaudendo justitiae Dei. Unde *Ps.* 57. Laetabitur justus, cum viderit vindictam. Laetabuntur de evasione supplicii aeterni, de bona societate, de visione Dei. Unde *Isai.* 33. Regem in decore suo videbunt. Laetabuntur de justitia Dei in malos, quos cernunt in inferno sine fine. Unde *Isai. ult.* Egredientur, & videbunt cadavera eorum, qui praevaricati sunt in me. Mali vero usque ad diem judicii videbunt bonos in gloria, sed post non, ut sciant quid amiserint per stultitiam suam, & inde magis dolebunt, & sine fine. *Isai.* 26. Impius in terra Sanctorum iniqua gessit

Sap. 2. *Par.* 10. — *Psalm.* 54. — *Rom.* 12.

C

A

& *a* innocens subsannabit eos. Nonne *b* succisa est erectio eorum, & *c* reliquias eorum *d* devoravit ignis? *e* Acquiesce igitur ei, & *f* habeto pacem, *g* & per hæc *h* habebis fructus optimos. *i* Suscipe ex ore illius legem, & *k* pone sermones ejus in corde tuo. Si *l* reversus fueris *m* ad Omnipotentem, *n* ædificaberis: & *o* longe † facies iniquitatem a tabernaculo tuo. *p* Dabit pro terra *q* silicem, & pro *r* silice torrentes aureos. Eritque *s* omnipotens contra hostes tuos, & argentum coacervabitur tibi. Tunc *t* super Omnipotentem deliciis affl ues, & *u* elevabis ad Deum *x* faciem tuam. *y* Rogabis eum, *z* & exaudiet te, & *a* vota tua reddes. *b* Decernes rem, & *c* veniet tibi, *d* & in viis tuis *e* splendebit lumen. *f* Qui enim humiliatus fuerit, *g* erit in gloria: & *h* qui inclinaverit oculos suos, ipse salvabitur.

D

al. † facies

gessit, & non videbit gloriam Dei. *a* Et innocens subsannabit eos,] idest, subsannatione dignos judicabit, vel exultando despiciet, qui hic despiciebatur. *Isai.* 33. Cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. *Malac. ult.* Egrediemini, & salietis sicut vitulus de armento, & calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. *Prov.* 1. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis, quod timebatis, evenerit. Et revera subsannabit, quia *b* Succisa est, &c.] idest, superbia, vel temporalis prosperitas, propter quam eriguntur modo, (Succisa est) idest, citu succidetur. *Matt.* 3. & *Luc.* 3. Jam securis ad radicem posita est. Vel succisa est in Dei præscientia. *Isai.* 38. Præcisa est, velut a texente vita mea. *c* Et reliquias eorum] idest, corpora, quæ hic morientes relinquunt.

d Devoravit ignis?] Inferni: Ea enim recipient in resurrectione, ut in carne ardeant, in qua peccaverunt. *Eccl.* 7. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, idest, carnalium impiorum, vel carnalium peccatorum, ignis, & vermis. Et quia hæc vera sunt, quasi docendo Job quem impium putabat, infert.

e Acquiesce igitur ei,] idest, Deo, pœnitendo scilicet.

f Et habeto pacem,] cessando a malis. *Sup.* 9. Quis restitit ei, & pacem habuit?

g Et per hæc] idest, si acquiescis Deo, pœnitendo; & pacem habes, a malis cessando.

h Habebis fructus optimos,] idest, opera bona, vel divitias præsentes, quas optimas reputabat, vel spirituales fructus, de quibus *Gal.* 5. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Hi sunt duodecim fructus. *Apoc. ult.* Ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum. *i* Suscipe ex ore illius legem,] vivendi, idest, ex me, qui loquor doctus ab eo; quasi dicat, quod ego dico, procedit ex ore illius. Qui enim verba Dei loquitur, dicitur os Dei. *Jer.* 15. Si pretiosum separaveris a vili, quasi os meum eris. *k* Et pone sermones ejus in corde tuo,] quasi dicat, sermones Dei, quos usque modo in ore tantum habuisti, sicut hypocrita, pone in corde per intellectum, & affectum. *Prov.* 3. Misericordia, & veritas non te deserant, circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, quæ sunt intelligentia capax, & memoria tenax. *l* Si reversus fueris] per pœnitentiam, a malis tuis. *m* Ad Omnipotentem,] qui scilicet potest tibi restituere, quæ amisisti, delendo culpam tuam.

n Ædificaberis:] in pristina prosperitate. Vel ædificaberis in ædificio virtutum, quod destruxisti per malitiam tuam.

o Et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo,] corpus tabernaculum est animæ, & anima tabernaculum est cogitationum. Et sensus est: Si post errata reversus fueris ad Deum per pœnitentiam, in opere, & cogitatione mundaberis, *sup.* 11. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris; & non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam sine macula.

p Dabit pro terra] *ad litteram*, idest, Dominus restituet tibi pro terra lapidicinas, & pro lapidicinis thesaurum, & sic innuit Eliphaz multiplicatam restitutionem faciendam Job, si pœnituerit.

Mystice.

Vel mystice. Per terram infirma actio; per silicem, operis fortitudo; per torrentes aureos, affluens doctrina cœlestis sapientiæ. Et est sensus (Si reversus fueris ad Deum dabit pro terra) idest, terrena ac fragili conversatione. *q* Silicem,] idest, operandi fortitudinem. *Isai.* 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. *r* Et dabit pro silice torrentes aureos,] idest, pro robusto opere, cœlestis sapientiæ doctrinam; quasi dicat, conversus ad Deum, ex infirmo eris fortis, & more bene vivendi, in doctrina cœlestis sapientiæ abundabis. Et hoc est, quod dicitur *Isai.* 60. Ego Dominus pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. *s* Eritque Omnipotens contra hostes tuos, &c.] reprimendos, *ad litteram*. Vel hostes dicit dæmones, quorum sæpe, ut dicit *Greg.* dum sacris eloquiis intendimus, insidias gravius toleramus. Quod significatur *Gen.* 26. ubi dicitur, quod Allophyli puteos, quos pueri Isaac foderant, obstruebant. Unde sensus est: Erit Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coacervabitur tibi, idest, Dominus a te repellet malignos spiritus, qui cogitationes tuas obsident, & quietem mentis interrumpunt, & tunc talentum divini eloquii in te multiplicabitur. Unde dicebat *Psal.* 118. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Hunc versum, ut dicunt, dicebat *B. Greg.* quando accedebat ad studium divini eloquii. Nemo enim studere potest, dum malignorum spirituum insidias tolerat.

Prov. 19.

t Tunc super Omnipotentem deliciis affl ues,] interioribus, quiescens ab exterioribus, quæ nunquam simul sunt; quasi dicat, quando reversus fueris ad Deum, & ipse a te repulerit malignos spiritus, tunc amore ejus epulis Sacræ Scripturæ satiaberis. Pluraliter dicit deliciis, quia multis deliciis pascit nos Dominus in Sacra Scriptura: Modo reficit historia, modo instruit Allegoria, modo impinguat Tropologia, modo Anagoge per contemplationem ad alta suspendit. De qua dictum est *supr.* 7. Suspendium elegit anima mea. Et *Cantic. ult.* Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affl uens, innixa super dilectum suum? *u* Et elevabis ad Deum] idest, ad secreta cœlestia investiganda, & intelligenda.

x Faciem tuam,] idest, mentis intelligentiam, quasi dicat, cum per pœnitentiam culpam dilueris, ad intelligentiam supernorum erigeris. *y* Rogabis eum,] sic mundatus. *z* Et exaudiet te,] idest, ad perfectum audiet, qui prius pro culpa tua non exaudiebat: peccatum enim est quasi nubes interposita Deo, ne ad ipsum possit ascendere oratio peccatoris. Unde *Thren.* 3. Opposuisti nubem, ne oratio transeat ad te, idest, opponi permisisti.

a Et vota tua reddes,] quæ prius propter peccata tua, idest, propter infirmitatem, & paupertatem, quam propter peccata tua incurristi, non poteras solvere. Unde *Isai.* 19. Vota vovebunt Domino, & solvent. *Deut.* 23. Quod semel egressum est de labiis tuis, servabis, & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo. *Eccl.* 5. Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis, & stulta promissio.

b Decernes rem,] idest, vitam æternam contemplando. *c* Et veniet tibi,] quasi dicat, desiderium tuum adimplebitur ad libitum tuum. *Isai.* 58. Invocabis, & Dominus exaudiet. *d* Et in viis tuis] idest, operibus, & desideriis tuis, quæ dicuntur viæ, quia ipsis itur ad locum vitæ, vel mortis æternæ.

e Splendebit lumen,] scientiæ, vel gratiæ, *Isai.* 58. Erumpet quasi mane lumen tuum; quasi dicat, cum reversus fueris ad Deum, hæc, quæ dicta sunt, venient tibi, & eris sapiens, & hominibus generosus. Est enim proprium infirmorum, ut justum judicent, quem vident adipisci omne, quod petit. Omnium autem horum causa, est humilitas, quia oratio humiliantis se penetrat nubes. *Eccles.* 35. Et hoc est:

f Qui enim humiliatus fuerit,] idest, qui humiliaverit se spontaneus.

g Erit in gloria:] *Prov.* 29. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. *Luc.* 18. Qui se humiliat, exaltabitur.

h Et qui inclinaverit oculos suos,] idest, qui nullum despicit, & se minorem omnibus sentit, sicut publicanus, qui non audebat oculos in cœlum levare: *Luc.* 18. Ipse salvabitur per humilitatem, aliter non. Unde sapiens orat *Eccl.* 23. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, *Isai.* 5. Oculi sublimium deprimentur. Sed est, qui nequiter se humiliat, ut dicitur *Eccl.* 19. ideo de qua humilitate intelligat, ostendit:

a Salva

a Salvabitur innocens,] quasi dicat, ille, qui est humilis, ita quod innocens salvabitur. Sed ne crederet quis, quod sine operibus sit salvus, ubi est facultas operandi, ideo subditur: *b* Salvabitur autem munditia manuum suarum,] quæ etsi a Deo sit, ita remunerabitur, ac si tantum ab homine esset: Vir enim sanctus manibus mundis nititur. *Prov.* 30. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Item *Prov. ult.* Date ei de fructu manuum suarum & laudent eam in portis opera ejus.

A

a Salvabitur innocens, *b* salvabitur autem in munditia manuum suarum.

C A P. XXIII.

REspondens *c* autem Job, dixit: Nunc quoque in *d* amaritudine est sermo meus, & *e* manus plagæ meæ aggravata *f* est super gemitum meum. *g* Quis mihi tribuat, ut cognoscam, & *h* inveniam illum, & *i* veniam usque *k* ad solium ejus? *l* Ponam *m* coram eo judicium, & *n* os meum replebo increpationibus, ut sciam *o* verba, quæ mihi respondeat, & *p* intelligam, quid loquatur mihi. *q* Nolo multa fortitudine *r* contendat mecum, *ſ* nec magnitudinis suæ mole me *t* premat. *u* Proponat æquitatem contra me, & *x* perveniat ad victoriam *y* judicium meum. Si *z* ad Orientem iero, non apparet. *a* Si ad Occidentem; non *b* intelligam eum. *c* Si ad sinistram, *d* quid agam? non apprehendam eum. Si *e* me vertam ad dexteram, non *f* videbo illum. Ipse *g* vero scit viam meam, & *h* proba-

EXPOSITIO CAP. XXIII.

REspondens *c* autem Job,] Redargutus Job ab amicis suis super multiplici peccato, sicut patet ex præcedentibus, zelo justitiæ accensus, non libidine vindictæ infectus, his peccatis imprecatur pœnam rogans, ut se ab hujusmodi abstineant peccatis. Dividitur autem hoc caput in duas partes. In prima dicit Job se nec intelligere, nec videre, nec apprehendere Deum. In secunda ostendit, quod viam ejus custodire, & voluntatem ejus implere debemus. Prius autem conqueritur super statu suo, quia Eliphaz mentitus erat, converso meliora promittens, ac si pro peccato suo amisisset Job bona sua. Et hoc est:

d Nunc in amaritudine est sermo meus, &c.] Propter mendacium, scilicet tuum. Peccata enim proximorum, sunt amaritudo justorum. 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, &c.

e Et manus] idest, fortitudo percussionis, sive doloris.

f Aggravata, &c.] Quia inordinata consolatio amicorum dolorem, quem minuere debuit, augmentavit. Unde *sup.* 16. Consolatores onerosi omnes vos estis. Vel aliter: Mens justi semper in amaritudine est, etiam in prosperis, quibus cum adversitas evenit, ingeminat dolorem, quem invenit. Et hoc est, manus plagæ, idest, adversitas, quæ mihi accidit, aggravata est super gemitum meum, idest, dolorem, quem prius habebam, dum essem in prosperis, augmentavit. Et cum ita gravaretur Job quasi conquerendo incolatu hujus miseriæ, & dilatione patriæ, in persona sui, & perfectiorum, subdit:

g Quis mihi] per speciem, quasi dicat; Quis me liberabit de corpore mortis hujus *Rom.* 7. ut videam eum, sicut est?

h Et inveniam illum,] per speciem, quem nunc quæro per fidem. *Cant.* 8. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam nemo me despiciat? Inveniam fide, deosculer charitate. Verba sunt Synagogæ nondum conversæ, sed prope jam, & desiderantis conversionem.

i Et veniam] passibus fidei, & bonorum operum.

Psalm. 81. *k* Ad solium ejus?] idest, ad consortium Angelorum, in quibus sedet, ubi videtur Deus Deorum in Sion. *Isai.* 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum.

l Ponam] judicium idest, accusando meipsum judicabo, ne ab ipso judicer. Juxta illud 1. *Cor.* 11. Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. *Eccl.* 8. Tempus, & responsionem cor sapientis intelligit.

m Coram eo] idest, in secreto cordis, ubi ipse solus videt. 1. *Reg.* 16. Homo videt ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor. *n* Et os meum replebo increpationibus,] Meipsum primo redarguens in contemplatione, ut postea dicam in confessione. Unde *sup.* 7. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ. *o* Ut sciam] in judicio, idest, ut intelligam hic in via, ubi possum me corrigere, quid mihi Deus dicet in judicio. Tanta enim tunc Deus reprobis dicet, quanta eos pati permittet. Et hoc est: *p* Et intelligam] hic (quod loquatur mihi Deus) idest, locuturus est in judicio. Beatus ergo, & jucundus homo, qui miseretur sui hic & proximi, & commodat sua egentibus, quia sic disponit sermones suos in judicio, quibus Deo ibid. respondeat. *Habac.* 2. Super custodiam meam stabo, & figam gradum meum super munitionem & contemplabor, quid dicatur mihi in judicio, & quid respondeam ad arguentem me. Ideo consulit *Eccl.* 18. Ante languorem para medicinam, & ante judicium interroga teipsum. Hoc non facit, qui mala sua negligit emendare, & hic pacem quærit. De quibus dicit Dominus *Luc.* 19. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quæ scilicet, superventura sunt tibi. Quia vero nemo justus invenitur, si secundum Dei fortitudinem judicetur, ideo subdit.

Psalm. 111.

B

q Nolo multa fortitudine contendat mecum,] idest, potentia Divinitatis, quæ est maxima fortitudo. Unde *supr.* 11. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. *r* Contendat mecum,] districte faciendum merita judicando. *ſ* Nec magnitudinis suæ mole] idest, immobili justitia. *t* Me premat,] juste condemnando. Unde *infr.* 26. Quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri] Item *infr.* 25. Ecce enim luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Ideo clamat *Psal.* 129. Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Non igitur sic faciet Deus, sed. *u* Proponat æquitatem contra me,] idest, justitiam dulcore misericordiæ temperatam. De qua *Ps.* 10. Æquitatem vidit vultus ejus. Hac æquitate adæquatur Deus quodammodo suæ creaturæ, ut nec peccatum inultum dimittat, nec digna animadversione puniat, sed juste, & misericorditer, quia universæ viæ Domini misericordia, & veritas. *Prov.* 16. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas. Vel aliter secundum *Greg.* Proponat æquitatem contra me, idest, ad arguendum me mittat filium incarnatum, qui æquitas dicitur, quia æquus mediator inter nos, & Deum. 1. *Tim.* 2. quasi dicat, memor infirmitatis humanæ, cui se adaptavit, formam servi accipiens, misereatur mei peccatoris. Et sic

C

Psalm. 84.

y Judicium meum,] quo judicabor.

x Perveniat ad victoriam] victo scilicet diabolo, qui desiderat damnationem meam. Et quia filium mitti rogaverat Job, posset quis credere, quod aliquo certo loco comprehenderetur, de quo mitteretur, & ita non esset ubique. Ideo nunc errorem excludens dicit:

Phil. 2.

a Si ad Orientem iero, non apparet,] quasi dicat, creator omnium ubique est, & non in parte, & tunc minus invenitur, quando in parte quæritur. Vel aliter secundum *Greg.* (Si ad Orientem iero) idest, ad contemplationem divinitatis ejus, non apprehendam, idest, non possum eum comprehendere, ut est in natura sua, Deum nemo vidit unquam. *Joan.* 1. *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet. *a* Si ad Occidentem,] iero mentis intuitu, idest, ad temporales creaturas.

1. *Cor.* 13.

b Non intelligam eum,] perfecte, & aperte, quia videmus nunc per speculum in ænigmate, idest, per creaturas, obscure, & imperfecte.

c Si ad sinistram,] idest, ad malos, vel opera mala consideranda, non apprehendam eum.

e Si me vertam ad dexteram,] idest, ad bonos, vel opera bona. *f* Non videbo illum,] quasi dicat, nunquam possum videre eum, sed ipse me semper videt, unde magis timendus est. Vel sic (Si ad sinistram iero) peccatis consentiendo, vel faciendo, Vel in adversis desperando, vel nimis dolendo. *d* Quid agam? non, &c.] imo amittam. (Si ad dexteram) de virtutibus superbiendo, non videbo illum, propter peccatum elationis. Ideo dicitur *Prov.* 4. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram, idest, non frangaris adversis, neque prosperis extollaris. Vel ne consentias peccato, neque superbias de bono. *g* Ipse vero scit viam meam,] idest, cogitationes, & opera, quasi dicat, licet ego non possum videre eum, ipse tamen videt me, quia omnia parent oculis ejus. *Prov.* 15. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. *In eod.* 5. Respicit Dominus viam hominis, & omnes gressus ejus considerat. *h* Probavit

vit me quasi *a* aurum, quod per ignem transit. *b* Vestigium *c* secutus est pes meus, viam *d* ejus *e* custodivi, & non *f* declinavi ex ea. *g* A mandatis labiorum ejus non *h* recessi, *i* & in sinu meo abscondi verba oris ejus, *k* Ipse enim solus est, & *l* nemo avertere potest cogitationem ejus, & *m* anima ejus † quodcumque *n* voluit, hoc fecit. Cum *o* expleverit in me voluntatem suam, & *p* multa alia similia *q* præsto sunt ei, Et *r* idcirco a facie ejus turbatus sum, & *s* considerans eum timore *t* sollicitor. *u* Deus mollivit cor meum, *x* & Omnipotens conturbavit me. *y* Non enim perii *z* propter imminentes tenebras, *a* nec faciem meam *b* operuit caligo.

C A P. XXIV.

AB *c* Omnipotente non sunt abscondita tempora, qui *d* autem *e* noverunt *f* eum, *g* ignorant dies illius. Alii *h* terminos transtulerunt,

B

al. † quæcumque voluit hæc fecit.

vit me] probatione tribulationis. *a* Quasi aurum, quod per ignem transit.] quod quidem non consumitur igne, sed purius redditur, sic electi in tribulatione. *Sap.* 3. Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus. *Prov.* 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantium. *Eccles.* 27. Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. Et quia sic probavit: *b* Vestigia] i. opera ejus. *c* Secutus] i. affectus. *Eccl.* 23. Gloria magna sequi Dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo. 1. *Pet.* 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus, qui peccatum non fecit: *Greg.* Gressus Dei sunt operationes ejus quibus bonus, malusque regitur. Et nos vestigia gressuum ejus sequimur, cum ejus longanimitatem, pietatem, humilitatem, intuentes imitamur. Unde *Hebr.* 12. Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem JESUM, recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus se contradictionem, ut non fatigemini animis vestris, deficientes. Job igitur per spiritum inspiciens futuram vitam Christi se imitatorem dixit: *d* Viam ejus] i. mandata Dei, per quæ ipse venit ad nos præcipiendo, & nos ad ipsum implendo. *e* Custodivi,] per rectitudinem intentionis. *f* Et non declinavi] per malitiam operationis. *g* A mandatis, &c] i. S. Scripturæ, i. utriusque Testamenti. Vel labiorum,] i. prophetarum. *h* Non recessi,] contra mandata faciendo, vel aliquid de ipsis omittendo. *Ps.* 16. Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. *Deut.* 26. Non præterivi mandata tua, nec oblitus sum imperii tui. *i* Et in sinu meo abscondi, &c.] q. d. diligenter custodivi, & implevi mandata ejus, & ex amore, non timore, quod enim diligimus, in sinu recondimus. *Prov.* 3. Præcepta mea cor tuum custodiat. *k* Ipse enim solus est,] In hoc ostendit Job, quod in tot bonis, quæ egerat, se nihil esse credit, q. d. licet hæc fecerim, tamen nihil sum, [Ipse enim solus est,] per se. *Exod.* 3. Ego sum, qui sum, & qui est, misit me ad vos. *l* Et nemo avertere potest cogitationem ejus,] i. providentiam ejus *Mich* 2. Numquid abbreviatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes ejus, quæ sc. possint averti, ut non impleantur, q. d. non *Greg.* enim dicit: Sicut immutabilis est in natura, ita & in cogitatione. Quamvis enim ejus sententia precibus Sanctorum aliquando exterius avertatur, tamen ejus consilium interius non mutatur. *m* Et anima ejus] *Greg.* i. vis, quæ cuncta disponit, i. voluntas beneplaciti. *n* Quodcumque voluit, hoc fecit.] Etiam quod voluntati ejus repugnare videtur, illi servit. *Isai.* 45. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet, & ideo timendum est infimo. Quod considerans Job, subdit: *o* Cum expleverit in me voluntatem suam,] q. d. jam perpendo, quæ patior, sed adhuc timeo, quæ pati possum. Nam si adhuc me ferire cogitur, adhuc invenit, ubi plaga crescat. Et hoc est [Cum expleverit,] flagellando me. *p* Et alia] quibus me feriat, vel propter quæ me feriat. *q* Præsto sunt ei] qui omnia videt, qui omnia potest. *r* Et ideirco a facie ejus, &c.] i. a consideratione judiciorum ejus, vel a præsentia flagellantis hic, & judicantis in futuro. Si enim ita hic flagellat, quid faciet in futuro? *Jer.* 15. A facie manus tuæ solus sedebam, quoniam comminatione replesti me, quia factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis. Vel [a facie ejus] i. ab ipsa tribulatione, quæ facies Dei dicitur, quia per ipsam justitia ejus cognoscitur, *Is.* 26. A facie tua, Domine, concepimus, & quasi parturivimus, & pepetimus spiritum salutis. *s* Et considerans eum] animadversionem ejus. *t* Sollicitor.] timore futuri. Sed quia posset aliquis quærere, unde ei timor iste? Subdit: *u* Deus mollivit] ut timeam, q. d. non est ex me, quod sic timeo, sed ex Deo. *Greg.* Cor mollitur, quando superni timore judicii penetratur. Quod fit, quando Dominus aufert cor lapideum, & dat cor carneum. *Ezech.* 11. Idest, molle, quod possit penetrari clavo timoris, vel gladio amoris. *x* Et Omnipotens conturbavit me.] Ex timore superni, & districti judicii. Et nota, quod dicit, conturbavit me, non turbavit: Non enim ex solo Deo est ista turbatio, sed partim a nobis. *Cant.* 6 Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab, i. propter doctrinam quatuor Evangeliorum. Aminadab interpretatur spontaneus. *y* Non enim perii] q. d. Vere Deus mollivit cor meum, ut timeam, & non desperem. [Non enim perii] desperando. *z* Propter imminentes tenebras,] i. tribulationes. *Greg.* Flagella justorum vel præterita purgant, vel futura peccata avertunt, quæ perpetrari poterant: Job vero flagellis nec a præteritis purgatur, nec a futuris protegitur, sed virtus augetur. Unde seq. *a* Nec faciem meam] i. mentem. *b* Operuit caligo.] peccati, & si aliquando tetigit. Et sic innuit Job se flagellatum, non propter peccatum, sed propter augmentum virtutum. Unde *sup.* 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Sæpe enim accidit, quod subortæ cogitationes illicitæ tangunt corda justorum: Sed quia citius abiguntur, caligo peccati faciem cordis non operit. Unde cum Abraham sacrificium offerret, insistentes aves pertulit, quas studiose, ne sacrificium raperent, abegit. *Gen.* 15. Sic & nos debemus facere, cum in ara cordis sacrificium devotæ orationis Deo immolamus, ab immundis spiritibus, & inquietis cogitationibus, ne illud rapiant, quod offerimus, custodiamus.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

AB *c* Omnipotente, &c.] Multa dixerat Job de Deo, quæ de facili non possunt comprehendi. Unde moderatur se fræno scientiæ, quia non plus sapere, quam oportet sapere: *Rom.* 12. De his ergo, quæ dixerat, Deo attribuens scientiam [Ab Omnipotente, &c.] Dividitur autem hoc capitulum principaliter in duas partes. In prima agitur de violentia, & rapina malorum. In secunda de maledictionibus, & pœnis eorum, quia ab aquis nivium transibunt ad calorem nimium. Dicit ergo [Ab Omnipotente, non sunt abscondita tempora] *ad lit.* rerum mutabilitates, temporum vicissitudines. Ipse enim novit initium, medium, & consummationem ab æterno, ut dicitur. *Sap.* 7. Et *Eccl.* 23. Domino Deo antequam crearentur omnia sunt agnita: Sed non sic homini. *d* Autem] i. quia. *e* Qui noverunt] per fidem. *f* Eum,] i. Deum. *g* Ignorant, &c.] i. qualiter ejus æternitas sit ante sæcula sine præterito, sine mora longa, sine futuro perpetua. *Greg.* Quantumcumque anima intendat, nec seipsam investigare poterit, quanto minus illius magnitudinem, qui illam condere potuit. Unde *Sap.* 9. Quæ in prospectu sunt, invenimus cum labore, quæ autem in Cœlis sunt, quis investigabit? Item *Baruch.* 3. Non est, qui possit scire vias ejus, neque qui exquirat semitas ejus. *h* Alii, &c.] Hoc dicit contra superbum Eliphaz, & hæreticos, qui altiora se quærunt, q. d. qui noverunt Deum per fidem, ipsi ignorant, i. ignorare se fatentur dies illius: Sed [alii] i. hæretici, qui per Eliphaz designantur, [transtulerunt terminos] i. constitutiones antiquorum patrum, prævaricando, vel extranee exponendo transcenderunt. Contra quos dicitur *Prov.* 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. *Exod.* 19. Contestare populum, ne forte velit transcendere terminos ad videndum Deum. Quod sæpe faciunt hæretici, & etiam quidam Christiani nimis curiosi. De quibus *Jer.* 29. Non vos seducant Prophetæ, & divini vestri, & ne attendatis ad somnia. Ibi *Gl.* Pseudo-prophetæ sunt, qui præter hoc, quod Spiritus Sanctus sensit in Scripturis apponunt. Divini, qui conjecturam suæ mentis, & incerta futurorum quasi vera pronunciant. Item *Ezech.* 3. Fili hominis, &c. & loquaris verba mea ad eos. Ibi *Gl.* Qui in expositione sacri eloquii, ut auditoribus placeat, aliquid fingit, sua

verba sunt, quæ loquitur, non Dei. Qui autem aliter, quam is qui protulit, scripserit, & sub alio intellectu ad ædificationem charitatis, Domini sunt verba, quæ dicit: *a* Diripuerunt] i. in diversos errores traxerunt *b* Greges,] idest, simplices. *c* Et paverunt eos.] doctrinis pestiferis.

d Asinum pupillorum] i. perfectos, qui portant onera aliorum, qui cibo fidei nutriuntur, & patris sui, i. Christi pro se mortui, faciem non vident adhuc per speciem. *e* Abegerunt,] ab Ecclesia. Talis asinus fuit Moyses: *Num.* 11. Non possum solus sustinere hunc populum.

al. † visitantesque.

B

f Et abstulerunt] de Ecclesia. *h* Bovem] i. prædicatorem, qui vomere prædicationis duritiam cordis terræ,

a diripuerunt *b* greges, & *c* paverunt eos. Asinum *d* pupillorum *e* abegerunt, & *f* abstulerunt pro *g* pignore *h* bovem *i* viduæ. *k* Subverterunt pauperum viam, & *l* oppresserunt pariter *m* mansuetos terræ. *n* Alii quasi *o* onagri in deserto *p* egrediuntur ad opus suum † *q* vigilantes quasi ad prædam, *r* præparant panem *s* liberis. Agrum non *t* suum *u* demetunt, & *x* vineam *y* ejus, quem vi oppresserunt, *z* vindemiant. *a* Nudos dimittunt homines indumenta *b* tollentes, quibus non *c* est operimentum in *d* frigore,

norum scindit, ut ibi seminentur semina virtutum. De hoc bove dicitur *Deut.* 25. Et 1. *Cor* 9. Non alligabis os bovi trituranti. *Prov* 14. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est. *i* Viduæ.] i. Ecclesiæ, quæ occisi viri sui, i. Christi interim visione privata est. *Prov.* 7. Non est vir in domo, abiit via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reversurus, &c.
g Pro pignore] i. pro simplicibus. Et recte dicit pro pignore: Nam cum pignus aufertur, aliud est, quod tenetur, & aliud, quod quæritur. Ita hæretici prædicatores auferre conantur, ut simplices postea trahant. *Deut.* 24. Non auferes loco pignoris viduæ vestimentum.
k Subverterunt pauperum viam,] i. cogitationes, & opera humilium. *l* Et oppresserunt] ipsi hæretici.
m Mansuetos terræ.] idest, simplices, quos ipsi hæretici pravis doctrinis opprimunt. *Amos* 2. Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant. *Mich.* 2. Desuper tunicam pallium tulistis, & eos, qui transibant simpliciter convertistis in bellum. Ideo prohibitum est, ne simplices disputent contra hæreticos. Unde *Deut.* 20. Quis est homo, qui formidolosus est, & corde pavido, vadat, & revertatur in domum suam. In *Glos.* Ad disputationem contra hæreticos venire non debet nisi doctus, & perfectus, ne superatus alios scandalizet. *n* Alii] i. raptores, qui sunt alii ab hæreticis. Vel alii eorum, *o* Quasi onagri] i. suis voluptatibus vacantes, a vinculis fidei, & rationis liberi, habitu religiosi, sed corde luxuriosi, secreta loca colentes, ut eo liberius decipiant, quo ex vitæ merito reverentiores videntur. *Jer.* 2. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui, *sup.* 11. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum putat. *p* Egrediuntur ad opus suum] i. ad desideria sua explenda. *Phil* 2. Omnes quærunt, quæ sua sunt, non quæ JESU CHRISTI. *q* Vigilantes quasi ad prædam,] i. ad corrumpendum simplices, vel rapiendum, & trahendum verba Sanctorum ad sensum proprium. Et sic: *r* Præparant panem] erroris. *s* Liberis.] simplicibus, quos in errore suo falsis dogmatibus genuerunt. *Prov.* 4. Non dormiunt, nisi cum male fecerint, nec rapitur somnus ab eis, nisi supplantaverint. Ad litteram etiam patet hoc de latronibus, & raptoribus, qui latent in silvis, ut spolient transeuntes, & onagris comparantur propter luxuriam, & vagationem, *t* Agrum non suum] idest, S. Scripturam, quæ semina bonorum operum profert, *u* Demetunt,] i. perverse interpretantes, ad libitum suum exponunt. *x* Et vineam] i. S. Scripturam, quæ veritatis sententias quasi botros virtutum profert. *y* Ejus, quem vi oppresserunt,] i. Christi, cujus veritatem violenter inflectunt. *z* Vindemiant.] i. prave exponunt, auferendo veras sententias, & falsas fallaciter fingendo. Sacra igitur Scriptura ager dicitur, quia pascit; & vinea, quia inebriat, quam hæretici modo demetunt, & vindemiant, male exponendo, & veras sententias Sanctorum auferendo. Sed erit adhuc, quod Sancti pro labore, quo laboraverunt in expositione S. Scripturæ, remunerabuntur, & hæretici quasi vacui jejunabunt. Unde *Isai.* 62. Si dedero, i. non dabo triticum tuum ultra cibum inimicis tuis, & si biberint, i. non bibent filii alieni, idest, hæretici vinum tuum, in quo laborasti. Vel agrum, & vineam dicit Ecclesiam, quam hæretici demetunt, & vindemiant, quia membra ejus pravis exemplis corrumpunt. Hæc vinea significata est per vineam Naboth. 3. *Reg.* 21. De qua *Cant.* 2. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas. *a* Nudos dimittunt, &c.] virtutum. *b* Tollentes,] *Mich.* 3. Violenter tollitis pelles eorum desuper eis. *Abac.* 2. Quia spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, &c. *c* Quibus non est operimentum]

quos imbres *e* montium *f* rigant, & non *g* habentes velamen, *h* amplexantur *i* lapides. *k* Vim fecerunt deprædantes pupillos & *l* vulgum pauperum † *m* spoliaverunt. *n* Nudis, & *o* incedentibus absque *p* vestitu, & *q* esurientibus *r* tulerunt *s* spicas. Inter *t* acervos eorum *u* meridiati sunt: qui *x* calcatis torcularibus *y* sitiunt. *z* De civitatibus fecerunt viros gemere, & *a* anima vulneratorum † clamabit, & *b* Deus inultum abire non patitur. Ipsi *c* fuerunt rebelles lumini, *d* nescierunt vias ejus, *e* nec reversi sunt per semi-

al. † expoliaverunt.

al. † clamavit.

bonorum operum, vel virtutum, quibus operitur anima sicut coopertorio. *d* In frigore,] mali desiderii, vel infidelitatis. *e* Quos imbres montium] i. doctrina Prælatorum, qui dicuntur montes propter firmitatem, & vitæ eminentiam. *f* Rigant,] docendo, benigne monendo. *g* Et non habentes velamen,] virtutum, vel bonorum operum. *h* Amplexantur] orationibus. *i* Lapides.] i. Sanctos, quorum suffragia postulant, de nullo opere suo confidentes. *k* Vim fecerunt deprædantes pupillos,] i. teneros in Ecclesia, quibus denuo mundus pater mortuus est, & concupiscentia mater. *l* Et vulgum pauperum] vel vulgus pauperum, i. populum indoctum. *m* Spoliaverunt.] virtutibus. *n* Nudis,] i. otiosis. *o* Et incedentibus] i. mala agentibus. *p* Absque vestitu,] virtutum. *q* Et esurientibus] panem sanæ doctrinæ. *r* Tulerunt] i. abstulerunt. *s* Spicas.] i. antiquorum patrum sententias. *t* Inter acervos eorum] i. in medio multitudinis persecutorum Ecclesiæ. *u* Meridiati sunt,] i. requieverunt. Vel [inter acervos eorum,] i. in medio principum, & tyrannorum quieverunt, quorum appetunt familiaritatem, ut eos moveant contra Ecclesiam *x* Qui calcatis torcularibus] i. pluribus martyribus interemptis in Ecclesia, quæ dicitur torcular, quia in ea calcantur Sancti, quorum corpora projiciuntur, ut vinacia, sed animæ quasi vinum optimum in cœli cellario reconduntur. *y* Sitiunt.] quia agendo crudelia, eo ipso crudeliores fiunt, & majora facere ambiunt. *z* De civitatibus, &c.] q. d. etiam fortes Ecclesiæ oppresserunt, non solum pauperes. Sed ne impune hoc facere crederentur, subdit: *a* Et anima vulneratorum clamabit] ad Deum, ut vindicet eos, quia etsi Deus ad tempus hoc permittat, aliquando tamen ulciscetur, *Eccl* 35. Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet; non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. *b* Et Deus inultum abire non patitur.] quia justus est. *c* Ipsi fuerunt, &c.] q. d. non ignorantia, sed superbia deliquerunt, scientes enim bonum noluerunt facere illud, & ideo gravius peccaverunt. *Luc.* 12. Servus qui cognovit voluntatem Domini sui, & non facit, vapulabit multis. Vel fuerunt rebelles lumini] i. gratiæ Dei, & doctrinæ, quæ illuminat. Et ideo. *d* Nescierunt, &c.] scil. Dei Vias dico, quibus venitur ad ipsum, i. sanctas cogitationes, & bona opera. Vel præcepta Dei dicuntur viæ ejus, quia per eorum observantiam venitur ad ipsum. De his dicitur *Jer.* 6. State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. Qui rebelles sunt gratiæ, per superbiam excæcantur, ut nesciat vias istas. Unde *Prov.* 4. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant. *e* Nec reversi, &c.] q. d. excæcati per superbiam, nescierunt vias ejus, i. mandata Dei. Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & ideo obscuratum est insipiens cor eorum *Rom.* 1. Et idcirco non sunt reversi a malitia sua. [per semitas illius] i. per pœnitentiam, quæ est via angustior, quam observantia

vanitia mandatorum Dei. *a* Mane primo, &c.] Hic mutatur numerus. Supra enim locutus est Job de raptoribus, vel hæreticis in plurali, persequendo mala eorum: Nunc autem subdividendo, quasi duo genera ostendit esse inter illos. Nam quidam eorum, quasi homicidæ, manifeste peccant.

q. d. Hæretici justis prosperantibus prava suadere non audent, sed quasi ex condicto præstolantur, ut aliquid adversitatis patiantur. Et nunc dicunt, eis hoc accidisse propter peccata sua, & malam fidem eorum, & sic ex adversitate bonorum mentes persodere moliuntur.

C

tas illius. *a* Mane primo consurgit homicida, *b* interficit egenum, & pauperem, *c* per *d* noctem vero *e* erit quasi fur. *f* Oculus adulteri *g* observat caliginem, *h* dicens: Non *i* videbit me oculus, & k operiet vultum suum. *l* Persodit in *m* tenebris *n* domos, *o* sicut in die, *p* condixerant sibi, & *q* ignoraverunt lucem. Si *r* subito apparuerit aurora, *s* arbitrantur umbram mortis, & sic in *t* tenebris *u* quasi in luce *x* ambulant, *y* Levis est *z* super faciem aquæ. *a* Maledicta sit pars ejus in terra, *b* nec ambulet *c* per viam vinearum. Ad *d* nimium calorem transeat ab aquis nivium:

Alii quasi adulteri occulte. Et hoc est: [Mane] temporis scilic. *ad litt.* Vel mane, prosperitatis. [Consurgit homicida,] i. hæreticus manifestus. De quo 1. *Jo:* 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.

b Interficit] prava doctrina.

c Egenum, &c.] idest, simplices, & indoctos.

Est mane

- Prosperitatis. *Eccl.* 10. Væ terræ, cui rex puer est, & cujus principes mane comedunt.
- Dominicæ resurrectionis. *Isai.* 21. Venit mane, & nox; si quæritis, quærite, &c.
- Mundi sc. prima ætas. *Matth.* 20. Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, &c.
- Hominis, sc. infantia, vel pueritia. *Ps.* 89. Mane sicut herba transeat, mane floreat, &c.
- Salutis, sc. incarnatio Christi. *Exod.* 16. Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate.
- Temporis, scil. ortus Solis. *Marci ult.* Valde mane una sabbatorum, &c.
- Peccatoris, scil. illuminatio gratiæ, seu initium pœnitentiæ. *Osee* 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me.
- Æternitatis, sc. dies judicii. *Psal.* 5. Mane astabo tibi, & videbo quoniam non Deus, &c.

Hæc quatuor, scil. evigilatio, operandi inchoatio, finis noctis, initium diei, in quolibet istorum mane attenduntur. Sequitur: *d* Per noctem] temporis *ad litt.* vel adversitatis. *e* Erit quasi fur.] occulte decipiens, q. d. ubi non audet manifeste hæreticus seminare errorem suum, occulte insidiatur. Vel sic secundum *Greg.* Hæreticus in prosperitate positus, aperte simplices, & humiles deprimit; in adversitate vero, & dejectione positus, per iniqua consilia latenter lædit. De quibus dicitur *Mich.* 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, in luce matutina faciunt illud, quod contra Deum est manus eorum. Similiter faciunt quædam miseræ mulieres, in juventute sua seipsas, & multos alios interficiunt, manifeste luxuriantes, in senectute vero per iniqua consilia quasi mediatrices, alias, & alios interficiunt. *f* Oculus adulteri] *ad litt.* *g* Observat caliginem,] i. tenebras quærit, ut liberius peccet. Juxta illud *Jo:* 3. Qui male agit, odit lucem. Vel adulter dicitur perversus Prædicator, sive hæreticus, qui per sacram prædicationem non quærit Deo filios generare, sed scientiam suam ostentare. Et sicut adulter non quærit in coitu prolem, sed voluptatem, & carnem alienam sibi jungit illicite: Sic hæreticus fidelem animam in suo rapit errore. De his dicit Apost. 2. *Cor.* Non sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, i. pro laude sua, non pro salute animarum, aut gloria Dei prædicantes. Dicit ergo: [Oculus adulteri] i. intentio hæretici. [Observat caliginem,] i. quærit inanem gloriam, [Vel observat caliginem,] i. dissimulabit se verbis, & habitu, & victu religiositatis. *h* Dicens:] apud se. *i* Non videbit me oculus,] hominum. k Et operiet vultum suum.] i. cor suum, ne cognoscatur. Sicut adulter operit vultum suum, *ad litt.* ne cognoscatur, ita quilibet peccator vultum hominis exuit, induendo faciem lupi per rapacitatem, leonis per superbiam, ursi per gastrimargiam, porci per luxuriam, & sic de aliis, ne cognoscatur a Domino in die judicii. Unde talibus dicturus est; Amen dico vobis, nescio vos. *Matth.* 25. Quia vultum meum, & imaginem exuistis. *l* Persodiunt] tales adulteri, i. hæretici. *m* In tenebris] ignorantiæ, vel adversitatis. *n* Domos,] i. conscientias, vel Ecclesias fidelium.

o Sicut in die,] prosperitatis.

p Condixerant] i. venerant, ut deciperent simplices,

q Et ignoraverunt lucem.] gratiæ, vel sanæ doctrinæ. De hoc dicitur *Proverb.* 1. Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem. Vel sicut de homicida, qui de die interficit, & per noctem insidias parat. Sic de his, qui in tenebris fodiunt, per diem vero machinas parant, & sic semper peccant. *r* Si subito apparuerit, &c.] q. d. tales de nocte vagantes dolent ad ortum auroræ, quia qui male agit, odit lucem & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. *Jo:* 3. *Ephes.* 5. Omnia, quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Vel sic de hæreticis: Si subito, &c. q. d. hæretici gaudent de adversitate bonorum, Si autem subito, &c.] i. si justus aliqua potestate, vel dignitate claruerit.

s Arbitrantur umbram mortis,] sibi imminere, i. de hoc dolent usque ad mortem, quia tunc non audent loqui. Quia sicut dicitur *Prov.* 20. Rex, qui sedet in solio judicii sui, intuitu suo dissipat omne malum. Vel ideo dolent, quia quæ perverse egerunt, puniri timent, & corrigi nolunt. Unde seq.

t Et sic in tenebris] peccatorum.

u Quasi in luce] justitiæ.

x Ambulant.] Ac si dicat: Ita gaudent in nocte peccati, ac si eos lux justitiæ circumfundat. Vel in præsenti cæcitate ita læti sunt, ac si jam æternæ patriæ luce perfruantur. *Prov.* 21. Lucerna impiorum peccatum. Item in *eod.* 15. Stultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos.

y Levis est] Mutatur numerus, a plurali transit, vel redit ad singularem. In quo notatur, quod confusa est unitas malorum. Dicit ergo:] Levis est] sc. hæreticus, i. instabilis. *Jac.* 1. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. *Eccl.* 1. Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori ingredienti terram duabus viis. Vel iniquus quilibet levis est.

z Super faciem aquæ.] i. plus quam aqua in superficie, quia ad omnem flatum tentationis statim dejicitur. *Sap.* 5. Spes impii tanquam lanugo, quæ a vento tollitur; & tanquam spuma gracilis, quæ a procella dispergitur; & tanquam fumus, qui a vento diffusus est.

a Maledicta sit pars ejus in terra,] i. quam habet in terra, quia nec donis præsentis prosperitatis compescitur a malo, imo pejor efficitur. Hæc pars maledicta est, quia etsi iniquus, vel hæreticus ad tempus benedicitur benedictione sinistræ, in reatu tamen æternæ maledictionis tenetur. Unde *Prov.* 20. Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit. *b* Nec ambulet] hæreticus. *c* Per viam vinearum.] i. per rectitudinem fidei Ecclesiæ, quæ est vinea; ubi umbra, i. quies; ubi odor, i. fructus, quorum nihil habet hæreticus. Et hoc dicit Job non imprecando, sed prædicendo, vel divinæ justitiæ consentiendo.

d Ad nimium calorem, &c.] Quod majus est *ad litt.* impii in inferno de pœna transibunt ad pœnam. *Eccl.* 39. Ignis grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. Vel sic: Ab aquis nivium, i. a timore male humiliante, transeat ad calorem nimium, idest, ad amorem, male accedentem, ut sic ruat de peccato in peccatum. Et hoc est, quod supra dixerat: Levis est. Vel sic: Transeat ab aquis nivium, idest, a frigore infidelitatis, vel iniquitatis. Ad calorem nimium, idest, ad nimiam subtilitatem. Sæpe enim hæretici, vel iniqui, dum iniquitates declinant, veniunt ad habitum sanctitatis. Sed iterum de suo sensu nimis præsumentes, per nimiam inquisitionem relabuntur in errorem. Et hoc indic potest contra curiosos disputatores: De quibus *Eccl.* 21. Stultus a fenestra respicit in domum, quasi foramina subtilitatis quærens. Vir eruditus stabit foris, quia Scripturam aperte exponere quærit. *Prov.* 25.

& usque *a* ad inferos peccatum illius, Oblivifcatur ejus misericordia: *b* Dulcedo illius *f* vermes: Non fit in *c* recordatione, sed *d* conteratur quasi lignum *e* infructuosum, *f* Pavit enim sterilem, quæ non *g* parit, *h* & viduæ bene non *i* fecit. *k* Detraxit fortes in fortitudine sua, & cum *l* steterit, non *m* credet vitæ suæ. *n* Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & *o* ille abutitur eo in superbiam: *p* oculi autem ejus sunt in viis illius. *q* Elevati sunt *r* ad modicum, & non *s* subsistent, & *t* humiliabuntur, sicut omnia, *u* & auferentur, & *x* sicut summitates spicarum conterentur. Quod si non est *y* ita, quis me potest arguere esse mentitum, *z* & ponere ante Deum verba mea?

CAP. XXV.

a RESpondens autem Baldad Suhites, dixit: *b* Potestas, & *c* terror *d* apud

Sicut, qui mel comedit multum, non est ei bonum; sic qui perscrutator est majestatis, opprimetur a gloria. Et quia difficile est, ut is, qui se æstimat sapientem, sensum pravitatis a se abjiciat. Ideo subdit. *a* Et usque ad inferos peccatum, &c.] liberans, non relaxans, quia non obliviscitur misereri Deus. Et hoc dicit, quia hujusmodi non emendantur ante finem hujus vitæ, aut vix. De quibus dicitur 1. *Jo. ult.* Est peccatum ad mortē, non pro illo dico, ut oret quis. *b* Dulcedo illius vermes.] i. inquirendo cogitationum, quæ incessanter inquietant, erit dulcedo illius, i. pro dulcedine in inferno. Item sunt hic dulcedo illius, quia illis pascitur. Vel vermis dicitur caro, i. carnis voluptas, quæ luxurioso, vel cuilibet voluptuoso est dulcedo, ad quam expellendam nihil tantum valet, quantum, ut quisque quod vivum diligit, quale sit mortuum penset. Unde cum quidam Eremita memoriam cujusdam mulieris, quam dilexerat, non posset evellere a corde suo, ea mortua, & foetente effosso tumulo, frustum ejus abscidit, & quando veniebat memoria ejus, ponebat illud frustum foetidissimum ad os, & ad nares, quod natura vix poterat sustinere, & sic liberatus est. Vel dulcedo illius sunt vermes, i. temporalia, quæ animam pungunt, & inquietant. Quid autem sit illa oblivio misericordiæ ostendit: *c* Non sit in recordatione,] q. d. non sit in respectione animarum sanctarum, sicut dicitur *Sap.* 3. de bonis. Felix est sterilis, & non inquinata, quæ nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Dicitur autem Deus recordari, & oblivisci improprie: Nam cum bona tribuit, vel a malis liberat, tunc dicitur recordari: Quando vero nihil dat, vel in culpa, vel in miseria relinquit, tunc dicitur oblivisci. Et continuatur sic: quia dulcedo illius vermes, i. carnis illecebræ, vel bona temporalia: ideo non sit in recordatione apud Deum, ut sc. Deus eum ab iniquitate revocet, & aliquid ei conferat. *d* Sed conteratur] in gehenna. *e* Quasi lignum infructuosum.] abscissum in morte. *Matth* 3. & 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, & ardet. *Ezech.* 15. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ecce igni datum est in escam. *Gl.* Lignum conteri, est in gehennam mitti, & de horto paradisi tolli. *f* Pavit enim sterilem,] i. carnem, quæ dicitur sterilis, quia dum solum præsentia appetit, bonas cogitationes gignere nescit. Sed quia aliquando mulieres in juventute sunt steriles, quæ postea pariunt, ut Sara, & Elisabeth, caro vero nunquam parit, ideo subdit: *g* Et quæ non parit,] bonas cogitationes, vel bona opera. *h* Et viduæ] i. animæ, cujus vir, i. intellectus in aliena regione vivit. *i* Bene non fecit.] quia desideriis carnis serviens, curam animæ, vitam gratiæ, & gloriæ quærere contempsit. Vel prædicator erroris, dum plebem extra Ecclesiam positam docet, sterilem, quæ non parit, pascit; quia in ea laborat, quæ fructus spirituales non facit. Et viduæ bene non fecit, quia S. Ecclesiæ, cujus vir, i. Christus mortem pertulit, servire contemnit. *k* Detraxit fortes, &c.] i. superbos, & potentes, qui facilius capiuntur laqueis hæreticorum. *Is.* 26. Terram gigantum detrahes in ruinam. *l* Et cum steterit,] hæreticus vivendo in hoc corpore. *m* Non credet vitæ suæ.] i. de eo non consentit vera cogitare. Vel quilibet impius est in Ecclesia per fidem, & vitæ suæ non credit, quia fidei opera non facit. Fides enim sine operibus mortua est. *Jac.* 2. Et quamvis hoc faciat, tamen mira dispensatione. *n* Dedit ei Deus locum pœnitentiæ,] ut reverteretur a malo suo, & viveret. *Ezech.* 18. & 33. Nolo mortem peccatoris, &c. *o* Et ille abutitur, &c.] male vivendo, & hoc donum non recognoscendo. *Rom.* 2. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis ejus contemnis? Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Greg.* Qui accepta pœnitentiæ tempora divertit ad culpam, districtus in ultimis Judex argumenta misericordiæ convertet ad pœnam. Sed cum Dominus sciat, quod reprobi inde pejores efficiuntur, quare tamdiu expectat? Unde *Eccl.* 8. Quia non cito profertur contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. Hoc solvitur ibi statim, ubi dicitur. Ex eo, quod peccator centies facit malum, & per patientiam expectatur, ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus, & non sit bonum impio: Unde *Sap.* 11. Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. *p* Oculi autem ejus] i. impii. *q* Elevati, &c.] non in viis Dei, quia quæ sua sunt, quærit, non quæ JESU CHRISTI. 1. *Cor.* 13. *r* Ad modicum,] quia omne tempus respectu æternitatis breve est. *Ps.* 89. Mille anni tanquam dies hesterna, quæ præterit. *Greg.* Modicum fuit, quod præterire potuit. *s* Et non subsistent,] in alto, quia eo quod elevari appetunt, longius a Deo fiunt. *Ps.* 36. Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedrum Libani; & transivi, & ecce non erat, &c. Item dejecisti eos, dum allevarentur, *inf.* 30. Elevasti me, & quasi supra ventum ponens elisisti me valde. *t* Et humiliabuntur, &c.] terrena, vel temporalia, quæ temporis volubilitate ad non esse percurrunt. *u* Et auferentur,] de esse. Sed *Greg.* objicit de illo verbo *Eccl.* 1. Generatio advenit, & generatio præterit, terra autem in æternum stat: Non igitur omnia auferentur. Hoc solvit *Greg.* quod omnia inferiora auferentur, quoad formam exteriorem, non quoad veritatem naturæ. Unde *Is.* 51. Cœli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur. *Gl.* secundum figuram, non secundum essentiam. Item 2. *Pet. ult.* Elementa calore solventur. Et *inf. eod.* Novos cœlos, & novam terram secundum ipsius promissa expectamus. *Gl.* Non ait alios, sed veteres, & antiquos in melius commutandos. Et postea dicitur in *Gl.* De igne & aqua nihil tale habemus, quin potius habemus: Et mare jam non est. In *Apoc.* 21. Ibi *Gl.* Immutatio aeris, & terræ dubitabilis non est, quin per ignem fiat, sed de aqua dubitatur: Nam purgationem in seipsa habere creditur. Item 1. *Pet. ult.* Elementa, calore solventur. Ibi *Gl.* Elementa quatuor, quibus mundus constat, ille maximus ignis absumet. Nec cuncta in tantum consumet, ut non sint, sed duo ex toto consumet, duo in meliorem restituet faciem. Sol. An mare siccetur, an innovetur, reliquit dubium. *Aug* 20. *lib. de civ. Dei c.* 16. tamen magis adhæret huic parti, quod innovetur. Et de aliis dicendum similiter. *x* Et sic, &c.] quia sicut aristæ ad alta prosiliunt, & grana interius latent, sic malis in alto se extollentibus, boni in imo humilitatis latent. Sed aristis contritis, & combustis grana patent, & in horreis reconduntur, sic malis in gehenna demersis boni in gloria apparebunt. Unde *Matth.* 3. Permundabit Dominus aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *y* Quod si non est, &c.] q. d. ita sunt cuncta, sicut protuli. Quæ tamen si non essent ita, a vobis redargui non possem, quia dum adhuc proprie succumbitis fallaciæ, alienam redarguere non valetis. Unde *Greg.* Justus si aliquando loquendo delinquit, dignum non est, ut a pravis judicetur. Unde *Jo.* 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Ibi *Gl.* Si lex jubet reos puniri, non tamen a similiter puniendis. *z* Et ponere ante, &c.] Verba ante Deum ponere, est ea apud se in conspectu Dei examinare, q. d. Job amicis suis, vos non potestis ante Deum verba ponere, quia faciem ejus vobis peccando absconditis.

D

al. fvermis.

Apoc. 2.

A

Phil. 2.

EXPOSITIO CAP. XXV.

a RESpondens autem Baldad] Multa contra superbos dixit Job, ex cujus correctione proficiens Baldad, quod apud solum Deum sit vera potentia agnoscit, & quod nullus sit timendus, nisi ipse. Dividitur autem hoc capitulum in duas partes. In 1. ostendit Baldad, quod Deus solus timendus est, & quare. In 2. quod homo non comparatione Dei, sed illustratione justificabitur. Dicit ergo: *b* Potestas,] quoad bonos. *c* Et terror] quoad malos. *d* Apud eum est] apud Deum solum. *Is.* 8. Dominum exercituum, ipsum sanctificate, & ipse pavor vester, & ipse

terror

terror vester, & erit vobis in sanctificationem. *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius illum timete, qui potest corpus, & animam perdere in gehennam. *Luc.* 12. Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, &c.

eum est, qui *a* facit concordiam in sublimibus suis. Numquid *b* est numerus militum ejus, & *c* super quem non surgit lumen illius? Numquid *d* justificari potest homo comparatus Deo, *e* aut apparere mundus natus de muliere? Ecce enim *f* luna non *g* splendet, & stellæ *h* non sunt *i* mundæ in *k* conspectu ejus. *l* Quanto magis homo putredo, & filius *m* hominis vermis.

CAP. XXVI.

n Respondens autem Job dixit, *o* cujus adjutor es? *p* Numquid imbecillis, & *q* sustentas brachium ejus, qui non est fortis? *r* Cui dedisti consilium? Forsitan illi, qui non habet sapientiam, & *s* prudentiam tuam *t* ostendisti plurimam? *u* Quem docere voluisti? Nonne eum, qui fecit spiramentum? *x* Ecce gigantes *y* gemunt sub *z* aquis, & qui *a* habitant cum eis. *b* Nudus est infernus coram illo, & nullum

Greg. Non est terror, qui ab homine incutitur. Unde *Isa.* 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet. *a* Qui facit, &c.] i. in perfectis hominibus, vel in Angelis, vel in electis, in quibus est discordia concors. Et licet summa pax sit in sublimibus, i. in Angelis, tamen *Dan.* 10. leguntur Angeli Angelis resistere. Sed non est contrarietas, quia non ipsi inter se, sed merita gentium, quibus præsunt, dissident, & discordant. Verbi gr. Angelus, qui loquebatur Danieli, præpositus erat Judæis captivis in Perside: Michael præpositus erat Judæis, qui remanserant in Judæa; Princeps Persarum præerat Persis: Princeps Græcorum Græcis. Dicit ergo Angelus ad Daniel: Ego veni propter sermonem tuum, i. preces tuæ exigunt, ut populus a captivitate liberetur. Sed adhuc est in populo, quod Persarum domino purgari debet, quod liberationi ejus obviat. Et hoc est, quod Princeps Persarum Angelo, qui loquebatur Danieli, restitit. Judæi vero, qui remanserant in Judæa orabant pro captivis liberandis. Quia vero Princeps Græcorum apparere dicitur, significat quod contra Græcos aliquid commiserant Judæi, quod eorum liberationi obviabat. Sic igitur sublimes spiritus non contra se certant, sed contra se venire dicuntur, cum sibi subjectarum gentium vicissim merita contradicunt. Sequitur: *b* Numquid est numerus, &c.] Quantum ad nos non est certus numerus militum ejus, i. Angelorum, qui milites dicuntur, quia decertant contra aereas potestates non labore, sed imperio prohibentes eos a violenta oppressione, non autem a tentatione. Vult etiam Dominus, quod tentemur, ut sc. vincamus, & coronemur, quia non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. 2. *Tim.* 2. Notandum autem, quod illud, quod ponit in quæstione Baldad, in utramque partem solvitur, quia in cognitione Dei definitus est numerus Angelorum, in cognitione hominum indefinitus. *c* Et super quem, &c.] i. gratia præveniens. Quæ si in cordibus nostris non surgeret ipsa in tenebris remaneret. Unde sequitur: *d* Numquid justificari, &c.] q. d. non. Omnis enim homo illustratione Dei justus est, non comparatione, quia etsi homo in prima conditione mansisset, adhuc ejus justitia comparata justitiæ Dei, injustitia esset. Unde *Is.* 54. Universæ justitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. *e* Aut apparere, &c.] i. quia natus de muliere, per quam a serpente accessit culpa viro. *Eccl.* 25. A muliere initium peccati. Item *in eod.* 42. a vestimento procedit tinea, & a muliere iniquitas viri, q. d. nemo mundus est, quia omnes de radice putrida nati sunt. Et hoc probat, quasi a majori. *f* Ecce enim luna] i. Ecclesia, quæ a sole justitiæ lumen recipit. *g* Non splendet] virtute propria, vel respectu Dei. *h* Et stellæ] i. justorum animæ virtutum radiis, & miraculis emicantes. *i* Non sunt mundæ] a miraculis peccatorum, dum corruptione carnis premuntur. 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *k* In conspectu ejus.] Quia si remota pietate judicemur, omnes immundi inveniemur. Vel in conspectu ejus, i. in comparatione ejus. *Sup.* 15. Celi non sunt mundi in conspectu ejus. Item *sup.* 4. Qui serviunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem. *l* Quanto magis homo putredo, &c.] Homo, i. Adam. *m* Filius hominis] i. ceteri homines, q. d. si a peccato liberi esse nequeunt, qui in cœlestibus desiderio conversantur, quanto magis, qui adhuc carnaliter vivunt. Primus homo fuit tantum homo, non filius hominis, ex quo quicumque prodiit, non solum homo, sed filius hominis dicitur, ex homine notus, ut ex putredine vermis. Et ideo vermis dicitur, quia ex corruptione propagatur.

De pœnit. dist. 2. c. si enim. Sup. 15. De pen. d. 2. c. si.

A

B

EXPOSITIO CAP. XXVI.

Respondens autem *n* Job dixit,] Finitis amicorum verbis Job fortis infligit contra eos, more peritorum, qui argumenta fortia in conclusionem reservant. Et ostendit Job, Baldad ex ostentatione, & præsumptione, non ex charitate locutum *in cap. præc.* Dividitur autem hoc capitulum quasi in tres partes. In prima irridet Job præsumptionem Baldad, & reprimit. In secunda ostendit, quod homo de scientia sua non debet superbire, cum Angelos superbos abyssus ignorantiæ premat. In tertia ostendit, quod si homo humilitatis sive humanitatis Dei admiranda vix ferre potest, multo minus terribilem adventum suæ Majestatis poterit tolerare. Dicit ergo: *o* Cujus adjutor] q. d. præsumis Deum docere, quasi prudentior eo sis. *p* Numquid imbecillis,] q. d. non: quia Deus fortis est. *Sap.* 9. Sapiens corde est, & fortis robore. *q* Et sustentas, &c.] q. d. Deum juvare niteris, cujus magnitudini succumbis. *Greg.* Juvare imbecillem, charitatis est; potentem juvare, elationis. Tamen aliquando dicitur, & nos juvare Deum, cum scil. nos humiliter prædicando exterius subvenimus ei, cui ipse internus gratiam infundit. Unde 1. *Cor.* 3. Dei adjutores sumus. Qui vero de suo sensu præsumit, arbitrans se Deo esse utilem, adjutor Dei non est. Sequitur: *r* Cui dedisti, &c.] Irrisio est reprehensiva superbiæ, q. d. quod dixisti, non de pietate, sed de ostentatione fuit. *Greg.* Stulto dare consilium charitatis est; dare sapienti, ostentationis; dare vero sapientiæ, perversitatis. *Is.* 40. Quis adjuvit spiritum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit. *s* Et prudentiam tuam] non Dei. *t* Ostendisti] i. ostentasti plurimam per præsumptionem. *Greg.* Omnis cui prudentia est recta, non est plurima, quia non plus appetit sapere, quam oportet. *Rom.* 12. Cui autem plurima est, recta non est, quia dum ultra modum tenditur, a recto declinatur. *Eccl.* 3. Altiora te ne quæsieris. *u* Quem docere, &c.] i. vitam, quasi plus eo sapiens sis, a quo habes vivere. *Greg.* Spiramento vivimus, prudentia sapimus. Et prius est vivere, quam sapere. Qui ergo dedit vitam, dedit & prudentiam. Hunc ergo velle docere fatuum est.

x Ecce gigantes, &c.] Postquam Job tumorem superbiæ Baldad corripiendo breviter repressit, ad doctrinam se transferens, docet, hominem non debere de scientia superbire. In quo docet Job, quod parum debemus corripere, sed diffusius docere, & blandiri. Sicut Apostol. *Gal.* 3. cum increpando dixisset: O insensati Galatæ, quis vos fascinavit, non obedire veritati? Statim conversus ad benignam doctrinam multum se exhibuit illis amabilem, dicens: Tanta passi estis sine causa, &c. Et 2. *Cor.* 2. Statui hoc ipsum apud me, ne iterum cum tristitia venirem ad vos, &c. *Sen.* Dedignantis est naturæ animus humanus, facilius ducitur, quam trahatur. Dicit ergo, & [Ecce gigantes] i. superbi, ambitiosi honorum, *y* Gemunt] ex defectu scientiæ.

z Sub aquis,] i. sub regimine populi regendi. *Apoc.* 17. Aquæ, quas vidisti, ubi meretrix sedet, sunt populi, & gentes. *Is.* 26. Morientes non vivent, & gigantes non resurgent. *Prov.* 21. Vir, qui erraverit in via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. *Bar.* 3. Ibi fuerunt gigantes nominati, isti qui ab initio fuerunt staturæ magnæ, & scientes bellum, non hos elegit Dominus.

a Et qui habitant cum eis.] i. qui talibus sociantur, laborem ponderis tolerant cum eis, dum pariter affectant gloriam honoris. *Greg.* Pariter gemunt, qui eorum gloriæ ex delectatione sociantur. Nam occupatio sæcularium dignitatum, tanto facilioribus vitiis premitur, quanto majoribus curis gravatur. *Prov.* 9. Ignorans, quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni convivæ illius, idest, mulieris illecebrosæ.

b Nudus est infernus, &c.] q. d. ambitio gigantum non latet eum, quia infernus nudus est, &c. i. omnes vitæ reproborum, & dæmonum patent oculis ejus. *Hebræor.* 4. Omnia nuda sunt, & aperta oculis ejus, ad

est operimentum perditioni. *a* Qui *b* extendit *c* Aquilonem *d* super vacuum, & *e* appendit terram *f* super nihilum. *g* Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non *h* erumpant *i* pariter *k* deorsum. *l* Qui tenet vultum solii sui, & *m* expandit super illud nebulam suam. *n* Terminum circumdedit aquis, usque dum *o* finiantur lux, & tenebræ. *p* Columnæ cœli *q* contremiscunt, & pavent ad nutum ejus, *r* fortitudine illius repente *s* maria congregata sunt, & *t* prudentia ejus *u* percussit superbum. Spiritus *x* ejus *y* ornavit *z* cœlos, & *a* obstetricante manu ejus *b* eductus est coluber tortuosus. *c* Ecce hæc *d* ex parte dicta sunt *e* viarum ejus. Et cum vix *f* parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis *g* poterit tonitruum magnitudinis illius intueri.

C A P. XXVII.

Addidit quoque *h* Job assumens *i* parabolam suam, & dixit: *k* Vivit Deus, *l* qui abstulit judicium meum,

quem nobis sermo. Nomine inferni reprobi: nomine perditionis Diabolus designatur, qui omnes homines perdere quærit, sicut Christus vult omnes salvos fieri. (1. Tim. 2.) *a* Qui] sc. Deus. *b* Extendit] i. extendi permittit. *c* Aquilonem] i. diabolum. *Cant.* 4. Surge aquilo, &c *Jer.* 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. *d* Super vacuum,] i. super Judæos vacuos fide, & gratia. *Sap.* 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non est sapientia Dei. *e* Et appendit terram] i. fundat sanctam Ecclesiam. *f* Super nihilum.] idest, super gentes. *Is.* 40. Omnes gentes velut nihilum, & inane reputatæ sunt. Qualiter autem, & quo ordine hoc fiat, ostendit: *g* Qui ligat aquas in nubibus] i. scientiam temperat in prædicationibus, ut infirmitas auditorum nutrita suavi, & facili rore doctrinæ eorum, convalescat: Nam si scientiam, ut corde hauriunt, ita ore effunderent, auditores opprimerent potius quam gratia rigarent. Unde *Ex.* 21. si quis aperuerit cisternam, idest, S. Scripturæ penetraverit occulta, & non operuerit eam, per silentium occultorum, cecideritque bos, vel asinus, i. fidelis, vel infidelis scandalizatus fuerit in his, quæ capere non potest, Dominus cisternæ, i. prædicator, reddet pretium jumentorum, i. reus ad agendam pœnitentiam tenebitur. Et hoc est, quod legitur 2. *Reg.* 6. de Oza, qui tetigit arcam, scil. secreta Scripturæ, & ideo mortuus est. Ideo dicitur *Prov.* 33. Qui colligavit aquas quasi in vestimento, ut guttatim infundantur, non raptim subruant audientes. *Sup.* 12. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, subvertent terram. Vel ligat aquas, &c. quia propter peccata subditorum, claudit Dominus ora prædicatorum. *h* Ut non erumpant] aquæ, scil. & doctrinæ. *i* Pariter] i. simul. *k* Deorsum.] i. inferius, q. d. ideo ligat aquas Dominus, ne subruant infirmos, & aliquid servetur perfectis, 1. *Cor.* 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Facti enim estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. *Hebr.* 5. *Greg.* Dignum est, ut prædicator audientis modum consideret, quatenus ipsa prædicatio cum auditoris sui incremento crescat. *l* Qui tenet vultum, &c.] i. cognitionem majestatis suæ, q. d. Ita prædicator non omnia, quæ novit, effundat inferius, sicut & Deus non ostendit nobis omnia supernorum secreta. *m* Expandit super illud nebulam] i. gratiam, per quam qualemcumque habemus de ipso cognitionem, ad minus ænigmaticam, 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. *Eccl.* 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ. Vel expandit, &c.] i. ignorantiæ nostræ caliginem, propter quam illuc hic videre non possumus. *Exod.* 33 Non videbit me homo, & vivet 3. *Reg.* 8. Dominus dixit, ut habitaret in nebula. *Ps.* 17. Caligo sub pedibus ejus. Bene dicit sub pedibus ejus, quia non ea claritate ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur. Unde *Isai* 6. dicitur, quod Seraphim velabant faciem, & pedes sedentis in throno, quia nec nos, nec etiam ipsi Angeli plene intelligunt ipsum. *n* Terminum circumdedit] i. hominum scientiam moderatur, ut ad cognitionem perfectæ claritatis non attingat. *Ps.* 103. Terminum posuisti, quem non transgredientur. *Exod.* 19. Contestare populum, ne forte velit transcendere terminos ad videndum Deum, & pereat. *o* Usque dum finiantur, &c.] i. temporum vicissitudines, vel usque quo cursus justorum, & injustorum finiatur: Illi in gloria, isti in gehenna. *p* Columnæ cœli] i. Angeli, vel sancti prædicatores, super quos fabrica Ecclesiæ fundata est. *q* Contremiscunt, & pavent, &c.] i. in contemplatione ejus. Et accipitur hic tremor, & pavor, non pro pœnali timore, sed pro admiratione. Vel sub hypothesi, sic: Contremiscunt, & pavent, i. contremiscerent, & paverent, si fieri posset. De his columnis dicitur *Prov.* 9. Sapientia ædificavit sibi domum, & excidit columnas septem. *Gal.* 2. Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur esse columnæ Ecclesiæ dederunt mihi dexteras, & Barnabæ societates. *Apoc.* 3. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. *Jer.* 3. Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream. *r* In fortitudine illius] i. in fide incarnationis illius. *s* Maria] i. amara, & discrepantia corda hominum: Congregata sunt. *Act.* 4 Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. *t* Et prudentia ejus] i. non vi, sed ratione. *u* Percussit superbum.] i. diabolum, qui superbe appetiit esse similis Altissimo. *Isai.* 51. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? *x* Spiritus ejus] i. Dei. *y* Ornavit] i. replevit. *z* Cœlos,] i. discipulos. *Act.* 2. Repleti sunt omnes Spir. S. Vel ornavit, i. verbo firmavit. *Ps.* 31. Verbo Domini, cœli firmati sunt, &c. Et per illos sic ornatos: *a* Obstetricante manu ejus] i. mediante gratia, vel medicante. *b* Eductus est, &c.] de cordibus peccatorum, i. antiquus hostis, qui homini ore colubri locutus est. Qui tortuosus dicitur, quia in rectitudine veritatis non stetit. *Jo.* 8. Et tortuosos facit sibi consentientes. Hic coluber [manu] Dei, sc. [gratia obstetricante,] i. ad modum obstetricis juvante puerperam eductus est de cavernis suis, i. de cordibus peccatorum. *Isai.* 11. Super foramina aspidis, & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet: non nocebunt, & non occident. Item *Isai.* 27. In die illa visitabit Dominus super Leviathan, serpentem tortuosum. *c* Ecce hæc] *sup.* dictum est de primo adventu, hæc est tertia pars capituli, in qua de secundo adventu adjungit Job, dicens: Hæc, quæ dicta, sc. *d* Ex parte] i. imperfecte dicta sunt; *e* Viarum ejus.] i. de viis sc. de actionibus ejus. Alia enim est actio, qua nos condidit, alia, qua nos redemit. De his dicitur *Prov.* 3. Viæ ejus pulchræ, quantum ad incarnationem, & semitæ ejus pacificæ, quantum ad passionem, quia tunc facta est pax inter Deum, & hominem. *f* Et cum vix, &c] i. si humilitatis ejus admiranda vix ferimus. *g* Quis poterit, &c.] i. secundum adventum in quo cum potestate magna adveniet, & manifeste. Primum adventum vocat Job stillam parvam, propter suavitatem eloquii. *Cant.* 5. Labia ejus lilia distillantia myrrham primam. *Deut.* 32. Fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Secundum adventum vocat tonitruum, propter terribilem sententiam. *Mal* 3. Quis poterit cogitare diem adventus ejus, & quis stabit ad videndum eum? *Inf.* 37. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter. 1. *Reg.* 2. Dominum formidabunt adversarii ejus; & super ipsos in cœlis tonabit.

EXPOSITIO CAP. XXVII.

Addidit quoque *h* Job] Duobus modis patitur Job amara ab hostibus. Verbis, ubi exercetur ejus sapientia; flagellis, ubi probatur ejus patientia. Hæ enim sunt duæ alæ, quæ datæ sunt mulieri. i. Ecclesiæ, ut fugeret in desertum. *Apoc.* 12. Prosequens autem Job de ea persecutione, ubi falsis assertionibus lacessitur, dicit, se nec verbis, nec flagellis cessurum, nec a veritate recessurum, dum vixerit. Et quia sunt quidam, qui in adversis positi, Deum esse non credunt. De quibus *Ps.* 13. & 52. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Et sunt alii, qui Deum esse æstimant, sed res humanas minime curare credunt. De quibus *Ps.* 92. Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. Et alibi: *Ps.* 72. Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Contra utrosque Job tam in persona propria, quam in persona Ecclesiæ in afflictione positus, & Deum esse fatetur dicens, ibi [Vivit Deus,] & humana curare subdens, ibi [Qui abstulit judicium.] Dividitur autem hoc capitulum in duas partes. In prima agitur de culpa malorum. In secunda de pœna eorumdem. Dicit ergo: Addidit quoque Job prædictis sequentia. *i* Assumens parabolam] i. similitudinem [suam] in quo ostendit Job se non solum historice, sed magis mystice loqui. Et ait: *k* Vivit Deus,] in seipso, qui vita est. *Jo.* 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, &c.] *l* Qui abstulit judicium meum] i. cogni-

gnitionem, quia non intelligo, quare hæc patior, & hoc tamen scio, a quo patior. *a* Et omnipotens,] supple vivit. *b* Qui ad amaritudinem] præsentem [adduxit] quasi ex occultis judiciis suis, non ex meis meritis, q. d. quare patior nescio, sed quia non casu, sed Deo disponente patior, non ignoro. Unde non tentatori, sed Deo potestatem suæ afflictionis attribuit, qui illum prævalere non nisi juste permisit. Ad quid autem se astringat Job ostendit. *c* Quia donec] q. d. vivit Deus. Modus juramenti est [quia] i. quod [donec] i. dum superest halitus in me. *d* Et spiritus Dei] i. a Deo. *e* In naribus meis,] idest, quandiu vivam. *f* Non loquentur labia, &c.] i. aliquid contra æquitatem. *g* Nec lingua mea meditabitur] i. cor meum, ex cujus abundantia loquitur. *Matth.* 12. *h* Mendacium.] quia os, quod mentitur, occidit animam. *Sap.* 1. *Greg.* Pejus est mendacium meditari, quam loqui. Verum est, quam loqui simpliciter: Sed loqui cum præmeditatione, sive cum deliberatione mendacium majus peccatum est. Nam illud est studiosæ pravitatis, loqui vero plerumque præcipitationis. Job vero perfecte adhærens veritati, spondet se, nec studio, nec præcipitatione mentiri. Unde in quibus ipse hæreat veritati, ostendit. *i* Absit a me,] q. d. Ita veritati adhæreo, quod vos justos judicare non valeo. Sicut enim de bonis mala æstimare perniciosum est, sic de malis bona credere. Unde *Prov.* 17. Et qui justificat impium, & qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum. *Isai.* 5. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum. *Greg.* Sunt nonnulli, qui dum male facta hominum laudibus efferunt, augent, quæ increpare debuerunt. De quibus *Ezech.* 13. Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis, i. adulatione, quæ est sine fortitudine, sicut lutum sine admistione paleæ. *k* Donec deficiam,] vita. *l* Non recedam ab innocentia] cordis. *m* Justificationem meam,] in operibus. *n* Quam cœpi tenere,] firmo mentis proposito. *o* Non deseram:] nunquam, 2. *Thess.* 2. Qui tenet, teneat, donec de medio fiat. *Greg.* Cœptam justificationem deleretet, si in laude peccantium declinaret. *p* Neque enim reprehendit, &c.] i. conscientia mea de aliquo, scil. quod fecerim. *q* In omni vita mea.] q. d. pro vobis trahar ad peccatum, indignos vos laudando, qui a propriis peccatis me coarcto. *Greg.* Bene enim ab alienis peccatis absistit, qui prius se a propriis custodit. 1. *Jo.* 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, quod quicquid petierimus, accipiemus ab eo. Sed quomodo irreprehensibilem a corde suo se dicit Job, qui *sup.* 9. dixit: Si justificare me voluero, os meum condemnabit me? Sol. Revera Job peccavit, ad minus cogitando aliquando illicita, sed quia fortiter restitit cogitationi, se non reprehendi a corde suo fatetur. *r* Sicut impius] i. vere infidelis, qui a pietate religionis est alienus. *s* Inimicus, &c.] sup. est. *t* Et, &c.] vere iniquus, qui pravitate operis ab æquitate discordat. Juxta hanc expositionem, sicut & quasi sunt nota affirmationis, sive expressionis, non similitudinis, sicut in *Psal.* 125. Facti sumus, sicut consolati. Et *Jo.* 1. Quasi unigeniti a patre, i. vere unigeniti. Vel possunt accipi pro similitudine: Et legitur de falsis fratribus, qui fideles se vocibus appellant, moribus autem negant. Et dicit Job in persona Ecclesiæ, vel sua: Inimicus meus est, sicut, &c.] i. similis impio in hoc, quod non opere confitetur Deum, licet ore. Et adversarius meus quasi iniquus, i. similis iniquo, quia etsi justus videatur exterius, intus tamen a justitia est alienus. *Matth.* 12. Qui non est mecum, contra me est. *u* Quæ est enim spes hypocritæ,] qui tantum diligit præsentia, q. d. nulla, quia spes de futuro bono est. Unde *Matth.* 6. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Sap.* 3. Vacua est spes illorum,

4l. dist. cap. sunt nonnulli in fin.

1. Joan. 3.

B

& *a* Omnipotens, qui *b* ad amaritudinem adduxit animam meam, quia *c* donec superest halitus in me, & spiritus *d* Dei in *e* naribus meis, non *f* loquentur labia mea iniquitatem, *g* nec lingua mea meditabitur *h* mendacium. Absit *i* a me, ut justos vos esse judicem: *k* donec deficiam, non *l* recedam ab innocentia mea. *m* Justificationem meam, quam cœpi *n* tenere, non *o* deseram: *p* Neque enim reprehendit cor meum, in *q* omni vita mea. *r* Sicut impius inimicus *s* meus, & *t* adversarius meus quasi iniquus. *u* Quæ est enim spes hypocritæ, si *x* avare rapiat, *y* & non liberet Deus animam ejus? *z* Numquid Deus audiet clamorem illius, cum *a* venerit super eum angustia? *b* Aut poterit in Omnipotente delectari, & *c* invocare Deum in omni tempore? *d* Docebo vos per *e* manum Dei, quæ *f* Omnipotens habeat, nec *g* abscondam. Ecce *h* vos omnes nostis, & quid *i* sine causa *k* vana *l* loquimini? *m* Hæc est pars hominis impii apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient. Si *n* multiplica-

& labores eorum sine fructu. Ideo dicitur eis: *Matt.* 23. Væ vobis hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris parent hominibus speciosa; intus autem pleni avaritia, & iniquitate. Unde & hic subjungitur: *x* Si avare rapiat,] humanam laudem. *y* Et non liberet, &c.] ab interiori iniquitate per gratiam, & a pœna gehennæ per gloriam. *Greg.* Hypocrita, avarus raptor est. Dum enim inique agens desiderat se de sanctitate venerari, laudem rapit vitæ alienæ. *z* Numquid Deus] Post culpam hæreticorum, agit Job de pœna eorum, quod & amicis ejus hypocritis convenit, qui tempore prosperitatis suæ Dominum clamantem non exaudierunt, & ideo tempore angustiæ remedium non invenient in clamore suo. Unde *Prov.* 1. Vocavi, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret; & despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Et postea mutata persona dicit: Tunc invocabunt me, & non exaudiam; mane consurgent, & non invenient me. In hac auctoritate tanguntur quatuor vocationes, quibus nos vocat Dominus, scil. per prædicationem, *ibi*: Vocavi. Per exhibitionem beneficiorum, *ibi*: Extendi manum. Per inspirationem, *ibi*: Consilium meum. Per flagella, *ibi*: Increpationes, &c. Item *Prov.* 28. Qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio ejus fiet execrabilis. *Mich.* 3. Nunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinventionibus suis. Et hoc est: [Numquid Deus audiet clamorem illius,] i. in judicio. *a* Cum venerit super eum angustia?] opprimens sub se, q. d. non audiet clamorem illius, i. si clamaret, non audiret illum Deus ad miserendum. *b* Aut poterit in Omnipotente, &c.] q. d. Non quia in terrenis delectatur. *Jacob.* 4. Quicumque voluerit amicus esse hujus mundi, inimicus Dei constituetur. *Greg.* Anima sine delectatione esse non potest, aut enim delectatur in summis, aut in infimis, quæ utraque simul, & æqualiter amari non possunt. Ideo dicit *Psal.* 76. Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. *c* Et invocare, &c.] supple numquid poterit? q. d. non. Hypocrita enim tantum tempore afflictionis Deum invocat. Unde *Jer.* 2. Verterunt ad me tergum, & non faciem; & in tempore afflictionis suæ dicent, surge, & libera nos *Gloss.* Impudentis est, tempore necessitatis ab eo quærere auxilium, quem in pace contempserat. *d* Docebo vos, &c.] Evulsis hactenus malis, Job boni hortulani recta plantare intendit. Juxta illud *Jer.* 1. Ecce constitui te super gentes, & regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & plantes. Dicit ergo: [Docebo vos] non arguam, non deridebo sicut vos me. *e* Per manum Dei,] non ex me sicut vos, qui non manui Dei, i. gratiæ Dei, sed vobis attribuitis. *f* Quæ Omnipotens habeat,] & scire expedit.

C

Scire expedit quinque {
- Quid credendum, sc. articulos fidei.
- Quid faciendum, sc. præcepta.
- Quid vitandum, sc. peccata.
- Quid timendum, sc. pœna æterna.
- Quid appetendum, sc. vita æterna.

g Nec abscondam.] in caverna invidiæ. *Sap.* 8. Sine fictione didici, & sine fictione communico; & honestatem, i. veritatem illius, i. sapientiæ non abscondam. *h* Ecce vos omnes nostis,] quid facere debeatis, aut dicere, q. d. sapientes estis. *i* Et quid sine causa] rationabili. *k* Vana] i. superbia. *l* Loquimini?] oblatrantes veritati, q. d. Job: Bonum scitis, sed non facitis, ideo magis peccatis, quia scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. *Jac.* 4. *Luc.* 12. Servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, &c. Et 2. *Pet.* 2. Melius erat illis non cognoscere viam justitiæ, &c. *m* Hæc est pars, &c.] sc. quæ sequitur: *n* Si multiplicati, &c.] Impios vocat infideles. Violentos

dicit omnes, qui faciunt injuriam proximis suis. Vel impii dicuntur hæretici, qui a cognitione veritatis, & religionis sunt alieni per errorem suum. Qui etiam violenti dicuntur, quia S. Scripturam ad pravum intellectum violenter inflectunt, sicut multi hodie faciunt. Sed *Aug.* dicit *sup. Genes. in princ.* Non velimus eum sensum Scripturæ esse, qui noster est, sed potius Scripturæ sentẽtiam faciamus nostram. Si multiplicati fuerint, modo in perdita libertate. *a* Filii] *ad litt.* vel imitatores. *b* In gladio] i. in devoratione sententiæ Dei, qua dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. *Matth.* 25. De hoc gladio dicitur *sup.* 19. Fugite a facie gladii. Et *Deut.* 32. Si acuero, ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea. Modo est judicium Dei in ore prædicantium, tunc erit in manu Dei. Cum ergo arripuerit judicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis. *c* Et nepotes ejus] i. filii filiorum, *ad litt.* vel qui de filiorum errantium prædicatione generantur. *d* Non saturabuntur pane.] S. Scripturæ. Quia ut dicit *Greg.* dum in S. Scriptura plus quærunt intelligere, quam oporteat, semper a veritatis cognitione jejuni remanent; & scientiam, quam habere voluerunt ad quæstionem, habere non valent ad refectionem. *e* Qui reliqui fuerint ex eo,] scil. populo. *f* Sepelientur in interitu,] i. qui ad lucem veritatis non redierint, in pœna perpetua deprimentur, per terrenam intelligentiam. *Jer.* 22. Sepultura asini sepelietur putrefactus, & projectus extra portas Jerusalem. *g* Et viduæ illius] i. plebes ab illis prius deceptæ, sed ad veritatem regressæ, quæ prius errori subjacebant, quasi marito subjacet mulier. *h* Non plorabunt.] de morte hæreticorum, vel quorumlibet impiorum. *i* Si comportaverit] hæreticus, vel hypocrita. k Quasi terram] i. terrenam intentionem. *l* Argentum,] i. eloquium S. Scripturæ. *m* Et sicut lutum] i. sordida mente. *n* Vestimenta ejus præparaverit] i. auctoritates, unde se tueatur. *o* Præparavit quidem,] idest, testimonia Scripturæ collegit: *p* Sed justus vestietur illis,] i. munietur illis, ostendens illa pro se facere, & contra hæreticum, convincens illum ex propriis sententiis, sicut David Goliam proprio gladio interfecit. 1. *Reg.* 27. Et Aman in stipite, quem paraverat Mardochæo, suspensus est. *Esth.* 7. De hoc dicitur *Zach.* 9. Coacervavit Tyrus, i. hæreticus [Tyrus, enim interpretatur angustia.] Argentum quasi humum, & aurum, ut lutum platearum, ecce Dominus possidebit eam. *q* Argentum innocens] i. sacra eloquia discrete exponet aliis. *Prov.* 17. Servus sapiens dominabitur stultis filiis, & inter fratres hæreditatem dividet. Vel sic argentum innocens, i. testimonia Scripturarum, quæ hæreticus pestifere congregaverat, salubriter discernit. *Eccl.* 2. Peccatori dedit Deus afflictionem, & curam superfluam, ut addat, & congreget, & tradet ei, qui placuerit Deo. Hoc etiam *ad litt.* quotidie videmus, quod homines boni testamenta malorum exequuntur, & dividunt. *Prov.* 13. Custoditur justo substantia peccatoris. *r* Ædificavit] hæreticus, vel hypocrita. *s* Sicut tinea] quæ locum, in quo habitat, corrumpit. *t* Domum suam,] i. locum perfidiæ suæ in mentibus simplicium, quos habitando corrumpit. *Isai.* 50. Quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. *u* Et sicut] vinearum. *x* Fecit] hæreticus. *y* Umbraculum.] quod sine fundamento est, & tempore transeunte destruitur, sicut requies promissa ab hæreticis, post hanc vitam non invenitur. *Isai.* 2. Derelinquetur filia Sion, sicut umbraculum in vinea. Hæc omnia *ad litt.* leguntur de impiis. *z* Dives,] somno mortis. *a* Nihil secum auferet,] ex his, quæ habuit *Psal.* 75. Dormierunt somnum suum, &c. Dives autem dicitur, non quia divitias habet, sed quia eis habitis tumet. *Eccl.* 5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis. *Jer.* 17. Fecit divitias, & non in judicio, in medio dierum suorum derelinquet eas. *b* Aperiet, &c.] interiores post mortem. *c* Et nihil inveniet.] de his, quæ somniando tenebat. *Isai.* 29. Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima ejus; sic erit multitudo omnium, qui dimicaverunt contra montem Sion. *Greg.* Cum corpus dormit in morte, anima vigilat in vera cognitione: Et tunc videre cogitur, quod hic videre contempsit: ut patet in divite Epulone, qui in inferno positus, Lazarũ vidit, quem ad januam suam etiam audire noluit. *Luc.* 16. *d* Apprehendet eum quasi aqua inopia,] omnis boni. Unde dives in inferno, cogente inopia, ad minima petenda, i. guttam aquæ compulsus est. *Greg.* Guttam quæ petiit, qui micam panis negavit. *e* Nocte opprimet eum tempestas.] i. turbo judicii. Noctem dicit diem judicii, propter incognitum, & repentinum adventum ejus. Unde 1. *Thess.* 5. Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Vel dicit noctem, tempus mortis. *Luc.* 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te. *f* Tollet eum ventus urens,] i. diabolus, qui illos, quos succendit nunc igne perversæ concupiscentiæ, postmodum rapit ad flammas gehennæ. De hoc vento dicitur *Amos* 4. Percussi vos in vento urente. *g* Et velut turbo] scil. repente. *h* Rapiet eum] in infernum. *i* De loco] i. de mundo, in cujus amore quievescit. *Os.* 8. Ventum seminabunt, & turbinem metent. *k* Emittet] Dominus super eum flagellum, quod non poterit effugere. Hic dicit *Greg.* Quoties Deus peccatorem feriendo corrigit, ad hoc flagellum emittit, ut parcat. Sed reprobi flagello Domini abutuntur sæpe, murmurando, nec se emendando. Unde seq. *l* Et non parcet,] in futuro. Vel sic: [Emittet] Deus hic flagellum, scil. super eum [& non parcet,] hic, ut in futuro parcat. *m* De manu] i. de vindicta, sive percussione futura. *n* Fugiens fugiet.] pravitatem suam corrigendo *Greg.* De manu Dei ferientis fugit, qui se corrigit. Vel [de manu ejus] i. operatione, sive exemplo percussi fugiens peccatum, quilibet, qui viderit, fugiet vindictam Dei. *Prov.* 19. Pestilente flagellato sapientior erit parvulus. *o* Stringet super eum manus suas,] quilibet, scil. visa pœna impii, restringet opera sua dissoluta. Unde *Psal.* 57. Manus suas lavabit in sanguine peccatoris, i. pœna illius visa purgabit opera sua. *p* Et sibilabit super illum] i. admirabitur in inferno, vel in præsenti. *q* Intuens locum ejus.] in tormentis. *Soph.* 2. Omnis, qui transit per eam sibilabit, & movebit caput suum. *Jer.* 50. Omnis, qui transibit per Babylonem, stupebit, & sibilabit super universis plagis ejus.

...ti fuerint filii *a* ejus, in *b* gladio erunt, & *c* nepotes ejus non *d* saturabuntur pane. *e* Qui reliqui fuerint ex eo, *f* sepelientur in interitu. & *g* viduæ illius non *h* plorabunt. Si *i* comportaverit quasi *k* terram *l* argentum, & sicut *m* lutum præparaverit *n* vestimenta, *o* præparavit quidem, sed *p* justus vestietur illis, & *q* argentum innocens dividet. *r* Ædificavit sicut *s* tinea *t* domum suam, & *u* sicut custos *x* fecit *y* umbraculum. *z* Dives, cum dormierit, nihil secum *a* auferet, *b* aperiet oculos suos, & nihil *c* inveniet. *d* Apprehendet eum quasi aqua inopia, *e* nocte opprimet eum tempestas. *f* Tollet eum ventus urens, & auferet, & *g* velut turbo *h* rapiet eum *i* de loco suo. *k* Emittet super eum, *l* & non parcet, *m* de manu ejus *n* fugiens fugiet. *o* Stringet super eum manus suas, & *p* sibilabit super illum *q* intuens locum ejus.

CAP. XXVIII.

HABET *r* argentum venarum suarum principia

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

HAbet *r* argentum, &c.] Dixerat Job *sup.* parum: Argentum innocens dividet, i. sacrum eloquium discrete exponet: Sed quia hæretici, qui per Eliphaz, & Baldad, contra quos Job disputat, designaotur, de nitore sui eloquii gloriantur, nulla tamen S. Scripturæ auctoritate illud confirmantes: Ideo Job ostendit, de qua materia debeat sumi argentum sacri eloquii, sive sanctæ prædicationis, dicens: Habet argentum venarum suarum principia, idest, recta prædicatio originem habet a Sacra Scriptura. Unde qui vere loqui desiderat, ab ea necesse est, ut originem sumat, ut dicit *Greg.* Unde *Hier.* Noli mihi credere, nisi quod dixero de veteri, vel de novo Testamento ostendero tibi esse derivatum. Sed dicet aliquis: Thema debet sumi a canone, alia vero de proprio sensu possunt inveniri, vel de aliis Philosophis adduci. Contra hoc dicit *Interl.* Non est absolutus debitor, qui multa reddidit, sed qui omnia. *Isai.* 40. Super montem excelsum ascende, &c. Ibi *Gloss.* super Christum, ut nihil aliud nuncies, nisi quod ab ipso habes. *Prov.* 20. Aurum, & multitudo gemmarum, & vas pretiosum, labia scientiæ. *Prov.* 10. Vena vitæ, os justi, &c.

a Et

& *a* auro *b* locus est in quo conflatur. *c* Ferrum de terra tollitur, & *d* lapis *e* solutus calore in *f* æs vertitur. Tempus *g* posuit tenebris, & *h* universorum finem ipse considerat. *i* Lapidem quoque caliginis, & umbram *k* mortis. † *l* Dividit *m* torrens a populo peregrinante, *n* eos, quos oblitus est pes egentis hominis, & invios. *o* Terra de qua oriebatur panis in *p* loco suo, † *q* igni *r* subversa est. *s* Locus *t* saphiri lapides ejus, & *u* glebæ illius *x* aurum. *y* Semitam *z* ignoravit avis, *a* nec intuitus est † *b* oculos vulturis. *c* Non calcaverunt eam filii *d* institorum, *e* nec pertransivit per eum *f* leæna. Ad *g* silicem *h* extendit manum suam,

a Et auro,] i. claritati vitæ, & sapientiæ. *b* Locus est in quo conflatur.] i. purgatur, iniquorum, sc. persecutio, in qua fidelium sapientia quasi aurum in fornace probatur. 1. *Tit.* 1. Modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, ut probatio fidei vestræ multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur. Vel auro, i. viro justo. Locus est in quo conflatur] i. sancta Ecclesia, & hoc dicit Job contra hæreticos, qui se multa pati pro Christo gloriantur, & martyres fieri sperant, sed frustra. Extra Ecclesiam enim pati possunt, sed martyres fieri non possunt, quia locus est, in quo conflatur aurum, scil. Ecclesia. Nec æterno fulgore potest clarescere, nisi prius in officina charitatis accendatur. Unde 1. *Cor.* 13. Si tradidero corpus meum itaut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, *Deut.* 12. Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed in eo, quem elegerit Dominus. Ibi *Gloss.* Mystice innuit, nullum munus acceptabile Deo extra Ecclesiam. *c* Ferrum de terra, &c.] i. fortis pugnator Ecclesiæ de terrenorum dilectione separatur, ut patet in Matthæo, quem de Telonio vocavit Dominus ad prædicandum Evangelium, *Matth.* 9. Et in Paulo, quem persequentem Ecclesiam ad Ecclesiæ defensionem vocavit, *Act.* 9. Et hoc dicit Job contra hæreticos, qui de sua justitia falsa gloriantes, Catholicos prædicatores, vel esse, vel fuisse iniquos criminantur. Sed male, quia etsi fuerunt mali, modo non sunt, quia ferrum de terra tollitur, i. prædicator de terrenorum dilectione separatur. *Matth.* 3. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *Jer.* 1. Ego dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & murum æneum super omnem terram. *d* Lapis] i. obstinatus, & frigidus. *e* Solutus calore] i. igne charitatis mollitus, & calefactus. *f* In æs vertitur.] i prædicatorem patientem, & bene loquentem. Hæc est mutatio dexteræ excelsi. *Isa.* 40. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. Unde autem hæc mutatio fit, ostendit: Quia scil. *g* Tempus posuit tenebris,] i. modum constituit peccatoribus, in quo iniqui esse desistant. *Rom.* 13 Nox præcessit, &c. *Eph.* 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. *h* Et universorum] sc. electorum, & reproborum finem considerat. Videt enim terminum, quando electi ex malo mutantur in bonum; & videt finem, quo reprobi ex malo trahentur ad supplicium. Videt etiam gentilium finem, quo quandoque luce fidei clarescent. Item vidit Judæorum terminum, quo tenebris perfidiæ excæcarentur. Et hoc est, quod sequitur: *i* Lapidem quoque caliginis] i. Judæum, crudelitate durum, & infidelitate obscurum.

k Et umbram, &c.] i. eumdem Judæum, qui umbra mortis, i. imitator diaboli dicitur, quia illius iniquitatem sequens, imaginem ejus in se expressit. *l* Dividit] vel dividet. *m* Torrens a populo peregrinante,] i. ignis a conspectu Judicis velociter egrediens in die judicii, separabit reprobos ab electis, qui in hoc mundo peregrini hanc vitam sibi reputant exilium, ad patriam suspirantes. 2. *Cor.* 5. Bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Deum. *Heb.* 11 Defuncti sunt omnes isti non acceptis promissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram. Hi sunt illi, qui dicunt *Heb.* 13. Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Item 1. *Petr.* 2. Obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis. *Gen.* 47. Ad peregrinandum in terram tuam venimus. *Cypr.* Philosophantibus totus mundus exilium est. De hoc autem torrente dicitur *Dan.* 7 Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie ejus. Hic erit vehiculum malorum in gehennam, & bonorum in patriam. Potest etiam dici torrens, prædicatio Evangelii, quæ mentes reproborum deserens, & ad corda humilium se convertens, divisit lapidem caliginis, & umbram mortis a populo peregrinante, i. Judæos incredulos, a populo gentili, qui credidit. De hoc torrente dicitur *Prov.* 18. Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans, fons sapientiæ: Quos autem dixerit lapidem caliginis, & umbram mortis, determinat, scil. *n* Eos, quos oblitus, &c.] i. Judæos, quos prædicatores, qui dicuntur pedes egentis hominis, i. Christi pauperis, non habentis ubi caput reclinaret, quasi obliti reliquerunt, quia invii erant verbo Dei, transtulerunt se ad gentes. *Act.* 18. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos judicatis vitæ æternæ, ecce convertimur ad gentes. Qualis autem Judæa prius fuerit, & quid postea pertulerit, ostendit: *o* Terra de qua oriebatur panis] i. Judæa, de qua exibant verba legis, ad reficiendum animas. Juxta illud *Is.* 2. De Sion exibit lex, &c. *p* In loco suo] superbiæ, & infidelitatis. *q* Igni] invidiæ. *r* Subversa est.] contra Christum, & Apostolos, visis miraculis eorum. Unde *Ps.* 75. Supercecidit ignis, sc. invidiæ, & ideo non viderunt solem, i. claritatem miraculorum.

s Locus] Adhuc describit Judæam, qualis fuerit, quia ex præcedenti gloria augetur sequens culpa. Dicit ergo: [Locus] Hoc ponitur, ut habeat locum sequens relatio. *t* Sapphiri] fuerunt lapides ejus, i. habitatores Judeę fuerunt fortes, & sancti, cœlestibus desideriis inhærentes.

u Et glebæ illius] idest, Prophetæ, & Doctores, ex humore gratiæ, & pulvere mortalitatis, quasi glebæ coadunati fuerunt. *x* Aurum.] i. virtute vitæ, & sapientiæ clari. Sed postea obscuratum est hoc aurum tenebris perfidiæ. Unde *Thr.* 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Sed objicitur contra hæc, dicit enim David: Non est, qui faciat bonum. Et *Is.* 44. Non est, qui consurgat, & teneat te. item *Jer.* 5 Quærite in plateis Jerusalem, an inveniatis virum facientem judicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei. Et ita videtur, quod pauci vel nulli boni fuerint in Judæa. Sol. Potest dici, quod David locutus est pro tempore præsenti, quod nunc est. Vel Potest dici ad primum. Non est qui faciat bonum, illud, sc. excellens bonum nostræ redemptionis, quod fecit Christus. Unde adjunxit: Non est usque ad unum. Ad secundum dicimus: Non est qui consurgat, & teneat te, ita, sc. bene ut Moyses. Ad tertium dicimus, quod etsi in plateis Jerusalem non erat faciens judicium, erant tamen multi in Judæa. Cur autem tot bona perdiderit Judæa, ostendit Job, quia, scil. non cognovit beneficia incarnationis Filii Dei. Et hoc est: *y* Semitam avis,] i. humilitatem Christi, qui in carne assumpta volavit ad cœlum. *z* Ignoravit] sc. Judæa. De hoc *Is.* 46. Vocans ab Oriente avem, in Nativitate Christi, & de terra longinqua virum misericordiæ, in Ascensione. De hac semita dicit Salomon *Prov.* 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro: Viam viri in adolescentia.

a Nec intuitus est] populus Judaicus.

b Oculos vulturis,] idest, intentionem Christi, qui dicitur vultur, quia de sublimitate suæ divinitatis descendit ad cadaver nostrę mortalitatis, quod sibi univit. Nec dicit, non est intuitus vulturem, sed oculos vulturis, quia Christum vidit populus Judaicus, sed intentionem ejus, quam Apostoli prædicaverunt, postea non attendit. Unde de illis sequitur: *c* Non calcaverunt eam,] idest, ejus vitia non represserunt.

d Filii institorum, idest, Apostoli, filii Prophetarum. Vel institores sunt Apostoli. Filii institorum, Pastores, & Doctores Ecclesiæ, qui spiritualem negotiationem exercent, dum auditoribus verba prædicationis præbent, ut fidem, & recta opera recipiant ab eis. De hac negotiatione dicitur *Luc.* 19. Negotiamini, dum venio, *Prov.* 31. Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus. *e* Nec pertransivit per eam] idest, per Judæam.

f Leæna.] idest, Sancta Ecclesia, quæ viventes in vitiis, ore sanctæ prædicationis interficit. Unde Petro dictum est: Macta, & manduca. *Act.* 10. idest, a peccato, in quo vivunt, interfice, & Ecclesiæ incorpora. Ergo Ecclesia transiit per eam: Verum est, sed non pertransiit, quia paucos ad fidem rapuit, quia inde fuit repulsa, & ad gentes se convertit. *Act.* 13 Unde sequitur:

g Ad silicem] idest, ad duritiam gentium.

h Extendit manum suam,] idest, operationem suæ prædicationis.

Margin notes: ho dis. ferrum. — al † dividit. — al † igne. — al † vidit eam oculus. — Ps. 6. — Ps. 13. & 52.

a Subvertit

a subvertit a radicibus *b* montes. In *c* petris *d* rivos † excidit, & omne *e* pretiosum vidit *f* oculus ejus. *g* Profunda quoque fluviorum *h* scrutatus est, & *i* abscondita produxit in lucem. *k* Sapientia vero ubi invenitur, & *l* quis est locus intelligentiæ? *m* Nescit homo pretium ejus, nec *n* invenitur in *o* terra *p* suaviter viventium. *q* Abyssus dicit, non *r* est in me, & *s* mare *t* loquitur, non est mecum. Non *u* dabitur aurum obrizum pro ea, *x* nec appendetur argentum in commutatione ejus. Non *y* conferetur tinctis Indiæ *z* coloribus *a* nec lapilli sardonico pretiosissimo, vel *b* sapphiro. *c* Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum,

al. † scidit.

a Subvertit a radicibus] i. a pravis cogitationibus eradicavit. *b* Montes.] i. superbos, & potentes. Hæc est bona subversio. De qua *Prov.* 12. Verte impium, & non erit. *c* In petris,] i. in duris cordibus gentium. *d* Rivos, &c.] i. fluvios sanctæ prædicationis aperit. Unde *Ps.* 77. Eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. *Is.* 41. Aperiam in summis collibus flumina, & in medio camporum fontes. *e* Omne pretiosum] i. omnem abjectum in oculis suis. *f* Vidit, &c.] i. elegit, & gratia replevit, & sapientia. Quia tanto fit quisque pretiosior ante oculos Dei, quanto est despectior ante oculos suos. Unde Dominus ad Saulem dixit: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput factus es in Tribubus Israel? 1. *Reg.* 15. *g* Profunda quoque fluviorum,] i. abscondita, & obscura legis. *h* Scrutatus est,] Dominus, i. scrutari fecit. Ecclesia enim per Spiritum agnovit, quod Synagoga per litteram intelligere non potuit. *i* Et abscondita produxit] per Apostolos, & expositores, quibus Dominus sensum aperuit ad intelligendum Scripturas. *Luc. ult.* Tunc aperuit eis sensum, ut intelligerent Scripturas. *Sup.* 12. Qui revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. *Is.* 33. Locus fluviorum rivi latissimi, & patentes. *Matth.* 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. *k* Sapientia vero ubi invenitur,] Recte ponitur hic quæstio hæc: Profunda enim, & abscondita fluviorum, de quibus dictum est, sine sapientia Dei penetrari non possunt. Sed quia paucis cognita est hæc sapientia: Ideo sub quæstione agitur de ipsa. Et circa duo vertitur hæc quæstio. Primo quæritur de pretio ejus. Secundo de loco, & respondentur duo, non solvendo, sed quæstionem augendo. Et sicut dicit *Greg.* ipsa difficultate litteræ cogitur ad sententias horum verborum mysticas vigilare. Unde exponit hæc de Christo, qui est Dei virtus, & Dei sapientia. 1. *Cor.* 1. Cujus pretium nescit homo, quia nullo merito nostro venit ad nos. Gratia quippe ejus redempti sumus. Sicut dicitur *ad Tit.* 3. Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, seipsum dans in pretium. Unde 1. *Cor.* 6. Empti estis pretio magno. Nos verum exponemus *ad lit.* de sapientia, ac intelligentia, quæ dantur a Deo viris justis, quibus cœlestia, & obscura Scripturarum perquirendo contemplantur. Dicit ergo: Ubi sapientia invenitur, i. pretium sapientiæ. Et est similis modus loquendi: *Luc.* 17. secundum unam expositionem: Regnum Dei intra vos est, i. non potestis acquirere regnum Dei. *Gl.* ibi dicit: Regnum Dei seipsum dicit intra seipsos positum, & in cordibus eorum, qui crediderant regnantem. *l* Et quis est locus intelligentiæ?] qua obscura perscrutantur? Ad primam quæstionem respondet Job: Nescit] ubi dicit *Gl.* Non dicitur pretium esse, & nesciri, sed ideo nesciri, quia deest. Unde *Prov.* 17. Quid prodest divitias habere stulto, cum sapientiam emere non possit? Sed contra *Is.* 55. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Item *Prov.* 23. Veritatem eme. Sol. *Gl.* supra dictum locum. *Is.* solvit, quæ dicit: Emite, fide & opere, q. d. eam acquirite, & credendo, & operando. Pretium ergo sapientiæ est fides, & opera. Sequitur: *n* Nec invenitur] Responsio est ad secundam quæstionem, ubi quæritur de loco sapientiæ. Nec dicit ubi sit sapientia, sed ubi non est, nec invenitur, inquit: *o* In terra,] idest, anima. *p* Suaviter] i. voluptuose, & delitiose viventium. Nam si vere saperent, in hoc exilio potius lugerent, quam gauderent, & sic sapientiam invenirent. Nam in terra Hevilath nascitur aurum optimum. *Gen.* 2. Animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt. 1. *Cor.* 2. *Bar.* 3. Quis ascendit in cœlum, & accepit eam, i. sapientiam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, & invenit illam, & attulit illam super aurum electum? Non est, qui possit scire vias ejus. *b* Abyssus] i. cor hominis, per lapsum fluidum, & per duplicitatis caliginem tenebrosum. *r* Dicit,] quia in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. *Sap.* 1. Vel abyssum vocat sapientes hujus mundi, in quibus non est sapientia Dei, quia sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum. 1. *Cor.* 3. *s* Et mare] i. mens sæcularium, amara & inquieta, procellis actionum concitata. De qua *Is.* 57. Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. *t* Loquitur,] Hæc enim sapientia sicut dicit *Greg.* tanto a terrenis fugit, quanto apud eos quietem non invenit. Ideo Israel habet sabbatum. *Exod.* 20. Ægyptus muscas. *Exod.* 8. Ideo dicit *Eccl.* 38. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiam percipiet. *u* Non dabitur aurum obrizum pro ea,] Hic respondet primæ quęstioni, ubi quæsitum est de pretio sapientiæ. Non dicit quid sit pretium sapientiæ, sed quid non sit, q. d. pretiosior est auro obrizo. *Prov.* 3. Melior est acquisitio ejus negotiatione auri, & argenti, primi, & purissimi fructus ejus: Pretiosior est cunctis opibus sapientia, & omnia, quæ desiderantur, non valent huic comparari. *Greg.* aliter dicit in *Moral.* Nam per illa duo: Sapientia ubi invenitur, & quis est locus intelligentiæ, proponitur locus sapientiæ sub quæstione. Per hoc quod sequitur: Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium, negative proponitur de pretio ejus. Et primæ quæstioni respondet, quod sequitur: Abyssus dicit, non est in me. Secundæ respondet, quod subjungitur: Non dabitur aurum obrizum pro ea, i. aurum purum sine omni macula. *x* Nec appendetur argentum in commutatione ejus.] *ad lit.* *Prov.* 16. Posside sapientiam, quia auro melior est, & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Hic dicit *Greg.* Hæc omnia digna sunt despectu, si ex sola historica narratione pensentur: ideo mystice de Christo exponit sic: *k* Sapientia,] i. Christus: *Ubi* invenitur in sinu patris. *Jo.* 1. In principio erat verbum, &c. i. filius apud patrem. *l* Et quis est locus] i. mens munda, quæ mystice hæc intelligit. *Prov.* 8. Delitiæ meæ sunt ecce cum filiis hominum. *m* Nescit homo pretium ejus,] quia non est pretium, quod possit ei comparari. Vel nescit homo pretium ejus, intransitive, i. quantum pretium ipsa sit, quod tamen pro homine est datum. *n* Nec invenitur in terra suaviter viventium.] i. inter voluptuosos, & delitiosos. *s* Et mare loquitur, non est mecum.] i. divites sæculi, amari, & turbidi. *u* Non dabitur aurum obrizum pro ea,] i. sancti Angeli claritate justitiæ fulgidi, nullo contagio culpæ infecti, non mittentur ad redemptionem generis humani pro Christo. *x* Nec appendetur argentum, &c.] i. nec homo justus, & eloquens quantæcumque etiam sanctitatis fuerit, pro Christo mittetur ad redimendum genus humanum, sed ipse qui fecit, ipse feret, & qui creavit, ipsemet recreabit, ut totus honor suus sit. Unde dicit per *Is.* 42. Gloriam meam alteri non dabo, quod esset, si alius recrearet, quam qui creavit. *y* Non conferetur] i. non comparabitur sapientia Dei. *z* Tinctis Indiæ coloribus] i. mundi sapientibus, qui cum rerum virtute careant, aliud se esse quam sint, verborum compositionibus, quasi superductis coloribus mentiuntur. 1. *Cor.* 2. Non est prædicatio mea in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis. *a* Nec lapilli] comparantur, i. patribus veteris Testamenti, terrena quædam sectantibus. Sardonicus enim terræ rubræ similis est. *b* Vel sapphiro.] qui est aerei coloris, i. patribus novi Testamenti, cœlestia sola quærentibus. Vel per sardonicum homines accipiuntur, qui facti sunt de terra rubra. Per sapphirum Angeli, qui in cœlo fuerunt creati, quos utrosque longe præcedit sapientia Dei. *c* Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum,] i. Sancti jam beati qui claritate fulgent, quod per aurum designatur, quorum conscientiæ sibi ad invicem patent, quod per vitrum signatur, in quo talis apparet liquor exterius, qualis continetur interius. Ibi enim, ut dicit *Greg.* uniuscujusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abscondet. Vel per aurum Sancti Ecclesiæ militantis fulgentes virtutibus signantur. Per vitrum Sancti Ecclesiæ triumphantis, puritate translucentes. Unde *Apoc.* 21. Ipsa civitas aurum mundum, simile vitro mundo, quia Ecclesia militans, similis est triumphanti. Hi similes erunt Christo, quia Beati. 1. *Jo.* 3. Scimus, cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est. Non tamen adæquantur, quia creatura sunt, & ille Creator. Sequitur: *a* Nec

Prov. 3. Ibid. 8.

C

Rom. 12.

Sap. 7.

a nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa, & eminentia *b* nec commemorabuntur in comparatione ejus. *c* Trahitur autem sapientia de occultis. Non *d* adæquabitur ei *e* topazius de Æthiopia, *f* nec tincturæ mundissimæ componetur. Unde ergo *g* sapientia venit, & quis *h* est locus intelligentiæ? *i* Abscondita est ab *k* oculis omnium viventium: *l* volucres quoque cœli *m* latet. *n* Perditio, & mors *o* dixerunt auribus nostris, audivimus famam ejus. *p* Deus *q* intelligit viam ejus, & *r* ipse *s* novit *t* locum ejus. Ipse *u* enim fines mundi intuetur, & *x* omnia, quæ sub cœlo sunt, respicit. *y* Qui fecit ventis pondus, & *z* aquas appendit † in mensura. Quando *a* ponebat pluviis: *b* legem, & viam *c* procellis sonantibus

al. † non habet in.

a Nec commutabuntur, &c.] i. Elias, Joannes, Jeremias, excelsi vita, eminentes sapientia. Quos pro ea commutant, qui aliquem illorum Christum esse putant, ut quidam, *Matth.* 16. Quem dicunt homines esse filium hominis? &c. De his vasis dicitur *Eccl.* 41. Vasa castrorum in excelsis, in firmamento cœli resplendent gloriosa. *b* Non commemorabuntur in comparatione ejus,] quia quantumcumque sint Sancti, tamē in cōparatione Christi pravi videntur. Unde *sup* 25. Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundę in conspectu ejus. 1. *Reg.* 2. Non est sanctus, ut est Dominus. Et *Ps.* 88. Quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filiis Dei? Quia vero hæc sapientia latenter infunditur cordibus hominum sicut de spiritu dicitur: *Jo.* 3. Nescis unde veniat, aut quo vadat. Et *sup.* 9. Si venerit ad me, non videbo eum. Ideo subditur: *c* Trahitur autem sapientia de occultis] quasi dicat, cum sit invisibilis sapientia, non nisi in invisibili invenitur. Vel sic [Trahitur sapientia de occultis,] idest, Christus de sinu patris tractus est in mundum quasi quibusdam funibus, scil. desideriis, & suspiriis antiquorum patrum, ut patet *Exod.* 4. Mitte, quem missurus es. Et *Is.* 54. Utinam dirumperes cœlos, & descenderes. Et *Cant.* 1. Osculetur me osculo oris sui. Et *Ps.* 143. Emitte manum tuam de alto. *d* Non adæquabitur, &c.] Prætulit Job sapientiam Dei Angelis, sanctis glorificatis, Prophetis, Philosophis. Nunc increpat hæreticos, qui Christo quasi puro homini conversos ad fidem æquabant dicentes: Christum esse filium Dei per adoptionem. Unde Arius dixit: Non invideo Christo facto Deo, possum & ipse Deus fieri, si volo. Dicit ergo [Non adæquabitur ei,] idest, Christo.

D

e Topazius de Æthiopia,] i. conversi ad fidem, prius nigri peccatis, modo donis Spiritus Sancti locupletati, & quasi multis coloribus, multis virtutum speciebus decorati. Dicitur autem Topazius quasi Topantius, a pan quod est omne, quia omni colore splendet. Est ergo sensus: [Topazius non adæquabitur ei,] i. quantumcumque perfectus, omni genere virtutum resplendens.

f Nec tincturæ mundissimæ componetur,] i. baptizati omni virtute pleni, & baptismalem sanctitatem humiliter conservantes, non comparabuntur ei, quia omnes excellit Christus. Et nota, quod superius Indiæ colores non dixit mundos, hic tincturas dicit mundissimas, ut sc. tincturam gratiæ distinguat a tinctura prophetiæ, quæ per colorem Indiæ designatur. *g* Unde ergo sapientia venit] in mundum, vel in corda hominum? A patre, a quo nata est ab æterno, cujus via occulta est. Unde *Is.* 53. Generationem ejus, quis enarrabit?

h Et quis locus intelligentiæ?] Munda mens hominis, quam, cum replet, sanctam facit, ibi invisibiliter veniens, requiescit. *i* Abscondita est] sapientia Dei, idest, ipse Deus. *k* Ab oculis omnium viventium:] idest, tam exterioribus quam interioribus, quia dum hic vivitur, videri Deus per suæ naturæ speciem non potest, licet sub imagine quadam visus sit Moysi. *Exod.* 3. Et Jacob *Gen.* 32. Et multis aliis. Unde Moysi dictum est: *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet. *Jo.* 1. Deum nemo vidit unquam. *Is.* 45. Vere tu es Deus absconditus. *l* Volucres quoque cœli,] idest, animas sanctas, pennis virtutum a terra sublimatas, vel Angelos.

m Latet] hæc sapientia. Unde & quidam Angeli ignorantes mysterium Incarnationis, interrogaverunt in Ascensione. Quis est iste, qui venit de Edom? *Is.* 63.

n Perditio, & mors] idest, maligni spiritus, inventores mortis, & perditionis. Vel reprobi, perditioni mortis æternæ præsciti.

o Dixerunt auribus, &c.] idest, experientiæ sensu ejus potentiam cognovimus. Hic dicit *Greg.* Audivimus dicit, non vidimus, quia Deum videre, est Deum habere. Ex quo patet, quod visio, & comprehensio idem est, sed visio succedet fidei, comprehensio spei. Ergo visio succedet fidei, & spei, ergo tantum sunt duæ dotes animæ, scilicet visio, & dilectio: Quod multi concedunt. Alii tertiam ponunt comprehensionem, sive apprehensionem, quæ succedit spei. Et exponunt istud, scilicet, videre Deum, est habere Deum, idest, qui videt, habet. *Aug.* videtur velle, quod tres dotes animæ glorificatæ sint visio, dilectio, fruitio. In laudem prorumpens dicto quod ab omni creatura sit abscondita sapientia Dei, ostendit, quis scit eam, dicens: *p* Deus] non pura creatura. *q* Intelligit viam ejus,] sc. sapientia, qua venit in nos per gratiam, vel ad nos per carnem assumptam. *r* Et ipse] Deus, & non alius.

s Novit] per se, & a se, *t* Locum ejus.] i. seipsum, vel cor mundum, q.d. Deo notum est, non alii, quando in homines per gratiam, vel ad homines per carnem assumptam veniat, vel quomodo apud Patrem invisibiliter persistat, etiam cum foris apparuit factus homo. Nota, locus Christi duplex est. Unus localis, quomodo continetur inquantum homo. Alius non localis, scilicet pater, in quo est inquantum Deus. Juxta illud *Joh* 14. Ego in patre, &c. Tertius locus est cor humanum, in quo habitat per gratiam. *Rom.* 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spir. S. qui datus est nobis. Item Christus est via per transitum humanitatis, & locus per statum divinitatis. Unde super illud *Matth.* 20. Stetit Jesus, &c. dicit *Gloss.* Stans Jesus illuminat, transiens audit, quia ex natura divinitatis, ex qua super stat, illuminat: Audit, quia ex natura humanitatis, per quam transit, compatitur. Quod autem Deus viam, & locum sapientiæ noverit, probat. *u* Ipse enim fines mundi intuetur] ad lit. *x* Et omnia, quæ sub cęlo sunt, respicit] *Eccl.* 23. Domino Deo, antequam crearentur, omnia sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia. Vel sic: [Intuetur] reformando per gratiam. Fines mundi, i. illos, in quibus amor mundi finitus est. [Et omnia, quæ sub cœlo sunt,] i. illos, qui terræ adhærent per amorem, nec ad cœlum se erigunt per contemplationem, respicit, sæpe respectu misericordię, destruendo in eis malum amorem, & infundendo bonum. *Prov.* 20. Rex, qui sedet in solio judicii, intuitu suo dissipat omne malum. *y* Qui fecit ventis pondus,] i. animabus, quæ propter subtilitatem naturę, & velocitatem desiderii dicuntur venti, dedit gravitatem sanctitatis, & maturitatis. De qua *Ps.* 34. In populo gravi laudabo te. Alia est gravitas iniquitatis: De qua *Is.* 1. Vę genti peccatrici, populo gravi iniquitate. Vel ventis pondus fecit, animabus corpus dedit, quo gravantur. *Sap.* 9. Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam. Vel secundum *Greg.* ventis pondus facere, est concessam hic electis de virtutibus gloriam permixta infirmitate temperare. Nam ut dicit *Greg.* custos virtutis est infirmitas.

z Et aquas appendit in mensura.] i. electorum mentes, Spiritu sancto repletas, quibusdam tentationibus reprimit, ne cum ad summa rapiantur, elatione superbiant, sicut Paulo accidit. Prius raptus est ad tertium cœlum, postea carnis stimulo humiliatus. Unde 2. *Cor.* 12. Et ne magnitudo revelationum, &c. Similiter Elias mira fecit. Ignem de cœlo oratione extraxit 3. *Reg.* 18. Duos quinquagenarios interfecit 4. *Reg.* 1. Mortuum suscitavit 3. *Reg.* 17. Sed postea timore percussus, mulierculam fugit 3. *Reg.* 19. Ubi dicit *Gloss.* Sancti viri sublevante spiritu ad summa rapiuntur, sed quandiu in hac vita sunt, ne superbiant, tentationibus reprimuntur.

a Quando ponebant pluviis]. idest, prædicatoribus.

b Legem,] faciendi, quę dicunt. De qua *Ps.* 118 Tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam. Ad hoc enim tenentur. Unde *Prov.* 6. Illaqueatus es verbis oris tui. *Greg.* Auctoritas loquendi perditur, quando vox opere non adjuvatur. Ideo dicit Apostolus 1. *Cor.* 9. Castigo corpus meum, &c. [Vel posuit legem pluviis,] idest, prædicatoribus, ne subtilia simplicibus prædicent. *Prov.* 8 Circumdabat mari terminum.

c Et viam procellis sonantibus:] idest, prædicatoribus judicium comminantibus. Hanc viam ponit Deus, quando ad corda auditorum terrore judicii percussa, aditum facit. *Gregor.* Prius lex ponitur, postea via panditur, quia illa vox corda penetrat auditorum, quæ hoc, quod dicit, opere servat. Necesse enim est, ut cujus vita despicitur, ejus prædicatio contemnatur.

a Tunc

a Tunc vidit illam,] Deus, quando ponebat hæc.
b Et enarravit,] i. enarrabilem constituit [Vel illam] i. Incarnatam sapientiam: [Vidit tunc,] i. videri fecit. [Enarravit] i. enarrari fecit, per prædicatores.
c Præparavit, & investigavit,] i. præparari, & investigari fecit ab auditoribus, per bonam vitam. *Greg.* Sibi sapientiam præparat, quisquis illam bene vivendo in diem judicii sibi propitiam servat. Et nota, quod quatuor de sapientia dicta sunt. Vidit, enarravit, præparavit, & investigavit. Vidit quia species est. *Heb.* 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus. Enarravit, quia verbum. *Jo.* 1. In principio erat verbum. Præparavit, quia remedium sive medicina. *Eccl.* 38. Altissimus de terra creavit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Investigavit, quia occultum. *Is.* 45. Vere tu es Deus absconditus. Quid igitur sapientia in se, & a quo cognita scil. a Deo dictum est; nunc quid sit in nobis, ostendit.

Prov. 10. & 9. Eccl. 5. Ps. 110.

A

a Tunc vidit illam, & *b* enarravit, & *c* præparavit, & investigavit. Et dixit *d* homini: *e* ecce timor Domini, ipsa *f* est sapientia, & *g* recedere a malo, intelligentia.

C A P. XXIX.

ADdidit quoque *h* Job assumens parabolam suam, & dixit: *i* Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, secundum *k* dies, quibus Deus custodiebat me? Quando *l* splendebat lucerna ejus super caput meum, & *m* ad lumen ejus *n* ambulabam in *o* tenebris. Sicut *p* fui in diebus adolescentiæ meæ: quando *q* secreto Deus erat in tabernaculo meo. Quando *r* erat Omnipotens mecum, & in *s* circuitu meo pueri mei. Quando *t* lavabam pedes meos butyro:

d Et dixit homini:] per effectum gratiæ.
e Ecce timor Domini,] quo scil. Dominus timetur filialiter. De quo *Eccl.* 1. Timor Domini expellit peccatum. *Eccl.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit.
f Ipsa est sapientia,] i. cum sapientia, q. d. si times Deum, plenus es sapientia. Simile *Is.* 33. Sapientia, & scientia timor Domini, ipse est thesaurus ejus.
g Et recedere a malo, &c.] idest, qui se a pravis operibus custodit, vim divini amoris intelligit.

EXPOSITIO CAP. XXIX.

ADdidit quoque *h* Job, &c.] Duobus modis Ecclesia persecutiones patitur, sc. verbis, & gladiis. Verborum quidem persecutione exercetur ejus sapientia, sed cum gladiis impugnatur, ejus patientia probatur. Priorem persecutionem quotidie patitur Ecclesia, cum hæretici sibi linguis subdolis, & falsa humilitate blandiuntur. Secunda etiam persecutio juxta finem mundi secutura est, ut grana cœlestibus horreis recondenda, tanto verius a peccatorum paleis exuantur, quanto acrius affligentur. Tunc omnes electi, qui tunc fuerint, reminiscentur horum temporum, in quibus Ecclesia nunc fidei pacem tenet, & superba colla hæreticorum premit non potentia culminis, sed jugo rationis. Ideo Job typum Ecclesiæ tenens, quæ tunc in illis angustiis invenietur, sic sua transacta narrat, ut aliis ventura nunciet. Futurum est enim, ut tres persecutiones, quas nunc Ecclesia occulte patitur, sc. falsorum fratrum, hæreticorum, gentilium, conflentur in unam. Nunc enim congregatæ sunt in utero aquæ maris, i. in mente perversarum amaritudo cogitationum, quæ tunc in vocem pravæ libertatis prorumpet. Tunc enim solvetur Satanas de puteo abyssi, ubi nunc tenetur inclusus: *Apoc.* 20. Et veniet filius perditionis Antichristus, & tunc perversi, qui nunc præ timore silent, aperte hæresim prædicabunt. Unde 1. *Tim.* 4. Spiritus manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, credentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam. Et congrue ultimus sermo Job agit de ultimis temporibus quando erit error apertus, qui nunc latet in corde multorum occultus. Innuit autem se Job mystice locuturum per hoc, quod dicit: [Addidit quoque Job assumens parabolam] idest, similitudinem.

i Et dixit: Quis mihi tribuat, &c.] Non est verisimile, quod Job desideret esse in tempore prosperitatis suæ jam transacto, cum patienter sustineret miseriam suam: Sed mystice loquitur in persona Ecclesiæ, quæ erit in ultimis temporibus, quando tantis premetur malis, & hæc nostra tempora cum suspirio desiderabit, reminiscens perfectionis pristinæ, quando prædicationis suæ lucra, sc. collectiones animarum reportabat. Nomine mensium hic perfectio designatur, sicut ibi: Erit mensis ex mense. *Is. ultim.* idest, perfectio erit eis in requie, quibus fuit hic in operatione. Item nomine mensium, collectiones animarum accipiuntur, quæ prædicatione Ecclesiæ in una fide colliguntur, sicut mensis ex diebus. Dicit ergo: [Quis mihi tribuat, ut sim, &c.] idest, ut sim in pristina perfectione, quando animæ colligebantur in unum prædicatione mea. Et ut sim
k Secundum dies, quibus Deus custodiebat me?] Idest, ut sim talis, quibus eram in diebus, quibus Deus custodiebat me contra mundum, carnem, & contra diabolum. Et hoc dicit, quia videt se casuram in membris infirmis, quæ stat modo in fortibus.
l Quando splendebat lucerna ejus super caput meum,] idest, quando sacri eloquii prædicatio mentem ejus irradiabat.
m Et ad lumen ejus] sc. lucernæ sacræ Scripturæ.
n Ambulabam,] bene operando juxta præcepta, & exempla Sanctorum.
o In tenebris.] hujus mundi. De hac dicit *Psalm.* 158. Lucerna pedibus meis verbum tuum. *Prov.* 6. Mandatum lucerna, & Lex lux. Item *in eodem* 20. Lucerna Domini spiraculum luminis 2. *Pet.* 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco.
p Sicut fui in diebus, &c.] idest, tempore Apostolorum, & Martyrum, repleta Spiritu sancto per prædicationem in filiorum propagatione fœcundabar. Primo enim parvula fuit Ecclesia, cum adhuc infirmis auditoribus non poterat dare nisi lac simplicis doctrinæ. Sed postea adulta fuit, quando repleta Spiritu sancto, verbo prædicationis plures peperit. Item juxta finem mundi, quasi senex, & sterilis erit, quando abundante iniquitate, filios non pariet. Sequitur:
q Quando secreto Deus erat in, &c.] i. in mente mea habitans per gratiam, ubi tacita mandata cogitabam. Illi enim secreto Deus est in tabernaculo, qui mandata Dei tacitus cogitat, ut dicit *Greg.* Illi vero in publico est, qui videri desiderat, sc. bonis operibus. De quibus dicitur *Matth.* 6. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ tristes, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito. *r* Quando erat Omnipotens mecum,] exterius custodiendo.
s Et in circuitu meo pueri mei.] qui sc. spiritualis disciplinæ regulis obsequuntur. Tales modo sunt in circuitu Ecclesiæ, quia fere in cunctis gentibus reperiuntur. De hoc dicit *Is.* 8. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel, i. Apostoli pueri vita, qui dati sunt in signum per observantiam præceptorum, in portentum per impletionem consiliorum. Vel in signum quoad exemplum bonæ vitæ, in portentum propter miracula, quæ fecerunt, *Luc.* 11. Noli molestus esse, jam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere.
t Quando lavabam pedes meos butyro:] Duobus modis exponitur hoc. Nam pedes Ecclesiæ dicuntur ministri inferiorum operum, qui dum ad usus necessarios exercent exteriora, velut pedes terræ inhærent, quibus debent prælati sæpe pinguedinem crebræ admonitionis infundere. Quod Job testatur se fecisse suis. Pedes igitur suos lavat Ecclesia butyro, quando prælati officiales suos admonitionibus sanctis reficiunt, vel quando claustrales pro his pingues ad Deum fundunt lacrymas, & orationes. Vel pedes Dei, sunt prædicatores, quibus frequenter pulvis alicujus negligentiæ adhæret. Unde *Greg.* Vix prædicatio sine aliquo transitur admisso. Nam quilibet prædicans, aut ad quantulamcumque indignationem trahitur, si contemnatur; aut ad quantulamcumque gloriam, si ab audientibus veneratur. Ideo dicit Dominus discipulis *Matth.* 16. Excutite pulverem de pedibus vestris. *Jac.* 3. Nolite plures magistri fieri, scientes quoniam judicium majus sumitis. Hi pedes butyro lavantur, idest pinguedine bonorum operum purgantur. De qua pinguedine dicitur *Jer.* 31. Inebriabo animas sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus. Vel pedes Dei butyro lavant, qui prædicatoribus stipendia debita solvunt.

a Et petra] i. Christus, de qua *Deut.* 32. ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. 1. *Cor.* 9. Petra autem erat Christus. *b* Fundebat] abundanter.
c Rivos olei.] i. doctrinam Evangelii, vel dona Spiritus sancti. *d* Quando procedebam ad portam civitatis] *Ad litteram* exponitur hoc de Job. Judices enim antiquitus sedebant in porta civitatis, ut omnibus tam civibus, quam aliis justitia B parata esset, quod Job creditur fecisse pro justitia observanda. Allegorice autem de Ecclesia, ut prius. Per portam bona operatio accipitur, per quam ad civitatem cœlestis aulę, sive curiæ ingreditur: Cathedra, magisterii auctoritas. Modo ergo sancta Ecclesia ad portam civi- C tatis procedit: quia, ut ad Regnum cœli perveniat, in bonis operibus se exercet. Bene ergo dicit: Quando procedebam ad portam civitatis] i. quando in bonis operibus me exercebam.

& *a* petra *b* fundebat mihi *c* rivos olei, *d* Quando procedebam ad portam civitatis, *e* & in platea parabant cathedram mihi. *f* Videbant me *g* juvenes, & *h* abscondebantur, *i* & senes *k* assurgentes *l* stabant: *m* Principes *n* cessabant loqui, & *o* digitum superponebant ori suo, *p* Vocem suam cohibebant duces, & *q* lingua eorum gutturi suo adhærebat. *r* Auris audiens *s* beatificabat me, & *t* oculus videns *u* testimonium reddebat mihi, *x* eo quod liberassem pauperem vociferantem, & *y* pupillum, cui non esset adjutor. *z* Benedictio perituri super me veniebat, & *a* cor viduæ *b* consolatus sum. *c* Justitia *d* indutus sum, & *e* vestivit me *f* sicut vestimento, & *g* diademate *h* judicio meo. *i* Oculus fui cœco, & *k* pes claudo. *l* Pater eram pauperum, & *m* causam, quam nesciebam,

e Et in platea parabant cathedram mihi] idest, in latitudine gentium, quæ mihi reverentiam exhibebant, magna auctoritas magisterii erat mihi. *f* Videbant me] tunc. *g* Juvenes] idest, illi, qui nulla consilii gravitate fulciuntur, qui stultum consilium dederunt Roboam, 3. *Reg.* 12. *h* Et abscondebantur] præ reverentia.
i Et senes] non tempore, sed morum gravitate: De quibus *Sap.* 4. Senectus venerabilis est, non diuturna, nec numero annorum computata: Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. *Eccl.* 25. Quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus, & consilium. *k* Assurgentes] mihi.
l Stabant] præ reverentia, quasi dicat: Ecclesiæ vigorem immaturi formidant, grandævi glorificant.
m Principes] mali, idest, hæreticæ pravitatis auctores, de quibus *Ps.* 106. Effusa est contentio super Principes, & errare fecit eos in invio, & non in via.
n Cessabant loqui,] i. non audebant loqui contra Ecclesiam. *o* Et digitum superponebant ori suo] i. a falsis querelis virtutis ratione se reprimebant. Unde *Mich. ult.* Ponent manum super os suum, & aures eorum surdæ erunt. *p* Vocem suam cohibebant duces,] Qui post se trahebant errantes. Unde non sunt leviter excommunicandi Principes, ne post se trahant subditos. Unde *Matt.* 13. Sinite utraque crescere, ne simul eradicetis & triticum. Ibi *Gloss.* Multitudo non est excommunicanda, nec duces populi. *q* Et lingua eorum gutturi suo adhærebat] Quia etsi modo perversa loqui libera voce non audeant, intus tamen contegunt, quæ contra fidem proponere postea moliuntur. *r* Auris audiens, &c.] *Ad litteram*: Job contra increpationes amicorum ostendit, se fuisse venerationi videntibus, & audientibus: In quo qualis in opere fuerit, demonstrat: quia in utroque perfectus. Dicit ergo: Auris audiens, idest, intelligens.
s Beatificabat me] commendando verba mea.
t Et oculus videns] opera mea. *u* Testimonium reddebat mihi] de innocentia. *x* Eo quod liberassem pauperem vociferantem] a potente per injuriam opprimente, juxta consilium Salomonis *Prov.* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. *y* Et pupillum cui non esset adjutor] *Ad litteram*. Vel in persona Ecclesiæ sic:
r Auris audiens] prædicationem meam.
Mystice. *s* Beatificabat me] faciendo, quod audiebat a me. *Ecclesi.* 25. Beatus, qui enarrat sapientiam auri audienti, *Prov.* 20. Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit utrumque.

t Et oculus videns] opera Ecclesiæ.
u Testimonium reddebat mihi] bene vivendo, & Deum glorificando. *Matth.* 5. Sic luceant opera vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.
x Eo quod liberassem pauperem] i. peccatorem peccata multa habentem, vociferantem in confessione, liberassem, culpam relaxando, veniam petenti dando, a potente, idest, a Diabolo. Nam qui obturat aurem ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur, *Prov.* 21. *y* Et pupillum,] Cui pater mundus, & mater concupiscentia mortui sunt, ut jam non dicatur ei: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. *Ezech.* 16. Hæc sunt opera misericordiæ, quæ quotidie facit Ecclesia, scilicet pauperem liberare, pupillum eripere, viduam consolari. Unde *Is.* 1. Subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, *Jac.* 1. Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem, hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulationibus eorum.
z Benedictio perituri super me veniebat,] *Ad litt.* de Job planum est, quia illi, quos liberavit a morte, benedicebant eum. Super Ecclesiam etiam benedictio perituri venit, cum peccatoris interitum sanctis exhortationibus prævenit, & a fovea peccati reducit. *De prud. dil. i. e. sapiens.*
a Cor viduæ] idest, fidelis animę. *b* Consolatus sum] adventu viri sui nunciando, vel bona aliqua de eo prędicando. *c* Justitia] idest, operibus justitiæ.
d Indutus sum] undique, scilicet circumspectus.
e Et vestivit me] Deus, justitia scilicet.
f Sicut vestimento,] undique, ut nusquam sit aditus hosti. Aliter enim non valet: Nam qui in uno offendit, factus est omnium reus. *Jac.* 2 *Eccl.* 9. Qui in uno offendit, multa bona perdet. Hinc est, quod Pharisæus, qui tot bona fecerat, quia superbivit, omnia amisit. *Luc.* 18. Hinc est, quod Eleazarus elephantem occidit, sed sub ipso occubuit, 1. *Mach.* 6. Eos significans, qui de victoria vitiorum superbiunt. Ideo dicit Salomon *Prov.* 4. Omni custodia custodi cor tuum. *g* Et diademate] vestivit. *h* Judicio meo.] idest, discretione, qua scio quid Deo, quid proximo debeam, pro quo non terrenam, sed æternam quæro mercedem, quæ per diadema significatur. *Prov.* 12. Cogitationes justorum judicia. 1. *Cor.* 11. Si nosmetipsos judicaremus, &c.
i Oculus fui cœco,] *Ad litteram*, manu ducendo.
k Et pes claudo.] ipsum portando per semetipsum. Sciebat enim Job a Deo plus pensari animum, quam factum. Unde *Marc.* 12. Plus omnibus misit hæc, &c. Ibi *Gloss.* Non respicit Deus quantum, supple tantummodo, sed ex quanto. Item Ecclesia oculus est cæco, & pes claudo: quia cæcos, i. imperitos prędicando illuminat; & claudos, i. debiles, & pauperes opitulando sustentat. Unde *Gal. ult.* Alter alterius onera portate. Vel cæcum dicit populum Gentilem, de quo *Is.* 9. Populus gentium, qui ambulabat, &c. Claudum, dicit Judaicum populum. Unde & Jacob claudus effectus est uno pede, *Gen.* 32. Item 3 *Reg.* 18. Usquequo claudicatis in duas partes? Et recte Gentilis cæcus dicitur, Judæus claudus: quia ille legem non habuit, ille habuit, sed in ea non ivit. *l* Pater eram pauperum,] necessaria eis ministrando, non divitibus. *Is.* 58. Frange esurienti panem tuum, &c. Per hoc quod dicit, Pater, affectum suæ operationis nobis ad imitandum expressit. Aliud est enim bonum facere ex præcepto, aliud ex affectu. Quidam enim multa tribuunt pauperibus, non quia eos diligunt, sed nisi tribuant, iram Dei formidant. Et hic gradus, ut dicit *Greg.* primus est incipientium, ut qui adhuc proximum sicut se nescit diligere, jam incipiat judicium Dei formidare. Et notandus est ordo: Post justitiam sequitur pietas. Ille enim bene agit, quæ pia sunt, qui prius servat in se, quæ justa sunt: Et sic ex fonte justitiæ debet oriri rivulus pietatis. Multi autem pietatem habent ad proximum, qui justitiam non habent in seipsis: quibus dicitur *Eccl.* 30. Miserere animæ tuæ placens Deo, q.d. prius stude placere Deo per justitiam, & post miserere proximo per misericordiam: Nam, qui sibi nequam, cui bonus? *Eccl.* 14 Item Ecclesia pater est pauperum spiritu: quia per prædicationem eos Christo generat.
m Causam, quam nesciebam, &c.] Hic docet nos Job, ne sententiam præcipitanter proferamus, ne indiscussa temere judicemus, ne mala audita cito nos moveant, ne dicta passim sine probatione credamus: Sicut Dominus mala Sodomę audita, statim noluit judicare, sed ad ea cognoscenda per Angelos descendit. Unde dixit: Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere comple-

pleve-

pleverint. *Gen.*18. tamen cum vera ea esse reperit, sine mora percussit, dans nobis exemplum, sicut dicit *Greg.* majora crimina tarde credere, sed cum fuerint cognita, citius punire. Unde *Eccl.*11. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaveris, corripe juste. Item in persona Ecclesiæ: Causam quam nesciebam, operando.

Mystice.

a diligentissime investigabam. *b* Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. *c* Dicebamque, in *d* nidulo meo moriar, & *e* sicut palma multiplicabo dies. *f* Radix mea *g* aperta est † juxta aquas, & *h* ros morabitur in messione mea. *i* Gloria mea semper *k* innovabitur, & *l* arcus meus in *m* manu mea *n* instaurabitur. *o* Qui me audiebant, expectabant sententiam, ‡ & *p* intenti tacebant ad consilium meum. *q* Verbis meis addere nihil audebant, & *r* super illos stillabat eloquium meum. *s* Expectabant me *t* sicut pluviam, & *u* os suum *x* aperiebant quasi *y* ad imbrem seroti-

a Diligentissime investigabam,] in carnalibus corrigendo. Ubi videtur *Greg.* innuere, quod soli boni debent constitui judices, maxime in causa spirituali. Unde *Luc.*10. Misit illos binos, &c. Ibi *Glos.* Per hoc, quod binos mittit, innuit, quod nemo prædicationis officium debet suscipere, qui ad alios charitatem non habet, 1.*Cor.*6. Sæcularia judicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum, idest, illos, qui sunt minoris meriti, terrenis negotiis præponite. Unde & Moyses ad consilium Jetro super populum viros de plebe constituit. *Exod.*18. Et Apostoli septem diaconos ad ministrandum pauperibus elegerunt. *Act.*6. Ubi dixerunt Apostoli: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. *Greg.* tamen dicit, cum desint tales, qui causis exterioribus deserviant, spirituales proximorum negotiis debent adesse, quantum decenter possunt, salva ordinis, & religionis disciplina. *b* Conterebam molas iniqui, &c.] *Ad litteram* patent hæc de Job, qui minores, contra diripientes defendebat.

al. † secus.

D

al. ‡ meam.

Mystice.

Mystice de Ecclesia. Iniquus est Diabolus; molæ ejus, occultæ insidiæ ejus; dentes, aperta culpæ perpetratio; præda, anima jam peccato illaqueata. Dicit ergo Ecclesia: Conterebam, prædicando; molas, idest, occultas insidias; iniqui, idest, Diaboli; Et de dentibus illius, idest, de apertis peccatis: Auferebam prædam, idest, animam jam peccato captam; quasi dicat, occultas insidias dæmonum, ut vitarentur, prodidi, & jam lapsos in peccato liberavi. Nota processum, Job justus fuit in actibus suis, pius in proximi infirmitatibus, patet in pauperum necessitatibus, strenuus in negotiis, & judiciis terminandis, fortis in oppressis liberandis. Sed cum dicat Dominus *Matth.*6. Attendite, ne injustitiam vestram coram hominibus faciatis. Et Apostolus 2. *Cor.* 3. Non enim nosmetipsos prædicamus, idest, prædicare debemus: Ideo quæret aliquis, quare Job bona sua recolat? Ad hoc dicimus, ut ex hoc consoletur in adversis, in quo docuit nos similiter facere contra desperationem. Licet enim sancti bona sua occultare desiderent, tamen ut eorum exemplo alii proficiant, aliquando ostendunt. Unde de cæcis illuminatis præcepit Dominus, ne cui dicerent, illi tamen diffamaverunt hoc ubique. Sequitur:

Matth. 9.

c Dicebamque, *d* In nidolo meo morias,] i. In tranquillitate pacis licet modo adversitate premar.

e Et sicut palma multiplicabo dies.] idest, multo tempore in pace illa permanebo, licet cum difficultate ad illum statum perveniam, sicut palma, quæ tarde proficit, sed diu in viriditate consistit.

f Radix mea,] idest, occulta cogitatio.

g Aperta est juxta aquas,] idest, expanditur, ad percipienda veritatis fluenta, quasi dicat, cogitatio mea veritatem intelliget. *h* Et ros morabitur in messione mea.] *Ad litteram*, quasi dicat, adhuc habeo agros, & segetes. *i* Gloria mea,] idest, prosperitas.

k Semper innovabitur.

l Et arcus meus] idest, potestas mea, mihi restaurabitur. Vel mystice in persona Ecclesiæ. *c* Dicebamque] idest, dicam tempore futuræ illius tribulationis.

Mystice.

d In nidulo meo moriar,] idest, in fide, extra quam non fiunt fœtus de quo *Ps.* 83. Passer invenit sibi domum, & turtur nidum, &c. *e* Et sicut palma multiplicabo dies.] idest, paulatim proficiam, & licet cum difficultate, & multo tempore, tamen perveniam ad pacis, & lucis patriam, ubi diu, idest, in æternum manebo, *Ps.*91. Justus ut palma florebit. Non subito, sicut illi, de quibus *Prov.* 13. Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Palma inferius est aspera, & despecta, superius foliis, & fructibus pulchra; sic Ecclesia inferius in terra despicitur, aspera per pœnitentiam, sed superius in cœlo pulchra est per gloriam. Item palma inferius est angusta, superius ampla, sic Ecclesia ad terrena angusta, ad cœlestia lata est. *f* Radix mea aperta est juxta aquas,] idest, Christi incarnatio in fide radicata sive manifesta est, juxta decursum nostræ mortalitatis. Unde *Ps.*1. de Christo ait; Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.

h Et ros morabitur in messione mea.] idest, gratia desuper veniens, justorum animas jam maturas, & a terra decisas, dignas faciet, ut in cœlestibus horreis colligantur. Est autem messis Ecclesiæ duplex. Una justificationis, qua falce prædicationis decisi a terra fideles per gratiam colliguntur in grangia militantis Ecclesiæ. De hac messe dicitur *Jo.*4. Videte regiones, quia albæ sunt ad messem. Alia est glorificationis, qua falce mortis fideles decisi a miseria per gloriam colliguntur in horreum Ecclesiæ triumphantis. De hac dicitur *Is.*9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. *Ps.* 125. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. *i* Gloria mea] de multiplicatione, & statu fidelium. k Semper innovabitur,] de bono in melius proficiendo. Vel, innovabitur, per pœnitentiam, si quandoque ceciderit per culpam.

l Et arcus meus] idest, Sacra scriptura.

m In manu mea,] idest, in operatione bona.

n Instaurabitur.] Quod fit, cum illud, quod studendo cognoscitur, vivendo impletur. De hoc arcu dicitur *Is.*7. Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc: Et loquitur de Apostolis.

o Qui me audiebant, expectabant sententiam,] meam, scilicet quasi senioris. *Ad litteram* patent hæc de Job. Tantæ enim reverentiæ fuit apud omnes, ut eo loquente omnes tacerent.

Mystice.

Sed mystice] de Ecclesia, quæ in fine tribulationibus pressa reminiscens priorum temporum, dicit: Qui me audiebant, docentem, & prædicantem, expectabant sententiam, non sicut erronei, qui modo quasi docendo præcurrunt, *Luc.*19. Omnis populus suspensus erat, audiens illum. *p* Et intenti tacebant ad consilium meum.] Modo e converso, multi ipsa præcepta emolliunt, consilia ad terrorem dicta asserunt.

q Verbis meis addere nihil audebant] novum, vel extraneum, *Apoc. ult.* Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super eum plagas scriptas. *Deut.* 4. Non addetis ad verbum, quod loquor vobis, nec auferetis ex eo.

r Super illos stillabat eloquium meum.] In hac stillatione eloquii, mensura prædicationis juxta capacitatem audientium accipitur: In verbis autem præcedentibus commendatur reverentia auditorum, hic indicatur dispensatio magistrorum. Debet enim, qui docet, vel prædicat, vires audientium attendere, ne parvis sublimia, & ideo non profutura loquatur. Hinc est, quod ad mensam tabernaculi præcepit Dominus fieri non solum phialas, sed etiam cyathos, *Exod.* 25. Per phialas alta prædicatio, per cyathos humilis prædicatio significatur. Qui hoc attendit, bonus est dispensator. *Luc.*13. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. *s* Expectabant me,] idest, rorem prædicationis meæ. *t* Sicut pluviam,] desiderant, supple agricolæ, tempore siccitatis, ut potu sanctæ prædicationis aridi irrigarentur.

u Et os suum,] idest, cordis desiderium.

x Aperiebant] & quod prius fuerat clausum, & obturatum terra, idest, amore terrenorum.

y Quasi ad imbrem serotinum] qui magis desideratur, *Ad litteram*. Imber temporaneus est imber veris, serotinus imber in fine Autumni.

Mystice.

Mystice. Prædicatio legis, & Prophetarum fuit imber temporaneus. Prædicatio Christi, & Apostolorum, imber serotinus, quæ quasi in fine mundi venit. Unde 1. *Cor.*10. Nos sumus, in quos fines sæculi devenerunt.

Moraliter.

Moraliter. Imber temporaneus, est gratia in præsenti: Serotinus, gloria in futuro. Vel temporaneus, gratia præveniens: Serotinus, gratia subsequens. *Jer.* 5. Metuamus Dominum, qui dat nobis pluviam temporaneam,

& se

num. Si quando *a* ridebam ad eos, non *b* credebant, & *c* lux vultus mei non cadebat in terram: Si *d* voluissem ire ad eos, sedebam primus: *e* Cumque sederem quasi rex *f* circumstante exercitu, *g* eram tamen mœrentium *h* consolator.

C A P. XXX.

NUnc *h* autem derident me juniores tempore, *i* quorum patres *k* non dignabar *l* ponere cum *m* canibus gregis mei. *n* Quorum *o* virtus manuum *p* erat mihi pro nihilo, *q* & vita ipsa putabantur indigni, *r* egestate & *s* fame steriles, *t* Qui rodebant in *u* solitudine *x* squalentes calamitate, & miseria. Et † *y* mandebant herbas, & *z* arborum cortices, & *a* radix juniperorum erat cibus eorum. *b* Qui *c* de convallibus *d* ista *e* rapientes, *f* cum singula reperissent, ad ea cum

& serotinam in tempore suo. *a* Si quando ridebam ad eos,] ex lætitia. *b* Non credebant,] i. dubitabant, an scil. risisset. Ita enim Job moderabatur se erga subditos, ut & ridens timeretur, & iratus amaretur: Sic Prælatus, [ut dicit *Greg.*] se debet habere ad subditos, ut ridens timeri, & iratus possit amari, ne nimia lætitia vilem, vel immoderata severitas reddat odiosum. *Prov.* 19. Sicut fremitus leonis, ita ira regis, & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus, i. & fecunda, & utilis, & suavis. *c* Et lux vultus mei non cadebat in terram.] q.d. hilaritas, quam exhibebam subditis, non erat propter appetitum terrenorum, sed propter Deum, *Eccl.* 2. Oculi sapientis in capite ejus, i. in Christo, cujus opera videt imitanda. *Prov.* 17. In facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terræ. Vel in persona capitis dicit Ecclesia: Si quando ridebam ad eos, i. ad homines, i. si favorem gratiæ aliquando eorum operibus conferebam; Non credebant, i. non erant securi, sed de sua infirmitate titubabant. Et lux vultus mei, i. claritas visionis Christi non cadebat in terram, i. in terrenos. Et hoc dicit Ecclesia: quia claritas Christi terrenis prædicatoribus non apparet. Vel quia ipsi clara mysteria Christi terrenis non prædicat. Vel quia Christus claritatem suam in judicio peccatoribus abscondit. Unde *Is.* 26. *secundum litteram LXX.* Tollatur impius, i. tolletur, ne videat gloriam Dei. *d* Si voluissem ire ad eos, sedebam primus:] idest, in primo, & nobiliori loco quasi major. *e* Cumque sederem quasi Rex] Hic ipsa historia ædificat, & docet, ut in rectore quolibet, & regendi auctoritas sit, & benignitas consolandi. Unde Samaritanus vulneribus sauciati adhibuit vinum, & oleum. *Luc.* 10. Et in arca tabernaculi virga simul, & manna fuerunt. Mystice de Christo. *d* Si voluissem, &c.] Hic notatur, quod Dominus, quando vult, venit, & quando venit, primus sedet in corde nostro; quia adventus ejus gratuitus est, & appetitus desiderii ejus ceteris desideriis non æqualis. Unde super illud Bonum mihi lex, &c. Dicit *Gloss.* Plus diligit charitas Deum, quam cupiditas aurum, vel argentum. *e* Cumque sederem, &c.] quia quasi Rex sedet Dominus in corde. *f* Circumstante exercitu,] quia circumstrepentes motus animarum regit. *Prov.* 20. Rex, qui sedet in solio, &c. Vel quasi Rex sedet Dominus in corde: quia præsidentem mentibus electorum, circumstat eum turba virtutum. Primus sedet: quia electi prius æterna cogitant, postea temporalia ad necessitatem procurant. *Matth.* 6. Primum quærite regnum Dei, & justitiam ejus, &c. *g* Eram tamen mœrentium,] scil. pro incolatu præsentis miseriæ, & dilatione patriæ. *h* Consolator] promissione. Unde *Jo.* 16. Vos quidem nunc tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, &c. Vel ad Ecclesiam potest hoc referri, in qua ordo Doctorum quasi Rex præsidet, quem fidelium turba circumstat, qui corda mœrentium consolatur, dum ærumnas præsentis miseriæ, seu peregrinationis, promissione æternæ remunerationis leviat: Sicut Apostolus *Roman.* 8. Existimo, quod non sint condignæ passiones, &c. Ideo dicit *Eccles.* 7. Nec desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.

A

45. dist. cap. disciplina in fine.

Mystice.

Mystice.

Ps. 118.

E X P O S I T I O C A P. XXX.

NUnc *b* autem derident, &c.] Littera plana est, & aperta historia. Reminiscitur enim Job, quanta afflictis exhibuerit beneficia pietatis, qui nunc a stultis, & penitus indignis deridetur. Quod mystice exponitur de Ecclesia, cujus personam gerit Job, quæ in extremis temporibus ab adversariis suis oppressa, antiqui regiminis, & pietatis reminiscens, conqueritur se ab hæreticis derideri. Dicit ergo: Nunc autem, q.d. Ecclesia in tempore persecutionis, ita fui olim mœrentium consolatrix, quando libere currebat sancta prædicatio: Nunc autem derident me juniores tempore] i. doctrinam meam.

Mystice.

Vel me, i. DD. & Prælatos quorum vita ab hæreticis deridetur, & propter eos tota Eccl. *Rom.* 2. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras: Nomen enim Dei blasphematur per vos inter gentes. Juniores tempore dicuntur hæretici; quia ipsi ab Ecclesia, non Ecclesia ab eis cepit exordium, qua egressi sunt. Unde 1. *Jo.* 2. A nobis exierunt, sed ex nobis non erant. *i* Quorum patres] i. hæresiarchas. *k* Non dignabar] i. dedignabar. *l* Ponere] i. annumerare. *m* Cum canibus gregis mei.] i. cum sanctis Doctoribus, qui habent linguam medicinalem, odiosi lupis, & bolismum, i. desiderium comedendi, vel mordendi patiuntur, i. salutem animarum esuriunt. Unde *Ps.* 58. Famem patientur, ut canes, & circuibunt civitatem. Et custodiunt gregem fidelium. *Is.* 62. Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, tota die, & nocte, perpetuo non tacebunt. *n* Quorum] sc. hæreticorum. *o* Virtus manuum,] i. operatio. *p* Erat mihi pro nihilo] quia sine charitate. Unde 1. *Cor.* 13. Si tradidero corpus meum, itaut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. *Heb.* 11. Sine fide impossibile est placere Deo, *q* Et vita ipsa putabantur indigni,] imo *ad lit.* sic est, sicut dicit *Aug.* Peccator indignus est pane, quo vescitur. Vel vita gratiæ, & gloriæ sunt indigni. Vel sic, secundum *Greg.* Vita ipsa videbantur indigni, i. honore, qui exhibentur eis pro miraculis, vel pro austeritate vitæ: quia sine humilitate hæc faciunt. Vel vita, i. Christiano nomine, quod falso sibi usurpant. *r* Egestate,] i. defectu veræ scientiæ. *s* Et fame,] i. desiderio sciendi steriles. Hæretici enim cognitionem supernæ scientiæ, quo plus appetunt, plus amittunt. Scrutantur enim profunda, ut docti, & loquaces videantur, non ut instruant, vel instruantur: de quibus 2. *Tim.* 3. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. *Prov.* 23. Noli laborare, ut diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum: Nec erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient sibi pennas, ut aquilæ, & volabunt in cœlum. *Rom.* 12. Non plus sapere, &c. *t* Qui rodebant,] circa corticem Scripturæ laborantes, & nunquam ad medullam spiritalis intelligentiæ pervenientes. *u* In solitudine] i. extra Ecclesiam, a societate fidelium separari. Est enim solitudo mala: De qua *Eccl.* 4. Væ soli. Est etiam bona: De qua *Osee* 2. Adducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor ejus. *x* Squalentes, &c.] i. morum pernicie, & sensus pravitate despecti. *y* Et mandebant herbas,] i. levia tantum intelligebant, & exteriora, quæ omnibus patent. Vel herba est terrena consolatio, quam appetunt. *z* Et arborum cortices,] i. gloriam exteriorem, quam quærunt. Vel cortices sunt exteriora dicta patrum antiquorum. Hæretici enim, ut dicit *Greg.* vix quædam tenera, & exteriora cognoscunt de sacra Scriptura. Vel herbas mandere, est minora præcepta legis servare, & majora negligere: Quos Dominus increpat, *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, dando sc. vel exigendo; & reliquistis, quæ graviora sunt legis, judicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere: Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Arborum vero cortices mandere est, solam litteræ superficiem venerari, nec quicquam de spirituali intelligentia custodire, & quia tales per ea, quæ dicunt, tantum terrena appetunt, subdit. *a* Radix, &c.] i. avaritia in corde latens, quam dum cogitant, quasi cibo ea vescuntur. Et recte per radicem juniperi avaritia significatur, quia sicut ex radice juniperi frutex spinarum oritur, sic ex avaritia omnia peccata, quæ quasi spinæ mentem lacerant, oriuntur. Unde 1. *Tim. ult.* Radix omnium malorum est cupiditas. Et quomodo ab hac radice punctiones oriantur, statim subjungit Apostolus: Quam quidam appetentes, erraverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis. *b* Qui] sc. hæretici. *c* De convallibus,] i. de humilibus patrum dictis. *d* Ista] quæ per se videntur facere. *e* Rapientes,] i. violenter exponentes, & a vero sensu distorquentes in testimonium sui erroris. *f* Cum singula reperissent, ad, &c.] idest, desiderio clamandi: quia omne, quod sentiunt

al. † manducabant,

clamore currebant. In *a* desertis habitabant torrentium, & in cavernis terræ, vel super glaream. *b* Qui inter hujuscemodi *c* lætabantur, & *d* esse sub sentibus delicias *e* computabant, *f* Filii *g* stultorum, & ignobilium, & in *h* terra penitus non parentes. *i* Nunc in *k* eorum canticum versus sum, & factus sum eis in proverbium. *l* Abominantur me, & *m* longe *n* fugiunt a me, & *o* faciem meam conspuere non verentur. *p* Pharetram enim suam aperuit, & *q* afflixit me, & *r* frænum *s* posuit in os meum. Ad *t* dexteram orientis † calamitatis meæ illico surrexerunt. *u* Pedes meos *x* subverterunt, & *y* oppresserunt *z* quasi fluctibus, † *a* semitis suis. *b* Dissipaverunt itinera mea, *c* insidiati sunt mihi & *d* prævaluerunt, *e* & non fuit, qui ferret auxilium. *f* Quasi rupto muro, & *g* aperta janua, *h* irruerunt super

al. † calamitatis.

al. † semitas meas.

B

tiunt hæretici, statim ad aures hominum divulgare conantur. *a* In desertis habitabant torrentium, & in cavernis terræ, vel super glaream.] Torrentes dicuntur rivi, qui hyemalibus aquis colliguntur, & certis temporibus arescunt. Per quos significantur Doctores hæreticorum, qui tempore persecutionis crescunt, sed redeunte pace Ecclesiæ, responsione, & ratiocinatione fidelium exsiccantur. De his torrentibus dicit *Ps.* 17. Torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Per cavernas terræ intelliguntur clandestina conventicula hæreticorum, ubi conveniunt, ut errori suo præbeant ex ipsa occultatione reverentiam, quam non valent ex ratione. Unde in typo hæreticorum dicit mulier: *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores sunt, & panis absconditus suavior. Glareæ dicuntur minuti lapides, quos aqua fluvialis trahit: & significant leves mentes hominum, qui nullo stabilitatis gravitate solidantur, quos quasi de loco ad locum semper trahunt flumina errorum. Unde Apostolus exhortans ad stabilitatem fidei, dicit *Eph.* 4. Non simus parvuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinæ. Dicit ergo Ecclesia contra hæreticos. In desertis habitabant torrentium, i. in prædicationibus, & doctrinis hæresiarcharum desertis a gratia: Et in cavernis terræ, i. in occultis doctrinis eorum, qui terrena sapiunt. Quos Dominus detestatur *Matth* 24. Tunc si quis dixerit vobis: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere: Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa, & prodigia, itaut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est nolite exire: ecce in penetralibus est, nolite credere. Hoc ibi dicitur, in penetralibus, quod hic dicitur in cavernis. Vel super glaream, supple habitabant, i. super leves, & mobiles homines, quos ad errorem suum trahebant. *b* Qui inter hujuscemodi,] iniquitates. *c* Qui lætabantur,] de quibus flendum erat. *Prov.* 2. Qui lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. *d* Et esse sub sentibus,] peccatorum. *e* Delitias computabant.] Nam cum aliquem ad errorem trahunt, unde peccata alios perdendo sibi cumulant, inde quasi Duces justitiæ exultant. *f* Filii] idest, imitatores.

g Stultorum, & ignobilium,] idest, hæreticorum, qui dicuntur stulti per ignorantiam, & ignobiles per malam vitam. *Jer.* 10. Stultus est omnis homo a scientia sua, confusus artifex in sculptili, quoniam falsum est, quod conflavit. 1 *Reg.* 2. Qui contemnunt me, erunt ignobiles, dicit Dominus de Heli. *h* Et in terra penitus non parentes,] idest, in Ecclesia vel in terra viventium, a qua extranei fiunt, dum hic videri aliquid appetunt. *i* Nunc,] idest, tempore adversitatis. *k* In eorum canticum versus sum,] idest, in derisum. Per quod significatur tempus, quo publice a reprobis irridebitur Ecclesia, & in proverbium erit eis: quia cum bonos pro Christo cruciari videbunt, inde similitudinem maledicendi accipient, dicentes: sic eveniat tibi sicut Laurentio. Unde *Thr.* 3. Factus sum in derisum omni populo canticum eorum tota die. Et hoc est, quod dicitur hic: Et factus sum eis in proverbium. *l* Abominantur me] aperte exprobrando. *m* Et longe] non loco, sed merito. *n* Fugiunt a me,] non gressibus, sed moribus.

o Et faciem meam conspuere non verentur,] sc. verba contumeliosa, quasi sputum ab ore defluens, in sanctos turpiter jaciendo. *Is.* 50. Faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. *p* Pharetram enim suam aperuit,] Deus scilicet. *q* Et afflixit me] q. d. Job, vel Ecclesia, occulto judicio me flagellavit Dominus. Quod enim flagellatur homo, videmus, sed non ex qua causa. Per pharetram, occultum Dei consilium designatur: Quam clausam tenet, dum mala nostra videt, & tamen manum ad vindictam non commovet. Sed illam aperit, i. sagittam inde emittit, quando feriendo indicat, quid in nobis eis displicuit. *Jer.* 50. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ. *r* Et frænum] silentii. *s* Posuit Dominus in os meum.] dicit Job, vel Ecclesia, ut non responderem ad contumelias, vel prædicarem indignis, qui inde pejores fierent, *Matth.* 7. Nolite sanctum dare canibus, &c. *Prov.* 9 Noli arguere derisorem, ne oderit te. *Eccl.* 28. Verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua. Unde *Mach.* 10. Cum vehemens pugna esset, apparuerunt adversariis quinque de cœlo in equis, frenis aureis decori, ducatum præbentes Judæis. *Zach.* 14. In die illa erit quod supra frænum equi est, sanctum Domino. *t* Ad dexteram Orientis calamitatis meæ illico surrexerunt.] idest, qui videbantur sedere, vel sessuri ad dexteram Christi, cui nomen Oriens, *Zach.* 6. Illi persequuntur me, vel mali persequuntur sessuros ad dexteram. Vel calamitates, & sic planior est littera. *u* Pedes meos,] idest, infirmiores, terrenis servientes, qui tanto citius falli possunt, quanto minus superna intelligunt. *x* Subverterunt,] hæretici, vel falsi fratres, idest promissionibus persuasos, vel minis perterritos, vel cruciatibus fractos a recto tramite diverterunt. *y* Et oppresserunt] me.

z Quasi fluctibus,] maris. *a* Semitis suis.] i. pravis operibus suis,] q. d. sicut fluctus maris obruunt, ita malorum opera obruunt infirmos, quia cum infirmus perversos florere conspicit, in pelagus perversitatis, statim eum unda miseræ imitationis demergit. *Jer.* 38. Demerserunt te in inferno, & in lubrico pedes tuos.

b Dissipaverunt itinera mea,] i. opera mea, dicit Job de malignis spiritibus, vel Ecclesia de persecutoribus, qui ejus itinera dissipant, dum infirmorum mentibus viam veritatis callida persuasione perturbant. *Threnor.* 3. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit. Ibi *Gloss.* Conclusit vias lapidibus quadris, idest, itinera divinarum Scripturarum Philosophorum quadratis eloquiis, ne ad optatam patriam citius secto tramite fidei perveniant. *c* Insidiati sunt mihi,] per simulationem. *d* Et prævaluerunt,] quia quos aperte nequeunt trahere ad malum; Diabolus, vel persecutores, bona simulando pervertunt. Unde *Thr.* 3. Ursus insidians factus est mihi leo in absconditis. *e* Et non fuit, qui ferret auxilium.] Quod Deus permittit, & ut postea gratior sit consolatio. Unde *Is.* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Sed tentatis, & tribulatis semper videtur tarda consolatio. Unde *Philosophus*: Desideranti animo tarda videtur ipsa celeritas.

f Quasi rupto muro] fidei.

g Et aperta janua,] erroris. *h* Irruerunt super me,] Dæmones, vel persecutores. Murus Ecclesiæ Christus, qui ad nos pertingere malignorum spirituum cursum vetat. *Isa.* 26. Salvator noster ponetur in ea murus, & antemurale. Dicitur autem murus, quia animam protegit. Dicitur antemurale, quia etiam corpus custodit ab impetu Dæmonum. Hic murus rumpitur, cum fide Christi in corde nostro destruitur. Vel murus Ecclesiæ dicitur munitio disciplinæ, qua dissipata, hostis ingreditur, 2. *Thr.* 2. Factus est Dominus velut inimicus, præcipitavit Jerusalem, præcipitavit omnia mœnia ejus, dissipavit omnes munitiones ejus. Item murus Ecclesiæ, sunt Doctores sacræ Scripturæ, quibus per vitia dissipatis, libere hostis ingreditur. *Thr.* 2. Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam a perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. Ibi *Gloss.* Murus dissipatus est, idest, rectores, & defensores. Item murus Ecclesiæ, custodia Angelorum, quorum adjutorio maligni spiritus arcentur, quibus a nobis semotis ad tempus, meritis nostris exigentibus hostis ingreditur. *Is.* 5. Auferam sepem ejus, idest, Ecclesiæ, & erit in direptionem; diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Item murus Ecclesiæ, virtutes animæ, quibus dissipatis, patet ingressus hostibus. *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleverant urticæ,

ope-

operuerunt superficiem ejus spinæ, & maceria lapidum, idest, congeries virtutum destructa est. Item murus dicitur tentatio, vel tribulatio, *Psal.* 17. In Deo meo transgrediar murum. Sequitur: *a* Et ad meas miserias] multiplicandas, vel faciendas. *b* Devoluti sunt.] Dæmones] scilicet vel reprobi:

me, & *a* ad meas miserias *b* devoluti sunt. *c* Redactus sum in nihilum. † *d* Abstulit quasi ventus *e* desiderium meum, & *f* velut nubes *g* pertransit *h* salus mea. *i* Nunc autem in *k* memetipso marcescit anima mea, & *l* possident me dies *m* afflictionis. *n* Nocte os meum perforatur doloribus, *o* & qui me comedunt, *p* non dormiunt. In *q* multitudine eorum *r* consumitur vestimentum meum, *s* & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. *t* Comparatus sum luto, & *u* assimilatus sum favillæ, & cineri. † *x* Clamabo *y* ad te, *z* & non exaudies me, *a* sto, & *b* non respicis me. *c* Mutatus es mihi in crudelem, & *d* in duritia manus tuæ *e* adversaris mihi. *f* Elevasti me, *g* & quasi super ventum

al. † abstulisti.

quia prius ad suas. Unde *Greg.* Post suas reprobi ad nostras miserias revolvuntur, quando ad ea mala, in quibus ipsi jam implicati sunt, quosdam nobis unitos trahunt. *c* Redactus sum in nihilum,] juxta æstimationem reproborum, qui terrena tantum diligunt. Unde quicquid de virtutibus electorum vident, nihil esse æstimant. *d* Abstulit quasi ventus] idest, transitoria delectatio, quæ est quasi ventus. *e* Desiderium meum] de ceteris bonis. Sed quomodo convenit hoc Job, vel sanctæ Ecclesiæ, quæ omnem delectationem transitoriam quasi venenum refugit, & expellit? Ad hoc respondet *Gregor.* quia fidelis populus se pati denunciat, quod eos, quos diligit, pati dolet: Quorum desiderium ventus tollit, cum res quælibet transitoria æternitatis appetitum destruit. *Osee* 13. Adducet ventum urentem Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas ejus, & desolabit fontem ejus, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. *f* Et velut nubes] idest, cito & leviter. *g* Pertransiit] idest, perfecte transiit. *h* Salus mea,] idest, temporalis gloria. *Sap.* 5. Spes impii quasi lanugo, quæ a vento tollitur. *Prov.* 10. Quasi tempestas transiens non erit impius, *Osee* 13. Quasi nubes matutina, & quasi matutinus ros præteriens. *i* Nunc autem] Hic loquitur Job in persona electorum, qui in ultimis tribulationibus fortes invenientur. Dicit ergo: Nunc autem, idest, in præsenti vita. *k* In memetipso marcescit anima] quæ ab auctoris lumine repulsa est, sed in futuro virescet, in Deum ipsum transiens. *l* Et possident me] modo. *m* Dies afflictionis.] Sed postmodum erunt dies lætitiæ, & exultationis. *Prov. ult.* Ridebit in die novissimo, q. d. in sua, & omni electorum persona. Id quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. 2. *Cor* 4. *Greg.* Omnia hæc *ad litteram* exponuntur de Job, quæ tamen prætereo, quia plana sunt. Sed quia tempore ultimæ persecutionis plures cadent, & pauci stabunt: Ideo Job pauca de bonis, plura vero de perversis dicit. Unde ad illos, qui corruent, redit, dicens:

al. † Clamo ad te, & non exaudis.

Allegorice. *n* Nocte os meum perforatur doloribus,] Si ipsi historiæ intendimus, patet causa: quia sancti viri corpus per sinus ulcerum scaturiens vermium multitudo lacerabat. Si vero allegoriæ mysterium perscrutamur, quid per ossa nisi fortes in Ecclesia designantur, qui tamen in nocte ultimæ tribulationis dolore, & timore concutientur. Ait ergo nocte, idest, obscuritate tribulationis, os meum, idest, fortes mei, qui quasi ossa corpus, me sustinent & portant, perforatur doloribus, pro casu infirmorum, & pro timore de seipsis. *o* Et qui me comedunt,] idest, consumunt, quoad infirmos, & carnales, qui corruent. *p* Non dormiunt.] Hi sunt maligni spiritus, carnales de Ecclesia consumentes, qui tanto magis a tentationibus non quiescunt, quanto nullo carnis pondere gravantur. *Isai.* 5. Non est deficiens, neque laborans in eo, non dormitabit, neque dormiet, neque solvetur cingulum renum ejus. *q* In multitudine eorum] scilicet Dæmonum, vel persequentium, qui graves sunt, & multi. *r* Consumitur vestimentum] Dicit Ecclesia, idest, fideles, qui mihi fideliter adhærendo, quasi vestimentum, ornabant undique. *Isai.* 49. Omnibus his velut vestimento, vel ornamento vestieris. De his etiam dicitur *Isai.* 5. Omnes quasi vestimentum conterentur, tinea, idest, luxuria, quæ de carne nascitur, & illam corrodit, vel de vanagloria, quæ oritur de virtutibus & eas destruit, comedet eos. *s* Et quasi capitio tunicæ, &c.] persecutionibus, quasi dicat, vitam fidei, & vocem prædicationis in me suffocare nituntur. Capitio enim tunicæ si collum stringatur, & usus vocis, & vitalis flatus necatur. Et ideo infideles, qui fidei prædicationem extinguere moliuntur, recte capitio tunicæ comparantur, *ad litteram* exponitur de Job. *o* Qui me comedunt,] scilicet vermes. *p* Non dormiunt,] idest, non quiescunt. *q* In multitudine eorum idest vermium.] *r* Consumitur vestimentum meum;] idest corpus meum. *s* Et quasi capitio tunicæ succinxerunt me,] idest usque ad collum corrodunt me undique. *t* Comparatus sum luto,] quod pedibus conculcatur, ita Job a vilibus, & infimis contemnitur. *u* Et assimilatus sum favillæ, & cineri,] idest, vilis, & abjectus reputatus sum. Et ideo opto conditionem meam mutare, sed quia differtur, gemo. Et hoc est: *x* Clamabo ad te,] non ad alium. *z* Et non exaudies me,] audies. Sicut enim medicus ægroto differre facit, quod postulat, licet bonum sit, ut desiderium crescat, ita Dominus justorum affectionibus se subtrahit, ut ardentius desideretur, & solicitius quæratur, & dulcius inveniatur. *a* Sto,] expectans auxilium. *b* Et non respicis me,] vota mea differendo. Tunc enim Deus dicitur non respicere, vel non audire, quando vota eorum differt. Unde *Psal.* 21. Clamabo per diem, & non exaudies. Et *Thren.* 3. Ego cum clamavero, & rogavero, &c. *Abacuch* 1 Usquequo, Domine, clamabo, & non exaudies; vociferabor ad te vim patiens, & non salvabis?

Mystice. Mystice in persona Ecclesiæ. *t* Comparatus sum luto,] idest, vilis, & abjecta sum, dicit Ecclesia, secundum opinionem illorum, qui me conculcant. *u* Et assimilatus sum favillæ, & cineri,] secundum opinionem eorum, qui tantum judicant exteriora, nec interiora vident. Sed sicut sub favilla, & cinere latet ignis, qui non videtur; ita sub tribulationibus, & miseriis, quas in præsenti Ecclesia patitur, latet ignis charitatis, qui postea commutabitur in caminum, & flammam, *Isai.* 31. Dixit Dominus, cujus ignis est in Sion, & caminus ejus in Jerusalem. Hoc est, quod dicit Ecclesia. *Cant.* 1. Nigra sum, sed formosa. Assimilatur autem Ecclesia luto, & vere quoad luxuriosos, de quibus *Ps.* Ut lutum platearum delebo eos. Favillæ quoad superbos, de quibus *Sap.* 21. Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut favilla, quam turbo dispergit. Cineri, quoad avaros, de quibus *Eccl.* 10. Avaro nihil scelestius. *Thren.* 2. Consperserunt cinere capita sua. *x* Clamabo,] corde & ore. *y* Ad te,] qui potens es dare, quod petitur a te, qui sapiens es, sciens, cui, & quando dare debeas, quod rogaris; qui pius es, nulli denegans, quod juste postulatis. *z* Et non exaudies me,] liberando a tribulationibus. *a* Sto,] quoad bonos fide pugnans. *b* Et non respicis me,] ferendo auxilium, quasi non curans de liberatione mea. Ecclesia tempore persecutionis suæ stat fide, desideriis clamat, nec exauditur, nec respicitur, quod alto consilio Dei fit, ut patientium desideria crescant. Ex dilatione enim, ut dicit *Greg.* crescit desiderium, ex desiderio intellectus augetur. Intellectus vero cum intenditur, affectus in Deum ardentius aperitur, qui affectus ad promerenda cælestia, tanto fit capax, quanto fuerit longanimis expectando. *c* Mutatus es mihi in crudelem,] Non parcens culpæ, sed districte feriens. Sed cum in Deo, qui benignissimus, & simplicissimus est, non sit, nec possit esse mutabilitas, aut crudelitas aliqua, quomodo dicit Ecclesia: Mutatus es mihi in crudelem. Ad hoc dicit *Greg.* quod sicut Deus dicitur, sine zelo zelans, sine pœnitentia pœnitens, sine misericordia misericors, sine futuritione præscius, sine ira irascens, ita sine crudelitate crudelis dicitur. Crudelis quippe dicitur, quando districte feriendo non parcit. Unde Ecclesia hanc crudelitatem potius sibi attribuens, quam Deo, non dixit: Mutatus es in crudelem: sed adjunxit mihi, ut ostenderet, quod ipsa mutatio non est in qualitate judicis, sed in mente patientis. Unde *Isai.* 27. Quis dabit me spinam, & veprem, quasi dicat, non ex me, sed ex peccatis hominum habeo asperitatem. *d* Et in duritia manus tuæ] idest, potentiæ, vel percussionis tuæ. *e* Adversaris mihi,] idest, adversari videris. Sicut enim manus Medici dura videtur ægroto, dum secat carnem putridam, & tamen est medicinalis, & salutifera: Ita manus Dei infirmis dura creditur, dum voluntati eorum contraria, hoc, quæ in eis displicet, feriendo persequitur. *f* Elevasti me,] transitoria prosperitate. *g* Et quasi, &c.] qui cito transit, & nullum pondus sustinet,

al. † non habes me.

a Ponens, eliſiſti me † valide,] proſperitatem, quam dederas ſubtrahendo: Et bene dicit: Super ventum: quia præſens gloria, ſive felicitas nulla ſtabilitate ſolidatur. Et ideo velut elevatus ſuper ventum ponitur, quod proſperitate tranſitoria gratulatur. Ad hoc enim ſolum dicit *Greg.* fugitivæ felicitatis aura ſublevat, ut deterius in infimis ſternat. Unde *quidam*; Jam non ad culmina rerum injuſtos veniſſe queror, tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant. Hic caſus in Job viſus eſt, ſed in infirmis verus eſt, de quibus *Pſalm.* 72. Dejeciſti eos, dum allevarentur.

al. † valde
al. † tradas.
D
al. † omnis viventis.
al. † conſummationem.

a ponens, eliſiſti me † valide, *b* Scio, quia morti † trades me, ubi *c* conſtituta eſt domus † omni viventi, *d* Verumtamen non ad † conſumptionem eorum *e* emittis manum tuam, *f* & ſi corruerint, *g* ipſe *h* ſalvabis. *i* Flebam quondam *k* ſuper eo, qui afflictus erat, *l* & compatiebatur anima mea pauperi. *m* Expectabam *n* bona, & *o* venerunt mihi *p* mala: *q* præſtolabar lucem, & *r* eruperunt tenebræ. *ſ* Interiora mea *t* efferbuerunt *u* abſque ulla requie, *x* prævenerunt me dies afflictionis. *y* Mœrens incedebam, *z* ſine furore, conſurgens in turba † clamavi. *a* Frater fui draconum, *b* & ſocius ſtruthionum. *c* Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & *d* oſſa mea *e* aruerunt præ caumate. *f* Verſa eſt in luctum *g* cithara mea, & *h* organum meum in vocem flentium.

al. † clamabam.

b Scio quia morti trades me,] quia nullus eſt, cui mors parcat. Unde *Pſalmus* 88. Quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem? Nam etſi Elias raptus ſit in cœlum, mortem diſtulit, non evaſit. Me, dico deſcenſurum.

c Ubi conſtituta eſt domus omni viventi,] ideſt, omni homini. Infernus enim ante adventum Chriſti domus erat omnium. Unde *ſupr.* 17. in profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea. Sed erat ibi duplex locus, ſcilicet, ſuperior, ubi boni expectabant; inferior, ubi damnati igne perpetuo cruciantur.

Myſtice. Myſtice autem conveniunt hæc infirmis, qui carnaliter viventes, ad domum mortis æternæ perveniunt. Nonnulli citius per pœnitentiam redeunt, quibus verba Domini ſunt eruditio, non extinctio: De quibus ſubditur.

d Verumtamen non ad conſumptionem eorum] ſcilicet, hominum, ſed peccatorum ſuorum.

e Emittis manum tuam,] ideſt, percuſſionem tuam, quia percutis, ſicut pater, ut corripias. *Judith* 8. Flagella Domini ad emendationem noſtram, &c.

f Et ſi corruerint,] in peccatum.

g Ipſe] & non alius.

h Salvabis,] per gratiam, *Deut.* 32. Ego occidam, & ego vivere faciam, *ſup.* 5. Ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & curabit nos. Et tunc cognoſcitur flagelli utilitas, & ut recte dicatur: Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos, iratus es, & miſertus es nobis, in ipſa, & ex ipſa perſecutione.

i Flebam quondam] ex compaſſione condolendo.

k Super eo, qui afflictus erat,] corde, vel corpore. Ita Apoſtolus 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, &c. *Rom.* 12. Flere cum flentibus.

l Et compatiebatur anima mea pauperi,] ex pietate neceſſaria tribuendo. Sic Maria *Luc.* 7. primo rigavit lacrymis pedes Jeſu: Ecce compaſſio. Poſtea terſit capillis: In quo notatur ſubventio. Plus autem eſt, ut dicit *Greg.* compaſſio, quam datum: quia rem quamlibet plerumque dat, qui non compatitur; nunquam autem, qui vere compatitur, quod neceſſarium aſpicit, proximo negat.

m Expectabam bona,] ideſt, pacem, & tranquillitatem.

p Mala,] ideſt, tribulationes, & flagella, & irriſiones. *Jer.* 14. Expectavimus pacem, & non eſt bonum, tempus curationis, & ecce turbatio: Vel in perſona Eccleſiæ tempore ultimæ perſecutionis, recolentis bona, quæ geſſit tempore pacis.

Myſtice. *i* Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat,] compatiendo ei, ut eum a paſſione liberarem: *Greg.* Tunc enim plena eſt compaſſio, cum malum inopiæ pro proximo ſuſcipere non metuimus, ut eum a paſſione ſic liberemus: Sicut Chriſtus, cum poſſet nobis non moriendo ſuccurrere, ſubvenire tamen hominibus moriendo voluit: quia nos minus amaſſet, ſi noſtra vulnera non ſuſciperet.

l Et compatiebatur anima mea pauperi,] Quia qui perfecte compatitur, hoc egenti tribuit, & in quo ipſe, ſi dederit, anguſtatur.

m Expectabam] preſſa tribulationibus.

n Bona,] ideſt, Angelorum conſortia.

o Et venerunt mihi mala,] ideſt, perſecutiones.

q Præſtolabar lucem,] ideſt, æternam claritatem.

r Et eruperunt tenebræ,] perſecutionum. Hæc autem mala minus doleret Eccleſia, ſi ab adverſariis fierent. Sed ideo gravius tolerat, quia ab his patitur, de quibus bona ſperabat. Et hoc eſt, quod ſequitur.

ſ Interiora mea] ideſt, qui ſecreta mea ſciunt, quos ut viſcera propter amorem geſtaveram.

t Efferbuerunt] atrociter contra me inſurgentes.

u Abſque ulla requie,] Quia, ut dicit *Greg.* cognoſcentes ſecreta illius, quanto ſciunt, ubi magis doleat, tanto deterius ab ejus afflictione minime quieſcunt. *Cant.* 1. Filii matris meæ pugnaverunt contra me. *Jerem.* 12. Fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi pugnaverunt contra te. Intra enim Eccleſiam unus contra alium pugnare non ceſſat. Unde *Geneſ.* 15. In utero collidebantur parvuli.

x Prævenerunt me dies afflictionis] Hoc dicit Eccleſia; quia licet in ultima perſecutione plurima paſſura ſit, quando aperta infidelium perſecutio deſæviet, interim hi, qui in ea verbo tenus fideles ſunt, pravis moribus impugnantes ante currunt.

y Mœrens incedebam,] licet elevatus exterius rebus, & honoribus. Miro enim ordine, eodem tempore convenerunt in bonorum actibus, & foris honor culminis, & intus mœror humilitatis. *Eccleſ.* 7. Cor ſapientum ubi triſtitia.

z Sine furore conſurgens in turba clamavi:] quaſi dicat, laceſſita contra tumultus, non cum furore, ſed cum manſuetudine inſolentes increpavi. Unde *Greg.* Boni prælati contra tumultus inſolentium clamorem habent, non furorem: quia eos, quos clementer tolerant, docere non ceſſant. *Galat.* 6. Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c. *Gregor.* Nullus perfectus eſt, qui inter proximorum mala patiens non eſt. Qui enim æquanimiter aliena mala non tolerat, ipſe ſibi per impatientiam teſtis eſt: quia a boni plenitudine longe diſtat. Roſa enim, quæ redolet, creſcit cum ſpina, quæ pungit. Et hoc eſt, quod ſequitur

a Frater fui Draconum,] ideſt, aperte malitioſorum

b Et ſocius ſtruthionum,] ideſt, ſimulatorum. Struthio enim pennas habet, ſed non habet volatum: Ita ſimulatores ſpeciem ſanctitatis habent, ſed virtutem ſanctitatis non habent. Utroſque tempore pacis patitur intra ſe Eccleſia. Hoc etiam convenit Job *ad litteram*, qui inter proximorum mala patiens fuit. Aliter enim perfectus non eſſet: quia bonus non fuit, qui malos tolerare recuſavit: Et Abel eſſe renuit, quem Caim malitia non exercuit: Dicit *Gregorius*.

c Cutis mea denigrata eſt ſuper me,] ex labore paſſionis, & vilitate abjectionis.

d Et oſſa mea aruerunt præ caumate,] frigoris, vel caloris.

f Verſa eſt in luctum cithara mea,] ideſt, lætitia mea.

g Et organum meum in vocem flentium,] idem eſt.

Sed myſtice. Myſtice.

c Cutis] Eccleſiæ ſunt infirmi, qui exterioribus deſerviunt, in quibus Eccleſia olim fuit pulchra, ſed modo fœda. Unde *Nahum* 2. Facies eorum ſicut nigredo ollæ. *Threnor.* 4. Denigrata eſt facies eorum ſuper carbones.

d Oſſa mea] ideſt, fortis viri, quibus tota compago Eccleſiæ ſuſtentatur.

e Aruerunt præ caumate,] ideſt, fervore charitatis: quia dum infirmi ad iniquitatem proſiliunt, fortes zelo fidei cruciantur. Unde Paulus 2. *Cor.* 12. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c.

f Verſa eſt, &c.] Cithara, per chordas ſonat: Organum, per fiſtulas. Chorda citharæ, eſt intentio operantis: Fiſtula organi, eſt os prædicantis. Cithara ergo Eccleſiæ, ſunt bene operantes. Organum, recte prædicantes, qui verbo, & exemplo conſolantur infirmos. Sed quia utrique tempore ultimæ perſecutionis deficient, vel contemnentur, plorat Eccleſia. Dicit ergo: *g* Cithara mea verſa,] ideſt, qui ſolebant me conſolari bene operando, modo ſunt mihi cauſa luctus. *h* Et organum meum, &c.] ideſt,

ideſt, qui ſolebant me delectare recte prædicando, modo ſunt mihi cauſa fletus: quia contemnuntur. Vel ſecundum *Greg.* per cytharam minores prædicatores, per organum majores accipiuntur, qui Eccleſiæ convertuntur in luctum, quia pro defectu eorum, vel contemptu deplorat: Vel certe pro mala vita eorum. *Thren.* 5. Senes defecerunt de portis, juvenes de choro pſallentium, defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter, cecidit corona capitis noſtri, væ nobis, quia peccavimus.

A

e Et hæreditatem Omnipotens de excelſis?] vidēns me, quaſi dicat, ſi non ſervaſſem mentis munditiam, non eſſem hæreditas Dei, qui eſt amator munditiæ; quia cetera bona non placent ei ſine munditia.

C A P. XXXI.

PEpigi *a* fœdus cum oculis meis, ut *b* ne cogitarem *c* quidem de virgine. Quam *d* enim partem haberet Deus in me deſuper, & *e* hæreditatem Omnipotens de excelſis? *f* Nunquid non perditio *g* eſt iniquo, & *h* alienatio *i* operantibus † iniquitatem? *k* Nonne ipſe *l* conſiderat vias meas, & *m* cunctos greſſus meos *n* dinumerat? Si *o* ambulavi in vanitate, *p* & feſtinavit in dolo pes meus, *q* appendat me in *r* ſtatera juſta, & *ſ* ſciat Deus ſimplicitatem meam. Si *t* declinavit *u* greſſus meus *x* de via, & ſi *y* ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi *z* manibus meis *a* adhæſit macula, *b* ſeram, & *c* alius comedat, & *d* progenies

Infr. 14. Prov. 5. al. † injuſtitiam.

f Nunquid non perditio] ideſt, æterna damnatio.

g Eſt iniquo,] ideſt, luxurioſo. Quaſi dicat, ſic. Fornicatores enim judicabit Deus judicio, ſcilicet damnationis. *Hebr. ult.*

h Et nunquid non eſt alienatio] ab hæreditate Dei, ſcilicet.

i Operantibus iniquitatem?] ideſt, peccatum quodlibet, quaſi dicat, ſic. Et ita patet, quod non eſſet Job pars, eut hæreditas Dei, ſi munditiam non ſervaſſet.

EXPOSITIO CAP. XXXI.

PEpigi *a* fœdus cum, &c.] Hucuſque Beatus Job deſcripſit mala, quæ pertulit: Ab hoc loco incipit narrare bona, quæ fecit, numerans per ordinem proprias virtutes, ut ſic qualis ante flagellum fuerit, innoteſcat. Sic tamen vitæ ſuæ hiſtoriam texens, ut aliquando aliquid, quod allegorice intelligi poſſit, interſerat. Qua igitur fortitudine ab omni lapſu exterioris ſenſus interiori cuſtodia ſe reſtrinxerit, primo inſinuat, dicens: Pepigi fœdus cum oculis meis, ideſt, quaſi quodam fœdere reſtrinxi eos, ne incaute aliquid reſpicerent, quod mens poſtea male concupiſceret. Quia ut dicit *Gregorius*, non licet intueri, quod non licet concupiſci. *Idem*. Qui incaute exterius reſpicit, plerumque in delectationem peccati cadit. Unde 2. *Regum* 11. Vidit David mulierem ſe lavantem ex adverſo, &c. Ibi *Gloſſ.* Plerumque mulier innocenti mente conſpicitur, ſed ipſo aſpectu gladio concupiſcentiæ animus effoditur. Non enim David conjugem Uriæ ſtudioſe reſpexit, quia concupierat, ſed potius concupivit, quia incaute reſpexit. Juſto vero judicio qui exteriori oculo negligenter utitur, interiori oculo cæcatur. *Ibid.* dicit *Jerem.* In propria domo vix aliquis aſpectus tutus eſt. Item *Jer.* Periculoſe tibi miniſtrat, cujus faciem libenter intueris.

b Ut ne cogitarem] cum conſenſu delectationis. Dicit *Gloſſ.* Viſum enim ſequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem conſenſus, conſenſum opus, opus conſuetudo, conſuetudinem neceſſitas, neceſſitatem deſperatio, deſperationem damnatio. Unde *Threnor.* 3. Oculus meus deprædatus eſt animam meam. Concupiſcendo enim viſibilia, inviſibiles virtutes amiſit. Item *Jerem.* 9. Aſcendit mors per feneſtras veſtras, ingreſſa eſt domos veſtras diſperdere parvulos de foris, & juvenes de plateis, ideſt, peccatum mortale, quod concipitur per aliquem de ſenſibus, occidit ſenſus exteriores, & interiores. Ideo ut dicit *Gregorius*, deprimendi ſunt oculi quidem raptores ad culpam: Neque enim Eva lignum vetitum contigiſſet, niſi hoc prius incaute reſpexiſſet, ſicut dicitur *Geneſ.* 3. Vidit mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.

c Quidem de virgine,] quæ citius, & magis concupiſcitur. Unde *Ecclef.* 9. Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius.

Duobus eutem modis perpetratur luxuria, ſcilicet, opere, quam damnavit Moyſes in lege. *Exodo vigeſimo*. Non mœchaberis: Et cogitatione, quam damnavit Dominus in Evangelio. *Matthæi quinto*. Dictum eſt antiquis: Non mœchaberis: Ego autem dico vobis, omnis, qui viderit mulierem, &c. Et dicit *Auguſtinus*: Tantum peccat clericus concupiſcendo, quantum laicus cognoſcendo. Propter hoc dictum eſt ſerpenti, *Geneſis tertio*. Pectore, & ventre repes. Ventre repit, quando opere polluit. Pectore, quando malam cogitationem immittit: Et quia per cogitationem venitur ad opus, prius ponitur pectore. Unde quia Job diſciplinam in cogitatione tenuit, una cuſtodia pectus, & ventrem ſuperavit.

d Quem enim partem haberet Deus in me deſuper,] ſi ſcilicet, mundus non eſſem, quaſi dicat, nullam.

k Nonne ipſe] ſcilicet Deus.

l Conſiderat vias meas,] ideſt, actiones, de quibus *Jerem.* 7. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto.

m Et cunctos greſſus meos] ideſt, motus mentis.

n Dinumerat?] ideſt, diſcutit, & examinat, quie nullum bonum ſine remuneratione, nullum malum ſine ultione relinquit. Ideo viri juſti ſemper timent, qui ſe ab illo videri ſciunt, qui in eis videt, quod ipſi videre non poſſunt.

o Si ambulavi in vanitate,] ideſt, ſi unquam leviter peccavi.

p Et feſtinavit in dolo pes meus,] ideſt, ſi aliquid malitioſe egi. Vanitas enim, ut dicit *Gregorius* ad levitatem, dolus ad malitiam pertinet. Et eſt rectus ordo: quia per levia venitur ad malitioſa. *Eccleſiaſt. decimo nono*. Qui modica ſpernit, paulatim decidet.

q Appendat me] ideſt, opera mea appendet.

r In ſtatera juſta,] quaſi dicat, juſte retribuet mihi ſecundum quod merui.

ſ Et ſciat Deus ſimplicitatem meam,] qua ſine duplicitate operatus ſum, ideſt, ſcire ſe oſtendat retribuendo. Vel ſic: Appendat me in ſtatere juſta, ideſt, in Chriſto, quaſi dicat, mittat filium, in quo merita mea penſem, & ſciam ſi ſimplicem viam tenui. Unde ſequitur: Et ſciat ſimplicitatem meam,] ideſt, ſcire faciat. De hac ſtatera dictum eſt *ſupr. 6.* Utinam appenderentur peccata mea, & calamitas, quam patior in ſtatera, ideſt, in Chriſto. *Gregorius*: In hac ſtatera appendimur, quoties ad ejus exemple provocamur. 1. *Petri* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum.

t Si declinavit] per conſenſum erroris.

u Greſſus meus] ideſt, cogitatio mea.

x De via] rectitudinis, per id, quod nolens patitur: quia primos motus, velit, nolit, homo patitur. Unde *Rom.* 7. Quod nolo, hoc ago.

y Si ſecutus eſt oculus meus cor meum,] ideſt, ſi cogitationi pravæ interius conceptæ viſio exterior præbuit famulatum.

Sicut enim ſæpe per oculos trahitur mala cogitatio, ita concepta interius cogit exterius oculos ſibi ſervire: Et tunc ſicut dicit *Gregorius*, ſi viſio ſervit malæ cogitationi, mox opus ſequitur: Ideo dicitur, *Eccleſiaſtici decimo nono*. Poſt concupiſcentias tuas non eas.

z Et ſi manibus meis] ideſt, operibus,

a Adhæſit macula,] ideſt, culpa.

b Seram,] *ad litteram*.

c Et alius comedat,] vel myſtice.

b Seram,] prædicando verbum Dei. Et alius, ideſt, auditor comedat, ideſt, verbo meæ prædicationis ſatietur, non ego. Hanc maledictionem multi incurrunt. Omnes enim, qui a ſuis vocibus, moribus diſcrepant, jejuni ſeſunt, quod alii manducant.

d Et progenies mea] *Ad litteram*: Vel illi, quos verbo prædicationis genui. Sicut dicit Paulus *primæ Corint.* 4.

 Per

Per Evangelium ego vos genui. *a* Eradicetur,] exemplo meæ malæ operationis. *Greg.* Quisquis juxta id, quod loquitur, vivit, quos verbo genuit, a stabilitate rectitudinis opere evellit. Sicut enim mulier, quæ vigilans filium lactat, dormiens occidit; ita magister scientia vigilans, vita dormiens, auditores quos lacte prædicationis nutrivit, somno torporis occidit.

al.† vicini.

b Si deceptum est cor meum] cogitatione, vel consensu.

al.† aliis. al.† alteris. al.† alteri.

B

c Super muliere,] innupta. Et ita discutit se Job de reatu fornicationis, non solum corporalis, sed etiam mentalis. Et postea addit de adulterio.

al. † consumptionem.

al.† ancillis meis. al. † disputarent.

d Et si ad ostium amici mei insidiatus sum,] concupiscens uxorem ejus: Hoc malum, quod sequitur, mihi eveniat: Scilicet.

e Scortum sit alterius uxor mea,] quasi dicat: Eadem culpa mihi vertatur in pœnam. Et hæc est una de maledictionibus, *Deut.* 28. ubi dicitur: Si audire nolueris vocem Domini, ut custodias, & facias omnia mandata ejus, uxorem accipies, & alius dormiet cum ea.

f Et super illam incurventur alii,] quasi dicat, non solum unius, sed multorum sit scortum uxor mea, si feci istud. Quod valde grave est viris. Unde subdit:

g Hoc enim] idest, luxuria.

h Nefas est] idest, crimen, non qualecumque, sed maximum. Unde sequitur:

i Et] pro idest.

k Iniquitas maxima.] Hoc autem interest inter peccatum, & crimen: quia omne crimen est peccatum, sed non omne peccatum, crimen. Et si in hac vita multi sine crimine viverent, nullus tamen sine peccato. *Ecclef.* 7. Non est homo justus in terra, qui bonum faciat, & non peccet. Item 3. *Reg.* 8 Non est homo, qui non peccet. Unde cum Paulus describeret, qualis debeat esse, vel fieri Sacerdos, non dixit, si quis sine peccato est, sed si quis sine crimine est, cum dixit ad *Titum* 1. Constituas per civitatem Presbyteros, sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, &c. Diffiniens autem Job crimen luxuriæ subdit:

l Ignis est usque ad perditionem] vel consumptionem.

m Devorans,] quia hoc peccatum, non solum inquinat, sed omnia devorat. Unde de hoc igne dicitur *Proverb.* 6. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta ejus non ardeant, quasi dicat, non. *Ecclef.* 9. Colloquium ejus quasi ignis exardescet.

n Et omnia eradicans genimina,] virtutum, idest, bona opera, quæ ex virtutibus generantur.

o Si contempsi subire judicium cum servo meo, & ancilla mea, cum disceptarent adversum me.] *Sup.* 29. dictum de Job: Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo: ibi ejus auctoritas ostenditur, quæ tanta fuit, ut eo præsente restringerentur Duces ad silentium: Hic ostenditur ejus humilitas, quæ tanta fuit, ut cum servis, & ancillis subire judicium dignaretur. In cœtu principum memor erat regiminis, in certamine famulorum memor erat conditionis: In quo apparet ejus discretio. De hoc dicit *Seneca:* Cum inferiore vive, quemadmodum tecum superiorem te velis vivere. Si hoc feci, male mihi accidat. Vel si pro non, quasi dicat, hoc non feci.

p Quid enim faciam, cum surrexerit ad judicandum Deus,] Si istud feci? Et sic se reprimit Job ex consideratione superioris potestatis, quasi dicat Job: Bene me habui erga servos meos: quia & ipse servus sum sub Domino, cui oportebit reddere rationem, cum surrexerit ad judicandum. *Ecclesiastici quinto*. Excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alii, & insuper universæ terræ Rex imperat servienti. Est autem hic aperta prophetia de futuro judicio.

mea *a* eradicetur. Si *b* deceptum est cor meum *c* super muliere, & si *d* ad ostium † amici mei insidiatus sum, *e* scortum sit † alterius uxor mea, & *f* super illam incurventur alii. *g* Hoc enim *h* nefas est *i* & *k* iniquitas maxima. Ignis est usque † *l* ad perditionem *m* devorans, & *n* omnia eradicans genimina. Si *o* contempsi subire judicium cum servo meo, & † ancilla mea, cum † disceptarent adversum me. *p* Quid enim faciam, cum surrexerit ad judicandum Deus, & *q* cum quæsierit, *r* quid respondebo illi? *s* Numquid non in utero fecit me, qui & illum *t* operatus est, & *u* formavit † me in vulva unus? Si *x* negavi, quod † volebant, pauperibus, & *y* oculos viduæ expectare feci. Si *z* comedi buccellam meam solus, & *a* non comedit pupillus ex ea, quia *b* ab infantia mea crevit mecum miseratio, & *c* de utero matris meæ

q Et cum quæsierit,] idest, requisierit rationem de commissis, & omissis.

r Quid respondebo illi?] qui pro me mortuus est? *supra* 9. Si repente interroget, quis poterit ei respondere? Jucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in judicio, ubi dicere potest: Nudus fuisti, & ego cooperui te, &c. *Gregorius*: Qui venturum judicem cogitat, causas rationum suarum in melius parat.

Matth. 25. Psalm. 111.

al.† habet me.

s Nunquid non in utero fecit me, qui & illum] idest, servum.

al. † volebam.

t Operatus est,] quasi dicat, omnes sumus natura æquales, licet ordine dispensatorio alii aliis sint Prælati. Unde Sancti non potestatem ordinis in se, sed æqualitatem conditionis attendunt. Nam ut dicit *Gregor.* contra naturam superbire, est ab æquali secundum naturam, scilicet ab homine, velle timeri. Neque enim Noe, & filiis ejus dictum est: Terror vester sit super omnes homines, sed super omnia animalia terræ. Ideo dicitur *Ecclef.* 31. Rectorem te posuerunt, noli extolli; esto in illis quasi unus ex ipsis. *Isaiæ* 24. Sicut servus, ita Dominus ejus.

Genes. 9.

u Et formavit me in vulva unus?] quasi dicat, idem fuit formator mei, & illius. *Malachiæ secundo*. Numquid non pater unus omnium nostrum? Numquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque vestrum fratrem suum violans pactum patrum nostrorum.

x Si negavi, quod volebant, &c.] Post castitatem, & humilitatem, subdit Job de liberalitate. Castitas enim sibi soli proficit, humilitas aliis non nocet, sed liberalitas proximo prodest. Dicit ergo, si negavi, quod volebant, pauperibus, idest, indigentibus. Vel pauperibus spiritu, qui ea sola volunt, quæ sibi expedire cognoscunt.

y Et oculos viduæ expectare feci,] protrahendo eam: quia non solum ex munere, sed ex muneris celeritate augetur præmium. Unde *Prov.* 3. Ne dicas amico tuo, vade, & revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare. *Ecclef* 4. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. *Seneca:* Quantum addis moræ, tantum demis gratiæ.

z Si comedi buccellam meam solus,] idest, non comedi, quasi dicat, non solum exterius pauperibus dedi, sed etiam apud me inopes habui. Nam præjudicaret pietati, si solus comederet, quod Dominus omnium communiter creasset. Unde *Seneca*: Comedere sine socio, lupi est natura. *Plato:* Nullius boni sine socio jucunda est possessio.

a Et non comedit pupillus ex ea,] Ubique est defectio. Vel semper, si, ponitur pro, non, sicut ibi: Quibus juravi, si introibunt in requiem meam. Sed quia non cum quibuslibet habenda est conversatio, sed ea quibus merita proficiant, ut dicit *Gregorius*: ideo Job prohibet se pupillum habuisse socium commensalem. Unde *Isai.* 58. Frange esurienti panem tuum, &c. *Lucæ* 14. Cum facis convivium, noli vocare amicos, neque tuos fratres, neque cognatos, vicinos, neque divites ne forte & ipsi reinvitent te, & fiat tibi retributio: Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris.

Psalm. 94.

Nota, quod invitatio alia est familiaritatis, alia gulositatis, alia mercimonialis, alia favoris, sive laudis popularis, alia pietatis. Prima est indifferens, ultima conferens, mediæ mortiferæ. Ultimam habuit Job. Unde sequitur:

b Quia ab infantia mea crevit mecum miseratio,] quasi dicat, Job: Non ex me habui hanc pietatem, sed a quo accepi, ut essem, ab eo habui pietatem.

c Et de utero matris meæ egressa est mecum.] Quod constat non posse esse nisi a Deo. Sicut enim in utero suo opere conditus non fuit, ita nec sua virtute prius

ab

ab utero exivit, sed totum fuit a Deo. Et notandum, quod dicit: Ab infantia crevit mecum miseratio. Multi enim quo ad ætatem crescunt, eo ab innocentia decrescunt. Electis vero cum foris crescit ætas corporis, intus, si dici liceat, crescit ætas virtutis.

egressa est mecum. Si a despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non b benedixerunt mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus est. Si c levavi super pupillum manum meam, etiam d cum viderem me in porta superiorem, e humerus meus a f junctura sua cadat, & g brachium meum cum suis ossibus † conteratur. h Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & i pondus ejus ferre non potui. Si k putavi aurum robur meum, & l obrizo dixi, fiducia mea. Si m lætatus sum n super divitiis meis o multis, & p quia plurima reperit manus mea.. Si vidi q Solem cum fulgeret, & r Lunam in-

a Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem,] ut multi faciunt, qui magis dant pro notitia quam pro natura. De quibus dicit *Jacob* 2. Si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper fordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus est veste præclara, & ei dixeritis, tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne judicatis apud vosmetipsos, & facti estis judices cogitationum iniquarum.

b Si non benedixerint mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus est,] quasi dicat, vestivi nudum pauperem, & calefeci, propter quod mihi benedixerunt, quod si non feci, male mihi eveniat: Et in hoc notatur pietas. Quidam enim, ut dicit *Gregor.* cum postulantur ab egenis, prius in eos contumelias jaculantur, & postea dona largiuntur, qui etsi opus pietatis faciunt, verbis tamen duris gratiam humilitatis amittunt, itaut pro illata injuria tunc satisfacere videantur. Contra quos dicitur *Eccles.* 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum? Sed utraque cum homine justificatu. Econtra alii dulciter loquuntur pauperibus, sed nihil largiuntur. Contra quos dicitur *Jac.* 2. Si frater, aut soror nudi sint corpore, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis de vobis illis, ite in pace, calefacimini, & saturamini, non dederitis autem ea, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Ideo dicitur 1. *Joan.* 3. Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Nam cum egenis damus, patronis dona offerimus. Unde Dominus *Lucæ* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

c Si levavi super pupillum manum meam,] opprimendo ipsum, vel nimis exigendo ab eo.

d Etiam cum viderem me in porta superiorem,] idest, in judicio, quod antiquitus fiebat in porta. *Deut.* 16. Judices sedebant in porta, quasi dicat Job: nullum in judicio gravavi, sed potius gravamen sustinere etiam a minimo volui. Quod si feci:

e Humerus meus,] qui datus est mihi ad operandum.

f A junctura sua cadat,] idest, a corpore evellatur. Vel per humerum, cui brachium conjungitur, significatur socialis vitæ conjunctio. Per brachium bona operatio. Et est sensus: Si levavi super pupillum, &c. idest, si non fui patiens, humerus meus a junctura sua cadat, idest, unitas socialis vitæ rumpatur.

g Et brachium meum cum suis ossibus conteratur,] idest, opera mea cum virtutibus destruantur, quasi dicat: si prædicta non feci, vitam & opera, & fructum operum amisi. *Greg.* Sua bona opera perdit, qui aliena mala perpati renuit.

h Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum,] idest, sicut navigans, quando supereminent fluctus, non curat temporalia, sed projicit in mare, ut ad portum maris perveniat liberatus. Ita ego omnia terrena despexi timore judicii, ut ad patriam perveniam. Fluctus tumentes, vocat tempestatem, & turbinem judicii. De quo *Naum.* 1. Dominus in tempestate, & turbine viæ ejus.

i Et pondus ejus ferre non potui,] idest, timorem judicii, quod sancti non solum timent tunc videre, sed etiam nunc prævidere. *Malach.* 3. Quis poterit cogitare diem adventus ejus, aut quis stabit ad videndum eum?

k Si putavi aurum robur meum, &c.] Beatus Job, ut inter verba increpationis, & flagella non corruat, virtutum suarum memoriam ad spem reformandam narrat. Nam pudicitiæ virtutem insinuavit, cum dixit: Si deceptum est cor meum super mulierem. Virtutem humilitatis adjunxit, cum dixit: Si contempsi subire judicium cum servo meo. Deinde misericordiam, ubi dixit: Si negavi pauperibus, quod volebant. Deinde justitiam, cum dixit: Si ambulavi in vanitate, & festinavit in dolo pes meus. Deinde timorem, & circumspectionem, cum dixit: Semper enim quasi tumentes fluctus Deum timui. Nunc ostendit, quod in prosperis positus, spem, & delectationem, non in rebus vel actibus posuit, sed in solius gratia Conditoris. Et hoc est, quod dicit: Si putavi aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea,] quasi dicat, nec spem, nec delectationem in divitiis posui. Obrizum est rudis moles auri, ut dicit *Gregor.* Unde in hoc, quod ponit, non aurum, & obrizum, ostendit quod nec in quantitate, nec in specie auri peccavit.

al. † confringatur.

m Si lætatus sum] quod plus est quam sperasse.

n Super divitiis meis] non alienis.

o Multis,] propter quod magis gaudeus aliqui.

p Et] si lætatus sum, quia plurima reperit manus mea, idest, quia abundavi in multis. Quia nihil sufficit menti extra Deum, quæ eum veraciter quærit.

q Si vidi Solem cum fulgeret,] ad colendum, sive adorandum, ut idololatriæ.

r Et] si vidi (Lunam incedentem clare,] quasi dicat, si adoravi militiam coeli.

Ω a Et si lætatum

Mystice sic. k Si putavi aurum robur meum,] idest, si ingenio meo tribui, si quæ veraciter intellexi.

Mystice.

l Et obrizo dixi, fiducia mea,] idest, si menti meæ deputavi, si qua bona egi.

Per aurum enim intelligitur ingenium. Per obrizum mens excocta igne charitatis.

m Si lætatus sum super divitiis meis multis,] idest, si superbivi de multitudine consiliorum, quæ in Sacra Scriptura abunde intellexi.

p Et si lætatus, quia plurima reperit manus mea,] idest, quia donum abundantis intelligentiæ percepi. Quia, ut dicit *Gregorius*, non est secura lætitia in divinis paginis vel fortia, vel multa cognoscere, sed cognita custodire. Nam qui bene intelligit, quid intelligendo operari debeat, agnoscit. Quanto enim intellectus latius extenditur, tanto ad explenda opera enixius ligatur. Unde *Lucæ duodecimo*. Omni, cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Bene ergo dicit Job:

m Si lætatus sum super divitiis meis multis, & quia plurima, &c.] quasi dicat, non me locupletem reputavi, quia multa cognovi. Nec intelligentia me extulit, quia consideratio debitæ operationis cor repressit.

q Si vidi Solem, cum fulgeret,] idest, si gloriatus sum de bono opere meo, cum aliis lucem exempli tribuerem. Sol quippe in fulgore, est bonum opus in manifestatione.

r Et Lunam incedentem clare,] idest, si quæsivi famam in opere meo, quasi dicat. Non fui gloriatus de bono opere, neque de bona fama ex opere procedente. Comparatur autem fama Lunæ, quia sicut Luna in nocte viatoribus semitam, quam teneant, ostendit; ita fama de aliena vita prodiens, aliis viam boni operis pandit. Et recte post Solem ponitur Luna, quia sicuti Luna a Sole illustratur: ita bona fama de bona vita generatur. Job ergo nec Solem, nec lunam vidit, quia de opere suo laudem non quæsivit, nec de bona fama se extulit.

a Et si lætatum est cor meum in abscondito,] idest, in peccato, quod dicitur Deo absconditum, non quia non videat, sed quia non approbat. Unde *Psal.* 16. De absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

b Et si osculatus sum manum] in veneratione horum, quæ tangere non poteram.

c Quæ est iniquitas maxima,] scilicet, idololatria.

d Et negatio contra Deum] qui adorat creaturam, negat creatorem, propter quod dicit *Jer.* 17. Maledictus, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor ejus.

Prov. 17. D

...cedentem clare, & a lætatum est cor meum in abscondito. & b osculatus sum manum meam ore meo, c quæ est iniquitas maxima, d & negatio contra Deum altissimum. Si e gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, & f exultavi, quod invenisset eum malum. g Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut h expeterem i maledicens animam ejus. Si k non dixerunt viri tabernaculi mei, l quis det de carnibus ejus, ut saturemur? m Foris non mansit peregrinus, n ostium meum viatori patuit. Si o abscondi quasi homo peccatum meum, p & celavi iniquitatem meam in q sinu meo. Si r expavi ad multitudinem nimiam, & s despectio propinquorum t terruit me, & non u magis tacui, x nec egressus sum ostium? y Quis mihi tribuat † adjutorem, ut z desiderium meum a Omnipotens b audiat, & c librum d scribat

Mystice. a Et si lætatum est cor meum in abscondito,] idest, in secreto cordis, quasi dicat, de laude mea, nec etiam tacitus corde superbivi. Perfectus ergo simpliciter ostenditur, quia non est lætatus de multis divitiis, quia de multiplici scientia non superbivit. Nec Solem fulgentem vidit, quia illum magnitudo operis non inflavit. Nec Lunam incedentem clare vidit, qui illum fama laudabilis de clara ejus vita prodiens non extulit. Nec lætatum est cor ejus in abscondito, quia nec etiam cogitatione de fama suæ opinionis superbivit. Sciendum tamen, quod viri sancti aliquando de sua bona opinione gaudent, quando, scilicet, per hanc audientes proficere credunt. Et tunc non jam de sua opinione, sed de proximorum utilitate lætantur.

b Et si osculatus sum manum meam] idest, si laudavi opera mea: Quod prohibetur *Prov.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus & non labia tua. Sic osculabatur manum suam Pharisæus *Luc.* 18. cum dicebat: Jejuno bis in sabbato, &c. Vel manum suam osculatur, qui sibi attribuit, quod operatur.

c Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum,] quia Deum negat, qui ab eo non recognoscit, quicquid boni habet. Unde Apostolus 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Isaias non osculabatur manus suas, quia dicebat: Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. *Isaiæ* 26. Neque David; Misericordia, inquit, ejus præveniet me. *Psalm.* 58.

e Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat,] In hoc ostendit se Job veram dilectionem habuisse, quia, ut dicit *Greg.* vera dilectio est, quæ & amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum. Et inimicus hic dicitur, qui nos odit. *Matth.* 5. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, &c.

f Et exultavi, quod invenisset eum malum,] culpæ, vel pœnæ. *Prov.* 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exultet cor tuum.

g Non enim dedi ad peccandum guttur meum,] detrahendo inimico meo: quasi dicat, nec corde optavi ei malum, nec ore dixi.

h Ut expeterem] vel expectarem.

i Maledicens animam ejus,] idest, vitam, optans ei mortem. Nulli maledicendum est, nec etiam diabolo. *Eccles.* 21. Cum maledicit impius diabolo, maledicit ipse animam suam. Unde Angelus non fuit ei ausus maledicere, imo dixit: Increpet in te Dominus, Satan. *Zach.* 3. *Rom.* 12. Benedicite, & nolite maledicere.

k Si non dixerunt viri tabernaculi mei,] idest, mecum in domo conversantes.

l Quis det de carnibus ejus, ut saturemur?] detrahendo quasi dicat, socii mei detrahebant mihi. De talibus dicitur *Prov.* 23. Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui conferunt carnes ad vescendum. Et per hoc innuit Job perfectam patientiam suam fuisse, quia foris patentes adversarios pertulit, & intus latentes. Perfectæ autem magnitudinis laus est, ut dicit *Greg.* adversa perpeti exterius fortiter, & intus clementer. Quos utrosque levius toleramus, si quales sumus, contra alios pensamus. Unde *Eccles.* 7. Cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne forte audias servum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua, quia & tu crebro maledixisti aliis.

m Foris non mansit peregrinus,] quem non reciperem in domo, vel potius compellerem, sicut legitur de Loth. *Genes. decimo nono* ubi dicitur: Obsecro Domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi, lavate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt: Minime, sed in platea manebimus. Compulit eos oppido, ut diverterent ad eum, & ingressis fecit convivium. *Deipp.* [illegible]

n Ostium meum viatori patuit.] Modo non est sic, vix etiam domestici possunt intrare. Et nota, quod in prædictis charitas Job patiens ostenditur, in his benigna, quia adversarios tam extraneos quam domesticos patienter sustinuit, & peregrinos benigne recepit.

al † *auxiliatorem.*

o Si abscondi quasi homo peccatum meum,] non aperiens per confessionem.

p Et celavi iniquitatem] peccatum gravius.

q In sinu meo,] idest, in conscientia mea, quasi dicat, si aliquando peccavi ut homo, non celavi illud, licet tantus, ut dictum est, essem, sed aperui per confessionem. In hoc ostenditur vera humilitas Job: De qua *Gregorius*. Veræ humilitatis testimonia sunt, iniquitatem suam quemque cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire. Econtra, usitatum humani generis vitium est, & labendo peccatum committere, & commissum negando abscondere, vel convictum defendendo multiplicare. Quod de lapso primorum parentum contraximus, quorum alter in serpentem, alter in Creatorem culpam retorsit. Et cui similes esse in divinitate non potuerant, eum sibi similem in culpa facere voluerant.

r Si expavi ad multitudinem nimiam,] principum, scilicet, vel tyrannorum: quasi dicat, non expavi, quin dicerem totam veritatem loco, & tempore suo, *Prov.* 30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum.

s Et si despectio propinquorum] idest, a propinquis illata.

t Terruit me,] ut propter hoc dicerem, quod non erat dicendum.

u Et non magis tacui,] ubi, & quando tacendum erat, quamvis scirem ob hoc a propinquis despici. Sicut Dominus apud Herodem, quia tacuit, despectus fuit, *Luc.* 23.

x Nec egressus sum ostium?] oris, quo secreta mentis aperimus, quasi dicat, quamvis pulsatus contumeliis, loco, & tempore tacui, & non respondi, sicut David: Contristatus sum, inquit, & non egrediebar. *Psalm.* [illegible]

y Quis mihi tribuat adjutorem,] scilicet, Christum, qui hominem adjuvit. Sicut enim Dei adjutores sumus, ut dicitur *primo Corinthior. tertio*. Ita sine Deo nihil possumus facere, ut dicitur *Joannis decimo quinto*. Ideo Job mediatorem requirit, sciens quod preces humani desiderii audiri non possunt apud Deum, nisi per advocatum suum, idest, Christum. De quo *primo Joannis secundo*. Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

z Ut desiderium meum] quo desidero liberari per mediatorem Jesum, quod est clamor cordis, qui est major quam clamor oris, & citius auditur a Deo. *Psalmus* 9. Desiderium cordis eorum audivit auris tua. Et Moysi tacenti dictum est *Exod.* 14. Quid clamas ad me?

a Omnipotens] idest, pater, qui omnia potest.

b Audiat,] idest, exaudiat.

c Et librum] idest, novum testamentum.

d Scribat] in cordibus hominum, non in tabulis lapideis.

a Ipse

a Ipse, qui judicat,] idest, filius. Pater enim dedit filio omne judicium, *Joan.* 5. Hunc librum scribendum in cordibus hominum prophetavit *Jerem* 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, &c.
b Ut in humero meo] non in ore, vel in corde tantum, sicut multi, qui dicunt, & non faciunt.
c Portem illum,] non recondam, sicut multi, qui detinent scientiam in injustitia. De hoc *Deuteron.* 11. Portate hæc verba mea in cordibus vestris, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus vestris, & inter oculos vestros collocate. *Ecclef.* 6. Subjice humerum tuum, & porta illum, idest, sapientiam, & ne acedieris vinculis ejus.

De pen dist. 5. nam san. ctam, in princ.

ipse, *a* qui judicat: ut in *b* humero meo *c* portem illum, & *d* circumdem illum quasi coronam mihi? Per *e* singulos gradus meos pronunciabo illum, & *f* quasi principi offeram eum. Si *g* adversum me terra mea *h* clamat, & *i* cum ipsa sulci ejus *k* deflent: Si *l* fructus ejus comedi absque pecunia, & *m* animam agricolarum ejus afflixi: & pro *n* frumento oriatur mihi tribulus, *o* & pro hordeo spina,

CAP. XXXII.

OMISERUNT *p* autem

d Et circumdem illum quasi coram mihi?] idest, illius mandata servando, in futuro merear coronari. Et nota, quod prius describitur liber portari in humero, & postea quasi corona circumdari, quia si modo bene portatur in opere, in futuro exhibebitur nobis coronam justitiæ. De qua 2. *Tim.* 4. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex. Sed quia nemo ima deserens repente fit summus, ut dicit *Greg.* imo quibusdam ascensionis gradibus ad virtutum celsitudinem pervenitur, sicut dicit *Psalm.* 47. Deus in gradibus ejus dignoscetur. Ideo subjungit Job;
e Per singulos gradus meos pronunciabo illum,] idest, verbo, & exemplo mandata ejus servabo, sive implebo. *Greg.* Per singulos gradus suos librum pronunciat, qui percepisse se ejus † sententiam, non per verba tantummodo, sed etiam per opera demonstrat.

al † sententiam.

f Et quasi principi offeram eum.] idest, Christo vero principi, & vero judici ad judicium venienti, manifestum erit me librum opere adimplesse. Quod enim offerimus, manu tenemus.
g Si adversum me terra mea] idest, homines habitantes in terra mea.
h Clamat,] de me juste ad judicem conquerendo.
i Et cum ipsa sulci ejus] idest, agricolæ.
k Deflent.] dolendo de oppressione mea, sicut dicit *Jacob* 5. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vastras, quæ fraudata est a vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.
l Si fructus ejus comedi absque pecunia,] auferendo, quasi dicat, si non emi fructus ejus, quando volui comedere eos.
m Et animam agricolarum ejus afflixi,] injuriando eis in rebus, vel in personis eorum.
n Pro frumento oriatur mihi tribulus,] *ad litteram*: Vel pro majoribus bonis veniant minima mala.

Mystice.

o Et pro hordeo spina.] idest, pro minimis bonis majora mala. Tamen hic dicit *Gloss. Greg.* ad litteram non potest hoc accipi, sed mystice debet intelligi, in persona Prælati hoc modo:
g Si adversum me terra mea clamat,] idest, si subditi inculti nullo adhuc vomere prædicationis, usque ad bonam operationem exculti, de me juste conquerantur, eo quod eos gravaverim, vel debitum eorum subtraxerim.
i Et cum ipsa sulci ejus deflent.] idest, subditi, qui jam exarati, fructum faciunt bonæ operationis, jacto semine verbi Dei.
l Si fructus ejus comedi absque pecunia,] verbi Dei, idest, si messui carnalia, non seminans spiritualia. De hac pecunia verbi Dei dicitur *Matthæi* 25. Oportuit ergo te pecuniam meam committere nummulariis, & ego veniens recepissem utique, quod meum est, cum usuris. *Gregor.* Terræ fructus absque pecunia comedit, qui Ecclesiastica commoda ad usum corporis accipit, sed exhortationis ministerium populo non impendit. Quid ad hæc nos pastores dicimus, qui adventum districti judicis percurrentes, officium quidem præconis suscipimus, sed alimenta Ecclesiastica muti manducamus; exigimus quod nostro debetur corpori, sed non impendimus, quod subditorum debemus cordi. Non sic Apostolus, 2. *Thessal.* 3. Qui non vult operari, non manducet. *Beatus Bernardus*: Veniet dies illa, in qua erit pauperum allegatio dura pupillorum accusatio gravis, quorum vixere stipendiis, nec diluere peccata, utinam non augmentassent. *Osee* 4. Peccata populi mei comedent, id est, oblata pro peccatis, & ad iniquitatem sublevabunt malo exemplo animas eorum.
m Et si animam agricolarum ejus afflixi,] idest, si aliis recte prædicantibus invidia contradixi. In hoc notatur charitas, quia ut dicit *Gregorius*: Bonus Pastor Ecclesiæ, qui non suam, sed Dei gloriam quærit. Ideo ab omnibus vult juvare, quod agit. Unde *Numer.* 12. Cum Josue duobus in castris prophetantibus vellet obsistere, dixit Moyses: Quid æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?

A

n Pro frumento oriatur mihi tribulus,] idest, pro bonis, quæ reficiunt, retribuantur mihi mala, quæ pungunt. Vel per frumentum, contemplatio, quæ reficit; per hordeum terrena administratio, quæ pungit, significatur. Dicit ergo: Si non feci, quæ debui, pro frumento, idest, pro bono opere contemplationis, oriatur mihi tribulus, idest, pungens murmur subditorum.
o Et pro hordeo] idest, pro bonis operibus terrenæ dispensationis oriatur spina, idest, gravior populi murmuratio. *Gen.* 3. dicitur malo Prælato: Maledicta sit terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi. *Proverb.* 24. Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant superficiem ejus spinæ. *Jerem.* 12. Seminaverunt triticum, & messuerunt spinas.

Prælatus debet subditis:
- Subsidium orationis.
- Pabulum prædicationis.
- Dispensationem Sacramentorum.
- Defensionem contra opprimentes.
- Subsidium in temporalibus.
- Exemplum bonum,
- Vitæ patientiam.

EXPOSITIO CAP. XXXII.

OMiserunt *p* autem, &c.] omne, quod dicitur, potest quadripartita qualitate distingui, quia aut malum male dicitur, aut bonum bene, aut malum bene, aut bonum male. Verbi gratia: Malum male dicitur, cum mala intentione res perversa suadetur, ut ibi: Benedic Deo, & morere, *supra secundo*. Bonum bene dicitur, cum bona intentione rectum prædicatur, sicut Joannes Baptista ait: Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum: *Matthæi tertio*. Malum bene dicitur, cum per os loquentis ideo malum dicitur, ut reprobetur, sicut Paulus ait: Feminæ eorum mutaverunt naturalem usum, in eum, qui est contra naturam. *Romanor. primo* Quod inhonestum honeste narravit, ut plurimos ad honestatem revocaret. Bonum autem male dicitur, cum rectum aliquid non recto studio, sed distorto profertur, sicut cæco illuminato Pharisæi dixerunt: Tu discipulus illius sis, *Joannis nono* Et Caiphas: Expedit, ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat, *Joannis undecimo* Bonum quippe, sed non bene locutus est, quia dum crudelitatem necis appetiit, redemptionis nostræ gratiam prophetavit. Hoc modo arrogantes sæpe loquuntur, quorum speciem tenet Eliu, qui in hoc capitulo, & sequentibus multa bona non bene dixisse reprehenditur. Unde & *infra trigesimo octavo* dixit ei Dominus: Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? Cum dicit, sententias, sine additione, bonas sententias intelligit, quia ut dicit *Gregorius*, hoc nomen, sententia per se positum, semper in bono accipitur. Unde *Proverbiorum* 26. Sapientior sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias. Eliu ergo finitis sermonibus Job, quibus amicorum verbis respondit, locutionem assumpsit, multa contra Job proferens, quæ vere contra malos dici possunt, & ideo bona dixit: Sed quia dixit ea de bono, scilicet de Job, ideo male dixit: Reprehendit autem Eliu Beatum Job, reprehendit etiam & tres amicos ejus. Job reprehendit de præsumpta justitia, idest, quod se justum coram Deo diaerit esse *supra* enim 13. dixit Job: Si fuero judicatus, scio, quod

a tres viri isti respondere *b* Job, eo quòd sibi *c* justus videretur. Et *d* iratus, *e* indignatusque est Eliu *f* filius Barachel *g* Buzites *h* de cognatione Ram: *i* Iratus est autem *k* adversùs Job, eo quòd justum se esse diceret coram Deo. *l* Porro adversum amicos ejus indignatus est, *m* eo quòd non invenissent responsionem rationabilem, *n* sed tantummodò condemnassent Job. Igitur *o* Eliu expectavit Job loquentem, *p* eo quòd seniores † essent, qui loquebantur. *q* Cùm autem vidisset, quòd *r* tres respondere *s* non † potuissent, *t* iratus est vehementer. *u* Respondensque Eliu filius Barachel Buzites dixit: Junior sum tempore, *x* vos autem antiquiores: *y* Idcircò demisso capite *z* veritus sum indicare vobis meam † scientiam. *a* Sperabam enim, quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo *b* doceret sapientiam. Sed *c* ut video, spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. Non *d* sunt longævi sapientes, nec senes intelligunt judicium.

B

al. † se.

al. † pot.

al. † sententiam.

justus inveniar. *Item* 17. Non peccavi. Amicos vero Job reprehendit Eliu de stulta reprehensione, quia condemnantes Job, responsionem contra illum rationabilem non dederunt. Ex quo aperte colligitur, quod per Eliu rectè species amatorum vanæ gloriæ designatur, qui se omnibus præferentes, alios quidem de fatuis sensibus, alios de indignis moribus reprehendunt, idest, alios judicant nihil scire, alios non bene vivere. Multa ergo dicturus Eliu: Primo ostendit quare tamdiu tacuerit, ubi & sapientiam, & insipientiam suam manifestat. Sapientiam quidem, quando dicit, se propter minorem ætatem expectasse loquentes, dicens: Junior sum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meam sententiam, &c. Insipientiam vero, ubi spreta annorum multitudine in aliis, seipsum præferens, superbe incipit, dicens: Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus uteri mei, &c. Præmittitur autem verbis Eliu quasi procemium quoddam: Ubi primo ostenditur, quare tacuerunt tres amici Job, eo scilicet quod sibi, ideſt, eis justus videretur, & ideo nolebant amplius infestare. Unde & in fine per orationem, & sacrificia Job reconciliati sunt Deo, quem offenderant injuste Job increpando. Secundo ostenditur, quare Eliu fuerit indignatus contra Job, & contra tres amicos ejus. Dicit igitur auctor, qui quasi quoddam procemium præmittit verbis Eliu: Omiserunt autem. Istud, autem, continuativum est, non adversativum. *a* Tres viri isti] scilicet Eliphaz, Baldad, & Sophar. *b* Respondere Job, eo, &c.] ideſt, eis non Job quasi tumido. *c* Justus videretur.] quia semper duris increpationibus eorum humiliter, & sapienter responderat.

d Et iratus,] est, contra Job.

e Indignatusque est Eliu] contra tres amicos Job, Eliu dico. *f* Filius Barachel] qui fuit pater ejus.

g Buzites] a loco.

h De cognatione Ram:] illius hominis. Quatuor nomina ponit, scilicet proprium nomen Eliu, & nomen patris, & patriæ, & cognationis, quibus nota actionis Eliu satis exprimitur eleganter. Eliu enim interpretatur Deus meus iste: Per quem significatur fides recta arrogantium, qui fidem Dei tenent, sed præcepta ejus non servant. Barachel, interpretatur benedictio Domini. Buzites, contemptibilis. Quod utrumque bene congruis arrogantibus, qui in confessione, & prædicatione fidei, benedictionem Domini recipiunt, sed in elatis moribus eam contemptibilem ostendunt. Ram interpretatur excelsus: Et significat illos, qui hujus mundi infima contemnunt, excelsi mente, & desiderio, quorum conversatio est in cœlis. De quorum cognatione dicitur esse Eliu, quia arrogans prædicator sanctis Patribus fidei veritate sociatur, a quibus elatione vitæ sejungitur.

Phil. 3.

i Iratus est autem] Eliu. *k* Adversus Job, &c.] *Supra* 13. Si fuero judicatus, scio, quod justus inveniar. Et 17. Non peccavi, quod non elatio fuit, sed veritatis confessio. Sicut enim injusti peccant dicendo se esse, quod non sunt; ita aliquando justi peccarent, si tacerent, quod sunt.

l Porro adversus tres amicos ejus indignatus est,] Eliu. *m* Eo quod non invenissent responsionem rationabilem,] contra Job. *n* Sed tantummodo condemnassent Job.] falso arguentes eum, & impium reputantes.

o Igitur Eliu expectavit Job loquentem,] ideſt, tacuit ipso loquente, nihil respondens. *p* Eo quod seniores ipso essent, qui loquebantur.] cum Job, scilicet Eliphas, Baldad, Sophar. In quo non Job, sed amicis ejus reverentiam exhibuit, quia non propter Job, sed, illos tacens expectavit. *q* Cum autem vidisset,] Eliu. *r* Quod tres] amici Job. *s* Respondere non potuissent,] ipsi Job rationabiliter. *t* Iratus est vehementer.] contra Job, & amicos ejus. In quo manifeste repræsentat arrogantes intra Ecclesiam positos, qui ab hæreticis sensuum veritate, & a Catholicis morum pravitate discordant, utrosque despicientes.

u Respondensque Eliu] nullo tamen opponente ei, Sed mos arrogantium est omnibus, quæ audiunt tanquam sibi objectis respondere. Vel forte amici Job loquebantur ei de hoc, quod indignabatur contra eos, & illis respondit. Et ideo bene dicit: Respondensque Eliu filius Barachel Buzites dixit: Junior sum tempore, ideo minus sapiens.

x Vos autem antiquiores.] Et ideo sapientiores deberetis esse, juxta illud: In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. *Supra* 12.

y Idcirco demisso capite] ideſt, inclinato.

z Veritus sum indicare vobis meam scientiam.] vel sententiam. Unde implevit illud mandatum *Lev.* 19. Coram cano capite consurge, & honora personam ejus. *Ecclef.* 6. In multitudine Presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ eorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire. Quia minorum est audire, majorum loqui. Unde *Ecclef.* 32. Loquere tu major natu, decet enim te. *Idem* 34. Vir in multis expertus, cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum; qui non est expertus, pauca recognoscit.

Supra 12.

a Sperabam enim, quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo] ideſt, vos, qui estis multorum annorum, & seniores me.

b Doceret sapientiam.] stultis sapienter respondendo, & inscios benigniter instruendo.

c Sed ut video, spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.] quasi dicat, non a temporis longævitate est sapientiam in homine, sed a Deo, qui dat eam, cui vult, & quando vult. *Joan.* 3. Spiritus, ubi vult, spirat. *Ecclef.* 1. Omnis sapientia a Domino Deo est. Et hoc est, quod sequitur.

d Non sunt longævi sapientes, nec senes tempore intelligunt judicium.] Cani enim sunt sensus homini, & ætas senectutis vita immaculata. *Sapient.* 4. Hæc recte dixit Eliu. Sed quia hanc sapientiam sibi præ ceteris arrogavit, graviter peccavit. Non enim, ut dicitur *Greg.* parva est condemnatio de eo bono, quod communiter datur, private gloriari. Quatuor quippe sunt species tumoris. Prima est, cum homo a se bonum, quod habet, habere æstimat. Contra quos dicitur. 1. *Corinth.* 4. Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Secunda est, cum homo, quod habet, credit datum a Deo, sed suis meritis imputat. Sicut Pharisæus *Lucæ* 18. qui dicebat: Gratias tibi ago, Domine, quia non sum sicut ceteri hominum, &c. Contra quos dicitur 2. *Corinth.* 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Tertia est, cum homo jactat se habere, quod non habet. Contra quos dicitur *Apocal.* 3. Tu dicis, quod dives sum, & nullius egeo; & nescis, quod tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Nudus, charitate, vestimento nuptiali. Cæcus, fide. Pauper, spe æternorum. Miser, & miserabilis, scilicet miseria culpæ & pœnæ, vel duplicis pœnæ, hic & in futuro. Quarta est, cum homo despectis ceteris appetit videri habere aliquid singulariter, de quibus *Ecclef.* 25. Tres species odivit anima mea, pauperem superbum, senem fatuum, divitem mendacem. *Jerem.* 48. Ego scio, ait Dominus, jactantiam ejus, & arrogantiam, & quod non sit juxta eam virtus ejus. In hac specie tumoris, sive arrogantiæ, fuit Eliu, in qua & multi sunt, & in qua Diabolum vicinius imitantur, qui despecta aliorum Angelorum societate, Altissimo similis esse appetiit. A quo vitio Apostolos a prædicatione reversos, de miraculis, quæ fecerant, gratulantes, compescuit Dominus. *Lucæ* 10. dicens: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem, & ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur: Gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.

a Ideo

a Ideo dicam,] aliquid, ex quo non a longævitate temporis est sapientia. *b* Audite me,] loquentem quasi Doctorem. *c* Ostendam vobis, &c.] quasi singularem, & excellentem. *Prov.* 26. Sapientior sibi videtur † piger septem viris loquentibus sententias.

al † stultus.

a Ideo † dicam, *b* audite me, *c* ostendam vobis etiam ego meam † scientiam, d Expectavi enim sermones vestros, *e* audivi prudentiam vestram, *f* donec † disceptaretis *g* sermonibus, *h* & donec *i* putabam vos aliquid dicere, k considerabam. *l* Sed ut video, non est, qui possit *m* arguere Job, & n respondere ex vobis sermonibus ejus. *o* Ne forte dicatis, invenimus sapientiam, *p* Deus projecit eum, & non homo. Nihil *q* locutus est mihi, & *r* ego non secundum sermones vestros respondebo illi. *s* Extimuerunt, *t* nec responderunt ultra, *u* abstuleruntque a se eloquium. Quoniam igitur *x* expectavi, *y* & non sunt locuti, *z* steterunt, nec responderunt ultra, *a* respondebo & ego partem meam, & *b* ostendam scientiam meam. *c* Plenus sum sermonibus, & *d* coarctat me *e* spiritus uteri mei. En *f* venter meus *g* quasi mustum absque spiraculo, quod *h* languunculas novas dirumpit. *i* Loquar, & respirabo paululum; k aperiam labia mea, & *l* respondebo: non *m* accipiam personam viri, & *n* Deum homini non æquabo. *o* Nescio

al † dico.

al † sententiam.

al † sapientiam.

al † disceptaremini.

d Expectavi enim, &c.] quasi aliquid magnum dicturos. Et *e* Audivi] tacitus prudentiam vestram] quasi semorum. *f* Donec disceptaretis, vel disceptaremini] *alia littera*: In *g* Sermonibus vestris, idest, tacui, quandiu fuistis locuti.

C

h Et donec] idest, quandiu.

i Putabam vos aliquid dicere,] quasi sapientes.

k Considerabam.] quod dicebatis. In hoc aperte ostendit Eliu, licet tacuerit, potius tamen studio judicandi, quam voto discendi.

D

l Sed ut video non est in vobis, qui possit] idest sciat.

m Arguere Job] de stultitia, & malitia sua.

n Et respondere ex vobis sermonibus ejus.] quibus refellit vos, & defendit se. ideo ego volo loqui, quod ideo facio:

o Ne forte dicatis, invenimus sapientiam,] hanc scilicet. *p* Deus projecit eum & non homo.] quasi dicat, jam loqui volo, ne dicatis vos sapientes, & Job projectum a Deo, sicut contemptibilem, ob hoc quia non vult recedere a sententia sua, & acquiescere vobis: ita dicunt hæretici videntes Ecclesiam ab omnibus venerari. Deus projecit eam, & non homo, quasi dicat; ideo floret hic Ecclesia in temporalibus, quia æterna non est habitura. Sed mentiuntur, quia sic Ecclesiæ modo gloria terrena datur, ut multiplicius cœlestis sequatur. *Prov.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus, & in sinistra illius divitiæ, & gloria. Item & *Cant.* 2. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

q Nihil locutus est mihi,] Job contra scientiam meam, licet contra vitam. Arrogans enim de superbia se argui non æstimat, quia se humilem putat, quasi dicat, nihil contra me locutus est Job, & tamen ego respondebo ei, sed non sicut vos. Et hoc est:

r Et ego non secundum sermones vestros respondebo illi.] sed melius. Sed arrogantes respondent contra Ecclesiam, sed non sicut hæretici: Non enim contradicunt ei prava prædicando, sed male vivendo: Nec de Deo indigna sentiunt sicut hæretici, sed de se, plusquam necesse est, digna suspicantur. *s* Extimuerunt,] illi tres amici Job. *t* Nec responderunt ultra,] ipsi Job, quia videbant eum justum: Vel non responderunt ipsi Eliu: Aut propter arrogantiam ejus, ut propter magnam sapientiam, quam credebant eum habere. In quo mystice notatur, quod arrogantes Doctores Ecclesiæ, vel prædicatores, quamvis ordinem dicendi non teneant, tamen quandoque hæreticos virtute dictorum perturbant, ut nesciant loqui. Unde sequitur:

u Abstuleruntque a se eloquium.] idest, amplius noluerunt ei loqui, vel ipsi Job.

x Quoniam igitur expectavi,] cum silentio.

y Et non sunt locuti,] illi tres amici Job.

z Steterunt, nec responderunt ultra,] auditis verbis Eliu.

a Respondeo & ego partem meam.] quasi dicat, vos respondistis Job, quilibet partem suam: Respondebo & ego ei partem meam. Partem quidem suam dicit omnis arrogans, scientiam suam plus velle ostendere, quam habere. Unde sequitur: *b* Ostendam scientiam meam.] In quo aperte ostendit arrogantiam suam, magis quærens gloriam suam, quam profectum audientium. Sapientes enim eousque solent etiam loqui, quousque adversariis Ecclesiæ silentium imponant, quia non quærunt se ostentare, sed prava docentes compescere. Sed Eliu jam illis silentibus, adhuc verba multiplicat. Contra tales dicitur *Prov.* 25. Sicut urbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Item *Num.* 19. Vas, quod non habuerit operculum, vel ligaturam desuper, immundum erit. Operculum, vel ligatura, est censura disciplinæ, ut dicit *Greg.* quia non premitur, immundus reputabitur.

c Plenus sum sermonibus,] idest vento inanis gloriæ, & rivulis, per quos sermo ostentationis erumpit.

d Et coarctat me] ad loquendum. *e* Spiritus uteri mei.] idest ventus elationis cordis mei. Vel, Spiritus uteri mei,] idest, fervor charitatis, quo se mentitur Eliu inflammari, & coarctari ad loquendum propter utilitatem audientium. Sæpe enim arrogans videns aliquem sapientem magna loqui, & inde honorari, ejus locutionem imitatur, sed non intentionem. Sapiens vero cum se non audiri videt, sibi silentium imponit, juxta illud *Eccl.* 32. Ubi non est auditus, non effundas sermonem. Sed quia tunc iniquorum facinora crescunt, ideo cogente charitate iterum in locutionem erumpunt. Unde Jeremias cum dixisset: Non loquar ultra in nomine ejus. *Jerem.* 20 illico adduxit: Et factus est in corde meo quasi ignis æstuans, claususque in ossibus meis, & defeci, ferre non sustinens, quin loquerer. Sic Eliu anxietate vanæ gloriæ exagitatus, quasi zelus charitatis inflammaret eum ad loquendum, subdit: *f* En venter meus] idest sinus cordis mei. *g* Quasi mustum absque spiraculo,] quasi dicat, sicut mustum æstuans dolio contineri non potest, quod non habet spiraculum, quin rumpatur dolium. Sic ego repletus ardore charitatis tacere non possum, sed creparem, si tacerem: Contra tales dicitur *Ecclef.* 19. Audisti verbum adversus proximum tuum, commoriatur in te fidens, quod non te dirumpit. Item *ibid.* A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Item *ibid.* Sagitta infixa fæmori canis, sic verbum in corde stulti. Canis enim non cessat, donec sagittam evulserit, sicut stultus non quiescit, donec verbum protulerit. Hoc est, quod dicitur *Prov.* 29. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt, & reservat in posterum. Dicit ergo Eliu, simulans se ex charitate velle loqui: Et venter meus, idest mens mea, est quasi mustum absque spiraculo, idest sicut dolium plenum musto.

h Quod lagunculas novas dirumpit.] Multo fortius veteres. Moraliter: Mustum est ardor Spiritus sancti, qui, quos inebriat, loquaces facit. Unde hoc musto ebrii fuerunt Apostoli, cum Senatoribus præcipientibus, ne loquerentur amplius in nomine JESU, dixerunt: Si justum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum, vosipsi judicate. Non enim possumus, quæ vidimus, & audivimus, non eloqui. Per langunculas, infirmæ mentes hominum accipiuntur. Lagunculas novas mustum dirumpit, quia fervor Spiritus sancti spiritualia corda transcendit: nec solum veteri, sed etiam nova vita vix capitur, ut dicit *Greg.* Unde *Luc.* 5. Nemo mittit vinum novum in utres veteres, alioquin rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt.

Moraliter.

Act. 4.

i Loquar, & respirabo paululum,] quasi dicat, quia ita plenus sum, oportet me loqui. Et sic respirabo paululum, non plene, quia non possem totum dicere, quod habeo in corde. Et bene dicit, respirabo, quia sicut labor est, justorum mala videre, & non corrigere, ut patet 1 *Mac.* 6. ita gravis labor est arrogantium, quod non sapiunt, ostendere.

k Aperiam labia mea,] quasi magna dicturus. Apertio enim oris signum est dicendi magna, sicut dicit *Gloss.* super illud: Et aperiens os suum, &c. *Matt.* 5.

l Et respondebo] Job:

m Non accipiam personam viri,] idest Job, parcendo ei propter justitiam suam, aut despiciendo, & irridendo propter miseriam, sic fecerunt Eliphaz, & Baldad, & Sophar, quasi dicat, juste loquar.

n Et Deum, &c.] dicendo hominem justum, & Deum injustum. Sicut dixit Job secundum opinionem Eliu, *sup.* 19. quando dixit: Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo judicio afflixerit me. *Item* 16. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ. Et merito non æquabo Deum homini. *o* Nescio enim quamdiu subsistam] in hac vita Et nescio, si post modicum tollat me] de hac vita. Factor meus, idest Deus, qui est factor homini quoad corpus, Creator quoad animam. Vel sic Deum hominis non æquabo, dicendo hominem sapientem, quia omnis homo ignorans est, quod patet: Nescio enim] ego, qui talis, & tantus

tus

tos sum. [Quamdiu subsistam,] in hac vita. [Etsi post modicum tempus tollat me] de mundo. [Factor meus] Deus scilicet. Huic expositioni videtur consentire *Greg.* qui dicit super locum istum in *Moral.* Recta consideratio, quod Deum homini idcirco non æquat, quia quandiu hic subsistat, vel quando ad Dei judicium tollatur, ignorat. Et bene ait post modicum, quia quantumlibet fuerit longum tempus vitæ præsentis, eo ipso breve est, quo permanens non est. Neque enim dignum est, ut diuturnum judicetur, quicquid fine conscribitur.

A

enim, quandiu subsistam, etsi post modicum tollat me factor meus.

C A P. XXXIII.

AUdi igitur *a* Job eloquia mea, *b* & omnes sermones meos ausculta. *c* Ecce aperui os meum, *d* loquatur lingua mea in faucibus meis, Simplici *e* corde meo sermones mei, *f* & sententiam puram labia mea loquentur. Spiritus *g* Dei fecit me, & *h* spiraculum Omnipotentis *i* vivificavit me. Si *k* potes, responde mihi, & adversus faciem meam consiste. *l* Ecce & me, sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque *m* formatus sum, *n* Veruntamen miraculum meum *o* non terreat, & † eloquentia mea non sit tibi † gravis. Dixisti *p* ergo in *q* auribus meis, & *r* vocem verborum audivi; *ſ* Mundus sum ego, & *t* absque delicto immaculatus, & *u* non est iniquitas in me. *x* Quia querelas in *y* me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. *z* Posuit in nervo pedes meos, *a* custodivit omnes semitas meas. *b* Hoc est ergo, in quo non es justificatus.

al. † eloquia. al. † gravia.

B

EXPOSITIO CAP. XXXIII.

AUdi igitur, &c.] Sicut dicit *Gr.* Hoc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant proferre, quod docent; & recta quæ sapiunt, recte ministrare non possunt, quia non consulendo, sed quasi dominando loquuntur. Unde illis dicitur *Ezech.* 34. Quod perierat, non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis, & cum potentia. Ubi *Greg.* Cum austeritate, & potentia imperant, qui subditos suos non tranquille, sed aspere inflectere conantur. E converso Sancti, humilitatem, quæ magistra est omnium, materque virtutum & loquendo, & vivendo nituntur ostendere. Unde *Paul.* Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos. 1. *Thess.* 2. Hoc autem quod ait discipulo suo: Argue cum omni imperio: *Tit.* 2. non dominationem potentiæ, sed auctoritatem suadet vitæ, ut dicit *Greg.* Cum omni quippe imperio docetur, quod prius agitur, quam dicatur. Nam doctrinæ subtrahit fiduciam, quando conscientia præpedit linguam. Unde & de Domino scriptum est, *Matth.* 7. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut Scribæ, & Pharisæi. Super quo verbo *Greg.* dicit *in Moralib.* Solus ex potestate locutus est, qui ex infirmitate mala non commisit. Nos autem infirmi, cum de Deo hominibus loquimur, prius debemus meminisse quid sumus, quia aut tales sumus, vel fuimus, vel certe esse potuimus, quales sunt, quos corrigimus, ut cum nos cognoscimus, temperantius corde humili alios corrigamus. Quod si tales nec sumus, nec fuimus, ne de innocentia in pejus superbiendo ruamus, bona eorum, quos corrigimus, si qua habent, ante oculos nostros revocemus. Quæ si omnino nulla sunt, ad occulta judicia Dei recurramus, quia sicut nos bonum, quod habemus, gratis accepimus, ita ipsi per eamdem gratiam bona nostra possunt prævenire. Quis enim crederet, Paulum per Apostolatus gratiam, Stephanum lapidatum propter Dominum, præcessurum? His ergo cogitationibus prius debet cor humiliari, & tunc demum poterit iniquitatem delinquentium increpare. Hunc eruditionis modum ignoravit Eliu, qui beatum Job se audire admonuit, os suum se aperuisse prohibuit, linguam suam in faucibus suis loqui permisit. Quibus verbis expresse arrogantes signat, qui in faucibus suis loqui dicuntur, quando non hæreticos, sed alios Catholicos quasi juxta se positos increpant. Dicit ergo: [Audi igitur Job eloquia mea.] Igitur hic est ornativum, sicut: Igitur sanctus Martinus. Vel illativum, sic: Aperiam labia mea, & respondebo, non accipiam personam viri. [Audi igitur Job eloquentia mea] quasi singulariter dicta.

Sup. 32.

b Et omnes sermones meos] non quosdam tantum, quasi dicat, omnes sunt boni, & audiendi.

c Ecce aperui os meum,] magna dicturus.

d Loquatur lingua mea in faucibus meis.] idest sine clamore, quasi dicat, quæ contra te prudentes sentio, hæc silenter narro, juxta documentum Domini. *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Sed sciendum, quod arrogantes aliquando arrogantiam se fugere simulant, & private singulis, quasi silenter loquuntur, ut sicut de sensu intelligentiæ, ita & de contemptu arrogantiæ apud homines glorientur. Aliquando autem ita impudentes sunt, ut aliis tacentibus laudent, quod dicunt. Contra illud *Prov.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum, extraneus, & non labia tua. Unde subdit Eliu:

e Simplici corde meo sermones mei,] supple, procedunt. *f* Et sententiam puram labia mea] sine falsitatis admixtione loquentur. *Greg.* Magnæ virtutis laus est simplicitas locutionis, quam arrogantes se habere simulant, ut securius audiantur, & pure se loqui asserunt, quia duplicitatem suam deprehendi formidant, & vera falsis admiscent, ut eis citius credatur. De quibus dicitur *Prov.* 26. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde ipsius. Item *in eodem paulum ante*: Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa pervenitur usque ad intima ventris. *Eccl.* 19. Est, qui nequiter se humiliat, & interiora ejus plena sunt dolo.

Sap. 13.

g Spiritus Dei fecit me,] idest, Deus qui est spiritus: Ecce sententia. *h* Et spiraculum Omnipotentis] idest, anima inspirata ab Omnipotente.

i Vivificavit me.] Unde *Gen.* 2. Formavit Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. *k* Si potes, responde mihi, & adversus faciem meam consiste.] quasi dicat, non poteris. Proprium est enim arrogantium, locutionem suam admirando prævenire, & antequam dicant mira se dicere æstimant, quod facit elatio sensus. *l* Ecce & me, sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque] quantum ad corpus. *m* Formatus sum.] *Jerem.* 18. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel.

n Veruntamen miraculum meum] idest mirabilis sapientia mea. *o* Non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi gravis.] si non potes respondere. *Greg.* Quid est hoc, quod Eliu beato Job, & conditum se æquat, & statim præponendo exaltat, nisi quod arrogantes aliis hominibus per naturæ conditionem se æquant, sed per tumorem scientiæ se superponunt, æquales se judicant extitisse nascendo, sed non æquales remansisse vivendo.

p Dixisti ergo] Expletivum est illud ergo

q In auribus meis,] idest me audiente.

r Et vocem verborum audivi:] Hæc inquam dixisti.

ſ Mundus sum ego,] sine macula cogitationis perversæ.

t Et absque delicto immaculatus,] idest, sine peccato omissionis. *u* Et non est iniquitas in me.] idest peccatum transgressionis. Sed *x* Quia, querelas] idest occasiones. *y* In me reperit,] Deus, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Et dixisti: *z* Posuit in nervo pedes meos,] idest forti sententia suæ districtionis me ligavit.

a Custodivit omnes semitas meas.] idest, singulas cogitationes meas subtiliter judicavit. *b* Hoc est ergo, in quo non es justificatus.] quasi dicat, quia hæc dixisti, ideo justus non es. Sed sciendum, quod Job hæc dixerat, & veraciter, mundum quidem, & absque peccato immaculatum, & sine iniquitate se dixit: *Supra* 13. Si fuero judicatus, scio, quod justus inveniar. *Item* 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Et hoc verum fuit, quia Dominus loquens ad diabolum, de hoc sibi fecit testimonium. Commovisti, inquit, me adversus eum, ut affligerem eum frustra, *supr.* 2. Quod autem hic sequitur: Querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Hoc non legitur dixisse Job, sed Eliu dum austere studuit increpare, quæ dixit Job, adjunxit, quæ non dixit, ut docte arguere videretur. Vel forte hoc sumpsit Eliu, *supr.* 7. ubi dixit Job ad Dominum: Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis? *Item* 19. Iratus est contra me furor ejus, & sic me habuit quasi hostem suum. Sciendum autem est, quod non est homo, in quo aliqua querela non possit inveniri. Unde *Prov.* 20. Quis potest dicere: mundum est cor meum, purus sum a peccato? quasi dicat, nullus. *Eccl.* 7. Non est homo justus in terra, qui faciat

bonum

bonum, & non peccet. Item pedem suum positum in nervo dixerat Job, *sup* 13. Sed Eliu credidit, quod falso dixisset, nesciens flagellis meritum augeri, non vitium deleri. Unde Job vere hoc dixerat. Et ita patet, quod Eliu non eo modo objicit ei, quo ipse dixit.

a Respondebo tibi, quin major sit Deus homine. *b* Adversus eum *c* contendis, quod non *d* ad omnia verba *e* responderit tibi? *f* Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit, *g* Per somnium *h* in visione nocturna, quando *i* irruit sopor super homines, & *k* dormiunt in lectulo: *l* Tunc *m* aperit *n* aures *o* virorum, & *p* erudiens eos *q* instruit disciplina, ut *r* avertat *s* hominera *t* ab his, quæ fecit, & *u* liberet eum de superbia: *x* eruens animam ejus *y* a corruptione, *z* & vitam illius, ut non *a* transeat in gladium. *b* Increpat quoque per *c* dolorem in *d* lectulo, & *e* omnia ossa ejus

a Respondebo tibi, &c.] quasi dicat, hoc dixisti: Sed ego respondebo tibi, quod major sit Deus homine. Et ideo debes præsumere, quod nihil injuste agit contra te, quasi dicat, quia major est Deus homine; ideo cum flagellatur homo a Deo, debet credere justum esse, quod patitur a meliore se, etiamsi causas justitiæ ignoret. Tu autem *b* Adversus eum] scilicet Deum. *c* Contendis,] conquerendo, & murmurando.

d Quod non ad omnia verba] tua.

e Responderit tibi.] private per se, vel per Angelos. Sed afflictorum est proprium velle sibi divinitus responderi, cur ita, vel non ita sit, ut responsionis divinæ cognita ratione aliquantulum conquiescant. Sed Eliu prævidens, quod Deus Sacram Scripturam conderet, in qua omnium communiter privatis, vel publicis, vel occultis quæstionibus responderet, adjunxit:

f Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit.] quasi dicat Deus singulorum quæstionibus privatis vocibus non respondet, sed tale construit eloquium, per quod satis facit omnium quæstionibus. In sacra enim Scriptura si causas nostras requirimus, singuli invenimus ibi, quod omnibus communiter respondetur. Unde non oportet, ut in omni tentatione quilibet quærat sibi specialiter responderi divina voce. Ibi enim vita præcedentium, est forma sequentium. Verbi gratia, quando aliquis molestia carnis afficitur, si velit scire causas molestiæ; recurrat ergo ad sacram Scripturam, nec quærat sibi specialiter responderi. Ibi inveniet, quod Paulo infirmitate carnis tentato, & petenti liberari, dictum est; Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur. 2. *Cor.* 12. Idem ergo dicitur cuilibet sic tentato. Unde *Marc.* 13. Quod vobis dico, omnibus dico. Non ergo oportet, quod Deus singulorum cogitationibus, vel tentationibus privatim per Prophetas, vel per Angelos satisfaciat, quia quicquid potest singulis evenire, in sacra Scriptura comprehensum est semel. Ibi erudimur de singulis, quæ nobis eveniunt, per ea, quæ prioribus acciderunt. Unde *Rom.* 15. Quæcumque scripta sunt. Hinc est, quod diviti roganti Abraham, ut mitteret ad fratres suos unum ex mortuis, dictum est: Habent Moysen, & Prophetas, audiant illos, *Luc.* 16. Hinc est, quod *Hier.* dicit ad *Damasum Papam*, quod sola Biblia adjutus, sufficiebat ad omnem consultationem respondere. Bene ergo dicit Eliu: Semel Deus loquitur, & secundo idipsum non repetit. Vel loqui Dei, est verbum genuisse. Et hoc semel, quia unicum Filium habet Pater. Cujus nativitatem admirari, est videre aliquomodo, sicut clausus oculus sentit lucem. Sed quia hæc admiratio occupatis in terra non facile conceditur, quomodo fiat ad nos locutio Dei, aperit Eliu, dicens: *g* Per somnium, &c.] idest, cum a tumultuosa hujus mundi concupiscentia intra mentis cubile segregamur. In somno enim exteriores sensus dormiunt, & interiora cernuntur. Et quanto ab exteriori cura mens sopitur, tanto plenius mandatorum Dei pondus agnoscitur. Unde *Greg.* Quid est, quod per somnium nobis locutio divinitatis innotescit, nisi quod Dei secreta non cognoscimus, si in terrenis desideriis vigilemus. Unde Moyses in Ægypto positus, vocem Dei non audivit, nec visionem vidit. Sed extincto Ægyptio, & in desertum fugiens, ibique longo tempore degens, & visionem vidit, & divinam vocem audivit. Hinc est etiam, quod legem suscepturus, solus in montem ductus est. *Exod.* 19. Idem etiam Moyses, relicto populo, crebro ad tabernaculum redit, ibique secreto Dominum de dubiis consulit, & quid certius decernat, agnoscit: *Exod.* 33. Super quo dicit *Greg.* Relictis turbis redire ad tabernaculum, est, postpositis exteriorum tumultibus, secretum mentis intrare. Ibi enim Dominus consulitur, & quod foris agendum est publice, intus silenter auditur. Hoc quotidie boni rectores faciunt, cum de aliquo dubitant, ad secretum mentis velut ad quoddam tabernaculum fugiunt, ibique divina lege prospecta, quasi coram Domino consulunt, & quod prius intus tacentes audiunt, hoc postmodum foris agentes innotescunt. Hinc est, quod sponsa dicit *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Ac si diceret, dum exterioribus sensibus a curis hujus vitæ sopio, vacanti mente vivacius interna cognosco. Quanto enim quis exteriora non sentit, tanto solicitius interiora apprehendit. Bene ergo dicit Eliu, quod Deus nobis loquitur per somnium, idest, cum mentem ab exteriori cura subtrahimus. Sed quia nec sic secreta Dei intelligere, seu videre nisi sub quibusdam imaginationibus possumus, secundum quod dicitur 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, recte subdit:

h In visione nocturna,] idest intelligentia tenui, & obscura, qualis potest esse in hac mortali vita, quia corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem: *Sap.* 9. Hac caligine sensit se premi *Isai.* 26. cum dicebat: Anima mea desideravit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te, quasi dicat, in hac nocte præsentis vitæ te desidero videre, sed non possum, quia nubilo infirmitatis circumscribot; videbo autem expulsis tenebris hujus vitæ, & mane gloria lucescente. Unde *Psal.* 5. Mane astabo tibi, & videbo, &c. *i* Quando irruit sopor super homines,] idest quando cessant homines ab exteriori solicitudine. *k* Et dormiunt in lectulo.] idest in secreto mentis cubiculo requiescunt. *l* Tunc] in quiete scilicet puræ conscientiæ, & mentis solitariæ. *m* Aperit] Deus.

n Aures] idest intelligentiam.

o Virorum,] qui viriliter a terrenis se abstrahunt, & cœlestibus intendunt. Tunc enim percipitur vera sapientia. Unde & Joannes in Pathmos insula Apocalypsim vidit, *Apoc.* 1. *Eccl.* 38. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, percipiet sapientiam. *p* Et erudient eos] interius, aperiendo aures intelligentiæ.

q Instruit disciplina,] idest compunctione mentis, quæ fiunt quatuor, ut dicit *Greg.* scilicet memoria peccatorum, dum attendit homo, ubi fuerit. Unde Paulus 1. *Cor.* 15. Ego sum minimus Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Item timor judicii, dum prævidet homo, ubi erit, nisi bene vixerit. Unde Paulus 1. *Cor.* 9. Castigo corpus meum, &c. Item mœror præsentis miseriæ, dum videt homo, ubi est. Unde Paulus *Rom.* 7 Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis? Item desiderium patriæ, dum considerat homo ubi non est. Unde *Psal.* 119 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. *Rom.* 8. Scimus, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes. Hi sunt venti, de quibus *Ezech.* 37. Hæc dicit Dominus Deus, a quatuor ventis, veni spiritus, & insuffla super interfectos, & reviviscant.

r Ut avertat] disciplina, vel Dominus per disciplinam.

s Hominem] non diabolum obstinatum.

t Ab his, quæ fecit,] idest a peccatis. Nihil enim facit homo proprie per se, nisi peccatum, cujus initium est superbia, *Eccl.* 10. Unde sequitur:

u Et liberet eum de superbia] quæ prima est in recessu a Deo, sed ultima recedit in reditu ad Deum.

x Eruens animam ejus] idest hominis.

y A corruptione,] vitiorum, per gratiam in præsenti, tandem a corruptione mortalitatis per gloriam.

z Et eruens vitam illius,] idest illum vivum in corpore, & in anima.

a Non transeat in gladium.] damnationis, idest in pœnam æternam. De quo *sup.* 19. Fugite a facie gladii, quoniam ultor est iniquitatum gladius.

b Increpat quoque] Dominus.

c Per dolorem] idest stimulis tentationis, vel flagelli afflictione conturbat hominem quiescentem.

d In lectulo,] idest, in requie præsentis vitæ, ut multis laboribus fatigatus hic, alibi quærat requiem. *Greg.* Electis suis Dominus hujus mundi iter asperum facit, ne dum quis vitæ præsentis requie, quasi viæ amœnitate pascitur, magis eum diu pergere, quam citius pervenire delectet.

e Et omnia] idest omnes virtutes, quibus quasi quibusdam ossibus corporis totius animæ machina sustentatur.

a marcescere facit. *b* Abominabilis ei fit in vita sua panis, & *c* animæ illius cibus *d* ante desiderabilis. *e* Tabescet caro ejus, & *f* ossa, quæ tecta fuerant, nudabuntur. *g* Appropinquabit corruptioni anima ejus, *h* & vita illius *i* mortiferis. Si *k* fuerit pro eo *l* Angelus *m* loquens † unum de † similibus, *n* ut annunciet hominis æquitatem, *o* miserebitur *p* ejus, *q* & dicet: *r* Libera eum, ut *s* non descendat in corruptionem: *t* Inveni, in quo ei *u* propitier. *x* Consumpta est caro ejus

al. † unus. al. † millibus.

a Marcescere facit.] Dominus, quia tentatione pulsante, cognito infirmitatis suæ tedio, humiliatur. Unde 2. *Cor.* 12. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Et bene dicit: Marcescere facit, quia dum anima alicujus boni sibi conscia, virtutes suas ad memoriam revocat, quadam delectatione pascitur, quasi gratulatione propriæ plenitudinis impinguata. Sed dum tentatione interrogante propria infirmitas cognoscitur, omnis pinguis virium nostrarum gratulatio mœrore siccatur. Et qui nos alicujus momenti, bona nostra pensando, putavimus, pulsati statim nos perituros formidamus. Tunc omne gaudium bonorum nostrorum vertitur in pavorem pœnarum. Tunc iniquos nos esse deprehendimus, qui nos sanctos paulo ante credebamus. Tunc tabescit mens, stupent oculi, omne quod prius prosperum arridebat, evanescit. Lux ipsa fastidio est, solæ se in animo tenebræ mœroris effundunt, nihil quod delectet aspicitur, triste est quicquid occurrit. Unde etiam aperte subditur: *b* Abominabilis ei fit in vita sua panis,] idest jucunditas præsentis prosperitatis, quæ prius dulce sapiebat, per vim tentationis marcescit.

c Et animæ illius cibus] idest gaudium temporale.

d Ante desiderabilis.] fit abominabilis, quia cum alicui præsens prosperitas arridet, hilarescit. Sed tentatione pulsante, hoc gaudium ab eo respuitur, quod fit divina dispensatione, ut nostræ infirmitatis tempore tentationis recolamus, cujus tempore prosperitatis oblitieramus. Tunc cognoscit homo, qualis ea se, & qualis ex Deo sit. Unde *Isai.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditoi. *Psal.* 17. Disciplina tua ipse me docebit. *Eccl.* 31. Infirmitas gravis sobriam facit animam. Ad idem facit, quod legitur *Prov* 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Item *Prov.* 20. Livor vulneris abstergет mala, & plagæ in secretioribus ventris. Ubi dicit *Greg.* quod per livorem disciplina corporeæ persecutionis accipitur. Per plagas, ventris dolor interioris compunctionis, quorum utrumque peccatum fugat. Interest autem inter hæc, quia plagæ percussionis dolent, lamenta compunctionis sapiunt. Illæ affligentes cruciant, ista reficiunt, dum affligunt. Per illas in afflictione mœror est, per hæc in mœrore lætitia. Notandum autem, quod in sacra Scriptura, nomine panis, aliquando ipse Dominus, aliquando spiritualis divinæ doctrinæ eruditio, aliquando hæreticorum prædicatio, aliquando subsidium vitæ præsentis, aliquando jucunditas humanæ delectationis accipitur. Verbi gratia: Nomine panis, Christus intelligitur. *Joan.* 6. Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi. Item spiritualis gratia. *Isai.* 33. Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, idest, peccatis carnalibus assensum non præbet, & claudit oculos suos, ne videat malum, idest, quod adversum est rectitudini, non approbat, iste in excelsis habitat, modo spe, tandem re; munimenta saxorum, idest, exempla Sanctorum, sublimitas ejus, panis ei datus est, idest, gratia spiritualis, aquæ ejus fideles, idest doctrina spiritualis hominis bona, & vera est. Item per panem, divinæ doctrinæ eruditio designatur. *Isai.* 21. Qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti, idest, illi, qui in Ecclesia spiritu sapientiæ jam pleni sunt, eum, qui mala sua evadere nititur, eruditionis colloquio consolentur. *Greg.* Fugienti cum panibus occurrere, est metuenti æterna supplicia doctrinæ sacræ pabulum offerre. Item nomine panis, hæreticorum prædicatio accipitur. *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores sunt, & panis absconditus suavior. *Alia translatio* habet: Panes occultos libenter edite, quia miseris cordibus verba hæreticorum occulta, eo magis sapiunt, quo cum aliis communiter non habentur. Item per panem subsidium vitæ præsentis accipitur. *Joan.* 5. Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia ex panibus manducastis, & saturati estis. Ubi dicit *Greg. non super Joannem, sed in moralibus, super illa verba Job*; Dominus illos intra sanctam Ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines Domino propinquantes, non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitæ præsentis exquirunt, nec cogitant, quid videndo imitari debeant, sed quæ compendia percipiendo satientur. Item per panem jucunditas humanæ delectationis accipitur. *Thren.* 1. Omnis populus gemens, & quærens panem; dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Ubi *Greg.* Gemens populus quærit panem, cum prava hominum multitudo affligitur, eo quod non ad votum de præsentis vitæ jucunditate satiatur. Sed & pretiosa quæque pro cibo dat, quia virtutes mentis in appetitum transitoriæ delectationis inclinat. Et refocillare animam nititur, quia suis pravis desideriis satisfacere conatur. Item de hoc pane dicitur *Prov* 6. Pretium scorti vix unius panis. Item *Eccl.* 23. Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem. Sequitur.

e Tabescet caro ejus,] idest, carnalis delectatio flagellis extenuatur.

f Et ossa, quæ tecta fuerant, nudabuntur.] idest, virtutes, quæ prius latuerant, per flagella patescunt. Nemo enim quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit, *Eccl.* 27. Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis. Est autem duplex tentatio: Quædam per vitia, quædam per flagella. Unde *Greg.* In hac vita dum sumus, aliquando flagellis atteri, aliquando tentari vitiis necesse est. Sive enim in laboribus flagellorum, sive in certamine vitiorum sudemus, non solum nobis nostra infirmitas innotescit, sed etiam quantum in virtute profecerimus, agnoscimus. Nemo quippe vires suas in pace cognoscit. Et improvidus miles est, qui fortem se in pace gloriatur. Vitia dum nos tentant, proficientes in nobis virtutes humiliant; flagella, dum tentant, surgentes in corde hujus mundi voluptates eradicant. Per tentantia vitia, quid de nobis; per ferientia flagella, quid de hoc mundo sentiamus, cognoscimus. Per illa restringimur, ne intrinsecus extollamur, per ista comprimimur, ne quid extrinsecus appetamus.

g Appropinquabit corruptioni anima ejus,] idest, hominis sic tentati, idest flagellis attritus, & tentationibus pulsatus, ex suis viribus se proximum perditioni non ignorabit.

h Et vita illius] idest ipse vivens.

i Mortiferis.] idest peccatis mortem ferentibus, & inferentibus. *k* Si fuerit, &c.] Descripta humani generis pestilentia generali, subdit Eliu remedium medicinæ de Christi nativitate, dicens: [Si fuerit pro eo,] idest, pro homine generali.

l Angelus] magni consilii.

m Loquens unum de similibus,] idest, interpellans patrem per unum, in quo nobis similis fuit, idest veritatem humanæ naturæ. Per hoc enim pro nobis patri loquitur, ut dicit *Greg.* per quod semetipsum similem nobis ostendit. Loqui quippe Christi, vel interpellare, est seipsum pro hominibus hominem demonstrare. Est ergo sensus: (Si fuerit; &c.) idest, si filius Dei se hominem patri pro hominibus demonstraverit.

n Ut annunciet hominis æquitatem,] idest formam servi accipiat, in qua se hominibus æqualem ostendat, & homo æquus ante Deum appareat: De qua æquitate, dictum est *sup.* 23. Proponat æquitatem contra me. Et si fiat,

o Miserebitur] Deus pater.

p Ejus,] idest hominis.

q Et dicet:] Deus pater filio. *r* Libera eum,] idest hominem a peccato. Vel sic: (Et dicet,] patri filius. [Libera eum,] me mittendo, idest liberum fac a servitute peccati. De qua libertate dicitur *Joan.* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Filium vero dicere patri: Libera hominem, nihil aliud est, ut dicit *Greg.* quam naturam assumendo liberam demonstrare. Ex ea quippe carne, quam assumpsit, etiam hanc ostendit liberam quam redemit.

s Ut non descendat homo in corruptionem.] culpæ, vel pœnæ æternæ. De qua *supr.* dicitur: Appropinquabit corruptioni anima ejus. Justum enim est, ut qui se corruptioni proximum confitetur humiliter, ab eadem liberetur misericorditer. Sed quia nullus erat, cujus meritis posset homo liberari, ideo unigenitus patris, formam servi accipiens, justus omnino apparuit pro peccatoribus intercedens. Unde loquens ad Patrem, dicit: *Philip.* 2.

t Inveni, in quo ei] idest homini.

u Propitier.] quasi dicat: quia nemo coram Deo sufficiens intercessor apparuit ad propitiandum peccatoribus, me hominem feci, infirmitatem ejus suscipiens. Et sic justum, scilicet me hominem, in quo propitier, inveni, 1. *Joannis* 2. Ipse filius est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed & pro totius mundi, *x* Consumpta est caro ejus] idest, hominis.

hominis. *a* A ſuppliciis,] ideſt carnis infirmitatibus. In carne quidem gemitum, cruciatum, interitum patimur, quod juſto judicio Dei fit, ut non aliunde ſit cenſura ſupplicii, niſi unde fuerit cauſa peccati. Adam enim per carnem peccavat, ut dicit *Greg.* & ideo tota ejus ſucceſſio, ſub carnis afflictione gemit.

> *a* a ſuppliciis, *b* revertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. *c* Deprecabitur Deum, & *d* placabilis ei erit, & *e* videbit *f* faciem ejus in *g* jubilo, & reddet *h* homini juſtitiam ſuam, *i* Reſpiciet *k* homines, & *l* dicet: Peccavi, & *m* vere deliqui, & ut *n* eram dignus non recepi, *o* Liberavit animam ſuam, *p* ne pergeret in interitum, *q* ſed vivens *r* lucem videret. *ſ* Ecce hæc omnia *t* operatur Deus tribus vicibus per ſingulos

b Revertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.] Dicit Angelus loquens pro homine redempto, quaſi dicat, homo per peccatum in quadam vetuſtatis ſenectute dejectus [ſed revertatur,] modo ex quo redemptus eſt, ad [dies adoleſcentiæ ſuæ,] ideſt prioris vitæ integritate renovetur, ut non in eo ſtatu remaneat, in quo lapſus eſt, ſed ad id redemptus revertatur, ad quod percipiendum conditus eſt. Ponitur autem hic adoleſcentia, pro novitate vitæ, more ſcripturæ. Unde venienti ſponſo dicitur *Cant.* 1. Adoleſcentulæ dilexerunt te, ideſt electorum animæ gratia baptiſmatis renovatæ. Item *Thren.* 3. Bonum eſt viro, cum portaverit jugum Domini ab adoleſcentia, ideſt a novitate vitæ, quam ſuſcepit in baptiſmo, vel pœnitentiam. Item *Eccl.* 11. Lætare juvenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus juventutis tuæ, quaſi dicat, quiſque fortis gaudeat in renovatione ſua, ideſt, lætitiam ſuam, non in vitæ veteris voluptate, ſed in converſatione novæ conſtituat. Quia vero redemptoris interpellatio facta ad patrem pro homine, fiduciam orandi præſtitit, recte ſequitur: *c* Deprecabitur Deum,] ſcilicet, *d* Et placabilis erit ei,] Deus homini. Congrue autem Eliu prius Angelum, poſtulare pro homine dicit, poſtea hominem deprecari, quia niſi incarnationis ejus præceſſiſſet oratio, nunquam humana infirmitas ſe erexiſſet ad petenda æterna. Sed quia filius exauditus eſt pro ſua reverentia, ut dicitur *Hebr.* 5. Ideo homo fiducialiter petit æterna. Unde *Eccl.* 2. Reſpicite filii nationes hominum, & ſcitote, quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. Quis permanſit in mandatis ejus, & derelictus eſt? Aut quis invocavit illum, & deſpexit eum? Quid autem fiat homini poſt tentationem, & laborum amaritudines, & orationum inſtantiam, ſubdit: *e* Et videbit] homo, ſcilicet poſt tentationem, & orationem. *f* Faciem ejus] ideſt Dei in præſenti viſione ænigmatica, in futuro vero viſione aperta. Unde 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Quomodo autem videbit homo faciem Dei, ſubdit. *g* In jubilo,] ideſt in cordis gaudio. Jubilus enim eſt, ut dicit *Greg.* ineffabile mentis gaudium, quod nec abſcondi poteſt, nec ſermonibus aperiri, & tamen quibuſdam motibus proditur, quamvis nullis proprietatibus exprimatur. Unde *Pſal.* 88. Intuens electorum animas tantum gaudium mente concipere, quantum non valet aperire ſermone, ait: Beatus populus, qui ſcit jubilationem: Non dicit, qui loquitur, ſed qui ſcit, quia ſciri intellectu poteſt jubilatio, ſed dictu exprimi non poteſt. *g* Et reddet] Deus. *h* Homini juſtitiam ſuam.] per quam Deo inhæreat per amorem, quoad ſecundam partem juſtitiæ, & minacem ſententiam timeat. Et nota, quod dicitur: [Reddet homini juſtitiam ſuam.] non eam, quam ex ſe habuit, ſed quam conditus, cum non haberet, accepit, & in qua perſeverare noluit; unde & Dei dicitur juſtitia, & hominis, ſed Dei ex munere, hominis ex acceptione: Igitur illam reddet Deus homini juſtitiam, quam per peccatum amiſit. Et recte poſt gratiam contemplationis ponit Eliu juſtitiam operationis, quia unuſquiſque tanto melius contemplatur, quanto magis a terrena actione corrigitur. *i* Reſpiciet,] homo accepta juſtitia. *k* Homines.] juſtos, quorum exempla conſiderans, ſe peccatorem fatetur eorum comparatione. Unde ſequitur:

l Et dicet: Peccavi,] mala perpetrando. *m* Et vere deliqui,] bona debita omittendo. *n* Et ut eram dignus non recepi.] ideſt minus, quam merui, flagellatus ſui. Hic dicit *Greg.* Peccatores nos in tranquillitate loquimur, ſed cum de peccatis flagello interveniente corrigimur, murmuramus: Pœna ergo nos interrogat, ſi veraciter culpam noſtram cognoſcimus. Multi etiam ſe peccatores eſſe fatentur, ſed cum peccata ſua veraciter aliis arguentibus audiunt; ſummopere ſe defendunt, & innocentes videri conantur. Talis etſi dicat, deliqui, non tamen vere dicit, deliqui, quia non ex cordis intimo, ſed verbotenus ſe peccatorem aſſerit. Ecce quantum bonum facit conſideratio malorum, quia facit hominem ſeipſum cognoſcere. Unde *Greg.* Qui intelligere appetit, qualis eſt, tales nimirum conſpicere debet, qualis non eſt, ideſt meliores ſe, ut ex eorum forma metiatur, quantum ipſe deformis eſt, & in illorum pulchritudine ſuam fœditatem conſpiciat. Lucem quippe debet conſpicere, qui vult de tenebris judicare. Unde *Ezech* 44. dicitur: Oſtende domui Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus, quæ fecerunt, ibi dicit *Greg.* Templum Dei, domui Iſrael oſtenditur, quando juſti alicujus anima peccatoribus ad confuſionem ſuam demonſtratur, ut in illa bonum, quod in ſe negligunt, videant; & in ſemetipſis malum, quod operantur, erubeſcant: metiri vero fabricam, eſt ſubtiliter penſare juſtorum vitam, quod quanto ſubtilius facimus, tanto verius mala, quæ geſſimus, reprobamus. Nec eſt aliquis tam perfectus, qui in alio non videat aliquid, quod in ſe non habet, ut dicit *Greg.* Diviſa enim ſunt dona gratiarum. Alius habet, donum ſcientiæ, ſed dono abſtinentiæ caret. Alius magnæ abſtinentiæ virtute accingitur, ſed in ſumma ſcientiæ contemplatione non dilatatur. Alius prophetiæ ſpiritu omnia ventura cognoſcit, ſed per gratiam curationis non valet præſentis moleſtiæ mala ſublevare. Alius gratia curationis, præſentia mala ſublevat, ſed prophetiæ ſpiritu carens, quid ſequatur, ignorat. Alius indigentibus multa largitur, ſed injuſte agentibus obviare non audet. Alius tyrannis audacter obviat, ſed pauperibus ſua tribuere recuſat. Alius ab otioſo ſermone ſe reſtringens, linguæ laſciviam jam ſuperavit, ſed tamen adhuc inſurgentis iræ ſtimulos non calcat. Alius iræ motus perfecte edomat, ſed adhuc linguam ſæpe in laſciviam relaxat. Et quid eſt hoc, quod iſte eo bono indiget, quo ille pollet, niſi quod mira Dei diſpenſatione agitur nobiſcum, ut per hoc, quod alter habet, quod alter non habet, alter alteri melior oſtendatur; & ſic tanto ardentius quiſque ad humilitatem proficiat, quanto ex bono, quod non habet, inferiorem ſe habentibus penſat. Et ita mutua juſtorum conſideratio, & elationem reprimit, & ad melius ſemper accendit. Unde *Ezech.* 3. cum deſcripſiſſet animalia volantia, adjunxit: Et audivi poſt vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco ſuo. & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Per alas animalium, virtutes Sanctorum accipiuntur, qui dum terrena deſpiciunt, volando ad cœleſtia ſublevantur. Unde *Iſai.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ. Animalia igitur volantia alis ſuis viciſſim ſe feriunt, quia ſancti conſideratis invicem alterius virtutibus mutuo excitantur. Ala enim ſua me percutit, qui ex exemplo ſanctitatis ſuæ me ad melius accendit, & ego ala mea vicinum animal ferio, ſi aliquando alteri opus bonum, quod imitetur, oſtendo. Sequitur: *o* Liberavit] ſic pœnitens. *p* Ne pergeret, &c.] inferni, vel peccati. Et nota, quod dicit: Liberavit animam ſuam. Noſmetipſi enim animas noſtras liberare dicimur, quia liberati nos Domino conſentimus. Prævenit enim gratia Dei, cui cooperatur liberum arbitrium. Unde cum Paulus dixiſſet: Abundantius illis omnibus laboravi, ne videretur labores ſuos ſibi attribuere, ſtatim adjunxit: Non autem ego, ſed gratia Dei mecum, 1. *Cor.* 15. Et ita quod facit gratia ſimul, & liberum arbitrium, & nos dicimur facere, & Deus. Et ideo bene dicitur hic: Liberavit animam ſuam, ne pergeret interitum. *q* Sed vivens] vita gratiæ, & gloriæ, *r* Lucem videret.] veritatis, quam corde mortuus videre non poteſt. Vel [vivens lucem,] videbit in futuro, qui Deum ad judicium venientem in forma divinitatis, liberis oculis mentis aſpiciet. Quem etiam impii in forma humanitatis videbunt, *Apoc.* 1. Videbunt, in quem pupugerunt. Item *Zach.* 12. Sequitur: *ſ* Ecce, &c.] De homine flagellato, & liberato dixit *ſup. parum* Eliu: Abominabilis fit ei in vita ſua panis: Et appropinquavit corruptioni anima ejus, & vita illius mortiferis. Et poſtea adjunxit: Deprecabitur Deum, & placabilis erit ei, & videbit faciem ejus in jubilo, & liberavit animam ſuam, ne pergeret in interitum, ſed vivens lucem videret. In quibus verbis prius mœror amaritudinis, poſtea lætitia ſecuritatis exprimitur. Modo dicit Eliu: [Ecce hæc omnia,] ideſt, mœrorem, & lætitiam.

t Operatur] quaſi dicat, quod ſemel de uno homine dixit, hoc tribus vicibus, ideſt, in tribus ſtatibus agitur per ſingulos homines. Tres enim ſunt ſtatus, in quibus quilibet juſtus primo anxietate mœroris afficitur, deinde lætitia ſecuritatis reficitur, ideſt, in converſione, in probatione, in

morte.

pobite. In conversione enim gravis mœror est, cum aliquis peccata sua considerans, vult sæculum dimittere, & viam Dei ambulare. Sed occurrit ei illa sua familiaris carnalis delectatio, quæ quanto diutius tenuit, tanto arctius astringit, & tardius abire permittit. Et quis ibi mæror, & anxietas cordis, quando hinc spiritus vocat, inde caro revocat; hic amor novæ conversionis invitat, inde usus vetustæ perversitatis impugnat; hinc desiderium cœlestis patriæ flagrat, inde carnalem concupiscentiam in seipso tolerat, quæ eum etiam invitum delectat? Magna hæc anxietas, ut recte de tali homine dicatur: Abominabilis fit ei in vita sua panis, &c.

ut *a* revocet *b* animas eorum a *c* corruptione, & *d* illuminet luce viventium. *e* Attende Job, & *f* audi me; & *g* tace, dum ego loquar. *h* Si autem habes, quod loquaris, *i* responde mihi. *k* Loquere; Volo enim te apparere justum. *l* Quod si non habes, *m* audi me; tace, & docebo te sapientiam.

C A P. XXXIV.

n PRonuncians itaque Eliu etiam hæc locutus est. *o* Audite, sapientes, verba mea:

A Sed quia divina gratia diu hominem hac anxietate affici non permittens, juxta quod dicitur 1. *Cor.* 10. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari, &c. cito peccatorum ruptis vinculis novam consolationem inducit. Sicut dicit *Psal.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, &c. Et *Tob.* 3. Post tempestatem, tranquillitatem facis, & post lacrymationem, & fletum, exultationem infundis, ita ut conversi animus magis postea gaudeat de consolatione, quam prius doluerit de anxietate, ut recte de eo dici debeat: Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem ejus in jubilo. Sed iterum ne lætitia extollat, & securitas sternat, dispensante Deo permittitur, ut post conversionem stimulis tentationum fatigetur. Unde *Eccl.* 2. Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationes. Et post baptisma, & post jejunium Dominus tentari voluit, ut nobis innueret, quod membra ejus post conversionem ad Deum, acriores tentationes tolerarent. Inter quæ certamina anima huc, atque illuc distenditur, & multiplicibus tentationum æstibus dissipatur, ita ut recte dicatur de ipso homine sic tentato: Abominabilis fit ei in vita sua panis. Sed quia Deus misericors est, & probari tentationibus nos permittit, non reprobari, cito consolationem infundit, & pugnam tentationum interna pace tranquillat, ut recte iterum dici posset de homine tentato, & jam liberato. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit. His duabus vicibus, scilicet conversionis, & probationis transactis, superest tertia, in qua & mœrorem prius sustineat, & deinde gaudium subsequatur. Post conversionis enim certamina, post probationis ærumnas, morti appropinquans tacite considerat judicis severitatem, & qualiter ei poterit respondere, qui etiam de verbo otioso exiget rationem, ut dicitur *Matth.* 12. Qui nemini parcit, ut dicitur *Sap.* 6. Cui omnia nuda sunt, & aperta, ut dicitur *Hebr.* 4 Quod attendens justus quilibet urgente morte, mirabiliter angustiatur, ut recte de illo dicatur: Abominabilis fit ei in vita sua panis. Sed iterum, quia animæ justorum a levibus contagiis, si qua habent, mortis pavore purgantur, ut dicit *Greg.* Cito in contemplatione quadam retributionis æternæ hilarescunt, & etiam ante mortem cujusdam novi muneris lætitia perfruuntur, ut recte dici debeat; Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem ejus in jubilo. Bene ergo Eliu hominis afflicti, & liberati, prius mœrorem, & postea lætitiam exprimens subjunxit: [Ecce hæc omnia,] idest, mœrorem, & lætitiam (operatur Deus tribus vicibus.] scilicet in conversione, in probatione, in morte (per singulos,) quia quilibet justus ad Deum conversus, primo duris stimulis mœroris afficitur, & postea magnis securitatis gaudiis refovetur. Sciendum tamen, quod conversorum ad Deum tres sunt status, scilicet, inchoatio, medietas, perfectio, ut dicit *Greg.* In inchoatione inveniunt blandimenta dulcedinis. In medio certamina tentationis. Ad ultimum, perfectionem plenitudinis. Prius illos dulcia suscipiunt, quæ consolentur, deinde amara, quæ exerceant, tandem suavia, atque sublimia, quæ confirment. Sicut sponsus prius sponsam blandimentis fovet, deinde increpationibus probat, tandem probatam securius possidet. Quod figuratum fuit in populo Israelitico, qui primo in Ægypto blandimenta miraculorum suscepit, deinde in eremo certamina tentationum invenit, tandem in terra promissionis virtutis plenitudine confirmatus, gaudia securitatis possedit. Et recte Dominus prius blandimenta consolationis dat conversis ad se, quam tentationis certamina permittat insurgere, ne forte inchoatione turbati, redirent ad vomitum. Unde & Moyses, cum Pharao populum dimisisset, non per terram Philistium, quæ vicina erat, duxit eum, ne cum videret bellum insurgere pœniteret, & rediret in Ægyptum: Ita Dominus, primo dat blandimenta consolationis, deinde permittit insurgere certamina tentationis, quia dulcedine divinæ consolationis gustata, tolerabilius sustinentur tentationum pugnæ. Unde & Petrus, *Matth.* 17. prius claritatem dominicæ transfigurationis vidit, & tunc demum ab ancilla permissus est tentari. *Matth. 26.* Et notandum, quod sæpe tam diutina sunt tentationum certamina, quam longa fuerunt inchoationis blandimenta. Sæpe plus datur in inchoatione dulcedini, & minus in probatione certaminis; sæpe e converso. Semper vero post laborem superatæ tentationis datur tanta, vel majus perfectio firmitatis, ut dicit *Greg.* Sæpe etiam accidit, quod conversus ad Deum, talibus tentationum stimulis agitatur, quales nunquam ante senserat, non quia tunc hæc eadem radix tentationis deesset, sed quia non apparebat. Sicut enim carduus nascens in via, pedibus transeuntium conculcatur, ita ut non appareat, & tamen radix occulta manet sub terra, quæ statim procedit in publicum, si cessaverit pes transeuntium: Ita & in corde sæcularium sæpe quædam radix tentationum occulta manet, sive latet, quia pede transeuntium cogitationum tenetur, & per innumeras curas, quasi multis itinerantibus premitur, ne videatur. Si autem Deo vacare voluerit curarum turbam, & tumultus cogitationum a corde suo removens, tunc quod occultum latebat agnoscitur, tunc de radice vitiorum pungit libere spina tentationum, quæ spina sæpe ita acriter pungit, ut tentatus superari se credat, & vulnus sibi inflictum exitialiter pertimescat. Sæpe etiam ipsi stimuli tentationis dilatantur, & in usum veniunt, & non acriores, sed longiores fiunt, & tunc minus dolent, sed magis inficiunt. Ita atteritur mens conversorum, & quia hac attritione purgata liberatur, recte sequitur. *a* Ut revocet] Deus scilicet.

b Animas eorum] idest hominum tentatorum.

c A corruptione,] culpæ, & pœnæ.

d Et illuminet lucem viventium.] despecta luce hujus mundi, quæ est lux morientium, ut ad æternam claritatem recurrant, ibique vivant, ubi verum lumen videant, ubi idem est lux, & vita

e Attende Job,] Proprium est arrogantium, veris superba miscere. Unde Eliu postquam multa sapientiæ profunda digessit, qualem se apud se habeat, his verbis ostendit, dicens; (Attende Job,] verbis meis, quasi dicat, profunda sunt, & sententiis plena; & ideo attentionem requirunt. *f* Et audi me;] quasi Doctorem.

g Et tace, dum ego loquar.] Hic superbum se monstrat: Immensa enim superbia est, a seniore reverentiam exigere, & silentium imperare meliori.

h Si autem habes, quod loquaris,] postquam audieris me.

i Responde mihi.] quasi singulariter tibi opponenti.

k Loquere: volo enim te apparere justum.] idest, ut te justum ostendas, si potes. Quia autem non ex corde hoc dicit, non expectans audire, quod quæsierat, statim subdit: *l* Quod si non habes,] quid, scilicet, respondeas mihi.

m Audi me; tace, & docebo te sapientiam.] Jam in hoc, quod non expectavit responsionem ejus, quod quæsierat, stultitiam suam manifestavit. Dicit enim *Eccl.* 8. Tempus, & responsionem cor sapientis intelligit. *Prov.* 29. Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est, quam ejus correctio. Item *Prov.* 26. Vidisti hominem sibi videri sapientem, magis illo spem habebit insipiens.

E X P O S I T I O C A P. XXXIV.

n PRonuncians, &c.] Omnes arrogantes cum Doctorum speciem accipiunt, velut in alto positi, longe distantes ab aliis loquuntur, quasi verba eorum dignatione quadam super indignos homines celitus effundantur. Unde signanter scriptor hujus historiæ hunc versum interposuit. (Pronuncians itaque Eliu, etiam hæc locutus est:) In vocabulo enim prononciationis, manifeste ostenditur inflatio elationis: Nam verba, quæ de alta radice superbiæ veniunt, cum quadam altitudine de ore loquentis procedunt. Eliu itaque se sapientem æstimans, & Job stultum, verba sua nonnisi a sapientibus audiri dignum æstimans, dixit:

o Audite, sapientes, verba mea;] quasi singularia.

n Et

a Et eruditi] idest extra ruditatem novitatis positi.
b Auscultare me,] in quo patet, quod non quærit sapientes facere, sed sapientibus se ostentare, ut doctus a doctis videatur. *c* Auris enim verba probat,] qualia sint, idest, ratiu in aure. *d* Et guttur] idest anima in gutture.

put, saturatus afflictione, & miseria. *f* Ideo viri cordati, idest sensati, cor habentes
t Audite] *Sap.* 32. dixerat Eliu: Ut video, non est, qui possit arguere Job, & respondere ex vobis sermonibus ejus, & ita Job sapientem, & illos stultos esse innuebat: modo dicit totum contrarium illos cordatos, Job, imperitum, & impium dicit. Unde hoc, nisi quia excæcatus erat superbia, & nesciebat, quid dixerat prius. Unde 2. *Cor.* 4. Deus hujus sæculi, scilicet superbia, excæcavit mentes infidelium. Item 2. *Cor.* 6. Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, *ibi Gloss.* Malæ conscientiæ mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat.
u Absit] quasi dicat, Job dicit Deum impium, & iniquum, sed non est ita. *x* Opus] idest juxta opera sua quemlibet remunerabit. *Apoc.* 2. Dabo unicuique vestrum secundum opera sua. Item *Prov.* 24. Servatorem animæ tuæ nihil fallit, redderque homini juxta opera sua. Non tamen in hac vita, ut putabat Eliu. Multos enim malos videmus florere prosperis, & bonos deprimi adversis. Unde *Eccl.* 8. Sunt justi, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum, & sunt impii, qui ita secuti sunt, quasi justorum facta habeant.

e Escas gustus dijudicat.] non e contrario, auris verba in gutture, nec guttur escas in aure dijudicat, Unde *sup.* 12. Nunne auris verba dijudicat, & fauces comedentis saporem? quasi dicat Eliu, sicut auris escas, & guttur verba non dijudicat, sic stultus sententiam sapientis non intelligit: Ideo sapientes, & eruditi, qui potestis intelligere, audite verba mea, quia alii non debent ea audire. Contrarium dicit sapiens prædicator: Sapientibus, inquit, & insipientibus debitor sum. *Rom.* 1. Sed quia nullus audiret arrogantem, nisi speciem humilitatis prætenderet, subdit:

& *a* eruditi *b* ausculta me. *c* Auris enim verba probat, & *d* guttur *e* escas gustu dijudicat. *f* Judicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid sit melius: *g* Quia dixit Job: Justus sum, & Deus subvertit judicium meum. In *h* judicando enim me, mendacium est, *i* violenta sagitta mea *k* absque ullo peccato. *l* Quis est vir, ut est Job, *m* qui bibit subsannationem quasi *n* aquam, qui *o* graditur cum operantibus iniquitatem, & *p* ambulat cum viris impiis? *q* Dixit enim: *r* Non placebit vir Deo, etiam si concurrerit cum eo. *f* Ideo viri cordati, *t* audite me: Absit *u* a Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. *x* Opus enim hominis reddet ei, & *y* juxta vias singulorum *z* restituet eis. *a* Vere enim Deus non condemnabit frustra: *b* Nec omnipotens subvertet judicium. *c* Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Si *d* direxerit *e* ad eum *f* cor suum, *g* sapientiam, & *g* flatum *h* ad se trahet, *h* Deficiet *i* omnis ca-

f Judicium eligamus nobis,] idest, quid judicare debeamus. In hoc se æqualem aliis ostendit, & per hoc, quod sequitur, similiter: [Et inter nos videamus quid sit melius:] De qua re quæsierit judicium, subdit:
g Quia dixit Job: justus sum, & Deus subvertit judicium meum.] sine culpa me affligens.
h In judicandu enim me mendacium est,] idest injustum judicium. Hoc non dixit Job, nisi forte ex eo quod dixit *sup.* 13. Si judicatus fuero, scio, quod justus inveniar, unde accepit hoc Eliu.
i Violenta sagitta mea] idest pœna, qua punitus sum, non ex causa, sed per violentiam Dei inflicta est mihi. Neque hoc dixit Job, nisi forte sumatur, ex eo quod *sup.* 6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.
k Absque ullo peccato.] Hoc forte sumpsit Eliu ex eo, quod dixit Job *sup.* 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Et cum hoc dixeris, o tu Job:
l Quis est vir, ut est Job,] quasi dicat, nullus est ita malus. Eliu judicium quærens, judicium protulit. Ex quo patet, quod non ex humili corde judicium commune quæsierat, sed ex fastu superbiæ. Et quem Deus diabolo loquens, *sup.* 1. Justum absque comparatione dixerat, Eliu absque comparatione asserit peccatorem, cum subdit:
m Qui bibit subsannationem] idest derisionem.
n Quasi aquam,] idest facile. Aqua enim facile, & sine omni obstaculo absorbetur. Unde subsannationem, ut aquam bibere, est Deum sine obstaculo alicujus cogitationis irridere, ut dicit *Greg.* Hoc imponebat Eliu B. Job, scilicet, quod subsannando Deum irriserat; & ideo eum malum super omnes asserit. Item ex societate malorum, malum probat, & damnatione dignum. Unde sequitur:
o Qui graditur cum operantibus iniquitatem, quod non faceret, nisi esset malus. Unde *Prov* 24. Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis.
p Et ambulat cum viris impiis?] Hoc forte sumpsit Eliu ex illo verbo *Job.* 30. Frater fui draconum, & socius struthionum. Hæc omnia dixit Eliu contra Job ex arrogantia. Proprium enim est arrogantium, ut dicit *Greg.* afflictos magis districte corrigere, quam blande refovere: Et plus student invenire mala, quæ objurgando increpent, quam bona, quæ laudando confirment. Unde *Prov.* 14. In ore stulti virga superbiæ. E contrario boni rectores plus student invenire bona, quæ laudando confirment, & ad meliora provocent, quam mala, quæ objurgando increpent. Et cum increpant, non hominem, sed vitia feriunt. Unde *Eccles. ult.* Verba sapientum, sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Adhuc Eliu quare Job reprehendat, adjungit:
q Dixit enim:] Job.
r Non placebit vir Deo, etiamsi cucurrerit cum eo.] idest mandata ejus servando impleverit, vel potius consilia, quia ambulare cum Deo, est præcepta Dei servare, & servando implere: Sicut dicit *Psalm.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, &c. Hoc non dixit Job, nisi forte sumpserit hoc Eliu ex illo verbo, *sup.* 10. Si justus fuero, non levabo ca-

y Et juxta vias singulorum] idest actus interiores.
z Restituet eis.] in futuro. *Apoc. ult.* Ecce ego venio, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.
a Vere enim Deus] idest, sine meritis, affligit tamen Deus hic frustra. Unde *supr.* 2. Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra.
b Nec Omnipotens subvertet judicium.] reos absolvendo, & justos condemnando, quia etsi minus recta videantur aliquibus, quæ patiuntur, tamen in occulto examine decernuntur. Idem dixit Baldad, *sup.* 8. Nunquid Deus supplantat judicium, & Omnipotens subvertit, quod justum est? quasi dicat, non. Sed quia posset aliquis dicere, Deus non subvertit judicia, sed aliquis, quem Deus super mundum constituit, quasi præpositum, & ille subvertit judicium; ideo occurrit Eliu, ostendens, quod nullus est præpositus mundo, nisi solus Deus: Non enim eget adjutorio ad regendum mundum, qui non eguit ad faciendum; per se regit, qui per se creavit, & quod pie condidit, pie disponit. Et hoc est:
c Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?] quasi provisorem, aut præpositum, aut consiliarium, quasi dicat, nullum, nisi se. Hoc dicitur *Isai.* 1. Quis adjuvit spiritum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? quasi dicat, nullus. Ideo:
d Si direxerit] homo
e Ad eum] idest ad Deum, qui non subvertit judicium.
f Cor suum,] idest cogitationes, & desideria sua.
g Spiritum illius,] idest voluntatem hominis.
g Et flatum] idest exteriorem actionem.
h Ad se trahet.] Deus, ut nihil velit, vel faciat homo, nisi propter Deum. Vel sic: (Si direxerit,) Deus (ad eum,] idest, ad hominem cor suum,] idest, propitiationem suam, tunc Deus (spiritum illius, & flatum) idest, interiores, & exteriores actus hominis (trahat ad se,) quærendum, diligendum, tenendum. De tractu dicitur *Cant.* 1. Trahe me post te, quasi dicat, non possum venire ad te, nisi tu traxeris me. Unde *Joan.* 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, aut flagellis, aut beneficiis, vel minis, aut promissionibus. *Osee* 11. In funiculis Adam traham te, & in vinculis charitatis. Quæ autem utilitas sequatur, si Deus traxerit cor hominis, ostendit Eliu.
h Deficiet] tunc
i Omnis caro] idest, omnis carnalitas, non sibi, sed spiritui serviens, quia gustato spiritu, desipit omnis caro, ut dicit *August.* Et super illud *Jerem.* 31. Postquam convertisti me, &c. *Greg.* Quanto incipit quisque superius vivere, tanto incipit inferius interire.

a Et

a Et homo in cinerem revertetur.] idest humiliabitur recognoscens se pulverem esse. Sic Abraham viso Domino dixit: Loquar ad Dominum meum, cum sis pulvis, & cinis, *Gen.* 18. Item *Gen.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. *Eccl.* 10. Quid superbis, terra, & cinis, *Psalm.* 103. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur.

b Si habes] o tu Job.

c Intellectum, &c.] a me.

d Et ausculta] *sup. cap. prox.* dixit Eliu: si habes, quid loquaris, responde mihi. Hic autem dicit: Si habes intellectum, audi, quod dicitur: Ibi dubitavit, si Job, quod justum est, posset loqui: Hic dubitat, si aum justa dicentem possit, vel debeat audire. Item paulisper crescit elatio mentis, sicut calígo in oculo generatur, quæ quanto latius se dilatat, tanto amplius lumen angustat. Quod autem sit eloquium, quod audiri monet, subdit:

e Nunquid,] qui non amat judicium justum.

f Sanari potest?] quasi dicat; non sicut tu, qui dicis Dei judicium injustum.

g Et quomodo tu eum,] idest Deum.

h Qui justus est,] per se, & ex se,

i In tantum condemnas?] quod scilicet dixeris injustum? Bonam sententiam protulit Eliu, sed non bene, quia contra Job proferenda non fuit. In omni enim, quod dicitur, summopere intuendum est, quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur. Eliu bene attendit quid diceret, sed non cui, quia Job, qui judicium amabat: nec quando, quia tempore afflictionis hoc dixit; nec quomodo, quia arroganter: Et ideo bona male dixit. Unde *Eccl.* 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Quia Eliu Job arguerat, quod judicium non amaret, & quod Deum condemnasset, statim Dei justitiam subdit, dicens; *k* Qui dicit regi,] idest cuilibet, qui se, & alios regere habet.

l Apostata:] es. Singularitate gaudens culminis, non æqualitate conditionis, similis est Angelo apostatæ, qui despecta Angelorum societate, dixit: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. *Isai.* 14. Super hunc locum dicit *Greg. in moral.* verbum satis terribile: Unusquisque rector superbus, toties ad culpam apostatiæ dilabitur, quoties præesse hominibus delectatur, & honoris sui singularitate lætatur. Contra quem dicitur *Eccl.* 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in eis quasi unus ex eis. Item *in eod.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. *m* Qui vocat duces] idest, rectores, & Prælatos, qui exemplo suo alios post se ducunt, vel ad bonum, vel ad malum. Cum mali sunt, hos inquam vocat (impios,) quia per tumoris exempla viam ostendunt erroris. Et dum in præceps ruunt, ad præcipitium gregem ducunt, & sic per officium pietatis fiunt duces impietatis. Unde *Greg.* Necesse est, ut Prælatus tantis se sciat vivere, quantis præesse: Nam cui judicem nunc libet esse, tunc judicem non libebit videre. Numerari enim culpæ nequeunt, quæ habendæ potestatis amore perpetrantur. Quæ potestas tunc bene regitur, cum non amando, sed timendo retinetur; cum non honor, sed onus æstimatur, cum non cupiditas, sed necessitas imponit, quæ percepta, nec formidine deseritur, nec libidine amplectitur.

n Qui non accipit, &c.] quia unumquemque hominum ex sola qualitate meritorum interrogat, & ex eo quod homo est, non ex rebus adjacentibus judicat. Personam quippe accipere, est hominem non ex eo, quod homo est, sed ex his, quæ circa ipsum sunt, venerari, ut dicit *Greg.* Sic enim intus despicitur, quod foris honoratur, qua dum pro his, quæ circa ipsum sunt honorabilis habetur apud aliquos, rebus suis in examine eorum postponitur, & plus res, quam ipse honoratur. Deus vero omnibus, quæ sunt, hominem præposuit, & secundum gradum bonitatis suæ quisque honorabilis apud ipsum judicatur. Et ideo non est acceptio personarum apud eum, ut dicitur *Rom.* 2. Unde Petrus: In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur justitiam, acceptus est illi, *Act.* 10. *o* Nec] Deus scilicet.

po simul, & *a* homo in cinerem revertetur. Si *b* habes ergo *c* intellectum audi, quod dicitur, & *d* ausculta vocem eloquii mei, *e* Nunquid, qui non amat judicium, *f* sanari potest? *g* Et quomodo tu eum, *h* qui justus est, *i* tantum condemnas? *k* Qui dicit regi, *l* apostata: *m* Qui vocat duces impios. *n* Qui non accipit Personas principum, *o* nec cognovit *p* tyrannum, cum disceptaret contra pauperem, Opus *q* enim manuum ejus sunt universi, *r* subito morientur, & in *s* media nocte † *t* curvabuntur populi, & *u* pertransibunt, & *x* auferent *y* violentum *z* absque manu. *z* Oculi enim ejus *a* super vias hominum, & *b* omnes gressus eorum considerat. *c* Non sunt tenebræ, & *d* non est umbra mortis, ut *e* abscondantur ibi, qui *f* operantur iniquitatem. *g* Neque enim ultra in *h* hominis potestate est, ut veniat ad Deum in *i* judicium.

p Tyrannum, cum disceptaret contra pauperem.] idest, non cognoscendum in die judicii scivit. Principibus enim, & tyrannis, idest omnibus superbis pauperes, idest humiles hic prementibus, dicet Dominus: Nescio vos, *Matth.* 25. Item *Matth.* 7. Tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos, discedite a me, qui operamini iniquitatem. *Sap.* 6. Non verebitur cujusquam magnitudinem Deus quoniam pusillum, & magnum ipse fecit. Unde & hic sequitur: *q* Opus enim manuum ejus sunt universi,] Et ideo sicut potenter, cũ voluit, creavit, ita potenter, cum placuerit ei destruet universos.

al. † udie. [illegible]

Sap. 11. *Prov.* [illegible]

r Subito morientur,] Superbi principes, & tyranni, quia finem suum cogitando non prævident. Subitum est, ut dicit *Greg.* quicquid antequam veniat non prævidetur. Unde quantumcumque sero tollantur iniqui de hac vita, subito tamen, ac repente tolluntur. *s* Et in media nocte] idest, in cordis obscuritate. *t* Curvabuntur populi,] per sententiam judicis, qui nunc curvari negligunt per humilitatem cordis. *u* Et pertransibunt,] ad pœnam æternam. Et bene dicit, pertransibunt, non transibunt: Viventes enim quotidie per singula momenta transeunt, sed morientes pertranseunt. Et sicut vivi transierunt de iniquitate ad iniquitatem, ita mortui pertransibunt de pœna ad pœnam. Unde *sup.* 24. Ad nimium calorem transiet ab aquis nivium, & usque ad inferos peccatum illius. Vel, in media nocte dicit populos curvandos in futuro, propter incertitudinem diei judicii. Unde *Matth.* 25. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obviam ei. *x* Et auferent] supple divina judicia, vel Angeli messores. De quibus dicitur *Matth.* 13. Messores autem Angeli sunt. Hi ergo auferent, idest ad pœnam rapient. *y* Violentum] idest, qui aliis violentiam faciebat. *z* Absque manu.] idest sine potentia, q. d. qui hic per potentiam alios rapiebat, in futuro ad pœnam per divina judicia, vel per dæmones rapietur. Vel sic: (Auferent absque manu) dæmones scilicet (violentum,) idest, invisibiliter rapient eum. Unde *Greg.* Absque manu violentus aufertur, quia raptorem suum non intuetur: Et qui quos rapuit vidit, quis illum in morte rapiat, non videt. *z* Oculi enim ejus] idest Dei. *a* Super vias hominum,] iniquorum, qui quoties mala inulte perpetrant, a Deo se non videri æstimant. *b* Et omnes gressus eorum considerat.] Vias dicit opera sua, gressus vere alternantes motus cogitationum, quasi quibusdam passibus, vel a Deo recedimus, vel ei propinquamus; Quæ omnia videt Dominus. *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus, spirituum ponderator est Dominus. *c* Non sunt tenebræ,] ignorantiæ in Deo, ut ignoret cogitata. *d* Et non est umbra mortis,] idest oblivio, quæ dicitur umbra mortis, idest, imago mortis, quia sicut mors vitam, ita oblivio tollit memoriam. *e* Ut abscondantur ibi,] idest in conspectu Dei. *f* Qui operantur iniquitatem.] q. d. Eliu, Dominus, nec ignorat cogitata iniquorum, nec obliviscitur perpetrata, sed & videt quod agitur, & quod videt non obliviscitur. Vel umbra mortis dicitur mutatio, sive mutabilitas, quæ recte umbra mortis dicitur mutatio, quia id, quod mutat, ab eo quod erat, interficit, ut designat esse, quod fuit. Quæ in Deo non est, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, *Jac.* 1. Et bene dicit Eliu, quod ibi abscondantur, qui operantur iniquitatem, quia quoties peccamus, Deum nobis abscondimus, non nos illi, & dum nos videri non credimus, in Sole oculos clausos habemus. Necesse ergo habemus, ut dum licet, a conspectu æterni judicis, male cogitata, & pejus perpetrata doleamus per pœnitentiam nosmetipsos intra mentis nostræ judicium accusantes: Non enim semper licebit. Unde sequitur *g* Neque enim ultra] idest post hanc vitam. *h* In hominis potestate est, ut veniat ad Deum] gressibus cogitationum. *i* In judicium.] non illud futurum, quod æternaliter puniet. Ad illud quippe nemo desiderat venire, sed in judicium mentis, quod in præsenti agitur: Quod etiam a damnatis, & reprobis aliquando desiderabitur. In quo qui se damnaverit, non damnabitur in futuro. De quo dicit *Apost.* 1. *Cor.* 11. Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. De quo etiam *Psal.* 98. Honor regis judicium diligit. Item *Proverb.* 20. Rex, qui sedet in solio judicii,

cii, dissipat, omne malum intuitu suo. Item *Osee* 4. Judicium Domino cum habitatoribus terræ. Et bene dicit cum habitatoribus terræ, quia in futuro erit super habitatores terræ. Modo coram Domino a nobis ipsis judicamur, in futuro ab illo judicabimur. Unde animæ oblitæ dicitur per *Is. c.* 43. Reduc me in memoriam, & judicemur simul: narra, si quid habes, ut justificeris. Debet enim quilibet pœnitens causas suas apud Dominum, & causas Domini contra se sollicita inquisitione discutere, i. quæ bona ab eo perceperit, & quæ mala ejus beneficiis perverse vivendo responderit: Quod electi quotidie faciunt. Unde *Prov.* 12. Cogitationes justorum judicia. *Greg.* Accedunt justi ad secretarium judicis intra sinum cordis, considerant, quam districte quandoque feriet, qui nunc patienter expectat; metuunt in his, quæ se egisse intelligunt, & in his, quæ non intelligunt: Sciunt enim videri divinitus, quod ipsi in se videre non possunt. Sanctorum quoque patrum residere conventum cum eo contemplantur, eorumque vel exempla, vel dicta contempsisse reprehendunt. Ibi adversum se quicquid impugnat, enumerant; ibi ante oculos suos omne, quod defleant, coacervant; ibi quicquid per iram districti judicis decerni possit intuentur; ibi tot patiuntur supplicia, quot pati timent. Non deest in hoc judicio mentis omne ministerium, quod punire reos suos debeat. Nam conscientia accusat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod judicium, eo certius punit, quo interius sævit. In hoc enim examine, idem actor qui exhibet, & reus qui exhibetur: odit se, qualem fuisse se meminit: ipse est, qui semetipsum insequitur illum, qui fuit: ab ipso homine adversus semetipsum fit quædam rixa in animo parturiens pacem cum Deo. Hanc rixam requirit Dominus per *Jer.* 8. Attendi, & auscultavi, nemo, quod bonum est, loquitur, nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci. *a* Conteret] Dominus in futuro judicio. *b* Multos, &c.] i. reprobos omnes, qui sunt multi, & quasi innumeri, *Eccl* 1. Stultorum infinitus est numerus. Innumerabiles vero dicit impios, vel propter multitudinem reproborum, quæ numerum rationis excedit. Unde *Ps.* 39. Multiplicati sunt super numerum. Vel quia reprobi infra electorum numerum non habentur, ut eo sint innumerabiles, quo extra numerum electorum currunt. *c* Et stare faciet alios pro eis.] Hoc quotidie agitur. Deponuntur enim, vel moriuntur principes, & Prælati, & alii subeunt locum eorum. *Eccl.* 10. Sedes superborum ducum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Labuntur etiam sæpe justi a statu justitiæ, & locum vitæ alii illis cadentibus sortiuntur. Unde *Apoc.* 3. Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod dicitur, non quia aliquis cadat a prædestinatione, & alius de novo prædestinetur. Sed est modus loquendi, certus enim est Deo numerus prædestinatorum, nec augeri potest, vel minui. Unde si quis a statu justitiæ cadat, & pereat, nunquam fuit prædestinatus. Unde *Gl.* super dictum verbum Apostoli dicit: Certus est Deo numerus servorum suorum, si quis labitur, alius misericordia ejus subinducitur, i. sine illo habebit alius coronam, vel subinducitur in statu justitiæ, a quo ille cecidit. Unde sequitur in *Gl.* Sicut per superbiam Judæorum gentilitas subintravit. Certum est enim, quod Judæi reprobi nunquam a statu prædestinationis, sed a statu gratiæ ceciderunt, quem statum subintravit gentilitas. Et hunc statum vocat *Greg.* hic in *Gl.* locum vitæ. Et Joannes *in Apoc.* coronam. Sequitur: *d* Novit enim,] q. d. non injuste conteret eos Dominus, sed juste [Novit enim] quia mala sunt, quibus meruerunt conteri in futuro. De qua contritione dicitur *Is.* 30. Subito dum non speratur, veniet contritio ejus, & comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida. *e* Et idcirco] sc. quia novit opera eorum. *f* Inducet] Dominus [noctem,] i. interiorem mentis cæcitatem, vel exteriorem, æternæ tribulationis obscuritatem. *g* Et conterentur] iniqui, nocte inducta. Hic dicit *Greg.* Duobus modis iniquus quisque in nocte conteritur, sc. vel cum exterioris pœnæ tribulatione concutitur: Sicut fiet in extremo judicio, quando lumen vivendi in perpetuum amittet, Unde dicitur *Matt.* 22. Ligatis manibus ejus, & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, quia prius interiores sustinuit, Rursum in nocte conteritur iniquus, cum occulta sententia interius cæcatur, & confusione peccatorum præcedentium damnatus, lumen veritatis non invenit, & quid deinceps agere debeat, nescit. Inducere autem noctem Dominus dicitur, non quod ipse inferat, sed quia obscura corda peccantium non illustrat, ut idem sit noctem inducere, quod a cæcitatis tenebris nolle liberare; sicut indurare, est nolle misereri, ut dicit *Aug.* Sequitur. *h* Quasi impios percussit eos in loco videntium.] Notandum, quod quasi in S. Scriptura aliquando pro similitudine, aliquando pro veritate accipitur. Pro similitudine. 2. *Cor.* 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Pro veritate. *Jo.* 1. Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre. Utroque autem modo hic accipitur: Nihil differt, quia utrobique pravorum mala vita significatur. Impios vero S. Scriptura proprie appellat infideles, ut sunt Pagani, Hæretici, & Judæi, qui a pietate religionis, & fidei separati sunt: De quibus dicitur *in Ps.* 1. Non resurgent impii in judicio. Peccatores vero dicuntur etiam qui in fide pii sunt, sed mala opera faciunt. Unde hæc est differentia inter peccatorem, & impium, quod omnis impius peccator est, sed non omnis peccator impius. Locus videntium, dicitur sancta Ecclesia, in qua sola verum lumen, quod Deus est, videtur. Unde ad Moysen dicitur *Exod* 33. Est locus apud me, & stabis supra petram cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea. Hic loquitur Eliu de peccatoribus, qui fide pii sunt, sed opere perversi. De quibus Apostolus dicit: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. *Tit.* 1. Hi & impii punientur. Sicut enim impii pro infidelitate, sic iniqui pro iniquitate sua damnabuntur. Dicit ergo Eliu: [Quasi impios percussit eos] existentes, [in loco videntium] i. in Ecclesia, ubi Deum videre videbantur. Sed quamvis apertos haberent oculos in fide, clausos tamen tenuerunt in opere. Unde *Is.* 56. Speculatores ejus, i. Judææ, cæci omnes, quia non videbant in opere, quod cernebant fidei professione. Unde & de Balaam dicitur *Nu.* 24. Qui cadit, & sic aperientur oculi ejus. Cadens quippe in opere, apertus habuit oculos in contemplatione, isti apertos habent oculos in fide, sed clausos in opere, intra Ecclesiam pia specie, & extra impia conversatione. De quibus dicitur *Eccl.* 8. Vidi impios sepultos, qui etiam, cum adhuc viverent, in loco sancto erant, & laudabantur in civitate quasi justorum operum. *i* Qui quasi de industria recesserunt ab eo,] i. a Deo quod est gravissimum peccatum. Tribus enim modis peccatum committitur, ut dicit *Greg.* Ignorantia, infirmitate, studio. Grave est peccatum ignorantiæ, gravius ex infirmitate, gravissimum ex studio, quod est, bonum, nec facere, nec amare. Ignorantia peccavit Paulus: Unde 1. *Tim.* 1. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Petrus infirmitate peccavit, quem vox unius puellæ concussit, & Deum, quem corde tenuit, voce negavit: *Matt.* 26. Ex industria peccaverunt Judæi: De quibus dicit Dominus *Jo.* 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum. *k* Et omnes vias ejus] i. humilitatis, & ceterarum virtutum exempla. *l* Intelligere noluerunt,] impunitatem peccandi existimantes remedium nesciendi, quia sola superbiæ caligine tenebrescunt, & ideo non discernunt, quod aliud est nescire, aliud scire noluisse. Nescire enim ignorantia est; scire noluisse, superbia. De quibus *Ps.* 33. Noluit intelligere, ut bene ageret. *m* Ut pervenire facerent] illi, qui vias Domini intelligere noluerunt. *n* Ad eum,] i. ad Deum. *o* Clamorem egeni, & audiret,] Deus, [vocem pauperum.] oppressorum ab eis. *Eccl.* 21. Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures Dei perveniet, & judicium festinato adveniet illi. Item *Eccl.* 35. Deprecationem læsi exaudiet Dominus, non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Vel ideo dicitur, quod ad Deum fecerunt clamorem pauperum pervenire, quia illis cadentibus, pauperes,] i. humiles eorum loco surrogantur, sicut dicitur *Eccl.* 10. Vel certe melius de Prælatis exponitur, qui derelicto prædicationis studio, sæcularibus negotiis involvuntur; unde subditos clamare compellunt, & dicere [*Greg.*] Cur tenet pastoris locum, qui non exercet officium? *Thr.* 4.

a Conteret *b* multos, & innumerabiles, & *c* stare faciet alios pro eis. *d* Novit enim opera eorum, *e* & idcirco *f* inducet noctem, & *g* conterentur. *h* Quasi impios percussit eos in loco videntium. *i* Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & *k* omnes vias ejus *l* intelligere noluerunt, ut *m* pervenire facerent *n* ad eum *o* clamorem egeni, & audiret vo-

Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Vel per timorem potentium, intelligitur superbia Judæorum, per clamorem pauperum desideria gentilium: Judæis eum superbientibus, pervenerunt ad Deum vota gentilium. Cujus causam non audet discutere Apostolus, sed miratur dicens: O altitudo divitiarum, &c. *Rom.* 11. Sed proprium est arrogantium, ut dicit *Greg.* tunc de errore requirere, quando se noverint non errasse. Qui rursum requirere, vel argui de errore despiciunt, quando se errasse veraciter præcognoscunt: Non enim esse, sed videri humiles appetunt, quia cum juste ab aliquo arguuntur, statim in malis suis fomitem defensionis exquirunt. *Greg.* Ille vere est humilis in bonis, qui non est defensor in malis, *Bern.* Vere humilis non vult humilis prædicari, sed vilis reputari. Hæc est ultima species humilitatis, quam constat, quod non habuit Eliu. Unde subito ab humilitatis specie ad verba tumidæ causationis exilit, dicens: *q* Numquid a te] o tu Job. *r* Deus expetit eam,] scilicet iniquitatem meam. *s* Quia displicuit tibi] scil. iniquitas mea, q. d. ego Domino rationem redditurus sum pro me, & quilibet pro se: Sicut scriptum est: Unusquisque onus suum portabit. *Gal.* 6. Cur ergo iniquitas mea modo reprehenditur a te, quæ a te in judicio non requiretur? Et sic Eliu more arrogantium magis eligit divina invectione in futuro percuti, quam ab homine temporaliter increpari. E contrario Sancti sibi conferri præmium credunt, cum modo de suis illicitis actibus arguuntur. Sciunt enim, quod districtum judicium tanto mitius erit, quanto hic modo actius homine arguente prævenitur. Unde Salomon *Prov.* 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te; argue sapientem, & diliget te. Quia vero culpabilior est, qui prius in contentione loquitur, quam qui respondet. Ideo subjungit Eliu: *t* Tu enim cœpisti loqui, & non ego,] q. d. ego innocens sum, quia pulsatus respondeo; tu vero culpabilis es, quia cœpisti. *Greg.* Nescit Eliu, quod innocentia non tempore defenditur, sed ratione. *u* Quod si quid nosti melius,] quam id, quod dixi. *x* Loquere.] Hic iterum velamine fictæ humilitatis palliat arrogantiam suam Eliu, cum locum, scil. loquendi, tribuit Job, tamen quia non affirmavit Job aliquid melius nosse, sed dubitando dixit: Si quid melius nosti, magis aperuit arrogantiam suam. Nam ut dicit *Greg.* nimis superbire est, de melioris scientia dubitare. *a* Viri quidem, &c.] q. d. sapientes sapientibus debent loqui, quia intelligunt se, non stultis, qui non intelligunt. Unde *Eccl.* 22. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam. Item *inf. eod.* Cum stulto ne multum loquaris. Et stultum reputabat ipse Eliu B. Job, & indignum non solum loqui, sed etiam audire eum. Unde sequitur: *z* Job, &c.] & ideo non debet mihi loqui, nec me audire. Et verba, &c.] i. indisciplinata sunt. Sine disciplina vero locutum Job credidit Eliu, quia justum se dixit, *sup.* 13. dicens: Si fuero judicatus, scio, quod justus inveniar, & sine culpa flagellatus, *sup.* 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Sed constat, quod nec falso, nec superbe dicit hæc Job, quia ipse Dominus eum frustra percussum perhibuit. *sup.* 2. ubi loquens diabolo dixit: Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra? Et *post*: Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra. Et cum Eliu B. Job compati deberet, quem stultum reputabat, & flagellatum cernebat, contra eum Deum deprecabatur, dicens: *b* Pater mi, &c.] i. flagellis atteratur usque ad mortem. *Greg.* Propria hæc rogantium vota sunt, ut vitam dolentium examinari acrius deprecentur, quia quanto sibimetipsis mitiores sunt, tanto alienis doloribus duriores existunt. *c* Ne desinas, &c.] i. hominem iniquum ne desinas flagellare, i. Job, quem iniquum dicit, quem tamen Dominus justum, præ omnibus supra pronunciavit. *d* Qui addidit, &c.] murmurando, contra flagella Domini, q. d. pro peccatis flagella meruit, & post flagella murmurando peccavit; in utroque mentitur Eliu, quia nec pro peccatis flagella meruit, nec post flagella peccavit. *e* Inter nos, &c.] i. convincatur. *f* Et tunc, &c.] si potest, quasi dicat ex nostra assertione cognoscat, quod non poterat sufficere,

Similiter Eliu non debet discutere, cur Judaico populo stante in fidelitate gentilitas jacuit? & cur gentilitate surgente ad fidem Judaicus populus prostratus jacuit; cur unus ex domo trahitur, alius ex merito repellitur, sed admirans, ait:

D

cem pauperum. *a* Ipso enim *b* concedente pacem, *c* quis est, qui condemnet? Ex quo *d* absconderit vultum, *e* quis est, qui contempletur eum? Et *f* super gentes, & super omnes homines. *g* Qui regnare facit *h* hominem hypocritam *i* propter peccata populi, *k* Quia ergo ego locutus sum ad Deum, *l* te quoque non † prohibebo. Si *m* erravi, *n* tu doce me, si *o* iniquitatem locutus sum, *p* ultra non addam. *q* Numquid a te *r* Deus † expetit eam, *s* quia displicuit tibi? *t* Tu enim cœpisti loqui, & non ego. Quod si *u* quid nosti melius, *x* loquere. Viri *y* intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. *z* Job autem stulte locutus est, & *a* verba illius non sonant disciplinam. *b* Pater mi, probetur Job usque ad finem: *c* Ne desinas ab homine iniquitatis, *d* Qui † addidit super peccata sua blasphemiam. *e* Inter nos interim † constringatur & *f* tunc ad judicium provocet sermonibus suis Deum.

a Ipso] i. Deo. *b* Concedente] pectoris, vel æternitatis. *c* Quis] q. d. si aliquem trahit Dominus ex dono misericordiæ sicut gentilitatem, quis est, qui impediat: q. d. nullus. *Isai.* 50. Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me? *Rom.* 8 Si Deus pro nobis, quis contra nos? *d* Ex quo absconderit vultum,] suum ab aliquo. *e* Quis est, qui contempletur eum,] i. si aliquem repellit ex merito culpæ propriæ, sicut Judaicum populum, quis poterit eum videre? q. d. nullus. *Isai.* 22. Claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit.
f Et super gentes, & super omnes homines] supple est hoc. Subtile enim, & occultum est hoc judicium, & transcendit omnem intelligentiam hominum. Unde cum Dominus de hac re loqueretur: *Matth.* 11. ait: Confiteor tibi, pater Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te; q. d. hujus absconsionis, & revelationis non alia ratio quærenda, nisi beneplacitum tuum. In quo verbo humilitatis exempla accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione, & aliorum repulsione præsumamus. Quia vero Eliu de specie transierat ad genus, nunc de genere transit ad speciem, & quid Judæis Dominus reddiderit meritis suis exigentibus ostendit, dicens: *g* Qui regnare, &c.] super Judæos, scil. *h* Hominem] qui sub specie simulatæ sanctitatis multos trahet ad iniquitatem, quem Judæa meritis suis exigentibus regem suscipiet, quia verum regem, i. Christum Dominum super se regnare noluit. Sicut ipsemet dicit *Jo.* 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me; si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Et Paulus 2. *Thess.* 2. Pro eo quod charitatem veritatis receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. Item *Osee* 13. Dabo regem tibi in furore meo. Hoc est, quod dicitur *Lev.* 26. Dabo vobis cœlum desuper sicut ferrum. Sed unde hoc? *i* Propter peccata populi.] Nam secundum merita subditorum, tribuuntur rectores, ut dicit *Greg.* Certum est enim, quod ita merita rectorum, & plebium connectantur, ut sæpe ex culpa pastorum fiat deterior vita subditorum, & sæpe ex merito plebium mutetur vita pastorum. Sed quæri rationabiliter potest, quomodo hic dicatur, quod Dominus regnare facit hominem hypocritam, cum ipsemet de hac re conqueratur. *Osee* 8. Ipsi regnaverunt, & non ex me, i. mea voluntate, principes extiterunt, & non cognovi. Sol. Dei scire, est approbare; nescire, reprobare. Unde malis dicet in die judicii: Nescio vos, i. non approbo. *Matth.* 15. Item facere Dei, aliquando est id, quod prohibet, irascendo permittere. Miro ergo modo Dominus hypocritas regnare facit, & nescit. Facit sinendo, ut dicitur *Amos* 3. Si erit, i. non erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit? Nescit reprobando, quod non facit volendo. *k* Quia ergo ego] dicit Eliu ad Job. *l* Te quoque non prohibeo] loqui scil. *m* Si enarravi] in dictis meis. *n* Tu doce] ostendens errorem meum. *o* Si iniquitatem] contra Deum, vel proximum. *p* Ultra non] Humiliter loquitur hic Eliu, sed tamen corde arroganti. Multa enim bona, & sublimia paulo superius se dixisse memorat, ideo securus ne erraverit, requirebat, quod nequaquam requireret, si se errasse crederet.

al. † audacter.
al. † prohibebo.
al. † expetet.
Apoc. 3.
al. † addet.
al. † constringatur.

ficere divinæ examinationi. Hoc dicit Eliu propter hoc, quod dixerat Job *sup.* 23. Proponat æquitatem contra me, & perveniat ad victoriam judicium meum.

C A P. XXXV.

IGitur *a* Eliu hæc rursum locutus est: *b* Numquid æqua tibi videtur tua cogitatio, ut diceres, justior Deo sum? *c* Dixisti enim: *d* Non tibi placet, quod rectum est, vel quid tibi proderit, si ego peccavero? *e* Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & *f* amicis tuis tecum: *g* Suspice *h* cœlum, & intuere, *i* & contemplare æthera, quod *k* altior te sit. *l* Si peccaveris, *m* quid ei *n* nocebis? Et si *o* multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? *p* Porro si juste egeris, quid donabis ei, *q* aut quid de manu tua accipiet? *r* Homini, qui similis tui est, *s* nocebit † iniquitas tua, & *t* filium hominis *u* adjuvabit justi-

al. † impietas.

E X P O S I T I O C A P. XXXV.

IGitur *a* Elin hæc rursum locutus est] Eliu, alia finiens alia statim inchoat, ut loquacitas ejus per subjuncta initia semper continuetur. Omnis enim arrogans in locutione sua semper incipere studet, ut ipsa inchoatione suspensos faciat auditores, quasi aliquid novum sit dicturus, more Diaboli, qui semper studet aliquid nobis afferre novum, Unde *Luc.* 4. Quid nobis, & tibi, Jesu Nazarene? Ibi *Gl. Bed.* Hujus impudentiæ est Diabolus, ut inter homines aliquid prius usurpet, & ad homines quasi novum deferat, quo terrorem suæ potentiæ incutiat. In *Gen.* 2. etiam prius Deum nominavit, ubi dicitur: Cur præcepit vobis Deus, &c. Eliu ergo in hoc capitulo adhuc Job increpans: Primo arguit eum super quibusdam verbis, quæ eum dixisse mendaciter dicit: Secundo dicit, se respondere sermonibus Job, & amicis ejus, duris increpationibus frequenter eum feriens, fortes proponens sententias, quæ tamen personæ Job non congruunt. In fine capituli concludit, quod Job frustra aperuit os suum, sine scientia verba multiplicans. Dicit ergo: *b* Numquid æqua tibi, &c.] Falso imponit hoc Eliu B. Job: Nunenim legitur usquam Job dixisse se justiorem Deo. Sed tantum *supr.* 23. dixit: Æquitatem proponat contra me, & perveniat ad victoriam judicium meum, vitam suam considerans, & causas percussionis ignorans. Credebat enim se percussum pro diluendis peccatis, non pro augendis meritis, & ideo judicium suum ad victoriam pervenire confidebat, quia culpam in se, pro qua debuisset percuti, non videbat. Unde constat, quod illud dicendo, non peccavit Job, sed Eliu tantum sonitum verborum attendens, non ex quali corde venirent, eum arguit male dixisse: *Greg.* Apud homines cor ex verbis, apud Deum ex corde verba pensantur. *c* Dixisti enim:] Deo sc. *d* Non tibi placet, quod rectum est,] vel bonum [vel quid tibi proderit, si ego peccavero?] i. dixisti Deo, tibi non proderit, i. oberit, si peccavero, q. d. Eliu: O Job, tu dixisti Deo, quod non approbat bonum, & quod peccatum tuum nocivum esset ei. *e* Itaque ego, &c.] quibus hoc dixisti. *f* Et amicis tuis tecum.] Eliphaz, scil. & Baldad, & Sophar. De quibus *sup.* 32. dictum est. Omiserunt autem tres viri isti respondere Job, eo quod justus sibi, i. eis videretur, & iratus, indignatusque est Eliu. Sciendum tamen est, quod hoc nusquam dixit Job, quod sibi falsu hic imponit Eliu. Sed arrogantes hoc habent proprium, ut dum in nimiam invectionem prorumpunt, etiam invehendo mentiantur, & cum non possunt reprehendere juste, quæ sunt, reprehendunt mentiendo, quæ non sunt. Ita dicit *Greg.* Tamen occasione qualicumque dicendi hoc potuit habere Eliu, ex eo quod dicit Job. *Sup.* 9. Si lotus fuero aquis nivis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus pulveris intinges me. Quia autem Job bono suo Deum juvare non possit, vel malo nocere, vult probare Eliu quasi per locum a majori, quia Job nec cœlo, necætheri, quæ sunt creaturæ Dei, nocere potest, vel prodesse, ergo multo fortius nec Deo. Et hoc est: *g* Suscipe,] i. sursum aspice. *h* Cœlum,] sidereum, *ad litt.* *i* Et intuere, & contemplare æthera,] *ad litt.* k Quod altior te sit.] cœlum, vel æther, q. d. in his creaturis, quibus inferior es, potes cognoscere, quantum distes a creatore. *Rom.* 1. Invisibilia Dei, i. Deus invisibilis, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. *Sap.* 13. A magnitudine speciei, & creaturæ, cognoscibiliter poterit Creator horum videri. *l* Si peccaveris,] O tu Job. *m* Quid ei] i. cœlo, vel ætheri. *n* Nocebis?] q.d. nihil. *o* Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, &c.] i. cœlum, vel æthera, q. d. nihil poteris facere contra cœlum, vel æthera, ergo multo fortius Deo actione tua non potes, aut prodesse, aut obesse, qui est altior cœlo, & æthere. Unde *sup.* 11. Excelsior cœlo est, & quid facies? Item *sup.* 22. Quid prodest Deo, si justus fueris, aut quid confers ei, si immaculata fuerit vita tua? Vel per cœlum intelliguntur spiritus angelici; Et est sensus [Suspice cœlum, & intuere, & contemplare æthera,] i. angelicas potestates, [quod altior te sit] loco, & dignitate naturæ, & felicitate gloriæ. Unde *Aug. in* 11. *de civit. Dei c.* 15. *in fin.* Natura angelica, quæ omnia cetera, quæ Deus condidit, naturæ dignitate præcedit. Item *in eod. c.* 16. *inprinc.* In his, quæ intelligunt, præponuntur immortalia mortalibus, sicut Angeli hominibus. Tamen contrarium videtur *Heb.* 2. Qui modico, quam Angeli minoratus est. Ibi *Gl.* non secundum naturam humanæ mentis, ergo natura humanæ mentis non est minor angelica natura. Item *in eadem Gl.* Natura hominis, qui mente spirituali ceteras creaturas præcellit, solus Deus major est, non ergo Angelus. Sol. Simpliciter natura angelica dignior est humana, & purior & subtilior. Unde *Matth.* 11. Qui minor est in regno cœlorum major est Joanne Baptista. Angelus enim tanto purior est, quanto vasi corruptibili, & corpori impermistus. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam. *Sap.* 9. Et *Aug. in præd. Gl. ad Hebr.* dicit: Majores quidem Angeli possunt dici homine, quia majores sunt hominis corpore. Majores sunt & animo, sed in eo tantum, quod peccati originalis merito corruptibile corpus aggravat ipsum animum. Natura vero humanæ mentis, qualem Christus assumpsit, quæ nullo peccato potuit depravari, solus major est Deus. Verum est hoc de anima Christi, de qua loquitur *Gl. illa*, sed de aliis opiniones sunt. *l* Si peccaveris, quid ei] i. angelico spiritui [nocebis?] q. d. nihil. *o* Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?] i. angelicum spiritum? q. d. nihil. *p* Porro si juste egeris, quid donabis nobis ei?] q. d. nihil. *q* Aut quid de manu tua,] i. de opere tuo. [Accipiet,] q. d. nihil. Multo fortius nec Deus. Sed videtur hoc falsum, quia Angelus gaudium recipit de bono opere nostro. Unde *Luc.* 15. Gaudium erit Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Sol. Sicut punctus additus lineæ non auget lineam, unde & nihil dicitur respectu lineæ, sic hujusmodi accidentale gaudium adveniens Angelo, vel recedens, non auget, vel minuit substantiale gaudium ejus, unde & nihil reputatur. *r* Homini, qui similis tui est, &c.] Ostenso, quod Angelis superioribus non potest obesse, vel prodesse homo, ostendit Eliu, quibus potest obesse, vel prodesse, scil. hominibus, qui sunt mutabiles, qui possunt malo exemplo scandalizari, vel mala suggestione perverti, vel bono exemplo, vel bona exhortatione a malo avelli, & ad melius converti. Et hoc est: [Homini, qui similis tui est,] i. mutabilis, ut tu. *s* Nocebit iniquitas tua,] i. nocere poterit, si imitetur te in ea. Vel si scandalizetur in te, vel si assentiat malæ suggestioni tuæ. *t* Et filium hominis] qui peccare potest, & mutari a malo.

u Adjuvabit justitia tua,] i. adjuvare poterit, si eam imitetur proficiendo in melius, vel a malo recedendo. Sciendum tamen est, quod non solum justitia hominum juvat bonos, sed & perversa vita reproborum prodest bonis, quia quanto magis affliguntur boni in mundo, tanto magis displicet eis mundus, & crescit desiderium, & amor cœlestium: Unde *Greg.* Nequitia reproborum more trituræ electorum vitam qua grana a paleis separans premit, & purgat. Mali enim dum bonos affligunt, dum multa eis hic violenta ingerunt, festinare illos ad summa compellunt. Quod figuratum fuit *Exod.* 3. & 4. ubi legitur, quod tunc primo missus est Moyses ad vocandum populum Israeliticum de Ægypto, cum jam Pharao ad opprimendum eum duris operibus fuerat excitatus, ut dum alius vocando traheret, alius opprimendo impelleret. Unde patet, quod mundus opprimit blandiendo, & juvat premendo. Et hæc est causa, quare Dominus hic permittit bonos affligi, ut ad faciliorem exitum, dum amor provocat, cruciatus mundi impellat. Has oppressiones, quas hic patiuntur electi, prosequitur Eliu, dicens:

a Propter multitudinem, &c.] ad Dominum electi, oppressi ab eis.

b Et ejulabunt] i. clamantes plorabunt. c Propter vim, &c.] i. propter violentiam potentiæ tyrannorum, opprimentium, & rapientium bona eorum. Calumniatores autem vocat omnes illos, qui malis moribus, & vitæ reprobæ exemplis, aut pravis sermonibus bona nostra interiora auferunt, ut sunt hæretici, & mali Christiani. Tyrannos dicit, qui bona exteriora rapiunt. Illi nos interius spoliant, isti exterius deprædantur. Illi amore rerum, illi odio virtutum sævire non cessant. Isti invident, quod habemus, illi, quod vivimus. Isti rapiunt exteriora bona, quia placent, illi dissipant bona interiora, quia displicent. Quantum autem distat morum vita a rerum substantia, tanto gravior est calumniator, qui male vivendo, vel falsa docendo vim infert fidei, vel moribus, quam tyrannus, qui rapiendo damna ingerit rebus. Verba sunt *Greg.*

tia tua. a Propter multitudinem calamniatorum clamabont, & b ejulabunt c propter vim brachii tyrannorum. Et d non dixit, e ubi est Deus, qui fecit me, qui f dedit carmina in nocte, g qui docet nos super jumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos. h Ibi i clamabunt, k & non exaudiet l propter superbiam malorum. m Non enim frustra n audiet Deus, & o Omnipotens p singulorum causas q intuebitur. r Etiam cum dixeris, f non considerat, t judicare coram illo, & u expecta-

Sequitur: d Et non dixit, &c.] Hic de pusillanimitate criminatur beatum Job, dicens eum fractum in tribulatione. Et hoc est: [Et non dixit,] Job scil. in tribulatione deficiens. e Ubi est Deus, qui fecit me,] i. non attendit justitiam ejus, a quo factus est, quam si attenderet, non deficeret in tribulatione. Nam qui hominem, qui non erat, fecit, factum sine gubernatione non deserit. Et qui benigne hominem condidit, injuste cruciari non sinit. Unde cum causam nostræ tribulationis tardius invenimus, ista est concita ratio, ut cogitemus, quod nihil injuste patiamur. Et iterum non dixit: Ubi est Deus: f Qui dedit carmina in nocte,] i. in tribulatione lætitiam. Carmen enim in nocte est lætitia in tribulatione, q. d. Eliu, nescivit Job, quod Deus in tribulatione dat lætitiam, & ideo fractus defecit. Mentitur autem Eliu, Job enim sciens quanta bona conferat tribulatio, dixit *sup. 6.* Quis det, ut petitio mea veniat, & quod expecto, tribuat mihi Deus, & qui cœpit, ipse me conterat, solvat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat? Carmen in nocte habuit David, qui dicebat: *Psal. 31.* Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me, exultatio mea erue me a circumdantibus me. Carmen in nocte prædicabat Paulus: *Rom.* 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Hoc idem prædicat totius sacræ Scripturæ series. Quod signatum est per librum, qui datus est Ezechieli, ubi erat scriptum carmen, lamentationes, & væ. *Ezech.* 2. Item non dixit Job: Ubi est Deus:

g Qui docet nos super jumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos,] i. bestialiter vivendo, se non cognovisse, quod Deus hominem super jumenta terræ, & volucres cœli & ratione, & sapientia dotat, q. d. ideo in adversis defecit Job, quia in prosperis bestialiter vixit. Per jumenta, intelligit voluptuosos, & luxuriosos. De quibus *Joel.* 1. Computruerunt jumenta in stercore suo. Per volucres, accipit curiosos, qui superbe sublimia perscrutantur. De quibus dicitur *Matth.* 8. Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos. Illi ergo bestialiter vivendo deponunt se infra quam sunt, isti superbe inquirendo se elevant ultra quam possunt. Illos in infima dejicit voluptas carnis, istos in superiora erigit libido curiositatis. Illis dicitur: Nolite fieri sicut equus, & mu- *Psal. 31.* lus, quibus non est intellectus. Istis dicitur *Eccl* 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, cogita illa semper. Item illis dicitur *Coloss.* 5. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam. Istis dicitur *Coloss.* 2. Nemo vos seducat per philosophiam, & inanem gloriam. Docet ergo Deus hominem super jumenta terræ, & volucres cœli, quando hoc, quod est, quo jumenta, & volucres antecellit, cognoscit, nec eum carnis voluptas dejicit, nec curiositas erigit. Vel aliter, ut per jumenta terreni homines, per volucres cœli dæmones intelligantur. Super jumenta igitur Deus virum sanctum docet, quia in hac vita nihil quod præterit, quærit. Sicut faciunt homines terreni. De quibus *Philip.* 3. Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem, & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Super volucres cœli hominem erudit Deus, cum omnes insidias dæmonum deprehendit. Sicut Paulus 2. *Cor.* 2. Non enim ignoramus astutias ejus, i. Satanæ. Dicit ergo [Qui docet nos super jumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos.] Hoc inquam non dixit Job, sed pusillanimitate victus tempore prosperitatis terrena amavit, fallacias dæmonum ignoravit, & ideo tempore adversitatis labefactavit. Sequitur:

h Ibi,] idest, in tribulatione.

i Clamabunt,] justi ad Dominum.

k Et non exaudiet] eos Dominus.

l Propter superbiam malorum.] opprimentium eos. Ac si diceret, reatus opprimentium audiri prohibet clamorem oppressorum. Non enim liberantur visibiliter justi, qui salvari invisibiliter non merentur injusti. Et quanto magis modo justi affliguntur, tanto amplius malorum nequitia consummatur, ut dicit *Greg.* Quod fit justo Dei judicio. Unde Dominus dixit ad Abraham, *Gen.* 15. Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subjicient eos servituti, & affligent quadringentis annis. Veruntamen gentem, cui servituri sunt, ego judicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia; tu autem ibis ad patres tuos in pace sepultus in senectute bona: Generatione autem quarta revertentur huc. Et quasi aliquis quæreret, & quare tantum erant servituri? Subdit Dominus rationem: Nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. Sciendum tamen est, quod Dominus aliquando justos eripit de tribulatione propter salutem inimicorum, ut visa virtute Dei in liberatione suorum, convertantur inimici ad imitationem eorum. Unde *Ps.* 68. Propter inimicos meos eripe me; q. d. non propter me, sed propter inimicos eripi peto de tribulatione temporali. Aliquando autem Dominus non liberat justos propter malitiam opprimentium, qui salvari non merentur. Unde *Ps.* 48. Cum viderit sapientes morientes, simul insipiens, & stultus peribunt; q. d. insipiens eo periculum mortis æternæ incurrit, quo justum temporaliter mori cernit. Nec est hoc pro malo justorum, sed pro bono suo, quod Dominus non exaudit eos.

m Non enim frustra,] i. faciliter, & cito.

n Audiet Deus,] clamorem suorum.

o Et omnipotens] tamen.

p Singulorum] oppressorum, scilicet, & opprimentium.

q Causas intuebitur,] Duo dicit Eliu, scilicet, quod Deus non frustra audit clamantem ad se, & tamen, quod clamans patitur, respicit Deus, & tamen exaudire dissimulat. Sæpe enim clamor justorum eo proficit, quo differtur. Unde *Greg.* Labor protrahitur pugnæ, ut crescat corona victoriæ. Et quo vocem ægri dissimulat audire medicus, eo ægritudinis finem procurat. Unde *Ps.* 21. Clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi; quasi dicat, non mihi ad insipientiam proficit, quod die, ac nocte clamantem non exaudies. Quanto enim plus Dominus justum in tribulatione deserit, tanto amplius ad æternam sapientiam erudit. Sed quia nonnulli auxilii tarditate franguntur, recte subdit:

r Etiam cum dixeris] o Job, vel quilibet in tribulatione positus.

f Non considerat,] Deus afflictos, ut liberet.

t Judicare coram illo,] merita tua, & beneficia Dei diligenter, & fideliter conferendo.

u Et expecta eum.] q. d. cum idcirco Deus causam afflictorum considerare non creditur, quia tarde miseretur, debet afflictus solium cordis ascendere, & ibi coram Deo seipsum judicare, recolendo mala, quæ fecit, & bona, quæ a Deo accepit, & sic consolatione tantorum munerum roboratus, securus potest expectare, quem videt sibi tam propitium esse. De hoc dicitur *Prov.* 20. Expecta Dominum, & liberabit te. Et *Habac.* 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. *Ps.* 39. Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.

a Nunc enim non infert] Dominus [furorem suum] super oppressores bonorum. *b* Nec ulciscitur scelus] eorum [valde.] i. sufficienti pœna in præsenti, quia & si qua punit hic Dominus, plura tamen reservat, q. d. justum, dum affligitur, oportet expectare. Dominus enim diu tolerat oppressores, dans tempus ad pœnitentiam, & fororem suum nunc super eos effundere dissimulat, quem effundendum in futuro sine fine reservat. Electorum autem est hic flagella recipere, quibus servatur gaudium de æterna hæreditate. Unde *Heb.* 12. Quem diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. *Prov.* 3. Quem diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Unde *Apoc.* 3. Ego quos amo, arguo, & castigo. Mali vero quanto diutius sine ultione relinquuntur, tanto graviora committunt. Unde *Eccl.* 8. Etenim, quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. Unde quod eis parcitur hic, potius est ira Dei, quam misericordia. *Prov.* 13. Qui parcit virgæ, odit filium. Vel aliter: [None enim, &c.] q. d. justus dum affligitur, oportet expectare Dominum, quia etsi hic virga quasi iratus percutiat, non tamen effundit furorem suum, i. non penitus conterit. Sed sicut dicit *Greg.* ira judicii a nostra hic correptione inchoat, ut in reproborum damnatione conquiescat. Unde 1. *Pet.* 4. Quoniam tempus est, ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? Sequitur: *c* Ergo Job, &c.] Hoc infert Eliu ex magna arrogantia qua credit se mira dixisse. Hæc autem inferens Beatum Job & multa dixisse, & nihil scisse asserit, & ipse loquax de vitio loquacitatis Job accusat. Hoc enim proprium est arrogantium, ut & pauca credant, quæ ipsi multa dixerint, & multa æstiment, quæ ipsis pauca dicuntur. Qui enim sua semper dicere volunt, aliena audire non possunt.

A

al. † veni-

al. † aufer.

eum. *a* Nunc enim non infert furorem suum, *b* nec ulciscitur scelus valde. *c* Ergo Job frustra aperuit os suum, & absque scientia verba multiplicat.

C A P. XXXVI.

ADdens *d* quoque Eliu hæc locutus est: Sustine me paululum, & indicabo tibi. *e* Adhuc enim habeo, quid pro Deo loquar. *f* Repetam scientiam meam a principio, & *g* operatorem meum *h* probabo justum. † *i* Vere enim absque mendacio sermones mei, & *k* perfecta scientia *l* probabitur tibi. *m* Deus potentes non abjicit, cum & ipse sit potens, *n* sed non salvat impios, & *o* judicium pauperibus tribuet. *p* Non † auferet a justo oculos suos, *q* & reges in solio collocat in perpetuum,

E X P O S I T I O C A P. XXXVI.

ADdens *d* quoque Eliu hæc locutus est:] Loquente Eliu, tacuit Job. Sed Eliu ex verbis, quibus supra responderat amicis suis, causam invectionis accipiens, ut sibi silentium Job latius faceret, & ipse liberius multa loqui posset, ipsum de multiplicitate verborum reprehendit. Unde & mox initia prolixæ locutionis inchoat, dicens: [Addens quoque Eliu hæc locutus est. Sustine me paululum, &c.] quæ in corde meo sunt. Multa jam dixerat Eliu, & tamen adhuc sustineri paululum postulat, quia omne arrogans grave damnum æstimat, ut dicit *Greg.* Si doctrinam suam loquendi brevitate constringant. Tanto enim se credit doctiorem ostendere, quanto se potuerit loquacitatis multiplicitate aperire. *Eccl.* 21. Compedes in pedibus, doctrina stulto, & quasi vincula manuum super manum dexteram. Sed quia arrogans sæpe sentit sibi reverentiam silentii non deferri, de Deo loquitur, & sub prætextu illius silentium sibi fieri quærit, & tamen se potius ostendere, quam factum illius prædicare intendit. Unde Eliu addit: *e* Adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar.] q. d. etsi non pro me, tamen propter Deum, quem prædico, debeo audiri. Vel quia Sancti Doctores crebro repetunt, si qua obscurius dixerunt, ut auditoribus manifesta fiant. Plerumque appetunt hoc arrogantes imitari, & insolenter replicant, quæ dixerunt, non ut doceant, sed ut ipsi eloquentes appareant. Unde Eliu ait: *f* Repetam scientiam meam] i. doctrinam meam [a principio,] Sed quia ex tumore cordis dixerat, repetam scientiam meam, quasi singularem, ne perpenderetur arrogantia ejus, subdit: *g* Et operatorem meum] i. Deum. *h* Probabo justum.] contra Job, qui conqueritur se frustra ab eo flagellari. Hæc est calliditas arrogantium, pro justitia Dei se loqui jactant, ut quicquid arroganter affluunt, excusetur. Et vere probabo, quod dixi: *i* Vere enim] Vel veri [absque mendacio sermones mei] supple, sunt, quos, sc. dixi, & quos dicam. *k* Et perfecta scientia] mea. *l* Probabitur tibi.] o tu Job. Laudat seipsum Eliu satis impudenter. Contra illud *Prov.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua. Hoc autem facit Eliu securius, quia & justi consueverunt sæpe laudare bona, quæ dicunt, non quod laudari appetant, sed ut auditores attentiores reddant. Unde 2. *Cor.* 6. cum Paulus multa, & mira dixisset Corinthiis, adjunxit: Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. Probaturus igitur Eliu Deum justum, subdit: *m* Deus potentes, &c.] Potestas enim bona est. *Rom.* 13. Non est potestas nisi a Deo. Sunt tamen potestati admista multa noxia: Unde *Greg.* Quædam ex se noxia sunt, ut peccata, & flagitia. Quædam ex adjacentibus, ut conjugium ex cura sæculi. 1. *Cor.* 7. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est. Item potestas bona est in se, sed noxia ex elatione, quæ sæpe comitatur. Eo enim ipso quod ceteris præeminet quis, elatione cogitationis intumescit, & subditos despicit, quos æquales naturæ ordine non agnoscit: cunctis se æstimat amplius sapere, quibus videt se amplius posse, in quo similis efficitur Lucifero, de quo scriptum est: Omne sublime videt, ipse est rex super universos filios superbiæ. *Inf.* 14. Hujusmodi potentes abjicit, & execratur Deus. *Sap.* 6. Potentes potenter tormenta patientur. Sed sunt alii, qui scil. fastigium potentiæ alienis utilitatibus intenti, non propriis laudibus elati administrant, qui prodesse appetunt, non præesse. Qualis fuit, qui dicebat: Domine, non est exaltatum cor meum, &c. Neque ambulavi in magnis, &c. Talis fuit & Petrus qui cum a Cornelio veneraretur, dixit: Surge, & ego ipse homo sum, sicut & tu. *Act.* 10. De his dicit *Greg.* Summus locus bene regitur, cum is, qui præest vitiis, potius quam fratribus dominatur: Qui potentes vix inveniri possunt. Subtilissima namque ars vivendi est, culmen tenere, & gloriam reprimere, esse quidem in potentia, & potentem se esse nescire, ad largienda bona potentem se cognoscere, ad reprimenda noxia quicquid potenter valet ignorare. Et de talibus dicit Eliu [Deus potentes non abjicit] a se [cum ipse sit potens] seipso. Idem enim est Deo esse, quod posse; & essentia, quod potentia. Sed homini dat Deus potentiam, quæ quidem justa est, sed elatio mala. Unde subdit:

Psal. 130

n Sed non salvat impios,] i. elatos potentes destruit jam per comminationem, in futuro per condemnationem.

o Et judicium pauperibus tribuet.] i. humiles liberos reddet. Vel certe judicium pauperibus tribuet, quia hi qui nunc nequiter opprimuntur, super oppressores suos judices erunt. *Matth.* 19. Amen dico vobis, vos, qui secutis estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Israel. *Isai.* 14. Erunt capientes eos, qui se ceperant, & subjicient exactores suos. *Matth. ult.* Egrediemini, & salietis sicut vitulus de armento, & calcabitis impios, cum fuerint cinis, sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. *p* Et non auferet] Dominus [a justo oculos suos] quos abstulisse hic creditur, quia ab injustis sine vindicta laceratur: Sed ut dicit *Greg.* Dominus famulos suos tunc magis respicit, cum injuste eos nequitia persequentis affligit: videns enim Dominus, quid hic humiliter tolerent, jam prævidet, quid illic eis misericorditer recompenset. Unde sequitur: *q* Et reges in solio] mentis [collocat in perpetuum] Reges vocat Eliu omnes illos, qui tentationum motibus bene præesse noverunt, qui modo luxuriæ appetitum refrænant, modo æstum avaritiæ temperant, modo gloriam elationis inclinant, modo suggestiones livoris obruunt, modo ignem furoris extinguunt. Hos collocat Dominus in solio judicii mentis. De quo *Prov.* 20. Rex, qui sedet in solio judicii, intuitu suo dissipat omne malum. Qui in hoc solio digne sederit, sine dubio sublimabitur ad solium æternæ retributionis. Unde *Apoc.* 3. Qui vicerit, dabo ei sedere in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno ejus. Vel reges in solio collocat Dominus, quia

a & illic eriguntur. Et si b fuerint in catenis, & c vinciantur funibus paupertatis, d indicabit eis e opera eorum, & scelera eorum, f quia violenti fuerunt. † g Revelavit quoque aurem eorum, ut h corripiat, & i loquetur, ut k revertantur ab iniquitate. Si l audierint, & m observaverint, n complebunt dies suos in bono, & o annos suos in gloria. p Si autem non audierint, q transibunt r per gladium, & f consumentur in stultitia. t Simulatores, & callidi u provocant iram Dei, x neque clamabunt, y cum vincti fuerint. z Morietur in tempestate a anima eorum, b & vita eorum

al. † revelabit.

nos, qui modo bene se regunt, judices aliorum efficiet in die judicii. Quatuor enim erunt ordines hominum tunc, sicut *Greg.* Alii namque judicantur, & pereunt: alii non judicantur, & pereunt: alii judicantur & regnant: alii non judicantur, & regnant. Verbi gratia: Judicantur, & pereunt, sicut illi qui fidem habuerunt, sed non opera, quibus dicitur: esurivi, & non dedistis mihi manducare, &c. Ubi sequitur: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus. *Matt.* 25. Alii non judicantur, & pereunt, qui nunquam fidem habuerunt. De quibus *Ps.* 1. Non resurgent impii in judicio, i. ut judicent, vel judicentur. *Jo.* 3. Qui non credit, jam judicatus est. *Rom.* 2. Qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. Illi legaliter pereunt, quia sub lege positi peccaverunt, istis in perditione nihil de lege dicitur, quia nihil legis habere conati sunt. Item judicantur, & regnant, qui scil. præcepta Domini servaverunt, & maculas vitæ lacrymis, & eleemosynis terserunt. Quibus dicetur: Esurivi, & dedistis mihi manducare. Quibus promisit Dominus: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum vobis paratum a constitutione mundi. *Matth.* 25. Item non judicantur, & regnant, qui præceptis consilia addiderunt, qui nudi nudum Christum secuti sunt. Quibus Dominus dicit: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, &c. *Matth.* 19. De quibus etiam *Proverb. ult.* Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum Senatoribus terræ. Hi recte sub generali judicio non tenentur, quia præcepta generalia bene vivendi transcenderunt. Et de his hic recte dicitur: Reges terræ in solio collocat. Quia vero addit, in perpetuum, aperte ostendit, quod non de terreni regni solio intelligit, sed de æterno. Unde bene sequitur: *a* Et illic eriguntur.] quia hic humiliati fuerunt, ut patet. *Luc.* 18. *b* Etsi fuerint in catenis] boni reges, de quibus dictum est. *c* Et vinciantur funibus paupertatis.] Tunc. *d* Indicabit eis.] Dominus. *e* Opera eorum, & scelera eorum] quæ fecerunt ante.

B

f Quia violenti fuerunt,] idest, mali sibi, & aliis violentiam facientes. Per catenas intelligit Eliu retinacula præsentis peregrinationis, quibus ligatus erat Paulus, cum dicebat: Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo. *Philip.* 1. Item *Rom.* 7. Infelix ego homo, &c. Per funes paupertatis, intelligit temporalis vitæ miserias, de quibus *Osee* 11. In funiculis Adam, & in vinculis Charitatis traham te. His funibus paupertatis vinctum se cernebat Paulus, quando intuens veras divitias dicebat, ut sciatis, quæ sit spes vocationis ejus, quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in Sanctis. *Ephes.* 1.

g Revelavit quoque] Dominus [aurem eorum,] idest, intellectum cognitionis eis aperuit. *h* Ut corripiat] eos. Cum enim supernam gloriam magis amando cognoscimus, tunc mala, quæ egimus, graviora fuisse sentimus. *Greg.* Revelata aure unusquisque corripitur, quando intrinsecus æternorum bonorum desiderium percipit, & quæ mala intrinsecus perpetravit, agnoscit.

i Et loquetur] Dominus per flagella exterius, vel interius. *k* Ut revertantur ab iniquitate.] Sæpe enim flagella retrahunt, quos præmia non invitant. Unde *Ps.* 31. In chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Sed si flagella despiciunt, constat, quod gravius peccant. Unde sequitur: *l* Si audierint] verba Domini, quibus vocat interius, & exterius. *m* Et observaverint] faciendo. *n* Complebunt dies suos in bono] opere scil. *o* Et annos suos in gloria.] æterna, q. d. si verbis Domini obedierunt, i. flagellis, & inspirationibus, quibus loquitur nobis, cursum præsentis vitæ perficient in recto opere, & consummationem suam in felici retributione. *Jo.* 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint, vivent.

p Si autem non audierint,] idest, obedire verbis ejus noluerint.

q Transibunt] in ignem æternum.

r Per gladium] judicialis sententiæ, vel præsentis pœnæ. Multi enim ex verbere, quo debebant corrigi, deteriores existunt, quia pulsati doloribus, aut continuati pertinacia, duriores fiunt, aut quod pejus est, in murmuris, vel blasphemiæ exasperationem prosiliunt. De quibus *Jer.* 5. Percussisti eos, & non doluerunt, attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, induraverunt facies suas super petram, & noluerunt reverti.

f Et consumentur in stultitia.] erroris sui, quia corrigi hic ad flagella Domini nolunt. *Greg.* Fatuitas stultitiæ est, quod sic illos iniquitas obligat, ut a culpa eos nec pœna compescat. De utrisque, i. his, qui vocem Domini audiunt, & his, qui audire nolunt, dicitur *Isai.* 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos. Qui autem sint, qui provocant Deum, ostendit Eliu. *t* Simulatores, & callidi] i. Hypocritæ astuti. *u* Provocant iram Dei] simulata æquitate. *Prov.* 11. Simulator ore decepit amicum suum, justi autem liberabuntur scientia. Et apte dicit: Simulatores, & callidi provocant iram Dei, non simulatores tantum, quia hypocritæ nisi ingenio calleant, quod videri appetunt, congrue simulare non possunt. Ita dicit *Greg.* Oportet enim eum, qui talis est, duo habere, ut scil. callide noverit ostentare quod non est, & occultare quod est, & vera mala premere, falsa bona monstrare. Sed ne talis appareat, sæpe oportet eum simulate gloriam declinare, ut fugiendo comprehendat, quod non potest sequendo. Et nota, quod non dicit simulatores, & callidi merentur iram Dei, i. vindictam, sed provocant iram Dei. Iram quippe Dei potest quis mereri nesciens, provocare vero iram Dei, est mandatis ejus scienter contraire, scire bonum, sed despicere, facere posse, & nolle. Ita dicit *Greg.* Hi simulatores peregrinatione nequitiæ intrinsecus tenebrescunt, & ostentatione justitiæ superficie tenus dealbantur, sicut testa, vel paries luteus. Unde *Act.* 23. dixit Paulus principi Sacerdotum: Percutiat te Deus, paries dealbate. Et *Matth.* 24. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos a foris quidem paretis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Sunt autem quatuor partes hypocrisis. Una est simulatio falsi boni. Secunda dissimulatio veri mali. Tertia, jactantia aperti boni. Quarta excusatio aperti mali. Unde recte signatur per tertiam bestiam, quam vidit *Dan.* 7. Post hæc inquit, aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi avis quatuor super se, & quatuor capita erant in bestia. Quatuor alæ, sunt quatuor dictæ species simulationis. Quatuor capita sunt quadripartita intentio hypocritarum. Omnis enim hypocrita intendit, aut divitias, aut delitias, aut honores, aut gloriam hominum. Quid vero in fine sequatur hypocritas, adjungit Eliu.

x Neque clamabunt] per veram confessionem.

y Cum vincti fuerint,] vinculis flagellorum Domini. Flagella enim Domini vincula dicuntur, quia ligant nos, ne libere ad peccata effluamus. Unde *Greg.* Liberi sumus, cum nulla correctione castigamur. Vincimur autem, cum flagello percussionis astringimur. Vincti vero tanto altius clamamus, quanto in percussione positi peccata nostra veracius confitemur. Apud aures quippe Dei vox valida est devota confessio. Sed hypocritæ etiam acriter flagellati fateri se peccatores refugiunt, quia Sancti prius opinione omnium ferebantur. Et quamvis se duci ad æterna supplicia non ignorent, tamen tales cupiunt apud humana judicia remanere, quales se studuerant semper ostendere. Verba sunt *Greg.* Vel ideo non confitetur hypocrita, se peccatorem esse, cum percutitur a Domino, quia putat se esse talem, qualis dicitur ab hominibus justo Dei judicio deceptus intus, quia alios foris fallit, ut dicit *Greg.* *z* Morietur in tempestate] quæ subito, & cum tumultu venit. *a* Anima eorum,] quæ humanæ laudis pessima tranquillitate lætabatur. *Jer.* 23. Tempestas erumpens super caput impiorum veniet. *Greg.* Simulatores dum amplectuntur in laude, quod non sunt, repente inveniunt in ultione, quod sunt. *b* Et vita eorum,] i. hypocritarum.

a inter effuminatos. *b* Eripiet *c* pauperem *d* de angustia sua, & *e* revelabit in *f* tribulatione *g* aurem *h* ejus. *i* Igitur salvabit te de *k* ore angusto latissime, & *l* non † habente fundamentum subter se. *m* Requies autem mensæ tuæ *n* erit plena pinguedine. *o* Causa tua quasi impii judicata est, *p* causam, judiciumque recipies. *q* Non te ergo superet ira, ut *r* aliquem opprimas, *s* nec multitudo † donorum inclinet te. *t* Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, *u* & omnes robustos fortitudine. *x* Ne protrahas noctem,

al. † habentis.

C

al. † locorum.

a Inter effeminatos] morietur, quia non viriliter vivit, quem laus humana corrupit. Unde electis dicitur per *Ps.* 30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. *Greg.* Arrogantes humanis laudibus mollia corda prostituunt, quia suis amatoribus corrumpuntur. *Matth.* 11. Quid exiistis in desertum videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. *b* Eripiet] Dicto de damnatione reproborum, qui hic affligunt pauperes, subjungit Eliu de ereptione pauperum idest, humilium, dicens: [Eripiet] Deus, scilicet. *c* Pauperem] spiritu, idest, humilem. *d* De angustia sua,] quam hic patitur. *Greg.* Tunc pauper de angustia eripitur, cum humilis quisque de afflictione suæ peregrinationis liberatur, quia est in morte. *Prov.* 11. Justus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Et congrue dicitur de angustia sua, idest, utilis sibi. Assidue enim hic affligitur: ut ad requirendum alibi remedium veræ consolationis provocetur. Unde sequitur: *e* Et revelabit] Deus. *f* In tribulatione] præsenti. *g* Aurem] idest, intelligentiam. *h* Ejus.] idest, pauperis, quam prosperitas claudit. *Prov.* 1. Aversio parvulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet eos. *Greg.* Aurem in tribulatione revelare, est auditum cordis plagis verberum aperire. *Is.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. Sequitur: *i* Igitur salvabit te] Dominus, o tu Job. *k* De ore] idest, a peccato mortali, quod dicitur os angustum, non quia facilis sit ingressus, sed quia difficilis est egressus. *Isa.* 5. Dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Hoc dicit Eliu, quia pro culpa Job flagellatum credidit, & quo eum validioribus plagis vidit affici, eo deterioribus iniquitatibus credidit prægravari, & ideo in os angustum putavit cecidisse, de quo Dominus salvat latissime, cum ad latitudinem charitatis, & libertatem boni operis adducit. Sic se salvatum noverat David cum diceret *Ps.* 30. Salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos. Ibi *Greg.* In loco spatioso pedes stabiliti sunt, quando ad congruentia bona tendimus, & nulla difficultate præpedimur. *l* Et non, &c.] idest, jus subsistendi. Propriũ peccatum quidem sine substantia est, sed in natura boni coalescit. *Greg.* Omne peccatum fundamentum non habet, quia non ex propria natura subsistit. Vel non habente fund.] idest, fund. Et dicitur peccatum non habere fundum propter immensam voraginem inferni, ad quam ducit peccatum. Vel peccatum fundamentum non habet, quia semper ad deteriora demergit. Nam sicut qui in puteum mergitur, tenetur fundo putei, ita anima semel lapsa in aliquo peccato, si ibi staret contenta illo peccato, quasi in quodam fundo mersa consisteret, sed dum peccato, in quod labitur, non potest esse contenta, sed quotidie de uno in aliud dejicitur, quasi in puteo, quo cecidit, fundum non inveniat, quo retineatur. *Gr.* Esset fundus putei, si fuisset mensura peccati. *Prov.* 18. Impius cum venerit in profundum peccatorum contemnit. Tali namque redire dissimulat, quia sibi posse misereri desperat, ut dicit *Greg.* Sed cum desperat, puteo suo fundum subtrahit, ne, ubi retineri possit, inveniat. Breviter ergo quodlibet peccatum mortale dicitur os inferni, sed peccatum consuetudinis, vel desperationis dicitur os angustum: A quo cum liberat, de ore angusto salvat latissime, idest, latissima pietate. Ibi enim est latissima misericordia Dei, & tunc proprie dicitur Deus multum misericors, quando a tali peccato liberat. *m* Requies, &c.] Dictum est *sup.* quod Dominus pauperem de angustia sua liberat, & etiam in tribulatione intelligentiam præstat. Plus etiam facit Dominus, quia post angustiam tribulationis, requiem internam, & æternam dat. Unde Eliu in B. Job temporalia verbera volens consolari æternorum retributione, quod ei debebatur ex meritis, quasi ex seipso gratuito promittit dicens: [Requies autem mensæ tuæ] idest, refectio satietatis internæ. *n* Erit plena pinguedine.] idest, æternæ voluptatis delectatione. Unde *Psal.* 64. Pinguescent speciosa deserti. Hujus mensæ epulas desiderabat propheta, cum dixit: *Psalm.* 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Hujus etiam mensæ poculum sitiebat, cum dixit: *Psalm.* 41. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. *o* Causa tua, &c.] idest, tu quasi impius flagellatus es. *Greg.* Causa justorum justitia est, pro qua certant, quæ quasi impii causa judicantur, quia hic paterno flagello fatigatur. *Eccl.* 8. Sunt justi, quibus mala multa proveniunt, quasi opera egerint impiorum. *p* Causam, judiciumque recipies.] idest, justam retributionem, quia justi quanto magis hic judicantur, tanto potentius tunc omnia judicabunt. *q* Non te ergo superet ira] de eo quod corrigeris. *r* Ut aliquem opprimas,] violentia. *s* Nec multitudo, &c.] a recto judicio, quod frequenter accidit. Unde *Deut.* 16. Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum. Idem *Exod.* 23. Item *Eccl.* 20. Xenia, & dona excæcant oculos judicum, quasi mutus in ore &c. Item *Sap.* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Vel secundum antiquos codices ut dicit *Greg.* Nec multitudo locorum, per quam vagatur homo in cogitationibus. Et notatur hic mos, & modus arrogantium. Modo Eliu consolationis verba dicebat paulo ante, nunc subito ad asperam increpationem prosilit. Talis enim est mos arrogantium. Unde *Greg.* Arrogantes cum ad aliqua verba consolationis descendunt, statim viluisse se æstimant, & per increpationis tumidæ asperitatem quasi quoddam sibi ingenium reformant. Aliena etiam magna despiciunt, & sua parva admirantur, de suis malis bona æstimant, de alienis bonis male sentire non cessant, & pondus bonæ actionis vertunt in maculam criminis. Et benigni volentes apparere, iræ motum reputant quicquid geritur censura disciplinæ, & a bonis rectoribus opprimi injuste æstimant, quos cernunt invitos a vitiis coerceri. Unde Eliu admonens beatum Job, ait: Non te superet ira, ut aliquem opprimas. Et recte admonet, quia ut dicit *Greg.* qui aliena corrigit, prius videat, ne ira superetur. *Ephes.* 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. *Galat.* 6. fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c. Hoc maxime convenit Prælatis. Unde per quemdam dicitur illis:

Discite dura pati, sola est, quæ conterit hostem,
Virtutesque regit patientia, sola triumphis
Militat innocuis, & honestæ consulit iræ.

Ubi autem nos habemus: Nec multitudo donorum inclinet te; veteres codices: Nec multitudo locorum inclinet te, idest, multitudo supervacuarum cogitationum, quibus mens acquiescit.
t Depone magnitudinem tuam absque tribulatione,] idest, patienter sustine te deponi, tamen a magnitudine tua sine tribulatione. *u* Et] etiam depone (omnes robustos fortitudine.] idest, amissionem robustorum tuorum patienter sustine. *x* Ne protrahas noctem] tribulationis tuæ, nimis dolendo.

Δ *a* Ut ascendant

Mystice.

Mystice exponitur de Ecclesia, cui arrogantes subductis fortibus Prælatis quos olim habuit, quasi consulentes illudunt, dicentes:
t Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine,] quasi dicat, ne confidas, te habere magnitudinem, quia mortuis prioribus patribus jam, non habes de quorum vita glorieris. Omnes enim robusti fortitudine fuerunt, qui tibi olim adhæserunt, quia vivendo tenuerunt, quod prædicando docuerunt; nunc vero qui tibi præsident, visione robusti sunt, non fortitudine. Unde impleta est prophetia *Isa.* 3. Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. *Num.* 2. Locutusque est Dominus ad Moysen, &c. Ibi *Gloss.* Sæpe accidit, ut qui humilem sensum gerit, & terrena sapit, excelsum Sacerdotii gradum, vel Cathedram Doctoris obsideat, & qui spiritualis est, & a terrenis tam liber, ut omnia examinare possit, & a nemine judicari, inferioris ordinem ministerii teneat, vel in plebis multitudine relinquatur. Sed hoc est legis, & Evangelii statuta contemnere, & nihil secundum ordinem gerere. *Eccl.* 10. Est malum, quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis positum stultum in dignitate sublimi, & divites scientia, & virtute sedere deorsum. Vidi servos in equis, & principes quasi servos ambulantes super terram.
x Ne protrahas noctem,] q. d. obscuritate ignorantiæ tuæ non facias, ut in loco fortium subroges infirmos.

Ω *a* Ut ascendant populi pro eis,] quos amisisti.
b Cave, ne declines ad iniquitatem,] murmurando per impatientiam contra Deum. *c* Hanc enim, &c.] Hoc est, falsum est. Sed Eliu incerta, & ignota, sicut certa, & nota damnat. Nescit enim utrum ex impatientia, vel ex virtute dixerit Job, quæ ab eo audivit.
d Ecce] enim [Deus excelsus, &c.] idest, in Prophetis, & Patriarchis. *Jer.* 10. Non est similis tui Domine; quasi dicat Eliu expedit tibi, o Job, ut non declines ad iniquitatem, quia Deus fortis est, & fortiter vindicat iniquos. *Exod.* 20. Ego sum Deus zelotes &c.

al. † potest.
al. † ceciderunt.
D
al. † stillas
al. † pluunt.

modo; intuebor illum, sed non prope. Et est argumentum quod alicui revelatur sua damnatio.
n Numerus annorum ejus,] idest, æternitas ejus.
o Inæstimabilis] quia homo æternitatem non potest metiri.

ut *a* ascendant populi pro eis, *b* Cave, ne declines ad iniquitatem. *c* Hanc enim cœpisti sequi post miseriam. *d* Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. *e* Quis poterit scrutari vias ejus, *f* aut quis † audet ei dicere, operatus es iniquitatem? *g* Memento, quod ignores opus ejus, *h* de quo † *i* cecinerunt viri; *k* Omnes homines vident eum, *l* unusquisque intuetur procul. *m* Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. *n* Numerus annorum ejus *o* inæstimabilis. *p* Qui aufert † stellas pluviæ, & *q* effundit imbres ad instar gurgitum, *r* qui de *s* nubibus † fluunt, *t* quæ *u* prætexerunt

p Qui aufert stellas pluviæ,] *Ad litteram*, ne mundo pareant, & vocat stellas pluviæ, quas sequitur pluvia.
q Et effundit imbres ad instar gurgitum,] idest, copiose.
r Qui] scilicet imbres, vel gurgites.
s De nubibus fluunt] *ad litteram*.
t Quæ] scilicet, nubes. *u* Prætexerunt cuncta desuper.] idest, aereas partes, itaut cum in cœlum oculos attollimus, non ipsum cœlum, sed nubes intuemur. Unde sequitur:

Mystice. Mystice autem prophetat hic Eliu de primo Adventu Christi, ut dicit *Greg.* Nec mirum, si vir arrogans impletur spiritu prophetico, cum Saul in numero Prophetarum fuerit. 1. *Reg.* 10. & 19. & Balaam de eodem prophetavit: *Num.* 24. Orietur stella ex Jacob. Et multi alii mali. Unde *Matt.* 7. Multi dicent in illa die: Nonne in nomine tuo prophetavimus? Quibus tamen dicet Dominus: Non novi vos. Dicit ergo Eliu [Ecce Deus, &c.] quasi dicat: Christus humilis videbitur in infirmitate sua, & tamen manet in fortitudine. Unde 2. *Cor.* 13. Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Huic nullus similis fuit, quia homo fuit sine peccato omni, natus sine dolore matris, & filius sine adoptione patris.
e Quis poterit scrutari vias ejus,] idest, judicia, quibus hunc eligit, hunc reprobat, hunc humiliat, alium exaltat, quasi dicat, nullus. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum, &c.
f Aut quis audet, &c.] Ac si dicat. Cujus actio perscrutari non potest, quo pacto poterit reprehendi? Nemo enim bene judicat, quod ignorat, ut dicit *Gregorius*. *Deut.* 1. Audite illos, &c. ibi *Gloss.* Nemo judicandus est nisi, auditus. *Joan* 7. Nunquid lex nostra judicat quemquam, nisi prius audiret ab ipso, & cognoverit, quid faciat?
g Memento, &c.] idest, judicia.
h De quo,] idest, de cujus potentia.
i Cecinerunt viri,] idest, Angeli vel Doctores perfecti, nobis ejus potentiam prædicantes; & tamen ejus judicia ignorant. Quis enim novit de duobus parvulis simul nascentibus, cur unus ad Baptismi gratiam perveniat, alter ante moriatur, quam eum regenerans unda perfundat? Nemo, Unde *Ps.* 38. Judicia tua abyssus multa. *Eccl.* 11. Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.
k Omnes homines vident eum,] idest, cognoscunt Deum esse fide, & ratione. Unde *Gr.* Omnis homo eo ipso, quod rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum, qui se condidit Deum esse. Sed ne crederetur, quod homines viderent Deum per speciem, sicut est, ideo subdit: *l* Unusquisque intuetur procul.] Etiam justus in hac vita qui non per speciem cernit, sed ex sola operum suorum admiratione quodammodo conspicit, *Rom.* 1. Invisibilia Dei, per ea, quæ facta sunt, a creatura mundi intellecta conspiciuntur. *Sap.* 13. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Mali vero & in hac vita & in futura procul intuentur, quia solam humanitatem videntes, divinitatis claritatem non videbunt. Unde miro modo reprobi longe fient ab ejus visione, quem conspicient. Sed cum minus sint opera Dei quam ipse, valde mirum est, quod ipsum cernimus, & opus ignoramus. Dictum est enim: [Memento, quod ignores opus ejus. Et statim subjungitur: [Omnes homines vident eum.] De hoc dicit *Greg.* Agentem cernimus, sed in actione caligamus, idest, in ratione actionis, quia rationem quare ita sit, nescimus; quia videlicet, cur, quid fiat, incertum est, sed quis sit, qui hæc faciat, certum est. Quia autem Deus procul videatur, ostendit Eliu cum subjungit: *m* Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.] Per hoc, quod dicit: Ecce, innuit, quod videtur. Unde *Gr.* quia Deus ubique præsens est, cum de illo ecce dicitur, etiam non videntibus adesse monstratur. Per hoc autem, quod dicit: vincens scientiam nostram, ostendit, quod procul videtur, idest a longe, *Numer.* 24. Videbo eum, sed non

Ω *a* Si voluerit — Mystice.
p Qui aufert stellas pluviæ, &c.] Duo sunt in Ecclesia Dei genera justorum. Unum bene viventium tantum: Aliud bene viventium, & bene docentium sive recte. Sic & in cœlo sunt duo genera stellarum. Aliæ quidem siccitatis, quorum ortum nulla pluvia sequitur: Aliæ sunt stellæ pluviæ, quæ exortæ arentem terram magnis imbribus infundunt. Simplices igitur bene viventes, stellæ sunt, quia per exemplum bene vivendi aliis lucent, sed non pluviæ, quia per doctrinam vel prædicationem pluere nesciunt. Qui vero bene vivunt, & recte docent, stellæ pluviæ sunt. Stellæ quidem, quia vitæ meritis lucent: pluviæ, quia doctrinæ, & prædicationis pluviam effundunt. Tales fuerunt Prophetæ, qui quasi astra in cœlo Ecclesiæ positi, totam Ecclesiæ terram pluvia doctrinæ, & prædicationis irrigaverunt. Quos cum Dominus ab hac vita sumpsit, stellas pluviæ abstulit, & instar gurgitum imbres effudit, quia eorum vice Apostolos misit, qui abundantius in similitudinem gurgitis Ecclesiam compluerunt. Dicit ergo: [Qui aufert stellas pluviæ,] idest, Prophetas ad cœlestia, & intima assumpsit.
q Et effundit aquas ad instar gurgitum,] idest, doctrinam Apostolorum uberius Ecclesiam irrigantem emisit. Possunt etiam per stellas pluviæ, Apostoli designari, de quibus Judæa reprobata dicitur: Prohibitæ sunt stellæ pluviarum, & serotinus imber non fuit. *Jerem.* 3. Quos cum Dominus solutis corporibus ad cœlum assumpsit, quasi a facie cœli stellas pluviæ abscondit. Sed in morem gurgitum imbres fudit, quia per expositores sequentes, fluenta sapientiæ largius patefecit: Nam quod Apostoli breviter dixerunt, isti diffusius exponendo auxerunt. Dicatur igitur: [Qui aufert stellas pluviæ,] idest, Apostolos [Et effundit imbres ad instar gurgitum,] idest, expositores consequenter transmisit.
r Qui de nubibus fluunt,] quia expositores ex sanctis Apostolis originem intelligentiæ receperunt, & Apostoli quodammodo a Prophetis. Nubes enim aliquando Prophetæ, aliquando Apostoli, aliquando homines mobiles dicuntur. Prophetæ quidem ut in *Psalmo* 17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris, idest, occulta est scientia in Prophetis. Apostoli quidem: Unde *Isa.* 5. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. Item *Isa* 60. Qui sunt isti, qui ut nubes volant? Homines mobiles. Unde *Eccl.* 11. Qui observat ventum, nunquam seminat, idest, qui tentationes venturas metuit, cur ad bona opera non apponit: & qui considerat nubes, nunquam metet, idest, qui ante humanæ mortalitatis terrorem trepidat, mercede æternæ retributionis se privat.
t Quæ] scilicet nubes, idest, Prophetæ, & Apostoli.
u Prætexerunt cuncta desuper.] Ut quemadmodum cum oculos ad cœlum attollimus, non ipsum cœlum, sed nubes intuemur, ita intellectus noster transire ad divina non sinitur, nisi prius per Sanctorum præcedentium exempla formetur. Verbi gratia: Cupis Deo placere per obedientiam, & regni hæreditatem tibi acquirere, considera vestigia Abraham, & juvaris ad hoc. Quid enim obedientius Abraham, qui ad primam vocem Domini cognatos reliquit, & patriam, filium etiam unigenitum non timuit immolare?

Gen. 12. Gen. 22.

cuncta desuper, *a* Si voluerit extendere nubes *b* quasi tentorium suum, & *c* fulgurare lumine suo desuper, *d* cardines quoq; *e* maris operiet. *f* Per hæc enim *g* judicat populos, & *h* dat escas † multis mortalibus. *i* Immanibus k abscondit *l* lucem, *m* & præcipi *n* ei, ut *o* rursus adveniat. *p* Annunciat *q* de ea *r* amico suo, quod *s* possessio ejus sit, & ad eam possit ascendere.

CAP. XXXVII.

SUper *t* hoc expavit cor meum, & *u* emotum est de loco suo. *x* Audiet *y* auditionem in terrore vocis *ejus*, *z* & sonum de

al. † cunctis. al † manibus.

⊖ *a* Si voluerit, &c.] per aera spargendo eas. *b* Quasi tentorium suum,] quia ultra nubes latet cœlum, ubi est sedes Dei. *c* Et si voluerit fulgurare lumine suo desuper,] quid fiet? Ecce *d* Cardines quoque] i. certe. *e* Maris operiet.] idest, totum mundum. *f* Per hæc enim] sc. nubes, & fulgura.
g Judicat] i. terret Dominus populos. *h* Et dat escas multis mortalibus.] quia nubibus, & fulguribus irrigatur, & fœcundatur terra, ut escas populo proferat. Quod autem dicit [multis mortalibus] & non cunctis, mysterium respicit, quia non omnium est fides, nec omnes obediunt Evangelio: *Rom.* 10. Et ideo dicit, [multis,] quia quædam sunt animalia, quæ non vivunt ex nascentibus terræ, ut est Salamandra, quæ vivit de igne, & halex ex aqua. *i* Immanibus] i. magnis tyrannis, & potentibus, & superbis.

A

k Abscondit] Dominus. *l* Lucem,] corporalem, vel spiritualem, excæcando eos, idest, non illuminando. Vel, [In manibus, idest, in operibus suis, ut sint duæ dictiones, [abscondit] Dominus, [Lucem] Solis, faciendo eum occidere sub terra, ut penitus non videatur in hæmisphærio. *m* Et præcipit] Deus.
n Ei,] i. luci. *o* Ut rursus adveniat.] superius in nostro hæmisphærio. *p* Annunciat] sc. Deus.
q De ea] idest, luce. *r* Amico suo,] cuilibet homini, propter quem facta est. *s* Quod possessio ejus sit,] Unde & si non peccasset homo, ipse Sol, & cetera luminaria cœli essent obedientia homini.

Mystice. ⊖ *a* Si per patientiam vis placere Deo, considera Isaac, qui ligna portat, & de hostia interrogat, ligatur, & non loquitur, aræ superponitur, nec reluctatur. Item si per laborum tolerantiam vis placere Deo, attende Jacob, qui propinquus jure cognationis, longo tamen tempore pro habenda Rachel exercuit opera servitutis. Item si per continentiam vis placere Deo, respice Joseph, qui ad desiderium Dominæ petulantis jugo luxuriæ, non potuit premi etiam captivus. Item si per mansuetudinem vis placere, attende Moysen, qui commissi sibi populi, seditionem, & murmur tolerat, & tamen pro ipsis dominum irascentem rogat. Item si per constantiam vis placere, considera Josue, & Caleb, qui ad explorandum missi, nec proceritatis magnitudine, nec numerositatis multitudine exterriti, nec sociorum segnitie, vel populi clamore commoti, easdem gentes, quas explorando non timuerunt, prælianda prostraverunt. Item si per benignitatem animi vis placere, considera Samuelem, qui de principatu regendi populi ejectus successorem humiliter requiret, inventum Saulem in Regem ungit, pro ipso, ne amoveatur a Regno, rogat, & luget. Unde dictum est ei: Quousq; tu luges Saul, cum ego abjecerim eum? 1. *Reg.* 16. Item si per pietatem, & humilitatem vis placere, attende David, qui a Rege reprobo pro victoriis contumelias suscepit, qui de manu hostili populum Israeliticum fortis eripit, tamen quasi debilis, ne moriatur, fugit: Electum se divino judicio, & persecutorem suum reprobatum agnoscit, & tamen eidem satisfactionis humilitate crebro se subjicit. Quia ergo in cunctis, quæ spiritualiter appetimus, exemplis Sanctorum præcedentium informamur, recte de his dixit Eliu: [Quæ prætexerunt cuncta desuper.] Nam more nubium tegimur, vita patrum extensa super nos, ut ab eis infundamur, & fœcundemur, & cœlestia penetrare volentes, prius facta eorum admirando cernamus, & post cœlestia per eos informati, experiendo attingamus. *a* Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum,] i. ministris suis viam prædicationis aperire, & eos in mundi latitudine circumquaque diffundere. *c* Et si voluerit fulgurare lumine suo desuper,] i. per Prædicatores suos virtute superna miracula facere ad mentes hominum illustrandas. Si hæc voluerit Dominus facere: *d* Cardines quoque maris operiet.] vel aperiet i. extremos mundi terminos in divinum amorem convertet. *f* Per hæc] idest, guttas nubium, & fulgura miraculorum. *g* Judicat populos,] idest, terrendo ad pœnitentiam revocat: Nam dum peccatores superna audiunt, & mira opera prædicantium attendunt, mox ad corda sua redeunt; & de ante factis peccatis se affligentes, æterna supplicia pertimescunt. *h* Et [iterum] per hæc dat escas multis mortalibus.] quia per easdem nubes, per quas terror infligitur, esca consolationis datur. Hæc est enim, ut dicit *Gregor.* magna prædicatorum dispensatio, ut sic sciant superbientium mentes affligere, ut etiam afflictas noverint consolationis eloquio nutrire: Sic peccantes de æternis suppliciis terreat, ut pœnitentes de superni regni gaudiis pascant.
i Immanibus abscondit lucem,] veritatis, idest, superbis, qui apud semetipsos sapientes sunt, *Luc.* 10. & *Matth.* 11. Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Sed quia aliquando superna gratia hos sapientes respicit, apte subditur: *m* Et præcipit ei, ut rursus adveniat.] Lumen enim veritatis, quod elatis absconditur, eisdem afflictis, & humiliatis revelatur. Ut autem afflicti, & humiliati peccatores fiduciam habeant posse redire ad patriam, & lucem veritatis, recte subjungitur: *p* Annunciat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, & ad eam possit ascendere.] Amicum veritatis, sive lucis, dicit amatorem rectæ operationis. Unde *Joan.* 15. Vos amici mei estis, si feceritis ea, quæ ego præcipio vobis, dicit Dominus.

EXPOSITIO CAP. XXXVII.

SUper *t* hoc expavit cor meum, &c.] In fine præcedentis capituli dixerat Eliu de luce æternæ patriæ, quod Dominus annunciat de amico suo, quod possessio ejus sit, & ad eamdem possit ascendere, vel accedere, quod valde mirum, atque terribile videtur, quod, scil. homo in terra editus, atque a cœlesti patria jure exigentibus meritis longe damnatus, non solum ad statum primæ conditionis reducitur, sed longe gloriosius exaltatur. Super cujus rei consideratione fatetur Eliu expavisse, dicens: [Super hoc] sc. quod dictum est, quod homo possit ascendere ad cœlum. Vel super hoc,] i. super Dei judicio, quo alios vocat, alios relinquit. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. [Expavit cor meum,] præ stupore admirationis. *u* Et emotum est de loco suo.] i. delectatione vitæ præsentis, quæ est locus humani cordis: quia ibi quiescit. Unde *Jer.* 48. Requievit Moab in fæcibus suis, nec est transfusus de vase in vas, & in transmigrationem non abiit: Pavor autem hic ponitur pro excessu, sicut in *Ps.* 115. Ego dixi in excessu meo. *Alia littera* dicit: In pavore meo; quia sicut in excessu, ita in pavore mens a seipsa alienatur, quia considerata luce æternæ patriæ, mens, quæ prius in temporalium delectatione torpuerat, repente per excessum admirationis ad superna se suspendit, & cogitationis infimæ locum mutavit. Locus qu ppe ejus prius erat delectatio temporalis, post excessum hujus factus est locus ejus amor æternitatis. Sed qualiter hoc fiat, consequenter ostendit Eliu, dicens: *x* Audiet] homo sc. *y* Auditionem in terrore vocis ejus,] Auditio vocis Dei, est idem, quod vox Dei. Vox autem Dei dicitur hic gratia inspirata, quæ non in gaudio, sed in terrore audiri dicitur: quia cor terrenum dum aspiratione divinæ gratiæ tangitur, statim intelligit, quod cuncta, quæ agit, districte judicabuntur, & sic terrore concutitur, ut concussum in amore Dei solidetur. Unde *Gregor.* Auditio vocis Dei prius in terrore fit, ut postea vertatur in dulcedinem. Dominus enim nos prius districti judicii timore castigat, ut castigatos supernæ dulcedinis consolatione reficiat. Unde seq. *z* Et sonum de ore ejus procedentem.] audiet, supple, i. dulcedinem consolationis a Deo post terrorem recipiet. Os Dei filius est, per quem nobis pater locutus est. Sonus oris, est Sp. Sanctus, qui prius de terrena actione, quos replet, terrificat, & postmodum spe cœlestium consolatur. Possunt hæc & de judicio exponi, quando judex primo dicit: Discedite a me maledicti in ignem æternum: Ecce vox in terrore. Postea dicet electis: Venite, benedicti patris, &c. Ecce sonus de ore procedens. *Isa.* 30. Auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachii sui ostendet in comminatione furoris. Sed quia sunt multi, qui Deum ita intentum in superioribus

Matth. 15.

bus

ore illius procedentem. † *a* Subter omnes cœlos ipse considerat, & *b* illius lumen *c* super terminos terræ. *d* Post eum rugiet sonitus, *e* tonabit voce magnitudinis suæ, & *f* non investigabitur, cum audita fuerit vox ejus. *g* Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, *h* qui facit magna, *i* & inscrutabilia. *k* Qui præcipit nivi, ut descendat † super terram, *l* hyemis pluviis, & imbri *m* fortitudinis suæ. *n* Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. *o* Ingredietur bestia *p* latibulum suum, & in *q* antro suo morabitur, Ab *r* interioribus egredietur tempestas, & *s* ab Arcturo frigus. *t* Flante Deo *u* concrescit gelu, & *x* rursum latissimæ

al. † super.

al. † in.

bus dicunt, ut inferiora non curet, ostendit Eliu, Deum sic omnia disponere, quod non obliviscatur singula; sic regere maxima, ut non impediatur ad parva. Deus enim, qui ubique præsens, ubique æqualis, æque omnia disponit, & respicit. Et hoc est: *a* Subter omnes cœlos, &c.] Vel super, q. d. qui summa regit, inferiora non deserit. *b* Et lumen illius] i. cognitio. *c* Super terminos terræ.] quia nihil est ei incognitum in terra. *Sap.* 8. Attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. *Sup.* 28. Ipse fines mundi intuetur. Si autem per cœlos Apostolos accipimus, recte dicitur: *a* Subter omnes cœlos ipse considerat,] quia ablatis Apostolis adhuc infirmitatem Ecclesiæ considerat Deus, & curat, quod non putatur a quibusdam, quia non vident modo miracula fieri, quæ faciebant Apostoli. *b* Et lumen gratiæ, &c.] i. modernos Prædicatores: quia post sublimem vitam præcedentium, etiam modernorum mores, & actus gratiæ suæ illustratione comprehendit, qui etsi miracula non faciant, tamen faciunt opera bona. Vel sic: Lumen illius super terminos terræ,] i. prædicatio super gentes, eas ad fidem intra terminos S. Ecclesiæ colligens. Vel sic: Lumen illius super terminos terræ.] i. super fines peccatorum sæpe divina gratia homines, qui totam vitam in peccatis expenderunt, in fine vitæ visitat, & illustrat ad pœnitentiam. Unde *Gen.* 7. In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Japhet filii ejus in arcam, uxor ejus, & uxores filiorum ejus cum eis. *d* Post eum rugiet sonitus,] i. post gratiæ illustrationem luctus de peccatis: Quia ut dicit *Gregor.* cum Deus mentem ingreditur, constat procul dubio, quod mox pœnitentiæ gemitus sequatur, ut ei jam libeat flere, quæ prius de peccati jucunditate gaudebat: Et quo uberius culpa fletur, eo altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen, polluta dudum conscientia lacrymis baptizata renovatur. *e* Tonabit voce, &c.] Tonat Deus voce magnitudinis suæ, cum se nobis jam per lamenta præparatis, quam sit magnus in supernis insinuat, unde timor fit sicut ex tonitruo. Sed quia ignoratur, quibus modis fiat ista visitatio terroris, subdit Eliu: *f* Et non investigabitur, cum audita fuerit vox ejus.] Vox Domini auditur, cum menti gratia inspiratur. Sed istam vocem supervenientes spiritus, nec ipsa mens per eam illustrata investigat: quia quibus meatibus virtus invisibilis menti se influat, & quibus modis veniat, aut recedat, nescit. Unde *sup.* 9. Si venerit ad me non videbo eum; & si abierit, non intelligam. *Joann.* 3. Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat. *Greg.* Vocem spiritus audire, est vi compunctionis intimæ in amorem invisibilis conditores assurgere. Sed nemo scit utrum veniat: quia ignoratur, quibus occasionibus se ad nos per ora prædicantium fundat. Et nemo scit, quo vadat, quia cum unam prædicationem multi audiunt, nescitur, quem deserat, vel in cujus corde requiescat. *g* Tonabit Deus in voce] i. quadam occulta vi corda penetrans, quanto ardore sit amandus, atque timendus, monstrabit, quodammodo silenter clamans. Unde anima hoc intimo clamore in semetipsa collecta, miratur quod audit: quia vim compunctionis incognitæ percipit. Quod significatur *Exod.* 16. Ubi dulcis cibus desuper veniens, Manhu vocatur, l. quid est hoc. Supernum igitur manna anima percipit, cum divina dulcedine repleta admirando, respondet, quid est hoc Sequitur:

h Qui facit, &c.] operis perfectione. *i* Et inscrutabilia.] ratione. Perfectio enim operis extra paret, sed qualitas operationis intus latet. *k* Qui præcipit, &c.] i. solo verbo descendere facit: Dixit enim, & facta sunt.

l Et hyemis pluviis, & imbri fortitudinis suæ.] supple præcipit, ut descendant super terram.

Ab. *Ibbrev.* Mystice. Per nives intelliguntur Prædicatorum mentes luce justitiæ candidatæ. Aquæ enim in superioribus ductæ constipantur, ut nives fiant, quæ iterum in terram venientes, in aquam liquescunt: Sic Prædicatorum mentes ad superna erecte per contemplationem, altiori intellectu solidantur, & virtutum confirmationem recipiunt; Sed iterum in terra fraterna dilectione retentæ, infirmis humilia prædicantes mores nivium liquatæ per compassionem descendunt. Hyems est præsens vita, in qua nos frigus mortalitatis constringit. Unde *Sap.* 9. Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, &c. Hæc hyems habet pluvias, i. Doctorum prædicationes, sed æstate cessabunt: quia postquam æterni judicii æstus incaluerit, non erit necessaria prædicatio. Unde sponsæ dicitur *Cant.* 2. Surge propera, amica mea, formosa mea, & veni. Jam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. Transeunte quippe hyeme, imber recedit: quia cum vita præsens peragitur, in qua nos ignorantiæ nubilo obvolvimur, omne ministerium prædicationis cessabit: quia tunc clarius videbimus, quod modo in prædicatione audimus. Unde *Psal.* 47. Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum. Præcepit ergo Dominus nivi, & pluviis hyemis, ut in terram descendant, dum aspiratione Sp. Sancti corda Prædicatorum pro corrigendis peccatoribus humiliat. *m* Et imbri, &c.] Similiter imber fortitudinis est prædicatio divinitatis: Imber vero infirmitatis est prædicatio humanitatis. Imbrem fortitudinis pluebat Joannes, cum dixit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: imbrem infirmitatis pluit, cum dixit: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Imbri igitur fortitudinis præcepit, ut in terram descendat, i. sublimem Deitatis prædicationem, secundum capacitatem audientium temperari jubet.

Joan. 1.

n Qui in manu omnium hominum, &c.] i. imbre fortitudinis descendente in terram, facit ut homines, qui prius nolebant attendere mala, quæ fecerant, subtilius vitam suam investigent. Vel sic: [Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua,] i. per bona opera prædicatorum facit, ut singuli auditores noscant opera sua. Unde *Jac.* 5. Exemplum accipite, fratres, laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Vel sic: [Qui in manu omnium hominum, &c.] i. qui tales fecit omnes homines, ut & singuli noscant opera sua. Lege enim naturæ, ut dicit *Greg.* compellitur homo scire, sive rectum, seu pravum sit, quod operatur. Et hoc probat *Greg.* hoc modo: Si bona se facere nesciunt, cur aliquibus factis in ostentatione gloriantur. Rursum si mala se agere ignorent, cur in eisdem factis alienos oculos declinant? Seq. *o* Ingredietur bestia, &c.] Non est perfectus Doctor, qui docet bonum, ut fiat nisi doceat, malum ne fiat. Ideo postquam de virtutibus nubium egit, subjungit de malitia, & impugnatione adversarii dicens: [Ingredietur bestia,] i. diabolus, qui omne bonum vastat. De qua dicitur *Isa.* 35. Mala bestia non ascendet per eam, nec invenitur ibi. *p* Latibulum suum,] i. Antichristum, quem replebit, in quo latebit, quia se bonum simulabit Antichristus. *q* Et in antro suo, &c.] i. in Antichristo, inde insidians transeuntibus. *Psalm.* 9. Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Notandum autem, quod diabolus primo pulsat per suggestionem: *Gen.* 3. Quare præcepit vobis, &c. Intrat per consensum: Unde illud, [Ingreditur bestia latibulum suum,] Sat per peccati perpetrationem: Unde *Psalm.* 108. Et diabolus stet a dextris ejus. Dormit per delectationem: *Infr.* 40. Sub umbra dormit. Moratur per consuetudinem: Unde illud, [Et in antro suo morabitur,] *Jer.* 4. Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Vel [in antro suo morabitur,] i. in cordibus Judæorum, quos quasi proprium antrum possidet, moram in eis faciens, quia prius noxias cogitationes usque ad iniqua desideria, & desideria usque ad iniquissima opera perduxit, quando ex malitia Christum Pilato feriendum tradiderunt. Unde seq. *r* Ab interioribus egredietur tempestas,] i. a Judæis persequens malitia, *s* Et ab Arcturo frigus.] idest, a gentilibus potestas premens. Ex invidia enim Judæi impetraverunt, ut gentilis Judex, i. Pilatus, Romana auctoritate Christum occideret. *t* Flante Deo] in infidelibus suis. *u* Concrescit gelu,] idest torpor invidiæ in fidelibus. Quanto magis enim Sancti Spiritu Sancto aspirati majora miracula faciebant, tanto majori invidia infideles contra Christum, & suos exardebant. *x* Et rursum latissimæ funduntur aquæ.] ex gelu soluto,

funduntur aquæ. *a* Frumentum *b* desiderat nubes, & *c* nubes spargunt lumen suum. *d* Quæ lustrant cuncta per circuitum, *e* quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, *f* ad omne quod præceperit illis super faciem orbis terrarum, *g* sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocumq; loco misericordiæ suæ eas jusserit inveniri. *h* Ausculta hæc Job, *i* sta, & *k* considera † mirabilia Dei. *l* Nunquid scis, quando præceperit Deus pluviis, ut *m* ostenderent *n* lucem nubium ejus? *o* Numquid nosti semitas nubium magnas, & *p* perfectas scientias? Nonne *q* vestimenta tua calida sunt, cum perflata

soluto, quia Christus postquam Judæorum sævitiam usque ad mortem pertulit, amoris sui aspiratione corda eorum ab infidelitatis duritia liquefecit. Unde *Greg.* Aquæ ex gelu currunt, quia plerique ex duris persecutionibus magni prædicatores fiunt. Unde *Ps.* 147. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus ejus, & fluent aquæ, ad Deum, i. populus electus. De quo subditur: *a* Frumentum] i. populus electorum cœlestibus horreis recondendus. *b* Desiderat] i. prædicatores, ut complutus crescat. Hoc frumentum electorum modo permixtum est cum palea reproborum, quousque supernus agricola ventilabro judicii discutiat, & electos quasi grana munda in cœlestibus horreis condat, paleas vero ignibus tradat. Unde *Matt.* 3. Cujus ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. De hoc desiderio, quo frumentum desiderat nubes, dicitur *Thr.* 4. Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. *Luc.* 10. Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Qui hic frumentum dicuntur, ibi messis vocantur, scil. electi. Qui vero hic nubes, ibi operarii vocantur, sc. prædicatores, qui nubes sunt, & operarii. Nubes per doctrinam, operarii per vitam. Nubes, quia verbis pluunt; operarii, qui faciunt, quod dicunt. Unde seq. *c* Et nubes spargunt lumen suum.] doctrinam suam docendo, & operando. *Greg.* Nubes lumen suum spargere, est sanctos prædicatores exemplo vitæ & agendo, & loquendo dilatare. *d* Quæ lustrant] luce verbi, & exempli. Unde de capite prædicatorum scriptum est *Matth.* 9. Circuibat Jesus omnes civitates, & castella docens. *Heb.* 11. Circuierunt in melotis. Sed ne crederetur, quod nubes ductu proprio regantur, & non potius nutu divino, subdit: *e* Quocumque eas] supple, spargunt lumen suum. *Ezec.* 1. Ubi erant impetus spiritus, ibi gradiebantur & rotæ. *f* Ad omne] q.d. non quo volunt ire, eunt, nec quod agere, semper agunt; sed quo, & ad quid duxerit hos divina voluntas, eo, & ad hoc vadunt. *Prov.* 16. Cor hominis disponet viam suam, sed Domini est dirigere gressus ejus. Prædicatores enim sæpe aliquibus prædicare cupiunt, sed nequeunt. Sæpe etiam aliquos declinare quærunt, & illuc instinctu divino compelluntur. Unde cum Paulus vestimenta sua excutiens, vellet discedere a Corinthus, audivit: Noli timere, sed loquere, & ne taceas, quoniam tecum sum, & nemo apponetur tibi, ut noceat te, quoniam multus est mihi populus in hac civitate. *Act.* 18. Item cum ad Thessalonicenses voluit ire, retentus est. Unde 1 *Th.* 2. Volumus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel, & iterum, sed impedivit nos Satanas, occulta Dei dispensatione. Item prædicatores plerumque aliquos student blande corrigere, & tamen eorum sermo vertitur in asperitatem. Aliquando aliquos volunt aspere increpare, sed rigor eorum per mansuetudinis spiritum refrenatur. *Prov.* 16 Hominis est animam præparare, & Domini est gubernare linguam. Item *in eod.* 11. Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud. *g* Sive in una tribu, sive, &c.] supple illuc vadunt, & ibi inveniuntur prædicatores, quia non suis, sed Dei nutibus ducuntur. Unde tribum, dicit hic tribum Juda, quæ præ ceteris clarior fuit. Terram suam, dicit omnem Judæam. Locum misericordiæ vocat gentilitatem. Et innuitur hic, quod Dominus aliquando soli tribui Judæ prædicatores, sive prophetas contulit, pene toto Israel idolis serviente, a tempore Jeroboam usque ad captivitatem Babylonicam. Aliquando in tota Judæa has nubes pluere fecit, quando, sc. post captivitatem populum Israeliticum ad antiquam gratiam revocavit. Postea vero ad gentilitatem misit prædicatores. Nubes ergo Dominus quocumque voluit duxit,] sive in una tribu,] i. in tribu Juda, [sive in terra sua] sc. Dei in tota judæa,] sive in quocumque loco misericordiæ suæ eas jusserit inveniri,] i. in gentilitate, quæ ex sola misericordia reconciliationem accepit. Judæi vero, & ex misericordia, & ex veritate, quia eis fuit promissus Christus, non gentibus. Unde *Rom.* 15. Dico enim, Christum Jesum fuisse ministrum circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordiam honorare Deum. *h* Ausculta hæc] Hic aperte arrogantiam suam ostendit Eliu. Quia enim multa prophetice, & sublimiter dixerat, ideo Job quasi torpentem, & inscium ad audiendum invitat, dicens: [Ausculta] quæ dixi. *i* Sta,] i. surge, ut stes, qui jaces per pigritiam, & ignorantiam. *k* Et considera mirabilia Dei.] stans non jacens, quod faciunt, qui opera Dei mirantur per contemplationem, sed ad ea nolunt assurgere per imitationem. Stare quidem, est bene agere. 1.*Cor.* 10. Qui se existimat stare, videat, ne cadat. *l* Nunquid scis, quando præceperit, &c.] i. verbis prædicatorum. *m* Ut ostenderent] auditoribus. *n* Lucem nubium ejus?] i. claritatem, quam habent ipsi prædicatores. Per verba enim prædicationum agnoscitur virtus prædicatorum, qui si taceant, reliquis hominibus similes, aut longe despectiores videntur. Sed cum loqui cœperint, persecutionibus, & contumeliis pressi, in quantam virtutis arcem profecerint, innotescunt, & visione despecti, loquendo tamen, unde timeantur, ostendunt. Unde Paulo Corinthii dicebant: Epistolæ graves sunt, & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. 2.*Cor.* 10. Plerumque sancti prædicatores ostendere se, ut prosint, cupiunt, & non possunt; aliquando latere appetunt, ut quiescant, & non permittuntur. Et ideo nemo scit, quando lucem nubium pluviæ ostendunt, i. nemo novit, quando Deus virtutem prædicationi præbeat, ut prædicatoris gloria clarescat. Dicit ergo Eliu: [Nunquid scis,] q.d. nunquid apprehendis, quando Dominus prædicatores ad loquendum repletione Spir. S. impellat, & quibus modis claritatem vitæ eorum mundo innotescat? q.d. non. Unde subdit: *o* Nunquid nosti semitas nubium ejus magnas,] i. bene vivendi vias, quibus prædicatores non solum sub præceptorum, sed & sub consiliorum custodia coangustantur. Vita quidem præsens, via est, sed censura bene vivendi, semita est. Arcta quidem in principio, sed paulatim dilatatur. Unde *Prov.* 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Et *inf.* Justorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem. *Greg.* De hujus mundi concupiscentia nihil habere, aliena non appetere, propria contemnere, laudes mundi despicere, pro Deo opprobria amare, gloriam fugere, despectum sequi, adulantes despicere, despicientes honorare, mala nocentium ex corde dimittere, erga eos etiam dilectionis immobilem in corde retinere. Semitæ hæ magnæ, quia quanto hic magis angustiantur, tanto amplius in æterna retributione dilatantur. *p* Et] iterum, nunquid nosti [perfectas scientias,] eorum? *Greg.* Perfecta scientia, est cuncta solicite agere, & se de suis meritis scire nihil esse. Ad quam scientiam monet Dominus Apostol. *Luc.* 17. Cum feceritis omnia, quę præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus. *B. Bern.* Scientia Sanctorum est, temporaliter flagellari, & in æternum glorari. Item *Greg.* In hoc mundo dum vivimus, tunc perfecte, quæ scienda sunt, scimus; cum proficientes per intelligentiam nil nos perfecte scire cognoscimus.

q Nonne vestimenta, &c.] Hoc generaliter de Ecclesia, cujus typum gerit Job, specialiter vero de ipso Job exponitur. Per vestimenta corpori adhærentia, significantur discipuli magistris bene viventibus adhærentes. Sicut enim vestimenta calorem a corpore recipiunt, & in ipsum corpus calorem illum postea refundunt, sic discipuli a magistris calorem fidei, & sanctitatis recipiunt, quem postmodum in ipsos refundunt, quia magistri videntes fervorem discipulorum, in amorem boni amplius accenduntur. Vestimenta ergo Ecclesię sunt omnes, qui ei fidei adunatione junguntur. De quibus eidem Ecclesię dicitur *Is.* 49. Vivo ego dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris. Vestimenta vero Job, & uniuscujusq; recte viventis sunt, quotquot ei concorditer adhęrent. Igitur dum verbo doctorum accenduntur auditores, quasi ex viventi corpore vestimenta calefiunt. Sed cum ex profectu auditorum etiam doctorum vita proficit, quasi ex calefactis vestimentis calor ad corpus redit. Nec hoc sibi possunt prędicatores attribuere, quod auditores perficiunt, quia nisi Spiritus Sanctus corda eorum repleat, ad aures corporis vox doctoris incassum sonat. Formare quidem

D

al. † miracula.

vocem

vocem exterius magistri possunt, hanc vero imprimere interius non possunt. Unde 1.*Cor.*3. Neque qui plantat, aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Eliu vero volens reprimere superbiam Job dicit: [Nonne vestimenta,] i. corda auditorum. *a* Austro?] idest Spiritui S. de quo *Cant.* 4. Surge Aquilo, & veni Auster. Ac si aperte diceret Eliu, incassum tibi attribuis, si aliquos per te profecisse in virtutibus contemplaris, quia non est hoc a te, sed a Sp. Sancto.

D

b Tu forsitan]Post verba jactantiæ, verba irrisionis subjungit Eliu. Tu forsitan, &c.] i. cum Deo. *c* Fabricatus es] materiales, vel spirituales, idest angelicos spiritus. De quibus *Matth.*6. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, idest sicut in angelica creatura, ita & in humana. De quibus bene seq. *d* Qui solidissimi]

A

Vel, fundati, idest nulla peccata rubigine possibile consumi. Natura quippe æris est rubigine difficile consumi; & Angeli, qui perstiterunt fixi in amore Dei, jam nulla surripientis culpæ labe, sive rubigine possunt morderi. Possunt etiam per cœlos, electorum mentes cœlestibus inhærentes designari, [qui solidissimi] quia ab integritate cœptæ fortitudinis nulla mutabilitatis rubigine consumuntur. Quibus fortiter in adversis durantibus dicit Dominus: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. *Luc.*22. Item deridendo subjungit Eliu: *e* Ostende nobis, &c.] i. Deo, q.d.nos in tenebris ignorantiæ involvimur, tu autem jam frueris luce magnæ intelligentiæ, & ideo debes nos docere. *f* Nos quippe involvimur tenebris.] ignorantiæ. Post irrisionem despiciendo subjungit. *g* Quis narrabit ei,] idest Deo. *h* Quæ loquor?] q.d. de laudibus Dei acute sentiens, multa locutus sum, & loquor etiam inaudita, & quis enarrare poterit ei, etiam cum audierit? q.d.tu non poteris. *i* Etiamsi locutus] de Deo, sc. *k* Devorabitur] homo, i. deficiet, quia fari ineffabiliter cupiens, ignorantiæ suæ angustia deglutitur. *Gregor.* Quomodo enim potest loqui caro de spiritu, circumscriptus de incircumscripto, creatura de creatore, temporalis de æterno, mutabilis de immutabili, mortalis de vivificante, cœcus de luce? Sic Abraham angustiam ostendit, cum dixit: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis. *Gen.*18. Item *Dan.* 10. Vidi visionem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, & emarcui. Modo vero potest homo loqui de Deo, quia Deus factus est homo, notus, & visibilis. *Bar.* 3. In terra, inquit, visus est, & cum hominibus conversatus est. Tunc vero nondum cognitus erat Deus in terris. Unde recte subditur: *l* At nunc] dicit Eliu. *m* Non vident] homines. *n* Lucem,] deitatis, quam postea viderunt. Unde *If.*9. Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, &c. Qualiter autem hic lux videatur ab hominibus, subdit:

o Subito aer] i. mens fluida, virtutis robore solidatur. Quod autem nomine aeris mens fluida varus intelligatur, dicitur *Sap.* 2. Spiritus diffundetur tanquam mollis aer, & transiet vita nostra, tanquam vestigium nubis: Aer, fuerunt Apostoli, cum per varia desideria sparsi, curæ piscationis intendebant. Sed subito aer in nubes coactus est, cum de vanis piscatoribus facti sunt prædicatores, more nubium aquas scientiæ continentes, quibus terram Ecclesiæ irrigaverunt, quo peracto ministerio, ad cœli secreta recepti sunt. Unde bene subditur:

p Et ventus] i. cursus vitæ præsentis.

q Fugabit eas.] a superficie terræ, sc. in morte. *Greg.* Ventus transiens, nubes fugat, quia vitæ temporalis excursus a carne Apostolos subtrahit, & eos in secreta requie quasi in cœlorum cardine abscondit: Sed quia Apostoli prædicaverunt usque ad mortem, quid labore eorum agatur in Ecclesia, subdit: *r* Ab Aquilone] idest a gentilitate pretiosa vita fidelium. *f* Et a Deo] idest ab Hebræis fidelibus, qui videntes gentes conversas, divina judicia formidando laudaverunt. Unde *Act.* 11. cum Petrus fratribus retulisset, quomodo Cornelium, & eos, qui cum eo erant baptizasset, dicitur: His auditis tacuerunt, & laudaverunt Deum dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. Sed quare ab eis, qui jam fideles erant, dicitur venire formidolosa laudatio, cum læta potius debeat venire? Dicimus, quod ideo formidolosa laudatio, dicitur venisse a Judæis fidelibus, quia de vocatione gentium timendo gaudebant. Timebant propter repulsam Synagogam, gaudebant autem laudantes Deum de gentium vocatione. Seq.

t Digne eum] i. Deum. *u* Invenire non possumus.] idest, manifeste apprehendere, quia quidquid de illo modo sentimus, ex fide est, nondum ex specie. Sed tunc digne inveniemus eum, quando per speciem contemplabimur. 1.*Cor.*13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. *x* Magnus fortitudine, & judicio, & justitia, &c.] Magnus fortitudine contra adversarios. Unde *Luc.* 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet; si autem fortior superveniens, vicerit eum, universa arma ejus auferet. Item magnus est judicio, quia electos suos hic per adversa deprimit, quos postmodum in æterna gloria extollit. *Eccl.* 43 Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia illius. Item magnus justitia in reprobos, quos diu hic tolerat, sed in fine æternaliter damnat. *If.* 28. Erit eis verbum Domini, manda, remanda; expecta, respecta; modicum ibi, modicum ibi: ut vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Ibi *Gloss.* Quos diu, ut convertantur tolerat, non conversos durius damnat. Bene autem dicitur:

x Et enarrari non potest.] Sentiri enim, sive intelligi digne non potest quanto minus dici. *If.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? *Eccl.* 11. Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, idest, virtutes in mente pœnitentis, sic nescis opera Domini, qui fabricator est omnium. *y* Ideo timebunt] idest, sapientes ad intelligentiam divinorum fortes.

z Et non audebant] idest, arrogantes, qui licet docti, tanto a Dei luce longe fiunt, quanto apud se humiles non sunt. *Jac.* 4 Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

fuerit terra *a* Austro? *b* Tu forsitan cum eo *c* fabricatus es cælos, qui *d* solidissimi quasi ære fusi sunt, *e* Ostende nobis quid dicamus illi: *f* Nos quippe involvimur tenebris. *g* Quis narrabit ei, quæ *h* loquor? Etiamsi *i* locutus fuerit homo, *k* devorabitur, *l* at nunc non *m* vident *n* lucem. *o* Subito aer † cogitur in nubes, & *p* ventus transiens *q* fugabit eas. Ab *r* aquilone aurum ‡ veniet, & *f* a Deo formidolosa laudatio. *t* Digne eum *u* invenire non possumus, *x* Magnus fortitudine, & judicio, & justitia: *x* & enarrari non potest. *y* Ideo timebunt eum viri, & non *z* audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes.

al. † cogetur.

al. ‡ venit.

C A P. XXXVIII.

RESpondens *a* autem Dominus Job de turbine, dixit:

E X P O S I T I O C A P. XXXVIII.

RESpondens *a* autem] Post damna rerum, post funera pignorum, post vulnera corporis, post verba male suadentis uxoris, post contumeliosa dicta consolantium, post fortiter suscepta jacula tot dolorum, pro tanta virtutum constantia laudandus a judice fuerat Job, si jam de præsenti sæculo esset evocandus: Sed quia adhuc hic duplicia recepturus erat, & saluti pristinæ restituendus, ut rebus redditis diutius uteretur, ne per elationis gladium illum sua victoria sterneret, debuit eum Omnipotens increpare per districtam justitiam, quæ servat ad vitam. Justus quippe fuit Job ante flagella, sed justior post flagella, unde magis laudandus erat, sed ne robustissimum pectus elationis tela confoderent, humiliandus fuit. Unde cum Dominus *sup.* de ipso dixisset, quod non esset ei similis vir super terram, jam nullius hominis comparatione poterat vinci. Ideo Dominus ex persona sua narrat ei virtutes suas sub interrogatione, dicens: Nunquid produces luciferum tempore suo? Et multa alia, quæ solus Deus potest, ut sic qui nullius hominis comparatione poterat vinci, comparatione Dei superetur. Finita ergo superba narratione Eliu, quam Job patienter audivit, assumens Dominus verbum ad Job: Primum redarguit Eliu de imperitia, quia recta non recte sapuit, nec protulit, quod quidem vitium imperitiæ est, ut dicit *Greg.* Deinde vertit Dominus verba sua ad erudiendum Job. Et nota, quod Dominus de turbine loqui Job perhibetur, quia loquitur flagellato. Dicitur ergo: [Respondens autem, &c.] q.d. ita respondit Eliu, Job autem] idest, sed Dominus respondens Job de turbine, dixit:

Sup. 1.

Inf. ead.

a Quis

a Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? *b* Accinge sicut vir lumbos tuos, *c* interrogabo te, & responde mihi. Ubi *d* eras, quando ponebam fundamenta terræ? *e* Indica mihi, si habes intelligentiam. *f* Quis posuit mensuras ejus, *g* si nosti, vel *h* quis tetendit super eam lineam? *i* Super quo bases illius *k* solidatæ sunt? *l* Aut quis demisit *m* lapidem angularem ejus, *n* cum me laudarent simul astra matutina, & *o* jubilarent omnes filii Dei?

a Quis est iste] sc. Eliu [involvens sententias sermonibus imperitis?] q. d. quod dixerit, scio, sed dicentem nescio, i. reprobo. Ideo autem quod dicit simpliciter, sententias, & non addidit quales, dat intelligere Dominus, quod bonas sententias locutus est Eliu, sed involutas imperitis sermonibus eas dicit: quia cum verbis jactantiæ prolatæ fuerunt. Utrum autem Dominus per semetipsum, an per Angelum sit ei locutus, ambiguum est. Aliquando enim per se Dominus, aliquando per Angelum loquitur. Cum per se loquitur, sola vi internæ aspirationis, sine verbis, & syllabis cor docetur. Virtus enim divina quoddam pondus est, ut dicit *Greg.* quod omnem animam quam replet, levat. Est & lumen incorporeum, quod & interiora replet, & repleta exterius circumscribit. Unde sine strepitu est sermo Dei, qui & auditum aperit, & habere sonitum nescit. Quod autem in adventu Spir. S. dicitur: Factus est repente de cœlo sonus: *Act.* 2. Dicendum, quod Dominus per ignem exterius apparuit, & per semetipsum intus locutionem fecit: Quando vero per Angelum Dominus loquitur, aliquando verbis, aliquando rebus loquitur, aliquando simul verbis & rebus, aliquando imaginibus cordis oculis, aliquando cœlestibus substantiis, aliquando terrenis, aliquando simul cœlestibus & terrenis, aliquando etiam ita Dominus per Angelum loquitur, ut ipse Angelus mentis obtutibus præsentetur, aliquando etiam Dominus per Angelum cordibus nostris virtutem suæ aspirationis infundit: Sæpe enim exterius non apparent, sed sicut sunt Angelici spiritus, voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescunt. Potuit esse quando Dominus Job de turbine respondit, quod per Angelum fecit commotionem aeris, & formavit verba, quæ sequuntur. Vel utrumque per se fecit Dominus sine ministerio Angeli, sicut fecit cœlum, & terram. Vel potuit esse, quod Angelus exterius in turbine excussit aerem, & per semetipsum Dominus vim sententiæ suæ cordi Job sine verbis impressit. *b* Accinge, &c.] Despecto Eliu, Dominus ad erudiendum Job verba sua convertit, dicens: Accinge sicut vir lumbos tuos,] i. viriliter mente, & corpore luxuriam restringe: Delectatio namque carnis in lumbis. Unde Prædicatoribus dicitur *Luc.* 12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, i. luxuriam in vobis restringite, & tunc de vobis exempla bonorum operum monstrate. Sed cum Job tanta castitate fuerit præditus, cur dicitur ei post tot flagella: Accinge sicut vir lumbos tuos,] i. restringe sicut fortis luxuriam? Sed dicimus, quod alia est luxuria carnis, alia luxuria cordis. Illa de corruptione carnis oritur: ista de castitate, & ceteris virtutibus nascitur. Monet ergo Dominus Job, ut qui prius luxuriam corruptionis vicerat, nunc luxuriam elationis restringat, ne sc. de patientia, vel de castitate superbiat. Unde 1. *Pet.* 1. State succincti lumbos mentis vestræ. *c* Interrogabo te, & responde mihi.] Tribus modis interrogat nos Deus, ut dicit *Greg.* sc. flagello, præcepto, exemplo. Primæ interrogationi respondetur per patientiam. Secundæ per obedientiam. Tertiæ per sapientiam. Jam duplici interrogationi Dei responderat Job: Nunc monetur respondere tertiæ, quasi diceretur ei: Considera, quæ super te sunt, quæ dum minime comprehendis, quod imperfectus sis, & prope nihilum cognosces, & sic respondebis, si te ignorare intelligis. Primo ergo Dominus de origine mundi multa interrogat, dicens: *d* Ubi eras, quando ponebam, &c.] *Ad litt.* q. d. scis tu rationem, qua terra posita est, & fundata. *Ps.* 135. Qui fundavit terram super aquas. *Is.* 40. Qui appendit tribus digitis molem terræ, *sup.* 26. Qui appendit terram super nihilum. Ergo terra non habet fundamentum. Solv. Fundamentum dicitur habere, eo quod infimum locum inter elementa teneat, & quia firmius est ceteris elementis. *e* Indica mihi, &c.] i. si intelligis. *f* Quis posuit, &c.] sc. terræ. *g* Si nosti,] indica mihi. *h* Vel quis tetendit super eam lineam] mensurantem? quasi diceret, si nosti mensuras, & lineas positas, & extensas, ac terrarum partitionem. Item indica mihi. *i* Super quos bases illius] i. terræ. *k* Solidatæ sunt?] i. quomodo, & in quo subsistat terra. *l* Aut quis demisit lapidem angularem ejus,] Hoc *ad litt.* non exponitur, per quod patet, quod totum mystice exponendum est. Ideo enim, ut dicit *Greg.* rebus planis, ac patentibus obscura quædam, ac dissona permiscentur, ut per hoc quod ab intellectu litteræ discrepat, etiam illud inquiratur mystice, quod dictum juxta litteram sonat. Dicatur ergo: *d* Ubi eras, quando ponebam fundamenta terræ?] i. Prædicatores Ecclesiæ. De quibus *Ps.* 53. Fundamenta ejus, i. Ecclesiæ in montibus sanctis, i. in Apostolis. Ideo autem Dominus in principio interrogationis commemorat Job Apostolos, ut quanto illos mirabiles venturos conspiceret, tanto in eorum comparatione de se humilius sentiret. *e* Indica mihi si habes intelligentiam: Quis posuit mensuras ejus, si nosti, vel quis tetendit super eam lineam?] Per mensuras, & lineas, quibus terra partitur, significantur occulta Dei judicia, quibus in carne veniens fines Ecclesiæ distinxit, hanc relinquens in infidelitate, illam trahens ad fidem per prædicationem Apostolorum. Lineas ergo Ecclesiæ, & mensuras ejus tetendit Dominus super terram, quando Apostoli agente Spir. S. in aliis partibus mundi vocabantur, ut irent, ab aliis arcebantur, ne accederent. Sicut legitur *Act.* 16. Tentabant Apostoli ire in Bithyniam, & non permisit spiritus Jesu. Et Paulus Macedoniæ nolebat prædicare, & per visum apparuit ei vir Macedo, qui dixit: Transiens in Macedoniam adjuva nos, *Act.* 16. Dum ergo Paulus ad Macedoniam vocatur, & ab Asia prohibetur, quid aliud, nisi quod linea occultæ mensuræ Ecclesiæ illic ducta est, hinc reducta? Illic ducta, ut Macedonia intra fines fidei comprehendatur; hinc reducta, ut Asia extra fines fidei relinquatur. Item lineas tetendit Dominus super terram, quando cuidam dicenti: Magister sequar te, quocumque ieris. Respondit Dominus: Vulpes foveas habent, &c. *Matth.* 8. Alii dicenti: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. Responsum est: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autem vade, & annuncia Regnum Dei. *Matth.* 8. Hic vult sequi, & repellitur; ille vult dimitti, & retinetur. Unde hoc nisi ex occulto Dei judicio? qui extendens mensuras, & lineas suas, hunc apprehendit, & illum dimittit, & quos comprehendit alios dat Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, alios Doctores. *Eph.* 4. Item 1. *Cor.* 12. Alii dat sermonem sapientiæ, alii sermonem scientiæ, alii fidem, alii gratiam sanitatum, alii operationem virtutum, alii prophetiam, alii discretionem spirituum, alii genera linguarum, alii interpretationem sermonum. Unde hæc extensio linearum spiritualium? Deus scit, non homo. Cur dicitur ad Job: Indica mihi, si habes intelligentiam: Quis posuit mensuras, &c.] nisi ut considerans, quod solus Deus ista mirabilia fecit, suæ virtuti nihil attribuat. Seq. *i* Super quo bases illius] i. Doctores Ecclesiæ, qui totam Ecclesiæ fabricam sustinent. *k* Solidatæ sunt?] supple, nisi super me, qui sum fundamentum Ecclesiæ. 1. *Cor.* 3 Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, Christus Jesus. *l* Aut qui demisit] i. de alto misit. *m* Lapidem angularem ejus,] i. Christum, qui duos populos, quasi duos parietes Ecclesiæ in se junxit. *Eph* 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum: De hoc lapide dicit *Ps.* 117. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput Anguli. *Is.* 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. *n* Cum me laudarent simul astra matutina,] cum vespertinis,] i. Angeli cum electis hominibus. Simul enim Angeli, & homines incarnato Domino laudaverunt Deum. Homines, quia viderunt se redimi: Angeli, quia viderunt suum numerum impleri. Dicuntur autem Angeli astra matutina: quia primi in tempore creati sunt. Vel quia missi ad homines exhortandos, mane gratiæ nunciant. *o* Et jubilarent omnes filii Dei?] i. homines electi *Greg.* Jubilatio est, cum cordis lætitia oris efficacia non expletur, sed quibusdam modis gaudium prodit, quod gaudens nec tegere potest, nec exprimere.

Bene autem dicuntur laudare Angeli, & homines jubilare: quia Angeli vident latitudinem claritatis, & nullas patiuntur angustias, homines vero adhuc oris sui angustias sustinent. Hæc quasi jam facta narrat Dominus, quia futura præviderat. Quia vero

de

Inf. a.

Mystice.

de profectu, & gaudio bonorum excitantur mali ad rabiem furoris, quos tamen Dominus restringit, recte de his consequenter dicitur: *a* Quis conclusit ostiis mare, &c.] Mare, est cor impii, vel sæculum. *Is.* 57. Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. Ostia,

a Quis conclusit *b* ostiis *c* mare, *d* quando erumpebat quasi de vulva procedens, cum *e* ponerem nubem *f* vestimentum ejus, & *g* caligine illud *h* quasi pannis infantiæ obvolverem. *i* Circumdedi illud *k* terminis meis, & *l* posui vectem, & ostia, *m* & dixi: Hucusque venies, & non procedes amplius, *n* & hic *o* confringes tumentes fluctus tuos. *p* Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & *q* ostendisti auroræ *r* locum suum? Nunquid *s* tenuisti *t* concutiens extrema terræ, & *u* excussisti *x* impios *y* ex ea? *z* Restituetur ut lutum signaculum, & *a* stabit sicut vestimentum. *b* Auferetur ab impiis lux sua, & *c* brachium excelsum † confringetur.

Doctores, vel Prędicatores, vel miracula, vel lex: Nubes ignorantia: Panni infantiæ, impedimenta stultitię: Vectis, Christus. Item ostia Doctores, vel virtutes: Mare, sæculum. Vulva, sæculi origo vel occulta, & maliuosa carnalium cogitatio. Per hanc vulvam mali concipiunt, quando mala cogitant. Per eandem pariunt, quando mala, quæ cogitaverunt, operantur, vel loquuntur. Dicit ergo Dominus: Quis conclusit] i. undique clausit. *b* Ostiis] ablativi casus, idest, Prædicatoribus, vel miraculis. *c* Mare,] i. sæculum, vel corda iniquorum. *d* Quando erumpebat quasi de vulva] i. de occultis cogitationibus in minas, & verbera exeundo. *e* Cum ponerem nubem] ignorantiæ, & inquietudinis. *f* Vestimentum ejus,] sc. maris, idest, sæculi, ut non videret, quid ageret, Sanctos opprimendu. *g* Et caligine] i. ignorantia, vel infimo sensu.

B

al. † conteretur.

h Quasi pannis infantiæ illud obvolverem.] ne posset facere, quod vellet. Pannos infantiæ dicit, quibus pedes, & brachia infantium ligantur, ne huc, atque illuc dissoluta libertate jactentur: Sic Dominus malitiam sæculi contra Sanctos cohibuit, ne posset perpetrare, quæ cogitavit. Unde *sup.* 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant. Cum hæc facerem: *i* Circumdedi illud] sc. mare. *k* Terminis meis,] idest, dispensatione judiciorum, qua Dominus iras persequentium modificavit.

l Et posui vectem, & ostia,] Per ostia prædicatores intelliguntur: Per vectem Christus; quia sicut vectis ostiis dat firmitatem, ita Christus Apostolis, & Prædicatoribus contra sævientis maris impetum tribuit firmitatem. *m* Et dixi: Hucusque venies, & non procedes amplius,] ultra viros electos affligendo. Fidelis enim Deus est, qui non patitur suos supra id, quod possunt, tentari, sed dat cum tentatione pruventum, ut possint sustinere. 1. *Cor.* 10.

n Et hic] idest, in vecte isto, idest, in fide Christi.

o Confringes tumentes fluctus tuos.] idest, superbos persecutores tuos. Cognita enim fide Christi ipsi persecutores conversi sunt ad fidem.

p Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo,] idest primitivæ Ecclesiæ, ut scilicet esset.

q Et ostendisti auroræ,] idest, militanti Ecclesiæ.

r Locum suum?] futurum, in quo est perfecta visio claritatis æternæ, sive divinæ, supple sicut ego? q. d. non, Christus enim post nativitatem suam electos suos ad videndum locum suum fide illuminavit, quod etiam, & ante ortum suum fecit, sed paucos sic illuminavit. Locum quippe suum videbat: *Ps.* 41. Cum diceret: Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini. Item locum suum jam viderat Paulus, cum dicebat: Desiderium habeo dissolvi, & esse cum Christo. *Phil.* 1. Item ibidem: Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Breviter locum suum auroræ monstravit Dominus, cum dixit: Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ *Matth.* 24. *s* Nunquid tenuisti, &c.] Multis modis exponitur hoc. Primo de Judæa, quam Dominus tenuit, & concussit: quia alienigenis Regibus, qui eam opprimebant, subjecit; & ex ea impios excussit, & a gloria legalis sacrificii repulit. Non enim extra Jerusalem poterant sacrificia celebrare propter illam legem *Deuter.* 12. Cave, ne offeras holocausta in omni loco, quem videris; sed in eo, quem elegerit Dominus in una Tribuum tuarum. Ideo dicitur *Osee* 3. Dies multos sedebunt filii Israel sine Rege, & sine Principe, & sine Sacerdotio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphin. Dicit ergo: Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ,] i. Judæam in extremis temporibus concussisti timore, & alienigenarum subjectione, *u* Et excussisti] i. expulisti. *x* Impios] i. Judæos, fidem Christi recipere renuentes. *y* Ex ea?] Judæa, sc. q.d. non, sed ego: Vel extrema terræ tenuit Dominus, quia extremos Judææ, i. humiles piscatores assumpsit. Unde 1. *Cor.* 1. Videte vocationem vestram, fratres: quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia. *t* Concutiens] hic dicitur: quia quos elegit Dominus pio terrore terruit. Vel quia per eos potentes sæculi confundit, sicut dicitur in prædicta auctoritate Apostoli. Dicit ergo: *s* Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ,] i. nunquid elegisti infirmos mundi, eos pio timore terrens, & per eos potentes sæculi confundens? q.d. non, sed ego: *u* Et nunquid excussisti ex ea impios] i. ex Judæa Scribas & Pharisæos? q. d. non, sed ego. *Gen.* 49. Simeon & Levi, vasa iniquitatis bellantia dividam eos in Jacob, & dispergam eos in Israel. Ibi *Gloss.* Per hos Scribæ, & Pharisæi, & Sacerdotes intelliguntur. De Simeone enim Scribæ, de Levi Sacerdotes fuerunt, qui consilium inierunt, ut Jesum morti traderent. *Jo.* 11. Tertio modo exponitur de Ecclesia, cujus extrema Dominus sub Antichristo concutiet, & tamen tenens quosdam non deseret, a qua tunc cuncti impii, qui modo specie tenus intus sunt, exibunt. Dicit ergo: *s* Nunquid] i. nunquid sub Antichristo extremam partem Ecclesiæ concutiens tenuisti, non deserens omnino? Et excussisti impios ex ea? q.d. non, sed ego. Quarto modo exponitur de peccatoribus, in fine vitæ revertentibus, quos timore concutit, ut pœniteant; & conversos tenet, ne recidant, & omnes impios ab eis excutit. Et hoc est: Nunquid tenuisti concutiens extrema terræ,] i. nunquid peccatores in extremis tuis terruisti ad pœnitentiam, & conversos tenuisti, ne reciderent? *u* Et excussisti impios] motus. *y* Ex ea?] scil. terra, i. anima eorum, quæ dicitur terra, quæ imbre gratiæ, & doctrinæ irrigata, fructum reddit Deo. *Heb.* 6. Terra super se venientem bibens imbrem, & generans herbam opportunam his, a quibus colitur, accepit benedictionem a Deo. *z* Restituetur ut lutum signaculum,] per circumcisionem, i. populus Judaicus miraculis, & scientia repletus, factus signaculum Dei, fiet ut lutum revertens ad peccata Ægypti, ubi servivit in luto, & latere. *Num.* 14. Constituamus nobis Ducem, & revertamur in Ægyptum. *a* Et stabit sicut vestimentum.] quod tantum exterius corpori inhæret: Sic populus Judaicus per exteriores observantias tantum Deo inhæsit, sed per charitatis intelligentiam non adhæsit, litteram legis tenens, sed spiritum nesciens. Unde seq. *b* Auferetur ab impiis lux] i. a Judæis legis intelligentia. *Matth.* 21. Auferetur a vobis regnum Dei, i. Sacr. Scriptura, & dabitur genti facienti fructus ejus. Causam hujus assignat *Greg.* Judæi, inquit, quia veritati credere renuerunt, cognitionem legis in perpetuum amiserunt, & dum de accepta lege superbiunt, nimium de scientiæ suæ gloria excæcantur. Unde scriptum est: Obscurentur oculi eorum, ne videant. Et *Jo.* 9. In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Item quia de operibus legis se extulerunt, recte subditur:

Exod. 14

Ps. 68.

c Et brachium excelsum confringetur.] i. superba operatio legis reprobabitur prædicata fidei gratia. *Rom.* 3. Ex operibus legis non justificabitur omnis caro. Aliter ab illo loco. *z* Restituetur ut lutum signaculum] propter characterem baptismalem, idest, qui modo fideles videntur, tempore Antichristi hostes fidei invenientur: Et qui non tentati apparent esse signaculum, tentati invenientur lutum. *a* Et stabit sicut vestimentum.] idest, in malo persistet brevi tempore, quia cito sicut vestis veterascet. Vel stabit sicut vestimentum.] idest, non stabit. Vestis enim induta, & per corpus tensa stare videtur, exuta vero fracta complicatur. Sic quilibet malus dum erat in Ecclesia stabat, & postmodum exutus, confractus, & abjectus jacet. *b* Auferetur ab impiis lux] fidei, quam male vivendo tenuerunt.

c Et brachium excelsum confringetur.] idest, Antichristus conteretur. 2. *Thess.* 3. Tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus JESUS interficiet spiritu oris sui, &

destruet

destruet illustratione adventus sui. *a* Nunquid ingressus] destruet per cognitionem.

b Et in novissimis abyssi deambulasti?] per investigationem, q.d. non: quia hujusmodi soli Deo nota sunt.

a Nunquid ingressus es profundum maris, & in *b* novissimis abyssi *c* deambulasti? *d* Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & *e* ostia tenebrosa *f* vidisti? *g* Nunquid considerasti latitudinem terræ? *h* Indica mihi, si nosti omnia, in *i* qua via habitet lux, & *k* tenebrarum quis locus sit, ut *l* ducas unumquodque ad terminos suos, *m* intelligas semitas domus ejus. *n* Sciebas tunc, quod nasciturus esses, & *o* numerum dierum tuorum noveras? *p* Nunquid ingressus es thesauros nivis, *q* aut thesauros grandinis aspexisti, quæ *r* præparavi in tempus hostis, & in diem *s* pugnæ, & belli?

Mystice. Mystice. Incarnatio Christi, & descensus ad inferos prophetatur hic Dicit ergo Dominus ad Job: *a* Nunquid ingressus] i. labores, & ærumnas sæculi, sicut ego per carnis assumptionem. *b* Et in novissimis abyssi] i. inferni. *c* Deambulasti?] supple sicut ego, qui inde extraxi electos? *Zach.* 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Sed nunquid descendit Dominus ad inferni novissima? Constat, quod non, quia inde nullum extraxit. Sol. Respective intelligitur, sicut *sup.* 17. In profundissimum infernum descendent omnia mea. *d* Nunquid aperte, &c.] i. potestas dœmonum facta est tibi pervia, sicut mihi; quasi diceret, non. *e* Et ostia tenebrosa] i. claustra inferni. *f* Vidisti?] sicut ego? quasi diceret, non. Christus enim potestatem dœmonum per mortem superando aperuit, & claustra inferni penetrando vidit. Dicuntur etiam ipsi dœmones ostia tenebrosa, quia per occultas insidias mentibus deceptis viam mortis aperiunt. Quæ tenebrosa ostia Dominus videt, quia fraudulentiam dœmonum cognoscit. Et nos videre facit, quando supernæ lucis radiis nos illustrat. Unde *Psal.* 117. Dominus mihi adjutor, & ego videbo inimicos meos. Littera nostra dicit: Et ego despiciam inimicos meos. Et quia post mortem, & resurrectionem Christi crevit Ecclesia in cunctis gentibus dilatata. Bene subditur: *g* Nunquid considerasti, &c.] idest, Ecclesiæ? *Is.* 54. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos, & clavos tuos consolida. Ad dexteram enim, & ad lævam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & civitates desertas inhabitabit.

Moraliter. Moraliter. *a* Nunquid ingressus es] idest, cor peccatoris per cognitionem? q. d. non. *Jer.* 17. Profundum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Solus Deus.

b Et in novissimis abyssi deambulasti?] idest, latentia vitia humanæ mentis calcando per te repressisti, sicut ego? q.d. non. *Gregor.* Mare est mens humana, cujus profundum Deus ingreditur, quando per cognitionem suam ad lamenta pœnitentiæ perturbatur. Et in novissimis abyssis ambulat, quando mentes desperatissimas visitationis suæ vestigiis tangendo reformat.

n Nunquid apertæ sunt tibi portæ] i. iniquæ cogitationes, quæ ducunt ad interitum, tibi sunt manifestæ?

e Et ostia tenebrosa] i. latentia cordis vitia cognovisti? q. d. non, quia hujusmodi soli Deo nota sunt, qui occulto respectu gratiæ destruit ea, sicut dicitur *Prov.* 20. Rex, qui sedet in solio judicii sui, intuitu suo dissipat omne malum. Quia vero omne vitium animam angustat, virtus vero dilatat, post destructa vitia recte subjungitur: *g* Nunquid considerasti] i. dilatationem animæ justæ, sive bonæ conscientiæ, quam etsi exterius pœna angustat, interius tamen charitas Dei dilatat. Hanc latitudinem habuit David inter angustias, cum diceret: In tribulatione dilatasti mihi. Hanc eamdem monebat Apost. 2.*Cor.* 6. Dilatamini, & vos nolite jugum ducere cum infidelibus. Sic dilatati fuerant Apostoli inter angustias, qui flagella in gaudium convertebant, quia ibant gaudentes a conspectu Concilii, &c. *Act.* 5. Hanc mentis latitudinem solus Deus considerat, propter quod quæritur: [Nunquid considerasti] q.d. non. Vel ideo Job inquiritur, utrum latitudinem terræ consideraverit, ut, sc. exemplo alienæ latitudinis, humilietur. Seq. *h* Indica mihi] Difficilis est quæstio hæc, quam facit Dominus. Sed hoc fit, ut Job hæc ignorans, idem de se sentiat. Per lucem justitia, per tenebras iniquitas designatur. Unde quibusdam conversis ab iniquitate sua dicitur *Ephes.* 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: Dicitur ergo Beato Job. [Indica mihi,] i. si plenam scientiam te habere suspicaris.

i In qua via] i. cujus mentem justitia veniens impleat. *k* Et tenebrarum quis sit locus] i. in quo iniquitas cæca perduret. *l* Ut dicas unumquodque ad terminos suos,] i. ut dijudices, si iste, qui tunc iniquus est in iniquitate, vitam finiat, & is, qui justus cernitur, in justitia sua moriatur. Hoc nescit homo vivens *Eccl.* 9. Sunt justi, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei sunt, & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit. *m* Et intelligas] i. merita actionum, quibus itur in cœlum, vel in infernum. Hæc latent sensus hominis: Unde *Prov.* 20. Quis hominum poterit intelligere viam suam. *Gregor.* Quis hominum ista discutiat, quis ista saltem imperterritus audiat. Multos enim videmus quotidie justitiæ luce resplendentes, & tamen ad finem suum nequitiæ obscuritate tenebrantur; & multos cernimus peccatorum tenebris obvolutos, & juxta vitæ suæ terminum repente reddi justitiæ. Videmus, quod illa Deo adversa gentilitas justitiæ luce perfusa est, & Judæa dudum dilecta perfidiæ nocte cæcata. Scimus, quod latro de patibulo transivit ad regnum, Judas de Apostolatus gloria est lapsus ad tartarum. *n* Sciebas tunc, quod] q.dicer. non. Non est ergo mirum, si nescis terminum tuum, quia nescis initium. Nun ergo debes extolli in his, quæ agis, quando huc venisti, vel quando exibis. Vel sic: [Sciebas tunc,] supple ut ego, qui me nasciturum prænovi, quia ante eram, ut Deus.

o Et numerum] i. quantum victurus esses? quasi diceret, non. *Eccl.* 9. Nescit homo finem suum.

p Nunquid ingressus, &c.] Per thesauros nivis frigida corda peccatorum intelliguntur. Per thesauros grandinis, dura corda pravorum, quorum moribus, quasi armis suis pugnat diabolus contra electos. Unde & bene sequitur:

r Quæ præparavi in tempus hostis, & in diem pugnę, & belli?] Et dicuntur thesauri, non quoad se, sed quoad bonos, quos affligendo purgant. Dicit ergo: [Nunquid ingressus es] per cognitionem, i. nunquid novisti frigidos peccatores.

q Aut thesauros] i. dura corda pravorum novisti.

r Quæ præparavi] i. diaboli, ut per eos electos impugnet, & purget. *s* Et in diem] pugnæ, quoad carnales concupiscentias. Belli, quoad spirituales nequitias, quia contra utraque oportet pugnare. *Ephes.ult.* Non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, supple tantum, sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Aliter in bono: Per nivem, & grandinem, frigida, vel dura corda pravorum intelliguntur, sicut dictum est, inter quos multos electos repositos novit Dominus, propter quod in nive, vel in grandine thesauros habere se dicit, quod absconditum est hominibus. Ideo dicit Dominus.

p Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti,] i. quos inter duos, & frigidos peccatores fieri prædicatores elegerim cognovisti? q.d. quia hujusmodi soli Deo nota sunt. In natura nivis, mansuetudo; in grandine vero libera correctio prædicatorum signatur. Nix enim suaviter cadit, grando vero veniens, percutit, sed liquata infundit. Sic prædicatores comminando feriunt, blandiendo infundunt. Unde *Ps.* 144. Virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt: Ecce grando feriens. Item: Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt, & justitia tua exultabunt: Ecce grando liquata infundens. Et quia per hos fides contra adversarios defenditur. Ideo seq.

r Quæ præparavi in tempus hostis,] impugnantis fidem, vel corrumpentis mores. *Jer.* 1.

s Et in diem pugnæ, & belli?] Pugnæ, quoad impugnationem morum: Belli, quoad impugnationem fidei. Unde Jeremias missus est, ut ædificet, & plantet. Ædificet quidem mores, plantet fidem. Bene ergo dicitur ad Job: Nunquid thesauros nivis ingressus es, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparavi in tempus hostis, & in diem pugnę, & belli. Ac si aperte diceretur, nulli te de operibus tuis preferas, quia de his quos adhuc per culpam frigidos intueris, quantos operatores justitię, ac defensores fidei sim facturus, ignoras. Quod quia per adventum mediatoris factum est: Sequitur.

a Per

belli? *a* Per quam viam spargitur lux, *b* dividitur æstus *c* super terram? *d* Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & *e* viam sonanti tonitrui, ut *f* plueret *g* super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur, ut *k* impleret *l* inviam, & desolatam: & *m* produceret herbas virentes? *n* Quis est pater pluviæ, *o* vel quis genuit stillas roris? De *p* cujus utero egressa est glacies, & *q* de cœlo gelu quis genuit?

a Per quam viam spargitur lux,] prædicationis? Per illum scilicet, qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita. (Joan. 14.) Per hanc viam lux spargitur, quia per ejus præsentiam gentilitas illustratur. Convenienter autem dixit: Spargitur, quia non anguste, sed late fulgens lux prædicationis emicuit per Apostolos, & sequaces eorum. Unde *Psalm.* 18. In omnem terram exivit sonus eorum. Et *Marc. ult.* Illi autem profecti prædicaverunt ubique, &c. quia vero sparsa luce, inardescit vis amoris, transacta mala anxie lugens, vel futura bona flagrantissime requirens, competenter adjungitur:

b Dividitur æstus] i. gratia æstuans.

c Super terram?] i. Ecclesiam, quia sparsa luce prædicationis, facta est divisio gratiarum, unanimiter omnes accendens. 1. *Corinth.* 12. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et divisiones administrationum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus, dividens singulis prout vult. Vel sparsa luce dividitur æstus super terram, quia ut lux prædicationis inclaruit, statim rabies persecutionis Ecclesiam ubique dispersit. Unde *Act.* 8. Facta est in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jerosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones. Vel per lucem, gratia; per æstum, tentatio; per terram, anima designatur. Quærit ergo Dominus a Job: *a* Per quam viam spargitur lux,] i. dic, quo ordine, vel quibus meatibus infunditur cordi humano gratia? Nescit hoc homo. *Jo.* 3. Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat. Item dic: [Per quam viam,] i. quo

b Dividitur æstus super terram?] i. tentatio super animam. Et bene sparsa luce dicitur divini æstus, quia crescente gratia, crescunt & tentamenta. Unde *Greg.* Post lucem æstus sequitur, quia post illuminationem divini muneris, tentationis ardor augetur. Recte autem dicitur divini æstus, quia non omnes uno, vel singuli omnibus vitiis tentantur, sed quilibet tentatur vitio magis sibi vicino. Unde *Greg.* In tentationis ardore callidæ, hostis singulis insidians, vicinos moribus laqueos abscondit. Lætis enim proponit luxuriam, tristibus iram, timidis terrores, elatis laudes, & sic de aliis. Et quia crescente malorum persecutione, crevit Ecclesiæ prædicatio, recte subditur: *d* Quis dedit vehementissimo imbri cursum,] i. prædicationi accessum usque ad cor, supple nisi ego? De quo cursu dicitur in *Psalm* 147. Velociter currit sermo ejus. Est autem imber, vehemens prædicatio, quæ monet credere credenda: vehementior, quæ monet facere facienda: vehementissima, quæ monet consilia implere, & se & sua, & suos, non solum deserere, sed & contemnere propter Deum, ut est illud: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. *Matth.* 16. Hic imber aliquando est, sed cursum non habet, quia prædicatio ad aures venit, sed cessante gratia, ad corda audientium non pertransit. Ideo rogat Apost. 2. *Thess.* 3. De cetero rogate fratres pro nobis, ut sermo Dei currat.

e Et viam sonanti tonitrui,] dativus est, supple quis dedit, nisi ego? Per tonitruum intelligitur prædicatio superni terroris, quo sonante in auribus, corda quatiuntur, & hoc sola gratia Dei faciente: Ideo Dominus se dare viam sonanti tonitrui asserit. Aliquando etiam per tonitruum ipse Christus accipitur, qui ex antiquorum patrum conveniente prophetia, quasi ex nubium concursione nobis prolatus est, qui terribiliter inter nos apparens insonuit, & terribilius insonabit *supr.* 26. Quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri? Unde & Apostoli de ejus gratia generati, Boanerges, i. filii tonitrui sunt vocati. *Marc.* 3. Huic tonitruo viam dedit Dominus, quia per terrorem prædicationis ejus corda audientium compunxit. Quid autem accepta via, imber, atque tonitruus egerit, subdit:

f Ut plueret super terram] supple, quæ est

n Absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur,] q. d. ideo dedit Dominus cursum imbri, & viam tonitruo: [Ut plueret,] idest, pluvia prædicationis caderet.

g Super terram] quæ est

h Absque homine in deserto,] idest, super gentilitatem desertam a Deo, diu, quæ fuit absque cultore Dei.

i Ubi nullus] idest, nullus homo, quia gentes sine fide, non homines, sed bestiæ sunt. *Jer.* 4. Intuitus sum, & ecce non erat homo. Hanc tamen terram desertam, diviso æstu, idest, dispersa fidelium persecutione in Judæa Dominus pluvia prædicationis compluit. *Isaiæ* 41. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & myrtum, & lignum olivæ. Item *Is.* 44. Effundam aquam super sitientem, & fluenta super aridam, & germinabunt inter herbas, quasi salices juxta præterfluentes aquas. Vel sic: Terra deserta est, qui corde non accipit verbum Dei. Quæ terra deserta non habet hominem, idest, sensum rationis, vel si aliquando est, non ibi commoratur. Et tamen tales sæpe compungit, & implet. Unde sequitur:

k Ut impleret inviam, & desolatam:] scil. gentilitatem, quæ fuit invia, quæ prædicationi non patuit, & desolata sine ratione consilii, & fructu boni operis. Sed Dominus dedit cursum imbri vehementissimo, & viam tonitruo sonanti, [ut impleret] fidelibus.

l Inviam, & desolatam:] gentilitatem, scilicet. Unde *Is.* 54. Multi filii desertæ magis, quam ejus, quæ habebat virum, idest, Synagogæ.

m Et produceret herbas virentes?] idest, fidei doctrinam, vel opera bona. Breviter ergo Dominus exteriori prædicationi internam aspirationem contulit, ut corda gentilium prius arentia virescerent, clausa patefierent, inania implerentur, infœcunda germinarent. Et hoc est: [Quis dedit vehementissimo, &c.] usque huc.

n Quis est pater pluviæ,] idest, gratiæ, vel prædicationis.

o Vel quis genuit stillas roris?] idest, doctrinæ facilis, & suavis, supple nisi ego? Quia omnis sapientia a Domino Deo est. *Eccl.* 1. Et *Jacob* 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens, &c. Unde *Isaiæ* 40. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, &c. Ibi *Gloss.* idest, super Christum, ut nihil annuncies, nisi quod a Christo habes. Sic fecit Apostolus *primo Thessalon. primo*. Cum accepissetis a nobis verbum [idest, quod audivi a Deo, & accepi] auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. De hac pluvia, & de hoc rore dicitur *Deuteron.* 32. Concrescat in pluviam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum.

p De cujus utero egressa est glacies,] supple nisi de meo. Per glaciem intelligitur plebs Judaica torpore infidelitatis constricta, quam olim Dominus intra sinum gratiæ suæ quasi mater in utero portavit. *Isaiæ* 46. Audite domus Jacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, & gestamini a mea vulva. Sed cum per malitiam suam plebs Judaica gratiam Dei amisit, quasi glacies de utero creatoris exivit. 1. *Joann.* 2. Ex nobis prodierunt, sed ex nobis non erant.

q Et de cœlo gelu quis genuit?] supple nisi ego? Nomine cœli, antiqui patres accipiuntur: per gelu pontifices Judæorum, corpore perfidiæ frigidi. Quia ergo de sublimi progenie antiquorum patrum processerunt perfidi pontifices Judæorum, de cœlo gelu exivit. Cum enim Caiphas de Abraham natus est, quid aliud, nisi gelu de cœlo processit? Quod tamen gelu Dominus dicitur genuisse, quia omnes bonos condidit per naturam, qui tamen per malitiam frigidi ab eo exierunt. Vel nomine cœli ad litteram, cœlum empyreum accipitur: per gelu, Satan malitia frigidus, quem Dominus bonum creavit. Gelu de cœlo exivit, idest, Satan, de cœlestibus ad ima corruit. Dicit ergo: [Et de cœlo gelu quis genuit? Idest, Satan de cœlo cadentem, quis condidit, supple, nisi ego? Dominus enim naturæ conditor est, non culpæ. Sed quia corda Judæorum olim mollia, & fidei penetrabilia, obstinatione indurata sunt, recte subditur:

a In

In *a* similitudinem lapidis aquæ durantur, & *b* superficies abyssi *c* constringitur. *d* Nunquid conjungere valebis micantes stellas Plejades, *e* aut gyrum Arcturi poteris dissipare? *f* Nunquid produces Luciferum in *g* tempore suo, *h* & vesperum *i* super † filios terræ *k* consurgere facies? *l* Nunquid nosti ordinem cœli, & *m* pones rationem ejus in terra? a Nunquid elevabis in ‡ *o* nebula vocem tuam?

a In similitudinem lapidis aquæ durantur,] i. in duritiam, & in insensibilitatem gentium Judæi indurati sunt. Nomine enim lapidis, duritia gentium intelligitur. *Matt.* 3. Potens est Deus de lapidibus istis, idest, de gentibus duris, suscitare filios Abrahæ, filios scilicet per imitationem. Per aquam vero intelliguntur Judæi olim molles, & teneri juxta illud *Apoc.* 17. Aquas, quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ. Sed quia hæc sunt ex occulto judicio Dei: Sequitur: *b* Superficies,] idest, judiciorum Dei, de quibus *Ps.* Judicia tua abyssus multa. *c* Constringitur.] ne humanæ mentis oculo possit penetrari. Unde exclamat Apostolus: O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. Sequitur: *d* Nunquid conjungere valebis micantes stellas Plejades, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?] Plejades a πλείστου: idest, a pluralitate dictæ sunt, quia septem sunt, quia vicinitate conjunctæ sunt, sed tactu disjunctæ. Unde significant universitatem sanctorum, qui lumine septiformis gratiæ illustrati, alios eodem lumine illuminare non cessant. Qui etiam disjuncti sunt per visionem suæ imaginis, sed conjuncti per intentionem mentis simul micant, quia unum prædicant, sed seipsos non tangunt, quia diversis temporibus patiuntur: Verbi gratia: Abel, Isaias, Joannes, divisi fuerunt tempore, sed uniti in prædicatione. Nam Abel Christi passionem in oblatione agni significavit: *Gen.* 4. quam *Isa.* 53. prædicavit. Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Hunc eumdem Joannes demonstravit: Ecce, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Jo.* 1. Ecce quomodo isti tres diversis temporibus eumdem agnum locuti sunt: Abel offerendo: Isaias prævidendo: Joannes ostendendo. Similiter David, Isaias, Paulus, diversis fuere temporibus, & tamen trinitatis unitatem concorditer locuti sunt. Inquit enim David: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Ecce trina Dei nominatio, trinitatem demonstrat. Sed ne tres Deos dixisse putaretur, illico unitatem illius trinitatis insinuans, addidit: Et metuant eum omnes fines terræ: Quia eum non eos, dixit, profecto unum Deum, non tres Deus esse insinuavit. Similiter Isaias 6. cum laudem de unitate trinitatis aperiret, nobis voces exprimens, ait: Sanctus, sanctus, sanctus. Et ne tertio sanctum nominans, unitatem substantiæ dividere videretur sive crederetur, statim adjunxit, Dominus Deus Sabaoth. Et cum Dominus Deus addidit: non Domini Dii, unum Deum esse, quem tertio nominaverat, sanctum indicavit. Similiter Paulus *Rom.* 11. trinitatem exprimens, ait: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: Et statim ejusdem trinitatis unitatem insinuans, adjunxit: Ipsi honor, & gloria in sæcula sæculorum, amen. Cum non ipsis, sed ipsi dixit, unum substantialiter Deum, non tres esse in tribus personis innotuit. Isti ergo sancti quasi Plejades in uno, & eodem loco sitæ sunt, quia de Christo concorditer sentiunt. Tamen seipsos non tangunt, quia diversis temporibus patiuntur. Quia ergo solius Dei est tam diversis temporibus missos, in unitate sensus, & fidei prædicatione conjungere, recte quærit Dominus: [Nunquid conjungere valebis micantes stellas Plejades?] q.d. non, sed ego. Arcturus vero, qui per gyrum semper vertitur, & nunquam ad ima demergitur, qui dum in gyro volvitur, nox finitur, significat totam simul Ecclesiam, quæ gyrum laborum tolerat, & nunquam ad defectum declinat, & dum innumeris tribulationibus stans quæritur, nox præsentis vitæ finitur. Hujus Arcturi gyrum Dominus in fine mundi dissipabit, quia labores Ecclesiæ ad requiem permutabit. Quod facere, quia solius Dei est, recte quærit Dominus. *e* Aut gyrum Arcturi poteris dissipare?] supple, ut ego? q. d. non. Miro autem modo Dominus simul quæsivit de conjunctione Plejadum, & de dissipatione gyri Arcturi, quia tunc Plejades plenius conjungentur, cum gyrus Arcturi destruetur, quia in fine mundi cum labores Ecclesiæ finientur, tunc omnes Sancti etiam visionis specie conjungentur. Potest & aliter exponi: Nam per Arcturum, qui ab Aquilone surgit, & Plejades, quocumque se verterit, ostendit, & luce diei vicina, stellarum ejus ordo distenditur, significatur lex Moysi, quæ nimiæ rigiditatis asperitate subditos opprimebat, quasi a solis charitate aliena: sicut dicit Petrus *Act.* 15. Quid tentatis Dominum, jugum imponere super cervicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Per Plejades, quæ ab oriente apparent, & septenario numero continentur novi testamenti gratia designatur, quo fideles septiformi spiritu illustrantur, & a labore carnalium observantiarum relaxantur. Christus ergo in carne veniens, Plejades junxit, quia operationes septiformis spiritus, simul in se, & omnes, & manentes habuit. Unde *Isa.* 11. Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. *Zachar.* 4. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus super caput ejus, & septem lucernæ ejus super illud. Item *in eod.* 3. Super lapidem unum septem oculi sunt, idest, in Christo septiformis spiritus omnis operatio simul, quod in nullo alio potest esse Christus, ergo Plejades junxit, quia omnes operationes septiformis spiritus in se simul habuit. Dum vero Plejades junxit, Arcturi gyrum dissipavit, quia dum se operationes septiformis spiritus habere monstravit, labores carnalis observantiæ in lege dissolvit. Audiat ergo Job, & quilibet homo: *d* Nunquid conjungere valebis micantes stellas Plejades?] q. d. habere lumina quarumdam virtutum potest, sed nunquid exercere simul omnes operationes septiformis spiritus potes, sicut ego, quasi dicat, non.

e Aut gyrum Arcturi poteris dissipare?] idest, virtute tua laborem carnalis intelligentiæ destruis? quasi dicat, non.

f Nunquid produces Luciferum,] idest, Christum.

g In tempore suo,] a prophetis prænunciatum? q. d. non, sed solus pater. *Gal.* 4. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Qui natus ex Virgine, velut Lucifer nostras tenebras illustravit.

h Et vesperum,] idest, antichristum.

i Super filios terræ,] idest, super homines terrenos.

k Consurgere facies,] idest, dominari? q. d. non sed ego. Vesper dicitur antichristus, quia cum apparuerit, lucem gratiæ in sibi consentientibus terminabit, & noctem erroris inducet: Quem Dominus super terræ filios consurgere faciet, quia eorum merito exigente terrenis hominibus antichristum dominari permittit. 2. *Thess.* 2. Eo quod charitatem veritatis non acceperunt, ut salvi fierent, ideo mittet eis Dominus operationem erroris, ut credant mendacio, & judicentur omnes, qui non crediderunt veritati. *Joan.* 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me; si alius veniet in nomine suo, illum accipietis.

l Nunquid nosti ordinem cœli,] idest, dispositionem judiciorum Dei vidisti? Vel cœli, idest, angelorum. Vel *ad litteram*, quomodo primo cœlum aereum, postea æthereum, postea igneum, & sic de aliis.

m Et pones rationem ejus in terra?] idest, hominibus causas secretorum Dei aperies? q. d. non: Quia nemo consilium Dei novit, *Isa.* 40. Quis adjuvit spiritum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam justitiæ, & erudivit eum scientia, & viam prudentiæ ostendit illi?

a Nunquid elevabis] per te.

o In nebula] id. in caliginosis cordibus peccatorum, [Vocem tuam:] q.d. non. Prædicator enim ad aures corporis potest sermonem facere, sed ad cordis intelligentiam non potest producere. Hoc enim solus Deus facit. Vel sic: [Nunquid elevabis in nebula vocem tuam:] idest, loqueris in parabolis sicut ego. Vel sic: [Nunquid elevabis, &c.] idest, tam alta, & subtilia prædicabis, ut intelligi non possint, & tu ipse non cognoscis? q.d. non. Sed Christus multa dixit tam alta, ut intellectu hominis capi non possint, & cordi faciens locutionem, occultat suam speciem. Unde *Greg.* Qui cordibus nostris inspirando præbet locutionem, sed suam occultat speciem, velut in nebula format vocem. Sed quia elevata prædicationis voce, statim orta est persecutio contra Christum, recte sequitur:

Psalm. 35. *Rom.* 11. — *Psalm.* 66. — al. † filios — al. ‡ nebulam.

& *a* impetus aquarum *b* operiet te? *c* Nunquid mittes fulgura, *d* & ibunt, & † *e* revertentia dicent tibi, adsumus? *f* Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis *g* dedit gallo *h* intelligentiam? *i* Quis enarrabit cęlorum rationem, & *k* concentum cęli quis *l* dormire faciet?

Psalm. 8.
Psalm. 68.
al. † reverentia.

a Et impetus aquarum] i. persecutionum. *b* Operiet te?] sicut me? q. d. non. Hunc aquarum impetum pertulit Christus in seipso ante mortem. Unde *Ps.* Circumdederunt me, sicut aqua, tota die, circumdederunt me simul, *alibi*: Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Et in suis post Ascensionem. Unde *Act.* 9. clamat: Saule, Saule, quid me persequeris. Operitur etiam Dominus aquarum impetu spiritualiter in cordibus nostris, cum post acceptam gratiam tribulationibus, & tentationibus opprimitur. Unde *Gregorius*: Cum tentatione vitiorum ipse de Deo noster intellectus opprimitur, quasi aquarum impetu in voce sua Deus operitur. Tot enim super illum aquas admittimus, quot post inspirationem gratiæ ejus cogitationes illicitas in corde versamus, nec tamen nos vel oppressos deserit. Item quia post vocem prædicationis secuta sunt miracula, subdit: *c* Nunquid mittes fulgura,] i. facies miracula sicut ergo, q. d. non: *d* Et ibunt,] per manifestationem. *e* Et reverentia dicent tibi, adsumus?] supple, sicut mihi, q. d. non. *Greg.* Vadunt fulgura, cum prædicatores miraculis coruscant. Reverentia dicunt adsumus, cum non sibi sed Dei viribus tribuunt, quicquid se egisse fortiter cognoscunt. Vis videre fulgur vadens? *Act.* 3. Dixit Petrus cuidam claudo: Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula: Et apprehensa manu ejus dextera, levavit eum, & protinus consolidatæ sont bases ejus, & plantæ, & exiliens stetit, & ambulavit. Item cum de hoc facto turba Judæorum fuisset commota, ait Petrus: Viri Israelitæ, quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus Patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum. Et *paulo post*: In fide nominis ejus, hunc quem vos videtis, & nostis, confirmavit nomen ejus, & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Vadit ergo fulgur, cum Petrus miraculum facit. Redit, cum non sibi sed auctori tribuit, quod fecit. Vel aliter: Fulgura vadunt, cum prædicatores a secreto contemplationis exeunt ad publicum operis, sed reverentia Deo dicunt, adsumus, cum post laborem ad contemplationem recurrunt: Aliter siccaretur prædicatio, quia ibi sumunt, quod postea effundunt. Unde *Eccl.* 1. Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. *f* Quis posuit in visceribus hominis sapientiam,] idest, cordi terreno hominis quis infudit gratiam, ut ei terrena desipiant, & cœlestia sapiant, nisi ego: *g* Quis dedit gallo] idest, prædicatori. *h* Intelligentiam?] idest, virtutem discretionis, ut sciat, quid, vel quando; vel quibus, vel quomodo debeat prædicare? Quia ut dicit *Greg.* non una cunctis, eademque convenit exhortatio, quia nec cunctos par morum qualitas astringit, sed pro qualitate audientium debet formari sermo doctorum. Nam plerumque herbæ, quæ hæc animalia reficiunt, alia occidunt, & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat & medicina, quæ hunc morbum imminuit, alteri vires jungit, & panis, qui forte roborat, parvulos necat. Unde *Greg.* Intelligentiam gallus accipit, ut prius horas noctis discutiat, & tunc demum vocem excitationis emittat: Quia quilibet prædicator prius in auditoribus qualitatem vitæ considerat, & tunc demum ad erudiendum congruam vocem prædicationis format. Sunt autem galli quædam propria, quæ & prædicatori conveniunt. Primum, quod noctis horas determinat, & prædicator merita dijudicat. 1. *Cor.* 2. Spiritualis homo judicat omnia. Secundo, dormientes excitat. *Ephes.* 5. Surge, qui dormis, &c. *Prov.* 24. Usquequo piger dormis, usquequo de somno consurges. Paululum inquam dormies, modicum dormitabis. *Rom.* 13. Hora est jam nos de somno surgere. Tertio, mane venturum cantando nunciat, *Rom.* 13. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Quarto, de profundioribus horis noctis valentiores, & proliziores edit cantus, in mane leviores, & minutiores. Sic profundius iniquis, valentioribus vocibus prædicator terrorem judicii incutit, conversis vero, & proficientibus blanda de præmiis, & minuta, idest, subtilia de mysteriis prædicatur. De primo *Matth.* 3. Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? De secundo *Rom.* 13. Nox præcessit, dies autem appropinquavit: Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. De utroque *Num.* 10. Si semel clangueris, venient ad te Principes, & capita multitudinis Israel; Si autem prolixior, atque concisus clangor increpuerit, movebunt castra primi, qui sunt ad orientalem plagam. Quinto gallus se alis prius percutit, & postea cantat. 1. *Cor.* 9. Castigo corpus meum, &c. *Greg.* Omne, quod locuti sunt prædicatores, operibus præclamant. Sexto, alios gallos impugnat: Sic catholicus prædicator hæreticos confutat, *Act.* 9. Paulus autem invalescebat, & confundebat Judæos. Septimo, gallo canente in nocte, infirmorum morbus incipit alleviari. Unde *Tob.* 8. Cum Raguel putaret Tobiam mortuum, circa gallorum cantum invenit eum incolumen cum Sara. Octavo, oculos claudit contra solem, sic prædicator contra mundi prosperitatem *sup.* 31. Si vidi solem, cum fulgeret. *Gloss.* Soli justi bona sua non vident, quæ aliis videnda præbent. Nono, aelat gallinas suas. 2. *Cor.* 11. Æmulor enim vos Dei æmulatione, &c. Decimo invento grano vocat gallinas. 1. *Pet.* 5. Pascite qui in vobis est, gregem Christi. De hoc gallo dicitur *Prov.* 30. Tria sunt, quæ bene gradiuntur, & quartum, quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum, Gallus succinctus lumbos suos, & aries, nec est rex, qui resistat ei, & qui stultus apparuerit, postquam elevatus est in sublime. Primo ponitur leo, idest, Christus. Secundo, gallus, idest, prædicatores. Tertio, aries, idest, Ecclesiæ rectores. Quarto, stultus, idest, antichristus fasto superbiæ elevatus. Tria prima incedunt bene, quartum feliciter, quia leo, gallus, aries bene incedunt, sed non feliciter, hic scilicet, quia persecutores patiuntur. 2. *Tim.* 3. Omnes, qui pie volunt vivere, &c. Quartum feliciter incedit, sed non bene, quia antichristus ad malum suum brevi tempore prosperabitur: Sicut de eo sub specie Antiochi dicitur *Dan.* 8. Roborabitur fortitudo ejus, sed non viribus suis, & supra quam credi potest universa vastabit, & prosperabitur, & faciet, & interficiet robustos, &c. Ecce, quod Salomon dicit, incedit feliciter, Daniel dicit prosperabitur, *i* Quis enarrabit cœlorum rationem,] i. secretorum cœlestium causas quis insinuabit. *k* Et concentum cœli,] idest, hymnos, & gaudia Angelorum cęlestium *l* Quis dormire faciet?] idest, reprobis abscondet, supple, nisi ego: Dominus enim secreta cœli electis insinuat, & hymnos Angelicos reprobis occultat. Multis dormit concentus cęli, quia quæ sit laudis supernæ suavitas, intrinsecus non audiunt, aure cordis curarum sæculi tumultibus surdescente. Lingua enim invisibilis compunctionis, quæ cœli concentum cordi contrito loquitur, ut dicit *Gregor.* loqui talibus dedignatur. Aliquibus autem non dormit cęli concentus, qui jam intus audiunt, quod appetunt: Et dum in aure cordis intus cęli concentus erumpit, societatem sibi quotidie supernorum civium præstolantur, omne, quod vident, grave æstimant, quia non adest illud, ad quod anhelant. Iste concentus in aure illius eruperat, qui dicebat: Ingrediar locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, in voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Istum igitur, qui intus vocem exultationis, & confessionis, & sonum civitatis epulantis audiebat, quid aliud nisi cęli concentus excitabat? Vel cęlorum ratio dicitur ipsa divina sapientia, quæ omnia ordinat, & disponit. Cœlorum rationem Dominus enarrabit, quando in judicio seipsum manifestabit; & detersa mentis nostræ caligine, quomodo præsit electis spiritibus, demonstrabit. Et tunc concentum cœli dormire faciet, idest, doctrinam prædicationis subtrahet. Tunc enim non erit necessaria doctrina, quia videbunt omnes electi Deum facie ad faciem, & erunt omnes docibiles Dei. *Joannis* 6. Item *Joannis* 26. Venit hora, cum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annunciabo vobis. *Jeremiæ* 31. Non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, cognosce Dominum: Omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum, dicit Dominus. Enarrat igitur Dominus cœlorum rationem, & tamen concentum cœli dormire facit,

1. Cor. 13.

quia

quia electis per inspirationem supernæ retributionis scientiam pandit, & reprobis, quæ sit internæ laudi suavitas abscondit. Quia tunc nobis plenius innotuit, quando Dominus a morte surrexit. Unde se sequitur: *a* Quando fundabatur pulvis in terra,] i. fundabitur, i. quando ex pulvere resurgent corpora. *c* Et glebæ compingebantur.] i. corpora solidabuntur. Loquitur enim de futuro quasi de jam præterito, prophetari certitudine; q. d. tunc Dominus enarrabit celorum rationem, & cœli concentum dormire faciet, quando corpora ex pulvere suo collecta consurgent. *Dan.* 12. Qui dormiunt in terræ pulvere evigilabunt, alii in vitam æternam, alii in opprobrium.

al. † fundebatur.

Quando † *a* fundabatur *b* pulvis in terra, & *c* glebæ compingebantur. *d* Numquid capies leænæ prædam, & *e* animam catulorum ejus *f* implebis, quando *g* cubant in antris, & in specubus insidiantur? *b* Quis præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum † vagantes, eo quod non habeant cibos?

al. † vagientes.

CAP. XXXIX.

NUmquid *i* nosti tempus

Moraliter. Moraliter. Pulvis fundatur in terra] quando levis, & inconstans, virtute constantiæ solidatur. Glebæ compinguntur] cum corda terrena glutino charitatis uniuntur: Sicut illi, de quibus scriptum est *Act.* 4. Multitudinis autem credentium, &c. Sed quia hoc non hominis, sed Domini virture fit, recte subjungitur: *d* Numquid capies leænæ prædam,] i. Ecclesiæ, i. numquid adduces gentes, q. d. non, sed ego. Leæna dicitur Ecclesia, & Christus sponsus Leo, *Apoc.* 5. Qui ei prædam de gentibus rapuit, & in suo corpore convertit, & sic desiderium Apostolorum complevit. Unde sequitur: *e* Et animam catulorum ejus] i. desiderium Apostolorum. *f* Implebis,] q. d. non. Apostoli appellantur catuli propter mentis teneritudinem, & fortitudinis infirmitatem, qui passo Domino clausis foribus residebant quasi catuli in specubus præstolantes patrem, sicut scriptum est *Jo.* 20. Cum sero esset dies illa una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit Jesus januis clausis, & stetit in medio eorum. Unde de eisdem hic apte subjungitur: *g* Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur?] ut animarum prædam Domino rapiant. Sed nondum confirmati virtute ex alto, non audebant exire in publicum, & prædicare. Sic Doctores aliquando, quando vitia corrigenda conspiciunt, & tamen in corde se per silentium retineut, quasi in specubus latent, & in antris se conteguut, quia in cordibus suis occultantur. Sed cum tempus opportunum inveniunt, repente prosiliunt, & nulla, quæ dicenda sunt, reticent, & rebelles dente liberæ increpationis mordent. *b* Quis præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum vagantes, eo quod non habeant cibos?] supple nisi ego, qui infidelem populum tolero, & pane prædicationis pasco. Corvi enim nomine populus Judaicus designatur. Pulli ejus fuerunt Apostoli ex eo carnaliter nati, quibus ad Deum clamantibus, & orantibus, populo Judaico esca spiritualis intelligentiæ datur. Quod vero vagantes dicuntur, significat dispersionem Apostolorum in omnes partes mundi. Ex qua evagatione esca corvo præparatur, quia dum per laborem Apostolorum conversam gentilitatem populus Judaicus respicit, cognoscens stultitiam suam, sententia S. Scripturæ spiritualiter intelligit. Quod quia Dei solius virtute fit, recte dicitur: [Quis præparat corvo] i. Judaico populo [escam suam] i. S. Scripturæ spiritualem intelligentiam, supple nisi ego? Non autem semper, sed tunc [quando pulli ejus] i. Apostoli [clamant ad Deum] orantes pro ipso corvo [& vagantes,] per orbem prædicando, [eo quod non habeant cibos] i. homines, quos credentes sibi Ecclesiæ incorporent. Judæis enim nolentibus credere, dispersi Apostoli profecti sunt ad gentes. Et bene dicitur primo, clamantes, & postea vagantes, quia Apostoli primo prædicaverunt in Judæa, orantes pro ipsis, quibus resistentibus eis, dixerunt Apostoli. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos judicatis vitæ æternæ, ecce convertimur ad gentes. Vel aliter nomine corvi designatur nigra gentilitas, per pullus singuli gentiles. De quibus *Ps.* 146. Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum. Istius corvi, i. gentilitatis, esca est conversio peccatorum, vel refectio fidei. Cujus pulli, idest, prædicatores ex ea generati, ad Deum clamant, quia quamvis conversionem peccatorum esuriant, a Deo, qui interius operatur, cuncta fieri exoptant. Sciunt enim, quod neque qui rigat, neque qui plantat, aliquid est, sed qui incrementum dat Deus. 1. *Cor.* 3. Quod vero dicitur, vagantes, eo quod non habeant cibos, significat charitatis æstuationem, qua succensi prædicatores nunc ad hos, nunc ad illos colligendos desiderium, & cogitationem extendunt, & in diversas mundi partes esurienti mente discurrunt. Charitas enim, ut dicit *Greg.* quæ divisa unire consuevit, unum cor prædicatoris divisi per multa compellit. Sed tanto altius in Deum colligit, quanto latius per sancta desideria spargit. Dicit ergo: [Quis præparat corvo] i. gentili populo, [escam suam] i. fidei refectionem, supple nisi ego? [quando pulli ejus] i. prædicatores ex eo nati, clamant ad Deum orando pro salute aliorum, [vagantes] desiderio, & cogitatione, & etiam quandoque corpore discurrentes, [eo quod non habeant cibos] i. conversos, quos sibi incorporent. Vel aliter: Corvus est prædicator nigredinem infirmitatis suæ gestans, qui magna voce clamat, cras, i. in futuro erit gloria, non modo. Qui pullos, i. discipulos suos pascere de sublimibus differt, donec a nitore mundi per humilitatem, & lamenta pœnitentiæ nigrescant, pro qua discretione doctrinæ prædicatori divinitus latior copia prædicationis datur. Non enim solum pro se, sed pro eis, pro quibus laborat, majorem intelligentiam percipit. Unde *Ezech.* 2. Adhærere faciam linguam tuam palato. Ibi *Gloss.* Pro auditoribus datur sermo prædicatoribus etiam malis, quid ergo bonis? Recte ergo dicitur hic: [Quis præparat corvo] i. prædicatori, [escam suam] i. verbum prædicationis, qua pascat & se, & alios, supple nisi ego, qui do verbum evangelizantibus virtute multa, [quando pulli ejus] i. discipuli ejus [clamant ad Deum] desiderio audiendi verbum Dei, [eo quod non habeant cibos] i. epulas prædicationis, quibus homo interior nutritur. De hoc corvo dicitur 3. *Reg.* 17. Recede hinc, & vade contra Orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est contra Jordanem, & ibi bibes de torrente; corvisque præcepi, ut pascant te. Abiit ergo, & fecit juxta verbum Domini. Corvi quoque deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panem, & carnes vespere, & bibebat de torrente. Item *Prov.* 30. Oculum, qui subsannat patrem, & despicit partum matri suæ, suffodiant eum corvi de torrentibus, i. prædicatores in sacra Scriptura commorantes. De malo corvo dicitur *Gen.* 8. Dimisit Noe corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. *Soph.* 2. vox clamantis in fenestra corvus in superliminari.

Act. 13. — Ps. 146. — Psal. 67.

EXPOSITIO CAP. XXXIX.

NUmquid *i* nosti, &c.] Ne beatus Job de patientia sua qua fortiter damna rerum sustinuerat, aut de sapientia sua, qua contumeliosa verba amicorum suorum, & irrisiones Eliu superaverat, superbiret: Ideo Dominus post usum tantæ patientiæ, & exemplum tantæ sapientiæ, multas ei proposuit quæstiones, supra vires intelligentiæ suæ. Quas cum cerneret soli Deo solubiles, suam ignorantiam, & impotentiam recognoscens, humiliter se ei subjiciens in justitia permaneret. Multas jam Domini quæstiones *in præc. cap.* ordinavit auctor: Adhuc in *hoc cap.* alias ejusdem, vel majoris profunditatis quæstiones ponit. Primo ostendens, quod idcirco Job se egisse aliquid fortiter poterat credere, quia nondum prævidera illud, quo Christus Apostolos, & alios spirituales magistros misit, qui per doctrinam antiquorum Patrum filios Domino genuerunt, quorum fructum si aspiceret Job, humiliter de sua virtute sentiret. Quia ut dicit *Greg.* Magna, quæ agimus, minima dicimus, cum hæc per fortiora exempla pensamus. Possunt autem, quæ *in hoc cap.* preponuntur, exponi *ad litt.* Similiter & ea, quæ & *in præc. cap.* dicta sunt. Sed quia sensus litteralis minus utilis est: Ideo mystice omnia exponemus. Dicit ergo [Numquid nosti tempus Ibicum, &c.] Ibices, ut dicit *Greg.* sunt aves, quas meridiana pars habet, quæ Nili fluenta inhabitant. Orientalis vero, & Occidentalis plaga, Ibices dicit parva quadrupedia, quæ in petris morantur, & pariunt, quæ si aliquando de saxorum cacuminibus ruant, in suis cornibus se illæsa suscipiunt. Cervarum vero moris est, vivos serpentes membratim devorare, & postea sitire. Et quando flumina transeunt, capitum suorum onera dorsis præcedentium superponunt, sibique invicem succedentes, laborem ponderis omnino non sentiunt.

tiunt. In cervis ergo, vel Ibicibus, magistrorum spiritualium persona significatur, qui volt Ibices in petris pasiunt, quia in doctrina Patrum, qui dicuntur petræ propter fortitudinem, in fide animas gignunt. Ipsi etiam velut Ibices nullius casus damna sentiunt, quia quicquid ruinæ temporalis eis acciderit ad consolationem duorum Testamentorum fugiunt, & ita quasi continuum exceptione salvantur. Hoc docebat Apostolus, dicens *Rom.* 15. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Item ipsi more cervarum interemptis vitiis, quasi extinctis serpentibus bibunt, & de ipsa extinctione vitiorum ad fontem vitæ acrius inardescunt. Unde *Ps.* 41. Sicut cervus desiderat ad fontem aquæ, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Ipsi etiam more cervarum per transitum hujus mundi charitate compatientes, onera sua sibi invicem superponunt, sicut scriptum est *Gal.* 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quia ergo hoc tempus gratiæ ante prophetarum voces non fuit cognitum, licet Incarnatio Christi omnibus electis fuisset præcognita, ut dicit *Greg.* recte Dominus beato Job de tempore partus Ibicum, & Cervarum interrogat, dicens: [Numquid nosti,] sicut ego. *a* Tempus partus Ibicum] i. spiritualium magistrorum. *b* In petris] supple commorantium, & parientium, i. in doctrina Patrum. *c* Vel parturientes cervas observasti?] i. doctores cum labore, & dolore magno filios Deo per prædicationem generantes? Sed licet cum dolore pariant, post partum gaudent. *Jo.* 16. Mulier cum parit, tristitiam habet, &c. Cerva pariens fuit Paulus: *Gal.* 4. Filii mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, i. imitatio Christi. Possunt etiam cervarum nomine, DD. intelligi; per Ibices, quæ sunt animalia parva, ipsi auditores, qui in petris pariunt, i. per exempla magistrorum ad exercenda fortia opera fœcundantur, ut cum aliquid magnum audiunt, infirmitatis propriæ conscii, illud se posse implere diffidunt. Sed considerata fortitudine patrum præcedentium fortiter illud aggrediuntur. Ver. gr. Cum aliquis contumeliis pressus virtutem patientiæ servare non sufficit, debet David ad memoriam revocare, quem eum Semei conviciis argueret, & armati milites eum ulcisci contenderent, David dixit: Quid mihi, & vobis filii Sarviæ? Dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna 2. *Reg.* 16. Ubi dicit *Greg.* Ad animum reduxit David malum, quod fecerat, & æquanimiter pertulit, quod audivit; & contumeliosa verba, non tam convicia, quam adjutoria credidit. Tunc enim illata convicia bene toleramus, cum in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus. Item aliquis stimulis luxuriæ vexatur, & ille debet bona, quæ a Deo percepit, ad memoriam reducere, ut eo magis erubescat peccare, quo recolit se plura bona a Deo recepisse, ad exemplum Joseph, qui dominæ male suadenti dixit: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod in mea non sit potestate præter te, quæ uxor ejus es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum? *Gen* 39. Ubi dicit *Greg.* Quia voluptas ex prosperitate nascitur, ejusdem prosperitatis consideratione est ferienda, quatenus hostis noster, unde oritur, inde moriatur. Item alius internæ scientiæ dulcedinem quærit, sed si non valet ad hoc contingere, debet Danielem ad mentem reducere, qui cibo regio retracto, legumine, & aqua vitam servavit, & tanto avidius gustum sapientiæ interius percepit, quanto sibi cibi exterioris blandimenta subtraxit. Unde *Greg.* Si a carne hac quodlibet abscindimus, mox in spiritum, quod delectat, invenimus. Auditores igitur dum Doctorum vitam imitando respiciunt, velut Ibices in petris pariunt. Quasi Ibices in petris parere, admonebat discipulos suos Paulus, cum *Hebr.* 12. enumeratis multis patribus dicebat: Habentes tantam impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. *Item* 13. Quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem. Et notandum, quod Dominus non de partu Ibicum interrogat Job, sed de tempore partus. Nam quomodo semen verbi Dei in corde concipitur per auditum interiorem, quomodo postea coaguletur per meditationem, quomodo deinde formetur per discretionis rationem, deinde quomodo solidetur ad modum ossium per amorem, ad extremum qualiter prodeat in partum per operationem aut prædicationem, hæc incrementa divini seminis, nullus in mente alia considerat, nisi qui creat. Recte itaque dicitur: [Numquid nosti partus Ibicum in petris] i. quando semen divinum in corde auditorum conceptum in partum erumpat? q. d. non. *c* Vel parturientes, &c.] idest, quanto labore, & dolore Doctores parturiant filios spirituales, numquid considerasti? q. d. non. Nam quantus sit prædicatoribus dolor de cadentibus, quantus de stantibus timor, quantus fervor de convertendis, quanta sollicitudo de conservandis, quam fortes esse oporteat in præceptis, terribiles in minis, compatientes infirmis, blandos in exhortatione, humiles in magisterii ostensione, infirmos in valetudine, in contemptu temporalium dominantes, paucorum est hoc pensare. Unde & Dominus non cervos, sed cervas vocat DD quia cum per rigorem disciplinæ sint patres, per pietatis viscera sunt matres, quia filios in visceribus charitatis portant, quos non sine dolore pariunt. Unde recte sequitur: Repete: Et numquid *d* Dinumerasti menses, &c.] i. quanto tempore prædicatores conceptam sobolem, antequam pariant, in mente portent? q. d. non. *e* Et scisti tempus partus earum?] in prædicatione, vel opere, supple, ut ego, q. d. non, quia solius Dei est scire, quando DD. quod cogitaverunt, implere valeant. Possunt etiam per menses, quia dies sunt congesti, multiplicatæ virtutes intelligi, quibus se innovant prædicatores antequam prædicent, ut quod loquendo ducent, vivendo concordent, virtutes vitiis opponentes, ut contra iram, patientiæ luce resplendeant; contra carnis luxuriam, etiam cordis munditia fulgeant; contra teporem, zelo candeant; contra præcipitationem, gravitate rutilent; contra superbiam vera humilitate luceant; contra timorem, radiis auctoritatis clarescant. Cum prædicatores has virtutes prius in se congerunt, quasi in conceptu prædicationis menses virtutum fiunt, quos menses solus Deus dinumerat. Bene igitur quærit Dominus, [Dinumerasti menses conceptus earum] i. virtutes, quas in se congerunt, cum ad prædicandum se parant? q. d. non. Et quia juxta mensuram virtutum subsequitur effectus fructuum, recte subditur: [Et scisti tempus partus earum] i. quando quod implere appetunt, parere valent. Modum autem pariendi determinat Dominus, cum dicit: *f* Incurvantur ad fœtum,] faciendum, sc. ab altitudine contemplationis internæ ad nostram infirmitatem condescendunt. Nanquam enim cerva pareret, si semper erecta staret. Similiter DD. nunquam in fide filios gignerent, si semper in suæ altitudinis arce persisterent. Unde David cervas parere cupiens, dixit: Domine, inclina cœlos tuos, & descende. Est enim idem cœlorum inclinatio, & cervarum incurvatio, sc. prædicationis humiliatio. Utilior est enim grossa prædicatio & humilis, quam alta & subtilis. Unde & Sangar vomere, i. grossa prædicatione, sexcentos interfecit. *Jud.* 3. Phinees vero pugione, i. subtili prædicatione, tantum duos. *Num.* 25. [Incurvantur] igitur [cervæ ad fœtum, & pariunt,] quia cum se humiliant prædicatores, nobis notitiam deitatis infundunt, & in fide pariunt. *g* Et rugitus emittunt.] pariendo, ut nos ab æterno gemitu, & dolore liberent. Quod non faciunt prædicatores, nisi dolendo, & flendo. Unde *Apoc.* 12. Mulier, i. Ecclesia, in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur, ut pariat. Quia vero illi, qui prædicatione patrum nascuntur, Doctores suos pariendo præveniunt ad regnum, sequitur: *h* Separantur filii earum] i. cervarum. *i* Et pergunt ad pastum,] æternæ refectionis, ubi nullius rei est penuria. De quo dicit *Ps.* 28. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Et *alibi*. Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ. Per quam autem viam ad hæc pascua perveniatur, docet ipse Dominus *Jo.* 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet. Qualiter autem pergant ad pastum, ostendit Dominus, cum subdit: *k* Egrediuntur] de corporibus suis. *l* Et non revertuntur ad eas.] idest, cervas, quia egressi de angustiis hujus vitæ, lac prædicationis amplius non requirunt. Tunc enim implebitur illud *Jer.* 31. Non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens: Cognoscet Dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum, dicit Dominus. *Jo.* 16. In illo die non interrogabitis quicquam.

Ps. 143. *Ps.* 94.

Verse: *a* partus Ibicum in *b* petris, vel *c* parturientes cervas observasti? *d* Dinumerasti menses conceptus earum, *e* & scisti tempus partus earum? *f* Incurvantur ad fœtum, & pariunt, & *g* rugitus emittunt. *h* Separantur filii earum, & *i* pergunt ad pastum, *k* egrediuntur, & *l* non revertuntur ad eas.

a Quis

a Quis dimisit onagrum *b* liberum, & *c* vincula ejus *d* quis solvit? *e* Cui dedi in solitudine domum, & *f* tabernacula ejus in terra salsuginis? *g* Contemnit multitudinem civitatis, *h* clamorem exactoris non audit. Circumspicit *i* montes pascuæ suæ, *k* & virentia quæque perquirit. Numquid *l* volet rhinoceros servire tibi, *m* aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid *n* alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, *o* aut confrin-

a Quis dimisit, &c.] supra de virtute magistrorum, sive prædicatorum multa dicta sunt: Nunc ad vitam eorum, qui secretam conversationem appetunt, verba vertuntur, qui per onagrum designantur. Sed quia homines hanc vitam solitudinis non suis viribus, sed divino adjutorio assequuntur, recte de iis dicit Dominus: Quis dimisit onagrum] solitarium, i. Eremitam, sicut B. Antonium. *b* Liberum,] a servitute negotiorum sæcularium? *c* Et vincula ejus, quibus in mundo ligatus tenebatur. *d* Quis solvit,] nisi ego? Hæc autem vincula sunt, ambitio honorum, amor parentum, cura carnis, quibus multi ligati currere post Dominum concupiscunt, sed his vinculis retinentur. Quæ Dominus quandoque solvit, quando, scilicet, igne charitatis suæ, mentem exurit, ita ut mens sana remaneat, & vincula comburantur. Quod significatur *Dan.* 3. in tribus pueris, quorum vincula consumpsit flamma ignis, eis autem nihil molestiæ intulit. Ideo dicit *Ps.* 115. Dirupisti, Domine, vincula mea. De quibus *Prov.* 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. *e* Cui dedi in solitudine domum,] *ad litteram*. Sed quia parum prodest solitudo corporis, si defuerit solitudo cordis, ubi mens intra se quoddam sibi cum Deo secretum facit, ut cum illo, exteriore cessante curarum strepitu, silenter loquatur per interna desideria, & ejus dulci colloquio perfruatur: Sicut dicitur *Osee* 2. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor ejus. Onagro igitur in solitudine domum dat, quando remotis carnalibus mundi desideriis, silentium mentis ad inhabitandum alicui dat. *f* Et tabernacula ejus in terra salsuginis,] supple dedi, ut semper sitiat illa siti, de qua *Psal.* 41. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum. Et *Eccl.* 24. Qui bibunt me adhuc sitient: Salsugo enim accendit sitim. Et ideo sancti viri, dum vivunt in terra, salsuginis tabernaculum habere dicuntur, quia incessanter accenduntur igne divini amoris, ut sitiant ipsum Deum fontem. Sitiunt vero, ut aliquando satientur, sicut scriptum est: Beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *Matth.* 5. *g* Contemnit multitudinem civitatis.] *Ad litteram* amore quietis fugit civitatem, sicut B. Antonius: Difficile est enim inter homines servare innocentiam. Unde dicit *Seneca*: Quotiescumque intersui, minus homo redii. (Vel multitudinem civitatis,] dicit consortia malorum, qui multi sunt. *Eccl.* 1. Stultorum infinitus est numerus. Quæ consortia contemnit, & fugit quilibet justus, juxta consilium *Jerem.* 48. Relinquite civitates, habitate in petra. *Osee* 11. Ego Dominus, & non homo in medio tui sanctus, & non ingrediar civitatem. 2. *Cor.* 6. Exite de medio eorum, & separamini, & immundum ne tetigeritis. *h* Clamorem exactoris non audit,] i. violentis tentationum motibus diaboli non consentit. Diabolus enim exactor dicitur, qui semel homini in paradiso nummum malæ persuasionis contulit, & quotidie ab eo hujus debiti usuras exigit. Hujus exactoris sermo est inchoatio malæ suggestionis, sed clamor ejus est violenta tentatio. De hoc exactore dicitur *Zachar.* 9. Non transibit super eos ultra exactor. *Isa.* 3. Populum meum exactores sui spoliaverunt. Vel exactor dicitur venter, qui quotidie a nobis debitum refectionis exigit. Hujus exactoris sermo est naturalis appetitus, sed clamor ejus est immoderatus appetitus. Clamorem igitur exactoris non audit onager, quia viri justi violenta gulæ desideria non obediendo restringunt. Sciunt enim, quod nisi venter restringatur, omnes virtutes animæ per carnis concupiscentiam destruuntur. Unde Nabuzardam princeps cocorum describitur muros Jerusalem funditus subvertisse. 4. *Reg.* 25. Quid Nabuzardam, nisi diabolus? Quid per muros Jerusalem, nisi virtutes animæ ad visionem pacis tendentis? Quid princeps cocorum, nisi venter exprimitur? Muros ergo Jerusalem princeps cocorum destruit, i. venter virtutes animæ dum non restringitur, perdit. Huic cocorum principi, contra mœnia suæ Jerusalem decertanti, subtrahebat vires Apostolus, cum dixit: Castigo corpus meum, &c. 1. *Cor.* 9. Super hunc locum Job dicit: *Greg.* Sciendum quod quinque modis vitium gulæ tentat. Aliquando enim indigentiæ tempus prævenit. Aliquando autem tempus non prævenit, sed cibos lautiores quærit. Aliquando tempus non prævenit, nec lautiora quærit, sed accuratius parari appetit. Aliquando autem & tempori, & qualitati cibi, & præparationi cibi congruit, sed in quantitate mensuram refectionis excedit. Aliquando autem tempus, & qualitatem cibi, & apparatus modum, & mensuram debitæ quantitatis observat, sed nimio desiderio sumendo peccat. Primo modo peccavit Jonathas gustando mel ante tempus constitutum a Rege. 1. *Reg.* 14. Secundo modo peccavit populus Judaicus, qui despecto manna cibos carnium petiit quos lautiores putavit. *Num.* 11. Tertio modo peccaverunt filii Heli. 1. *Reg.* 2. qui de sacrificio carnes crudas faciebant auferri, ut sibi accuratius præpararent. Quarto modo peccavit Sodoma. *Ezech.* 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia. Quinto modo peccavit Esau, qui primogenitorum gloriam amisit, quia nimio æstu desiderii vilem cibum, idest, lenticulam concupivit. *Gen.* 25. Sequitur: *i* Circumspicit, &c.] Montes pascuæ, sunt altæ contemplationes internæ refectionis. Vel altæ sententiæ Sac. Script. De quibus *Ps.* 103. Montes excelsi cervis, supple sunt refugium, i. viris, qui jam claræ contemplationis saltus noverunt, alti divinarum sententiarum vertices, ad quos infirmi non possunt ascendere. Unde ibi sequitur: petra refugium herinaciis, i. invalidis fides Christi. Quia igitur quilibet justus eo magis se elevat ad intelligenda superiora, quo in se carnis incentiva castigat, recte post contemptum clamorem exactoris, dicitur de onagro, (circumsp. mont.) i. altas contemplationes refectionis internæ. Vel altas sententias Script. Sac. Vel certe montes pascuæ, sunt sublimes virtutes Angelorum, quæ ministrando nos hæc reficiunt, quia illic interno contemplationis rore pinguescunt. Quæ quia viros justos in omni certamine protegunt, recte hæc ab onagro circumspici dicuntur. *k* Et virentia] idest, æterna, quæ nulla temporalitate marcescunt. Arentia vero sunt omnia temporalia, quia a virore præsenti jucunditatis continue siccantur.

l Nunquid] sicut mihi? q. d. non: rhinoceros idem animal est, quod unicornis, habens in nare cornu. Unde dicitur a rhinos, quod est naris; & ceros, quod est cornu. Est autem indomitæ naturæ, quod si captum tenetur, illico moritur, nec potest capi per violentiam, sed capitur per virginem, quæ aperit gremium, & ipsum ibi reclinat caput, & sic mansuescit, & capitur. Interficit etiam Elephantem cornu suo, percutiens eum in ventre, qui mollis est, & de facili perforatur. Et significat potentes hujus sæculi, qui domari non valent. Et habent cornu in nare, i. elationem in fatuitate. In nare quidem significatur fatuitas. *Prov.* 11. Circulus aureus in naribus suis, &c. idest, pulchra, & circumflexa locutio in sensibus stultæ mentis. Et postea exponit: Mulier pulchra, & fatua, i. doctrina hæretica. Pulchra per verbum fatua per intellectum. In cornu vero signatur elatio. Unde *Psal.* 74. Dixi iniquis: nolite inique agere; & delinquentibus: nolite exaltare cornu. Bene ergo in rhinocerote accipiuntur potentes sæculi, fatui, & elati, quos prius indomitos Dominus per Apostol. jugo sancti timoris subjecit, & eos loris fidei ligavit. Quod quia non homini sapientia, sed Dei potentia factum est, dicit Dominus: Nunquid] supple sicut mihi servit per ministerium Apostolorum? Quos ante mentem Job reducit Dominus, ut non superbiret de virtutibus suis, videns per alios tam mira fieri. *m* Aut morabitur] supple sicut ad meum, quod est S. Ecclesia: q. d. non. Et de hoc præsepi dicitur *Prov.* 14. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est. Vel præsepe domini est S. Scriptura, in qua sancta animalia verbi pabulo satiantur. Unde & Dominus natus est in præsepi, reperitur a pastoribus, quia ejus incarnatio in Sac. Script. cognoscitur. De hoc præsepi dicitur *sup.* 6. Nunquid mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit? Dominus igitur rhinocerota ad præsepe suum morari fecit, cum potentes sæculi ad audiendum, & legendum Sac. Script. inclinavit. Sed quia post acceptum pabulum prædicationis rhinoceros iste debet ostendere fructum operis, subjungitur: *n* Nunquid alligabis] sicut ego meo? q. d. non. Lorum Domini est disciplina morum, & fidei. Arare, est prædicare. Hic ergo rhinoceros, quondam superbus, & rigidus, loris jam morum, & fidei ligatus, a præsepibus ducitur ad arandum. Dicitur ergo ad B. Job: Nunquid] Ac si aperte dicat: Nunquid potentes hujus sæculi loris fidei restringes, & ad prædicandum aliis diriges, sicut ego, qui hostes fidei prædicatores, & defensores Ecclesiæ feci? Sicut patet in Paulo. *o* Aut confringet glebas vallium post te?] sicut post me, cui subditus est? q. d. non. Glebæ terræ excultæ superjacentes, in se non recipiunt semina, sed jactata in terra semina premunt, & suffocant. Unde significant illos, qui nec semina divini verbi recipiunt, nec recepta in aliis fructificare permittunt: Per valles, intelliguntur pauperes, & humiles: Igitur glebæ vallium, sunt oppressores pauperum. Has glebas rhinoceros confringit quotidie, cum

Quia quinque modis tentat.

Luc. 2.

B

get glebas vallium post te? Nunquid *a* fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, & *b* derelinques ei labores tuos? Numquid *c* credes illi, quoniam sementem *d* reddat tibi, & *e* aream tuam congreget? *f* Penna struthionis similis est pennis herodii, & accipitris. † Quoniam *g* dereliquit ova sua in terra, tu forsitan in pulvere calefacies ea? *h* Obliviscitur, quod pes conculcet ea, *i* aut bestia agri *k* conterat. Duratur ad *l* filios suos quasi *m* non sint sui, *n* frustra laboravit nullo *o* timore cogente. *p* Privavit enim *q* eam Deus *r* sapientia, *f* nec dedit illi intelligentiam. Cum *t* fuerit tempus, *u* in altum alas erigit, *x* deridet equum, & *y* ascensorem ejus.

al. † Quæ dereliquit,

Catholici principes duritiam oppressorum alios pervertentium, potestate sibi tradita conterunt, ut jam alios non impediunt, sed & ipsi quasi glebæ contractæ, & semina verbi Dei recipiant, & fructificent. Quod quia sola Dei virtute fit, recte quærit Dominus: Aut confringet,] sicut potest me, quasi diceret, non, quia non hominis virtute, sed mea hoc fit. *Eccl.* 38. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in jaculo, stimulo boves agitat, & conversatur in operibus eorum, & narratio ejus in filiis taurorum: Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia ejus in sagina vaccarum. *Osee* 10. Arabit Judas, confringet sibi sulcos Jacob. Iterum,

C

ut Job de virtutibus suis humiliter sentiat, adhuc Dominus addit de magnificis factis potentium sæculi conversorum ad fidem, qui vires, & potestatem sibi a Domino collatas ejus cultui, & servitio fideliter impenderunt, bonos protegendo, & malos opprimendo. Et hoc est:

a Nunquid] idest, rhinocerotis, sicut ego, qui vires meo cultui servituras video. Quantam autem fiduciam habuerit Dominus in fortitudine sui rhinocerotis, idest, principum, ostendit, cum subdit:

b Et derelinques] sicut ego? quasi dicat, non. Dominus autem labores suos huic rhinoceroti reliquit, quia conversis principibus Ecclesiam, quam morte sua mercatus est, tuendam committit.

c Nunquid credes] idest, verbum prædicationis.

d Reddat tibi,] ipse rhinoceros.

e Et aream] idest, Ecclesiam? quasi dicat, non. Quis enim in initio nascentis Ecclesiæ cum videret principes sæculi tot minis, & tot cruciatibus contra Ecclesiam sævientes credere posset, quod rhinoceros iste Deo sementem reddere, i. acceptum verbum prædicationis operibus, & prædicatione compensaret, & pro Ecclesia congreganda, & conservanda leges suas promulgaret, sicut modo est? Et hæc est mutatio dexteræ Excelsi. Unde pravi, qui dudum contra Ecclesiam sæviebant, horum, idest, fidelium principum timore presti, fingunt exterius religionem, quam vident ab hominibus venerari, & interius iniquis moribus nocent; Ideo Dominus postquam rhinocerota loris ligatum dixit, illico pravorum hypocrisim ostendens subjungit:

f Penna struthionis, &c.] in colore, scilicet, non virtute. Herodius, & accipiter reliquas aves volatus velocitate transcendunt. Habent enim parva corpora, sed pennas plurimas, & ideo celeriter volant, quia parum est, quod aggravat, sed multum, quod levat. Unde significant viros religiosos, qui in hac vita sine alicujus culpæ contagione esse non possunt, quia nemo mundus a sordibus, etiam infans unius diei: Unde si habeant aliquid parum, quod deprimat, habent tamen multas virtutes, quæ elevant. E contrario: Struthio raris pennis indutor, sed immani corporis mole gravatur: Unde cum volare appetit, pennarum paucitas tantam molem corporis in altum tollere non sufficit. Unde recte signat hypocritas, qui aliqua pauca bona faciunt, quæ elevant, multa tamen mala habent quæ gravant. Pennæ struthionis similes sunt pennis herodii, & accipitris in colore, non in virtute, quia hypocritæ similes sunt electis in specie sanctitatis exterioris, sed non in veritate actionis, sive conversationis. Struthio alas quasi ad volandum erigit, sed mole corporis prægravatus, nunquam a terra recedit: Ita hypocritæ quibusdam operibus quasi ad cœlum volant, sed prava intentione nunquam a terrenis recedunt. Dicit ergo: Penna struthionum,] idest, exterior conversatio hypocritæ, [similis est pennis,] idest, virtutibus electorum. Unde de facili discerni non possunt, nisi interius opera attendantur. Unde Dominus monet Apostolos habere hanc attentionem. *Matth.* 7. Attendite, inquit, a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ideo Dominus hæc post speciem struthionis de operibus, quibus dignoscatur, adjungit, dicens:

Psalm. 76.

g Quoniam dereliquit] Per ova, quæ in se insensibilia sunt, sed calefacta in viva animalia convertuntur significantur parvuli auditores adhuc insensibiles, donec sollicita doctorum exhortatione calefacta valeant per intelligentiam vivere, & per contemplationem volare. Ova igitur struthionis, quæ in terra derelinquit, sunt hypocritarum discipuli, quos bene loquendo pariunt, sed male vivendo non nutriunt, & inter malos derelinquunt, quos tamen gratia Dei non dimittit. Et hoc est: Quoniam dereliquit,] scilicet struthio, i. quando hypocrita filios, quos verbo genuit, a terrenis actibus exemplo, vel exhortatione non suspendit: Tu forsitan,] idest, in medio peccatorum positus, [calefacies ea,] idest, hypocritæ filios, supple, sicut ego, qui eos inter malos conservo, & humilitatis lacte nutrio, q. d. non. Hinc est, quod multi inter malos bene vivunt, de quibus dicitur *Philip.* 2. Omnia facite sine murmurationibus, & hæsitationibus, ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravæ, & perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Sed unde hoc, nisi quia Deus ova in terra derelicta igne sui amoris calefacit? Ita struthio derelinquit ova sua in terra, non curans amplius de ipsis.

h Obliviscitur,] i. non curat hypocrita, si pravorum exempla eos corrumpant, quos verbo genuerat.

i Aut bestia] idest, Diabolus.

k Conterat.] i. a bona conversatione pervertat. Bestia agri, dicitur diabolus, qui devorat mundanos. Ager enim mundus est. *Matth.* 13. De hac bestia agri dicitur *Osee* 13. Ego consumam eos ibi, i. in mundo quasi leo bestia agri scindet eos. Quia vero contingit, quod etiam mater filios ad tempus oblita dimittit, ut ostendat Dominus, quod hypocrita non ad tempus, sed semper derelinquit filios suos, subdit:

l Duratur ad filios suos] non compatiens, non providens eis necessaria. *m* Quasi non sint sui,] idest, generati ab eo in bona conversatione.

n Frustra laboravit] hypocrita in filiorum conversione, in exteriori afflictione, idest, sine externa remuneratione. Recepit enim mercedem suam, scilicet favorem hominum, vel quæstum temporalium. Et bene dicit: (laboravit.) Hypocrita enim sæpe irrumpit palatia, pulsat principes. dicit se Deum metuere, & idcirco tanto studio aliorum defendendis patrociniis insudare: In fine enim miser dicet, quod legitur *Sap.* 5. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis. Et posset dicere aliquis, quod timor Dei cogit hypocritas sic laborare; ideo dicit Dominus: *o* Nullo timore,] sed potius propria cupiditate, propter quam neglecta filiorum custodia temporalia acquirere, vel defendere satagit. Cur vero hypocryta cœlestia deserat, & in terrenis elaboret, sub struthionis nomine adhuc subjungit Dominus, quasi aliquis quæreret, quare hypocrita tantos labores sustineat frustra.

p Privavit enim] idest, non dedit ei.

q Eam Deus] idest, struthioni.

r Sapientiam,] qua saperent ei cœlestia. Quia vero proprie Dominus nullum privat dono suo, quod dixerat, privavit eam sapientia, exponendo repetit:

f Nec dedit] vel proprie sapientiam non dedit, qua sapiunt cœlestia, nec intelligentiam, qua cognoscuntur cœlestia. Unde duo dona diversa sunt, sapientia & intelligentia. Intelligentia quidem cognoscimus cœlestia, sapientia in cognitis delectamur, ut dicit *Augustin.* Utroque dono caret hypocrita, qui solum in temporalibus delectatur. Item hypocrita tempore pacis sanctitatem simulat, sed opportunitate comperta, pelle ovina deposita, rabiem intrinsecam manifestat. Sicut dicitur *Eccles.* 29. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si invenerit tempus male faciendi, male faciet. Ideo sequitur hic:

t Cum fuerit tempus,) idest, opportunitas male faciendi.

u In altum] idest, cogitationes prius occultas superbiendo ostendit. Et tunc *x* Deridet, &c.] idest, corpus justi, idest exteriorem conversationem. *y* Et ascensorem] i. animam, idest interiorem sanctitatem, q. d. hypocrita aperte desæviens despicit electorum conversationem exterius, & sanctitatem interius. Vel equus est vir justus. Ascensor ejus Christus. Equum ergo deridet hypocrita, idest, sanctos despicit. Et ascensorem deridet, quia prosilit usque ad injuriam creatoris. Eo enim ipso, quod despicit pauperes Christi, sanctos deridet & Christum; juxta illud *Prov.* 14. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori suo. Et nota processum Dei circa hypocritam. Primo ostendit, quod non est bonus: Inde quod bonos despicit, ibi: Cum fuerit,) Tandem ad injuriam Dei ostendit eum prosilire, ibi: Et ascensorem,) Quia vero Ecclesia communiter constat ex bonis, & malis,

Mystice.

dicto

> *a* Nunquid præbebis equo fortitudinem, *b* aut circũdabis collo ejus hinnitum? Nunquid *c* suscitabis eum quasi locustas? *d* Gloria narium ejus terror. *e* Terram ungula fodit. *f* Exultat audacter, in occursum pergit armatis. *g* Contemnit pavorem, *h* nec cedit gladio.

dicto de reprobatione hypocritarum, mox convertit verba ad sortem electorum, ut in illis audito, quid fugiamus, in istis audiamus, quid imitemur. Dicit ergo:

a Nunquid præbebis equo fortitudinem, &c.] Nota in sacra Scriptura, equi nomine aliquando lubrica vita pravorum significatur, ut ibi: *Psal. 31.* Nolite fieri sicut equus & mulus. Et *Jer.* 5. Saturavi eos, & mœchati sunt, in domo meretricis luxuriabantur, equi amatores in feminas, & emissarii facti sunt. *Zachariæ ult.* Et erit, quod super frænum equi est sanctum Domino. *Gloss.* Per equum insania libidinis intelligitur, aliquando dignitas temporalis. *Eccl.* 10. Vidi servos in equis, & principes ambulantes quasi servos super terram. Aliquando præsens sæculum. *Genes.* 49. Fiat Dan Coluber in via, cerastes in semita mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro. *Greg.* Ungulas equi mordere, est extrema sæculi feriendo contingere. Aliquando præparatio rectæ intentionis. *Proverb.* 21. Equus paratur in die belli, sed Dominus salutem tribuit aliquando prædicatori. *Habac.* 3. Qui ascendes super equos tuos, & quadrigæ suæ salvatio. Et *infra* Viam fecisti in mari equis tuis, & in luto aquarum multarum. Hoc itaque loco equi nomine intelligitur prædicator. De quo postquam Dominus descripsit struthionem, deridere equum, & ascensorem ejus, dicit ad Job: Nunquid præbebis equo, i. prædicatori (fortitudinem) in se vitia extinguendi, & mala illata æquanimiter sustinendi.

b Aut circumdabis, &c.] prædicationis? quasi dicat, non, sed ego. Prius autem fortitudinem se dare equo asserit Dominus, & postea collo ejus hinnitum circumdare, quia prædicator vitia prius in se debet fortiter extinguere, postmodum potest ad alios hinnitum prædicationis emittere. Sicut Apostolus 1. *Cor.* 9. Castigo corpus meum, &c. Sed quæret aliquis, cum hinnitus sit vox emanans ab interius, quomodo dicatur circumdari collo equi. Ad hoc dicimus, quod revera vox prædicationis ab interius emanat, & tamen collum prædicantis extra circumdat, quia prædicator eo ipso, quod bona aliis prædicat, ad ea faciendum se obligat. Et ne in aliqua parte ad malum defluat, hinnitu propriæ vocis undique obsidetur. Unde *Prov.* 6. Fili, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. *c* Nunquid suscitabis, &c.] Locustarum nomine, aliquando Judæorum populus, aliquando conversa gentilitas, aliquando adulantium lingua, aliquando eremita, aliquando resurrectio Dominica, aliquando vita prædicatoris significatur, v. g. Populum Judaicum significant locustæ, quod significat vita Joannis, de quo scriptum est *Matth.* 3. quod edebat locustas, & mel silvestre. Item conversa gentilitas. *Eccl.* 12. Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis. Amygdalus primitiva Ecclesia, quæ floret fide, & opere, mox locusta, idest, gentilitas impinguata est pinguedine cælestis gratiæ. Et capparis, idest, Judæa dissipata est a cultu fidei. Item adulantium lingua: *Exod.* 10. Ventus urens levavit locustas, quæ ascenderunt super universam terram Ægypti, operueruntque universam superficiem terræ, vastantes omnia, devorataque est herba, & quicquid pomorum in arboribus fuit. Per herbam accipe bona verba; per poma arborum, fortia opera bonorum, quæ omnia devorat adulatio. Item eremita. *Prov.* 30. Regem locusta non habet. Item resurrectio Dominica. *Ps.* 108. Excussus sum sicut locusta. Bene dicit: Tentus enim fuit Jesus usque ad mortem a Judæis, sed sicut locusta excussus est, quia ab eorum manibus saltu subitæ resurrectionis evolavit. Item prædicator. *Nahum* 3. Custodes tui quasi locustæ, & parvuli tui sicut locustæ locustarum. In hoc ergo loco locustæ nomine accipitur prædicator, cruribus operum primum innitens, deinde alis contemplationis in altum se erigens. Dicit ergo Dominus ad Job: (Nunquid suscitabis eum, scilicet equum, (quasi locustas,) idest, numquid prædicatores ad altitudinem contemplationis sublevabis sicut ego? quasi dicat, non. Solus enim Deus cor humanum illuminat, & sublevat ad cælestia contemplanda. *d* Gloria narium, &c.] Terror naris equi hoc loco dicitur præsentia prædicatoris de die judicii, qui erit gloria bonis, & terror malis. Quod significatum est *Matth.* 20. ubi dicitur, quod aspectus ejus erat sicut fulgur, & vestimenta ejus candida sicut nix. In fulgure terror judicii exprimitur, qui malis incutietur. Unde *Amos* 5. Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? In candore vestis gloria Sanctorum significatur. Unde *Prov. ult.* dicitur de muliere forti: Et ridebit in die novissimo. Quia igitur sancti prædicatores adventum Judicis, quem jam fide prævident, vehementer expectant, quem injusti formidant, recte de ipsis dicit Dominus: (Gloria narium ejus terror,) idest, dies judicii, sive adventus judicis, malis terribilis est gloriosa expectatio prædicatorum. *Prov.* 17. Gemma gratissima expectatio præstolantis. Spiritum per nares trahebat equus ille, qui labores suos intuens, & venturum judicium præstolans dicebat: Ego jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in die illa justus judex. Non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt adventum ejus. 2. *Tim.* 4. Sed nota, quod naris vocabulo aliquando fatuitas, aliquando antiqui hostis instigatio, aliquando præscientia designatur. Fatuitas. *Prov.* 11. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua. Antiqui hostis instigatio *infra* 41. De naribus ejus procedit fumus, idest, de perversa instigatione diaboli surgit in cordibus hominum caligo nequissimæ cogitationis. Item præscientia, ut hic: Et *Isa.* 2. Quiescite ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est, quia excelsus reputatus est ipse; quasi dicat, quiescet a malitia vestra in præsentia Christi, qui præscit omnia, quia excelsus est, scilicet Deus. Posset autem aliquis quærere, quid facit interim prædicator, dum differtur judicium, quod expectat? Et dicit Dominus: *e* Terram ungula fodit] idest, a corde suo cogitationes consideratione mortis, quæ per ungulam designantur, elicit. Nihil enim plus valet ad purgandum cor a malis cogitationibus, quam consideratio mortis. Et ideo multi sordidas sustinent cogitationes, quia numquam de morte cogitant. *Thren.* 1. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui. Vel equus terram ungula fodit] Quia in exemplo fortium operum suorum, quæ in ungula designantur, a cordibus audientium terrenas excutit cogitationes, quibus diabolus implere corda eorum iterum non cessat. Quod significatur *Genes.* 27. ubi legitur, quod allophyli puteos, quos servi Abraham foderat, obstruxerunt.

f Exultat audacter, in occursum pergit armatis.] Fidem, vel mores fidelium impugnantibus exultat audacter, quia dum constanter pro Christo decertat, augeri sibi virtutis meritum lætatur. Unde & Apostoli tunc leguntur exultasse, cum pro Christo flagellati sunt, sicut dicitur *Actor.* 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu Concilii, &c. Sed unde hoc, quod equus iste adversa non metuit, nisi quod dulcedinem jam, quam quærit, sentit? Unde *Proverbior.* 12. Non contristabit justum, quidquid acciderit ei Non solum equus iste minas adversantium non metuit, sed eis etiam, quando non quæritur, in occursum pergit, quando scilicet, videt fidem, vel justitiam in aliis impugnari. Sicut legitur de Paulo *Actor.* 19. quod facta seditione in ipsum, volebat in populum intrare, sed non permiserunt Discipuli. Et hoc est, quod dicitur hic: In occursum pergit armatis.] Unde hoc huic equo, nisi quia superfedentis calcaribus stimulatus. Nunquid calcaria non sentiebat, qui dicebat: Charitas Christi urget nos? 2. *Cor.* 5. De hoc equo dicitur *Prov.* 18. Justus quasi leo confidens absque terrore erit. Item 30. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum. Et hoc est, quod sequitur hic:

g Contemnit pavorem,] idest, adversa, quæ pavent homines, non formidat, memor verbi Domini sui, qui sibi insidet. Nolite inquit, timere eos, qui occidunt corpus, &c. *Matth.* 10.

h Nec cedit gladio.] ferienti. Sed quia timor est de futuro malo, ut dicit *Augustinus*, in pavore, futura adversitas; in gladio, præsentis percussionis dolor intelligitur, quorum neutrum timet equus Domini. Est ergo sensus: [Contemnit pavorem, nec cedit gladio.] idest, adversitatem futuram despicit, & præsenti non vincitur. Nunquid non talis equus fuit Paulus. *Rom.* 8. Quis, inquit, separabit nos a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an persecutio, an periculum, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

dio. *a* Super ipsum sonabit pharetra, *b* vibrabit hasta, & *c* clypeus. *d* Fervens, & *e* fremēs *f* sorbet terrā, nec *g* reputat tubæ sonare clangorē. *h* Ubi audierit buccinam, dicit, vah. *i* Procul odoratur bellum, *k* exhortationem ducum, & lululatum exercitus. *m* Numquid per sapientiā tuam plumescit *n* accipiter *o* expandēs alas suas ad austrū? † *p* Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & *q* in arduis po-

al. † Aut,

a Super ipsum, &c.] *Usque* huc de equo dictum est, qualiter occurrat armatis, contemnat pavorem, non cedens gladiis; nunc quid adversarii faciant interim, ostendit Dominus. Videntes enim se feriendo vinci, & illum sustinendo vincere, dolos præparant, insidias machinantur, ut quem aperta congressione non possunt superare, occultis machinationibus interficiant; sicut patet in Paulo, quem quadraginta viri educi de carcere postularunt, ut dolo interficerent, quem publice non poterant superare. *Act.* 23. Et hoc est quod hic dicitur: Super ipsum] scilicet equum, (sonabit pharetra,) idest, occulta machinatio hostium, qui cum dolos, quos contra bonos excogitant, secretis machinationibus occultant, quasi in pharetra sagittas parant. Vel aliter, & subtilius: Sæpe mali contra bonos ineunt consilia, & postea latenter transmittunt, qui nuncient hoc bonis quasi furtive, ut sic suspicione futuri supplicii terreant eos, ut patet *Nehem.* 6, ubi legitur, quod Tobias, & Saraballath miserunt Samajam, ut terreret Nehemiam, dicens eos venturos nocte ad occidendum eum. Nuncii igitur hujusmodi, qui minas dolose nunciant, sunt quasi sagittæ, quæ in pharetra latentes sonando, etiam non vitæ mortem futuram nunciant. Pharetra igitur super equum sonat, cum sanctis prædicatoribus occulta machinatio pravorum consilium suum, quod fraudulentia operit, fraudulentius innotescit, ut præmissis minis quasi ex sonitu pharetræ terreant, qui apertas contumelias non formidant. Cum vero equus minis non terretur, mox persecutorum crudelitas ad supplicia manifesta declinat. Unde postquam dictum est (Super ipsum sonabit pharetra,) illico additur.

b Vibrabit, &c.] idest, aperta pœna desæviet contra equum Dei. *Gregorius*: Contra prædicatorem Dei, post pharetræ sonitum hasta vibratur, quando post terrores exhibitos e vicino jam feriens aperta pœna producitur. Sed quia prædicator etiam inter verbera prædicatione, quos potest, trahit ad fidem, pro qua pugnat, timens ne alios amittat, statim contra prædicatoris verba scutum responsionis parat, quo suos muniat, ne eos amittat. Unde cum Dominus diceret: Vibrabit hasta,] recte subjungit:

c Et clypeus, &c.] Hasta vibratur, ut feriatur equus, sed ne audiri possit, opponitur clypeus. Breviter ergo contra equum Dei pharetra sonat, cum pravorum consilia perstrepunt. Hasta vibratur, cum aperta pœna exquiritur. Clypeus ante fertur, cum ei disputatione resistitur. Sed nec sic compescitur equus, sed ad prædicandam fidem acris instigatur. Unde sequitur de equo:

Psal. 26.

d Fervens,] charitate. *e* Et fremens] zelo justitiæ.

f Sorbet terram,] idest, ad se trahit peccatores.

g Nec reputat tubæ, &c.] idest, non metuit minas hostium, vel prohibitionem, imo, quod majus est, inter adversa exultat. Unde sequitur:

h Ubi audierit buccinam, dicit vah,] idest, appropinquante certamine passionis exultat. Vah, quidem sermo exultationis est. Talis equus erat ille, qui dicebat: Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum; si exurgant adversum me prælia, in hoc ego sperabo. Talis equus erat B. Andreas, cum dicebat: O Crux diu desiderata, &c. Breviter tales equi fuerunt omnes Apostuli, de quibus dicitur *Act.* 5. Ibant Apostoli gaudentes &c. Sed unde eis tanta audacia? Ex duobus, scilicet ex certa spe æternæ remunerationis, & ex intenta præmeditatione passionis. Sæpe enim, ut dicit *Gregorius* mors ipsa sicut inopinata perturbat, ita deliberatione præventa lætificat. Unde recte de isto equo subjungitur:

i Procul odoratur, &c.] Ac si aperte dicatur: Idcirco quodlibet bellum equus exuperat, quia mentem certamini ante certamen parat. Bellum quippe odorari est, ut dicit *Greg.* adversa quæque adhuc longe posita cogitando prænoscere. Ideo dicitur *Eccl.* 2. Fili, accedens ad servitutem Dei, &c. Nec solum bellum odoratur, sed & *k* Exhortationem ducum,] idest, hæresiarcarum, quia subditos suos exhortantur contra Ecclesiam.

l Et ululatum exercitus,] idest, bestialium subditorum. Et recte dicit Dominus, ducens exhortari, exercitum vero ululare, quia hæresiarchæ errorem suum, quem temere præcipiunt aliis, quasi ratione persuadent: turba vero eis subdita, quia sine judicio obedit, quasi bestiali mente ululare dicitur. Exhortationem ducum odorabatur Petrus, cum discipulos admoneret cavere a quibusdam, dicens: In avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. 2. *Pet.* 2. Iterum ibid. parum ante, exercitus ululatum odorabatur, cum dixit: Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur. Hic assignat *Greg.* duces vitiorum, septem capitalia, & cuilibet exercitum suum. Sequitur:

m Nunquid per sapientiam tuam, &c.] Dicto quantus, & quam fortis sit prædicator contra certamina sub equi specie, consequenter ostendit Dominus, quam alte per contemplationem valet sub specie avium. Et rectus est ordo, quia prius pugnandum est in campo certaminis, & postmodum quiescendum in loco contemplationis. Unde & Jacob prius conjunctus est Liæ, & tandem fruitur amplexibus Rachelis. Et Martha Dominum in domo recipit, & Maria postmodum ad pedes residens audit verbum illius. Dicit ergo Dominus ad Job: (Nunquid per sapientiam tuam plumescit) idest, renovatur.

n Accipiter] qui per singulos annos pennas, & plumas veteres novis nascentibus projicit.

o Expandens alas suas ad austrum?] ut tempore venti pennæ laxatæ facilius cadant. Unde & domesticis accipitribus repentia loca requiruntur, ut melius possint plumescere. Agrestes vero flante austro, expandunt alas, ut membra eorum ad laxandas pennas veteres tempore venti concalescant. Cum vero ventus deest, alis contra Solis radium expansis, atque percussis, tepentem auram sibi faciunt, ut sic apertis poris veteres pennæ exiliant, & novæ succrescant. Notandum autem, quod non loquitur Dominus hic de plumatione illa, qua plumescunt pulli in nido, quia necdum alas possunt extendere ad Austrum. Nomine accipitris, quilibet justus accipitur. Plumæ sunt virtutes: Alæ, cogitationes: Auster Spiritus sanctus. Accipitrem igitur plumescere, est vitam veterem deponere, & novam induere. Alas ad Austrum extendere, est cogitationes Spiritui sancto per confessionem aperire, quod solus Deus operatur in nobis. Unde recte quærit Dominus a B. Job:

Moraliter,

m Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter] id est: Nunquid per sapientiam tuam renovatur justus, de vetere conversatione mutatus in novam, quasi dicat, non, quia solus Deus facit hanc innovationem. Unde *Thren. ult.* Innova dies nostros sicut a principio. Hanc innovationem monet Apostolus *Coloss.* 3. Nolite mentiri invicem, spoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum hominem, qui renovatur in agnitionem Dei secundum imaginem ejus, qui creavit eum. *Ephes.* 4. Renovamini spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis.

o Expandens alas, &c.] idest, aperiens cogitationes suas in confessione ad flatum gratiæ Spiritus sancti.

p Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?] Nomine aquilæ aliquando dæmones animarum raptores, aliquando sæculi potestates; aliquando subtilis Sanctorum intelligentia significantur. Dæmones *Thren.* 4. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli, idest, aereis potestatibus, Sæculi potestates. *Ezech.* 17. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, & summitatem frondium ejus avulsit. Aquila hæc fuit Nabuchodonosor, qui potestate grandis, pro immensitate exercitus, magnarum alarum; pro diuturnitate temporum, longo membrorum ductu; pro multis divitiis, plenus plumis; pro innumera terrenæ gloriæ compositione, plenus varietate describitur, qui venit ad Libanum, idest, ad templum, & tulit medullam cedri, i. Joachim Regem Jerusalem abstulit, & summitatem frondium ejus avulsit, id est, juvenes nobiles captivos duxit. Christus. *Ezech.* 1. & *Apoc.* 4. Vidit Joannes quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium habens quasi faciem hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. Ibi secundum unam expositionem, per quatuor animalia, quatuor Evangelistæ designantur. Secundum aliam vero ipse Christus, qui fuit homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo. Item Sanctorum intelligentia per aquilam designatur, ut hic. Aquila enim ceteris avibus subtilius videt, & altius volat. In visu aquilæ Sanctorum intelligentia, in volatu eorumdem contemplatio figuratur. Quorum utrumque, quia solus Deus dat, recte quærit: (Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila] i. vir justus in contemplationem, sup. ut ad meum? q. d. non. *q* Et in arduis ponet

4. Reg. 24.

net nidum ſuum? In *a* petris manet, & in *b* præruptis ſilicibus commoratur, atque *c* inacceſſis rupibus. *d* Inde *e* contemplatur eſcam, & *f* de longe oculi ejus proſpiciunt. *g* Pulli ejus *h* lambunt ſanguinem, & *i* ubicumque cadaver fuerit, *k* ſtatim adeſt. Et *l* adjecit Dominus, & *m* locutus eſt ad Job: *n* Nunquid, qui contendit cum Deo, *o* tam facile conquieſcit? Utique, qui *p* arguit Deum, *q* debet & reſpondere ei. *r* Reſpondens autem Job Domino, dixit: *ſ* Qui leviter *t* locutus ſum, *u* reſpondere quid poſſum? *x* Manum meam ponam

ponet nidum ſuum?) ideſt, in ſupernis figet mentis deſiderium. Nunquid aquila illa nidum in arduis non poſuerat, quæ dicebat *Phil.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt.

a In Petris manet,] Petra in ſingulari numero aliquando Chriſtus accipitur. 1. *Cor.* 10. Petra autem erat Chriſtus. Aliquando B. Virgo: *Iſa.* 16. Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Aliquando ſolida fides Chriſti: *Matth.* 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Aliquando durum cor peccatoris: *Prov.* 30. Tria mihi ſunt difficilia, & quartum penitus ignoro: Viam Aquilæ in cœlo, viam Colubri ſuper petram, viam Navis in medio Mari, & viam viri in adoleſcentia. In plurali vero numero, nomine petræ, ſive lapidis, ſancti viri intelliguntur. 1. *Pet.* 2. Ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini in domos ſpirituales: Et ita accipitur hic. Dicit ergo Dominus de Aquila iſta: (In petris manet,) ideſt, in exemplis, & dictis fortium patrum mentis ſtatione collocatur.

b Et in præruptis, &c.] ideſt, in contemplatione ſanctorum Angelorum, quorum gloriam adhuc in terra poſitus contemplatur, & cum ſuſpirio præſtolatur. Qui dicuntur prærupti, quia pars eorum cecidit, pars remanſit, integri quidem per qualitatem meriti, ſed prærupti per quantitatem numeri.

c Atque inacceſſis, &c.] ſupple commoratur aquila. Idem vocat inacceſſas rupes, quod præruptos ſilices, ſcilicet, Angelos, qui dicuntur inacceſſæ rupes, quia cordi peccatoris valde inacceſſa eſt claritas Angelorum. Multo magis claritas Dei, qui habitat lucem inacceſſibilem. 1. *Tim.* 6. Tamen cum vir ſanctus in contemplatione raptus, intentionem ſuam choris interſerit Angelorum, non ſufficit ei, niſi eum, qui ſuper Angelos eſt, contempletur. Unde ſequitur:

d Inde] ideſt, poſt Angelorum contemplationem.

e Contemplatur eſcam,] ideſt, Chriſtum, qui eſt cibus Angelorum, & refectio animarum, ſicut dicit *Pſal.* Panem Angelorum manducavit homo. *Iſai.* 33. Panis ei datus eſt, aquæ ejus fideles ſunt. Hunc panem videre, eſt ipſum comedere, & ipſo paſci, ſicut ipſemet dicit *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Hunc panem videre, & ipſo refici, facit ſola cordis munditia. *Matth.* 5. Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Iſte panis, quanto magis comeditur, tanto magis eſuritur, quia ipſa ſatietas eſuriem parit, ſicut ipſemet teſtatur *Eccl.* 24. Qui edunt me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient. Ipſa etiam eſuries ſatietatem gignit. Unde *Matth.* 5. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur: non dubium, quin hoc pane. Non enim dabitur, niſi eſurienti, ſecundum quod dicit *Iſai.* 58. Frange eſurienti panem tuum. Item 65. Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis. Sed quia corpus, quod corrumpitur, aggravat animam; & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem: *Sap.* 9. ideo aquila illa adhuc carne gravata, non poteſt adhuc Deum videre, ſicut eſt. Unde ſequitur:

f Et de longe oculi ejus proſpiciunt.] cum magno deſiderio, *Iſai.* 33. Regem in decore ſuo videbunt, & oculi ejus cernent terram de longe. *Hebr.* 11. Omnes iſti juxta fidem defuncti ſunt non acceptis repromiſſionibus, ſed eas a longe aſpicientes, & ſalutantes. Prædicatores vero, & Doctores cum vident auditores ſuos divinitatis myſteria non poſſe capere, debent ſe vertere ad Incarnationis Dominicæ verba. Sicut illa magna aquila faciebat, quæ dicebat: Non judicavi me aliquid ſcire inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. 1. *Cor.* 2. Ideo bene ſequitur hic:

g Pulli ejus] ideſt, aquilæ.

h Lambunt ſanguinem] Per quod notatur aviditas, non ſatietas, ideſt, paſſionem Chriſti, fide, ſpe, & charitate ferventi venerantur. Sanguinem quidem lambere, eſt, ut dicit *Greg.* Paſſionis Dominicæ infirma venerari, quaſi dicat Dominus, aquila in arduis ponit nidum ſuum, quia divinitatis contemplatione paſcitur, ſed pulli ejus, ideſt, minores, qui nondum habent viſum aquilinum, lacte humanitatis Chriſti, & ſanguine Paſſionis reficiuntur, circa hoc vertitur eorum contemplatio, & in his interim gloriantur. Nunquid non pullum aquilæ ſe reputavit Paulus, cum diceret: Abſit mihi gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti? *Galat. ultim.* Prædicator ergo cum tacita divinitatis celſitudine, auditores ſuos de ſolo cruore crucifixi docet, quid aliud, quam ſanguinem pullis præbet, cujus anima carnis corruptione exuta, mox ad eum evolat. Unde ſignanter ſubjungitur hic;

i Et ubicumque cadaver fuerit,] ideſt, Verbum caro factum eſt, *k* Statim adeſt.] aquila, ideſt, anima prædicatoris, carne exota. Idem dicitur *Matth.* 24. Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ, ideſt, ubi fuerit Chriſtus homo, ibi erunt Sancti ejus, ſecundum quod ipſe rogavit Patrem. *Joan.* 17. Pater volo, quos dediſti mihi, ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum, ut videant claritatem meam.

Vel aliter: Omnis peccator poteſt dici cadaver. Et ſic accipitur *Nahum* 3. Non eſt finis cadaverum, & corruent in corporibus ſuis propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ. *Iſa. ultim.* Egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in me. Aquila ergo, ideſt, prædicator, ubi cadaver, ideſt, peccatores eſſe conſiderat, ſtatim illuc volat, ut mortuis vitam miniſterio prædicationis reddat, & ſibi in cadavere eſcam quærat. Cibus quippe juſtorum, eſt converſio peccatorum, ut ait *Greg.* De quo dicitur *Joan.* 6. Operamini cibum, qui non perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Auditis autem tot Sanctorum virtutibus, creditur beatus Job ſtupuiſſe, & præ admirationis terrore ſiluiſſe. Nam ſequitur;

l Et adjecit Dominus,] prædictis.

m Et locutus eſt ad Job,] pie increpans eum, ne ſe injuſte percuſſum crederet. Unde dicit:

n Nunquid, qui contendit cum Deo,] murmurans de flagello, ut tu dubitans, an juſte percuſſus ſis.

o Tam facile conquieſcit?] ideſt, ſilet, ut tu videns tibi alios pares, vel majores? q. d. Dominus ad Job, tu qui de virtutibus tuis tantum locutus es ſupra, cur modo audita vita Sanctorum ſiluiſti? *p* Utique qui arguit Deum,] ſicut tu, qui dubitas de percuſſione ejus, an fuerit juſta, quod quidem eſt Deum arguere.

q Debet & reſpondere ei.] de virtutibus propriis, auditis virtutibus aliorum. Ob hoc enim Dominus beato Job tot virtutes Sanctorum narravit, ut ſervaret in eo humilitatem. Magno enim humilitatis radio ſua opera illuſtrat, qui aliorum bona ſubtiliter penſat, ut dicit *Greg.* Unde Dominus ad Eliam æſtimantem ſe ſolum remanſiſſe, dixit: Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ſua ante Baal. 3. *Reg.* 19.

r Reſpondens autem Job, &c.] Sicut dicit *Greg.* unuſquiſque ſibi oſtenditur, cum tactu veri luminis illuſtratur, & unde agnoſcit, quid eſt juſtitia, inde eruditur, ut videat quid eſt culpa. Unde ſancti viri, quanto altius apud Deum virtutum dignitate proficiunt, eo ſubtilius indignos ſe eſſe deprehendunt. Unde beatus Job, cunctos mortales virtute tranſcendens, amicos ſuos loquendo ſuperavit, ſed loquente Deo ad ipſum, ſublimius eruditur, & recognoſcens ſeipſum reticuit. Illos injuſte loquentes exterius ſubdidit, ſed Deo loquente ſibi interius reum ſe juſte cognovit, dicens:

ſ Qui leviter] ideſt, minus diſcrete.

t Locutus ſum,] ſcilicet, quod juſtum me credidi, *ſup.* 17. Non peccavi, &c. & 19. Nunc ſaltem intelligite, quia Deus non æquo judicio afflixit me.

u Reſpondere quid poſſum?] quaſi dicat ſermonem meum defenderem, ſi cum pondere rationis illum dixiſſem, ſed poſtquam lingua levitate uſa convincitur, nihil reſtat, niſi ut tacendo reſtrænetur. Unde ſequitur:

x Manum meam ponam ſuper os meum.] ideſt, tacebo. Vel melius in manu operatio, in ore locutio deſignatur. Manum ergo ſuper os ponere, eſt virtute boni operis tegere culpas incautæ locutionis. Eſt igitur ſenſus: (Manum meam ſuper os meum ponam,) ideſt, quod male locutus ſum, operando ſatisfaciam. Sed objiciet aliquis: Ergo ſtulte locutus eſt. Contra *ſupra* 1. Non peccavit Job labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt. Solutio: Non forte tunc, ſed poſtea, vel non peccavit, ut tantam pœnam ſuſtineret. Item quæret aliquis: Cur ita leviter dimiſſum ſit Job murmur, cum filii Iſrael propter murmur tam graviter ſint puniti? *Numer.* 15. Solutio, quia illi ex malitia, & invidia, iſte autem ex ſimplici dubietate, quæ eſt humana tentatio.

super os meum. Unum *a* locutus sum, quod utinam non dixissem, & alterum, quibus ultra non addam.

C A P. XL.

RESpondens *b* autem Dominus Job de turbine, dixit: Accinge sicut vir lumbos tuos, *c* interrogabo te, & indica mihi; *d* Nunquid irritum *e* facies judicium meum, & *f* condemnabis me, ut † *g* justificeris? Et si *h* habes brachium sicut Deus, & si *i* voce simili tonas, *k* circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. *l* Disperge superbos in furore tuo, & *m* respiciens omnem arrogantem humilia, *n* Respice cunctos superbos, & *o* confunde eos, & *p* contere impios in loco suo. *q* Absconde eos in pulvere simul, & *r* facies eorum *s* demerge in foveam, & *t* ego confitebor, quod salvare te possit dextera tua. Ecce † *u* Behemoth, quem feci tecum, *x* fœnum *y* quasi bos comedet.

a Unum locutus sum, &c.] Simile juxta consilium *Eccl.* 21. Fili, peccasti, quiesce, ne adjicias iterum, sed de præteritis deprecare, q. d. Job, duo mala dixi, de quibus pœniteo, nec de cetero tale aliquid dicam. Sed quæ sunt illa duo, vix invenies in tota serie præcedenti: Nihil enim nequiter dixit. Unde & ipse Job *sup.* 27. dixit: Non reprehendit me cor meum in omni vita mea. Si vero dicta ejus in aliquod vitium superbiæ volumus inflectere, multa erunt, non tantum duo. Sed dicendum est, quod aliud est loqui hominibus, aliud loqui Deo. Loqui hominibus, est occultum sensum verbis vocalibus aperire; loqui Deo, est motum mentis etiam actionis expressio ostendere, sive sit actio extrinseca, sive intrinseca. Et hoc genere locutionis confitetur Job, se semel, & iterum deliquisse loquendo, primo male operando, secundo murmorando. Unde *Greg.* Unum loqui Job, est res flagello dignas illicite agere; alterum loqui, est de flagello murmurare. Job igitur, qui prius omnibus hominibus prælatus fuit, increpatione Domini se minus rectum prius in opere, & post minus pacientem in verbere se agnovit. Unde semetipsum redarguens, ait: (Unum locutus sum, &c.) q. d. Job Domino, rectum inter homines me prius credidi, sed te loquente mecum, & ante flagellum pravum, & post flagella rigidum me inveni. Quibus ultra non addam, quia quanto nunc te subtilius intelligo, tanto humilius meipsum investigo.

A

Sup. 38.

al. † *æq.*

B

EXPOSITIO CAP. XL.

RESpondens *b* autem, &c. lumbos tuos] interiores, & exteriores. Quia *c* Interrogabo te, &c.] Quid sit Dominum de turbine respondere, quid Beatum Job lumbos suos accingere, quid interrogare Dei, quid indicare hominis, in principio sermonis Domini dictum est *sup.* 38. Idcirco, quia tædio lectoris parcimus, dicta non replicamus. Sequitur: *d* Numquid irritum facies, &c.] defendendo te contra flagella mea. *f* Et condemnabis me,] credens te injuste percussum, & sine culpa tua.

g Ut justificeris?] idest, justus appareas, idest, sine merito tuo percussus. Et quidem flagella Domini Job percusserunt, non ut culpas in eo extinguerent, sed ut merita augerent. Sed Job nullam culpam in se inveniens, quæ corrigi deberet, & flagella illata nesciens esse causam augendi merita, injuste se feriri credidit. Et idcirco corripitur a Domino, & ad occulta Dei judicia revocatur, ut credat justum esse quod patitur, quia a Deo fit, etsi causam non videat. Dicit ergo Dominus ad Job;

d Nunquid irritum,] idest, sine causa. *e* Facies judicium meum,] quo percussi te. *f* Et condemnabis me,] dicens me injustum, & te injuste percutere.

g Ut justificeris?] idest, justus appareas hominibus, q. d. Dominus Job, tu consideras merita tua, sed occulta judicia mea ignoras, & ideo irritum credis judicium meum.

h Et si habes brachium, &c.] idest, fortitudinem æqualem, vel similem Deo.

i Et si voce simili tonas,] alios libere corrigendo, ut ego? q. d. non. Vel aliter: Brachium Dei, filius est patris, per quem omnia operatur, de quo *Isai.* 53. Brachium Domini, cui revelatum est. Item vox Domini, est ipse filius, quem gignendo dixit, de quo dicitur *Joan.* 1. In principio erat Verbum, &c. Ergo Deum habere Brachium, est filium operatorem omnium generare. Deum voce tonare, est filium consubstantialem, sibi mundo terribiliter demonstrare. Dicit ergo Dominus beato Job: (Si habes brachium, sicut Deus, &c.) idest, si habes filium tibi consubstantialem, per quem omnia opereris, sicut Deus? q. d. non. In hac autem interrogatione miro modo Dominus Job, & increpat, & exaltat, quia quem sua comparatione superat, superiorem cunctis hominibus demonstrat.

Aliter.

k Circunda tibi decorem, &c] supple sicut ego. Hoc non poterat Job, sed quia Job superabat homines, ideo Dominus ad considerandam gloriam majestatis suæ provocat, ut illa visa, de se nihil sentiat. Dominus decorem sibi circumdedit in resurrectione, scilicet immortalitatem. Et quotidie circundat, quia quibus placet, pulchritudinem suæ majestatis ostendit, sicut tribus discipulis in transfiguratione. *Matt.* 17. *Marc.* 9. De hoc decore dicitur *Psalm.* Dominus regnavit, decorem induit, idest, regnare innotuit. Item Dominus in sublime erigitur, cum nostris mentibus in natura sua impenetrabilis esse ostenditur, quia quanto magis cognoscitur, tanto magis incomprehensibilior esse scitur. Unde *Psal.* Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. *Cant.* 6. Averte oculos tuos, quia ipsi me avolare fecerunt. Item ipse est gloriosus, idest, ex se laudabilis, nec indiget laude aliena. *Psalm* Magnus Dominus, & laudabilis nimis. Item speciosis induitur vestibus, idest, choris Angelorum, & cetu omnium justorum. *Isai.* 49. Vivit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris. Ipse enim velut quamdam vestem gloriosam sibi exhibet, Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam. *Ephes.* 5. Unde in monte Thabor facta sunt vestimenta ejus candida sicut nix. *Matth.* 17. Et quid hoc, nisi quia in superna civitate Sancti fulgentes luce justitiæ ei inseparabiliter adhærebunt, injusti vero ab eo in perpetuum disjungentur. Unde sequitur:

Luc. 9. *Psalm.* 92.

Ps. 63.

al. † *Vehemoth.* *Ps.* 95.

l Disperge superbos in furore tuo,] diversas poenas infligendo, sicut ego faciam in furore meo, idest, in die judicii, quando videbitur reprobis furiosus. *Jerem.* 25. Facta est terra in desolationem a facie iræ columbæ, a facie iræ furoris Domini. Super quo rogat idem Propheta 10. Corripe me, Domine, verumtamen in judicio, non in furore tuo.

m Et respiciens omnem, &c.] ut ego facio. Duobus autem modis Dominus respicit peccatores, aut cum a peccato convertit, & est respectus misericordiæ: De quo *Psalm.* Respice in me, & miserere mei. Aut cum pro peccato punit, & est respectus justitiæ: De quo *Isai.* 37. Aperi oculos tuos, Domine, & vide, & audi omnia verba Sennacherib. Utroque modo peccator arrogans humiliabitur, ibi, in gehennam, hic per penitentiam.

Psalm. 24.

n Respice cunctos superbos,] sicut ego, vultum terribilem ostendendo. *o* Et confunde eos,] Aut hic pœnitentes confusione bona, aut illic supplicia sentientes confusione ignominiosa. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. *Eccl.* 4.

p Contere impios in loco suo.] idest, in superbia sua. Superbia enim locus est impiorum. Sicut enim ex superbia oritur impietas, ita in superbia continetur. Impius ergo in loco suo conteritur, quia ipsa superbia, qua elevatur, opprimitur.

q Absconde eos, &c] idest, in similitudine terrenorum, sicut ego, qui eos, qui contempto amore meo, terrenis inhærent, in ipsis opprimi permitto.

r Et facies eorum] idest, cordis intentiones.

s Demerge in foveam,] inferni, sicut ego, qui dicturus sum eis: Ite maledicti, &c. *Matth.* 25. idest, faciem eorum quasi absconditam non cognoscet, dicens: Nescio vos. *Ibidem* Quare vero cuncta permiserit, Dominus ostendit, dicens;

t Et ego confitebor, &c.] q. d. si prædicta potes facere, tibi non mihi deputo bona, quæ fecisti. Si vero alios peccatores non potes perdere, patet, quod nec te virtute tua a reatu culpæ poteris liberare. Quia vero præmissis verbis Dominus potentiam suæ magnitudinis ostendit, consequenter nequitiam antiqui hostis aperit, & omnes ejus machinationes insinuat, omne, quod opprimendo rapit; omne, quod insinuando circumvolat; omne, quod minando terret; omne, quod suadendo blanditur; omne, quod desperando frangit; omne, quod promittendo decipit, breviter hæc cuncta tergiversationis ejus certamina exorditur, dicens:

u Ecce Behemoth, quem feci tecum,] idest, sicut te ad imaginem, & similitudinem meam.

x Fœnum,] idest, carnales, qui cito marcescunt, ut fœnum, *Isa.* 40. Omnis caro fœnum. *y* Quasi bos comedet.] idest, avide, & sine difficultate. Hi enim sunt esca diaboli. *Habacuc* 1. Incrassata est pars ejus, & cibus ejus electus.

a Forti-

a Fortitudo ejus] Ostenso, quid faciat diabolus, scilicet quia fœnum, ut bos comedet, ostendit Dominus, quomodo prævaleat, ut ejus astutia, quo apertius cognoscitur, eo facilius superetur. Dicit ergo (Fortitudo ejus) idest, Behemoth. b In lumbis ejus,] quoad viros.
c Virtus, &c.] quoad mulieres. Seminarium enim luxuriæ, ut dicunt,

a Fortitudo ejus in b lumbis ejus, & c virtus illius in umbilico vetris ejus. † Stringet d caudam suam quasi cedrum. e nervi testiculorum ejus perplexi sunt. f Ossa ejus velut fistulæ æris: g cartilago illius quasi laminæ ferreæ. h Ipse est principium viarum Dei i Qui: fecit eum, † applicavit gladium ejus: k Huic montes herbas ferunt, l omnes bestiæ agri ludunt ibi. m Sub umbra dormit in n secreto calami in o locis humentibus. p Protegunt umbræ umbram ejus:

al. † Stringit.
12. dis. c. perver.
De pœn. dis. 2. c. si enim & c. principium.

virus est in lumbis, feminis vero in umbilico. Idcirco quia potestati diaboli uterque sexus ex infirmitate luxuriæ maxime substernitur: fortitudo ejus in lumbis contra masculos, & in umbilico contra feminas esse perhibetur. Et nota, quod non dicit Dominus: Fortitudo ejus, & virtus ejus in lumbis suis, & in umbilico eorum, qui scilicet prosternuntur, sed in lumbis ejus, & in umbilico illius: Ac si aperte diceretur: Fortitudo Beemoth in lumbis suis, & virtus ejus in umbilico ventris sui, quia proprie ejus corpus fiunt, qui turpium suggestionum blandimentis decepti, ei per luxuriæ fluxa succumbunt. d Stringet caudam, &c.] Cedri nomine, aliquando alta justorum excellentia exprimitur, ut in *Psal.* Justus, ut palma florebit, & sicut Cedrus multiplicabitur. Aliquando superba potentia pravorum. *Psalm.* Vox Domini confringentis cedros: Et sic accipitur hic: Cauda Behemoth dicitur Antichristus, qui in fine sæculi jam deficere incipiente principatu diaboli, veniet, sicut dicitur *Apocal.* 20. Postquam consummati fuerint mille anni, idest, totum tempus, solvetur Satanas de carcere suo, idest, de cordibus pravorum, ubi modo occulte operatur, & exibit, & seducet gentes. Quia vero Antichristus homines honoris culmine, & signorum potestate transcendet, sicut cedrus alias arbores, ideo cedro comparatur. Sed quia cauda, cum stringitur, erigitur, recte dicitur hoc de Behemoth (Stringet caudam suam, sicut cedrum) idest, elevabit Antichristum, non solum crudeli potestate, sed signorum ostensione. Unde in *Psal.* Insidiatur scilicet, diabolus, in occulto, sicut leo in cubili suo, idest, in Antichristo insidians, per miraculorum ostensionem, leo per fortitudinem sæcularem. Olim martyres, comparebantur, faciebant miracula: Tunc satellites Behemoth sanctos torquentes facient miracula. Pensemus ergo, quæ erit humanæ mentis tentatio, quando sancti corpus tormentis subjiciente, & tamen tortures eorum ante oculos eorum miracula facient? Cujus virtus non quatiatur, quando hic qui flagris cruciat, signis coruscat? Ideo Apostolus illa tempora vocat periculosa. 2. *Tim.* 3. Et Dominus *Matt.*24. Surgent pseudoprophetæ, & pseudo Christi, & dabunt signa magna, & prodigia, itaut in errorem mittantur, si fieri potest, etiam electi. De hac cauda Behemoth dicitur *Apoc.* 12. Et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cœli in terram. Ubi dicit *Greg.* Stellas cœli in terram trahi, est relicta spe cœlestium Christianos ad ambitionem gloriæ sæcularis anhelare. Hæc cauda Behemoth caput est iniquorum. *Greg.* dicit hic *super Job*: Tribus modis peccatum admittitur, scilicet serpentis suggestione, carnis delectatione, spiritus consensione. Behemoth prius illicita suggerens, linguam exerit; post ad delectationem trahens, dentem figit; ad extremum per consensionem possidens caudam stringit. Hinc est, quod multi peccata longo usu perpetrata, in seipsis reprehendunt, atque hæc ex judicio fugiunt, sed vitare opere, etiam certantes non possunt, quia dum caput Behemoth non conterunt, cauda etiam nolentes ligantur. Item *Gregorius*: Sciendum, quod plerumque eis, quos ceperit, tunc graviores culpas ingerit, cum præsentis vitæ termino illos propinquare cognoscit. Behemoth igitur caudam quasi cedrum stringit, quia quos per prava initia ceperit, ad fidem deteriorem trahit. Postquam autem Dominus ostendit de cauda Behemoth, idest, de capite iniquorum quale sit, consequenter qualia membra ei adhæreant, ostendit. Unde sequitur: e Nervi testiculorum, &c.] Testiculi Behemoth sunt pseudoprædicatores, qui ei iniquos filios generant, virulenta erroris semina fundendo. Nervi testiculorum ejus sunt dolosa argumenta perplexa, idest, quibusdam adinventionibus innodata, ut recta videantur, quæ suadent, nec solvi possint. Vel testiculi Behemoth sunt omnes illi, qui corda innocentium malo exemplo corrumpunt, & fœtus erroris diabolo generant. Perplexi, quia per correctionem solvi non possunt, se rationibus defendentes. De his dicit *Greg.* O quam multi Antichristum non viderunt, & tamen testiculi ejus sunt, quia corda innocentium actionis suæ exemplo corrumpunt. Quisquis enim in superbia extollitur, quisquis avaritiæ desideriis cruciatur, quisquis luxuriæ voluptatibus solvitur, quid aliud quam Antichristi testis est.

Psalm. 91.
Psalm. 28.
Psalm. 9.

f Ossa ejus, &c.] Ossa Behemoth sunt valentiores in corpore ejus indurati malitia, per quos tota corporis ejus compago consistit: Qui bene fistulæ æris comparantur, quia more metalli insensibilis dulcem sonum in loquendo habent, sed sensum bene vivendi non habent. Unde Apostolus 1. *Cor.* 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, vel cymbalum tinniens. Quia bona loquens, & per amorem eadem non sequens verba non sentit, quæ facit.

C
al. † applicabit.

g Cartilago illius, &c.] Cartilago speciem habet ossis, sed non fortitudinem. Et significat minores, qui quanto debiliores sunt ad perpetranda mala, nequiores existunt, Qui recte non ferro, sed laminis ferreis comparantur, quia dum undique in crudelitate se dilatant, quasi in laminas ferreas se extendunt. Possunt etiam dici testiculi Behemoth, diaboli suggestiones, ossa fraudolenta, consilia, quæ ejus malitiam exigunt, & subtilitate ingenii quasi medullis irrigantur. In hoc testiculi ab ossibus, id est, suggestiones a consiliis distant, quia per illas aperte noxia ingerit, per hæc quasi ex bono consules ad culpam trahit. Et dicuntur ossa, ut fistulæ æris, quia dulcia resonant, ad noxia inclinant, quia & ostensa utilitate mentem mulcent, & absconsa iniquitate, corrumpunt. Cartilago est simulatio, qua vitia virtutes creduntur, & quod fragile est, firmum videtur. Sed posset aliquis quærere, unde Behemoth tantam astutiam, tantamque fortitudinem habeat. Ideo Dominus addidit; h Ipse est, &c.] idest, dignissimum operum Dei; etiam reliquis Angelis eminentior. Unde *Ezec.* 31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquaverunt summitatem ejus, platani non fuerunt æquæ frondibus illius: Omne lignum paradisi non est assimilatum illi, & pulchritudini ejus, quoniam speciosum fecit eum in multis, condensisque frondibus. Per cedros, abietes, platanos, cœlestium virtutum agmina designantur, quæ quamvis excelsa, tamen Lucifero non fuerunt æquata. Qui speciosus in multis, condensisque frondibus dicitur, idest, ceteris Angelorum legionibus undique decoratus. Tot enim condensas frondes habuit, quot legiones sub se positas vidit. Item *Ezec.* 28. Tu signaculum similitudinis ejus, plenus sapientia, perfectus decore in deliciis paradisi fuisti: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, & topazius, & iaspis, chrysolitus, & onyx, & berillus, & sapphirus, & carbunculus, & smaragdus. Ecce novem dixit nomina lapidum, quia novem sunt ordines Angelorum, quibus ille Behemoth operatus describitur, qui eos quasi vestem ad ornatum habuit, quorum dum claritatem transcendit, ex eorum comparatione clarior fuit. i Qui fecit, &c.] idest, ejus malitiam restrinxit, quasi diceret, & si sit Behemoth ita fortis, non tamen desperet homo, quia (qui fecit eum, applicavit gladium ejus) idest, coarctavit malitiam ejus, ne tantum mali valeat facere, quantum vellet, Unde *sup.* 5. Dominus dissipat cogitationes malignorum, ne possint manus eorum implere, quod ceperant. 1.*Cor.*10. Fidelis Deus, qui non permittit, &c. k Huic montes, &c.] idest, superbi suas fluxas, & lubricas voluptates illi offerunt. Quibus ille reficitur, quia in eis pœnam æternam sitiens, eorum perditis moribus satiatur. l Omnes bestiæ, &c.] idest, herbis montium. Bestiæ sunt maligni spiritus, Ager mundus. Omnes igitur bestiæ agri ludunt ibi, quia dæmones in hoc mundo dejecti pravis superborum operibus delectantur. Sed quia Dominus dixit, quid Behemoth comedat, subdit, ubi per pravum desiderium quiescat, dicens:
m Sub umbra dormit] idest, in hypocrisi, ubi nihil eum commovet. Quæ dicitur umbra, quia speciem corporis habet, sed non veritatem. Ita hypocrisis speciem sanctitatis tenet exterius, sed interius rem veritatis non habet.
n In secreto calami] idest, in vanagloria, ubi est species gloriæ sæcularis quasi cortex arboris, sed non soliditas charitatis. o In locis, &c.] idest, in voluptate, & luxuria.
p Protegunt umbræ umbram ejus:] idest, peccatores peccatorem in suo peccato defendunt. Umbra diaboli di-

citur

citur quilibet peccatorum, quia a corpore ejus speciem imaginis trahit. *a* Circumdabunt eum salices] idest, peccatores verborum foliis virentes, sed fructu operum steriles: De quibus *Psal.* In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. *b* Torrentis,] idest, carnalis delectationis *c* Absorbebit fluvium,] idest, infideles. *d* Et non mirabitur,] quia non pro magno habet diabolus, si infideles rapit. Sed quia post Christi adventum quosdam nomine fideles recte vivere negligentes rapit, apte sequitur: *e* Et habet, &c.] idest, baptizati. *f* In os ejus,] idest, in peccati voragine. Vel nomine fluvii, significantur sæculares, qui per diversa desideria fluunt. Nomine Jordanis intelliguntur claustrales, qui humiliter de fastu sæculi descenderunt. Fluvium igitur absorbet Diabolus, & non miratur; quia non pro magno habet, si sæculares rapit in peccatum, sed habet fiduciam quod Jordanis influat in os ejus, scilicet claustrales. Incrassata enim est pars ejus, & cibi ejus electi, ut dicitur *Habac.* 1. Et *Greg.* Non mirum deputat, si eos absorbeat, quos superbia erigit, avaritia tabefacit, voluptas dilatat, malitia angustat, ira inflammat, discordia separat, invidia exulcerat, luxuria inquinans necat, sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis jungi jam cœlestibus contemplatur. *g* In oculis ejus, &c.] Ecce quam misericorditer verba sua temperat Deus. Modo asperis increpationibus nos terret, modo blandis consolationibus nos refovet, terrorem fomentis miscens, & fomenta terrori, ne desperemus territi, vel extollamur incaute securi. Ideo Dominus post astutas insidias, & effrænatas malitias Behemoth adhibens consolationis adjutorium statim Redemptoris commendat adventum, quo ordine Behemoth ab illo sit perimendus insinuans. Dixit ergo (in oculis) scilicet Behemoth. *h* Capiet eum,] Deus quasi hamo, idest, filio incarnato, qui corpus assumpsit, ut diabolus in eo mortem carnis appeteret quasi escam suam, sed ibi erat deitas latens quasi ferrum, quæ raptoris faucem perforavit. Bene autem dicit: In oculis ejus quasi homo captus est Behemoth, quia illum novit, & confitendo pertimuit. *Matth.* 8. *Marc.* 5. *Luc.* 8. Quid nobis, & tibi, Jesu fili Dei? Et tamen in cruce eum momordit, sed mordendo captus fuit. Nec solum per filium suum Deus pater Behemoth cepit, sed & per Sanctos ejus insidias evacuavit. Unde sequitur: *i* Et in sudibus] idest, acutis Sanctorum sensibus. *k* Perforabit nares ejus,] idest, enervabit insidias ejus. Sancti enim per studium contemplationis noscunt dæmonum astutias. Unde & vitant eas, & vitare alios docent. 2. *Cor.* 2. Ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi, ut non circumveniamini a Satana: Non enim ignoramus cogitationes ejus. Sed quia Behemoth per varia fraudum argumenta contra genus humanum distenditur, Deus pater fideli famulo incarnationem filii insinuans, per quam quasi per hamum captus est, ait. *l* An extrahere, &c.] de aquis humani generis, supple ut ego? Qui filium incarnatum quasi hamum ad capiendum raptorem mitto in mare hujus mundi, ubi diabolus quasi cetus aperto ore omnes homines devorabat, quousque captus fuit hamo, idest, filio incarnato. Hujus hami linea est illa patrum propago, quam *Mat.* 1. texens, ait: Abraham genuit Isaac, &c. In extremo cujus Dominus incarnatus quasi hamus ligatur, quem in aquis humani generis dependentem cetus momordit. Sed dum esca corporis momordit, deitatis illum aculeus perforavit. Appellatur autem Behemoth Leviathan, quod interpretatur additamentum eorum, idest, hominum, quia culpæ primæ prævaricationis per suggestiones addere conatur usque ad mortem æternam. Vel per irrisionem sic dicitur, quia primis parentibus deitatem se additurum promisit *Gen.* 3. sed immortalitatem abstulit. *m* Et fune, &c.] supple, ut ego. Nomine funis aliquando dimensio sortis accipitur, ut in *Ps.* Funes ceciderunt mihi in præclaris. Aliquando peccata, *Isai.* 5. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Et *Psal.* Funes peccatorum circumplexi sunt me. Aliquando fides Trinitatis *Eccl.* 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. In hoc loco nomine funis, tam fides, quam peccatum potest accipi. Fune enim peccati Dominus linguam Leviathan ligavit, quia in similitudine carnis peccati apparens de peccato damnavit peccatum. *Rom.* 8. Item fune fidei ligavit Dominus linguam Leviathan, quia dum per Apostolos fides Trinitatis innotuit, doctrina mundi, vel suggestio Diaboli cessare cœpit. *Isai.* 11. Desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & elevabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui. Et *Psal.* Tu disrupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluvios Ethan, idest, mundi sapientiam. Unde ibi *Gloss.* idest, omnes doctrinas gentium, magorum, Judæorum. Item ibi: Absorpti sunt juncti petræ judices eorum. *Gloss.* Qui de moribus judicabant, ut Plato, Pytagoras, Aristoteles, juncti petræ, idest, comparati Christo, absorpti sunt, per se videntur aliquid dicere, sed junge eos petræ, idest, compara eos Christo, & nihil sunt. Item *Isai.* 33. Populum imprudentem non videbis. Ibi *Gloss.* idest, gregem Philosophorum in Ecclesia Sanctorum. *n* Numquid pones, &c.] Per nares ipsius Leviathan, sagaces insidiæ ejus significantur. Per circulum, omnipotentia divinitatis, quæ sagacitatem dæmonis retinet, ne tantum valeat contra nos, quantum latenter explorat. Vel nomine circuli potestas divini judicii designatur, quia undique stringit, & nullatenus evitatur, sicut falx in herba se colligit, quam incidit. Unde recte cum judex venturus ostenditur, falcem in manu tenere perhibetur. *Apoc.* 15. ubi dicitur: Vidi, & ecce nubes candida, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. In naribus igitur Leviathan Dominus circulum ponit, quia potentia judicii ejus insidias coarctat. Dicit ergo Dominus Job (Numquid pones circulum in naribus ejus) supple sicut ego, qui astutias ejus omnipotenti judicio constringo, ne tantum tentet, quantum appetit; nec tantum capiat, quantum tentat? *o* Aut armilla] idest, misericordiæ potentia? *p* Perforabis maxillam ejus?] idest, malitiam ejus, qui devorat omnes, quos potest, supple ut ego? Nullus enim semel ore Leviathan raptus, maxillam ejus evadere posset, nisi esset perforata. Sed Dominus maxillam ejus perforabit subula misericordiæ suæ, ita quod ab ore ejus cadunt, quicumque post culpas perpetratas ad innocentiam redeunt. An non Leviathan Petrum in ore suo tenuit, cum Dominum negavit? Et David quando adulterium cum Bersabee commisit? Sed dum uterque per pœnitentiam rediit, ab ore ejus per foramen maxillæ cecidit. Hic dicit *Greg.* Cavendum summopere est, ne quis delectatione peccati ore Leviathan rapiatur, & tamen si raptus fuerit, non desperet, quia si perfecte peccatum lugeat adhuc in maxilla ejus foramen invenit, per quod evadat. Vel aliter, & subtilius intelligitur, perforata maxilla Leviathan, ut dicatur, illos habere in ore, quos tentat, & inter dentes variæ tentationis conterit. Illos vero jam habet in ventre, quos peccatorum consensu, vel opere implicavit, ut mandere diaboli idem sit, quod tentare. Sicut homo, qui habet maxillam perforatam, quanto plus mandere, & deglutire vellet, cibus per foramen maxillæ caderet: Ita diabolus quanto plus justos variis tentationibus conterit, tanto amplius amittit. Mandendos quidem, sed non deglutiendos tradit Dominus justos ipsi Leviathan, ne de virtutibus suis superbiant. Numquid non Paulum mandendum, sed non deglutiendum accepit Leviathan, quando post tot revelationes carnis stimulo agitabat 2. *Cor.* 12. *q* Numquid multiplicabit] Leviathan? *r* Ad te preces:] sicut ad me? *s* Aut loquetur, &c.] sicut mihi. Si ad personam filii Dei hæc verba referantur, incarnato ei mollia loquebatur Leviathan, cum diceret: Scio, quod sanctus sis Dei. *Marc.* 1. & *Luc.* 4. An quem etiam preces multiplicavit, cum subjunxit: Si ejicis nos de isto, mitte nos in gregem porcorum. Vel ad Deum patrem multiplicabit preces Leviathan in membris suis, quando scilicet, iniqui in die judicii, qui sunt corpus ejus, sibi parci deprecabuntur, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. Quibus protinus respondetur; nescio, unde sitis. *Luc.* 13. Tunc & Domino Leviathan per membra sua mollia loquetur, quando dicent: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Mollia quidem dicunt, quia ejus nomini attribuunt, quæ fecerunt. Sequitur *t* Numquid &c.] sicut mecum. *u* Et accipies, &c.] sicut ego: Sed quod pactum habet Leviathan cum Domino, cum voluntates eorum semper contrariæ sint? Sed dicimus, quod

a circumdabunt eum salices *b* torrentis. Ecce *c* absorbebit fluvium, & non *d* mirabitur: & habet *e* fiduciam, quod influat Jordanis in *f* os ejus. In *g* oculis ejus quasi hamo *h* capiet eum, & in *i* sudibus *k* perforabit nares ejus. An *l* extrahere poteris Leviathan hamo, & *m* fune ligabis linguam ejus? *n* Numquid pones circulum in naribus ejus, *o* aut armilla *p* perforabis maxillam ejus? *q* Numquid multiplicabit ad *r* te preces? *s* aut loquetur tibi mollia? *t* Nunquid feriet tecum pactum, & *x* accipies eum

Psalm. 136. Psalm. 73. Psalm. 140. Psalm. 15. Psalm. 116. Matth. 7. Marc. 5. Luc. 8.

tenta-

servum sempiternum? *a* Numquid illudes ei quasi avi, *b* aut ligabis eum ancillis tuis? *c* Concident eum amici, *d* divident illum negotiatores. *e* Numquid implebis sagenas pelle ejus, & gurgustium piscium capite illius? † *f* Pones super eum manum tuam. *g* Memento belli. Nec ultra addas loqui. Ecce *h* spes ejus frustrabitur eum, & videntibus *i* cunctis *k* præcipitabitur.

C A P. XLI.

NOn *l* quasi crudelis suscitabo eum. *m* Quis enim † potest resistere vultui meo? *n* Quis † ante dedit mihi, ut reddam ei? *o* Omnia, quæ sub cœlo sunt, mea sunt.

tentandi licentia hic pactum vocatur, in qua & desiderium tentatoris agitur, & voluntas Dei impletur: nam volens tentat diabolus, sed tentando nesciens, purgat, & probat. Unde & in hoc, quod maliliose facit, etiam invitus Domino servit, & ita servus ex pacto efficitur, Notandum autem, quod non solum servus, sed servus sempiternus dicitur, quia hic tentandn justorū utilitatibus servit, & etiam post hanc vitam damnatio ejus Sanctis proficiet, quia videntes ejus cruciatus quos evaserunt per patientiam, in Dei laudibus crescent. *Psal.* 57. Lætabitur justus, cum viderit vindictam. Sequitur: *a* Numquid illudes ei, quasi avi.] Nota, diabolus prius vocatus est a Domino Behemoth, postea Leviathan, modo avi comparatur. Behemoth interpretatur bellua. Leviathan additamentum eorum. Bellua igitur quadrupes esse ostenditur, dum fœnum quasi bos comedere dicitur. Leviathan vero, quia hamo capitur, sine dubio draco in aquis est. Plane ergo Behemoth dicitur bestia per actionis immundæ fatuitatem. Draco per nocendi malitiam. Avis per subtilis naturæ levitatem: Ita dicit *Greg.* Vel certe Behemoth, cujus habitatio est in terra, dicitur, dum de avaritia tentat: Draco, seu Leviathan, cum de luxuria pulsat: Avis, cum de superbia tentat. Diabolus ergo in eis, quos ad luxuriam incitat, draco est. In illis, quos ad avaritiam inflammat, bellua est. In illis, quos ad fastum superbiæ elevat, avis est. In illis vero quos pariter avaritia, luxuria, superbia polluit, simul bellua, draco, & avis existit. Quasi bellua ad Dominum venit, quando eum de avaritia tentavit. *Matt.* 4. Quando ei ostendens omnia regna mundi, dixit: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me. Quasi draco venit, quando de gula tentavit, dicens: Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant. Quasi avis ei apparuit, quando super pinnaculum templi eum portavit, & de vana gloria tentavit, dicens: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Quasi avi illusit ei Dominus, cum in passione filii sui escam humanitatis ostendit, sed laqueum Deitatis abscondit, qui dum escam caperet, captus est more avis. Dicit ergo (Numquid illudes ei quasi avi) sicut ego? *b* Aut ligabis eum ancillis tuis?] sicut ego meis? *c* Concident eum] idest, divident membra ejus ab eo (amici) *d* Divident illum negotiatores.] Idem sunt ancillæ, amici, negotiatores, scilicet Apostoli, & prædicatores, qui prius sunt ancillæ per formidinem, postea amici per fidem, tandem negociatores, per prædicationem. Item ancillæ per humilitatem, & propriæ fragilitatis considerationem. De quibus *Prov.* 9. misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis: Amici per secretorum revelationem. *Joan* 15. Vos autem dixi amicos, quia quæcumque audivi a patre meo, omnia nota feci vobis. Negotiatores per animarum acquisitionem. *Luc.* 19. Negotiamini, dum venio. *Prov. ult.* Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus.

e Numquid implebis sagenas pelle ejus, & gurgustium piscium capite illius?] sicut ego. Sagena est magnum rete, ubi & magni, & parvi pisces capiuntur. Gurgustium est magnum vas in quo magni pisces tantum capiuntur. Idem ergo significatur per sagenas, & gurgustium, scilicet Ecclesia fidelium. Unde *Matt.* 13. simile est regnum cœlorum, idest, Ecclesia militans, sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quia malos cum bonis, superbos cum humilibus, iracundos cum mitibus, fatuos cum sapientibus habet intra se Ecclesia. In pelle Leviathan stulti de corpore ejus, in capite sapientes accipiuntur. Vel quia pellis exterius est, per pellem, subditi, per caput præpositi designantur. Dominus ergo sagenam, sive gurgustium prius pelle Leviathan implevit, & postea capite, quia prius elegit infirma mundi, ut confunderet fortia; & stulta, ut destrueret sapientes. 1. *Cor.* 1. Prius collegit indoctos, postea philosophos. Nec per oratores docuit piscatores, sed econtrario per piscatores subegit oratores. Dicit ergo (Numquid implebis sagenas pelle ejus, & gurgustium piscium capite illius) sicut ego, qui prius, quasi pellem diaboli, infirmos, & stultos collegi, & postea caput illius, idest, prudentes sæculi mihi subegi? *f* Pones super eum manum tuam,] sicut ego, qui eum, cum volo, ad sæviendum relaxo; & cum volo, virtutis propriæ potestate reprimo? quasi dicat non. Unde, & apte mox subditur: *g* Memento belli. Nec ultra addas loqui,] idest, murmurare contra flagella mea, quasi dicat, si occulti hostis contra te bellum considerares, quicquid a me patereris, non accusares. Hoc ideo dixit Dominus, ne Job, qui nullius culpæ sibi conscius erat, & tamen dura flagella tolerabat, in vitium murmurationis caderet. Alta enim Dei dispensatio, ut dicit *Greg.* sæpe bene merentes famulos vel minis impetit, vel flagellis premit, vel quibusdam superimpositis oneribus gravat, vel laboriosis occupationibus implicat, quia mira potentia prævidet, quod si liberi, ac quieti in tranquillitate persisterent, tentantes adversarios ferre non valentes, mentis vulneribus prostrati jacerent. Ideo Dominus more Medici, qui exterius sauciat, ut interius curet; corpus fatigat, ut mentem purget. Et hoc est, quod dicitur *Proverb.* 20. Livor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris. Quia vero Leviathan de divina misericordia falsa promissione blanditur, postquam Dominus fortitudinem ejus intulit, & Job ad intuendum illam admonuit, dicens (Memento belli &c.) ut pœnam ejus, & suorum irremissibilem ostenderet, illico subjungit:

h Ecce spes ejus] qua separat se, & suos, & non quidem liberari, sed levius puniri (frustrabitur eum.)

i Et videntibus cunctis] scilicet Angelis, & hominibus electis ad hoc spectaculum adductis, ut dicitur *Zach.* 14. Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo.

k Præcipitabitur,] in infernum cum corpore suo. *Matt.* 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis ejus. *Isai.* 25. Præcipitabit Dominus mortem in sempiterum, idest, diabolum qui est causa mortis. Invidia enim diaboli intravit mors in orbem terrarum. *Sap.* 2. Tunc verum erit, quod legitur *Apoc.* 12. Projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei die, ac nocte. *Item* 22. Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris; ubi & bestia, pseudoprophetæ cruciabuntur die, ac nocte. Sed aliquis posset quærere: Domine, qui Leviathan istum tantæ fortitudinis scis esse, cur suscitas eum contra nos infirmos in certamine? Ideo, respondet Dominus, dicens:

A

al. † Pone.

Jer. 50.

al. † poterit.

al. † augm.

E X P O S I T I O C A P. XLI.

NOn *l* quasi crudelis suscitabo eum,] imo ad commodum electorum, qui ex tentatione proficiunt. Sed posset aliquis dicere, quomodo non quasi crudelis suscitas eum, quem scimus tot, & tantos invadere, & devorare te permittente? Ideo subdit:

m Quis enim potest resistere vultui meo?] quasi dicat: revera non quasi crudelis eum suscito, quia, cum volo, eum reprimo: Non enim potest resistere mihi (Quis enim potest resistere vultui meo) idest, voluntati meæ? Nullus. *Rom.* 9. Voluntati ejus quis resistet? *Jerem.* 50. Quis est iste pastor, qui resistet vultui meo? Ut non possim eripere electos de fortitudine ejus. Possum quidem. 2. *Petr.* 2. Novit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem judicii reservare cruciandos. Nec est hoc injustum, si impios cruciandos derelinquat: Quia nemo prius aliquid contulit Deo, ut divina gratia illum subsequatur. Et hoc est, quod sequitur:

n Quis ante dedit mihi, ut reddam ei?] Ac si aperte diceret, ad parcendum reprobis nulla ratione compellor, quia eis debitor ex sua actione non teneor. Ex hoc loco sumpsit Apostolus illud *Rom.* 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?.

o Omnia, quæ sub cœlo sunt, mea sunt.] Similiter & quæ in cœlo, & quæ super cœlos sunt. Sed quia de Leviathan loquitur, qui de cœlo cecidit: Ideo cuncta, quæ sub cœlo sunt, asserit sua esse, ut illum ostendat potestati suæ servire, quasi dicat Dominus: Leviathan gloriam meam amisit, sed dominium non evasit.

a Non

a Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. *b* Quis revelabit faciem indumenti ejus, & in *c* medium oris ejus quis intrabit? *d* Portas vultus ejus qui aperiet? *e* Per gyrum dentium ejus *f* fortitudo, *g* corpus ejus, *h* quasi scuta fusilia, & *i* compactum squamis se prementibus. *k* Una uni conjungitur: & *l* ne spiraculum quidem incedit per eas. *m* Una adhærebit alteri: & tenentes se nequaquam separabunt. *n* Sternutatio ejus *o* splendor ignis, & *p* oculi ejus, ut *q* palpebræ diluculi. De *r* ore ejus lampades procedunt quasi tædæ ignis accensæ. De *s* naribus ejus *t* procedit fumus, *u* sicut ollæ succensæ, atque ferventis. *x* Halitus ejus *y* prunas *z* ardere facit, & *a* flamma de ore ejus † egreditur. In *b* collo ejus *c* morabitur fortitudo,

al. † egredietur.

a Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis,] hoc de corpore ejus, idest, de iniquis omnibus intelligitur, qui dicent tunc: Domine, Domine, aperi nobis. *Matt.* 25. Sunt etiam nonnulli intra Ecclesiam: qui prolixas preces ad Deum faciunt: sed vitam deprecantium non habent, de quibus *Matt.* 23. Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. *Luc.* 20. Attendite a scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conviviis, qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem: hi percipient damnationem majorem. De his dicitur *Isai.* 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. *Jerem.* 12. Prope es tu oris eorum: sed longe a renibus eorum. Per hoc autem quod verba potentia, & ad deprecandum composita dicuntur, aperte vanitas orationis ostenditur, ut dicit *Greg.* Veraciter namque orare, est amaros in compunctione gemitus, & non composita verba resonare. Quia vero diabolus quanto districtius frangitur: eo nequius, & multiplicius sævit, cujus tamen insidias, quanto subtilius occultat, tanto misericordius nobis Dominus manifestat; recte subjungit Dominus:

b Quis revelabit faciem indumenti ejus?] idest, voluntatem decipiendi sub specie sanctitatis occultatam.

c Et in medium oris ejus quis intrabit?] discutiendo modos, & verba suggestionum ejus: nisi ego, qui per discretas electorum mentes, suggestiones ejus discutio, & manifesto non ita esse, ut sonant? Bona enim videntur promittere, sed ad perditionem trahunt. Igitur in medium oris diaboli intrare, est calliditatis ejus verba penetrare, ut non pensct homo, cui loquitur diabolus, quid ejus verba resonent, sed quo tendant. Sequitur:

d Portas vultus, &c] Portæ vultus Leviathan sunt iniqui doctores, per quos perditionis viam multi ingrediuntur. Quas Dominus aperit, quia electis suis eorum fallacias innotescit. Bene ergo dicit (Portas vultus ejus quis aperiet) idest, magistros errorum sub specie sanctitatis absconditos: quis manifestos faciet nisi ego, cui nihil absconditum est, quia vero Antichristo principes sæculi adhærebunt, per quorum terrorem inclinabit, quos per prædicatores suos decipere non poterit, recte sequitur: *e* Per gyrum, &c.] idest, in circuitu prædicatorum ejus, scilicet Leviathan.

f Formido,] idest, terror principum. O quale erit illud tempus, ubi ad pervertendos fideles, alii verbis sævient, alii gladiis interficient. Quod signanter dicitur *Apoc.* 9. Potestas equorum in ore, & in cauda eorum erat: In ore quidem doctorum scientia: In cauda sæcularis potentia designatur. De eodem *Psal.* 9. dicit: Sub lingua ejus labor, & dolor; sedet in insidiis, cum divitibus in occultis. Propter diversa dogmata, dicit: Sub lingua ejus labor, & dolor. Propter miraculorum speciem, dicit: sedet in insidiis. Propter sæcularem potentiam, dicit: Cum divitibus in occultis, quia simul & perversa prædicatione, & miraculorum fraude, & terrena potestate, fideles conabitur inclinare. *g* Corpus ejus,] idest, omnes iniqui. *h* Quasi scuta fusilia,] idest, duri per obstinationem, & fragiles per conversationem. Omne quidem vas fusile durum est in se, sed cum labitur, fragile. Item corpus Leviathan scutis fusilibus comparatus, quia nulla sagitta veritatis penetratur, sed omnia verba correctionis scuto superbæ defensionis a se repellit. De hoc scuto dicitur *Thren.* 4. Dabis eis scutum, cordis laborem. *i* Et compactum, &c.] idest, crebris excusationibus, vel defensionibus. Hujusmodi squamas Paulus aliquando habuit, sed postquam ejus repugnationes victæ sunt, defensionis squamas abjecit. Unde scriptum est *Actor.* 9. Confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, & visum recepit. *k* Una uni conjungitur:] quia invicem se defendunt omnes iniqui. Quos enim simul reatus sociat: concordi pertinacia defensio perversa constipat.

l Et ne spiraculum, &c.] idest, ita mutuo se defendunt, quod spiraculum prædicationis ad se intrare nullatenus permittunt. De qua pestifera concordia adhuc apertius subditur:

m Una adhærebit alteri, &c.] separabuntur, ad invicem, vel a sua malitia. Perversos enim unitas corroborat, dum concordat: & tanto magis incorrigibiles fiunt, quanto unanimes sunt. Unde, qui divisi corrigi poterant, uniti in sua malitia perseverant. De hac unitate malorum dicitur *Eccl.* 21. Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis. Item *Nahum* 1. sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium consumetur quasi stipula ariditate plena. Convivium reproborum est delectatio temporalium voluptatum. In quo pariter potant, qui delectationis illecebris concorditer se inebriant. Descripto corpore Leviathan, redit Dominus ad caput, idest, Antichristum, ostendens, quid per semetipsum extremo tempore sit acturus. Unde dicit:

n Sternutatio ejus,] idest, extrema commotio ex elata sæculi potestate proveniens.

o Splendor ignis,] idest, adjuta miraculis, quæ faciet Antichristus, propter quod multos commovebit. Et quia sapientes mundi ejus tyrannidi adhærebunt. Sequitur:

p Et oculi ejus,] idest, sapientes mundi, qui erunt ejus consiliarii.

q Ut palpebræ diluculi,] dicentes, præcessisse noctem erroris, & doctrinam Antichristi succedere, quasi lucem veritatis. Quibus dicitur *Isai.* 5. Væ, qui dicitis bonum malum, &c. *r* De ore ejus, &c.] idest, de prædicatoribus ejus inflammantur auditores ad male agendum. Sicut enim per oculos intelliguntur sapientes, qui prævident, ita per eos accipiuntur prædicatores, qui docent. Et bene dicit: Sicut tedæ ignis accensæ. Teda enim accensa odorem suavem habet, sed lumen obscurum. Ita prædicatores Antichristi odorem bonæ famæ habent, propter speciem sanctitatis, sed obscure lucent propter nequitiam operationis. *s* De naribus ejus] idest, de miraculorum ejus insidiis. *t* Procedit fumus,] idest, caliginosa dubietas, quæ etiam electorum oculos turbabit, sed non excæcabit. *Matt.* 25. Surgent pseudoprophetæ, & pseudo Christi, & dabunt signa magna, & prodigia, itaut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Fervor etiam animorum fidelium in hoc fumo exprimitur, cum subinfertur. *u* Sicut ollæ succensæ, atque ferventis,] velut olla fervens est unaquæque anima, quando impetus cogitationum quasi undas ardentes intus sustinet, quas ignis cœli commovet, & oppressio temporalis intrinsecus clausas tenet. Vel de naribus ejus procedit fumus, cum noxiis inspirationibus ejus prava cogitatio in corde hominis nascitur, per quam mentis acies obscuratur. Cujus fumi vim exprimit Dominus, cum subjungit: Sicut ollæ succensæ, atque ferventis. Olla enim succenditur, cum mens humana diaboli suggestionibus instigatur. Olla fervet, cum per consensum in pravis desideriis accenditur. Quod apertius ostendit dicens:

x Halitus ejus] idest, suggestio ejus.

y Prunas] idest, iniquorum mentes male accensas.

z Ardere facit,] flamma mali desiderii. Diabolus est ergo quasi faber, sufflatu iniquæ suggestionis mentes hominum igne pravi desiderii inflammans. De quo *Isai.* 45. Ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum. Hujus fabri folles sunt omnes adulatores, lenones, & vetulæ mediatrices.

a Flamma de ore, &c.] idest, incendium pravi desiderii de instigatione occultæ locutionis ejus. Quam flammam citius extinguit unda lacrymarum, & oratio continua, ut dicit *Greg.*

b In collo ejus] idest, in elatione ejus, quæ per colli extensionem significatur *sup.* 15. Cucurrit adversus Deum erecto collo, & pingui cervice armatus est. *Isai.* 3. Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt collo extento, decalvabit Dominus verticem filiarum Sion.

c Morabitur fortitudo] sæcularis potentiæ. Nam elationi illius adjuncta potentia suffragabitur. Superbia enim sine potentia leviter frangi posset, & potentia sine superbia non noceret. Sed quia Leviathan prius divitias mentis aufert, idest, bonas cogitationes, quam notitiam suæ iniquitatis infundat, recte subditur:

& *a* faciem ejus *b* præcedet egestas. *c* Membra carnium ejus *d* cohærentia sibi. *e* Mittet contra eum † fulmina, & *f* ad locum alium *g* non ferentur. *h* Cor ejus *i* indurabitur quasi lapis: *k* & stringetur *l* quasi malleatoris incus. Cum *m* sublatus fuerit, timebunt Angeli: & *n* territi purgabuntur. Cum *o* apprehenderit eum *p* gladius, *q* subsistere non poterit *r* neque hasta, *s* neque thorax. *t* Reputabit enim quasi paleas ferrum, & *u* quasi lignum putridum æs. *x* Non fugabit eum vir sagittarius, in *y* stipulam versi sunt ei lapides fundæ. *z* Quasi stipulam æstimabit malleum & *a* deridebit vibrantem hastam. *b* Sub ipso erunt radii Solis,

al. † flammas.

C

D

a Et faciem ejus] idest, notitiam: *b* Præcedet egestas,] virtutum, & bonarum cogitationum. *Greg.* Nemo cogitationi ejus jungitur, nisi prius virtutum divitiis denudetur, & prius facultas virium perditur, & postmodum quasi per familiaritatem ejus notitia cognoscitur. Vel faciem ejus præcedit egestas; quia antequam veniat Antichristus, divina miracula ab Ecclesia subtrahentur, & ipse multa faciet. Unde *Joel.* 2. Ante faciem ejus ignis vorans, & post eum exurens flamma, quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, nec est, qui effugiat eum. *Prov.* 9. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus. *c* Membra carnium ejus] idest, imitatores morum illius. *d* Cohærentia sibi,] in malo contra bonos. Nulla enim tunc diversitatis altercatio scindet, & ideo vehementius contra bonos prævalebunt. Carnes Leviathan vocat Dominus, omnes reprobos. Membra carnium dicit omnes, qui eisdem sese præcedentibus ad iniquitatem conjunguntur. Sicut econtrario de corpore Christi mystico dicitur 1. *Cor.* 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Corpus Christi, sunt omnes boni simul. Membrum de membro, quilibet qui ab alio regitur. Quid autem contra Antichristum divina elementia faciet in fine, ostendit Dominus dicens: *e* Mittet contra eum fulmina,] Dominus contra diabolum, & suos. *Isai.* 11. Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et 2. *Thess.* 2. Tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui. Nomine fulminum, extremi judicii sententia accipitur, quæ ideo fulmen dicitur, quia eos quos feriet, in æternum incendet. *f* Et ad locum alium,] quam ad Leviathan, & membra ejus.

g Non ferentur,] fulmina, quasi dicat, justis gaudentibus soli reprobi ferientur. Modo sub palea triticum gemit, sed extremi judicii ventilabro triticum a palea discernetur, ita quod in horreum Domini recondetur, palea vero igni inextinguibili dabitur, sicut dicitur *Matt.* 3. Et hoc est quod hic dicitur, quod fulmina ad alium locum non ferentur, quia igne suo non grana, sed paleas accendent. Hoc est quod dicitur *Joan.* 5. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii. Sed quare ipsum Leviathan non corrigit pœna, ostendit Dominus, dicens: *h* Cor ejus] idest, voluntas ejus.

i Indurabitur quasi lapis,] quia numquam ad pœnitentiam mollietur. Et ideo male erit ei. *Eccl.* 3. Cor durum male habebit in novissimo. Et quia solis ictibus æternæ ultionis aptabitur Leviathan, qui modo alios ferit ubique, recte sequitur: *k* Et stringetur] inferni vinculis coarctatus, qui modo vagatur ad libitum.

l Quasi malleatoris incus,] quæ ad hoc tantum statuitur, ut crebris ictibus feriatur. Et recte diabolus incudi comparatur, quia in incude alia vasa formantur, ipsa tamen tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Ita nos Leviathan persequente componimur, & simus vasa Domini, ipse autem semper percutitur pœna continua, & in vas utile numquam mutatur. *m* Cum sublatus fuerit,] futurum pro præterito posuit. Leviathan enim de cœlo cadente cum suis complicibus, alii timuerunt timore reverentiæ ad robustius standum. Unde sequitur: *n* Et territi purgabuntur,] idest, purgati fuerunt, quia soli boni malis cadentibus remanserunt. Lapsus ergo malorum bonos & terruit, & purgavit. Terruit, ne Deum superbiendo contemnerent, sicut Leviathan. Purgavit, quia malos ab eorum consortio separavit. *Ezech.* 28. In terram projeci te, ante faciem regum dedi te, ut cernerent te. Vel potest legi proprie de futuro, & dicuntur Angeli prædicatores, sicut dicitur *Isai.* 33. Angeli pacis amare flebunt. *Apoc.* 1. Septem stellæ sunt septem Angeli. Hi cum sublatus fuerit Leviathan cum corpore suo, idest, turbine judicii raptus in infernum, immenso pavore concussi, si quid in eis fuerit culpæ venialis, illo pavore purgabuntur. Interim autem quid agat, ostendit: *o* Cum apprehenderit eum, &c.] Gladii nomine aliquando accipitur prædicatio. *Jer.* 48. Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine: Aliquando æterna damnatio. *Deut* 32. Gladius meus devorabit carnes. Aliquando, dolor temporalis. *Luc.* 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Aliquando duo Testamenta. *Luc.* 22. Ecce gladii duo hic. Aliquando sæcularis potestas, idest, abusus ejus. *Matt.* 26. Qui acceperint gladium, gladio peribunt. Aliquando subtilitas verborum Dei. *Hebr.* 4. Vivus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Aliquando ira, vel persuasio diaboli. *Psalm.* 143. De gladio maligno eripe me. Sic accipitur hic, Leviathan enim in fine temporum in Antichristo in tantam vertetur insaniam, ut omnibus appetens dominari, nullo modo iræ suæ dominetur. Ideo non apprehendere gladium, sed apprehendi a gladio dicitur hic: Per hastam vero jaculum prædicationis. Per thoracem fortitudo patientiæ intelligitur. Leviathan ergo in Antichristo veniens, tantæ virtutis apparebit, ut si supernum desit auxilium, & prædicantium acumen obtundat, & patientium longanimitatem destruat. Dicit ergo (Cum apprehenderit eum) idest Leviathan. *p* Gladius,] idest, iræ impetus.

q Subsistere non poterit] coram eo.

r Neque hasta,] idest, acumen prædicationis.

s Neque thorax,] idest fortitudo patientiæ.

t Reputabit enim, &c.] idest, jacula prædicationis.

u Et quasi lignum, &c.] idest, longanimitatis constantiam, quia nisi divina gratia protegat, prædicatorum vires igne nequitiæ suæ consumet velut paleas; & patientium constantiam quasi lignum putridum in pulverem rediget. *Greg.* Quid de paleis tunc faciat Leviathan, si ferrum quasi paleas æstimabit? Quid de putridis lignis acturus est, si quasi lignum putridum æris fortitudinem solvet? O quam multi, qui suis viribus ferrum se esse, vel æs æstimant: in illo tunc tribulationis igne paleas se esse deprehendent; & quam multi, qui per infirmitatem propriam se esse paleas metuunt per divinum adjutorium fulti in ferri, atque æris soliditatem roborantur.

x Non fugabit, &c.] idest, prædicator a cordibus reproborum, quia quisquis ab illo deprehenditur, verba sanctæ prædicationis audire contemnit. *Greg.* A vinculis diaboli vinctus tenetur, quia audire verbum Domini dedignatur. *y* In stipulam versi, &c.] idest, fortes Ecclesiæ infirmos, & molles reputabit. De hujusmodi fundæ lapidibus dicitur *Zach.* 9. Devorabunt, & subjicient lapidibus fundæ. Vel in stipulam versi sunt ei lapides fundæ: idest, auctoritates sacræ Scripturæ. De quibus. 1. *Regum* 17. Tulit David lapidem, & funda ejecit, & circumducens percussit eum in fronte. Sed quid mirum, si Leviathan vires humanas despicit, qui etiam tormenta superni judicis contemnit? Unde sequitur: *z* Quasi stipulam, &c.] idest, pondus supernæ animadversionis. De quo malleo dicitur *Prov.* 19. Parata sunt derisoribus judicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Item 3. *Reg.* 6. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est; & malleus, securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur. Vel malleus est verbum Dei. *Jerem.* 23. Numquid non verba mea sunt quasi ignis ardens, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras. *a* Et deridebit, &c.] idest, Dominum pœnam æternam comminantem. Hastam quippe vibrare, est ei mortem æternam præparare, ut dicit *Greg.* Sed Leviathan vibrantem hastam deridet, quia quicquid grave, quicquid terribile prævidet, pati non metuit. Sed qui se æterna tormenta non posse evadere conspicit, eo ad mala facienda durior assurgit, & multos hujus mundi sapientes ad suum famulatum inflectit. Unde sequitur:

b Sub ipso, &c.] idest, sapientes, qui intra Ecclesiam acumina sapientiæ quasi lucis radios videbantur spargere, & per auctoritatem regiminis sicut sol desuper resplendere. Nota sol aliquando dicitur Christus. *Sap.* 5. Sol justitiæ non est ortus nobis. Aliquando justus, rotundus per justitiam, clarus per munditiam, calidus per charitatis ardorem. *Eccl.* 27. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Aliquando præsens tribulatio. *Cant.* 1. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me sol. Aliquando, manifestæ visionis ostensio. *Psal.* 10. In sole posuit tabernaculum suum, idest, corpus suum in lumine manifestæ visionis ostendit. Aliquando præsens prosperitas. *Psal.* 120. Per diem sol non uret, &c. Aliquando, temporalis cordis lætitia. *Jer.* 15. Occidit ei sol, cum adhuc esset dies. Aliquando acumen sapientiæ. *Isai.* 13.

Obte-

Obtenebratus est Sol in ortu suo, *Apoc.* 16. Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem. *Greg.* Phialam effundere in solem, est sapientibus persecutionis supplicia irrogare. Hoc ultimo modo accipitur hic Sol. Toties autem pedibus Leviathan se radii solis subdunt, quoties docti intelligentiæ luce pollentes, se, despectis ceteris, in superbiam erigunt; vel ea, quæ sciunt, carnalibus desideriis inquinant; vel obliti cœlestium, terrena ambiunt; vel non reminiscentes, quod terra sunt, de cognitione cęlestium gloriantur. Vel cum doctor terrenæ potestati perversitate operis, vel blandimento adulationis, vel commodo, vel gloria temporali se subjicit: Quod sæpe & in multis fit. Unde sequitur:

sternet sibi *a* aurum quasi lutum. *b* Fervescere faciet quasi ollam profundum † mare, & *c* ponet, quasi cum unguenta bulliunt: *d* Post eum lucebit semita, *e* æstimabit abyssum quasi senescentem: *f* non est potestas super terram, quæ comparetur ei, *g* qui factus est, ut nullum timeret. *h* Omne sublime videt, *i* ipse est rex super universos filios superbiæ.

al. † maris.

a Sternet sibi, &c.] idest, sapientes luce intelligentiæ fulgentes, avaritia, vel luxuria, vel erronea doctrina sibi subjectos viriliter conculcabit. Lutum enim aliquando dicitur iniqua doctrina sordidi magistri. *Hab.* 3. Viam fecisti in maris equis tuis in luto aquarum multarum, id est, iter aperuisti prædicationibus, inter doctrinas hujus sæculi sordida, & terrena sapientes. Aliquando carnalis voluptas. *Psalm.* 68. Eripe me de luto, ut non infigar. Aliquando terrenæ divitiæ. *Habac.* 2. Væ ei, qui multiplicat non sua, usquequo aggravat contra se densum lutum. Ita *Zach.* 9. Concervavit sibi argentum quasi humum, & aurum ut lutum platearum. Aliquando, fragilis caro. *Nah.* 3 Intra in lutum, & calca: subigens tene laterem. Aliquando, ipse homo, *Isai.* 64. Nos lutum, & tu fictor noster. Aliquando liberum arbitrium cum gratia, *sup.* 10. Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me. Aliquando Christus in utraque natura. *Joan.* 9. Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo. Item auri nomine, aliquando accipitur claritas deitatis. *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus: caput ejus aurum optimum. Quia caput Christus Deus. 1. *Cor.* 11. Aliquando claritas supernæ civitatis. *Apoc.* 21. Ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo. Aliquando charitas. *Apoc.* 1. Vidit Joannes Angelum cinctum ad mamillas Zona aurea, quia superni cives omni tempore pœnali exclusio sola charitate ad invicem constringuntur. Aliquando nitor gloriæ temporalis. *Jer.* 2. Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. Aliquando splendor sanctitatis, *Thren.* 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. *Greg.* Aurum obscuratur, cum iniquitatum tenebris justitiæ pulchritudo deseritur. Mutatur color optimus, cum splendor innocentiæ vertitur in fœditatem culpæ. *b* Fervescere facit, &c.] idest, reprobos contra electos facit desævire. Per mare enim impii designantur. *Isai.* 57. Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest. Per profundum maris occultæ cogitationes impiorum. *Jerem.* 17. Pravum est cor hominis, & inscrutabile. *Alia littera* habet: Profundum est cor hominis, & inscrutabile. Leviathan igitur fervescere faciet quasi ollam profundum mare, quia corda malorum contra bonos valido ardore succendent. Quia vero mali decepti obediendo Antichristo, putabant se obsequium præstare Deo in afflictione bonorum, recte sequitur: *c* Et ponet, &c.] idest, reprobos ita seducet, ut persecutio bonorum redoleat eis fragantiam unguentorum. Unguenta enim cum bulliunt, fragrantiam suavitatis reddunt. Hoc est, quod dixit Dominus discipulis *Joan.* 16. Et erit, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. *d* Post eum, &c.] quia per Antichristum facit miracula, quibus lucidus apparebit. Unde *Matt.* 24. Surgent pseudo-Christi, & pseudo-prophetæ, & dabunt signa multa, & prodigia. 2. *Thess.* 2. Erit adventus ejus secundum operationem Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus. *e* Æstimabit abyssum, &c.] idest, suos æstimare, & credere faciet, quod pęna judicii sit terminabilis. Quod autem nomine abyssi judicium intelligatur, dicitur in *Psal.* 35. Judicia tua abyssus multa. Senectus vero pro finis propinquitate ponitur. Unde *Hebr.* 8. Quod antiquatur, & senescit, prope interitum est. *Gloss.* Antiquatio, & senectus prænuncii sunt mortis: Ratio autem, qua Leviathan suos infatuat ad hoc credendum, hæc est: Justus est Omnipotens, dicit ipse, ergo sine fine non puniet culpam cum fine. Ad hoc respondet *Greg.* Ad districti judicis justitiam pertinet, ut numquam careat supplicio, quorum mens in hac vita noluit carere peccato. Iniqui autem sine fine voluissent peccare, si sine fine potuissent vivere. Voluntas, ergo mala nunquam finem habuit, & ideo pęna fine carebit. Item dicit diabolus: Nullus justus crudelitate pascitur: ergo Deus non pascitur in cruciatibus iniquorum. Non igitur cruciabit eos sine fine. *Greg.* Omnipotens, quia pius est, iniquorum cruciatibus non delectatur; tamen quia justus est, ab eorum ultione in perpetuum non sedatur. Item dicit diabolus: Servus delinquens, idcirco a justo Domino cæditur, ut a nequitia corrigatur; igitur miseri cur in gehenna cruciantur, nisi ut expientur? *Greg.* Iniqui sua iniquitate æterno supplicio puniuntur, ut justi omnes & in Deo videant gaudia, quæ percipiunt, & in justis respiciant supplicia, quæ evaserunt. Item servus tamdiu debet percuti, quousque velit corrigi, sed miseri in inferno positi numquam valent corrigi, unde sine fine debent puniri. Item dicit diabolus: Ubi est, quod sunt sancti, si pro inimicis suis, quos tunc ardere videbunt, non orant; cum eis præceptum fuerit: Orate pro persequentibus vos. *Matt.* 5. Orant ergo pro eis: quomodo ergo non exaudientur ab eo, cui semper servierunt, & pro quo mortem sustinuerunt. *Greg.* Sancti orant pro inimicis suis eo tempore, quo ad fructuosam pœnitentiam possunt eos convertere, & ipsa conversione salvare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi quod ait Apostolus 2 *Tim.* 2. Ut det illis Deus pęnitentiam, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo tenentur captivi ad ipsius voluntatem. Et quomodo pro illis tunc orabitur, qui jam nullatenus possunt ad justitiæ opera ab iniquitate commutari? Eadem itaque causa est, cur non oretur tunc pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc causa est, ut non oretur pro diabolo, & Angelis ejus æterno supplicio deputatis: quæ nunc etiam causa est, ut non orent sancti homines pro infidelibus impiisque defunctis, quia de eis utique quos noverunt jam æterno deputatos supplicio, ante illum justi judicis conspectum orationis suæ meritum cassari refugiunt. Quia si nunc quoque viventes justi mortuis, & damnatis injustis minime compatiuntur, quanto districtius tunc iniquorum tormenta respicient, quando ab omni corruptionis vitio eruti, ipsi jam justitiæ vicinius adhærebunt. Item dicit diabolus. Non permittit mulier damnari filium, cum potest succurrere. Ergo multo fortius, nec Deus patietur damnari filios, quos creavit. Scriptum est enim: Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui, dicit Dominus. (*Isai.* 49.) Item nullus sapiens scienter, & voluntarie perdit imaginem suam, ergo multo fortius neque Deus, ergo non damnabit æternaliter homines quos creavit ad imaginem, & similitudinem suam. Ostensa calliditate Leviathan, qua bonos fallere conabitur, ostendit Dominus potestatem ejus dicens: *f* Non est, &c.] per æquiparantiam; quia etsi per peccatum suum infra homines cecidit, tamen cunctos homines naturæ angelicæ conditione transcendit. Nam etsi beatitudinem perdidit, magnitudinem tamen naturæ angelicæ non amisit, qua cuncta humana superat. Ipse enim est ille fortis, qui custodit atrium suum: *Luc.* 11. Sed contra hoc quod hic dicit (Non est potestas, &c.) videtur dicere *Aug.* Nihil est, inquit, fortius anima habente charitatem. Sed non est contrarium, quia hic agitur de potestate naturali. *Aug.* loquitur de potestate gratiæ. Unde *Greg.* dicit, quod diabolus magnitudine naturæ superat omnes homines, tamen meritis Sanctorum subjacet. *g* Qui factus, &c.] idest, fecit, ac si nullum timeret, quando dixit: Ascendam in cœlum, &c. (factus est, ut nullum timeret) idest, tam obstinatus, ut nullum timeat, quia nec Deum, nec homines, neque etiam hoc, quod passurus est. *Greg.* Qui elementis superesse poterat, si unum, quem debuit, timere voluisset, unum profecto timeret omnia possidens, qui nunc unum non timens, omnia patitur. (*Isai.* 14.) *h* Omne sublime videt,] idest, cunctos velut infra se positos de sublimi respicit. Idem convenit membris ejus, ut dicit *Greg.* Cunctos enim infra se esse respiciunt, quia per elationem cordis in quadam se altitudinis arce posuerunt: contra dicitur *Isa.* 5. Væ, qui sapientes estis in oculis vestris. *Rom.* 12. Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. *i* Ipse est, &c.] idest super omnes superbus Superbiam vero Dominus fine suę locutionis inseruit, ut quod esset malis omnibus deterius indicaret Quia ut dicit *Greg.* alia vitia illas virtutes solummodo impetunt, quibus ipsa destruuntur, verbi gratia: Ira patientiam, gastrimagia abstinentiam, libido continentiam expugnat: Superbia vero contra singula animæ membra se erigit, & quasi generalis, & pestifer morbus, omne corpus virtutum corrumpit

Psalm. 9.

rumpit

rumpit. Per hoc etiam, quod ultimo ponitur, radix omnium vitiorum esse monstratur. *Eccl.* 10 Initium omnis peccati, superbia. *Tob.* 4. Superbiam in tuo sensu, aut in tuo verbo nunquam dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.

C A P. XLII.

Respondens *a* autem Job Domino, dixit: *b* Scio, quia omnia potes, & *c* nulla te latet cogitatio. *d* Quis est iste, qui celat consilium absque scientia? *e* Ideo insipienter locutus sum, & quæ ultra modum † excederent scientiam meam. *f* Audi & ego loquar, *g* interrogabo te, & † responde mihi. *h* Auditu auris audivi te, *i* nunc autem oculus meus videt te. k Idcirco ipse *l* me reprehendo, & *m* ago pœnitentiam in *n* favilla, & cinere. *o* Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Job, dixit *p* ad Eliphaz Themanitem: *q* Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non *r* estis locuti coram me rectum, sicut *s* servus meus Job. *t* Sumite igitur vobis septem *u* Tauros, & septem *x* Arietes, & ite ad servum meum Job, & *y* offerte holocaustum pro vobis, *a* Job autem servus meus orabit pro vobis, *b* faciem ejus suscipiam, ut *c* non vobis imputetur stultitia. *d* Neque enim locuti estis † coram me rectum, *e* sicut

al. † excedunt.
al. † ostende.
al. † ad me recta.

EXPOSITIO CAP. XLII.

A Respondens *a* autem Job Domino, dixit:] Postquam Dominus fideli famulo, Leviathan hostis ejus, quam sit fortis, & callidus ostendit: Postquam vires ejus, fraudesque, quibus nos impugnat

B subtiliter, patefecit: Job ad utraque respondit, dicens, quod utrumque potens est Dominus refrænare. Dicit ergo: *b* Scio, quia omnia potes] ex te.
c Et nulla te latet cogitatio.] *Heb.* 4. Omnia nuda sunt, & aperta oculis ejus, ad quem nobis sermo. Contra vires Leviathan, ait: Scio, quia omnia potes,] Contra occultas machinationes adjunxit: Nulla te latet cogitatio.] Homo enim videt ea, quæ parent; Dominus autem cor intuetur. 1. *Reg.* 16. Unde Job mox eidem Leviathan exprobrat, dicens:
d Quis est iste, qui celat, &c.] i. indiscrete vult abscondere; quia quamvis contra nos multis fraudibus occultetur consilium Leviathan, tamen Dei inspiratione nobis detegitur. Unde Paulus 2. *Cor.* 2 Non ignoramus cogitationes ejus, i. Satanæ. *Prov.* 1. Frustra jacitur rete ante oculos pennatorum. Vel absque scientia celat consilium suum Leviathan, quia licet tentatos lateat, protectorem tentatorum latere non potest. Unde stultus est, & ideo ei, & similibus dicitur *Is.* 29. Væ, qui profundi estis corde, ut abscondatis a Domino consilium. Consilium autem Leviathan, est iniqua, & occulta sugestio. Audita igitur fortitudine, & calliditate diaboli, & Creatoris potentia, qua illum valenter reprimit, & nos misericorditer protegit B. Job, quid de se sentiat, aperit, dicens: *e* Insipienter locutus sum,] comparatione sapientiæ tuæ, q.d. audita sapientia tua, comperi me non esse sapientem. [Et ideo insipienter, &c.] i. excedunt. Vel excederent, nisi tu faceres intelligi. In duobus se reprehendit Job. In modo loquendi, per hoc, quod dicit: Insipienter locutus sum. Et in altitudine materiæ, per hoc quod dicit: Et quæ ultra modum excederent scientiam meam. Omnis enim humana sapientia quantumcumque polleat, divinæ sapientiæ comparata, insipientia est; & omnia justa, & pulchra divinæ justitiæ, & pulchritudini comparata, nec justa sunt, nec pulchra; imo, omnino non sunt, ut dicit *Greg.* Hinc est, quod Abraham inter verba Domini, nihil se, nisi pulverem recognovit, dicens: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis. *Gen.* 18. Hinc est, quod Moyses omni sapientia Ægyptiorum instructus, ex quo loquentem Dominum audivit, impeditioris linguæ, & tardioris se esse perpendit, dicens: Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius; ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum. *Exod.* 4. Hinc est etiam, quod Isaias, postquam vidit Dominum super Solium excelsum, ad seipsum rediens, ait: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Et statim subjungit, unde cognovit suam pollutionem, dicens: Regem Dominum exercituum vidi oculis meis. *Is.* 6. Hinc etiam Jeremias verba Dei audiens, dixit: A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. *Jer.* 1. Hinc etiam Ezechiel loquens de quatuor animalibus, dixit: Cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stantes submittebant alas suas, i. cum internam vocem supernæ sapientiæ audiunt, volatus sui alas deponunt, i. Dei altitudinem minus se posse contemplari cognoscunt. *Greg.* Ad vocem desuper venientem alas deponere, est cognita superna potestate, virtutes proprias humiliare. Igitur Sancti dum sententias Dei audiunt, quanto magis contemplando proficiunt, tanto magis de-

Ezech. 1.

spiciendo, quod sunt, aut nihil, aut prope nihil se esse cognoscunt. Unde Job auditis sermonibus Dei, stultum esse cognoscens, ait: Insipienter locutus sum, &c.] i. excedunt, supple locutus sum, vel audivi a te loquente mihi. Unde poterat Job dicere cum *Ps.* 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Seq. *f* Audi, & ego loquar, &c.] quia ignorantem se cognovit Job audita sententia Dei, ideo jam interrogat, ut doceatur. Sed nota, quod aliud est loqui hominis ad Deum, aliud loqui Dei ad hominē, aliud audire hominis, aliud audire Dei. Loqui hominis ad Deum, est promptis in illum desideriis inhiare. Loqui Dei ad hominem multiplex est. Loquitur enim Deus per flagella, per beneficia, per inspirationem. Hoc ultimo modo loqui Dei ad hominem, est compunctionem cordi ejus infundere. Compunctio quidem lingua Dei est, qua animæ loquitur, ut dicit *Greg.* Audire hominis, est sono aliunde venienti aurem alibi positam commodare. Audire Dei, est desideria cordium acceptare. Interrogare hominis Deum, est in conspectu ejus se nescientem cognoscere. Respondere Dei, est eum, qui se nescientem humiliter cognoscit, occultis inspirationibus erudire. Est ergo sensus: Audi, & ego loquar,] q.d. misericorditer desideria suscipe. *g* Interrogabo te, &c.] i. me nescientem, & stultitiam meam humiliter cognoscentem doce. Quod autem Job Deum interrogaverit ex desiderio humilitatis, & quod Deum responderе sibi quæsierit, ex magisterio aspirationis, patet per hoc, quod interrogaturum se dixit, & postea nihil interrogavit, sed de se humiliter sentiens, subdit: *h* Auditu auris audivi te,] i. parum ante flagella scilic. cognovi te. *i* Nunc autem oculus, &c.] i. melius cognosco te, q.d. ex flagellis ad te cognoscendum profeci. Certior enim est cognitio visus, quam auditus, & ideo etiam audivisse ante flagella se dicit, post flagella videre eadem se dicit. Et ita patet, quod flagella Domini cognitionem ejus faciunt. *Is.* 28 Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. Quid autem fecerit Job ex eo, quod magis cognovit Deum, subdit: *k* Idcirco ipse] non alius. *l* Me reprehendo] plus quam ante, non ab eis. *m* Et ago pœnitentiam] de maledictis. *n* In favilla, & cinere.] i. in humilitate, & vilitate. *o* Postquam autem, &c.] Auditis sermonibus Job; & cognitis reprehensionibus amicorum ejus, quasi sententiando Dominus redarguit eos, quod non rectum contra Job locuti sunt. Sed cum sit Dominus justus & misericors, postquam per justitiam districte redarguit, per misericordiam pœnitentes benigne convertit. Et hoc est: [Postquam autem locutus est, &c.] quæ prædicta sunt [ad Job.] *p* Dixit ad Eliphaz Themanitem,] qui primus erat inter tres amicos Job. *q* Iratus est furor meus in te, &c.] i. contra te, & duos amicos tuos, Baldad, & Sophar. *r* Quoniam non estis, &c.] licet coram hominibus, qui vident ea, quæ parent, & judicant secundum faciem, Deus autem intuetur cor, 1. *Reg.* 16. *s* Sicut servus meus Job,] qui nihil superbe locutus est, sed humiliter, & vere. Eodem modo laudavit Dominus Moysen *Num.* 12. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, palam, & non per ænigmata Deum videt. *t* Sumite igitur vobis] i. ad vestri utilitatem. *u* Septem Tauros] *ad litt.* *x* Et septem arietes, & ite ad servum meum Job,] qui mihi servivit, etiam in flagellis. *y* Et offerte holocaustum, &c.] Deo per illū. *a* Job autem servus meus, &c.] non reddens malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicens. 1. *Pet.* 3. *b* Faciem ejus suscipiam,] i. orationem ejus exaudiā. *c* Ut non vobis imputetur stultitia.] qua stulte contra Job contendistis. *d* Neque enim locuti estis coram me] i. intus, ubi solus Deus videt, ubi multi displicent, qui foris placent. *e* Sicut servus meus Job.] Idem jam dixerat, sed replicat, ut manifestius justitiam Job, & injustitiā amicorum suorum demonstret: Repetitio enim firmitatis est indicium. Unde *Gen.* 41. dixit Joseph Pharaoni: Quod autem vidisti secundo, ad camdem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est.

Rom. 12.

a Abierunt

servus meus Job. *a* Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & *b* suscepit Dominus faciem Job: Dominus quoque, *c* conversus est ad pœnitentiam Job, cum oraret ille pro amicis suis. Et *d* addidit quoq; Dominus omnia quæcumque fuerant Job duplicia. *e* Venerunt autem ad eum *f* omnes fratres sui, & universæ sorores suæ, & *g* cuncti, qui noverant eum prius, & *h* comederunt cum eo panem in domo ejus, & *i* moverunt super eum caput, & *k* consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus super eum. Et dederunt *l* ei unusquisque ovem unam, & inaurem auream unam. Dominus *m* autem benedixit novissimis Job *n* magis, quam principio ejus. Et *o* facta sunt ei quatuordecim millia ovium, *p* & sex millia Camelorum, & mille *q* juga boum, & *r* mille asinæ. Et *s* fuerunt ei septem filii, & tres filiæ. Et *t* vocavit nomen unius Diem, & nomen secundæ Casiam, & nomen tertiæ Cornustibii. *u* Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Job in universa terra. *x* Deditque eis pater suus *y* hæreditatem inter fratres earum. *z* Vixit autem Job post hæc centum quadraginta annis & vidit filios suos, & filios filiorum suorum usque ad quartam generationem, & mortuus est senex, & *a* plenus dierum.

Liber Job explicit.

a Abierunt ergo Eliphaz Themanites, &c.] i. obtulerunt ea, quæ dixerat eis Dominus. *b* Et suscepit Dominus faciem Job:] i. ejus orationem exaudivit pro amicis suis, quia & ipsi jam fecerant, quod Dominus dixerat illis. Quoniam vero pro se laborat, qui pro aliis orat, ut dicitur, recte sequitur: *c* Dominus quoque conversus est ad pœnitentiam, &c.] i. pœnitentiam ejus acceptavit, & citius pro se exauditus est, quia pro aliis oravit. Plus enim pro se valere preces suas efficit, qui eas & aliis impendit, ut dicit *Greg.* Et libentius sacrificium orationis accipitur, quod in conspectu misericordis judicis proximi dilectione conditur. Quod etiam gratius est Deo, quando pro adversariis offertur. Unde Stephanus cum pro se orando diceret: Domine Jesu suscipe spiritum meum, nondum est exauditus; sed cum dixit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, statim obdormivit in Domino. *Act.* 7. Hinc est, quod ipsemet Dominus in Cruce pro occisoribus suis oravit. [*Luc.* 23.] Idem etiam præcepit discipulis *Matth.* 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Quantum autem pro se obtinuerit Job, qui pro adversariis oravit ostenditur, cum sequitur:

d Addidit quoque Dominus, &c.] i. cuncta quæ amiserat, in duplo restituit ei. Sic etiam tentatis facit Dominus, quia post tristitiam tentationis, majorem infundit lætitiam consolationis. Unde afflictæ Judææ dicitur *Isaiæ* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Aliquando etiam juxta pondus afflictionis datur mensura consolationis. Unde *Ps.* 93. Secundum multitudinem dolorum, &c. *Isaiæ* 27. In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, judicabitur illi. Notandus est ordo remunerationis: Excessum quippe Job correctio Domini, correctionem pœnitentia, pœnitentiam venia, veniam munera sequuntur. Item quia Job divina permissione fuerat percussus, & amicorum verbis afflictus, ideo nunc divinæ pietatis muneribus consolatus, debuit humana charitate refoveri, ut undique gaudia consolationis refoveant, quem undique adversa laceraverant. Unde subditur;

e Venerunt autem ad eum] idest, ad Job.

f Omnes fratres sui, & universæ sorores suæ,] idest, omnes de cognatione sua,

g Et cuncti, qui noverant eum prius,] sc. ante flagella. *h* Et comederunt cum eo panem in domo ejus.] gratulando ei. *i* Et moverunt super eum caput,] admirando præ gaudio. *k* Et consolati sunt, &c.] i. congratulati sunt de ejus restitutione. Nam ut dicit *Greg.* percussi mœrorem consolari, est ei post percussionem de venia congaudere. Nam quantum quisque cernitur de restituta proximi salute hilarescere, tantum se indicat de ablata doluisse. Tamen isti videntur fuisse amici fortunæ, qui cum fortuna recedente recedunt, & cum redeunte redeunt, de quibus *Prov.* 19. Divitiæ addunt amicos plurimos; a paupere autem, & hi, quos habuit, separantur. *Eccl.* 12. Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. *Ovid.*

Cum fueris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

l Et dederunt ei unusquisque ovem unam, & inaurem unam.] *Ad litt.* quia ut dicit *Greg.* cuncta hæc juxta historiam veraciter dicta sunt. *m* Dominus autem benedixit novissimis Job] benedictione sinistræ. *n* Magis, quam principio,] i. multiplicavit ei bona temporalia, post flagella magis, quam ante. Unde sequitur.

o Et facta sunt quatuordecim millia ovium] qui prius non habuit, nisi septem millia, *sup.* 1.

p Et sex millia Camelorum,] & prius tantum tria habuit.

Camelus:
- Christus, ad onera nostra portanda spontaneus se inclinans. *Matth.* 19. Facilius est Camelum per foramen, &c. quia nisi nobis foramen humilitatis ostendisset, nunquam ad humilitatem illius nostræ superbiæ rigiditas se inclinasset.
- Gentilitas vitiis tortuosa. *Gen.* 23. Rebecca viso Isaac descendit de Camelo, &c.
- Magna transgressio. *Matth.* 23. Excolantes culicem, Camelum autem glutientes.

Bos:
- Luxuriosus. *Prov.* 9. ubi agitur de muliere fatua, ibi dicitur: Statim eam sequitur quasi Bos ductus ad victimam.
- Prædicator. *Deut.* 25. Non alligabis os Bovi trituranti. [1. *Cor.* 9. 1. *Tim.* 5.]
- Populus Judaicus. *Isaiæ* 1. Bos cognovit possessorem suum.

q Et mille juga Boum,] & prius tantum quingenta habuit. *r* Et mille Asinæ.] & prius tantum quingentas.

s Et fuerunt ei septem filii, & tres filiæ.] sicut prius.

t Et vocavit nomen unius Diem, &c.] hæc nomina latina sunt. Unde patet, quod interpres non ea, sicut in Arabico sermone invenit, ita posuit; sed in latinum vertens, proprietatem servavit.

u Non sunt autem inventæ mulieres] aliæ, [speciosæ sicut filiæ Job,] scil. sicut Dies, Casia, & Cornustibii.

x Deditque eis pater suus] idest Job.

y Hæreditatem inter fratres earum.] Argumentum est hoc: quod filiæ debent hæreditare in patrimonio, sicut filii. Quod melius potest haberi. *Num.* 27. Ubi agitur de filiabus Salphaad. Tamen dicit hic *Gloss.* Usu veteris vitæ feminæ inter mares hæreditatem non habent. Sed dicimus, quod *Gloss.* hæc est mystica, vel secundum loci consuetudinem alicubi filiæ non habebant partem in hæreditate, sed bona mobilia dabantur eis.

z Vixit autem Job post] flagella [hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum usque ad quartam generationem, &c.] non solum senectute annorum numero computata, sed etiam venerabili ætate, quæ est vita immaculata. *Sap.* 4. *a* Et plenus dierum.] i. merito bonorum. Simile legitur de Abraham *Gen.* 25. & de Isaac *Gen.* 35. Et de omnibus bonis, idem potest dici, qui bene vivunt, quantumlibet parum vivant. Sed mali, qui in vanitate consumunt dies suos, quantumlibet multum vixerint, vacui dierum moriuntur.

Mystice. [*Mystice.*] Per tres filias, significatur triplex status, scil. innocentiæ ante peccatum primi hominis. Status recreationis, per odorem sacramentorum. Casia est species aromatica. Status gloriæ, ubi est duplex laus, scil. mentalis, & vocalis, secundum *Cassiodor.* Vel quia laus est de duobus, scilicet de dote animæ, & corporis, quod significatur hoc nomine Cornustibii, quod secundum *Greg.* compositum est ex duobus corruptis, scilicet cornus, & tibii, quorum integra sunt cornu, & tibia. Vel per tres filias significatur universitas electorum, quorum quidam sunt incipientes, quidam proficientes, quidam perfecti. Vel tres dotes animæ, scilicet visio, dilectio, laus, secundum *Aug.* Per septem filios, universitas electorum, propter septem dona Spiritus Sancti, quibus omnes electi adjuvantur.

Postillæ D. Hugonis Card. super Job finis.